UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practicarvm Conclvsionvm Ivris In omni Foro frequentiorum, Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presb. Cardin. Tvschi, Tomus ...

Practicarvm Conclvsionvm Ivris In omni Foro frequentiorum, Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presb. Cardin. Tvschi, Tomus ...

Toschi, Domenico

[Coloniae Agrippinae], M.DC.XXI.

Practicæ Conclvsiones Ivris, In omni Foro frequentiores, Illustriss. Et Reverendiss. D.D. Dominici Cardinalis Tvschi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-94976

Visual Library

PRACTICAE CONCLVSIONES IVRIS,

In omni Foro frequentiores,

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

DOMINICI CARDINALIS TVSCHI.

Conatus non punitur, niſi ſequatur effectus, Concl. 544.

1 CONATVS non punitur niſi ſequatur effectus ad delictum, & hoc eſt hodie de generali conſuetudine per totum orbem, ſecundum ſtatuta, vt per Clar. *in* §. *fi. qu.* 92. *in prin.* vbi de * communi, & de conſuetudine generali totius orbis, plene Boer. *deciſ.* 316. *nu.* 2. & 3. † Et iſtud eſt regulare, & ſecundū ſtatuta, & conſuetudinem Italiæ, quod non punitur homicidium, niſi ſequatur effectus. Boſſ. *tit. de homic. nu.* 9. *ver. dixi, cum ſeq.* Vide, *Homicida quis dicatur, & de multiplicibus homicidiis, & pœnis. Concluſ.* 147. † Amplia, quod iſta generalis conſuetudo etiam ſit hodie de iure communi, quia licet ius commune puniat affectum, & attentatum ſine effectu, tamen de generali conſuetudine totius orbis non ſeruatur. Clar. *d.* §. *fi. qu.* 92. *in princ. col.* 2. *ver. & licet aliqui,* * vbi de communi * opinione, & communi obſeruantia, vbi quod ideo talis conſuetudo vniuerſalis per totum orbem dicatur ius commune, & non indigeat alia probatione cum ſit notoria per 4 totum orbem. † Extende, quia ſtatutum, vel lex puniens homicidam, & loquens ſi quis occiderit, debet intelligi ſequuto homicidio vere, & cū effectu. Boſſ. *d. t. de homic. n.* 10. & *ſeq.* † Amplia, quia 5 conatus nunquā punitur, quando maleficium non perficitur, non propter impedimentum facti, ſed propter impedimentum iuris. 6 Caſtr. *conſ.* 130. *Videtur dicendum, nu.* 2. *lib.* 1. † Amplia, quia conatus non punitur, quando ſtetit per eū, qui debuit delinquere, & non 7 voluit, quia pœnituit. Caſt. *d. conſ.* 130. *in fi. lib.* 1. † Amplia in ciuilibus, quia hæres, qui conatus fuit moleſtare vſufructuariam liberatam à præſtatione cautionis de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri ſub pœna priuationis hæreditatis, licet hęres ſuccubuerit, non tamen eſt priuatus, quia non ſufficit conatus niſi ſit ſequutus effectus, *l.* 1. §. *fi. ff. quod quiſq. iuris.* Caſt. *conſ.* 221. *Antequam, n.* 2. *ver. ſecundo præmitto, lib.* 2. Vide. *Moleſtare prohibitus ſub pœna quando pœnam incurrat, vel non. Concl.* 306. Vide. *Perſeuerantia actus requiritur vt effectum* 8 *producat. Concl.* 315. † Limita in atrocioribus, & ideo aſſaſſinus mandans fieri aſſaſſinium, & deponens pretium pro aſſaſſinio faciendo, licet non ſequatur effectus, tamen debet puniri pœnis aſſaſſinii, *c. humani, de homic. in* 6. quod intelligit Bald. *conſil.* 430. *lib.* 2. & vult procedere quoad pœnas expreſſas in illo capite, non autem quoad pœnas ſtatuti, quæ requirunt effectum conſummatum, ideo erit pœna arbitraria iudici, etiam vſq; ad mortē incluſiue, plene Franc. *in d. c. humani,* vbi multos caſus diſtinguit, & quod in atro- * ciſſimis ſolus affectus puniatur. Clar. *d.* §. *fi. q.* 92. *nu.* 2. vbi de * communi, Vide. *Aſſaſſinium quid ſit, & quæ pœna imponenda. Concl.* 531. Vide. *Delictum conſummatum, & attentatum qualiter puniatur. Concl.* 167. Vide. *Pœna mortis ob delictum non conſummatū quando imponatur. Concl.* 9 227. † Et dicit Boſſ. *tit. de homicid. nu.* 13. & *ſeq. maxime nu.* 15. quod ſi mandantes fieri homicidia, & ſuſcipientes mandatum non punirentur pœna mortis, pauci eſſent tuti in domibus ſuis. Boſſ. *vbi ſu-* 10 *pra.* † Limita, ni tum, vel lex municipalis puniret conatum, prout eſt Placen , quod nixus committere adulterium puniatur pœna amputationis capitis. Bal. *conſil.* 356. *Statuto Placentiæ. lib.* 1. *in princ.* † Reſtringe in ſtatuto Lucano, quod tractans, & deliberans 11 interficere hominem in Ciuitate, vel territorio, ſi ſequatur effectus, punitur capite, & bonorum confiſcatione, quia nō habet locum in eo, qui deliberauit in territorio, & perfecit extra territorium. Bar. *q.* 15. *ſtatuto Ciuitatis Lucanæ. per tot.* vbi pro vtraque opin. id ita tuetur; & *in ver. ſolutio. ver. non obſtat tertia,* declarat, niſi feciſſet actum proximum homicidio, videlicet aggreſſuram. † Declara, 12 quia nixus, ſeu conatus ad hoc, vt dicatur adhibitus, requiritur perſeuerātia, & nixus fecerit quicquid potuerit, & ideo is qui mulierem proiecit in terram animo adulterandi, etiam per vim, & aufugit dum ipſa acclamauit, non dicitur feciſſe conatum talem, vt ſit locus pœnæ vltimi ſupplicii, de qua in ſtatuto prædicto. Bald. *d. conſ.* 356. *per tot. lib.* 1. vbi, quod pœna extraordinaria debeat puniri, & idem dicit Boer. *deciſ.* 316. *Præſuppono, in princ.* vbi quod in iſta materia actus proximus ſit, quando deuentum eſt ad actum proximum, tentando aperire clauſtra pudoris, quia proximus actus quem alius non antecedit, ſecus dicit in ſodomia, & aliis atro- 13 cibus. † Limita in raptore mulieris, quia attentans punitur de raptu. *l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc. & Cleric.* † Contrarium de con- 14 ſuetudine, quia non punitur etiam ſi rapuit, & carnaliter non cognouit, & potuit. Boer. *deciſ.* 316. *nu.* 4. vbi * dicit communem. De- * clara †, quia procedit limitatio quando deuenit ad actum, quia 15 aliquid derobauit ex quo puellam non inuenit. Boer. *d. deciſ.* 116. *nu.* 4. † Limita, quia in iis, in quibus res poſſet trahi ad malum ex- 16 emplum punitur conatus, licet non ſit ſequutus effectus. *l. ſi quis ſeruo. C. de furt.* vbi tentans corrumpere ſeruum, vt furetur Domino, licet ſeruus bonus reuelauerit Domino, & Dominus volens rem finxerit à ſe ſubtrahi, tenetur furti, & ſerui corrupti, is qui ſollicitauit, licet effectus non ſit ſequutus, quia nec ſeruus eſt corruptus, nec furtum eſt commiſſum, quia volente Domino, vide Bald. *ibi. & alios.* † Extende, quando agitur de iniuria contra attentantem 17 pudicitiam ſerui, vel liberi, licet non ſequatur effectus propter malum exemplum. *l. ſed eſt quæſtionis.* §. *fi. ff. de iniur.* † Limita in eo, 18 qui ſeipſum voluit occidere, licet non perfecerit, quia fuit impeditus, quia de iure punitur pœna mortis. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 68. *nu.* 37. vbi dicit * communem, licet etiam ſubiungat, quod forte non * ſeruetur propter conſuetudinem contrariam, & generalem. † Li- 19 mita in transfuga, videlicet fugiente ad hoſtes, quia licet non perfecerit punitur pœna mortis ſecundum * cōmunem, de qua idem * Clar. *d.* §. *fin. quæſt.* 68. † Limita in carceratis conſpirantibus fran- 20 gere carcerem, & vincula, vt fugiant, quia pœna arbitraria puniri debent, etiam ſi non ſequatur effectus. Cuman. *conſ.* 106. *Caſus talis eſt, circa princ. ver. interdum.* † Limita in eo, qui venenum poculo 21 dedit, quia licet non ſequatur mors, punitur tamen pœna mortis. Io. de Ana. *conſil.* 1. *num.* 10. vide plura exempla per Boſſ. *tit. de homicid. nu.* 13. & *ſeq.* vbi quod Senatus condemnauit ad mortem concubinam, quia dedit venenum domino, licet non ſit mortuus ea ratione, vt Domini reddantur tuti à ſeruis, & quia plus eſt veneno hominem occidere, quam gladio. Vide. *Veneficus qua pœna teneatur. Concl.* 69. † Declara tamen, quia regula eſt in contrarium de con- 22 ſuetudine, quia ſi ſtatutum puniat ad mortem dantem poculum veneni, intelligitur de iure, etiam ſi non interficiat, ſecus de conſuetu-

ſuetudine quia intelligitur ſequuto homicidio.Boſſ.*d.tit.de homic.*
23 *nu.*10.*& ſeq.* † Limita multis caſibus,de quibus plene Menoch.*de*
arbitr.caſu 360. vbi ponit caſus 34. in quibus punitur conatus ſine
effectu,& plene Marſil.*in l. qui falſam. ff. ad l. Iul. de falſis,in princ.*vbi
plures caſus connumerat,in quibus ſolus affectus punitur,non ſe-
quuto effectu,& è contra alios caſus enumerat, & poſtea declarat
multis modis. & *in l. is,qui cum telo.ff.ad l.Cornel.de ſicar.*vbi pro vtra-
que opinione,& in fine diſtinguit, aut non perfecit, quia non po-
tuit, ſed fecit omnem conatum, & punitur, aut quia pœnituit,&
24 ſecus:vbi etiam de actu proximo. † Limita in atrociſſimis, quia li-
cet actus delinquendi non ſit conſummatus, ſufficit tamen quod
ad actum proximũ ſit deuentum, vt in crimine ſodomiæ, Boer.*de-*
25 *ciſ.*316.*nu.*2. † Idem in commixtione cum beſtia ad coitum, quia
dicitur atrociſſimum, & nefandiſſimum, & attenditur voluntas
non exitus.Boer.*d.deciſ.* 316.*n.*4.vbi quod intelligitur quando ad
aliquem actum ordinatũ de præſenti ad ipſum factum eſt deuen-
tum, alias ſolus tractatus non ſufficit.Boer.*d.deciſ.*316.*nu.*4.vbi in
fin. dicit quod is, qui cœpit coire cum beſtia, licet non perfecerit,
quia fuit impeditus,morte debet condemnari, quia per eum non
ſtetit.

Concepti viuente auo dicuntur agnati, & ex perſona ſua ſuccedunt,& quando ſecus. Concl. 545.

1 NEPOS conceptus,ſeu natus † viuente auo venit appellatione
filiorum,ſecus ſi poſt mortem aui, quia auo non agnaſcitur,
Soc. *conſ.fin.lib.*1.Bald.vero *conſ.*111.*in princ.conſ.*131. & plenius *conſ.*
132. *in prin.lib.*2.dicit,quod conceptus poſt mortem aui non agna-
ſcitur auo, neque illi ſuccedit beneficio tranſmiſſionis,pleniſſime
Fulgoſ.*conſ.*93. *Ex facto proponitur, per tot.* Anch.*conſil.*365. *In themate*
propoſito,in princ. Alba.*conſ.*106.*per tot.* vbi pleniſſime, & de * com-
2 muni. † Vide. *Agnatorum appellatione qui comprehendantur , vel non.*
*Concl.*245.† Amplia,quia præteritus ab auo rumpit teſtamentum,
3 & dicitur præteritus, etiamſi auus inſtituat in dote matris defun-
ctæ filiæ aui, quia ſuccedit matri in dote, quam habet ab ea, non
4 ab auo.Bald.*conſ.*93.*in fin.ver.nepos ex filio,lib.*3. † Amplia, quia hæ-
reditas repudiata accreſcit filiis natis, non autem non conceptis,
quia illis nõ poteſt acquiri. Caſtr.*conſ.*252.*Viſo puncto,col.*2.*in fin.lib.*1.
5 Amplia †,quia procedit etiam in nepote ex filio emancipato,quia
ni eſt natus,aut conceptus ante emancipationem,dicitur agnaſci
auo,& ideo licet auus inſtituat in aliquo filium emancipatum, ta-
men nepos ex filio inſtituto,dicitur præteritus: Signorol. *conſil.*18.
...tur q... iuris,vbi pro vtraque parte. † Amplia, quia in tantum
ne...,vel proſi...pos agnaſcitur auo, vel proauo, ſi eſt conceptus
tempore aui,vel proaui,vt ſi deficiant, pater nepotis ipſe intret in
locum patris,& ſuccedat ex perſona ſua,non ex perſona patris,ita
Iaſ. *conſ.*59.*In præſenti conſultatione,lib.*3. *per tot.* Vide. *Filius patrem re-*
7 *præſentat,& in quibus.Conc.*350.† Limita,quia ius dicendi teſtamen-
tum nullum,præteritione filii,non competit nepoti, ex filio præ-
terito concepto poſt mortem aui ex perſona ſua,ſecus ſi eſſet con-
ceptus viuẽte auo;ideo factum patris præteriti,nocet nepoti con-
8 cepto poſt mortem aui. Bald.*conſ.*392.*ver.ſed poſito.lib.*2. † Limita,
quia conceptus poſt mortem aui,non agnaſcitur auo,neq; illi ſuc-
cedit, *l.item prætor, ff.de ſuis,& legit.& ſupra in princ.* Fulgoſ. *conſ.* 68.
9 *num.*2.vbi quod non dicitur nepos.Anchar.*conſ.*365.*in princ.* † Re-
ſtringe,quia quod dicitur,nepotem conceptum poſt mortem aui,
illi non ſuccedere, procedit ab inteſtato, & ex diſpoſitione legali,
ſecus ex teſtamento,vel fideicommiſſo.Iaſ. *in conſ.*59. *n.*3.*ver.nec eſt*
*curandum lib.*3.Fulgoſ.*conſ.*34.*nu.*4.*& conſ.*93. *col.fin.ver. & idem dice-*
10 *rem.* Soc. *conſ.*51.*col. penul.& fin.lib.*4.Guid.Papæ *deciſ.*511. † Decla-
ra,vt procedat reſtrictio,quod bene ſuccedunt nati poſt mortem
teſtatoris,ſed tamen illi ſoli, qui tempore exiſtentis conditionis
ſunt concepti ſuccedunt,vt declarat Mandel. *conſ.*106.*nu.*17. quia
11 nati poſt,non habentur in conſideratione. † Limita, quia conce-
pti poſt mortem aui abuſiue dicuntur illi nepotes. Fulg.*conſ.*93.
12 *nu.*2.*verſ. nam poſt mortem.* † Extende,quia appellatione liberorum,
vel forte etiam poſterorum in materia ſucceſſionis ab inteſtato,
non veniunt concepti poſt mortem eius, de cuius hæreditate agi-
13 tur. Fulg.*d.conſ.*93.*circa fin.* † Limita, quia iſtud eſt generale in o-
mnibus conceptis poſt mortem teſtatoris, quia teſtatori, & aliis
prædefunctis ante eorum conceptionem non agnaſcuntur,neque
ſuccedunt. Fulg.plene *conſ.*93.*per tot.* vbi *in princ.* quod nullus do-
ctorum in hoc contradicit,*& nu.*3.dicit,oportere,quod is,qui vult
ſuccedere alteri,fuerit conceptus viuente eo de cuius ſucceſſione
agitur,nec curatur de aliis perſonis,an ipſis viuentibus,vel non,ſit
conceptus, ſed ſolum de eo cui debet ſuccedi. Iaſ.*conſ.*206.*lib.*2.
plene Alba *conſ.* 106.*per tot.* vbi latiſſime Cephal.*conſ.*419.*num.*58.

Caſtr.*conſ.*247.*In cauſa quæ vertitur, col. antep. nu.*5.*verſ.item allegatur.*
*lib.*1. † Et ideo non natus,neque conceptus tempore mortis de- 14
functi cui ſuccediтur, non poteſt ex ſua perſona adire hæredita-
tem. *Inſtit.de hæred.qualit.& differ.§.cum autem,l.Titius, §.fin. cum l.ſeq.*
*ff. de ſuis, & legit.*Roma.*conſ.*442. *Vt deciſionem, nu.*3. † Ratio prima 15
eſt in promptu,quia ſtatim,cum is qui proximior eſt repudiat,hæ-
reditas defertur ſequentibus in gradu, & licet repudians habeat
poſtea filios,qui ſint in gradu proximiori, quam ſequentes in gra-
du,tamen non ſunt in conſideratione; quia alias hereditaria ſuc-
ceſſio duraret perpetuo ſuſpenſa, & incerta, quod eſt abſurdum,
ita Fulgoſ. *d.conſ.*93.*in fin.ver.alioquin id futurum, & nu.*2.*ver. probo ex*
deductione ad abſurdum. & idem de eo qui moritur, quia non ſucce-
dunt illi niſi concepti, & nati tempore mortis, vt per Alba. Man-
del.*conſ.*106.vbi pleniſſime,*in princ.* † Ratio ſecunda eſt,quia cum 16
lex, vel ſtatutum vocet proximiorem, vel certam perſonam ad
ſucceſſionem, intelligitur de ea, quæ exiſtit tempore delatæ ſuc-
ceſſionis;quia qualitas non eſt ſine ſubiecto,& debet intelligi ſe-
cundum tempus verbi, vel aduerbii.Fulg. *d.conſ.*93.*n.*2.Mandell.
*conſ.*106.*nu.*3 † Extende, vt procedat ſiue ſucceſſio deferatur ab 17
inteſtato, ſiue ex teſtamento,Mandel.*d.conſ.*106.*in princ. & per tot.* *
vbi dicit * communem. Extende † limitationem,vt procedat ne- 18
dum in ſucceſſione legali,ſed etiam ſtatutaria. Fulgoſ.*d.conſ.*93.*per*
*tot.*vbi loquitur in ſtatuto contra ius cõmune,maxime *in fin.*Alba.
*d.conſ.*106. Extende † etiã in ſucceſſione ex edicto prætoris.Fulg. 19
*d.conſ.*93.*circa fi.ver.& idem dicerem.* † Extende in quacunque ſucceſ- 20
ſione ab inteſtato deferenda, ſiue ius ſit ſpeciale, ſiue generale.
Fulg.*d.conſ.*93.*col.fin.ver.rurſum non officit.* † Extende,quia non ſuc- 21
cedit auiæ,vel auo,vel aliis aſcendentibus,ſi tempore mortis illo-
rum non erat conceptus, neque de iure ciuili, neque de iure præ-
torio,*l.Titius,cum l.ſeq.ff.de ſuis,& legit.* Roma.*d.conſ.*442.*nu.*3.Corn.
*conſ.*165. *poſt prin.lib.*1. Deci.*conſ.*364.† Extende etiam in ſucceſſio- 22
ne regni,quia nepos, vel pronepos conceptus poſt mortem aui,
non poteſt prætendere ſucceſſionem in regno, quia non agnaſci-
tur. Anchar. *conſ.*339 *Pro maiori intelligentia.n* 15.† Reſtringe quan- 23
do naſcitur adhuc iacente hæreditate aui,antequam ab aliquo ſit
adita. Soc. *conſ.*10.*lib.*1. † Reſtringe,quia non procedit in ſucceſ- 24
ſione ex contractu,vel conuentione,quia non ex iure agnationis,
vel cognationis,ſed ex contractu ſuccedunt omnes.Fulg.*d.conſ.*93.
col.fi.ver. in diſpoſitionibus autem. † Reſtringe, quia bene ſuccedit ex 25
perſona patris, vel alterius tranſmittentis, ſi adiuit hæreditatem
tranſmittentis beneficio,*l.*1.*C.de iis qui ante aper.tab.* Caſtr. *conſ.*247.
*col.antep.nu.*5.*ver. item allegatur,quod dicti agentes,lib.*1. † Reſtringe in 26
teſtamento,& vltima voluntate. Fulg. *d.conſ.*93.*col. fin.ver. & idem*
dicerem,quod intelligit Soc.*conſ.*51.*nu.*41. *col. penul. & fin.lib.*4. pro-
cedere,quando vocauit deſcendentes in infinitum,quia ex men-
te veniunt etiam non nati, Papæ *deciſ.*511.*Pater in teſtamento.* † De- 27
clara reſtrictionem,vt procedat quando nullus alius vocatus ex-
taret tempore conditionis,ita Alba. *conſ.*106.*nu.*13. & plenius *nu.*
16.*&* 17.vbi docet,aliter non poſſe intelligi,quia eſſet cõtra com-
munes concluſiones. Cephal. *conſ.*419.*nu.*58.Limita †, quia facta 28
alienatione bonorum ſubiectorum fideicommiſſo,in quo vocan-
tur filii,& deſcendentes, non concepti tempore alienationis non
ſunt vocati quatenus extant alii deſcendentes nati, quibus primo
loco,& ſolis acquiritur,ſed natis poſtea aliis,debent nati tempore
alienationis communicare poſtea natis.Caſtr.*d. conſ.*247.*col.antep.*
*circa pr.ver. item allegatur,quod cum non eſſent,lib.*1. vbi, quod naſcituri
non ſunt excluſi perpetuo,ſed ordine ſucceſſiuo, alias non tene-
rentur nati cauere de reſtituendo naſcituris. † Dicuntur autem 29
vocati nati, & naſcituri, quando hoc exprimitur, item quando
non ſunt nati aliqui, quia neceſſario intelligitur de naſcituris, ſi
vero eſſent aliqui nati, tunc de illis intelligeretur. Caſt.*d.conſ.*247.
*col.antep.ver.item allegatur,quod dicti agentes,lib.*1.

Conceſſio quid ſit, & importet. Concl 546.

COnceſſio importat,& includit prouiſionem beneficii reſpe- 1
ctu tituli, *c. poſt electionem,circa princ.de conceſſ.præb.*Gemin.*conſ.*
65. *in princ. ver.prima eſt*, vbi idem de verbo diſpoſitionis. Vide.
Collatio,electio, & inſtitutio quid ſit, & in quibus differant. *Concluſ.*419.
Amplia †, quia conceſſio importat etiam proprietatem, videli- 2
cet quod proprietas rei conceſſæ cenſeatur conceſſa,*c.conſultationi-*
*bus.de donat.*Gemin.*d. conſ.* 65.*in princ. ver. vel ſi volumus. & nu.*3.*ver.* 3
ſubdit dictum capitulum † Limita, niſi fiat reſtrictio ex ſequentibus,
vt ſi dicatur, conceſſio feudalis, conceſſio precaria, vel ſimilis,
quia tunc importat ſolum ſecundum naturam reſtrictionis, Ge-
min.*d.conſ.*55.*in princ. nu.* 2. *ver examinemus.*

Con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concessio in emphyteusim; vel feudum quomodo probetur. Concl. 547.

VIDE. *Emphyteusis quomodo, & qualiter probetur. Concluſ.* 188. Vide *Feudi conceſſio ex quibus probetur. Concluſ.* 170. *num.* 28. & 29. Vide Mascard. *Concluſ.* 279. & 280. *in ver. cenſus.* Vide eundem Mascard. *Concluſ.* 337 *in ver. conceſſio in emphyteuſim.*

Concessio Principis in dubio præsumitur realis, & quando secus. Concluſ. 548.

VIDE. *Exemptio, an realis vel perſonalis, & ex quibus præſumatur. Concluſ.* 559. Vide plenius, *Priuilegium, an reale, vel perſonale. Concluſ.* 743. Vide Mascard. *Concluſ.* 338. *conceſſio principis.*

Concilium generale per quem olim conuocabatur, & hodie conuocetur. Concl. 549.

1 CONCILIVM in exordio surgentis Ecclesiæ, & antiquis temporibus, conuocabatur per Imperatores. Zabarell. *conſil.* 150. *ver. ſecundo quæritur*, vbi enumerat multa concilia approbata conuocata per Imperatores, sed istud erat accedente consensu Summi Pontificis, vel eo mandante, vt *in c. ſexta. diſtinct.* 16. *ibi exequente piiſſimo Principe Conſtantino*, & sic de aliis Imperatoribus, clare ostendit Thomas Campeg. Episcopus Feltren. *tit. de concilio, cap.* 2. *num.* 8. *& ſeq.* & plenius apostilla ad Abb. *in c. ſignificaſti, de elect. in ver. concilia, colum.* 5. *& 6. verſ. ſecundo limitatur*, vbi reddit rationem, quia tunc ecclesia non erat potens, vt compelleret, vel daret saluos
2 conductus necessarios. † Iure nouissimo postquam religio firmata est, & Sedes Apostolica firmius est in iure suo stabilita, sanctum est prout conueniebat, quod solus Papa, tamquam Vicarius Christi, conuocat, & aperit concilium generale, *c.* 1. *diſtinct.* 17. *& c. ideo*, 2. *quæſt.* 6. Zabarell. *d. conſ.* 150. *num.* 3. *c. dudum*, 3. *quæſt.* & apostilla magna ad Abba. *d. c. ſignificaſti, de elect. in ver. concilia, col.* 4. *ver. ego autem adhærendo*, probat hanc conclusionem esse de iure diuino & positiuo ex necessitate; quia solus Papa citat Prælatos & compellit, & dicit, quod tenentes contrarium parum deuiant ab hæresi,
3 & plenissime Iacobat. *de concilio, lib.* 3. vbi dicit indubitatum. † Extende, quod in tantum spectat ad solum Papam conuocare concilium, vt etiam si agatur de querelis contra Papam, nullus conuocat, vel aperit concilium nisi solus Papa, *c. concilia ſacerdotum*, §. *hinc*
4 *etiam*, 17. *diſtinct.* qui textus est in concilio editus generali. † Extende; quia etiam si contendatur de Papatu inter duos, qui essent in possessione obedientiæ, ad illos solos spectat conuocatio concilii generalis. Zabarella *d. conſil.* 150. *num.* 3. videlicet, vt quilibet eorum compellat suos obedientes ad concilium; dicta apostilla ad
5 Abbat. *d. c. ſignificaſti, de elect. colum.* 8. *ver. ſexto etiam caſu.* † Limita; quia secundo loco post Papam in casu necessitatis, puta si duo contendentes de Papatu non conuenirent, vel non vellent conuocare, ne Ecclesia vniuersalis scandalum patiatur, tunc conuocatio concilii generalis spectat ad sacrum Collegium Cardinalium, quia cum sint in possessione eligendi summum Pontificem, possunt omnia quæ spectant ad electionem summi Pontificis, & sic conuocant concilium. Zabar. *d. conſ.* 150. *num.* 3. *& ſeq. ver. tertio quæro*, Castr. *conſ.* 420. *Viſo puncto. col. penult. num.* 4. *lib.* 1. quod est Antonii de Butrio, & iterum Castr. *conſ.* 421. *num.* 2. *lib.* 1. quod est Matthæi Matthesilani, & Ioannis de Gauatulo, & hoc, quia digniores post Papam sunt omnibus, apostilla ad Abba. *d. c. ſignificaſti, de elect. ver. tertio limita. col.* 6. & rursus *colum.* 8. *ver. ſexto etiam caſu*, vbi dicit, quod debeant requiri prius ipsi contendentes de Papatu, vt con-
6 uocent concilium. † Extende, vt idem sit, quando Papa (si potest hoc dari,) esset de hæresi suspectus. Iul. Clar. *in praxi crimin. in* §. *fin. quæſt.* 35 *num.* 4. vbi late. d. apostilla magna ad Abba. *d. c. ſignificaſti, de elect. ver. quarto etiam duo*, vbi quod prius debent require-
7 re Papam. † Extende, quod conuocatio concilii generalis spectat ad Collegium Cardinalium istis duobus casibus quando esset schisma de Papatu, vel Papa de hæresi suspectus, & ipsi contendentes de Papatu, vel Papa de hæresi suspectus essent negligentes in conuocando concilium, quia tunc Collegium Cardinalium potest eo casu conuocare etiamsi Papæ schismatici, vel Papa de hæresi suspectus contrarium iuberent, vel contradicerent, vt dicit Castr. *in dictis conſil.* 420. *num.* 4. *&* 421. *num.* 2. *lib.* 2. qui dicit, quod post Papam in Ecclesia Dei non est maior dignitas, quam Colle-
8 gium Cardinalium. † Limita; quia tertio loco in casibus duobus prædictis, si etiam Cardinales & Collegium Cardinalium negligerent, quod eo casu conuocatio concilii generalis spectet ad Patriarchas, tenet Anto. de Butr. *d. conſ.* 420. *num.* 4. *ver. conuocant ergo, inter conſ. Caſtren. lib.* 1. & potest esse ratio, quia data negligentia superioris ad proximiores fit deuolutio, *c. Romana, ver. notoria de cenſib. lib.* 6. & quia in concernentibus statum Ecclesiæ, inferiores supplent negligentiam superioris, *c.* 1. *de ſuppl. neglig. Prælat.* & hanc partem tenet apostilla magna ad Abbatem, *d. c. ſignificaſti, col.* 8. *ver. vbi vero ipſi Cardinales, de elect.* vbi loquitur alternatiue, quod spectat ad alios Prælatos, vel ad Imperatorem. Iacobat. *tract. de concilio, libr.* 8. *art.* 3. *num.* 10. † Contrarium videtur tenere Zabarella *d. conſ.* 150. 9
nu. 5. *ver. quarto quæro, cum ſeq.* vbi quod in dictis duobus casibus schismatis, vel Papæ suspecti de hæresi, si Papa & Collegium Cardinalium sunt negligentes, vel non conueniant in conuocando concilio generali, dicit quod isto tertio loco spectat conuocatio ad Imperatorem, tanquam repræsentantem totum populum Christianum, & sic O. reuertitur ad A. quia in casu necessitatis recurrimus ad ius antiquum, dat exemplum, quod antiquitus quilibet ius sibi dicebat, postea prohibitum fuit, sed si iudex non facit iustitiam tunc sibi licitum est ius dicere pro necessitate, & videtur etiam tenere Thomas Campeg. *d. tract. de concilio, c.* 2. *num.* 16. mouetur, quia Imperator est Ecclesiæ aduocatus, & defensor. † Declara; quia 10
verior est opinio Antonii de Butrio, quia non solum spectat ad Patriarchas, sed etiam ad Episcopos, qui loco Apostolorum sunt subrogati, vt est text. in Actibus Apostolorum, *c.* 6. vbi patet, quod duodecim Apostoli conuocantes multitudinem discipulorum, &c. conuocabant concilium generale, ergo ad eos post Papam, & Cardinales debet spectare; tum quia Patriarchæ & Primates habent iurisdictionem compellendi Episcopos, & Imperator non potest præcipere, sed rogare, & exhortationes facere, sed conuocatio requirit citationem & compulsum, *c. concilia*, §. *hinc etiam*, 17. *diſt.* ergo magis ad Patriarchas & maiores Prælatos videtur fieri deuolutio; & ita ibi tenet Ægid. Bellam. *nu.* 2. tum etiam, quia ratio Zabarellæ concludit pro ista parte, dum vult, quod negligentibus Cardinalibus, spectet ad Imperatorem in casu necessitatis, quia O. reuertitur ad A. ex quo non est iudex qui faciat iustitiam, quia imo cum superstint Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, qui veniunt post Cardinales loco Apostolorum subrogati negligentibus maioribus, ad istos spectare debet, & sic cessat causa necessitatis, quod non sit iudex, qui faciat iustitiam, maxime quia non est locus extraordinario remedio, donec remedium ordinarium potest haberi, & idem Zabar. *d. conſ.* 150. *num.* 9. *ver. videtur etiam*, videtur recedere ab iis, quæ prius dixerat de Imperatore, & quod possint maiores Prælati istis duobus casibus conuocare concilium. Sed † quicquid sit, aut spectet ad Imperatorem tanquam [illegible] tum, & defensorem Ecclesiæ per modum rogationis, & exhortationis, siue ad maiores Prælatos per modum iurisdictionis, hoc etiam ad Episcopos, per modum voluntariæ congregationis, vt contigit tempore Papæ Marcellini, ex text. *in c. nouum autem*, 21. *diſt.* Iul. Clar. *d.* §. *ſi. q.* 35. *n.* 4. & comprobat idem Zabar. *d. conſ.* 150. *n.* 9. *in fin. ver. videtur etiam.* Satis est quod extra istos duos casus, solus Papa aperit, conuocat, transfert, & suspendit concilium generale; & hodie est sine difficultate, ex constitutionibus Apostolicis, vt ex bulla fel. rec. Pii Papæ 2. *in ſi.* ex bullis Pauli 3. Iulii 3. & Pii 4. insertis in sacro concilio Tridentino, & ex decretis eiusdem concilii, celebrati in executione earundem bullarum, & etiam est de iure communi, quod solus Papa conuocat concilium generale, & nullus alius potest conuocare contra eius voluntatem, vt supra fuit ostensum. † Bene verum est, quod Imperator est de concilio, non ex 12
gratia, ad protestatem ostendendam, sed iure suo, quia est pars concilii ad fidem confirmandam, vt dicit idem Zabar. *d. conſ.* 150. *nu.* 6. *ver. ſed cum agitur.* † Extende; quia dictæ limitationes procedunt, 13
etiam quando Papa esset mortuus naturaliter, vel ciuiliter, aut cessisset Papatui, & Cardinales non vellent procedere ad electionem, quia omnino debet prouideri de Pastore, cum non adesset Pastor, & Cardinales negligerent, possent vel Imperator, vel maiores Prælati conuocare concilium, vt dicit d. apostilla ad Abbatem *d. c. ſignificaſti, de elect. col.* 8. *ver. ſeptimo poſſet* † Idem, quando Pa- 14
pa deuenisset ad insaniam, vel dementiam, ita vt esset omnino inhabilis, quia posset conuocari concilium. generale à Cardinalibus, & ipsis negligentibus ab Imperatore, vel prælatis maioribus, vt consulatur Ecclesiæ de alio, vel de coadiutore quasi sedes vacet, vt *in c.* 1. *&* 2. 7. *q.* 1. & ita eadem apostilla ad Abb. *vbi ſupra ver. octauo caſu.* † Idem si Papa & omnes Cardinales, casu (quod absit) deficerent, eadem apostilla ad Abbat. *d. c. ſignificaſti, de elect. col.* 8. *in fi. ver. nono etiam*, vbi etiam ponit alios casus, quos videre poteris. 15

Conciliũ generale ex quibus causis possit vocari. Con. 550.

SI † agitur de hæresi per quod crimen Papa sit priuandus, vt in 1
conclusione proxima præcedente. † Secundo, si agitur de 2

schismate, vt quia duo prætendunt papatum, quia schisma labitur
in hæresim. Castr. *cons. 420. Viso puncto, in fi. li. 1.* quod est Ant. de Bu-
3 trio. † Tertio, si notorium sit Papæ delictum scandalizans totam
Ecclesiam. Castr. *d. cons. 420. in fi. li. 1.* de quo tamen vide plenius
4 *conclus. 551. pag. seq.* † Quarto, si dubietas oritur de Papatu. Castr. *vbi*
5 *supra in fi.* † Quinto, si agatur de reducẽdis schismaticis, volentibus
audiri super articulis deuiantibus à fide, quia si adhuc non fuerint
auditi, audiri debent volentes, imo vocandi sunt, & inuitandi, se-
cus si semel fuerunt exclusi. Abb. *in con. sub super concilio Basiliensi, in 1.*
6 *dubio col. 21. vers. octaua ratio.* † Declara tamen, quia imo Græci fuerũt
7 pluries auditi, vt ibi per Abb. licet cum capitulationibus. † Sexto, si
agatur de reformanda Ecclesia in capite, & in membris, vt fuit de-
cisum in cõcilio Constantiensi, & ad tollendos abusus, vt patet ex
8 Bulla fel. rec. Pauli 3. & ex progressu concilij Tridẽtini. † Septimo,
Papa pro rebus arduis pertractandis, de quibus ipse dubitationem
habet, vel per se facere non vult, vel non confidit, conuocat con-
cilium generale cui se subijcit, quia error velatus melius inuestiga-
tur à multis, quam à paucis, Roma. *cons. 521. Circa propositam, nu. 4. &*
9 *seq.* † Item quando potentius remedium adhibere intendit, item
quando cõtra delinquentes potentiores fecit quod potuit, inuo-
10 cat concilium generale. Roma. *d. cons. 521. n. 4.* † Item quando bella
essent, quæ aliter concordari non possent inter magnos principes
Christianos, vt dicit apostilla magna ad Abb. *d. c. significasti, de elect.*
circa fin. vers. & non omitto.

Concilium generale quam iurisdictionem habeat, & quandiu durat. Concl. 551.

1 CONCILIVM † habet ordinariam iurisdictionem ex acciden-
ti, & ideo quandiu durat concilium, tandiu durat eius iurisdi-
dictio ordinaria, si vero reuocetur, vel dissoluatur, tunc reuoca-
tur; & cessat eius iurisdictio, prout in legato. Gemin. *cons. 65. nu. 9.*
2 *vers. sed per mortem.* † Extende, vt ea iurisdictio, quę fuit concessa no-
minatim vni concilio generali certi loci, non extendatur ad ean-
dem congregationem factam alio loco, & sic non est eadem qua-
3 litas. Gemin. *cons. 65. num. 10. vers. nec obstat.* † Vide plenius Thomam
Campeg. Episcopum Feltren. *d. tract. de cons. cap. 23.* vbi quod conci-
lium præsente Papa habet omnimodam iurisdictionem propter
præsentiam Papæ, eo absente habet delegatam, nisi sit facta dele-
gatio ad vniuersitatem causarum, quia tunc esset ordinaria, tam in
4 ciuilibus, quam criminalibus, *& cap. seq.* † Amplia; quia concilium
generale legitime apertum, sede vacante, habet eandem potesta-
tem iurisdictionem, quam habet Papa, ideo committit causas
[illegible]marie, & [illegible] figura iudicij. Castr. *cons. 66. n. 2. ver. ad secundum,*
5 *lib. 1.* † Contrarium, quod non habet nisi ex causa necessitatis iuris-
dictionem in ijs, quæ pertinent ad Papam. Abb. *in 1. q. col. antepen. ver.*
6 *solutio.* † Declara, vt plene per Thom. Campeg. Episc. Feltrensem
tract. de concilio, cap. 37. vbi, quod nisi vrgeat necessitas, non debet
7 aliquid facere circa maiora, & electio Papæ est Cardinalium. † Vi-
de plenius Iacobat. *de concilio, lib. 5. tit. de iurisdictione concilij.*

Concilium generale subest Papæ, & in quibus Papa subsit concilio. Conclus. 552.

1 CONCILIVM † generale omnino subijcitur Papæ; tanquam
vnico Vicario Christi, probatur lege diuina, naturali, & hu-
mana; diuina, quia Dominus noster Iesus Christus, beato Petro
suo Vicario præcipue dedit supremam authoritatem per illa ver-
ba, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Eccle-
siam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & tibi dabo cla-
ues regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in
cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis,* vt in Eu-
angelio Matthæi *cap. 16.* & iterũ post resurrectionem in Euangelio
Ioannis *cap. vltimo,* dum ipse Dominus noster tertio interrogat Pe-
trum, *Simon Ioannis diligis me plus ijs?* & habito responso, *Domine tu
scis, quia amo te,* per tres vices eidem dicit, *Pasce oues meas;* quæ verba
constituunt beatum Petrum pastorem, sicuti Christusmet dicit de
se ipso, *Ego sum Pastor bonus, si quis per me introierit saluabitur, & alias
oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem
meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor,* vt in eodem Euange-
lio Ioannis *cap. 10.* Nam si Christus vnicus, & verus pastor com-
mittit gregem, & oues pascendas beato Petro & declarat vnicum
ouile & vnicum pastorem debere fieri, & si eidem ligandi, & sol-
uendi facultatem tribuit, impossibile est communicare ista alijs si-
ne ipso pastore constituto, & vnico quin contradicatur verbis cla-
ris Euangeliorum, & quod Papa sit supra concilium, & concilium
non sit supra Papam, plenissime docet Barbatia. *in clem. ne Romani,*
nu. 31. & seq. de elect. vbi infinita cumulat more suo. † Probatur; quia 2
idem Dominus noster pro Petro specialiter rogauit, vt non defi-
ciat fides Petri, inquiens eidem Petro sic confirmato in fide, vt ali-
quando confirmaret fratres, quasi ab eo, vti Vicario, recepturi es-
sent in fide confirmationem, vt in Euang. Lucæ *c. 22.* sicq; apparet,
quod Christus soli Petro dedit piscationem cum hamo, quod si-
gnificat iurisdictionem, omnibus autem concessit piscationem
cum retibus; & insuper tributum pro se, & Petro soluere voluit,
non pro alijs, quæ fuit causa inquirendi de maioratu inter discipu-
los, vt habetur in Euangelio Matth. *ca. 17. in fi. & seq.* & hæc haben-
tur, *in c. est & aliud, 24. quæ. 1.* vbi hamus pro iurisdictione soli Petro
concessa declaratur: & quia Christus eidem Petro in prima visione
denunciauit, quod appellaretur Cephas, quod interpretatur Pe-
trus, vt in Euangel. Ioann. *cap. 1.* & importat idem quod, caput, &
principatum teneret, vt hæc omnia *in cap. sacrosancta, 22. dist.* sic et-
iam in Actib. Apost. *c. 11.* soli Petro missum est de cælo linteum, per
quod designatur potestas iurisdictionis in toto orbe; vt Barb.
in clem. ne Romani, num. 59. de elect. † Naturalis lex insuper concurrit; 3
quia sicuti in Ecclesia triumphanti sunt gradus plurimi, & vnum
caput à quo pendẽt omnia, ita in Ecclesia militanti similitudo de-
bet esse, quia Imperium, Regnum, & Gubernatio non potest esse
bona per plures, quinimo etiam istæ libertates, & gubernia com-
munia, necesse habent constituere vnum Principem, vt plene ha-
betur *in c. in apibus prin. vnus, 7. q. 1.* quod est beati Hieronymi, & plu-
ra similia congerunt Oldrad. *con. 94. Eleganter, n. 7. ver. adhuc instatur.*
Anchar *con. 339. Pro maiori, n. 3.* & in terminis Pius 2. in sua Bulla re-
tractationis *col. pen.* ¶ Sic etiam per ius canonicum, & sanctos Ec- 4
clesiæ Doctores semper fuisse diffinitum, & declaratum, nempe
ab Innocentio *in c. nemo iudicabit.* à Symmacho *in c. aliorum hominum
causas.* ab Anthero *in c. facta subditorum.* à Gelasio *in c. cuncta per mun-
dum, 9. q. 3.* vbi clare, quod Papa iudicat omnes, & ipse à nemine iu-
dicatur nisi à solo Deo, & ibi glos. & Doct. quod à nemine iudica-
tur nisi à concilio, quãdo de hæresi, & fide esset suspectus, & idem
etiam respondit Bonifacius martyr. de hoc consultus, *in c. si Papa,
40. dist.* & in exemplo beati Marcellini, & aliorum sanctorum Pa-
trum, de quibus *in c. nunc autem, 21. dist.* vbi quod Papa nõ iudicatur
à concilio, neque sedes prima, quia à Deo est, & seipsum iudicat.
† Pro ista parte concurrunt omnes causæ, quæ ostendunt con- 5
cilium generale omnem essentiam accipere à summo Pontifice
Vicario Christi, quia non aperitur, nisi ex licentia, & authoritate
Papæ, vt decreuit Iulius Papa 1. *in c. 2.* qui ponit pro regula Grego-
rius, *in c. nec licuit, 17. dist.* & fuit ostensum in conclusione; *supra in pri.*
† Authoritatẽ supremam recipit à Papa, quia nisi adsit authoritas, 6
& confirmatio Papæ non erit concilium, sed conciliabulũ, & gesta
in eo redduntur ad vacuum, *c. multis de nouo, 17. dist.* & conciliũ pen-
det à Papa, vti Vicario Christi; & quatenus dicatur aliquibus in
locis concilia pendere à Deo, & à Spiritu sancto, intelligitur me-
diate, & non immediate, & idem Thom. Campeg. Episc. Feltren.
probat *d. tract. de concilio c. 22.* ex authoritate sacrarum Scripturarũ,
& beati Thomæ, vbi tollit omnia contraria, prout potest videri.
† Clauditur, & dissoluitur ex authoritate Papæ ex causa, vt idem 7
Episcopus Feltrensis *d. tract. de concilio cap. fi.* † Declarationem reci- 8
pit à Papa, quia ipse Papa interpretatur, declarat, & tollit concilia
generalia. Abb. post Io. Andr. & alios, *d. c. significasti, num. 3. de elect.*
imo apostilla magna, *ibi col. 4. in fi.* dicit, quod nulla vnquam syno-
dus generalis rata legitur, quæ Apostolica authoritate non sit suf-
fulta, & citat plures concord. & probat ille text. *circa fi.* † Deroga- 9
tionem etiam patitur, si Papæ placeat concilio derogare, quia po-
test, vt tenent Abb. Panorm. *in sua quæ. 1. in princ.* Roma. *consil. 324. in
princ.* † Vltimo ex bullis summorum Pontificum hæc omnia sunt 10
per legem sancita, vt in bulla Pij Papæ 2. quod conuocatio conci-
lij non nisi authoritate Papæ fiat, non nisi authoritate Papę decer-
nat, & dissoluatur, à Papa ad futurum concilium appellari posse
tenentes, & appellantes hęreticos dici posse, vt in Bulla Iulij 2. cõ-
tra certos principes, qui vt se confouerent in vsurpatione status
Ecclesiæ, excommunicati appellabant ad futurum concilium, &
in Bulla Leonis 10. cõtra Martinum Lutherum, vnde superfluum
videtur de hoc temporibus istis dubitare. † Et etiam de iure com- 11
muni; quia Romana Ecclesia à Deo fundata, & priuilegiata fuit,
aliæ vero ecclesiæ ab Ecclesia Romana, & propterea dicit tex. *in
c. 1. 22. distinctio.* quod qui detrahit iuri, & priuilegio ecclesiarum,
dicitur iniustus; qui vero detrahit iuri, & priuilegio Romanæ
Ecclesiæ in hæresim labitur, & proculdubio est dicendus hæreti-
cus: vnde cum Papa non ligetur à concilijs; sed sit supra concilia,
vt in c. significasti, circa fi. de elect. contrarium tenentes ab hæresi non
distant, & quod Papa sit supra cõcilium plenissime Card. Iacobat.
tract. de concilio l. 10. art. 7. à n. 72. vsque ad n. 134. † Et licet Abb. in quo- 12
dam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dam consilio suo super concilio Basiliensi, quod iusta ratione fuit
prohibitum, multa impertinentia, vt infra ostenditur, in contra-
rium allegauerit, & pariter Roman. qui cum Abbate erat Aduo-
catus in d. concilio Basileæ, scripserit pro concilio contra Papam,
vt in *cons.* ipsius Romani 380. *Quæstio est, per tot. & cons.* 522. & 523.
& Pius 2. qui pariter tunc in minoribus constitutus erat in ciuitate
Basileæ; multa scripserit pro concilio contra Papam, & quod con-
cilium esset supra Papam, tamen constat, quod opinio pro Papa,
quod sit supra concilium est verior, & melioribus rationibus mu-
nita, pro qua scripserunt B. Antonin. Archiep. Florent. *in 2. parte suæ
Summæ, tit. 2. cap.* 11. & Petr. de Monte Episc. Brixiens. vt refert Fe-
lin. *in c. nonnulli. nu. 3. ver. quarto, propter authoritatem, de rescript.* & scri-
pta Petri de monte sunt in tracta. intitulato *de potesta. Pontificis*, quę
13 ipse fecit † Et iustificatio, quod illi, qui contra Papam scripserunt
male scripserint, probatur ex retractatione publica, quam omnes
fecerunt. Nam Pius 2. assumptus ad Pontificatum, Bullam edidit,
de Anno 1463. in qua fatetur, quod opera Nicolai Panormitani, &
Lud. Pontani, qui ambo erant oratores Alfonsi magni Regis, &
qui, vt duo sydera Orbis, & duo præcipua lumina clarissima cen-
sebantur, vna cum Cardinalibus male meritis de Papa Eugenio,
authoritatem Concilij Basiliensis ita extollebant, & facta Euge-
nij damnabant, vt nullus auderet eorum dicta refellere, & ipse
quoque discipulus didicit, & scripsit, qua audiebat à schola isto-
rum magistrorum, sed tandem, cum priuato Eugenio, & creato
Amadeo, qui Felix appellatus est, vidisset Felicem à Rege Roma-
norum non recipi, & cognouisset Eugenium, falso de multis ac-
cusatum, & Cardinales, qui Basileam venerant, ob priuatas inimi-
citias, bono & sancto viro notam inurere voluisse: qui tamen cun-
cti postea ad eum redierunt, & veniam errati petierunt, & Iulia-
nus Cardinalis S. Angeli, qui & ipse tutatus fuerat partem Conci-
lij, mutatus in melius, authoritatem Pontificiam defendebat, i-
psum Pium ab opinione erronea reuocauerat; idcirco doctissime,
vt videri potest, se retractauit, & authoritatem Pontificiam esse
supra Concilium melioribus rationibus comprobauit, vt videri
potest in dicta Bulla, quæ potest inseruire pro decisione huius arti-
14 culi apud omnes. † Hæc retractatio Pij 2. non potest in aliquo ca-
lumniari, prætextu, quod postquam Papa creatus fuerit, retracta-
tionem fecerit, quia aliunde sumitur clara iustificatio, & compro-
batio eorum quæ narrat in dicta Bulla, quia Nicolaus Panormita-
nus Abbas, qui in d. consilio prohibito, multa impertinentia cō-
tra authoritatem Papæ promulgauerat, & authoritatem Concilij
Basiliensis supra Pontificiam authoritatem posuerat, conscientia
motus, vt credendum est, se ipsum, nedum in lecturis, vt patet *in c.
significasti in 7. not. vers. nota septimo, quod concilia generalia non sunt supra
Papam, de electio.* sed expresse in *quæst. sua prima*, quæ legi potest ab
omnibus retractauit, in qua *in princ.* tenet, quod Papa potest dero-
gare Concilio in totum, & reuocare constitutionem concilij, quia
omnia concilia authoritatem recipiunt à Papa, & quia authoritas
Papæ suprema nihil excipit, allegat Euangel. Matthæi, *cap. 16. quod-
cunque ligaueris, & c. quodcunque* 24. *q.* 1. & est Euangelium Io. *c. vlt.* de
quo *in c. significasti, de electio. Pasce oues meas*, & rursus, *vt fiat vnum oui-
le, & vnus pastor. c. inquisitioni, de sent. excom.* vbi quod Ecclesia mili-
tans est in potestate Papæ cui omnino obediendum est, nisi præci-
piat, quæ sapiunt hæresim, vel scandalum Ecclesiæ, & *in eadem quæ.
1. nu.* 13. & 14. authoritatem Papæ extollit, quia licet Christus om-
nibus discipulis multa dixerit in communi, Petro tamen particu-
lariter dixit, *Pasce oues meas, ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides
tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*: & quod in singulari
dixit, *fiat vnum ouile, & vnus pastor solus*, qui est Petrus, qui assum-
ptus est in plenitudinem potestatis, alij in partem sollicitudinis, *c.
ad honorem, de auth. & vsu pallij*: & ad illud Euangelij *dic Ecclesiæ*, quod
est vrgens argumentum contrarium, *in d. q. 1. nu. 13. per hæc verba, sed
Papa est caput totius corporis*, & per eum explicatur nomine Ecclesiæ,
iuxta illud Dominicum, *dic Ecclesiæ*, Matthæi *cap.* 18. sicque *dic Eccle-
siæ*, exponit, videlicet Papæ, & multa alia, quæ reuocant dicta in il-
15 lo erroneo, & prohibito consilio. † Romanus pariter, qui non tan-
tum immodeste Pontificiam authoritatem depresserat, prout Ni-
colaus Abbas, reuocauit se ipsum *cons. 354. in princ. vers. & hoc etiam
verum*, vbi quod Papa est superior concilio, & quod potest absol-
uere excommunicatum à concilio, etiam sine scientia concilij, et-
iamsi non remisit ad concilium, etiamsi concilium non sit in ali-
16 qua negligentia. † Regula igitur est clara, & sine difficultate, quod
de iure communi Papa est supra concilium, & quod concilium
subest Papæ, & non potest concilium aliquid constituere, quod li-
get Papam, vt est tex. *in d. c. significasti, circa fin. de elect.* vbi omnes
* *Doct. consensu vnanimi transeunt, & glo. *in c. concilia, §. hinc etiam
in vers. iussione Domini*, vbi clare Turrecremata, *num.* 4. allegat ibi

Archidiacon. idem tenentem, idem tenent ibi Ægid. Bellam. Ge-
min. & Præpos. Gemin. *cons. 65. nu. 6. ver. sed consilium reputatur*, ple-
nissime Barbat. *in cle. Ne Romani, nu. 31. & seq. de elect.* & plenius Card.
Iacobat. *tract. de concilio lib. 10. art. 7. n. 72. seq. vbi n.* 134. citat B. Tho-
mã, & multos Theologos, & Summistas. † Amplia, quia Papa po- 17
test in totũm, & in parte cōcilio generali derogare. Gemin. *con.* 44.
in princ. & nu. 5. ver. item probatur ratione. † Extende, quia potest Papa 18
absoluere excommunicatum à Concilio. Rom. *d. con. 354. Circa pro-
positã, in pri.* vbi apostilla, *in ver. posse*, allegat, Feli. *in c. pastoralis, col. pen.
ver. fallit quinto, de offic. del.* † Extende, quia potest absoluere excom- 19
municatum à concilio etiam sine scientia concilij, etiam si non re-
misit ad concilium, etiam si concilium non sit in aliqua negligen-
tia, vt dicit Rom. *d. cons. 354. in princ. ver. & hoc etiam verum.* † Amplia, 20
quia procedit argumentum, hoc potest concilium, ergo multo
magis potest Papa, quia Papa est supra concilium. Gemin. *d. con. 65.
n. 11. ver. quoad primum.* † Amplia, quia etiam si agatur de fide, vel de 21
dubio fidei, potest solus Papa, non vocato concilio, statuere, Abb.
in quæst. 1. nu. 13. vers. an autem prætermisso, vbi quod concilium non est
supra Papam etiam, vbi agitur de dubio fidei, plene Barba. *in Cle. ne
Rom. n. 44. de elect.* vbi adducit Euang. Lucę *cap.* 5. quia discipulis fuit
dictum, quod laxarent retia, soli Petro fuit dictum, duc in altum,
quod exponitur, *in c. non turbatur*, 24. *q.* 1. id est in profundum dispu-
tationum fidei, ad ipsum tamquam vniuersæ Ecclesiæ primatem.
† Extende vt procedat, etiamsi in causa, & dubio fidei papa vnum 22
statueret, & concilium aliud, quia staretur decisioni Papæ, si me-
lioribus rationibus moueretur. Idem Abb. *d. q. 1. n. 13.* plenius, *in c. si-
gnificasti, de elect.* † Declara tamen, quia si dubia fidei essent iam de- 23
cisa per concilium generale, vel articulus fidei esset adeo magnus,
quod Papa esset dubius, istis duobus casibus conueniens esset,
quod vocaret concilium. Abb. *d. q. 1. nu. 13. & d. c. significasti, de electio.*
† Amplia quia concilium non potest tollere constitutiones Papa- 24
les, sed bene Papa tollit cōstitutiones conciliares, quia concilium
est factura manuum Papalium, & recipit omnem authoritatem à
Papa. Barba. *in clem. ne Romani, n. 31. & seq. de elect.* † Limita; qui conci- 25
lium est supra Papam, quando esset schisma inter duos, vel plures
contendentes de Papatu quia si vnus est legitime electus, alter in-
trusus, debet conuocari cōcilium, vt intrusum expellat, & bene &
canonice electum tueatur in obedientia, si ambo male electi, vel
prætendant se bene electos, quia scandalum est, quod vnus pastor
in duos diuidatur, & vnum corpus duo capita habeat monstrucsa,
concilium conuocari debet, vt cassentur, ambo amoueantur, &
procedant Cardinales ad electionem tertij, ita tex. *in c.* [illegible]
stinct. vbi * omnes canonistæ, post glo. *ibi*, & tradunt Ant. d[illegible] *
inter cons. Castr. 420 col. pen. in prin. li. 1. Rom. *cons.* 23. *Quæstio* [illegible]*tien-
da*, vbi Apostilla dat concord. Abb. in *sua q. 1. c.* [illegible] *13. ver. in contrarium,
n. 30. & seq.* Gemin. *consil. 15. in fi. n. 19. vers. & clarum est, & in consil.* 44.
n. 5. Zabar. *con. 150. in princ.* vbi dicit, quod periti canonum omnes in
hoc conueniunt, & sic est communis *opinio, quod concilium est *
Iudex in causa schismatis, & plene tradit apostilla magna, ad Abb.
in c. significasti, col. 4. ver. sexto etiam casu. † Limita in causa hæresis; quia 26
Papa si est suspectus de hæresi, & non resipiscat, conuocandum est
concilium, vt declaretur hęreticus, & deponatur est tex. *in c. si Papa*
40. *distinct.* vbi omnes canonistæ, & est specialis ratio, quia hæreti-
cus priuatur omni iure, & dignitate, & efficitur incapax, & mini-
mus, vnde non est mirũ, si isto casu declaratur priuatus à concilio,
quia non est Papa, cum non voluerit pœnitere, & ita præfati Do-
ctores dicunt in dictis consilijs, qui loquuntur in casu schismatis,
& hæresis, & Card. Zabarella etiam isto casu dicit esse * commu- *
nem. † Extende limitationem in tantum veram esse, vt non pos- 27
set Papa statuere contrarium, quod non posset deponi pro hære-
si. glo. fi. *in c. si Papa* 40. *distinct.* quam in hoc communiter * ap- *
probant omnes. † Limitant multi etiam, quando Papa esset no- 28
torius delinquens, & incorrigibilis, & ex tali notorio delicto
scandalizaretur Ecclesia, quia etiam isto casu potest conuocari
concilium generale, & à concilio potest iudicari, & priuari, secun-
dum glo. fi. *in c. si Papa 40. distinctio. in vers. à fide deuius*, quam glossam
ibi sequuntur Ægid. Bellame. & multi alij canonistæ, & commu-
niter ipsam * glo. ibi approbari dicit Barbat. *in cle. Ne Romani. num.* *
86. *de elect.* & idem prius dixit Abb. *in c. significasti, de elect. n.* 4. quod
illa glo. approbatur per * omnes, imo idem Abbas, *in sua q. 1. n.* 13. *
vers. tertius casus dicit, quod totus mundus sequitur ipsam glossam,
quem sequitur Dec. *in d. c. significasti, n. 21. vers. vltim. Abbas hic de elect.*
pariter eandem glo. extollit, & asserit quod totus mũdus illam se-
quitur, & idem dicit apostilla ad Decium, ibi, *in ver. incorrigibilis*, &
confutat ibi Decius Theologos, & Canonistas tenentes contra-
rium, quasi male senserint, & dicit, quod licet Papa, vt possit ac-
cusari, & deponi pro crimine hæresis, intelligatur de stricta, & ve-

in hæresi quæ est circa articulos fidei, vt loquitur *d.c.si Papa* 40. *dist.* ergo secundum Theologos, & Canonistas contrarium tenentes id non debet extendi ad impropriam hæresim, respondet Decius *ibi n.* 22. quod illud est, quia hæresis propria, etiamsi sit occulta, quæ possit probari, operatur, quod Papa deponi potest; tamen in delicto notorio, per quod scandalizatur Ecclesia, quando est incorrigibilis, & nō vult pœnitere, idem est, quia est habendus quasi hæreticus, & licet sit hæresis impropria, & largo modo sumpta, quia est notoria, & non vult corrigi: potest tamen etiā isto casu per concilium generale deponi, secus si ista impropria hæresis non esset notoria, & dicit, quod glo. continet duos casus, non vnum tantum de vera hæresi, quia redderetur superflua & inepta, eandem etiam glo. citat, & sequitur Roma. *cons.* 523. *nu.* 13. *ver. secunda solutio*, vbi dicit, quod fuit canonizata in concilio Constantiensi, & hanc etiam partem tuetur Car. Zabar. *in c. significasti. de elect. q.* 45. *& sequi.*

29 † Pro hac limitatione, etiam consuluit plene Rom. *cons.* 523. *Quæstio discutienda. per tot.* vbi plura adducit, & maxime *n.* 10. *& seq. vers. quarto, vbi prima sedes*, & mouetur ex ijs, quibus eadem glo. fi. *in c. si Papa* 40. *distin.* Primo ex illo Euangelico dicto, *Si peccauerit in te frater tuus corripe, &c. si non audierit dic Ecclesiæ*, vbi dicit, quod dictum fuit Petro, & illum comprehendit, & illa verba, *si non audierit dic Ecclesiæ*, debent intelligi de Ecclesia militante, & sic de concilio, non autem de Ecclesia triumphante, prout exponunt Hostiensis, & aliqui. Item *num.* 16. *vers. tertio probatur*, allegat, *c. grauem, de pœn.* per quod disponitur, quod qui pertinaciter Ecclesiæ parere renuit, claues ei commissas contemnendo, talis ex pertinacia non caret scrupulo hæreticæ prauitatis: igitur Papa notorie delinquens, & scandalizans Ecclesiam, & incorrigibilis existens, debet posse per concilium puniri. Item *num.* 17. *vers. tertio demonstratur*, mouetur ex dicto Euangelij, *Si oculus tuus, manus, vel pes scandalizat te, erue eum abs te, melius est ad vitam ingredi cum vno oculo, &c.* quod declaratur, *in c. illud sane* 24. *q.* 3. & infert, si natura docet membrum putridum infectiuum pro salute corporis amputandum, idem est dicendum ciuiliter de amotione Papę, quando notorius delinquens scandalizaret Ecclesiam, & esset incorrigibilis, & multa alia adducit, sed

30 ista sunt principaliora. † Contrarium tenent fere omnes Theologi, & Canonistæ, quos refert, & sequitur Card. Turrecr. *in c. si Papa* 40. *dist.* vbi allegat pro vtraque opinione plenius quam alius, *& n.* 2. *cum seq.* clare ostendit, hanc esse magis veram, & tenendam; Primo auctoritate Romanorum Pontificum sanctorum, & martyrū, qui ita statuerunt. Papam, excepta hæresi, à nemine iudicari posse, Secundo ex professione sacrorum conciliorum, in quibus fuit sta- [illegible] primam sedem à nemine, nisi à solo Deo iudicari posse. Tertio probat ex euidentia rationum multis argumentis, maxime ex dicto Prophetæ in Psalmo, *Tibi soli peccaui*, cum esset Rex, & non haberet superiorem. Quarto ex testimonio plurimorū Theologorum quos citat, videlicet Ricardum de S. Victore in 2. parte de Sacramen. Albert. Mag. S. Thom. 4. *dist.* 19. Alex. de Ales in 3. S. Bonauenturam in 4. Petri de Tarentasia, qui fuit Innoc. 3. Dominum Vlric lium, *in Summa sua*, Magist. Ricardum de Media villa *in* 4. Petrum de Palud. *in tract. suo de potest. Ecclesiastica* Magistr. Herucum *in tract. suo, de potestat. Ecclesiast.* Magistr. Augustinum de Ancona, *in Summa de Ecclesiastica potestate* & Alexand. de Alpidio *in tract. suo de Ecclesiast. potestate*, quos dicit aperte tenere, quod Roman. Pontific. verus, & indubitatus, extra casum hæresis, nullum in terris habet iudicem superiorem, qui eum aut punire, aut deponere possit pro quocunque alio crimine: Quibus adde etiam B. Antonin. Archiepisc. Florent. *in sua Summa*, prout eum citat Feli. *in loco proxime allegando*, allegat etiam Canonistas huius conclusionis defensores videlicet Host. Guid. Archidiaco. Io. Andre. *in multis locis*, D. Aluarum *in lib. de statu, & planctu Ecclesiæ*, & plures alios, & post Turrecrematam adde tu Barbat. *in cle. Ne Romani, de elect.* vbi *à num.* 31. *vsque ad num.* 86. per octauaginta septem fundamenta probat, quod Papa aperit, declarat, & derogat concilio, & est supra concilium, non autem econuerso, & *num.* 86. *& sequ.* in hac quæstione refert Rom. tenentem contrarium in suis consilijs, sed Barba. *num.* 90. *vers. sed non recedo* tuetur hanc partem pro Papa, prout etiam Feli. *in c. scisscitatus, num.* 3. *vers. & habet*, vbi quod Papa solum pro hæresi circa articulos fidei potest deponi, *& in c. nonnulli, de rescript. num.* 3. *vers. quarto propter authoritatem*; hanc etiam partem tenent Petrus de Monte, Episc. Brixien. *in suo tract. de potest. Pont. rubr. de concilij præeminentia, nu.* 6. *& seq. vers. tertia conclusio.* vbi per 15. fundamenta probat, quod, excepta hæresi, & schismate, ex nulla alia causa potest Papa per concilium iudicari, & ostendit esse de iure diuino, naturali, & positiuo, *& num.* 7. *vers. solum*, vbi appellat maledictam glossam à qua pullulauit alia opinio, & subiungit, quod illa glos. solum dicit, quod potest accusari, non tamen quod possit deponi, vel puniri, & nouissime Card. Iacoba. *in tract. suo de cōcilio lib.* 9. *art.* 1. vbi quod quandiu est Papa non iudicatur, neque deponitur ab aliquo, sed bene declaratur depositus propter solam hæresim. † Ex 31 præmissis patet, quod plures numero, & authoritate sunt pro ista parte, & consequenter, non esse veram assertionem Abba. & Decij, dicentium, quod illa glossa, *in c. si Papa* 40. *dist.* sit communis, & quod omnes * Doctores, imo totus mundus illam sequantur, * quia est quædam iactatio in verbis, vt patet. † Imo, quod ipsa glos- 32 sa nihil faciat ad propositum, & nihil concludat, clare demonstrat Card. Turrecrem. *in d.c. si Papa, num.* 2. *col.* 3. *in fi. vers. iis habitis* 40. *distinct.* ex multis. Primo, quia non determinat quæ dicit, absolute, sed dicit, certe credo, Secundo, quia non firmatur aliqua ratione, nisi quia cōtumacia dicitur hæresis, sed istud est verum improprie, & non vere; Tertio, quia contra tex. *in d.c. si Papa*, qui excipit solam hæresim propriam & veram; Quarto, quia glo. est contra plures alios tex. qui dicunt, Papam nullum habere superiorem nisi solum Deum, & à nemine posse iudicari, *c. nemo* 9. *quæst.* 3. & citat plurimos, Turrecre. *d.c. si Papa, num.* 2. qui videri possunt, & plurima concilia, & inter alia concilium Romanum, in quo interfuerunt Episcopi 284. qui se subscripserunt; vna cum Constantino, & Helena matre eius, & est tex. *in c. conc.* §. *Hinc etiam, dist.* 17. cuius verba sunt; *Episcopi in Synodo residentes congregata authoritate Symachi dixerunt, Symachus Papa ab oppositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis, & liber, cuius causam totā Dei iudicio reseruamus.* † In- 33 super vltimo loco dicit, quod ipsa glos. *fi. in d.c. si Papa* 40. *distinct.* est contraria multis alijs glossis, quas citat ibi, *n.* 2. *circa fi. ver. tum sexto*, vbi allegat glo. *in c. si quis pecunia, in ver. non Apostolicus* 79. *dist.* quæ dicit, quod licet simonia sit hæresis 1. *quæst.* 1. *c. eos tamen*, quia large dicitur hæresis, non potest Papa de ea iudicari, quia solum iudicatur de propria hæresi, quæ est circa articulos fidei. sicque patet, quod illa glos. non est vera neque tenenda, & ita exponit ipsemet Abb. *in c. cum venissent, n.* 7. *de iudic.* vbi ipse tenet glos. *in d. c. si quis pecunia*, & intelligit aliam glo. quando ex delicto notorio scandaloso, & incorrigibili resultat vera hæresis, & ita declarat vltimo loco Cardinalis Iacobat. *tract. de concil. lib.* 6. *art.* 1. *per totum.* vbi *num.* 22. *& seq.* quod ista sit communis * opinio. † Declarant tamen Theologi, * quatenus illa glos. saluanda esset, quod habeat locum, quando 34 Papa notorius delinquens, & scandalizator, esset incorrigibilis, non quia non vellet corrigi, sed quia assereret, talia delicta nō esse delicta neq; peccatum, quia tunc incideret in propriam hæresim, in qua est speciale, quod Papa potest à concilio deponi, & non obstat responsio Decij *in d. c. significasti de elect.* dum dicit, quod non potest esse bona declaratio; quia si reincidit in propriam, & veram hæresim, ergo dictum glo. frustratorium est, quia iam erat decisum in illo textu, quia potest replicari, quod imo non erat frustratoria, quia ibi omnes intelligunt text. *in c. si Papa*, de vera hæresi, quæ fit contra articulos fidei, sed glo. extendit etiam quando est hæresis contra articulos fidei non explicite, sed implicite, & sic sufficit, vt operetur declarationem istam, & quia hoc modo intellecta concordantur tex. & glossæ, & Doctores * omnes, & qua- * tenus non operaretur, & intelligeretur vt supra, tutius esset illam glossam, quæ loquitur per verbum, credo, reddere inanem, quam destruere tot textus claros. & glossas, quæ non possunt compati cū ea, & tot doctrinas contradicentes. † Ad alia fundamenta quæ ea- 35 dem glo. & Roma. *d. cons.* 522. adducit, respondetur per Card. Turrec. ex mente Theologorum, & Canonistarum *in d.c. si Papa* 40. *dist. nu.* 3. quod illa verba, *si peccauerit*, de quibus in Euangel. Matthæi, quod prima pars conuenit de monitione fraterna, sed secunda non potest conuenire, quia illa verba, *dic Ecclesiæ*, non applicantur Papæ, qui non est simplex frater, sed princeps, & Vicarius Christi, qui à nemine iudicatur. nisi in causa hæresis, vt supra: sed quia multi dicunt, quod respectu Christi, qui est Dominus omnium, non debeat intrare hæc distinctio, aliqui interpretantur, *dic Ecclesiæ*, videlicet præsidenti in Ecclesia, & sic Papæ, qui iudicat omnes, & se ipsum iudicare solus potest. ita Cardinalis Iacobat. *de concilio, lib.* 3. *n.* 85. exponit. *dic Ecclesiæ*, videlicet, Papæ non hæretico; quia tunc si hæreticus, bene important Concilium; quia eo casu Concilium iudicat Papam, vt declarat *in eodem tract. lib.* 10. *art.* 7. *n.* 181. *& seq.* † Ad secundū fundamentum Rom. dum dicit, quod ex quo 36 Papa non vult corrigi non careat scrupulo hæretice prauitatis, fuit responsum, quod non potest priuari, nisi ex vera, & stricta hæresi, vt *d.c. si Papa.* 40. *dist. & supra, n.* 30. † Ad vltimum fundamentū Ro- 37 mani, *si oculus tuus, pes, vel manus scandalizat te, erue eum abs te, &c.* Respondet Turrecrema & alij per eum allegati, *d.c. si Papa*, 40. *distinct.* quod loquatur de membro, non de capite, quia sublato capite corpus non sanatur, prout si aliud membrum putridum euellatur, & quia membra seruiunt capiti, & ab eo pendent. † Sed 38

quia

quia replicant aliqui, quod ista amotio capitis, quæ fit ciuiliter, non examinat corpus, sed viuificat Ecclesiam, ex quo dari potest aliud caput, quod non scandalizabit incorrigibiliter, & in hoc mors ciuilis non æquiparatur naturali, quia non habet eundem effectum, iudicio meo potest hæc replicatio tolli, quia clarum est, quod Christus Dominus noster prædicta verba, *si oculus tuus, &c.* & alia, *si peccauerit in te frater tuus, &c.* dixit ad tollendum scandalum, & peccatum quantum fieri potest, non autem ad inducendum maius scandalum, & maius peccatum, si de eo timeri potest. *c. duo, dist.* 13. vbi, quod de duobus malis, quod minus est eligi debeat: & ideo cum Papa non habeat superiorem, qui possit illum iudicare in hoc seculo ex quocunque delicto, excepta vera hæresi. *d. c. si Papa* 40. *dist.* illa glos. fin. ibi, quæ, vt credendum est, bono zelo mota fuit, ad dicendum, seu potius credendum, quod Papa etiam pro delicto notorio scandalizante Ecclesiam, si est incorrigibilis, possit accusari, & Concilio etiam isto casu sit supra Papam, necessario debuit intelligi, si Papa ex humilitate, & propria voluntate voluerit se purgare, prout fecit Sixtus Papa *in c. mandastis* 2. *q.* 5. vbi dicit, non teneri, sed velle se purgare in Concilio, sine præiudicio successorum, vbi glos. *in verbo, potuissem*, se ipsam declarat, dicens, quod Papa non poterat iudicari ab aliquo, neq; à Concilio, nisi ex causa hæresis, licet ibi se submiserit sine præiudicio successorum, vt dicit ille text. & idem fecit Leo I. *in c. audiatum, causa* 2. *q.* 5. qui pariter dicit, hoc autem faciens non legem præscribo cæteris, qua id facere co-
39 gantur. † Si vero Papa contradiceret, illa gl. extra hæresim non potest velle contra tot textus claros, & suam propriam assertionem intellexisse, quod Papa subsit Concilio: tum quia est sine authoritate, tum quia sibi, & tantis authoritatibus contradicit, tum demum quia contradicente Papa non velle se submittere Concilio extra causam hæresis vere, & propriæ, Concilium debet conquiescere, & si nõ acquiescit, & velit procedere vigore illius glossæ fundatæ super illis verbis Euangelicis, oritur maius scandalum, quia diuiditur caput à suis membris, & fit schisma, & scissura in Ecclesia Dei, quod est maximum, & super omnia scandalosissimum *c. non afferamus*, 24. *q.* 1. vbi gl. fi. quod schisma habeat annexam hæresim, & vtinam illa gl. nunquam fuisset sic intellecta, quia ex ea omnia
40 mala Septentrionalia ortum habuerunt ex Concilio Basilien si, in quo propter illam glo. schisma causatum est, & deinde magna pars Germaniæ, Franciæ, Flandriæ, Angliæ, Vngariæ, Bohemiæ, Poloniæ, & vicinarum Prouinciarum se alienarunt à fide, & obedientia, cum primum essent speculum fidei, & obedientiæ, & firmamentum Christianæ religionis. † Et licet multi, multa temperamenta in hoc articulo afferant, mihi placet super omnia illud quod affert ad alium finem, B. Augustinus, cuius verba sunt *in c. non potest* 23. *quæst.* 4. dicit enim: *non potest esse salubris à multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem; cum vero ille morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat quam dolor, & gemitus*: nam consilia separationis, & inania sunt, & pernicio sa, atque sacrilega, & plus perturbant infirmos bonos, quam malos corrigant animosos: & propterea cum Princeps malus à Deo permittitur, propter peccata subditorum id esse comprobatur ex text. *in c. audaciter* 8. *quæst.* 1. Sana igitur est doctrina eorum, qui de supremo Pontifice exponunt, *dic Ecclesiæ*, videlicet, vt roget Deum pro eo, vt de malo efficiatur bonus, vel si expedit, Deus tollat eum de medio, ne diutius subditi periclitentur, & hanc opinionem tenet B. Thomas *in 4. sentent. distinct.* 19. *quæst.* 2. *argum.* 2. *quæstiunc.* 3. *ad secundum argumentum*, prout eum, & alios citat Card. Iacobat. *tract. de Concil. lib.*
41 10. *art.* 2. *nu.* 150. *& seq. ver. & istam conclusionem.* † Concludo ex præmissis illam gl. *in c. si Papa*, 40. *dist.* nullo iure posse tueri, cum scandalizatur Ecclesia ex delicto notorio Papæ, & non vult corrigi, nisi tale delictum sapiat propriam hæresim contra articulos fidei, explicite, vel implicite, vel nisi Papa sit paratus, prout decet recipere correctionem, vel ex humilitate sua esset paratus in Concilio facere iustificationem, *d. c. si Papa, & alii text. clari supra allegati*, quibus nullo modo sine violatione potest responderi, saluo semper Sanctæ Matris Ecclesiæ iudicio, cui in omnibus me submitto.

Concilium qualiter possit transferri. Concl. 553.

1 PAPA potest transferre ex causa legitima Concilium generale de loco ad locum, vt probant Petr. de Monte *in tractat. de potest. Pontif. in 4. conclus.* quod affirmat etiam Barbat. *in clem. ne Romani. de elect.* & Thom. Campeg. *tract. de Concil. in fi.* plenius Iacobat.
2 *de Concil. lib.* 10. † Contrarium Roman. *cons.* 523. *in fin.* dicit hoc statutum fuisse in Concilio Colonien si, quod congregato semel Concilio generali in vno loco non possit transferri per Papam.
3 Declara, † quia sicuti Concilium non potest derogare constitutioni Papæ, ita neque potest limitare facultatem Papæ, plenissime Barbat. *d. clem. ne Romani. n.* 31. *& seq.* vbi comprobat per infinita argumenta, *de elect.* & ante eum, Abb. *in c. significasti, in 7. not. n.* 3. *de elect.* Amplia, † nedum Papa potest transferre Concilium ex causa legi- 4
tima, sed etiam potest claudere, & excludere, finita causa pro qua fuit congregatum, plene Iacobat. *de Concil. lib.* 10. *art.* 6. quem videas, quia plenissime tractat. † Concilium Lateranense fuit cele- 5
bratum de Anno 1079. vt dicit Zabarell. *cons.* 118. *nu.* 6.

Concilii maior pars repræsentat totum Concilium. Concl. 554.

FACTVM † à maiori parte Concilii, siue vniuersalis, siue pro- 1
uincialis, siue à maiori parte cuiuscumque congregationis, dicitur factum à toto Concilio, & à tota Congregatione ista est regula vniuersalis de iure. *In c. 1. & c. fin. de iis quæ fiunt à mai. part. capit. l. quod maior. ff. ad municip. l. aliud.* § *refert, ff. de reg. iur.* vbi, quod ad omnes referatur, id quod fit à maiori parte. † Declara, vt sit vera con- 2
clusio per fictionem, non per veritatem. Alex. *cons.* 124. *In causa, & lite, in princ. lib.* 2. Vide. *Electio à maiori, & saniori parte est facienda. Concl.* 65. Vide. *Maior pars operatur multa. Concl.* 14.

Concilia plura approbata, vel reprobata. Concl. 555.

REGVLA † est, quod Concilia generalia omnia debeant ap- 1
probari à Papa, vt valeant, *c. 1. 17. dist.* & probatur *in c. Sancta Romana Ecclesia*, vbi Papa approbat multa Concilia, Ariminense vero Concilium reprobat, & idem dicit text. *in c. multis* 17. *dist.* vbi Papa cassat Concilium Constantinopolitanum, quia sine authoritate Papæ fuerat celebratum. † Amplia; quia Basilien se Concilium 2
fuit vniuersale, sed tamen Eugenius 4. excommunicauit omnes adhærentes huic Concilio. Guid. Papæ, *cons.* 134. *ver. nec obstat, quod post vnionem, nu.* 4. & fuit optima ratione motus, quia multa voluit statuere, de quibus non habebat aliquam iurisdictionem. vt supra *Concl.* 552. † Istud Concilium inter alia fecit multa decreta super 3
prohibitione reseruationum perpetuarum quas Papa facit, & reduxit prouisiones ad ius eligendi, inhibuit Papæ, & super prouisione facta per Papam consuluit Romanus quod non valeat, non quia Concilium inhibuerit, sed quia decoloratur Ecclesia vniuersaliter, & scandala introducuntur, si non seruatur ius electionis, vide Rom. *cons.* 380. *Quæstio est*, vbi apostil. dant concord. † imo plus idem Rom. *cons.* 482. *Dubitatur. n.* 10. *& seq. ver. secundo quæritur.* [illegible] quod non valeat Prouisio Papæ facta in tempore [illegible] dum per Concilium, & quod nõ intrant reser[illegible]ones, qui[illegible] decoloratur Ecclesia vniuersalis, & causa non præsumitur hoc casu, nisi exprimatur, & probetur. † Constantien se Concilium, approbans 5
gesta per Gregor. Alexandrum, & Ioannem eodem tempore Pontifices in eorum obedientia, debet intelligi de obedientia vltima; quia Greg. primo habuit obedientiam Mediolani, postea Ioannes successit in obedientia Mediolani, ideo dicit ipse, quod de vltima debeat Concilium intelligi. Castr. *cons.* 253. *ad confirmationem, col.* 2. *lib.* 1. allegat *l. si mater in fi. C. ne de statu defunct.* † Tu dicas, quod ex 6
quo istud Concilium Basilien se non fuit per Papam approbatum, nullius est momenti, *c. 1. dist.* 17. & quæ scripta fuerunt in illis temporibus fuerunt scripta dum esset schisma, & quia credebatur Eugenium esse notorium delinquentem, & scandalizatorem, & fuit repertum contrarium, vt fuit ostensum supra, *Concl.* 552. *n.* 12. *& seq.*

Conciliaris Canon quando dicatur, vel non. Concl. 556.

CANON † dicitur conciliaris quando est factus in Concilio. 1
Amplia, † vt etiam decretalis dicatur conciliaris, quando est 2
facta per Papam, Sacro approbante Concilio. Gemin. *cons.* 44. *n.* 3. *ver. & dico.* † Limita; quia idem Canon factus sacro approbante 3
Concilio, & qui dicitur conciliaris, si continet aliqua separata à conciliari constitutione, quæ dependet à Papa, non dicitur conciliaris, licet in eodem canone conciliari sit conscripta. Gemin. *cons.* 44. *n.* 3. 4. *& 5.* vbi late declarat.

Concilio qualiter censeatur derogatum. Concl. 557.

PAPA † non ita de facili derogat constitutioni conciliari sic- 1
uti alteri constitutioni. Capra *cons.* 157. *num.* 10. *& seq.* vbi late, ideo debet fieri mentio specialis, vt censeatur derogatum. Cassad. *Decis.* 2. *nu.* 8. *ver. pro decisione, de præb.* † Ratio est, quia conciliares 2
constitutiones dicuntur habere clausulam derogatoriam ad postea concedenda. Archi. *in c. 1. de constit. in 6.* Fel. *d. c. nonnulli, n.* 8. *de rescr.* Iacobat. *de Concil. lib.* 5. *art.* 18. *in princ.* † Et quod sit difficilior dero- 3

gatio conciliaris diſpoſitionis quam ſimplicis conſtitutionis Pa-
pæ. facit, *c. prudentiam, de offi. deleg.* Hen. Bottues *de Synodo Epiſcopi, in*
3. part. concl. 3. plene Felin. *in c. nonnulli. num. 2. ver. ſed nota, quod omnis, de*
4 *reſcript.* † Et quod niſi in ſpecie ſit derogatum concilio, quod per
clauſulas generales non inducatur derogatio. Rom. *conſ. 436. nu. 11.*
in fi. ver. primo ex eo. vbi apoſtill. dat concor. allegat caſum *in c. penult.*
5 *de capel. mon. ich.* Vide, Cathedraticum quid ſit. Concluſ. 132. † Am-
plia, quia legatus de latere, non poteſt derogare concilio generali.
Henric. Botteus in *tractat. de Synodo Epiſcopi, in 3. part. concluſ. 3. num. 7.*
6 Limita, † quia ſi Papa ſciuit factum, & ex certa ſcientia derogauit,
cenſetur derogaſſe etiam conſtitutioni conciliari, vt idem Capra
conſ. 157. num. 35. verſ. Nec obſtat, quod talis legitimatio. Vide, *Derogatio in*
genere facta quando ſufficiat, vel non, Concluſ. 216. vbi plenius.

Concluſio potius attenditur, quam facti narratio. Concluſ. 558.

1 CONCLVSIO † attenditur in libello, non autem quid fuerit
narratum. Lap. *alleg. 55. Quidam coram iudice, nu. 5. ver. de hoc patet.*
Gemin. *conſ. 118. Ne ſuper deductis, nu. 5. verſ. nec etiam poteſt iuſtificare.* vbi
quod concluſio, & non narratio attendi debet. Bald. *conſ. 353. De li-*
bello, lib. 2. Cuma. *conſ. 63. Vicarius quidam, in princ.* Angel. de Peruſio.
conſ. 36. Pro deciſione, num. 3. verſ. 2. præmitto. Angel. *conſ. 262.* Io. de Imola.
in princ. Innoc. in *c. ſuper litteris, de reſcr.* Bart. in *l. Aurelius. §. Sticho. ff. de*
2 *liber. leg.* Iaſ. plene in *§. omnium. Inſtitut. de act. nu. 129.* † Et quod con-
cluſio libelli ſit attendenda, non autem narrata in libello etiam
verba impropriando, vt libellus ſuſtineatur, & vt verba aptentur
ad congruam actionem, maxime ſtante clauſula, *ſuper quibus peto ius*
& iuſtitiam, &c. non ſe aſtringens, &c. Alex. *conſ. 121. Viſo proceſſu, num. 2.*
& ſeq. lib. 1. plenius *conſ. 44. Eximie, num. 3. & 4. ver. quantum autem ad*
tertium, lib. 7. vbi quod libellus, in quo duo actores narrantur, ſed in
concluſione vnus ſolus exprimitur, ſuſtinetur ſecundum conclu-
3 ſionem. † Declara tamen; quia ſi exprimatur cauſa in libello, &
concluſione, nunquam libellus ſuſtinebitur in cauſa de directo
contraria cauſæ expreſſæ; vnde ſi egi ad hæreditatem ab inteſtato,
non poſſum obtinere ex teſtamento, tanquam cauſa omnino con-
traria, & clauſulæ ſalutares non extenduntur ad contraria, quia re-
pugnant verba, & mens libellantis, niſi eſſet apposita clauſula, *&*
prædicta omni meliori modo, &c. ſuper quibus, &c. non ſe adſtringens, &c. ita
Alexand. *conſ. 121. Viſo proceſſu. num. 5. & ſeq. per totum, ver. ſed præmiſſis*
non obſtantibus, libr. 1. † Et concluſio dicitur anima libelli; quia in
[illegible] proprie ſtat anima libelli, Bald. *conſ. 455. nu. 3. in fin. verſ.*
5 *a[illegible]n veniam.* [illegible] *3. incip. Videamus ſi ex iure.* † Et concluſio am-
pliat, reſtringit, declarat, & ſuſtinet libellum. Iaſ. *d. §. actionum. Inſtit.*
6 *de actio. num. 129.* † Ex medio concludendi, non ex medio narran-
di colligitur, quæ actio fuerit intentata. Caſtr. *conſ. 138. col. 1. in fi. ver.*
nec obſtat, & col. 2. in prin. lib. 2. vbi apoſtilla citat Corn. *conſ. 92. num. 4.*
7 *lib. 4.* Caſtr. plene *conſ. 306. num. 2. & ſeq. lib. 2.* † Extende; quia nar-
rata non ampliant concluſionem libelli, ſicut exceptio non am-
pliat regulam, confirmatio non ampliat confirmatum, & clauſula,
non obſtante, non ampliat gratiam. Caſtr. *conſ. 306. nu. 3. ver. ex quo pa-*
tet, libr. 2. & quod non amplietur concluſio libelli ex varietate nar-
rationis. Abb. *conſ. 89. in quæſtione, col. 2. in princ. ver. libellus autem. lib. 1.*
8 Alex. *conſ. 121. Viſo proceſſu. col. 2. in princ. lib. 1.* † Reſtringe, niſi poſt
narrata diceretur, *propterea petit declarari narrata eſſe vera, & inſuper pe-*
tit, &c. quia licet alia petitio ſtricta ſequatur, tamen etiam narrata
veniunt omnia in concluſione, ita Hier. de Tortis, cuius eſt *conſ.* A-
lex. 192. *In cauſa & lite. n. 8. ver. non obſtat, lib. 2.* vbi *n. 9.* idem dicit pro-
cedere, quando in fine apponitur clauſula, *ſuper quibus omnibus petit*
9 *ius, &c.* † Concluſio apta in libello requiritur de iure ciuili, alias li-
bellus dicitur ineptus. Caſtr. *conſ. 248. Viſis & ponderatis, col. 2. in fi. n. 5.*
10 *lib. 2.* † Et vbi concluſio non eſt in libello, & ex narratis colligi non
11 poteſt, ſequi ſententia non poteſt. Caſtr. *d. conſ. 248. n. 5. lib. 2.* † Am-
plia, quod ex accuſatione intentata contra clericum ſuper crimi-
ne, licet in propoſitione cauſa videatur criminaliter intentata; ta-
men ſi concluditur ciuiliter, vt remoueatur ſolum à beneficio,
cauſa dicitur ciuiliter intentata; quia ex fine, ad quem agitur, &
concluditur, fit interpretatio, & præcedentia reſtringuntur. Feder.
de Sen. *conſ. 23. num. 2. ver. contra quilibet.* Calder. *conſ. 104. in princ. ver.*
ſed hic agitur, alias 2. *de procur.* & latius idem Calder. *conſ. 481.* alias 3.
De accuſatio. in fi. vbi quod concluſio & finis libelli attenditur, non
autem narratiua, & *conſ. 483.* alias 5. *eod. tit. in fi.* Cuma. *conſ. 42. Viſo*
proceſſu, circa med. ver. tamen cum ipſa querela, vbi quod actio inepta nõ
12 attenditur, ſi cauſa apte concluditur. † Extende, vt idem ſit in de-
nunciatione iudiciali facta; quia attenditur concluſio ad exemplũ
libelli, non autem narratiua. Calder. *d. conſ. 483. in fi.* alias 5. *de accuſa-*
13 *tio.* † Amplia; quia ſalua ratione recti ſermonis concluſio debet ad-
aptari ad illam actionem, quæ vtilior & expeditior eſt libellanti.
Caſtr. *conſ. 138. n. 3. lib. 2.* † Amplia, vt ſufficiat concluſio etiam non 14
ſpecifica, ſi modo ex ea poteſt reſultare effectus, vt ſi quis dicat; *cõ-*
queror de tali, qui me ſpoliauit; quia ſufficit libellus talis. Bald. in *l. incer-*
ti iuris, circa fi. verſ. 14. C. de interd. vbi quod tutius eſt ſpecifice conclu-
dere, & allegat pro vtraq; parte, & Bald. *conſ. 468. poſt med. ver. ad hoc*
facit, lib. 2. † Reſtringe hanc ampliationem, vt non ſufficiat, ſi con- 15
cludatur; *peto ius & iuſtitiam miniſtrari;* quia ſi nihil petitur, iuſtitia
nihil confert, vnde nihil concluditur. Bald. in *d. l. incerti iuris, in fin. in*
15. q. C. de interd. † Reſtringe, quia non ſufficit narrare factum ſine 16
petitione; quia nihil concluditur, & non procedit libellus. Cald.
conſ. 198. in fin. alias 2. *de re iud.* allegat, quod habetur in *c. vnico. de lit.*
conteſt. † Amplia; quia ſufficit concluſio inepta ſeu imperfecta; quia 17
ſufficit, ſi dicatur; *peto talem cogi ad ſoluendum;* etiam ſi non dicatur;
peto condemnari, & cogi. Bal. *conſ. 468. per totum.* *quod eſt Franc. d. Be- *
rardini de Spoleto, *& conſ. 469. Tria dubia, in pr. lib. 2. &* Bald. plene
conſ. 370. Tria dubia, in pr. lib. 4. † Contrarium tenet Bart. in *l. 1. C. de* 18
exec. rei iud. quod videlicet talis ſit libellus ineptus, ſi non petitur
condemnari cogendum; quia nemo cogitur, niſi prius condemne-
tur. † Amplia; quia ex narratis in libello, & concluſis cognoſcitur, 19
quæ actio fuerit intentata. Anto. de Butr. & Abb. in *c. ex parte, de foro*
comp. & in c. fin. extra, de iud. Bal. in *l. donum. C. de rei ven.* Doct.* in *l. certi* *
conditio, in pr. ff. ſi cert. pet. Dec. *conſ. 62. col. 2.* Bart. in *l. Aurelius. §. Stichus.*
ff. de liber. leg. Soc. *conſ. 39. col. antepen.* Dec. *conſ. 6.* Alex. *conſ. 184. Viſo,*
col. 3. lib. 5. † Extende; quia etiam ex proſecutis attenditur, & cogno- 20
ſcitur, quæ actio ſit intentata. Inn. in *c. 2. ver. iuſtitiæ, de ord. cogn.* Caſtr.
conſ. 38. col. 2. lib. 2. Fel. in *c. licet, in decima fallent. de ſimon.* † Amplia; quia 21
potius attenditur concluſio libelli, quam narrata, etiam ſi narrata
aliud ſuadeant. Dec. *conſ. 28. & conſ. 187.* Feder. de Sen. *conſ. 23.* Alex.
conſ. 117 lib. 2. plura Curt. *conſ. 82.* Alex. *conſ. 121. n. 2. lib. 1.* Caſt. *conſ. 138.*
In cauſa, quæ vertitur coram Locumtenente. lib. 2. Bar. in *l. certi condictio, col.*
1. ff. ſi cert. pet. & in l. ſi prius. in 5. oppo. ff. de noui oper. nunc. Dec. *conſ. 57. col. 1.*
& conſ. 136. & conſ. 493. col. pen. Bar. in *l. Aurelius. §. idem quæſit. ff. de liber.*
leg. † Et quod concluſio libelli attendatur. Caſtr. *conſ. 168. Viſo puncto* 22
ſupradicto, num. 2. col. 2. ver. Quod autem iſtæ videntur intentaſſe. lib. 2. plene
Ant. de Butr. in *c. fin. de iud.* † Contrarium, quod ad ſuſtinendum 23
libellum, ad fauorem, & ſecundum intentionem actoris, attenda-
tur potius narratio, quam concluſio, quæ poteſt etiam ſtare ſecun-
dum narrata, Caſtr. *conſ. 85. In cauſa mota, lib. 2.* vbi quod ſi quis nar-
rauit ſe fuiſſe inueſtitum iure feudi, & ideo aduerſarium concludit
amoueri, & ſe in poſſeſſionem induci, cenſetur vtilem rei vendica-
tionem intentaſſe, non autem poſſeſſorium; quia concluſio poteſt
conuenire, & petitorio, & poſſeſſorio; ideo ex narratis declaratur.
Caſtr. *conſ. 85. in pr. lib. 2.* vbi quod licet debuerit petere ſe declarari
dominum, cenſetur petiiſſe in neceſſariam cõſequentiam, ex quo
petit ſe induci in poſſeſſionem, & aduerſarium amoueri. † Decla- 24
ra, vt ſupra in principio; quia ſi in libello narrantur reſpicientia pe-
titorium, & poſſeſſorium, licet poſtea concludatur in ſolo poſſeſ-
ſorio, vel ſolo petitorio; tamen vtrunq; dicitur intentatum, ſi ad-
eſt clauſula ſolita; *petit declarari prædicta omnia narrata vera fuiſſe, & eſſe;*
vel ſi adeſt clauſula ſalutaris; *ſuper quibus omnibus petit ius & iuſtitiam,*
&c. quia iſto caſu neceſſario fit concluſio ſecundum narrata, non
obſtante ſpeciali concluſione. Alex. *conſ. 192. In cauſa & lite, n. 8. ver.*
non obſtat, lib. 2. quod eſt Hieron. Torti. † Extende ampliationem 25
& in tantum attendi concluſionem, & non narrationem libelli, vt
is, qui petiit in concluſione declarari bona fuiſſe in bonis debito-
ris obligati, & ſe mitti in poſſeſſionem, cenſeatur potius intentaſſe
hypothecariam, in qua non probauit, & debet ſuccumbere, quam
Saluianum, in quo probauit, etiam ſi in narratione libelli dixit, et-
iam quod debitor tenuit & poſſedit bona obligata, quæ verba
conueniunt Saluiano. Caſtr. *conſ. 168. Viſo puncto, per totum.* maxime
num. 2. lib. 2. verſ. quod autem videatur. † Declara, quia quando verba 26
ſunt apta continere petitorium, & poſſeſſorium, prout clauſula:
ſuper quibus, &c. Iudex debet pronunciare ſuper poſſeſſorio: quia
quod minus eſt in dubio venit in condemnatione. Alex. *conſ. 117.*
Viſo proceſſu, n. 2. lib. 2. vbi quod etiam, quod contineret petitorium,
& poſſeſſorium, ſi conſtat de poſſeſſorio, debet prius ſuper illo
pronunciari. † Et quod concluſio libelli attendatur, non autem 27
narrata. Bart. in *l. certi condictio, in princ. ff. ſi cert. pet. c. ex parte,* vbi Abb.
in 2. *not. de foro compet.* Abb. & Felin. in *c. vnico, de lit. conteſt.* idem Abb.
in *c. litteræ. de dilatio.* Bart. in *l. Aurelius, §. Sticho.* vbi Alex. *in apoſtill. ff. de*
liber. leg. late Barb. in *c. niſi de off. leg.* vbi idem dicit in contractu, & in
reſcripto. Caſtr. *conſ. 138. col. 1. in fin. & col. 2. in princ. ver. nec obſtat, libr. 2.*
Extende, † quia imo concluſio libelli oſtendit qualitatem iudicii 28
intentati, & declarat, quomodo narrata ſint intelligenda, & re-
ſtringit. Caſtr. *conſ. 113. nu. 4. lib. 2.* vbi apoſtilla citat Corn. *conſ. 18. n. 1.*
lib. 3. vbi Caſtr. declarat procedere, quando verba narratiua hoc
patiun-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

29 patiuntur, quod possint ex conclusione declarari. † Restringe, quando adest clausula; _petens ius & iustitiam ministrari omni meliori modo_: cuius vis est, vt narrata etiam attendantur, & quod probatio super illis facta prosit. Alex. _cons. 121. lib. 1. & cons. 117. & cons. 192. lib. 2. & cons. 38. in pr. lib. 3. & cons. 42. lib. 4._ Soc. _cons. 160. ad fin. lib. 2._ Dec. in _l._
30 _petens, col. 2. C. de pact._ † Declara, quia imo clausula, _deducens omne ius suum_; restringi debet ad ea, quæ sub conclusione includi possunt, vt
31 non sint contraria. Castr. _cons. 306. n. 3. lib. 2._ † Idem est in clausula, _peto ius & iustitiam ministrari_; quia debet restringi ad ea, quæ sunt expressa, & super conclusione possunt comprehendi, non autem includit actionem contrariam. Castr. _d. cons. 306. n. 3._ Alex. plenissime _cons. 121. Viso processu. n. 5. & seq. ver. sed præmissis. lib. 1. per totum._ vbi quod clausula: _peto iustitiam, &c._ & clausula: _non se astringens, &c._ non operantur circa contraria, nisi adesset clausula: _& prædicta omni meliori_
32 _modo_; cum aliis clausulis prædictis. † Amplia, quia quando ex narratis concluditur rei vendicatio, quia narrauit actor se dominum, & reum possidere bona sua, & in conclusione narratur, & petitur aduersarium condemnari ad restituendum bona prædicta sibi actori hæredi vna cum fructibus, censetur intentata petitio hæreditatis, non rei vendicatio, neque vtraque, quia cumulari non possunt, _l. 2. & ibi Doctor. C. de petit. hæred._ ideo in dubio illa censetur intentata, in qua concluditur. Bartol. in _l. ex diuerso. §. 1. in princ. ff. de rei vend._ Alex. _cons. 184. Viso processu, in princ. lib. 5. & cons. 70. num. 10. libr. 6. In puncto._ Castr. in _cons. 138. In causa, quæ vertitur, lib. 2._ Angel. in _l. qui interrogatus. ff. de pet. hæred._ post Cyn. in _l. cogi. C. eod._ qui dicit, in dubio nõ præsumi cumulationem, quando vnum narratur, & aliud conclu-
33 ditur. † Amplia in tantum attendi conclusionem in libello, vt libellus sine conclusione non procedat, neque valeat, vide Socin.
34 _reg. 14. libellus sine conclusione_, vbi limitat septem modis. † Amplia, quia non potest contestari lis, neque ferri sententia super libello non continente conclusionem. Soc. _reg. 15. libellus ad hoc._ vbi limitat
35 sex modis. † Limita, quia imo attenditur facti narratio, & conclusio, quæ debet sequi, vel sequitur in consequentiam, non autem quæ sequitur per errorem, vel ineptitudinem, vnde si peto decem, quæ mutuaui, & concludo te condemnari ex alia causa non atten-
36 ditur conclusio. Ang. de Peru. in _l. fin. C. de interd._ † Limita fauore piæ causæ, vt redemptionis captiuorum, quia licet conclusio contra narrata reddat libellum ineptum: tamen cessat hoc, quando
37 agitur de bona fide, & causa pia. Bald. _consil. 353. lib. 2._ † Idem est in causa Ecclesiæ, quia valet libellus ineptus pro Ecclesia. Bald.
38 _cons. 468. Visa petitione. post med. ver. ad hoc facit. lib. 2._ † Limita, quia ex narratis sumitur conclusio, & sufficit, quod ex narratis sequatur idem, quod exprimi debebat. Feder. de Sen. _cons. 158. R. P._ qui loquitur in commissione propter non tutum accessum impetrata, vt sufficiat, si resultant ea, quæ continentur in _c. statutum. §. cum vero, de rescr. in 6._ licet non sint expressa. Cuma. _d. cons. 42. circa med._
39 Extende † limitationem in commissione, seu libello delegantis, quia si simpliciter, & indistincte causa committitur, intelligitur in petitorio, & possessorio, etiam si sit ambigua commissio. Bald. _in l._
40 _incerti iuris, in fin. vers. sextodecimo. de interd._ † Limita, quia imo etiam de iure ciuili libellus procedit sine conclusione, ergo multo magis, si conclusio est facta, licet inepte, dummodo narratio facti possit concludere. Bald. _d. cons. 468. per totum, lib. 2._ Vide, _Libellus plures continens causas sufficientes non debet in omnibus iustificari_, Concl. 310. Vide, _Libellus quid sit, & continere debeat._ Conclusio. 300. n. 16. & seq.

Conclusio quid sit, & non præsumitur, & in quibus causis non sit necessaria. Conclus. 559.

1 CONCLVSVM † dicitur in causa, vbi nihil restat probandum. Bald. _cons. 354. num. 4. ver. nam quoties. lib. 3._ & conclusio in causa nihil aliud est, quam renunciatio, quod nihil aliud producatur.
2 _auth. vt cum, de appell. cognosc. §. sed hoc ita._ Oldrad. _cons. 320. in fin._ † Et conclusio in causa dicitur totius cognitionis terminus, adeo quod post conclusum non est cognoscere, sed cognitum esse. Roman. _cons. 100. In præsenti causa. col. fi. nu. 3. ver. quoad secundum._ vbi apostilla dat concor. in _ver. cognitum est._ Alex. _cons. 182. In causa, & lite. in fi. lib. 6._
3 Idem † est, si lapsæ sunt statutariæ dilationes ad probandum, quia censetur conclusum in causa. Fulgo. _cons. 138. col. 3. in prin. ver. iis illis_
4 _consequens._ † Idem est, si assignatus, & lapsus est terminus ad probandum, & probatum habendum, quia habet vim conclusionis in
5 causa. Alex. _cons. 101. Viso processu. num. 4. lib. 2._ † Æquiparantur conclusio in causa & renunciatio facta probationibus, quando renunciatum est allegationibus iuris, & facti. Card. Zabar. _cons. 23. In cau-_
6 _sa Auaretti, in princ._ † Extende, quia quando nihil amplius potest allegari, vel actitari, dicitur conclusum in causa, quia post conclusum in causa non est cognoscere, sed cognitum esse. Alex. _d. cons._
182. _In causa, & lite. in fi. lib. 6._ † Et sicuti litis contestatio est princi- 7
pium iudicii: ita conclusio dicitur finis; quod est inter litis contestationem & conclusionem, dicitur medium. Alex. _cons. 183. n. 6. ver. Nam qualibet causa. lib. 6._ † Extende, quia quando consulenda causa 8
committitur, censetur renunciatum allegationibus facti non iuris, & ideo potest produci statutum, allegari consuetudo, & similia: quia non censetur conclusum. Card. _d. cons. 23. num. 1. & 2. vers. modo quando quæstio._ † Habet tamen vim conclusionis in causa missio 9
causæ ad consilium sapientis. Capic. _dec. 80. n. 10._ † Imo lapsus ter- 10
mini peremptorii ad probandum, & probatum habendum. Alex. _cons. 101. Viso processu, n. 4. lib. 2. & cons. 198. Viso processu, n. 9. lib. 7._ † De- 11
clara: quia imo si ius partis non est læsum, potest etiam fieri probatio post petitum consilium circa ea, quæ sunt facti. Card. _d. cons. 23. n. 2. ver. remanet autem._ † Extende: quia relatio habet vim conclusio- 12
nis in causa. Capic. _decis. 80. n. 10._ † In causis summariis, & exequuti- 13
uis non fit conclusio in causa. _clem. sæpe, vbi gl. & Doct. de verb. signific._ Afflict. _dec. 272. n. 4._ Bart. _in extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura iudicii, nu. 18. ver. item an requiratur conclusio._ vbi quod cum primum liquet iudici de causa, ille potest sententiare sine conclusione, & quod non requiritur terminus ad allegandum. † Et conclusio in 14
causa in summariis, sicut in ordinariis non operatur, quod non possit fieri probatio, & recognitio iurium. Rom. _cons. 373. In casu proposito. nu. 3._ † Declara tamen: quia quamuis non concludatur forma- 15
liter: tamen primus actus, qui fit post conclusum in causa summaria, habetur pro conclusione. Bald. in _l. nec causas. C. de appell._ Feli. in _c. dilecti. col. 6. ver. quarto scias, de fide instr._ Alex. _cons. 182. in fi. lib. 6._ Corn. _cons. 235. col. 3. lib. 3._ Amplia; quia in causis criminalibus non concluditur in causa: quia neque posset reus, si vellet, renunciare vlteriori defensioni, seu probationi. Roman. _cons. 176. Istæ sunt, in prin. ver. in quantum dicitur._ vbi dicit * communem, & apostil. prima in *
vers. non concluditur. citat plures, & dicit * communem. Bartol. etiam *
tenet, quod non fiat conclusio in criminalibus: quia quandocunque reus vult audiri, & se defendere admittitur. † Ordinis iudi- 16
ciarii est conclusio, saltem de iure canonico; quod attendi debet vbique, ex quo contrarium non reperitur dispositum de iure ciuili, plene Rom. _cons. 176. num. 11. ver. ostenditur hic, cum seq._ † Decla- 17
ra, vt quod dicitur de allegationibus iuris, procedat, quando non datur terminus ad allegandum, sed bene allegationes recipiuntur. Zabar. _cons. 72. nu. 9. & 10._ vbi quod imo iudex quandoque supplet in allegationibus iuris, & idem dicit apostill. ad Rom. _cons. 345. num. 7. in ver. iuris._ † Amplia, seu extende, quia sicuti conclusio in 18
causa excludit, ne possint produci iura, ita etiam est in causa commissa, seu transmissa consilio sapientis, quia habet vim conclusionis in causa. Bald. _cons. 67. Quia ex facto, lib. 3. in fi. ver. præterea._ Dominum. Card. Zabar. _cons. 72. num. 9._ † Declara, vt per Card. Zaba- 19
rell. _cons. 23. In causa Amareti, per totum._ vbi quod est verum quoad probationes facti; secus iuris, ideo statutum & consuetudo potest produci, imo datur restitutio, quia est renunciatio tacita. † Am- 20
plia, quia neque potest in causa ordinaria compelli pars ad recognoscendum manum suam: secus in causa summaria. Roman. _cons. 373. In casu proposito, num. 3._ † Amplia, quia creditor secundus, qui 21
potest primo offerre, vt consequatur pignus, vel satisfactionem, non potest facere oblationem, postquam est conclusum in causa. Bald. _cons. 50. Secundus creditor, lib. 1. in fi. ver. item post conclusum._ † Am- 22
pliationem extende, quia error calculi non potest allegari post cõclusum in causa. Rom. _d. cons. 346. num. 11. vers. nec refragatur._ vbi quod procedit, prout in confessione, quæ non reuocatur post rem iudicatam neq; post conclusum in causa in prima instantia, licet bene possit reuocari in secunda instantia, antequam sit conclusum in causa in eadem secunda instantia, vel tertia. † Amplia, quia non 23
potest peti fieri compromissum vigore statuti post conclusionem in causa, vt per Bald. _cons. 354. Super eo, quod per totum, lib. 3._ qui loquitur in statuto Nouariæ, & in causa restitutionis in integrum, in qua erat conclusum. † Contrarium, quod imo in causa principali post 24
conclusionem possit peti, & debeat fieri compromissum, quando statutũ loquitur indistincte. Bal. _cons. 255. post conclusum, lib. 4._ † Item 25
operatur conclusio in causa, quod secundũ regulas Cancellariæ, non potest auocari causa à iudice, coram quo est conclusum Rom. _cons. 176. n. 9. ver. super est ergo._ qui dicit regulam habere locũ, tam in conclusione expressa, quam in tacita, & _n. 13. & seq. ver. pro responsione._ vbi plena apostilla in _ver. quæsito._ & Rom. in _d. cons._ vsq; in fi. dicit rescriptum nullũ, si regulæ non est derogatum. † Item testes exami- 26
nari non possunt. Rom. _cons. 20. Viso puncto, n. 2. & cons. 100. in præsenti. n. 3._ vbi dicit * communem. † Declara, quia bene iudex ad inqui- *27
rendam veritatem potest testem repetere, pro declarando dicto dubio, quia conclusio nõ ligat iudicem, si vult, quin possit examinare. Ang. _cons. 296. Visis attestationibus, in fi. lib. 4._ † Extẽde, quia non 28
admit-

admittitur probatio maxime facienda ex alieno loco. Zabarel. *d.*
29 *conſ.* 72. *n.*10. † Extende; quia probatio, etiam ſi eſſet prompta non admittitur; quia neceſſario deberent admitti exceptiones forſan requirentes probationem, ideo omnia excluduntur. Card Zabarel. *d. conſ.* 72. *num.*10. † Reſtringe; quia vbi agitur de periculo animæ poteſt iudex admittere partem ad probationes nouas faciendum. Card. Zabarel. *d. conſ.* 23. *in fin.* Anchar. *conſ.* 212. *Ego Angelus.*
31 vbi hoc dicit in cauſa matrimoniali. & *conſ.* 72. *num.* 10. † Reſtringe in foro Capitolino, vbi poſſunt produci inſtrumenta vſque ad ſententiam, & hoc non tollit, quin fiat concluſio. Roma. *conſ.* 176.
32 *Iſtæ ſunt num.* 11. *ver. ſecundo oſtenditur, & num.* 12. † Reſtringe; quia licet probationes facti non poſſint admitti poſt concluſum in cauſa, vel poſtquam illis eſt renunciatum: tamen fallit, quando ſubeſt iuſta cauſa per reſtitutionem in integrum, ex clauſula, *ſi qua mi-*
33 *hi iuſta cauſa.* Card. *conſ.* 23. *num.* 3. *verſ. ad hanc partem.* † Reſtringe; quia concluſio eſt quædam interloquutoria, quæ poteſt reuocari, ideo in beneficiali non obſtat. Zabarel. *conſ.* 117. *in ſi. num.* 3. *verſ. & ſi dicatur*, & propterea ſi admittuntur iura poſt concluſum in cauſa, videtur iudex reuocare concluſionem. Maſc. *conc'.* 339. *concluſio in cauſa, num.* 5. allegat Rot. *deciſ.* 5. quæ eſt prima, *de teſtibus in nou.*
34 † Reſtringe, quando per probationem facti ius partis aduerſæ
35 non lædituꝛ. Card. *d. conſ.* 23. *num.* 2 *ver. rentanet autem.* † Reſtringe; quia bene poſſunt produci inſtrumenta de nouo reperta. Roma.
36 *d. conſ.* 176. *n.* 12. *ver. quinimo*, vbi apoſtil. † Reſtringe; quia iudex poteſt reum interrogare pro delicto etiam poſt concluſum in cauſa. Alex. *conſ.* 77. *In cauſa accuſationis, num.* 9. *lib.* 1. Roma. *conſ.* 176. *num.* 12. *ver. & primo poteſt*, vbi apoſtilla in *verb. concluſum.* vbi citat infinitos pro vtraq;, & dicit *cõmunem, & allegat Dec. in c. 1. *in prima lect.*
* *de iud.* quid dicit magis * communem. † Contrariam tenent alij,
37 quos eadem apoſtilla allegat, inter quos citat Ripam *d. c.* 1. *de iud.*
* *in* 4. *not.* atteſtantem * hanc communiorem. † Reſtringe; quia iu-
38 dex ſi vult poteſt ex officio veritatem inquirere, imo tenetur inquirere. ſi poteſt ſcire, & maxime in cauſa, vbi de periculo animæ
39 agitur. Anchar. *d. conſ.* 212. *per totum.* † Reſtringe; quia poteſt deferri iuramentum in ſupplementum. Roma. *conſ.* 176. *col. penult. in*
40 *fi. ver. præterea.* † Reſtringe, vbi officiũ iudicis exuberat ex rationabili cauſa; quia etiam inſtrumenta poteſt iudex admittere. Card.
41 Zabarel. *d. conſ.* 72. *num.* 10. † Reſtringe; quia poteſt fieri declaratio rei dubiæ ex officio iudicis. Roma. *conſ.* 20. *in fi. num.* 9. *verſ. non ob-*
42 *ſtat tertiũm.* † Reſtringe, quia bene iudex pro declaratione rei du-
43 biæ poteſt admittere poſt concluſum in cauſa declarationes. Za-
n. *d. conſ.* *num.* 10. † Reſtringe, quia ſi quis egit tanquam tal[illegible] non probauit ſe talem, & non fuit ſibi oppoſitum, poteſt tamen per allegationes iuris opponi; quia ſufficit dicere, tu non es talis, & eſt allegatio iuris. Card. Zarabel. *conſ.* 72. *num.* 10. *& ſeq.*
44 *ver. ad quintum.* † Reſtringe; quia concluſio reſpicit inſtantiam, ideo in alia inſtantia poteſt non probatum probari. Zabar. *d. con* 27. *n.*
45 12. † Reſtringe in cauſa ſummaria; quia non requiritur concluſio.
46 Roma. *d. conſ.* 20. *in fin.* † Declara hanc vltimam reſtrictionem, niſi eſſet renunciatum omni probationi expreſſe in omni inſtantia; quia talis concluſio operatur in omni inſtantia, Zabarel. *d. conſ.* 72.
47 *num.* 12. † Et in omnibus caſibus, in quibus iudex poſt concluſum in cauſa admittit ſcienter articulos, iura, & probationes, cenſetur reuocare concluſionem. Rota in *no. deciſ.* 1. *de teſtib. alias num.* 5. quam ſequitur Alex. *conſ.* 72. *num.* 7. *ver. facit, quod not. lib.* 3. Vide
☞ [Maſcard. *concluſ.* 339. *concluſio in cauſa*, vbi, quod non præſumitur, niſi appareat ex actis, ſed facta bene preſumitur in termino, & preſumitur nota iudici, qui concluſit, alias ſecus.

Concluſio in cauſa multa operatur. Concluſ. 560.

1 CONCLVSIO † in cauſa operatur, vt nec inſtrumenta produci poſſint, parte contradicente. *c. cum dilectus, de fide inſtr.* Feder. de Sen. *conſ.* 109. *in fin. ver. inſtrumentum autem.* Fulgo. *conſ.* 138. *In quæſtione, & cauſa, num.* 2. Card. Zabarel. *conſ.* 72. *num.* 9. *verſ. ad quartum,*
☞ *cum ſeq.* Roma. *conſ.* 282. *Commiſſio.* Vide omnino Socin. *reg.* 10. *inſtrumenta poſt concluſionem in cauſa produci non poſſunt*, vbi ampliat qua-
2 tuor modis, & limitat decem modis, quos videas. † Reſtringe, quando eſſent inſtrumenta de nouo reperta, vel alia ex iuſta cauſa; quia iudex poteſt admittere. Canoniſtæ in *c. cum dilectus, de fi. inſt.* Dec. in *c. quoniã contra, n.* 35. *de probat.* Rom. *con.* 176. *n.* 12. *ver. quin-*
3 *imo.* † Declara; quia non poſſunt dici de nouo reperta, quãdo ſunt inſtrumenta propria producentis; quia non eſt probabilis ignorantia, quod ignorauerit, neque quod de nouo reperit. Fulgo. *d.*
4 *conſ.* 138. *col.* 3. *tertia, in prin. nu.* 2. † Contrarium, quod imo de iure ciuili produci poſſint inſtrumenta vſque ad ſententiam, & ſic poſt concluſum in cauſa. Signorol. *conſ.* 222. *num.* 12. vbi quod ita tenen-
dum eſt, vt iuſtitiæ locus ſit. † Et quod non poſſit produci ſenten- 5
tia, vel laudum, à quibus fuit appellatum, vel reclamatum, quando eſt concluſum in cauſa, vel habetur pro concluſo per lapſum termini ad probandum, & probatum habendum. Alexand. *conſ.* 101. *Viſo proceſſu, num.* 3. & 4. *verſ. quarta ratione lib.* 2. † Reſtringe in 6
ijs, quæ iudici ſunt notoria, prout ſententia, quam habet penes ſe, vel quam ipſe tulit; quia ea poteſt quandocumq; produci. Signorol. *conſ.* 22. *num.* 9. *& ſeq.* † Reſtringe, quando pars producens iu- 7
raret ſe de nouo reperiſſe, & quod de illis prius non habuit notitiam Bart. in *l. admonendi, col.* 2. *ff. de iureiur.* † Reſtringe, quando ali- 8
ter iudici videretur, veluti ſi actor probauit debitum ſibi eſſe, ſed non quantitatem debiti; quia poteſt iudex etiam poſt concluſum in cauſa eligere peritos, qui liquident. Iaſ. in l. 1. *num.* 9. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Abb. in *c. cum cauſam, de teſtib.* vbi quod male faciunt iudices, qui abſoluunt debitores, quia non ſit liquidata quantitas. Vide, *Intereſſe incertum quando poſſit venire in condemnatione, Concl.* 304.
† Amplia; quia poſt concluſum in cauſa nihil poteſt produci, pro- 9
bari, aut allegari, quod conſiſtat in iure, vel in facto. Roma. *conſ.* 20. *Viſo puncto, num.* 2. *& conſ.* 100. *In præſenti, num.* 3. vbi * dicit com- *
munem Legiſtarum. † Extende; quia ſatisdatio, quæ debet dari in 10
cauſa appellationis, non poteſt dari, neque releuat poſt concluſum in cauſa. Roma. *conſ.* 100. *nu.* 3. *verſ. quoad ſecundum.* † Extende; 11
quia etiam ſi ſit conceſſa diſpenſatio, quoad vnam probationem, non extenditur quo ad aliam. Roman. *d. conſil.* 282. *per totum.* † Ex- 12
tende; quia poſt concluſum in cauſa vlterius non poteſt cognoſci, neque allegari in facto, vel in iure. Roma. *conſ.* 346. *In hac cauſa. num.* 7. *verſ. hoc eſt*, vide eundem *nu.* 8. vbi quod idem eſt probare, vel allegare poſt concluſionem, prout eſſet, ſi poſt ſententiam, vbi apoſtilla in *ver. allegaretur*, dat concord. † Et quod poſt concluſum in 13
cauſa, non poſſit aliquid produci iuris, vel facti, Roma. *conſ.* 20. *Viſo puncto, num.* 2. *verſ. tertio quia, & conſ.* 176. *Iſtæ ſunt, in prin.* † Decla- 14
ra tamen, quia quod dicitur iuris aliquid non poſſe produci poſt concluſionem, procedit, quo ad ius partis, prout inſtrumenta, & ſcripturas; ſecus quo ad allegationes iuris, quæ ſemper poſſunt fieri, vſque ad ſententiam. Roma. *d. conſ.* 176. *num.* 9. vbi plena apoſtil. in *allegationibus.* † Extende; quia concluſio in cauſa operatur, 15
quod non amplius poteſt aliquid allegari in iure, neque in facto. Bald. *conſ.* 255. *in princip. lib.* 4. Cardi. Zabarel. *conſ.* 23. *in princ.* Roma. *d. conſ.* 20. *num.* 2. *verſ. tertio, quia. & conſil.* 176. *Iſtæ ſunt, in princ. & conſ.* 346. *In hac cauſa, num.* 7. † Et non dicitur concluſum in cauſa niſi 16
quando renunciatur omnibus probationibus. Alex. *conſil.* 77. *In cauſa accuſationis. nu.* 9. *lib.* 1. † Sola autem renunciatio in allegatio- 17
nibus facti non inducit concluſionem, quo ad omnia; ideo ſi eſt renunciatum productionibus teſtium, & inſtrumentorũ, non per hoc dicitur concluſum in cauſa. Card. *d. conſ.* 23. *in princ.*

Concluſio in cauſa poteſt fieri contra abſentem, & inuitum. Concluſ. 561.

1 CONCLVSIO † in cauſa eſt pars iudicij, & iudicium redditur in inuitum; ergo concluſio poteſt fieri contra contumacem, & inuitum; quia argumentum valet de toto ad partem. Oldrad. *conſ.* 320. *Breues allegationes, in princ.* † Et concluſio non eſt aliud, niſi 2
renunciatio, quod nihil aliud producatur. *Auth. vt cum de appellat. cogno.* §. *ſed hoc.* Oldrad. *conſil.* 320. *in fin.* † Amplia, quod concluſio 3
fit in cauſa etiam ſi proceſſus eſſet nullus; quia in omni cauſa, in qua ad cauſæ expeditionem deuenitur, poteſt fieri concluſio. Oldrad. *d. conſ.* 320. *in fin. num.* 7. *verſ. ſed dato.*

Concluſio in cauſa vt fiat, quæ ſunt neceſſaria. Concl. 562.

1 CONCLVSIO † in cauſa de iure communi fit per iudicis decretum, & interrogationem: interrogat enim partes, an velint aliquid amplius producere. Roma. *conſ.* 176. *Iſtæ ſunt, nu.* 3. alias non poſſet tollere probationes partium. † Item per renunciationem 2
partium vlteriori probationi fit concluſio, nec eſt neceſſarius conſenſus iudicis. Roma. *conſ.* 176. *col.* 2. *in fin. verſ. in quantum dicitur. & col.* 3. *nu.* 5. *& ſeq.* vbi apoſtil. citat Feli. in *c. cum dilectus, col. antepen. ver. ſecundo ſcias, de fide inſtrum.* & Roma. ibi *n.* 7. *ver. in quantum dicitur.* tollit contraria, quod licet iudicium conſiſtat ex actore, reo, & iudice: tamen concluſio fit à partibus etiam ſine conſenſu iudicis.
† Imo, quod tacitus conſenſus partium & iudicis ſufficiat, non au- 3
tem expreſſus requiratur. Roma. *d. con.* 176. *n.* 7. *in ſi. ver. ad hæc omnia, & nu.* 8. *cum ſeq.* vbi quod nullus tex. reperitur, quod expreſſus conſenſus ſit neceſſarius. † De iure ſtatutario fit per ſolam præfixionẽ 4
termini ad probandum, quo elapſo, &c. & tunc nullũ iudicis miniſterium requiritur. Roma. *conſ.* 176. *num.* 4. *verſ. at vbi per ſtatutum,*

vbi

vbi apostil. in *ver. lapsum.* & Roma. ibidat multas instantias, in quibus terminus statuti tollit omnem requisitionem, *num.* 5. † Citatio ad sententiam inducit tacitum consensum, quod in causa sit conclusum. Roman. *cons.* 176. *num.* 8. *vers. secundo expressus*, vbi apostilla citat Ruin. *cons.* 6. *de validitate, in fin. lib.* 4.

Concordiensis Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. 563.

1 EPISCOPVS † Concordien. habuit litem cum nobilibus de Freccia, quod occupauerint iurisdictionem, & Graritum Tramontis, & Castr. *cons.* 81. *In causa, quæ vertitur, lib.* 2. consuluit pro nobilibus, & contra Episcopum, quod vterque possederit, & tollit multa contraria de sententijs & laudis latis pro Episcopo, vt sit nulla.

Concordare quando, & per quos cogi possint litigantes. Concl. 564.

1 PAPA † potest compellere partes litigantes concordare in causis beneficiali. Abb. in *c. cum R. in* 1. *not. de elect.* & plenius *num.* 7. &
2 *seq. ver. an glos.* 1. † Extende in omni principe; quia potest in ijs, quæ pendent à sua potestate, compellere partes ad concordiam, Abb.
3 *d. c. cum inter R. num.* 7. *& seq. de elect.* † Amplia in iudice, & Episcopo, tam ecclesiastico, quam seculari; quia si lis est dubia, & partes diu litigarunt, potest iudex secularis compellere partes ad concordiam, & iudex ecclesiasticus compellet per censuras. Abb. *d. cap. cum inter R. num.* 7. *& seq. de elect.* & maxime *num.* 9. *vers. causa tamen.*
4 † Et quod iudex possit in causa multum intricata, & dubia, eligere viam mediam, & diuidere rem inter litigantes, maxime quando vnusquisque aspirat ad lucrum Anchar. *consil.* 210. *Inter contraria.*
5 † Contrarium in iudice, quod licet possit suadere partes ad concordiam, non tamen compellet concordare, tenet Bald. & Salycet. in *l. ex stipulatione. C. de sent. & interloq. omn. iudic.* quos sequitur Alex. *cons.* 144. *Viso statuto, in princ.* vbi alios citat, *lib.* 7. & ita seruat Rota Romana; quia in arduis, & intricatis litibus hortatur ad con-
6 cordiam, sed non compellit. † Amplia coram arbitratore, quia si lis est dubia, potest æquitate motus componere partes, *l. non sine.* § 1. *C. de bon. quæ liber.* Caccialup in *repet. l. precibus, C. de impub. & aliis sub-*
7 *stit.* † Amplia in iudice, quia potest partes diu litigantes in causa intricata compellere ad concordiam, Roman. *consil.* 126. *Considerato ad quod. per totum*, vbi apostilla in *vers. concordiam*, dat plurimos
8 concord. ad hoc. † Amplia; quia iudex vbicunque articulus iuris est subtilis, & de apicibus iuris, & pro vtraque parte est opinio, potest. & expedit causam concordare. Castr. *cons.* 280. *Præsupposito statuto, in fin.* vbi quod ita fuit factum in causa Bartholomæi Leonis Patauini in illo subtili articulo, an stante statuto, quod filius, seu patruus excludat filiam fœminam ab intestato, habeat locum ex testamento, si alius extraneus fuerit institutus, *lib.* 2. Vide plenius, *Opiniones Doctorum, quando sunt hinc inde, &c. Concluf.* 155. Vide, *Medium, & media via semper eligenda. Concluf.* 170.

Concordata Germaniæ quid contineant, & ad quos extendantur. Concluf. 565.

1 CONCORDATA Germaniæ † fuerunt concessa, & stabilita per Martinum Papam 5. in Concilio Constantiensi, in quibus inter alia continetur, quod reseruationes non scriptæ in Corpore iuris, & secundum constitutionem, *execrabilis*, non fiant, neque afficiant, & datur alter natiua ordinarijs, vltra collationes inferiorum, vt ponit Gemin. *consil.* 36. In casu dicti Concilij, & *consil.*
2 56. vbi inserit Concilij verba. † Propter ius publicum facta sunt concordata, ideo eis non potest renunciari per priuatos. Roma. *cons.* 273. *Clarum est, num.* 2. *vers. plane, & probabiliter*, vbi apostilla in
3 *vers. emanasse*, dat concord. † Extensa sunt concordata ad fauorem cleri, & Archiepiscopi Ianuensis, vt in dicto Concilio Constantiensi. Gemin. *d. cons.* 36. & latius 56. vbi quod ista extensio confert omnia priuilegia, quæ habent Germani, vbi late, quod reseruatio Papæ non afficit prouisum ab Archiepiscopo Ianuen.

Concubinatus ex longa cohabitatione quando potius præsumatur, quam matrimonium, & quando contrarium. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concluf.* 342. *concubinatus an probetur per longam cohabitationem.* Vide plenius, *Matrimonium ex quibus præsumatur, Concluf.* 129.

Concubinatus quid sit; & qualiter sit licitus. Conclusio. 566.

CONCVBINATVS † propriè dicitur ille, qui est inter solutum 1
& solutam, & ideo si vir est coniugatus, vel mulier coniugata, vel vterque, vel quando inter eos prohibetur matrimonium, non est concubinatus, sed complexus fornicarius adulterinus, vel incestuosus. Bald. *cons.* 467. *Ad euidentiam præmitto, lib.* 1. *in prin.* quod duplicatur, *lib.* 5. *cons.* 447. † Declara plene, vt per Mascardum. 2
Concluf. 341. & 342. vbi quod præsumitur concubinatus ex longa cohabitatione in eadem domo, quando sunt personæ inæquales, & mulier est libera, secus si coniugata. † Concubinatus de iure ci- 3
uili est licitus, & lex ciuilis allicit homines ad concubinatum, & ad contrahendum matrimonium cum concubina, ex quo contractu matrimonij filij nati, & nasciturі per subsequens matrimonium indistincte efficiuntur omnibus legitimi. Ang. de Perusio. *cons.* 20. *Simon de Quarara*, vbi limitat, quando talis concubina fuisset per adulterium polluta ab eo, qui vult contrahere cum ea matrimonium, & hanc opinionem, quod etiam hodie concubinatus de iure ciuili non sit punibilis, tenet Bald. *cons.* 381. *Hæc est quædam, in fin. lib.* 2. & communem dicit Alex. in *l. ex facto*, § *. si quis rogatus, num.* 13. *ff. ad Trebell.* & hanc dicit veriorem Clar. in § *. fornicatio, num.* 6. *vers. ego certe.* vbi quod ita de consuetudine seruatur; quia iudices seculares non puniunt concubinarios, nisi ad requisitionem iudicis ecclesiastici. Ant. de Butr. *consil.* 14. vbi videtur dicere, quod prohibetur de iure Canonico. † Contrarium, quod 4 4*
imo hodie concubinatus sit reprobatus à iure ciuili, communem * dicit Alexand. *cons.* 59. *num.* 3. *in fin. lib.* 4. Feli. *in c. cum sit generale, num.* 13. *de foro compet.* cum alijs, quos citat Clar. *d.* §. *fornicatio, num.* 6. *vers. contrariam*, & hanc esse veriorem dicit Crauet. quia in concernentibus peccatum ius ciuile deseruit, & ancillatur iuri canonico, *consil.* 229. *per totum*, maxime *num.* 11 & hanc communem * dicit Clar. in § *fin. quæst.* 37. *num.* 4. dum admittit, * *
quod secularis potest punire concubinam clerici notoriam, quod non posset, si non esset prohibitus concubinatus, Alexand. *consil.* 66. *num.* 14. *& seq. lib.* 3. vbi quod ius ciuile iuri canonico in concernentibus peccatum, prout concubinatus, & quod actio, quæ datur in concernentibus peccatum, datur etiam de iure ciuili, & quod concubinatus de iure ciuili sit prohibitus. Ro- 4
pa in *l. ex facto*, § *. si quis rogatus, num.* 50. *ff. ad Trebell.* & vide 4
probari in *c.* 1. *de filijs nat. ex matr. ad morganat. in fin.* Cou. *in* 4 *de sponsal. in* 1. *parte, cap.* 4. *num.* 8. Caball. in 1 *apostill. ad cons. Ant. de Butr.* 14. † Ex hac quæstione resultat, quod si de solo iure canonico 5
prohibetur delictum, illud est mere ecclesiasticum, si punitur etiam de iure ciuili, erit mixti fori, vt dicit Clar. § *. *fornicatio, quæst.* 37. *num.* 4. *vers. quæro etiam.* † Prohibetur tamen etiam de iure ciuili concu- 6
binarius habere duas, vel plures concubinas, alias efficitur infamis, prout habens duas vxores, licet de consuetudine non seruetur. Clar. in § *. *fornicatio, num.* 9 *in fin. vers. item de iure.* † Et si non 7
concurrant requisita omnia ad concubinatum, de iure ciuili punitur de stupro, Grammat. *voto* 4. Clar. in § *. *fornicatio. num.* 10. Vide, *Coitus carnales qui puniblles, & qui non. Concluf.* 413. † Probari de- 8
bet, & articulari concubinatus ad hoc, vt conster de eo, videlicet quod tenebat in domo concubinam liberæ conditionis, & in habitu concubinali, & ea vtebatur, & tractabat vt suam concubinam vicinis scientibus, & videntibus. Ruin. *consil.* 109. *num.* 12. *lib.* 3. Socin. *consil.* 39. *num.* 9. *lib.* 1. Mascard. *concluf.* 342. *num.* 12. Vide, *Concubinatus qualiter probetur, & quid requiratur. Concluf.* 567. † Im- 9
proprie concubinarius dicitur, qui rem veneream cum qualibet muliere habet; ideo prohibita copula hodie respectu peccati, licet mulier sit meretrix etiam publica, ad quam conuersationem habeo, dicitur mea concubina, ita Bermonchouer. *tract. de concubin. tom.* 11. *parte* 1. *vers. Papa hic improprie, & num.* 9. *fol.* 168. † Et requiruntur plura ad hoc, vt secundum ius ciuile quis dica- 10
tur habere concubinam, de quibus Barzius *de filijs non legit. nat. rubr. de concubinis*; primo, consensus ad concubinatum, siue à principio, siue post; secundo, quod sit talis mulier, quod non committatur stuprum vel adulterium; tertio, quod sit vnica; quarto, quod in simul habitent continuo, quinto, quod vxor esse possit. Vide Mascard. *concluf.* 341. & 342. idem tenet Clar. relatiue, §. *fornicatio, num.* 10. † Limita, quia de iure canonico concubinatus est pro- 11
hibitus, & in hoc standum est iuri canonico. Crauet. *cons.* 229. *per totum. & num.* 11. Vtfill in *addit. ad Affli. decis.* 102. *num.* 2. *in fin. & num.* 3. † Et laicus concubinarius pœna arbitraria puniri potest de iure 12
canonico. Clar. in §. *fornicatio, num.* 9. *vers. de iure autem.* † Extende 13
in tantum, quia imo clericus concubinarius potest iure merito

priuari

priuari beneficio. Decius *cons.* 132. *in princ.* & quod clericus concubinarius sit priuandus beneficio, & teneatur ad restitutionem fructuum. Bello. *cons.* 56. *num.* 3. & est communis * opinio, vt refert
14 Villalob. *in collect. a. comm. opin. littera C, num.* 85. † In tantum, quod etiam iudex secularis contra notorios clericos concubinarios procedit; licet secus si non sunt notorij, & ita in Francia seruari attestatur Boer. *decis.* 72. *per totam*, maxime in fine vbi ponit aresta contra quendam Abbatem, & quendam Episcopum publicos concubinarios. Vide, *Iudex Ecclesiasticus quas causas trahat ad forum*
15 *suum inter Laicos, Conclus.* 446. † Extende; quia propterea non valet donatio facta concubinæ per militem, aut clericum. Dec. *d. cons.*
16 132. *in princ. & per totum.* † Extende; quia concubinarius est infamis, & non potest esse testis, & non probat, maxime quando habet vxorem, & concubinam, vel publice tenet concubinam, vel haberet duas concubinas; quia repellitur. Roland. à Valle *cons.* 63. *nu.* 26. *& seq. lib.* 2.

Concubinarij sunt infames, & non sunt idonei testes, nedum inter se, sed nec pro alio. Conclusio.

VIDE Mascardum. *Conclus.* 340. *concubina an præsumatur acquisiuisse, nu.* 8. *& seq.*

Concubinatus qualiter probetur, & quid requirat. Conclus. 567.

1 CONCVBINATVS † debet articulari, & probari hoc modo, videlicet, hominem tenuisse mulierem liberæ conditionis in domo sua pro concubina, & concubinali habitu, scientibus vicinis, ita Angel. in *auth. de triente & semisse*, § *consideremus*, vbi tex. hoc ipsum dicit, ibi *sit autem ei domi, donec viuit libera mulier in habitu concubinæ cum eo degens*, quem refert, & sequitur Socin. *cons.* 39. *Visis, & inspectis, libr.* 1. *num.* 9. sequitur Mascard. *conclus.* 342. *num.*
2 12. idem tenet Ruin. *cons.* 109. *Circa casum, num.* 12. *lib.* 3. † Concubina ex animi destinatione & cohabitatione extimatur, neque ex eo, quod famulatur in domo, & non retineatur ad mensam, & quod obscuro loco nata sit, tollitur concubinatus, nec desinit esse concubina, *l. concubinam*, vbi gloss. & Bart. *ff. de concub. l. concubinatus, ff. eod.* Bald. in *auth. licet, C. de natural. liber. & in l. eam quam, in* 10. *q. lum. & de fideicomm.* vbi concludunt concubinam esse, quæ in
3 domo tuo concubina, & indubitato affectu retinetur. † Amplia, & tandem requiri omnia prædicta ad concubinatum de iure ciuili, vt si vnum deficiat, intret stuprum, & pœna stupri. Clar. § *fornicatio, q.* 10. vbi allegat Grammat. *voto* 4. qui dicit, Concilium Neapolis relegasse ad triremes quendam, qui tenuerat mulierem vt concubinam, deficientibus requisitis aliquibus Vide plenius Mascardum *Concl.* 341. *concubinatus an præsumatur*, vbi, qualiter præsumatur, & qualiter probetur, & cum quibus mulieribus non possit esse concubinatus.

Concubinæ qui donare possunt, vel non. Conclus. 568.

1 PRINCEPS † potest donare suæ concubinæ, & valet donatio; quia censetur dispensare, & derogare legibus contrarijs, quando ex certa scientia donauit, Bald. *cons.* 248. *Quæritur, vtrum donatio, per totum, lib.* 1. qui loquitur in donatione facta à Bernaboue Domino Mediolani, & Vicario Imperatoris, & idem tenet *cons.*
2 262. *Recolo me consuluisse, in princ. eod. lib.* 1. † Declara tamen; quia talis donatio facta per Principem, tamquam contra ius, est odiosa, & non extenditur vltra quam verba importent; ideo si est facta donatio per Principem concubinæ, ea conditione, quod ipsi soli acquiratur, excluduntur filij spurij ex ea nati. Bald. *cons.* 262. *Recolo me*
3 *consuluisse, in fi. num.* 3. *ver. sequitur aliud, lib.* 1. † Amplia; quia donatio valet facta concubinæ eo modo, quo vxori, videlicet, si morte confirmetur, quando donans non est persona prohibita, & concubinatus est permissus de iure ciuili. Bald. *cons.* 267. *Ad euidentiam præmitto, num.* 8. *ver. tamen alia ratio, libr.* 1. Roman. *cons.* 43. vbi arguit de donatione inter virum, & vxorem, ad donationem factam concubinæ; & facit singulare Guid. Papæ *decis.* 77. vbi quod
4 concubina succedit amasio, sicut vxor viro. Vide tamen; quia non æquiparatur donatio facta vxori & concubinę in multis. per Crau.
5 *cons.* 229. *per totum*, & Roland. à Valle *con.* 98. *lib.* 1. † In multis tamen melioris est conditionis concubina, quam vxor, vide *apost. ad Math.*
6 *sing.* 100. † Amplia; quia valet legatum factum concubinę seu amasiæ à priuato, *l. qui concubinam, & l. item legato*, § *. parui. ff. de legat.* 3. Bart. Bald. & alij post gloss. in *l. miles ita*, § *. mulier, ff. de testa. milit.* & Ias. *cons.* 37. *lib.* 3. Ant. de Butr. *cons.* 14. *per totum*, vbi reddit rationem; quia non præsumitur ex turpi causa factum, sed vt viuere possit honeste. † Extende; quia valet donatio facta concubinæ; quia licet 7
sit turpis persona; tamen non ex turpi causa præsumitur donatum, sed ob benemerita, & vt honeste viuat. Ant. de Butr. *consil.* 14. *in fin.* † Contrarium tenet Crauett. *d. cons.* 229. † Amplia; quia va- 8
let venditio facta concubinæ. Ant. de Butr. *consil.* 14. *in fin.* Am- 9
plia; quia † valet donatio, & legatum factum concubinæ etiam in 10
testamento nullo, in quo spurius est institutus, quando adest clausula codicillaris. Ant. de Butr. *cons.* 14. *per totum.* maxime *in fin.* † Li- 11
mita in milite, quia non potest donare concubinæ, *l.* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor.* Bald. *cons.* 248. *in princ. lib.* 1. *& 262. in princ. lib.* 1. † Re- 12
stringe limitationem, vt non procedat in militibus nostri temporis; quia ipsi non iurant, non euitaturos mortem pro republica. Bald. *d. cons.* 248. *num.* 4. *ver. sed certe, lib.* 1. vbi dicit communem * opinionem, & rationes plures differentiæ allegat *cons.* 262. *in princ. lib.* 1. † Limita; quia concubinæ nemo potest donare, quando 13
concubinatus est inter personas, quæ non possent contrahere matrimonium, puta quando alter, vel ambo sunt coniugati, vel alias per leges talis concubinatus prohibetur, vel punitur. Bald. *consil.* 267. *Ad euidentiam præmitto, in princ. lib.* 1. † Restringe limitationem, 14
nisi mulier stans in concubinatu prohibito esset vim passa. Bald. *d. cons.* 267. *num.* 3. *ver. hoc verum, lib.* 1. vbi quod dicitur vim passa, si potuit compelli vel terreri. † Declara tamen; quia concubina- 15
tus non cadit, neque præsumitur inter coniugatos. Mascard. *conclus.* 341. *num.* 12. *& seq.* † Limita; quia concubina non potest hæres 16
institui stantibus fratribus, qui poterunt agere de inofficioso. Roland. à Valle *cons.* 87. *num.* 14. *lib.* 3. quia est turpis persona. Dec. *cons.* 530. Ias. *cons.* 71. Ruin. *cons.* 5. *lib.* 3. Afflict. *decis.* 204. quos citat Caball. *in apostill. ad Ant. de Butr. cons.* 14. † Et maxime hoc est verum, quan- 17
do concubina esset vxorati, vel coniugata; quia dicitur viuere inhoneste, plene Matthesil. *sing.* 100. *nota, quod concubina*, vbi apostilla dicit multa pulchra. † Vide tamen Guido. Papæ *singul.* 77. vbi 18
quod concubina succedit amasio, sicut vxor viro. † Contra- 19
rium, quod imo concubina possit hæres institui; quia ei potest donari, tenet Rom. *cons.* 478. *Hæc mater per totum*, vbi in fortioribus terminis dicit, quod habens filiam, cui iure institutionis legauit certum quid, ita quod plus petere non possit, & instituit hæredem concubinam, quam grauauit restituere filiabus spuriis, quod non censetur fides accommodata, & quod hæres erit, & fiscus non aufert, & filia habebit supplementum legitimæ, nisi forte dicas, quod istæ spuriæ non erant filiæ concubinæ hæredis. † Limita; 20
quia non valet legatum factum concubinæ, quæ non poterat esse vxor, vt quia esset vxor alterius. Capra *cons.* 125. & non dicitur concubinatus ille, qui à legibus prohibetur, & punitur. Bald. *cons.* 457. *in princ. lib.* 5. late Crauet. *cons.* 229. *num.* 12. *ver. quarto respondeo.* † Ex- 21
tende; quia non potest legari concubinæ ex eo, quod quis eam cognouerit carnaliter, quando coitus est punibilis, veluti si sit alterius concubina, & filios ex alio habeat. Caccialup. in *l. si qua illustris, num.* 15. *C. ad Orficia.* Bossius in *praxi tit. de coitu damnato, num.* 31. † Li- 22
mita; quia clericus non potest legare aliquid concubinæ. Ias. in *l. miles, in fin. principii*, vbi Bart. & Alex. *ff. de re iudic.* Bartol. & * Doct. in * *l. miles ita* §. *mulier, ff. de testam. milit. & in l. affectionis, ff. de donation.* Anchar. *cons.* 247. Dec. *cons.* 132. *In casu proposito.* † Extende idem in mi- 23
lite armatæ militiæ; secus est in aliis non militibus; quia bene possunt legare concubinæ, non tamen possunt legare aliis meretricibus, cum quibus commiserunt adulterium, incestum, vel stuprum, vt per Iason. vbi supra. † Restringe, nisi legatum à personis 24
prohibitis esset moderatum respectu seruitutis, secundum Anchar. *d. cons.* 247. sequitur Afflict. *decis.* 202. vbi, quod ita fuit iudicatum. Vide plenius, *Donatio facta concubinæ quando valeat, vel non. Conclus.* 700.

Concubina præsumitur acquisiuisse ex bonis amasii, & qualiter procedat. Conclusio.

VIDE Mascard. *Conclus.* 340. *concubina an præsumatur.* Vide, *Acquisiuisse in dubio an quis præsumatur de suo, vel alieno. Conclus.* 443.

Concursus plurium dispositionum ad eandem rem quid operetur. Conclus. 569.

DISPOSITIONES † duæ priuilegiatæ validæ si concurrant 1
ad eandem rem multiplicabilem ordine successiuo, quælibet dispositio debet sequi effectum suum successiue, attento ordine dispositionis, Gemin. *cons.* 30. *num.* 9. *ver. hoc fundamento præmisso.* allegat text. in *c. si propter tua debita, de resc. lib.* 6. *c. si à sede, de præben. eod. libr.* Vide, causæ plures quando plures effectus operantur, & quando

secus

secus. Concluſ. 144. Vide, Mixtura potentiori ex ſimplicibus applicatur. Concl. 295. † Amplia, quia ſi cõcurrunt plures diſpoſitiones ad eandem rem, non ordine ſucceſſiuo, ſed ad confirmandam diſpoſitionẽ eãdem, fortior redditur diſpoſitio, & operatur multa. Vide. *Duplex funiculus multa operatur. Concl.* 810. *cũ duabus concl. ibi proxime ſequentibus.* Vide pleniſſime, *Geminatio actus maiorem firmitatem aſſert. Concl.* 28. † Limita, quãdo plures diſpoſitiones concurrerent circa eandem rem multiplicabilem, ſed ſi vna tãtum eſt valida, illa habet effectum, & altera conſumitur, *c. duobus, de reſc. in fi. li.* 6. Gem. *d. conſ.* 30. *n.* 10. *ver. ſecunda concluſ.* † Limita, quando plures diſpoſitiones validæ concurrerent ad eandem ſpeciem non multiplicabilem ordine ſucceſſiuo, & non diuiſibilem, quia ſecuto effectu primę diſpoſitionis, ſecunda euaneſceret, *c. ex parte, il primo, de offi. de leg.* Gemin. *d. conſ.* 30. *n.* 10. *ver. ad eandem ſpeciem* † Limita, quãdo diſpoſitiones validę concurrerent ad eandem ſpeciẽ multiplicabilẽ, ſed non ordine ſucceſſiuo, quia ſi ſunt ſpecies diuiſibiles, tũc ſi eſt vnica res tãtum, fit diuiſio æqualiter, vt in hęreditate, in qua ſi duo hæredes non ordine ſucceſſiuo inſtituuntur, vterq; erit hæres pro dimidia. Gemin. *conſ.* 30. *n.* 10. *ver. ordine ſucceſſiuo, & nu.* 11.

Concuſſio quid ſit, & quæ ſit pœna. Concluſ. 570.

1 CONCVSSIO † eſt, quando officialis infert metum, vt extorqueat pecunias, *l.* 1. *ff. de concuſ.* Bart. in *l.* 1. *C. de nauicul. li.* 11. *nu.* 5.

2 † Et cadit in omni perſona, quę propter pecuniã accuſat innocentem, vel deſiſtit ab accuſatione accepta pecunia, & iſta ſpecies incidit in crimen l. Cornelię, de falſis, ideo publicum efficitur. *li.* 2. *ff. de concuſ.* † Priuatum eſt iudicium, ideo requiritur accuſatio, efficitur tamen publicum, & incidit in l. Corneliam, de falſis, vt dicit * tex. cum glo. & ibi * Doct. *l.* 2. *ff. de concuſ.* † Pœna eſt extra ordinem,

4 glo. *d. l.* 1. *ff. de concuſ.* † Dic, quia in iudicio ciuili pœna eſt quadrupli, in criminali pœna eſt arbitraria, glo. *in c. indicatur, in verb. cum pœna,* 89. *diſtinct.*

Condemnatus pro delicto quando ſit infamis, vel non. Concl. 571.

1 CONDEMNATVS † pro delicto in contumaciam non efficitur infamis. Bal. *in l. ſi tutor, C. de interdict. matrim.* Caſtr. *con.* 468.

2 *Super hoc puncto, per totum, lib.* 1. † Extende, etiam ſi cõdemnatio eſſet in contumaciam vigore ſtatuti, quod habeatur pro confeſſo, quia adhuc eſt ficta confeſſio, quæ non infamat de iure, videlicet, infa- mia iuris. Caſtr. *d. conſ.* 468. *lib.* 1. *per totum.* Vide, *Contumax condemnatus non dicitur ob delictum. Concl.* 1022. Vide, *Sententia lata contra contu-*

3 *macem præſumitur lata propter contumaciã. Concl.* 124. † Contrariũ tenet Corn. *con.* 55. *Videtur in hac conſultatione, n.* 4. *& 5. li.* 4. vbi quod licet ex confeſſione non ſit infamis, vt quia contumax habetur pro con-

4 feſſo, ſecus ſi ẽt ſit lata ſententia in contumaciam. † Declara; quia contumax non debet eſſe melioris conditionis, quam non contumax, ideo quo ad ipſum nocet contumacia, quo ad alios non. Co- uarruuias *variarum reſol. li.* 2. *c.* 11. *n.* 4. *ver. eadem vero, & ver. quid autem,* qui loquitur in exequutione apochæ recognitę, vt idem ſit, quando fit recognitio in contumaciam, ne contumacia afferat priuilegium, & ita diſtinguit Fulgoſ. etiam ad effectum infamiæ, *conſ.* 71.

5 *n.* 3. *ver. nec rurſum refragatur.* † Declara; quia ſententia in contumaciam etiam vigore ſtatuti, quod habeatur pro confeſſo contumax, non inducit infamiã iuris, prout nec mulcta, nec bannum, ſed bene inducit infamiã facti, ita Caſtr. *d. con.* 468. *in princ. ver. ſecundo præ-*

6 *mitto, li.* 1. *& per totũ.* † Limita, quia condẽnatus de crimine publico eſt infamis, prout in condemnato de adulterio. Corne. *con.* 55. *Videtur in hac conſultatione, n.* 4. *li.* 4. Fulgoſ. *conſ.* 71. *Mulier maritũ, nu.* 2. vbi loquitur in omni iudicio condemnato, quãdo pro crimine publi-

7 co eſt condemnatus. † Limita; quia confeſſus crimen in iudicio ciuili famoſo habetur pro condemnato, & eſt infamis, ſecus in iudi-

8 cio criminali Corn. *d. conſ.* 55. *n.* 5. *li.* 4. † Limita, quia condemnatus publico iudicio non ad accuſationem eſt infamis. Fulgoſ. *d. con.* 71.

9 *n.* 3. † Extende etiã ſi ſententiæ eſſent abolitæ, quia nõ iuſte, ex quo maior pœna debuit imponi, quia adhuc eſt infamis, ſaltem infamia facti. Fulgoſ. *conſ.* 71. *nu.* 3. *verſ. nec mouet quod fuerint.* Vide, *Infamis quando quis efficiatur ex ſententia, vel non. Concluſ.* 111.

Condemnatus in contumaciam qualiter poſſit comparere. Concluſ. 572.

1 CONDEMNATVS † in contumaciam ſuper delicto, quia habitus fuit pro confeſſo, ſi admittitur ad nouas defenſiones, & comparet infra annum, & doceat de innocentia, debet abſolui cũ reſtitutione bonorum confiſcatorum. Clar. *in § fi. q.* 44. *n.* 3. *ver. facta autem.* vbi ſecus ſi poſt annum, & repetit *n.* 5. † Extende, vt idem 2
ſit, ſi poſt annum comparet, quando confiſcatio bonorum eſt acceſſoria; quia ſublata principali condemnatione, & perſonæ, tollitur & acceſſoria, & dicitur acceſſoria, quando quis condemnatur in pœnam capitis cum confiſcatione bonorum, ſecus ſi fiat æque principaliter, argumẽto eius, quod dicit Clarus *in § fi. q.* 94. *n.* 7. *ver. ſed pone.* † Contrarium, quod poſt annum non recuperet bona, quia 3
propter nimiam contumaciam, etiam ſi abſoluatur à pœna perſonali propter innocentiam non recuperat bona, Clar. *d. § fi. q.* 44. *n.* 3. *ver. facta autem, & n.* 5. *in fi.* † Amplia, quia reus abſens, cui facta eſt 4
bonorum deſcriptio de iure communi, ſi comparet infra annum, recuperat bona. Clar. *d. § fi. q.* 44. *col.* 1. *in fi.* ſi verò poſt annum, licet abſoluatur, non recuperat bona propter contumaciam, vt ibi, & *n.* 5. *in fi.* & eſt communis * opinio. Farinac. *q.* 11. *n.* 2. † Extende; quia * 5
de iure communi ſtatim, quod comparet is, cuius bona ſunt annotata, dummodo compareat infra annum, recuperat bona, ſecundum * communem; quia ceſſat contumacia; ſecus ſi eſſet condem- *
natus in contumaciam, quia non recuperat, niſi ſequuta abſolutione; quia hoc operatur ſententia condemnatoria. Clar. *d. § fi. q.* 44. *nu.* 5. *ver. dixi.* † Amplia, quia condemnatus in contumaciam in 6
annotatione bonorum, ſi comparet infra annum, nedum recuperat bona annotata ſtatim, ſed etiam alio non probato debet abſolui, ſi contra eum non probatur delictum, cõmunem * dicit Clar. *
d. § fi. q. 44. *n.* 6. *ver. quæro, quando.* Vide, *Recognitio perſonæ banniti, vel cõdemnati qualiter fiat. Concluſ.* 52. † Contrarium, ſi vltra contumaciam 7
fuit tanquam confeſſus ex forma ſtatuti condemnatus; quia tunc licet contra eum, non ſit probatum delictum, tamen ſi admittitur ad nouas defenſiones, debet ille probare innocentiam; quia alias ſententia ſibi noceret, & deberet exequi. Clar. *d. § fi. q.* 44. *n.* 6. vbi quod ita Senatus Mediolani reſcripſit, vbi quod niſi admiſſus ad nouas defenſiones probet innocentiam, vel elidat indicia, poteſt exequi ſententia, vel ſaltem poteſt torqueri, vel pœna extraordinaria puniri, licet Senatus Mediolani rigorem executionis moderetur eo caſu, & clarius hoc dicit *qu.* 96. *num.* 4. † Et quod non poſ- 8
ſit condemnatus pro confeſſo in contumaciam audiri, niſi admittatur ad nouas defenſiones per Principem. Vide Clar. *in d. § fin. qu.* 44. *nu.* 11. *verſ. quæro nunc.* Vide, *Statutum circa contumaces, vt habeantur proconfeſſis. Conc.* 496. † Declara; quia ſi extaret ſtatutũ (prout Feltri) 9
q; ſi non conſtat de delicto habente pœnam capitalem, accuſatus ponatur in banno, & confiſcatione bonorum, donec venerit in fortiam, talis condemnatus æquiparatur condemnat[illegible] in con- tumaciam in annotatione bonorum, ideo ille recuper[illegible] di- ditur in ſuis defenſionibus, & non poteſt tor[illegible]ri, niſi de[illegible]pia, & facta defenſione. Caſtr. *conſil.* 365. *Notandum, lib.* [illegible] limita; quia 10
condemnatus in contumacia, ſi is admittitur ad nouas defenſiones, ſi extat ſtatutum, quod contumax habeatur pro confeſſo, nihil probat, debet contra eum ſententia exequi. Cæpol. *conſ.* 63. *num.* 19. Cartar. *lib. de exequtio. ſent. cap.* 3. *num.* 214. *& ſeq.* & fiſcus dicitur habere intentionem fundatam ſtante ficta confeſſione. Boſſ. *deliter. princip. num.* 5. *verſ. eſt verum.* Bertazol. *conſil.* 106. *nu.* 2. *lib.* 1. *criminal.* Farinac. *quæſt.* 11. *& ſeq. num.* 100. *& ſeq.* vbi de communi, & magis communi * atteſtatur, & ad contraria reſpondet. *

Condemnatus ſemel pro eodem delicto non poteſt vlterius condemnari, & quando ſecus. Concluſ. 573.

SEMEL † condemnatus pro eodem delicto non poteſt vlterius 1
condemnari, *l. ſenatus, ff. de accuſat.* Angel. *con.* 190. *Titius fuit inquiſitus, in fi.* vbi diſtinguit, quando ſit idem delictum, vel diuerſum, & intelligit, quando ſoluit in vno loco, quia tunc æquitas non patitur, quod bis pro eodem delicto patiatur pœnam. Roma. *conſ.* 213. *col.* 1. *ver. aliquando ſuper eodem.* Alex. *conſ.* 11. *Circa primum dubium, ver. circa quintum dubium, lib.* 1. Rom. *conſ.* 463. *In caſu propoſito,* Bart. *con.* 199. *Tudertinus, in ſi. li.* 1. † Ratio prima eſt, quia de delicto eodem, & 2
eiuſdẽ hominis ſæpius cognoſci nõ poteſt, Rom. *d. con.* 463. *In caſu, in prin.* vbi apoſt. dat concord. maxime Marc. Mantua. *con.* 52. *Et ſi dubitationem, n.* 25. † Ratio ſecunda eſt, quia pro eodem delicto plu- 3
res pœnæ eiuſdem qualitatis non poſſunt imponi. Rom. *d. con.* 463. *ver. ſecunda.* † Ratio tertia eſt; quia res iudicata in vno tribunali ob- 4
ſtat alteri officiali volenti procedere tam contra delinquentem ſemel punitum, quam contra eius fideiuſſorem. Roman. *d. conſilio.* 463. *in fin.* † Extende etiam ſi extet conſtitutio, vel reformatio, 5
quod perpetuo de delicto cognoſci, & delinquens puniri poſſit, quia ſolũ tollit præſcriptionem, non autem inducit, quod pluries de eodem delicto puniri poſſit. Rom. *conſ.* 213. *col.* 2. *ver. nec præmiſſis.* Vide, *Pœna vnica pro eodem delicto imponitur. Concluſio.* 210. Vide, *Delinquens in vno territorio non poteſt puniri in alio loco pro eodem delicto,*

6 *Concluſ.*182.† Amplia,etiam ſi iudex, qui condemnauit, minorem pœnam, quam eſſet imponenda, impoſuerit, quia iudex ex cauſa poteſt pœnam minuere. Bald.*conſ.*34.*Caſus talis eſt, Guido.lib.*1.quod
7 eſt Bald.& Iacobi de Iſolanis, Clar.§.*fi.q.*57.*n.*12.† Declara,vt procedat ampliatio concurrentibus multis, videlicet, quod ſimus in mera diſpoſitione iuris communis, quod ſententia ſit lata per modum diffinitiuæ, & faciat mentionem de cauſis diminutionis pœnæ,& eo ipſo dicitur facere mentionem de cauſis; ſi facit mentionem de proceſſu, in quo appareant cauſæ. Bald.*conſ.*37. *Si ſumus*
8 *in iure communi.li.*1.† Reſtringe,quando interueniſſet dolus ex par-
9 te iudicis minuentis pœnam. Clar.*d.*§.*fi.q.*57.*n.*12.† Amplia,quia ſi quis eſt condemnatus in pœnam capitis,&vltimi ſupplicij pro crimine ſeditionis,poſt cõdemnationem non poſſunt confiſcari eius bona, maxime quando pœna erat arbitraria. Bald.*conſ.*58.*in fi.n.*3.
verſ.in contrarium.& conſilio 59.*per totum,lib.*1.† Vide, *Confiſcatio bono-*
10 *rum quibus caſibus inducatur à iure, & ipſo iure. Concluſio.* 714. † Am-
11 plia,vt idem ſit;quando accuſatus fuit à ſocio, qui poſtea deſtitit à proſequendo accuſationẽ,& fuit abſolutus,quia alter ſocius primi accuſatoris pro eodem delicto non poterit vlterius accuſare poſt latã ſententiã. Bal.*con.*275.*Caſus talis eſt,nutus,in fi.verſ. quantum ad ſe-*
12 *cundum,li.*1.† Amplia etiam in monacho, vel religioſo delinquente,quia ſi ſemel fuit punitus à ſuo Abbate,non poteſt vlterius pu-
13 niri per ordinarium. Rom.*conſ.*375.*In propoſita quæſt.*† Declara,quia ſi Abbas, ad quem ſpectat punire monachos primo loco,ſecundũ
* communem * puniuiſſet ſolum ſecundũ regulam clauſtralem, nõ ſecundum ius commune pro delicto publico, poterit ordinarius condemnare vſq; ad condignam pœnam. Rom.*d.conſ.*375.*Per totũ,*
14 vbi eſt caſus.† Amplia,vt procedat etiam in abſoluto, quia ſi quis abſoluatur ab homicidio tanquam,quod ei licuerit interficere,nõ poteſt is amplius accuſari, quando citati fuerunt citandi, & ceſſat colluſio iudicis. Bald.*conſ.*424.*Formata fuit, lib.*5. vbi quod duo requiruntur, vt poſſit iterum accuſari ſemel abſolutus, primum, quod accuſator ſuam proſequatur iniuriam, ſecundũ,quod probet ſententiam latam per colluſionem, alias non auditur, ſi abſo-
15 lutoria fuit ſeruatis ſeruandis lata.† Reſtringe, quando eſſemus in delicto mixti fori in quo tam Eccleſiaſticus quam ſecularis poteſt procedere,quia cum iuriſdictiones ſint omnino ſeparatæ,ſi Eccleſiaſticus abſoluat non impeditur ſecularis punire abſolutum.
* Iul. Clar. in §.fin. quæſt.57.num.11. verſ. ſed hic occurrit vbi * dicit nomine nem.& nu.14.ver.ſed quæro,& vide infra nu.46.& 47.
16 † Contrarium eſt verius, niſi forte quando eccleſiaſticus non po- poſſet pœnam condignam, quia ſecularis ſupplebit de
17 condigna, alias ſecus. Vide *Abſolutus ſemel à delicto an poſſit accuſari, Concl.*53.*n.*40.*& ſeq.*† Amplia,quia accuſans aliquẽ de falſo,& ſuccumbens, ſi tanquam falſus accuſator fuit condemnatus in aliquam pœnam, non poterit falſo accuſatus agere actione iniuriarũ contra falſum accuſatorem, ſecus ſi non fuiſſet cõdemnatus. Ang.
18 *conſ.*250.*Domina Liberina,n.*2.*ver.deſcendo igitur.*† Declara,quia bene poterit falſo accuſatus agere ad damna & intereſſe contra falſum accuſatorem, non obſtante, quod per iudicem fuerit condemnatus tanquam falſus accuſator, quia diuerſæ ſunt cauſæ, & intereſ-
19 ſe non eſt pœna. Ang.*d.conſ.*250.*nu.*2.*ver.pro cuius deciſione.*† Amplia in eo, qui furatus fuit marſupium cum libris duabus mille,quiais, ſi fuit inquiſitus pro furto marſupij, in qua erant libræ mille,&vltra & fuit ita condemnatus, non poteſt iterum quo ad pœnã condemnari prætextu, quod eſſent libræ duæ mille. Caſtr.*conſ.*18. *Non*
20 *video,quod illa verba, lib.*1.*per totum.* † Extende, vt neque pars poſſit conuenire reſpectu ſententiæ continentis illa verba,& vltra; quia ſunt verba incerta. Caſtr.*d.conſil.*18.*in fin.verſ.ſi vero quæritur, lib.*1.
21 †Reſtringe,quia non tollitur actio ciuilis;quin poſſit ille,qui paſſus eſt furtum in maiori ſumma agere pro reſiduo via iuris, ſed
22 non via iudicati,& exequutiua. Caſtr.*d.conſ.*18.*in fin.lib.*1.† Amplia, quia accuſatus etiã de crimine læſæ maieſtatis, & abſolutus, non poteſt iterum accuſari. Alex.*conſ.*11.*Circa primum,n.*7.*ver. circa quin-*
23 *tum*, vbi apoſtilla *in ver.ſæpius, lib.*1.† Extende,vt idem ſit,ſi fuit ſemel condemnatus; quia pro eodem delicto non poteſt amplius accuſari, vel inquiri. Alex.*d.conſ.*11.*nu.*7.*verſ. & ſimiliter ſi fuiſſet, li.*1.
24 †Extende, quia prædicta procedunt, ſiue ſit proceſſum per accuſationem,ſiue per inquiſitionem, quia ſi fuit abſolutus ſemel, vel condemnatus,nõn poteſt amplius accuſari,vel inquiri. Alex.*d.con.*
25 11.*n.*7.*li.*1.† Amplia, vt procedat tam reſpectu delinquentis ſemel puniti,quam etiam reſpectu illius fideiuſſoris. Roman. *d. conſ.*463. *in fin.& per totum*,vbi loquitur de condemnato per Poteſtatem Senarum,vt pro eodem delicto non poſſit puniri per Poteſtatem Aſ-
26 ſani.† Amplia,quia ſi adhuc non eſſet condemnatus,neq; abſolutus,ſed penderet accuſatio,vel inquiſitio coram vno iudice,impeditur ſecundus proceſſus per exceptionem litis pendentis. Alex.
*d.conſ.*11.*nu.*7.*ver.ſi autem non fuiſſet,lib.*1.† Amplia etiam ſi condem- 27
natus, vel abſolutus pro eodem crimine quis fuerit, eo quia delictum non eſt probatum, quia ſententia tranſit in iudicatum, & ex nouis probationibus non poteſt de nouo accuſari, inquiri, vel cõdemnari ad eundem finem. Roman.*conſ.*223. *Præmiſſa poſt nu.*2.*&* 3.
† Contrarium, quia talis ſententia abſolutoria intelligitur rebus 28
ſic ſtantibus, vel hactenus deductis, vnde ſi nouæ probationes ſuperuenerunt,poteſt de nouo accuſari, vel inquiri propter publicã vtilitatem. Couarru. *variar.reſolutio. lib.*1.*c.*1.*n.*8. Vide, *Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij. Conc.*168.*& Concluſ.*169.*proxima ibi ſeq.*
†Limita, quando accuſatio fieret ad alium finem, puta accuſatus 29
criminaliter,vt puniatur,& abſolutus, quia non probatum eſt delictum,poteſt accuſari ciuiliter ad effectũ ciuilem,ita Rom.*d.conſ.*
223.*in prin.*†Limita decem modis,de quibus Feli.*in c.de ijs.de accuſa-* 30
*tio.*vbi plene.†Limita,quãdo per pecuniam corrupit iudicem,vel 31
partem,*in l.*1.*C.de pœna iudic.quia male iudic.*† Limita, quando Vica- 32
rius Epiſcopi compoſuit cum delinquente,quia nihilominus Epiſcopus poterit punire eundem non obſtante compoſitione, Caſtr.
*conſ.*548.*lib.*1.Clarus*in* §.*fi.q.*57.*n.*12.*in fi.*† Limita,quia condemna- 33
tus de delicto ſemel ſine qualitate aggrauãte expreſſo; poterit iterum condemnari pro eodem delicto cum qualitate aggrauante. Bart.*in l.Senatus,n.*4.*ver.quandoque prima ſententia,ff.de accuſat.* vbi habes apoſtillas cum concordantibus. Caſtr.*con.*18.*Non video, quod illa verba,ver.ſed ſi illa qualitas,lib.*1. qui ſequitur Bart. † Contrariũ tenet 34
Bal.*conſ.*291.*Corã nobis nobili,lib.*3.vbi q; ſequerentur mille abſurda, & dicit, quod antiqui hoc tenent, & quod ſolus Bart. Doctor nouus tenet cõtrariũ, cuius rationes nõ valent obolũ,& q; *l.vnde quæritur, ff. commod.* ſuper qua Bart.ſe fundat, non meretur allegari, quia loquitur in ciuilibus,& dicit,quod Specul.Io.Andr.Iac.Butr. & omnes tenent * contra Bart.vide additio. ad Bart.*in d. l. Senatus,* *
*num.*4.*verſ.in contrarium,& in verſ.quæro,ſi vno,* vbi allegat Ang. Flor. & alios pro iſta parte. † Declara, quia quando concurrunt plura, 35
quod accuſans proſequitur ſuã, vel ſuorum iniuriã, quando ignorauit primã accuſationem, & quando qualitas aggrauans deducitur, &probatur,poteſt condemnatus iterum condemnari. Bart.*in l.ſi cui,*§.*ijdem, & l. ſenatus. ff. de accuſat.* Feli. & alij *in c. de ijs, de accuſat.*
† Declara,quia ſi quis vulneret aliquem,qui propterea de vulne- 36
re condemnatur,& ſequatur homicidium, videlicet mors vulnerati,tunc bene poteſt de occiſo condemnari,licet ſit condemnatus de vulnere,& hanc partem Bart.veriorem contra Bald.dicit Boer. *deciſ.*323.*num.*4.*in fi.* quia mors ſubſequuta retrotrahitur ad diem vulneris illati.† Contrarium tenet Bald.*in l.damni,*§.*Sabini,ff.de da-* 37
mno infecto,ſequitur Angel.Aret.*in ver.vna alia percuſſione, ver.quid ſi vulnera erant mortalia.*† Declara,quia ſi pax fuit facta à vulnerato, 38
cenſetur etiam de morte ſequuta facta, quando vulnera erant mortalia,& tunc punitus de vulnere non punitur de homicidio. Marſil.*ſingul.*46.† Contrarium Boer.*d. deciſ.*323.*num.*5. vbi ſiue ſit 39
facta pax,ſiue nõ,ſi eſt punitus de vulnere,& ex eo ſequatur mors, puniri poteſt de homicidio. Boer.*d.deciſ.*323.*n.*5.† Declara contra- 40
rium procedere,quando ex vulnere, pro quo fuit condemnatus, vulneratus deceſſit,ſecus ſi ex alio vulnere,& ſeu ex negligentia. Boer.*d.deciſ.*323.*nu.*5.*in fi.v.& hoc quando.*† Limita, quia Piſtorienſis 41
condemnatus pro vulnere illato cuidã in territorio Piſarũ per Poteſtatem Piſarum poterit condemnari pro alio vulnere illato eodẽ tẽpore & loco eidem perſonæ,ſi de eo non fuit condẽnatus,etiam ſi ſoluit pœnam Piſis pro vulnere,pro quo fuit condemnatus,quia ſi ſunt diuerſa vulnera,poteſt diuerſimode puniri. Angel. *conſ.*190. *Titius fuit inquiſitus.*† Extende,vt procedat,etiam ſi dicta plura vul- 42
nera ſint ex eodẽ ictu, puta quia eadem percuſſione vulnerauerit in diuerſas partes,puta in capite & brachio, quia punitus de vno ſolo vulnere poteſt puniri de alio. Ang.*d.conſ.*190.*per totũ.* † Exten- 43
de, vt procedat, etiam ſi prima cõdemnatio,& ſolutio eſſet de eadem percuſſione,puta ſuper oculo dextro,quia ſi reuera percuſſio eſt ſuper oculo ſiniſtro,& ſit expreſſa falſa qualitas in prima condemnatione ſoluta,tamen poterit iterum condẽnari corã alio iudice domicilii. Angel.*d.conſ.*190.*circa med.v.ſi autem paſſus eſt reuera.*
† Reſtringe,quando reuera eſſet eadem percuſſio,& idem vulnus, 44
etiã ſi in prima condẽnatione eſſet expreſſa qualitas de vulnere in froote ſuper oculo dextro,quia quamuis vulnus etiã ſe protendat ſuper oculo ſiniſtro,& ſit idem,& ex vnica percuſſione,ſi ſemel eſt facta condemnatio,& ſolutio, condemnatus non debet amplius condemnari. Angel.*d.conſ.*190.*poſt med.ver.poſt hæc autem, vſque in fi.* vbi,quod iudex poteſt interrogare vulneratũ, & ſi eſt vna percuſſio,quę non tendat ad diuerſa mẽbra,debet abſolui reus.† Limita, 45
quando iudices ſunt diuerſæ iuriſdictionis, & poſſunt ambo tanquã offenſi procedere,quia tũc condẽnatio,& exactio pœnæ facta ab vno non impedit,quin alius poſſit condẽnare, ſecus ſi ſunt ſub

eodem

46 eodem principe. Iul.Clar.in §.*fin.q.57.n.13.vers.scias etiam.*† Limita, quando delictum est mixti fori, quia si ab vno, puta Ecclesiastico delinquens fuit punitus, non impeditur secularis punire, quando maiori pœna potest punire, quam Ecclesiasticus: Clar. *d. quæst.57. num.14.ver.sed quæro.* vbi secus dicit; si primo à seculari fuit punitus
47 pœna condigna, quia Ecclesiasticus non puniet, ex quo maiorem pœnam non potest imponere. Clar.*d.*§.*fi.q.57.in fi.n.14.*† Declara, quando condemnato non est condigna pœna impõsita à iure, quia habens plures iudices, vel superiores, si vnus condemnauit pœna non condigna, cum posset, & deberet, ab alio potest condemnari pœna condigna. Roma. *cons.375.per totum.* vbi de Abbate, qui non cõdemnauit pœna condigna monachum, cum posset, & deberet, poterit Monachus ab Episcopo condemnari pœna condigna in
48 grauioribus fauore publicæ vtilitatis. † Limita quando condemnatus semel de homicidio allegat condemnationem, non autem satisfactionem; quia tunc non impedit, quin possit condemnari. Ang.*cons.217.In causa accusationis,n.7. ver.nunc igitur,* & est ratio; quia si soluit, censetur absolutus, vt non possit vlterius puniri. Bero.*in c.*
49 *de iis,n.28.de accusat.* † Limita, quãdo crimen commissum est atrox, quia tunc propter atrocitatem delicti admittitur, quod non obstãte punitione facta per vnum iudicem etiam alius punire possit.
* Iul.Clar.*d.*§.*fi.q.57.in fi.* vbi dicit* cõmunem.† Limita, quando pro
50 illo delicto vnico potest sub pluribus diuersis principibus puniri; quia condemnatus in loco originis potest condemnari in loco delicti, & è contra, etiam si in vno loco soluisset condemnationem,
51 secus si sub eodẽ principe. Clar.§.*fi.q.57.n.13.ver.scias etiam.*† Limita, quando atrocitas delicti hoc suaderet; quia semel cõdemnatus
52 potest iterum condemnari. Iul. Clar.*d.*§.*fi.q.57.in fi.*† Limita, quãdo absolutus fuisset accusatus, vel inquisitus per præuaricationẽ, quia ab alio potest accusari. Alex.*cons.11.n.7.li.1.* Bald.*cons.224.li.5.*
53 Rom.*cons.213.per totum.*† Et idem; si interuenit dolus, vel compositio, vt iudex minorem pœnam imposuerit. Clar.§.*fi.q.57.nu.12.ver.*
54 *quod tamen intellige.*† Extende, quando accusaretur de nouo absolutus, vel condemnatus ab eo, qui prosequitur suam, vel suorum iniuriam, & non habuisset notitiam de alio iudicio primo. Alexan.*d.*
55 *cons.11.nu.7.lib.1.* Bal.*cons.224.lib.5.*† Limita, quando condemnatus fuisset aliquis pro crimine mixti fori à iudice Ecclesiastico; quia poterit condemnari etiam à iudice seculari; quia distinctæ sunt iurisdictiones. Iul. Clar.*in* §.*fin.qu.57.n.11.vers.sed hic occurrit,* vbi dicit
56 * communem, *&n.14.ver.sed quæro.*† Restringe, vt non procedat in casu conuerso, quando iudex secularis cõdemnauit; quia tunc ecclesiasticus non posset procedere, quando pœnam cõdignam imposuit secularis, ita Clar.*d.*§.*fi.q.57.n.14.* sed istud etiã procederet, si
57 primo ecclesiasticus pœnam cõdignam imposuisset.† Declara totam hanc materiam, vt plene Roma. *cons.213.Præsupposito,* videlicet plures sunt casus, quorum est primus, quando est transactum cum
58 vno accusatore super publico crimine.† Secundus, quando absoluitur propter delationem iuramenti, & dic, vt not.*in l.eum qui,* §.
59 *populariibus,ff.de iureiur.* Rom.*d.cons.213.ver.quandoque.*† Tertius quãdo condemnatur ex inquisitione, & dic, vt per Bart. *in l.si cui,* §.*iisdem,ff.de accusat.*
60 Roma.*d.cons.213.ver.aliquando vero.*† Quartus casus, quando fuit per accusationem condemnatus, vel absolutus, non
☞ potest iterum accusari super eodem crimine, nisi probata præuaricatione. Rom.*d.cons.213.ver.aliquando vero vltimo.* Vide plenius, *Absolutus à delicto an possit iterum accusari, vel inquiri. Concluſ.53.*

Condemnari nemo debet, nisi confessus, vel conuictus. Concluſ.574.

1 NON† debet iudex aliquem condemnare, nisi sit confessus, vel cõuictus, & quãdo dicatur confessus, vel conuictus, vide tex. cum plena glos. in *c.* quod incipit, *Nemo in quemquam. 2.q.1.* vbi glos. declarat plures modos, quibus quis dicatur confessus, vel conui-
2 ctus, & quę requirantur, maxime in criminali.† Extende, quia sententia condemnatoria non potest ferri in quemcunq; nisi sit con-
3 fessus, vel conuictus, & si feratur, est nulla. Castr.*cons.468. Super hoc puncto,col.pen.in fin.vers.præterea sententia non debet,lib.1.*† Imo quod alterum de tribus requiratur ad hoc, vt accusatus, vel inquisitus de crimine possit condemnari, videlicet, vel quod sit confessus, vel conuictus probationibus, necessario, vel præsumptiue concludentibus, præsumptione à iure approbata, vel ex indicijs indubitatis, quæ faciant præsumptionem iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, ita Castr.*cons.299. Visa inquisitione,*
4 *in princ.lib.2.*† Et quod præsumptiones debeant esse approbatæ à iure, alias non sunt præsumptiones iuris; sed suspitiones hominis, quæ non sufficiunt ad condemnandum in causa capitali, ita Castr.
d.cons.299.col.2.ver.sed hic nullũ istorũ,in prin.li.2. Et quando dicatur
☞ conuictus, & quid importet, Vide, *Conuictus quis dicatur. Concl.1032.*

Condemnatus pro certo delicto quando non teneatur ad pœnam. Concluſ.575.

CONDEMNATVS† in pœnam falsi non tenetur, si delictum 1
non est de genere falsi, vt homicidium, vel quid simile. Lap.
alleg.55.num.9.circa fi.ver.vnde iam vidi obtineri. Vide, *Delictum ex quibus*
probetur, vel non. Concluſ.173. Vide, *Confessio in quibus non nocet confitenti, Concluſ.647.num.4. & seq.*

Condemnatus capitaliter in contumaciam si capiatur, qualiter exequenda sententia. Concl.576.

CONDEMNATVS† in contumaciam ad mortem pro delicto, si deuenit in fortiam curiæ post annum in statu Ecclesiæ 1
non admittitur ad nouas defensiones, sed facta recognitione personæ, quod sit illa persona condemnata, videlicet, quod alius nõ adsit eiusdem nominis, cognominis, patriæ, & qui habeatur pro cõdemnato, traditur ministro, qui exequatur, ita disponentibus Bullis Summorum Pontificum, & qualiter fiat recognitio, plene Farin.*q.11.n.4.& seq.* vbi examinat per totam quæst. *& n.21.cum seq.* qualiter fiat recognitio. Vide, *Recognitio personæ banniti, vel cõdemnati,* ☞
qualiter fiat. Concl.52. Vide plenius, Contumax pro delicto qualiter condemnetur, & captus qualiter exequatur sententiam. Concluſ. 1022. † Restringe, vt si recurrat ad benignitatem principis, bene 2
conuenit, & solet ei quandoq. concedi admissio ad nouas defensiones per signaturam Sanctissimi, vel per sacrã Consultam. † Re- 3
stringe in minore condemnato in contumaciã; quia si deueniat in fortijs curiæ, non potest condemnatus decapitari, neque contra eũ exequi sententia potest, secundum* cõmunem, & magis* cõ- *
munem, de qua Farinac. qui infinitos citat, *qu.11.n.26.ver.limita* 4. *
vbi *n.27.& seq.* & reddit rationem; quia ex præsumpto dolo minor non condemnatur, & non comprehenditur sub statuto exorbitanti, & contra ius commune. Vide, *Contumax condemnatus*
non dicitur condemnatus ob maleficium. Concluſ. 1022. † Contra- ☞ 4
rium tenent plures, quos citat Farinac. *d.qu.11.nu.30.& seq.* vbi dicit
* communem. † Declara, vt in statu Ecclesiæ minor 20. maior 14. *
annis possit pro homicidio puniri, licet in cõtumaciam sit cõdem- 5
natus vigore motus proprij Pij 4. ita Farinac. *d.q.11.n.3.ver.quid dicendum,* vbi dicit, quod cum dictus motus proprius sit odiosus, ille nõ extenditur ad alia crimina, neq; ad præstantes auxiliũ, consiliũ, & fauorem, secundũ*communem, allegat Corne. *cons.159.* [illegible] di-
logni. *cons.35.post n.10.* vbi de magis* communi. [illegible] *
capto bannito,c.fi.n.230.cum seq.† Limita, quãdo sententia fuit lata 6
in vno territorio, & cõdemnatus captus in alio territorio, sub diuerso principe; quia non solet exequi sententia, nisi ad litteras alterius iudicis, qui condemnauit. Farin. *d.q.11.n.61.ver.limita decimo,* vbi est statutum, quod habeatur pro confesso, est locale, & nõ extenditur alibi. † Restringe; quia bene quando diuersa territoria 7
sunt sub eodem principe, bene potest exequi sentẽtia, dummodo adhibeatur causæ cognitio, & constet reum mereri eam pœnam. Farin. *d.q.11.n.61.ver.sublimita.*† Limita, quia in contumaciam con- 8
demnatus in pœna mortis pro leui crimine, prout fuga, & fractura carceris, si tamẽ deueniat in fortiam curiæ, Senatus Mediolani supremus non tradit illum morti, sed acrius torqueri mandat pro delicto, & si non constaret aliter, quam per contumaciam, & fugam, non exequitur sententiam, & bene ita Clar. *in* §.*fi.q.21.nu.25.* vbi late, & idem Neapoli seruari dicit Grammat. *Voto 37.*† Exten- 9
de, vt idem sit, quando indicia leuia sunt contra contumacem, qui postea deuenit in fortiam iudicis; quia debet, vel torqueri, vel pœna commutari de scientia principis. Clar.§.*fin.qu.44.nu.6.* plenius *quæst.96.num.4.* vbi quod ita seruat Senatus Mediolani. Vide etiam plene Farin. *quæst.11.per totam,* maxime *num.62.*† Extende; quia 10
imo quando sententia continet maiorem pœnam, quam de iure requirat delictum, exequi non debet sententia, nisi in eo, in quo est condigna pœna, & sententia est nulla, multo magis, quando nulla pœna esset imponenda; quia sentẽtia ipso iure nulla est, quia notorie iniusta. Farin. *d.q.11.n.62.ver.Amplia primo, & ver.Amplia se-* ☞
cundo, & vide *infra n.16.ver.limita, quia exequenda est sentẽtia.*† Limita, 11
quando bannitus & condemnatus in cõtumaciam caperetur pendente appellatione in casu appellabili, late Farinac. *q.11.n.48.ver. limita 8.* vbi quando detur appellatio, vel non à sententia capitali.
† Limita, quando condemnatus in cõtumaciã non potuisset com- 12
parere legitimo impedimento detentus; quia si capiatur, & constat de legitimo impedimento, non debet sententia exequi. Farinac. *d. quæst.11.nu.50.vers.limita nono,cum seq.* † Extende in tantum, 13
quod imo si iudex sciuit impedimẽtum, & processit, processus est nullus, si vero ignorauit, valet quidẽ processus, sed reus restituitur

in integrũ. Fat. *d.q.11.n.50. & n.52. & seq.* ponit, quæ sint iustæ causę, & iusta impedimenta, videlicet, vis hostium, pestilentia, impetus fluminis, præceptum superioris, absentia, infirmitas, carceratio, locus non tutus, & similia. † Restringe, vt prædicta procedant, si saltem procurator in iudicio allegauerit iustum impedimẽtum, alias
15 sententia poterit exequi. Far. *d.q.11.n.59. ver. sublimita.* † Cõtrariũ te-
16 net, & tuetur ibidem *d.n.60. ver. quibus tamen nõ obstan.* † Limita, quia exequenda est sententia, quando pœna est condigna delicto, alias secus; nam si in contumaciam fit condemnatio pro delicto in penã capitis, quæ nõ posset fieri, si reus esset infortijs curiæ, vtiq; exequutio condignæ pœnæ tantũ est facienda. Farinac. *d.q.11.n.62. ver. limita 11.* vbi dicit, ita de facto obtinuisse pro quodã Hebræo, qui fecerat homicidium in rixa, & fuerat condemnatus ad furcas, quia fuit transmissus ad triremes, quia hæc pœna fuisset data, si fuisset in
17 fortijs. † Extende, quia sententia condemnans in maiorem, pœnã, quã esset de iure, dicitur in totũ nulla, secundũ * cõmunem idem Farin. *d.q.11.n.62. ver. cur igitur, & in ver. Amplia*, vbi idem dicit, quãdo sententia continet confiscationẽ bonorũ, in casu, in quo de iure ea
18 non possunt confiscari. † Extende, quia multo magis dicitur nulla sententia, quãdo in totũ pœna est maior, puta in casu, in quo nõ esset pœna imponenda; quia cum notorie dicatur constare ex actis, sententia omnino est nulla, & non exequenda in aliquo. Farin. *d.q.11.n.62. ver. Amplia secundo*, vbi dicit * cõmunem. † Limita; quia sen-
19 tentia cõtumacialis pro delicto habitõ pro confessõ, debet exequi solum pro delicto principali, non aũt pro qualitate delicti, nisi ea sit probata, plures citat Farin. *d.q.11.n.63. ver. limita 12.* vbi dicit magis * communem. † Contrariũ tenent plures, quos ibidem citat *n.*
20 *63. ver. & licet Areti.* † Declara, quia in statu Ecclesiæ, in quo sententia exequitur, si præcedant legitima indicia ad inquirendũ, debet
21 exequi etiam quo ad qualitate, si præcedant indicia legitima, alias
22 secus. † Limita, quando princeps indulget, pro iustitia, quod condemnatus admittatur ad nouas defensiones, quia tunc ꝙ abstulerat rigor iustitiæ, restituit benignitas, & æquitas eiusdem iustitiæ, Farinac. *d.q.11.n.64. & seq. ver. limita 13.* vbi dicit, quod princeps tenetur admittere ad nouas defensiones, nisi peteretur per calumniam, vt quia cõstaret de delicto, vide eum, quia pulchre loquitur.
23 † Extende; quia quandoq; expedit concedere tales admissiones, licet nõ petantur ob malitiã consanguineorum, vel paupertatem carceratorum, vt cõtigisse memorat Clar. *§. fi.q.94. ver. est etiã alius*, &
24 Farin. *d.q.11.n.67.* vbi qualiter Romæ concedatur. † Restringe; quia [illegible] admissio ad nouas defensiones spectat ad solum princi[illegible]undum cõmunem obseruantiã, licet contrarium multos tenere [illegible]ent Carta *de exequu. sent. capto condemnato, c.1.n.273.* Farin. *d.q.11.n.68.* vbi dicit, quod si iudex admisisset fisco citato, & nihil opponente, valeret tunc sententia liberationis, si constaret de in-
25 nocentia, allegat Boss. *tit. si aduers. rem iud. n.28.* † Restringe; quia tenetur reficere expensas, qui contra rem iudicatam admittitur ad
26 nouas defensiones. Farin. *d.q.11.n.69.* † Restringe; quia debet taliter admissus torqueri; quia sententia, imo simplex bannum fecit
* indicium ad torturam. Farinac. *d.q.11.nu.70.* vbi de * communi, & multos allegat, & multis modis declarat.

Condemnatus, quando moritur pendente appellatione, an liberetur. Conclus. 577.

1 CONDEMNATVS † in pœnam capitis, vel aliam corporis afflictiuam, si moritur pendente appellatione, liberatur ab omni pœna, quia mors omnia soluit. Ant. de Butr. *consilio. 58. in princip. & per totum*, vbi loquitur in eo, qui veniebat condemnan-
2 dus in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum per statuta. † Extende, quia procedit, siue statutum, vel lex imponat pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum æque principaliter, siue etiam ponat confiscationem in consequentiam, quia licet hæc distinctio admittatur in sententia, tamen secus est in lege, vel statuto, quia non reperitur iure cautum, & quia *lege iudiciorum, de accusatione* loquitur indistincte, ita Ant. de
3 Butrio *dicto consilio 58. in principio & num. 2.* Vide, *Mors omnia soluit, & operatur multa. Conclusio. 391.* † Amplia, vt procedat, etiam si adsit condemnatio in personam, & confiscatio bonorum in consequentiam; quia siue exprimatur, siue non, ex quo tacite inest, si moritur pendente appellatione reus, non potest molestari etiam quo ad bona. Butrigio *in lege 3. in princip. C. si pend. appellation. mors interuen.* vbi Cyn. Clar. *in §. final. quæstion. 94. num. 7. vers. sed pone,*
4 vbi dicit * communem. † Extende, etiam si moriatur, antequam appellauerit, dummodo pendente termino ad appellan-
5 dum decedat. Cyn. *dicta lege 3. C. si pend. appell. mors interuen.* † Restringe, vt non procedat, quando confiscatio esset facta expresse, & principaliter; quia tunc mortuo reo non extinguitur confiscatio sed crimen, secus si confiscatio esset facta accessorie & in consequentiam, quia tunc bene extincto crimine per mortem, extinguitur etiam confiscatio, quæ venit in consequentiam. Bart. *dicta lege 3. C. si pend. appell. mors interuen.* vbi Castrens. Bald. & Salycet. Clar. *in praxi crimin. quæstiones. 94. num. 7. vers. sed pone*, vbi dicit * communem. † Restringe, quan- * 6
do sumus in conditione ex delicto, quod habet confiscationem bonorum ipso iure, prout in hæresi, in crimine læsæ maiestatis, & similibus. Salycet. *dicta lege 3. num. 2. vers. hæc fallunt in criminibus, C. si pend. appellat. mors*, Bald. *in lege 1. num. 7. vers. item si bona non sunt, C. ex delict. defunct. in quantum hæred. conuen.* Angel. *in lege qui à latronibus, la seconda, §. si quis, in fine l. ff. de testam.* vbi Imol. *num. 10. vers. item etiam aduerte.* † Restringe, quando quis fuit admissus ad 7
nouas probationes ex gratia, vel alias, si moritur interim, non reuocatur confiscatio, neque condemnatio. Clar. *in praxi crimin. quæstion. 44. num. 5. vers. quinimo si reus.* Vide, *Pœna debet tenere solos delinquentes, & quando secus. Conclus. 212.* Vide, *Pœna non transit ad hæredes, & quando secus. Conclus. 256.*

Conditionum multæ sunt species, & quæ. Conclus. 578.

1 CONDITIO † quandoque est impossibilis, quod potest contingere quatuor modis, natura, de iure, de facto, & secundum bonos mores. Bald. *consil. 474. Ad euidentiam præmittendum, in princip. lib. 2.* † Inanis conditio dicitur, quando testator vane 2
cogitauit de illius existentia, *lege quidam in fuo, §. fin. ff. de condi. institutio.* Bald. *d. consil. 474. in princip. lib. 2.* † Superflua est, quæ fru- 3
stra exprimitur, quia ex necessitate inerat. Bald. *dicto consil. 474. in princip. lib. 2.* † Vel quia ponitur in conditione id, quod non est 4
necessarium; quia tunc non releuat. Bald. *consil. 112. num. 3. & 4. & cons. 113. lib. 3.* vbi si dicatur accedente licentia principis in casu, in quo non erat necessaria, non impedit, quin actus valeat absque impetratione dictæ licentiæ non necessariæ. † Congrua di- 5
citur conditio, quæ pro forma adscribitur, sine qua res esse non potest, *lege qui hæred. §. fin. ff. de cond. & demonstr.* Bald. *d. consil. 474. in princip. lib. 2.* † Extitura omnino, vt si inducatur grauamen sub 6
contrariis conditionibus, veluti si filia hæres grauatur restituere hæreditatem posthumo, si nascatur, si vero non nascatur, grauatur restituere patruo, cum sit omnino extitura, est tamen conditio, quia interim est incerta, & interim institutio valet in grauatum; vt sit hæres simpliciter. Bald. *consil. 70. Præmittendum est, num. 6. vers. vnum tamen, lib. 3.* † Conditiones omnes, aut sunt casuales, aut 7
potestatiuæ, aut mixtæ, & dicitur casualis, quæ pendet à casu, potestatiua, quæ pendet à potestate implere debentis, mixta, quæ pendet partim à casu, & partim à potestate implere debentis, & seu partim à potestate implere debentis, & alterius. Baldus *consil. 219. Pontius Bertagna, in princ. & per totum, lib. 3.* † Conditio- 8
nes omnes, aut sunt momentaneæ, seu instantaneæ: quia sufficit, quod momento extiterint, aut sunt successiuæ, quia requirunt perseuerantiam existentiæ: aut sunt mixtæ, seu dubiæ. Bald. *consil. 42. Præmittendum est, lib. 5.* vbi in fine dat regulam ad cognoscendum eas. † Momentanea debet in totum impleri, alias nihil po- 9
nit in esse, successiua sufficit, quod sit cæpta, & non stet per implere debentem, ita Io. de Anania *consil. 75. versic. præterea plus dico.* † Item momentanea sufficit, quod momento extiterit, successi- 10
ua requirit perseuerantiam, vel quod non stet per grauatum sub conditione prædicta. Angel. *consilio 34. per totum.* Io. de Anania *consil. 8.* & plenius *consil. 75. versic. præterea plus dico.* Si vero † est du- 11
bium, an sint momentaneæ, vel successiuæ, vt requirant perseuerantiam, qualiter iudicantur, Vide, *Conditionem semel extitisse sufficit, & quando secus. Conclus. 598.* † Conditiones omnes, aut sunt affir- 12
matiuæ, aut sunt negatiuæ, vt infra. † Negatiua conditio dicitur, 13
quãdo hæres quis instituitur cum hac conditione, quod non alienet, alias cadat, quia dicitur hæres sub conditione non alienandi. Angel. *consilio 168. numero 3. verficulo venio ad secundum, per totum.* Vide, *Conditio verificatur ante mortem, licet exequutio expectet mortem. Conclus. 597.* † Implementum huius conditionis 14
negatiuæ fit per cautionem, ideo si non præstatur cautio, non dicitur impleri conditio per grauatum. Angel. *consilio 168. n. 3. vers. venio ad secundũ.* Vide, *Cautio Mutiana quid sit, & qualiter præstanda. Conc.* 177. † Restringe; quia non debet cautio præstari per grauatum, qñ 15
non habet cohæredem, vel non extat persona, cui præstãda sit cautio, quia tunc liberatur, & reijcitur tanquã impossibilis Ang. *d. con. 168. nu. 3. ver. sed prædictis fortior.* † Extende, quia conditio negatiua 16
de non

de non dando, vel non faciendo, non purificatur, nisi postquam
17 desierit posse dari, vel fieri, *l. ita stipul. ff. de verb. oblig.* † Extende idem in dato nomine dotis sponsæ, cui promissa fuit restitutio eiusdem dotis, si matrimonium non sequitur: quia donec potest sequi matrimonium, non purificatur conditio, ideo dos nisi per contractũ matrimonii cum alia, vel per ordinem sacrum, vel ingressum religionis, vel mortem conditio expiret, non potest repeti. *l. quod Sergius, in fi. & ibi gl. fin. ff. de cond. causa data.* & hãc partem tenet Imol. *in*
18 *l. in testamento, ff. de cond. & dem.* † Contrarium tenet Cyn. *in d. l. quod Sergius.* & ibi Bart. quia sufficit, quod alter dicat non velle contrahere absque eo, quod expectetur mors, seu alius casus impediens posse contrahi matrimonium, & Dyn. sequitur Bart. *cons. 122. Lator præsentis, per totum, lib. 1.* vbi tollit contraria; quia nõ habent locum, quando præcedunt sponsalia; quia sufficit, quod alter neget velle
19 contrahere, & ibi apostilla *in ver. lator.* † Conditiones omnes, aut sunt suspensiuæ aut resolutiuæ. Vide, *Conditio alia suspensiua, alia resolutiua, & in quo. Conclus. 579.*

Conditio alia suspensiua. alia resolutiua, & in quo differant. Concl. 579.

1 CONDITIO † duplex est, vna suspensiua à principio, alia resolutiua, prima ita suspendit, vt ab ipso principio ante eius existentiam nulla sit obligatio contracta, sed solum spes est in debitũ iri, *l. cedere diem, ff. de V. S. & l. legata sub conditione relicta, ff. de cond. & demonstr.* Oldrad. *cons. 285. nu. 7. ver. ad tertium.* Castr. *cons. 452. Legatum*
2 *istius domus, lib. 1. in princ.* vbi secus, si resolutiua sit conditio. † Quæ quidem conditiones differunt, quia legatum conditionale à principio nihil ponit in esse, legatum vero sub cõditione resoluendũ,
3 à principio dicitur purum Castr. *d. cons. 452. in prin. lib. 1.* † Amplia in casu conuerso, quia conditio suspensiua admittens actum, donec eueniat conditio, si euenit ille actus, à principio fingitur non valuisse. Bald. *cons. 68. Proponitur, quod pater, per totum, & cons. 69. Cũ statutum, lib. 1.* vbi consuluit, quod si filia est exclusa, donec supersint filii masculi, licet filia præterita non possit dicere testamentũ nullum extantibus masculis: tamen si masculi decedant sine filiis, tunc di-
4 cit testamentum nullum ab ipso principio. † Duplex est suspensiua, quia alia suspendit actũ in substantia, quem facit esse cõditionalem, alia suspendit exequutionem actus tantũ, ideo verba sunt
5 inspicienda. Bald. *cons. 285. Super primo, nu. 4. ver super tertio, lib. 3.* † Et quando conditio suspendit acquisitionẽ iuris, non tamen suspendit acquisitionem facti, & cessionem, ideo verba debent inspici, vt sciri possit, quid sit suspensum. Signor. *cons. 214. In quæstione vertenti,*
6 *n. 6. & 7.* † Conditio quandoq; est suspensiua exequutionis cõtractus, & tunc nõ suspendit contractũ & eius natiuitatẽ & multum differt à conditione, quæ suspendit cõtractum. Bald. *cons. 478. Qui-*
7 *dam Franciscolus, n. 1. ver. in contrarium credo, lib. 1.* † Amplia, quia multum refert, an conditio apponatur substãtiæ legati, an solutioni & sic exequutioni legati, quia si apponitur substantiç, est cõditionale legatum, & nõ transmittitur, si vero apponitur solutioni, legatum est purum, & transmittitur. Bald. *cons. 285. Super primo, nu. 4. ver. super*
8 *tertio, lib. 3.* plene Boer. *dec. 38. n. 28. & 29.* † Extende, quia actus nunquam dicitur conditionalis, quando conditio apponitur exequutioni & non substantiæ actus. Blad. *cons. 112. Præmisso quodam, n 2. ver.*
9 *circa secundam, vsq; in fi. lib. 3.* † Econtra quando conditio suspendit vsum, & exequutionem, nõ autem aditionem, semper inspici debent verba, quia conditio solũ suspendit illud, cui proxime adiicitur. Signor. Homod. *cons. 214. n. 6.* vbi quod hærede priuato ob non implementũ, licet alius, cui fit applicatio, debeat cauere de parẽdo, & ante nõ acquiratius, ille tamen potest adire & cedere, quia
10 cõditio cautionis nõ respicit ista. † Conditio resolutiua presupponit ius purũ præexistere, sed resolubile; quia resolutione non facta manet à toto principio purũ, *l. proponebatur, ff. de castr. pecul.* Oldrad. *cons. 285. n. 8. ver. in secunda.* Cast. *d. cons. 452. in pr. li. 1.* Alex. *cons. 91. Cir-*
11 *ca primum, n. 5. ver. sed si in aliquo, lib. 4.* † Et dicitur cõditio resolutiua, si fiat legatũ, quamdiu non nupserit, vel donec nupserit, quæ conditio non potest respicere legatũ, si viuens non nubet, etiamsi moriatur, quia mortuus dicitur perseuerare in statu, in quo decedit.
12 Castr. *cons. 452. Legatum istius domus, lib. 1.* † Dicitur etiam resolutiua, quando id, quod simpliciter est legatum, adimitur sub certa cõditione, prout de legato alimentorũ, quod testator adimit, si legata-
13 rius vitam detestabilẽ gerat. Cald. *cons. 332.* alias 3. *de testam.* † Idem, quando fit obligatio pura Titio, & si Titio nõ placuerit, eo modo rescindatur; quia erit pura, licet conditio respiciat resolutionem
14 obligationis. Alex. *d. cons. 91. n. 5. ver. sed si in aliquo. lib. 4.* † Itẽ venditio pure facta, licet apponatur conditio, quod si impediatur, fiat restitutio pretii, vel quid simile, nõ est cõditionalis, sed pura, licet resoluatur in casu impedimenti: ideo interim emptor facit fructus suos, quos nõ faceret, si esset conditionalis. Soc. *cons. 170. In præsenti consultatione, n. 9. ver. ad tertium, lib. 2.* † Refert igitur, an actus con- 15
ditionalis ita disponatur, obligationẽ habere effectum, si tali placeat: quia hæc est conditio suspendens, an potius obligationẽ habere effectũ, nisi talis impugnet: quia est pura à principio, & refert, an debeat esse voluntas assistens, vel quod non appareat voluntas resistens. Oldrad. *cons. 285. n. 7. & 8. ver. ad tertiam.* Alex. *d. cons. 91. n. 5. ver. sed si in aliquo, lib. 4.* vbi quod inspicitur, an conditio apposita sit obligationi, an resolutioni obligationis. † Conditio resolutiua, vi- 16
delicet adueniente conditione extinguente actum, veluti si quis excõmunicetur, vel suspendatur, donec soluerit, operatur, quod facta solutione remanet absolutus: secuta tamen declaratione super solutione, si vertitur controuersia. Zabar. *cons. 132. n. 2. ver. præterea si quis.* vbi ita concordat opiniones. † Dupliciter ponitur condi- 17
tio resolutiua, & dupliciter resoluitur: nam legatũ factum, quandiu vixerit vidua resoluitur duplici cõditione, si nubat viuens, vel si moriatur etiam vidua, si vero adiiciatur, quandiu non nupserit; tunc nõ resoluitur, nisi vno modo, videlicet, si nubat viuens, si vero moriatur vidua, dicitur semper permanere in viduitate, & non fit amplius resolutio, & legatum transit perpetuo ad hæredes. pulchre Castr. *cons. 452. per totum, lib. 1.* † Et conditio resolutiua dicitur 18
conditio expressa de præterito, seu de præsenti: quia ista nõ suspendit actum, sed inducit resolutionem: quia si non est vera, dispositio est nulla: si vero conditio est vera, dispositio valet illico. Abbas *cons. 70. Id de iure quæritur, in princ. lib. 2.* 9

Conditio quæ dicatur casualis, & quæ potestatiua. Conclus. 580.

CASVALIS † dicitur conditio, quę pendet à casu, vel incerto 1
euentu, ideo cõditio, *si sine filiis decesserit*, dicitur casualis. Fran. Aret. *cons. 1. n. 6. ver. sed tamen iis non obstantibus.* † Et conditio mere 2
casualis, quæ est, quando nihil est implendũ ab eo, qui debet implere conditionem prædictam per aliquod factum, nunquam habetur pro impleta, licet stet per eũ, cui acquiritur obligatio. Castr. *cons. 136. col. 2. ver. & ideo cum in conditionibus, lib. 1.* † Extende, quia cõ- 3
ditio infanti vel, impuberi, vt si nubat, vel profiteatur apposita dicitur casualis, non autem potestatiua, quia licet sit potestatiua, & voluntatis nubere, vel non: tamen de pupillari ætate peruenire ad pubertatem, quæ requiritur ad actum, est per accidens, & sic dicitur casualis, & mixta, non potestatiua. Bart. *cons. 13. Ex facto, in princ. lib. 1.* vbi arguit de loco ad tempus, vt sicuti protensio temporis est accidens, ita loci longinquitas, & è conuerso. † [illegible] quod conditio di- 4
mixta, quæ pendet à voluntate, seu potestate implere debentis, [illegible] alterius, vel implere debentis, & fortunæ simul, seu casus fortuiti, dicatur casualis, & non potestatiua. Bal. *cons. 219. Pontius in princ. ver. hæc conditio, lib. 3.* † Differentiam habes in conditione mixta, & vo- 5
luntaria, & an trahatur retro, vel non. Vide, *Conditionalis actus purificata conditione, an valeat à principio, vel tempore conditionis. Concl. 600.*
† Amplia, quia conditio pendens à facto tertii totaliter dicitur ca- 6
sualis. Franc. *cons. 1. n. 5. & seq. ver. hoc præmisso, & num. 7. in fi.* Castr. *cons. 136. Visis, col. 2. ver. iis non obstantibus, lib. 1.* † Et quod conditio resi- 7
dens in declaratione dicatur casualis, & non potestatiua, licet electus fuerit tertius à partibus. Lud. Bolog. *in add. ad cons. 19. Io de Anania, n. 22. ver. præterea potest negari.* † Extende, quia conditio semper 8
dicitur casualis, quæ pendet à facto tertii, cui nihil acquiritur, veluti promitto tibi decem, si Titius ascendat Capitolium, vel duxerit Bertam vxorem, vel soluerit decem Sempronio. Castr. *cons. 136. col. 2. vers. sed hic fuit dictum, lib. 1.* vbi idem dicit, instituo te hæredem, si Titius aliquid fecerit. † Potestatiua conditio dicitur, quæ pen- 9
det à potestate implere debentis, *conclus. proxima seq.*

Conditio potestatiua quæ dicatur, & quid operetur. Conclus. 581.

CONDITIO † potestatiua est illa, quæ pendet à potestate im- 1
plere debentis. Ang. *cons. 293. per totum.* † Et iudicatur condi- 2
tio potestatiua, quæ de facili à cõmuniter contingentibus potest impleri, *l. suus quoq; §. 1. cũ ibi not. ff. de hered. instit.* Bart. *cons. 13. Ex facto, n. 2. in fin.* † Declara, quia conditio potestatiua dicitur largo modo 3
id, quod est in potestate facientis, sed non absolute, prout si quis vendit ad mensuram, nam mensura est in potestate vẽdentis & ementis, ideo dicitur contractus sub conditione potestatiua, *l. quod sæpe, ff. de contrah. empt.* tamen reuera non est potestatiua, quia non potest impedire mensuram, & ideo vt conditio sit potestatiua debet absolute esse in potestate mea facere, & nõ facere, ita Fran. Aret. *cons. 11. Procedendum, n. 2. col. 2. ver. & aduertendũ est.* † Et ideo, si ta- 4
lis conditio potestatiua non impletur, cum stet per implere debentem, nihil debetur. † Extende, quia legatarius sub conditione 5

poteſtatiua; ſi Capitolium aſcenderit, tenetur aſcendere Capi-
tolium cum primum poterit,alias priuatur legato. Alexand. *conſ.*
6 *46.In cauſa & lite. in princ.lib.7.* † Reſtringe in hærede inſtituto
ſub conditione poteſtatiua , ſi habitauerit in domibus teſtato-
ris,alias ſi non habitaret , ſubſtituit A. & ſi non habitaret , ſub-
ſtituit B.quia,vbi agitur de priuatione hæreditatis,& magno præ-
iudicio, ſufficit, quod impleuerit in vita conditionem poteſta-
tiuam,& ſic niſi poſt mortẽ dicitur negligere;quod fallit,quando
adeſſet præfixio termini à teſtatore, vel à iudice ad inſtantiam vo-
* catorum,& in termino non impleuiſſet. Alex.plene *conſ.46.per to-*
*tum,lib.7.*vbi * dicit communem.† Reſtringe,quando debens im-
7 plere ignorauit,& ſi ſciuiſſet,impleuiſſet, quia ſi hoc iurat,condi-
tio habetur pro impleta etiam de præterito. Corne. *conſ.168.In hac*
8 *conſultatione,nu.11.& ſeq.lib.3.* Alex.*con.48.n.3.in fi.lib.7.*† Reſtringe,
quia conditio habetur pro impleta, quando non ſtat per implere
9 debentem,ſed impleri non poteſt.Corn.*con.168.n.12.li.3.*†Decla-
ra; quia in caſu dictarũ reſtrictionũ etiam non impleta conditione
habetur pro impleta , vel ſaltem competit reſtitutio in integrũ ex
* clauſula generali,*ſi qua mihi iuſta cauſa.*Corn.*con.168.n.14.vſque in fi.*
10 *lib.3.*vbi* dicit cõmunem.† Declara;quia quando agitur de priua-
tione,agitur de pœna,& debet clare cõſtare , quod non impleue-
rit ſciens,alias priuatio non haberet locum.Alex.*d.con.46.in fi.l.7.*
11 vbi apoſtilla in *ver.pœna dat concord.*† Verba, quæ de futuro impor-
tarent conditionem,ſi ſunt de præſenti, vel præterito, non tamen
12 important conditionem. Zab.*conſ.92.n.5.*†Declara; quia verba il-
la gratiæ, cuius accedit aſſenſus , licet non ſint conditionalia;quia
de præſenti ſunt,faciunt tamen actum conditionalem,vt verifica-
ri debeant propter clauſulam, *ſi vera ſunt narrata*, quæ ſemper ineſt
tacite,Zabarel.*conſ.92.num.4.& 5.*

Conditionum natura quæ ſit. Concluſ.582.

1 IN conditionibus † ſolum inſpicitur id, quod fuit expreſſum, &
ſpecificatum,*l.Mæuius, l.qui hæredi.ff.de condi.& demonſtr.* Caſtr.*con.*
2 *136.col.2.ver.& ideo,lib.1.* † Natura conditionis eſt reſpicere futura;
quia præſentia,& præterita cũ ſint certa,non faciunt cõditionem.
Vide, *Conditio nihil ponit in eſſe,concluſ.593.n.55.& ſeq.*

Conditio ex quibus inducatur. Concluſ. 583.

DICTIO, *ſi* importat † conditionem, maxime iuncta verbo
futuri temporis. Oldrad.*cõ.242.n.7.ver.ſed ad hoc inſtatur.*Alex.
con.127.Viſo proceſſu,in princ.lib.7. † Et procedit etiam, ſi diſpoſitio
conditionalis probetur per teſtes , vt loquitur Alex.*d.conſil.127.in*
3 *princ.lib.7.* † Extende; quia dictio,*ſi*,principaliter importat condi-
tionem,ideo legatum factum Titio, ſi declarauerit dicitur condi-
tionale,& ante declarationem non debetur,neque tranſmittitur.
4 Ang.*conſ.293.Punctus eſt,per totum.* †Declara, niſi cõditio repugna-
ret facto & intentioni diſponentis, puta ſi teſtator inſtituit hære-
dem,ſi non diſſipauerit, & non alienauerit;quia hæc eſt inſtitutio
conditionalis; tamen ſi teſtator dedit licentiam hæredi alienandi
ſeruata forma tradita,hæc inſtitutio non poteſt eſſe conditionalis,
quia repugnaret facultati alienandi, ſeruata certa forma.Bal.*conſ.*
5 *67.Quæſitum eſt,in prin.li.1.*†Extende;quia dictio,*ſi*,importat cõdi-
tionem & non modum,prout dictio,*vt*,importat modum, & non
conditionem.Bald.*conſ.150. Proponitur quod,n.7.ver.reſtat modo,li.5.*
6 †Imo præciſam conditionem importat hæc dictio,*ſi*,Caſt.*con.259.*
7 *col.2.circa med. ver.ad quod facit, lib.1.* † Reſtringe;quia dictio,*ſi*,non
importat conditionem,quando hæres inſtituitur,ſi adiuerit hære-
ditatẽ , quin eo repudiante hæreditas vadat ad coniunctum cum
onere ſuo.Bald.*conſ.76.Factum tale eſt,D.Nicolinus,ver.porro illa verba,*
8 *lib.1.*†Reſtringe idem,quando hæreditas eſt data cum onere, ſi de-
ueniat in fideicõmiſſarium;quia iſta dictio,ſi *deueniat*,nõ importat
conditionem, quin fideicõmiſſario repudiante debeantur legata.
Bald.*conſ.76. ver.porro illa verba,li.1.* quia reſpicit clauſula iſta perſo-
nam fideicommiſſarij; vt ſit grauatus,ſi hæreditatem habuerit; nõ
autem reſpicit legata,neq; hæreditatem,quin debeantur etiam fi-
9 deicõmiſſario repudiante.†Reſtringe; quia aliquando poteſt im-
10 portare modum.Alex.*con.127.n.2.ver.aut nolumus,lib.7.*†Dictio ſeu
verba, caſu, quo important conditionem expreſſam in fideicom-
miſſo facto,caſu, quo talis moriatur ſine filijs,& idem eſt in legato
facto caſu,quo hæreditas deueniat ad talem. Bald.*conſil.241.Caſus*
11 *talis eſt,videlicet A.li.1.*†Clauſula,ſine filiis decedenti ſuccedat talis,
12 importat conditionem.Bald.*conſ.264.Statuto cauetur,n.3.li.1.*† Ex-
tende,quia dictio,*ſine*,importat conditionẽ;quia importat idem,
quod ſi non,ideo ſi Papa faciat gratiam abſenti,quę valeat ſtatim,
quod acceptet,ſi dicit,quod non valeat ſine literis, vel quod non
dentur literæ ſine licentia concedentis, dicta gratia eſt ſub condi-
tione, ſi dentur literæ, & ſi accedit licentia.Roma.*conſ.353.Quoad*
primum,n.8.& ſeq.ver.quo ad quantum † Extende,quia ſi donatio fiat 13
abſenti per Nuncium,vel Epiſtolam,non aliter valebit,quan Nũ-
cius , vel Epiſtola perueniat ad donatarium , quia cenſetur facta
cum illa conditione.Rom.*d.con.353.n.10.ver.ſecundo,quia,*vbi apoſt.
*in verſ.fuerit,*dicit veram opinionem;& plenius *conſil. Rom.* 295.vbi
Rom.tenet contrarium,ſed apoſtil.ibi in *ver.veriorem*, dat concor.
pro vtraque parte,& dicit , quod iſta eſt * communis , & tenentes *
contrarium peſſime tenent.† Sub hoc modo,lego Titio videlicet,
&c. important conditionem vel modum , prout ex exequutione 14
principalis diſpoſitionis colligitur; quia ſi exequutio conceditur
ante emolumentum conceſſum, important modum , ſi vero pro-
hibetur,important conditionem.Bal.*conſ.219. Pepus Nicolutij,in fin.*
ver.de illis verbis,lib.2.†Si,& caſu,quo important conditionem.Bal. 15
con.150.n.7.li.5.† *Dum*, hæc dictio importat conditionem. Flor.de 16
S.Petro *conſ.9.n.4.*† *Cum* , hæc dictio importat conditionẽ,ſi adii- 17
ciatur verbo futuri temporis Cuma.*con.61.Petrus hæres.n.3.ver ad ſe-*
cundum Rom.*conſ.438.n.4.*vbi quod dictio, *cum*,adiecta futuro,li-
cet ſit cauſa,tamen habet effectum cõditionis. † Et in teſtamento 18
dictio,*cum*,adiecta incerto termino,ſemper importat conditionẽ,
prout ſi pater legat filiæ,cum nupſerit. Alex.*concl. 55. Viſo titulo,in*
princ.lib.2.†Reſtringe;quando adiicitur verbo præteriti temporis, 19
quia inducit cauſam ,vel demonſtrationem. Cuma.*d.conſ.61.nu.3.*
*ver.ad ſecundum.*Rom.*con.438.In caſu.n.3.ver.quo ad ſecundũ,*vbi quod
dictio,*cum*,adiecta verbo præteriti,vel præſentis tẽporis importat
cauſam.†Reſtringe,quia dictiones *cum*, & *dum*, important modũ; 20
& non conditionem quandoque. Angel. de Peruſio *conſ.124.Iolus*
Domini Dalmacij,nu.3.in fi.ver.idem ſi fuit relictum. † Declara ; quia di- 21
ctio,*cum*, ſiue ſit de præterito , ſiue de præſenti, importat cauſam,
quæ nõ vitiat,licet deficiat,ſi vero iungatur tempori de futuro, li-
cet ſit cauſa,& non conditio , tamen habet effectum conditionis,
& defectus vitiat,ſicut ſi eſſet conditio. Rom.*d.conſ.438.nu.4.*† *Se-* 22
cundũ,hęc dictio importat potius demõſtrationem, q̃ conditionẽ,
quando refertur ad præteritum ,vel iam in eſſe deductum.Cuma.
conſ.61.circa fi.ver quinimo. † Amplia , quia verba illa; *nec alias,aliter,* 23
nec alio modo ſoluere non teneatur, faciunt conditionem , vt per Ruin.
*con.152.li.4.in pri.*Vide, *Clauſul*, & non alias,aliter,nec alio modo,
Concluſ.311.†Declara,quia tali conditioni , & formæ poteſt tacite, 24
& expreſſe renunciari. Ruin.*con. 46.in fin. lib.5.* † nõ admittit mo- 25
dificationem aliquã clauſula,*& non alias*; quia habet naturam præ-
ciſam.Rol.*con.63.n.29.lib.4.*†Aduerbiũ,*quando*, ſuſpendit diſpoſi- 26
tionem in aliquem futurum euentum, & importat conditionem.
Alex.*con.3.n.2.ver. non vbicunq; lib.1.*† Dictiones, *tantũ quantum ſe ab-* 27
ſtinuerit ab aliquo,im portant conditionem reſolutiuam,prout etiã,
tandiu,quãdiu,donec. Caſtr.*con.452.Legatũ iſtius domus,in pri.3.lib.1.*Vi-
de,*Conditio,alia ſuſpenſiua,alia reſolutiua,Concluſ.567.*†. Dictio,*vt*,im-
portat conditionem,non modum, quando adiicitur alicui , quod 28
pendet à fortuna. Alex.*con.95.Requiſitus.in fi.ver. quia vbicunque, n.11.*
*li.7.*Vide,*Modus differt à conditione,& ex quibus cognoſcatur*, *Concl.*298.
† Actus, qui confertur in tempus mortis alterius , quam eius, cui
debet commodũ applicari, videtur conditionem importare.Old. 29
*conſ.223.in princ.ver.ad quæſt.*qui hoc limitat, quando actus, & vnio
fieret non perſonæ,ſed rei,aut dignitati ; quia tũc collatio talis in-
ducit potius diem extituram omnino,quam conditionem , & lo-
quitur in vnione facta dignitati decedentibus rectoribus , vt non
ſit conditionalis,eo quod dignitas eſt perpetua, cui fit vnio.† Ad- 30
iectiuum,quod eſt relatum ad tempus futurũ , facit conditionem,
Alex.*conſ.109.Super prima,n.4.lib.7.* †Extende; quia legatũ factum 31
hoc modo,lego tibi Stichum futurũ meum tali tempore, vel lego
tibi Stichum,qui meus erit, dicitur legatum conditionale. Alex.
*conſ.109.n.4.lib.7.*vbi quod procedit,quia participia adiiciunt ma-
gis qualitatem rei,in qua fit diſpoſitio , quam actui verbi, ideo fa-
ciunt conditionem.†Pronomen,*meum, tuum,* & *ſuum* , iunctũ ver- 32
bo futuri temporis importat conditionem. Alex.*d.conſ.109.num.5.*
ver.confirmatur,lib.7.†Nomina omnia, quæ ſuſpendunt diſpoſitio- 33
nem in aliquem futurum euentum,dicuntur facere conditionem.
Alex.*d.conſ.109.num.5.lib.7.*† Verba ad omnem iſtam inſtãtiam al- 34
terius fieri aliquid, inducunt conditionem,quaſi importent idem,
quod ſi voluerit, vel cum voluerit. Caſtill. *con.17.n.17.& 18.ver.ca-*
*terũ.*Vide.*Dictio*,ad.*quid importet.Couclus.239.*† Et in vltimis volun-
tatibus,diſpoſitio incerta,videlicet,quãdo debeatur, prout ſi non 35
debeatur,niſi in tempus poſt diuiſionem faciendã,quę eſt incerta,
reddit legatũ conditionale.Caſtr.*conſ.211.Ad primum , in prin.lib.2.*&
idẽ eſt in diſpoſitione incerta,ſiue ſit inter viuos,ſiue in vltima vo-
luntate.Caſt.*con.225.Pro euidentia,in pri.li.2.*† Ablatiui abſoluti im- 36
portãt cõditionẽ regulariter Cald.*con.545.*alias 1.*de verb.ſignifi.*Ang.
con.373. Viſis inſtrument.n.2.ver.in contrariũ alleg.l.euictis agris.ff.de vſur.
Vide plenius, *Ablatiui abſoluti importãt cõditionẽ. Con.32.*† Declara,vt 37
ſupra

38 *supra n.29. ver. actus, qui conferitur.* † Dummodo, hæc dictio facit conditionem in omni dispositione. Gemin. *cons.96. num.4. vers. quoad se-*
39 *cundum.* † Contrarium, quod hæc dictio importet modũ, prout dictio, *vt*, late Bart. *in l. quibus. §. Termilius, n.4. & seq. ff. de cond. & demonst.*
40 Declara, quia si dictio, *dummodo*, respicit honoratum, respicit modum, si respicit grauatum, importat cõditionem, si circa futura, & semper importat conditionẽ, quando cõstat de mente disponentis, quod prius debeat impleri, antequã dispositio habeat effectũ suum, plene Bart. *d. l. quibus. §. Termilius, n.2. & seq. ver. quarto 2. ff. de cõd.*
41 *& demonstr.* vbi hæc dicta ponit in dictione, *vt, ita, vti, dũmodo.* † Restringe in dispensatione ad plura beneficia, in qua apponitur clausula, dummodo in alio beneficio faciat deseruire, quia importat monitionẽ, & non conditionem. Gemin. *con.106. n.9. vers. non obstat*
42 *secunda ratio.* † Tamẽ hęc dicto, seu clausula, *volumus tamen*, importat conditionem Gemin. *d. cons.106. n.9. vers. non obstat, secunda ratio.*
43 *Quando*, † hæc dicto facit conditionem, si apponitur tempori, vel euentui incerto, ideo relictum factum filiæ, quando nupserit cen-
44 setur conditionale. Cuma. *cons.116. Mengus in testamento, in pr.* † Declara, vt non procedat, quando hæc dictio apponeretur non substantiæ dispositionis, sed exequutioni certæ ipsius dispositionis,
45 quia non facit conditionem. Cuma. *d. con.128. in pr.* † Et quod, dictio, *quando*, importet conditionem, *l. cum vir. ff. de cond. & demonstr. l.*
46 *quod pupillæ. ff. quando dies leg. cedat.* † Relatiuũ, *quis, quæ, quod*, iunctum verbo futuri temporis conditionem importat. Aret. *Inst. de iure nat.*
47 *gent. & ciuili. § ius ciuile.* † Dotis promissio, vel legatum dicitur conditionale, si sequatur matrimonium, quia ineſt conditio tacita.
Castr. 225. *Pro euidentia, in princ. lib.* 2. vbi quod conditio censetur re-
48 petita in solutione ante matrimonium facta. † Declara totam istam materiam, quia verba æquiuoca potius important demonstrationem, quam conditionem. Cuma. *cons.61. in fi. ver. quinimo.*

Conditionalis quando dicatur institutio, vel alia dispositio. Concluſ. 584.

1 INSTITVTIO † hæredis facta, si non dissipauerit, vel si non alienauerit, dicitur conditionalis Bald. *cons.67. Quæsitum est, si dicta*
institutio, l.1. & cons.403. Casus talis est. lib.3. Vide, *Hæredis institutio quã-*
2 *do dicatur pura, vel conditionalis. Concl.83.* † Declara, nisi verba sint improprianda, vt quia appereret, quod testator concesserit facultatẽ alienandi sub certa forma, quia tũc necessario est hæres, & institutio non est cõditionalis, quia imo est hæres, donec nõ dissipet, vel alienet contra formam testatoris. Bal. *cons.67. in prin. li.1.* & plenius
3 *cons.403. lib.3.* vbi casus est idem cũ primo. † Amplia, quia fideicõmissum dicitur conditionale factũ in euentum mortis, vel sub alia conditione incerta. Vide, *Fide icommissum quando dicatur purum, vel*
conditionale. Concl.246. Vide, *Conditio nihil ponit in esse. Concl.591. nu.38.*
4 *& seq.* † Extẽde, quia omnis dispositio, siue in vltima volũtate, siue inter viuos, dicitur cõditionalis, quando est collata in tempus incertũ. Caſt. *cons.225. Pro euidentia, in pr. lib.2.* † Amplia, quia dispositio
5 collata in arbitriũ alienũ inter viuos, siue fit à lege, vel ab homine, dicitur cõditionalis, ideo donec sequatur declaratio, nihil ponitur in esse. Bal. *cons.415. Super puncto præmisso, in pr. lib. & cons.184. Præmisso*
6 *statuto, in pr. lib.1.* quod duplicatur *cons.117. libr.4.* † Amplia, quia in stitutus hæres cum hac conditione, quod non possit alienare, & si alienauerit, quod cadat, dicitur institutus sub cõditione negatiua, videl. si non alienauerit. Ang. *cons.168. Testator in omnibus, n.3. vers. ve-*
7 *nio ad secundum.* † Extende, quia institutio hæredis facta sub conditione, quia ea non impleta non dicitur hæres, etiamsi adeat ante.
Vide, & declara infra. *Conditio nihil ponit in esse. Concl.593. n.30. & seq.*
8 Amplia, † quia promissio & obligatio facta ad incertum, dicitur conditionalis, veluti si communitas se obligat soluere in terminis, in quibus aliæ communitates soluerint, quia ante euentũ diei non est nata actio ciuilis, vel naturalis. Caſt. *con.153. super primo dubio, li.1.*
9 † Extende, vt procedat tam in dispositione inter viuos, quã in vlti-
10 ma voluntate. Caſt. *d. cons.153. in pr. lib.* † Amplia, quia obligãs se ad aliquid, si, & prout de iure tenetur, non faciat nouationẽ, sed dicitur sub cõditione obligatus. Caſt. *cons.136. Visis, & consideratis, col.2.*
11 *ver. & posito, lib.1.* † Limita in dispositione vltimæ volũtatis hominis vel legis, quia licet dispositio fit collata in arbitriũ alienum, tamẽ dicitur pura interim dispositio pro eo, quod fuerit declaratum, si conditio nõ exprimitur. Bal. *d. cons.415. lib.3.* vbi quod statutum excludens fœminas, & illis reseruans dotẽ declarandam per consanguineos, si moriantur fœminæ illæ transmittunt, licet non sit facta declaratio, quia nõ est cõditionalis, sed pura, idem expressius Bal.
cons.184. per totum, libr.1. quod duplicatur *cons.117. libr.4.* vbi in fine, quod aliud est conditionẽ inserere substãtiæ actus, aliud declara-
12 tionem quantitatis in arbitrium alienũ conferre. † Extende in legato, facto per patrem filiæ de dote, vel pro dote taxanda arbitrio commissariorum, quia dicitur certum, & non conditionale, quia quantitas licet sit incerta, tamen ex quo est ad arbitrium boni viri, potest, etiã mortuis cõmissariis per iudicem declarari, ideo transmittitur, tanquam certũ, & purum. Alex. *cons.13. Circa primum, n.19.*
& 20. ver. super tertio, l.3. Vide, *Legatum cõditionale nõ transmittitur, purum vero transmittitur, & quãdo secus. Concl.39.* Vide, *Transmitti quæ pos-*
13 *sint, & quæ non. Concl.369.* † Declarat Abb. *cons.80. pro decisione. in pr.*
maxime *n.3. lib.2.* quod si cõditio, vel arbitrium apponitur rei substantiatæ, in accessoriis remanet puræ, secus si conditio apponitur ipsi substantiæ, & dispositioni substantiali, & ita etiam Alex. *d. cons.*
14 *13. n.19. & 20. lib.3.* † Limita, quando conditio non adiicitur substãtię dispositionis, sed exequutioni, seu solutioni, quia tũc dispositio non est conditionalis, licet exequutio sic. Bal. *cons.285. Super primo,*
n.4. ver. super tertio, lib.3. Vide, *Conditio nihil ponit in esse. Concluſ.593. &*
seq. Vide, *Dispositio omnis inspicitur prout verba dirigũtur. Cõn.497.* † Declara, quia limitatio procedit, quãdo in diuersis orationibus, secus
15 si in eadẽ oratione, quia tunc facit actũ conditionalẽ, veluti si quis vnico cõtextu promittat soluere, quãdo aliæ cõmunitates soluerint, quia licet solutio respiciat exequutionẽ, tamen quia obligatio annexa est solutioni importat conditionem. Caſtr. plene *cons.*
16 *153. in pr. lib.1.* † Declara, nisi conditio adiecta exequutioni esset in tẽpus incertũ, quia tunc etiã dispositio dicitur conditionalis. Ang.
cons.120. Domina Antonia. secus si aliquo modo certũ, prout tempus certæ ætatis quod licet sit incertum respectu euentus, tamen tuno non importat conditionem, alias si omnino incertũ bene importat. Caſtr. *d. cons.153. n.1. in fi. lib.1. ver. præterea leges illa.* † Contrariũ te-
17 net Ang. Aret. *cons.71. Viso dicto themate, n.8. ver. nec obstant.* vbi quod legatum factum filiæ de certa summa, & denariis, est purum, licet pater nõ velit solui, nisi in tempus nuptiarum, quia cõditio apponitur solutioni, non legato, & tamen nuptiæ sunt in tempus incertum. Vide, *Testamentum patris, in quo præterijt filium, non valet, & quando*
secus. Concl.127. & Concl. ibi proxima seq. † Limita, quia conditio om-
18 nino extitura, videlicet post mortem Titii, nõ facit actũ conditionalem, sed purum. Io. de Anania *cons.19. n.15.* † Cõtrarium videtur
19 velle Bal. *cons.70. Præmittendum est, n.6. ver. Vnum tamẽ, l.3.* vbi quod institutio, vel grauamen sub cõtrariis cõditionibus faciunt actum cõditionalem, veluti si grauatur restituere posthumo, si nascatur, & alteri, si nõ nascatur. † Declara, quia quando actus, qui cõfertur
20 in tempus mortis alterius, quam eius, cui debet cõmodum applicari, importat cõditionem, secus si fiat actus dignitati, vel rei, quia licet dicatur in tempus mortis, quia omnino extitura est mors, tamen non facit conditionem. Old. *cons.223. in pr. ver. ad quæst. nes.* De-
clara, † vt per Ia. *in l. post mortẽ. C. d. fideic.* Vide omnino Caſt. qui di-
21 cit esse opiniones inter Bart. & Bal. quia collegium, & dignitas potest pati capitis diminutionem. *cons.125. Viso themate, col.3. vers. & cer-*
22 *tum est, li.1.* † Limita, quando nõ est conditio, sed modus, quod cognoscitur ex eo, quia potest impleri quandoque, & post actum; cui adiicitur. Caſtr. *cons.5. Quicquid dicatur, in pr. lib.1.* Vide, *Modus differt à*
23 *conditione, & ex quibus cognoscatur, Concl.298.* Limita, quia dispositio & institutio redditur pura, licet sit facta institutio sub conditionibus infrascriptis, quando postea alia conditio non fuit apposita.
l. pen. C. de inst. & subst. Abb. *cons.80. Pro decisione, n.2. lib.2.*

Conditionem non important verba, *cum hac conditione*, sed modum, & quando secus. Concl. 585.

1 CONDITIO † non dicitur onus annexum à testatore aliquid implendi, licet testator dixerit, cum conditione, quod hæres impleat, vel faciat aliquid. Oldrad. *cons.108. in pr. ver. ad primam.* plene Alex. *cons.102. Visis & ponderatis, nu.2. ver. & not. Bart. lib.1.* vbi apostilla *in ver. ea conditione*, dat plures concord. † Extende idem in le-
2 gato, vel institutione facta fratris, seu de fratre, cũ hac conditione, quod cõmunicare debeat cũ aliis frattribus, quia est modus. Bart. plene *cons.4. Factũ tale, in pr. ver. circa primum, lib.* vbi apostilla *in vers.*
adiectus, & in ver. conditione, dat concor. † Extende, vt idẽ sit, si testa-
3 tor legauit nepoti quædã bona, cũ conditione, quod soluat vsuras debitas Titio, quia legatũ erit modale, nõ conditionale. Fulg *cons.*
4 *202. Guilielmus, col.4. in pr. ver. nec moueat quemq; &c.* † Extende idem ese se in contractu, quando dicitur, cũ conditione, & pacto, quia non important conditionem, sed modũ, quãdo est quid implendum, post emolumentũ acquisitũ. Alex. *cons.119. Viso processu, col.2. n.1. ver.*
5 *nam illa verba, li.1.* † Extende in legato facto cũ hac conditione, quod legatarius habeat cõmendatũ nepotem testatoris, & educare debeat penes se sumptibus pupilli; quia huiusmodi verba nõ important conditionem, neque faciunt legatũ conditionale. Io. de Anania *cons.57. per totum*, vbi quod transmittitur tale legatũ, etiam non
6 agnitum. † Extende, quia si fiat legatum Titio, cum conditione, quod teneatur reddere bonum computum Titio, est modus, non

conditio; quia nõ suspendit. Alex. *con.*102. *Visis & ponderatis n.*2. *l.*1.

7 † Declara plene totam istam materiam; quia licet verba, quæ denotant conditionem, vel modum, importent, secundũ suũ significatum, regulariter conditionem, vel modum; tamen si verba importantia modum requirunt, quod prius implementum fiat, trãseunt in conditionem, prout in casu conuerso, si dispositio potest impleri post factum, verba conditionalia transeunt in modum; quia potius attenditur effectus & intentio, quam significatio, ita Alex.*cõ.*119. *Viso processu, in prin. lib.*1. Bald. *con.*219. *Pepus Nicolutij, in fi. n.*5. *ver. de illis verbis, l.*3. Vide, *Modus differt à cõditione, & quomodo cognoscatur. Concl.*298. † Amplia, quia verba, *cum hac conditione*, & similia, importantia conditionem, resoluuntur, vt importẽt modũ quando factum implendum est post legatum, vel post institutionem, & non mirum; quia conditio in se modum continere potest. Ant. de Butr.*cõ.*84. *in prin.* Alex. *con.*102. *Visis, & ponderatis, n.*2. *ver. sed præmissis, lib.*1. vbi apost. *in c. ver. ea conditione*, dat plures cõcord. Vide, *Modũ*

9 *important verba sequen. Concl.*299. † Extende, quia legatum factum Titio, cum hac conditione, quod teneatur reddere rationem administrationis factæ per legatarium, non importat conditionem, sed modum, plene Alexand. *cons.*102. *Visis, & ponderatis, nu.*2. *vers. sed*

10 *præmissis, lib.*1. † Extende idem in instituto vniuersali cũ cõditione, quod non capiat possessionem, donec soluerit legata; quia denotant onus implendi, & modum, Alex. *d. con.*102. *n.*2. *ver. & ideo dicit,*

11 *li.*1. † Amplia, quia in dubio verba potius modum, quam cõditio-

12 nẽ important. Masc. *Conc.*143. *conditio, an in dubio.* † Limita, quando conditio est negatiua, & ideo si testator fecit hæredem cũ hac conditione, quod non possit vendere, & si vendat, quod cadat, dicitur institutus sub conditione negatiua, videlicet hæredem instituo, si non vendat, & ideo vendendo partem priuatur toto, quia cõditio non scinditur. Ang. *cons.*168. *test. in omnib. n.*3. *vers. venio ad secundum.*

Conditio quibus æquiparetur. Concluſ.586.

1 CONDITIO † æquiparatur causæ finali, quia causa finalis est proxima conditioni, vel æquiparatur conditioni. Io. Calder. *con.*1. *de translat. Epis. n.*2. quod est in ordine. 56. sequitur *apost. ad decis.*

2 *Tholos.*435. † Formã etiam importat conditio, & formæ æquiparatur. Bald. *in auth. matri & auiæ C. quando mul. tut. offi.* Alex. *l.*1. *C. de lib.*

3 *præt.* Grat. *cons.*12. *n.*22. *l.*2. Paris. *con.*97. *n.*86. *lib.*1. † Et ista conditio, quæ pro forma adscribitur, & sine quare esse non potest, dicitur

4 congrua. Bald. *cons.*474. *in prin. l.*2. † Amplia; quia conditio imo habetur pro causa, ideo obligatio, & promissio, quæ non valet sine causa, bene valet si obligatio, vel promissio est conditionalis: incertus author post regulas Soc. *regula* 14. *promissio facta sub conditione*, vbi extendit tribus modis; primo, etiam si conditio sit impropria, de præsenti, vel præterito; secundo, siue resultet commodum, siue non ex conditione; tertio, etiam si promissio sit per pactum nudum, & restringit, quando à iure esset limitata causa, quia conditio non sufficit.

Conditio operatur diuersos effectus quo ad diuersa. Concluſ.587.

1 CONDITIO † eueniens vacantis beneficii operatur, quoad expectantem, vt deberi sibi incipiat beneficium; quo vero ad habentem vnionem iam factam, & cuius effectus fuit suspensus in tempus mortis, operatur translationem proprietatis. Old. *con.*223.

2 *vers. quarto posito, n.*5. † Argumentum à contrario sensu inducit conditio, & ideo si disponitur, quod decedẽti sine filiis succedat talis, habet suum oppositum, quod si decedat cum filiis, non succedat.

3 Bal. *cons.*264. *Statuto cauetur, n.*3. *li.* 1. † Extende in omnibus contractibus, quia conditio inducit argumentum à cõtrario sensu. Bald. *con.*273. *Factum dicitur esse tale, n.*2. *ver. aliquando nõ stipulatur, li.*1. Bart. *in l.*1. *n.*4. *ff. de cond. & demonst.* Ang. *con.*373. *Visis instrumentis, n.*2. *ver. in*

4 *contrariũ, & n.*3 † Declara, vt non procedat, quando in casu cõtrario esset idem dispositum; quia tunc argumentum non inducitur à

5 contrario sensu. Bal. *d. con.*264. *n.*3. *l.*1. † Extende in rescriptis cõditionalibus, quia ex eis sumitur argumentũ à contrario sensu, Signorol. Homod. *con.*36. *In quæstione vertente, n.*7. *vers. decimo præmitto.*

6 † Actio ciuilis, vel naturalis non oritur ante euentum conditionis Castr. *con.*153. *Super primo, li.*1. *in prin.* Rom. *cons.*421. *Hic Matthæus, n.*2.

* vbi apost. *in ver. non nascitur*, * dicit communem. † Extende, quia ac-

7 tio si nata esset, inutilis esset, & per exequutionẽ elideretur; quia

8 paria sunt non esse, vel inutiliter esse, Castr. *d. cons.*153. *n.*2. *lib.*1. † Extende, quia procedit tam in conditione affirmatiua, quam etiam in negatiua. Rom. *d. cons.*421. *n.*2. alleg. *l. velut. ff. de verb. obl.* & alia iu-

9 ra † Contrariũ, quod imo in credito conditionali, vel in diẽ, nata sit actio à principio tempore contractus, licet obstet exceptio, si agatur ante. Alex. *con.*133. *Super quæritis, n.*10. *ver. Attamen etiam li.*5. vbi

* dicit magis communem. Vide, *Conditio, nihil ponit in esse, & quando procedat, Concluſ.*593. *

Conditio cuius fauorem respiciat, & qualiter cognoscatur. Concluſ.588.

CONDITIO † semper respicit fauorem eius, qui sub conditi- 1
one grauatur, nec vnquam dicitur respicere fauorem eius, cui sub conditione debetur, quia si non esset conditio, deberetur statim i.e. quod debetur sub conditione. Franc. Aret. *cons.*1. *n.*5. *ver. præmitto.* vbi apostilla allegat Bald. *in l.*1. *ver. rnum scias. C. de leg.* quod dicitur respicere fauorem eius, pro quo principaliter apponitur. Vide, *Effectus principalis agentium attenditur. Concl.*48.

Conditio quando importat monitionem. Concluſ.589.

CONDITIO † in rescripto, si vera sunt narrata, potius facit 1
monitionem, quam conditionem. Riminal. Iun. *cons.*474. *n.*55. vbi quod id procedit in rescripto iustitiæ. Declara secus esse in rescriptis gratiæ. Riminald. *d. cons.*474. *n.*55.

Conditio expressa, quæ inest, an faciat actum conditionalem. Concluſ.590.

CONDITIO, quæ † inest tacite à iure, si exprimatur, non *facit* 1
actum conditionalem, c. fi. de præsumpt. Vide, *Conditio nihil ponit in esse. Concl.*593. *n.*54. † Extende in vnione, quæ de iure habet tacitam 2
conditionẽ, vt sortiatur effectum, cedente, vel decedente rectore beneficii vniti, *c. consultationibus, de donatio.* quia si fiat expresse cum conditione, quod non habeat effectum, nisi cedente, vel decedente rectore præfato, hæc conditio nihil operatur, nec reddit vnionem conditionalẽ, sed in diem. Oldrad. *cons.*223. *Factũ tale, n.*3. *ver. hoc idem.* † Extende in rescriptis etiam gratiosis, in quibus inest 3
tacite clausula, si ita est, *c. fi. de præsumptio.* quia si exprimitur, non facit rescriptum cõditionale. *Lap. alleg.*61. *Visis literis, n.*2. *ver. nec obstat.*

† Extende in rescripto, in quo apponitur clausula, inuocato. si o- 4
pus fuerit, auxilio brachii secularis, qui ex quo inest tacite, nihil operatur. Federic. de Sen. *cons.*163. *n.*2. *ver. nec obstat, quod dicitur.* vbi idem in contractu affirmat. † Extende in collatione beneficii, quę 5
non potest fieri ab inferiore à Papa sub conditione, quia si fiat sub conditione, quæ inerat tacite à iure, non dicitur conditionalis, & valet. Gemin. *cons.*74. *n.*19. *ver. non obstat, quod collationes.* † Extende 6
in dispensatione ad plura beneficia, in qua inest clausula, si sibi canonice conferantur, quia licet ista conditio exprimatur in dispensatione, tamen non importat conditionem, sed monitionem. Gemin. *cons.*106. *in fi. n.*11. & 12. *ver. nec obstat, si dicatur.* † Contrarium 7
videtur velle Gemin. *cons.*126. *n.*4. & 5. *ver. sed bo. me.* vbi quod conditio præfata expressa operatur conditionem, secus si non exprimatur, licet subintelligatur. † Amplia in compromisso ex necessi- 8
tate statuti facto inter consanguineos; quia si dicatur, quod possit arbiter pronunciare tantum de iure; quia hęc clausula inest tacite, licet pronunciet contra ius partis, valet laudum, Bald. *cons.*351. *Ioannes & Federicus, n.*9. *ver. circa tertium, vsque in fi. lib.*5. quod est Angeli. † Restringe, vt non procedat in arbitro voluntario, qui habet 9
latiorem facultatem, ideo clausula ista, quæ non inest eo modo, & ita stricte operatur, quod esset nullum laudum, quia licet inesse præsumatur ex intentione cõpromittentium, non tamen inest ex substantia compromissi, ita declarat Bald. *d. cons.*351. *n.*9. & *seq. lib.*5.

† Amplia in conditione apposita in fideicommisso facto inter de- 10
scendentes. si sine filiis decesserint; quia hæc cõditio in descendẽtibus tacite inest; *additio ad con.*1. *Franc. Areti. In ver. decedat.* † Amplia 11
in depositio; quia licet debeat esse purum, si fiat sub cõditione, quę
tacite inest, adhuc tamen dicitur purum. Vide, *Depositum contentio-*
*sum vt releuet, quæ requirantur. Concl.*203. Vide *Oblatio debiti quando suf-* 12
*ficiat generalis, & sub conditione. Concl.*21. † Amplia, quia si Papa mandat Titium condemnari Seio ad decem, si Seius probauerit illa sibi deberi, dicta clausula non facit conditionem, neque formam; quia tacite inest, sed est quædam monitio, ideo valet sententia, etiam si non sit facta probatio. Alexand. *cons.*2. *Visis dubitationibus, n.*
3. *lib.*2. † Extende; quia vbicunq; Papa, vel superior ponit in condi- 13
tione id, quod tacite inest à iure, vt quia cõtrarium non posset cõmittere, quin esset contra ius naturale, vel gentium, talis conditio resoluitur in monitionem. Alex. *cons.*1. *n.*3. *ver. & est ratio, lib.*2. † De- 14
clara toram istam materiam quia conditio quę tacite inest nõ facit actũ coditionalẽ, vt suspendatur dispositio, quod procedit quoad transmissionẽ ad hæredes, sed quoad obligationis effectũ nulla est differentia, an actus sit conditionalis expresse, vel tacite, ita Bart. *in sua qu.*1. *Lucanæ Ciuitatis, in solutione, in princ. ver. Dices tu.* Vide *Forma rescripti non seruatur multis casibus, licet regula sit in contrariũ. Conc.*
420. † Limita, vt non procedant præfata, quando exprimitur cõ 15

ditio,

ditio, quæ inerat tacite de iure communi, si super expresso requiritur declaratio hominis, quia tunc imo facit actum conditionalem, vt in legato facto Titio de centum, si voluerit, nam licet hæc conditio insit tacite; quia potest repudiare legatum; quia tamē requiritur declaratio hominis, quod velit, legatum est cōditionale. Oldrad. *cons.* 41. *Breuiter videtur, circa fin.* vbi dat alia exempla. Ang. *cons.* 16 293. *Punctus est, per totum.* † Limita, quando aliter constaret de mente disponentis. Bart. *cons.* 156. *Titius, n.* 4. *ver. simile, & cons.* 177. *Matthiolus, n.* 5. *ver. item sicut, lib.* 1. & repetit *cons.* 81. *lib.* 2. *n.* 4. quod est Bart. & 17 Franc. Tigrini. † Limita, vt nō procedant prædicta, quando ea, quę tacite insunt, aliter, quam tacite intelligantur, exprimerentur, quia tunc facerent actum conditionalem. Gemin. *cons.* 84. *nu.* 19. *ver. non obstat.* vbi dicit contraria procedere, quando expressio taciti fit eo 18 modo, quo inest. † Limita, quia conditio, quæ tacite inest primo instituto, si hæres erit, dicitur necessaria, & ideo si exprimatur in substituto erit voluntaria, & consequenter non inest tacite, quia aliter exprimitur, quam insit, & propterea relictum factum à fideicommissario casu, quo hæreditas ad eū peruenit, si noluit habere hæreditatem, excluditur legatum conditionale, tanquā quod cōditio non existat. Bald. *cons.* 241. *Casus talis est, videlicet, in fi. ver. dicat aliquis, lib.* 1. Vide, *Expressio eius, quod tacite inest, nihil operatur. Concl.* 657. Vide, *Clausulæ, quæ de stylo apponuntur, nihil operantur. Conclus.* 304.

Conditio impossibilis, vel turpis reiicitur, & quando annullet actum, vel non. Conclus. 591.

1 TESTATOR † instituens hæredem, cum hoc quod teneatur vestire de rubro, & facere festa in die mortis testatoris, nō obligat, quia est turpis, & contra bonos mores. Manti. *de coniect. vlt. vol.* 2 *lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 9. *ver. cum autē quidam.* vbi multa similia. † Et quod cōditiones impossibiles de iure seu turpes, aut contra publicam vtilitatem reiiciantur. Alex *cons.* 121. *Viso themate, n.* 6. *lib.* 2. allegat *l.* 1. & *l.* 1. *si* 3 *filius. ff. de cond. & dem.* & alia iura. † Amplia, quia cōditio turpis, vel inhonesta non obligat, puta si fiat legatum alicui mulieri, si se prostituat, quia conditio reiicitur, & legatū debetur. † Et q̄ in vltimis 4 voluntatibus conditio turpis, vel inhonesta reiiciatur, & non obliget. Abb. *cōs.* 99. *Videtur primo, n.* 2. *lib.* 2. † Amplia, si inducatur separatio mariti & vxoris, quia conditio habetur pro impleta. Bart. *in l.* 5 6 *Mœuia. §. vxore ff. de annu. legat.* † Extende, si alicui habenti filios, vxorem, vel parentes, fiat legatum in domo testatoris, quia illud ne inducatur separatio filiorum, & aliorum egētium, debetur extra do- 7 mū Io. de Anania *cons.* 54. *ver. præterea illud.* vbi Bolog. late. † Amplia, quia conditio quæ esset impossibilis, vitiat actum, q̄n est affirmatiua, secus si negatiua, q̄ declara, vt per incertum Authorē post regulas Soc. *in reg.* 7. *cōditio impossibilis.* Vide, *Conditio nihil ponit in esse. Concl.* 8 591. *n.* 70. *& seq.* † Amplia, quando conditio esset de directo con- tra leges. Vide, *In ver. hæres non implens voluntatem defuncti, quando pri-* 9 *uetur. Conclus.* 54. † Extende, quia conditio, quod si reuocabit testamentum, donat bona sua, dicitur conditio impossibilis, & non valet, quia est contra leges, & sicuti non valet dispositio prohibita, & impossibilis pure facta, ita neq; posita sub conditione. Rom. plene *cons.* 171. *Pro decisione, n.* 2. *in fi. ver. quod autem ipsa conditio, cum seq.* Am- 10 plia † etiam in spiritualibus, quia si quis legat Ecclesiæ consecratæ cum hoc, quod acquirat ius patronatus sine consensu Episcopi, vel superioris, reiicitur conditio contra leges, & valet legatum Ecclesiæ tanquam simplex. Abb. *cons.* 59. *Attingam ex ordine, in fin. lib.* 2. *ver.* 11 *Dico enim.* † Extende, quia si legatur Monacho cū hoc, quod si Abbas fecerit ei quęstionem, deuoluatur ad alium, valet legatum, sed conditio seu grauamen reiicitur tanquam pro non scripto Abb. *cons.* 63. *Vt veritas, col. pen. nu.* 7. *in fi. ver. non obstat, lib.* 2. vbi idem dicit, quando relinquitur Monacho in casu licito, videl. pro studio, quia licet adhūc verba, ad habendū, &c. habentur pro non scriptis, ne 12 vitient legatum. † Extende, quia si fiat legatum eleemosynæ certo Sacerdoti, vel Beneficiato, vt semper, & continue celebret ad tale Altare, ille nō tenetur celebrare quotidie, quia salua honestate, & deuotione hoc fieri nō potest. Abb. *cons.* 96. *in fi. lib.* 2. & clarius *cons.* 99. *Videtur primo, n* 2. *lib.* 2. vbi quod talis conditio, tanquam contra 13 honestatem, & deuotionem reiicitur. † Amplia, quia si testator facit testamentum, & iuret illud non reuocare, & si reuocabit, ex nunc, pro ex tunc donat inter viuos bona sua hæredi instituto, si rēuocat testamentum primum per secundum factum, donatio nō valet; quia sub conditione turpi, & reprobata, quæ tollit facultatem reuocandi testamentum, ideo non valet donatio vllo modo, siue sit omnium bonorum, siue partis bonorum. Abbas *cons.* 41. *In quæstione, colum. final. ver. sed prædictis non obstantibus, vsq; in fi. lib.* 2. Alex. *cons.* 25. *Viso testamento, nu.* 6 *lib.* 3. Vide, *Turpitudo causæ vitiat actum. & impedit actionem. Concl.* 405. Vide, *Obligatio ex turpi causa, vel delicto non* 14 *valet, & quando secus. Concl.* 39. † Extende, vt idem sit, si relictum bonorum fiat Monacho, qui non potest habere proprium, cum conditione, quod non possit molestari ab Abbate, vel Superiore suo, & si molestetur, legat alteri personæ; quia talis conditio non valet tanquam turpis, & impossibilis, sed reiicitur. Bart. & gl. *in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb.* Abbas *cons.* 63. *Vt veritas, col. pen. n.* 7. *ver. nō obstat, lib.* 2. † Contrarium tenet Bart. *in auth. excipitur, C. de bonis, quæ liber.* 15 vbi quod si legatur Monacho cum conditione, quod nō acquiratur Monasterio, debet intelligi, vt superior conniuentibus oculis hoc patiatur, ita Abb. plene *cons.* 44. *Ad decisionē, per totū*, maxime *n.* 3. *lib.* 2. & repetit *cons.* 63. *col. pen. n.* 8. *lib.* 2. † Declara, vt per Abb. *d. cons.* 16 44. *per totum, lib.* 2. vbi pro vtraq; parte allegat, quod si conditio est omnino turpis, seu impossibilis, prout quod non possit molestari à suo superiore, reiicitur, si nō omnino turpis, sed potest interpretari in casu honesto, in quo ius permittit, valet, prout, quod nō acquiratur Monasterio, ex quo Superior potest hoc concedere, etiā tacite permittendo, & sic nō est turpis omnino, ex quo potest fieri certo modo, & idem repetit *cons.* 63. *Vt veritas, col. pen. n.* 7. *&* 8. *ver. non obstat argumentum, lib.* 2. Vide, *Conditio impediens matrimonium quando vitiet dispositionem, vel habeatur pro non apposita. Concl. proxima, seq.*

Conditio impediens matrimonium quando vitiet dispositionem, vel habeatur pro non apposita. Conc. 592.

CONDITIO † apposita per testatorem, per quam impeditur 1 matrimonium, vel ingressus Monasterii, tanquam turpis reiicitur in omni dispositione, *l. reprehendenda. C. de inst.* not. *in c. fi. de condit. apposit.* Calder. *cons.* 331. *in fin. ver. nec sequitur*, alias 2. *de testam.* Bart. *cons.* 1. *Parmensis, per totum, lib.* 1. maxime in fine. † Et ideo si alicui ali- 2 quid legatur, si Monachus non fiat, vel adimatur, si Monachus fiat, quia impedit ingressum religionis, dicitur turpis cōditio, & habetur pro non apposita. Cast. *cons.* 337. *In hac substitutione, ver. si vero tempore testamenti, lib.* 1. & est tex. *in auth. de sanctissimis Episc. § sed hoc præsenti.* † Et idem, si mulieri aliquid legatur, si non nubat, talis condi- 3 tio habetur pro non adiecta. Bart. *d. cons.* 1. *in fi. lib.* 1. † Declara; quia 4 datum, vel relictum sub conditione liberorum, & nuptiarum, vel datum sub conditione substitutionis, in casibus prædictis, huiusmodi conditiones pro non scriptis habentur contra ingredientem religionem, & profitentem, si vero plus, & minus relinquitur professi, quam contrahenti nuptias, secundum mores patriæ, tunc bene valet conditio. Fulgos. *consil.* 53. *Quoniam superius, per totum*, maxime in fin. vbi dicit, ita de consuetudine seruari. † Declara, quia si 5 conditio, quæ videtur retrahere à religione, fit ad alium effectum, & constet de mente, prout si dicatur, si filius meus fiat presbyter, restituat post mortem suam hæreditatem, valet, quando constat quod testator habuit mentem, si decederet sine filiis, & constet de hoc, quia talis cōditio non retrahit, & est valida, secus si odio presbyteratus vel religionis, vt retraheret, plene Alex. *cōs.* 100. *Visa parte. n.* 12. *v. licet enim, lib.* 4. † Declara secundo, quia aut pœna incipit à 6 lucro, vt quia priuatur lucro, quod datur sub conditione, & valet etiam in matrimoniis, aut incipit à priuatione proprii ipsius grauati, & non valet conditio. Fulg. *d. cons.* 61. *d. Catharina n.* 6. *ver. ad secundum.* † Contrarium, quia imo etiam si priuatur lucro, vel legato, si 7 ingrediatur Monasterium, dicitur turpis conditio impediens religionem, ideo habetur pro nō apposita. *d. auth. de sanctiss. Episc. § sed hoc præsenti.* & ita exemplificat Cast. *d. cons.* 337. *v. si vero tempore, lib.* 1. Amplia, † multo magis, si conditio confertur in liberū arbitriū alterius 8 puta, quod nubat arbitrio Titii, sub pœna priuationis, & quia cōditio est suspensiua, & impediens matrimoniū, reiicitur. Fulg. *cons.* 61. *n.* 6. *ver. ad argumenta.* † Extende, idē quando conditio esset præceptiua, quod nuberet certæ personæ, quando id honeste, vel commode fieri nequiret, vel esset conditio in fraudem legis. Fulg. *cons.* 9 61. *n.* 6. *ver. ad argumenta.* † Amplia, quia modus, vel conditio, q̄ 10 inducit in virgine viduitatem, videlicet, vt non nubat, reiicitur, non valet, Bart. *cons.* 184. *Domina Nuta, in princ. lib.* 1. Ang. *cons.* 294. *n.* 3. † Extende, quia non valet conditio, per quam compellatur ingre- 11 di Monasterium, veluti si substituitur pupillo, dummodo ingrediatur tale Monasterium, quia reiicitur. Bart. *d. cons.* 184. *per totum, lib.* 1. vbi quod imo contineret simoniam. † Amplia, quia non valet 12 conditio turpis, prout quod quis substiciatur alteri. Bart. *d. cons.* 184. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Vide, *Conditio impossibilis, vel turpis reiicitur, & quādo vitiet actum. Concl. proxima præced.* † Limita, quia non vitiatur institutio, vel 13 substitutio, aut alia dispositio impediens aliquem ingredi Monasterium, vel aliud simile, quando casus non euenit, quia si grauatus vere non ingreditur Monasterium, non potest allegare conditionem turpem vitiare, vel non obligare. Calder. *consil.* 331. *in fin. ver. nec sequitur.* alias 2. *de testam.* vbi loquitur in instituto, si monasterium non ingreditur, cum fideicommisso, seu onere restituendi in casum non ingressus Monasterii, vt nullo modo possit legare, etiam

loco

14 loco pio rem restitutioni huiusmodi suppositam.† Limita; quia valet iussus testatoris, quando instituit filiam nepotē, vel quamcunq; personam, si nubat certæ personæ; alias si nō pareat, priuetur institutione; quia debet obedire. Fulg. *conſ.61. Domina Catharina, n.2. ver.*
15 *in diuersam.*† Extende; quia magis valet iussus testatoris, & eōditio, si nubat certo generi personarum. Fulg. *conſ.61. nu.2. ver. idem multo.*
16 † Extēde, vt idē sit, & multo magis, si iussa sit nubere in municipio
17 testatoris. Fulg. *d. conſ.61. n.2.*† Extende, vt idem sit, si iussa sit nubere originario patriæ testatoris, alias priuetur; quia valet conditio, &
18 non parendo priuatur. Fulg. *d. conſ.61. per totum.* vbi casus.† Extende in tantum valere conditionem prædictam, quod nubat originario ciui testatoris sub pœna priuationis, vt nec dicatur paruisse nubēdo ciui effecto per dominū loci, cū clausula; *perinde sit ciuis, ac si esset originarius*; quia non potest verificari conditio in casu ficto, sed vere est implenda. Fulg. *d. conſ.51. n.3. & ſeq. per totum*, vbi quod princeps
19 non potest tollere hanc conditionem.† Extende in tantum valere talem conditionem, & priuari mulierem contrafacientem, & nubentem contra iussum, & conditionem testatoris, vt neq; competat restitutio in integrum, si minor est; quia contracto matrimonio non potest parere, & quia caperet lucrum. Fulg. *d. conſ.61. in ſi. nu.6.*
20 *& 7. ver. ad tertium.*† Restringe; quia tales conditiones reiiciuntur, quando quis iubetur nubere certæ personæ sub pœna priuationis, & non potest commode, vel honeste fieri, quia cum sit in fraudem legis, reiicitur; & idem si arbitrio alieno iubetur maritari; quia est conditio impediens, vel saltem differens matrimonium liberum.
21 Fulg. *d. conſ.61. n.6. ver. ad argumenta.*† Limita in casu conuerso, quia sicut valet conditio, quod debeat nubere certæ personæ sine fraude, vel in certum genus personarum, ita valet prohibitio, ne possit
22 nubere in certam personam. Fulg. *conſ.61. n.2. ver. idem si vni.*† Limita; quia conditio, quæ apponitur circa iam ingressum religionem, quod non consequatur aliquid, vel quod sibi legatū adimatur, nō dicitur respicere turpitudinem, quasi impediat religionem; quia si iam est professus, non impedit, neq; retrahit, secus si non esset religiosus, vel si esset, nondum tamen professus, quia bene tunc impediret, & diceretur turpis, & haberetur pro nō apposita. Cast. *d. conſ.*
☞ *3377. In hac substitutione, circa med. ver. nec dici potest, lib.1.* Vide, *Matrimonium debet esse liberum, & voluntarium. Concl.133.* Vide, *Matrimonium quādo dicatur impediri ex dispositione testatoris. Concl.134.* Vide, *Matrimonium spirituale, vel vita contemplatiua, quando dicatur impediri. Concl.135.*

Conditio nihil ponit in esse, & quando procedat. Concluſ.593.

1 CONDITIO nihil ponit in esse, & ideo actus conditionalis nō valet, nisi existente cōditione, *l. si quis fundum. ff. de contrah. empt.* Rol. à Valle *conſ.58. nu.14. & ſeq. lib.3.* vbi quod paria sunt nihil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non purificetur. Ceph. *conſ.56. nu.11. &*
2 *ſeq.*† Extende idem in modo, quia creatus ciuis, dummodo subeat onera, siue sit conditio, siue modus, si non subit onera, nō est ciuis.
3 Ancha. *conſ.169. n.2.* Ceph. *conſ.451. n.96.97. & n.165.166. lib.4.*† Et dispositio limitata ad implementū certæ conditionis, si conditio nō adimpletur, dispositio cessat. Gemin. *conſ.106. in pr. ver. ſecundo ad*
4 *idem.*† Imo ad idem non dicitur nata actio ante implementū con-
5 ditionis. Alex. *conſ.127. Viſo proceſſu, n.2. lib.7.*† Et debitum sub conditione ante conditionis euentum non debetur. Anch. *conſ.254. in*
6 *pr.*† Extende tam in conditione affirmatiua, quā etiā in conditione negatiua. Rom. *conſ.421. Hic Matthæus, nu.2.* & ibi apostilla *in ver. non*
7 *nascitur.*† Et non sufficit conditionē esse liquidā, nisi constet iudici de liquidatione. Bal. *in l. cum teſtem, in ſi. de manumiſ. teſtam.* Dec. *conſil.*
8 *107. col. ſi. & conſ.251. col. ſi.*† Ratio est, quia conditio nihil ponit in esse, quia importat formam. Bald. *in auth. matri, & auiæ. C. quando mul. tutel. offi.* Alex. *in l.1. C. de liber. præter.* Grat. *conſ.12. n.22. vol.2.* Pariſ. *conſ.*
9 *97. nu.86. lib.1.* & formæ omissio vitiat actū, etiamsi omittatur à rustico, & per errorem. Bald. *in l. iuris ignorantia. C. qui admitti.* Dec. *conſ.*
9 *284. Viſo puncto, col.2.*† Et vbi conditionalis est obligatio, nō oritur actio ante purificatam conditionem. Rol. à Valle. *d. conſ.38. n.20. &*
10 *ſeq. lib.3.* Alex. *conſ.127. nu.2. lib.7.*† Et obligans se soluere, quatenus teneatur, vel is, cui fit obligatio, sit dominus, nihil ponit in esse, nisi
11 purificata conditione. Alex. *conſ.184. In cauſa & lite, in ſi. ver. poſt prædicta. lib.6.*† Et Dominus obligatus restituere fundū alteri, siue ex cōtractu, siue ex vltima voluntate sub conditione, lucratur fructus ante conditionē, ita vt ea eueniente illos non restituat, *l. Licinius Lo-*
☞ *cuſta, in pr.* & ibi Bar. *ff. de leg.2. & in l. filium. ff. de optio. leg.* Vide, *Fructus se-*
12 *quuntur dominū rei, & quando ſecus. Concl.484.*† Et procedit etiam in conditione, vel modo implēdo; quia non agit, nec potest agere ante impletā conditionem. Vide, *Cautio Mutiana quid ſit. Concl.177.* In-
13 telligit† Alex. quod modus importat idē, quod conditio, quando nō potest impleri amplius, quia debebat petens ex parte sua infra certū tempus implere, & non impleuit. Alex. *d. conſ.127. Viſo. n.2. &*
3. lib.7.† Et tā in conditione expressa, quā tacita. Alex. *conſ.145. lib.2.* 14
& conſ.42. & conſ.46. lib.7.† Ratio est; quia deficiente conditione, 15
deficit conditionatū. Bal. *conſ.478. lib.1.*† Item, quia debet omnino 16
impleri in forma specifica. Bal. *conſ.437. in pr. lib.5.*† Itē, quia in casu 17
deficientis cōditionis est locus dispositioni contrariæ, plene Aret.
conſ.142. col.7. Alex. *in l. ſi pater, col.5. ff. de inſt. & ſubſt.* Vide, *Diſpoſitio cō-*
ditionalis, vel qualificata nō probat, neq; diſponit, & quādo. Concl.495. Amplia† idē in materia feudi, quia alienatio facta de feudo sub condi- 18
tione nihil ponit in esse, quando non est deuentū ad traditionem,
Bald. *conſ.9. Factū eſt, in pr. ver. cū autem. lib.1.* Vide, *Feudum ſi alienatur* ☞
ſine licentia domini, deuoluitur ad dominum, & quando ſecus, Concluſ.193.
Amplia† in declaratione facta contra emphyteutam, vel feudata- 19
rium sub conditione, si non potest succedere, vel si nō soluit canonem, quia si potest succedere, vel si soluit, nihil operatur, imo conseruat ius primi inuestiti. Io. de Anan. *conſ.84. ver. ſed reſtat, circa princ.*
Amplia,† etiamsi conditio inducatur per ablatiuos absolutos im- 20
portantes conditionem. Calder. *conſ.545. alias 1. de V. S.* Bal. *conſ.483.*
Quæritur, ſi creditores, nu.3. ver. ſed ablatiuus. lib.5.† Amplia in sponsali- 21
bus, quia sponsalia contracta sub conditione, nō inducunt publicā honestatis iustitiæ affinitatem. Bal. *conſ.26. n.3. ver. ad ſecundum. lib.1.*
† Amplia in iudice, qui non potest esse iudex in causa propria, quia 22
bene erit iudex, si causa efficeretur sub conditione propria, quando conditio nunquam habuit effectum, vt si tanquam canonicus optauit præbendam, super qua coram eo litigatur; quia si optio est sub conditione, & conditio non sortitur effectum, non desinit esse iudex. Bal. *d. conſ.26. n.3. & 4. ver. ad ſecundum, lib.1.*† Amplia in conde- 23
mnatione conditionali facta per reū, quia non releuat actorem nō probantem, quin reus absolui debeat, quia talis confessio nō probat. Alex. *conſ.159. In cauſa. in pr. lib.6.*† Amplia, quia conditio in tan- 24
tum nihil ponit in esse, vt instrumentum habens guarentigiam & executionem paratam, si est conditionale, non possit exequi, nisi purificata conditione, quia nihil ponit in esse. Bart. *in l. cum ab eo, per ſilium tex. ff. de contrah. empt. in pr.* vbi quod suspendit contractum, secus in modo, quia non suspendit, sed modo non impleto, nō potest agi efficaciter ex illo cōtractu sub modo.† Extende, vt proce- 25
dat, nue conditio sit tacita, siue expressa, & in tacita, quæ inest in promissione dotis, quę intelligitur sequuto matrimonio, quia ante sequutum matrimoniū non est nata actio, & facta est captura, vel exequutio vigore statuti, ea est nulla, & reuocāda. Alex. plene *conſ.*
145. Viſo proceſſu, lib.5. vbi est casus consilii decisiui.† Amplia etiā in 26
legato alimentorum conditionali, quia si conditio no purificatur, legatū non debetur, quia nihil ponit in esse. Bal. *conſ.194. In Dei no-*
mine, Amen. in ſi. lib.4. Anch. *conſ.254. in pr.*† Extende, etiam si legatū 27
sit conditionale, si legatarius voluerit; quia nisi declaret prius, erit cōditionale, & nō debetur ante, imo mortuo legatario ante declarationē non debetur. Ang. *conſ.293. per totū.*† Extende, quia alimēta 28
debita in domo vxori, & extra domū, si commode cū filiis morari non potest, debentur extra domū sub conditione, ideo nō debentur, nisi mulier probet, quod in domo morari non potest Anch. *d.*
conſ.254. Statuto cauetur, in pr.† Extende etiā in legato conditionali 29
facto Ecclesiæ, seu pię causæ, quia nihil ponit in esse, & nō debetur, neq; commutatur, nisi purificata conditione. Abbas *conſ.27. Videtur*
primo, per totum, lib.1. vbi quod non tantum fauetur piæ causæ, vt alteri fiat iniustitia.† Amplia in hærede instituto sub cōditione, quia 30
si adeat ante impletam conditionem, non valet aditio, & non valent gesta per talem; quia non est hæres ante conditionem. Baldus
conſ.319. Puncta ſuper quibus, num.2. ver. ſuper 2. lib.4. Vide, *Conditionalis* ☞
quando dicatur inſtitutio, vel alia diſpoſitio. Concl.582.† Extende in insti- 31
tutione sub conditione negatiua, si non alienauerit. Ang. *conſ.168.*
n.3.† Restringe, nisi conditio sit potestatiua, videlicet hæredem in- 32
stituo, si voluerit; quia non facit institutionem conditionalē. Ang.
conſ.293. circa pr.† Amplia in exequutoribus ad distribuēdum bona 33
in euentum certę conditionis mortis, quia nō possunt exequi ante conditionem, ex quo ante non sunt exequutores, & exequutio facta ante est nulla, neq; conualescit, licet eueniat, quia sine facultate erāt exequutores. Bal. *conſ.149. Hermanuccius Lelli, lib.4.*† Amplia, 34
quia actus, & instrumentum conditionale non est tale ante purificatam conditionem, ideo non datur missio ex edicto Diui Adriani hæredi sub cōditione, nisi purificata conditione. Menoch. *in tract.*
de adipiſc. in quarto remed. n.305. 9.39. vbi multa similia.† Amplia in in- 35
iuria, quia conditionalis iniuria non aggrauat, neq; punitur. Dec.
conſ.487. nu.6. Soc. Iun. *conſ.122. nu.16. & ſeq. lib.2.*† Amplia etiam in 36
conditionibus mixtis, videlicet quæ pēdent à fortuna, & potestate implere debentis, vel à potestate implere debentis, & alterius, quia si deficit cōditio per casum, cessat obligatio. Bal. *conſ.219. Pon-*
tius Bertagna, in pr. ver. hæc conditio. lib.3. Vide, *Cōditio quæ dicatur caſualis,* ☞
& quæ

37 *& quæ potest latiùs. Concl.* 578. † Amplia in delictis, quia qui tractat seditionem sub conditione, quæ non extat, nõ potest dici seditiosus, quia conditio nihil ponit in esse, licet extra ordinem possit puniri.
38 Bald. *cons.* 487. *Cum ciuitas, num.* 3. *ver. aut perficitur, lib.* 5. † Amplia in fideicommisso conditionali, quia non potest deduci, nisi doceatur prius purificatam esse conditionem. Ias. *in l. in illa stipulatione, num.* 9. *ff. de verb. oblig.* & quando conditio non est purificata, fideicommissum habetur pro non facto. Soc. Iun. *cons.* 150. *num.* 4. *lib.* 2. Cephal.
39 *cons.* 56. *n.* 11. *& seq.* † Extende, etiam si fideicommissum conditionale sit ad fauorem Ecclesiæ, puta tali decedenti quandocunque substituo Ecclesiam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quia nisi repudiet, vel moriatur Ecclesia non potest admitti per iura supradicta. Vide, *Fideicommissum, quando dicatur purum, vel conditio-*
40 *nale. Concl.* 246. † Amplia, quia fideicommissum, si sine filiis decesserit, iniunctum dicitur sub conditione, & ideo nihil ponit in esse, & propterea nõ transmittitur, quia donec extet conditio, nihil ponit in esse, si moriatur ille, qui vocatur ad fideicommissum. Franc.
41 Aret. *cons.* 1. *n.* 5. *ver. præmitto.* † Extende in substitutione conditionali, quia si non purificatur conditio non habet locũ substitutio, *l. iu-*
42 *benius. §. pen. ff. ad Treb.* † Extende, quia in tantum procedit, quod nõ dicitur substitutus priuari iure substitutionis, sed habetur pro non substituto Castr. *cons.* 292. *circa primũ dubium videtur, col.* 2. *ver. Item te-*
stator, lib. 2. Oldr. *cons.* 21. Dec. *cons.* 377. *in* 1. *dubio.* Vide, *Fideicommis-*
43 *sum quando dicatur purum, vel conditionale. Concl.* 246. † Amplia in contractibus, quia si cõtractus est cõditionalis, nihil debetur, nisi probata conditione. Cuma. *cons.* 80. *Super quæstione.* qui loquitur in obligato ad soluendũ quintam partem vini, quod nascerur ex tali vinea, quia relatiuum adiectũ verbo futuri tẽporis facit conditionẽ, & nisi probetur vinum natũ, & conditio purificetur nihil debetur.
44 † Et est regula, quod actus conditionalis, vel contractus nõ purificata conditione, perinde est, ac si nihil esset, vel nunquã fuisset; ea vero purificata habetur, ac si purus esset ab initio contractus. Alex. *in l. pecuniam, n.* 4. vbi Ias. & alii, *n.* 4. *ff. si cert. pet.* Dec. *n.* 4. *in secundo not.* Surd. *cons.* 143. *n.* 44. vbi datum sub conditione censetur ademptũ sub contraria conditione, & quod cõditione impleta actus habeatur, ac si esset à principio purus, idẽ Surd. *cons.* 38. *n.* 9. *&* 10. & quod puri & purificati idem sit iudicium. Rim. Iun. *cons.* 116. *n.* 8. *& seq. lib.* 2. Roland. *cons.* 58. *n.* 14. *lib.* 3. Crauet. *cons.* 170. *n.* 8. clare Soc. Iun. *consil.* 160. *n.* 73. *lib.* 2. Dec. *cons.* 551. *Plene n.* 7. *ver. & dato, quod in casu.* Paris.
cons. 11. *n.* 64. *lib.* 1. qui alios allegat. sequitur Ceph. *cons.* 144. *n.* 38. *lib.* 1.
45 Ias. post alios *in l. si.* §. *Titius, n.* 3. *ff. de vulg. & pupil.* † Et substitutus sub conditione non dicitur priuari substitutione, vel alio beneficio, si non eueniat conditio, sed potius dicitur nõ substitutus, perinde ac si actus factus nõ esset. Crauet. *cons.* 62. *n.* 1. Cast. *cons.* 292. *circa primũ*
46 *dubiũ, li.* 2. † Amplia in donatione, & omni dispositione, *l.* 1. *ff. de don.* vbi in specie de donatione conditionali, plenissime Rolan. à Valle *cons.* 58. *n.* 13. *& seq.* vbi plura cumulat, quod donatio conditionalis
47 non valet conditione non existente, *lib.* 3. † Contrariũ tenent multi in donatione. Vide, *Donatio potest fieri sub quacunq; conditione. Concl.*
48 642. *n.* 38. *& seq.* † Extende maxime quando adest dictio, *tunc, & eo casu*, quæ denotat extremitatẽ tẽporis, & taxat, ac restringit. Anch. *cons.* 356. *Ex serie testamenti, n.* 3. Rom. *cons.* 131. *In primo dubio. ver. secundo, istud, & cons.* 138. *Noua superuenit dubitatio, ver. secũda, quia.* Dec. *cons.* 63. *n.* 2. qui dicit ad casum expressum porrigi, & non extendi ad alium.
Vide, Dictio, *tunc & eo casu*, quid importet. *Concl.* 390. † Extende in
49 omni dispositione cõditionali, quia debet prius actor probare implementum conditionis. Bald. *in l. si causam. col. fin. C. de exequ. rei iud. & in l. siquidem, prope finem. C. de except.* Dec. *cons.* 421. *Plene, & subtiliter, n.* 6. *& cons.* 685. *Ioannes Bartholomæi, post princ.* Soc. Iun. *cons.* 145. *num.* 3.
50 *lib.* 3. † Extende, quia instrumentum conditionale non habet exe-
51 quutionem paratam. Bart. *in l. creditores, in* 3. *q. C. de pignor.* † Et quod cõditio suspendat, & nihil ponat in esse, antequam impleatur. Pa-
52 ris. *cons.* 47. *n.* 11. *lib.* 1. *& cons.* 19. *n.* 45. *&* 46. *& n.* 66. *lib.* 2. † Ratio est, quia conditio suspendit dispositionem, vsquequo non doceatur impletam, & purificatam cõditionem, ideo nihil ponit in esse. Soc.
Iun. *cons.* 1. *n.* 33. *lib.* 1. *& cons.* 172. *n.* 15. *&* 16. *lib.* 2. *& cons.* 145. *n.* 2. *lib.* 3. Li-
53 mita, † quãdo verba conditionem importantia in actu, personam vnius respiciente, respicerent rem perpetuo extituram, quia cõditionem non faciunt, sed magis diem extituram adiiciunt. Oldrad.
cons. 223. *Factum tale est, Dominus Clemens, n.* 2. *ver. sed in contrarium.* vbi vnio facta cedentibus, vel decedentibus rectoribus certorum beneficiorum, quæ esset conditionalis, si fieret personæ, non est conditionalis, si fiat dignitati perpetuæ, & idẽ videtur tenere *cons.* 257.
54 *n.* 3. *v. restat videre.* † Limita, quod verba conditionem importantia nunquã faciunt actum conditionalem, quando tacite inerant dicta verba de iure. Oldr. *cons.* 223. *ver. secundo, hoc idem, n.* 3. *l.* 3. *ff. de leg.* 1. Lap. *alleg.* 61. *Visis literis, n.* 2. *ver. nec obstat.* vbi q; clausula, *si ita est*, in cõmissione gratiosa nõ facit conditionem, quia subintelligitur iuxta not. *in c. si. de præsumpt.* Feder. de Sen. *cons.* 163. *n.* 2. *ver. nec obstat quod dicitur.* qui loquitur in rescripto. Gemin. *cons.* 84. *num.* 19. *ver. non obstat, quod collationes.* vbi loquitur in collatione beneficii sub conditione, quæ ineat de iure, vt non dicatur conditionalis. Vide, *Conditio ex-* 54
pressa, quæ ineat, an faciat actum conditionalem. Concl. 588. † Limita in cõ- 55
ditione, quæ habet se ad esse præsens, quia proprie naturam conditionalis non retinet. *l. si pupillus. §.* 1. *ff. de nouat.* Oldrad. *d. cons.* 223. *n.* 2. *ver. sed in contrarium, in si. vers. & cons.* 257. *n.* 4. *ver. dico ergo.* Bald. *cons.* 9. *in pr. ver. cum autem non adest, lib.* 1. vbi quod cõditio de futuro proprie est conditio. Zabarel. *cons.* 92. *num.* 5. † Vide Zabarel. *d. cons.* 92. 56
num. 5. vbi quod si aliquid de præsenti narratur, facit actum conditionalem, prout conditio, quia veritas narrata debet probari. Abb.
cons. 70. *Id de iure quæritur, in princ. lib.* 2. vbi dicit, quod dispositio extrinseca potest esse conditionalis, de præsenti, & de præterito, veluti si Papa concedit Castrum Castellonichi Ciuitati Montis Flasconi, quatenus fuerit, vel sit de territorio Viterbii, vel Bulsenæ, aut particularium personarum de Viterbio, vel Bulsena, vnde si non est, neque fuit de territorio Viterbii, vel Bulsenæ, concessio est nulla allegat gloss. *in clem. vnica, de off. deleg.* † Imo plus dicit Abb. *d.* 57
cons. 70. *in princ. ver. quinimo, lib.* 2. quod conditio de præsenti, & de præterito actum non suspendit, sed si est falsa, dispositio est nulla, si vera, illico tenet, *l. conditio in præteritum. ff. de verb. obligat.* † Alex. *cons.* 58
141. *Perspectis, in fin. lib.* 6. dicit, quod conditio de præsenti, & non de futuro, licet non sit conditio, tamen si deficit ipsa conditio, deficit obligatio, prout ille, qui captus nulliter dat fideiussorem cum cõditione, si captura est nulla, & sit nulla fideiussio, quia annullata captura annullatur fideiussio. † Limita, quia licet cõditio nihil po- 59
nat in esse, tamen supponit illud, quod est in conditione, esse iussum ab eo, qui iubet conditionaliter, ideo iudex sententians sub conditione, si actor iurauerit in supplementum, videtur detulisse iuramentum quo ad se. Fulg. *cons.* 145. *in fin.* † Extende, vt idem sit in 60
eo, qui reliquit libertatẽ seruo, si dederit decem Titio; quia videtur iussisse, quod seruus soluat 10. pro Titio. Fulg. *d. cons.* 145. *in fin.*
† Limita in donatione facta sub conditione, videlicet sorori, vel 61
alteri simpliciter de certa possessione, sed donans adiecit cõditionem, quod non fruatur re donata, nisi filia donãtis prius cõsequatur legatum factũ illi per donãtem, quia si ipsemet reuocauit postea legatum, cõditio est sublata. Bal. *cons.* 478. *Quidam Franciscolus, per*
141. *Perspectis, in fin. lib.* 6. dicit, quod conditio de præsenti, & non de futuro, licet non sit conditio, tamen si deficit ipsa conditio, deficit obligatio, prout ille, qui captus nulliter dat fideiussorem cum cõditione, si captura est nulla, & sit nulla fideiussio, quia annullata captura annullatur fideiussio. † Limita, quia licet cõditio nihil po- 59
nat in esse, tamen supponit illud, quod est in conditione, esse iussum ab eo, qui iubet conditionaliter, ideo iudex sententians sub conditione, si actor iurauerit in supplementum, videtur detulisse iuramentum quo ad se. Fulg. *cons.* 145. *in fin.* † Extende, vt idem sit in 60
eo, qui reliquit libertatẽ seruo, si dederit decem Titio; quia videtur iussisse, quod seruus soluat 10. pro Titio. Fulg. *d. cons.* 145. *in fin.*
† Limita in donatione facta sub conditione, videlicet sorori, vel 61
alteri simpliciter de certa possessione, sed donans adiecit cõditionem, quod non fruatur re donata, nisi filia donãtis prius cõsequatur legatum factũ illi per donãtem, quia si ipsemet reuocauit postea legatum, cõditio est sublata. Bal. *cons.* 478. *Quidam Franciscolus, per*
tot. lib. 1. † Limita, quia relictum factũ sub cõditione à testatore de- 62
betur, si conditio nõ impletur, dummodo tempore legati esset impleta ignorãte testatore, quia tũc nõ potest induci subreptio. Alex.
cons. 95. *Requisitus, n.* 8. *ver. circa secundum, lib.* 1. vbi declarat secus esse in impetratione ad instantiam partis, quia debet impleri post dispositionem, & non sufficit, quod ante. Vide, verba futuri temporis nõ
includunt præteritũ, & quando secus Concl. 116. † Limita, quan- 63
do conditio non apponitur substantiæ contractus, sed exequutioni contractus, quia tunc contractus habet suum esse, sed nõ habet suam exequutionem, quia potest replicari de conditione non impleta impediente exequutionẽ. Bal. *d. cons.* 478. *n.* 1. *ver in contrarium, lib.* 1. & quod actus non sit cõditionalis in substantia, licet exequutio pendeat à conditione. Bal. *cons.* 112. *Præmisso quodam, n.* 2. *ver. circa secundam, vsq; in fi. lib.* 3. quod est 11. Doctorũ, *& cons.* 285. *Super primo, n.*
4. *ver. super tertio, lib.* 3. *& cons.* 128. *Cum quidam, in fi. lib.* 3. vbi cõditio apposita hæredi, quia aliquid faciat, nõ potest suspendere institutionẽ, ex quo tanquam hæres grauatur, ideo conditio necessario respicit exequutionem. † Declara, quia qñ conditio respicit exequutionẽ, 64
& nõ est pura, actus meretur suam perfectionẽ data cautione in euentũ conditionis de restituendo. Ang. *cons.* 203. *Arbiter primus. circa med. ver. vel possumus dicere.* † Declara, quia multũ refert, an dispositio 65
incipiat à præcedenti conditione, & actus erit conditionalis non purificata conditione, aut incipit à præcedenti conuentione, & dispositione, & actus est purus resoluendus in euentum conditionis. Ang. de Aretio *cons.* 3. *n.* 3. † Extende, quia si pars est conditionalis 66
quoad quid, non est reliquum cõditionale, ideo prohibitus acquirere hæreditatem, nisi data cautione, non prohibetur adire, & cedere hæreditatem, quia cõditio respiciens acquisitionẽ non suspẽdit reliqua. Signo. *cons.* 214. *n.* 6. *& seq.* † Declara, nisi cõditio adiecta 67
exequtioni esset incerta, videlicet in tempus incertum, quia tunc etiã dispositio dicitur conditionalis. Ang. *cons.* 120. *Domina Antonia.*
vide plene Ias. *in l. quodcunq;.* §. *fi. ff. de verb. oblig.* † Limita, quia condi- 68
tio nunquã impedit principium essentiæ contractus, quando post conditionem ille, qui eam apposuit, tradidit rem simpliciter, quia censetur velle, quod solum impediat exequutionem, vel effectũ, cui conditio dirigitur, non autem originem essentiæ rei. Bal. *d. cons.*
478. *num.* 2. *ver. & insuper considera, lib.* 1. plenissime Tiraquel. *de retract.*
lignag. §. 1. *gloss.* 2. *num.* 28. vbi plurimos citat. † Extende in emphy- 69

teuta,

teuta, vel feudatario vendentibus saluo beneplacito Domini, quia licet sit quædam conditio, tamen si deuenit ad traditionē rei venditæ, cadit in commissum secundum * cōmunem, Clar. *in §. emphyteusis, q. 13. n. 5. & in §. feudum, q. 31. nu. 5.* late Corbol. *tract. de iure emphyt.* 70 *de cauſ. priu. fact. irrequiſ. domin. ampliat. 31.* vbi declarat. † Limita, quādo conditio venit ad actum impossibilem, sine culpa implere debentis, quia habetur pro impleta. Cuma. *conſ. 38. per totum,* maxime ☞ *circa fin.* Vide, *Conditio impoßibilis, vel turpis reiicitur. Concl. 589.* †Extende 71 de multo magis, si deuenit ad actū impossibilē sine culpa implere debētis, & ex facto, & culpa eius, cui impleri debebat. Bal. *conſ. 112.* 72 *Præmiſſo quodam decreto, lib. 3. in pr.* quod est 11. Doctorum. † Extende, vt procedat limitatio etiā in conditionibus mixtis; quia si deficiūt facto eius, qui tenetur implere, perinde obligatur, ac si impletæ essent, Bal. *conſ. 216. n. 2. ver. qua propter, lib. 3.* vbi quando dicatur factū 73 per eum, qui debet implere, quo minus impleatur. †Limita, quando conditio fuit apposita, tanquam necessaria, sed tamen superflua esset, veluti si quis promittat vendere Titio, si infra mensem Titius obtinuerit licentiā à principe, q̄ posset fieri venditio. Nam si licentia nō requiritur, conditio non obstat, quin ante conditionem agi possit. Bal. *conſ. 12. nu. 3. ver. circa quartam, vſq. in fi. lib. 3.* q̄ est 11. Doctorum & dicitur probatū, quod nō sit necessaria licentia, si obligatus 74 vendere alteri vendidit sine licentia ante conditionem. † Limita, quādo postea cōditio est purificata, quia perinde est, ac si actus fuisset purus, & ideo donatio iudicatur titulus validus habilis ad trāsferendū dominiū, licet sub conditione sit facta, quando illa est pu- 75 rificata. *l. 1. & 2. C. de don. l. ſicut.* § 1. *ff. de don. cauſa mortis.* † Limita, quādo cōditiones sunt plures aduersatiuæ, veluti si nauis ex Asia venerit, & si nauis ex Asia non venerit, *l. neceſſario.* § *ſi ita res.* vbi Cuma. *ff.* 76 *de peric. & commo. rei vend.* † Limita in eo, qui promisit facere ratificare actū conditionalem; quia licet conditio actus principalis nondum euenerit, tamē tenetur facere ratificare. Bal. *d. conſ. 112. n. 2. ver.* 77 *circa ſecundam, lib. 3.* quod est subscriptum ab 11. Dd. †Declara, quod dicitur, conditionē nihil ponere in esse, procedere in euentum, q̄ conditio non impleatur, ea autē impleta, actus trahitur retro, ac si purus fuisset à principio, etiam si alius interim impedire velit pendente conditione. Bal. *conſ. 199. Io. Marini, libr. 4.* vbi ponit casum, q̄ ego deposui penes Titium centū, vnus meus creditor fecit sequestrum, post sequestrum liberaui depositarium, quia per delegationem se obligauit soluere Seio, postquā reuocatum fuit sequestrū, facta liberatione, & adhuc pendente primo sequestro, fit aliud sequestrum, dicit Bal. quod non valet vltimum, quia liberato primo sequestro, delegatio fortiri debet effectū, quia trahitur retro, quod non credo verū propter extrema, quę non sunt habilia, & non pos- ☞ sunt coniungi, cogita. Vide, *Conditionalis actus purificata conditione, an* 78 *valeat à principio, vel tēpore conditionis. Concl. 598.* † Limita in cōditione potestatiua hæredis instituti, si voluerit, quia licet dictio, *ſi voluerit,* faciat conditionē; tamen secus est, si adiicitur hæredis institutioni. Ang. *conſ. 293. per totū,* vbi secus dicit in legato facto Titio, si volue- 79 rit; quia erit legatū conditionale. †Limita; q̄a dispositio permissiua resoluēda in cōditiones, dicitur pura donec eueniant cōditiones. 80 Ang. *conſ. 203. Arbiter primus, circa pr. ver. contrariū facit.* † Extēde, quia idem est in dispositione negatiua, sub cōditione, quia si nō eueniat cōditio, est pure negatiua, q̄ tū declara, vt per Ang. *d. conſ. 203. per tot.*

Conditio debet impleri per veritatem, & non per fictionem. Concl. 594.

1 Conditio † apposita debet impleri secundum veritatem, non autem secundū fictionem, vel præsumptionē, *l. qui hæredi,* 2 *ff. de cond. & demonſt.* vbi Soc. & alii, *n. 7. & ſeq.* † Amplia, quia si testator instituat hæredem neptem, vel aliam mulierem, si nubat originario patriæ testatoris, non sufficit, quod nubat forensi effecto ciui dictæ patriæ cum quibuscunq; prægnantibus clausulis; quia nō est naturaliter, & vere originarius, sed per fictionem. Fulg. *conſ. 61. Do-* 3 *mina Catharina, per totum.* maxime *nu. 3.* † Amplia, quia conditio apposita, si probauerit se filiū talis videtur impossibilis; quia conditio requirit facti veritatem, & filiatio secundum veritatem non potest probari, sed lex præsumit filiationem, *l. Lucius, ff. de cond. & dem.* Bald. ☞ *conſ. 430. Titius habebat, in princ. lib. 5.* Vide, *Filiatio ex quibus probatur, vel* 4 *præſumatur. Concl. 345.* † Amplia; quia licet suitas faciat filium hæredem necessariū interpretatiue, nisi abstineat; si tamen pater posuit in conditione, si filius nascatur, & adierit hæreditatem, vel fuerit hæres, non sufficit, si nascitur, & nō adeat, etiam si infra octo menses moriatur, durante tēpore abstinendi, etiam si sit infans; quia nō purificatur cōditio, quæ debet purificari vere Ias. *cōſ. 142. lib. 4.* Am- 5 plia; † quia cōditio, quæ debet impleri per certā personā nominatam, nō impletur per eius hæredem. Bal. *conſ. 69. n. 6. ver. item non ob-* 6 *ſtant, lib. 1.* † Amplia quia conditio in tantū debet impleri in forma specifica, & per veritatē, non per fictionē, vel æquipollens, vt si solutio sit in cōditione, non sufficit depositū. Gozad. *conſ. 100. col. pen. n. 23.* sequitur Ias. *conſ. 313. n. 5.* Vide, *Forma debet impleri in forma ſpecifica. Concl. 413.* †Extende; quia vbi quis sub conditione vel iuramento tenetur soluere, nō potest compensare, licet cōpensatio sit quædam solutio. Alex. *conſ. 91. vol. 2.* Gozad. *conſ. 100. n. 22. ver. præterea hoc in fortioribus.* & est communis * opinio, quod iuramentū debet impleri in forma specifica, & nō sufficit per æquipollens; ideo qui iurauit dare certū fideiussorem, non potest dare alium. Fel. *in c. ad noſtram, de iurciur. in vlt. col. circa med.* Ias. *conſ. 41. li. 3.* † Extende, vbicunque sumus in dispositione loquēte per verbum, *aliquid,* implementum requiritur plenū, in tantum, vt vnus denarius vitiet, si deficiat. Dec. *in c. de appellationibus, n. 3. de appell. ver. primus caſus.* † Extēde in cō- 9 ditione; quia dispositā cōditionaliter in cōditione voluntaria debent ad vnguem impleri vsq; ad minimū iota. Dec. *d. c. de appellationibus, n. 4. de appell. ver. ſecundus caſus.* † Extende maxime, quando id, 10 quod omittitur, esset pro forma requisitū, & pro substantia formæ. Dec. *d. c. de appellationibus. n. 5. ver. tertius caſus.* & idem, quando illud, q̄ deficit, esset necessarium ad constituendū aliquid integrum, vt ibi. Amplia, † quia conditio non sufficit, quod impleatur de facto sine 11 effectu, sed debet fortiri effectū, & ideo stante statuto, quod stantibus filiis masculis, fœminæ nō succedant, intelligitur de filiis masculis, qui succedant, adeo q̄ non sufficiat existere, si non succedāt. Alex. *conſ. 69. in pr. lib. 1.* Soc. *conſ. 35. lib. 4.* Dec. *conſ. 505. nu. 4.* vbi dicit * communem. Cabal. *in addit. ad Ant. de But. conſ. 20.* vbi dicit * com- * * munem, & q̄ si masculi essent legitime exhæredati, nō excludant. Castr. *conſ. 96. in pr. ver. & præteritio, lib. 2.* plene Florian. de sancto Petro *conſ. 14. n. 5. & ſeq.* vbi ponit plura exempla. Bart. *conſ. 205. Viſo teſtamento, in pr. lib. 1.* Vide, *Statuta diuerſorum locorum circa ſucceßionem.* ☞ *Concl. 657. n. 34.* † Contrariū tenet Ant. de Butr. *conſ. 20. per totū.* vbi 12 q̄ ampliatio est æqua, sed contrariū de iure, & hanc tenet Petr. de Anchar. *conſ. 26. In queſtione ſupradicta per totum.* vbi *n. 5. ver. ad hoc enim.* dicit * communem, & iterum *conſ. 71. in pr. & conſ. 324.* Alex. *conſ. 80.* * *lib. 1.* & in hæreditate matris, & cessante suitate. Castr. *conſ. 57. Primo videndum, lib. 1.* & plene Ang. Aret. *conſ. 90. in prima conſultatione, in pr.* vbi plures citat, & dicit * communem, & loquitur in statuto Regii, * quod stantibus descendentibus maritus nō possit legare vxori vltra decem florenos, vt sufficiat, quod extent, licet non succedant. Ægid. Bellam. *conſ. 35. n. 8. ver. facit primo.* Zabar. *conſ. 92. n. 5. ver. ſed Papæ retulit.* † Declarat Bart. *d. conſ. 205. lib. 1. n. 2. in fi. ver. præterea, quando* 13 *non eſt neceſſaria,* quod in descendentibus, qui debent necessario exhæredari, est vera ampliatio, quia debent esse successibiles, in aliis transuersalibus sufficit, q̄ extent, licet non succedant, & ita etiā declarat Florian. *d. conſ. 14. n. 5. & ſeq.* Alber. Btun. *tr. quod ſtantibus maſculis, art. 12. n. 107. & ſeq.* † Declara; quia quando causa & articulus est 14 de apicib. iuris, & vtraq; opinio potest defendi debet causa cōcordari; prout Bononiæ fuit concordata, ita Cast. *conſ. 280. prope fi. lib. 2.* Ant. de Butr. *d. conſ. 20.* dicit q̄ prima est æqua, cōtraria vera de iure. Declarat alio modo Castr. *conſ. 276. Puto ſine dubio, in fin. lib. 2.* quod si 15 masculi positi in conditione non succedunt, extranei nō excludūt fœminas à legitima. † Declara totam istam materiam, quādo possit 16 cōditio impleri per æquipollens, vel non, & quādo actus sit nullus forma non seruata, etiā si deficiat in minimo, & quādo secus, vt per * Doct. *in l. ſi ſeruus,* § 1. *ff. ſi quis cautio,* vbi Ias. latissime, Dec. in *d. c. de* * *appellationibus, n. 2. & ſeq.* plene Soc. *in l. qui hære. ff. de cond. & demon.* Vide, *Statutum circa ſucceßionē excludens filias fœminas valet, & quādo habet* ☞ *locum, vel non. Concl. 660. nu. 81. & ſeq.* † Limita, quando implementū 17 cōditionis respicit factū, quia sufficit implementū facti, etiam si nō adsit effectus iuris. Ægid. Bellam. *conſ. 35. n. 8. ver. facit primo.* †Limita, 18 quia sufficit, quod conditio verificetur de facto. Zabar. *conſ. 92. n. 5. ver. ſed Papæ retulit.* † Limita; quia c cōditio inducta à statuto, quod alia 19 statuta, quæ non reperiuntur in volumine statutorum generalium, non attēdantur, quia si nō reperiantur specifice, sed disponatur ex statutis generalibus, q̄ certa statuta artis seruentur, tunc constat de mēte, & dicūtur reperiri in volumine generaliū. Cast. *conſ. 53. Statutū ſupra prox. lib. 1.* † Limita, qñ constat de mēte, quia sufficit verificatio 20 conditionis per æquipollens, quādo idem effectus resultat, *l. 3. C. de cond. inſt.* vbi cōditio in euentū emācipationis verificatur in morte, sic Bal. *conſ. 364. Pater familias, circa med. ver. aliquando profertur, vt ſignū.* quod est Butrig. Vide, *Effectus attenditur, non modus. Concl. 51.* † Idē est, ☞ quia acceptilatio purificat conditionē solutionis, licet sint diuersa. 21 Bal. *d. conſ. 364. circa med. ver. itē nec ſolutio, lib. 4.* † Idē in cōditione nu- 22 ptiarū, quia ingressus monasterii inducit purificationē. Bald. *d. conſ.* *364. poſt med. ver. itē conditio nuptiarū, lib. 4.* † Idē in conditione filiorū, 23 quia purificatur ex nepotū existentia. Bal. *d. conſ. 364. per totū.* vbi est casus, *lib. 4.* † Idē in cōditione, *ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturali. lib.* 24 quia etiā legitimati propter æquiparationē & æquipollentiam veniunt,

niunt,Alex.late *cons.2.Visis codicillis,n.17.vers.nō obstat,quod nomen,*
25 *lib.1.& n.12.in fi.*quia est legitimus quoad effectum. † Contra-
26 rium propter naturam conditionis. Alex *cons.25.n.3.lib.1.*†Idem
in conditione,*si heres erit*;quia verificatur in bonorum possesso-
re,qui proprie non est hæres,sed solum est hæres quoad effectū.
27 Alex.*d.cons.2.nu.12.ver.ad idem,lib.1.*†Idem in immunitate con-
cessa ingenuo; quia habet locū in libertino restituto ad iura in-
genuitatis propter effectum. Alex.*d.cons.2.n.12.ver.similiter,lib.1.*
28 † Idem in conditione fideicommissi; quia attenditur mens,& effectus conditionis; ideo si pater instit utis duobus filiis A.& B. substituat A.ipsi B. si fiat Presbyter ipse B. ista conditio importat ex mente, si B.decesserit sine filiis;ideo eo mortuo sine filiis, licet non fuerit factus Presbyter,habet locum substitutio.Alex. plene *cons.100.Visa parte,per totum,lib.4.* & licet adsint contradictores,vt ibi apostilla in *ver.iis tamē*.nihilominus,si cōstat de mē-
29 te,est vera conclusio. † Idem,si pater legauit mille vxori toto tempore vitæ suę,donec vitam vidualem seruauerit,& post eius mortem reuertatur ad Titium eius filiū, ea matre maritata debetur legatum nō hæredi,sed substituto;quia par est ratio,quod non sit vidua,vel moriatur. Alex.*d.cons.100.n.7.vers.& ideo,lib.4.*

☞ Vide, *Conditio debet impleri in totum,& in forma specifica. Conclusio. proxima seq.*

Conditio debet impleri in totum, & in forma specifica. Concl. 195.

1 CONDITIO † debet impleri in totum,& non sufficit,quod impleatur pro parte; quia perinde est, ac si non esset impleta.Oldrad.*cons.242.n.3.ver. secundo obiicitur,in princ.& cons.231. in fin.*vbi loquitur maxime in indiuisibilibus, *l.Plautius,ff.de cond.& demonstr.*ibi,insolidum paretur & Alexand. loquens de materia
☞ indiuisibili,*cons.75.In causa & lite,lib.7.* Vide, *Medium non datur*
2 *multis casibus.Conclus.*172. † Contrarium Castr.*cons.53.Statutum*
3 *supra prox.in fi.lib.1.* † Declara; quia conditio non est implenda circa ipsam rem,vel in ipsa re, de qua disponitur; quia non scinditur,sed bene in totū debet impleri,*l.pen.C.de cond.insert.* si vero debet impleri circa rem, vel in ipsa re, de qua disponitur; tunc potest scindi,& diuidi,quando conditio respicit plures.Alexād.
4 *cons.109.Super prima consultatione,col.pen.lib.7.*Natta,qui ita declarat,*cons.667.n.11.* † Amplia, vt implementum fieri debeat in forma specifica,& non sufficit, quod impleatur in personam alterius.Oldrad.*d.cons.242.n.3.ver.respondetur & aliter,*Angel.*consil.*
373.*Visis instrumentis,n.2.ver.in contrarium.*Socin. in *l.qui heredi.n.8.*
5 *ff.de cond.& demonstr.* † Extende; quia conditio non scinditur, sed debet in totum impleri,ideo institutus sub conditione,si nō alienauerit alienando partem,dicitur cadere à toto;quia non fit diuisio circa implementum. Angel.*cons.168.Testator in omnibus,n.*
6 *3.ver.venio ad secundum.* † Extende;quia cōditio posita pro implemento non habet locum, etiā si pro maiori parte sit verificata, nisi in totū,& totaliter impleta sit.Alexand. *d.consil.75.In cau-*
7 *sa,& lite,in fi.*vbi plena apostil. in *ver.releuat.lib.7.* † Amplia;quia conditio *si sine filiis decesserit*, debet impleri vere,& nō ficte,neq;
☞ ciuiliter,*l.si ita quis,§.si.ff.de leg.2.* Vide, *Substitutio facta,si sine filiis*
8 *decesserit,quando impleta dicatur.Conclus.*847. † Extende;vt verba conditionis secundū propriam& veram significationem sint sumenda,ideo legatum factum fratribus Seruorum, si Ecclesiam habuerint intra annū post pacem in certo loco,alias non debeatur,debetur,si facta treuga post annum Ecclesiā habuerunt;quia treuga vere,& proprie non est pax.Calder.*cons.366.*alias *37.de te-*
9 *stam.* † Declara;quia fauore piæ causæ conditio impleta dicitur
* in filio ficto,& ciuili;quia si quis monasteriū ingreditur, dicitur purificata conditio;quia filium habuit monasterium, * Doct.in
☞ *d.l.si ita quis,§.fin.ff.de leg.2.*Vide,*Pia causa habet multa specialia,vt ad-*
10 *mittat multa prohibita.Conclus.*333. † Amplia;quia in cōditionibus implendis potius formam , quam effectum attendimus. Ægid.
11 Bellam.*cons.39.n.11.ver facit quia.* † Amplia;quia conditio respiciens plures personas coniunctas non habet locum,licet quoad partem verificetur, vt si duo instituantur hæredes sub onere, si decesserint sine filiis,testator voluit fabricari Ecclesiā; quia vno decedente sine filiis, donec alter supereſt, non tenetur ad onus iniunctū,etiā fauore piæ causæ. Calder.*cons.333.*alias *4 de testam.*
12 *& cons.371.*alias *42.eod.tit.*vbi quasi duplicatur. † Extende;quia statutum,vel reformatio cōditionalis loquens per verba plurialia plures personas requirētia,non habet locum in vna persona, etiam si illa sola sit magis idonea.Angel.de Perusio *cons.56.Quidā non supposito.*vbi, quod si requirit pro forma conditionali duos
13 fideiussores, non sufficit vnus quantumcunq; idoneus. † Extēde idē, si testator substituit duobus filiis suis,quatenus ipsi testamentū non fecerint,requiritur verificatio conditionis in vtroq; filio,quod neuter testatus fuerit.Angel.*cons.159.Conradus Alber-*
ti,n.2.colum.3.in princ.ver.de secundo.† Amplia; quia si testator reli- 14
quit alimēta vxori commoranti cum filiis, & si non poterit cum eis morari,legauit certum quid pro alimentis: si contingat ipsos filios diuidi,& ipsa moretur cū vno,non dicitur implere primū, nec secundum casum , & ideo non potest habere partem primi legati ab illo,cum quo moratur, nec partem secundi ab illis,cū quibus non moratur;quia non fit diuisio, neq; separatio conditionum,sed ex quo non stat per eam, quæ cum omnibus simul non potest morari,habetur conditio pro impleta; ideo primum legatum consequi debet,ac si moraretur cum filiis. Cuma.*consil.*
38.*Maritus quatuor,per totum,*vbi multa de hoc. Vide, *Legatum fa-*
ctum vxori,vel mulieri,donec caste vixerit,& cū filiis steterit.Conclus. 95 ☜
† Declara plenius in *verb. legatum quando censeatur factum ad vtilitatem legatarii,vel eidem tanquā ministro.Conclus.*95. † Amplia in 15
fideicommisso sub conditione relicto; quia debet cōditio pro- 16
bari purificata in vita fideicommissarii.Soci.*cons.197.Circa præ-* ☜
*missam.lib.2.*vbi loquitur in vxore hærede instituta,si ex vētre nō nascatur posthumus; quia si extat statutum, quod trāsmittat etiam non aditam & moriatur prægnans, conditio non purificatur.Vide,*Fideicommissum non habet locum, neq; inducitur,vel extendi-* ☜
*tur,nisi prout verba sonant.Conclu.*261. † Restringe,vt nō præcedat in substituto pupillo; quia qui dicit pupillum fuisse factum pu- 17
berem,debet probare,*l.ex facto,§.pen.ff.ad Trebellia.*vbi Bartol.Alciat.in *reg.2.præsumpt.*14.*n.6.& 7.*†Restringe,quia licet infās præsumatur mortuus ante puberem,& patrem,& vxor ante virum: 18
tamen quando agitur de fideicommisso substituendo, præsumitur contrariū,ideo conditio fideicommissi dati in casu mortis filii infantis ante patrē,si ambo sint mortui, ille primo cēsetur mortuus,qui facit valere fideicommissum.Alciat.*reg.1. præsumpt.*47. vbi de*commun; declara tamē secundum Socin.in *l.qui duos,ff.* *
de reb.dub.† Amplia;quia in conditionibus implendis totum debet impleri,& si deficiat minimum, actus nō valet pro parte im- 19
pleta.Bald in *l.1.in fi.C.si aduer.rem iudic.*Angel.in *l.si seruus.§.si plurium,n.2.ff.si quis cautio.*Ias.*in auth.qui rem,n.16.in nouna illatione. C.de sacr.Eccles.*vbi,quod debens implere, & soluere gabellam, alias actus sit nullus,erit nullus,etiā si deficiat vnum iota,& vnus nūmus.†Amplia;quia in voluntariis conditio implenda est in forma specifica,& non sufficit implemētum per æquipollens. Cra- 20
uet *cons.796.n.5.*† Extende,vt procedat etiam contra piam causam.Crauet.*d.cons.796.n.5.*vbi alios allegat. † Limita;quia con- 21
ditio sufficit,quod impleatur cum effectu æquipollenti ; ideo si 22
venditor delegat emptorem , vt soluat pretium certo suo creditori,& promittat de euictione , si soluerit, tenetur de euictione emptori,etiam si non soluit, dummodo creditor eū liberauerit, vel creditum emptori donauerit.Bald.*cons.51.Titius vendidit Seio lib.1.*† Declara;quia impletur per æquipollens, vbicunq; forma requirit effectum potius,quam modum,& obseruātiam Craue, 23
cons.796.n.3. Vide, *Forma potest impleri per æquipollens,Conclu.*47. † Limita,quia cōditio distributiua operatur quo ad partem im- ☜
pletam pro rata: vnde si est conuentum , quod capitaneus non 24
teneatur pro suis militibus , si omni mense fecerit proclamationes,quod eis non detur ad credentiam si omisit vno mēse facere cridas , tenetur solum de illo mense , non pro toto tempore. Bald.*consil.*107.*Magnificus D.Malatesta,lib.1.* † Extēde in legato vsusfructus certorum bonorum relicto duobus toto tēpore,quo 25
ipsi stabunt in seruitio Ecclesię:quia si vnus moriatur,vel nō staret in seruitio,alter non priuatur, qui continuat seruitium; quia conditio respicit ambos distributiue,non copulatiue.Angel.*cō-*
fil.153.Rusticus quondam,in princ. vbi , quod sunt duæ conditiones duabus personis factæ. † Extēde etiam in facto indiuiduo,prout est cautio de nō offendendo;quia affert commodum cauenti 26
pro sua rata.Bero.*consil.4.per totum,lib.3.* † Limita; quia conditio habetur pro impleta,ratione perplexitatis resultantis,ideo pro- 27
missio facta inter Gregorium & Benedictū contendentes de papatu,in qua Gregorius promittebat cedere papatui libere, si & quando Benedictus renunciabit papatui:& è conuerso Benedictus promittebat cedere, si & quando Gregorius cederet: quia censetur purificata altero agēte,& fauore militantis Ecclesiæ,& schismatis tollēdi,plene Anchar. *consil.*281.*Reuerendiss. in Christo Patri,per totū.*† Extēde;quia vbi obligatio sub conditione cōcepta purificari nō pōt, nisi facto debitoris, præsumitur,quod de- 28
bitor nunq; velit,*l.vtiq;,ff.de eo,q; certo loco.* lex permittit agi de facto,*l.si Titius,ff.de verb oblig.*Anchar.*d.consil.*281.*n.16.& seq.*†Limita;quia si pater in testamento legat Titio debitori fil i testatoris li- 29
berationem,quatenus Titius intra annum soluat 300. filio suo,

si mortuo testatore etiam Titius debitor intra annum moritur, non pōt dici in mora, & hæres Titii soluendo 300. liberatur, licet de hærede non sit facta mentio. Bartol. *consil.16. Angelus, lib.1.*

30 † Limita; quia multū refert, an conditio sit concepta per verba futuri temporis, vel præteriti; quia si per verba præteriti, prout si talis recesserit de Regno intra sex menses, necesse est, quod intra sex menses sit in totum purificata, si per verba futuri, siquis recedet de Regno intra sex menses, sufficit, quod ceperit recedere, licet non perfecerit, & quod postea cum effectu recesserit, plene Alexand. *cons.194. Perspectis iis, per totum, lib.6.* vbi apostil. *in*

31 *ver. cæperit*, dat plures concord. † Extende; quia idem est in statuto gabellæ, vel prohibente aliquid extrahere: quia si loquitur per verba præteriti, si quis extraxerit frumentum extra territorium, requiritur actus consummatus, vt incidat in pœnam: si vero loquitur per verba futuri, prout siquis extraheret, vel inuentus extrahere, sufficit, quod cæperit extrahere: qa sufficit, quod sit in itinere ad extrahendum. Alex. *d. cons.194. n.3. ver. modo dico.*

32 vbi plena apostil. *in ver. cæperit, lib.6.* † Limita; quia conditio nō debet impleri, sed habetur pro impleta, quando deuenit ad actum impossibilem implendi sine culpa implere debentis, vt si matri pater legauit alimenta, donec steterit simul cum omnibus filiis communibus; quia si diuidantur inter se filii, mater nihilominus habebit alimenta. Cuma. *consil.38. per totum*, maxime *circa*

33 *fin.* † Extende, vt idem sit, quando testator legasset vxori dummodo morari debeat cum filiis: quia si filii sunt mortui, habetur pro impleta conditio, quando conditio non est apposita intuitu filiorum, alias secus. Angel. *cons.301. Factum tale legitur num.3.*

34 † Restringe, quando conditio morandi cum filiis esset apposita intuitu filiorum: quia mortuis filiis, legatum non debetur. An-

35 gel. *cons.301. n.3.* † Extende; quia si legatum est semel præstandū, & est factum sub cōditione successiua, puta si steterit cum filiis, si educauerit filium testatoris. sufficit, quod sit cæpta impleri, & non stet per grauatum: nam si moritur filius, vel si moritur grauatus, qui semper impleuit onus, debetur legatum in totum. Io.

36 de Anania. *cons.75. ver. præterea plus dico.* † Restringe in legato annuo; quia debetur solum pro rata temporis, non pro omnibus

37 annis. Io. de Anania. *d. cons.75. ver. præterea plus dico.* † Declara hāc materiam, quando conditio habetur pro impleta: quia non stat per implere debentem: vel è cōuerso, dicas, si conditio ex defectu fortunæ, non ex defectu impossibilitatis non cogitatæ, non impletur, nihil debetur, si defectu impossibilitatis implere volentis habetur pro impleta; vnde refert, si testator legat vxori centum, si cōtingat eam nubere post mortem testatoris per totum mēsem Ianuarii nunc proxime futuri, ista conditio duplex est: primo si testatorem contingat mori: secundo si post mortem nubat, per totum mensem Ianuarii: prima pendet à fortuna, ideo si non moriatur testator ante mēsem Ianuarii, nihil debetur: secunda: si moritur, pendet à voluntate legatariæ, & si hæc sola esset haberetur pro impleta, si nō posset nubere, in casu isto Aduocati Florentini consuluerunt deberi legatum; quia non stetit per mulierē, quasi conditio habeatur pro impleta. Ant. de Butr. *cons.57. per totum.* consuluit contrarium; quia prima conditio pēdet à fortuna, si moriatur testator ante mensem Ianuarii: vnde si non moritur, non debetur legatum, &c. *n.3.* concludit, quod conditio casualis aut mixta extra casum libertatis non habetur pro impleta: secus si agatur de libertate, & dicit maxime hoc procedere; quia testator superuixit, & non facit aliam prouisionem,

38 vide supra legatum defecisse. † Extende, vt idem sit, quando facto, vel culpa alterius contrahentium, qui non debet implere, conditio non potest existere propter impossibilitatem cautatā, veluti si obligatus vendere intra mensem Titio, dummodo Titius aliud faciat, si ille obligatus vendere interim alteri personæ vendat, incurrit moram, licet Titius non impleuerit. Bald. *cons.*

112. *Præmisso quodam decreto, lib.3.* quod est subscriptū ab 11. Doct. idem Bald. *cons.113. Videtur, quod non possit, eod. lib.3.* Dec. *consil.70. col. pen.* Roma *cons.43 4. In tertio dubio.* vbi apostil. Bart. in sua *quæst.*

☞ *3. Perusinæ in princ. n.7. ver. septimo sic.* † Vide, *Conditio ex quibus purificetur, vel pro purificata habeatur. Conclus. proxima seq.* Vide, *Mora non contrahitur ab obligato sub conditione, si ante conditionem non impleri, &*

39 *quando secus. Concl 374.* † Extende idem legato vsusfructus relicto duobus coniunctis, re & verbis, donec steterint in seruitio Ecclesiæ; quia altero defuncto accrescit superstiti, licet defunctus nō stet in seruitio Ecclesiæ; quia est impossibile. Angel. *consil.153.*

40 *Rusticus quondam, circa fin. ver. nec obstat.* † Limita, quando conditio implenda non est necessaria ad actum, sed tamen pro necessaria fuit reputata, veluti si quis promittat vendere Castrum, si obtineat licentiam à Principe emptor intra mensem; quia si licentia non est necessaria, habetur pro impleta, & probatur non necessaria, si obligatus vendere alteri, vendiderit ante terminum sine licentia. Bald. *d. cons.112. n.3. ver. circa quartam, vsq; in fin. lib.3.* † Li- 41
mita; quia quantumcunq; cōditio debeat impleri in forma specifica: tamen quando deficit in modico, non annullatur actus. Roma. *in l.2. n.5. ff. ad Syllan.* † Extende; quia implementum con- 42
ditionis in vno non vitiat; quia vnus non est numerus, sed principium numeri. Roma. *d. l.2. n.5. ff. ad Syllan.* † Contrarium tenet 43
Crauet. *cons.406. n.7. & cons.644. n.5.* † Limita, quando conditio 44
respicit solum fauorem legatarii. Vide, *Fauore alicuius dispositum, conditio, & modus ille non nocent. Conclus.91.* † Limita, quando con- 45
stat de mente, & quando effectus est idem. Vide, *Conclus. proximam præced.594.* † Limita, quando effectus idem resultat; quia
non refert, quod impleatur conditio vere, vel ficte. Alex. *cons.2.* 46
Visis codicillis, n.16. & n.19. ver. præterea, lib.1. Castr. *cons.136. Visis. col. 1. ver. ex quo igitur. lib.1.* † Declara omnes conclusiones, quæ vidē- 47
tur contrariæ, quod conditio debeat impleri in forma specifica, procedit in voluntariis; secus est in necessariis conditionibus ad actum; quia sufficit effectus. Soci *in l. qui hæredi, n.8. & seq. ff. de cōd. & demonstr.* Vide, *Conditio debet impleri per veritatem, & non per fictionem. Conclus. proxima præced. quæ est 594.*

Conditio ex quibus purificetur, vel pro purificata habeatur. Concl. 596.

INSTITVTIO † conditionalis aduenīente conditione purificatur. Signorol. *cons.111. n.7.* † Amplia; quia donatio, vel alius 1
contractus, & dispositio conditionalis aduenīente conditione efficitur purus; quia dicitur purificatus, ac si ab ipso principio esset pura, vel purus, ita Dec. *cons.55. n.7. & cons.629. n.4.* Soci. Iun. *cons.69. n.4. lib.3.* Tiraquel. *de retract. lign. ag. §.1. glo.2. n.26.* tex. & ibi glos. *in l. necessario, ff. de peri. & commo. rei vend.* vbi glos. in *ver. in præteritum.* † Amplia: quia habetur pro impleta, vbicunq; deuenit 3
ad actum impossibilem sine culpa implere debētis. Cuma. *cons. 38. per totum*, maxime *in fin.* Vide, *Conditio debet impleri in totum in forma specifica. Conclus. quæ est proxima præcedens, n.27.* † Extende; 4
quia vbicunq; quis tenetur facere certo loco, & certo tempore, si fuit impeditus, & per eum non stetit impedimentum, habetur pro implemento. Bald. *cons.57. n.3. ver. in contrarium, lib.5.* vbi ponit multa similia. Vide *Impedimentum legitimum excusat impeditū. Conclus.29.* † Amplia; quia conditio habetur pro impleta in præ- 5
iudicium eius, per quem stetit, quod nō impleretur. Alex. *consil. 49. lib.2. inspectis, n.2. & in fin.* vbi plura congerit. Roma. *cons.434. col. pen. in fin. ver. quoad tertium.* vbi apostil. Castr. *cons.137. Visis, & cōsideratis, col.1. lib.1. & cons.93. n.3. in fin. ver. Vnde si stat per d. Cortesiam, lib.2.* Abb. *consil.3. Nitar. colum.12. ver. tredecima, lib.2.* vbi dicit esse regulam, quod si deficit per illum, cuius interest factū fieri, perinde est, ac si factum fuisset gestū. *Liure ciuili, ff. de cond. & demonstr. l.1. C. de instit. & substit. sub cond. facta.* † Declara; quia procedit am- 6
pliatio in cōditionibus mixtis, videlicet, quę dependent à facto eius, cui obligatio est acquirenda; & alterius, non autē quando est in potestate tertii tantum, vel fortunæ tantum. Castren. *d. consil.136. colum.2. ver. iis non obstantibus. lib. & n.2.* † Declara alio 7
modo; quia quando agitur de conditione implenda, & stat per eum, qui pōt implere, & non implet, seu non vult implere, quoad sui commodum habetur conditio non pro impleta, sed pro defecta, ita, vt ipse nō possit agere conditione defecta, sed quoad alium, cui debuit impleri, conditio bene habetur pro impleta, si vult, vt est tex. *in l. cum ab eo. ff. de contrahend. emptio.* quę ad hoc inducit Castillio. *consil.17. colum. fin. ver. nec tandem nocet.* † Exten- 8
de; quia si alicui tutori relinquitur vsusfructus, donec redderet rationem filio suo de tutela, illa verba, *reddita ratione*, vel *vsq; ad redditam rationem*, exponi debent, vsquequo debuit reddere rationem; quia si nunquam redderet, esset contra mentem legantis. Roma. *cons.312. Circa propositam colum.2. ver. quoad secundū.* vbi apostilla in *ver. debuerint*, ponit multa similia, quæ videas. † Extē- 9
de; quia etiam si stat per tutores, quo minus conditio impleatur per obligatum, habetur pro impleta *l.3. §. non solum. ff. de stat. liber.* Alexand. *consil.102. Visis in principio, lib.1.* † Extende; quia 10
conditio habetur pro impleta, etiam si momento steterit per eū cui impleri debet, ne impleatur. Salycet. *l.1. C. de instit. & substit. sub cond.* † Extende; quia habetur pro impleta, vel non imple- 11
ta in damnum eius, per quem stetit. Alexand. *d. consil.49. Inspectis, nume.2. ver. secundo quia. & in fin. lib.2.* † Contrarium, quod 12
non sufficiat impedimentum momento factum, vt conditio habeatur pro impleta; quia vltima mora attenditur, tenēt Petr. & Cyn. *d. l.1. C. de instit. & substit. sub cond. facti in 4. quæstio.* † Declarat 13
Alexand. *d. consil.102. n.1. ver. plus dico, lib.1.* vt prima sit verior; quia

exten-

extensio procedit, quando sumus in conditione, contrarium,
14 quando sumus in obligatione. † Restringe, vt non procedat in conditione, quæ resoluitur in modum: quia licet semel steterit per illum, cui modus debet impleri, non tamen liberatur à modo implendo: quia poterit hæres, per quem sterit, ne sibi modus impleretur, iterum petere implementum, qui debet impleri: & est ratio: quia pro modo implendo competit actio, non sic pro conditione. Alex. *d. consil. 102. Visis, n. 6. ver. secundo respondeo, lib.* 1. vbi apostilla in *ver. impleri*, quæ dicit idem in conditione,
15 quando legatum non est exequutum. † Declara totam istam materiam: quia conditio habetur pro impleta, quando stetit per eum, cui debet implementum fieri, dummodo hoc appareat. ℘ steterit per eũ, *in testamento la. 2. ff. de cond. & demõstr.* Alexand. *d.*
16 *consil. 102. n. 6. in fi. ver. præterea etiam.* † Restringe, quando stat per eum, qui implere debet ex casu contingente, vel ex causa legitima: nam legatum factum vxori, si steterit cum hærede, si non stat; quia non potest honeste, vel ex causa legitima non stat per eam, & habebit legatum. Silua. *consil. 28. n. 18.* allegat tex. *in l. si dis-*
17 *ceptetur. ff. vbi pupil. educ. deb.* † Restringe in donatione facta mulieri, vt nubat nepoti donantis: quia si nepos donantis moritur, & non stat per donatarium, conditio habetur pro impleta, clare Roma. *consil. 486. In casu, n. 2.* vbi apostilla in *ver. per eam.* dat plures
18 concord. † Idem esse in legato dicit idem Roma *d. consil. 486. n. 2. & 3. ver. ex quo enim*, vbi, quod à pari procedunt modus & conditio adiecti in vltimis voluntatibus, vel donatione, allegat *l. fi. C. de donat. quæ sub modo.*

Conditionem extitisse asserẽs probare debet. Concl.

℘ VIDE Mascard. *Conclus. 343. Conditio an in dubio præsumatur*, vbi ampliat, siue sit negatiua, siue affirmatiua in facto consistẽs, limitat in conditione fideicommissi, si decesserit sine filiis; quia si non probatur contrarium, præsumitur sine filiis, vbi pro vera-
℘ que, & hæc est magis communis. Vide plenius. *Probatio incumbit asserenti, & quãdo secus. Cõclus. 768.* vbi diuersa circa onus probãdi.

Conditio verificatur ante mortem, licet exequutio expectet mortem eius, qui debet sine filius mori. Concl. 597.

1 CONDITIO, † *si decesserit sine filiis*, non expectat actum post mortem, sed verificatur in ipso actu ante mortem, si certum incipit esse, quod infallibiliter morietur: quia tunc conditio est verificata, licet dies exequutionis protrahatur vsq; ad ipsã mor-
2 tem. Oldrad. *consil. 139. Ad habendum, n. 7. ver. quintum.* † Contrarium tenet Bald. *consil. 280. Factum sic se habet, lib. 1.* vbi tenet, quod si est substituta Ecclesia filio, si decesserit sine filiis, & ingrediatur religionẽ, & profiteatur, licet habeatur pro mortuo, & non possit habere filios: tamẽ pia causa nõ habebit bona: quia naturaliter non est mortuus, nili dicas, quod concordet: quia Bald.
3 loquitur solũ de exequutione. † Extende; quia licet bannitus ad mortem habeatur pro mortuo: tamen in conditionibus implẽdis habetur pro viuo; ideo fiscus non restituit fideicommissum durante vita banniti. Bald. *consil. 284. Præmissis verbis, n. 2. ver. licet ban-*
4 *nitus, lib. 1.* † Declara; quia dispositio conditionalis, quæ non expectat mortem perfectam, verificatur in actu moriendi prout sunt omnes cõditiones negatiuæ, prout *si. Capitoliũ non ascenderis*: quia est in potentia ascendendi vsque ad actum moriendi; quia verificatur, & purificatur ante mortem, cum primũ incipit mori: & idẽ si dicitur, *cum morieris sine liberis*, verificatur in actu moriendi ante mortem secutam. Ægid. Bellam *cons. 39. n. 18. ver. dico*
℘ *primo.* Vide, *Conditionum multæ species, & quæ. Conclus. 578.* Vide,
5 *Cautio Mutiana quid sit, & qualiter præstanda. Conclus. 177.* † dem de cõditione, *si meus erit, cum moriar*: vel *si meus erit tempore mortis*, quæ non expectat mortem præteritam, sed actum moriendi Ægid. *d.*
6 *consil. 39. nu. 18.* † Idem, si dicatur, *si Titium sine filiis legitimis mori contigerit*, quia non expectat actum perfectum mortis, sed verificatur in ipso actu moriẽdi. Ægid Bellã. *d. cons. 39. n. 18. ver. dico pri-*
7 *mo.* † Et idem, *si est effectus Presbyter, & in sacris*; quia ab illo die incipit verificari conditio, quo non potest filios habere legitimos in futurum, licet exequutio post mortem differatur. Ægid. *d. cõ-*
8 *sil. 39. n. 18. ver. præterea dico.* † Dispositio succedendi ei, qui sine liberis decesserit, non habet locum in eo, qui decessit cum nepotibus ex filia; quia non dicitur decedere sine liberis, Alexand.
9 *consil. 9. Viso themate, in fin. lib. 2.* † Si vero verba conditionem inducentia perfectionẽ mortis designant, tunc necesse est, quod mors sit perfecta, proat si dicatur, *si Titius decesserit sine liberis*, vel *mortuus erit*, vel *fuerit sine liberis*: & idem, si dicatur, *si Titium mori contigerit*; quia tunc ex- ectandũ est tempus post mortem. Ægid.

Bellam. *d. consil. 39. n. 18. versi. secus tamen faceret.* vbi allegat plura.
† Differentia, & effectus est maximus; quia aliud est esse in fie- 10
ri, aliud esse factum, & ideo ea, quæ momento possunt nasci, effectum habent in actu fieri, licet postea exequutio differatur post factum, exemplificat in hypotheca adiecta obligationi cõditionali personali in actu moriẽdi; qa ipsa nascitur in actu moriendi ipsius obligantis, & potest exequi post mortem in bonis, etiam si decedat sine hærede: secus est, si hypotheca est adiecta
obligationi personali post mortem; quia nihil ponit in esse viuente obligato, & post mortem, si non habet hæredem, extinguitur actio personalis, & hypotheca, Ægid. plene *d. consil. 39. n.* 11
18. *& seq.* vbi multa allegat. † Alius effectus; quia si instituitur quis in actu moriendi, qui viuit, transmittit ad suos, licet moriatur & ipse. † Conditio ista, *si sine filiis decesserit*, licet sit loquutio 12
pluralis, sine filiis: tamen impletur, si habet vnicum filium, vel filiam, quando decessit. Alexand. *consil. 109. Videtur prima fronte, in princip. lib. 2.* Vide, Substitutio facta, *si sine filiis, &c.* quando di- ☞
catur purificata. *Conclus. 847.*

Conditionem semel extitisse sufficit, & quando secus. Conclus. 598.

CONDITIO † semel existens non admittit mutationem. 1
Oldrad. *consil. 243. n. 2. ver. cum ergo verba.* quia sufficit eam semel extitisse, vel extare. *l. cũ vxori. C. quando dies leg. ced.* Vide Sub- ☞
stitutio facta, *si sine filiis*, expirat, si grauatus relinquat filium. *Cõcl. 848.* † Amplia; quia in omnibus conditionibus momenta- 2
neis sufficit, quod semel extiterint. *l. si quis hæredem, C. de institut. & substit.* Bald. *consil. 42. Præmittendum est, lib. 5. in princip.* Angel. *consil. 34. Constantinus, n. 5. ver. in contrarium.* vbi ponit plura exempla Io. de Anan *consil. 8. n. 3. & 4.* † Declara; quia in conditionibus respicientibus actum successiuum requiritur perseuerantia, & in 3
momentaneis sufficit, quod semel extiterint: si vero est dubium, an actus sit momentaneus, vel successiuus, recurrimus ad voluntatem testatoris, si de ea constat, alias recurrimus ad coniecturas, & præsumptiones iuris. Angel. *consil. 34. n. 4. vsq; in fin. ver. quid dicendum*, vbi dicit, quod legatum factum mulieri in casu viduitatis intelligitur, dummodo perseueret in viduitate, si est factum à filio matri, vel à marito vxori; quia votum istorum est, quod sit vidua: si vero est factum à patre filiæ, vel coniunctæ, intelligitur, dummodo per momentũ sit vidua: quia votum patris est, vt nubat: si ab extraneo, in dubio pro legati validitate pronunciatur, quod consilium est subscriptum ab Angel & Philippo de Cursinis; & idem Angel. *consil. 159. Conradus Alberti colum. 4. circa med. ver. nec etiam obst. at.* vbi distinguit inter ea, quæ nullum iuris effectum requirunt, & sufficit, quod momento fuerint; aut requirunt iuris effectum, & etiam si effectus non durat facto implere debentis, non habet locum conditio: secus si non durat sine culpa vel facto eius, qui implere debet; quia sufficit momẽtanea existentia. † Et de legato facto filio, & seu vxori & post 4
mortem vxoris filiæ, seu filiabus, quæ tunc erunt viduæ, donec vixerint, vt debeatur, sufficit, quod momento viduæ fuerint tẽpore mortis vxoris, & licet postea nupserint, non aufertur legatum; prima coniectura est, quando pater legat filiæ, cuius votum est, vt procreationem habeat; secũda coniectura est propter dictionem, quæ tunc vidua erit, quæ extremitatem temporis demonstrat, tertia coniectura est; quia quoties qualitates determinant verbũ, per quod significatur ipse actus disponendi, sufficit illas qualitates semel adesse, *l. Mela, in princ. ff. de alim. & cibar. leg.* & idem, quando qualitas adiicitur verbo, per ℘ significatur tempus, in quo dispositio assumit effectum, *leg. 3. ff. de aut o, & arg. leg.* ita plene Castr. *consil. 84. Ex facto proponitur, per totũ, lib. 2.* quod est Antonii Andarelli, vbi in fine adducit doctrinã Bartol. *in l. ex facto, ff. de vulg. & pup.* quod testamentũ factum à rustico nõ corruit, licet efficiatur ciuis, & confirmat *cons. 185. eod. lib. 2. per totum.* † Ex- 5
tẽde, vt idem sit, si legatũ fiat filiæ, si nupserit; quia sufficit, quod semel nupta sit, nec perdit legatum si postea vidua fieret. Castr. *d. cons. 184. in princ. lib. 2.* † Extende, vt idẽ sit in legato, si vidua erit 6
tali tempore; quia sufficit quod sit vidua, vt habeat locum, licet postea nubat. Castren. *d. cõsil. 185. Supradictus egregius, lib. 2. per totũ.* † Et in omni dispositione hoc attenditur, an factum momenta- 7
neum sit, vel successiuũ durationem habẽs; quia primo casu sufficit fecisse licet factum nõ duret: secundo casu secus. Bart. plene *cons. 181. Præcipit arbiter, per totum, lib. 1.* & ibi apostilla dat concord. † Extende; quia si fiat inuestitura à Rege de Castro, do- 8
bi Castrum, vt illud habeas tu, & tui hæredes de tuo corpore descendẽtes, & si decedas sine hæredibus de tuo corpore descen-

dentibus, Castrum ad Regem reuertatur: si inuestitus decedat cum hærede ex suo corpore, licet hæres postea decedat sine hærede de suo corpore; quia tempus mortis respiciebat conditio, non reuertitur. Cyn. in *auth. sed & si quis in fin. C. de secund. nupt.* plures citat Alexand. *consil. 53. Ponderatis n. 3. & sequent. ver. circa secundum lib. 6.* †Contrarium tenet Salycet. *d. auth. sed & si quis. C. de secund. nupt.* quasi illa verba, *si decesseris sine hærede ex corpore tuo, ad me reuertatur*, respiciant omnes hæredes, & non sit momentanea.

10 †Declarat Alexand. *dicto consil. 53. lib. 6. quod duplicatur lib. 3. consil. 43 colum. fin. n. 10. & sequent. ver. præterea posito*, quod si conditio refertur ad tempus mortis, procedat extentio, quod semel sufficiat exitisse conditionem; si vero habet tractum successiuum, vel ex verbis, vel ex mente, secus; quia quando cunq; desierint hæredes, reuertitur ad concedentem, vbi ponit plura exempla ad

11 hoc. †Declarat Socin. Iun. *consil. 160. n. 72. & sequent. lib. 2.* aut inspiciendum est factum, aut effectus conditionis; primo casu sufficit exitisse semel, secundo casu non. †Declara; quia conditiones aliquæ respiciunt actum momentaneum, & sufficit, quod momento exiterint; aliquæ respiciunt actum successiuum, & requirunt perseuerantiam; aliquæ sunt dubiæ, quia ignoratur, an applicentur actui momentaneo, vel successiuo, & in istis omnibus qualiter sit iudicandum, Bald. *consil. 42. lib. 5.* Angel. *consil. 34. per totum*, Io. de Anania *consil. 8. Viso puncto, n. 3. & sequent.* Roma. *consil. 510. Quoad primum, n. 24. & sequent. & seq. in fin. ver. quoad tertiũ*,

13 vbi pro vtraq; allegat. †Declara; quia in legato annuo, & sic successiuo pro primo anno sufficit, quod momento durauerit conditio, veluti si vxori legat maritus singulo anno 200. si steterit cum filiabus testatoris certe si steterit per aliquot dies, & moritur vxor, debetur legatum pro primo anno: multo magis debetur, si est momẽtaneũ pro vna vice. Io. de Anania *d. consil. 8. n. 3. &* 4. & plenius *consil. 75. ver. præterea plus dico.* vbi, quod si legatum semel est præstandum, debetur totum, si non steterit per grauatum, vt quia moritur filius educandus, vel legatarius; si vero est legatum annuum, debetur pro primo anno, & pro rata temporis pro

14 aliis annis. †Amplia; quia vbicunq; constat de mente testatoris, vel disponentis, quod voluit conditionem momento durare, & sufficit, quod momento duraverit, & idem in casu contrario,

15 Ang. *consil. 159. Conradus Alberti, n. 3. col. 4. ver. nec etiã obstat.* † Amplia etiam in casu dubio, quãdo factum ponitur in conditione, vel casus, qui consumptus nullum sortitur effectum iuris, vt in mare proiicere reliquias, & sufficit, quod momento factum fu-

16 erit. Angel. *d. consil. 159. col. 4. ver. quando dubitatur.* †Extẽde; quia si facto implere debentis effectus non impeditur, neque desinit durare facto illius, tunc sufficit semel exitisse. Angel. *dicto consil.*

17 *159. n. 3 colum. 4 circa fin.* † Restringe, quando factum, vel casus positus in conditione, requirit effectum iuris, prout si in conditione est, *si testamentum fecerit, si consul fuerit, si matrimonium contraxerit, si monasterium intrauerit, si Titio decem dederit*, & similia; quia si factum non durat, vel effectus iuris non sequitur facto implere debentis, conditio non est impleta, nec sufficit momento fuisse, nisi duret. Angel. *d. consil. 159. colum. 4. ver. quandoq; in conditione.*

18 †Limita in cõditione; *si talis intrauerit monasterium*; quia si intrauit, & facto suo exiuit, nõ dicitur intrasse, neq; conditio impleta: secus si sine culpa sua, vel sine facto suo exiuisset; quia haberetur pro impleta. Ang. *d. consil. 159. n. 4.* vbi *n. 3. ver. quandoq; in condi-*

19 *tione* ponit multa similia exempla. † Limita in conditione; *si hæres fecerit testamentum*; quia licet fecerit, & momẽto duraverit; tamen nõ dicitur factum testamentum; quia intelligitur de testamento valido, & habẽte iuris effectum: & ideo si hæres fecit testamentum, & antequam moriatur, capitali pœna puniatur, ex quo efficitur intestabilis, conditio non dicitur purificata, sed debetur hæreditas ex fideicommisso in casu, in quo non fecerit testamentum. Angel. *d. consil. 159. Conradus Alberti, per totum*, vbi est

20 casus, & maxim. *n. 4.* † Limita idem, si alicui legetur cum onere de stando, & habitando in domo testatoris; quia intelligitur de continua habitatione. Corne. *consil. 7. Rudis, & incõposita, lib. 1.* vbi

21 late, & respondet ad contraria. † An legatum factum filiæ, vel sorori in casu viduitatis de stando cum filiis minoribus decem & octo annis, debeatur, quando filii efficiuntur maiores, vel sufficiat, quod à principio fuerint minores. Vide *in ver. Legatum quãdo censeatur factum ad fauorem legatarii, vel vtriusq; Concluſ. 95. n.*

22 *7. & multis seqq.* † Limita in conditionibus successiuis, & perseuerantiam requirentibus: quia non sufficit, quod semel exiterint, prout si fiat legatum annuum vxori, si vidua permãserit, vel donec vidua permanserit, vel quoad vidua permanserit; quia legatum cõsequitur pro tempore, quo durat conditio, non vltra. Bald. *consil. 42, in fin. lib. 5. ver. vnde facio.* Angel. de Perusio *consil. 34. Constantinus. in princip.* vbi ponit plura exempla, quod non dicitur factum, quod non durat, vel non habet perseuerantiam. †Re- 23
stringe, vt non procedat, si legatum esset vnicum sub conditione, si vidua remaneret filia testatoris, vel si vidua permanserit, quia sufficit, quod fuerit vidua tempore legati sortientis effectũ. ita distinguit Bald. *consil. 42. per totum, lib. 5.* † Restringe, quando 24
constaret de mente testatoris, quod non curauit, quod duraret, sed sufficeret, quod momento fuerit. Angel. *d. consil. 159. colum. 4. circa med. ver. nec etiam obstat.* †Legatum factum mulieri nuptæ in 25
casu quo vidua remaneret. Angel *dicto consil. 34.* vbi plene, quod attenditur intentio legantis, si constat de ea, alias recurrimus ad præsumptionem iuris, & pulchre distinguit. † Quid in eo, qui 26
donauit bona sua omnia, puta Romæ, cum conditione, si amiserit bona, quæ habet in Sicilia, an possit reuerti ad partem bonorum donatorum: pone, quod bona Regni Siciliæ perdidit, sed partem recupauerit, viderur, quod conditio sit successiua; quia debeat priuatio durare; quia verba cum effectu sunt intelligenda, & quia verbum, *amittere*, importat sine spe recuperandi; quia ejectus non dicitur, qui potest recuperare; & quia non est quis adeptus possessionem; quia eam retinere nõ potest. Roma. *consil. 510. n. 24.* sed tamen contrarium tenet *n. 27. & seq.* ex æquitate; eo quia bona recuperata sunt potius oneris, quam vtilitatis, & ideo non debent impedire, maxime inter consanguineos, donantem videlicet, & donatarium.

Conditio quando trahatur retro, vel non. Concl. 599.

CONDITIO † potestatiua non trahitur retro, si purificatur, 1
Anchar. *consil. 158. Ex narratis, n. 33.* †Et testator, qui in testa- 2
mento donauit bona sua sub conditione ipsi hæredi, si contingeret eum reuocare testamentum, postea donauit inter viuos Titio certa bona, mox testamentum reuocauit, data validitate donationis in testamento facta sub conditione, si reuocaret testamentum, conditio non trahitur retro in præiudicium secundi donatarii; quia potestatiua erat conditio reuocandi vel non testamentum; & quia extrema non possunt coniungi. Alexand. *consil. 25. Viso testamento, n. 4. in fin. 5. ver. præterea posito, lib. 3.* †Amplia; 3
quia in spiritualibus conditio, licet purificetur, non tamen trahitur retro; quia fictio non habet locum in spiritualibus. Anch. *d. consil. 158. n. 33.* †Extende; quia licet excommunicatus non pos- 4
sit impetrare rescriptum in alia causa, quam excommunicationis; tamen potest impetrare excommunicatus sub conditione, nisi infra tres; quia si impetrat ante conditionem, valet, licet post infra tres non faciat, & impleatur conditio quæ non trahitur retro; quia est in spiritualibus. Anchar. *d. consil. 158. in fin. nu. 33. & seq.* † Amplia; quia in legatis, & vltimis voluntatibus conditio 5
non trahitur retro, & ideo legatum conditionale non habet hypothecam ante conditionem aduenientem conditione, si bona ante fuerunt alienata, non intrat hypotheca à die conditionis; quia bona sunt extra patrimonium hæredis, nec trahitur retro. Castr. plene *consil. 446. Ad primum quæsitum, in princip. lib. 2.* Franc. Aret. *consil. 11. Procedendum, n. 2. ver. sed contra ista.* † Limita in con- 6
tractibus. Vide in concluſ. proxima seq.

Conditionalis actus purificata conditione an valeat à principio, vel à tempore conditionis. Concluſ. 600.

CONDITIO † potestatiua regulariter nõ trahitur retro, sed 1
habet locum, vt actus valeat à die impletæ conditionis, ex quo fuit in potestate implere debentis facere, quod actus valeret prius, Bartol. in *l. 1. & in l. qui balneũ. ff. qui potior. in pign.* †Declara, 2
quod est in potestate debitoris facere debitum, & tollere priorẽ obligationem conditionalem, alias secus. Dynus *consil. 4. per totũ.* †Restringe, quando conditio apponitur vsuris & interesse; quia 3
semper trahitur retro ad tempus obligationis. Neguſ. in *5. parte n. 15. & seq.* & intellige semper quoad obligationẽ, vt dicit Alex. in apostilla ad Bart. in *d. l. qui balneũ. in ver. conditione. ff. qui potior. in pignor.* †Amplia in beneficialibus; quia non trahitur retro, quan- 4
do medio tempore alteri fuit prouisum, *c. si pro te, de rescr. in 6.* † Contrarium igitur ibi videtur, quando medio tempore non 5
esset ius quæsitum. †Declarat gloſ. quod ibi procedit; quia Papa 6
potest interim reuocare, vide ibi Gemin. plene; quia declarat. †Extende; quia gratiæ beneficiales, & rescripta imitantur naturam vltimæ voluntatis: ideo conditio etiã casualis purificata nõ 7
facit, vt gratia tractetur retro, Gabriel. *consil. 186. n. 13. & seq. lib. 1.* †Amplia in legatis; quia in legato conditionali obligatio habet 8
initium à die conditionis, non autem à die mortis testatoris; &

ideo

ideo hypotheca siue expressa, siue tacita oritur à die cõditionis
purificatæ. Negus. d.tract.de pignor.n.19.& 20.ver.in secundo autem
casu. vbi dicit esse constitutam hypothecam sub conditione à
principio in legatis, sed nõ retrotrahi, imo considerari à die pu-
9 rificatæ conditionis. † Amplia in dominii translatione; quia
non potest esse penes duos, & attenditur tempus conditionis
purificatæ, siue sit potestatiua, siue casualis. Alex.consi.228. Pon-
deratis,n.4.ver.imo etiam in casibus,lib.6.vbi apostilla in ver.dominiũ,
dat concord. Paris.cons.11.num.31.lib.1.Ias.in l.si filius in princip.ff.de
10 verb.oblig. † Amplia in contractu matrimonii, vel sponsaliũ sub
conditione, si Papa dispensauerit; quia si contrahentes erant
prohibiti de iure contrahere propter consanguinitatem, licet
Papa dispenset, non contrahitur retro, neq. valet matrimoniũ,
vel sponsalia, nisi de nouo contrahantur. Areti. consi.142.n.1.&
seq.ver.sed est aduertendum. Vide, Sponsalia quando transeant in ma-
11 trimonium, vel non. Conclus.406. † Contrarium tenet per plura
Boer.decis.263.n.27. vbi dat plura exempla contraria, & dicit de
consuetudine seruari contrarium; quia si Papa dispensauerit,
trahitur retro, & proles fit legitima, vbi, quod ista est dispensa-
12 tio fauorabilis, & pia, ideo trahitur retro.† Extende; quia ista est
regula, quod quando inhabilis contrahit; sola superuenientia
habilitatis non ratificat, neq; conualidat actum nullũ; sed opus
13 est nouo cõsensu. Areti.d cons.142.n.2.ver.& contra illa dicta.† Re-
stringe, nisi essent inhabiles; quia minores: nam adueniente æ-
tate bene ex priori consensu conualidatur. Aret.d.consi.142.quia
isto casu est permissum de iure minoribus contrahere sponsalia,
quæ transeunt in matrimonium. Vide, Habilitas superueniens quã-
14 do conualidet actum nullum, vel non. Conclus.6. † Restringe non pro-
cedere in electione; quia si fiat de persona inhabili sub condi-
tione, si habilitetur, valet secuta habilitatione, & in hoc differt
matrimonium spirituale à carnali. Aretin.d.cons.142.n.1.& 2.vbi,
15 quod est speciale in electione, ne Ecclesiæ diutius vacent. † De-
clara; quia si fiat institutio spurii, si legitimabitur per Principem,
eo ipso quod legitimatur, valet institutio. Aret. d.cons.142.n.3.
16 † Idem est, si instituatur incapax, si fiat capax; quia superueniẽ-
te capacitate valet institutio. Bart. in l.in tempus, ff. de hæred. instit.
quem refert, & sequitur apostilla ad Aretin.d.cons.142.n.3.in ver.
17 sub conditione.† Declara: quia quando inhabilitas exprimitur per
se, vel per relationem in specie: tunc superuenientia habilitatis
non releuat, nec facit valere actum nullum, sed requiritur no-
uus consensus: aut non exprimitur, sed verbis generalibus vela-
tur; & tunc bene ratificat actum nullum, ita declarat Areti d.cõs.
18 142.n.3.† Declara secundo; quia superuenientia habilitatis con-
ualidat actum nullum collatum in euentum habilitatis, quan-
do ille actus potuit sanari, & habilitas potuit superuenire ali-
ter, quam ex facto Principis. Areti.d.cons.142.n.3. ver. vel potest re-
19 stringi.† Vide tamen tex. contrarium in c.si eo tempore, de resc.in 6. v-
bi impetrans gratiam ad curatum, si tempore gratiæ non habe-
bat ætatem legitimam, licet tempore effectus gratiæ habeat æ-
tatem legitimam, non valet gratia, sed forte; quia ibi odiosa est
20 gratia ad vacatura, vide glos.pen.ibi & Doct. † Limita; quia cõ-
ditio vere casualis, vel mixta in contractibus operatur, vt con-
tractus censeatur valere, & habere robur à die contractus, non
autẽ à die conditionis. Bart.in d.l.qui balneum, ff.qui potior. in pignor.
Castrens.consi.446.in princip.lib.2.plene Franc.Areti.consil.11.Pro-
cedendum,n.2.col.2.ver.sed contra ista, vbi, quod in contractibus cõ-
ditionalibus purificata conditione à principio valet, & trahitur
21 conditio retro. † Extende; quia purificata conditione contra-
ctus, & quælibet dispositio habetur pro pura, non pro conditio-
nali. Vide supra, Cõditio nihil ponit in esse. Conclus.591.n.74.ita Dec.
22 cons.551.n.7.& cons.628.n.4.Socin.Iun.cons.69.n.4.lib.3. † Et ideo
si in nundinis non soluitur gabella de contractu pure ibi cele-
brato, non etiam ea soluitur de contractu conditionali; quia
conditione purificata trahitur ad nundinas, & sic ad principiũ.
Franc.Areti.d.cons.11.n.2.vbi dicit idem in casu conuerso, quod si
debet solui gabella, soluetur etiã ex contractu conditionali ea
23 purificata.† Extende etiam quoad hypothecam tacitam, vel ex-
pressam; quia in contractibus cẽsetur orta à die contractus. Ne-
gus.in tract.de pignor.in 5.parte, in 1.membro.n.12.vers.ego autem in isto
24 casu.† Vide omnino Aret.d.cõs.11.n.3.ver.& ideo alia via, vbi, quod
licet trahatur retro quoad effectum contractus conditionalis:
tamen tempus conditionis attendi debet, non tempus contra-
ctus circa vsum monetæ soluendæ; quia si bonitas intrinseca nõ
mutatur, sed solum variatur valor extrinsecus, attenditur tem-
* pus solutionis si non est in mora debitor, & dicit *communem.
25 † Restringe in conditione potestatiua, quæ neque in contractu
trahitur retro. Castrens. consil.446. in princip.lib.2. Alexand, cons.
232.Ponderatis,n.7.ver.præterea,lib.6. † Restringe; quia etiam in 26
contractibus ratificatio non trahitur retro, quando media im-
pediunt extrema coniungi, puta si Titius vendidit rem meam
nomine meo me inscio, & ego vendidi alteri eandem rem,
postea habeo notitiam de prima venditione nomine meo factã,
& ratam habeo, non conualidatur prima in preiudicium secun-
dæ. Castrens. d.consil.446. Ad primũm, in principio, lib. 2. Alexand.
cons.228.n.3.vers.quinimo,lib.6. Vide, Ratificatio non trahitur retro
multis casibus. Conclus.2. † Idem est, si ego emi pro persona nomi- 27
nanda, & nominatus tempore nominationis est capax acquisi-
tionis; quia creatus est ciuis, sed tempore acquisitionis erat fo-
rensis; quia non trahitur retro propter impossibilitatem. Ale-
xand.consil.232.n.6.vers.nec obstat,lib.6.† Declara totam hanc ma- 28
teriam sex modis, seu casibus, in quibus actus factus tempore
prohibito sub conditione extitura valet, si conditio non exta-
bit, de quibus Zabar. consil. 105.in princip. quod est collegii Pa-
duani, vbi ponit diuersa exempla, veluti lata sententia si fiat exe-
quutio pendente termino ad appellandum, quæ fieri non po-
test; si tamen fiat, & condemnatus non appellet, valida manet.
† Sic testamentum nullum, in quo filius est præteritus, conuali- 29
datur ex æquitate prætoris, si filius non vult vti iure suo, l.filio, ff.
de iniusto, irrito testam.† Processus Iudicis à quo nullus conualida- 30
tur, si appellans renunciat appellationi, cap. ab eo, de appel.in 6.
† Collatio facta in præiudicium habentis clausulam, anteferri, 31
nulla est eo vtẽte clausula, & valet, si clausula, & gratia non vult
vti. Zabar d.consil.105.n.4.& seq.† Item in casu contrario declara 32
decem aliis casibus, quibus actus factus pendente conditione
prohibitiua est nullus, etiam si conditio non veniat; quia tem-
pore prohibito factus non conualidatur, licet prohibitio eua-
nescat, de quibus olene Zabar d.consil.105.n.6.vers. in contrarium,
vsq; in fin.vbi quod collatio facta secundo expectanti infra men-
sem, primi expectantis est nulla, & non validatur, licet primus
expectans non vtatur gratia sua, vbi plurima exempla adducit.
† Excommunicatio lata pendente appellatione est nulla, nec 33
conualidatur, licet deseratur appellatio. Zabarell d.consil.105.n.
7. † Appellationis Iudex non cognoscit, nisi sibi constet de ap- 34
pellatione, alias processus est nullus, etiam si postea constaret,
plura exempla Zabarel.d.consil.105.n.8.& seq.vers.quinto sic. † Vi- 35
de, Actus nullus quando reddatur, si deueniat ad casum, à quo incipere non
potest, & è contra. Conclusio.144.† Declara totam istam materiam;
quia si actus fiat tempore incongruo tali incongruitate, quæ re- 36
sistat, & annullet actum, vel ab inhabili tali inhabilitate, quæ
reddat actum nullum; quia lex resistit, & annullat, & non con-
ualidatur actus, ita Zabarel.d.consil.105.n.6.vers.primo sic. † De-
clara secundo; quia multi sunt actus facti tempore, quo si alius 37
faceret, cui competit, non valeret primus actus, & tamen sub-
stinetur, & conualidatur, si is, cui competit ius, non faciat, vel nõ
vtatur iure suo: tamen non concludit argumentum in aliis acti-
bus, vt idem sit dicendum. Zabarel.d.consil.105.n.18.vers.ad quar-
tam.† Amplia; quia defectus conditionis, seu euentus conditio- 38
nis semper habet oculos retro, vt dispositio attendatur. Signo-
rol.consil.227.n.5.sequitur Dec.in l.pecuniam, ff.si cert.per.n.4.

Conditio ex quibus dicatur à d.sponente reuocata. Conclus. 601.

CONDITIO † apposita in testamento dicitur reuocata, si 1
constat de mente testatoris.† Limita; quia si testator substi- 2
tuit in testamento duabus filiabus suis in re certa institutis pu-
pillariter piam causam, licet vna ex filiabus defuncta viuente
testatore, testator reuocauerit conditionem, & substitutionem
in defuncta per codicillos, non tamen censetur reuocasse quo-
ad aliam, de qua mentionem non fecit. Bald consil.393. Quidam
Laurentius, lib.3.

Condictio ob causam, vel sine causa, quando competat, & in quo huiusmodi causæ differant. Conclus.602.

CONDICTIO † ob causam datur, quando aliquid fuit datũ 1
ob causam de futuro, quæ secuta non est. l. 1. ff. de cond. sine
causa, in princip. Castrens. consil. 372. Viso puncto, in principio, lib. 2.
† Condictio vero sine causa competit, quando aliquid datum 2
est ex causa de præterito, quæ non durauit, l.si illo, ff. de cond. sine
causa. Castr.d.cons.372.in princ.lib.2.† Restringe; qa hæc cõdictio 3
sine causa competit, quãdo aliquid fuit datum ex causa de præ-
terito, sed nõ quando aliquid est remissum; quia bene põt com-
petere cõdictio ob causã, sed nõ cõdictio sine causa, l.si quis acce-

4 *pro tulerit, ff. de cond. ob caus.* Castr. *d. consil.* 372. *in princ. lib.* 2. † Declara restrictionem; quia vbi facta fuit liberatio ipso iure ab obligatione personali; tunc agitur, & competit actio condictionis ob causam: sed si liberatio non fuit facta ipso iure, sed dumtaxat ope exceptionis, puta, quia non tulit accepto, sed fecit pactum de non petendo; tunc agitur primæua actione, & si excipiatur de pacto, & liberatione, replicatur, quod non durauit causa; & idem; quãdo liberatio est occasione obligationis realis, ita pulchre Castr. *d. consil.* 372. *in princ. lib.* 2. *ver respondetur.*

Conditio melior cuius sit in pari causa. Concluſ. 603.

1 ACCVSATO † fauendum est in pari causa probationum factarum. Oldrad. *cons.* 145. *in fin.* Vide, *Fauendum probationi accusati. Concluſ.* 86. † Reo in pari causa probationum fauendum est; quia melior est eius conditio. Oldrad. *consil.* 274. *n.* 2. *ver. si vero testes.* † Vide, *Fauendum reo, & quando. Concluſ.* 85. Reo & possessori est in pari causa culpæ, & moræ fauendum; quia melior est eius conditio, quam actoris. *l. si seruum, §. sequitur, ff. de verb. obligat.* Vide, *Aequalitas in iudiciis est seruanda. Concluſ.* 304. † Extende inter

4 hæredem & alimentandum in domo; quia si culpa sit communis, melior est conditio hæredis rei. Alexand. *consil.* 100. *col.* 4. *ver.*

5 *præterea, lib.* 1. † Extende in pari causa delicti; quia reus est melioris conditionis; ideo si duo sunt vsurarii, qui exceptione pelleterentur agentes; tamen si inuicem agant, vsurarius reus excipit contra actorem, non è contra. Bald. *cons.* 312. *In causa Baptistæ, lib.* 5.

6 *in princ.* † Extende: quia periurus, contraueniens, excommunicatus, & quilibet alius, qui repellitur ab agendo; non tamen repellitur ab excipiendo; ideo si tam actor, quam reus sunt periuri, excommunicati, vel non obseruantes, repellitur actor, non autem reus excipiens, etiam si contra eum replicaretur de eodem delicto; quia in pari causa melior est conditio rei, & excipien-

7 tis. Anchar. *consil.* 382. *Retento ordine, n.* 14. *& seq.* † Possessoris in pari causa bonæ fidei melior est conditio. Bald. *cons.* 489. *Proponitur, quod quidam, in fi. lib.* 1. Vide, *Possessionis commoda multa. Concl.* 427.

8 Et quod † in pari causa semper melior sit conditio possidentis,

9 Alexand. *cons.* 228. *Ponderatu in princ. lib.* 6. † Extende in pluribus coniunctis, qui licet pro coniuncto possint agere; tamen secus est inter se; quia melior est conditio possidentis. Alexand. *cons.*

10 26. *Circa primum, in fi. lib.* 1. † Amplia; quia melior est conditio præoccupantis inter plures procuratores datos in solidum, *cap. si duo, de procur. in* 6. vbi Franch. & alii. Vide, *Praueniens, & diligentior multa commoda consequitur. Concluſ.* 645. Vide, *Diligentia quando pro-*

11 *fit, & quando non. Concluſ.* 448. † Extende, vt idem sit inter iures habentes iurisdictionem ordinariam in solidum; quia est locus præoccupationi, & melior est conditio præoccupantis. Castr.

12 *consil.* 81. *In causa, quæ vertitur, col.* 2. *ver. nam iurisdictio, lib.* 2. † Extende in occupandis bonis vacantibus; quia melior est conditio

13 præoccupantis. Castr. *consil.* 4. *col.* 1. *in fi. & col.* 2. *in princ. lib.* 2. † Agentis conditio in pari causa turpitudinis melior est, *l. aiunculo, ff. de cõd. ob turp. caus.* nisi ob turpem causam ei restituatur. Oldrad.

14 *cons.* 208. *in fin.* † Contrarium; quia in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis, & rei. Feder. de Sen. *consil.* 240. *ver.*

15 *item in pari causa.* † Prohibentis melior est conditio in pari causa; vnde si aliquid est agendum, quod respiciat singulos, qui non vult facere id, ad quod non obligatur, præfertur volentibus, & standum est prohibitioni. Calder. *consi.* 332. *in fin.* alias 3. *de testam.*

16 vbi dicit vnum verbum. Vide, *Prohibentis melior est conditio in pari causa. & quando. Concluſ.* 893. † Restringe, vt non procedat post

17 factum. Bald. in *l. Sabinus, ff. comm. diuid.* † Amplia; quia melior cõditio est tractantis de damno, quam de lucro in pari causa. Vi-

18 de, *Damnum vt euitetur magis fauendum. Concluſ.* 14. † Limita; quia vbi contractus est nullus fauore publicæ vtilitatis, in pari causa melior est conditio actoris; quia non fit compensatio hoc casu.

19 Bald. *consil.* 227. *Quod non posit, lib.* 4. † Extende, vt quando delicta respiciunt nullitatem, possit allegari communis culpa per modum nullitatis; secus fingeretur ad pœnam; quia is, qui incurrit pœnam, vel est in communi culpa inducente pœnam, nõ agit contra alium. Bald *consi.* 227. *n.* 3. *ver. præterea quando, lib.* 4. Vide, *Dolus & culpa communis quæ attendi debeat. Concluſ.* 578. Vide etiam, *Dolus & culpa non debet patrocinari doloso. Concluſ.* 581.

Conductor an possideat, & quam possessionem habeat. Concluſ. 604.

1 CONDVCTOR † non dicitur possidere; quia Dominus per locationem non perdit possessionem ciuilem, neq; naturalem, neq; dominium; quia conductor solum detentationẽ asininam habere dicitur. Angel. *consil.* 2. *Certum est, n.* 7. *ver. & ostendo, & consi.* 12. *Nos Angelus, col. fi. ver. secundo quia.* & quod conductor non possideat nomine suo. Fran. Areti. *consil.* 63. *in princip.* Io. de Imo. *consil.* 68. *n.* 7. *ver. videndum est ergo. l. si id quod, §. & per colonos. l. qui vniuersas §. quod per colonum, ff. de acquir. poss.* & quod detineat, non possideat, est tex. in *l.* 1. vbi glo. *C. commun. de vsucap.* vbi Doct. quod Dominus per colonum possidet ciuiliter, & naturaliter; quia colonus est instrumentum Domini. Bald. *consi.* 131. *Casus talis est, col.* 2. *vol* 1 Areti. *consil.* 63. *In præsenti consultatione, in princ.* Deci. *cons.* 302. *Et pro tenui, colum.* 5. *in fi.* Bartol. in *l. officium ff. de rei vend.* vbi glo. in *ver. non possident*, dicit, quod non possident, sed sunt in possessione; & differentia est; quia qui possidet, suo nomine possidet, qui in possessione est, nomine alieno, & sic custos est, *l.* 3. *§. fi. ff. de acq. poss.* Alex. *cons.* 121. *Visis, in princ. lib.* 5. † Amplia, vt proce-2 dat tam in conductore colono, quam in inquilino. Angel. de Perusio *d. consi.* 12. *col fi. l. communi diuidundo, §. neq; colonus, ff. communi diuid.* Alex. *cons.* 112. *Viso quodam, n.* 9. *ver. nam locator, lib.* 6. † Am-3 plia in tantum conductorem non possidere, vt non possit vnquã dici bonæ fidei possessor, vt lucretur fructus Aret. in *d. consi.* 63. *In præsenti consultatione, in princ.* † Amplia; quia conductor nũmis non potest accusare, donec fructus sunt in fundo non separati; secus postquam sunt separati; quia tunc efficitur Dominus, sicut vsufructuarius. Vide, *Colonus non suo, sed nomine Domini possidet. Concluſ.* 62. Vide, *Damnum accusans debet probare se dominum, &* 4 *quis accusare possit. Concluſ.* 12. Vide, *Cõductor habet solam personalem,* 5 *& quando habeat ius in re. Concluſ.* 605. Vide, *Conductor non agit ad consequutionem fructuum rei locatæ. Concluſ.* 611. † Amplia; quia conductor simplex domus non dicitur habere aliquod ius in domo vel re conducta, sed solum habet nudam detentionem, & custodiam. Bartol. in *l.* 1. *in princ col fi. in fi. ff. de acq. poss. ff.* Alexand. *cons.* 83. *Visa facti colum.* 3. *ver. si ergo, lib.* 2. Bartol. in *l.* 1. *§. quod autem, ff. de superfic.* Angel & alii in *l. si filio, § si ff. solut. matrim.* † Et huiusmodi 6 detentionem non dicitur habere pro se, vel nomine suo, sed nomine locatoris, penes quem est dominium, & omnis possessio ciuilis, & naturalis, & omne ius rei locatæ simpliciter, *l.* 1. & ibi Castr. & * Doct. *C. communia de vsucap.* iunctis iis, quæ Alexand. * *consil.* 200. *Viso & discusso, col. fi. lib.* 2. *per l certe, § si is ff. de precar. & l. si quis certe, ff. de acquir. possess & l. non solet. ff. locati.* Bald. Salycet. & alii in *l. si de fundo. C. locati.* † Amplia in tantum conductorem non 7 habere dominium, neq; possessionem, vt imo sequatur mirabile, quod emptor, cui per constitutum fuit tradita possessio, & dominium, si postea conducat rem emptam à venditore, puta per quinquennium, donec soluat pretium, quæ locatio valida est, ille desinit possidere, & habere dominium; quia constitutũ censetur suspensum conuentione partium durante locatione. Alex. pulchre *consil* 121. *Visis, in princ n.* 1 *& seq lib* 5. vbi apostilla in *ver. dominium.* dat concord. † Limita in conductore ad longum 8 tempus, vel in perpetuum; quia possidet naturaliter, & sibi, non domino. Alexand. *consil.* 1. *n.* 6. *lib.* 4. vbi plena apostilla in *ver. naturalis.* * Doct. in *l. si quis ante, ff. de acquir. possess l. non solum. in fi. ff. de* * *vsucap.* † Extende in emphyteusi; quia in ea transit vtile dominiũ, 9 & possessio, & in feudo, *l ne cui. C. locat.* vbi Doct. Roma. *consi.* 22. *Propositæ mihi consultationis, col penul.* † Declara nisi esset dictum, 10 quando inuestitura esset itulo meræ, puræ, & simplicis locationis ad modicum tempus; quia illa verba importarẽt locationẽ, & non transiret possessio, neq; dominium vtile, sed simplex detentio asinina. Imola *consil.* 68. *per totum.* maxime *n.* 7. *& seq.* † Ex- 11 tende in iis, qui habent intraturam; quia ius intraturæ vtili dominio comparatur. Soc. *consil.* 187. *Circa præsentem. col. fi. lib.* 2. Fulgos. *cons.* 240. *Pro euidentia, in princ.*

Conductor habet solam actionem personalem, & quando habeat ius in re, & quando primus præferatur secundo, vel non Concluſ. 605.

EX † contractu locationis ad modicum tempus, videlicet à 1 decẽ annis infra, competit conductori sola obligatio personalis, quæ non transit contra singularem successorem. Alexand. *consi.* 122. *Viso processu, in princ lib* 5. vbi dicit *communem. † Et id- * eo conductor etiam posterior, qui prius habuit possessionem 2 rei locatæ, præfertur; quia primus cõductor habet sõlam actionem personalem, quam non potest exercere contra singularem successorem. Alexand. *d. consil.* 122. *in princip lib.* 5. vbi *numer.* 2. allegat *l. quoties, C. de rei vendic.* Vide, *Vendens rem duobus, præfertur venditor, cui res est prius tradita, & quando secus. Concluſ.* 64. † Declara; 3 quia si ambo conductores possiderent, & non posset sciri, quis

primo

primo possessionem habuisset, ille, qui primo loco habuit locationem, præsumeretur primo possessionem habuisse. Alex. *cons. 92. Viso, & opportune, nu. 12. ver. quinimo. lib. 5.* & iterum *cons. 109. Viso processu. n. 6. eod. lib. 5.* & licet apostilla notet in dictis locis Alex. de contrarietate, decipitur; quia non sunt contraria, sed diuersa, quod qui habet primo possessionem, præferatur; sed si nõ constat, quis primo habuerit, presumatur pro primo conducto-
4 re. † Restringe in conductore ad longum tempus, & sic ad decennium; quia acquirit vtile dominium, & habet ius in re, & ideo non habet locum in eo *d. l. quoties, C. de rei vend.* Alex. *d. cons. 122.*
5 *in prin. lib. 5.* † Restringe in conductore habente rem conductam hypothecatam; quia dicitur habere ius in re, & potest illam retinere etiam aduersus emptorem. Alex. *d. cons. 122. Viso processu, in fi. ver. præterea prædicti Rurales, lib. 5.* vbi, quod vltimus conductor habens rem hypothecatam illam retinet aduersus primum cõductorem, etiam habentem priorem hypothecam, quando nõ egit hypothecaria pro interesse, & damnis; quia tunc bene ob-
6 tineret. † Declara; quia locator præcise tenetur ad obseruantiã locationis, ita vt vendendo rem locatam conductor nullo modo possit expelli, quando concurrit, vel hypotheca cum iuramento, vel locatio est ad longum tempus, & cum iuramento de conseruando conductore, vel obseruanda locatione; quia non potest expelli etiam soluto interesse, ita Negus *de pignor. in 2. par-*
7 *te, 1. membro, n. 5. & seq.* maxime *n. 9.* † Amplia; quia is, qui habuit locationem rei pro modico tempore, non habet remedium agendi ad fructus ex re locata perceptos per tertium; quia antequam eos perceperit, non fecit suos, ex quo non habet ius reale in bonis, neq; personalem actionem habet cum illo tertio, cum quo non habet aliquem contractum, vel obligationem. Alex.
☞ *cons. 184. In causa & lite, n. 6. ver. insuper non potest obtinere, lib. 6.* Vide, *Conductor an agat ad consequutionem fructuum rei locatæ. Concluſ. 611.*
8 † Extende; quia non habet aliquod interdictum possessorium, vt ipsos fructus rei locatæ petere possit Alex. *d. cons. 184. n. 6. lib. 6.*
9 † Restringe; quia bene conductor habet actionem furti contra eum qui subripuit fructus rei locatæ, *l. si apes, ff. de furt.* Alex. *d. cons.*
10 *184. n. 7. ver. & licet conductori, lib. 6.* † Declara restrictionem; quia non habet conductor actionem furti cõtra eum, qui habet dominium in parte in re locata, si fructus percepit; quia in eo cessat actio, & suspicio furti Alex *d. cons. 184. n. 7. lib. 6.* † Restringe,
11 nisi conductor haberet conductionem per instrumentum cum hypotheca bonorum; quia tunc potest ratione hypothecæ agere contra tertium, iuxta not. in *d. l. quoties, C. de rei vend.* vbi Iaſ.

Conductor ad quæ teneatur locatori, vel non. Concl. 606.

1 CONDVCTOR † tenetur de dolo, lata culpa, & de leui versus locatorem pro re conducta. *l. in iudicio. C. locati.* Vide, *Do-*
☞ 2 *lo, lata, leuis, & leuissima culpa, quando obligent. Concluſ. 577.* † Et est generale nedum in conductore, sed in omni iudicio bonæ fidei, quod quis tenetur de culpa, *l. si certo, § nunc videndum, ver sed vbi, ff. commod. l. in rebus, eod. tit. l. cũ venderet. § fin. cum l. seq ff. de pign actio.*
3 † Et procedit etiam in colono partiario, & quocunque conductore, *l. videamus, § si hoc, & l. si merces. §. conductor,* vbi Bart. & alij *ff. loc.* glo. in *l. ædem. per illum tex. C. eod.* Alex *cons. 129. Puto de iure, lib. 2.* late Bart. in *l. si seruum, in princ. & in l. fideiussor. in fin. ff. de verb. oblig.*
4 † Et conductor dicitur in dolo, vel saltem in culpa, si non vtitur ea diligentia, quam adhiberet in rebus propriis; ideo si non custodiuit massaritias, quę erant in domo conducta, tenetur, *l. quod*
5 *Nerua. ff. depoſ.* Corn. *cons. 243. Circa primum, nu. 13. lib. 3.* † Restringe, quia non tenetur de leuissima culpa, neque de casu fortuito, vt
6 *d. l. in iudicio. C. locati.* † Et ideo non tenetur de incendio casuato in domo conducta; quia incendium est casus fortuitus, *l. contra-*
7 *ctus, in fi. ff. de reg. iur.* not. in *l. incendium. C. si cert. pet.* † Item neque
☞ tenetur de casu fortuito. Vide, *Conductor non tenetur de casu fortui-*
8 *to. Concl. 607.* † Intellige tamen, nisi mora, vel culpa ad id ordinata præcesserit, vel conductor specialiter in se susceperit casum fortuitum. Salyc. in *d. l. in iudicio. C. locati.* Cagnol. post Dec. in *d.*
9 *l. contractus. n. 85. cum seq. ff. de reg. iur.* † Declara; quia licet plerunque incendia culpa inhabitantium fiant, *l. 3. §. 1. ff. de offic. præf. vigil.* tamen in dubio præsumitur ex culpa leuissima contigisse, nisi contrarium probetur, glo. in *§. præterea, Inſtit. quibus mod. re cõ-*
* *trah. oblig.* quæ est * communiter recepta, & ab ea in iudicando non est recedendum, vt per Iaſ *cons. 116. In causa mota, lib. 1.* & ideo conductor condemnari non potest, nisi probetur culpa certæ, & determinatæ personæ contigisse, vt ibi per eum. Gozad.
☞ *cons. 63.* Roland. à Valle *cons. 95. lib. 2.* Vide plenius in *ver. Incendiũ domus culpa inhabitantium præsumitur, & quando secus. Concluſ. 61.*

† Amplia; quia tenetur colonus, & conductor finita locatione 10
intimare domino, quod non intendit continuare, vel si absens est, tenetur notificare coniunctis, seu conuicinis, & amicis. Bald. in *l. 1. §. fi. ff. de eo, qui pro tut.* refert & sequitur Iaſ. in *l. si ex legati causa, nu. 14. ver. septimo signanter limita. ff. de verb. oblig.* & ideo præsumptio semper est contra conductorem, qui rem non restituit finita locatione, quod ille continuauerit, licet neget, maxime non facta denunciatione, vel quando etiam non disgumbrauit, *l. si*
vno, §. item quia, ff. locat. † Extende; quia procedit multo magis in 11
eo, qui consors partis conducebat aliam partem. Vide, *Locatio* ☞
renouata quando dicatur eadem, vel diuersa. Conc. 426. † Extende, vt 12
procedat nedũ in locatione ad certũ tempus, sed multo magis, si ad incertum tempus, *l. Iulianus, § qui vinum. ff. loc. l. si merces, § qui*
impleto. ff. eod. † Amplia; quia tenetur restituere rem locatam finita locatione, & qualiter compellatur, Vide, *Conductor non resti-* 13
tuens rem locatam qualiter compellatur. Concl. 619. † Amplia; quia te- ☞ 14
netur ad multa alia, de quibus in *ver. conductor, & in ver. locator.* per discursum. Vide, *Conductor qualiter teneatur ad onera pro re con-* ☞
ducta. Concl. 617. † Limita; quia conductor equi ad vecturam nõ 15
tenetur de interitu bestię, & de casu fortuito mortis, & vitio naturali. Bald *cons. 22. Vanuccius, lib. 3.* † Extende; quia locator dicẽs 16
culpa conductoris fuisse, debet probare. Soc *cons. 149. In causa Ambrosii. n. 2. lib. 1.* & culpam debet probare certam, & specificã. Bart. *cons. 193. Commune Lucignani, in 3. dubio.* Alex *in addit ad Bart. in l. si vt certo, §. nunc videndum. ff. comod. & cons. 100. & cons. 136. lib. 1.* Crau. *cons. 151. n. 1.* † Declara; quia, vt cõductor obtineat absolutionem, debet ipse ꝓbare identitatẽ equi mortui, vt sit idem 17
equus sibi accommodatus, vel locatus, per signa, & colorẽ, alias succumberet. Io. And. in *c. auditis de præscr.* Iaſ. in *l. 1. in fin. C. de bon. poſſ. secundũ tabul.* vbi dicit notandum ꝓ instructione Aduocatorũ iuuenũ. Alex. *cons. 118. In causa & lite, col. fin. & cons. 119. lib. 1. & cons. 20. col. pen. lib. 6. & cons. 217. col. 2. lib. 7.* Iaſ. in *l. eum qui, § in popularibus, n. 16. de iureiur.* Crau *cons. 112. n. 3.* Alex. de Neuo *cons. 78. n. 13.*
† Extende; quia si culpa aliqua adscribetur conductori, vt se 18
excuset, debet probare diligentiã in curare faciendo equum, & dolores seu morbum à peritis; qui tunc culpa caret, qui fecit ꝙ potuit, *l. vtique, §. culpa. ff. de rei vend. l. quemadmodum, §. si nauis. ff. ad l. Aquil.* Rom *cons. 395. Vt res clarior, col. 2.* Aymo. *cons. 233. col. pen. prope fi.* † Extende, quia sufficit probare casum mortis: quia præsumitur naturalis, & diuino iudicio prouenire, gl in *§. 1. ver. commutatio, Inſtit. de d. dimin.* q̃ ro singulari allegat Ang. in *l. interdum. ff. de ind.* & ob id mors appellatur casus fortuitus. Corn. *cons. 136. Quãuis in hoc, n. 2. lib. 1.* Cast. *cons. 136. Visis, & consideratis omnibus, n. 2. lib. 1.* & ideo casus fortuiti in nullo bonæ fidei iudicio præstantur, *l.* 19
quæ fortuitis. C. de pign. actio. † Extende, etiam si primus conductor 20
amico accommodasset ꝓ vna die, quia licet teneatur, quando culpa præcessit. Bart. in *d. l. si vt certo, § nunc videndum. ff commod.* tamen illud est verũ, quando culpa est ad casum ordinata, alias secus. Crau. *cons. 247. col si.* & quando culpa principaliter respicit illum casum, vel quando culpa fuit causa proxima ipsius casus; secus si remota. Crau. *d. cons. 247. ver. secundo respondeo, & ver. tertio*
respondeo. † Extende, quia conductor equi ꝓ certo loco, si fuit à 21
latronibus derobatus, & ablatus equus, non tenetur ad extimationem, *l. si quis fundũ. §. Imperator ff. locati* vbi, quod locator tenetur ad casus fortuitos, & facit tex in *l. si fundus §. si cum l. seq. ff. locati.* † Extende quia imo locator tenetur restituere vecturas anti- 22
cipatas ꝓ futuro tempore, *l. qui operas ff. locati*, ita alias fuit cõsultũ ꝓ Bonaccursum de Prato, vt est inter consilia Bart incip. *Titius, quod est.* † In tantum, ꝙ neq; conductor tenetur probare; ꝙ sine 23
sui culpa fuerit ablatus; quia locator allegãs culpã debet ꝓbare, ꝙ est verum, quando conductor ꝓ rectũ & consuetum iter profectus fuit, alias non, Fel. in *c. postulasti. de foro compet.* Doct *in proœ. Inſtit. ver. per rectos tramites*, vide supra in prima extensione. † Re- 24
stringe in conductore equi vsque ad Florentiam, qui iuit Romam; quia dato, quod potuerit facere sine incursu criminis furti, cum simus in equo solito locari. Bart in *l. item quæritur, § fin. in vlt. col ff. loc.* quia censetur tacite reconducere, & cogitasse dominum permissurum; attamen tolli non potest, quin fuerit in culpa, hoc credendo, iuxta tex. & ibi Alber. in *l. qui rem sibi ff. de furt.* & in contractu locationis quis tenetur de culpa *d. l. si vt certo, §. nunc videndum, ver. sed vbi. ff. commod.* propterea debet conductor condemnari ad illum restituendum, & eo non extante ad illius valorem soluendum; quia conductor tenetur finita locatione rem locatam restituere, & nõ restituens tenetur etiam ad interesse, & ad quanti fuerit iuratum in litem, *l. videamus, §. qui vinum, & l. si cui, §. qui seruum ff. locat.* ideo etiam tenetur ad vecturas. Vi- ☞
de. *Conductor non potest abuti re conducta. Concl. 623.*

Conductor non tenetur de casu fortuito, & quando. Concluſ 607.

1 CONDVCTOR † non tenetur de casu fortuito eueniente in re conducta, sed spectat ad locatorem; ideo conducēs domum extra mœnia Florentiæ, quæ tempore obsidionis de anno 1529. fuit destructa, tenetur locator restituere anticipatas pensiones receptas, quia periculum est locatoris, *l. si fundus. §. si cum l.*
2 *seq. ff. locati.* Bart. in *l. si vero. §. item cū quidam. ff. locati.* † Amplia; quia in tantum casus fortuitus excusat conductorem, vt si tenebatur facere reparationes, quas non fecit, si impetu fluminis res conducta fuit deuastata, & reparationes non potuissent impedire casum fortuitum, liberatur à mora, & negligentia reparandi, *l. si vt certo. §. interdū. ff. commod.* vbi Bart. & Doct. tradit Alex. *cons.* 74.
3 *n.* 7. *lib.* 6. † Extende; quia in tantum liberatur cōductor, vt neq; deinceps teneatur, nisi sit in dolo, vel lata culpa, quæ dolo æquiparetur, *l. si mora. ff. solut. matr. l. si decem,* & ibi Bart. *in fi.* & Castr.
4 *ff. de solutio.* † Amplia; quia conducens animal ad certū tempus, vel etiam si esset animal accommodatum, quod decedat post restitutionem factam domino, non tenetur vel commodatarius de interitu, sed incumbit onus domino probandi dolum, vel culpam, aut deteriorationem eius, qui accepit in accommodatum. arg. *l. ei qui dicit. ff. de probatio.* & in terminis Alex. *cons.* 187. *lib.*
☞ 7. Vide, *Morbosum animal qualiter probetur. Concl.* 385. † Et dominus
5 volēs obtinere debet probare, q̄ conductor, vel cōmodatarius animal male tractauerit fuste, vel baculo percutiendo in capite, vt per Feli. *in c. significasti de homicid. il secondo, col.* 4. *ver. & per istum tex. infero.* Bonac. *in tract. de equo, q.* 3. vel q̄ posuerit super eo valisiam, ita quod passum sit, & effectum deterius. Cagnol. *in l. contractus, n.* 64. *ff. de reg. iur.* Bonac. *d. tract. q.* 92. & 160. Bart. *in l. quod Nerua. ff. depos.* vbi ponit plura exempla. Bonac. *d. tract. q.* 127. & *qu.* 160. vbi loquitur, quando portauit in groppa equus, & fuit
☞ factus deterior. Vide, *Conductori quando, & quibus casibus fiat remissio. Concl.* 615. Vide, *Fortuitus casus ad quem spectet. Concl.* 426. *cum tribus ibi proxime sequentib. Concl.* Vide, *Locator quando teneatur facere remissionem mercedis. Concl.* 431.

Conductor non potest inferre quæstionem dominii rei conductæ, & quando secus. Concluſ 608.

1 CONDVCTOR † finita conductione non potest inferre quæstionem dominij locatori, etiam si in locatione fiat mentio de instrumento locatoris, quod nō reperiatur, sed tenetur rem cōductam restituere locatori. Bald. *cons.* 392. *Punctus talis est. lib.* 2.
2 *in prin. iuncto fine.* † Et quod non possit cōductor inferre quæstionem dominij, est tex. *in l. si quis conductionis. C. locati.* Ias. *cons.* 9. *vol.* 2. idē Ias. *cons.* 138. *eod. lib.* 2. Crauet. *cons.* 157. Curt Sen. *cons.* 70. Alex. *in l. si rem alienam. ff. solut. matrim. & in l. si rem aliquā. ff. de acquir. posses. & cons.* 12. *lib.* 4. Afflict. *decis.* 12. *& decis.* 238. Alex. *in l. quamuis, §. si conductor. ff. de acquir. poss. l. conductores, C. locati. l non ab re. C. vnde vi.*
3 Alex. *cons.* 8. *Attentis ijs, n.* 2. *lib.* 7. † Extende; quia non potest conductor dicere locatori, à quo cōduxit, q̄ nō sit dominus, imo si soluit pensionē per decem annos, probatur possessio, & dominium locatoris quo ad conductorem quia bona fides præsumi-
4 tur. Alex. *d. cons.* 8. *Attentis in princ. & per totum. lib.* 7. † Extende; quia prædicta non procedūt, etiamsi locator sit iniustissimus prædo; quia sibi non potest obiici, dolo petis, q̄ statim debes restituere; quia dicta regula non ꝓcedit in possessoriis recuperandæ; quia spoliatus ante omnia debet restitui, *l. si quis ad se fundū. C. ad l. Iul. de vi publi.* secundū Bart. *in d. l. si quis conductionis. in princ. C. locat.* vbi, q̄ istud est remedium possessorium recuperandæ; quia eo ipso, q̄ colonus negat locatori possessionem restituere, dicitur spoliare.
☞ Bald. *in l. 2. de seruit. & aqua.* Aret. *cons.* 21. Vide, *Dominij quæstionem*
5 *non possunt inferre multi. Concl.* 613. † Restringe; quia quod dicitur, conductorē nō posse inferre quæstionē dominij locatori, procedit in possessorio, secus est in petitorio, & rei vendicatione. Crauet. *cons.* 15. Nobilis Bertrandus, *n.* 4. *& seq.* vbi allegat alios cōsulentes, quos videas, & ita tenet etiā Soc. *cons.* 167. *n.* 22. *ver. circa*
* *quintā lib.* 2. qui dicit* cōmunem. † Restringe; quia bene sunt re-
6 seruanda iura eidem cōpetentia in petitorio. Afflict. *decis.* 12. &
7 *decis.* 14. *n.* 4. † Amplia conductorem non posse inferre quæstionē dominij; quia eo ipso, q̄ negat restituere rem conductam, vel soluere pensionem, spoliat, in spolio aūt non admittitur exceptio, sed ante omnia facienda est restitutio. Anch. *cons.* 205. *In quæstione vertente.* & ita etiā tenet Soc. *cons.* 167. *n.* 22. *lib.* 2. vbi dicit ꝓcedere, quādo agitur exequutiue ad restitutionē possessionis.
8 Plo. *in l. si quando, n.* 193. & 105. *C. vnde vi.* † Imo per solā contradictionem in iudicio colonus, & possidens nomine alieno dicitur spoliare. *d. l. non ab re.* vbi Bald. *C. vnde vi.* Alex. *cons.* 33. *n.* 3. *vol.* 6. & *cons.* 88. *n.* 31. *lib.* 5. vbi, quod ex sola contradictione in iudicio dicitur constare de turbatione. † Extende etiā in hæc de conducto- 9
ris. Anch. *cons.* 205. *nu. ver. præterea. & cons.* 172. *In causis, & quæstionibus, nu.* 2. † Et quod conductor finita locatione exiens de domo 10
conducta, & illam locans alteri dicatur dominū spoliare. Bart. *in l. peregre. §. quibus, & in l. quamuis. §.* 1. *ff. de acquir. poss.* Abb. *in c. olim, de restit. spol.* Afflict. *decis.* 331. *n.* 7. Soc. nepos *cons.* 146. *n.* 31. *lib.* 1. & *cons.* 35. *lib.* 3. † Extēde; quia finita locatione primi, si dominus lo- 11
cat alteri, & primus infert quæstionem secundo conductori, incidit in pœnā *l. ne cui. C. locati.* Alex. *cons.* 122. *Viso processu, n.* 8. *ver. nō obstat etiam. lib.* 5. vbi declarat non procedere, si inferat quæstionē secundo conductori durāte prima locatione; quia potest, cū sit primus, & possideat. † Extende in omni persona alieno nomi- 12
ne possidente, prout in procuratore, tutore, curatore, depositario, cōmodatario, vsuario, & quocunq; alieno nomine detinēte, gl. communiter * approbata *in d. l. si quis conductionis. C. locati.* se- *
quitur eum Imol. *cons.* 105. *col. fi. ver. item non obstat prædictis.* Rimin. *cons.* 94. *n.* 29. *lib.* 1. qui omnes alieno nomine dicuntur possidere, prout in ꝓcuratore est tex. *in l. quod meo, §.* 1. *ff. de acquir. poss. & in l.* 1. *§. per procuratorem, eod. tit.* & ideo possessionē domini peruertere non potest, *l. si quis rem. ff. de acquir. possess.* Nec causam pos- fidēdi mutare potest, *l. cum nemo, C. de acquir. poss.* & si denegat restituere, dicitur spoliare. *l. colonus. ff. de vi & vi armat.* Alex. *cons.* 33. *n.* 3. *lib.* 6. Curt. Sen. *cons.* 70. *in prin.* Rimin *cons.* 94. *n.* 29. † Amplia; 13
quia ne dum conductor non potest inferre quæstionē dominij domino, sed neq; præscribit vllo tempore rem conductā, Anch. *d. cons.* 172. *n.* 2. *& seq.* † Amplia in emphyteuta; quia si cecidit, po- 14
test expelli via executiua propria auctoritate, & coram iudice, & non potest inferre quæstionem dominij in iudicio exequutiuo. Soc. *cons.* 167. *n.* 22. *lib.* 2. & videtur etiam tenere Alex. *cons.* 12. *nu.* 4. *lib.* 4. † Extende; quia non admittitur exceptio dominij, neq; ex- 15
ceptio nullitatis, Ceph. *cons.* 48. *n.* 3 *lib.* 1. late Cagn. *in l. neq; pignus. ff. de reg. iur.* † Amplia, vt procedat, etiam si cōstat de conductio- 16
ne solum per vnum testem, & per confessionem extraiudicialē conductoris absente parte factā; quia istæ duæ probationes iunguntur ad plenam probationem. Bald. *in l. vnic. in prin. C. de conf. & in auth. rogati. C. de testib.* Alex. *cons.* 143. *lib.* 2. in terminis Afflict. *decis.* 12. *Viden.* † Et an sola solutio pensionis & afflictus probet lo- 17
cationem inter conductorē & locatorē, & arguat possessionem recipiētis, Soc. *cons.* 16. *vol.* 3. Dec. *in c. bonæ, de appellat.* Soc. *cons.* 89. *vol.* 1. *& cons.* 266. *col.* 6. *vol.* 2. † Amplia; quia neq; potest peruer- 18
tere possessionem domini, vt infra proxime. † Et quando possit, 19
vel non, & qualiter dicatur peruertisse, & per quos actus, Alex. *in l. quamuis, §. si conductor. ff. de acq. poss. & in l.* 3. *§. in amittenda. ff. eod.* Bald. *cons.* 325. *lib.* 1. *& cons.* 330. *eod. l.* Vide, *Colonus qualiter possessionē* ☞
domino dicatur interuertere, Concl. 463. † Amplia; quia cōductor fi- 20
nita locatione si infert domino quæstionem dominij sine causa, incurrit pœnā, *l. Nerua, & l. conductores. C. locati.* Flor. de S. Petro. *cons.* 1. *in prin.* † Amplia; quia colonus nō potest inferre quæstio- 21
nem dominij domino, à quo cōduxit, etiam si mutata sint confinia, vel propter bonificationes, vel propter antiquitatem; quia statur demōstrationi generali, etiam si colonus deceret de possessione sua; quia debet probare, & iustificare suam possessionē hoc casu. Flor. de S. Petro *d. cons.* 1. *n.* 18. *& seq. vsq; in fi. ver. postremo.*
† Limita; si dominus ageret via ordinaria, puta rei vendicatione 22
contra emphyteutam; quia posset inferre quæstionem dominij, ex quo ex instrumento non probatur dominium agentis, Soc. *cons.* 167. *nu.* 22. *ver. circa quintam, lib.* 2. vbi dicit clare procedere. Crau. *cons.* 157. *Nobilis Bertrandus, n.* 4. *& seq.* Alex. *cons.* 43. *Visis, n.* 8. *lib.* 4. vbi, quo ī nisi agat ex locato, potest cōductor inferre quæstionem dominij. † Et pro declaratione *d. l. si quis conductionis. C.* 23
locati. vide plene Feli *in c. inter dilectos col.* 11. *de fide si instrum.* Alex. *in l. si alienā ff. solut. matr. & cons.* 12. *col.* 2. *& 3. lib.* 4. Dec. *cōs.* 28. *& cōs.* 56. vbi late. † Extende; quia imo si dominus vellet fundare suā 24
intentionē ex locato super cōtractu impugnato, in quo fit mentio, & confessio locationis inter cōtrahentes, non posset. Alex. *d. cons.* 43. *n.* 8. *& seq. ver. præterea ad probandum, lib.* 4. † Limita, nisi 25
conductor vellet retinere rem locatam propter melioramenta vtilia & necessaria; quia posset, Bart *in d. l. si quis conductionis. C. locati, & in l. non ab re,* & ibi Odofred. *C. vnde vi.* per *l. colonus, & l. cum fundū. ff. de vi, & vi armat. l. pen. ff. locati.* Alex. *in l. si quis rem, in prin. ff. de acquir poss.* ideo debēt offerri expēsę, & melioramēta prædicta.
† Declara, vt procedat, quādo probasset se fecisse melioramēta 26
vtilia, & necessaria, vel q̄ facta fuissent ab illis, à quibus causam, vel concessionem habet. Flor. de S. Petro *d. cons.* 1. *in princ.* Vide, ☞
Meliorameuta dant retentionē rei, & quando. Conclusio. 182. † Limita; 27
quia conductor, qui emit rem locatam à Fisco, qui Fiscus durāte locatione contra locatorem obtinuit sententiā super re locata,

pote-

poterit contra dominũ inferre quæstionem ex iure empt. à Fi-
28 sco.Ias.cons.158.vol.2.† Limita;quia nõ potest Ecclesia expellere
emphyteutã antiquum soluentem modicã pensionem præte-
xtu læsionis, postquam meliorauit bona emphyteutica;quia est
cõtra tex.in l. .C.de locatio.prædio.ciuil.lib.11.vbi Bart.plene Castr.
29 cons.142.Videtur dicendum,col.2.in prin.& cons.386.lib.2.† Declarat
tamen Castr.d.cons.142.n.2.lib.2.quod limitatio procedit,quãdo
non probatur, quod læsio fuerit tẽpore locationis,sed nunc;se-
30 cus, si tunc alius plus obtulisset, vel plus valeret.† Limita; quia
conductor,seu colonus,qui per 40.annos,&multa retinuit bo-
na, non potest expelli soluendo debitum affictum; quia tanto
tempore videtur acquisiuisse ius coloniæ perpetuæ, maxime,
quando solutio fuit vniformis, iuxta not. per gl.in l.male agitur.
C.de præscrip.30.anno.&ibi Bald.in col.2.& in l.omnes.C.eod.tit.Alex.
* in l.item quæritur, §.qui impleto,in apostil ad Bart.ff locati.& hãc ma-
gis * cõmunem,& seruari in practica dicunt Bart.in l.competit,C.
de præsc.30 anno.vbi Bald.& Salyc. Curt cons.47.Crauet cons.107.
31 & est tex.in l.fi.C.de fund.patr.lib.11.† Contrarium ꝙ non sit vera
conclusio.Crauet.de antiq.temp.in 4.parte, §.materia ista n.100.&
32 seq.vbi per 20.fundamenta reprobat.† Declara;quia non ꝓ-
cedit limitatio de iure canonico;quia talis præscriptio est nutri-
tiua peccati,ideo non est admittẽda cum mala fide.Soc cons 98.
circa fi.lib.4.Corn cons.16 col.2.lib.2.Balb.in tract.de præscr.in 3.par-
33 te sextæ partis princ.† Declara; quia procedit limitatio, quando
non constabat de locatione temporali, secus si constaret; quia
posset expelli finita locatione.Castr.cons.152.Videtur dicendum,in
prin.ver.nec etiã obstat,lib.2.vbi,ꝙ ita debet intelligi tex.in d.l.fin C.
34 de fund.patrimon.lib.11.† Restringe limitationem,quando per ci-
tationem,vel alias conductor fuisset interpellatus,&interrupta
præscriptio.l.cum notissimi.&ibi Bart Bald.& alij, C.de præscr.30.
35 vel 40.annor.† Restringe;quia non habet locum,vbi locatio fuit
tacite renouata; quia dicitur interrupta præscriptio. Ias.in l.qui
bis idẽ,n.12.ff.de verb.oblig.Crau.de antiq.temp in 4.part.n.104.&105.
☞ Vide,*Locare quando teneatur dominus antiquo conductori,vel nõ Concl.*
36 422.† Pœna aũt inquilini, vel conductoris interuertentis pos-
sessionem domini est; quia non solum restituit rem locatam cũ
omni emolumento fructuum perceptorum,& qui verisimiliter
percipi potuerunt, sed etiam amittit tantundem, videlicet æsti-
mationem rei,ad similitudinem inuasoris, l conductores. C.locati.
ita Bald.in l.fi.C.commun.de vsucap.& non auditur allegans domi-
nium,vel præscriptionem.Alex.cons.78 lib 3.Dec.cons.57 col fin/
37 & videtur tex.in d.l.si quis conductionis C locati.† Limita;quia licet
conductor finita locatione non possit inferre quæstionem do-
minij locatori;tamen secus est in eo, qui est singularis successor
conductoris,maxime ex causa onerosa,ita Alex cons.76 In causa,
38 & lite,n.7.ver.& licet Polant.lib.7.†Extende,maxime quando sin-
gularis successor non recognouit,neq; vnquam soluit domino;
quia etiam si adsit confessio impugnata à domino, non potest
dominus fundare se super impugnata cõfessione singularis suc-
cessoris.Alex.d.cons.76.nu.8.ver.nec apparet,lib.7.

Conductor an teneatur soluere in principio,vel in fine anni.Conclus. 609.

1 CONDVCTOR † domus pro certo affictu,si non est conuen-
tum,quo tempore debeat soluere, & non viget consuetu-
* do contraria, tenetur in fine termini soluere, l.ædem. vbi gl &
Doct.* C.locati.Ias.in l.2.n.4.C.de iure emph.† Contrarium, quod
2 si agatur de alimentis,debet solutio fieri in principio anni Bart.
cons.216.Adolandus,n.5.ver.super 2.lib.1.vbi, ꝙ contraria loquun-
☞ tur in alio casu.Vide, & declara *in ver. Soluere obligatus singulo an-
no,quo tempore soluere teneatur. Concl.*335.Vide, *Pensiones, & affictus
an soluantur anticipate,an in fine anni.Concl.*273.

Conductor quos fructus faciat suos, vel non. Conclus. 610.

1 CONDVCTOR † nummis facit fructus suos.sicut vsufructua-
rius, quando durante locatione sunt separati à solo,vel ad
instar separationis habentur, prout in conductore vallium ad
piscandum; quia cum pisces sunt capti, licet in viuario conser-
uentur,sunt separati à solo;& sunt conductoris. Ang. Aret cons.
☞ 23.In hac causa,per totum.Vide, *Vsufructuarius quos fructus faciat suos,
vel non.Concl.*313.

Conductor non agit ad consecutionem fructuum rei locatæ multis casibus.Conclus.611.

1 CONDVCTOR † non potest conducere fructus rei locatæ
perceptos à tertio possessore. Bald. cons.66.Proponitur,quod
2 domina,lib.2.† Amplia; quia neq; ab emptore fundi potest con-
ducere;quia cum fructus pendentes sint pars fundi, veniunt in
venditione, secus si sunt separati à solo. Roma.cons.309.Videtur
prima fronte,per totum, vbi apostilla dat concord.† Declara; quia 3
prædicta procedunt in conductore ad modicum tempus; secus
si ad longum tempus conduxisset. Alex.cons.184.In causa,& lite,
n.6.ver.insuper non potest obtinere.lib.6.Vide plenius *in ver.Conductor
habet solam personalem.Conc.*605.Vide plenius *in ver.Conductor ha-* ☞
*bet solam personalem.Concl.*605.Vide, *Colonus non suo,sed domini no-
mine possidet. Conc.*462.

Conductor ad quantam ratam pensionis teneatur. Conclus 612.

CONDVCTOR † tenetur ad ratam pensionis rei locatæ habi- 1
to respectu, & ad quantitatem rei locatæ, & ad tempus,
quando totam rem conductam simul habitantis, & inferentis
controuersiam non potuit habitare, vel colere.Bald.cons.364.
Dominus Dux,ver.secundo quæritur,lib.1.& cons.366.Quæstio est,circa
med.ver.quandoque impeditur,lib.1.† Amplia, vt idem sit,quando 2
stetit per locatorem, vel auctorem suum, videlicet quia habens
causam à locatore, vel auctore impediuit; quia tunc nõ tenetur
pro tempore, quo fuit impeditus. Bald. cons.366.Quæstio est,cum
inquilinus,in prin.lib.1.† Amplia,vt procedat etiam, quando non 3
vius est re locata; quia non fuit tradita; nam tunc nullo modo
tenetur pro tempore,pro quo non fuit tradita. Bald.d.cons.366.
in fi.ver.quandoque impeditur,lib.1.† Amplia; quia inquilinus plu- 4
rium annorum si recedit ante finitum tempus locationis; quia
fuerit impeditus à locatore, vel à tertio, qui nõ permittebat eũ
possidere,tunc non tenetur,nisi pro rata,q̃ possedit.Bald.d.cons.
366.lib.1.† Limita; quia cõductor tenetur ad integram pensio- 5
nem, quando habuit commoda habitationis; quia tenetur ad
interesse, etiam si opponat de non habitatione, vel quod non
habuit rem locatam;quia si habuit cõmoditatem,tenetur ꝓ ea.
Bald.d.cons.366.circa fi.ver.& in hoc contractu,lib.1.est tex.in l.si in
lege.§.si domus,& in l.habitatores,in fi.ff.locat.† Limita; quia cõdu- 6
ctor expulsus propter abusum rei, vel deterioratione rei locatæ
in medio anno tenetur ad totam pensionem illius anni,licet nõ
habitauerit,nisi modicam partem, & hoc in odiũ conductoris,
Bald.in l.ædem.C locat.in fi.† Limita;quia conductor à mense Se- 7
ptembris per duos annos, vsq; ad mensem Martij quos fructus
consequatur,vide plene Bart. quæst 2.post consilia,lib.2.Quidam cõ-
duxit,per totam, vbi in prin. si conductor collegit fructus in pri-
mo anno,in secundo anno seminauit;quia locatio nõ durat,ni-
si vsque ad Kalendas Martij,non videtur,ꝙ possit colligere fru-
ctus maturãdos post Kalend Martij; quia finita est locatio, per
octo fundamenta hoc probat.† Contrariũ arguit Bart.d.quæst.2. 8
post cons.Bart.lib.2.ver.& contra.vbi, ꝙ cõductor debet habere o-
mnes fructus satos,etiã ꝙ maturarent post Kalend Martij; quia
attenditur initium,& per multa alia argumenta,quæ ibi ponit.
† Tertio loco arguit pro vtraq; parte, videlicet locatore,& cõ- 9
ductore pro rata temporis, d.quæst.2.col.3.ver.factis allegationibus.
† Declarat tandem; quia si cõstat de voluntate illa, primo loco 10
attendi debet.Bart.d.quæst.2.col.3.ver.ex quibus omnibus,vbi ponit
seq.declarationes.†Secundo si non cõstat de volũtate,attendi- 11
tur consuetudo.Bart.vbi supra.† Tertio,si neutrũ cõstat,atten- 12
ditur, ꝙ verisimilius est, habito respectu ad quantitatẽ pensio-
nis statutæ.Bart.vbi supra,vbi,ꝙ si pensio correspondet ad duos
annos integros, habebit fructus duorũ annorum, alias pro rata
tantum,vbi ponit multas considerationes,maxime quãdo plu-
res fructus in anno percipi solent ante Kalendas, & post; quia
verba sunt attendenda.† Quarto,si non potest etiã de verisimi- 13
li mente apparere; tunc conductor retinet bona pro expensis,
donec reficiantur expensæ,quia nullus casus impedit deductio-
nem expensarum factarũ ꝓ fructibus colligendis.Bart.d.quæst.2.
in fin.† Et quid si non est conuentum, ad quantam pensionẽ te- 14
neatur conductor, quod possessor non tenetur ad pensionem
non conuentã apothecæ, ꝑ eum longo tempore detentæ, nisi
probetur per dominum, ꝙ tanti res locata fuisset, & nisi etiam
probet,quod tanti ipse conductor conduxisset; imo probatio,
quod tanti locata fuisset, & tanti conducta fuisset, non releua-
ret,nisi dicatur verbum,communiter tanti, &c.Alex.cons.181.In
causa & lite,in princ.lib.2.Vide *Concl.proximam seq.n 6.* ☞

Conductor quando non teneatur ad aliquam pensionem Conclus.613.

HABITANS † domum alienam, puta consanguinei; vel ami- 1
ci maxima amicitia nulla pensione cõuenta,nõ tenetur ali-
quid soluere,quãdo dominus nõ erat solitus locare, neq; inqui-
linus cõducere. Io.And in addit.ad Spec tit.locat.§.postquã 8. ex.
cõs.116.Viso ꝓcessu, lib.4.†Declara,vt p Ias.in l.in summa,§.in frumẽ- 2
to.ff.

3 to ff de cond indeb.vbi distinguit tres casus.† Et maxime procedit,
quãdo talis habitator fuit successor alterius,qui habitauit nulla
soluta mercede; quia propter bonam fidem videtur fecisse fru-
ctus,& pensiones suas,vt post Bart. & alios declarat Ias. *in d l.in*
*summa,§.in frumento,n.2.ff.de cond.indeb.*gl.Bart. & alij *in l.ex diuer-*
so.ff.de rei vendic. & bona fides in dubio præsumitur, nisi contra-
* rium probetur,gl.*in c.sanctorum, & in c.si diligenti*, vbi * omnes,*de*
4 *præscr.*Curt.Iun.*cons.28.n.4.*† Amplia; quia is,qui habitauit do-
mum meam nulla conuenta pensione,non tenetur,nisi ad pen-
sionem, quam habitans conducturus fuisset, nec sufficeret do-
mino probare, quod tantũ locasset alteri. Bar.*in d. l.in summa,§.*
*pen ff.de cond.indeb.*per illum text.Alex.*cons.18.in princ.lib.2.& cons.*
108.Viso themate, in fi.n.9.lib.1.& cons. 181.In causa & lite.in princ.
5 *lib.2.*Dec.*cons.62.In causa,quæ agitur.col.3.in princ.* † Contrarium,
quod imo teneatur ad illam pensionem, pro qua domus inha-
bitata locata fuisset alteri.Aret.*cons.125.col.2.circa med.*vbi,quod
debet probari,quod tempore locationis,vel paulo ante pro tã-
to pretio potuisset locari,gl.*in l.si pecunia,in ver.reperitur, & in ver.*
si pecuniam, ff.de cond.causa data. latissime Alex. *cons.44.lib.3.*vbi
* plura congerit,& est magis * communis opinio,vt supra.† De-
6 clara;quia is, qui habitauit domũ meam ex conductione nuda,
vel nulla cõuentione facta super mercede, si bona fide intrauit,
& retinuit,tenetur,ad quanti conducturus fuisset arbitrio boni
viri,*d.l.in summa,§.sic in habitatione data.ff.de cond.indeb.* & ibi Bart.
& *in §.& sic.*sequitur Ias.*d.l.in summa, §.in frumento.*si vero fuisset
malæ fidei,tenetur ad pensionem quanti plurimi, *l.domum.C.de*
☞ *rei vend.*supra *concl.præced.in fi.* Vide, *Locati, & conducti actio quando*
*competat. Conclus.*424.Vide,*Salarium quando, & quibus debeatur,vel*
7 *non.Conclus.7.*† Amplia;quia si filius habitauit cum matre in do-
mo matris,censetur habitasse iure familiaritatis.Bart.*in l.qui iure*
familiaritatis,ff. de acquir.poss.& qui habitat iure familiaritatis,ex-
cusatur à pensione.Bald.*in l.contractus, C.locati.* & quia habitatio
venit appellatione alimentorum, *l.legatis,ff de alim.& cibar.legat.*
Alex.*cons.72.Viso processu, ad fi.lib.5.* & in matre versus filiũ cense-
tur facta donatio, *l.Nesennius.ff de neg gest.*vbi gl Bald.Bar.& om-
* nes, * quia materno amore præstita censentur.Alex.*cons.110.Vi-*
detur prima,lib.7.& maxime; quia potuit filius plus prodesse ma-
tri habitando q̃ importet habitatio. Alex.*cons.108.Viso themate,*
8 *lib.1.n.9.* † Amplia; quia si vnus ex pluribus fratribus conduxit
domũ nomine suo,licet tenuerit secũ alios fratres,ipsi non pos-
sunt condemnari ad soluẽdam pensionẽ; quia non iure condu-
ctionis,sed familiaritatis inhabitarunt. Alex *cons.162.col.1.ad fi.*
☞ *lib.7.*Vide, *Communio excusat,& multa operatur.Concl.533.*† Et mu-
9 tuum factũ in locatione non dicitur vsurarium, neq; efficit lo-
10 cationem illicitam.Abb.*cons.15.lib.1.*† Amplia;quia conductor,
qui ex vi maiori gaudere non potuit re locata, pro tempore,pro
quo non potuit vti,& frui,licet non possit recedere à locatione,
bene eximitur; quia non tenetur soluere aliquã pensionem, &
si eam soluit,debet sibi restitui,ita tamẽ, quod si vbertas anno-
rum sequentium esset tanta, quæ compensaret annos, quibus
nihil fuit perceptũ; tunc teneatur soluere totã pensionẽ, plene
Roma.*cons.432.Quo ad primum,*vbi apostilla *in ver.quod sic,*dat cõ-
11 cord. † Amplia; quia conductor, cui locator non præstitit pa-
tientiam in re locata, vel parte rei locatæ, non tenetur soluere
pensionem; imo potest rem locatã loco pignoris retinere,quã-
do locator alteri locauit,&nõ præstitit patientiã.Alex.*cons.196.*
*Visis,in princ.lib.7.*vbi apostil in *ver.retinere,*qui loquuntur,quan-
do erat iurata locatio;quia per nõ obseruantiã cadit non obser-
12 uans à contractu † Declara;quia procedit ampliatio, quando
conductor non fuit ipse morosus in solutione pensionis, sed si
fuit prius morosus, non potest prætendere locatorem cecidisse
propter non obseruantiam, cum ipse prius inciderit in pœnam
*l.si quis maior,C.de transact.*ita Alex. *cons.196.in princ.lib.7.*

Conductor quando pensionem augere debeat pro re conducta Concl.614.

1 CONDVCTOR † sicut debet obtinere remissionem merce-
dis rei locatæ propter sterilitatem; ita debet augere ipsam
2 pensionem secuta vbertate. † Declara, vt procedat,quod dici-
tur de augmento, vel diminutione pensionis, quando vbertas,
vel sterilitas, aut alluuio est patens; secus si est latens; quia non
consideratur,nam primo casu alluuio patens augetur domino, &
locatori,latens vero conductori, *l.si fundus ff locati.* Calder.*cons.*
3 *283.circa med.ver.confirmãtur prædicta,* alias *5.de locat.*† Limita;quia
pensio non augetur, quando vbertas prouenit ex industria cõ-
ductoris.Io Andr *in c.propter sterilitatem.locati* Calder.*d.cons.283.*
*circa med.ver.confirmantur prædicta,*alias *5.eod tit.*

Conductori quando, & quibus casibus fiat remissio. Conclus. 615.

CONDVCTORI † tenetur locator facere remissionem mer- 1
cedis in casu,& tempore belli, & pestis,etiam si non sit di-
ctum; quia vbicunq; casu fortuito sine culpa conductoris ipse
conductor non potest percipere fructus, nõ tenetur stare loca-
tioni.Calder.*cons.283.* alias *5.de locato, & cons.282.*alias *4.eod.tit.*
circa fi.ver.item de iure. quia bellum superueniens inducit remis-
sionem Bald.*in tit.de pace Constantiæ,*in gl. super *verb.non amittant.*
Bart.*in l.ex conducto,§.si vis,& in l.si vno,§.2.& in l.si merces,§.vis ma-*
*ior ff.locati.*est tex.*in l.item quæritur,§.exercitu veniente,ff.eod.tit.*Soc.
*cons.88.col.2.vol.1.& cons.156.col.3.lib.2.*Dec *cons.312.& cons.697.*
*n.11.*Paris.*cons.38.vol.1.*Aret *cons.40.*Bald *in l.si in lege.C.de vsur.col.*
pen.† Extende, vt multo magis,quando fuit expresse prouisum, 2
quod fieret remissio propter bellum; quia tunc ex omni causa,
quæ proueniat ex bello,debet fieri remissio;quia causa causans
est causa causati. Cald.*d.cons.* 282. alias 4.*de locato.*Bald.*cons.329.*
Casus talis est,per totum.lib.1.† Extende, nedum propter bellum, 3
sed etiam propter timorem belli, quando homines nõ accede-
rent tuti ad arandum cum animalibus, Anchar *cons.88. Præmissa.*
† Contrarium, quod imo conductor pedagij, vel gabellæ non 4
possit petere restaurum, si gentes non transiuerunt propter ti-
morem.Bald. *in l.licet in 3.quæst.C.locat.*† Declara; quia contrariũ 5
potest procedere,quando non erat conuentum. Alex.*cons.151.*
In causa Bartholini,n.5.ver.nec oportet,lib.6. sed imo apostilla,ibi in
ver.mercedis, tenet absolute, quod teneatur ad restaurum, *lib.6.*
† Declarat Alex. alio modo, vt omnino teneatur, quando fue- 6
runt facta bannimenta pro peste; quia tunc mercatores nullo
modo ob timorem volũt transire,*in d.cons.151.n.5.lib.6.*† Amplia; 7
quia conductori fieri debet remissio in omni casu fortuito,per
quem re locata frui nõ potuit,& dicitur casus fortuitus,cui à di-
ligentissimo prouideri non potest,prout est vis hostium, incur-
sus prædonũ, incendiũ, tempestas,& inundatio.Calder.*d.cons.*
283.alias 5.*de locato, in princ.* † Extende;quia cõductori fit remis- 8
sio, vbicunque euenit damnũ enorme etiã sine culpa locatoris,
dummodo sine dolo,culpa, & negligẽtia conductoris eueniat.
Bald.*cons.239.n.1.in fi.ver. damnum aũt contingens, lib.1.*† Extende; 9
quia conductori gabellarũ Pistorij faciẽda est remissio, si tem-
pore conductionis Papa morabatur Pistorij, & recessit præter
opinionẽ communẽ; quia recessus Papæ inducit causam restau-
ri,etiam si sit conuentum q nullũ fiat restaurũ; quia intelligitur
rebus sic stantibus Anchar.late *cons.402.Plurib.rationibus,per totũ.*
† Amplia, vt procedat, vbicunq; præter consuetudinẽ rei locatæ 10
aliquid accidit, ex quo casu cõductor damnũ sine sua culpa pa-
titur,nõ tenetur stare locationi,& sic debet fieri remissio Cald.
*d.cons.283.*alias 5.*de locat.ver.3.probatur.* † Ratio est;quia ad instar 11
venditoris tenetur tradere,& manu tenere possessionem rei lo-
catæ liberã,& vacuã,ita vt possit cõductor vti & frui,alias fit re-
missio Cal *d.cons.283.circa fi.ver.præterea sicut venditor,*alias *5.de lo-*
cato.† Amplia,vt remissio fieri debeat cõductori, nedum in eo, 12
q patitur;quia nullo modo potest exigere, sed etiam si per tem-
pus non potest exigere propter bellum, vel casum permissum,
neq; ab eodẽ conductore exigere potest locator.Cald.*cons.282.*
*circa fi.ver.item de iure,*alias 4.*de locato.*† Amplia; quia tenetur re- 13
mittere ratam pensionis bonorũ euictorũ, quãdo nõ receditur
à locatione,prout si nõ potest prohibere euictionẽ.Alex.*cons.127.*
Viso instrumento locationis,col.pen.lib.5.† Declara;quia vbicumq; fit 14
remissio ratione peremptæ rei, nõ habetur vlla ratio,an damnũ
sit intolerabile, vel nõ;quia pro qualibet minima parte fit remis-
sio.Corn *cons.128.col.pen.lib.2.*sequitur Natta *cons.449.n.2.*Paris.
cons.38.nu.16 lib.1.† Amplia; quia propter hostiũ incursus fit cõ- 15
ductori remissio *l.ex cõducto, §.1.ff.locati.*& remissio fit pro quãtita-
te fructuũ,q percipi nõ potuerũt isto casu. Vide Guid.Pap.*decis.*
630.Dec.*cons.312.Licet hactenus.*† Extende;quia excusatur cõdu- 16
ctor, nedũ ob bellũ,sed etiã ob iustũ timorẽ belli, si nõ semina-
uit,& nõ coluit; quia nõ tenetur soluere affictus, Pet.de Anch.
cõs.88 Præmissa,n.3.& 4.† Restringe, nisi tẽpore cõductionis in- 17
staret bellũ,& incursus hostiũ,quia tũc nõ fit remissio.Dec.*cons.*
312.Quia ex quo potuit præuidere,ipsi est imputandũ,vt infra,
n.31.32.† Idẽ est,quãdo cõductor sciuit instare guerrã,& bellũ; 18
quia nõ datur remissio mercedis neq; restitutio in integrũ.Bald.
*cõs.329 in fi.lib.1.*sequitur Alex.*in l.interdũ,§.quod ex naufragio,in fi.*
ff de acqu poss.† Restringe,vt idẽ sit in tacita cõductione facta tẽ- 19
pore belli,vel pestis quia idẽ est, q in expressa cõditione in bo-
nis rusticanis,secundũ *l.itẽ quæritur,§.qui impleto, ff locat.*ita Bald.
in l.si ea lege C.de vsur gl.*in l.si habitatore,§.iterũ ff locati.* Afflic.*decis.*
365.ante med.† Extende idẽ ob inundationes, vel ob sterilitatẽ; 20
quia

quia fit remissio, & qualis debeat esse sterilitas, plene Alex. *cons.* 3. *lib.* 1. Aret. *cons.* 52. *Visa consultatione*, vbi notabiliter declarat
21 † Amplia; quia vbicunq; cõductor nõ potuit vti & frui parte rei locatæ facto alterius q̃ locatoris tenetur locator diminuere pẽsionem ꝓ rata *l. si fundus*, vbi Bart. & Castr. *ff. locat.* Rom. *cons.* 178.
22 Soc. *cons.* 88. *lib.* 1. † Si vero non potuit vti re locata vel illius parte facto locatoris, potest petere damnũ & interesse. *l. ex conducto, in prin. ff. loc.* in quo iudicio venit etiã interesse particulare cõductoris. Bar. *in l. item si vno, § item, cũ quidã eo. tit. ver. hoc præmisso, in fine primi casus*, per *l. si vnus, & l. & hæc distinctio ff. locati.* Florianus *in l. Proculus, § fi. ff. de vsu fr.* Cotta *in memor. ver. conductor, ver. adde, quod.* Carocius *tract. de locat. part. 3. c. 46. tit. de remissio. merced. nu.* 10. vbi
* * de cõmuni. Vide, *Locator tenetur facere remissionẽ mercedis multis casibus. Concluſ.* 431. † Amplia; quia cõductori prati fit remissio
23 propter inundationes aquarũ tempore fœni; quia si fuit cænosum, ꝓ bestiæ non possunt comedere, hoc probato fit remissio; quia casus fortuitus ad locatorẽ spectat, *l. si merces, §. vis maior. ff. loc.* Bart. *in l. cotem ferro, maximos. ff. de publ. & vectigal. & in fin sua disputat. Publicanus quidã, & in l. si vno, § cũ quidã ff. locati.* & Calean. *cons.*
24 24. *Capio primũ dubiũ.* † Amplia; quia inquilino fit remissio pensionis ob pestẽ superuenientẽ, *l. habitatores. ff. loc.* Alex. *in l. si vno, §. item cũ quidã. ff. loc. idem* Alex. *cons.* 30. *lib.* 5. *& cons.* 112. *lib.* 1. *& cons.* 106. *lib.* 2. *& cons.* 108. *lib.* 3. & in apostil. ad Bart. *in l. inquilino. ff. de damno infecto.* Abb. *in c. propter sterilitatẽ. locat.* Calder. *in cons.* 5. *tit. lo-*
25 *cati.* Bertach. *tract. de Gabel. in* 2. *part. q.* 24. † Restringe, nisi conduc-
26 tor aliter se obligasset, & voluisset teneri. Affli. *decis.* 258. † Amplia; quia inquilino fit remissio, si ob inundationẽ fluminis Arni mansiones inferiores tẽpore æstiuo nõ possunt habitari; quia casus fortuitus, cui resisti nõ potest, nocet locatori, *l. ex conducto, §. si vis tempestatis, & l. si merces. §. vis maior ff. loc.* & habetur *in l. licet, & in l. excepto, C. eod.* & est tex. apertus *in l. habitatores. ff. locat.* Bart. &
* * Doct. *in l. si vno, § item cũ quidã. ff. eod.* Vide tamen; quia si damnũ
27 inundationis nõ excedit medietatẽ, non est cõsiderabile. Paris.
28 *cons.* 38. *Conductor iste, vol.* 1. maxime *n.* 22. † Extende, vt etiã si pensionẽ illam repetat tamq̃ indebitã pro tempore, quo nõ potuit vti & frui re conducta, *l. si quis fundum*, § *Imperator. ff. loc.* vbi Bart.
* & * Doct. Vide, *Conductori qualiter sit facienda remissio. Concluſ. pro-*
xima seq. Vide plenius *in ver. locator quando teneatur facere remissionẽ*
29 *mercedis. Concluſ.* 431. † Limita, quando suscepit conductor in se casum fortuitũ, Vide *Fortuitus casus quando non noceat suscipienti, vel econtra. Concluſ.* 418. † Restringe; quia non cõprehendit casum
30 insolitum. Ripa *tract. de peste parte* 2. *de priuil. contr. causam pestis nu.*
31 97. † Limita; quia remissio tẽpore belli non fit, quando tempore locationis bellũ vigebat; quia imputandũ est conductori, qui sciebat conditionẽ, & statũ rei. Bald *cons.* 329 *Casus talis est, nu.* 4.
ver. hic quæritur de qu. lib. Alex *cons.* 112. *circa fi. lib.* 1. † Et quando
32 damnũ euenire solet, & potest præuideri, non fit remissio. Ripa *in tract. de peste, parte* 2 *de priuil. contra, n* 36. Caroc *tract. loca. parte* 3. *tit. de remissio. n.* 6. qui alios allegant, sunt tex. *in l. ex conducto, § si vis tempestatis, in fi.* ibi, *si nihil extra cõsuetudinẽ acciderit, damnũ colonus est, & in l. si quis domũ, § idem quæsitum*, ibi, *quia hoc euenire posse prospicere*
33 *debuit. ff. loc.* Affli. *dec.* 365. *n.* 8. † Limita; quia non fit remissio conductori propter casum, bellum, vel pestem, quando pensio soluitur non ex fructibus, nec cõmensurata ad fructus, Calder.
d. cons. 283. *in fi. ver item quæstio*, alias 5 *de locato.* Alex. *d. cons.* 112 *per totũ.* Vide, *Emphyteuta quando fiat remissio, vel nõ. Concluſ.* 204. † Li-
34 mita; quia non fit remissio emptori, qui non soluit integrũ pretium, sed partẽ, & venditor reseruato sibi dominio pro ea rata, ꝓ qua non est solutum pretiũ, locauit emptori, qui non potuit vti re locata propter bellum, *l. sicut, § interdũ ff. locati.* vbi gl. Bart. & Castr. Alex *cons.* 121. *Visis, & ponderatis in princ lib.* 5. Dec *cons* 312. *Licet hactenus. col.* 2 *circa med.* † Limita, quando vbertas præcedẽ-
35 tium, vel sequentium annorũ potest compensari cũ sterilitate. Roland à Valle *cons* 86. *n* 6. *ver.* 2. *dicitur, lib.* 3. *cũ seq.* vbi citat plurimos, vbi etiã in ecclesiasticis ꝓcedit. Roma. *cons.* 432. *Quoad primum, n.* 2. † Limita; quia remissio non fit conductori in emphy-
36 teusim, nisi res in totũ pereat, Alex *d cons.* 112. *lib.* 1. *in princ* † Li-
37 mita, quando facta est denuntiatio sterilitatis domino, & ipse obtulit se paratum recipere fructus suo periculo, & remittere pensionem. Paris. *cons* 38 *lib.* 1. Rol. à Valle *d. cons* 86. *n* 9. *ver.* 4.
38 *hoc cõprobatur, lib.* 3. † Limita; quia non fit remissio conductori etiam in casu remissionis, quando renunciauit omni legum auxilio, quo se tueri posset à præstatione, vel solutione affictus. † Et
39 dicitur in culpa, si potuit prouidere, & non prouidit, Boss. *de remiss. merced n* 79. *& seq* † Limita; quia conductori non fit remis-
40 sio etiã si ꝓpter bellum, vel hostilitates, vel incõmoditatem tota re locata non potuit vti, si tacuit, & soluit vsq; in finem locationis; quia debuit ab initio protestari, ꝓ recedet, nisi fiat remissio, est tex. *in l. quod si domus, in prin.* & ibi * Doct. *ff loc.* Alber *in l.* *
qui insulam. ff. eod. & pro cautela ponit Castr. *in l. si merces, §. si vicino. ff. eod.* vbi, quod debet recedere cum protestatione, vel petere moderari pensionem à principio. † Limita; quia non fit remissio 11
ꝓpter bellum, quando fructus pendentes non sunt ablati, sed sunt ablati, postquam sunt separati à solo; quia tunc periculum est conductoris, veluti si vinum in vasis, vel granum in area, vel horreo existens derobetur. *l. damnum. C. locati.* vbi Angel. ita Bart.
in l. si merces, §. vis maior, col fin. Ad med. & in l. ex conducto, §. si vis, vbi & Bald & alij. *ff. loc.* Soc *cons.* 100. *In causa Baptistæ, in princ. lib.* 1. Rui.
cons. 147. *Visis iis, in princ. & n.* 7. *lib.* 1. † Contrarium ꝓ imo locator 42
teneatur de casu fortuito, si fructus separati à solo pereunt, puta inundatione, hostilitate, seu bello, maxime quando adhuc granum est in paleis, vinum in vasis aceruatis. Castr. *in d. l. ex conducto, §. si vis in prin. ff. loc.* quasi non differant à pendentibus. † Declara; 43
quia verior est prima opinio, q̃ tenent plures, & in individuo, etiam de grano in paleis, vel area nondum triturato, licet sit à solo separatum, dicatur conductoris, & periculum spectet ad eum, Ang. *in l. damnum. C. locati.* & est decisio magis consona iuri; quia statim, ꝓ fructus sunt à solo separati, efficiuntur conductoris, *l.*
si vsufructuarius messem. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. & in l. si apes. §. 1. in
fi. ff. de furt. late Bart *in l. ex diuerso col.* 2. *ad med. ff. de rei vend.* † Limi- 44
ta; quando conductor generalis à Principe locauit aliquod mẽbrum cum pacto, ꝓ non teneatur ad aliquod restaurum, vel remissionem, nisi secundum illud, quod sibi fiet à principali locatore, & ad ratam proportionabilẽ. Alex. *cons.* 3. *lib.* 1. & plenius
cons. 87. *Alias de facto, lib.* 3. *per totum*, vbi tollit contraria. † Libel- 45
lus in hac materia remissionis an debeat cõtinere, quod iudex, vel pars remittat, dicit Bart. *cons.* 193. *Commune Lucignani, lib.* 1. quod iudex debet pronunciare, quod pars remittat, vel quod conductor non tenetur, ita in primo dubio in princ.

Conductori qualiter sit facienda remissio. Concl 616.

REMISSIO † si debet fieri conductori, facienda est pro modo, & quantitate fructuum, non autem pro quantitate damni, veluti si conductor per sex menses propter bellum nõ potuit vti re locata, licet perdidisset plusq̃ importet integrum pretium; tamen non debet fieri remissio, nisi ꝓ rata habito respectu ad omnes fructus cõputato eo, ꝓ ꝓcepit; quia alias remissio esset iniqua, & captiosa. Bald. *cons.* 329 *casus talis est, in prin. ver. quid* 1
plura lib. 1. † Amplia; quia si est factũ pactum in locatione, ꝓ si cõductor non poterit percipere fructus rei locatæ, sit in arbitrio suo, vel soluere affictũ, vel dimittere locationẽ, intelligitur arbitrio boni viri, quatenus vltra dimidiã læderetur secundũ naturã cõtractus, nõ si aliqui fructus tantum nõ possent percipi in 2
minima parte. Bald. *cons.* 434. *Pactũ inter locatorẽ, lib.* 1. † Amplia; quia si quis conduxit gabellas Cõmunis Peruſij, ꝓ certo precio, & Commune ex causa extinguat tertiã partẽ gabellarũ, conductores debent habere remissionẽ tertiæ partis affictus, non aũt debẽt habere remissionẽ illius summæ, q̃ exegissent, ꝓ illa tertia parte liberata. Bald *cons.* 505. *Præsupposito tenore, lib.* 2. *per totũ.* † De- 3
clara; quia nõ ꝓcedit ampliatio, quãdo locator ex facto suo dedisset causam, ꝓ cõductor nõ posset vti & frui re locata; quia tũc si factũ locatoris est voluntariũ, tenetur ad totũ illud, ꝓ conductor percepisset; secus si factũ esset vel necessariũ, vel tale, ꝓ debuit fieri de iure Bald. *cons.* 465. *n.* 4. *ver dicet aliquis, lib.* 2. & idẽ tenet Alex. *cons.* 151. *In causa Bartolini, n.* 6. *ver. circa tertiũ, lib.* 6. Vide, 4
Locator quando teneatur facere remissionem mercedis. Cincl. 431. † Amplia; quia si fiat remissio certo casu, vel certis casibus fortuitis, intelligitur, quãdo damnũ est magnũ. Goza *cons.* 74. *n.* 9. † Am- 5
plia; quia remissio non fit cõductori, nisi damnũ sit vltra dimidiam. † Et debet petens restaurum, seu remissionem probare, ꝓ 6
excedat dimidiam. Corn *cons.* 28. *n.* 36. *in fi. lib.* 7. Bero. *cons.* 14. *nu.*
7. *lib.* 1. † Computatur tamen fertilitas vnius anni cum alio. Ro- 7
land à Valle *cons.* 86. *n.* 7. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 556. *n.* & *lib.* 4.

Conductor qualiter teneatur ad onera pro re conducta. Concluſ. 617.

CONDVCTOR † licet possit cõpelli ad soluendũ onera realia tangentia res conductas; tamen habet regressum contra 1
locatorẽ, quando est ad modicũ tempus; quia non possidet, sed detinet. Bald. *in l.* 1. *col.* 1. *C. de iure emphyt.* quẽ sequitur Alex. *cons.*
35. *Viso processu, n.* 12. *lib.* 4. *& cons.* 4. *Videretur, n.* 3. *ver. secus in alio simplici, lib.* 5. † Cõtrarium, ꝓ si locatio est ꝓ pecunia, ita quod fru- 2
ctus spectent ad conductorẽ, ipse cõductor teneatur ad omnia onera, ex quo percipit fructus Bart. & gl. *in l.* 1. *C. de anno. & trib. lib.* 10. sequitur Castr. *cons.* 443. *Videtur dicendum, in fi. lib.* 1. Ias *cons.*

* 109 *in fin.lib.*1.& hanc cõmunem * dicit apostil.ad Alex.*cons.*4.*n.*
4 *in verb.realib.lib.*5.licet impugnet eam. Vide Ias.*cons.*109.*in vlti-*
3 *mo,dubio.lib.*1.vbi late.† Declara,quia colonus,seu conductor ad modicũ tempus,quia non possidet ciuiliter,nõ tenetur ad one-
ra, & collectas rei de suo; quia ratione ciuilis possessionis, vel
propriæ possessionis obligatur;si vero esset colonus,seu con-
ductor ad longum tempus, bene tenetur, prout etiã emphyteuta,
& feudatarius;quia sibi possident, & habent vtile dominiũ rei
4 locatæ,ita Alex.*d.cons.*35.*n.*12.*lib.*4.† Declara melius,vt per Alex.
*cons.*4.*Videretur,n.*3.*in fi.& 4.ver.istud idem,lib.*5.vbi,ꝙ gl. & sequa-
ces in *d.l.*1.C.*de anno.& trib.lib.*10.quæ vult, quod si locatio fit ad
pensionem in pecunia; tunc conductor tenetur ad onera; quia
habet fructus,nisi consuetudo, vel statutum dicat contrarium,
ꝙ secundum Bart.ibi debet intelligi solum de onerib. realibus,
quæ ex fructibus debent solui, sed in collectis,quæ imponũtur
personæ pro rebus,sunt inspicienda verba, in quem dirigantur,
Bald. ibi dicit, ꝙ collecta debet imponi locatori, qui est domi-
5 nus rei.† Declarat etiã optime apostil.ad Alex. *d.cons.*4.*n.*4.*lib.*5.
in ver. realibus, quod gl.in *d.l.*1.C.*de annon.& tribut.lib.*10.dum vult,
quod si locatori soluitur pensio in pecunia, tenetur colonus ad
onera; quia percipit fructus, id debet intelligi de pẽsione in pe-
cunia, videlicet censuali, vel emphyteutica, non de pensione,
quæ recipitur à domino in compensationem fructuũ, quando
ad modicum tempus;quia istæ dicitur percipere fructus *l.si is qui*
§.1.*ff.de pignor.* vt per Lucã de Penna in *d.l.* 1. C.*de annon.& trib.lib.*
10.item dicit eadem apostil.& bene,quod intelligi debet,vt te-
neatur conductor ad onera naturalia,prout decimæ,quę soluũ-
tur ex fructibus,ad onera, quæ minuunt fructus; quia deductis
expensis fructus intelliguntur, nõ de oneribus extraordinariis.
6 † Facias itaque regulam, quod emphyteuta & feudatarius, qui
habent vtile dominium rei,& fructus rei habent,vt suos,tenen-
tur ad omnia onera realia, & ad collectas,& cætera,quæ ꝙ fru-
ctibus soluuntur.Alex.*cons.*35.*n.*12.*lib.*4.& *cons.*4.*Videretur,n.*2.&
7 3.*ver.sed præmissis lib.*5.† Idem est in vsufructuario;quia ipse tene-
tur ad onera;quia habet ius in re, & sic vtile dominium.Alex *d.*
8 *cons.*4.*in princ.lib.*5.*iuncto ver. & expræditis, n.* 7.† Idem est in con-
ductore ad lõgum tempus decem annorum; quia pariter habet
vtile dominium. Alex.*d.cons.*4.*n.*5.*ver.minus etiam dicendum est,lib.*5.
9 † Idem est in marito pro bonis dotalibus;quia dicitur dominus
constante matrimonio. Alex. *d. cons.*4.*in princ.ver.secundo ad idem,*
10 *iuncto ver.& similiter non obstat,in fi.lib.*5.† Extende;quia si feudata-
rius, vel emphyteuta soluere debentes pensionem domino lo-
cant feudum ad modicũ tempus,illa pensio debita domino per
locatorem debet solui per ipsum locatorem,non autem per cõ-
ductorem;quia grauaretur duplici pensione conductor Alex.*d.*
11 *cons.*4.*n.*6.*ver.vbi autem diceremus,lib.*5.† Idem est in casu plurium
locationum ad modicum tempus,prout A. feudatarius, ꝙ quo
tenetur domino ad pensionem, locat B.ad septem annos, & B.
illico locat C.ad eosdẽ septem annos pro certa pensione,quan-
tum ad pensionem feudi debitam domino spectare debet feu-
datario locatori, & dato,quod pro fructibus solueretur, nullo
modo potest teneri primus conductor, sed si ad conductorem
posset spectare, spectabit vltimo, qui percipit fructus, iste est
12 casus *d.cons.*4.*Alex.lib.*5.vbi plene.† Restringe in conductore ad
modicum tempus; quia non tenetur ad onera realia; quia non
13 possidet,vt *d.cons.Alex.*4. per totum maxime *n.* 5.*lib.*5.† Fossata
mundare tenetur conductor suis expensis, quando de consue-
tudine hoc est introductum, & quando sunt solita mundari sin-
gulo anno, siue sint propria fundi locati, siue communia; quia
respicit mundatio fructus.Bart *cons.* 93. *Commune Lucignani,n.*2.
14 *ver.super secundo lib.*1.† Secus, si ad perpetuam rei vtilitatem fiat
purgatio,ꝓout singulis 10.vel quinque annis;quia tunc expen-
sa pertinet ad locatorem.Bart.*d.cons.*193.*n.*2.*ver.si vero de hoc.lib.*1.
& ita etiam distinguit Alex.*cons.*4.*Videretur,nu.*7.*lib.*5. Vide,*Con-
ductor ad quæ teneatur locatori.Conclusio.*606.

Conductor soluens non domino quando liberetur. Concluſ. 618.

1 CONDVCTOR † soluens locatori illud, quod conuenit pro
pensione & afflictu,liberatur,etiam si locans esset iniquissi-
mus prædo,& locasset fundũ alienum, *l.si vrbana. ff. de cond.indeb.*
& ibi Ias.in 3.*not.* vbi declarat,quando conductor ignorauit, &
sic fuit in bona fide, alias secus;vbi etiam, si non soluit,an verus
dominus possit illum sine cessione conuenire, & dicit ibi Ias.ꝙ
non potest conuenire; quia nihil egit conductor cum eo.Abb.
2 *cons.*16.*Ad clarum decisionem, col.*2. † Amplia; quia conducens ab
Abbate intruso, & illi soluens afflictus, non poterit molestari à
vero Abbate.Bart.in *d.l.si vrbana.ff.de cond.indeb.* sequitur Aretin.
*cons.*63.*col.fi.& cons.*154.*col.*1. Alex.*cons.*120.*col.*2.*ad fi.lib.*5.Ruin.
*cons.*150.*nu.*7.*lib.*1. Dec. *cons.*407.*col.*2.† Amplia;quia talis con- 3
ductor non potest inferre quæstionem dominij locatori, etiam
non domino, & locator potest eõtra eum agere remedio *l.si quis*
conductionis.C.locati. Vide, *Colonus non potest inferre quæstionem domi-*
nij.Conclusio. 608. † Amplia in debitore conductori soluente ex
præcepto ad fauorem Fisci;qui a liberatur, & quando. Vide,*De-*
*bitor condemnati soluens Fisco quando liberetur. Conclusio.*43. Vide,*De-*
*bitor soluens non domino quando liberetur,vel nõ. Concluſ.*42. Vide,*Sol-*
*uens debitum non vero domino non liberatur,& quãdo secus.Concluſ.*336.

Conductor non restituens rem locatam qualiter compellatur,& quando non. Concluſ.619.

CONDVCTOR † non restituens rem locatam finita locatio- 1
ne potest compelli,vt relaxet ex loca to rem conductam lo-
catori,vel emptori,vel alteri,cui locator vult.Bald. *cons.*214.*Ca-*
*sus talis est,Cartusienses,circa fi. ver. & potest dupliciter,lib.*1.*l.si quis con-*
ductionis.C.locati. † Et quod finita locatione teneatur conductor 2
possessionem rei locatæ, & bona libera & expedita absque vlla
controuersia restituere domino rei. Bart.in *l.videamus,* §.*qui vinũ.*
ff.loc.& ideo non infert quæstionem dominij,sed si ius prætẽdit,
ipsi fit reseruatio in petitorio.Bald.in *d.l. si quis conductionis, C.lo-*
cat. † Extende; quia potest etiam personaliter carcerari non re- 3
laxandus,donec restituat. Ange. de Perusio in *cons.*12. *Nos Ange-*
lus per totum, vbi declarat, quid facere debeat conductor carce-
ratus, vt relaxetur, quando non restituit rem locatam finita lo-
catione, & ad quæ obligetur, si alium recognouit. † Extende; 4
quia etiam tenetur ad damna & interesse, & ad quanti fuerit iu-
ratum in litem,*d.l. videamus,*§.*qui vinum,l.si cui,*§.*qui seruum.ff.loca-*
ti. † Restringe, quando adest pactum,quod conductor possit in 5
re conducta facere melioramenta, & inde non possit amoueri,
nisi satisfactis melioramentis constituatur ius retinẽdi,ad simi-
litudinem hypothecæ, quæ pariter inducit retentionem, *l.debi-*
*tor.ff.ad Trebell.*Soc.*cons.*99.*In causa lib.*1. & quod si facta est liquidatio, non sufficiat depositum muscale cum oblatione. Castr.
*consil.*270.*col.*2.*ver.videndum est,lib.*2.Negus.*de pignor.in* 4.*membro* 5.
partis,n. 10. † Et, quod conductor impendens in re conducta re- 6
petat impensam ex conducto, *l.sed addes,* §.*si inquilinus, l. dominus,*
§.1.& ibi Castr.*ff.loc.*Salycet.in *l.domum,col.fi. C.de rei vend.*& cum
detur actio,multo magis retentio,*l.cum & soluta,*& ibi Bald.*C.de*
*cond.indeb.*Alex.*cons.*4.*col.*2.*lib.*5.Soc *cons.*15.*n.*20.*lib.*1.*& cons.*17.
*col.pen.n.*14.*lib.*3. Veniunt tamen compensanda in pensionibus
non solutis. Castr. *d.l.dominus.*§.1.*ff.de locat.* † Maxime, quando 7
adest obligatio generalis bonorum,quæ cõprehendit rem loca-
tam.Bart.in *l.qui fundum.ff.locat.* Negus.*de pignor.in secundo membro*
2.*partis,n.*33.ideo datur retentio,*l.per retentionem. C.de vsur.* † Imo 8
quando locatio est per instrumentum, licet hypotheca non sit
apposita,censeri debet apposita.Negus.*de pignor.in* 1.*memb.*3.*par.*
*prin.n.*43.† Amplia; quia conductor potest etiam cõpelli per in- 9
terdictum vnde vi, vt restituat possessionem rei locatæ liberam,
& expeditam. Bald. *d.cons.*214.*circa fi.ver.& potest dupliciter,lib.*1.
† Et quod possit agere locator spolio contra cõductorẽ, & ante 10
omnia sit restituendus,nec admittatur exceptio, & quæstio do-
minij Anch.*cons.*205.*In quæstione,in princ.* quia eo ipso, ꝙ recusat
restituere, spoliat finita locatione, *l. colonus. ff. de vi & vi armat.*
Alex.*cons.*33.*n.*2.*lib.*6.Cephal.*cons.*47.*n.*40.*lib.*1. quod procedit
etiam in hærede conductoris.Bart.in *l.non ab re,n.*5. *C. vnde vi.*vbi
Salycet *quæst.*5.Cagnol.in *l.neque pignus, n.*8.*ff.de reg.iur.* Menoch.
de recuperand. possess. remed. 11. *num.* 50. † Extende, quia potest 11
conductor cõueniri,vt supra, tam à locatore, quam ab emptore habente causam ab eo, in quem venditor ficte possessionem
transtulit.Bald.*d.cons.*214.*circa fi.lib.*1. † Extende; quia tenetur 12
conductor etiam præstare cautionem locatori iuratoriam,quod
ipsum locatorem indemnẽ conseruabit à se, & vniuersa eius fa-
milia,& habentibus causam ab eo. Angel de Perusio *cons.*12.*Nos*
Angelus per totum,maxime in fi.† Amplia; quia vltra restitutionem 13
rei tenetur,& compellitur soluere afflictus decursos, *l.si decem,cũ*
ibi not.ff.locat.l.legem.C.eo.tit. † Extende;quia tenetur etiã ad pen- 14
siones pro tempore decurso finita locatione,quo tenuit rẽ con-
ductam,*l.item queritur,*§.*qui impleto.ff.locati.d.l.legem. C. eodem.*vbi
Doctor. † Amplia; quia hæc procedunt etiã in hærede locatoris; 15
quia quicquid tenetur conductor versus locatorẽ, tenetur etiã
versus hæredẽ locatoris Angel.*d.cons.*12.vbi est casus.Anchar.*d.*
*cons.*20.*nu.*2.*ver.præterea.* † Amplia; quia conductor non probat 16
restitutionem, licet probet possessionẽ dominij;quia dominus
etiam possidet,quando colonus bona detinet;quia possidet per

colo-

17 colonum. Angel. *d.cons.12.col.2.in fi.ver.non obstat.si dicatur.* † Conductor finita locatione licet teneatur restituere domino rem locatam; si tamen dominus velit alteri locare, tenetur pari pretio potius conductori, quam alteri locare ex æquitate, licet non cõpellatur præcise. Castr. *cons.32.Proprietarius, lib.1.* † Extende, vt idem sit in conductore ad certam generationem; quia ea finita ex æquitate dominus debet relocare potius consanguinei inuestiti, quã aliis. Castr. *d.cons.32.lib.1.* vbi, quod non compellitur.

Conductor non recedit à cõductione multis casibus. Concluſ.620.

1 CONDVCTOR † non potest recedere à conductione inuito locatore, etiam si pars bonorum locatorum ab eo euincatur; quia solum remittere tenetur locator mercedem pro rata bonorum euictorum, *l.si in lege, §.pen.& fi.ff.locat.* Alex. *cons.127.*

2 *Visoinstrumento locationis, col.pen.lib.5.* † Restringe; nisi locator prohibere posset, vel esset spoliatus à personis, quibus posset prohibere, vt per Alex *d.cons.127.col.pen.lib.5.* vbi, quod non præ-

3 sumitur, quod possit prohibere in dubio. † Restringe, nisi euictio sequatur facto locatoris; quia si rem locatam locauit primo alteri cum hypotheca bonorum, potest conductor, nisi res liberata tradatur, recedere à locatione, per regulam *l. conducto. ff.loc.* quæ vult, quod rem liberam tradat, quod etiam procedit ad æquiparatione locationis & venditionis. *Instit.locati, in princ.* sed venditor tenetur tradere liberam rem, *l.ex prædijs.* vbi gl. *C.de euict.* ergo, &c, & quia frangẽti fidem, &c, *l.cum proponas. C.de pact.*

4 † Amplia; quia conductor deserens rem locatam non liberatur à locatione, & solutione pensionis, etiam si dominus alteri lo-

5 cauerit rem derelictam. Castr. *in l.diem functo. ff.de offi.asses.* † Cõtrarium tenet ibi Ias. post Bart. Fulgo. & Alex. *in 6. col. post princ.*

6 † Amplia; quia conductor, qui per plures annos conduxit, licet vi maiori, cui non potest resisti, non gaudeat re locata in aliquo, non tamen potest recedere à conductione, sed bene liberatur à solutione pensionis pro tempore, quo non potuit vti & frui, & si pensionem soluit, debet sibi restitui: ita tamen, si vbertas annorum sequentium sit tanta, quod posset compensari cum annis, quibus nihil percepit; tunc teneatur ad totam pensionẽ pro toto tempore. Rom. plene *cons.432. Quoad primum, in prin.* vbi a-

7 postil. *in ver.quod sic.* † Extende, quia si nat reintegratio locationis ad tantundem tempus, quo non potuit vti re cõducta ex vi, cui resisti non poterat, reintegratio censetur ad pensionem conuentam, prout si cessasset vis maior, etiam si non sit dicti: quia reintegratio hoc importat. Rom. *d.cons.432.n.4. ver.quo ad secundum.*

Conductor potest sublocare alteri, & qualiter procedat. Concluſ.621.

1 CONDVCTOR † potest regulariter rem conductam alteri sublocare, *l.solutum, §.solutam. ff.de pignor.actio. l.nemo. C.locati.* Io. de Imol. *cons.79. Viso quodam instrumento. l.Moschis, §.fi.ff.de iure*

2 *Fisci.* † Ratio est; quia contractus iste transit ad hæredes tam locatoris quam conductoris, *§.fi.Instit.locati.* Vide, *Locatio quid sit.*

3 *Concluſ.400.* † Extende; quia poterit sublocare etiam pro maiori mercede, quam ipse conduxit, & illud plus erit primi conductoris, qui sublocat, *l.si mercedem, ff.de act.empti, l.si insulam. ff.loc.* & ipse solam mercedem conuentam locatori soluet, licut & in casu contrario, si minori pretio locauit, non esset contrarium postulaturus, gl. *in d.l.Moschis. §.fi. in ver.solum. ff.de iure Fisci.* q̃ loquitur etiam in conductore à Fisco. † Declara; quia etiam si conductor nihil exigeret à subconductore; tenetur tamen ad integrã

5 pensionẽ promissam, *d.l.Moschis, §.fi.ff.de iure Fisci.* † Declara; quia potest conductor sublocare alteri, dummodo æq; idoneus sit, & dummodo ad vsum destinatum locet, gloss. *in l.nemo. C.locati.*

6 † Amplia; quia conductus à primo conductore dicitur habere causam à primo locatore. Bald. *cons.371. Maffiolus inuestiuit, in fi.lib.*

7 1. Ioan. de Imol. *d.cons.79. ver.preterea etiam dici potest, circa fi.* † Amplia; quia conductori ad longum, vel longissimum tempus succedit quilibet hæres, etiam extraneus, *l.viam veritatis. C.locati.*

8 † Amplia; quia omnis conductio etiam ad longum tempus pro se & hæredibus potest cedi alteri. *l.qui tabernas. ff.de contrah.emptio. l.1.§.quod autem, il secondo. ff.de superfic. l.1. C.de fund.patrimonial. lib.11.* Castr. *cons.243. Super 1.lib.* 1. Ratio est; quia omnia ad hæredes transmissibilia sunt cessibilia, *l.ex pluribus, ff.de admin.tut.* Bart. *in l. si mulier, §.ex asse, in fi.ff.de iure dot.* Castr. *cons.1. Videtur dicendum, lib.*

9 2. † Amplia, vt procedat etiam in conductore vectigaliũ, & maxime, quando talis est consuetudo. Io. de Imol. *d.cons.79. per totũ.*

10 vbi est casus. † Extende in omni conductore à Fisco; quia potest

11 sublocare, *d.l.Moschis, §.fi.ff.de iure Fisci.* † Extende; quia potest totum, & partem sublocare vni, & pluribus, vt *d.l.Moschis, §.fi.ff.de iure Fisci.* † Extende etiam pro maiori mercede, & illud plus erit 12 sublocantis, *d.l.Moschis, §.fi.* vbi gl. per *l.si mercedem. ff.de actio empti.*

† Restringe; quia non posset sublocare non æque idoneo, gl. & 13 Bald. *in l.nemo C.locati.* † Restringe, dummodo ad eundem vsum, 14 non alium sublocet, Bald. *d.l.nemo. C.locat.* † Amplia, vt procedat, 15 etiam si locatio sit facta vni pro se, & personis nominandis; quia non censetur prohibita sublocatio. Io. de Imol. *d.cons.79. per totũ.*

† Limita; quia conductor non potest alteri vendere ius percipi- 16 endi fructus rei conductæ, ante quam soluerit pensionem; quia ante solutam pensionem debent fructus esse in fundo pro cautione domini. Ruin. *cõs.216.n.5.& seq.lib.1.* vbi hoc ampliat, siue sit conductor ad modicum, siue ad longum tempus. † Limita Flo- 17 rentiæ; quia non potest sublocare ita disponente statuto, *rub.24. lib.4.* in materia laboratorũ de pœna alienantis, vel obligantis rẽ sibi locatam. † Declara; quia hoc statutum non attenderetur in 18 locis subiectis, in quibus non viget, & disponitur, quod in casib° omissis recurratur ad ius commune; quia intelligitur de iure cõmuni Romanorũ. † Limita; quia conductor ad longum tempus, 19 qui præstat pensionem commensuratam fructibus non potest alienare sine consensu domini, prout emphyteuta. Bar. *in l.1.§. ꝙ autem, il secondo, ff.de superfic.* Aret. *cons.55. In causa mihi proposita, n.3. ver.quid plura & n.4.* † Extende; quia si alteri vendit ius suũ, cadit 20 à iure suo, prout emphyteuta. Fulgo. *cons.24. Pro euidentia eorum.* Ruin. *cons.77. De duobus, n.3. lib.1.* & est ratio; quia conductor perpetuus æquiparatur emphyteutæ, Ias *in l.in prouinciali, §.si ego superficiarius, n.4. ver.tu aduerte, ff.de noui oper.nunciat.* † Limita; quia finita locatione si locator locaret alteri, diceretur spoliare dominũ 21 possessione, & puniri põt tamq̃ inuasor. Alex. *cons.78. lib.3.* Dec. *cons.57. col.fi.* Bald. *in l fi.C.commun. de vsucap.* † Declara; quia etiam 22 feudum potest subinfeudari, dummodo non vltra tẽpus subin- ✠
feudantis. Vide *Feudum antiquũ potest subinfeudari. Conc.190.* † Idẽ 23 est in emphyteusi. Vide, *Liuellarii q. dicãtur, & q.d liuellus. Conc.399.* ✠

Conductor qualiter possit præscribere rem locatam. Concluſ.622

1 ILLE, qui † soluit per 30. annos pẽsionem ex causa conductionis, præsumitur cõductor, & is, cui soluit, præsumitur locator, & habere dominium rei, si per alios 30. annos in casu iuris communis non soluit, præscripsisse dicitur rem sibi locatam accedẽte causa, prout titulus acquisitionis, vel putatiuus. Castr. *cons.293 Ad primum, col.1.ver.ad tertium, lib.2.* vbi, quod cum primũ requisitus, vt soluat, recusauit soluere, cœpit sibi ipsi possidere, & *consil.* 298. *Ad primum, in princ.& n.2. ver.sed si non apparet, lib.2.* Vide, *Præscribi quæ non possint. Concluſ.534.* † Extẽde, vt idem sit stante statu- ✠
2 to, (prout Paduæ,) quod 20. annis præscribatur omnis res, & omnis actio; quia sicuti per solutiones factas per 20. annos is, cui factæ sunt solutiones, præscribit dominium contra soluentem; ita è conuerso si is, qui soluit requisitus, vt soluat, recusauit, & perseuerauit per 20. annos soluere accedente causa, præscripsit rem locatam. Castr. *d cons.293. ver.ad tertium. & cons.298. ver.sed si nõ apparet, n.1. in fi.& n.2. lib.2.* † Extende; quia licet dominus extra 3 iudicium requisiuerit conductorem ad soluendum; non tamen dicitur interrupisse ipsam præscriptionem; quia secundum aliquos requiritur litis motio, secundum alios non litis motio, vel saltem requisitio iudicialis per exequutorem. Castr. *d.cons.298. col.2.in princ.ver.quia licet adhuc. lib.2.* † Declara; quia licet fictus, vel 4 præsumptus conductor, prout quando nõ constat de locatione, præscribat eo ipso, quod per 30. annos nõ soluit, de iure cõmuni; tamen non sic in conductore habente locationem ex instrumento, vel de qua constat aliter; quia nõ præscribit vnquam, nisi interpellatus ad soluendum recuset velle soluere ex aliqua causa superuenienti. Castr. *d.cons.298.col.2.circa.med. ver.per prædicta lib.2.* † Probatio cui incumbat, an ei, qui dicit non soluisse, an ei, 5 qui dicit soluisse? dicas, quod licet vterq; debeat intentionẽ suã probare, tamen is, qui habet maiorem præsumptionem p̃ se, vel etiam habet causam onerosam, releuatur ab onere probandi. Castr. *d.cons.298.col.fin.ver.vlterius dubitatur, lib.2.* † Amplia; quia 6 conductio ad 20. annos à principio reddi põt perpetua ex continuatione facta per tantum tempus, quod non sit memoria in contrarium, & maxime, quando res infructuosa locatur ad certum tempus, postea continuatur per 30. annos sub eade vniformi præstatione. Ang. Aret. *cons.17. Cum quæritur.* vbi plene pro vtraq; parte allegat, & hanc tuetur. *n.25.& seq.per totum.* vbi tollit contraria.

Conductor non potest abuti relocata. Concluſ.623.

CONDVCTOR † non potest retinere cameram domus sibi lo- 1
catæ ad vsum stabuli, vel pullarij; quia nõ potest in re cõuu-

cta facere, quod deterius fiat, *l. videamus, §. si hoc ff. locat. in fi.* & ratio est, quod debet vti re locata arbitrio boni viri, alias potest ex pelli. Vide, *Locator quibus casibus expellat conductorem. Concluſ. 417.*

2 † Alias compellitur restituere bona, quæ damnificat, seu quibus abutitur, *l. adē, C locati.* Roland. à Valle *consi. 49. n. 10. & n. 20. lib. 2.*

3 Ruin. *consi. 58. n. 4. & consi. 88. lib. 1.* † Et tenetur ad deteriorationem

4 factam in re conducta, tex. *in l. cum conductorē, C. locati.* † Amplia; quia cōductor, qui in fine locationis extenuat rē conductā, put. exfructando pluſq̄ conueniat, ita vt corrūpat fructus sequentis añi, vt sint ſteriliores, tēetur locatori ad dāna & intereſſe, *l. & hæc diſtinctio, §. ſi. ff. loc.* vbi Bart. & alii, glos. *in l. pen. ff. de vſu. legat.* vide plene Iaſ. qui ponit plura exēpla contra colonos & fructantes

5 *in l. ſi quis nec cauſam, §. ſi. ff. ſi cert. pet.* † Idē ſi nō putauit vineam dimittens capita longa, vt plus redderent. Caſt. *in d. l. pen. ff. de vſ. leg.* vbi Bald. *& in d. l. & hæc diſtinctio. §. ſi. ff. locati.* Iaſ. *d. l. ſi quis nec cauſam,*

6 *§. ſin. ff. ſi cert. pet.* † Idē eſt in conductore molēdini, vel datii, qui in vltimo anno ponit edicta, q̄ omnes poſſint macinare p̄ medietate molituræ; & tranſire pro medietate gabellæ, dicitur male vti; & tenetur ad intereſſe; quia præiudicat ſucceſſori. Bald. *d. l. pen. ff. de vſu. legat.* Caſtr. *conſ. 310. vol. 2.* Iaſ. in *d. l. ſi quis nec cauſam, §. 1. ff. ſi*

7 *cert. pet.* Anch. *conſ. 116.* † Amplia; quia ſi conductor male verſatur in re cōducta deteriorando, pōt expelli, *d. l. ædem C. locati. l. quæro,*

8 *§. inter locatorē. ff. eod. auth. quā rem, C de ſacr. Eccleſ.* † Et dicitur male verſari, & inferre damnū, ſi ſuccidit arbores virides; itē ſi palos ad vineam non ponit, itē ſi agrū non ſtercorat, vel paleas aſportat, ſi radices oliuarū effodit, & ſimilia, de quibus Ruin. *conſ. 88.*

9 *n. 2. & ſeq. lib. 1. & conſ. 58. eod. lib. 1.* Rol. à Va le *conſ. 49. n. 10. lib. 2.* † Itē, ſi conductor piſcationis deſtrueret piſcationē capiendo omnes piſces; quia ſi nō inducit alios piſces, dicitur deſtruere piſca-

10 tionē, & re abuti. Cæpol *de ſeruit. ruſt. præd. tit. de piſcatione, in fi.* † Ex tēde; quia ſi ſuccideret arbores fructiferas, pōt expelli & priuatur iure cōductionis. Alex, *conſ. 118. lib. 5. n. 2. l. diuortio, §. ſi fundum. ff. ſol.*

* *matr.* vbi * Doct. & q̄ inter deteriorationes fundi ſit inciſio arborum, eſt tex. *in l. eleganter, §. non ſolū, ff. de dolo,* & plures leges ſunt *in tit. de vſufruct.* in quibus dicitur, q̄ priuatur vſufructuarius inci-

11 dendo arbores fructiferas, late Rui *conſ. 58. & conſ. 88. lib 1* † Declara, vt procedat tribus concurrētibus, videlicet, quod damnū non ſit in modica quantitate; ſecūdo, quod ſit in ſubſtantia rei, non in fructibus; tertio, quod damnum ſit illatum dolo, vel lata culpa, aut leui. Feder. de Sen. *conſ. 110. Caſus.* Rol. à. Valle *conſ. 49.*

* 12 *in fi. lib. 2.* & cōmunem * dicit Boer. *conſ. 125. n. 4. lib. 1.* † Vide omnino Nattam *conſ. 481. Non relinqtur, n. 14. & ſeq.* vbi, quod ſi adeſt pactū conductoris ad meliorādū; tunc minima deterioratio ſufficit, ne pactum ſit eluſoriū, vbi multa ſimilia adducit, & ſic tunc

13 pro modica deterioratione pōt expelli. Vide, *Verba debent aliquid operari, & non debent eſſe ſuperflua. Concl. 85.* † Extende maxime in arboribus, q̄ tarde renaſcuntur, prout ſunt quercus Alex. *d. conſ.*

14 *118. lib. 5.* vbi extendit, ét ſi eſſet data licentia incidendi arbores; quia non intelligitur de fructiferis & quercubus. † Extende, vt procedat etiā ſtante pacto de non alienando rem locatam, & cū hypotheca bonorum ſpeciali; quia licet tale pactū operetur, q̄

15 durante locatione non pōt expelli. Bar. *in l. ſi creditor, §. fi. ff. de diſtr. pign.* non tamen tuetur conductorē deteriorātem rē conductā, quin poſſit expelli, *l. quæro, §. inter locatorē, ff. loc.* quia rumpenti fi-

16 dem, & non ſeruanti pacta non eſt ſeruanda fides. † Extende, vt procedat nedum de iure ciuili, ſed etiā de iure canonico, *c. penul. §.*

17 *i. locati.* † Idem eſt ſi rē conductā alienaſſet. Bald. *in l. ædē. C. locati.* quia dicitur abuti, ſi facit contra legem contractus, *l. ſi. C. de acqu. poſſeſſ.* † Extende; quia tenetur conductor cōſeruare fundū in eo

18 ſtatu, in quo accepit, & ſi alias facit, tenetur locatori ad damnū. *l. cum conductorē,* vbi gl. *C. locati.* Ruin. *conſ. 88. n. 2. cum ſeq. lib. 1.* † Et

19 in tantū eſt verum, q̄ conductor arbores incidens, & alias rem conductam deteriorans ex dolo, poteſt expelli; & tunc tenetur ad omnia damna, vt non admittatur exceptio compenſationis cum melioramentis. Roland. à Valle *conſ. 49. n. 10. lib. 2.* Ruin. *cōſ.*

20 *58. lib. 1.* † Idem diſponit etiā ſtatutum Florentiæ, *Rubrica 131. lib. 2.* quod vult etiam ſtari iuramento locatoris de damno. † Declara; quia in omnibus caſibus, in quibus conductor priuatur propter abuſum rei; quia male verſatur in re locata propter dolū, vel culpā ſuam, habetur pro habitatore in ſui præiudiciū, ideo tenetur ſoluere penſionē, ac ſi habitaſſet pro toto illo anno; ſecus quādo

21 expellitur propter neceſſitatem domini. Bald. *d. l. ædem. in fin. C locati.* † Amplia; quia licet male verſetur in vna parte rei locatæ tātum: tamen pōt expelli à tota locatione. Alex. *conſ. 118. In caſu. n. 2.*

22 *lib. 5.* vbi procedit, quādo ſub vnico affectu eſt facta locatio pluriū bonorū; quia vnica eſt. Vide, *Colonus quando poſſit expelli, vel nō. Concl. 467.* Vide, *Cōductor ad qua teneatur locatori. Concl. 606.* † Probatio qualis requiratur circa damna, & deteriorationes rei cōductæ. Alexand *conſ. 64. Viſa conſultatione, lib. 2.* † Imo præſumptiua probatio admittitur, & ſufficit. Alex. *conſ. 189. In cauſa, col. pen. verſ. præſuppono, quod damnum, lib. 6.*

Conducens rem ſuam quando ſibi præiudicet, vel non. Concluſ. 624.

PRIMVS † conducens ab Eccleſia in emphyteuſim rē, quæ erat acquirentis, ſibi non præiudicat in dominio, neque in poſſeſſione, quando vt rem Eccleſiæ conduxit. Bart. *in l. ſi aliquam, ff. de acqu. poſſeſſ.* Cuma. *conſil. 165. Caſpar, q. Iacobi, per totum.* Io. de Imol. *conſ. 57. n. 1.* vbi dicit eſſe verū quoad dominiū, quoad poſſeſſionem eſt dubium, & hanc * communem dicit Alex *conſil. 69. Circa* * *primum, n. 12. lib. 5.* vbi quoad poſſeſſionem dicit dubium. Vide, *Erronea confeſſio, & erroneus conſenſus nihil operatur, & quando ſecus. Concl. 327.* † Declara; quia conducens rem propriam nunquam perdit dominium, ſed bene perdit poſſeſſionem, & hæc eſt cōmunis, * & magis * communis opinio, vt per gl. & Doct. maxime ** Ripā *in l. ſi aliquā rem. ff. de acquir. poſſeſſ.* † Et iſta poſſeſſio, quæ perditur; non acquiritur, neque transfertur in locantem ſecundum * communem. Alex. *conſil. 69. n. 13. & ſeq.* vbi reddit rationē; quia * ex contractu nullo nō transfertur poſſeſſio, *lib. 5.* † Amplia; quia ſiue quis conducat rem ſuam, vt ſuam etiam ſciens, ſiue emat, ſiue ex cauſa depoſiti, aliaue cauſa recognoſcat, ſibi non præiudicat, neq; contractus valet. Fulgoſ. *conſil. 5. Quidam Guilielmus, circa med. col. 3. ver. verum præmiſſis,* vbi dicit * communem, & communē * dicit Alex. *d. conſ. 69. n. 12. & ſeq. lib. 5. & conſil. 92. Viſo, & diſcuſſo, n.* * *6. & 7. verſic. nec Ser. Franciſco in prædictis, lib. 2.* † Contrarium; quod ſibi præiudicet quoad poſſeſſionem; quia ſi quis emat rem aliquam cum precario & conſtituto, per quod transfertur dominium & poſſeſſio, & poſtea conducat à venditore certa mercede, donec pretium ſoluat, valet vterq; contractus; ſed quia repugnant; quia emptor eſt dominus, & poſſidet, conductor non eſt dominus, neq; poſſidet, præualet locatio; & ſic emptor conducendo præiudicat ſibi in poſſeſſione. Alex. *conſ. 121. Viſis, num. 2. ver. & ſic ſunt duo, lib. 5.* vbi apoſtilla *in ver. dominum,* dat concord. & ibi Alex. *n. 3.* dicit, quod clauſula conſtituti ſuſpenditur ex mēte contrahentium vſq; ad finem locationis † Extende, vt idem ſit, ſi ſciens in feudum recognoſcat; quia contractus eſt nullus, & ſibi non præiudicat. Fulgoſ. *d. conſ. 5. per totum* vbi multa pro vtraque parte. † Qualiter autē cognoſcatur, an quis conduxerit rem propriam ſcienter, vel ignoranter declarat Alex. *d. conſ. 69. n. 11. lib. 5.* ex mente Bart. quē allegat; quia ſcientia probatur, ſi dicat, conduco rem meā, vel quæ mea eſt, alias præſumitur ignoranter conduxiſſe. † Amplia in tantū contractum nullum eſſe; ſi quis rē ſuam ſciens recognoſcat in feudū, maxime quando erant res liuellariæ, & recognouit ab alio, vt hæres extraneus debeat præferri filiæ, quæ vocabatur ex inueſtitura feudali. Fulgoſ. *conſ. 5. per totum,* vbi pro vtraq; parte, & ita concludit tollendo contraria. † Declara; quia non valet conductio rei propriæ; niſi reſpectu iuris, ſi quod abeſſet domino, & cōducenti, quia reſpectu iuris, q̄ abeſt, valet, *l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi Ripa, Ruin. *conſ. 144. n. 4. lib. 1.* † Et dari pōt exemplum in eo, qui habet ſeruitutē in aqua, vel alia re; quia ſi conducat à domino, acquirit plenum ius, quod non habebat, & in hoc valet. Alex. *conſ. 69. nu. 22. lib. 5.* † Amplia; qui a frater locās rem propriam alteri tanquā quod ſit ſororis ſuæ & tanquam illius procurator, ſibi nō præiudicat reſpectu dominii. Io. de Imol. *conſ. 57. Viſo quodam inſtrumento, per totum.* † Amplia; quia conducens rem propriā in emphyteuſim ab Eccleſia tanq̄ quod ſit Eccleſiæ, non transfert dominiū aliquod in Eccleſiam. Alex. *d. conſ. 69. n. 15. ver. ad horum, lib. 5.* vbi dicit communem, * vbi ponit plura exempla. † Limita, quando quis rem ſuam cōduxit, vel in emphyteuſim recepiſſet eo animo, & ſciēs, vt voluerit præcedere contractū habilem, puta vēditionis, donationis, refutationis, &c. ita intelligendam eſſe hanc materiam dicit Fulgoſ. *d. conſ. 5. col. 4. ver. ſupeſt ergo,* vbi reſpondet ad motiua contraria, & ita ſoluit. † Extende ét, quando prius in ſolutū tradidiſſet, dominus poſtea cōduxiſſet; quia licet ex falſa cauſa dediſſet in ſolutū; tamen ſibi p̄iudicaret; quia ad transferendū dominiū nō requiritur veritas, ſeu ſubſiſtētia tituli. Fulgoſ. *d. conſ. 5. n. 2. ver. ad ſecundū.* † Extende, quādo vera traditio interueniſſet: qa tūc ea ſciēti rē ſuā, & illā conducenti, vel in feudū recognoſcēti, ſi præceſſit vera traditio noceret. Fulg. *d. cōſ. 5. n. 2. ver. ad tertium.* † Declara oēs limitationes p̄cedere, quādo q̄s rē ſuā ſciēs, & animo, vt ſupra, cōduxit; ſecus ſi rē emphyteuticā Eccleſiæ, vel liuellariā; quia cū nō poſſit ſine conſenſu Eccleſiæ alienare; ergo neque conducere, vel in feudū ab alio recognoſcere. Fulg. *d. cōſ. 5. in fin.*

17 *fin.ver.pro tertia itaque ratione*† Limita; quoad pensionem; quia is, qui conducit rem propriam; sibi præiudicat quoad possessionē. Io.de Imol.*cons.57.*vbi, quod est opinio controuersa, & est ma-
** gis communis * opinio secundum gl.& * Doct. *in l.qui rem.C loca-*
18 *ti,& in l.si aliquam rem.* vbi Alex.& Ripa, *ff.de acquir.possess.* †Restringe; quia conductor licet perdat possessionem rei suæ conductæ; non tamen possessio acquiritur locatori Alex. *in d.l.si ali-*
19 *quam rem,n.16.ff.de acquir.possess.& cons.69.lib.5.n.43.* †Contra re-
* strictionem est magis * communis opinio, vt per Rip.*d.l.si aliquam rem,ff.de acquir.poss.* Vide, *Erronea confessio, & consensus nihil operatur. Conclus.*327.

Connexum, dependens, & incidens quando dicatur. Concl.625.

1 CONNEXVM† considerari potest tribus modis, ratione contractus, vel quasi ineundi, ratione actionis & obligationis inducendæ, & ratione exequutionis, seu condemnationis sequendæ, Bart.*in l.cum actum, ff de neg gest.* Io.de Imol.*cons.139.Præ-*
2 *fatus Simius,c.2.& 6.*† Item annexum & connexum dicitur duobus modis, videlicet, quia pendet ab altero, cui annexum est, vel quia ordinatur ad alterum, ita Crauet. *cons.*8 8.*n.*3. vbi dat exēpla de vtroque, allegat Abb. *c. quanto,n.5.& 6.de iud.* qui dat exēplum in iure patronatus, quod est spirituale; quia ordinatur ad spirituale, prout vasa sacra, beneficium, & similia, præsentatio laici non est spiritualis, sed ordinatur ad spiritualitatem, secus in
3 electione, & collatione, idē tenet Ruin. *cons.*108.*n.* 6.*lib.*5.† Extende; quia pendentia & cohærentia dicuntur, quæ cohærent descriptis in instrumento, ideo tanquam connexa idem iudiciū
4 habēt. Io.de Imol.*d cons.*139.*in princ.& per totum.*† Declara; quia vt aliquid dicatur connexum, vel pendens, seu cohærens, statur
5 arbitrio iudicis. Io.de Imol.*d.cons.* 39.*n.*2.† Et dicitur connexum proximum, & connexum remotum, & connexitas remota non
6 est in cōsideratione. Io.de Imol.*d.cons.139.n.6.ver.præterea.*† Amplia; quia cōnexum crimini dicitur pars criminis *l.semper,§.annus,*
7 *ff.quod vi, aut clam.* Signorol.*cons.242.n.18.in fi.*† Amplia; quia cōnexa dicuntur quæ dependent ab eodem negotio; plene Curt. Sen.*cons.20.Sæpenumero,col.9.n.23.ver.si ergo.* & declarat Bart *in l.*
8 *Aurelius,§.idem quæsiit,ff.de liber.leg.*† Contrarium dicit Roma.*cōs.346.in hac causa,n.5.ver.Nec præmissis refragatur.* vbi probat hoc modo, si minor petit restitui aduersus quædam capitula administrationis tutoris, non auditur circa alia capitula, quæ si essent connexa, audiretur; quia restitutio trahitur ad connexa, allegat
9 tex.*in l.etiam,§.fi.ff.de minor.* † Extende; quia connexa dicuntur iudicare, & iudicata corrigere; ideo si datur facultas quatuor arbitris laudare, & laudata corrigere, & quod duo concordes ex quatuor hoc possint, illi duo, qui laudarunt, possunt corrigere, non aūt alii duo, qui nō laudarunt, possunt corrigere; quia sunt
10 connexa. Castr.*cons.225.Visis, & consideratis, in princ.lib.1.*† Amplia; quia dos dicitur dependens à matrimonio, ideo iudex, qui cognoscit de matrimonio, pōt cognoscere incidenter de dote, licet non posset principaliter de ipsa dota cognoscere. Abb.*cons.18.*
11 *Primo, quod Communitas,n.7.lib.2.*† Amplia; quia partitæ libri dependentes ex computo dati & recepti dicuntur connexæ; ideo licet liber non probet pro scribente; fallit tamē in cōnexis. Bart. *in l.quædam,§.nummularios,ff.de eden.* Vide, *Liber computorum & cam-*
12 *psoris probat multis casibus.Concl.*347.† Declara, vt per Alex. *d.cons.186.Visis subtilissimis,n.6.& 7 ver.non obstat, ꝙ socii,lib.2.* vbi dicit, ꝙ vtens vel producens rationes licet videatur approbare in totū, tamen intelligitur quoad connexa & dependentia, non quoad diuersa, maxime quādo in parte, & partibus fit productio, & dicitur factū diuersū & separatū, quādo cōtinet diuersitatē negotii & tēporis. Vide *Clausula cū annexis & cōnexis q̄d operatur. Cōcl.*323.

Connexorum idem est iudicium. Conclus. 626.

1 CONNEXORVM† idem est iudicium; ideo si licitum est appellare in vno articulo, & in alio non, & pronuncietur super vtroq; coniunctim ratione connexitatis idē est iudiciū. Bald. *cons.141.Præmissis verbis,n.6.ver.ex iis,& n.7.ver.illud etiam,lib.1.* Rota vt
* per Cortam *decis.15.* vbi dicit ita pluries tentū, & hanc * cōmu-
2 nem dicit Decian.*cons.45.n.17.& seq.lib.1.*† Et ideo sicuti visitādi ius non pōt præscribi, ita neq; procuratio, q̄ datur ratione visita-
3 tionis. Abb.*cons.26.Videtur.in princ.ver.circa secūdum,lib.2.*† Quid aūt sit connexum, & quid separatum capitulum, Io.de Imol.*cōs.193.n.2.& seq.* vbi, quod tribus modis connexa considerantur; primo, ratione contractus, vel quasi contractus ineundi; secūdo ratione actionis & obligationis inducendæ, tertio, ratione condemnationis sequēdæ. Bar *in l.cum actū.ff de neg.gest.* Vide, *Conne-*
4 *xū, dependens, & incidens quando dicatur. Concl proxima præced.*† Amplia multis casibus; de qbus Marsil.*singul.251.Connexorū.* vbi dat multa exēpla.† Amplia; quia data & recepta dicuntur connexa, 5
& vnicū capitulū; quia proficiscūtur ab eodē fonte, & negotio, & vna scriptura non iudicatur separata ab alia, neq; vnū capitulū, vel vna partita separata ab alia, late Crauet. *cons.279.n.3.in fi. ver.4.ponitur,& n.4.& 5.* vbi plura similia.† Amplia in appellatio- 6
ne; quia si appellatio prohibetur ratione fisci, & nō ratione partis censetur in totū prohibita ratione connexitatis; quia si pœna est vna applicata fisco, & parti, debet eodem iure regulari, ne diuersæ sententiæ ferantur. Marsil.*cons.84.Plura sunt profecto,n.13.& seq.* vbi per totū Bart.*in l.1 circa fi.de iure fisci.*† Contrariū tenet De- 7
cian.*cons.49.n.18.lib.1.* vbi, ꝙ * cōmunis est in contrarium.† De- *8
clara, vt procedat ampliatio in dispositione legis, vel statuti; secus in dispositione conuentionali. Bero. qui dat diuersitatē *cons.206.n.24.& seq.lib.3.* quia si agitur ex dispositione legis, pōt procedi per inquisitionem, & accusationē, & sententia pro fisco prodest parti; secus si per viam conuentionis; quia actio debet proponi, & sententia pro fisco non iuuat parti.† Contra declaratio- 9
nē videtur tenere Bart.*cons.115.Super eo, quod n.1.lib.1.* vbi, ꝙ si statutū applicat certā pœnam offenso, si petierit, non pōt agere cū fisco; quia sua causa est ciuilis, quæ nō pōt terminari cum criminali, sed in casu Bart. erat pœna diuersa, non eadē cum fisco; quia tunc esset causa mixta. Alex.*cons.66.in princ.lib.1.*† Declara, vt per 10
Iul Clarū *in praxi criminali qu.1.ver.tertius casus,* vbi si ex eadē lege debetur fisco & parti, nō appellatur, alias secus.† Amplia; quia 11
cōnexa & indiuidua pro vno reputantur, & nihil fieri pōt contra vnū ex indiuiduis, quin fiat contra alterū. Crauet.*cons.46 .n.50.* & latius *cons.936.n.27.& seq.* Ancha.*cons.160.n.2,* late Crauet.*cōs.275.n.4.& 5.* vbi plura de hoc.† Et polluta Ecclesia dicitur pol- 12
lutū cœmiterium cōtiguū. Ancha.*cons.160.n.3.* vbi ponit alia exempla.† Extende, vt idē sit in iis, q̄ sunt cōmunia cōnexa; quia ꝙ 13
prodest vni, ēt prodest alteri. Crauet.*cons.936.n.20.* latius Marsil. *cons.84.* vbi latissime ponit plures casus, ꝙ quis ex alio consequitur, ꝙ non pōt per seipsū. Vide, *Consequitur q̄s ex persona alterius, ꝙ ex sua consequi non pōt. Concl.*758.† Et in indiuiduis & cōnexis dis- 14
positio, q̄ tāgit partē, cōcernit totū. Ancha.*d.cons.190.n.4.*† Am- 15
plia; quia iudex, qui pronunciauit in causa, dicitur suspectus in causa cōnexa, & dicitur cōnexa, quando regulatur ex eadē causa, & eisdē fundamētis, Areti.*cons.29.n.25.ver.Veruntamen.*† Am- 16
plia; quia si causa principalis est Ecclesiastica, ēt connexa sunt de Foro Ecclesiastico. Ægid.*cons.40.n.33.& n.46.*† Amplia; q̄a cō- 17
nexa, & indiuidua, prout cā ania vnita pascuorum, ꝙ dicitur de parte, dicitur de toto, ideo dominus in vna parte p̄sumitur dominus in toto, Cast.*cons.110 n.2.lib.2.*† Item capiens possessionē 18
in vno angulo, dicitur cepisse in toto. Cast.*d.cons.110.n.3.& 4.lib.2.* Vide, *Possessio partis quādo extendatur ad totum, vel non. Concl.*422.
† Amplia; quia in dependētibus, prout cōnexis, idē est iudiciū; 19
ideo sicuti in causa matrimoniali mater pōt esse testis pro filia pro matrimonio, quando non est lis contra maritum; ita ēt pro dote, quia dos est dependens à matrimonio. Io.de Anania *cons.52. in princ.n.2.*† Extēde, vt procedat ēt ratione earundē personarū, 20
ideo si quatuor arbitri sunt electi cū facultate, quod duo ex eis concordes possint laudare, & laudata corrigere, non poterunt duo, qui nō laudauerunt, corrigere, sed bene illi duo, qui laudarunt; quia idē est iudicium in connexis ēt quoad personas. Castr. *cons.225.in princ.lib.1.*† Amplia; quia in cōnexis & indiuiduis ma- 21
gis dignum trahit ad se minus dignum; ideo in cognitione causæ Ecclesiasticus præfertur seculari, Bart.*in l.si communem,* vbi Castr. & alii, *ff.quemadmo.seruit.amitt.* Vide, *Dignū magis trahit ad se minus dignum.Concl.*435.† Extende; quia in connexis & indiuiduis pri- 22
uilegium competens minori cōpetit etiā maiori, & extende 16. modis, de quibus Iason *in l.si emancipati n.5.& seq.ver. Nota tu diligenter.C.de collatio.* Vide, *Cōmunio excusat, & multa operatur.Concl.*533.† Limita in iis, quæ sunt diuidua; quia pōt ferri sententia cō- 23
tra eum, qui conuenitur super diuisione rei communis, licet sint plures socii, aliis non vocatis, quibus sententia non præiudicat; quia consensus est diuiduus, quādo est singulorum; secus si Vniuersitatis. Crauet.*cons.90.in fi.*† Limita; quia si connexitas nō est 24
proxima, sed remota, tunc idem nō est iudiciū, & iudex in causa principali non est iudex connexi remoti necessario; quia idē nō est iudicium. Io.de Imol.*cons.139.n.6.& seq.ver.in contrariū.*† Ex- 25
tende; quia iudex mercatorum occasione mercantiarum nō est iudex, si mercator decoctus, cui factus est saluus conductus ab aliis mercatoribus agat ad pœnam in saluo conductu appositā; quia occasio est nimis remota. Io.de Imol.*d.cons.139.& 140.* quæ sunt Floriani de S.Petro, *& cons.141.* quod est Io.de Imola.† Re- 26
stringe; quando potest interesse, ne connexum separatum sit factum, tunc incidit in idem iudicium, Io.de Imol. *d. cons.139.n.7. ver.vltimo pro ista parte.* Vide. *Indiuidua quæ esse dicantur. Concl.*102.

Connexa quando veniant ex tacita dispositione. Cõclus. 627.

1 CONNEXA † & concomitantia censentur comprehensa in dispositione quacunq; , licet de eis non sit facta mẽtio specialis *c. præterea, de offi. deleg.* ideo legatũ factũ pro expensis Ecclesiæ in tunea, comprehendit ẽt expensam pilastrorũ , & cõnexorũ. Calder. *cons.* 351. *in princ.* alias 22. *de test.* am. Abb. *cons.* 18. *n.* 7. *lib.* 2.

Vide, *Mandatum ad certos actus quando extendatur ad proxima, vel nõ.*

2 *Conc.* 42. † Extende; quia licet delegatus ad causam non possit aliquid vltra delegationem; tamẽ fallit in accessoriis & connexis, & appendiciis causæ. Vide, *Iudex delegatus non habet iurisdictionem. Concl.* 434. †Declara; vt procedat, quãdo connexũ si fiat, vel includatur, non impedit principalẽ dispositionẽ, vt quia legatũ sufficeret ad explendũ id, ꝙ exprimitur, & connexa simul; secus si adeo minueretur, & consumeretur legatũ in connexis, vt non sufficeret ad principalẽ dispositionẽ, puta legantur centũ ꝓ parietibus certę ecclesię, & apparet de mente, ꝙ testator voluit parietes ædificari, connexa sunt, vt pilastri, & cãpanile ecclesiæ, vel quid simile, si expensa parietũ non fieret, tunc cõnexa non cadũt sub legato; secus si pro vtroq; sufficit legatũ. Cal. *d. cons.* 351. alias 22. *de test. a. ver. ad idem.* ꝙ est Floria. à S. Petro. Vide, *Legata pia quãdo de vno vsu ad aliũ cõmutanda. Concl.* 114. †Extẽde; quia qui habet

3 iurisdictionẽ in loco, dicitur habere ẽt in locis connexis, seu cõprehensis sub illo loco; quia connexorũ, & adhærentium idẽ est

4 iudicium, *l. quæ religiosis. ff. de iurisd. om. iud.* & ibi Angel. †Extende in arbitro & arbitratore; quia põt laudare super cõnexis & dependentibus, licet non sit dictũ. Abbas. *cons.* 18. *Primo, ꝙ Communitas,*

5 *n.* 7. *lib.* 2. †Et Episcopus, qui põt de iure visitare monasteria religiosorum, & monialium ẽt exempta, poterit etiã habere in consequentiam procurationẽ, q̃ datur ratione visitationis, etiã non obstante consuetudine, vel ꝓscriptione contraria; quia sicuti visitatio nõ põt præscribi; ita neq; procuratio pendens à visitatio-

6 ne. Abb. *cons.* 26. *Videtur, ver. circa secundum lib.* 2. †Amplia; quia cõnexa includuntur etiam in dispositione correctoria, licet de eis non sit facta mentio, ideo tutela, quæ venit per connexionem ad successionem vniuersalem, etiam corrigitur, correcta successione, vt statutum excludens cognatos proximiores, & vocans agnatos remotiores ad successionem cẽseatur excludere, & vocare ad tutelam, quę est connexa successioni. Signorol. Homod. *cons.* 2. *Statuto ciuitatis Mediolani. per totum*, maxime *n.* 17. *ver. item non*

7 *obstat.* †Amplia, maxime quando adest clausula in mãdato procuræ, & alia dispositione, ꝙ possit aliquid cum annexis, connexis, & dependentibus; quia veniunt quoquomodo connexa, vel dependentia. Abb. *d. cons.* 18. *Primo, quod Communitas, n.* 6. *ver. nec*

8 *mandatum est restringendum, & n.* 7. *lib.* 2. † Limita in connexis remotis; quia sicuti causa remota non attenditur; ita neq; connexum, vel dependens remotum non includitur. Io. de Imol. *cons.* 139. *n.* 6. *& seq. ver. in contrarium.*

Confœderatio multiplex, & quid sit, & qualiter interpretanda. Concluſ. 628.

1 CONFOEDERATIO † est adhærentia plurium, qui sunt eiusdem velle, seu voluntatis. Grammar. *decis.* 65. *n.* 38. *& seq.* Vide, *Pacta capitula, & conuentiones qualiter interpretanda. Concluſ.* 178.

2 † Et dicitur quædã colligatio, vnde paria sunt esse ligios, id est, confœderatos; quia ligius nihil aliud significat, quam legalitatẽ seruans in fidelitate promissa. Rom. *cons.* 47. *Visis necessariis, nu.* 6.

3 *ver. breuiter.* †Et Imperator dicitur confidatus, & sic confœderatus Ecclesię Romanæ; quia à Papa coronatur. Bart. *in extraua.*

4 *qui sint rebelles, in ver. rebellando, n.* 8. *ver. nam Imperator.* † Duplex est cõfœderatio; vna, per quam colliguntur in fœdere, & nullus alteri subiicitur, & hæc non est perpetua; altera, per quam alter alteri subiicitur propter fœdus, & ista nõ ꝓ põt pœnitentia reuocari.

5 Bald. *cons.* 491. *Initer Marchiones. in fi. lib.* 5. † Tertia est confœderatio, seu potius recõmendatio, qua minor confœderatur maiori, vt illum tueatur, & defendat soluendo censum, vel pallium, & ista pariter non inducit subiectionem; sed si recommendatus est liber, remanet liber; si vero est alteri subiectus, remanet sub eadẽ subiectione. Gemin. *cons.* 81. *per totum*, Rom. *cons.* 417. *in princ.*

6 † Et de ista confœderatione, per quam quis dat se in protectionem alterius, quod nõ contineat, nisi quod ille teneatur defendere, non autẽ quod sit subiectus, & propterea Vasalli tales dati in protectionẽ alterius si rebellant se domino, & dant se in obedientia habenti protectionem, non eutitant crimen læsæ maiestatis, & possunt puniri, siue sciuerint, siue etiam ignorauerint dominum suum esse in protectione talis cui se submiserunt, plene Alex. *cons.* 13. *Consideratis, n.* 15. *& 16. ver. nec prædictis haberet obsta-*

re, lib. 6. †Quarta est confœderatio, per quam quis simpliciter se 7
subiicit alteri, vt tanq̃ subditus protegatur & defendatur, Soc.
cons. 74. *in princ. & n.* 13. *ver. ad adducta in contrarium, lib.* 1. †Confœ- 8
deratio colligationis æqualis dicitur socialis sm̃ Fel. *in c. postulasti,*
n. 10. *de foro compet.* † Confœderatæ ciuitates, videlicet colligatæ 9
æqualiter, pluribus modis fiunt, aliquando fit capitulũ vel statutum, ꝙ delinquentes ex loco confœderato possint puniri per
aliam ciuitatẽ confœderatã aliquando, ꝙ bannitus ex ciuitate
confœderata ẽt si bannitus ex alia. Bar. *in l. non dubito, ff. de capt.* &
idem repetit *in l. cunctos populos, n.* 44. C. *de summa Trinit.* †Repressa- 10
lias an teneatur ciuitas confœderata dare ciui alterius ciuitatis
confœderatæ, Vide Alex. in apostil. ad Bart. *in d. l. non dubito, in ver.*
apud nos. in fi. ff. de captiuis. † Crimen læsæ maiestatis cõmittitur per 11
offensam maiestatẽ confœderati; ideo ciuitas confœderata punit talẽ delinquentẽ. Bar. *in consilit. qui sint rebelles, nu.* 7. *& seq. in ver.*
rebellando. †Tractant se confœderati æqualiter, vt inuicẽ sint ci- 12
ues secundũ capitula, & tunc non põt vna ciuitas confœderata
in præiudicium alterius facere leges nouas, quando ita cõuenerunt in fœdere. Bart. *in consilit. qui sint rebelles, in ver. rebellando, nu.* 12.
Felin. plene *in d. c. postulasti.* †Et valet statutũ, vt delinquẽs in ter- 13
ris confœderatis statuenti possit in loco statuti puniri. Bart. *in d. l.*
cunctos populos, n. 44. *ver.* 8. *circa statuta.* C. *de summa Trinit. & fide Catho.* sequitur Feli. *in d. c. postulasti, n.* 10. *ver. quarta declaratio de foro cõpet.* plene Marsil. *in l. fi. ff. de iurisd. om. iud n.* 27. *& seq. ver.* 15. †Imo est 14
de natura confœderationis de iure, ꝙ iudex vnius possit punire
delinquentes in territorio cõfœderati, quasi dicatur quędã connexitas. Castr. *cons.* 293. *n.* 2. *in fi. ver. præterea, col.* 2. *lib.* 1. † Extende; 15
quia bannitus à ciuitate cõfœderata dicitur ẽt bannitus ab alia,
& qui offendi põt impune in loco banni, etiam potest offendi in
loco confœderato, & est locus remissioni delinquentiũ. Marsil. *d. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. n.* 27. *& seq.* † Subiectiua diuersa ẽ, & di- 16
citur, quando vnus locus subiicitur alteri, & tũc ciues efficiuntur
loci, cui subiicitur. Feli. *in d. c. postulasti, n.* 10. *de foro compet.* † Con- 17
fœderatio, per q̃ dicitur, quod castra & loca occupata per aliquẽ
remaneant sub eius protectione, non confert aliq̃ iurisdictionẽ,
nisi vt defendat de facto, prout in confœderatione inter Archiepiscopum Mediolani & Vbaldinos, dicit Bar. *in l.* 1. C. *de excusat.*
mun. lib. 10. *in princ.* & quod non sint subditi, licet submittãt se ꝓ-
tectioni, Bart. *tract repræs. quæst.* 1. *ver. ad tertiũ, n.* 9. vbi apostilla in
ver. subdit. †Et similis dicitur ista subiectio filiali subiectioni; ideo 18
sicuti pater, si permittat filiũ vti libertate tanq̃ sui iuris per decẽ
annos, efficitur sui iuris, ita isti subiecti ex voluntate præscribẽt
libertatẽ superiore volente & patiente, prout in parte Castr. *cons.* 19
314. *Postremo. lib.* 1. *in princ.* †Si vero sit dictũ, quod castra remanent sub regimine Vbaldinorũ, prout dictum fuerat, idem; quia
appellatione regiminis nõ veniunt subiectio neq; merũ & mixtum imperium in locis, castris, & ciuitatibus particularibus, sed
in prouinciis tantũ, & in Vrbe Roma. Bart. *d. l.* 1. C. *de excus. mun. lib.*
10. & idẽ in ciuitate dicit Fel. *in d. c. postulasti. n.* 10. *ver. & hinc est de*
foro cõpet. sequitur Maria Soci. *cons.* 7. *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 74. *n.* 8. *lib.* 1. vbi,
ꝙ hęreticũ esset recedere ab hac opinione, q̃ late probat multo-
rum auctoritate. †Extende; quia ẽt si veniret merũ & mixtũ im- 20
periũ, pœnæ & mulctæ, & confiscationes non sunt habentis regimen, sed habẽtis fiscũ. Bart. *in d. l.* 1. C. *de excusat. mun. lib.* 10. *in fi.*
†Adhærentiæ istæ de castris, & non potentibus, q̃ fiunt poten- 21
tioribus ciuitatibus, regulariter fiũt, vt defẽdatur, nõ vt se subiiciant, *l. non dubito. ff. de capti.* ita Roma *cons.* 417 *in princ.* Gemin. *cõs.*
81. vbi dicit procedere ẽt in Papa, & de iure canonico, *c. recepimus,*
de priuil. †Etiã si aliquod soluant in signũ reuerẽtiæ; quia per hoc 22
non efficitur de districtu eius, cui offert reuerẽtiã. Corn. *cons.* 39.
n. 4. *lib.* 1. †Recõmandigia est confœderatio, per q̃ vnum castrũ, 23
vel vna ciuitas recõmendatur alteri, & singulo anno in signũ recõmendationis dat pallium ciuitati, cui se recõmendat, vel dat
aliud & isti recõmendati remanẽt, vt prius, liberi, nec sunt ciues,
nec subditi ciuitati, cui sunt recõmendati. Bart. *in d. l. non dubito. ff.*
de capt. sequitur Fel. *in c. postulasti, n.* 10. *de foro cõpet.* Anch. *cons.* 337.
Ista sentẽtia. n. 2. Bar. *cons.* 59. *lib.* 1. Cast. *cons.* 314. *n.* 3. *ver. dico ergo, lib.* 1.
Bald. *cons.* 499. *Proponitur, lib.* 4. Maria Soc. Sen. *cõs.* 7. & Bartholomęus Soc. *cõs.* 74. *n.* 8. *lib.* 1. Abb. *cõs.* 51. *in princ. lib.* 2. Rom. *cons.* 417.
in princ. Dec. *cons.* 459. *Per scrutata, n.* 4. *& per totũ.* Ruin. *cons.* 1. *lib.* 4.
Curt. Iun. *cons.* 124. *lib.* 2. Volãd. à Valle *cõs.* 1. *n.* 45. *& seq. lib.* 2. Barba.
cons. 11. *lib.* 2. plene Gemin. *cõs.* 81. †Mõtis Fortis Castrũ in Comita- 24
tu de Artono territorii Spoleti fuit fabricatũ ab incolis sub imunitate, & ſrãchitia cõfœderati cũ Cõmuni Spoleti, vt essẽt ciues
& immunes, ideo dicuntur suppositi quoad cõuenta tantũ; quia
exẽptio est generalis. Bart *cons.* 39. *Commune Spoleti, lib.* 1. sequitur
Felin. *d. c. postulasti. nu.* 10. *de foro compet.* Curt. Iun. *cons.* 124. *in princ.*
Roland. à Valle *cons.* 1. *n.* 54. *lib.* 2. † Castrum S. Ro nuli est subæ- 25

ctum

ctum per viam confœderationis Communi Ianuæ, ideo non obligatur extra capitulata. Anch. *d.cons.437.Ista sententia.* sequitur Fel. *c.postulasti n.* 10.. *de foro compet.* vbi Ancharan fine dicit vnum castrum posse esse intra territoriū, & non esse de territorio. Ro-
26 land. à Valle *cons.1.n.461.lib.2.* † Sauonæ ciuitas se subiecit ciuitati Ianuæ cū certis capitulis; & tamen ipsa remanet libera quoad ea, in quibus non se supposuit, ita consuluit Dec. *d.cons.* 395. *Perscrutatis n.4.ver.venio ad secundum, per totum*, pro qua ciuitate consuluit etiam Ruin. *cons.1.lib.* 4. & Curt.Iun. *cons.*124. *lib.2.* vbi concludunt, quod confœderati supponentes se alicui confœderato, sunt suppositi solū quoad capitulata, si te in aliquo subiiciunt, quoad alia secus; & citant omnes supradicti, & nouissime Roland. à Valle *cons.1.n.45. & seq.* vbi *in* 47. *lib.2.* late hoc cō-
27 firmat. † Castrum Collechii se submisit in quibusdā ciuitati Senarum; ideo non potest vltra expressa dici de territorio, vel iurisdictione, sed remanet liberū quoad non expressa. Socin, *cons.*
28 74. *In præsenti consultatione, lib.* vbi plurimos allegat. † Aretina ciuitas se supposuit per recommendationem ciuitati Florentiæ concedendo fortalitia, & quod noua fieri possint, & Aretini iurarunt fidelitatem essendi inimicos cum inimicis, & amicos cū amicis, per quem remanēt liberi extra capitulata, ita Maria. Soc. Sen. *cons.7. per totum*, quem sequitur Barth. Soc. *cons.*74. *n.8. lib.1.* Fel. *in c. postulasti, n.*10. *de foro compet.* Roland. à Valle *cons.1.n.47. lib.*
29 2. † Contrarium, quod imo Aretini effecti sint subditi, & Pistorienses territi. Io. And. *c.vt animarum. § statutum, de constit. in 6.* se-
30 quitur Ruin. *cons.* 1. *n.*2. *in fi. lib.*4. † Scarlini terra pariter se recōmendauit, & submisit domino Plumbini promittendo accipere sal ab eo, non ab alio sub pœnis statutorum; ideo remansit libera quoad non specificata in pactis, & oblatio pallii non facit dici suppositum quoad omnia. Abb. *cons.51. Ad dilucidationem, in princ. lib.*2. sequitur Dec. *d.cons.*359. *Perscrutatis, n.*8. Soc. *cons.*74. *n.8. lib.1.* vbi, quod consilio Abbatis subscripserunt D. Salustius, & D. Be-
31 nedictus de Barziis de Perusio illustres Doctores. † Sunarecti castrum pariter se recommendauit ciuitati superiori, soluendo censum pro tuitione & defensione, & remanet liberum; sed tamen si remanet diruptum, non amplius debetur census; quia cessat causa. Rom. *cons.*417. *in princ. & per totum.* Soc. *d.cons.*47. *n.*8. *lib.1.* vbi quod subscripserunt D. Salustius, & D. Benedictus Bar-
32 zius. † Bona Crauettæ empta tanquam conuentionata, nō possunt contra exemptionem grauari, vt ipse in causa sua consuluit,
33 *cons.*111. *per totum*, vbi *n.*7. allegat omnes supradictos. † Clerici & ecclesię, qui sunt recommendati principibus secularibus, & pro commandigia soluunt brauium, vel censum, non efficiuntur
34 subditi. Gemin. *cons.*81. *Quia per spectabilem.* † Castillionis castrum dicitur confœderatum, non autem subditum Communi Florētiæ; ideo non potest grauari cōtra pacta, plene Cast. *cons.*314. *Postremo, lib.1.* vbi, quod omnia concessa etiam post pacta, si incon-
35 uenienti sunt ex contractu. † Comes sub accommandagia Florentinorum, vel Papæ, licet teneretur mittere subsidium; non tamen efficitur subiectus. Gemin. *d.cons.*81. *Quia per spectabilem. per totum.* vbi, q acquirit recōmendatus protectionē, sed remanet subie-
36 ctus, cui suberat, vel liber, si erat liber. † Mutiliani terra, licet se recommendauerit, & subiecerit Cōmuni Florentiæ soluendo pallium; non tamen dicitur subdita, sed libera, quoad omnia nō contenta in capitulis, ideo nō est de territorio, nec subiacet sta-
37 tuto Florentiæ. Corn. *cons.*187. *In consultatione, lib.*4. † Et de pluribus castris, quæ se supposuerunt quoad quid Communi Spoleti, vt essent sub protectione, vt Legatus Papæ Ægidius etiam ex causa necessitatis non possit illos grauare vltra conuenta; quia Cardinalis non habet mandatum ad ista; & quia ipsa Castra habent, & eis competit negatoria. Bald. *cons.*499. *Proponitur, quod,*
38 *lib.4. per totum*, maxime *n.6.* † Et de Castro Ripomarensi, quod se dedit Florentinis rebellando se Volaterranæ ciuitati, quod capitula sint seruanda, quod Florentini dent sibi officiales, intelligitur de officiali Florentino, vt saltem quod non sit Volaterra-
39 nus. Dec. *cons.*285. *per totum.* † Et de Castro S. Romuli, quod subiecit se Communitati Ianuæ. Ancha. *cons.*437. Dec. *cons.*359. *n.*7.
40 † Solutio Brauii, vel census in signum præeminentiæ terræ, cui facta est commendatio, non priuat terram soluentem sua libertate. Soc. *cōs.*74. *n.*13. *lib.1.* alleg. Card. & Ancha. *clem.1. de elect.* Abb. idem dicit *cons.*51. *in prim. lib.*2. Soc. plene *in l. si ex toto. n.9. &*
41 *seq. ff. de leg.*1. Gemin. *d.cons.*81. *in princ.* † Extēde; quia non pōt dominus collectas imponere tali Castro, qui se subiecit, & recommendauit, late Soc. *d.l. si ex toto, n.9. & 10. ff. de leg.*1. late Roland. à
42 Valle *cons.1.n.45. & seq. lib.*2. † Et quod sola recommendatio etiā cum recognitione superioritatis, non faciat recommendatum
43 esse feudum, vel suppositum. Paris. *cons.*16. *n.*25. *lib.4.* † Castrum

Lucignani est confœderatum ciuitati Senarum partim per subiectionem; quia secundum quid sunt effecti de Comitatu Senarum, in iis, quæ respiciunt commodum ipsorum. sed reuera habent merum, & mixtum imperium. Castr. *cons.*85. *per totum, &*
*cons.*293. *lib.1.* † Capitula, & verba confœderationis dubia sunt 44
interpretanda secundum veriſimilitudinem & etiam secūdum rei naturā, ita vt sit vtile colligationi, & societati, non autem alteri ex confœderatis; vel magis vni, quam alii; quia est facta ad bonum commune, prout societas. Bald. *cons.*343. *Examinada sunt*
lib.1. Vide, *Pactum contrahentium quando vnius, vel ambarum partium*
respiciat commodum. Conclus.9. † Declara, qui se fundat in pacto 45
confœderationis, vt aliquid acquirat, in dubio contra eum fit interpretatio. Abb. *cons.*51. *n.3. lib.*2. Roma. *cons.*359. *n.*12. *& seq.*
† Extende, vt sint interpretanda secundum arbitrium boni viri, 46
& moderationem rationabilem; ideo verba, quod colligati manu tenere debeant armatos omnes, quos potuerint, intelliguntur secundum necessitates, vt tempore necessitatis secundū potentiam eorum, quæ suppleat necessitati, tempore non necessitatis secundum potentiam indigentiæ necessitatum. Bald. *cons.*
343. *circa princ. ver. sed notandum est. lib.1.* † Declara; quia capitula 47
cōfœderationū sunt de sui natura bonæ fidei propter societatē, prout fere omnes contractus mundi repellunt fallaciam, & reducuntur ad bonam fidem, vt late interpretentur; prout è conuerso possunt reduci ad naturam stricti iuris, quando habent clausulam, quod nihil addi vel detrahi possit, sed solum habeāt 48
locum, prout est scriptū. Bald. *d cons.*343. *n.3. lib.1.* † Extende; quia ineſt clausula, vt absit dolus, sed bona fides seruetur. Ange. *cons.*
390. *Charissime frater, n.3. in fi. & n.* 4. *ver. præterea in capitulis.* † Et 49
quod capitula remandigiæ, seu confœderationis debeāt ad vnguem seruari tam per eum, qui se commendauit alteri, quam etiam per eum, qui recepit. Decian. *cons.*117. *n.*16. *& seq. ver. tertio cōsidero, lib.3.* vbi, quod etiam manu armata defendere tenentur.
† Imo successor reipublicæ Florentinæ, videlicet magnus Dux 50
obligatur. Decian. *d.cons.*117. *n.*18. *lib.3.* † Extēde; quia si continēt 51
capitula fœderis contrarietatem, debent distinctione concordari. Ang. *cons.*376. *Nobiles viri. n.*2. † Et referūtur ad præsentia, prout 52
si confœderatus promittit non recepture bannitos, quia intelligitur de præsentibus tempore promissionis, nisi promissio sit reciproca; quia tunc ad futuros etiam trahitur; quia fauorabilis est materia. Angel. *cons.*261. *Punctus 1. col. pen.* † Declara; quia imo ēt 53
si capitula pacis, & cōfœderatio sit reciproca, intelligitur de præsentibus, & cognitis vexationibus, & guerris, quando maxime capitula sunt per viam compromissi, quod stricte interpretari debet, & quando verba sunt de præsenti, & etiam intelligi debet de guerris licitis & ad defensam. Castr. *cons.*296. *Viso supradicto, col.2. ver. secundo videndum, per totum, lib.1.* † Restringe; quia sunt 54
stricti iuris, & stricte intelligenda. Franc. Becci. *cons.*14. *n.*27. vbi plures alleg. † Fallit; quia verba vniuersalia capitulorum com- 55
prehendunt omnia etiam si sit maior ratio in vno, quam in alio, & non fit restrictio contra literalem significatum, ita Becc. *d.cōs-*
14. n.13. & seq. Vide, *Recommendati non dicuntur esse sub iurisdictione,*
& sub protectione. Concl.56.

Confœderatio qualiter seruanda, & interpretanda. Conclus. 629.

CONFOEDERATVS, qui † alteri quoad aliqua etiam princi- 1
paliora se subiecit; non tamen dicitur se subiecisse quoad minora, & non expressa. Roma. *cons.* 244. *An dictum castrum, in*
princ. vbi prima apostil. *in ver. verior.* † Extende; quia imo confœ- 2
deratus subiiciens se secundum capitula non dicitur expresse subiectus, sed liber, & debent seruari conuenta in tantum, vt vltra ea non intelligatur adstrictus. Rom. *cons.*444. *n.*4. vbi allegat Bart. *in cons.*59. *Commune Spoleti*, & apostilla adducit Dec. *cons.*360. *Perscrutatis omnibus.* Cætera vide in præcedenti conclusione per totam, maxime, *n.*54. 55.

Confœderationem facere qui possint, & quid operetur confœderatio. Conclus. 630.

VASALLVS † Imperatoris, & cuiusuis alterius potest submit- 1
tere se alicui ciuitati, & cum ea contrahere confœderationem, dummodo id faciat sine præiudicio Imperatoris, vel alterius, cui est vasallus. Bald. *cōs.*369. *Quæritur primo, in princ. lib.* † Ex 2
tende ēt in Vasallo ligio; quia pōt facere confœderationem, & se ligium tertio facere, dummodo hoc faciat sine præiudicio primi domini, alias non posset. Roma. *cons.*47. *Visis necessariis, n.6. &*
seq. vbi apostilla dat concord. † Amplia; quia Marchio Ceue ad- 3
hærendo Duci Aurelienſi dicitur feciſſe confœderationē cū eo simplicē, per quā non dicitur supposuisse sua castra, nisi expresse

subiecerit; quod tamen potest facere in sui præiudicium. Bald. 4
cons.491. Inter Marchiones, in fi lib.5. † Amplia; quia Cõmune Florentiæ & D. Mantuæ licite fecerunt colligationem contra oẽs, & maxime contra Ducem Mediolani, Senenses, & Pisanos, de 5
quibus Angel. *cons.391. Sub aliis quidem.* † Amplia; quia confœderatio, quæ fit ad defensam, semper est licita: ideo possunt domini Terrarum colligationes facere, quæ sunt validæ ad defensam. Ang. *cons.376. Nobiles Viri.* vbi quod domini Montis Vlmi, Montis Luponi, Montis Sancti, & Montis Fani fecerunt simul cõfœderationem cum Communi Maceratæ, & fuit licita colligatio. 6
† Similis colligatio facta fuit inter Commune Anconæ, Firmi, & Dominos Camerini, Mathelicæ, Montis Bodii, & Fabriani. 7
Angel. *cons.269 per totum.* † Vide varias confœderationes Ciuitatum, & DD. Italiæ, qui bellum fecerunt inter se, & tandem de anno 1392. fecerunt pacem ex compromisso facto in Ducem Ia- 8
nuæ, & alios, de quibus plene Bald. *cons.147. lib.2.* † Operatur cõfœderatio, q̃ vnus ex cõfœderatis tenetur alium adiuuare, & sic inuicem vnus alium adiuuare tenetur. Ang *in l.2. §. excusantur, ff* 9
ad Syllam. Grammat. *decis.65 n.39. & seq.* Alex. *cons.84. in fi. lib.3.* † Et dicuntur loca confœderata ciuitati vnicum corpus cum ipsa ci- 10
uitate. Alex. *d. cons.84. in fi. lib.3.* † Item operatur, quod dicuntur cõprehensi in pace facta pro omnibus confœderatis. Rom. *cons.* 47. *Visis necessariis, in fi. n.18. ver. quoad secundum*, vbi apostilla *in ver. comprehensum*, dat concord. & loquitur de pace inter Regẽ Fran- 11
ciæ & Regem Angliæ. † Et offendens confœderatum dicitur offẽdere eum, cui facta est confœderatio, ita quod subditus meus offendens confœderatum meum, me offendit, & in eo cadit rebellio, & crimen læsæ maiestatis quoad dominum offendentis. Bart *in extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando, n.8. & seq. ver. Nam Imperator.* † Imo confœderatus punit subditum sui confœderati 12
delinquentem, si est præsens, vel si ad literas per suum superiorẽ confœderatum hoc admittitur *clem. pastoralis, de re iudic.* Bar. *d. extrauag. qui sint rebelles, n.10. & seq. ver. sed an contra hominem.* † Legem 13
condere non põt cõfœderatus, per quã inducatur aliquod grauamen: quia confœderatio Ciuitatum & Principum æquali fœdere importat, quod inspiciatur tempus fœderis, & nihil per leges, vel ordines grauamen importans induca tur, quod dicit esse notandum Bart. *in d. extrauag. qui sint rebelles, in ver. rebellando, nu.11. & 12. ver. nec obstat.* vbi apostilla *in d. ver.* alios citat. Fel. *in c. postulasti, n.4. declarat. de foro compet.* † Confœderatio operatur, q̃ censentur 14
confœderati vnum corpus, adeo quod ratione cõfœderationis tribuitur iurisdictio, q̃ alias non competeret. Alex. *cõs.84. In causa, quæ vertitur. lib.3. in fi.* † Extende; quia bannitus de vna ciuitate 15
dicitur bannitus de Ciuitate confœderata, & ibi potest capi, & bannum exequi. Marsil. *cons.121. n.10. & seq.* Fel. plene *in c. postulasti, n.10. de foro compet.* Vide, *Delinquens in vno loco non potest puniri in* 16
alio loco pro eodem delicto. Conclus. 182. & Conclusione ibi proxima seq.
† Cõtrarium dicit Bart. *in l. non puto, ff. de captiuis*, vbi, quod nõ ser- 17
uatur. † Extende; quia delinquens in ciuitate confœderata põt in alia puniri secũdum Bart. sed Bald. contra, q̃tẽ sequitur Clar. *in §. fin. qu.38. nu.10.* vbi, quod opinio Baldi seruatur de consuetudine, nisi capitula confœderationis aliter disponant, & pendet à 18
capitulis confœderationis. Vide, *Delinquens conclus. prox. præced. alleg.* † Limita; quia licet confœderatus, & colligatus teneatur adiuuare colligatum in defensione iusta, secus tamen est, quando esset iniusta offensio, vel defensio, maxime quando bellum est propter factum iniustum colligati. Ange. Aret. *cons.96. In themate supradicto, col. fin. ver. circa quintum.* vbi, quod si colligatus in re iniusta adiuuat, iniuriam facit, & male ageret. † Reliqua vide, *Con-* 19
nexorum idem est iudicium. Concl.626.

Confœderatio, seu colligatio quando licita Conc. 631.

CONFOEDERATIO † & colligatio est licita, quando expresse 1
apparet causa licita, & quod ad bonum fuerit facta, alias secus. Calder *cons.80. ver. item, quia fuit præstitum*, alias 4. *de iureur.* 2
† Extende, vt procedat etiam, quãdo fuit facta generaliter contra omnes Ciuitates, Tyrannos, & Barones; quia quando causa est licita, etiam est licita confœderatio. Ang *cons.391. in princ.* vbi loquitur de confœderatione Florentinorum cum domino Mãtuano contra Ducem Mediolani, & Communia Senarum & Pisarum. † Contrarium, quod imo confœderationes, & ligæ ciui- 3
tatum inuicem ex causa defensionis non valeant, quando in veritate aliud agunt, vt in fraudẽ principis occulte fiant; quia omnes colligationes ciuitatum subiectarum sunt prohibitæ, & ipso iure nullæ, vt *in ti. de pace iuram. firm. §. conuenticula.* † Declarat Bart. 4
in extrauag. qui sint rebelles. in ver. occulte. in fi. quia si princeps est præsens, vel ad defensionem paratus, non possunt fieri ligæ, & confœderationes, etiam prætextu defensionis, & causæ licitæ, alias incurrunt rebellionem occultã; secus si princeps est absens: quia dicitur ad iustitiam seruandam, & valet *l.1 in princ. ff. quod cuiusque vniuersit nomine.* & ibi *in ver. machinationes*, vbi ponit plura exẽpla occultæ machinationis. † Amplia; quia confœderatio facta ad 5
defensam est licita, etiam si ad sint capitula offensionis in consequentiam, & necessitatem defensionis. Bald. *cons.343. Examinanda, in princ. ver. dumittamus ista, in princ lib.1.* Ang. *cons.376. Nobiles viri, in princ.* vbi, quod licita est offensio Cardinalis ad defensam, vt sunt consilia super eodem facto. † Extende; quia etiam inter cõ- 6
fœderatos est licita disgregatio, qui inire possunt aliam confœderationem, quando vnus contra alium se præparat ad arma; quia alter potest se submittere alicui potenti, & facere nouam confœderationem ad defensam suam. Bald. *cons.369. Quæritur primo, in fi. ver. item cum vna pars lib.1.* Vide, *Confœderatus ad quæ teneatur, & quæ possit, vel non. Concl.632.* † Amplia; quia confœderatio 7
cum vno principe non prohibet, quin etiam cum alio fieri possit saluo iure primi, & ideo licite potest quis pluribus confœderari. Rom. *cons.47. Visis necessariis, per totum.* † Et tenetur confœdera- 8
tus pluribus, si inuicem habent guerram, adiuuare, vel sonẽtem bonum ius, vel cui primo fecit confœderationem, vel neutri, vel sit locus gratificationi, plura similia adducit idem Roma. *d. cons.47. per totum.* † Bene sequuta pace pro se, & confœderatis, 9
qui vtriq; parti erat confœderatus, consequitur pacem. Rom. *d. cons.47. in fi.* † Limita; quia si non apparet causa, propter quam 10
colligatio & liga fuit facta inter confœderatos, præsumitur ex causa illicita. Calder. *cons.80. alias 4. de iureur. in fi.* maxime quãdo fit occulta; quia est de genere prohibitorum & præsumitur contra coniurationes, & confœderationes. † Extende; quia om- 11
nes confœderationes etiam inter ciuitatem, & ciuitatem regulariter sunt prohibitæ, nisi fiant ad bonũ, & ex causa licita. Cald. *d. cons.180. in fin.* alias *4. de iureur. c.2. de ver. signif. in 6. & de pace iurã. fir. in feud. c. hac edictali. §. conuenticulas quoq; omnes.* Vide, *Collegia omnia sunt illicita, nisi sint approbata. Concl.456.*

Confœderatus ad quæ teneatur, & quæ possit, vel nõ. Concluf. 632.

CONFOEDERATVS cum vno, non potest confœderari cum 1
inimico eiusdem confœderati, nisi ex causa merus, vel alia iusta à lege suffulta. Bald. *cons.369. Quæritur primo, n.5. vers. an ille, lib.1.* † Extende, vt confœderatus videns confœderatum præparari ad arma potest petere consilium & auxilium, & se submittere alicuius protectioni; quia defensio est licita, Bald. *d. cons.369.* 2
in fi. ver. item cum vna pars. lib.1. † Amplia; quia confœderatus proprie, & adhærens dici non potest ille, qui vtriq; parti gerẽti bellum adhæret, prout faciebat Comes Robertus cum Duce Mediolani, & Florentinis: ideo capitula continentia confœderatos 3
eum non comprehendunt. Ang. *cons.390. Charissimæ frater, per totum.* Vide & declara, vt in *ver. Adherere alteri quis dicatur, Concluf.* 175. † Amplia; quia confœderati, & capitula pacis habentes, 4
quod alter non possit receptare gentes armatas alterius sine licentia, & participatione sua, si contrarium faciat, non excusatur, quin incidat in pœnam, etiam si excuset se, quod dixerit habere licentiam; quia debuit perquirere diligenter. & est affectata ignorantia, quæ non excusat. Cast. *cons.295. Viso supradicto, in prin.* vbi maxime dicit procedere, postquam habuit intimationem, quod non de sua licentia. *lib.1.* † Confœderatus non dicitur sub- 5
iectus, nisi expresse fit actum; ideo vnus in alium non acquirit iurisdictionem, nisi in hoc, quod rebelles vnius possunt capi, & remitti per alterum confœderatum Bald. *cons.491. Inter Marchiones, in fi. lib.5.* † Tenetur confœderatus seruare pacta fœderis bo- 6
na fide. Ang. *cons.391. Super aliis quæsiti per totum*, vbi, quod tenetur adiuuare confœderatum. † Extende; quia si confœderatus pro- 7
misit confœderationem, præterquam contra certum Principẽ; si tamen ille Princeps faciat bellum cum aliis æq; principalibus, tenetur confœderatus præstare auxilium confœderato contra alios principales: secus si sunt adhærentes illius, contra quem non tenetur præstare auxilium. Ang. *d. cons.391. n.3.* † Declara, q̃ 8
in dubio omnes confœderati tanquam socii sunt æq; principales. Ang. *cons.391. n.4.* † Extende; quia confœderati tenentur ad 9
interesse, si defecerunt. Ang. *d. cons.391. n.7.* † Limita; quia confœ- 10
deratus non tenetur nisi in quantum facere potest. Angel. *d. cons.* 391. *col. fin. ver. terminata igitur guerra.* & latius *n.7.*

Confœderatus ex quibus dicatur venire contra fœdus, Conclu. 633.

CONFOEDERATVS † offendens subditum confœderati dici- 1
tur venire cõtra fœdus Bald. *cons.369. Quæritur primo, in princ. ver. secundo, an ille, lib.1.* † Amplia, vt procedat, etiã si in fœdere fa- 2
cta fit

cta sit promissio de defendendo, & bene tractando aliquem; quia promittens nō potest talem inquietare in iuribus eiusdem.
3 Bald. *d.cons.369.in princ.ver.tertio an ille,lib.1.* † Am. lia; quia primo loco offendens confœderatum, ille solus incurrit pœnam, non alius, qui secundo loco offendit. Bald. *d.cons.369.nu.4.ver.*
4 *quarto an ille,lib.1.* † Limita, quia per simplicem actum verbi non dicitur rupta confœderatio. Bald. *d.consil.369.circa fin. ver.porro dicendum, lib.1.*

Confessio quid sit. Concluſ. 634.

1 CONFESSIO † non est probatio, sed est releuatio ab onere probandi & facta parte præsente habet vim perfectæ pro-
2 bationis Castr. *cons.143.n.3.lib.2.* † Contrarium, quod imo cōfessio est efficacior probatio cæteris probationibus. Marsil. *sin-*
gul.201.n.2. Vide, *Confessio est efficacior probatio cæteris probationibus.*
3 *Concluſ.645.* Et † confessio est quædam simultanea fassio, & affirmatio, à contra, quod est simul, & cum alio fassio, videlicet fateri; sic arguit in simili de confirmatione, vt sit simul firmare, à contra, quod est simul, & firmatio. Alex *cons.122. Viso, in fin.n.*
24.lib.4. Vide, *Confirmatio quid sit. Concluſ.704.*

Confessio fit ad obligationem, vel probationem, & requirit causam. Concluſ. 635.

1 CONFESSIO † recognitionis in feudum, aut fit ad constituendū feudum de nouo ex cōfessione, aut ad probandum iam constitutum, & requiritur expressio causæ recognitionis ad hoc, vt valeat. Oldrad. *cons.133 Factum tale est,n.4.ver.item alia ra-*
tione. Vide, *Obligatio sine causa non valet. & quando secus. Concluſ.38.*
2 † Et licet in contractibus, qui contrahuntur re, confessio non possit inducere illum contractū, prout est depositum; tamē bene probatur factum ex confessione ex causa. Castill. *cons.7. Visis*
3 *prius.n.11. & seq. ver. & si quis diceret.* † Idem in delicto, q̄ re ipsa delinquendo cōtrahitur; quia ex confessione non potest induci, sed bene iam commissum ex confessione ex causa potest pro-
4 bari. Castill. *d.cons.7.11. & seq.ver & si quis diceret.* † Item dominū nuda voluntate, & sic confessione nō potest transferri, proba-
5 tur tamen ex confessione translatum. Castill. vbi supra. † Item confessio mutui, licet nō sit probata per testes singulares, quando vnus de vno die, alius de alio die, & tertius de alio; bene tamen reprobatur mutuū; quia in hoc sunt contestes. Castr. *cons.381.*
circa fin. lib.1. Vide, *Confessio de recepto non probat veram solutionem.*
6 *Concluſ.655* vbi plura similia. Declara † seu restringe; quia imo in iis, in quibus pacto nuda nascitur obligatio, prout in donatione, & cōtractibus, qui re contrahuntur, confessio inducit & obligationem, & probationem. Castill. *cons.7.n.14. & seq.* vbi dicit
* 7 * communē. Vide tamen generaliter; quia cōfessio non est probatio, sed est releuatio ab onere probandi, licet facta parte præsente habeat vim perfectæ probationis. Castr. *cons.143.n.3.lib.2.*
* 8 vbi apostilla dicit * communē, prout tenent omnes *in c.1. de con-*
fess.in 6. † Imo vt habeat effectū probationis, quæ releuet ab onere probandi, necesse est, q̄ pars illam allegauerit, & deduxerit in libello, vel in articulis ad hoc, vt probata releuet ab onere probandi, siue ꝓbetur facta absente parte, siue præsente. Castr.
9 *cons.155. In causa, quæ vertitur, in pr lib.2.* Et q̄ confessio fiat ad probationē, tenet Feder. de Sen. *cons.54 n.2.ver.hac materia.* sed ta-
10 men in hoc reprobatur, dum vult, q̄ confessio probet veram solutionē, vt tenet ibi in sequentibus numeris. Et q̄ in confessione debiti, & sic ad obligandū necessario requiratur causa, alias non obliget; quia causa est de essentia obligationis, late Felin in
c. si cautio,n.23. de fide instr. glos. *in l. generaliter. C. de non numer pecun.*
11 † Extende, etiam si stipulatio interuenerit, Guid. Pap. *decis.176.*
12 † Amplia; quia nedum cōfessio, sed omnis promissio sine causa nō valet. Rom. *cons.292.in fin.* Alex. *cons.3.col.3. lib.2 & cons.19.col.*
13 *2.lib.4. & cons.13.col.1. & cons.96 col.2.lib.1.* † Extende; quia scriptura mercatoris publici, vel alterius personę publicę quæ probaret plene, nō probat plene, quādo est sine causa, sed solū probat semiplene. Rom. *d.cons.292. Pro habenda, in fin. ver. videndū super*
est. vbi apostilla in *ver. probationē.* dat concord. & extendit tam in
14 ciuilibus, q̄ in criminalibus. † Declara; quia confessio requirit causam, alias nō valet, quando fit ad obligandū, secus si fiat ad liberandum; quia tunc etiam sine causa inducit pactum de non petendo Feder. de Sen *cons.127 n.2.* Bald. *cons.380. Tres sunt casus,*
15 *in princ. lib.5.* † Amplia; quia confessio facta sine causa nō obligat confitentē, etiam si contineat talem esse debitorem; quia debet
16 exprimi causa. Alex. *cons.3 col.2. ver. solutio ex pluribus, lib.2.* † Extende, etiam si sit spontanea cōfessio; quia sine causa nō præiudicat. Anchar. *cons.12. Visa inquisitione,* qui loquitur in criminalibus, arguendo, quod sicut non nocet in ciuili; ita neq; in crimi-
nali. sequitur Marsilius in *praxi,n.21. & in l.1.§. præterea, n.66. ff. de*
quæst. vbi cum seq. plura similia adducit. † Extende in confessione de recepto, quæ facta sine causa non valet. Alex. *cons.37. Viso,* 17
n.7.lib.3. † Extende, etiam si sit extraiudicialis præsente parte, & 18
acceptante; quia sine causa non valet Bald *cons.70. Punctus, lib.5.*
Socin. *cons.56. In præsenti consultatione, col.pen. ad med. lib.1.* † Extende; quia scriptura, quæ alias haberet exequutionem paratam, si 19
non cōtinet causam, nō debet habere exequutionem. Alex. *con-*
sil.3. In causa, & lite, col.2. ver. solutio ex pluribus, lib.2. & hanc partem
tenet apostill. ad Alex. *cons.4. nu.11. in ver. causa, lib.1.* quia dicit
apparere ex instrumento. † Contrariū tenet Alex *d.cons.4. Circa* 20
primum.n.11. lib.1. † Restringe, nisi ex præcedentibus, & sequen- 21
tibus causa appareat, quia sufficit. Bald. *cons.461. Inter Io, & Aloy-*
sium, in princip. lib.1. † Restringe; quia sufficit causa, etiam si sit cō- 22
tra aliam cōfessionē; quia nihilominus nō potest reduci ad non causam, veluti si duo socij se liberarūt inuicem occasione societatis, & confessi sunt sese integre satisfactos quia si postea vnus
alteri se obliget ad certam summā occasione residui societatis
prædictæ, valet talis cōfessio, neq; alleg. ari potest nullitas causę
propter generalem liberationem, quando prima confessio erat
mera cōfessio. Bald *d.cōs.461. in princ lib.1.* † Restringe, quia suf- 23
ficit causa generalis, licet nō specifica, & specialis: ideo testator,
qui cōfitetur in testamento se teneri ad restituendū certa bona
ex causa restitutionis Titio præsenti, & acceptanti, obligatur, vt
nō possit reuocare talē confessionem. Bald *cons.488. In quod am-*
testamento, per totum, lib.4. & q̄ sufficiat causa in genere, veluti si
dicat; quia sic vult, vel sic placet. Alex. *cons.83. In causa, & lite, n.6.*
ver. nec obstat, lib.1. Vide ad prædicta omnia, *Cessio iurium requirit*
titulum. Concluſ.204. † Amplia; quia confessio immunitatis sine 24
causa facta non valet tanquā incerta, latissime Cauet. *cons.81.*
Vtrum vires, n.5. † Extende in obligatione & cōfessione Vniuer- 25
sitatis sine causa; quia non valet. Corn. *cons.127. In hac re, n.5. lib.2.*
† Amplia; quia promissio facta sine causa nō est efficax tanquā 26
indiscreta, etiam si sit facta per stipulationem. Alex. *consil.13. Ex*
iis, quæ n.2. lib.1. communem * dicit Io. de Anan. *cons.85. in princ.* *
Alex. *cons.37. Viso n.7 lib.3.* † Et quia videtur facta per errorem, & 27
indebite, quando est sine causa. Io. de Anan *d.cons.85. in princip.*
ver. est enim ratio. † Extende; quia in dubio præsumitur facta per 28
errorem, nisi probetur, quod ex certa scientia, & animo donandi est facta. Alex. *d. consil.13. num.2. lib.1.* vbi, quod ista est communis * opinio. *& num.3.* dicit magis communem * opinionem. **
† Extende, vt neq; sufficiat causa generalis. Grat. *cons.53.n.12 lib.* 29
1. cum aliis per Phanuc *de inuentario, parte 5. n.106. & seq.* vbi latissime. † Declara; quia mutui obligatio, vel datio pecuniæ ad 30
laborandū dicitur specialis causa, quando constat, vel exprimitur exercitiū socioru ad certum commercium; quia verba, & causa, ad laborandū, dicitur specialis. Ang. Areti. *cons.68 Lancel-*
lottus, n.3. & 4. ver. & primo, quia dicta obligatio. † Extende in com- 31
putis in cōfessione parte præsente, in pacto, in solutione, in stipulatione, cancellatione, vt plene per Phanuc. *de inuent. par.5. n.*
106 & seq. † Restringe, nisi appareret, q̄ ex certa scientia sit facta; 32
quia præsumitur animo donandi. Alex. *d. cons.13. n.2. & seq lib.1.*
vbi dicit, quod eo ipso, q̄ constat de certa scientia, cōstat etiam,
q̄ animo donandi sit facta, Phanuc. *de inuent. par.5 n.115.* † De- 33
clara; quia in donatione, quæ fit priuato, non requiritur causa;
quia liberalitas seruit ꝓ causa: secus si donetur reipublicæ; quia
requiritur causa specifica vltra liberalitatē. Alex. *d.consil.13.nu 3.*
ver sed dubitatur, lib.1. † Restringe, nisi sit facta in iudicio; quia 34
valet sine causa: secus est coram arbitratore, vel etiam arbitro,
quia dicitur extraiudicialis. Alex. *d.cons.13.n.4. & seq.ver.nec illa*
obstat. lib.1. Io. de Imol. *cons.134. in princ.* Marsil. in *l.1. § præterea n.*
63. & seq. ff. de quæst. † Idem est coram Notario, qui erat officialis 35
loci, Io. de Anan *d.cons.85. in princ ver. non obstat.* † Restringe ad 36
liberandū; quia non requiritur causa, Io. de Imol. *consil.1.n.2.* si
tamen in ea apponitur, restringit liberationem, vt ibi. † Amplia; 37
quia defectus causæ annullat omnē confessionem. Phanuc. *de*
inuent. par.5.n.104. & seq. vbi hoc probat etiam in cōfessione iudiciali; quia licet valeat sine causa: tamen annullatur ꝓpter defectū causæ. † Amplia; quia titulus requiritur in cessione iuriū, 38
videlicet causa cessionis. Vide, *Cessio iuriū requirit titulum. Concluſ.*
204. Vide plene p Mascard. *Cōclus.345. Cōfessio sine expressione cau-*
sę an valeat, vbi ponit regulā negatiuam, & plurimos casus pro limitationibus, vide eundē; quia ponit 16 limitationes. † Limita, 39
quādo de causa nō opponitur. Phan. *de inuēt. par.5.n.113.* † Limita, 40
quando potest aliunde cōstare de causa. Phan vbi sup. *n.114.*
† Limita in confessione iurata; quia iuramentū facit valere actū 41
omni meliori modo. Io. de Imol. *d. consil.1 nu.10. & seq. vers. item*

non obstat. Bal. in *rubr. C. de rerum permut.* Roma *cons.* 373. *In casu proposito.* Anchar. *cons.* 200. Alexand. in apostilla ad Bart. *in l. Publia.*

42 *§. fin. ff. de posit.* † Limita; quia valet sine causa, quando potius est ad probationem obligationis, q̃ ad inducendam ipsam obligationem, prout si in libro censuali authenticato manu Notarij quis

43 describitur debitor. Io. de Anan. *cons.* 85. *n.* 1. *in fin.* † Limita in cõfessione pecuniæ facta absq; expressione causæ; quia numeratio præsumitur facta in causam mutui, vel depositi. Alexand. *consi.*

44 37. *Viso n.* 8. *ver. nec huic instrumento. lib.* 3. † Limita; quia licet confessio sine causa non valeat; tamen secus est, quando quis confiteretur vere, & naturaliter sibi aliquid solutũ; quia numeratio

45 sufficit pro causa. Bald. *cons.* 70. *Punctus quidã lib.* 5. † Limita; quia quatuor casibus valet cõfessio sine causa, de quibus Abb. *in cap.*

46 *si cautio. col.* 2. *de fide instrum.* vbi Felin. & alij. † Limita, quando cõfessioni sine causa interuenit stipulatio; quia valet vt stipulatio.

47 Bald. in *rub. C. de rer. permut. in fi. col.* 1. † Contrariũ Alex. in apostill. ad Bart. *in l. cum de indebito. § fi. ff. de probatio.* q̃ nisi stipulatio sit in-

48 rata, non obligat cõfessio sine causa, licet adsit stipulatio. † Declara, vt plene Ias. *in l. iusiurandum, quod ex coru. ntione. ff. de iureiur.*

49 † Limita; quia licet cõfessio sine causa nõ ꝓbet plene, probat tamen semiplene. Alexand. *cons.* 38. *n.* 7. *ver. præterea & secundo. lib.* 1. vbi apostilla *in ver. semiplene.* & idem Alex. *cons.* 4. *n.* 12. *ver. nam confessio. cod. lib.* 1. vbi vtroq; loco dicit, q̃ potest allegari causa mutui, vel alia, & defertur iuramentũ in supplementum. Mathe sil.

50 *not.* 15. Marsil. *in rubric de probation.* † Limita in cõfessione iudiciali; quia valet sine causa. Io. de Anan. *d. cons.* 85. *in princ. ver. nec obstat,*

51 *quod fuerat facta.* † Et dicitur facta in iudicio, vbicunq; fit coram iu-

52 dice de iure canonico. Io. de Anan. *d. cons.* 85. *n.* 2. † Imo facta coram Notario, qui etiã erat officialis, dicitur facta in iudicio. Io.

53 de Anan. *d. cons.* 85. *per totum*, vbi Bologn. in apostilla, *nu.* 4. † Restringe; quia facta coram arbitro, vel arbitratore nõ dicitur iudicialis. Bologn. d. apost. ad *cons. Io. de Anan.* 85. *n.* 4. Alex. *cons.* 13. *n.* 4.

54 *lib.* 1. † Limita in liberatione, quæ nullã causam requirit. Phanuc. *de inuent. par.* 5. *n.* 117. *cum seq.* vbi idem ꝓ resto, & multis casibus.

55 † Limita in mortis articulo; quia valet confessio sine causa. Pha-

56 nuc. vbi supra, *n.* 120. † Limita; quia in codice rationum sufficit, quod dicat, *& deue hauere, vel deue dare*, i. e. *debet habere, vel debet da-*

57 *re.* Phanuc. *d. tract. n.* 123. † Limita in fideiussione, quia nõ requi-

58 ritur causa. Phanuc. vbi supra, *n.* 116. † Limita multis casibus, de

☞ quibus in *ver. Confessio sine causa valet multis casibus, conclus. proxima*

59 *seq.* † Extende; quia confessio facta etiam ad liberandũ requirit

* præsentiã, & acceptationẽ secundum * communem. Alexand.

* *cons.* 147. *In causa, & lite, per totum, lib.* 6. vbi dicit * communẽ, & tollit contraria; quia est necessaria præsentia, ergo requiritur ac-

* ceptatio, & ad contraria dicit * communem esse pro ista parte.

☞ Vide plenius, *Obligatio sine causa non valet. Conclus.* 38. Vide, *Causa*

60 *iniusta, vel erronea rescindit contractum. Conclus.* 140. † Limita, vt Conclus. proxima sequente.

Confessio sine causa valet multis casibus. Concl. 636.

1 CONFESSIO † Titij, quod Seius soluit pro eo centum suis creditoribus, probat, & dicitur sufficiens, licet non exprimat aliam causam specialem, pro qua illi essent creditores. Alexand. *cons.* 141. *Viso instrumento. nu.* 3. *ver. secundum est dubium. lib.* 6.

2 † Extende; quia valet confessio me esse debitorem pro resto, vel pro saldo, licet non exprimatur alia causa, ꝓ qua fuit soliditum. Alexand *cons.* 141. *n.* 4. *ver. nec potest, lib.* 6. vbi apostilla in

☞ *ver. resto*, allegat eundem Alexand. *cons.* 83. *in fin. lib.* 1. Vide plenius pro vtraque, *Confessio fit ad obligationem, vel probationem, & requirit causam. Conclusio.* 635. quæ est proxima præcedens. † Am-

3 plia; quia talis confessio sine causa inducit semiplenam probationem, & defertur iuramentum in supplementum. Vide Soci. *reg.* 28. *Confessio facta sine causa*, vbi limitat tribus modis † Amplia

4 multis modis, de quibus Mascard. *reg.* 345. *Confessio sine expressione causæ*, vbi ponit 16. limitationes, quæ hic seruiunt pro ampliationibus, quas videas. Vide etiam conclusionem proximam

☞ præcedentem, vbi plenius.

Confessio extraiudicialis requirit præsentiam, & tacitum consensum, & qualiter. Conclus. 637.

1 CONFESSIO † licet non requirat consensum expressum partis; tamen requirit præsentiam, & tacitum consensum, vel aliquid, quod sit loco præsentiæ, prout est nuncius, vel epistola. Bald. *consil.* 12. *Quidam D. Matheus, n.* 3. *ver. sequitur alia quæstio, lib.* 1. vbi loquitur in muliere, quæ confessa est adiuisse hæreditatem pro fratre, vt sibi non noceat, si non constat fratrem adiuisse, & ipsa contra confessionem non acceptatam dicat nomine proprio adiuisse. Signorol. Homod. *cons.* 33. *Quæro, nunquid, n.* 2. vbi dicit hoc generale; quia inter viuos non potest quæri absenti, nisi interueniat nuncius, vel epistola. Vide, *Præsentia quãdo præsumatur in actu, qui geritur. Conclus.* 605. † Extende; quia nedũ re- 2
quiritur præsentia, vt confessio inducat obligationẽ, & probet contra confitentẽ, sed requiritur acceptatio, vel saltẽ ꝙ ad eius instantiam facta fuerit. Alexand. plenissime *cons.* 111. *Viso superiore. n.* 7. *ver. propterea*, vbi apostilla in *ver. acceptata*, infinitos citat cõcor. *lib.* 3. *& consil.* 19. *& 20. In causa. col.* 2. *in princ.* vbi, quod propterea dicitur confessio quasi simul fassio; quia debet esse recepta, & non sufficit, quod facta dicatur parte præsente, nisi dicatur instante, vel acceptante, & in fortioribus repetit *consil.* 174. *In causa, n.* 3. *lib.* 6. *& cons.* 82. *In causa & lite, nu.* 3. *in fin. lib.* 4. *& consil.* 153. *n.* 12. *ver. præterea, lib.* 5. late Ias. in *l. error. col.* 2. *ver. tu pondera. C. de iur. & facti ignor.* vbi dicit * esse communem, & in *l. postquam liti.* * *colum.* 1. *ver. secundo facit. C. de pact.* vbi Ias. *n.* 2. & probatur viua ratione, de qua per Salycet. in *l.* 1. *C. de confess.* quicquid dixerit Alexan. in *l.* 1. *C. de repud. hæred.* Vide, *Præsentia quando requirat acceptationem. Conclus.* 602. † Imo quod etiam si aliqui testes dicant, 3
quod confessio fuit facta ad instantiam partis, si alias sunt varij, non probant secundum magis * communem, Alexand. *d. consil.* * 20. *n.* 1. *& 3. ver. nec istis obstat, lib.* 4. quod declara secundum Boss. *in praxi, tit. de opposito contra testes, n.* 10. † Extende; quia confes- 4
sio asserentis se debitorem alterius absente parte, & nemine pro ea acceptante, non probat debitum, etiam si esset geminata. Ruin. *consil.* 72. *lib.* 4. † Declara; quia secus est, si esset facta 5
præsente parte; quia licet non probet; si tamen est geminata, probat. Roma. *consil.* 290. *num.* 6. *ver. secundo accedit*, vbi, quod habet vim iudicialis, & probat etiam sine causa: vbi apostilla in *ver. videatur, & in ver. determinat*, quæ dat concord. & dicit * com- *
munem. † Amplia; quia confessio extra iudicium etiam parte 6
præsente facta non probat Roma. *d. consil.* 290. *num.* 6. *ver. secundo accedit.* sed si est geminata, bene probat; quia habet vim iudicialis, quæ probat etiam sine causa, vt ibi, & apostilla in *ver. videatur, & in ver. determinat*, quæ dat concord. plures, & dicit * communem. † Restringe igitur in confessione iudiciali sine * 7
causa, vel extraiudiciali geminata, vt supra. † Et quando requi- 8
ratur acceptatio ad hoc, vt extraiudicialis præiudicet confessio. Ias. *d. l. error. C. de iuris, & facti ignor.* Alciat. in *rubr. ff. de verb. obligat. col.* 2. Franc. Cur. *consil.* 77. Abb. in *cap. fin. de succes. ab intest.* Alexand. in apostill. ad Bartol. in *l. certum. §. si quis absente, ff. de confess.* Socin. *consil.* 228. *col.* 2. *ver. non obstat. lib.* 2. Alexand. *consil.* 20. *In causa, in princip. col.* 2. *lib.* 4. Marsil. *sing.* 310. Credo. Corne. *consil.* 61. *lib.* 3. *& consil.* 261. *lib.* 4. Felin. in *cap. olim ex litteris, de rescript. col.* 3. † Declaro tamen; quia sufficit præsentia, & intelli- 9
gentia, & quod consensus tacitus, vel expressus interueniat. Alexand. *consil.* 153. *Visis narratis, circa fin. num.* 12. *ver. præterea. lib.* 5. Vide plenius per Mascard. *conclus.* 146. *Confessio extraiudicialis* ☞ *
parte præsente. num. 11. *& seq.* vbi dicit * communem pro vtraque opinione, sed verior est, quod debet acceptari, & contrarium procedit ad effectum, vt possit reuocari, quando non est acceptata. † Et propterea confessio extraiudicialis facta etiam in 10
criminalibus potest reuocari, antequam sit acceptata per curiam, vel partem. Marsil. *d. singul.* 301 *credo.* † Extende; quia ad 11
probandum in causa criminali contra confessum in iudicio coram incompetenti, vel extra iudicium, non sufficit præsentia, vel acceptatio tacita, sed requiritur expressa, communem * di- *
cit Clar. in *§. fin. quæst.* 55. *num.* 4. *ver. vnum tamen.* vbi plus dicit, quod non probat delictum, nisi alia concurrant indicia, etiam si sit præsente parte, & acceptata; quia si reuocetur, facit solum indicium ad torturam. † Et tacitus consensus semper præsumi- 12
tur in fauorabilibus. Maranta in *praxi, parte* 6. *num.* 2. qui dicit * communem. † Et quod confessio facta præsenti inducat ple- * 13
nam probationem. Alexand. *consil.* 53. *In causa vertente. num.* 2. *ver. ex qua confessione. lib.* 1. † Intellige præsenti, & intelligenti, 14
ac recipienti. Alexand. *d. consil.* 20. *In causa, in princip. lib.* 4. vbi apostilla in *ver. recipiente*, citat eundem Alexand. *consil.* 111. *num.* 7. *lib.* 3. sufficit tamen si tacite, vel expresse consentiat. idem Alexand. *cons.* 153. *Visis narratis, num.* 12. *lib.* 5. † Extende si testes sint 15
singulares; quia sufficit, quod concordent circa principale factum, licet discordent in circumstantijs; & quia actus confessionis est reiterabilis Alexand. *d. cons.* 53. *num.* 4 *lib.* 1. † Extende 16
etiam ad effectum, vt deferri possit iuramentum in supplementum. Alexand. *dict. consil.* 53. *num.* 5. *lib.* 1. † Amplia; quia con- 17
fessio non valet, nisi fiat præsenti, vel per nuncium, & epistolam in iis, in quibus agitur de dispositione inducenda, quando sumus in iis, quæ dependent à voluntate plurium, prout in pacto, in contractu, & similibus; secus in iis, quæ depen-

dent

dent à voluntate solius confitentis. Bald. *cons.* 387. *In primis videndum, in princ. lib.* 3. † Et qui habeantur pro nuncio, & epistola; dic, quod populus, quando est fama publica; item scriptura, quæ potest deferri; prout potest Epistola; quia omnis scriptura est loco epistolæ. Castr. *consil.* 115. *n.* 6. *lib.* 1. & quando confessio est facta procuratori præsenti, competit doli exceptio, quando per nuncium, vel epistolam parat pacti exceptionem, & extra istos casus facta parte absente non probat plene Signor. *cons.* 33. *in fin.* † Amplia; quia confessio facta præsenti, etiam si nihil disponat, vt quia non dicit, *confitens promitto*, sed dicit, *faciam*, inducit probationem, licet non inducat dispositionē obligatoriam. Alex. *cons.* 53. *In causa vertente. n.* 1. *ver. & maxime secundus testis. lib.* 1. † Extende, etiam si testis non deponat de tempore cōfessionis: quia non fuit interrogatus Alex. *d. consil.* 53. *n.* 2. *ver. & licet dictus testis. lib.* 2. † Amplia, etiam si sit facta fauore piæ causæ: quia ad hoc, vt probet debitum, requiritur præsentia. Calder. *cons.* 362. alias 33. *de testam.* † Amplia; quia confessio facta absente parte nō probat plene, nisi cōcurrant alia adminicula. Alex. *cons.* 24. *Animaduersis. col. pen. n.* 40. *ver. non obstat etiam lib.* 2. † Amplia; quia confessio facta præsente parte habet vim perfectæ probationis. Castr. *cons.* 143. *n.* 3. *lib.* 2. vbi apostilla dat concord. q confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi; quod etiam dicit ibi Castren. quod ideo est probatio; quia releuat ab onere probandi. † Extende, vt procedat; etiam si quis confiteatur de se, & de alio præsente, & tacente corā parte; quia censentur ambo confiteri. Castr. *d. cons.* 143. *n.* 2. *& per totū lib.* 2. † Et quod confessio facta præsente parte sit efficax, & probata per duos testes valeat, qui præsumuntur cōtestes. Alex. *consil.* 147. *Ponderatis nu* 14. *lib.* 2. Vide plene per Mascardū *concluſ.* 146. *Confessio extraiudicialis parte præsente plene probat.* vbi ponit hanc regulam affirmatiuam, quam probat: & ponit vnam ampliationē, & octo limitationes, quæ erunt in casu nostro ampliationes. Prima est, quando nō fuit acceptata: & licet sit cōtrouersa; tamen vera, & communis limitatio est, contrariaq; opinio procedit, vt possit reuocari, si non est acceptata: secunda est, quando per verba enunciatiua; tertia, quando calore iracundiæ facta; quarta in confessione mutui; quia intra biennīū competit exceptio non numeratæ pecuniæ: quinta, quando fit confessio contra instrumentū: sexta, quando sine causa: septima in confessione Prælati: octaua, quando inter personas prohibitas. † Limita in confessione facta in testamēto *Imon solum. §. liberationis. ff. de lib. legat.* quia valet facta absenti ad liberandum. Vide, *Confessio in testamento facta absenti non probat, & quando secus. Conclus.* 639. † Extende: quia imo valet etiam ad obligandum in vim fideicommissi facta in testamento; quia fideicommissum absenti potest fieri. Signorol. Homod. *cons.* 33. *Quæro, nunquid. n.* 4. *vers. secundo casu.* † Declara, vt procedat in reali liberatione: secus in personali: quia non liberat. Bart. *d. § liberationis. n.* 7. *ff. de lib. leg.* † Contrarium tenet Bald. *cons.* 466. *Quæritur. an creditor.* vbi, q confessio de recepto facta absente debitore ex causa inducit liberationem in reali, & personali *lib.* 4. † Limita; quia licet confessio de recepto absente parte non inducat obligationē, neq; liberationem; tamen ex causa facta inducit probationē causæ, ex qua oritur exceptio doli. Bald. *d. cons.* 466. *per totū lib.* 4. & idem videtur velle *cons.* 380. *in princip. lib.* 5. † Restringe limitationē, vt nō procedat, quando esset facta in testamento absente parte: quia neq; probat, ex quo nō fit eo animo, sed animo testandi: secus si in apocha. Bald. *cons.* 380. *in princip. vers. alij dicunt. lib.* 5. † Limita; quia valet confessio fideicommissarij facta absente Fisco, quod fidem accommodauerit defuncto de restituenda hæreditate filio spurio testatoris in fraudem Fisci: quia sufficit, vt bona spectent ad Fiscum; quia ista sunt difficilis probationis. Calder. *cons.* 354. alias 25. *de testam.* † Limita; quia de æquitate canonica valet confessio absente parte facta etiam ad obligandum, quando fit maxime ex aliqua causa stimulante conscientiam. Alexand. *cons.* 245. *ponderatis iis. n.* 6. *ver. plus dicit Anton. lib.* 6. † Limita, quando confessio esset facta absente principali debitore, sed præsente eius fideiussore; quia tunc fideiussor supplet præsentiam in acquirenda exceptione ex confessione. Bald. *cons.* 387. *n.* 2. *ver. super secundo, lib.* 3. Batt. plenius *cons.* 114. *In primis. n.* 2. *& seqq. ver. super secundo. lib.* 2. † Extende limitationem, vt procedat etiam quando est facta confessio de recepto vni ex correis in solidum obligatis; quia valet etiam quoad absentes in solidum obligatos, & ex tali confessione facta ipsis absentibus liberantur, si confitens renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel si lapsi sunt 30. dies Bald. *cons.* 251. *Duo rei. in princip. lib.* 3. vbi in fine dicit, secus esse in pacto liberatorio; quia non iuuat correum absentem, quando est factum soli correo præsenti, sed bene si vtrunq; fieret, videlicet pactum, & confessio, iuuaretur absens, sicut ex sola confessione. † Limita in confessione facta in iudicio, vel coram iudice; quia est efficax ad obligandum. Io. de Anan. *consil.* 85. *Intentio Domini P. n.* 2. *ver. non obst. ut etiam.* † Extende, maxime quando confessio fit per modum voluntariæ, non autem contentiosæ iurisdictionis. Io. de Anania *d. consil.* 85. *num.* 3. † Limita, quando confessio fit absente parte per modum declarationis: quia obligat, & valet. Io. de Anania *consil.* 85. *num.* 3. † Limita, quando cum confessione extraiudiciali absente parte facta concurrunt aliæ coniecturæ, quia probat. Alexand. *consil.* 24. *Animaduersis, n.* 40. *ver. non obstat etiā, lib.* 2. † Limita, quando confessio non fit ad obligationem inducendam, sed ad obligationem inductam probandam; quia valet absente parte. Io. de Anania. *d. consil.* 85. *num.* 3. † Limita; quia confessio facta absente parte, & extra iudicium plene probat, quando ita fuit repetita, & frequens continuata, quod transeat quasi in publicam vocem, & famam: quia sic præiudicat, quemadmodum præiudicaret, si fama portaret dictam confessionem, Castren. *consil.* 115. *super 1. in fin. n.* 6. *ver. nec obstat, quod confessio, lib.* 1. vbi in fine, quod populus, in cuius aures diuulgatur loco absentis, cuius interest, videtur recipere, maxime quando est iuncta cum tractatu, & iactantia. † Extende, vt procedat idem, quando fit per nuncium, vel epistolam, *l. Publia, §. fin. ff. depos.* Castrens. *d. consil.* 115. *in fin. lib.* 1. † Extende idem, quando fit in scriptis: quia videtur velle, quod quandocunque ad partem deueniat scriptura, pro parte fidem faciat, & præiudicet. Castr. *d. consil.* 115. *in fin. lib.* 1. † Limita; quia bene valet confessio facta ad obligandum absente parte, si Notarius illam pro absente acceptauit: si vero non acceptauit, non valet, neque præiudicat, ad obligandum. Signorol. *consil.* 78. *Instrumentum præsupponitur, in princip.* sic videtur velle Bart. in *l. cum quis decedens, §. codicillis, num.* 5. *ff. de leg.* 3. Ias. in *l. tale pactum, in princip. vers. tertio intellige. ff. de pact.* & alios citat *Pedemont. decis.* 33. *nu.* 6. Vide, *Confessio extraiudicialis absente parte facta quando valeat. Conclusio. proxima sequent. num.* 66. † Probatur confessio facta præsente parte per duos testes, & sufficit ad condemnandum. Castren. *consil.* 193. *In causa, & quæst. num.* 2. *ver. & siquidem probet, lib.* 1. *& consil.* 143. *Visis processu, num.* 2. *vers. dico igitur, & num.* 3. *lib.* 2. † Si vero probetur per vnum testem, erit probatio semiplena, & poterit deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis. Castren. *d. consil.* 193. *nu.* 2. *lib.* 1. † Et si adest probatio per vnum testem, & concurrunt aliæ præsumptiones, erit plusquam semiplena probatio, quæ admittit iuramentum in supplementum etiam in causa graui. Castr. *d. cons.* 193. *num.* 2. *lib.* 1. † Idem, si adsit vnus testis de confessione facta præsenti, & tacenti, si concurrant alij testes, etiam singulares de confessione extraiudiciali, absente parte, fit probatio saltem ad effectum, vt cum iuramento efficiatur plena. Castr. *dict. consil.* 143. *num.* 2. *per totum lib.* 2. Vide, *Præsentia quando requirat acceptationem, vel non. Conclusio.* 602. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de confessis, conclusio* 2. *Confessio extraiudicialis facta parte præsente requirit acceptationem.*

Confessio extraiudicialis absente parte facta non valet, neque probat, & quando secus. Concluſ. 638.

CONFESSIO † extraiudicialis facta inter alios absente parte non prodest ad obligandum, neque ad probandum, *l. certum, § si quis absens, ff. de confeſs.* Oldrad. *consil.* 291. *num.* 3. *ver. confessio etiam facta.* Calder. *consil.* 362. alias 33. *de testam.* qui loquitur de confessione facta in testamento absente parte. Angel. *consil.* 1. *Porrecta fuit, nu.* 5. *ver. ad secundum.* Signorol. *consil.* 33. *Quæro, nunquid in princ. nu.* 2. vbi, quod nullo modo potest quæri absenti sine nuncio, vel epistola ex confessione, *l. fin. ff. de inter. actio.* Abb. *in c. si cautio, de fide instrum.* vbi plenissime. Felin. ponit regulam cum ampl. & limit. Alex. *cons.* 20. *in princ. lib.* 4. Vide Mascardum *concluſ.* 481. *debitum an probetur per confeſsionem extraiudicialem.* vbi, quod probat confessionem, sed non obligationem, extendit etiam stante statuto, quod nisi per instrumentum probetur item extēdit, etiam si sit absente parte facta, & per verba enunciatiua ad liberandū & restringit in præiudiciū tertij, vide eum. † Et confessio substituti, quod habuerit scientiam. Socin. *cons.* 20. *Visis actis, n.* 16. *ver. confessio vero, lib.* 1. † Amplia, vt maxime procedat, quando est facta sine causa, *l. cum de indebito, § sin autem. ff. de probat.* Oldrad *d. cons.* 291. *n.* 3. Calder. *d. cons.* 362. alias 33. *de testam.* † Declara; quia q dicitur confessionem factam absente nō q̄ desse, non habet locū, si interuenit nuncius & epistola, vel si fideiussor absentis pro eo fuit præsens Bald. *cons.* 387. *In primis*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 1 2 3 4

§ *primis videndum,in princip.lib.3.* † Amplia;quia confessio facta ad fauorem absentis in præiudicium tertij non probat,neq; præiudicat.Roma *cons.257.Ex tribus,in princip.vers.2.quia confessio*,& ma-
6 xime facta à pupillo.† Extende,etiam si confessio absente parte facta sit coram iudice;non tamen in forma iudicij,sed tanquam coram priuato. Roma *cons.257.n.2.v.2.quia.* vbi apostilla in *ver.*
7 *obsit.* dat concord. † Amplia, vt imo nec relenet, licet sit facta cum causa, quando est inter alias personas,*l.Lucius,* §.*quisquis.ff. de leg* 2 Oldrad *cons.291.n.3.ver.confessio etiam facta causa.*Bald.vero *cons.466. Quæritur,an creditor,post med.ver.sed post istam su.am sententiam,lib.4.* declarat,vt non valeat ad obligandum,sed ad pro-
8 bandum tecus,& ad exceptionē doli producendum.† Amplia, vt nec probet confessio facta absente parte ad liberandū,quando iocose,& solatiose esset emissa;secus si dispositiue. Feder.de
9 Sen.*consil.127.in fin.* vbi, quod in dubio præsumitur dispositiue emissa.† Amplia;quia requirit nedum præsentiam,sed etiam ac-
* ceptationem secundum communem,* de qua Ias.*l.error,col.1.C.*
☞ *de iur.& facti ignor.* Vide *Conclusio.proxim.præceden.n.9.& seq.*† Am-
10 plia; quia confessio facta in testamento absente parte etiam ad piam causam, vel pro anima confitentis non probat debitum esse,sed requiritur præsentia eius ad cuius fauorem est facta,&
☞ causa. Calder. *cons.326.alias 33.de testam.* Vide,*Confessio facta in te-*
11 *stamento absenti non probat,& quando secus.Conclusio.639.*†Extende etiam inter viuos;quia confessio facta absente parte nō probat,
12 nisi sit iurata. Cuma.*cons.61.Petrus hæres,n.2.* † Extende etiam in confessione facta in iudicio absente parte ; quia nisi sit accepta-
13 ta per iudicem,non probat. Signorol.*d.cons.33.n.4.*† Contrariū;
☞ quia iudicij calor supplet præsentiam. Vide,*Confessio in iudicio fa-*
14 *cta probat, & operatur multa. Conclusio.641.* † Idem multo magis, quando est facta extra iudicium absente parte: quia nō probat.
15 Signorol.*dict.cons.33 n.5.v.2.casu,quando extra iudicium.*† Amplia: quia confessio facta per duos fratres de soluēda dote sorori absente sorore,ad quam dotem vnus solus frater tenetur, non est efficax, vt soror contra ambos possit agere ex confessione inter
16 fratres facta absente sorore.Signorol.Homod.*cons.3.A.Pater fe-*
cit, in princip. † Extende,quia confessio dotis absente parte facta non probat, vel saltem legitime probata tantū semiplene pro-
17 bat. Angel Aretin.*cons.132.In prædicto,n.14.*† Declara,quia confessio absente parte facta de exactione dotis non probat etiam semiplene, quando testes sunt cōsanguinei partis, pro qua probant; item quando iuramentum fuit delatum ab vno solo iudice,vel arbitro,quando erant plures. Angel.Aretin. *d.cons.132. In casu prædicto,n.13.& seq.v.3.posito.* Vide plenius;quia imo verba enunciatiua fauore dotis, & pro muliere absente probant. Bart.
☞ *cons.123. Factum sic se habet.n.2.lib.1.cum aliis cumulatis.* Vide, *Verba*
enunciatiua quando dicantur , & quando , & qualiter probent , vel non.
18 *Conclusio.8.*. Vide † Soci. in *reg.24.confessio absente parte facta non præiudicat*,vbi ponit tres ampliationes,& 18. limitationes. Vide plenius Mascard. *Conclus.347. Confessio facta absente parte,* vbi ponit regulam negatiuam , quod non probet , ampliat tribus modis,& limitat viginti sex modis, quos videre poteris p te ipsum.
19 † Limita; quia si confessio est in instrumento absente parte , & non tenuit principaliter ad obligandum confitentem , sed ad probandum , probat, Angel.in § *si vero expressim.in auth.de hæred. & Falcid.ver.ex hoc sequitur.* Feli.in *c.cum M.Ferrarien.col.17.in fin.n.*
38.*ver.fallit quarto.de constit.* text. in *l.desiderium.C.depos.* quem ibi exclamat Bald.Castren*l.cons.92.lib.2.* Bart *in l admonendi,ff.de iu-*
reiur. Cremen *sing.105.apparet instrumentum*, & est ratio: quia si non valet vt pactum propter absentiam, valet vt probatio.*Mars.*
* *in rubr. C de probat n.95.* & est communis * opinio Alexand.*cons.*
* *245.n.5.lib.6.* vbi apostil.prima, & *consil.115.n.4.lib.7.* vbi * dicit
☞ communem. Vide,*Confessio in instrumento, & contractu nullo an ob-*
20 *liget,& præiudicet, & quando.Conclusio.653.*† Declara;quia nō procedit respectu non nominati in instrumento;quia confessio incidenter facta etiam iurata in instrumento neque nocet tertio,
21 neque iuuat,Ias.*cons.36.lib.3.* † Extende; quia confessio facta in scriptis, & apocha priuata locationis in qua confitens dicit se mutuo recepisse centum à conductore , probat mutuum , nec obstat, quod non constet de præsentia partis ; quia non intelligitur acceptasse ante confessionem, sed tempore confessionis. Alexand.in *l.si ita stipulatus,* §. *Chrysogonus.ff.de verb.obl.col.11.vers.*
sed iuxta prædicta tetigit Bart. quia vltra quod præsumitur præsentiam interuenisse. Angel. in *l.optimam.C.de contrah.& commit. stipul.*sequitur Socin.*cons.68. Visa, & diligenter considerata,col.2.lib.4.* Data absentia tamen probat mutuum,vt per Alber.de Rosat.in *l.rationes,col.2.in fin.C.de probat.* vbi,quod ita vidit iudicari. Item tenet Alexand.*cons.191.Visa scriptura priuata,col.2.lib.2.& cons.91.*
Circa primum dubium,in princip.lib.4. & hæc est magis * communis * opinio,de qua attestatur Ripa in *l.admonendi,nu.118.ff.de iureiur.* Dec.in *cap.2.de fide instr.col.5.ver.2.* Abbas *num.39.* approbat Cravet.*de antiq.temp.fol.132.n.275.& parua impressio,fol.120 nu.40.&* 41.solus Cravet hoc dicit. Vide , *Præsentia quando præsumatur in*
☞ *actu, qui geritur,vel non. Conclusio.605.* Vide Mascardum *Conclus.*
382.Confessio per scripturam propriam. vbi extendit,vt in tantū probet,ꝙ non potest probari contrarium vbi plura allegat. † Idem 22
in confessione facta in libro rationum absente parte ; quia probat. Alexand.*cons.245.Ponderatis,col.2.lib.6.n.4.& seqq.* maxime in mercatoribus,& campsoribus. Areti *cons.51.Videtur dicendum, post princ.* Feli. in *d.cap.2.de fide instrum.*† Et maxime,quando con- 23
currit aliqua præsumptio , vel scriptura archiui etiam priuata. Alexand.*d. consil.245.in fin.lib.6.*† Idem in casu fortiori; quia in 24
epistola confessio facta absente parte probat contra confitentem,Rota in antiq. *Decis.430.Nota ego nisi.*facit *l.desiderium. C.depos.*& quod dicit Alexand *cons.13. Quoniam abunde,col.1. lib 6.*ꝙ confessio creditoris de recepto prodest debitori , etiam quod fuerit facta eo absente,quando peruenit ad manus debitoris,& facit,quod dixit Bald. in *rub.C.res inter alios acta.* † Sed istud vlti- 25
mum simile nihil facit:quia ad liberādum semper probat ; ideo insiste in aliis allegatis ad obligandum, vt probet;quia scriptura semper loquitur; ideo valet confessio facta in scriptis absente parte,quando deuenit ad manus eius , pro quo est facta confessio ita dixit Alexand *consil.191. Visa scriptura priua. lib.2.* & de magis * communi,Ripa in *l.admonendi,n.118.ff.de iureiur.*† Exten- *
de , maxime quando confessio esset geminata , & de re matri- 26
monij,quæ spectat ad forum Ecclesiasticū, vt per Deci.*cons.162. In causa matrimoniali,n.2.*vbi attestatur de * communi.† Et quod *
scriptura semper loquatur , ideo confessio in instrumento , vel 27
scriptura noceat confitenti , etiam quoad tertium. Bartol in *l. nuda ratio, colu.2.ff.de donatio.* sequitur Ias.in *d.l admonendi.secunda lect.n.148.* Ias.in *l.cum te, in 4.not.in fin.C.de transact.* vbi reddit rationem, † Extende,quando vtraq; pars fatetur, vt per Ias. *d.l.ad-* 28
monendi,n.148. † Restringe;quia confessio etiam in scriptis,& in 29
Epistola absente parte no probat aliquid, quando fit enunciatiue propter aliud : secus si principaliter super illo enunciato , & ita intelligitur,ꝙ dicitur,de æquitate canonica probat. ita Alexand. *cons.155.lib.5.*† Contrariū Cravet. *de antiq.tempo.* vbi,quod 30
scriptura semper loquitur,& ideo nō habetur distinctio,an præsente,vel absente parte sit facta,*in 1.par.§.vidimus.fol.120.n.40.&* 41. vbi, ꝙ quælibet confessio in scriptis facta obligat, etiam si ꝓ tertio absente sit facta; quia cum semper loquatur,quandocunque potest acceptari allegat Deci.*d.c.2.col.5.v.2. Abbas de fid. instr.* qui *nu.33.*dicit * communē,& magis * communē facta recogni- * *
tione, quæ potest fieri comparatione, & contra scribentē. † Li- 31
mita; quia confessio extra iudiciū, & absente parte in criminali probat ad defensionē iunctis adminiculis , plene Alexand. *cons. 24.Animaduersis,n.40.& seq.vers.Non obstat etiam,lib.2.* vbi apostil. in *ver.§.fin.* dat concord. licet de se sola plene non probet. † Li- 32
mita, quando est facta in iudicio, vel iurata. Feli.in *cap.si cautio. n.25.ver.prædicta reg.fallit,de fide instrum.* Bald *cons.344. In causa domini Ludouici,nu.2.ver.ad secundum,lib.4.* Affl. & *decis.64. In causa Monasterij.col.fin.* Vide , *Confessio in iudicio facta probat , & operatur*
☞ *multa.Conclusio.641.* † Limita nisi adsit iuramentum in confes- 33
sione; quia probat,*l cum quis,* §. *codicillis.ff de leg.3.* Oldrad.*cōs.391. n.3.& cons.292.in princip.& n.5.vers.3. dicunt,cum aliis supra proxime.* Alexand. *con.85.In causa mota,n.5.lib.7.& cons.122.n.3.& seq.lib.7.* † Extende,etiam si sit sine causa. Roma.*cons.373.In casu,n.5.& per* 34
totum, vbi apostilla in *ver. adiectionem* , dat concord. † Extende 35
idem,quando confitens dixit; *in veritate cōfiteor* ; quia habet vim iuramenti. Alexand. *cons.115. Visa scriptura, n.3.lib.7.* vbi apostil. † Limita,quando essemus in casu, in quo vel de iure, vel secun- 36
dum statuta sola veritas attendi debet : quia tunc confessio absente parte probat,& est legitima. Areti *cons.84. Diligenter,col.3. & cons.126.In causa Antoniæ,col.2.* Bald.in *l.solam C.de testam.* † Li- 37
mita,quando confessio esset geminata, vel repetita. Roma.*cons.* 290.*in causa propositæ consultationis , n.7.* vbi apostilla. Ias. in §.*in personam,Inst.de actio.n.8* Socin *cons15.col.8.num.29.ver.tertius vero tractatus,lib.1.glo.* & Bart. in *l.cum scimus, C. de agric. & censit.lib.* 11. *& in l cap.5 ff.de adult.* Ias. in *l admonendi,col.71.n.149.ver.circa secundum.ff.de iureiur.* Io.de Anania. *consil.55. Quia dubia.* Bald. & Angel,in *l.fi.C.ad leg.Falcid.* Burgund. in *repet.rubr. ff.de verb.oblig.* Canoni.in *c.si cautio.de fide instrum.* vbi Felin.*n.38.*& communem * dicit. Deci.*cons.162.n.2.* Vide, *Geminatio eiusdem actus multa ope-* *
ratur Conclusio.28 n.84.& seq. † Et ꝙ confessi geminata absente ☞
parte probet, Castr. *consil.92. Quod præfata sententia.nu.2.in ver in* 38
ca ii

casu nostro lib. 2. Roma. cons. 290. In casu, n. 7. vbi apostilla. in ver. determinat. quæ dat plurimos cõcord. & dicit * communẽ. † Contrarium tenet Ruin. cons. 72. vol. 4. † Imo quod confessio absente parte, quæ non inducit obligationem, ted probationem. si est geminata, inducat obligationem. Castr. d. cons. 92. n. 3. lib. 2. † Declara, vt procedat limitatio, quando quælibet cõfessio geminata probatur p duos testes contestes; quia in dubio præsumuntur singulares. Bald in l. si C. de edict. diui Adria. in c. bonæ, col. 4. de elect. Bart. in l. Celsus, ad fi. ff. de vsucap. sequitur Alex. cons. 212. Ponderatu, n. 26. lib. 6. † Contrariũ Castr. cons. 386. Iudex est minister, lib. 2. in antiq. vbi, q non procedit in geminata confessione; quia præsumuntur contestes, cuius opinio est * communis. † Declara, quando tempus, vel locus esset de substãtia; quia ꝓcedet declaratio. prout loquitur Balb. in tract. præscript. & in repet. d. l. C. elsius de vsucap. n. 56. & seq. Vide Anton. Gabr. lib. 1. tit. de confessis. Conclusio. 3. Confessio geminata, etiã extraiudicialis parit actionem. † Limita in casu speciali; quia cõfessio extraiudicialis probat in clericis propter scandalũ. cap quam sit graue. de excess. prælat. Oldrad d. cons. 291. n. 4. vers. nec valet. q declarat idem Oldrad. cons. 292. n. 3. quia saltem infamat confitentem delictum extra iudicium. † Limita; quia saltem facit semiplenam probationem. Bart. & alij in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi Iaf. n. 158. dicit esse communẽ * opinionem. Alexand cons. 24. lib. 2. & cons. 68. Viso processu, lib. 3. & cons. 39. Vertitur lis, circa fin. lib. 5. Soc. cons. 8. col. 4. in fi. lib. 1. late Afflict. dec. 375. Bald. cons. 437. Qualiter, lib. 3. Alexand. consil. 128. Ponderatis narratis, col. 2. lib. 2. Marsil. in rubr. C. de probatio num. 89. apostill. ad * Roma. cons. 291. Cum isti fratres, n. 9. in ver. præsumptionem, dicit* cõmunem. Alexan. cons. 85. In causa mota, n. 4. ver. ex alio, lib. 7. † Contrarium, q confessio extraiudicialis absente parte probata per duos testes non faciat semiplenam probationem. Alexand, cons. 152. Viso processu, n. 18. & 19. ver. non obstat, lib. 5. vbi, quod facit aliquale indicium, & idem repetit cons. 212. Ponderatis n. 22. ver. rursus alia ratione, lib. 6. vbi, quod facit indicium, q minus est, quam semiplena probatio, & repetit consil. 261. Ponderatis, num. 8 lib. 6. † Declara; quia si est probata confessio extraiudicialis absente parte per duos testes facit indicium; si vero per vnum testem, nec facit indicium. Alexand. d. cons. 216. n. 8. ver. Sed ad hoc, vt vnum indicium, lib. 6. † Declara; quia confessio extraiudicialis ad hoc, vt probet semiplene facta absente parte, debet probari p duos testes. Io. de Imol cons. 123. in fi. num. 8. & 9. Alex. late cons. 13. Ex iis quæ. n. 18. & seq. lib. 1. vbi plena apostilla. Iaf. in d. l. admonendi, secunda lectura, n. 216. & seq. ff. de iureiur. Vide, Indicia quæ sufficiant ad torturam. Concluf. 97. n. 119. & multis seq. † Et quod requirantur duo testes contestes ad probandam confessionem extraiudicialem, & vnus testis non sufficiat, & nihil probet. Alexand. consil. 128. Ponderatis, n. 2. & 3. ver. nec etiam de dicta venditione, lib. 2. & cons. 180. In causa Angelorum, n. 2. ver. sed omne iudicium, lib. 2. & cons. 1. nu. 5. lib. 3. & cons. 5. n. 4. & cons. 13. n. 18. & cons 18. n. 6. lib. 1. Alex. plene cons. 217. Viso quodam, n. 16. ver. item deponit, lib. 7. † Et quod duo testes singulares non possint coniungi ad faciendam perfectam semiplenam probationem. Alex. d. cons. 128. n. 5. ver. & dicti duo testes, lib. 2. † Extende in tantum, vt si vnus testis informatus de facto de visu, qui facit semiplenam probationem, vellet etiam deponere de alia confessione præsente parte facta, quæ facit aliam semiplenam probationem, non admitteretur; quia alias vnus testis plene probaret; sic etiam si vellet deponere cum alio de confessione extraiudiciali, non admitteretur, quia non potest, nisi semiplene probare, alias fieret fraus legi, ita Alex. cons. 152. n. 19. & 20. ver. præterea posito, lib. 5. vsq; in fin. Vide, Testes duo plene probant, & quando non. Concluſio. 278. † Et debent esse omni exceptione maiores contestes de loco, & tempore, & plene probantes ipsam confessionem, gl. in l. fi. C. famil. hercis. & ibi Bart Angel in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. sequitur Alexand. cons. 13. Ex iis, quæ in themate, col. 6. vol. 1. & cons. 18. Viso processu, col. 2. eod. lib & cons. 39. lib. 6. Deci. cons. 38 Visis, circa fin. † Vide omnino Cæpol. cons. 3. n. 9. & sequ. ciuili. vbi, quod licet confessio absente parte, quæ probat semiplene probata per duos testes, si probetur reiterata per octo testes, licet singulares, probat, si potest iungi; quia adsit probatio semiplena per vnum testem de negotio principali; & in fine dicit idem, quando testes singulares sunt personæ multum qualificatæ, & graues. † Contrarium tenet Soci. Iun cons. 90. n. 9. & 10 & seq lib. 2. Corn. cons. 34. Circa principale. vol. 2. Crauet. de antiq. tempo. in 4. parte, n. 157 cum seq. † Et quod confessio absente parte facta non probet, est *communis opinio, etiam ad liberandum. Alex. cons. 212. n. 31. ver. nec obstat, lib. 6. † Declara; quia contestes in dubio esse præsumuntur. Alex cons. 147. lib. 2. n. 14 & 15. Castr. in l. bonorum. C. de bon. poss. secundum tabul. vbi etiam Alex. & Iaf. & est ratio; quia pluralitas non præsumitur, plene Crauet cons. 78. n. 7. & seq. vbi plenissime. † Imo, q plus est, si vnus testis deponit de confessione parte præsente, & plures parte absente, videlicet vnus de confessione in vno loco, & alius testis de confessione in alio loco, cõiunguntur ad faciendã probationem. Castr. consil. 109. Visa petitione, col. 2. lib. 2. vbi, quod primus parte præsente vnicus probat semiplene, & si essent duo, probarent plene, alij singulares de cõfessione absente parte si non probant semiplene, saltem faciunt magnũ adminiculũ ad plenam ꝓbationem. † Imo quod si extat vnus testis de confessione parte præsente, qui semiplene probat, & tres de confessione absente parte licet singulares; quia vnus de confessione vno tempore, alius de alio, plene probant, magis, quam si essent contestes; quia geminata ꝓparet confessio absente parte. Castr cons. 381. Iudex est. n. lib. 1. Crauet. cons. 267. n. 5 vbi alios citat, Dec cons. 650. n. 10. † Cõtrarium, q imo sint singulares, & dicta extensio non sit vera. Ant. de Butr in c. licet ex quadam in pen col. ver & pro hoc decidit quæst. de testib. & in c. fi col. antepen de cõsuetud. Alex. cons. 72. col. 3. lib. 1. & cons. 68. Viso processu causæ vertentis, vol 3. & cons. 212. n. 30. lib. 6. † Idem, si vnus deponat de confessione facta in vno tempore, aliter de alio tempore; quia sunt singulares, & non probant, tradit Ant. de Butr. post Io Calder in c. veniens. in vlt. col. de testib. Abb. post Bald in c. cũ causam, in 2. col. de probat. Bald in l. Spadonem. §. quæ iura. ff. de excus. tut. plene Crauet. d. cons. 78. n. 9. vbi late. † Ad declarationẽ præmissorum vide supra, nu. 43. ver. Declara. quia contestes præsumuntur in actu geminato, nisi tempus, & locus esset de substantia, vel nisi cõstet ex depositione, q deponunt de diuersis locis. Alexand d. cons. 212. n. 31. in fi. lib. 6. † Et quod confessio probata, per plures testes singulares plene probet debitum cõfitentis, quando in genere est deducta cõfessio probanda, secus si in specie, per plura probat Socin. cons 90. n. 13. & seq. lib. 2. vbi quod sufficit, q conueniant in eadẽ veritate, etiam si agatur de cõfessione delicti, quando sumus in actu reiterabili, & quia omnis ꝓbatio est arbitraria, vide eum; quia hoc dictũ est singulare, & allegat Castrens. & alios. † Restringe ad ꝓbandũ crudelitatem iudicis, quia sufficit p testes singulares, plene Dec cons. 162. In causa, n. 2. vbi apostil in ver. crudelitatem. Marsil. Singul. 114 Are. cons. 13. circa fi. ver. cum ergo. † Restringe declarationẽ, vt non procedat coram arbitratore; quia sufficit cõfessio probata absente parte per vnum testem cum iuramento partis informatæ de negocio confessato, q sit verum. Bald. cons 32. Tria sunt considerandæ, lib. 4. † Declara; quia aliquando confessio extraiudicialis absente parte probata, puta per scripturã confitentis, vel instrumentũ, probat semiplene, aliquando plusquã semiplene; quia si extaret dictum vnius testis de veritate, iungeretur cum eo. & probarent plene. Alexand. plene cons. 8. In causa mota, nu. 4 & seq ver. ex alio capite, lib. 7. † Limita, nisi sit facta coram Notario, qui pro absentibus potest acceptare, & absentes repræsentat tanquam persona publica. Oldrad. cons. 292. n. 4. ver. secundo dicunt, Fulgos. consil. 19 in princip. ver. circa primum, & quod magis probet coram Notario & testibus, quam coram tertio Fulgos. cons. 197. n. ver. maxime cum verba enunciatiua, Vide, Absenti non acquiritur, nisi per nuncium, vel epistolam, & qualiter procedat. Concluſio. 38. † Declara, vt in ver. Confessio requirit præsentiam. Concluſio. 617. n. 45. & seqq & infra. Concluſio. seq. † Extende, etiam si fiat ad fauorem hæreditatis iacentis, vel hæredis futuri; quia stipulante Notario eidem acquiritur. Fulgos. d. cons. 190. in princip. † Limita; quia licet confessio facta absente parte non probet, quando facta est extra iudicium; tamen bene probat semiplene, vt sit deferendum iuramentum in supplementum in modica summa. Roma. cons 373. In casu proposito, n. 6. vers. postremo, vbi apostilla in ver. determinat. dat cõcord. & dicit * communem. † Limita fauore Ecclesiæ; quia multum adminiculatur, & operatur. Bald. cons. 331. Reuerende Pater. nu. 5. ver. secundo, ver reuerentia nostra, lib. 2. † Limita in reali; quia confessio, quod fundus sit alterius, & non confitentis, plene probat absente parte. Bart in l. non solum. §. liberationis. ff. de lib leg. Anton. de Butr. & Abb. in cap. fin. de confess. † Limita, quando interuenit iuramentum. Marsil. singul. 202. Alexand. cons. 85. In causa mota, n. 4. & 5. lib. 7. Marsil. singul. 202. Bart. in l. si quis decedens, §. codicillis. ff. de leg. 2. & in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. Bald. in l. rationes, circa fin. C. de probat. & in l. si creditores. C. de fideiuss. Alexan. consil. 122. lib. 7. & in apostil. ad Bart. in l. certum, §. si quis absente. ff. de confess. Felin. in cap. si cautio. de fid. instrum. Iaf. in l. admonendi, n. 149. in repet. circa fin. numeri, vers. tenendo communem. ff. de iureiur. & est ratio; quia iuramentum supplet præsentiam. Anchr. consil 34. n. 17. Bald. in l. pactum, quod dotali. in 9. quæst. C. de collatio. Corn. cons. 113. lib. 1. Bald. consil. 344. lib. 4. Socin. in regula 63. confessio absente

parte,

*parte.fallen.*8.Corn. in *repet.auth.sac.puberum, C. si aduer.vendit col.6.* & est ratio; quia Deus vbiq; præsens est, & recipit nomine absentis, & quia potest iuramentū seruari sine dispendio salutis: ergo seruandū, ita Felin. vbi supra, & quia de æquitate canonica, quę seruanda est vbique; quia iuramentum est quid spirituale, gl. in
73 *c.possessor.de reg.iur in 6.*† Extende, etiam si interueniat nuda veritatis assertio; quia habet vim iuramenti Alex. *cons.*115.*n.*4.*lib.*7. vbi, quod si confitens dixit, *in veritate confiteor*, videtur Deum in-
74 uocare, & iurare.† Contrariū, & male tenet ibi apostil ad Alex.
75 *d.cons.*115.*in ver.tunc.lib.*7.† Limita, quando fuisset acceptata à quocunque tertio etiam non habente aliquod interesse, nomine eius, ad cuius fauorem facit, & ipse postea ratificet acceptationem. Io. de Imol. *in c.si cautio.de fide instrum.* quem ibi refert, &
76 sequitur Felin. in *fallen.*11. Marsil. *rubr.C.de probatio.n.*96.† Limita, quando toties est repetita, q̃ transit in publicam vocem; quia
77 probat, ita Marsil. in *d.rubr.C.de probat.n.*91.† Limitain iis, in quibus cōmunis opinio, vel communis reputatio probat; quia etiā probat assertio illius: ideo ille, qui dixit se oriundum ex tali loco, ex sua confessione præsumitur de eodem loco, nisi probet
78 contrariū. Ang. *cons.*194. *Visis processibus, in princ.*† Limita in confessione depositi: quia mutuans centū Titio, quæ dicit habuisse in depositū à Seio absente, obligatur occasione depositi, *l.desideriū.C.depositi.* vbi Bald. Ang. Salic & Castr. Vide, *Instrumentum nō*
☞ *probat.quoad absentes, & quando secus, Concl.*245. Vide, *Instrumentum*
79 *non probat.quoad multa.Conclus.* 242.† Limita, nisi sit facta vni ex fratribus pro se, & aliis: quia etiam dicitur facta aliis fratribus præsentibus, cum iste præsens haberet mandatum à lege ab eis, ideo mortuo eo, cui facta est, alij possunt iuuari ex tali cōfessio-
80 ne. Fulgo. *cons.*189. *Ioannes Cola.n.*2. *ver.circa tertium.*† Limita de æquitate canonica: quia plene probat. Fel. *d.c.si cautio.de fide instrum. ver. fallit secundo*, vbi * de communi post Ant. de Butr. & Imol. Alex. *cons.*245.*col.*2.*lib.*6 *& cons.*115. *Visa scriptura in prin.lib.* 7. Corn. *cons.*113 *lib.*1. & ista æquitas vendicat sibi locum in personis Ecclesiasticis, Bald. *in c.innotuit.de electio.col.*1. & q̃ in terris
81 * Ecclesiæ ita seruetur, & sit communis * opinio, Corn. *cons.*163. *col* 2. *post princ.* Marsil. in *rubr. C.de probat.n.* 92. quem refert, & se-
* quitur attestando communem * Curt. Iun. *cons.*168.*n.*12.† Ex-
81 tende, vt procedat tàm inter clericos, q̃ laicos de iurisdictione
82 Ecclesiæ, vt per Cur. Iun. *d.cons.*168.*n.*12. *ver.nec obstat.*† Extende, quando est facta in foro pœnitentiali, vel spirituali; quia tūc etiam si pars non est præsens, obligat, & non potest reuocari. Alex. *cons.*122. *Viso processu.n* 4. *ver.bene dicit lib* 7. vbi, quod in cau-
83 sis spiritualibus confessio facta absente parte probat.† Contrarium, quod neque in terris Ecclesiæ vllo modo probet inter absentes facta confessio, tenet Alex *cons.* 80. *In causa Angelorum,*
* *n* 7. vbi * dicit communem, *lib.*2. *& cons.*155. *Alias consultus.nu.*3. *ver.præterea illam opinionē lib.*5. licet nō firmet, & apostill. ad Alex. *d.cons.*115. *in princ.lib.*7. *in ver.dicit*, attestatur, quod neq; seruetur
84 in foro Ecclesiastico vllo modo.† Declara; quia vera & cōmunis est, quod in terris Ecclesiæ in ciuilibus probat confessio ab-
* sente parte, communem * dicit Curt Iun. *cons.*168.*n.*12. vbi alios
* allegat attestantes de * communi, & dicit Alex. errare, dum al-
85 legat communem pro hac parte.† Sed bene verum est, quod in criminalibus non valet etiam in terris Ecclesiæ, Alex *d.cons.*18.
86 *n.*7. *lib.*2.† Declara; quia non probat, quando enunciatiue fit propter aliud incidenter. Alex. *cons.* 55. *Alias consultus, nu.*2. *ver & pro hac non obstat, lib.* 5. vbi dicit secus in epistola absenti missa,
87 quando confessio est facta principaliter, & dispositiue.† Limita in iis, quæ sunt animi; quia confessio extraiudicialis, & absente parte facta, probat ea, quæ sunt animi, & consequenter simulationem, quæ est facti, & animi. Bald. *cons.* 431. *An possessio.in fin. lib.*5. Marsil. *C.de probat.in rub.n.*93. Alex. *cons* 186 *In hac causa.n.*8.
88 *ver.illi autem actus, lib.*2.† Extende; quia ad probandam scientiā confitentis, & talem fidē sufficit confessio absente parte. Alex. *cons.*187.*n.*7 *& seq.ver.nec obstat.lib.* 2. *& cons.*54. *Circa primum n.*8.
89 *lib.*6 *& cons.*91. *In causa, in fin.lib.eod* † Extende in iis, quæ sunt de-
90 clarationis animi. Ang. *cons.*1. *Porrecta fuit, n.*5. *ver.ad secundū.*† Extende in iis, quæ pendent à voluntate nostra sola. Bart. *in l certe,* ☞ *§.si quis absente.ff.de confess.* gl. in *l. Fulcinius*, §. *quid sit latitare, in ver.*
91 *aiunt.ff.ex quibus causis in possess.atur.* Vide, *Præsentia partis non requiritur multis casibus. Concl.*606.† Limita in iis, quæ dependent ex voluntate solius confitentis; quia licet confessio extraiudicialis absente parte, dependens à voluntate duorum, non præiudicet quoad alios: tamen bene præiudicat, quando pendet à solo cōfitente. Bald. *cons.*1. *Punctus super quo, in princ lib.*4. & plenius *cons.* 387. *In primis videndum, in prin.lib.*3. vbi, quod valet ad liberandū, & ad probandam solutionem. Bart. *cons.*114. *In primis, in princ. ver.*

*secundo dicendum lib.*2. Alex. *d.cons.*187. *nu.*8. *lib.*2.† Limita in diui- 92
sione facta; quia confessio probat pro absente. Ruin. *cons.*40. *nu.*5. *lib.*4. Bart. *cons.*123. *lib.*1. Castr. *cons.*92. *num.*2. *lib.*4.† Limita; 93
quia confessio in ratione reddita probat pro absente. Ruin. *d. cons.*40. *num.*5. *lib.*2. Castr. *cons.*92. *num.* 2 *lib.*2.† Limita, quando 94
non agitur principaliter de obligatione resultante ex confessione, sed incidenter; quia tunc probat: secus si ageretur principaliter. Bald. *d.cons. num.*1. *ver.respondeo etiam, lib.*4.† Limita in iis, 95
quæ pro exoneratione conscientiæ dicuntur. Marsil. *singul.* 202. *post med.*† Limita, quando confessio emanauit super re dubia; 96
quia tunc probat confessio facta absente parte ad effectum declarationis rei dubiæ. Bald. *d. cons.*1. *num.*1. *ver. & etiam: respondetur, lib.*4.† Limita, quando probata per duos testes adiuuatur 97
per vnum testem de veritate.† Limita ad effectum semiplenæ 98
probationis, vel saltem talis p̃sumptionis q̃ transfert onus probandi contrarium in confitentem. Bald. *dicto consil.* 1. *num.*3. *ver. allegatur etiam, lib.*4. vbi etiam in fin. hoc dicit. Cranet. *consil.*15. *num.*15.† Limita, quando cum confessione absente parte con- 99
currunt adminicula, vel testium, vel instrumentorum, vel aliæ coniecturæ, plene Felin. in *c. olim in 8. fallen. de rescript.* Iason. in *repet. l admonendi, num.*149. *ff. de iureiur.*† Limita, quando esset facta 100
præsente, & acceptante parte; quia inducit de iure plenam probationem contra confitentem. Alexand. *cons.*33. *in causa vertente, lib.*1. *& cons.*47. *col.pen. ver.super lib.*2. vbi, quod est efficacissima probatio, & *cons.*20 *lib.*4. Ias. *in l.error, n.*5. *C. de iur. & fact.ignor.* & *in l. cū te. C.de transact. & in l.postquā liti. C. de pact. & in l tale pactum, col. fin. ff. eod.* late Canonist. in *cap. si cautio.* vbi Felin. *de fide instrum. & in cap fin. de confess.* Cranet. *cons.*267. *colum* 1. Dec. *cons.*147. *num.*3. Paris. qui plurimos allegat, *cons.*131. *colum.*2. *lib.*1. & quod probet confessio extraiudicialis facta parte præsente, & instante, vel acceptante, alias secus. Alexand. *cons.*174. *in causa. & lite, per totum, lib.*6. vbi * dicit communem.† Extende, quando item fuit fa- *
cta præsente fideiussore, & acceptante. Bald *cons.*393. *Inprimis,* 101
*lib.*3. Vital. in *tract clausul.char.*30. Marsil. in *Rubr. C.de probatio. colum.*22. *num.*99. *& sequent.* Felin *in cap.olim, colum.*3. *de rescript.* pro quo facit; quia exceptio, quæ competit principali competit fideiussori. & ipse fideiussor habet omnes exceptiones, quæ competunt principali, & ipso principali inuito, *l. omnes exceptiones.ff. de except.* Abb. *consil.*61. *lib.*1. Allexand. *consil.*37. *lib.*1. *& consil.*66. *lib.*4.† Extende, quando concurrunt alia adminicula, Iason 102
in *repet. l.admonendi, num.*149. *ff. de iureiur.*† Limita; quia confes- 103
sio facta extra iudicium parte præsente probat contra confitentem; quia etiam, quod non esset acceptata; quo casu non inducit obligationem, bene inducit probationem. Castrens. consuluit ita, prout eum refert Iason *in d.l.admonendi, num.*88. *ff. de iureiur.* Afflict. *decis.*105. *& decis.*363. *& decis.*364. Socin. *consil.*21. *colum.*1. *lib.*1. & est *consil. Castrens.*381. *Iudex est minister, num.*2. *lib.*1. *& consil.*109. *colum.*2. *vers. item est vnus testis, lib.*2. vbi, quod vnus probat semiplene, duo probant plene.† Contrarium, quod 104
confessio extraiudicialis facta præsente parte non obligat, nisi pars præsens insteterit, & acceptauerit, plene Alexand. *cons.*174. *In causa & lite, lib.*6. *per totum*, vbi * dicit communem.† Imo *
quod confessio facta extra iudicium parte absente ad liberan- 105
dum non inducat liberationem, nisi pars præsens insteterit, vel acceptauerit, tenet Alexand. *d. consil.*174. *In causa & lite.* vbi pro vtraque, *lib.* 6. & hanc tuetur vti veriorem, & * communem, *
vbi mouetur; quia præsentia requiritur, & vbi est necessaria præsentia, necessaria est acceptatio; quia confessio est simul fassio, & allegat plures, & *num.*5. *& sequ. vers. ad prædictorum confirmationem*, dicit, quod testes deponentes de propria præsentia bene concludunt intelligentiam: secus si deponunt de præsen- 106
tia alterius.† Declara, quando faciat plenam probationem, vel saltem transferat onus probandi in aduersarium. Soc. *consil.* 228. *in princ.lib.*2. *& cons.*21. *col.*1. *lib.*1.†. Limita, nisi confessio fa- 107
cta absente parte fiat ad liberandum; quia tunc pactum de non petendo inducit etiam liberationem. Feder. de Sen *cons.*128. *circa fin.* vbi etiam dicit, q̃ hoc procedit, licet sit enunciata; quia præsumitur in dubio dispositiue facta, & emissa, & quod parat exceptionem doli: & idem dicit *cons.*268. *in fi.* vbi, quod est com-
munis * opinio. Bart. plenius *cons.*114. *Inprimis, lib.*2. *in prin.* vbi a- *
postilla dat concord. Bald. *cons.*387. *Inprimis videndum, in prin.lib.*3. & quod confessio creditoris, quod sit satis factus, absente parte valeat ad liberandum. Bald. *cons.*466. *in prin lib.*4. vbi * dicit cō- *
munem, & quod valeat ad liberandum Bald. *cons.*10. *in princ.lib.* 5. Visil. *in addit. ad decis. Afflict.*364. *n.*7. *&* 397. *n.*7. Marsil. *sing.*702. *& in repet. Rubr. C. de probatio. nu.*90. Fulgos. *cons.*190. *in princ.* com- *
munem * dicit Ægid. Bellam, *cons.*32. *num.*3. Vide infra.

† Con-

108 † Contrarium, quod confessio liberatoria non valeat facta absenti, quando nullus acceptauit pro absente. Alexand. *consil.* 131. *In causa inter vniuersitatem, nu.* 7. & 8. *vers. nec prædictis obstat, lib.* 4. vbi * dicit communem, *num.* 9. & apostil. ibi in *vers. liberatoria.* dicit * communem, & dat concord. sed facta præsente bene valet sine dubio
109 ad liberandum. Alexand. *cons.* 185. *Viso processu, in princ. lib.* 7. † Declara; quia licet confessio facta absente parte etiam ad liberandum non valet in vim pacti liberatorij; bene tamen valet in vim * probationis. Alexand. *cons.* 245. *Ponderatis ijs, num.* 5. *lib.* 6. vbi * dicit communem, plenius, *cons.* 115. *Visa scriptura, num.* 2. & *seq. lib.* 7. vbi * *num.* 4. dicit * communem, quod valet in vim probationis, non autem conuentionis, vel liberationis. Alex. *cons.* 174. *In causa, & lite, num.* 6. & *seq.* & plenius *cons.* 212. *Ponderatis num.* 31. *vers. nec obstat, si di-*
* *ceretur, lib.* 6. vbi * dicit magis communem, & quod gloss. tenens
* contrarium magis * communiter reprobatur, & ibi apostilla in
110 *ver. contraria.* dat concord. † Imo, quod non valeat in vim pacti taciti de non petendo, & sic liberatorij, plene Alexand. *consil.* 174. *In causa, & lite, lib.* 6. vbi imo loquitur etiam parte præsente, quando non acceptauit, vel non instetit; quia non inducit liberationem, &
* dicit * communem, & *num.* 7. dicit, quod gloss. tenens contrarium,
* communiter * reprobatur, & *cons.* 212. *num.* 3. *lib.* 6. dicit magis communem, * & differentia inter pactum, & confessionem, quam faciunt aliqui, non est vera, *l. tale pactum, in princ. ff. de pactis.*
111 Declara; † quia si emanauit confessio per modum conuentionis absente parte, seu permissionis, non valet; secus si per modum e-
112 nunciationis veritatis. Alexand. *d. consil.* 115. *num.* 4. *lib.* 7. † Declarat Alexand. *cons.* 115. *Visa scriptura, num.* 4. *ver. fortificantur, lib.* 7. quia conciliantur gloss. contrariæ in hoc, videlicet si fiat confessio in vim pacti liberatorij absente parte, & non valet; aut fit in vim me-
* ræ probationis, & valet secundum communem * opinionem, &
idem reperit. *d. cons.* 245. *num.* 5. *lib.* 6. vbi plena apostil. in *ver. probatio-*
113 *nis*, dat concord. † Declara; quia pactum & promissio, & confessio bene valet fauore absentis, quando est liberatorium, maxime si interuenit Notarius, & stipulatus est pro omnibus, quorum interest. Fulgos. *cons.* 190, *Viso toto processu, in princ. ver. Circa primum,* vbi loquitur etiam ad fauorē hæredis futuri, & hæreditatis iacen-
114 tis. † Declarat Alexand. *d. cons.* 174. *In causa & lite, num.* 6. *cum seq. ver. postremo non obstat, lib.* 6. vbi, quod confessio, siue absente parte, siue etiam præsente parte, & non acceptante facta extra iudicium
* non inducit liberationem, neque tacitum pactum de non petendo, nisi sit acceptata, & dicit communem, * secus si non esset confessio, sed renunciatio, quia per confessionem principaliter agitur ad declarationem, non ad liberationem, secus in renunciatione, in qua principaliter agitur de renunciatione, & plenius *cons.*
115 112. *num.* 28. & *seq.* maxime *num.* 31. *lib.* 6. † Declara, quia pactum de non petendo absente parte non valet expresse, nisi aliqua adsit persona præsens, mediante qua ius transeat, quando pactum est
* expressum; secus si tacitum sit pactum. Feder. de Sen. *cons.* 268. vbi, quod oritur exceptio doli, & quod est communis * opinio, & ☞ Bald. *d. cons.* 10. *num.* 3 *lib.* 5. Vide, *Pactum de non petendo quid operetur.*
116 *Concluſ.* 23. † Declara, quia confessio extraiudicialis ad liberandum facta, præsente procuratore parat doli exceptionem, & per nuntium, vel epistolam parat pacti exceptionem, si vero absente parte sit facta sine procuratore, nuntio, vel epistola, non probat etiam ad liberandum aliquid. Signorol. *cons.* 33. *in fin.* vbi *num.* 2. *vers. similiter ad liberandum*, ponit rationem, quia non potest inducere dispositionem; eo quia absenti impossibile est acquiri vllo modo inter viuos, & idem tenet Castr. *cons.* 79. *ad id, de quo*, qui loquitur, etiam si fiat in articulo mortis, *lib.* 2. vbi apostilla citat Signorol. li-
☞ cer adducat multa pro contraria, & idem Signoro. *cons.* 96. *post med. ver. nec aliquid.* Vide plenius supra hac *concluſ. num.* 107. & *multis seqq.*
117 vbi plenius. † Declara secundum Bart. quod confessio absente parte non valet in personali etiam ad liberandum; secus est in reali. Bart. *in d. l. non solum.* §. *liberationis, num.* 7. *ver. præterea ibi loquitur. ff. de liber. leg.* & hanc partem videtur tenere Castr. *cons.* 79. *numer.* 1. *in fin.*
118 *lib.* 2. † Contrarium dicit Bald. quod ista distinctio non habet saporem, & quod valet confessio ad liberandum, quando est cum causa, siue in reali, siue in personali, & quod parit exceptionem doli, & probat, ideo valet in vim probationis, si non in vim libera-
119 tionis. Bald. *d. cons.* 466. *per totum*, maxime *in fin. lib.* 4. † Limita ad fauorem Fisci in ijs, quæ sunt difficilis probationis, quia fideicommissarius confitens se accommodasse fidē defuncto de restituendo hæreditatem spurio in fraudem fisci, absente Fisco, sibi præiudicat, vt Fiscus obtineat bona. Calder. *cons.* 354. alias 25. *de testament.*
120 Limita † fauore piæ causæ. Abb. *in proœm. decret. num.* 25. Limita
121 in † confessione verisimili; quia bene probat, si verisimilitudo concurrit, etiam si fit ab alio facta, quia in antiquis probat Crauet. *cons.* 615. *num.* 17. Vide, *Confessio vnius quando prosit, vel noceat alteri. Concluſ.* 662. † Limita, quia in realibus, & super dominio, confessio facta absente parte probat. Ruin. *cons.* 40. *num.* 4. *lib.* 4. & *seq.* Vide, 122
Confessio extraiudicialis requirit præsentiam, & tacitum consensum. Concluſ. proxima præced. 637. Vide plene Ant. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de confessis. concl.* 1. *Confessio absente parte facta non operatur.*

Confessio in testamento facta absenti non probat, & quando secus. Concluſ. 639.

CONFESSIO † facta in testamento ad fauorem absentis non 1
probat, gloss. *in l. generaliter, in verb. indignum. C. de non numer. pec.*
& est communis * opinio, vt per Cuma. *cons.* 31. *Testator in te-* *
stamento, in princ. vbi * dicit communem, & *cons.* 61. *Petrus hæres, in* *
princ. vbi dicit * communiorem. Alex. *consil.* 45. *Habita super his, n.* 3. & * *
4. *ver. circa secundum, lib.* 1. vbi, quod non inducit probationem, sed simplex legatum. Alexand. *cons.* 122. *Viso processu, num.* 7. *ver.* & *per hæc patet, lib.* 7. vbi * dicit communem, & quod tenentes contra- *
rium reprobantur communiter. † Ratio est; quia testamentum 2
non fit animo testatorem ligandi, vel obligandi, seu animo probandi, sed animo testandi; secus in confessione facta in apocha priuata, vel alia scriptura. Bald. *cons.* 380. *Tres sunt casus, in princ. ver. alij dicunt, lib.* 5. † Extende, vt procedat, etiam si confessio fiat ad 3
causam piam, vel pro anima, quia requiritur præsentia eius, pro quo fit, alias non probat debitum. Calder. *consil.* 262. alias 33. *de testam.* Vide, *Confessio extraiudicialis requirit præsentiam, & tacitum consensum, & qualiter. Concluſ.* 637. Vide, *Confessio extraiudicialis absente parte quando valeat. Concluſ.* 638. Vide, *Confessio mariti ad fauorem vxoris quibus præiudicet, vel non. Concluſ.* 667. † Amplia, vt procedat etiam, 4
quando esset facta ad fauorem præsentis etiam cum iuramento, quando fit inter personas prohibitas, veluti si extat statutū, quod maritus non possit aliquid legare vxori; nam si in testamento confitetur dotem recepisse etiam vxore præsente, non obligatur etiam hæres. Cuma. *consil.* 31. *circa fi. ver. Circa tertium*, vbi late. Vide, *Confessio inter personas prohibitas non probat. Concluſ.* 658. Et ideo confessio
patris ad minuendam legitimam filiorum non præiudicat, nisi constet de veritate, etiam si filij sint præsentes. Mascard. *d. Concluſ.* 359. *n.* 5. & *seq.* Vide, *Legitima filiorum nō potest minui per fraudem parentū. Concluſ.* 188. † Amplia; quia confessio in testamento facta non 5
probat debitum, quando est facta absente parte, sed bene valet in vim legati, *l. Aurelius*, §. *fin.* vbi Bar. *ff. de liber. leg.* & in confessione dotis tradit Alex. *cons.* 45. *colum.* 2. *lib.* 1. Felin. *in c. si cautio. num.* 9. & *num.* 24. *de fide instrument.* Bald. *consil.* 467. *lib.* 3. Corne. *cons.* 132. *volum.* 3. *in fin.* & *cons.* 57. *volum.* 4. *in fin.* Alex. plene *cons.* 122. *Viso processu, numer.* 3. & *seq. ver. tamen præmissis, lib.* 7. † Ratio est, quia dicitur confessio 6
extraiudicialis facta absente parte, quæ non probat. *l. certum*, § *si quis absente. ff. de confess.* & ita declarat Castr. *in l.* 11. *C. de falsa causa*, & idem non probat, nisi in casibus, in quibus confessio extraiudicialis absente parte probaret. Bald. *consil.* 14. *lib.* 2. & vide casus, in quibus probat extraiudicialis, qui inseruient hic supra. † Et ideo 7
confessio testatoris legantis aliquid alicui, quia confitetur se in tantum illi teneri, & esse obligatum, non probat debitum, *l. Aurelius.* §. *fin. ff. de liber. leg.* Bald. *cons.* 57. *Quia illud, quod testator, lib.* 1. vbi, quod neque probat ad effectum, vt filius non teneatur imputare sibi in legitimam. † Extende; quia confessio testatoris etiam iu- 8
rata non probat contra testatorem, neque contra hæredem, veluti si dicat, pecunias per eum solutas tali fuisse legitime debitas, & illas legat seu recipientem liberat ex certa scientia; quia si sunt pro vsura, non valet talis confessio. Roman. *cons.* 520. *Circa propositum, num.* 9. & *seq. ver. quoad secundum*, vide Alexand. *consil.* 122. *num.* 3. & *seq.* vbi pro vtraque allegat, *lib.* 7. † Idem, quando super simula- 9
tione interponitur. Roman. *d. cons.* 520. *num.* 13. † Declara, quia 10
bene probat quoad mentem testantis in ijs, in quibus dispositio regulatur ex mente testatoris. Bald. *cons.* 57. *lib.* 1. *ver totum.* † Di- 11
stingue tres casus; primus, quando testator cōfitetur, & legat; quia talis confessio non probat; secundus, quando confitetur, & non legat, & idem inter personas prohibitas, secus si non sunt personæ prohibitæ, tertius, quando legat, & non confitetur, & valet legatum etiam inter personas prohibitas, vt sunt vir, & vxor. Bald. *dict. consil.* 14. *Antonius fecit, in fin. lib.* 2. & idem tenet Roman. *consil.* 520. *num.* 11. & *seq. ver. secundo, quia.* † Amplia; quia non valet confessio 12
mariti facta in testamento vxori absenti de dotibus suis, quas dixit esse lib. 450. Nam talis confessio non probat dotem, si aliunde nō constat de dote, quia valet solum, vt legatum, non vt dos. Alexan. *consil.* 122. *Viso processu, num.* 3. & *seq. ver. tamen præmissis non obstan. lib.* 7. vbi *num.* 5. dicit * communem opinionem. Vide, *Dos habet multa* * *priuilegia. Concl.* 743. † Extende in confessione facta in testamento 13

pro male ablatis; quia si quis legat alicui pro male ablatis, vel pro restitutione male ablatorum, valet quidem legatum, sed non probatur male ablatum. Alexand. *dict. consil. 122. numero sexto,*
14 *& seq. lib. 7.* † Limita, quando est geminata, Dec. *cons. 163. in princ.*
15 Corn. *cons. 113. vol. 1.* Ias. *in l. triticum. ff. de verb. oblig. in fin.* † Etidem in confessione dotis facta in testamento, & reiterata, quia probat.
16 Alex. *cons. 45. col. 3. lib. 1.* Campeg. *in tract. de dote, in 1. parte, q. 52.* † Limita; quia confessio facta in testamento bene probat, si est iurata per testatorem. Bart. *d. l. cum quis, §. codicillis, nu. 8, ver. fallit si interuenit,* * *ff. de leg. 3.* & est communis * opinio, vt per Curt. Iun. *d. consil. 248.*
17 *in fi. lib 3.* Cuma. *cons. 61. num. 2.* Bald. *cons. 14. lib. 2.* † Declara, quia confessio iurata probat facta in testamento parte præsente; quia probat etiam causam, si ageretur ad causam confessatam multo magis disponit, & obligat. Ant. de Butr. *cons. 21. num. 2.* vbi apostilla
18 dat concord. † Extende, quod dicitur de confessione in testamẽto iurata parte præsente, vt procedat etiam parte absente. Abb. *in c. fi. de succeſſ. ab inteſt. n. 19,* Dec. *cons. 184. num. 11.* & alij, quos citat a-
19 postil. ad *cons. Ant. de Butr. 21. in ver. confeßione.* † Limita, quando confessio fit ad approbandum aliquod instrumentum, quia probat. Marsil. *sing. 202.* Fel. *in c. si cautio, num. 28. de fide inſtrum.* Vnde, si maritus in testamẽto confitetur dotem citando publicum instru-
20 mentum, talis confessio plene probat. † Limita in confessionibus, quæ dependent à mera voluntate testatoris, vt est aditio hæreditatis. Bart. *in d. l. cum quis, §. codicillis, n. 6. ver. prædicta vera. ff. de leg. 3.*
21 Limita † quoad semiplenam probationem. Castr. *in l. 1. C. de falsa causa, & in l. admonendi, q. 2.* vbi Ias. *n. 158. ff. de iureiur.* qui loquitur generaliter in extraiudiciali absente parte facta, Marsil. *sin. 202.* Fel. *c.*
22 *si cautio. n. 3. de fide inſtr.* Gram. *consil. 78.* † Limita, quia bene probat talis confessio etiam absente parte facta in testamento, contra hæredem, & contra testatorem. Bald. *in l. generaliter, n. 15. ver. decimo quæro. C. de non num. pec.* vbi Barb. in apostil. & quod probet confessio testatoris facta absente parte ad obligandum contra hæredem, Signorol. Homod. *consil. 33. Quæro nunquid, nu. 4. in fi.* vbi reddit rationem; quia valet in vim fideicommissi, quod potest fieri absenti.
23 Extende; † hanc limitationem, vt etiam probet confessio mariti ad fauorem vxoris facta in testamento, quod habuit dotem, etiam si sit inter personas prohibitas; quia quoad virum, & hæredes probat, & præiudicat talis confessio. Cuma. *cons. 31. ver. circa secundum.* vbi dicit hanc esse communem * sententiam, & communem pra-
24 cticam. † Maxime, quando maritus confessus fuit in testamento præsente vxore, & lapsa sunt tempora excipiendi de non numerata pecunia, quia valet confessio non vt legatum, sed agere potest mulier actione pro dote. Bald. *consil. 458. Confeßio viri, lib. 3. & consil.*
25 *381. lib. 5.* † Extende, quia confessio viri facta in testamento præsente vxore, ex causa dotis valet ratione causæ, & inducit probationem ratione præsentiæ. Bal. *consil. 458. lib. 3. & cons. 381. lib. 5.* Vide, *Dos confeſſata per maritum quando præiudicet creditoribus, vel non. Concluſ.*
26 *749 cum duabus concl. ibi proxime ſequentibus.* † Limita, quia confessio mariti ad fauorem secundæ vxoris, quod receperit bona paraphernalia facta in testamento absente vxore probat saltẽ semiplene contra filios, & inter filios, etiam si extent filij ex primo matrimonio, & saltem deferri debet iuramentum in supplementum, imo quando est geminata in pluribus testamentis probat. Bal. *cons. 168. Caſus talis eſt, quidam, num. 2. ver. item retento, lib. 3.* tamen dicit non valere, licet probet, quia videtur in fraudem, *l. hac edictali. C. de ſecun.*
27 *nupt.* † Limita, nisi confessio in testamento sit facta ad fauorem præsentis, & recipientis; quia ex quo potest contrahi in testamento, valebit vt contractus. Bart. *in l. cum quis decedens. §. codicillis, num. 5. ver. prædicta vera. ff. de leg. 3.* Bald. *in l. generaliter. in 10. q. C. de non num. pec.* * sub *num. 15* & est communis * opinio, vt attestatur Curt. Iun. *consil. 248. in fi. lib. 3.* Bald. *cons. 488. In quodam teſtamento, lib. 4.* Idem Bald.
28 *consil. 14. lib. 2.* † Imo etiam facta præsenti confessio in testamen-
29 to probat. Cuma. *consil. 61. n. 2. ver. præſente tamen.* † Idem in confessione dotis facta præsente vxore, quia probat dotem. Bal. *consil. 458 lib. 3 & 381. lib. 5.* Alex. plene *cons. 45. Habita ſuper his, num. 4. & ſeq. lib. 1.*
☞ Vide, *Donatio facta præſenti etiam in teſtamento non reuocatur. Concl. 638.*
30 & concluſ. *ibi proxima ſeq.* † Declara, vt procedat limitatio, si testator est persona honesta, & summa confessata est verisimilis, attenta qualitate personarum, & consuetudine loci. Cuma. *d. cons. 31. n. 1. ver. ſi tamen teſtator*, qui loquitur in dote confessata per testatorem ad fauorem vxoris præsentis, quia testator dixit illam vere ha-
31 buisse, & non assecurasse, † Declara, quod valet confessio facta in testamento ad fauorem præsentis, & acceptantis, & non potest reuocari, quando est facta ex certa causa licet non specifica, puta quia testator confessus est teneri ex causa restitutionis. Bald. *d. conſ.*
32 *488 per totum, lib. 4.* † Declara, quia confessio facta per testatorem in testamento parte præsente non probat causam, ex qua fit confessio, si agitur ex illa causa, nisi sit confessio iurata, si vero agatur non ad causam, sed ex confessione tanquam disponẽte in forma contractus, bene probat, & disponit. Ant. de But. *cons. 21. num. 2. ver. ad ſecundum.* † Limita, quando confessio est facta etiam ab- 33
senti, sed Notario præsenti, & stipulanti pro absente. Bartol. *in d. l. cum quis, §. codicillis, num. 5. ver. prædicta vera ff. de leg. 3.* cuius distinctionem communem * dicit Curt. Iun. *d. conſ. 248. in fin. lib. 3.* Declara; *
quia † stipulatio Notarij non operatur, vt confessio probet fa- 34
cta absenti, quando ipsi confessioni adest annexum legatum, puta quia summam confessatam testator legauit; quia stipulatio censetur de stylo, vel ad effectum donationis causa mortis. Cuman. *dict. conſ. 31. num. 1. ver. poſſet tamen.* † Limita; quando confessio fit ad li- 35
berandum, quia valet etiam absente parte in testamento. Bald. *conſil. 168. num. 2. ver. item retento, lib. 3.* Bald. *conſ. 466. per totum, lib. 4.* Limita, † quando causa esset commissa summarie. Ias. *in l. admo- 36
nendi, num. 273. in fin. & num. 187. ff. de iureiur. & in §. præterea. Inſtit. de actio. colum. antepen.* Fel. *in c. veniens, num. 22. & ſeq. de teſtib.* † Limita 37
quia confessio facta in testamento absente parte, quando non agitur de obligatione versus certam personam, sed agitur de generali effectu, qui reflectitur in ipsum confitentem, plene probat, prout in vsurario, qui efficitur manifestus ex confessione vsurarum facta in testamento. Bald. *conſil. 463. Qualiter accipiatur, in fin. lib. 3.* vbi dicit, quod ita tenent omnes * Doctores, & ita tenet Calder. *conſ. 505.* * alias *7. de vſur.* † Contrarium tenet Bart. *in l. cum quis decedens, §. co-* 38
dicillis, num. 3. ver. hæc faciunt ad quæſtionem. ff. de leg. 3. vbi recitat opiniones, & hanc tenet. † Declara. Bald. *conſ. 263. Suadeo hæredi, lib. 3. per* 39
totum, vbi recitatis rationibus hinc inde, dicit opinionem Bart. de iure ciuili veram, sed contrariam de æquitate canonica, & fauore animæ præcedere, & propterea dicit non negare, quin etiam de iure ciuili talis confessio faciat magnum indicium, sed aduerte, quia hic loquitur de confessione vsurarum ad effectum, vt hæres compellatur soluere, in limitatione ad effectum, vt testamentum non valeat, & pro declaratione vide Bald. *in l. 1. num. 15. ver. Quidam confeßus. C. de falſa cauſa.* Vide, *Vſurarius qualiter compellatur reſtituere* ☞ *vſuras, Concluſ. 349.* † Limita, quia licet confessio facta in testa- 40
mento probet debitum testatoris legantis Titio creditori suo; tamen probat causam legandi, ideo si fiat legatum tutori, quod non debetur, si non recipit tutelam, bene valet, si fiat tutori creditori; quia licet non probetur creditum probatur causa legandi, non ratione tutelæ. Bald. *conſ. 356. Licet allegatum, per totum, lib. 4.* maxime *ante med. ver. aut non conſtat, vſque in fin.* vbi pro vtraque parte, & quasi vtramque partem substinet. † Limita, quia confessio facta in te- 41
stamento, quod testator esset malæ fidei, possessor probat etiam in præiudicium eius, cui erat ius quæsitum ante confessionem, si constat de veritate. Angel. *conſ. 235. Punctus eſt, Albertus. in princip.* ☞ Vide, *Teſtamentum in quibus probet, vel non, & inter quos. Concluſ. 103.*
Vide plene Mascardum *Concluſ. 359. Confeßio facta in teſtamento an inducat probationem, an vero tantum habeat vim legati, & quod habeat vim legati, & non probet facta in abſentia,* vbi ampliat, & limitat multis modis, quos videas.

Confessio extraiudicialis an probet delictum absente parte facta, & quid ad effectum ciuilem. Concluſ. 640.

CONFESSIO † extraiudicialis non probat regulariter de- 1
lictum, *e quam ſit graue, de exceß. prælat.* ita inducit illum text. Oldrad. *conſ. 291. num. 4. ver. nec valet.* Gemin. *conſ. 142. numer. 6. ver. ſed præſuppoſito, vſque in fin.* & est communis * opinio. Clar. *in §. * fi. q. 55. in princ.* vbi apostilla *in ver. extraiudicialis.* dicit * communem * Christophor. Castillio. *conſil. 7. Viſis prius, numer. 6. & ſeq. ver. ſupereſt.* Restringe; † quia bene facit indicium ad torturam. Clar. *d. §. fin.* 2
q. 55. in princ. vbi apostilla *in ver. extraiudicialis.* quæ allegat concord. plene. Rom. *conſil. 373. In caſu propoſito, in fin.* vbi plena apostilla *in ver. facere* quæ dat plurimos concord. & dicit * communem, & ma- * *
gis * communem. † Et procedit restrictio, quod faciat indicium; cõfessio extraiudicialis de crimine, siue sit facta absente parte, siue præsente. apostilla ad Rom. *conſ. 373. in fin. in ver. facere, in fi.* vbi plures citat, licet in fine alleget pro contrario Gam. *con. 56. n. 19.* vide eum. Vide plenius per Mascard. *Concluſ. 149. Confeßio de crimine facta parte* ☞ *præſente, an plene probet,* vbi citat pro vtraque, & dicit, quod siue parte presente, siue absente ad effectum criminalem facit solum indicium; ad effectum vero agendi de crimine ciuiliter plene probat. Declara, † quia licet non probetur delictũ ex confessione extra- 4
iudiciali ad effectum puniendi ex illo delicto; tamen bene probatur delictum ad excipiendum, vt confitens tamquam inhabilis non promoueatur ad dignitatem. Old. plene *conſ. 292. n. 3. ver. primo, quia.* † Declara, quia cõfessio extraiudicialis indiscreta, & sine cau- 5
sa in criminalibus nihil probat, & dicitur sine causa, & indiscreta, si fiat,

si fiat, quia aliquis confitetur feciſſe homicidium, vel delictum, & non dicit in perſonam cuius; ſi vero eſt cum cauſa, & diſcreta, facit indicium, quod eſt minus, quam ſemiplena probatio. Caſtillio. 6 *d. conſ. 7. num. 6. & ſeq. ver. ſupereſt.* † Et iſta confeſſio extra iudicium facta cum cauſa, quæ facit indicium, operatur, quod poteſt confitens torqueri, & ſi confiteatur, & perſeueret, tunc plene probatur delictum, quod non probaretur, ſi ſine indicio confeſſus faiſſet, & perſeueret, quia non valeret. Caſtillion. *d. conſ. 7. num. 9.* 7 Si † vero tortus negaret, & ſubſtineret; tunc confeſſio extraiudicialis euaneſcit in totum Caſtillio. *d. conſ. 7. num. 9. verſ. quod ſi in iu-* 8 *dicio.* † Amplia; quia confeſſio extraiudicialis ſine cauſa etiam parte præſente, & teſtibus, non probat, niſi ſemiplene. Iaſ. *in repetitio. l. admonendi, num. 149. in fin. ver. quid in confeſſione. ff. de iureiur.* Ma- theſil. *ſing. 12. Nota, quod regula vulgaris.* Vide, *Confeſsio ſit ad obligatio-* 9 *nem, vel probationem, & requirit cauſam Concluſio. 635.* † Imo ſiue confeſſio ſit ſine cauſa, ſiue cum cauſa, & ſiue abſente parte, ſiue præſente, in iudicio criminali, nunquam operatur, niſi indicium. 10 Caſtillion. *d. conſil. 7. num. 9. & ſeq. ver. quibus ex omnibus.* † Reſtringe, quando ageretur de crimine ciuiliter; quia tunc confeſſio extra iudicium facta probat plene præſente parte, & ſemiplene abſente parte, & idem in ciuilibus. Caſtillion. *d. conſil. 7. num. 10. & 11.* 11 *ver. in ciuilibus.* † Amplia; quia confeſſio non probat delictum, quando emanauit extra cauſam, de qua agebatur principaliter. 12 Contrarium, † quod imo confeſſus in iudicio delictum, de quo * principaliter agebatur, poſſit pœna ordinaria puniri, dicit * com- 13 munem Clar. *d. §. fin. quæſt. 55. num. 6. ver. poſſet etiam.* † Amplia, quia licet crimen læſæ maieſtatis ſit atrociſſimum, in quo ſola ſcientia punitur; tamen confeſſio extra iudicialis etiam geminata facta per religioſum, quod ſciuerit tale crimen, non probat. Caſtillion. *conſ.* 14 *7. num. 16. & ſeq. ver. quid ergo dicemus.* † Amplia, vt idem ſit, ſi confeſſio delicti fieret in iudicio coram iudice incompetenti; quia iudicatur vt extraiudicialis, & non probat delictum, communem * dicit * Clar. *d. §. fin. quæſt. 55. num. 2.* vbi quod bene facit indicium ad torturam. Caſtillione. *conſil. 7. Viſis. num. 16.* Vide, *Confeßio coram* 15 *iudice incompetenti non probat. Concluſio. 642.* † Declara, vt per Flo- rian. de S. Petro, *quæſt. 2. in 1. parte, num. 13. ver. aut eſt facta, uſque in fin.* 16 Extende † idem, ſi eſſet facta confeſſio coram Iudice competenti, ſed non ſedente pro tribunali; quia non probaret tanquam coram priuato, ſed ſolum faceret indicium ad torturam. Clar. *d. §.* 17 *fi. quæſt. 55. num. 5. ver. item poteſt.* † Amplia; quia confeſſio extraiu- dicialis etiam coram Notario facta non probat delictum. Caſtil- lion. *conſil. 7. num. 16. ver. quod ſi extra iudicium.* Vide, *Confeßio extraiu-* 18 *dicialis abſente parte, quando valeat. Concluſio. 638.* † Amplia; quia ad hoc, vt confeſſio extraiudicialis, etiam in tormentis facta, probet delictũ, debet ratificari in iudicio extra carceres, nec ſufficit perſe- uerantia in carceribus; quia quod fit in carcere, dicitur factum ex- tra iudicium. Bald. *conſil. 95. reg. iuris, in fin. lib. 1.* vbi quod ita practi- 19 catur. † Amplia in criminalibus, quia confeſſio extraiudicialis non probat obligationem, ſed obligationis iam inductæ proba- tionem, apoſtil. ad Franc. Aretin. *conſil. 4. num. 4. in ver. extraiudicia-* *lis*, allegat Maria. Socin. *conſil. 21. Viſis, ver. ſexto prædicta concluſio. lib. 1.* Vide plenius, *Confeßio extraiudicialis abſente parte quando valeat d. Con-* 20 *cluſio. 638.* † Limita; quia confeſſio extraiudicialis abſente parte, quod occiſus eſſet ingreſſus domum de nocte interficientis pro- bat ad probandam innocentiam interficientis; quia potuit impu- ne interficere ingredientem in domum ſuam de nocte ſtante ſtatu- to, & maxime concurrentibus adminiculis. Alexand. *conſil. 24.* *Animaduerſis, num. 40. ver. non obſtat etiam. lib. 2.* vbi apoſtilla *in ver. §.* 21 *ſi.* dat concord. † Limita; quia ſpeciale eſt in clericis, qui extraiu- dicialiter confeſſi ſunt delictum; quia licet ex tali confeſſione non probetur delictum ad pœnam; tamen ſuſpenditur clericus pro- pter gloriationem, & propter ſcandalum, quod dedit ex tali con- * feſſione, ita Gemin. *d. conſil. 142. num. 8. ver. quo ad ſecundam*, vbi * re- citat opin. in hoc ſuper intelligentia, *cap. quam ſit. de exceſſ. prælat.* & hanc veriorem affirmat eandem opin. tenuit Oldrad. *d. conſil. 291.* *n. 4. & conſ. 292. n. 3.* & Caſtil. *conſ. 7. Viſis primo, n. 15.* dicit omnes Ca- 22 noniſtas in hoc concordare. † Extende, vt ex confeſſione extra- iudiciali ſuper delicto facta per clericum, poſſit priuari beneficio Eccleſiaſtico iam obtento, vel obtinendo. Ang. de Peru. *conſil. 10.* *In cauſa prædicta, n. 8. ver. nec. mirum* Caſtil. *conſ. 7. n. 19. verſ. præiudicat ta-* 23 *men.* † Et quod ſit ſpeciale in Clericis, vt ex confeſſione extra- iudiciali puniantur pœna extraordinaria, non; quia confeſſio ex- traiudicialis probet delictum; ſed quia inducit delictum, & pro- pterea in grauibus delictis confeſſatis extra iudicium, propter gloriationem factam de delicto poteſt ſuſpendi, & obtentis pri- uari. Caſtillion. *conſil. 7. num. 17. & ſeq. ver. cæterum quoniam nemo.* 24 Declara; † quia prædicta procedunt, quando ex confeſſione, & gloriatione clerici ortum eſſet ſcandalum, quia tunc punitur pœ- na extraordinaria; ſecus ſi ceſſat ſcandalum. Caſtil. *d. conſ. 7. num. 21.* *ver. argumentum tamen contra.* Vide Maſcard. *concluſ. 350. Confeßio de* *crimine extra iudicium in ſecunda limitatione, num. 12. & ſeq.* vbi, quod clericus non torquetur ex confeſſione extraiudiciali, niſi eſſet in- famatus, quia eſt ſpeciale in Clerico. † Limita in vſurario ad effe- 25 ctum, vt reddatur inteſtabilis iuxta formam *c. quanquam, de vſur. in* 6. Angel. *d. conſ. 10. num. 8.* † Limita ad effectum torturæ, Angel. 26 *d. conſ. 10. num. 8.* Clar. *d. §. ſi. quæſt. 55. in princ.* Florian. de S. Petro *q. 2.* *in 1. parte, num. 13.* † Limita, quando confeſſio delicti eſſet extra 27 iudicium, ſed præſente parte, & acceptante, quia tunc plene pro- bat, communem * dicit Bero. *in c. at ſi Clerici, num. 142. de iud.* & fa- * tetur communem * Clar. *d. §. fin. q. 55. n. 4. ver. vnum tamen*, quan- * do expreſſe eſt acceptata, ſecus ſi tacite. † Contrarium tamen 28 ſeruari dicit Clar. *d. q. 55. n. 4. ver. ſed certe.* vbi, quod tales confeſſio- nes operantur ſolum, ꝙ poteſt torqueri, niſi concurrerent alia in- dicia, per quæ plena fieret probatio. † Declara, quia plene pro- 29 bat, ſi agatur ciuiliter de delicto, ſecus ſi criminaliter, quia in his, quæ contrahuntur re ipſa ſolo conſenſu, prout depoſitum, deli- ctum, & ſimilia, nulla confeſſione poſſunt introduci, vt ex confeſ- ſione fiant, ſed bene vt facta probentur, ita Caſtil. *conſ. 7. num. 9. ver.* *quibus ex omnibus*, vbi *num. 12. & ſeq.* dat pluta exempla. † Limita ad 30 effectum pœnæ extraordinariæ. Ang. *d. conſ. 10. num. 8. ver. item eſt ſuf-* *ficiens.* Flor. *d. q. 2. in 1. parte, num. 13.* † Limita, quia confeſſio extra- 31 iudicialis probat in hoc, quod repellit confeſſum, ne contrarium aſſerere poſſit. Flor. de S. Petro, *quæſt. 2. in 1. parte, n. 13. ver. item quan-* *doque ſufficit.* † Limita ad effectum detinendi confeſſum in carce- 32 re. Ang. *d. conſ. 10 num. 8. ver. item eſt ſufficiens.* Flor. *d. q. 2. in 1. parte, n. 13.* Limita, † quia in delictis, quæ conſiſtunt in animo, plene pro- 33 bat Flor. *d. q. 2. in 1. parte, num. 13.* † Limita; quia ſufficit extraiudi- 34 cialis confeſſio delicti, & probat delictum, quando ſolum de ani- mo delinquentis ſuſpicatur. Ang. *d. conſ. 10. n. 8. ver. item eſt ſufficiens*, vbi ponit exemplum, veluti ſi quis fugiat, cum citatus eſt, & du- bium eſt, an fugam fecerit, vt latitaret, vel ob aliam cauſam, ſi ipſe confiteatur, quod animo latitandi, probat delictum. † Limita; 35 quia ſufficit, vt poſſit clericus priuari beneficio adepto, & prohi- beri in adipiſcendo. Flor. *d. q. 2. in 1. parte, num. 13.* † Limita multis 36 modis, de quibus Maſcard. *Concluſ. 350. Confeßio de crimine extra iu-* *dicium*, vbi facit regulam, quod nihil probat, poſtea concludit, quod facit indicium ad torturam, licet poſſit reuocari, & ponit 14. limitationes, quas vide; quia ſeptem limitationes primæ ſunt, ꝙ non poſſunt torqueri ex tali confeſſione; octaua vero, & aliquæ aliæ ſunt, ꝙ imo plene probet, & poſſit puniri, ideo conſiderabis.

Confeſſio in iudicio facta probat, & operatur multa. Con- cluſio 641.

Confessio † facta in iudicio pro alio etiam abſente pro- 1 bat, ſecus ſi extra iudicium. Bald. *conſ. 16. Pater apud acta, in fin.* *lib. 2.* Bart. *in l. non ſolum, §. liberationis, per totum, ff. de liber. legat. n. 6.* vbi apoſt. Alex. *in ver. in iudicio.* Vide, *Confeßio nocet confitenti in multis.* *Concl. 646. n. 13. & ſeq.* Vide, *Iudicij calor multa operatur. Concluſ. 483.* Contrarium † Signorol. *conſ. 33. n. 4.* vbi, quod non probat, niſi ſit 2 acceptata à iudice. † Declara, vt plene Alex. *conſ. 174. In cauſa, &* 3 *lite, n. 3. ver. quærit Salyc. lib. 6. cum ſeq.* quia non ſufficit, quod confeſ- ſio ſit facta coram Notario, vel iudice, niſi ſit ad inſtantiam partis, vel iudicis, & acceptata per iudicem, vel partem, *& n. 4.* dicit, quod præſentia iudicis non refert, niſi ſit ad hoc, vt intelligat, & acceptet pro abſente; dicit tamen *n. 6.* ex prædictis, quod ſufficeret præſen- tia, & intelligentia in fauorabilibus, ſed teſtes deponentes de præ- ſentia aliena non concludunt intelligentiam. Vide, *Iudicialiter* *geſta quæ dicantur, vel non. Concl. 482.* † Amplia, quia pater confiten- 4 do in iudicio filium legitimum probat ex tali confeſſione eum eſ- ſe legitimum, imo inducitur legitimatio, ſiue adſint alij legitimi, ſiue non, maxime ſi concurrant præſumptiones aliæ. Bald. *conſ. 16.* *per totum, lib. 2.* † Amplia; quia actor, qui confitetur aliquid in li- 5 bello, ſibi præiudicat, *l. cum precum, C. de libera cauſa.* Angel. *conſ. 194.* *Viſis proceſſibus, in fi. ver. ſicut ergo ſtatur.* Alex. *conſ. 131. lib. 2. ver. no. & conſ.* *162. eod. lib. 2.* Oldrad. *conſ. 192.* Cuman. *conſ. 73.* Fel. *in c. examinata, de* *iud.* Alex. *in l. edita, C. de eden. l. item, C. de procur.* Rom. *conſ. 13. colum. 1. &* *conſ. 59.* vbi quod ſicut ſtatur aſſertis in libello contra actorem, ita ſtatur aſſertis in exceptionibus contra reum, *& conſ. 70. col. pen. &* *conſ. 235.* Iaſ. *in l. 1. §. edituones, col. 2. ad fin. ff. de eden. & in l. cum te, ad fin. C.* *de tranſact. & in l. edita, n. 4. C. de eden.* vbi Dec. *n. 10.* latiſſime Roman. *conſ. 23. Neſcio quid, in princ.* vbi prima apoſt. dat infinitos concord. & dicit omnium communem * opinionem, *& conſ. 235. n. 9. ver. quo-* * *ad ſeptimum.* † Extende, vt idem ſit in cõfeſſione facta in precibus, 6

& rescripto principis producto, quia censetur fateri omnia contenta in eis, nec potest contrarium asserere. Ias. & Dec. *in l. edita, in 4. not. C. de eden. & in l. cum te, in 4 not. C. de transact. & in l. 2. in 2. not. C. de instit. & substit.* idem Ias. *in l. vnica, ad fin. C. de ijs, quæ pœnæ nomine, & in § si minus, colum. 2. Instit. de actio.* Cassad. *decis. 6. super regul. num. 8.* plene apostil. ad Roman. *cons. 23. in ver. libello, circa fin.* vbi plures citat. Vide plene Anton. Gabriel. *lib. 1. tit. de confessis. Conclus. 1. Confessio facta*
7 *in precibus probat.* † Extende idem in confessione facta in positionibus, & articulis, apostil. 1. ad Roman. *cons. 23. in ver. libello*, Alex.
8 *cons. 83. num 3. lib. 1.* † Extende, vt idem sit in eo, qui positiones producit, quia ponens dicitur fateri contenta in positionibus.
9 Alexand. *cons. 83. num. 3. lib. 1.* † Et procedit, etiam si positiones seu responsiones sint in alia instantia factæ. Roman. *d. cons. 70. num. 9. in*
10 *fin. & num. 10. ver. 1. ex productione.* † Declara, quia confessio in libello probat contra libellantem, sed non pro libellante. Abbas. *d. cons. 73. in princip. lib. 1.* vbi, quod iudex censetur fundare sententiam super verr probationibus, non super libellatis per actorem, quan-
11 do sententia transiuit in iudicatum. † Et maxime hoc procedit post litem contestatam. Socin. *cons. 41. num. 4. lib. 1.* Dec. *in d. l. edita.*
12 *C. de eden. num. 10.* Abb. *cons. 73. Videtur primo, in princip. lib. 1.* † Extende; quia idem est in reo aliquid confitente in suis exceptionibus, quia contra eum probat. Angel. *d. cons. num. 4. l. cum precum, C. de libe. cauf.* Ias. *in l. 1. § editiones, ff. de eden.* Dec. & alij *in c. venerabilis, de except.* Roman. & alij infra proxime allegati. Ias. *in l. cum te, in vltimis verbis.* vbi etiam Curt. Iun. *C. de transact.* Bartol. *in l. 1. C. de ijs, quæ pœnæ*
13 *nom.* † Et quod confessio rei in suis exceptionibus exoneret actorem ab onere probandi. Bartol. *in l. certum, § si quis absente, in fin. ff. de confess.* Roman. *cons. 59. Ad discutiendum, in vltim. dubio, num. 9. & cons. 235. Quoad primum, in 7. dubio, num. 8.* & ratio est, quia nulla est maior probatio quam propria partis confessio, *l. cum te, C. de transact.* Ias. *in l. Titia, num. 28. ff. de verb. oblig.* Marsil. *in rub. C. de probat. num. 81. cum seq.* Fel. *in d. c. examinata, de iudic.* late apostil. prima ad Roman. *cons. 23. in ver. libello, & cons. 59. num. 9. in fin. & cons. 70. num. 10.* vbi a-
14 postil. pro vtraque parte. † Et quod confessio in exceptionibus facta in iudicio probet contra confitentem, infinitos citat apostilla ad Roman. *cons. 70. num. 10. in ver. exceptionibus*, & idem Roman. *cons. 235. Quoad primum, num. 9. ver. quoad septimum*, vbi apostilla *in*
15 *ver. exceptionem.* † Contrarium tenet Abb. *in cap. cum venerabilis, in*
16 *fin. de exceptio.* † Declara; quia confessio expressa facta in exceptionibus præiudicat confitenti, tacita vero non præiudicat, ita apostilla ad Roman. *d. cons. 70. num. 10. ver. exceptionibus, in fin.* vbi di-
* cit * communem. Vide plenius, *Confessio nocet confitenti in multis.*
☞ *Conclus. 646. num. 13. & seq.* † Extende, quia etiam confessio tuto-
17 ris rei in exceptionibus suis præiudicat pupillo. Bartol. *in d. l. certum*
18 § *sed an ipsos, ff. de confess.* Socin. *cons. 57. colum. 3. lib. 4.* † Declara, quia actor non potest acceptare talem confessionem rei in parte, & in parte non, sed debet, aut in totum illam acceptare, aut in totum respuere. Bart. *in l. Aurelius, § idem quæsiit, ff. de liber. leg. l. si quidem,*
19 *C. de except.* & in terminis Socin. *cons. 208. colum. 2. volum. 2.* † Extende, quia procedunt prædicta etiam ad fauorem partis aduersæ
☞ absentis. Ias. *in l. 2. in 2. not. C. de instit. & substit.* Vide, *Iudicij calor ope-*
20 *ratur multa, d. Conclus. 483.* † Extende, quia confitens in libello suo aduersarium esse ciuem Ferrariæ, probat eum talem. Roman.
21 *cons. 23. in princ.* † Extende etiam in libello reproducto; quia producens confitetur omnia in libello producto contenta. Roman. *cons. 23. in princip.* vbi apostil. dat plures concord. *in ver. reproducto.*
22 Restringe, † quia bene potest corrigere errorem suum debito tempore. Bald. *cons. 307. lib. 5.* Ias. *in § si minus, colum. 2. Instit. de actio.*
23 vbi hoc limitat, & declarat multis modis, quem videas. † Restringe in interrogatorijs, quia interrogans nihil confitetur. Alex. *cons. 94. Viso, numer. 5. ver. non obstat, lib. 6. & cons. 71. lib. 3. colum. 1.*
24 Amplia; quia † confessio facta positionibus actoris, vel in capitulis iuratis præiudicat confitenti. Alex. *cons. 118. In causa & lite,*
25 *num. 4. lib. 2.* † Extende, etiam si tali positioni non tenebatur re-
26 spondere. Abb. *cons. si. lib. 2. n. 4. & seq.* † Extende, vt procedat etiam in confessione iudiciali tutoris, vel curatoris, q̃ nocet pupillo. Bar.
☞ *in l. certum, § si d. an ipsos, ff. de confess. & in l. 2. § q. observari, in pr. C. de iu-*
ram. cal. Vide, *Concl. Prælati, & administratoris quando præiudicet, vel non.*
27 *Concl. 669.* † Amplia, quia confessio etiam facta in libello porrecto principi habet vim confessionis iudicialis, & nocet cõfitenti, sicut facta in libello, *d. l. cum precum. C. de lib. cauf.* Vide plenius, *Confessio no-*
☞ *cet confitenti. Concl. 644. nu. 5. & seq.* Vid. Ant. Gab. *lib. 1. tit. de confessis.*
28 *Concl. 4. Confessio facta in precibus probat contra confitentem.* † Amplia in confessione facta etiam in criminalibus; quia probat etiam in alia causa ad eundem finem. Angel *consil. 217. num. 5. ver. nunc descendo, &*
num. 9. ver. igitur. vbi, quod si non est idem iudex, debet fieri repe-
29 titio, & productio. † Declara, quia non sufficit, quod fiat in iudicio, nisi etiam fiat in figura iudicij, & aliter non probat delictum
Castil. *consil. 7. Visis prius, num. 16. ver. quinimo.* † Amplia; quia con- 30
fessio inquisiti de delicto tollit omnem nullitatẽ processus. Castr.
consil. 17. Potestas prædictus. num. 2. lib. 1. vbi, quod tollit omne vitium.
Vide plenius infra proxime, *nu. 36. & multis seqq.* † Extende, quia 31
confessio facta ex processu inordinato præiudicat, sicuti si esset or-
dinatus processus. Abb. *consil. si. col. 2. in si. num. 4. & seq. lib. 2.* † De- 32
clara, vt procedat quoad confessionem delicti, de quo pendet in-
quisitio, secus si confitetur aliud delictum, quia tunc non posset
condemnari, quia sine instantia, sed bene poterit de eo inquiri &
condemnari postea. Bald. *in l. mercalem. C. de cond. ob caus.* Afflict. *decis.*
176. qui dicit ita iudicatum per consilium. Vide, *Confessio in crimina-* ☞
libus, an & quando sufficiat. Conclusio. 976. n. 37. & seq. Et recurre semper
in hac materia ad Rom. *in l. cum multer. ff. sol. matr. num. 27. & seq.* vbi
ponit octo conclusiones. † Amplia; quia confessio in iudicio in- 33
ducit notorium contra confitentem, ideo valet condemnatio sine
accusatione. Castr. *d. consil. 17. n. 3. lib. 1.* Boer. *sing. in ver. confessio, nu. 13.*
Vide, *Notoria quæ, & quando dicantur, vel non. Conclusio. 107.* Amplia, ☞
quia † inducit notorium. Afflict. *decis. 372. in fin.* & ideo cum in 34
notorijs non requiratur solemnitas potest confitens se hæredem
matris condemnari super libello, in quo conueniebatur tanquam
hæres patris, quando instrumentum crediti est tam contra patrem
quam contra matrem in solidum. † Amplia; quia confessio in 35
iudicio facta præiudicat, nec excusat error iuris. Alex. *cons. 214. Pon-*
deratis, n. 9. ver. ad confirmationem, lib. 6. † Amplia; quia confessio fa- 36
cta in iudicio probat ordinem iudicij, & sanat processum, præter-
quam quoad defectum iurisdictionis. Bald. *cons. 251. Posito quod certa*
pars, lib. 4. & ideo si processus est nullus defectu iurisdictionis, defe-
ctus nõ sanatur. Marsil. *sing. 10. Tu scis cler. § si. q. 55. n. 13. ver. quod tamen.*
Vide supra, *nu. 30. & seq.* † Et q̃ ex quocunq; inordinato processu 37
ratione confessionis possit sequi sententia diffinitiua valida, Ias. *in*
l. cum te, col. 1. C. de transact. † Extende, etiam si processus esset via 38
ordinaria cæptus; quia non seruato ordine cõtra confessum potest
sententia ferri sine ordine, & valet. Anch. *cons. 173. circa primum, n. 13.*
c. at si clerici, de iud. Fel. *in c. qualiter, & quando, § licet. de accus.* quia con-
fessio non requirit telam iudicij, quia facit notorium, in quo non
requiritur ordo iuris, iuxta not. *in c. ad nostram, de iureiur. c. euidentia, de*
accus. † Et quamodo hoc procedat, q̃ purget confessio omne vi- 39
tium processus. Franch. *in c. 1. de accus. col. pen. & fi. in 6.* late Marsil. *l. 1. §.*
diuus Antoninus, n. 2. de q. Abb. *cons. 24. lib. 1.* Alex. *cons. 34. lib. 3.* † Ex- 40
tende etiam in criminalibus. Aret. *in tract. de maleficijs. in ver. comparent*
inquisiti, & confitentur totum, & in ver. qui iudex videns, & vtrobiq; Ari-
minen. in apost. † Contrarium in criminalibus. Guid. Pap. *dec. 120.* 41
Declara, † quia confessio spontanea tollit defectũ inordinati pro- 42
cessus, præterquam ex defectu iurisdictionis, & probat delictum,
vt possit sequi condẽnatio; si vero confessio est cũ tormentis, tunc
inordinatus processus non tollitur, quia imo non probat, ita Clar. *
§ si. q. 55. n. 13. ver. item posset allegare, vbi dicit * communem, & clarius
n. 14. vbi, quod confessio facta in tormentis sine indicijs est nulla,
etiam si confitens ratificaret, ac etiam si superuenirent postea indi-
cia. Alex. hæc omnia ponit *cons. 52. Viso themate, per totum, lib. 3.* Vide, ☞
Confessio enunciatiua & incidenter facta quando disponat, vel non. Conclusio
652. n. 5. & seq. † Declara, quia procedit etiã in criminalibus, quan- 43
do spontanea est cõfessio super crimine; secus quando est super fa-
cto, q̃ potest includere, & excludere crimen, puta q̃ tempore pro-
hibito, vel permisso factum dicatur; quia præsumitur tẽpore per-
misso. Alex. *d. consil. 52. in princ. lib. 3.* † Extende; quia quantumcunq; 44
inordinatus, vel ineptus sit processus, & libellus, confessio super il-
lis facta præiudicat, & sanat, vt possit super eis ferri valida sentẽtia.
Ang. *consil. 18.* Nam licet sententia lata super inepto libello sit ipso
iure nulla. gl. *Inst. de oblig. in prin.* tamen ex cõfessione tollitur omnis
ineptitudo. Bal. per illũ tex, *in l. 2. C. de rei iud.* Innoc. quem omnes se-
quuntur *in c. qualiter & quãdo, il secondo, de accus.* Barb. *in c. veniens de ac-*
cus. col. 3. Matheſi. *sing. 53. nota vtilem.* Marsil. *in l. 1. n. 12. ff. de q.* Guid. Pap.
decis. 120. † Restringe nisi talis confessio sit incidenter facta, vel 45
excipiendo, vel coram iudice incompetẽti ex defectu iurisdictio-
nis, vel essemus in cõfessione ficta, quia nõ sanaret, ita Aret. *d. tract.*
ver. cõparent inquisiti, & confitentur totũ, & ver. qui iudex videns, & in vtroq;
loco Arim. in apost. † Amplia, quia confessio in iudicio facta pro- 46
bat ẽt si sit inualida, puta quia sine causa. Ro. *cons. 290. n. 7. & 8.* vbi
apost. *in ver. ẽt valida est,* quæ dat concor. & plenius supra *n. 30. & seq.*
Amplia, † quia cõfessio facta in iudicio ẽt sine causa est efficax, & 47
valet & obligat. Alex. *cõs. 13. n. 4. ver. nec illi obstat, li. 1.* Io. de Im. *cõs. 134*
In causa præmissa, in pr. Ro. *cons. 373. n. 5.* vbi apost. & plenius *cons. 290.*
n. 7. vbi plena apost. *in ver. ẽt,* dat concor. Vide, *Obligatio sine causa non* ☞
valet, & quando secus. Concl. 38. † Extende etiam in confessione mino- 48
ris; quia præiudicat, nisi doceat de errore. Alex. *cons. 192.* *In causa, in princ.*

49 *in princip. lib.2.* † Restringe in confessione facta coram arbitro, quia licet habeat exequutionem paratam sententia arbitri; tamen dicitur confessio extraiudicialis. Alex. *conf.13. num.5.* vbi apostil. dat concord. *in ver. confessione, lib.1.* & vide infra *nu.80.* vbi contrarium.

50 Contrarium † tenet apostilla ad Alex. *d. conf.13. n.5. in fi. ver. confessione, in fin. lib.1.* allegat Alex. *conf.19. lib.4.* vbi, quod probat coram

51 arbitro. Declara vt infra *n.61.* † Restringe, quia coram arbitratore bene dicitur, extraiudicialis confessio, & in dubio potius præsumitur coram arbitratore, quam arbitro. Alex. *d. conf.13. n.5. & seq.*

52 *lib.1.* † Restringe, quia licet in iudicio valeat confessio sine causa intelligitur de confessione facta ad obligandum, vt debeat; secus est in promissione facta sine causa. Alex. *conf.13. n.7. ver. nec obstat, d. l.*

53 *1. lib.1.* † Amplia singulariter, quia confessio in iudicio facta præiudicat confitenti etiam in ijs, in quibus confitens non potest disponere. Rom. *sing.223. tu scis, quod confessio*, per tex. *in c. fin. de probatio.*

54 Declara; † quia est verum, quando agitur de modico præiudicio

55 alias secus. Fel. *d. c. fi. de probat. n.2. ver. & dicetur hoc modo.* † Amplia, quia confessio facta in iudicio per productionem iurium, nō potest adimi in præiudicium partis, quia iura producta, & testes producti effecta sunt communia tanquam de actis Rom. *conf.433. Quoad primum, n.10. & seq. ver. quoad vltimum*, vbi apost. *in ver. auferri*, dat

56 concord. † Extende in confessione facta in iudicio, & acceptata per partem, quia non potest reuocari, & præiudicat. Roma. *d. conf.*

57 *433. in fi.* vbi apostilla fine, *in ver. non potest.* † Amplia, quia confessio in iudicio plus operatur, quam operetur præsumptio iuris & de

58 iure; Bald. *conf.351. Quidam spectabilis, in princ. lib.3.* † Amplia, quia confessio facta in vna causa, vel in vno iudicio probat inter easdem personas, saltem quando vtraque causa tendebat ad eundem

59 finem Alexand. *conf.13. ex ijs quæ, in princ. lib.1.* Vide, *Confessio in ciuili an probet in criminali, & è contra. Conclus.671.* † Et quod confessio probet in alio iudicio inter easdem personas, secus in alia probatione. Ioan. de Imol. *conf.105. n.2. l. iubemus, C. de liber. causa.* Innoc. *in c. per inquisitionem, de electio. & in c.2.* & ibi Ioan. And. *de ord. cognitio.* Franch. *in cl. electo. §. porro, col. pen. ver. secundo requiritur. de appell.* Bart. & Alexand.

60 *in l.2. in vlt. col. ver. hanc conclusionem. C. de ed. n.* Vide, *Testes examinati in vno iudicio probant in alio iudicio inter easdem personas, & quando secus. Conclus.270.* † Extende, etiam si confessio sit facta inter easdem

61 personas in iudicio nō plenario, quia inter easdem probaret in alio iudicio. Alex. *d. conf.13. in princ. lib.1.* † Extende, quia confessio facta coram arbitris facit fidem, & probat coram iudice inter easdem personas. Afflict. *decis.168. in 7. dubio.* vbi distinguit, quod valet vt extraiudicialis, si erant arbitratores, si arbitri, vt iudicialis. Re-

62 stringe † in confessione procuratoris, facta in iudicio summario, quæ non probabit in iudicio ordinario etiam inter easdem perso-

63 nas. Fel. *in c. causam quæ, n.8. de testib.* † Imo neque facta per procuratorem in vno iudicio ordinario. Compostel. *in c. per inquisitionem, de electio.* de cuius intellectu Fel. *in c.1. vt lite non contest. & in c. causam quæ, de testib.* Abb. *in d. c.1. in princ. vt lit. non contest.* vbi loquitur etiam inter easdem personas, quando ad alium finem tendit. Alex. *in l.2.* vbi Dec. *C. de eden.* Aret. *conf.13. Viso, col. fin.* Afflict. *decis.183. In causa,*

64 *num.4.* Ægidius *decis.695.* † Et de confessione in iudicio facta inter certas personas an præiudicet, & quando in alio iudicio inter

65 alias personas, Guido Papæ *decis.254.* † Restringe, quando confessio in iudicio est per contumaciam in vna causa, quia non præiudicat in alia causa etiam inter easdem personas, *l.2. §. duus, ff. de iure fisci.* Bart. *in l. eius, qui delatorem, in fin. princip. eod. tit.* Bald. *in l.2. col. fin. C. de eden.* Cornel. *consil.97. Licet in hac consultatione, colum.2. ver.*

66 *quinimo ficta confessio, lib.4.* † Restringe, quod imo confessio facta in iudicio super exceptione non præiudicet in alio iudicio, per modum agendi, quia ad diuersum effectum non probat. Anchar. *consil.146. Quæstio talis, num.10. & seq. ver. sed subtilius*, vbi loquitur etiam inter easdem personas, & super eadem re, quia si ad diuersum effectum, sicuti non nocet sententia, ita neque acta, & probata,

* & dicit * communem. Vide, *Probatio ad vnum finem facta non prodest*

67 *ad alium finem, & quando secus. Conclusio.783.* Amplia, quia præiudicat † confessio in iudicio etiam enunciatiue facta, puta,

68 *sum hæres Titij.* Bald. *consil.272. volum.5. & consil.269. lib.1.* † Contrarium, quod imo confessio enunciatiue facta non faciat contentem hæredem, nisi aliter conster de animo adeundi, quia potest intelligi, *sum hæres*, videlicet scriptus, vel ab intestato, quia filius, si esse voluero. Ruin. *conf.170. Viso testamento, num.8. & 10. lib.3.* allegat Bart. *in l. cum filio, num.4. & 5. ff. de leg.1.* & Castr. *in l.3. §. si*

69 *quis, ff. de hæred. instit.* † Imo, quia potest intelligi, sum hæres ratione suitatis, quando est filius, vel sum hæres, quia adiui, ex quo est dubia, potest declarari per confitentem plene Curt. Iun. *conf.241.*

70 *num.20. & seq. lib.3.* † Declara, quia ampliatio procedit, quando verba sunt dispositiua, quo casu non est dubium, quod confessio facta in iudicio probat contra confitentem, *l. cum ostendemus, §. fi. ff. de fideiuss. tut.* per Bart. & alios *in l.1. in princip. ff. de verb. oblig. cum alijs simil.* si vero est confessio facta enunciatiue etiam ex certa scientia ante litem contestatam, tunc ea potest reuocari. Castr.

71 *consil.278. num.2. lib.2.* † Et quod confessio facta in iudicio per hæredem respondentem interrogatorijs, vel alias dispositiue confitentem se hæredem sibi præiudicet quoad omnes, etiam si ad instantiam vnius tantum emanauit. Cæpol. *Cautel.102.* per *l. quod hæredes, ff. de acquir. hæred.* Vide, *Hæres semel non potest desinere esse hæres,*

72 *& quando secus. Conclus.46.* † Contrarium, quod imo filius hæres respondens interrogatorijs præparatorijs, si confitetur se hæredem, habeatur pro hærede in sui præiudicium quoad interrogantem, licet non sit hæres, est text. *in l. si filius, la prima*, vbi Bart. & alij, *in l. fin. ff. de interrogat. actio.* vbi, quod non habetur pro hærede

73 quoad alios. † Extende, quia in tantum habetur pro hærede quoad interrogantem, vt non admittatur reuocatio confessionis prætextu erroris. Ruin. *consil.10. numer.12. & numero 18. libro 3.* vbi, quod talis confessio, quando ex certa scientia emanauit, non reuocatur etiam probato errore. † Contrarium, quod

74 imo probato errore admittatur reuocatio, idem Ruin. *consil.3. numer.6. & 7. libro 3.* † Declara, quia si confitens perseuerat

75 vsque ad iudicatum, is non potest reuocare etiam docto de errore. Angel. *consil.166. in fin.* allegat *l. cum putarem. ff. famil. herciscund.* Cynus *in l. cum falsa, C. de iur. & facti ignor. quæst. penultim.* quem citat in ijs terminis Ruin. *dict. consil.3. numer 6. & 7. ver. nec obstat confessio, libro 3.* † Declara secundo, quia si ignoratur hæres,

76 omnino confitens se hæredem tenetur quoad interrogantem. Iason. *in l. si curatoris, C. de iure deliber. in princip.* † Declara, vt supra fuit dictum, quando potest confessio reddi dubia. Curt.

77 Iun. *dict. consil.241. numer.20. & seq. lib.3. cum alijs adductis.* † Re-

78 stringe in muliere, quia si in iudicio egit per errorem contra talem tanquam hæredem in solidum, cum ipsa quoque sit hæres, sibi non nocet confessio erronea in iudicio facta, quia error iuris & facti excusat mulierem. Castr. *consil.278. Ad primum, numer.2. ver. circa secundum, libro 2.* † Restringe, quia imo confessio mu-

79 lieris enunciatiue facta, & cuiuscunque alterius, si fuit ante litem contestatam, etiam si esset ex certa scientia, quod sit hæres, vel alius sit hæres, qui non est, potest reuocari, neque inducit præiudicium, neque additionem. Castrens. *dict. consil.278. numer. 2. libro 2.* Vide, *Confessio per errorem non nocet, & quando*

80 *possit reuocari. Conclus.649. numer.32. & seq.* † Amplia, quia etiam confessio facta coram arbitris valet vt iudicialis, si vero coram arbitratore, valebit vt extraiudicialis. Afflict. *decis.168.* & vide supra *numer. 49. & seq.* vbi pro vtraque parte. † Amplia, quia

81 confessio in iudicio facta probatur ex sola scriptura Notarij sine testibus, qui calor iudicij hoc operatur. Alexand. *consil.13. numer.8. libro 1.* † Restringe, vt non procedat coram arbitro,

82 & arbitratore. Alexand. *dict. consil.13. numer.8. & seq. libro 1.* vbi maxime hoc dicit procedere, quando plures erant, & non coram omnibus est facta confessio. Vide plene Mascard. *Conclus.344. Confessio facta in iudicio quantæ sit efficaciæ*, vbi multa singularia po-

83 nit, quod habet vim condemnationis in ciuilibus, & sententiæ, & rei iudicatæ, & multa priuilegia, vbi quæ dicatur confessio facta in iudicio, & quæ non. Vide eundem Mascardum. *Conclus. 345. Confessio sine expressione causæ.* vbi *numer.16. & multis sequentibus*, ponit multas ampliationes, quod pactum nudum, confessio sine causa, & alia similia recipiunt robur à iudicio. Vide etiam, *Iudicij calor multa operatur. Conclus.483.* Vide plenius per eundem Mascard. *Conclus.148. Confessio facta in iudicio an probet, & præiudicet*, vbi ponit regulam affirmatiuam cum octo ampliationibus, & quinque limitationibus, quas videre poteris pro pleniori intelligentia huius materiæ. † Limita, nisi esset contra con-

84 fessionem iudicatum, quia tunc confessio non attenditur, neque præiudicat. Roman. *consil.59. numer.10.* vbi apostil. *in ver. annullata foret.* citat Abb. *consil.17. In quæstione, in dubio, libro 2.* † Li-

85 mita, quando esset coram iudice incompetenti, quia non valet, nisi vt extraiudicialis. Alexand. *consil.13. Ex ijs quæ, numer.10.* vbi apostil. *in ver. in competenti, libro 1.* Vide plenius, *Confessio facta coram iudice incompetenti, Concl. proxima seq.* † Limita, quia quando dicitur confessionem in iudicio probare, & habere multos effectus, procedit, quando fit in iudicio valido, ideo si in iudicio ordinario, in quo lis non est contestata, & sententia lata est nulla, partes approbant talem sententiam, non valebit confessio, vt iudicialis, licet approbatio sit in illo iudicio nullo facta. Bald. *cons.*

86 *427. lib.1.* † Limita, quia confessio in iudicio facta coram iudice competenti, vel repudiatio, vt acquiratur absenti et ad effectū liberationis, requiritur, q̄ iudex acceptauerit pro absente, alias non

operatur. Castr. *cons.*393. *Vt attingamus, colum.*2. *in fin. ver. nec obstat, lib.*1. vbi, quod non præsumitur iudex acceptasse, quando ignora-
87 bat. † Limita; quia ad hoc, vt confessio facta in iudicio probet delictū, & operetur effectus suos, necesse est, quod fiat nedum in iudicio, sed in figura iudicij. Castillio. *cons.*7. *num.*16. *ver. quinimo.* allegat tex. *in l. cum scimus, C. de agricol. & censit. lib.*11. & gloss. *in l. iubemus*
88 *C. de liber. causa.* † Extende; quia imo confessio absente parte facta coram iudice, non tamen in forma iudicij, sed tanquam coram priuato, non habet effectum iudicialis, sed extraiudicialis confessionis. Roma. *consil.*257. *Ex tribus num.*2. *ver. secundo*, vbi apostil. *in ver.*
89 *obsit*, quæ dat concord. † Limita; quia confessio facta coram iudice in loco non tribunalis, non probat, neque valet, *l.*1. *C. de confess. cum ibi not.* Vide Socin. qui firmat hanc Conclusionem *reg.*27. *Confessio coram iudice in loco non tribunalis*, vbi limitat quatuor modis. Vide, *Producens scripturam censetur fateri omnia contenta in scriptura, & quando secus. Concluſ.*872. Vide, *Testes examinati in vno iudicio probant in alio inter eosdem personas, & quando secus. Concluſ.*270.

Confessio facta medio iuramento delato officio iudicis quando noceat, vel non. Concluſio.

VIde Mascard. *Concluſ.*356. vbi ponit regulam affirmatiuam, & tres limitationes, quas videas.

Confessio coram iudice incompetenti non probat, & quando secus. Concluſ.642.

1 CONFESSIO † facta coram iudice incompetenti non probat. Oldrad. *consil.*157. *Casus talis est, in fi.* Feder. de Sen. *cons.*235. *Factum tale est, quidam exbannitus, in princ.* Vide, *Confessio extra-*
2 *iudicialis an probet delictum. Concluſ.*640. *num.*14. † Et omnia acta facta coram iudice incompetenti sunt nulla, & nihil valent, *l.*1. *& toto tit. C. si à non compet. iudi. c. si diligenti, de foro compet.* imo Bald. *d. l.*1. dixit, quod sunt reiteranda, si iterum agatur coram competenti.
3 Amplia; † quia confessio facta coram iudice incompetenti non valet, etiam producta coram competenti. Alexand. *consil.*13. *num.*10. *ver. fortificari, lib.*1. maxime, quando est facta ab eo, qui inuitus tractus est in iudicio coram incompetenti. Ias. post Bart. *in l. magi-*
4 *stratibus, ff. de iurisd. omn. iud.* † Declara, vt in limitatione, infra *num.*20. vt sit verum, quando iurisdictio incompetentis non erat prorogabilis, alias secus: item declara; quia coram competenti non probat, sed confessus compellitur illi stare, alias facit indicium vt possit torqueri, si non apparet falsa, ita Bologni. *in addit. ad cons.*
5 *Io. de Anan.*12. *num.*8. *ver. & si diceretur forte.* † Declara; quia confessio facta coram iudice incompetenti non probat, plene Marsil. *in praxi*, quæ appellatur Auerolda, *num.*12. vbi allegat Socin. *cons.*108. *Supposito, col. fi.* & dicta per eundem Marsil. *Singul.*10. *incip. Tu scis* vbi, quod licet confessio super inordinato processu sanet omnem nul-
* litatem, vt valeat sententia secundum Innoc. quem omnes * sequuntur *in c. qualiter, & quando, il secondo, de accusat.* tamen non pro-
6 cedit, quando nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis. † Extende, & restringe multis modis, de quibus Ias. post Bart. *in l. magi-*
7 *stratibus, ff. de iurisd. om. iud.* vbi ponit regulam cum fallentijs. † Amplia, vt nedum confessio, sed nec quæcunque alia probatio facta coram iudice incompetenti præiudicet confitenti. Feder. de Sen. *d. cons.*235. *in princip. ver. quæritur, an confessio*, vbi loquitur de clerico, vel oblato, cuius confessio in causa criminali non præiudicat facta
8 coram iudice seculari. † Declarat Calder. *cons.*126. *in fi.* alias 12. *de iudi. ver. ad capitulum ergo*, vt procedat, quod iudex Ecclesiasticus non condemnabit in criminali ob confessionem clerici factam coram seculari; sed tamen clericus non potest variare, quod consi-
9 lium duplicatur 154. alias 6. *de confess.* † Extende, vt confessio delicti facta per clericum coram iudice seculari etiam in tormentis, nihil probet contra confitentem. Bald. *consil.*410. *In causa & quæstione, num.*2. *ver. ideoque nio ad secundum, lib.*2. vbi loquitur, etiam si tempore confessionis iudices seculares ignorassent, confitentem
10 esse clericum. † Declara; quia potest bene Episcopus, vel iudex competens ex confessione coram seculari, si vult, iunctis alijs indicijs coram se, condemnare clericum de delicto. Bald. *d. cons.*410.
11 *num.*2. *lib.*2. *ver. licet Innocentius dicat.* † Amplia; quia confessio inquisiti facta coram iudice carente iurisdictione, & absente parte, & super inquisitione inepta non valet. Bald. *consil.*251. *Posito, quod certa pars, lib.*4. Vide, *Libellus ineptus non valet, & quando secus. Concluſ.*
12 315. † Ampliain criminalibus; quia confessio etiam facta coram Notario spontanea non nocet confitenti, & est nulla, nisi constet de commissione facta à iudice, vel etiam si fiat coram iudice, nisi sedeat pro tribunali. gloss. *in l. iubemus.* vbi Salycet. *C. de liber. causa.* Marsil. *in praxi nuncupata. Auerold. num.*18. † Amplia; quia confes- 13
sio iniuste capti pro suspecto nō præiudicat. Cuma. *cons.*157. *In causa Benedicti, per totum.* Vide, *Confessio carcerati quando præiudicet, vel nō, confitenti. Concluſ.*678. † Amplia; quia confessio facta coram arbitra- 14
tore dicitur extraiudicialis omnino. Alex. *cons.*13. *Ex iis, quæ in themate, num.*7. *lib.*1. apostil. ad Rom. *cons.*346. *in ver. extra iudicium.* & plene Roma. *cons.*346. *num.*6. *& seq. ver. quo ad quintum*, vbi apostilla superius allegata *in ver. extra iudicium.* & reddit rationem Rom. quia arbitrator procedit sine forma iudicij, & arbitramentum non habet exequutionem paratam. † Restringe, vt secus sit coram arbitro 15
secundum communem; * quia est iudicialis, apostil. ad Rom. vbi *
supra. † Declara, dummodo fuerit latum postea laudum, alias 16
non. Roman. *d. cons.*346. *ver. Vnde censetur.* † Limita in causa ciuili; 17
quia licet confessio Clerici coram iudice seculari sponte facta non probet; tamen præiudicat, tanquam si esset extraiudicialiter facta, & hoc, si est ex causa facta. Cald. *cons.*126. alias 12. *de iud. col.*2. *num.*3. *ver. nunc restat, vsque in fi.* vbi idem, quando clericus actor respondis-
set positionibus coram iudice seculari, quod cōsilium duplicatur 154. alias 6. *de confess.* † Et quod valeat tanquam extraiudicialis 18
confessio facta sponte coram iudice incompetenti tenet post. ad Alexan. *cons.*13. *nu.*10. *ver. incompetenti, lib.*1. vbi plures allegat. Aret. *cons.*150. *col. fin.* vbi, quod licet omnia acta coram iudice incompetenti sint nulla, *l.*1. *& per totum titulum. C. si à non compet. iud.* tamen valet confessio, vt extraiudicialis. † Contrarium, quod imo confes- 19
sio facta coram iudice incompetenti non valeat, etiam vt extraiudicialis. Alex. *cons.*30. *Ex allegatis, n.*3. *ver. corroboratur, lib.*7. vbi loquitur coram iudice vetito, prout si Clericus coram seculari. † Li- 20
mita; quia licet confessio delinquentis coram iudice incompetenti facta non valeat, vt illius vigore possit condemnari per iudicem incompetentē; tamen confessus compelliturilli stare corā iudice competenti, & sic condemnatur ex secunda, non ex prima, ita Bologni. *in addit. ad cons.*12. *Io. de Anania, n.*8. *ver. & si diceretur forte.* Vide Mascard. *Concluſ.*352. *Confessio facta coram iudice incompetenti.* vbi ponit regulam pro limitatione, quod imo faciat indicium ad torturam, vbi ampliat, & limitat in clerico, & quando sine indicijs esset coram incompetenti, vide eum. † Extende; quia si iurisdictio iudi- 21
cis incompetentis erat prorogabilis, confessio facta coram iudice incompetenti valet. Bologni. *d. cons.*12. Io. de Anania in apostilla, *nu.*8. *ver. præterea ex alia.* † Extende; quia habet vim confessionis 22
extra iudicialis, vt possit torqueri. Bolog. *in addi. ad cons.*12. *Io. de Anania in fi. ver. præterea negari non potest.* & hanc esse * communem o- *
pinionem dicit Clar. *in §. fi. q.*55. *n.*4. *ver. vnum tamen.* & plenius, *nu.*3. *ver. præterea.* † Vide Socin. *Reg.*23. *Confessio coram iudice, non suo*, vbi 23
ponit regulam, & plures fallentias, & allegat Fel. *in c. at si Clerici, in princ. de iudic.* vbi ponit septem limitationes. Vide, *Confessio in iudicio facta probat, & operatur multa. Concluſ.*641. *nu.*28. *& seq.* Vide, *Confessio facta in processu nullo valet, & quando secus. Concluſ.*643.

Confessio facta in processu nullo valet, & quando secus. Concluſ.643.

CONFITENS † delictum principaliter coram iudice com- 1
petenti etiam ex processu nullo, & inordinato sibi præiudicat & condemnari potest. Mathesil. *sing.*53. *Notavtilem regulam.* vbi apostilla citat plurimos, & apostilla dicit * communem, prout *
etiam communem * dicit Dec. post alios *in c. at si clerici, in* 4. *nota.* *
*n.*17. *& seq. de iud.* late Marsil. *cons.*46. *n.*17. *& seq.* vbi * de commu- *
ni, & dat infinitos concord. † Extende multis modis *in ver. Con-* 2
*fessio est efficacior probatio ceteris. Concluſ.*645. † Restringe; quia non 3
potest imponi pœna ordinaria ex confessione habita ex inordina-
to processu, sed extraordinaria imponi debet, quando inquisitio, vel confessio esset sine indicijs. ita Marsil. *in prax. crim. §. constante. nu.*
99. *ver. scias etiam.* apostil. *ad sing. Mathesil.*53. *in princ.* Fel. *in c. qualiter & quando, il secondo, de accusatio. §. licet, in* 6. *limit.* Dec. *in c. at si clerici, in* 4.
*not. ver. septimo limita, n.*33. vbi *n.*36. hoc affirmat, quando inordinatus est processus; quia accusatio est inepta, *de iudic.* † Declara re- 4
strictionem, vt non procedat, quando delictum esset manifestum, apostil. *ad Mathesil. d. sing.*53. *in prin.* † Restringit Fel. *in c. qualiter, &* 5
quando, il secondo, de accusat. in §. licet. duodecim modis; quos videas; quia influunt in seqq. restrictionibus. † Restringe; quia non pro- 6
ceditin confessione processus nullius facti corā delegato, sed solum coram iudice ordinario. Marsil. *d. cons.*46. *num.*18. *in fi. & ver. præterea respondeo.* † Restringe, quando confessio esset nulla; quia 7
solum procedit conclusio, quando confessio super inordinato processu est alias de se valida, Marsil. *d. cons.*46. *n.*18. *vers. quia prædictis respondeo. & consil.*48. *num.*50. *& seq.* & declarat Dec. *in c. at si clerici, num.*33. *in* 4. *not. in* 7. *limit. de iud.* videlicet si super inquisitione, vel

accu-

8 accusatione nulla. † Restringe, dummodo fiat tempore habili; secus si tempore inhabili, putat post gratiam, vel præscriptionem. Marsil. *d. consil. 46. num. 19. & multis seq.* Deci. *d. c. at si clerici, in 4. not.* 9 *num. 26. & seq. in 3. limit. de iudic.* † Restringe; quia non procedit in confessione sine iudiciis, & meticulosa. Marsil. *cons. 48. num. 50. &* 10 *seq.* Deci. vbi supra, *nu. 33. in c. at si clerici, de iudic.* † Restringe, quando coram iudice incompetenti fieret. Marsil. *singul. 201. In confessum,* 11 *post med.* Deci. *d. c. at si clerici, nu. 22. & seq. in 2. limit. de iudic.* † Restringe, quando esset facta promissio reo per iudicem, quod si confiteatur non puniet, quia tunc nullo modo potest puniri. Marsil. *sin-*
¶ *gul. 201. in fin.* Vide. *Confessio in instrumento, & contractu nullo an obli-*
12 *get, & præiudicet, & quando. Conclusio. 653.* Vide Mascard. *Conclus. 357. Confessio facta in actu nullo ex defectu processus*, vbi ponit regulam affirmatiuam, quod probat, & limitat nouem modis. Primo, si expressa: Secundo, quando nulla ex inhabilitate confitentia: Tertio, quando iudex erat interpres. Quarto, quando simplex confessio; Quinto, quando incidenter facta: Sexto, si extra iudicium. Septimo, quando extaret statutum contrarium absoluens: Octauo, quando nullitas esset ex præposteratione ordinis: Nono, quando nullitas esset ex libello inepto vide eum, qui se declarat.

Confessio absente parte, vel pactum ad liberandum quando valeat, vel non. Conclus. 644.

1 CONFESSIO † emissa à præsente præsenti ad liberandum valet etiam sine causa in vim pacti. Feder. de Senis *consil. 128. in fin.*
2 † Differentia tamen; est quia si fiat præsenti cõfessio ad liberandũ, oritur exceptio pacti; si vero fiat absenti, oritur exceptio doli, Æ-
3 gid. Bellam. *cons. 30. num. 3.* † Amplia, vt valeat etiam confessio ad liberandum facta absenti; quia parat exceptionem doli. Feder. de
* Senis *cons. 128. in fin. & cons. 268. in fin.* vbi attestatur de * communi.
¶ Vide, *Confessio extraiudicialis absente parte facta quando valeat. Conclusio.*
4 *638. num. 106. & multis seqq.* † Amplia, vt multo magis valeat confessio de recepto, & ad liberandum facta vni ex correis in solidum obligatis; quia liberat etiam correum absentem, Bald. *consil. 251. Duo rei, lib. 3. in princip.* vbi videtur restringere hoc procedere solum, quando in confessione interuenit vel realis solutio, vel esset renunciatum exceptioni, vel essent lapsi 30. dies ad opponendam
5 exceptionem. † Limita, vt non procedat in pacto de non petendo; quia absentem non liberat, etiam si sit factum vni ex correis in solidum obligatis; quia quoad absentes pro rata illorum ipsos non liberat. Bald. *d. cons. 251. nu. 2. ver. modo venio. lib. 3. vsq; in fin.* Vide,
6 *Pactum de non petendo quid operetur. Conclusio. 22.* † Extende; quia licet
¶ absolutionem inducat confessio liberatoria etiam absente parte facta; tamen secus est, si fieret in vim pacti Bald. *consil. 10. In quæstione. num. 3. lib. 5.*

Confessio probatur per duos testes contestes, & quando probetur per testes singulares, vel non. Conclusio.

¶ VIDE Mascard. *Conclus. 379. Confessio.* vbi, quod non probatur per testes singulares, vnum de vno loco, & tempore, alium de diuerso, etiam si essent mille, *num. 6. & seq.* fallit tribus casibus. Primo, si vnus de veritate, alter de confessione; quia iunguntur: Secundo, quando ad eundem rei finem: Tertio, ad probandum debitum. Vide plenius, *Testes singulares quando, & in quibus probent, vel*
¶ *non. Conclus. 265.*

Confessio est efficacior probatio cæteris. Conclus. 645.

1 CONFESSIO est probatio efficacior, quæ fieri possit, *l. cum te C. de transact.* vbi Ias. post alios late, & Alexan. *consil. 13. Ex iis, quæ, in princip. lib. 1.* vbi apostilla in *verb. confessio*, allegat Ægid. *decis. 597.* Marsil. *singul. 201. num. 2.* vbi, quod non desiderat ordinem, & efficacior est probatio, quam alia, *incip. In confessum.* vbi, quod nullæ sunt partes iudicis in confessum, nisi in condemnando, & *singul.* 257. Bald. *consil. 192. Proponitur, quod in quadam, col. 2. circa fin. lib. 2.* Cravet. *cons. 61. num. 3. & cons. 171. num. 4.* & facit dictum Euangelicum; In ore tuo te iudico. *l. fin. C. de fideicom. l. generaliter. C. de non nu. pecu. auth. contra qui propriam, eod. tit.* Angel. Areti. *consil. 48. Videtur primo, num. 3.* vbi, quod melior probatio quæ fieri possit; quia est probatio probatii. Alex. *cons. 127. Visa inquisitione, in princ. lib. 4.* quod est Vincentii Palæotti, & *cons. 141. Viso instrumento. num. 3. ver. nulla enim.*
2 *lib. 6. & cons. 213. num. 15. lib. 2.* † Extende; quia confessio est clarior probatio, quæ haberi possit, Bologni. in *addit. ad cons.* Io. *de Anania*
3 *55. num. 8.* Marsil. in *rubr. C. de probat. num. 81. cum seq.* † Et maxime, quando est in iudicio; quia lõge est efficacior. Alciat. *reg. 2. præsumpt.*
Vide, *Confessio facta in iudicio probat, & operatur multa, Conclusio. 641.* ¶
† Amplia in tantum, vt non admittatur concordia testium deponentium contra confessionem partis; quia statur confessioni. Bart. 4
in *l. 2. §. creditum, num. 7. & 8. ff. si cert. pet.* sequitur, & pro notabili ponit Roma. *cons. 391. Vt præposita, in fin.* vbi apostilla dat concor. Vide ¶
Conclus. proximam sequentem nu. 14. & seq. Vide, *Testes contrarij quando, & qualiter reducantur ad concordiam, vel non. Conclusio. 250.* Amplia in 5
tantum, vt licet si processus sit nullus, & inordinatus; tamen potest iudex fundare suam sententiam super confessione, & valet, quæ alias non valeret. Innoc. in *c. qualiter, & quando, de accusat.* Alex. *cons.*
34. *Viso processu, nu. 3. lib. 3. Afflict. decis. 372. nu. 7. & seq.* apostil. ad Clar.
§. fin. quæst. 65. in princ. † Et, quod ex inordinato processu possit con- 6
fessus condemnari, Alex. *cons. 127. Visa, nu. 2. ver. & propterea dicit Angel. lib. 4.* vbi apostilla in *ver. confessione.* dat plures concord. Vide, ¶
Confessio facta ex processu nullo valet, & quando secus. Conclusio. 643. † Am- 7
plia; quia non minus probat confessio, quam instrumento. Io. de
Anania *cons. 55. nu. 3. l. cum te. C. de transact.* † Imo est maior probatio, 8
quam per instrumentum. Bald. *cons. 192. Proponitur, quod in quadam,*
col. 2. circa fin. lib. 2. Cravet. *cons. 61. num. 3. & cons. 171. num. 4.* Extende; 9
quia si quis exprimat in instrumento, quod emit nomine alterius, licet in dubio stetur instrumento, *l. cum precibus. C. de prob. at.* tamen si
ille alter nominatus fatetur, quod in veritate alius fuit emptor,
quia ipse de nudo nomine inseruiuit, statur confessioni, & non instrumento. Soci. *cons. 228. In causa Gabrielis, lib. 2.* quia confessio confitenti præiudicat. *l. cum precum. C. de liber. causa.* Vide, *Contractus in fa-* ¶
uorem personæ nominandæ, quando & qualiter valeat. Conclusio. 1002. Ex-
tende; quia imo propria confessio præfertur cuicunque instru- 10
mento, & est adeo efficax, quod iudex non potest illam nullam pronunciare. Paris. *consil. 103. num. 10. lib. 3.* late Cravet. *cons. 61. nu. 3.*
† Extende; quia vbi requiritur scriptura de substantia prout in 11
emphyteusi, sufficit, etiam si pars aduersa confitetur emphyteusim, Cravet. *cons. 380. num. 17.* † Extende; quia imo confessio ha- 12
bet vim sententiæ, *l. 1. C. de confess.* † Et, vbi adest confessio, ibi adest 13
relaxatio omnis probationis. Bald. *cons. 354. Quæritur, vtrum, col. 1. lib.*
3. refert, & sequitur Cravet. *consil. 61. nu. 3. & cons. 380. num. 12.* † Am- 14
plia; quia probatio per confessionem superat etiam probationem resultantem ex præsumptione iuris & de iure, Bart. & Doct. in *auth.*
sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. † Et quod sit liquidissima proba- 15
tio. Innoc. in *c. per inquisitionem. de electio.* Alex. *cons. 76. col. 1. lib. 1.* † Et 16
quod sit principalissima omnium probationum. Bald. *cõs. 195. lib. 2.*
† Et quod nulla melior probatio reperiri possit, quam propria oris 17
confessio, dicit glo. in *l. pen. ff. de ceßio. bon.* Barba. *consil. 86. lib. 3.* Bald.
cons. 192. Proponitur, quod in quadam, col. 2. in fi. lib. 2. Paris. *cons. 103. nu.*
10. lib. 3. † Et, quod sit maior quocunque publico instrumento, & 18
quibuscumque depositionibus testium. Bald. *consil. 192. col. 2. circa*
fin. lib. 2. per text. in *l. sed & si possessori. §. penul. ff. de iureiur an.* Ias. *d. l. cum*
te. C. de transact. in princip. † Et nulla est excellentior probatio, quam 19
illa, quæ fit per confessionem partis. *l. generali, in fi. C. de non num. pec.*
c. per tuas, de probatio. Bald. *consil. 354. col. 1. lib. 3.* vbi dicit, quod vbi
adest confessio partis, ibi est relaxatio omnis probationis. † Et 20
quod sit regina probationum, Riminal. Iun. *consil. 503. num. 3. lib. 5.*
† Et probationum omnium illustrissima, Cravet. *cons. 380. num. 12.* 21
† Amplia; quia probatio per confessionem nunquam dicitur ex- 22
clusa, licet sit exclusa omnis probatio; quia intelligitur de probatione ordinaria per testes & instrumenta. Ideo licet probatio non
admittatur post lapsum termini peremptorii, bene admittitur
probatio per confessionem. Soci. reg. 34. *probatio termino ad proban-*
dum lapso, in 4. fallentia. † Idem, si statutum excludit omnem pro- 23
bationem contra instrumentum; quia non excludit probationem per confessionem. Soci. *reg. 35. probatio contra instrumentum, in*
1. limitat. † Idem in probatione contra præsumptionem iuris 24
& de iure; quia bene admittitur probatio per confessionem.
Vide, *Præsumptio iuris & de iure quando non admittat probationem in con-* ¶
trarium, vel è contra. Conclusio. 614. † Amplia, vt quæ dicta sunt 25
de confessione, procedant etiam in confessione viua voce per
partem coram Iudice, absque eo, quod sit redacta in scriptis.
Nam ex ea potest iudex moueri ad iudicandum contra confitentem. Felin. in *c. cum venerabilis, de except. numer. 42.* Bald. *in l. 1. circa fin.*
C. de vind. libert. † Amplia, quia quandoque admittitur proba- 26
tio per confessionem partis etiam post lapsum omnis dilationis &
in quacunque parte iudicii. Innoc. & post eum Bald. in *c. vltra ter-*
tiam de testibus. Marsil. *singul. 110. incip.* * *Communis Doctorum opinio.* *
† Amplia; quia plus operatur confessio delinquentis, quam pro- 27
batio delicti; quia confitens plus punitur, Soci. *c. qualiter, & quan-*
do, numer. 1186. ver. secundo limitatur, de accusat. vbi, quod licet iudex
condemnans per viam inquisitionis possit pœnam diminuere de
iure canonico, nisi sit delictum, quod post peractam pœniten-

tiam impediat ordinis exequutionem, tamen fallit, nisi delin-
28 quens confiteatur delictum. † Contrarium, quod imo confessio
29 inducat remissionem partis pœnæ. † Declara; quia ampliatio pro-
cedit, quando confessio non est spontanea, sed est facta in iudi-
cio, metu, vel timore probationis: si vero est absolute spontanea,
debet habere fauorem, vt fiat mitior pœna, ita Soci. *d.cap.qualiter*
30 *de accusatio. num.*1.186. † Vide Bero. *d.cap.qualiter & quando,num.*52.
& seq. de accusatio. vbi aliter distinguit, quod si confitetur sponte,
vel quia notorium, & tamen si per viam inquisitionis, de iure ca-
31 nonico semper pœna minuitur. † Declara, seu limita prædicta
omnia esse vera, quando confessio non esset erronea; quia tunc
potest reuocari. Vide, *Confessio per errorem quando possit reuocari. Con-*
32 *clusio.* 649. † Amplia; quia qui vult dicere confessionem erro-
neam, vel sine causa, vel ex causa falsa, debet probare. Alex. *consil.*
33 141. *Viso instrumento, in fin. lib.* 6. † Amplia; quia nullæ sunt partes
iudicis in confessum, nisi in condenando. Marsil. *singul.*201. *In con-*
fessum, in princip. quod tamen intelligas de confessione clara, & in
iudicio facta, vt idemmet Marsil. declarat *singul.* 643. *numer.*1. & 2.
34 Cravet. *consil.*171. *num.*4. † Et confessio nullum actum iudicis ex-
pectat, nisi absolutionem, vel condemnationem. *l. proinde.ff. ad l.*
Aquil. Castr. in *l. si debitori. ff. de iudic.* Corne. *consil.* 261. *numer.* 5. *lib.*4.
35 Deci. *consil.*162. *col.* 2. *in princip.* † Et vbi est confessio partis, nulla
tela indicii requiritur. Bald. in *l. properandum, in princip. C. de iudic.*
36 † Restringe in confesso, cui Iudex promisit facere gratiam. Mar-
37 sil. *d. singul.* 201. *in fin.* † Limita; quia licet non admittatur proba-
tio contra præsumptionem iuris & de iure, bene admittitur pro-
batio per confessionem partis. † Vide, *Præsumptio iuris & de iure.*
38 *Conclus.*614. † Limita, quando confessio esset verbis enunciatiuis,
vel narratiuis facta; quia tunc non probat priuilegia, nec probat,
nisi sit dispositiua, *l. generaliter*, vbi Doct. *C. de non num. pec. & in c. fin.*
de confess.

Confessio facta in libello positionibus, precibus, & aliis, nocet confitenti in multis. Conclus. 646.

1 CONFESSIO † facta per eum, qui non est vere procurator,
quod tanquam procurator confessus fuit se recepisse nomine
talis à Titio certam pecuniæ quantitatem, probat eum fuisse pro-
curatorem, etiam quod non constet, & ideo principalis creditor
habens ratam confessionem potest actione mandati ab eo, vel
hæredibus repetere summam confessatam non obstante excep-
tione quod dicatur ex aduerso confessionem non probare nu-
2 merationem. Bald. *consil.* 41. *casus talis est. per totum. lib.*3. † Amplia;
quia confessio facta præsente parte, quod credita exacta fuerunt,
& erant de pecuniis certæ hæreditatis probat in tantum, quod
transfert onus probandi contrarium, & contrario non probato
sufficit. Angel. *consil.* 137. *Quidam Hugucius, col. fin. vers. super quinto.*
3 † Amplia; quia confessio etiam falsa præiudicat confitenti in iis,
quæ pendent ab initio confitentis, prout in perdenda possessio-
4 ne. *l. cum falsa*, vbi Bart. *C. de iur. & facti ignor.* † Restringe quo ad
dominium transferendum; quia si dico, hunc fundum meum esse
tuum, mihi non præiudico, non interueniente titulo habili ad
transferendum dominium. Signor. *cons.* 165. *num.* 45. vbi loquitur,
5 siue sit ex certa scientia, siue alias. † Amplia, quia confessio facta
in supplicatione porrecta principi, nedum probat contra confi-
tentem, sed etiam contra eius hæredem. *l. cum precum, C. de liber. cau-*
Vide, *Supplicatio sola non probat, & quando secus. Conclusio.* 903. Vide,
6 *Delictum ex quibus probetur. Conclusio.* 173. † Extende; quia pax facta
per Titium pro delicto contra talem probat eum commisisse de-
lictum. Iul. Clarus in §. *fin. quæst.* 21. *num.* 38. Vide, *Delictum an pro-*
7 *betur per instrumentum, vel testes. Conclusio.* 174. † Declara; quia is,
qui petit veniam delicti solemniter coram iudice, videtur fateri
delictum; si vero petat extra iudicium, non fatetur delictum. Cla-
rus in §. *fin. quæst.* 49 *in fin. ver. sed hic incidenter*, vbi apostilla dat con-
cor. pro vtraque distinctione. Vide Gabriel. *lib.*1. *tit. de confess.*
Conclusio. 4. vbi ponit octo ampliationes, & 13. limitationes.
8 † Contrarium, quod is, qui petit veniam delicti, non fateatur
delictum, tenet incert. author. *de crimine læsæ maiestatis, quæst.* 11. *nu.*
6. vbi videtur loqui, quando condemnatur ad petendam veniam,
& petiit, forte secus, si fuit condemnatus pro delicto, & postea pe-
9 tiit veniam. † Declara; quia si petitio veniæ fiat in iudicio, probat
delictum etiam læsæ maiestatis. ideo fit cum cautela, vt non præ-
iudicet, quod licet credat non esse reum; tamen vt liberet se, con-
fitetur, ita Decian. *tract. crimin. parte* 2. *lib.* 7. *cap.* 45. *tit. de probatio.*
*num.*28. plenius Gigas. *eod. tract. lib.*2. *quæst.* 23. vbi, quod in iudicio
probat, extra iudicium secus, ideo cum cautela venia petenda est,
& idem plenius Cacher. *decis. Pedemont.* 138. *nu.* 12. *& seq.* vbi plene

† Et procedit declaratio, & contrarium, quod supplicatio, in qua 10
obtinetur gratia delicti, non probat delictum, quando est facta
sub conditione, & seu cum protestatione, quod non confitetur,
sed vt se redimat, quia etiam si soluatur pecunia pro remissione,
adhuc delictum non probatur, si est casus, in quo de iure liceat
transigere, alias secus. Pedemont. *d. decis.*138. *numer.* 12. *& seq. per to-*
tam, vbi late. † Restringe; quia etiam in casibus, in quibus con- 11
fessio facta in precibus probaret delictum; tamen non tollitur
probatio contraria, quin si constat de errore, non tollatur Craue.
*consil.*688. *numer.*7. *lib.*4. † Et quod compositio facta cum Vicario 12
Episcopi super adulterio, de quo imputabatur Rector Parochia-
lis, non probet delictum, quando non erat formata inquisitio, sed
solum receptæ informationes secretæ. Castren. *consilio.* 349. *Notan-*
dum, in fin. lib. 1. vbi, quod non audet firmare, quod probet, quia
non ad confitendum emanauit, sed ad euitandum iudicium; facit
tamen indicium, & tollit contrarium, *d. l. quoniam, ff. de iu. quæ not.*
infam. quia ibi solutum fuit parti, hic solutum fuit Iudici. † Am- 13
plia; quia confessio facta in libello, quod pater suus adierit hæ-
reditatem aui, probat, etiam si posset nepos adire ex persona sua;
quia statur confessioni, etiam si sit erronea, Castr. *consil.* 460. *Se-*
*quendo ordinem, ver. ad secundum, lib.*1. Soci. *consil.* 244. *Consideratur,*
*lib.*2. Alexan. *cons.*68. *In causa & lite, in princip. lib.*7. † Vide Mascard.
plenius *conclus.*368. *Confessio facta in precibus, nume.*4. *& seq.* vbi decla-
rat post litem contestatam, etiam quoad omnia narrata, ita quod
non potest talis confessio reuocari, vbi ponit 13. limitationes. Vide
plene, *Confessio in iudicio facta probat, & operatur multa. Conclusio.* 641.
*num.*5. *& multis seq.* † Amplia; quia confessio facta positionibus, in 14
qua confitens dicit se fuisse absentem de tempore, quo testes sui
deponunt eum præstitisse alimenta ei, cui tenebatur, præiudicat
in tantum, quod eneruat probationem factam per testes contra-
riam. Castr. *consil* 360. *Circa primum, num.*3. *vers. super vltimo, & per to-*
*tum, lib.*2. vbi, quod si testes dicunt, quod viderunt Titium dona-
tarium præstare alimenta donanti per duos menses, & ipse re-
spondendo positionibus dicat, se fuisse absentem in dictis duo-
bus mensibus, non fit conciliatio, quod viderint testes per alium
nomine Titii; quia dictum testis non potest verificari, vt probet
secundum effectum iuris; quia per sensum corporis deponit.
† Extende, quia confessio partis in iudicio, nedum tollit effe- 15
ctum probationis contrariæ testium, sed etiam effectum senten-
tiæ, & rei iudicatæ, Castr. *d. cons.*360. *numer.*3. *lib.*2. Roma. *cons.*391.
Vt præposita, in fin. vbi apostilla dat concord. † Extende; quia et- 16
iam tollit effectum præsumptionis iuris & de iure contrariæ con-
fessioni. Castr. *d. consil.*360. *num.*3. *& seq. lib.*2. Vide, *Præsumptio iuris*
& de iure quando non admittat probationem in contrarium, vel secus. Con-
clusio. 614. † Extende, quia confitens se fuisse præsentem actui, 17
non dicitur per errorem confessum, licet constet ex instrumento,
quod ibi non nominatur, & idem in confitente se hæredem; quia
non probatur contrarium, licet exhibeat testamentum, in quo
non nominatur. Roma. *d. consil.*391. *num.*7. *ver. hoc probo.* quia statur
confessioni, & non contrariæ probationi. † Amplia; quia con- 18
fessio facta in gratia, quod impetrans obtinebat Ecclesiam cura-
tam, sed non curatam actu, si probatur, quod erat imo curata a-
ctu, non auditur, si velit negare, quod possideret tempore gratiæ;
quia contra suam confessionem non auditur, nisi doceat alium
possedisse. Abb. *consil.*38. *In quæstione, in princip. lib.* 2. † Extende, vt 19
procedat, quod talis confessio sibi nocet, etiam si gratia sit nulla
propter subreptionem. Abb. *d. consil.*38. *num.*1. *lib.*2. allegat Innoc.
in *c. olim, de censib.* Vide Mascard. *d. Conclus.* 368. *Confessio facta in pre-*
cibus, in princip. vbi extendit, etiam si rescriptum sit nullum, etiam
si sit lata sententia contra preces, & limitat. 13. modis, quos vi-
deas. † Amplia; quia confessio Principis valet, & nocet principi, 20
& successoribus eius, plene Mascardus *Conclusio.* 176. vbi maxi-
me procedit in præiudicium Principis, & hæredum, etiam respe-
ctu narratorum. Vide, *Beneficium Principis late interpretandum. Con-*
clusio. 49. † Amplia; quia confessio facta præcedente interroga- 21
tione, iuxta terminos *l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur.* præiudi-
cat confitenti. Mascard. *Conclusio.* 390. *confessio.* vbi ampliat, vt ibi
videre poterit. Vide plenius, *Iuramentum decisiuum, quando &*
qualiter præstandum. Conclusio. 536. † Limita multis modis, *Con-* 22
fessio in quibus non noceat confitenti, & est Conclusio proxima
seq.

Confessio in quibus non noceat confitenti. Conclusio. 647.

CONFESSIO rei † facta etiam in iudicio non prodest actori in 1
materia beneficiali, quando agitur de institutione probanda,

vel

vel titulo beneficii. Gemin. *conſ.* 38. *num.* 3. *ver. & licet confeſſio.* Vide, 1
Conſenſus quando non noceat conſentienti. Concluſio. 753. † Amplia; quia
multi ſunt caſus, in quibus confeſſio non nocet, neque in ciuilibus, neque in criminalibus, Marſil *ſingul.* 329. *plures caſus*, vbi infinitos enumerat. † Reſtringe; quia confeſſio rei bene releuat actorem in beneficialibus, quando non fundat actor titulum in confeſſione partis, ſed bene, quando titulus adminiculatur ex certa qualitate probata ex confeſſione. Gemin. *conſil.* 38. *num.* 3. *ver. tamen quia non fundat*, vbi, quod deuolutio beneficii probatur ex confeſſione partis, ad effectum coadiuuandi collationem tamquam de 2
deuoluto factam. † Amplia; quia confeſſio eius, quod eſt mere iuris, non nocet confitenti, niſi fateatur factum, ex quo reſultat ius. Angel. *conſil.* 403. *Formata fuit, per totum*, vbi, quod confitens ſe eſſe famoſum latronem, non poteſt condemnari, niſi confiteatur 3
factum tale, quod reſultet iuris effectus. † Extende, quia confitens aliquid legitime, vel ſeruatis ſeruandis, factum non præiudicat, niſi probetur aliunde; quia confeſſio eſt circa ea, quæ ſunt iuris. Crauet. *conſ.* 29. *num.* 2. † Extende in confitente furtum feciſſe, 4
vel eſſe vſurarium, quia huiuſmodi confeſſio non probat, niſi aliter conſtet de furto, vel vſura; quia ſunt nomina iuris. Crauet. *d. conſil.* 29. *numer.* 2. Vide plenius, *Confeſſio in criminalibus an, & quando ſufficiat ad condemnandum. Concluſ.* 676. Vide Maſcard. *Concluſ.* 387. vbi, quod confeſſio contra ius non præiudicat, ptout neque confeſſio incerta loco, & tempore, quando locus, & tempus debent 5
adeſſe. † Amplia; quia confeſſio, quod res mea, ſit tua, mihi non præiudicat, ſi vere non eſt tua. Menoch. *conſil.* 105. *num.* 94. *lib.* 1. vbi 6
ponit alia exempla. † Extende, ſiue confeſſio ſit ex certa ſcientia, ſiue etiam per errorem; quia non præcedente titulo habili ad transferendum dominium confeſſio non præiudicat. Signorol. 7
conſil. 165. *num.* 45. † Contrarium dicit Io. de Imol. *conſil.* 1. *numer.* 11. vbi ſi eſt ex certa ſcientia, vel cum iuramento, præiudicat, & ſuſtinetur etiam docto de errore. † Vide plenius, *Confeſſio inter perſonas prohibitas, quando operetur donationem. Concluſ.* 659. *numer.* 2. *& ſeq.* 8
† Amplia; quia confeſſio, quod bona mea ſunt ſubiecta fideicommiſſo, non nocet mihi, cum non ſint. Menoch. *d. conſ.* 105. *num.* 95. *lib.* 1. allegat Soci. Iun. *conſil.* 112. *num.* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia confeſſio coram Iudice incompetenti eſt nulla. Vide ſupra, *Confeſſio coram iudice incompetenti non valet. Concluſio.* 642. † Extende in confeſſione facta in inſtrumento nullo; quia non probat cum declaratione, de qua *ver. Confeſſio in inſtrumento, & contractu nullo non obli-* 9
gat. Concluſio. 653. † Amplia; quia regulariter confeſſio, quæ poteſt interpretari ſine obligatione confitentis, debet ita interpretari: Ideo ſi quis etiam in iudicio dicat ſe hæredem enunciatiue; quia poteſt intelligi, ſum hæres ſcriptus, vel de iure, ſi voluero adire, non inducit additionem, cum neceſſario hoc non inferat. Ruin. *conſ.* 170. *Viſo teſtamento, numer.* 8. *&* 10. *lib.* 3. qui alios allegat. Vide, 10
Confeſſio in quibus non noceat confitenti. Concluſio. 647. † Extende in filio interrogato, & confitente ſe hæredem patris; quia poteſt intelligi, quod ſit hæres ſuus, & quod ſit hæres facto; & ideo cum ſit dubia confeſſio, poteſt declarari per confitentem, plene Curt. Iun. *conſ.* 241. *num.* 20. *& ſeq. per totum lib.* 3. vbi plura. Vide, *Confeſſio* 11
dubia poteſt declarari. Concluſio. 672. † Amplia; quia confeſſio incidenter facta ad alium finem non probat contra confitentem, & ex ea non poteſt condemnari, plene Maſcardus *Concluſio.* 3 §3. *Confeſſio incidenter facta*, vbi quod non poteſt ex ea condemnari pœna ordinaria in eodem iudicio; ſecus in alio Iudicio. Vide plenius, 12
Confeſſio in criminalibus, Concluſio. 676. *num.* 37. *& ſeq.* † Limita multis caſibus, de quibus in *ver. Confeſſio nocet confitenti in multis, concluſ. proxima precedente.*

Confeſſus contra propriam confeſſionem non auditur. Concluſ. 648.

CONFESSVS † in iudicio non auditur contra propriam confeſſionem, *l. generaliter. C. de non num. pec.* Crauet. *conſil.* 61. *numer.* 1
23. † Extende, etiam ſi ſit confeſſio minoris facta ſuper interrogationibus, vel poſitionibus partis, in quibus confeſſus eſt, reos dominos, & poſſeſſores; quia præiudicat, donec per viam reſtitutionis in integrum doceat de errore. Alex. *conſilio.* 192. *In cauſa & lite,* 2
in princip. lib. 2. † Amplia, vt procedat, etiam ſi confeſſio ſit præſumpta ex contumacia, prout ſi poſitiones eſſent declaratæ pro 3
confeſſis. Oldr. *conſil.* 320. *numer.* 2. *ver. præterea cum poſitiones.* † Amplia; quia confeſſio facta ex certa ſcientia per fratrem de ſoluenda communiter dote ſororis, ad quam ſolus frater, cui facit confeſſionem, tenetur, obligat confitentem, vt poſsit compelli ſoluere, Signorol. Homod. *conſil.* 3. *A. Pater fecit, col.* 2. *circa princip. ver. ſecundo vero caſu, vſque in fin.* † Amplia; quia confeſſio facta ex certa ſcientia per principalem non reuocatur, niſi notorie de contrario conſtet, & ideo nocet. Anchar. *conſil.* 212. *Ego Angelus, in princip.* 5
† Imo etiam ſi conſtet notorie de contrario, videtur facta ex certa ſcientia ſuper falſo, & præiudicat. Io. de Imol. *conſil.* 1. *numer.* 11. *ver. item non obſtat, dum dicitur.* † Amplia, quia confeſſio ſuper con- 6
ſanguinitate facta, ex certa ſcientia, licet non inducat conſanguinitatem; tamen illam probat, ita vt non audiatur ſuper contrario, maxime quando cum iuramento eſt facta. Anchar. *conſilio* 7
159. *Rationes, quæ. numer.* 6. *& ſeq.* vbi dat exemplum in ſententia, quæ non facit oriri conſanguinitatem, vbi non eſt, ſed inducit ius conſanguinitatis. † Amplia; quia quando aliquis confitetur cum 8
inſtrumento publico ſe debere, & illud inſtrumentum confitetur voluntate ſua factum, nullo modo poteſt probari contrarium. *l. fin. in princip. C. arbitr. tutelæ.* Ægid. Bellam. *conſil.* 30. *numer.* 5. *ver. ſed dices.* † Reſtringe, vt non procedat, quando confeſsio eſſet creditoris, pro quo inſtrumentum eſt factum; quia ſi confiteatur 9
contrarium præiudicat. Ægid. *d. conſil.* 30. *numer.* 6. † Reſtringe, quando confeſsio non eſt directe contra inſtrumentum. Ægid. *d. conſil.* 10
30. *num.* 6. *ver. ſecundo alter.* † Reſtringe; quia confeſsio partis admittitur, quando detegitur erronea prima confeſsio, plene Ægid. 11
Bellam. *conſil.* 30. *in fin. num.* 12. *per totum*, vbi videas. † Limita, quando fuit legitime probatum contrarium; quia licet quis negauerit ſe filium Titii; ſi tamen contrarium fuit probatum, confeſsio non 12
nocet, & debet audiri contra eam ſecundum probationem factam. Roma. *conſil.* 255. *Quo ad primum, in fin. ver. nec facio vim.* † Ex- 13
tende; quia ſi quis in iudicio producens extrauagantem dicat ſe producere regulam Cancellariæ, confeſsio in iudicio non nocet, quod ſit regula, ſi probatur, quod eſt extrauagans; quia confeſsio non poteſt nocere in iis, quæ ſunt extra poteſtatem confitentis. Roma. *conſil.* 260. *in propoſito, num.* 4. *ver. nec præmiſſis refragatur.* vbi apoſtilla in *ver. Inducere*, dat concord. † Limita, niſi adſit diuer- 14
ſitas in aliquo; quia is, qui negauit, vel confeſſus eſt poſitionem, non eſt periurus, licet poſitio negata ſit probata, quando aliquid plus, vel minus continet, quia dicitur diuerſa, Calder. *conſil.* 150. alias 2. *de confeſſ.* † Limita, quando eſt erronea; quia poteſt reuocari 15
ante ſententiam. Abbas *conſil.* 60. *In cauſa, col.* 2. *in fin. ver. ſecundum caput, lib.* 2. † Limita in confeſsione extraiudiciali abſente parte facta, & non acceptata, quæ etiam non præiudicat confitenti in iis, 16
quæ conſiſtunt in animo; quia poteſt reuocari. Bald. *conſil.* 12. *Quidam d. Matthæus, numer.* 3. *verſ. ſequitur alia, lib.* 1. vbi, quod confeſsio mulieris præteritæ à patre, quod locabat bona nomine fratris hæredis, non ſibi præiudicat, ſi erat frater abſens. † Reſtringe; niſi pe- 17
nes publicam perſonam ſit facta. Bald. *d. conſil.* 12. *numer.* 4. *ver. vltra prædicta. lib.* 1. vbi, quod ſi ſoluit fiſco tributa nomine fratris, non reuocabit talè confeſsionem. † Reſtringe in confeſsione de rece- 18
pto facta vni ex correis; quia etiam iuuat correum abſentem, licet ſecus ſit in pacto de non petendo. Vide Bald. *conſ.* 251. *Duo rei, circa med. ver. arguendo quod præſens, vſque in fin. lib.* 3. Vide, *Concluſionem proximam ſequentem.* Vide Ant. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de confeſſis. Concluſio.* 5. *&* 6. vbi late, An poſsit reuocari, quando deliberata, & quando in ſcriptis.

Confeſſio per errorem non nocet, & quando poſſit reuocari, vel non. Concluſ. 649.

CONFESSIO † per errorem facti facta poteſt reuocari non- 1
dum finito negocio, & dicitur finitum, quando à ſententia non eſt appellatum Feder. de Sen. *conſ.* 98. *in fin. num.* 4. *ver. Vnde ſolet dici.* Ias. in *l. error, in princip. per illum tex. C. de iur. & facti ignor.* Abb. *conſ.* 60. *In caſu, col.* 2. *in fin. verſ. ſecundum caput, lib.* 2. vbi, quod non poteſt reuocari etiam probando contrarium, niſi vſque ad ſententiam. † Et is, qui negauit ſe poſsidere, cum poſsideret in iudicio rei 2
vendicationis, ex qua negatione perdit poſſeſsionem, ſi tamen confitetur, antequam pars probauerit, quod poſsideat, non incidit in pœnam; quia ſicut confeſsio affirmatiua poteſt reuocari ita etiam negatiua. Roma. *conſil.* 59. *Ad diſcutiendum, numer.* 11. *verſ. tertio principaliter*, vbi dicit * communem, & *conſil.* 70. *num.* 6. *ver. ſed cum* * *in caſu propoſito.* † Extende, quod dicitur confeſsionem non poſſe 3
reuocari etiam ſi probetur contrarium, quando eſt lata ſententia ſuper tali cõfeſsione, quæ tranſiuit in iudicatum, procedit etiam ſi talis confeſsio eſt per modum narratiuum in ſententia lata partibus præſentibus, & non contradicentibus. Abb. *d. conſil.* 60. *In caſu, col.* 2. *in fin. ver. nec obſtat ſi dicatur, numer.* 5. *lib.* 2. † Contrarium, 4
quod confeſsio erronea poſsit reuocari in alio iudicio, etiam poſt latam ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum, tenet Alex.

conſ.

consil. 80. *Examinato, numer.* 14. *ver. & tunc etiam post sententiam, lib.* 2.
5 † Declara; quia etiam dato, quod non posset reuocari post rem iudicatam, tamen ratione probabilis erroris admitti debet ad reuocationem erroris, mediante restitutione in integrum, quæ conceditur etiam maiori ex clausula, *si qua mihi iusta causa.* Alexan.
6 *consil.* 80. *in fin. num.* 14. *ver. Imo etiam, lib.* 2. † Amplia; quia etiam lata sententia potest in causa appellationis reuocari. Roma. *consil.*
7 346. *In hac, col.* 2. Alex. *cons.* 146. *Visis, ad fin. lib.* 6. † Amplia multo magis incontinenti; quia hoc casu non est aliquod dubium. Rom.
8 *cons.* 391. *in princ.* † Et quando reuocatur incontinenti, potest reuocare non docto aliter de errore. Alex. *cons.* 34. *Viso themate, in prin-*
9 *cip. lib.* 1. vbi apostilla in *ver. incontinenti.* † Si tamen est acceptata, non reuocatur etiam incontinenti non docto de errore. Alex. *cons.*
10 19. *Fere omnis, in princ. lib.* 1. † Imo regula est, quod confessio principalis ex certa scientia non reuocatur, nisi notorie constet de er-
11 rore Anchar. *consil.* 212. *Ego Ang. in princip.* † Amplia; quia quandocunque potest doceri de errore iusto, confessio non præiudicat, velut si in facto alieno sit emissa, vel ex alia causa probabili error potest apparere. Feder. de Sen. *consil.* 128. *In responsione Ioan. Paliaren. vbi inserta.* Bald. *consil.* 38. *Confessio scienter, circa princip. ver. si quidem per*
12 *errorem, lib.* 4. vbi probabilem errorem dicit, quando in facto alieno. Angel. *consil.* 218. *Visa narratione, col. fin. ver. expræditus apparet.*
13 Castillio. *consil.* 10. *In facto, num.* 64. *& seq. ver. similique modo.* † Extende in eo, qui erat liberatus ab administratione à testatore, & obtulit reddere rationem respondendo positionibus; quia docto de liberatione, & sic de errore reuocat. Alex. *consil.* 47. *Circa pri-*
14 *mum. num.* 15. *vers. secundo respondeo, lib.* 1. † Amplia in criminalibus; quia mulier, quæ confessa est commisisse adulterium cum sacerdote, reuocat confessionem tanquam erroneam in facto proprio, si probat publicam famam, quod tempore, quo habuit rem cum sacerdote, erat mortuus eius maritus; quia remaneat sola forni-
15 catio. Feder. de Sen. *consil.* 276. *Mulier accusata.* † Extende; quia etiam post latam sententiam, quæ transiuit in iudicatum super confessione erronea in criminali, princeps restituit in integrum
16 Roma. *consil.* 390. *Placet mihi, num.* 2. *vers. & hinc est.* † Extende, quia vbi veritas & natura repugnat confessioni, illa non præiudicat, & datur reuocatio propter errorem. Roman. *d. consilio.* 390. *circa fin.*
17 † Extende; quia quælibet confessio criminis erronea potest reuocari, etiam si sit sponte facta, & probando contrarium liberatur.
* Clar. in §. *fin. quæst.* 55. *in fin. num.* 18. *ver. sed pone,* vbi dicit * commu-
18 nem. † Extende; quia nedum potest reuocari, sed etiam potest multo magis aliquid deduci, per quod non infringatur confessio.
19 Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 55. *in fin. ver. Bene potest reus se excusare.* † Extende; quia confessio criminis potest reuocari, etiam si concurrant probationes, quæ faciunt confessum esse conuictum. Zabarel. *consil.*
20 101. *numer.* 2. vbi, quod potest confessus & conuictus appellare. † Contrarium tenet Bart. in *l.* 2. *C. quarum appell. non recip.* † Docetur autem de errore eo ipso, quod probatur rem alter se habere,
21 quam sit confessus, etiam in facto proprio, quando agitur de damno vitando. Ruin. *consil.* 10. *num.* 16. *lib.* 2. Crauet. *de antiq. tempo.*
☞ §. *Viso de verbis, num.* 65. *& seq. fo.* 62. Vide, *Error qualiter probetur. Con-*
21 *clusio.* 319. † Extende multo magis in ciuilibus, quia mulier, quæ confessa est positionem per errorem meditato, reuocat talem confessionem, si constat de errore. Bald. *cons.* 450. *Super primo pun-*
22 *cto, in fin. ver. super* 3. *lib.* 4. † Restringe; quia non admittitur reuocatio confessionis criminis, quando fuit ratificata, ita Clar. §. *fin.*
23 *quæst.* 55. *in fin.* vbi dicit ita seruari, licet dicat contrarium de iure. † Amplia; quia confessio procuratoris facta in iudicio reuocatur per principalem, etiam non docto de errore. Rota in *no. decis.* 19. *de procur. & decis.* 32. *de testib. in antiq.* quæ loquitur in positionibus productis, vt possit reuocari talis confessio; quia procuratores non
24 sunt instructi de meritis. † Extende; quia etiam potest Dominus reuocare confessionem procuratoris resultantem ex productione instrumenti non docto de errore, Rota in *nouissim. decis.* 613. *parte.* 1.
25 *num.* 9. † Extende tam in spiritualibus, quam profanis; quia nedum confessio procuratoris, sed etiam principalis potest reuocari etiam non docto de errore, de stylo Palatii Ægid. *decis.* 693. *in fin.*
26 sequitur Papaz. *decis.* 16. *de resc. in fin.* † Amplia; quia nedum confitens potest reuocare suam confessionem erroneam, sed etiam filius potest reuocare confessionem patris factam in instrumento etiam iurato, quando constat de errore per veras probationes. Affl. *decis.* 233. vbi, quod potest, sicuti posset defunctus, si viueret,
27 quod venit ad limitationem *l. quæ à patre, C. de testam. milit.* † Amplia in procuratore; quia potest confessionem suam in iudicio factam tanquam erroneam reuocare. *l. non fatetur,* vbi Bart. *ff. de con-*
28 *fess.* † Extende, quia reuocatio admittitur etiam post sententiam, & in causa appellationis. Ant. de Butr. in *c. ex parte, ad fin. de confess.* &

Roma. *cons.* 346. *In hac, col.* 2. Alex. *cons.* 145. *Visis, ad fin. lib.* 6. † Amplia; quia etiam in facto proprio potest reuocari confessio docto, quod res aliter se habeat; quia eo ipso, quod docetur rem aliter se habere, constat de errore, & non præiudicat. Angel. *consil.* 136. *In quæstione, num.* 2. vbi loquitur in confessione facta per respondentem ad interrogatoria litis præparatoria. Ruin. *consil.* 10. *Super eo de quo. num.* 16. *lib.* 3. Alex. *cons.* 47. *Circa primum. num.* 16. *lib.* 1. † Extende etiam in confessione resultante ex productione instrumentorum; quia semper, quod de errore constat, reuocatur. Crauet. *de antiq. tempor. fol.* 60. *num.* 56. *& fol.* 61. *& seq. num.* 63. *& seq.* vbi extendit. † Extende, vt procedat etiam, quando interrogatoria fuerunt pronunciata pro confessatis; quia talis pronuncia non operatur plusquam spontanea confessio. Et ideo potest reuocari ante litem conaestatam, vel post, refectis expensis. Cast. *cons.* 166. *Visis actis & actitatis, per totum, lib.* 2. vbi loquitur in eo, qui confessus fuit se hæreditario nomine possidere per contumaciam, & quod confessio ficta non habeat effectum sine declaratione, & non releuet in alio iudicio, prout vera, Corne. *cons.* 274. *num.* 5. *& seq. lib.* 3. † Extende etiam in eo, qui confessus est se hæredem, cum esse non posset; quia licet quoad interrogantem fingatur hæres in sui præiudicium; tamen intelligitur in dubio, & nisi contrarium Iudici constet, Ruin. *cons.* 3. *num.* 6. *& 7. lib.* 3. † Declarat aliter Ruin. *cons.* 10. *num.* 12. *lib.* 3. vbi *num.* 18. dicit, quod etiam docto de errore non releuatur, quando ex certa scientia hoc fecit. Vide, *Confessio in iudicio facta probat, & operatur multa. Conclusio.* 641. *num.* 7. *& seq.* † Amplia; quia vbicunque confessio est emissa super eo, quod non pendet à voluntate confitentis, & est erronea, nunquam præiudicat docto de errore, Roma. *cons.* 390. *per totum.* maxime *in fin.* vbi, quod is, qui confessus est furtum commisisse de re, quam inuito domino contrectauit, non sibi potest præiudicare; quia ab eo non pendebat, Franc. Areti. *cons.* 13. *Viso diligenter, in fin. ver. potest etiam dici.* † Et quod confessio erronea non præiudicet, & possit reuocari docto de errore. Ias. in *l. error. C. de iur. & facti ignor.* vbi, quod debet reuocans reficere expensas causatas errore suo. Bart. in *l. rura in fin. C. de omni agro deser. lib.* 11. † Amplia, quia quod dicitur de confessione, quod possit reuocari, idem est de negatione; quia si negaui positionem super qua non possum me fundare durante negatione, bene potero recedere à negatione, & velle stare positioni. Alex. *cons.* 91. *In causa. num.* 7. *ver. & dato, quod etiam, lib.* 6. † Amplia in confessione facta in instrumento guarentigiato; quia etiam post lapsum termini præcepti facti, potest error allegari. Cuma. *consil.* 160. *in princip.* vbi dicit, quod debet probari per scripturam. † Amplia; quia confessio extraiudicialis absente parte facta, ex quo non est efficax, potest reuocari, antequam per curiam, vel per partem acceptetur, nullo errore docto, quando taliter est facta, quod posset acceptari. Marsil. *singul.* 310. *Credo.* † Amplia in confessione iurata facta super positionibus; quia licet possit reuocari, tamen debet constare de errore. Bologn. in *addit. ad cons.* 10. *Io. de Anan.* 55. *nu.* 8. † Et quod possit confessio facta in iudicio respondendo positionibus reuocari docto de errore, siue sit facta super facto alieno, siue super proprio; quia talis confessio dicitur emissa persuasione aduersarii. Alex. *consil.* 47. *Circa primum, numer.* 16. vbi apostilla in *ver. aduersarij, lib.* 1. Ias. in *l. error, in fin. C. de iur. & facti ignor.* Grammat. *consil. ciuil.* 24. *in princip.* quia falsum non præiudicat vero. Angel. *consil.* 386. *col.* 2. *ver. nec obstat.* Crauet. *de antiq. tempo. fol.* 62. *numer.* 64. *& seq.* † Et generaliter, quod omnis confessio facta in iudicio, vel in instrumento per errorem possit reuocari, est tex. in *l. error, & in l. post diuisionem, C. de iuris & facti ignor. l. non fatetur.* & ibi Bart. & alii, *ff. de confess.* Curt. Sen. *consil.* 69. *col. pen. num.* 8. Crauet. *consil.* 157. *num.* 8. *& consil.* 188. *num.* 11. Paris. *consil. fin. numer.* 30. *& seq. lib.* 1. Vide; *Positionibus respondens potest confessionem reuocare, & quando secus. Concluf.* 391. † Amplia in confessione iurata; quia docto de errore iurantis admittitur reuocatio. Roma. *consil.* 391. *numer.* 4. *vers. tertia concluso.* vbi apostilla in *ver. verum,* quæ allegat multos, & dicit * communem, & loquitur in iudiciali. * Grammat. *consil. ciuili.* 24. *num.* 4. Socin. *consil.* 3. *numer.* 18. *& 19. lib.* 3. Imo si esset acceptata talis confessio iurata docto de errore potest reuocari. Soci. Iun. *consilio.* 180. *numer.* 82. *& seq. ver. demum non obstat, lib.* 2. allegat Corne. *consil.* 186. *vol.* 3. *in* 4. *col. ver. nec iuuat.* Ruin. *consil.* 10. *nume.* 15. *vsque in fin.* maxime, *col. fin. ver. postremo, lib.* 3. Grammat. *consil. ciuil.* 24. *in princip.* † Extende maxime, quando suasionibus aduersarii emanauit; quia magis de facili reuocatur, nisi post suasiones iterum sit confessus. Roma. *consil.* 391. *num.* 5. *& 6.* † Declara, & restringe tribus modis, quibus Roma. *d. cons.* 391. *num.* 5. *vsque in fin.* vbi tollit hoc, quando esset geminata sponte post errorem allegatum, etiam si de facto longinquo, quod esset factum notabile, etiam si constaret ex instrumento de contrario

trario confessionis, quando fuit in potestate confitentis, vide eum.
45 † Extende in quacumque confessione deliberata; quia potest re-
* uocari, secundum communem, & magis communem, * de qua
Mando. *in repet. c. quoniam contra, de probatio. num.* 206. vbi pro vtra-
* que multos allegat, & hanc magis * communem dicit. † Extende
46 multo magis in extraiudiciali confessione iurata; quia docto de
errore potest reuocari. Deci. *consilio* 408. *In præsenti consultatio. nu-*
47 *mer. 5. & multis seqq.* † Declara; quia confessio in iudicio facta per
procuratorem potest reuocari, etiam non docto de errore, nisi es-
set ratificata, vel procurator haberet mandatum speciale, confes-
sio vero per principalem potest reuocari etiam non docto de er-
rore, si fiat statim reuocatio, alias docto de errore semper reuo-
catur. Felin. in *c. 1. numer. 15. & seq. vt lite non contest.* sed de stylo cu-
riæ etiam non docto de errore reuocatur semper, Ægid. *decis.* 693.
48 *Erronea confessio, in fin.* † Extende; quia imo etiam iudicialis con-
fessio iurata, & ratificata, & in criminalibus, docto de errore, po-
test reuocari. Grammat. *voto* 10. *numer. 33. & seq. & voto* 16. *numer.*
10. *& seq. & consilio* 24. *ciuili, numer. 1. & seq.* Vide plene Mascard.
Conclusio. 378. *Confessio erronea.* vbi, quod confessio erronea formi-
ter probata, acceptata non præiudicat; quia potest reuocari, do-
cto de errore, vbi ampliat, etiam si sit iurata, repetita, & delibe-
49 rata, siue error sit facti, siue iuris, vide eum. † Et dicitur con-
stare de errore, quando res aliter se habet, quam sit confessata.
Afflict. *decis.* 44. *numer. 3.* Vide, *Error qualiter probetur, & præsumatur.*
50 *Conclusio.* 319. † Extende maxime, quando factum est de longin-
quo etiam proprium, nisi esset factum notabile. Roma. *consilio.*
51 391. *num. 6. & 7.* vbi apostilla in *ver. obliuionis.* dat concord. † Quid
in confessione circa præparatoria, bene Bart. in *l. non fatetur, ff. de*
confess. vbi *in princip.* late plenius ibi Angel. *numer. 5. ver. in ea glossa,*
ibi, *sed si ante*, & ibi, *melius quam cæteri omnes.* Salycet. qui omnes
casus enumerat, *numer. 3. vers. item oppono*, ad quem semper recur-
52 ras. † Amplia; quia confessio simplex delicti commissi potest
multo magis qualificari, vt si confessus esset commisisse homici-
dium, poterit reus in suis defensionibus probare, quod fecit ad
suam defensionem. Clar. in § *fin. quæst. 55. numer. 16. in fin.* & ple-
nius in §. *homicidium, versic. sed hic occurrit, numer. 35.* vbi extendit,
etiam si negauit delictum, & fuit conuictus; quia poterit proba-
* re qualitatem, quod id fecerit ad sui defensionem, vbi dicit * com-
53 munem; quia reus vtitur contrariis exceptionibus. † Contra-
rium in hoc vltimo, quando negauit delictum, & qualitatem,
quod amplius super qualitate non audiatur, tenent Luc. de Pen-
na in *l. professio, col. 2. in fin. C. de muner. patr. lib.* 10. Iser. in §. *similiter,*
in fin. de contro. inuestit. Afflict. in §. *si vasallus, in fin. eod. tit.* Vide Soci.
reg. 25. *confessio pratextu erroris facta reuocari potest.* vbi limitat septem
modis. Vide eundem Soci. *reg.* 30. *confessio per errorem facta probando*
rem aliter se habere reuocari potest, vbi limitat vno modo singulariter,
54 & docet cautelam ad hoc, vide eum. † Limita, quando in re-
uocatione confessionis dolus, vel turpitudo versaretur. Corne.
55 *consilio.* 91 *licet in hac consultatione, numer. 16. lib.* 3. † Limita in con-
fessione iudiciali facta ad libellum; quia non potest reuocari, nisi
fiat reuocatio incontinenti, antequam recedat à iudicio. glos. in
c. fin. de iureiur. lib. 6. quam ad hoc allegat, & sequitur Abb. *consilio*
fin. col. fin. lib. 2. † Declara; quia confessio iudicialis potest reuo-
56 cari, non docto de errore, quando non est scripta in actis, secus
postquam est scripta; quia tunc non reuocatur, non docto de er-
rore. Alexan. *consilio.* 92. *Viso, numer. 26. versic. quia licet confessio, lib. 5.*
57 † Declara; quia confessio, & positio producta, seu facta in iudi-
cio potest reuocari incontinenti absque eo, quod doceatur de er-
rore, & dicitur in continenti, si reuocatur infra tres dies, non vltra.
58 Alexan. *consilio* 71. *Clarissime, numer. 7. & 8. lib. 3.* † Limita, quan-
do error non est probabilis, veluti si est in facto proprio, & ex cer-
ta scientia facta; quia non reuocatur. Bald. *consilio.* 38. alias 41. *Con-*
fessio scienter, circa princip. lib. 4. vbi loquitur in confessione decisiua
59 facta ad positiones. † Limita; quia confessio erronea facta in iu-
dicio ex certa scientia probat, & non reuocabitur in iis, in quibus
sola voluntas sufficit. Salyc. in *l. cum falsa, numer. 3. versicul. oppo. ab*
extra, C. de iur. & facti ignor. Vide, *Confessus contra propriam confessio-*
60 *nem non auditur. Conclusio.* 648. † Contrarium Ias. in *d. l. error, num.*
61 12. *C. de iur. & facti ignor.* Signorol. *consilio* 115. *in fin.* † Extende etiam
in casu, in quo sola voluntas non sufficit, si quis confiteatur occi-
disse, quia in iis, quæ per inficiationem crescunt, non reuocatur,
Salycet. *d. l. cum falsa, num. 3. versic. oppo. ab extra. C. de iur. & facti ignor.*
62 † Extende, quia confessio non reuocatur, neque admittitur pro-
batio in contrarium in iis, quæ pendent ab animo confitentis, vt
si iurauit habere scientiam rei, non audiatur, volens probare con-
trarium. Anchar. *consilio* 159. *Rationes, quæ, numer. 6. & seq. ver. venio ad*
secundum. maxime *numer.* 9. vbi, quod probatio contrarii non in-
fert errorem. Limita, quando error esset iuris, quia non admitti- 63
tur reuocatio confessionis factæ, prætextu erroris iuris, circa fa-
ctum proprium. Bald. *d. consil.* 38. alias 41. *circa princip. ver. si vero per*
errorem non probabilem. lib. 4. † Restringe, nisi error iuris esset circa 64
dubium dubitabile, quia habetur pro errore facti. Socin. Iun.
consilio 116. *Viso puncto, in fin. numer.* 81. *& seq. ver. & licet foret, lib.* 1. al-
legat Corne. *consil.* 148. *In præsenti consultatione, lib. 2. col. 3. numer.* 10.
Franc. Curt. *consil.* 71. *in 5. col.* Curt. Iun. *consil.* 92. *numer.* 11. Ruin. *cons.*
128. *numer.* 11. *lib. 2. & consil.* 27. *numer.* 28. *lib.* 3. 10. Maria Riminal. in
l. iuris, col. 1. *versic. tertia limitatio est. C. qui admitti*, vbi multos alle-
gat, & ibi Deci. *numer.* 3. † Restringe; quia datur reuocatio erroris 65
iuris, quando is, qui reuocat, tractat de damno vitando. Deci. *cons.*
408. *In præsenti consultatione, num.* 6. vbi loquitur in fideicommissa-
rio; quia paria sunt lucrum radicatum & damnum. Curt. Iunior
consil. 92. *col. penul. post med.* Crauet. *consil.* 188. *numer.* 10. *lib.* 1. † Idem 66
in fratre vtrinque coniuncto diuidente cum fratre vterino hæ-
ditatem per errorem iuris, quia reuocat diuisionem, si modo erat
delata hæreditas, & quælita tempore diuisionis. Bald. *consilio.* 386.
lib. 1. quem ita declarat ex mente aliorum Crauet. *consilio* 188. *Ma-*
gnificus Senatus, nume. 10. † Restringe, quando error iuris concurrit 67
cum errore facti, vel admixtum errorem facti præponderantem.
Io. Maria Riminal. in *l. iuris, C. qui admitti. col. 2. in fin. numer. 1. versic.*
quarto limita. † Restringe, quando esset ius non frequentatum, 68
vel copia peritorum haberi non posset. Io. Maria. Riminal. *d. l. iu-*
ris. C. qui admitti. vbi late, quis probet potuisse consuluere, vel
non, peritiores. † Declara limitationes, vt non procedant, nisi er- 69
ror remoueat intellectum respondentis, veluti si respondens po-
sitioni factæ in causa mutui, in qua reus ponens dixit, quod fuit
absque numeratione, & actor respondens confessus est; nam si
non intellexit, & iuret, non intellexisse concurrentibus coniectu-
ris, admittitur reuocatio, & non attenta confessione, si constat de
numeratione, fit condemnatio. Bald. *d. cons.* 38. alias, 41. *per totum,*
vbi est casus, *lib.* 4. † Declara, nisi reuocatio fieret statim, antequã 70
ad extraneos actus diuertatur. Bald. *d. cons.* 38. *in princ. lib.* 4. Vide So-
ci. *reg.* 26. *confessio pratextu erroris iuris reuocari non potest*, vbi ponit qua-
tuor fallentias. † Limita, quando confessio emanasset super iis, 71
quæ dependent ab animo confitentis; quia non datur reuocatio
prætextu erroris. Soci. Iun. *cons.* 5. *In præsenti causa, in fin. lib.* 3. † Exten- 72
de; quia is, qui confitetur se hæredem, licet non sit condemnatus
vt hæres, quo ad eum, cui confessus est se hæredem, confessionem
non reuocat. Bart. & alii in *l. si filius, la prima. ff. de interrog. actio.* Vide,
confessio in iudicio probat, & operatur multa. Conclusio. 641. † Limita, 73
quando confessio fuit acceptata per partem expresse. Ias. in *l. error.*
C. de iur. & facti ignor. numer. 3. Alexan. *consilio* 90. *lib.* 1. *& consilio* 118.
lib. 3. Anchar. in *c. cum impositionis, de iureiur.* Vide infra in vltima li-
mitatione, *numer.* 92. † Contrarium Grat. *consilio* 37. *numer.* 10. *lib.* 2. 74
vbi, quod docto de errore reuocatur, & cõmunem * dicit Riminal. *
Iun. *cons.* 130. *in fi.* vide, quæ posui ad Ias. *in d. l. error, n.* 3. *C. de iur. & fa-*
cti ignor. & quod probato errore possit reuocari. Alex. *cons.* 90. *in*
princ. lib. 1. Soci. Iun. *cons.* 180. *num.* 82. *& seq. lib.* 2. Alex. *cons.* 92. *Viso, n.*
26. *ver. quia licet confessio, lib.* 5. † Limita quando super confessione er- 75
ronea esset pronunciatum; quia reuocari non potest. Ang. *cons.* 166.
Si testator, in fin. Roma. *cons.* 346. *nu.* 7. *& n.* 8. Boer. *decis.* 206. & Alex.
cons. 181. *In causa & lite, num. 3. vers. tertio posito, lib.* 6. † Extende; quia 76
sicuti non potest reuocari confessio extraiudicialis, quando super
ea est negotium decisum per rem iudicatam, ita neque quando est
conclusum in causa in eadem instantia. Roma. *d. cons.* 346. *numer.* 7.
vbi apostil. *in ver. in causa* vbi reddit rationem, quia post conclusum
nihil probari potest. † Extende, vt quod dicitur lata sententia non 77
dari reuocationem, procedat etiam, quando fuit conclusum in
causa. Roma. *cons.* 346. *num.* 7. *& seq.* vbi apostilla *in ver. Conclusionem,*
& à pari procedere dicit ibi Roma. conclusum in causa, & pronun-
ciatum. † Declara, quia bene potest reuocari confessio erronea 78
post sententiam, & conclusum in causa, in alia instantia appellatio-
nis, in qua non esset conclusum, neque sententiatum. Roma. *cons.*
346. *n.* 11. *v. necrefragatur.* † Declara, quia bene potest reuocari, quã- 79
do suasionibus partis aduersæ cõfessio emanauit. Crauet. *cons.* 192.
Casus ita se habet, ver. 2. principaliter, n. 12. *lib.* 1. † Declara, quia etiam si 80
confessio non posit reuocari post rem iudicatam potest tamen
confitens restitui ex causa erroris in integrum. Ruin. *cons.* 3. *n.* 3. *li.* 4.
maxime quando suasionibus partis aduersæ confessio emanauit,
ita Aegid. *decis.* 693. *in fin.* † Restringe in causa matrimoniali, siue a- 81
gatur pro matrimonio, siue contra, quando potest adesse pecca-
tum; quia potest reuocari confessio, etiam iurata, post sententiam,
& conclusionem in causa, & iudex potest admittere probationem
ex officio. Ancharanus *consilio* 212. quod est Angeli de Aretio.
† Declara, quia bene princeps restitutionem in integrum cõmittit 82

Roma.

83 Roma. *consil.390. numer.* 2. † Limita in confessione geminata, quæ reuocari non potest, late Roma. *consil.* 346. *In hac causa, num.* 8. & * *seq. ver. secundo aduertendum.* vbi apostill. in *ver. reuocabilis.* dicit * communem, licet contrariam dicat magis * communem, & allegat multos Bertrand. *consil.* 53. *Egregie vir. num.* 5. & *seq. lib.* 2. Vide, *Geminatio actus maiorem firmitatem affert, & multa operatur. Conclusio.* 28.

84 † Extende maxime in confessione hæredis, quod sit hæres; quia si fiat ex certa scientia, & deliberate, non potest reuocari prætextu erroris, *l. si filius, & l. fin. ff. de interror. actio.* sic declarat Ruin. *consil.* 10.

85 *num.* 18. *ver. restat. lib.* 3. † Contrarium tenet Roma. *consil.* 391. *Vt proposita consultatio, num.* 3. & hanc magis * communem dicit apostil. ad Roma. in *consil.* 346. *in ver. reuocabilis.* Grammat. *consilio. ciuili* 24. *in princ. & Voto criminali* 16. *num.* 10. *& seq. & voto.* 10. *nu.* 33. *& seq.* Ruin.

86 *consil.* 10. *num.* 18. *ver. nec obstat, lib.* 3. † Declara, quia in iis, quæ concernunt consanguinitatem, vel affinitatem, non datur reuocatio

87 prætextu erroris, Grat. *consil.* 6. *nu.* 20. *lib.* 2. † Declara, quando esset geminata in instrumento ex certa scientia, postea in iudicio reiterata; quia non reuocatur. Cuma. *consil.* 160. † Limita in confessione

88 post terminum datum ad deliberandum. Rom. *consil.* 346. *In causa Basilien. num.* 10. multos allegat. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de confess. Conclus.* 5. vbi vocat confessionem deliberatam, & dicit contrariam magis

89 * communem. † Contrarium Roma. *d. consil.* 391. *num.* 3. vbi apostilla dicit veriorem, siue in facto proprio, siue alieno, & plenior apostil. ad *consil.* 346. *Romani in ver. non potest.* quæ dicit hanc * communiorem, allegat Crauet. *consil.* 112. *nu.* 9. Grammat. *consil. ciuili* 24. *in princip.* plenius *voto criminali.* 16. *numer.* 10. *& seq.* & de * communi, & de magis * communi Gabriel. *d. Conclusio* 5. *in fin. tit. de confess. lib.* 1.

90 † Limita; quia quod dicitur confessionem erroneam posse reuocari, non procedit in singulari successore. Ruin. *consil.* 76. *num.* 15. *lib.*

91 5. † Limita in confessione, quæ oritur ex productione scripturæ de qua dicas, vt in *ver. producens*, qui confitetur contenta in

92 productis, an possit reuocare talem confessionem. † Limita; quia confessio in iudicio facta, & per partem acceptata non potest reuocari. Roma. *consil.* 433. *Quo ad primum, in fin.* vbi apostil. fin. in *ver. non potest*, dat concor. Vide supra, *num.* 73. & 74. vbi pro, & contra.

Vide, *Confessio quando dicatur erronea, vel non. Conclusio. proxima seq.* Vide, *Erronea confessio. & consensus nihil operatur. Conclusio.* 327. Vide, Ant. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de confessis. Concluf. Confessio deliberata, an reuocari possit & conclusio.* 6. *Confessio facta in scriptis an reuocari possit.* Vide, *Reuocari possunt præiudicialia, in iudicio, & extra, & quando secus. Conclusio.* 320.

Confessio quando dicatur erronea, vel non. Conclusio. 650.

1 CONFESSIO erronea † dicitur eo ipso, quod probatur rem aliter se habere, quam dictet confessio. Angel. de Perusio *consil.* 136. *In quæstione, num.* 2. *& consil.* 386. *Statuto Florentiæ num.* 2. vbi dicit hoc maxime procedere, quando est facta in facto alieno. Ruin. *cons.* 10. *Super eo, de quo, num.* 16. *lib.* 3. Alex. *consil.* 47. *num.* 15. *vers. secundo respondeo lib.* 1. Castillio. *consil.* 10. *In facto, nume.* 68. *ver. qualiter probetur.*

2 † Extende; quia dicitur erronea confessio, quando de errore constat ex ipsis actis. Innoc. in *c. per tuas, de testibus.* late Alex. *consil.* 145. *Visis lib.* 6. & latius *consil.* 102. *Visis, num.* 8. *lib.* 1. vbi dicit satis constare de errore eo ipso, quod ex instrumento constat rem aliter habere,

3 & idem voluit, *cons.* 156. *Viso, lib.* 6. vbi late *nu.* 9. † Restringe, quando confitens tractat de damno vitando; quia sufficit docere rem aliter se habere; secus si tractat de lucro captando. Alex. *consil.* 17. *ponderatis, num.* 7. *ver. & ideo lib.* 3. † Distingue plene, vt per Bart. in *l.*

4 *non fatetur, num.* 10. *ver. sed quæro qualiter ff. de confess.* vbi refert, an circa præparatoria, vel decisoria, an in iudicio, vel extra, an in facto,

5 vel iure, an in facto proprio, vel alieno. † Amplia; quia confessio docto de veritate in contrarium dicitur erronea, nec valet, Castr. *consil.* 407. *Satisfaciendo, in fin. num.* 7. *ver. octauo quæritur, lib.* 1. ita Castil-

6 lion. *consil.* 10. *n.* 64. *& seq. ver. similiq; modo.* † Amplia, quia confessio inquisiti facta ex certa scientia, quod percussit Titium vulnere, ex quo mortuus est, erronea est, & nō nocet, si medici referūt vulnus non fuisse mortale, & quod ex alio mortuus est vulneratus, qui vixit per 25. dies, Signorol. *consil.* 115. *per totum*, maxime *in fin.* Alex. plene *consil.* 115. *num.* 3. *& 4. lib.* 3. Vide, *Confessio in tormentis quando noceat,*

7 *vel non. Conclusio.* 680. † Amplia; quia confessio dicitur erronea etiam in iudicio facta, & potest reuocari ex interuallo, quando fuit præcipitanter facta, etiam non docto de alio errore, ita Feli. in *proœm. Decretal. in princ. nu.* 2. allegat Gemin. in *c. sciendum.* 29. *distinct.*

8 † Amplia; quia respondens positioni obscuræ potest reuocare responsionem suam ex interuallo etiam non docto de errore, maxime quando etiam responsio est obscura. Feli. *d. proœm. Decretal. nu.* 2. & ibi apostilla in *ver. obscure*, quæ dicit, quod potest declarare illam. Vide, *Error qualiter probetur, & præsumatur. Conclusio.* 319. Vide, *Confessio per errorem quando possit reuocari, vel non. Concluf. proxima præced.*

9 † Limita; quia confessio non dicitur erronea, ex eo solo, quod est facta contra præsumptionem iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, nisi per confessionem. Bald. *consil.* 2. *Factum tale est, in fin. num.* 5. *ver. non obstat lib.* 3. vbi dicit, hoc esse notabile, & loquitur in confessione iurata. † Limita in facto proprio,

10 nisi error sit circa ea, quæ sunt de longo tempore, Bart. in *l. non fatetur, num.* 7. *ver. est alius casus*, & ibi Angel. *num.* 3. *ver. sed circa proprium. ff. de confess.* vbi idem, quando factum esset implicitum. † Extende

11 idem, si suasionibus aduersarii fuit inductus. Bart. *d. l. non fatetur, nu.* 6. *ver. & pone exemplum*, vbi Angel. *nu.* 3. *ff. de confess.* † Dicitur autem

12 inductus suasionibus aduersarii, si facta est confessio ad positiones. Alex. *cons.* 47. *Circa primum, num.* 16. vbi apostilla in *ver. aduersarij. lib.* 1. † Declara extensionem, nisi post suasionem iterum con-

13 fessus fuerit. Roma. *d. consil.* 391. *num.* 5. & 6. † Restringe, nisi sit super

14 facto notabili; quia longinquitas temporis non inducit obliuionem secus si non est factum notabile. Roma. *consil.* 391. *vt præposita consultatio, num.* 6. & 7. vbi apostilla in *ver. obliuionis.* † Limita; quia

15 confessio non dicitur erronea, si quis dicat se fuisse præsentem actui, licet constet ex instrumento, quod non erat præsens; quia statur confessioni, non instrumento. Roma. *d. consil.* 391. *nu.* 7. *ver. tertio producitur.* † Extende in hærede confitente se hæredem; quia non

16 probatur error, licet ostendatur testamentum, in quo non est nominatus. Roma. *d. cons.* 391. *nu.* 7. *ver. hoc probo.* † Extende; quia con-

17 fessio non probatur erronea per depositionem testium; quia non fit concordia inter testes, & confessionem partis, sed præualet confessio. Roma. *d. consil.* 391. *num.* 8. *ver. tertio probatur*, vbi apostilla in *ver. concordia.*

Confessio falsa non probat, neque nocet confitenti. Conclusio.

VIDE Mascard. plene *Conclus.* 384. *Confessio falsa.* vbi ampliat quinque modis; primo, si falsa in parte; secundo, etiam si de scientia ambarum partium; tertio, quando confessio vera, sed causa falsa; quarto, quando non verisimilis; quinto, quando repugnat euidentiæ facti, limitat primo, quoad probationem præiudicat, item si extra iudicium. Vide plenius, *Falsa, narratio seu falsa causa quando vitiet, vel non. Concluf.* 62.

Confessio generalis obscura non releuat. Concluf. 651.

1 CONFESSIO † & recognitio generalis parit obscuritatem, ita quod debetur id, quod minimum est. Oldrad. *cons.* 133. *n.* 3. *ver. item alia ratione*, Vide, *Confessio dubia potest declarari. Con.* 672.

2 † Extende in probatione, quia probatio generalis dicitur obscura. Crauet. *cons.* 134. *n.* 6. † Amplia maxime in criminalibus, quia con-

3 fessio generalis dicitur obscura, & debet interpretari, vt cōtineat, quod minimum est, & quod magis expedit confitenti. Rom. *cons.* 455. *In casu, per totum*, vbi apostilla dat concord. *in ver. existimo.* Vide, *Confessio criminosi in mitiorem partem interpretanda. Concluf.* 683. † Am-

4 plia, quia scriptura in qua fit mentio de mutuo, prout liber, in quo dicit scribens mutuasse, intelligitur de mutuo confessionato, non de vero interueniente solutione, quia contra fundantem se in scriptura fit interpretatio. Alex. *cons.* 179. *Visa scriptura, num.* 5. *lib.* 2. & duplicatur *lib.* 1. *cons.* 35. † Limita, nisi obscuritas proueniat à confi-

5 tente, & recognoscente, quia contra eum interpretatur. Oldrad. *cons.* 133. *Factum tale, est. n.* 3. *v. sed rationem istam.* † Et quod confessio

6 obscura interpretari debeat contra confitentem. Calder. *cons.* 155. alias 7. *de confess.*

Confessio enuntiatiua, & incidenter facta quando disponat, & præiudicet, vel non. Concl. 652.

1 CONFESSIO † in dubio emissa, etiam absente parte, præsumitur dispositiue, non autem enuntiatiue, & per iocū emissa, ideo inducit liberationem. Feder. de Sen. *cons.* 127. *Creditor*

2 *præsente. in fin.* † Amplia, vt procedat, etiam si calculando creditor cum debitore dixerit se non esse creditorem, nisi in decem, quia licet postea producat instrumenta continentia maiorem summam, censetur liberasse illum à maiori summa. Feder. de Sen. *d. cons* 127.

3 *per totum*, vbi est casus consilii. † Amplia, quia confessio enuntiatiua, in quibus casibus nocet contrahentibus, pariter nocet successoribus vniuersalibus, & singularibus. Craue. *cons.* 29. *in prin.* Vide,

4 *Confessio authoris quando præiudicet successori. Concluf.* 663. † Amplia in confessione dotis, quia licet incidenter sit facta, probat dotem, & habet

habet exequutionem, prout si principaliter esset facta. Vide, *Verba enuntiatiua qualiter probent. vel non Concl.* 81. † Limita: quia confessio incidenter facta, non animo confitendi delictum; prout in teste interrogato, sibi confitenti non præiudicat, vt tanquam confessus possit condemnari. Bald. *in l. Presbyteri, col. fi. C. de Episc. & Cleri.* Alex. 6 *in l. 2. §. si ex publico, in apostil. ad Bart. ff. de adult.* † Extende; quia confessio adulterij facta per mulierem, dum inquiritur de furto, vel alio crimine, non est sufficiens, vt de adulterio possit condemnari; quia incidenter est facta; ideo iudex posset eam inquirere, & postea condemnare, sed non potest in illo iudicio; quia sine instantia esset condemnata. Bald. *in l. mercalem, C. de cond. ob causam.* Afflict. *dec. 176.* vbi, quod mulier fuit ex voto confilij liberata data cautione de se præsentando toties quoties. Vide, *Confessio in iudicio facta probat, & operatur multa. Concluſ. 641.* vbi, quod confessio tollit omnem nullitatem processus. † Limita; quia confessio enunciatiue, & incidenter facta, etiam in instrumento iurato, non nocet, neq; iuuat tertium absentem non nominato in instrumento. Ias. *consil.* 8 *36. lib. 3.* † Limita; quia confessio enuncians aliquid generaliter nõ præiudicat, nisi illud specificetur, plura exempla ponit Crau. *consil. 29. n. 3.* vbi; quod verba enunciatiua generalia non releuant, vt inferant præiudicium enuncianti; quia requiritur specificatio. † Declarat Deci. *cons. 20. n. 5.* vt procedat in prohibitis; secus in permissis. 10 † Limita; quia confessio enunciatiua propter aliud facta non probat etiam inter contrahentes, quando fit super eo, de quo contrahentes non possunt disponere. Franc. Aret. *cons. 13. Viso diligenter, col.* 11 *fin ver. circa sextum.* † Extende; quia imo etiam confessio ex certa scientia facta super eo, de quo confitens non potest disponere, potest reuocari probato contrario. Franc. Areti. *d. cons. 13. in fi. ver. potest etiam dici.* Vide Mascard. *Concluſ. 388. Confessio verbis enunciatiuis facta*, vbi, quod non probat, etiam si fit facta parte præsente, limitat fauore piæ causæ & dotis.

Confessio in instrumento, & contractu nullo an obliget, vel præiudicet, & quando. Concluſ. 653.

1 CONFESSIO † facta in contractu nullo obligat. Angel. in *l. 1. C.* 2 *de præscript. 30. anno.* † Et an semper sit verum, & qualiter procedat. Alex. in *l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig.* Ias. in *l. certi,* 3 *§. si nummos, ff. si cert. pet.* Felin. in *c. cum venerabilis, colu. 2. de except.* A ex. in *l. scire, §. 1. ff. de verb. obligat.* † Extende, quia confessio facta in iudicio nullo saltem valet, vt confessio extraiudicialis. Vide, *Confessio* 4 *coram iudice incompetente non probat, & quando secus. Concluſ. 642.* † Extende; quia imo etiam confessio facta operatur, quod licet sit deserta instantia, potest confessus condemnari post lapsum instantiæ. Bald. in *l. properandum, in princ. in finalibus verbis, C. de iudic.* de cuius dicti veritate Areti *de malefic. ver. comparent dicti inquisiti.* & latius Soci. *cons. 108. lib. 4. incip. suppositoſtatuto.* Marsil. in *l. 1. de qu. nu. 13.* & quod remaneat valida peremptа instantia. Ias. in *l. certi condicto, §. si nummos, ff. si cert. pet.* † Amplia; quia confessio facta relatiue ad instrumentum, quod est validum, licet contineat contractum inualidũ, præiudicat, & valida est, puta instrumentum est solemne, sed continet contractum non solemnem, prout contractus minoris sine curatore: nam confitens prout in instrumento tali efficaciter confitetur. Rom. *cons. 294. Hæc confessio, in pri. ver. aut instrumentum est efficax*, vbi reddit rationem; quia confessio est relatiua ad instrumentum validum; ergo valet licet contineat contractum inualidum, & ibi apostilla in *ver. cum venerabilis*, dat concord. Vide, *Relatum est in re* 6 *ferente. Concluſ. 129.* † Restringe, quando instrumentum, ad quod fit relatio, esset nullum; quia falsum; quia tunc sicuti instrumentũ non valet: ita neq; valet confessio relatiua ad instrumentum nullum. Roma. *d. cons. 294. in princ.* vbi reddit rationem; quia si instrumentum est nullum, ad quod fit relatio; ergo etiam confessio rela- 7 tiua, quæ non habet subsistentiam. † Restringe, quando confessio est relatiua ad instrumentum nullum defectu solemnitatis; quia licet contineat contractum validum; tamen ex quo relatio fit ad instrumentum nullum, non valet confessio, sicuti non valet instrumentum. Roma *d. cons. 294. n. 2. ver. aut instrumentum continet*, & est ratio; quia verba cum effectu sunt intelligenda, & de instrumento 8 valido sequitur Deci. *cons. 118. n. 5. in fi. ver. secundo principaliter.* † Restringe; quia confessio relatiua ad instrumentum intelligitur, prout in effectu ex instrumento contineatur; quia si cõtinetur aliter, debet instrumentum attendi, si validum, si nullum, si sic loquitur, vel aliter, & secundum instrumentum regulatur confessio relatiua ad illud. Roma. *d. cons. 294. n. 2. circa fi. ver. & hoc modo*, vbi plena apo- 9 stilla in *ver. notabiliter*, dat concord. † Amplia; quia confessio facta in instrumento valido multo magis valet, & probat, regulam affirmatiuam ponit Mascardus *Concluſ. 390. Confessio in instrumento, an plene probet*, vbi limitat quatuor modis; prima, vt non probet quoad non nominatos; secunda, quando non est expressa causa, vbi pro vtraque, & declarat; tertia, si præiudicat tertio; quia illi non statur; quarta quando non est verisimilis. Vide, *Instrumentum probat. & est probatio probata. Concluſ. 237.* Vide, *Instrumentum non probat quoad multa in eo contenta. Concluſ. 242.* † Amplia; quia confessio in instrumento absente parte facta, quando non tẽdit principaliter ad obligandum confitentem, bene valet in vim probationis; licet non in vim obligationis. Alex. *cons. 115. lib. 7.* Bald. *cons. 393. Inprimis. lib. 3.* Alexan. *cons. 245. lib. 6.* Aret. *cons. 60. in prin.* late Marsil. in *rubr. de probat. nu. 95. ver. & circa* † Extende idem in confessione liberatoria facta absenti, quæ non potest valere in vim pacti; quia enim pars est absens, valet vt probatio Alex. & alij supra proxime, & vide in *ver. Brocardum* quod potui, nolui, quod volui implere, nequiui, &c. *Concl. 133.* Vide Mascard. *Concluſ. 358. Confessio facta in contractu, vel instrumento nullo an valeat & probet*, & ponit regulam affirmatiuam; & contraria. Ampliat, etiam si non sit inserta, & sit relatiua, & limitat, quia non redit actum validum, prout testamentum confessatum, si est nullum. † Limita; quia confessio facta in gratia subreptitia, & consequenter nulla, valet, & nocet. Abbas in *cons. 38. in prin. ver. nec obstat, lib. 2.* Vide, *Confessio facta in processu nullo modo valet, vel secus. Concluſ. 643.*

Confessio quando non transeat ad hæredes. Concluſ. 654.

CONFESSIO † facta in epistola, in qua confiteor me tibi debere centum, si ego moriar, ante quam tibi epistola præsentetur, 1 talis epistola & confessio non præiudicabit hæredibus meis. Inno. in *c. cum dilectus. de succeſs. ab intest.* vbi etiam Barba. Ant. de Butr. in *c. fi. in 5. col. de confeſs.* Marsil. in *rubric. de probatio. nu. 51.* † Et an confessio 2 facta in testamento sit efficax contra hæredes, Capell. Tholos. *decis. 211.* vbi apostilla distinguit.

Confessio de recepto non probat veram numerationem. Concluſ. 655.

CONFESSIO † de recepto non probat veram numerationem. 1 Bar. *in l. si ex cautione, in secunda lect. C. de non num. pecun.* & est ratio; quia aliud est confiteri recepisse, aliud realiter solutum esse. Anchar. *cons. 443. n. 5.* Alex. *cons. 132 In causa, n. 6. ver. denique dicta scriptura, lib. 4.* Vide infra *n. 14. & seq.* † Extende, vt procedat, siue confessio sit 2 in scriptura priuata, siue in libro, cui creditur; quia adhuc si confessio est super mutuo, non probat solutionem mutui factam intra biennium. Alexander *consil. 35. Visa scriptura, in princ. lib. 1*, quod duplicatur *lib. 2. cons. 176.* † Contrarium videtur velle Iacob. de sancto 3 Miniato inter cons. Feder. de Sen. *cons. 54. nu. 2. vers. hac materia*, vbi dicit * communem opin. quod tantum valet confessio in effectu, * quantum vera solutio; quia qui habet confessionem, allegat soluisse, & ad probandam solutionem ostendit quietantiam; secus si allegaret solum se liberatum. † Vide plenius per incertum authorem post regulas Soci. Reg 8. *Confitens per apocham, vel instrumentum habuisse pecuniam mutuo, non potest contenire ante biennium*, vbi ampliat sex modis, & limitat sex modis. † Idem in donatione tenet Bald. 4 *cons. 51. Titius vendidit Seio, lib. 1.* vbi si venditor delegauit pretium soluendum per emptorem certo creditori emptoris, & promisit de euictione, si soluerit, sufficit, quod creditor donauerit emptori creditum, vt habeat euictionem. † Declara; quia verum est confessio- 5 nem non inducere solutionem, sed probationem solutionis quantum ad hoc, vt creditor excludatur per exceptionem, non autem ad hoc, vt sit sub'ata ciuilis, & naturalis obligatio, ita Fed. de Sen. *cons. 54. Eodem modo, in fin.* sub *num. 4. ver. iura in contrarium.* Ang. *consil. 155. nu. 2. ver. super secundo.* † Extende; quia licet confessio consanguinitatis, vel parentelæ, non inducat consanguinitatem, vel parentelam; secus tamen est quoad probationem. Anch. *cons. 159. Ratione, quæ, num. 6.* vbi idem dicit in sententia, quæ licet non faciat parentelam lata super filiatione, tamen inducit ius filiationis. Vide plura *in ver. Confessio sit ad obligationem, vel probationem, Concl. 635.* † Decla- 7 ra; quia si confessio est pro dote, vel mutuo de recepto, non probat veram solutionem; quia præsumitur facta sub spe futuræ numerationis, nisi sit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ; in aliis vero contractibus confessio probat veram numerationem, quando lapsum est tempus opponẽdi exceptionem, videlicet post biennium. Bald *cons. 73. Interdum confessio. lib. 5.* quod est Francisci d. Bald. Ang. *cons. 155. In quæstione vertente, n. 2. ver. super secundo.* & in dote Rolan. à Valle *cons. 20. nu. 13. & seq. lib. 4.* vbi infinitos citat, & tollit contraria, quando lapsum est tempus opponendi. Vide infra *num. 39. & seq.* Vide; quia materia est controuersa, quia exceptio biennij sola est in mutuo, & dote, in aliis sufficit exceptio 30. dierum. Mascard. *Concluſ. 361. Confessio facta de recepto, an probet vere. nu. 15. vers. quod vero dictum.* † Contrarium, quod renunciatio non operetur, 8

quando est in eodem contractu. Alex. *cons.* 35. *Visa scriptura n.* 3. *lib.*
*9 1. & duplicatur *cons.* 179. *lib.* 2. vbi dicit * communem. † Rationes
plures adduci possunt. Prima est, quia per instrumentū confessio-
nis non probatur solutio, sed confessio de solutione facta. Feder.
10 *cons.* 53. *Titius fecit, in pr.* & melius *cons.* 54. *n.* 3. *ver. ego credo.* † Secunda,
quia diuersa sunt inter se, solutio vera, & cōfessio, & aliter obligatur,
qui vere pecuniam recepit, & aliter, qui cōfessus est recepisse,
l. 1. *ff. si cert. petat.* Feder. de Sen. *d. cons.* 53. vbi in fi. q̄ per confessionē
probatur ficta solutio, & nō vera, & melius *cons.* 54. *n.* 4. *ver nam a-*
liud. vbi, q̄ sunt diuersa, allegat *l. pen. C. de inoff. dona.* Soc. Iun *cons.* 57.
11 *n.* 5. *lib.* 2. *ver. nam apud omnes.* † Tertia, qa ex solutione vera tollitur
omnis obligatio. *Inst. quibus modis toll. oblig.* p confessionem solū ex-
12 ceptio inducitur. Fed. *d. cons.* 54. *n.* 4. *ver secundo probatur sic.* † Quar-
ta ratio est, quia in obligationibus, q̄ contrahuntur re, requiritur
vera rei traditio: ideo cum solutio eius, q̄ debetur, debeat interue
nire, & sic rei traditio, confessio non est sufficiens. Fede. de Sen. *d.*
13 *cons.* 54. n3 *ver. ego credo.* † Quinta potest esse, quia homines in ver-
bis sunt largissimi, & liberales: secus, quando reuera traditur, vel
soluitur pecunia, ita in simili Fed. de Sen. *cons.* 169. *circa fi.* vbi, quod
valet traditio artharum ꝓ matrimonio contrahendo, sed non ꝓ-
missio pœnæ, nec etiam valent arrhæ, quando solū interuenit cō-
fessio, & non vera traditio, p prædicta, vbi dicit, quod Notarij de
consuetudine ponunt confessionē arrharum, licet nō fuerint tra-
☞ ditæ. Vide, *Exceptio non numeratæ pecuniæ per obligatū potest opponi intra*
14 *biennium. Concl.* 418. † Amplia, qa confessio de recepto non probat
veram solutionē, ad effectum, vt cōpetat repetitio indebiti soluti;
nam si mihi debes centū, & confiteor habuisse ducentos, nō pos-
ses repetere centum, tanq̄ soluta ex sola confessione; quia condi-
ctio indebiti reiveram traditionē factam fuisse requirit, ex quo est
obligatio, q̄ contrahitur re, q̄ traditio debet probari. Fed. de Sen.
15 *d. cons.* 54. *n.* 3. *ver. ego credo.* † Amplia in ꝓcuratore ad exigendum, q
☞ non potest confiteri habuisse. Vide. *Procurator ad exigendum non po-*
16 *test confiteri habuisse, & recepisse. Goncl.* 848. † Extende maxime in pro-
curatore Vniuersitatis, cuius voluntaria confessio nō præiudicat
Vniuersitati, nisi constet de solutione. Alex. *cons.* 132. *In causa. nu.* 6.
ver. sed ita est, lib. 4. vbi plena apostilla in *ver. procurator*, quæ refert se-
17 ipsum, *cons.* 90. *lib.* 3. † Amplia, vt ꝓcedat, etiam si dominus princi-
palis sit, q̄ confiteatur ad se obligandū; quia reuera confessio non
probat veram numerationem. Soc. Iu. *d. cons.* 57. *Pro resolutione, n.* 7.
ver. non obstat, & n 8. *lib.* 2. Fed. de Sen. *d. cons.* 54. *in pr.* Alex. *cons.* 35. *Visa*
scriptura, lib. 1. *in pr.* q̄ duplicatur, *d. lib.* 2. *cons.* 179. qui loquitur, quā-
18 do intra biēnium opponitur exceptio. † Amplia etiā in dote, quia
si maritus constante matrimonio confitetur recepisse dotem, post
ea cōtrahat æs alienum, creditores posteriores ꝓferuntur; quia nō
p̄sumitur vera solutio dotis ex tali cōfessione Cald. *cons.* 477. alias
3. *de don. inter vir. & vx.* Bald. *cōs.* 73. *lib.* 3. vbi limitat, nisi sit renuncia-
19 tum exceptioni non numeratæ pecuniæ. † Amplia: quia confessio
de recepto maxime facta p procuratorem ad exigēdum onera fi-
sci, nihil ꝓbat contra fiscum, quin exigere possit à debitore nō ob
stante confessione; quia procurator non potest confiteri. Bald. *cōs.*
123. *Respublica, lib.* 3. vbi loquitur, maxime quando confessio erat ti-
☞ ne tempore. Vide Masc. *Goncl.* 369. *Confessio procuratoris, n.* 10. *& seq.*
vbi videtur velle contrarium in procuratore fisci, & Reipublicæ,
20 ꝓterquam in mutuo. † Amplia, maxime in Prælato confitente pe-
☞ cuniam mutuo acceptam ꝓ Ecclesia; quia non releuat. Vide, *Con-*
21 *fessio Prælati, vel administratoris quādo præiudicet. Goncl.* 669. † Amplia;
quia confessio socij non ꝓbat numerationem contra sociū. Fulg.
22 *cons.* 209. *in pr.* vbi loquitur in mercatore. † Extende in confessione
procuratoris, vt non noceat domino principali. Fulg *d. cons.* 209. *in*
23 *pr. n.* 1. † Et procedit, etiam si extaret mandatū ſpeciale ad confitē-
dum, quia posset excipere de non numerata pecunia, prout etiā is
24 excipere t, qui nomine suo contraxit. Fulg. *d. cons.* 209. *n.* 1. † Exten-
de; quia confessio tutoris non nocet pupillo. Fulg *d. cons.* 209. *in pr.*
25 † Amplia in fideiussore habente confessionem de recepto à credi
tore; quia non obtinebit contra principalē debitorem. Fulg. *d. cōs.*
209. *n.* 1. *ver. nam & si creditor.* Tiraq. *de retra. conuentio.* §. 4. *gl.* 6. *n.* 12.
* vbi dicit * cōmunem, & quod est arbitratiū iudici, q̄ teneat cōsi-
derat is circūstantiis, & hanc veram dicit apostil. ad Alex. *d. cōs.* 90.
lib. 3. *in ver. Florētiæ. in fi.* vbi citat Ale. in plurib. consiliis, & quod nō
26 ꝓbet sola confessio veram numerationē. † Contrariū tenet idem
Fulg. *cons* 209. *in pr.* vbi, quod confessio de recepto facta correo, &
27 fideiussori ꝓbat contra aliū correum. † Pro contrario, quod sola
confessio creditoris facta fideiussori ꝓbet solutionē veram, vt re-
petere possit, tenēt Bar. *cons* 160. *lib* 1. *incip. Titius promisit.* vbi pro v-
traq; & hanc tuetur, sequitur Bar. Tiraq. *de retra. conuentionali.* §. 4.
gl. 6. *n.* 17. vbi concor. allegat Saly. Ca. & Ale. in *l. duobus.* §. *à fideius-*
sore, ff. de iurei. vbi Iaſ. dicit hanc * cōmunem. Affli. *dec.* 90. *n.* 3 *& dec.*
94. *n.* 30. Ale. *cons.* 25. *Viso instrumento, lib.* 5. *& cons.* 90. *lib.* 3. *& cons.* 123.
lib. 6. Rui. *cons.* 147. *n.* 5. *lib.* 1. ea ratione; quia licet talis confessio non
ꝓiudicet domino; tamen satis est, quod pariat liberationem debi-
tori, iuxta not. per Bar. & Ale. in *l. à diuo Pio.* §. *sed si emptor, qu. penul. ff.*
de re iud. Dec. *cons.* 493. *col.* 1. *n.* 6. Marsi. in *Rub. ff. de fideiuss. qu.* 35. *n.* 256.
Tiraq. *de retra.* §. 1. *gl.* 18. *n.* 84. & cōtraria opinio Bar. in *d. l. duobus.* §. 2.
ff. de iurei. cōmuniter dānatur, vt ait Affl. *d. dec.* 94. *n.* 3. & hæc opinio
est verior, & cōmunis, * vt dicit Marsi. *d. qu.* 35. *n.* 265. Affl. *dec.* 150. *n.* 35. *
Cast *cons.* 64. *Quæritur, vtrum fideiussor, lib.* 1. vbi ita consuluit Floren-
tiæ, vt etiam ipsemet attestatur *d. l. duobus reis.* §. *à fideiussore, ff. de iure-*
iur. & magis * cōmunem, & veriorem dicit Marsil, & Affli. vbi su- *
pra, plenissime Alex. *cons.* 90. *Viso instrumento, n.* 2. *ver. secundo oporter,*
cum seq. lib. 3. vbi plena apostil. in *ver. Florentiæ*, & plures citat Tiraq.
de retra. d. §. 4. *d gl.* 6 *n.* 17. Vide plenius per Mascar. *Conclu.* 373. *Con-*
fessio creditoris. vbi multa cumulat, ponit tres rationes pro contra-
rio, extendit etiam in confessione facta absenti, & ponit contra-
rium, & extensionem declarat procedere duodecim modis. † De 28
clara: quia probatio facta per testes inductos super articulo nume
rationis, qui deponant de confessione, non probat numerationē;
quia est extra articulos; & idem est, quando confessio respicit mu-
tuum; quia non probat numerationem, ex quo probat obligatio-
nem mutui ciuilis. Alex. *d. cons.* 90. *n.* 6. *& seq. ver. non obstant not. ata, lib.*
3. † Declara; quia probat confessio numerationem in præiudicium 29
confitentis, etiam per priuatam scripturam; quando confitens fa-
tetur suam esse scripturam, vel procurator habens mandatum ad
hoc Alex *d. cons.* 90. *nu.* 7 *ver. sufficeret itaque, lib.* 3. † Declara; quia be- 30
ne sola confessio probat numerationem dotis, dummodo sit la-
psum tempus ad opponendam exceptionem non numeratæ pecu
niæ Alexan. *cons.* 90. *Viso instrumento, num.* 5. *ver. pro hoc etiam, lib.* 3. vbi
plena apostilla in *ver. dotis.* dat concord. pro vtraque, sed hanc tue-
tur, pro qua allegat Curt. Sen. *cons.* 69. *col.* 1. Crauet. *cons.* 40. Tira-
quel. *de retract* §. 4. *glo.* 6. *nu.* 13. *cum seq.* † Extende generaliter; quia 31
confessio vnius non præiudicat tertio; quia res est inter alios acta.
Fulg. *d. cons.* 209. *n.* 2. † Amplia quia verba, *dedit, soluit, mutuauit*, non 32
probant numerationem. Soci. *cons.* 143. *num.* 2. *lib.* 1. incertus author
post regulas Socin. *Reg.* 1. *Notarius scribens, in* 4. *fallentia*, vbi idem se
confiteri habuisse à Titio dante, & soluente. † Contrarium tenet 33
Alex. *consil.* 179. *Visis ac ponderatis, num.* 3. *& seq. ver. ad quæ respondeo.* &
maxime *num.* 4. *& seq. lib.* 7. vbi dicit, quod ista est communis * opi- *
nio; ea ratione; quia Notarij sunt verba, quę non possunt verifica-
ri, nisi ipse viderit, vel audiuerit; quia alias rogitus esset falsus, qui
non trahitur ad præterita; ideo licet sint de præterito, intelligi de-
bent tunc, & de præsenti. † Declara; quia quatenus verba sunt cō- 34
fessionis partis, vt quia dicit instrumentum, quod partes, vel vna
pars confessa est, *quod habuit, vel habuisse, vel quod altera dedit, &c.* &
tunc verba sunt confessionis, & nō probant: quatenus vero essent
verba Notarij, qui non potest rogari, nisi de ijs, quę coram se gesta
sunt, & vidit, vel audiuit, ne contineant falsum, probant veram so-
lutionem, & traditionem, ita Alex. *d. cons.* 179. *n.* 3. *& seq.* maxime *n.*
5. *iuncto cons.* 184. *Viso processu, n.* 4. *lib.* 7. † Contra hanc declarationē 35
facit; quia verba Notarij prolata dicūtur verba partium. † Restrin- 36
ge; quia bene probant numerationem, quando dicit: *habuit & rece-*
pit, ita distinguit Soc. *cons.* 143. *n.* 2. *lib.* 1. *cum seq.* maxime quando ad-
sunt verba realiter, & cum effectu, vel in ꝑsentia mei Notarij, & te
stium, idem *cons.* 171. *lib.* 2. † Amplia; quia confessio de recepto non 37
probat veram numerationem, quando concurrit coniectura con-
tractus simulati; quia tunc ista confessio coadiuuat simulationē, q̄
cessaret, si constaret de vera & actuali numeratione. Bald. *cons.* 431.
An possessio, ver. vel distingue, n. 2. *lib.* 5. † Amplia in confessione de rece- 38
pto facta ab eo, qui soluit vsuras ad fauorē vsurarij; quia ꝑsumitur
in fraudem vsurarum emanata, maxime quando vsurarius conti-
nuauit vsuras: quia contra eū præsumitur. Bald. *cons.* 220. *Ad euiden-*
tiam, lib. 3. *per totū.* † Vide omnino Masc *Goncl.* 361. *Confessio facta de*
recepto an probet vere receptionem, & numerationē. vbi ponit regulam af
firmatiuam, quod probat, ponit contraria, soluit, ampliat, & limi-
tat multis modis, quos videas; quia ampliationes ibi sic erūt limi-
tationes, & limitationes erunt ampliationes. † Limita; quia cōfes- 39
sio de recepto probat solutionē veram, quando est renunciatū ex-
ceptioni non numeratæ pecuniæ, vel lapsi sunt 30 dies in præiudi-
ciū etiam minoris confitentis cū iuramento se recepisse reliqua à
tutore suo; quia liberat etiā alios tutores datos cōiunctim, vt ple-
ne Cuma. *cons.* 24. *Testator filio, per totū.* vbi, quod apud omnes satis
videtur indubitatū, & est Cuma. Christophori Castillionei, Prosdo-
cimi de Comitib. & Handrici de Alano. Vide *supra nu.* 7. *& seq.*
† Extēde, et si cōfessionē subsequatur acceptilatio; qa nō min ꝑ- 40
batverā solutionē. Cum. *d. cōs.* 24. *per totū.* † Extēde, vt limitatio ꝓce 41
dat in cōfessiōe maioris facta de recepto, et sine iuramēto; qa si est

renun-

renunciatum exceptioni non numeratę pecuniæ, siue incōtinenti vel ex interuallo, siue etiam non sit renunciatū, dumodo lapsi sint triginta dies probat saltem præsumptione iuris & de iure numerationem, & consequenter inducit liberationem. Bald. *cons.* 251. *Duo rei. lib.* 3. quod maxime procedit in confessione extra dotem, & mu-
42 tuum secundum Bald. *cons.* 73. *lib.* 5. quod est Francisci d. Baldi. † Extende; quia talis confessio de recepto post lapsum 30. dierum, vel quando est renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ. probat nedum ad fauorem correi prę sentis, cui fit, sed etiā aliorū correorum absentium, etiam si in solidum teneantur Bald. *d. cons.* 251.
43 *in pr. lib* 3. † Extende; quia cōfessio de recepto apparens per instrumentum, vel chirographum non contradicta probat veram nume-
44 rationem. Bald. *d. cons.* 5 1. *circa med. ver. sed est aduertendum lib* 3. † Extende, vt si fiat confessio de recepto, & pactum de non petendo inmul, tunc bene iuuat absentem correum, sicut sola cōfessio. Bald.
45 *d. cons.* 251. *in si ver. modo sequitur. lib.* 3. † Restringe, vt non procedat in pacto liberatorio de non petendo; quia non probat solutionē, licet paret exceptionem quoad partem correi, cui factum est pactum, non autem quoad alium correum absentem, etiam si pactū vni pro tota summa fuerit factum; quia absens non iuuabitur p par-
46 te sua. Bald. *d. cons.* 251. *n.* 2. *ver. modo venio. vsq; in fi. lib.* 3. † Limita; quia confessio in instrumento probat veram, & naturalem solutionē, quando continet, quod confessus fuit habuisse, & recepisse ad instantiam Titij præsentis, & deponentis, vel præsentis & soluentis; quia illa verba, *præsentis, & deponentis*, probant tunc verum depositum, & si dicit, *præsentis, & soluentis*, probant veram solutionē Bald. *cons.* 28. *In quodā instrumento, in pr. lib.* 1. vbi, quod verba Notarij sunt visus, & naturalia, & non ficta, prout in testibus. Alex. *cons.* 179. *Visa scriptura, n.* 4. *& seq. lib.* 2. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 35. Soci. *consil.*
47 143. *Diu profecto, in pr. lib.* 1. † Extende; quia vbicunq; instrumentum dicit, quod mutuauit in præsentia Notarij, & testium, & testes dicant non interuenisse numerationem, non contradicunt instrumento, quod est confessionatum, secus si adessent verba denotan-
48 tia solutionem. Alex. *cons.* 179. *n.* 6. *& seq. lib.* 2. † Extende, vt procedat limitatio multo magis, quando in instrumento diceretur, *quod tunc dedit, & numerauit*, vel diceret, *ibidem dedit, & numerauit*; quia tunc necessario refertur ad veram numerationem tempore contractus, & non ante, neq; post. Bald. *d. cons.* 28 *col fin. ver. nisi in instrumento diceret*, maxime in deposito, in quo cessant subtilitates; quia confessio facta à depositario de decem, quæ deposuit, probat ve-
49 rum depositum Bald *cons.* 256. *Actum fuit, per totum, lib.* 1. † Et quod illa verba, *habuit & recepit*, probent veram, & actualem solutionē, Soc. *cons.* 171. *ver. nec obstat. in fi. lib.* 2. vbi, quod cauent Notarij ap-
50 ponere ista verba, quando non interuenit numeratio. † Extende limitationem, vt vbicunq; Notarius in instrumento attestatur solutionem, & numerationem sine confessione, semper id de vera,
* & naturali intelligatur. Bald. *d. cons.* 28 *in fi. lib.* 1. & est cōmunis * opinio reprobato Bar. in *l. prædia ff. de acq. poss.* vt ibi apostilla in *ver.*
51 *ficto*. † Extende, vt idem sit, quando in instrumento attestatur æqualiter, & principaliter solutionem, & confessionem; quia si solutio est falsa, nec etiam sustinetur confessio, quæ præsupponit ve-
52 tam numerationem. Bald *d. cons.* 28 *lib.* 1 *p. totum, & in fi.* † Declara limitationem procedere, quod confessio facta de recepto probat veram numerationem in deposito, & maxime inter pauperes; qa licet ex confessione non contrahatur depositum, bene tamen probatur; secus est in mutuo: quia mutuum est ciuile, & naturale, depositum vero vnicum Bald. *d. cons.* 256. *per totum lib.* 1. *& consil.* 269.
☞ *Quidam nomine Iacob lib.* 1. *in si & cons.* 455. *Quidam nomine, n.* 6. *vers. ex hoc sequitur, lib.* 1. sequitur Soc. *d. cons.* 143. *n.* 2. *in fin. & nu.* 3. *lib.* 1. Vide,
53 *Confessio an probet actum verum, & naturalem, Conclusio.* 656. † Extende limitationem; quia vbicunq; confessio sit de recepto à Titio dante, & soluente ibidem, vt per alias dictiones restringentes participium *dantis, & soluentis* ad locum, vel tempus præsens, semper probat veram solutionem Bald. *cons.* 398. *Quæstio talis, n.* 3. *ver. nūc ad propositum, lib.* 1. idem, si dicatur, *in præsentia mei Notarij, & testium dedit,*
54 *vel dante & soluente*. Soci. *d. cons.* 143. *n.* 1. *in fi. lib.* 1. † Declara totam istam materiam; quia confessio, *habuisse & recepisse*, licet non probet; tamen obligat confitentem, etiam si spe futuræ numerationis sit confessus, & oritur actio, licet, si conueniatur intra tempus, possit excipere de non numerata; sivero confiteatur habuisse centum sibi numeratos, vel numerandos, non obligatur, neq; oritur actio: qa sub conditione; si vero addat, quæ soluta fuerunt, & sibi dat, in du bio parum ante confessionem præsumitur, nisi aliter probetur. A-
☞ lex. *cons.* 2. *Ex narratis, n.* 18. *& 19. lib.* 4 Vide, *Debitor dicitur multis modis, & de differentia multiplici. Concl.* 3 1. † Declara; quia licet verba, *habuisse, & recepisse*, sint præteriti plusquam perfecti, & denotent actū habitationis tam diu præcessisse confessionem; tamen non probat

tempus habitionis præcessisse confessionem, sed talia verba referuntur ad tempus, & actum confessionis. Cardi. Zab. *cons.* 14. *Statuto Trigesti, in pr.* Alex plene *cons.* 77. *Viso processu, n.* 10. *ver. nec potest dici, lib.* 6. vbi apostil. in *ver. tempore*. citat pro vtraq; † Contrariū, quod 56
simo non importent verba, *habuisse, & recepisse*, necessario tempus instrumenti, vel parum ante, & sic incontinenti, tenet Alciat. *regul.* 3. *præsumpt.* 35. *n.* 9. † Declarat plene Alex. *cons.* 179. *Visis ac ponderatis lib.* 57
7. *n.* 3. *& seq. vers. ad quod respondeo*, quod necessario debet referri ad tempus instrumenti, vel incontinenti paulo ante; quia cum sint verba Notarij, & Notarius non possit rogari, nisi de ijs, quæ facta sunt tempore contractus, alias delinqueret, vt saluetur Notarius, sic debet interpretari, quando Notarius dicit de præterito, *habuit, & recepit*, & in hoc bene importat necessario, sed quando dicit, *cōfessus est habuisse, & recepisse*, credo, quod limitatio non sit vera; quia verba Notarij non sunt *habuisse, & recepisse*, sed bene verba, *confessus est*, vnde, *confessus est*, refertur ad contractum *habuisse, & recepisse*, & potest referri ad interuallum temporis, vt dicit Alciatus. † Restrin 58
ge, quia licet instrumentum habens talia verba probet realem numerationem, tamen si probaretur, quod pecunia illa, quæ inseruit numerationi, fuit reportata per eundem, qui soluit, vacillaret instrumentum, quando hoc articularetur, & probaretur secundū modum traditum, per Grammat. *cons.* 119. Anch. *cons.* 9. *n.* 5. secus si capitulatio, & probatio non esset formiter facta. Bart. *in l. singularia ff. si cert. pet. n.* 24. *ver. iuxta prædicta quæro*. quia alias præsumitur p
instrumento. Io. de Anania *cons.* 97. *per totum*, dicit contrariū. † Vi- ☜
de *Instrumentum qualiter probetur falsum per testes instrumentarios, & alios. Concl.* 253. *num.* 54. *& seq.* † Restringe, vt limitatio non procedat, 59
quando talia verba essent assertiua partis in confessione, vel scriptura ipsius confitentis; quia tunc non probarent veram numerationem, neq; verum, & naturale depositum. Bald. *d. cons.* 2 *c. n.* 1. *ver. licet enim, lib.* 1. sequitur Soci. *d. cons.* 143. *in pr. lib.* 1. Cast. *cons.* 120. *nu.* 3.
lib. 1. † Restringe: quia non probatur numeratio vera, quando ad- 60
essent verba, *confessus fuit habuisse, & recepisse à Titio dante & soluente, vel dante, & numerante*; quia illi ablatiui absoluti veniunt in consequentiam confessionis, & sunt verba partium; secus si sint verba Notarij principaliter de eis disponentis, vel attestantis. Bald. *d. cōs.* 28. *circa fi. ver. si vero Bart. lib.* 1. & Bald. *cons.* 73. *lib.* 5. quod est Franc. do
mini Bald. nisi esset renunciatum exceptioni, vel lapsum tempus biennij, sequitur Soci. *d. cons.* 143. *in pr.* † Limita; quia licet confessio 61
de recepto facta præsente parte non probet veram numerationē; tamen bene transfert onus probandi contrarium, & nisi contrarium probetur, sufficienter probat Ang. *cons.* 137. *Quidam Hugucius, col. fi. ver. super quinto*. † Limita; quia confessio in deposito probatve 62
ram numerationem. Bald. *cons.* 364. *Tribus rationibus circa med. ver. secundo quia confessio. lib.* 2. sequitur Soci *d. cons.* 143. *nu* 3. *lib* 1. vbi loquitur in instrumento, & verbis Notarij. *habuit & recepit*. † Contrariū 63
tenet Fulg. *d. cons.* 209. *Duobus fratribus. in pr.* vbi, quod apocha mercatoris etiam iurata, in qua dicit, *mi chiamo hauere in deposito*, id est, *ego voco habere in depositō*. non probat depositum maxime contra socium confitentis. † Limita in tertio, qui procuratorio nomine cō- 64
fessus fuit exegisse nomine meo à meo debitore; quia aduersus me non potest opponere, quod non probetur vera numeratio; quia potest compelli actione mandati ad restituendum, siue exegerit, siue non. Bald. *cons.* 41. *Casus talis est, lib* 3. † Limita ad liberandum; 65
quia confessio facta per principalem creditorem, patrem habet effectum ad effectum liberandi, prout solutio. Feder. de Sen. *consil.* 54. *in pri.* Soc. Iun. *cons.* 57. *n.* 7. *lib.* 2. *& n.* 9. vbi, quod habet confessio vim pacti de non petendo. † Extende etiam in Prelato cum Con- 66
uentu, vel Capitulo confitentibus ad liberandum; quia præiudicat, quando est super eo, quod concernit factum proprium confitentis, & non est voluntaria. Cast. *cons.* 33. *Ego Paulus, n.* 2. *lib.* 1. *& n.* 3.
vbi reprobat Bar. † Declara secus esse in procuratore dato ad exi- 67
gendum, qui non liberat confitendo recepisse; quia ista sunt diuersa, & extra mandatum. Feder. de Sen *cons.* 53. *per totum* † Extende, 68
vt procedat, etiam si debitor articulauit veram solutionem factam in pecunia numerata, & probet solutionem confessatam; quia nihilominus debet absolui tanquam ex numeratione. Bald. *cons.* 457.
Factum sic proponitur. per totum. lib. 4. † Extende limitationem, vt imo 69
si creditor sit vere creditor, & debitor confiteatur ab eodem creditore habuisse summam, quam illi debebat; quia ipse creditor à priori credito liberauit debitorem, probetur vera solutio, etiam si pecunia fuerit solum ostensa; quia liberatio est loco solutionis veræ.
Bald. *cons* 227. *Proponitur, quod tutor, in princ. lib.* 2. † Limita in confes- 70
sione de recepto in apocha priuata: quia etiam facta à tutore probat veram numerationem. Castr. *cons.* 34. *Ego Paulus. n.* 2. *ver. sed de primo, lib.* 1. & duplicatur *cons.* 994. *lib.* 1. vbi apostilla ad Alex. *consil.* 37.
n. 2. *lib.* 3. *in ver. tutrix*, vbi dicit, quod contrarium procedit in confes-

sione nuda,& ex liberalitate; secus si fit coniuncta actui, prout in apocha, & venditione mobilium, vbi,quod præiudicat, allegat *l.*
71 *Lucius,§.tutela.ff.de admin.tut.* † Contrarium Alex *d.conſ.37.n.2.verſt. tamen confeßio.lib.3.* vbi loquitur ſimpliciter, quod non præiudicat
72 pupillo. † Extende;quia confeſſio tutoris, & etiam cõiunctæ perſonæ nocet pupillo,quando pupillus eſt hæres tutoris,vel perſonę coniunctæ confitentis. Alex *d.conſ.37.n 2.ver.tamen nõ obſtante.lib.3.*
73 † Reſtringe, quando confeſſio tenderet ad obligandum, vel eſſet ſuper eo, quod eſſet factum proprium confitentis pro pupillo, vel
74 Eccleſia. Caſt.*d.conſ.34.n.2.lib.1.*& dup icatur *lib.1.conſ.294.*† Limita;quia ſemper confeſſio probat ſolutionem, & præiudicat confitenti,quando interuenit vnum de duobus, vel quod nõ tendit ad obligandum,vel eſt in facto proprio confitentis. Caſt.*d.conſ.34.n.2. ver.item de ſecundo. lib.1.*& loquitur in tutore; quia eius cõfeſſio nocet pupillo,& repetit *conſ.294.cod.lib.1.*vbi dat exemplum de pupillo cum tutore, item de Prælato cum Capitulo confitentibus rece-
75 piſſe ad liberandum ſoluentem.† Extende,vt idem ſit in confeſſione Prælati, vt noceat Eccleſiæ, quando vnum de duobus interue-
76 nit. Caſt.*d.conſ.34.n.3.lib.1.*& repetit *conſ.294.lib.1.*† Limita in cõfeſſione Prælati circa fructus,vel canonem ſibi debitos; ſecus ſi agatur de alienatione,vel obligatione. Vide,*Confeßio Prælati,& admini*
77 *ſtratoris,quando præiudicet.Concl.669.* † Limita;quia vbicunq; confeſſio fit ex cauſa neceſſaria, vt quia debitor ſoluit pupillo cũ præſentia tutoris,vel Prælato cum præſentia Capituli,etiam quoad aliter non conſtet,niſi de confeſſione,quod receperunt, & quietarunt ſoluentem,liberatio valet mero iure,& non audirentur volẽtes dicere contrarium, niſi per modum reſtitutionis in integru intra quadrienium. Caſtr.*d.conſ.34.*quod duplicatur *conſ.294.lib.1.*
78 † Extende; quia etiam præſumitur pecunia confeſſata ad liberandum ſoluentem , & ſic ex ea cauſa neceſſaria conuerſa in vtilitatem Eccleſiæ,quando cõfeſſio emanauit per Prælatum,& Conuentũ, nec audirentur , niſi per reſtitutionem in integrum vellet docere de non ſolutione,vel quod non fuit conuerſa in vtilitatem Eccleſiæ. Caſt.*d.conſ.34.col.2.ver concludo ergo*, quod duplicatur *conſil.294.*
79 *lib.1.* † Limita;quia confeſſio de recepto bene probat veram ſolutionem, & numerationem, quando dicitur,*dedit.& numerauit præſenti.& ad ſe trahenti*; quia iſta verba non poſſunt poni, niſi pecunia actualiter ſoluta.Io.de Anania *conſ.97.in pr.*vbi Bologn.*in addit.* dicit,quod verbum,*numerauit*,importat veram,& actualem numera
80 tionem.† Extende,vt procedat etiam ſi teſtes inſtrumẽtarij deponant, quod fuit portata pecunia pro oſtenſione , & quod ſoluens reportauit ſecum;quia non probatur,quin ſit numerata, nec contradicit;quia potuit eſſe vera ſolutio,& reportatio,& habuerit ſũmam ſolutam recipiens. Io.de Anania *d.conſ.97.n.1.*vbi,quod non inducitur reprobatio ex hoc,quod teſtes dicant fuiſſe factam oſtẽ
81 ſionem,& ſoluentem reportaſſe. † Imo etiam ſi tota pecunia numerata eſſet reportata de conſenſu eius, qui recepit , non tollitur
82 numeratio.Io.de Anania *d.conſ.97.in fi.* † Extende,maxime quando confeſſio eſt cum verbis , *confitetur habuiſſe, prout in præſentia mei*
83 *Notarij,& teſtium facta fuit numeratio.*Alex.*conſ.37. Viſo.n.8.lib.3.* † Limita, quando conſtat ex alio inſtrumento de numeratione, puta maritus eſt confeſſus habuiſſe centum pro dote vxoris, poſtea apparet ex alio inſtrumento , quod dicta centum habita pro dote inueſtiuit,certe confeſſio eo caſu iuncto ſecundo inſtrumento probat numerationem.Io.de Anania *d.conſ.97.in fi.* Vide,*confeßio an pro*
84 *bet actum verum,& naturalem,vel non. Concluſ.proxima ſequente.* † Limita, quia ſi in inſtrumento Notarius ſcripſit,*quod pro reſiduo dotis promiſſæ ſe obligauit*,illa verba *promiſſæ* de præterito intelligi debent pro miſſæ tempore contractus,& ſic tunc,non autem antea de præterito,quando non conſtat de alia promiſſione. Alex.*conſ.178.Viſo proceſſu,n.4.ver.verba inſtrumenti*,vbi apoſtil.in *ver.tunc*,dat concord.*lib.* 7.& confirmat *conſ.179.in princ.eod.lib.7.*

Confeſſio an probet actum verum , & naturalem , vel non. Concluſ.656.

1 CONFESSIO † probat actum verum , & naturalem in ijs , quæ non poſſunt,niſi vere, & naturaliter celebrari, prout vẽditio. Bald.*conſ.269. Quidam nomine.in fi.ver.alia queſtio.lib.1.& conſ.270.Ad*
2 *euidentiam præmittendum,n.11.& 12.ver dicet aliquis.lib.1.* † Amplia,vt procedat etiam, quando confeſſio habet locum, & qualitatem, q̃ infert neceſſario actum naturalem; quia naturalis qualitas ex loco contrahitur in rebus terræ naſcentibus. Bald *d.conſ.270.n.12.ver.re*
3 *ſpondeo.lib.1.* † Amplia in depoſito; quia de facili homines nõ confitentur depoſitum,niſi interueniat vera numeratio , *l. in contractibus,§.1.C.de non numer.pec.* Bald.*conſ.455.Quidam nomine.n.6.in fi.ver.ex hoc ſequitur, lib.3.* & quia depoſitum vnicum eſt, videlicet naturale tantum,ita Bald.*conſ.269. Quidam nomine.lib.1.in fi.* ſequitur Soc.*cõſ*
143.*n.3.* † Amplia,quando tẽpore confeſſionis pecunia erat para- 4
ta in ſacculo;quia de conſuetudine præſumitur ſoluta, Bald.*d.conſ.*
455.n.6.ver.illud etiã non eſt omittendum,lib.1. † Limita in actibus,qui 5
ciuiliter tantum celebrari poſſunt,& naturaliter tantum;quia cõfeſſio nõ probat actũ naturalem,ſed ciuilem, put in mutuo. Bald. *conſ.269.in fi.ver.alia qu.lib.1.& conſ.455.Quidã nomine.n.6.in fi.verſ.ex hoc ſequitur,lib.1.*vbi reddit rationem; quia ob neceſſitatẽ homines mutuum de facili confitentur. Alex.*conſ.35.lib.1.in pr.*quod duplica
tur *lib.2.conſ.179.& conſ.76.Viſo libello,in fi.n.9.ver.nõ obſtat.lib.6.*† Et 6
idem in depoſito ; quia naturale reperitur & ciuile p confeſſionẽ. Bald.*conſ.380.Tres ſunt.in pr.lib.5.*† Declara, vt non procedat limita 7
tio in confeſſione iudiciali; quia illa ſemp probat actum naturalẽ. Bald.*d.conſ.269.in fi lib.1.*† Declara,vt limitatio procedat,quando 8
non eſt lapſum bieñium. Ale.*d.conſ.35.Viſa ſcriptura,in pri.lib.1.*quod duplicatur *lib.2.conſ.179.* Vide Concluſionem proximam ſequentem.† Extende limitationem, vt procedat etiam in ſcriptura priua 9
ta, in qua dicitur, *quod Titius habuit, & recepit mutuo centum a Seio, ſic ſcribente in ſuo libro*; quia licet liber ex priuilegio probet; tamen eſt mera confeſſio,& illa verba, *quod habuit centum mutuo*, confeſſionẽ faciunt,non numerationem. Alex.*d conſ.179.n.4.lib.2.* Parif.*conſil.* 107.*n.2.lib.1.& conſ.104.n.90.lib.1.* Feli.in *c.ſi cautio.n.53.ver.ſed circa hanc de fide inſtr.* Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Confeſſio quando ſpe futuræ numerationis cenſeatur facta, vel non. Concluſ. 657.

CONFESSIO † de recepto cenſetur facta ſpe futuræ numeratio 1
nis;quia in dubio non cenſetur quis donare,q̃ dicit Bald.pro cedere in mutuo,& dote,*conſ.73.Interdum confeßio,lib.1.* Angel.*conſ.* 155.*In quæſtione vertente,n.2.ver. ſuper ſecundo.* Vide,*Donatio non præſumitur,vbi alia coniectura capi poteſt. Concl.* 702.† Declara;quia præſu- 2
mitur confeſſio mutui facta ſpe futuræ numerationis,quando intra bieñium fuit propoſita querela non numeratæ pecuniæ,vel ad hucnon eſt lapſũ bieñium, Ale.*conſ* 35.*Viſa ſcriptura.lib.1.impr.*quod duplicatur *lib.2.conſ.179.*† Amplia;quia confeſſio ſemp præſumi- 3
tur ſpe futuræ numerationis , quando poſt confeſſionem fit promiſſio confitenti de ſoluendo id,quod fuit confeſſus,late Ial.*conſ.* 122.*lib.1.*† Extende in dote idem; quia cenſetur ſpe futuræ nume- 4
rationis,quando poſt confeſſionem promittitur illius ſolutio. Vide,*Dos confeſſata per maritum an debeatur vxori ſi conſtat de poſteriori dote promiſſa. Concl.*750.† Declara;quia imo quando poſt confeſſio- 5
nẽ apparet promiſſio debitoris liberati , confeſſio præſumitur ſpe futuræ promiſſionis,quod multũ refert quia hęredes mariti tenẽtur reſtituere dotem confeſſatam , quando fit ſpe futuræ promiſſionis:ſecus ſi ſpe futuræ numerationis. † Limita,quando ſunt la- 6
pſa tempora ad opponendũ de non numerata pecunia Fulg.*conſi.* 132.*col.2.ver.cæterum ſi lapſa.* † Limita,quando conſtaret,quod non 7
fuit ſoluta,& confeſſio non eſt ſpe futuræ numerationis; quia tũc vt donatio valebit,licet nomen cõfeſſionis, vel venditionis ſimulate ſit appoſitũ. Fulg.*conſ.*205 *circa fi.ver.ſi vero.* † Limita,quia non 8
procedit in marito confitente dotem,quia cenſetur potius animo donandi q̃ ſpe futuræ numerationis. Bello.*conſ.4.Diligenter conſiderato,nu.8.verſ.ſecundo pr.*vbi dicit * magis cõmunem tribus vicibus, * Rui *conſ.*183 *in pr.lib.1.* vbi de magis * cõmuni. Vide , *Confeßio inter * perſonas prohibitas,vel non quãdo operetur donationem,vel ſecus. Concl.*659. Vide plenius,*Dos confeſſata per maritum debetur vxori Concl.*748.† Li- 9
mita , vbicunq; verba confeſſionis ſunt de præterito cum participio,*dante & ſoluente*,veluti ſi dicatur,*confeſſus fuit habuiſſe,& recepiſſe a Titio dante,& ſoluente*,quia nunquam poteſt talis confeſſio accommodari ad actum fiendum. Bald.*conſ* 398. *Quæſtio talis,nu.3.ver.ſepe enim ſcriptura lib.1.*† Limita,quando eſt facta ex cauſa de præterito, 10
veluti ſi ſocer mortuo filio promittat nurui reſtituere dotem, quã habuerat; nam talis confeſſio doris non cenſetur facta ſpe futuræ numerationis. Fulg.*d.conſ.*132.*Proponitur probatum,col.2.ver.cæterum ſi lapſa.* † Extende maxime, quando ſocer in actu confitendi de præ- 11
terito,quod ſit debitor,ſoluit partem dotis confeſſatæ, Fulg.*d.cõſ.* 132.*col.2.ver.cæterum ſi lapſa.* † Limita; quia ſi confeſſio de recepto 12
apparet, & poſtea liberatus confiteatur ſe debitorem, confeſſio cenſetur facta ſpe futuræ confeſſionis , communem * dicit Socin. * *conſ.*130.*n.20.lib.4.* ex quo dicit non eſſe locum alicui intereſſe etiam ex *l.curabit.C de actio.emp.* etiam ſi ſit conuentum,quando dominium eſt translatum, & confeſſatum debitum , licet liberatus confiteatur poſtea ſe debere.

Cõfeſſio inter perſonas prohibitas nõ probat. Cõcl.658.

CONFESSIO † mariti ad fauorem vxoris non valet, & cauſa 1
non probatur ex aſſertione eorum ; quia inter perſonas prohibitas fides non ſtatur aſſertioni eorum de cauſa permiſſa. Bald.*conſil.* 496.*num.2.verſ. conſiderato igitur.& num.7.ver.item iſtud, lib.1.& conſ.*

14.*Anto-*

14. *Antonius fecit circa fi. lib. 2.* Vide, *Alienatio nulla, non obstat alienanti,* 1
2 *& quando secus. Conclusio. 267.* † Amplia; quia neque valet confessio mariti facta in testamento, quod habuerit libras 500. pro dote vxoris, prout constat ex tali instrumento, & quatenus instrumentum non appareat, illas legat; quia habuit; nam si præmoriatur vxor, & testator reuocet testamentum, & instituat alios heredes, nõ tenentur hæredes restituere dotem hæredibus vxoris. Bald. *d. consi.* 14. *Antonius fecit per totum, lib. 2.* vbi pro vtraque parte, & hanc partem tenet. Vide, *Dos confessata per maritum quando præiudicet creditori-*
3 *bus, vel non Conclus. 749.* † Amplia in emptione facta per patrem nomine filij, quia licet asserat emere de pecuniis aduentitiis filij; tamen sibi non creditur, nisi quatenus constet de veritate; quia præsumitur ex fraude, ex quo donatio est prohibita. Aug. *consil. 341. in princ.* vbi n. 2. dicit, quod neque morte confirmatur, & Ias. post a-
4 lios in *l. si donatione, num. 3. & 4. C. de collatio.* vbi multa similia. † Extende in Prælato alienante res Ecclesiæ sine solemnitatibus; quia dicit solitas locari; quia non creditur ipsi. Vide, *Assertioni gerentis actum ex causa permissum an credatur. Conclus.* 535. † Amplia; quia filius-
5 familias, qui non potest obligari, nisi sit mercator, si confiteatur se mercatorem, non valebit obligatio ex confessione sua; quia pro-
6 hibetur. Ias. *d. l. si donatione, nu. 4. C. de collatio.* † Amplia in procuratore carente mandato speciali; quia vbi agitur de magno præiudicio non potest confitendo nocere domino, secus si de modico præiudicio, puta ad effectum iurisdictionis ex contractu quærendæ, si confitetur contractum, Ægid. Bellam. in *c. Romana. §. contrahentes,*
7 *nu. 22. de foro compet.* vbi plura similia. † Amplia; quia confessio de recepto inter personas prohibitas præsumitur in fraudem. Alex *cons.*
8 *142. Viso processu num. 3. & 4. lib. 5.* † Extende, vt procedat, siue confessio fiat in vltima voluntate, siue inter viuos secundum omnes, vt dicit Alex. *d. cons. 142. num. 4.* Vide Mascard. *Conclus. 372, Confessio de-*
9 *bitoris.* † Amplia; quia in prohibitis à lege non statur confessioni etiam cum iuramento, pro vtraque citat Vrsil. in *addit. ad Afflict. decis. 102.* vbi allegat Crauet *cons. 429.* Vide Ias. in *l. si donatione num. 7.*
10 *ver. quod confirmo. C. de collatio.* vbi pro vtraque parte. † Amplia; quia clericus, qui non potest donare concubinæ, si emat, & dicat de pecuniis concubinæ, præsumitur in fraudem, & ei non creditur. Deci. plene *cons. 132. In casu proposito, nu. 2.* vbi * dicit communem, quod
11 præsumitur fraudulenta assertio, vel confessio, sequitur Affli. *decis. 102.* † Extende, vt idem sit, si clericus confitetur se debitorem Florææ ex causa depositi; quia non statur, neque valet, si est concubina; quia præsumitur animo donandi & est prohibita donatio, Deci. *d. cons. 132. col. 2. n. 1. & 2.* sequitur Afflict. *decis. 102.* vbi Vrsil. dat con-
12 cor. † Amplia; quia non statur confessioni partium, vel vnius, in ijs, quæ non pendent à potestate confitentis; ideo si confiteretur maritus se cognouisse sororem suæ vxoris ante matrimonium, illi nõ creditur; quia separatio matrimonij non pendet ab eo. *c. super eo,*
13 *qui cogno. consangui. vxo.* Abb. in *c. fi. de probat. n. 2.* † Extende, vt idem sit in confessione Prælati, quod interuenerit solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ; quia non præiudicat, ex quo non pendet à potestate Prælati confitentis, apostil. ad Abba. in *d. c. fi. n. 2. de probat. in ver acta iudicialia.* Ægid. Bellam. *decis. 691. circa fi. in septima fallentia.*
14 † Extende quia non statur Prælato asserenti, vel confitenti in alienatione rei Ecclesiasticæ causam legitimam interuenisse; quia non pendet à potestate confitentis, apostil. fi. ad Abb. *d. c. fi. de probat. in ver. an stetur confessioni partium*, alias esset inuenta fraus contra eccle-
15 siam. † Declara, nisi confessio fiat in iudicio, & agatur de modico præiudicio; quia tunc confessio probat litem contestatam, & solemnia iudicij, ita Abb. & alij in *d. c. fi. de probatio.* vbi tex. qui ita decla-
16 ratur, Deci. in *l. si donatione, n. 31. ver. vltimo limitatur, C. de collatio.* † Extende generali. er in omni solemnitate, quę non pendet à partium potestate; quia non statur confessioni eorum, Bart. in *l. sciendum, n.*
17 *3. & 4. ff. de verb. oblig.* † Extende; quia confessio, quod in alienatione bonorum Ecclesiæ præcesserint tractatus debiti, non probat; quia non est in potestate confitentis Bart. in *l. si forte. in fi. ff. de castr.*
18 *pecul.* † Extende; quia si Prælatus infeudat feudum, quod confitetur antiquũ, & solitum infeudari, non statur tali confessioni; quia
19 est in prohibitis. Ias. post alios in *d. l. si donatione. n. 5. C. de collatio.* † Limita; quia bene valet confessio inter personas prohibitas quoad ipsas in vim donationis legitimæ, videlicet quatenus donatio possit valere. Bald. *cons. 186. Ad euidentiã. n. 2. lib. 2. ver. quomodo enim.* † Restringe limitationem, vt non procedat in aliis personis non prohibitis, quia si fiat confessio ex certa causa, puta, quia confitens dicit se satisfactum; tunc talis confessio ex certa causa non trahitur ad
21 donationem. Bald. *d. cons. 186. nu. 2. lib. 2.* † Imo nec potest dici morte confirmata, si fiat inter personas prohibitas, inter quas morte confirmari potest donatio; quia procedit in vera, & aperta dona-
22 tione. Angel *cons. 345. Pater emit, num. 2.* † Limita in iudice, seu offi-

ciali; quia licet non possit delegare causas meri imperij, nisi ex causa legitima absentiæ; tamen si delegat ex causa, creditur eius confessioni. Ias. *d. l. si donatione, nu. 8. C. de collatio.* † Declara, vt in Iudice 23
procedat solum quoad iurisdictionalia, non quoad alia. Deci. *d. l. si donatione, nu. 30. ver. quinto, C. de collatio.* † Limita; quia bene valet cõfessio mariti ementis de pecuniis, & nomine vxoris constante ma- 24
trimonio; quando est verisimilis, vt quia aliunde maritum habere non est verisimile, & vxor habet vltra dotes. Crauet. *consil. 40. nu. 4.* Vide, *Assertioni gerentis actum ex causa permissum an credatur. Conclus.* 533. Vide, *Donatio ob benemerita quando valeat. Conclus. 636.*

Confessio facta in fauorem incapacis præsumitur facta in fraudem. Conclusio.

VIde Mascard. *Conclus. 380. Confessio facta,* vbi ponit plura exempla, quæ videas. Vide Conclusionem proximam præcedentem. Vide, *Fraus, & dolus ex quibus probetur. Conclus. 475.*

Confessio inter personas prohibitas, vel non, quando operetur donationem, vel secus. Conclus. 659.

CONFESSIO † inter personas prohibitas sibi donare; præsumi- 1
tur facta animo donandi, si non constat de causa expressa in confessione Bald. *cons. 186. Ad euidentiam. col. 1. vers. præterea cum procurator. lib. 2.* vbi, quæ donatio præsumatur, an inter viuos, vel causa mortis. Vide, *Confessio quando spe futuræ numerationis censeatur facta, vel non. Conclu. 657.* Vide plenius, *Confessio mariti ad fauorem vxoris, quibus præiudicet. Conclusio. 667. n. 23. & seqq.* & iterum *num. 33. & multis seqq.*
† Amplia etiam inter personas non prohibitas; quia confessio de 2
recepto, si non est facta spe futuræ numerationis, & non est facta solutio, eo casu præsumitur animo donandi, & valebit cessio, vel venditio in vim donationis, licet titulus cessionis, vel donationis sit simulate adhibitus. Fulg. *cons. 205. circa fi. ver. caterum.* Vide, *Exce-*
ptio non numerata pecuniæ per obligatum potest opponi intra biennium, &
quando secus. Conclus. 418. † Amplia; quia confessio mariti constante 3
matrimonio facta de dote inducit donationem, & præsumitur facta animo donandi, non autem sub spe futuræ numerationis, secundum magis communem, * de qua Alexander *cons. 45. Habita su-* *
per ijs. n. 6. lib. 1. Vide, *Dos confessata per maritum debetur vxori, & quan-*
do, Conclus. 748. † Amplia; quia confessio facta per administratores, syndicos, vel officiales Communis non valet; quia cum non 4
possint donare, non possunt confiteri habuisse, neq; liberare, nisi constet de vera solutione. Crauet. *consil. 494. num. 8. & seq.* vbi late.
† Extende in tutore; quia sicuti non donat expresse, ita neq; con- 5
fitendo. Crauet. *d. cons. 494. num. 15.* licet *num. 14.* distinguat, vt licet confessio inducat liberationem debitoris facta à tutore; tamen tutor ipse debet reddere rationem pupillo. † Restringe, quando cõ- 6
fessio est ex causa necessaria, vel quando sola liberatio inducitur, non autem obligatio. Castr. *cons. 34. in princ. lib. 1.* † Contrarium Cra- 7
uet. *d. cons. 494. num. 20.* vbi, quod semper est voluntaria, quando non constat de vera solutione, & quod alia distinctio, an inducatur liberatio, vel obligatio, est verbalis. † Amplia in confessione 8
minoris, quod habuit, vel recepit, vel quod sit reddita sibi ratio administrationis; quia illi non statur, sed iterum est reddenda ratio. Crauet. qui plurimos allegat *d. cons. 494. n. 16.* † Limita inter perso- 9
nas non prohibitas; quia confessio facta ex certa causa nunquam importat donationem, si causa non tendit ad donationem, Baldus *d. consilio 186. numer. 2. versicul. quomodo enim. lib. 2.* Vide, *Donatio non præsumitur, vbi alia coniectura capi potest, Conclusio.*
702. † Si vero causa tendit ad donandum, prout si confiteor 10
fundum meum esse tuum, inducitur donatio; quæ tamen non præiudicat quoad dominij translationem, siue fiat ab ignorante, siue à sciente; quia sine traditione non potest induci translatio dominij voluntate partium. Bart. in *l. cum falsa. nu. 4. & seq. C. de iur. & facti ignor.* Cũma. *cons. 165.* Signor. *cons. 165. nu. 45.* Fulg. *cons. 5.* Christophorus Castillio. *consil. 4. nu. 8. & seq.* vbi de * communi. Vide, *Dominium* *
qualiter probetur. Conclusio. 611. nu. 132. & seq. vers. limita quia dominium
probatur. † Et quod non transferatur dominium ex confessione 11
mea, quod Castrum, vel fundus meus sit Titij; quia sola voluntate contrahentium non potest transferri dominium sine traditione. † Extende, etiam si sit confessio, vel recognitio principis erga 12
successores, prout loquitur Christophor. Castillio. *d. cons. 4. Illustrissime Princeps, num. 8. & seq.* vbi loquitur in confessione Ducis Medolani, quod omnia acquisita, & acquirenda retinet in feudum dicti Ducatus, & dicit non propterea induci translationem dominij, neque possessionis, & ex quo dominium plenum remanet penes

cõfitentem, non potest dici feudum constitutum; quia requirit, quod dominium plenum sit translatum cum possessione, & post-
13 ea vtile retrotradatur confitenti cum possessione. † Extende; quia neque potest induci ficta traditio dominij, & possessionis, vt *l.3. §. fi. ff. de donat. inter vir. & vxor.* quia cum confessio inducat fictam donationẽ, non potest ex actu ficto alia fictio causari, maxime quando titulus non est habilis ad translationem dominij; communem
*14 *dicit idem Castillio. *d. cons. 4. nu. 14. ver. dicet quis.* † Extende; quia si ego confiteor rem meam esse tuam, licet in dubio probetur dominium esse tuum; tamen non inducitur donatio, & potest probari
15 contrarium. Cast. *cons. 297. Certe si dictus, nu. 2. lib. 2.* † Extende in eo, qui recognoscit in feudum à Principe rem suam liberam; quia nõ perdit ius suum, vt efficiatur feudalis ex sola confessione. Ale. *cons.*
16 *136. Viso in fi. lib. 1.* † Extende; quia imo si confiteor rem meam, quæ apud te est, esse tuam, non resultat donatio efficax; quia titulus fictus, & ficta traditio non possunt hoc operari. Franc. Aretin. *consil.*
17 *14. nu. 9.* † Restringe in Ciuitate, & Ecclesia; quia si quis confitetur Castra, quæ possidet, & in futurum acquiret, & possidebit, recognoscere ab Ecclesia, vel Ciuitate, tunc efficiuntur feudalia; quia in eis est speciale, quod dominium transit sine traditione. Bald.
cons. 337. In primis viden. n. 5. ver. sed vltra. lib. 1. Boer. *decis. 211. in fi.* Castr.
cons. 11. in pri. lib. 2. vbi, quod in Ecclesia ex actu ficto transfertur do-
18 minium. † Contrarium tenet Franc. Are. *d. cons. 14. Viso, & diligenter, n. 8. ver. quinimo etiam si confessio* allegat Bar. in *l. si rem aliquam. ff. de acquir. possess.* & dicit, quod ita tenet Io. de Imol. in *c. si cautio. de fide in-*
19 *strum.* † Declara; quia in confessione tacita, quæ resultat ex præsentia & patientia, potest procedere contrarium; quia concurrerent duo specialia, quod inducatur titulus fictus, & ficta traditio, & hoc videtur clarum, vt idem Aret *d. cons. 14. nu. 8. ver. secundo quia hic*
☞ *resultat.* Vide, *Confessio in quibus non noceat confitenti. Conclus. 647.*

Confessio debitoris non probat contra alios creditores. Conclusio.

☞ VIDE Mascard. *Conclus. 372. Confessio debitoris.* Vide, *Confessio inter personas prohibitas. conclus. 658. num. 7. & seq.*

Confessio suspecta ex quibus conualidetur. Concl. 660.

1 CONFESSIO † quælibet etiam debilis, & suspecta roboratur, & validatur, quando ad eandem concurrunt coniecturæ, & indicia. Alex. *cons. 18. Consideratis per totum. lib. 3.* Deci *cons. 96. col. 2. vers.*
2 *secundo principaliter.* † Extende; quia confessio facta absente parte, quæ non probat extra iudicium, probabit, si concurrant coniecturæ, vel instrumentorum, vel testium, vel aliæ præsumptiones. Feli.
☞ in *c. olim. in 8. limit. de rescript.* Vide, *Coniecturæ admittuntur in actu dubio, & contra præsumptionem. Concl. 733.* Vide plenius, *Præsumptio operatur multa. Concl 634.* Vide, *Probatio per coniecturas quando, & in quibus sufficiat. Conclus. 795.*

Confessio tacita oritur ex multis. Conclus. 661.

1 CONFESSIO † tacita oritur ex productione iurium, vel instrumentorum, vt producens fateatur omnia contenta in scriptura producta esse vera. Innoc. in *c. cum venerabilis, col. 2. ver. Imo idem videtur, de except.* Bald. in *l. si quis testibus. num. 2. ver. sed nunquid. C. de testib.*
Lap. *allegat. 120. in pri. ver. in eo enim,* late Deci in *c. cum super, nu. 5. col. 2.*
2 *ver. ex supradicto notabili, de offi. deleg.* † Extende, vt faciens generaliter quæcunq; actum videatur se subiicere legibus loquentibus de il-
3 lo actu. Deci. in *d. c. cum super, de offic. deleg. n. 4.* † Amplia, vt procedat etiam circa officium, vel legalitatem personę, vt producens instrumẽtum certi Notarij fateatur talem esse Notarium legalem. Bald.
4 in *d. l. si quis testib. in pri. ver. ista faciunt. C. de testib.* † Amplia, vt producens instrumentum si declaret velle eo vti, videatur etiam confiteri, quod si reperiatur falsum, voluit eo vti etiam falso, & hoc, quando fecit declarationem ad instantiam partis aduersæ dicentis, quod volebat arguere de falso. Lap. *d. alleg. 120. Quæro, pone, per totam.* vbi, quod talis declaratio debet fieri pure, & non sub condi-
5 tione. † Amplia in cedente liti, qui tacite fatetur non habere ius.
6 Bald. in *l. si aduersarius, in pri. C. de fid. instr.* † Amplia in eo, qui renunciat vsui instrumenti, vel testium, qui arguuntur de falso, quia tacite fatetur falsitatem. Bald. *d. l. si aduersarius. C. de fid. instr. in pr.* Specul.
in tit. de instr. editio. §. videndum restat, ver. quod si velis, num. 3. Lap. *d. alleg. 120. nu. 4. ver. secus secundum eum,* imo Lap. *d. alleg. 120.* tenet, quod ex sola responsione dubia, vel conditionali producentis oriatur tacita confessio, quod sit falsum instrumẽtum, vel suspectum. † Hanc
7 ampliationem limita & declara non procedere, si renunciatio vsui fiat, antequam pars aduersa opponat de falso; quia non censetur fateri. Bald. *d. l. si aduersarius, n. 4. ver. sed quid si non. C. de fid. instr.* † Amplia generaliter in omni actu, quem quis facit, quia censetur cõfiteri omnia requisita ad illum actum. Ale. *cons. 17. lib. 3 in pr.* Deci. in
c. cum super Abbatia, in 3. not ab. n. 4. de offi. deleg. † Amplia in eo, qui ponit, seu dat positiones, quia censetur fateri omnia contenta in suis positionibus, *c. cum in positionibus. de iurei. lib. 6.* Lap. *d. alleg. 120. in pri. ver. in eo enim.* Io. Monach. & Io. And. in *c. si. de iureiur. in 6.* Abb. post
Anton. de Butr. in *c. si de confess.* Alex. *cons. 71 nu. 4 lib. 3.* † Restringe; 10
quia capitulans non censetur fateri contenta in capitulis. Alexan.
cons. 80. nu. 10. & seq. lib. 2. & cons. 133 Viso processu, n. 4. lib. 1. & est ratio; quia nihil ponit pro certo, sed dicit velle probare, & hoc procedit maxime, quando adest clausula, *& prout testes deposuerint.* Abb. post
Butr. in *c. si. de confess.* † Amplia in eo, qui contrahit cum aliquo tan- 11
quam hærede; quia fatetur illum hæredem. Alex. *d. cons. 17. in pr. lib.*
3. Dec. *d. c. cum super, n. 4. de offi. deleg.* vbi ampliat. † Restringe; quia re- 12
cipiens canonem tanquam ab emphyteuta non censetur fateri sol uentem esse emphyteutam Bald. in *l. non idcirco. C. de iuris & facti ignor.* & idem in Abbate recipiente ad osculum pacis aliquem tan- 13
quam monachum; quia non censetur fateri eum monachũ. † Declara restrictionem, vt procedat solum, quando constat de errore, alias secus, ita Deci. in *d. c. cum super. de offi. deleg. n. 4.* vbi, quod male
loquutus est Bald. † Amplia; quia actor dicitur confiteri omnia 14
contenta in suo libello, *l. cum precum. C. de liber. causa. l. 2.* & ibi Doct.
C. de inst. & substit. † Extende in reo; qa censetur fateri omnia cõtenta 15
in suis exceptionibus. Ang. *cons. 194.* † Amplia in eo, qui ꝓmittit a- 16
liquid dare, vel tradere; quia in consequentiam fatetur rem ipsam possidere, vel in facultate sua habere. Alex. *cons. 222. Visa facti, nu. 14.*
ver. non obstat, lib. 2. † Extende in eo, qui offert se paratum aliquid 17
consignare. Alex. *d. cons. 222. n. 15. in fi. ver. nec obstat, lib. 2.* † Restringe, 18
vt non procedat, quando quis consentit, quod suus aduersarius habeat; quia tunc non potest fieri illatio, quod ex illis verbis consentiens ipse habeat penes se. Alex. *d. cons. 222. n. 14. & 15 ver. non obstat, lib. 2.* † Amplia in eo, qui petit absolui ab excomunicatione, vel 19
delicto; quia fatetur delictum. Vide Masc. *Concl. 13.* vbi citat pro v- ☞
traque, declarat fateri delictum, si petit in iudicio, vel solemniter, alias secus. † Limita in eo, qui litigauit cum aliquo tanquam pro- 20
curatore, quia nihilominus poterit opponere de nullitate mandati, & quod non sit talis; quia istud non dependet à potestate appro bantis, qui non potest facere procuratorem eum, qui non est. Bar.
in *l. licet, in prin. num. 2. C. de procur.* latius Ale. *cons. 72. nu. 3. ver. plus dicit, lib. 3.* sequitur Deci. in *d. c. cum super. n. 4. ver. secundo limitatur, de offi. deleg.* vbi facit hoc regulare in omni actu non dependente à potestate partis, quæ facit illum actum. † Declara limitationem, vt non ꝓ 21
cedat, quando mandatum esset productum, & vigore dicti mandati esset litigatum cum tali tanquam procuratore, vel si super legitimo mandato esset interloquutum per iudicem; quia tunc non potest amplius opponi de mandato. Alex *d. cons. 72. n. 3. & 4. ver. tamen nisi sit cognitum, lib. 3.* † Limita vbicunq; is, qui fecit actum talẽ, 22
doceret de errore; quia audiretur, nam talis confessio resultans ex actu facto admittit probationem in contrarium. Deci. *in c. cum super, n. 4. ver. saluari tamen potest.* † Limita in eo, qui transigit super cri- 23
mine transigibili; quia non fatetur delictum; secus si fiat super crimine non transigibili. plene Ant. Gab. *lib. 7. de crimin. Concl. 23. transigens super crimine,* vbi ampliat & limitat multis modis.

Confessio vnius quando prosit, vel noceat alteri. Concl. 662.

CONFESSIO † vnius ex correis facta ad probandam veritatem 1
contractus, quod non sit simulatus, probat, & nocet alteri correo neganti etiam ad obligandum. *l. fi. C. de duobus reis.* Bald. *cons.*
389. *Factum tale est. quidam. lib. 4.* Vide plenius, *Res inter alios acta tertio* ☞
non præiudicat. Concl. 264. † Et quod cõfessio etiam de recepto facta 2
per vnum ex reis credendi ꝓiudicet alteri socio correo credendi. Affli. *dec. 94.* allegat Bart. in *l. ex duob. ff. de duob. reis. ver. 8. quæro.* † De- 3
clara; quia valet confessio correi solum ad effectum ꝓbandę interruptionis præscriptionis, non ad alium finem. Bald. *cons. 43. Quidã*
Ser. Cechus, n. 2. lib. 5. vbi, quod ita debet intelligi *l. fin. C. de duobus reis,* & dicit, ꝙ non obstante confessione vnius correi, alter, qui negat, si non fit probatio contra eũ, debet absolui. † Amplia, quia cõfes- 4
sio filij nocet patri, & confessio serui nocet domino in causa noxali, *l. 1. ff. si ex noxali causa agatur.* vbi gl. & Doct. Ant. de But. *cons. 5. in pr.*
& in fi. ver. nec obstat. Vide, *Confessio serui. vel monachi quando præiudicet* ☞
domino, vel Monasterio. Concl 666. † Amplia in confessione fideiusso- 5
ris circa recognitionem bonæ fidei; ꝙ nocet principali debitori, ex quo censetur habuisse mandatum ab eo. Bald. *d. cons. 43. n. 1. vers.*
non obstat lex, lib. 5. † Amplia; quia valet argumentum de iudicio 6
ad con-

ad confessionem, ideo sicuti iudicium factum contra hæredem nocet legatarijs: ita confessio. Ant de Butr. *d. consil. 5. in princ. versic. item iudicium*, sed intelligas, quando confessio non est voluntaria; quia alias aperiretur via fraudibus, vt ipse Ant. de Butr. *d. cons. 5. n. 2. ver. contra puto.* † Amplia in tutore, cuius confessio circa ea, quæ respiciut bonam fidem, nocet pupillo. Bald. *d. cons. 43. n. 1. ver. item non obstat. lib. 5.* Vide, *Confessio Prælati, & administratoris quando præiudicet Ecclesiæ, & pupillo, vel non. Concluſ. 669.* † Amplia; quia confessio creditoris, quod sibi sit satisfactum à fideiussore, probat, & nocet principali debitori, vt contra eum fideiussor agere possit. Alex. *cons. 90. col. 2. lib. 3.* late Marſ. *in Rubr. de fideiuſſ. q. 35. num. 265* pro qua opinione Barto. *cons. 160. Titius permisit, lib. 1.* Cast. & Alex. *in l. duobus, §. 1. ff. de iureiur.* Castr. *cons. 64. Quæritur, an fideiussor, lib. 1.* Alex. *cons. 25. Viso instrumento, col. 2. lib. 2.* Afflict. *d. decis. 90. Iterum in causa, n. 3. & decis. 94. Sunt duo. num. 3.* Dec. *in l. 2. §. creditum. ff. si certum pet.* late Tiraq. *de retr. §. 1. gl. 18. n. 83.* Contrarium, & disputatiue Iaſ. *in l. qui iurasse, §. 2. ff. de iurciur.* Amplia; quia † confessio tertij in antiquis, q̃ Castrum sit allodiale, probat plene in præiudiciũ alterius, si concurrat verisimilitudo. Crauet. *consil. 615. num. 17.* † Amplia; quia confessio puellæ repertę in stupro, quæ dicit prius matrimonium cõtraxisse cum eo, cum quo reperta est, excusat ambos à pœna stupri. Bald. *in l. 1. in vlt. col. C. de confeſſ. & in l. 1. C. de collusio. detegen. & in l quicunque in prin. C. de seruis fugit.* † Restringe, quando coniecturæ essent in contrarium. Alex. *cons. 1. lib. 3.* Vide Mascard. *Concluſ. 386. Confessio vnius*, vbi ponit hanc regulam, ampliat, etiam si confitens esset omni exceptione maior, limitat, si partes ita conuenissent de stando tali confessioni. † Limita; quia confessio principalis ad augendã obligationem fideiussoris non nocet fideiussori. Bald. *d. consil. 43. lib. 5. per totum.* † Et quod confessio principalis post contractam fideiussionem non noceat fideiussori. Cyn. & Bald. *in l. tam mandatori, in pen. q. C. de non numer. pecun.* Bald. *consil. 49. Quidam Ser Ceccus, libr. 5.* Bart. *in l. fideiussor, §. in fideiussorem, ver. ex hoc not. ff. qui satisd. cogan.* Vide multa similia infra, *Confessio authoris. Concl. 663.* † Extende; quia confessio debitoris, vel contumacia debitoris non nocet fideiussori. Bart. per illum tex. *in l. fi. ff. de fideiuſſ.* vbi Alber. *n. 3.* qui dicit, q̃ absurdum esset, quod posset præiudicare. Vide, *Contumacia delinquentis quando probet delictum, vel non. Concluſ. 1020.* † Extende maxime ad fauorem ipsius principalis confitentis, veluti si pro Titio datiario quis fideiubeat soluere, quicquid occasione datij Titius debebit; quia non tenetur fideiussor versus Titium de eo, quod dicit, & confitetur se teneri sibimet. Bald. *d. consil. 43.* vbi est casus, *lib. 5.* † Extende; quia confessio principalis debitoris non nocet intercessori, & fideiussori contractus, maxime, quando principalis est pauper. Bald. post Cyn. & alios *in d. l. tam mandatori, C. de non num. pecun.* † Restringe in fideiussore de iudicato soluendo, vel iudicio sisti relatiue. Bald. *d. cons. 43. lib. 5.* vbi se remittit ad not. *in l. 1. ff. iud. solui, & in l. fi. C. de vsur. rei iud.* † Limita; quia cõfessio delicti facta per principalem non nocet fideiussori, quoad pœnam conuentionalem, puta facta pace inter plures datis fideiussoribus vnus fregit pacem, sed aliter non constat, nisi per confessionem delinquentis, talis confessio nõ probat contra fideiussores: quia requiritur vera probatio delicti. Bart. *in l. is qui rem. §. si tu Titium, ver. vltimo existo tex. ff. de furt.* Fel. *in c. sicut. col. 2. ver. secundo limita, de homic.* allegat Bald *consil. 35. De accessorio delicto, lib. 5.* qui notabiliter loquitur, confessionem delinquentis non inferre præiudicium alijs. faciũt not. per Bar. *in l. denũciasse. §. fi. ff. de adult. & in auth. nouo iure. C. de pœn. iudic.* † Limita; quia regula est, quod confessio vnius alteri non præiudicat, *l. Seia mancipia ff. ad Velleia.* Castr. *consil. 426. Ponitur in facto, in princ. lib. 2.* vbi, quod non probat confessio vasalli, quod feudum esset deuolutum in præiudicium agnatorum, quãdo fecit se inuestiri tanquam de deuoluto in præiudicium agnatorum. Bald. *consil. 497. De acceſſ. delicto lib. 1.* sequitur Alex. *in apostil. ad Bart. in l. si is, qui rem, §. si in Titium. ff. de furt. & cons. 46. lib. 5.* Aret. *cons. 51.* Afflict. *Dec. 150. num. 36.* † Extende; quia confessio vnius ex debitoribus non nocet aliis. Alex. *cons. 176. colum. 1. volum. 6. l. 1. & 2. C. quibus res iud. non nocet.* † Extende; quia in actibus volũtariis confessio vnius non præiudicat tertio, etiam si sciat: quia adhoc, vt iudicium præiudicet tertio, debet tertius sciuisse totum processum, & non cõtraxisse; sic & confessio voluntaria nõ præiudicat. Ant. de Butr. *cõsil. 5. n. 2. ver. contra puto.* † Extende; quia confessio hæredis non præiudicat legatarijs, q̃ non præiudicat hæredi, puta, quia confecit inuentarium, *l. si partem, in fin. ff. quemad. seruit. amitt.* Ant. de Butr. *cõs. 5. ver. item ex quo.* vbi, quod neq; confessio vẽditoris nocet emptori, neq; confessio cedentis nocet cessionario, q̃ cessio non est ad commodum cedẽtis. † Extende; quia confessio coniugum prætẽsorum, quod contraxerint matrimonium, licet eis noceat; non tamẽ nocet tertio, qui prius contraxisse matrimonium prætendit, & saltem leuem facit præsumptionem. Franc. Aretin. *cons. 13. Viso diligenter, numer. 9. ver. de confessione.* † Extende; quia qui confitetur aliquid ad sui commodum vel vbi potest habere affectionem ad rem, non præiudicat tertio. Alexand. *consil. 109. Viso processu, num. 7. ver. quia respondeo, libr. 5. cum seq.* † Limita; quia confessio simplex debitoris non præiudicat aliis creditoribus, nisi vere probetur debitum Bar. *in l. repetita. ff. de fide instrum.* per tex. *in l. si superatus. ff. de pigno.* Franc. Aretin. *d. cons. 13. Viso diligenter, n. 9. ver. de confessione.* † Extende, maxime quando confessio debitoris noceret creditori, vt quia diceret debitor, se prius cum alio contraxisse. Franc. Aretin. *d. consil. 13. num. 9. ver. de confessione.* † Extende; quia imo confessio debitoris asserentis se debitorem alterius de præterito, non præiudicat etiam futuris creditoribus; quia insurgit suspicio simulationis, & fraudis, glos. *in auth. sed iam neceſſe. C. de donatio. ante nupt. in ver. suspicio.* quam sequitur Aretin. *in §. fuerat, ver. venio ad secundum. Instit. de actio.* vbi, quod saltem procedit gloss. quãdo apparent aliquæ cõiecturæ fraudis, per tex. *in l sed si maritus, §. fin. in fin. ff. qui, & à quibus.* Cor. *cons. 183. Licet colum. 2. lib. 3.* vbi extollit gloss. & eam sequitur, & aliquid per Alex. *consil. 142. lib. 5.* † Limita; quia fideicommissarius si approbat donationem nullam confitẽdo validam, sibi præiudicat, donec possidet fideicommissum, sed post eius mortem confessio & approbatio fideicommissarij grauati non nocet alijs, quibus faciẽda est restitutio. Castr. *cons. 444. Præmittendum in princ. ver. videndum est ergo. lib. 2.* † Limita; quia confessio patris confitentis se debitorem alterius in magna quantitate, non præiudicat filio quoad legitimam, nisi ostendatur de vera numeratione. Bart. *in l. cum quis, §. codicillis. ff. de leg. 3.* Anto. de Butr, *in c. pen. de re iud.* Alex. *in l. sepe. ad fin. ff. eod.* Socin. *cons. 294. Viso. volum. 2.* Alex. *d. cons. 142. lib. 5.* vbi dicit, quod licet Bart. loquatur in confessione facta in vltima volũtate; idem tamen est in confessione inter viuos & in contractu, secundum Bart. *in l. qui testamento, de probat.* Alex. *consil. 18. colum. 2. & 3. lib. 3.* vbi, an adsit differẽtia, si inter viuos, vel in vltima voluntate, & quoad reuocationem, vel non reuocationem, an sit differẽtia, an sit in vltima volũtate, vel contractu, quod sic Rom. *consil 1. 1.* Alex. *consil. 109. Viso processu. numer. 7. libr. 5.* Vide plenius *in ver. Legitima non potest minui per fraudem parentum. Concluſ. 188. num. 1. & seqq. & numer. 36. & seq.* † Extende, etiam si sit iurata, & inter personas prohibitas, prout si maritus confitetur se debitorem vxoris. Angel. *consil. 81. colum. 1.* Alexand. *consil. 18. colum. 2. & 3. lib. 3.* † Limita; quia confessio matris non præiudicat filio, si dicat conceptum ex adulterio. Mascard. *Concluſio 366. Confeſſioni matris.* Vide plenius, *Filiatio ex quibus probetur legitima, vel non. Concluſ. 345. num. 3. & seq.*

Confessio auctoris quando noceat successori, vel non. Concluſ. 663.

CONFESSIO † auctoris præiudicat successori; quia successor, & habens causam ab eo vtitur eodem iure. *l. si superatus. ff. de pignor.* quod intellige, quando confessio præcessit ius successoris, alias secus, vt per Bald. *consil. 364. Tribus rationibus, circa fin. ver. tertio, quia, libr. 2.* concord. Cuma. *consil. 30. Statuto cauetur, in fin, ver. circa vltimum.* vbi loquitur in confessione venditoris. Socin. *consil. 82. num. 3. vol. 3.* Parif. *cons. 19. num. 59. lib. 3.* Afflict. *decis. 163. in fin.* Cuma. *cons. 155. numer. 4. ver. ad id autem.* Crauet. *consil. 482. Casus proponitur num. 5. libr. 3.* & idem in singulari successore, Crauet. *cons. 507. nu. 33. & cons. 217. num. 7.* & plenius *cons. 29. in princip. & cons. 434. nume. 9. & seq.* † Extende, siue successor singularis sit immediatus, siue etiam mediatus. Crauet. *d. cõs. 507. n. 4. lib. 3.* † Amplia, vt procedat etiam in confessione receptionis debiti; quia sicuti præiudicat cõfitenti in causa depositi, etiam si non constet de vera solutione, ita etiam præiudicat habẽti causam ab ipso confitẽte. Bald. *d. cons. 364. Tribus rationibus, circa med. ver. & si dicatur, lib. 2.* † Amplia, etiam si cõfessio sit per verba enuntiatiua; quia in quibus casibus verba enunciatiua nocent contrahentibus, eisdẽ casibus nocent successoribus vniuersalibus, & singularibus, plene Crauet. *cons. 29. in princ.* vbi, quod non debent successores esse melioris conditionis, quam author, & idem repetit *d. cons 217. num. 7.* apostil. ad Alex. *cons. 112. in prin. lib. 6.* & infra, *num. 17. & seqq.* Vide, *Confessio enunciatiua, & incidenter facta quando disponat, & præiudicet, vel non. Concluſ. 652.* Vide, *Verba enunciatiua quæ dicantur, & non probant enunciata, & quãdo seeus. Concluſ. 81.* † Et procedit multo magis in obligatione, confessione & recognitione; quia omnes habentes causam obligantur. Crauet. *cons. 434. num. 9. & seq.* vbi citat concord. † Ampliatur, etiam quod confessio auctoris asserentis hodie contractum fuisse per procuratorem suum dolose celebratum, præiudicat singulari successori habẽti causam titulo lucratiuo ab ipso confitente saltẽ

præsumptiue. Anchar. *cons.*18. *In quæstione, quæ vertitur, num.*7. *ver. vi-*
7 *dendum est igitur.* † Amplia in confessione hæredis confitentis rem esse hæreditariam; quia præiudicat emptori post confessionem.
8 Cuma. *cons.*3. *in fin. ver. circa vltimum.* † Amplia; quia confessio testatoris nocet legatario, & hæredi. Cuma. *cons.*155. *num.*4. *ver. ad*
9 *id autem.* † Declara; nisi esset in præiudicium filii; quia testator confitendo non potest filio præiudicare, alias esset aperta via pa-
10 rentibus fraudandi. Cuma *cons.*104. *Antonius Saulas, num.*2. † Extende; quia confessio testatoris præiudicat hæredi. Crauet. *cõs.* 125.
11 *num.*2. † Amplia in probatione, sententia, confessione, & similibus; quia quod dicitur factum auctoris nocere successori, intelligitur, si probatio, confessio, vel sententia ante venditionem erant latæ & factæ, alias secus. Dynus. *cons.*4. *Quæstio talis est, Titius. num.*7,
12 *ver. circa secundum*, vsque *in fin.* Vide, *Sententia non præiudicat non cita-*
*to, & quando secus. Concl.*575. † Extende; quia sententia lata in reali nocet in singulari successori habenti ius post sententiam; ideo illi nocet sententia, & acta. Roman. *cons.*311. *In causa propositæ consulta-*
13 *tionis, num.*5. *ver. quo ad secundum.* † Amplia; quia confessio auctoris præcedens alienationẽ nocet singulari successori, & tertio, Aret. *cons.*36. *Casus talis. num.*3. *ver. secundo dico.* Ratio est; quia non debet successor esse melioris conditionis. Ruin. *cons.*40. *Pro solutione. nu.*
4. *lib.*4. Ioan. And *in additio. ad Specul. tit. de teste in* §. *nunc tractemus, in apostil magna*, vbi late Bart. *in l. si superatus. in fi. ff. de pignor.* qui videtur velle hoc procedere, quando singularis successor sciuit, vel ante venditionem eo ignorante factæ sunt probationes cum d. bitore, & *in l. si ate.* §. *si. ff. de except. rei iud.* Socin. *cons.*89. *num.*16. & 17. *lib.*1. & *cons.*11. *in princ. lib.*3. late Crauet. *cons.*29. qui alios allegat *in princ.* Aret. *cons.*12. *in fin. ver. de successore singulari*, vbi loquitur in confessione. Cuma. *consil.*115. *numer.*4. *ver. ad id autem.* Ioan. de Imol. *consil.*
14 40. Crauet. *consil.*217. *numer.*7. † Extende, maxime in diuisione facta inter plures. Ruin. *d. cons.*40. *Pro solutione, numer.*4. & *seq. lib.*4.
15 Et † generaliter, quod confessio auctoris præiudicet singulari successori, & contra eum probet. Bald. *consil.*338. *Vnum est, volum.*3. Cuma. *d. cons.*155. *Antognolus, colum.*4. *in primo dubio.* Castr. *in l. Seia, in princ. ff. ad Velleia.* Bart & Castr. *in l. facta.* §. *fin. ff. ad Trebell.* Socin. *cons.*
16 82. *Prima conclusio, col. fin. 2. lib.*3. † Declara aliqualiter ex iis, quę possunt elici ex Felin. *in c. causam, il primo, de testibus.* per discursum. † Ex-
17 tende, vt procedat, etiam si verba auctoris sint enunciatiue prolata, dummodo confessionem importent; quia pariunt eundem effectum contra singulares successores. Socin. *consil.*11. *colum.*1. & *consil.*13. *colum.*2. *ver.* & *illa probatio.* & *consil.*82. *lib.*3. Aret. *d. consil.*112. *Consideratis, circa fin. ver. de successore etiam singulari*, vide supra *num.*4.
18 & *seq.* † Extende, etiam si actus geratur post venditionem factam, & sic confessio facta sit sub conditione, vel in diem, veluti si venditor esset obligatus pro pace, & rumpatur post venditionem, talis confessio probata ante venditionem afficit. Ioan. Andr. *in d. ad-*
19 *dit. ad Specul. de teste.* §. *nunc tractemus in apostil. magna, circa fin.* † Extende in matrimonio; quia cõfessio facta in materia matrimonii primi ante secundum præiudicat confitenti, & habenti causam ab
20 eo. Crau. *cons.*482. *num.*5. † Extende idem in sententia lata contra debitorem, vt non noceat creditori debitoris, si est lata ante creditum, vel post, creditore sciente, & non in meram contumaci-
21 ám. Bartol. *in d. l. si superatus. ff. de pign.* † Extende in laudo lato, vel homologatione illius facta per auctorem ante alienationẽ; quia semper nocet singulari successori, vt plus iuris non consequatur,
22 quam haberet auctor. Ioan. de Imola *consil.*40. *per totum.* † Extende in locatione, quæ sicuti probat contra colonum, & contra locatorem, ita etiam contra singulares successores. Socin. *d. consil.*11. *in princ. lib.*3. Tiraquel. *de constitut. in* 3 *parte, prima limit. num.*22. & *seq.* Bertrand. *consil.*318. *lib.*4. & *consil.*58. *lib.*5. Mazolius *consil.*107. *nu.*79. Socin. *cons.*89. *In causa agitata, numer.*16. & 17. *lib.*1. Crauet. *cons.*157.
23 *in princ.* † Declara, vt procedat, quando ageretur personali, vel remedio *l. si quis conductionis*, C. *locati.* sed ista remedia non possunt competere contra singularem successorem; ergo, &c. ita Alexand.
24 qui videtur contrarium velle *consil.*12. *per totum, lib.*4. † Extende in constituto. late Tiraqu. *de constit. parte* 1. *numer.*54. *vsque ad num.*68. Gozad. *consil.*42. *numer.*3. *ver. quarto allegatur.* & *numer.*12. 15. & *seq.* Roman. *consil.*189. *numer.*9. vbi Mandos. Alexand. *consil.*85. *num.*2.
* *lib.*6. vbi apostil. Afflict. *decis.*139. & est communis, * vt per Menoch. *in* 14. *remed. recuper. num.*18. vbi, quod exequi potest non facta excussione contra tertium habentem causam à constituente au-
25 ctore. † Extende in scriptura priuata recognita; quia probat contra scribentem, & habentes causam ab eo, dummodo sit scripta, & recognita ante alienationem factam in successorem, alias secus.
26 Crauet. *de antiq. tempo.* 1. *parte, q.*5. *num.*15. & 16. † Declara, nisi esset antiqua, & haberet enunciationem præcisam, quod sit scriptura talis, vel quando esset mortuus scribens de antiquo. Crauet. *con-*

*sil.*158. † Extende in verbis enunciatiuis, & probatione in anti- 27
quis, quę sicuti admittitur contra enunciantem, ita & contra singularem successorem. Crauet. *d. tract. de antiq. tem.*1. *parte, q.*4. *num.*
22. & *seq.* † Extende in omni alia probatione facta contra auctorem, vt noceat singulari successori, quando est facta ante cessionem, vel ante ius successoris. Crauet. *d. tract.*1. *parte, quæst.*4. *nu.*23. & *seq.* Restringe † in casu *l. ex qua persona. ff. de reg. iur.* quia procedit so- 29
lũ in successore singulari ex causa lucratiua; secus si ex causa onerosa. Alex. *cons.*12. *colum.*1. *in fin. ver. nec etiam obstat, lib.*4. † Restrin- 30
ge in casu *l. qui in ius alterius. ff. de reg. iur.* quia procedit solum quãdo vult vti iure, & titulo auctoris. Alex. *d. consil.*12. *colum.*2. *in fin. ver.*
*nec etiam obstat, lib.*4. † Restringe, dummodo confessio sit perfe- 31
cta, vel vocato illo emptore facta. Ioan. And. *in addit. ad Specul. tit.*
de teste. §. *nunc tractemus, in ver. sed de ys*, vbi, quod testes recepti ad æternam memoriam super pace nõ debent nocere singulari successori nõ vocato, qui emit post tales testes. † Imo, quod instrumen- 32
tum, quamuis dicatur probatio probata, si non est productam ante venditionem, nõ noceant confessata in eo singulari successori, tenuit Socin. *consil.*226. *nu.*2. *ver. ex quibus etiam, lib.*2. † Cõtrarium in 33
instrumẽto idem Soc. *cons.*89. *numer.*16. & 17. *lib.*2. secus in probatione testium, vel alia probatione non perfecta. † Et quod con- 34
fessio vẽditoris non noceat emptori. Ant. de Butr. *consil.*5. *ver. item exequatio*, quod intellige, si post venditionem fiat, vt ibi colligitur.
Restringe † in actione personali; quia nõ afficit singularem suc- 35
cessorem. tex. *in l.* 1. §. *si hæres percepto*, vbi Ias. *ff. ad Trebell. numer.*3. & *seq.* & plenius *in l. quædam.* §. *nihil interest, numer.*6. & 7. *ff. de eden.* Alex.
*d. cons.*12. *Circa med. ver. nec contrarium dicunt, lib.*4. vbi, quod non datur actio personalis cõtra singularem successorem, sed cõtra vniuersalem. Declara; † nisi in subsidium; quia subsidiaria actio per- 36
sonalis transit cõtra possessorem, vt Ias. *in d.* §. *si hæres percepto. num.*
8. *ff. ad Trebel.* † Imo etiam actio personalis contracta habito re- 37
spectu ad rem trãseuntem ad singularem successorem transit cõtra singularem successorem. Ias. *d. l. quædam.* §. *nisi. l. interest, numer.*7.
ver. quarto pondera. ff. de eden. † Restringe, vt non procedat, quando 38
sunt successores singulares immediati in casu malæ fidei, quia licet mala fides auctoris noceat singulari successori; tamẽ intelligitur de immediato. Bar. *in l. Pomponius. ff. de acquir. possess.* §. 1. *num.*2. vbi
Alex. *num.*10. Ias. & cęteri. Ruin. *consil.*109. *numer.*26. *lib.*2. Vide plenius, *Mala fides defuncti, vel auctoris quando noceat hæredi, & successori,*
*vel non. Conclus.*22. † Idem in actione Publiciana, seu interdicto 39
quorum bonorum, quæ actiones nõ dantur contra titulo possidentem, nisi quãdo habet titulum ab eo, qui dare nõ potest; quia licet detur cõtra singularem successorem immediatum; non tamen datur contra habẽtem multa media, vt tollatur infinitas. late Hier. Gabriel. *cons.*31. *numer.*3. † Contrarium videtur tenere 40
Mazol. *dict. cons.*107. *in fin. ver. non omitto.* quia successor singularis est ille, etiam ad quem per mille manus res peruenit, idem tenet Ias. *in l. si quis filiumfam.* §. *in omni, numer.*5. *de acquir. hered.* † Amplia; 41
quia confessio authoris, quod bona sint supposita fideicommisso, nocet successori, ita vt nõ possit probare cõtrarium. Dec. *cons.*516.
*numer.*21. quem sequitur plures allegãdo Decian. *cons.*44. *num.*76.
& *seq. lib.*3. Extende † idem in cõfessione auctoris super interpre- 42
tatione fideicommissi, quia nocet successoribus. Decian. *d. cons.*44.
*num.*78. *libr.*3. plene Paris. *cons.*26. *num.*54. & 55. *lib.*2. † Restringe, 43
nisi præiudicaretur ex tali cõfessione filijs in legitima. *decis. Pedemont.*172. *num.*12. & *seq.* Vide, *Legitima non potest minui per fraudem*
*parentum. Conclusio.*188. *num.*36. & *seq.* † Amplia; quia sententia su- 44
per seruitute, vel alias data cõtra auctorem, & exequutio contra eum commissa præiudicat singulari successori. Vide, *Sententia lata*
*contra vnum quando alteri præiudicet, vel non. Conclus.*174. † Limita; 45
quia confessio auctoris mei nõ nocet mihi, postquam habui causam ab eo. Castr. *consil.*337. *in princ. lib.*2. Ruin. *cons.*92. *Præmittendum*
*est, num.*6. & *seq. lib.*1. facit tradita per Castr. *cons.*428. *Visis, num.*
6. *lib.*1. † Item in fideiussore; quia cõfessio principalis post cõtra- 46
ctam obligationem nõ nocet fideiussori. Bart. *in l. fideiussor.* §. *in fi-*
deiussorem, ver. ex hoc not. ff. qui satisd. cogan. † Idem quia non præiu- 47
dicat cessionario post cessionem secũdum magis * communem, *
de qua Alex. *cons.*46. *Circa primam, col.*2. *in princ. lib.*5. Vide infra *nu-*
*mer.*53. & *seq.* Idem † in debitore, qui post cõtractum æs alienum 48
confitetur; quia non præiudicat anterioribus creditoribus. Bart.
in l. ex post. ff. de fide instr. Aret. *cons.*13. *Viso diligenter, colum.*5. *in princip.*
Castr. *cons.*134. *In causa, in princ. lib.*1. † Item in donante; quia si post 49
donationem cõfiteatur bona sua obligasse alteri, cui illa tradidit, & quod obligatio fuerit ante donationem, nõ præiudicat donatario, ne per indirectum possit reuocare donationem in præiudicium donatarij. Cast. *cons.*337. *Si prima duo per totum lib.*2. Vide, supra
hac Conclusione, *n.*11. & *seq.* † Limita; quia dominii quæstionem 50

potest

Potest inferre habens causam ab alio multis casibus, vt per Crau.
51 *cons.411.n.58.& seq.* † Limita, vt supra, *Confessio quando non transeat ad*
52 *haeredes. Concl.654.* † Limita; quia confessio, seu ratihabitio facta per minorem de cõtractu nullo, q̃ res sit feudalis, non nocet emptori, etiã si esset tacita, eo quod minor factus sit maior, &c. quia no-
53 cet sibi, non tertio. Alex. *cons.129. Ponderatis, in fi. lib.1.* † Limita, quia confessio cedentis non nocet cessionario post ius quæsitum cessionario, *l. si cum emptore. ff. de pact.* late Bero. *cons.187.n.5. lib.1.* late Affict. *decis.163. in fin.* & Bero. *cons.153. in fi. lib.1.* Pariſ. *cons.19.n.59.& seq. lib.3.* Soc. *cons.82.n.3. lib.3.* Ant. de Butr. *cons.5. ver. item ex quo.* & ita debet intelligi Castr. *cons.110. nu.6. lib 1.& cons.134.n.2. lib.1.* Alex. *cons.*
* *46. Circa primum, n.4. ver praterea lib 5.* vbi * magis communẽ, plu-
54 res citat concord. apostil. ibi, *in ver. cessionario.* † Contrarium tenẽt multi, q̃ imo confessio cedentis no ceat semper cessionario, quos
55 citat Corn. *cons.139. Licet. nu.4. lib.3.* † Declarat plene, licet confuse idem Corn. *d. cons.139. In hac, n.4. lib.3.* videlicet, quod non nocet cessionario, q̃n cessio est ad commodum cessionarij, & non cedẽtis. Item, quando cessionarius non habet regressum aduersus ce-
* dentem, & dicit magis * communem. Item, quando non interuenit vnum de tribus, de quibus *in l.3. C. de nouatio.* item si confessio
56 est extraiudicialis, & non probat secus in casibus contrariis. † Declara, q̃n confessio cedentis esset ante cessionem; quia cessionario præiudicat. Crau. *cons.434. Abbatia Monasterij n.10.* Secus si post. Extende; †
57 quia nedum confessio cedentis facta post cessionem non nocet cessionario, sed nec confessio cessionarij primi nocet secũdo cessionario, etiam si fiat ad liberandum. Castr. *cons.79.n.2. lib.2.*
58 Extende, † idem in approbatione, & ratificatione facta per cedẽtem post cessionem; quia non præiudicat cessionario. Ang. Aret.
59 *cons.92 In casu supra dicto, n.44. ver. vel.2.* † Extende; quia confessio cedentis non nocet cessionario, quando fit ad beneficium cessio-
* narij, & non cedentis, magis * communem dicit Corn. *d. cons.139.*
60 *Licet in hac, lib.3.n.4.* † Extende limitationem ad confessionem socij finita societate; quia nõ præiudicat. Bero. *cons.153 in fi lib.1.* Alex. *cons.46 Circa primum, n.3.& seq. ver. super secundo lib 5.* vbi reddit rationem; quia non daretur regressus contra confitentem, prout
61 quando est socius. † Extende; quia confessio venditoris facta post venditionem in præiudicium emptoris, quod res vendita sit pro medietate alterius, non nocet emptori. Alex. *consil.134. In causa &*
62 *lite, col.2. ver. ad primum reuertor. lib.2.* † Extende; quia resolutio, & annullatio contractus ex causa voluntaria debitoris non nocet creditori, vel habenti pignus: ideo donatarius qui durante tẽpore ad insinuandum dedit rem donatam in pignus suo creditori, licet postea permittat labi tempus ad insinuandum donationem, non resoluitur ius pignoris; quia ex voluntate debitoris non potest præiudicare habenti pignus, nisi interuenerit culpa creditoris. Alex *cons.119. Quoniam, num.21.& seq. ver. secundo probatur, lib.6.*
☞ Vide, *Cedens non potest præiudicare cessionario, & quando.* cõcl. 84. Vide Mascard. *Conclus.374. Confessio cedentis an probet contra cessionarium,* vbi ponit regulam negatiuam, & limitat tribus modis, quos vi-
63 deas, † Restringe limitationem, nisi constet de veritate confessionis. Angel. *consil 235. Punctus est, Albertus, col.2. in princ. ver non ob-*
64 *stat, quod post ius quæsitum.* † Restringe limitationem, nisi cedens teneretur de euictione, & esset soluendo. Crauet. *tract. de antiq.*
65 *tempo. parte 1.q.4.num.25.* late Cephal. *cons 210. lib.1.* † Restringe; quia bene potest esse testis contra cessionarium. Iaſ. *cons.28. lib.1.* apostil. ad Alex. *cons.46 in ver. cessionario, lib.5.* quæ dicit, quod non
66 potest esse testis ad fauorem cessionarij. † Restringe limitationẽ, quando cessio esset ad commodum cedentis; quia nocet cessionario. Crauet. *d. tract. part.1.q.4 n.23 ver. secundus casus.* Ant. de Butr. *consil.5. ver item ex quo.* Castr *cons.79. in fin lib.2.* apostil. ad Alex *cons.*
☞ *46 in ver. cessionario, lib.5.* Vide, *Confessio vnius quando prosit, vel noceat alteri. Conclusio proxima præced.*

Confessio furiosi non probat, neque præiudicat. Conclusio.

☞ VIDE Mascard, *Conclusio.375.* Vide plenius, *Furiosus caret consensu. Conclusio 538.*

Confessio Aduocati facta post litem contestatam scienti clientulo nocet, licet possit reuocari per principalem. Conclusio.

☞ VIDE Mascard. *Concl.381. Confessio facta per aduocatum,* vbi, quod potest reuocari etiam non docto de errore. Vide, *Aduocatus, quando inducat excusationem pro suo clientulo. Conclus.231.*

Confessio Procuratoris ad lites an & quando præiudicet dom no tanquam super connexis, & proximis mandato. Conclus. 664.

CONFESSIO † procuratoris habentis mandatum ad lites 1
an præiudicet domino tanquam connexa, vel proxima mandato. Oldrad. *cons.126. Natura, per totum,* vbi pro vtraque parte, & videtur tenere, quod non præiudicet, quod intellige, quando fit per modum voluntariæ iurisdictionis. Barbat. *consil. 18. numer. 34. & seq. libr.2.* & late distinguas, vt per Felin. *in cap.1. vt lite non contest.* & quod non præiudicet per modum voluntariæ iurisdictionis. Franc. Aretin *cons.13. Viso diligenter, colum. fin. ver. circa sextum.* † Am- 2
plia, vt nec cõfessio de recepto præiudicet domino facta per procuratorem habentem mandatum ad exigendum; quia licet videatur solutio, & exactio; tñ non est vera, sed ficta solutio, & mandatum de vera intelligitur. Feder. de Sen. *cons.53. per totum.* Vide, ☞ *Procurator ad exigendum non potest confiteri habuisse, & quando secus. Conclus.* 847. † Amplia; quia quod confessio facta in iudicio summario 3
præiudicet in ordinario inter easdem personas, fallit, si est confessio procuratoris; quia etiam inter easdem personas non probat. Fel. *in c. causam, quæ num.8. de testibus.* † Extende; quia confessio 4
procuratoris in iudicio facta ad vnum finem, non præiudicat domino in alio iudicio ad alium finem, etiam inter easdem personas. Franc. Aret *d. cons.13. colum. fi. ver. præterea ista confessio.* † Limita; 5
quia confessio procuratoris ad causas constituti in iudicio facta nocet domino, & ista est regula iuris *in l. non solum, in prin.* vbi Bart. & Doct. *ff. de procur.* late Bart. *in l. certum, §. sed an & ipsos ff. de confess.* Canonistæ *in c. fi. eod. tit. & in cap. cum causam, de appell.* late examinat Felin. *in c.1. vt lite non contest.* † Extende; vt procedat, etiam si pro- 6
curator non habeat mandatum speciale ad cõfitendum; quia nihilominus eius confessio nocet domino etiam absenti. Imol. *in c. fi. de confess.* vbi dicit, quod bene verum est, quod dominus poterit reuocare hanc confessionem procuratoris, etiam non docto de errore, quando fuit facta eo absente: & idem, quando fuit facta eo præsente, si statim reuocat, & dicit hoc tenere DD. de Rota *decis.55.* & in aliis locis, qui dicunt potius esse de stylo Curiæ Romanæ, quam de iure; quia de iure debet dominus docere de errore, vt reuocet confessionem procuratoris probando rem aliter se habere, gloss. & Bart. *in d. l. certum, § sed an & ipsos ff. de confess. & in l.1. C. eod. est decis. Aegid. Bellam. 693. in fin.* † Restringe, vt per Dec. *cons.146.* 7
nu.15.& cons.493. num.13. vbi quod ille, qui habet mandatum ad recipiendum mutuum, non potest confiteri se recepisse. † Declara; 8
quia procurator ad lites præiudicat domino in confessione contentiosa; secus in voluntaria. Bart. *in d. l. certum, § sed an & ipsos. ff. de confess.* & idem est in tutore, & Prælato, & ita communiter * tenent *
Doct. *in c.1. vt lite non contest.* vbi Abb. *num.29.* Fel. *numer.14.& seq.* Ægid. Bellam. *dec.695. per totam, & 696.* quia censetur habere mãdatum ad ea, quæ sunt necessaria. † Sed quando dicatur contentiosa iurisdictio seu confessio voluntaria, Vide, *Confessio Prælati,* 9
☞ *tutoris, vel administratoris quando præiudicet, vel non. Conclus.669.n.49. & seq.* † Limita; quia confessio procuratoris semper nocet domi- 10
no, siue habeat mandatum, siue non, quando ipse procurator successit domino; quia non potest allegare, q̃ non haberet mandatum; quia allegaret propriã turpitudinem. Bart. & cæteri *in l. Modestinus, ff. de excep.* Bald. *in l. creditores. C. de seruo pign. dato manumisso.* Vide Mascard. *Conclus.369. Confessio procuratoris,* vbi, quod regula ☞
est, quod nocet, sed dominus potest illam reuocare.

Confessio Procuratoris Fisci, & ciuitatis quando præiudicet, vel non. Conclusio 665.

CONFESSIO † Thesaurarij Principis, vel Ciuitatis, non nocet 1
Principi, vel Ciuitati. Bald. *cons.360. Conclusio facti, in fin. lib.1.* qui loquitur in ijs in quibus Thesaurarius non habebat mandatum, & *cons.l.252. Ordo rei gestæ, lib.3.* Vide, *Ciuitas qualiter obligetur ex* ☞
mutuo, & aliis similibus. Conclus.282. † Amplia; quia maxime non va- 2
let confessio ministri Principis, vel ciuitatis damnosa sine mandato, & cum fraude, veluti si minister soluit vsuras Bancario non conuentas, & præuenit in solutione in tempus successoris. Bald. *d. cons.360. libr.1. circa fin. & cons.252. lib.3. circa fin.* † Limita; quia si 3
procurator Reipublicæ confiteatur recepisse pecuniam rerum venditarum præiudicat, vel onerum debitorum, præterquam in mutuo. Mascard. *Conclus.369. Confessio procuratoris, n.10.& 11.*

Con-

Confessio pupilli, & minoris sine tutore, & curatore non præiudicat, & quando secus. Conclusio.

☞ VIDE Mascard. *Conclus.371. Confessio pupilli.* Vide plenius, *Minor quando sine curatore possit contrahere. Conclusio.252.*

Confessio serui, vel monachi, quando præiudicet domino, vel monasterio. Conclus.666.

1 CONFESSIO † serui acquirentis domino, & Monachi acquirentis Monasterio suo præiudicat domino, & Monasterio; quia confessioni eorum, quando acquirunt, stādum est. Bald. *cons.* 2 379. *Sequitur, quod anno Domini, in princ. lib.1.* † Amplia; quia etiam in causa noxali confessio filij nocet patri, & confessio serui nocet
☞ domino. Vide, *Confessio vnius quādo prosit, vel noceat alteri. Concl.662.*

Confessio patris dicentis se debitorē alicuius non præiudicat filio in legitima. Conclus.

☞ VIDE Mascard. *Conclus.364.* vbi ampliat, etiam si sit iurata, limitat concurrentibus adminiculis. Vide plenius, *Legitima non potest minui per fraudem parentum. Conclus.188.* per totam, & maxime *num.36. & seq.*

Confessio mariti ad fauorem vxoris quibus prejudicet, vel non. Conclus. 667.

1 REGVLAM ponit Couarru. *variar. resolut. cap.7. num.4. lib.1.* dotem confessatam, quæ non apparet soluta, non habere priuilegia dotis, & propterea ei, qui non est hæres mariti confitentis,
2 non præiudicare, vide plurimos, quos ibi citat pro regula. † Confessio viri ad fauorem vxoris non præiudicat alijs creditorib. mariti. *Auth de æqualitate dot. § aliud, ver. si vero non fuerit.* Salyc. *in l. si mater. C. de contrahen. empti.* Alciat. *de præsumptio. regul.3. præsumptio.26.*
3 † Et quod non præiudicet creditoribus, qui ante confessionem habebant ius in bonis mariti & sic anterioribus. Bart. & alij *in authen. sed iā necesse. C. de donat. ante nupt.* Ias. *in § fuerat. Inst. de actio.* Bald. Nouel. *in tract. de dote in 10. parte prin.* † Extende; quia confessio dotis facta per maritum constante matrimonio præsumitur facta in
4 fraudem creditorum, & propterea non præiudicat creditoribus. Alexand. *in l. diuortio, colum. fi. ff. de verb. obligat.* Socin. *cons.79. in princ.*
5 *lib.4.* † Amplia; quia confessio fratris ad fauorem alterius fratris, quando iam erat multis debitis grauatus, dicitur suspecta, vt in fraudem creditorum sit facta; ideo creditoribus non præiudicat,
6 *l. omnes, § Lucius. ff. de ijs, quæ in fraud. credit.* † Extende, quia confessio de recepto facta per debitorem non præiudicat creditoribus, nisi aliter doceatur de vera traditione, vel vera numeratione. *l. eum qui testamento. ff. de probatio. l. cum quis decedens, § Titia. ff. de leg.3.* Socin. *cōs.*
* 78. *numer.2. libr.4.* Corne. *consil.230. lib.2.* vbi dicit * communem.
7 Afflict. *decis.150. num.35.* † Contrarium, quod imo semper stetur confessioni, etiam in præiudicium tertij, quando non sumus in casibus à iure prohibitis, latissime Tiraquel. *de retract. tit.1. § 1. gloss.18. num.78. cum seqq.* Castr. *in l. qui debitorem per illum, text. ff. de nouat. & in cons. penult. quæritur, an fideiussor. lib.1.* Alexand. *in l duobus à fideiussore. ff. de iureur. & cons.167. Viso instrumento contractus, lib.2.* Am-
8 plia, quia † confessio mariti de dote constante matrimonio non præiudicat tertijs possessoribus, & promissio dotis, si non fuit exacta, non releuat; quia sufficit tantum ad cogendum maritum, vel eius hæredes ad cedendum iura, & actionem contra promittentem, & obligatum. Castr. *in l. si socer. § Lucius. ff. sol. matrim.* Bald. Nou. *in d. tract. de dote in 8. parte priuil.24.* quia bona mariti non obligantur vltra id, quod fuit exactum in præiudiciū tertij, nisi culpa
9 mariti dos esset facta nō exigibilis. Socin. *cons.82. in princ. lib.3.* † Extende; quia solutio gabellæ non releuat, nec præiudicat tertio, qui non interuenit, sed tantum confitenti, vel soluenti. Alexand.
10 *cons.58. num.3. lib.3.* † Amplia; quia confessio dotis facta per maritum constante matrimonio in testamento non inducit probationem, sed simplex legatum, & propterea non præiudicat creditoribus, Bart. & Bald. *in l.1. C. de falsa causa adiecta leg. & in l. eum quis decedens. § Titia, & in § codicillis. ff. de leg.3. & in l. Lucius. § quisquis mihi, ff.*
* *de leg.2.* late Alex. *cons.45. nu.4. lib.1.* vbi attestatur de magis * communi opinione, Barba. *cons.59. colum. penult. ver. capio aliam dubitationem, lib.2.* & vide ad prædicta Canonistas *in c. fin. ex illo text. de success. ab inteſt.* Alexand. *cons.122. Viso processu. lib.7.* vbi, quod potest petere vt legatum, & habet mulier hypothecariam, *l.1. C. commun. de leg.* Corne. *cons.146. lib.1.* Soc. *cons.61. In præsenti consultatione, col.3. lib.1.*
11 Declara; † quia confessio dotis facta in testamēto constante matrimonio animo donādi bene confirmatur mortc. Alex. *cons.189. In causa & lite, col.2. libr.6.* Bald. *cons.14. Antonius, vol.2.* Barb. *cons 54. col.2. lib.1.* vbi dicunt esse verum, nisi maritum per verba, vel signa pœnituisset, puta expellendo vxorem de domo, & sic admittunt reuocationem, nisi esset facta præsente vxore, vt infra proxime.
† Extende; quia confessio dotis constante matrimonio in testa- 12
mento facta præsumitur simulata animo donandi, & nō valet, vt
est cōmunis opinio * Doctorum *in l.1. ff. sol. matr.* Restringe; quia * 13
cōfessio dotis † constante matrimonio, q̄ non valet facta in testamento; quia præsumitur animo donādi, bene valet, & cōfirmatur
morte mariti, & sufficit ficta traditio, videlicet cōfessio receptæ * 14
dotis vt est cōmunis * opinio per Ias. *in auth. Vnde si parens, col.pen. C. de inoffi. test.* Vel. *in c. si cautio, n.73. de fide instr.* Gram. *cons.116. n.6.* Alex. *cons.63. col.3. lib.1.* Castr. *cons.138. Dicta donatio, col.1. & 2. lib.1.* Dec. *cons.202. col.3 in fi.* Soc *cons.79. in prin. lib.4.* † Restringe, q̄n præcessit
promissio dotis, tunc confessio non præsumitur animo donandi, 15
vt est cōmunis * opinio, vt per Cāpeg. *de dote, parte 1. q.52. in fi.* Gram. *
cons.114. & 116.* † Restringe in confessione facta non propter se, 16
sed propter aliud, q̄n verba sunt geminata, etiam quod enunciatiua sint; quia fauore dotis probāt. Dec. *cons.152. n.5.* Cast. *cons.151. Viso puncto, vol.1. in fi.* Ias. *in l. admonendi, n.157. ff. de iureiur.* Marsil. *Sing.* 442. Dec. *cons.407. n.4.* Alex. *cons.99. in prim. lib.7.* Ias. *in l. ex ijs, C. de mil. test.* † Restringe, vt imo valeat in vim contractus, quando est
facta vxore præsente, & probatur saltem per duos testes. Bart. *in l.* 17
cum quis, § codicillis. ff. de leg.3. & in l. Lucius. § quisquis, ff. de leg.2. Cuma. *cons.61. n.2.* Bald. Nou. *in tract. de dote, parte 6. in prin.78.* vbi infert ad comitarinos, qui de dotib. non habent instrumenta, sed cōfessiones mariti in testamento; & hoc casu cōfessio in testamento facta, & acceptata respectu sui ipsius reddit testamentū irreuocabile, ex quo sapit contractum, qui in testamento fieri potest. *l. hæredes palā. C. de testam.* Bart. *in d. l. cum quis decedens, § codicillis. ff. de leg.3.* Rom. *cōs.* 171. *col fi.* Soc. *cons.61. col.2. lib.2.* quod intelligas, quando testamentum facit mentionē de præsentia, vel est probata saltem per duos testes. Ias. *in l.2. n.11. & seq. C. de bon. possess. secundū tab.* Adde Bald. *cons.* 18
488. *lib.4.* Cuma. *cons.37. post med.* † Nec obstat, quod ad probandū
disposita testamento requirantur septē testes, *l. hac consultissima. &* 19
l. cum antiquitas, § cum aūt, C. de testam. iunctis traditis per Ias. *l.2. C. de bon. poss. secundum tab. n.5.* quia cum sit contractus respectu confessionis factæ præsente parte, duo testes sufficiunt. *l. cum te, Cod. de* 20
transact. † Non obstat, quod Notarius rogatus de testamento nō
esset matriculatus secundum statuta Florentiæ, quo casu instrumentum est nullum, vt in statuto *rubr.95.* quia non est propterea nullus cōtractus contentus in instrumēto, & potest aliunde probari. Bart. *in l. si quis legatum. ff. de falsi.* Dec. *cons.17. n.4. & cons.169. n.2.* Soc. *cons.2. col.1. lib.3.* & in propolito, quod annullato instrumento testamenti non sit nullū testamentum, Castr. *consil.75. Notandum. lib.2.* dicens testamentum tali casu posse probari per sex testes, &
Notarium, q̄ est notandum. † Et procedit restrictio, etiam si so- 21
la præsentia vxoris probetur, licet non acceptauerit. Crau. *cōs.272.*
n.15. & seq. Dec. *in c. at si clerici, col.12. ver. ad supradicta, de iudic.* † Re- 22
stringe multis modis, de quibus supra, *Confessio facta in testamento. Concl.639.* & latius, *Confessio extraiudicialis absente parte facta non valet, & quando secus. Concl.638.* quia cum sit confessio extraiudicialis, absente parte valet, vt ibi not. idem est, si est reiterata, vt Campeg. *de dote, parte 1. q.52.* si iurata, si parte præsente, vt ibi dicitur. Differt
† autem hypothecaria, quam habet mulier, & quando vt legatum 23
petit; quia non potest contra quemlibet hæredem in solidum agere, sed pro portione ad instar personalis actionis, *l.1. ad fin. ver. in omnibus autem, C. commun. de leg.* vbi Bart. & Bald. quod est casus specialis. Negus. *de pign. in 4. membro 8. partis princ.* † Si vero agit tanquā creditrix pro dote, agit in solidum contra quemlibet hæredem, *l.* ☞
1. C. si vnus ex pluribus hæred. Vide, *Hæredes duo non obligantur in solidum, sed pro rata. Concl.72.* † Amplia; quia confessio dotis facta per ma- 25
ritum constante matrimonio, quando est renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, præsumitur facta animo donandi, & ineffectu dicitur donatio, quæ non valet inter virum & vxorem. Aret. & Alex. *in l. si diuortio. ff. de verb. oblig.* Aret. *cons.86.* Soc. & Mod. *in l.1. ff. solut. matr.* quia non valet, quod agitur, tanquam factum in fraudem legis, nec quod simulatur. Alex. *cons.142. lib.5.* Couarr. *variar. resolut. lib.1. c.7. n.4.* † Extende, quia vbicunq; confessio mariti 24
valet necessario in vim donationis, prout quando est facta constante matrimonio, & cū renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ; tunc ea non operatur aliquid, nisi concurrant requisita ad donationē inter virum & vxorem, Couarru. *variar. resolut. lib.1. c.7. n.4. ver. sed quod etiam, in fin.* † Extende; quia talis donatio
tacita, quę resultat ex tali confessione, non firmatur iuramento
assertorio, vel cōfirmatorio, quia est simulata, & in fraudem legis facta, Bart. *in l. cum quis decedens. § Titia. ff. de leg.3.* Bald. *in l.1. C. de inoffi. donat.*

donat.& communem * dicit Couarru.*variar.resolur.lib.1.c.7.num.4. ver.quinto eadem ratione.* vbi, quod solum operatur iuramẽtum circa promissionem,vt ibi per eum,quem vide,& *num.5.* Vide,*Donatio inter virum & vxorem an & qualiter firmetur iuramento. Concl.694.*

26 Et † futuris etiam creditoribus non nocet;quia quando habet effectum donationis,nõ habet ius prælationis alicuius. Couar. *var-*

27 *resolut.lib.1.c.7.n.4.ver. secundo hinc apparet.* † Extende; quia nedum non nocet futuris creditoribus, sed nec ipsi marito, Doct. supra

28 allegati,& Rui. *cons.137.lib.4.& cons.154.lib.5.* † Et potest quandocunq; reuocari,& censetur reuocata per obligationem bonorum aliis factam.Couar.*variar.resolut.lib.1.c.7.n.4. ver.tertio inde ap-*

29 *paret.* † Idque procedit,etiam si sit iurata.Couarr.vbi supra, *num.5.*

30 Extende; † quia nihil refert lapsus temporis ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, quando valet, vt donatio; quia nihil releuat lapsus, vel nõ lapsus biennij.Couarr.loco prædicto,

☞ *n.4.ver.quarto.* Vide, *confessio inter personas prohibitas quando operetur*

31 *donationem, vel non. Concl.659.* † Extende , etiam si talis confessio constante matrimonio facta de dote, cum renunciatione exceptioni nõ numeratę dotis esset facta à viro sene vxori iuueni;quia in dubio præsumitur facta honoris gratia & simulate, & animo vxorem remunerandi,vt per plura Soc.*in l.1.n.72.cum seq.ff.sol.matr.*

32 Ruin.*cons.130.col.1.lib.1.* † Extende etiã non obstante statuto Florentino *lib.2.rubr.61.* ibi, *quandocunque confessata. &c.* tribuente doti confessionatæ exequutionem, prout instrumento guarentigiato, cui non põt opponi exceptio simulationis , vt in statuto *de præcept. guarentigia*; quia per d.statutum intelligitur sublata sola simulatio à iure præsumpta,sed non ea,quæ à partibus reperitur confessata, prout quando renunciant exceptioni non numeratæ pecuniæ; quia illa est iuris & de iure,prout defẽdit Bald.Nou. *in l.1.n.214.ff. sol.matr.*licet in fi.dicat au diuisse, ꝙ Florentię seruatur contrariũ,

33 vide infra *n.37.& 38.* † Amplia;quia imo confessio viri de dote recepta ab vxore constante matrimonio tamquam sapiẽs donationem inter virum & vxorem videtur à iure reprobata, & quod nõ valeat,*l.1.& l.3.§.sciendum,& toto tit. de donat. inter vir. & vxor.* & tãquam facta personæ incapaci in testamento, vel etiam in contractu non videtur valere etiam, quod esset iurata confessio in testamento.Bart.*in l.cum quis decedens.§.codicillis,*& melius *in §.Titia.ff. de leg.3.*Dec.*cons.202.n.2.*Ruin.*cons.69.n.27.lib.3.*Soc.*cons.61.col.1.lib.*

* 1.per gl.*communiter approbatam *in l.1.C.de falsa causa adiecta leg.*

34 * Soc.*cons.79.n.1.lib.4.& cons.294.in princ.lib.1.* † In contrarium videtur esse magis cõmunis*opinio,vt attestatur Aret.*Instit. de actionibus §.fuerat*,& in fortioribus terminis tenet Afflict.*decis.402.*& opinione * communem,dicit Bello.cũ aliis relatis à Villalob. *in suis*

* *cõmunib.opin.ver. dos confessata.n.176.*latissime Tiraq. *de retra.tit 1.§.1 gl.58.n.78.*Castr.*cons.pen.Quæritur.lib...*Alexand.*consil.167.Viso in-*

35 *strumento,vol.2.* † Extende; quia non valet confessio de dote recepta facta per maritum constante matrimonio; quia præsumitur facta in fraudem donationis, quæ inter eos est prohibita. Alex.*in l.diuortio,col.5.ff.de verb.oblig.& in cons.142.Viso processu causæ, vol.5.& cons.143.Vtrũ confessio,& cons.148. Si maritus confitetur recepisse, eod.lib.* Cuma.*cons.31.Confessio mariti.*Fulgos.*consil.133. Quidam Ser.Secretus. & cons.207.Confessio dotis receptæ.*Abb.*cons.77,In quæstione,quæ ad præ-*

36 *sens,vol.2.*in terminis Ias.*cons.32.lib.3.* † In tantum, quod talis confessio iuramento non firmatur. Rom.*cons.44. Ex supra narratis, & cons.293.*Latissime Io.Crot.in repet.*l.3 constante,num.10.cum multis seqq.ff.sol.matr.* vbi tenet maxime nõ firmari iuramento ob simu-

37 lationem,& allegat plures,maxime Soc. in variis locis.† Restringe Florentiæ stante statuto sub *rub.61.*per ꝙ disponitur,quod pro dote quandocunq; confessata detur exequutio, vide supra.*nu.32.*

38 †Et ꝙ valeat Florentiæ ista confessio stante statuto Soc.*cons.79.in princ.lib.4.*vbi loquitur in terminis statuti Florentiæ. Bald.Nouel.

39 *in l.1.ff.sol.matr.n.214.in fi.* † Et etiam de iure communi dato, ꝙ non valeret vt confessio, valet vt donatio confirmata morte confitentis,& confessio habetur pro traditione.Castr.*cons.138. Dicta dona-*

40 *tio,lib.1.*Dec.*cons.202.col.3.in fin.* † Restringe, quando extant iecturæ excludentes donationem præsumptam.Soc.*cons.122.n.8. lib.3.*quia vna præsumptio tollit aliam,vt in proposito dixit Rol.à

41 Valle *cons.90 n.15.& seq.lib.2.* † Restringe, quando morte esset cõfirmata,*l.donationes quas. C.de donatio.inter vir.& vxor.l cum hic status §.1.ff.eod.*Soc.*cons.79.lib.4.in princ.* & hoc ꝙ confessio habeatur lo-

☞ lo traditionis,& morte confirmetur, Vide per Mascard.*Concl.362. Confessio facta à marito dicente se recepisse dotem.*vbi ponit hanc regulam,ampliat tribus modis, & limitat sex modis, quem videre po-

42 teris.† Extende ; quia confessio mariti facta per modum rationis in libro suo,quod habuerit centum florenos, vel aliam summam pro alimentis à socero vltra dotem, probat, quando liber contiget data & recepta.late Crau.*de antiqu.temp.parte 1. n.286.& n.225.* & talis partita sumpta iuxta formam statuti Florentiæ habet exequutionem paratam , & priuilegium prælationis , vsque in diem descriptionis non sumptus etiam contra tertiũ creditorem. Soc. *cons.240.circa præsentem,lib.2.*Negu.*de pign.in 5.parte,membro 2.n.47. & seq.* † Extende;quia quando concurrit promissio dotis,vel con- 43
currunt aliæ coniecturæ pro veritate , prout est retentio vxoris in domo, præstatio alimentorum, vel aliud simile , per quod præsumitur veritas confessionis;tunc præiudicat creditoribus. Bald.*in rubr.C.de priuil.dot.colum.3.ver.Vnde quæritur.*refert,& sequitur Dec. *cons.365.colum.3.circa med.* Socin. *in l.1.num...ver.sed ista opinio.ff solut matr.& cons.122.colum.4.post med.lib.3.& cons.82.colum.2.eod.lib.*vbi, quod ab opinione Baldi non est recedendum; quia est * communis,sequitur Crauet.*cons.40.num.4.*Gozadi.*cons.28.per totum.*Curt. Sen.*cons.69.colum.1.ver.sed præmissis,*vbi dicit semper magni fecisse decisionem Baldi, & quod omnis leuis coniectura est sufficiẽs ad sustinendam confessionem. Et quod si præcedit promissio confessionem, tunc præiudicet creditoribus posterioribus; quia ces- *
sat, ꝙ sit facta spe futuræ solutionis , vel in vim donationis, communem esse * omnium dicit Couarru. *variar.resolutio.lib.1.c.7.num.* *
5. *ver. quandoque tamen.* † Extende idem, quando aliæ coniecturæ 44
concurrunt pro veritate confessionis,& traditionis, prout si extaret datio in solutum facta per patrem vxoris cum onere soluendi dictam summam;quia tunc diceretur probata numerario. Socin. *cons.122.num.4.lib.3.* Bald. Nouel. *de dote in 6.parte priuil.78.num.4.*
Idem, † si probatur pro parte soluta ; quia etiã pro alia parte pro- 45
babilis,& verisimilis erit solutio.Socin.*cons.82.in prin.lib.3.*Couarr. *variar.resolut. cap.7.lib.1.num.5. ver.sic ex confessione.* † Idem , si vnus 46
testis de veritate solutionis , vel aliæ apparent coniecturæ , communem * dicit Couarru. vbi supra proxime. † Restringe , & de- 47
clara, vt *in ver. Confessio fraudulenta non nocet creditoribus. Concluso proxime seq.* † Limita quia confessio de dote recepta constante matri- 48
monio facta per virum præsente parte, & per duos testes probata plene probat,*l.cum te*,& ibi scribentes,*C.de transact.*Cuma.*cons.61. num.2.*Alexand.*consil.53.colum.penult.ad fin.lib.1.& cons.76.num.4.lib. 6.*Ariol.*consil.77.num.39.*Dec.*consil.146.num 3.*Gorne.*consil.272.nu. 16.& consil.276.nu.1.* & hanc communem * dicit Maranta *in praxi,* *
parte 6.num. 2.& 4. † Extende,etiam si non sit expresse à parte ac- 49
ceptata; quia ex quo pars est præsens , & respicit eius fauorem, præsumitur acceptasse. *l.suus.nu.3. C.de repud.hered.* & communem * dicit idem Maranta *in praxi,* vbi supra *in 6.parte,num.2.* Imo † er- *
iam sufficit sola præsentia procuratoris, vel negociorum gestoris, 50
vel mariti.Crauet,late *cons.271.num.15.& 16.* † Vel si interuenerit 51
epistola tantum. Bart. *in l. Lucius.la seconda,§.quisquis,l.vlt ff.de leg.2.* quia epistola semper loquitur, *l. Ariani, C.de heret.* † Extende, etiã 52
si confessio esset facta in testamento præsente parte , & hoc constet; quia erit contractus in hac parte irreuocabilis. Bald. Nouell. *de dote parte 6.priu. 78.* † Extende idem , quando non fuisset con- 53
fessio facta præsente parte , si modo ex coniecturis constet de traditione. Soc.*consil.12.num.4.lib.3.* † Extende;quia confessio dotis 54
per virum receptæ, de qua extat publicum instrumentum cum obligatione omnium bonorum , habet exequutionem paratam, cum illud instrumentum sit probatio probata, & veritas apparẽs. Dec. *consil.36. Pro tenui, colum. 1.* & omnia bona viri sunt obligata pro restitutione dotis,*l.vnica,§.sed vt plenius,C.de rei vxor.actio.l.assiduis,C.qui potio.in pign.hab.* & potest mulier agere hypothecaria cõtra tertios possessores bonorum viri posteriores , siue possideant cum titulo,siue sine titulo,vel etiam anteriores sine hypotheca,*l. si prædium cum l.seq.C.de euict.l.si.mancipium,§.fin.cum l.seq.ff.eod. tit.*& in terminis Alexand.*cons.4.Videretur.colum.4.lib.2.* & probatis probãdis in iudicio hypothecario,seu vtilis Saluiani interdicti debet obtinere mulier,si modo probet virum possedisse tempore factæ confessionis,& hypothecæ,& occupationem posteriorem esse,vt per Bart.*in l.rem alienam.ff.de pign.actio.*Negus.*de pign. or.in 1. memb.8. partis.*Aret.& Ias.*in §. itẽ Seruiana.Instit.de actio.*Balc.*cons.36.Factum sic se habere videtur,volum.1.* Alex.*cons.185.in causa,& lite,num.4.lib.6.* Socin.*consil.134.colum.1.lib.1.& consil.112.colum.1.& 2.lib.4.*in quibus iudicijs tam Saluiani, quam hypothecæ debet sequi condemnatio,quod dimittant bona mulieri per eam detinenda, donec fuerit satisfacta de dote sua Bart. *in d.l. rem alienam, ff de pign. actio.*

Vide plenius.*Dos confessata per maritum quando præiudicet creditoribus,vel non. Concluf.748.cum pluribus conclusionibus ibi seqq.749.750.& 751.* vbi latissime.

Con-

Confessio fraudulenta nō nocet creditoribus, & qualiter probetur. Concluſ.668.

1 CONFESSIO † facta per maritum dotis receptæ ad fauorem vxoris in præiudicium futurorum creditorum, quando constat ex indicijs, quod eſt talis, non nocet futuris creditoribus, ſecundum magis * communem, de qua Alex. *conſ.86. Lætatus ſecundū, in princ. lib.7.* quod etiam conſuluerunt Guido Veſpuccius, & Angel. Nicolin. Florent. & Bar. Soc Senenſ. omnes diſcipuli Alex. vt

2 ipſe atteſtatur. † Extende; quia talis confeſſio fraudulenta, quæ ét poteſt dici ſimulata, non nocet creditoribus futuris oneroſam

3 cauſam habentibus. Alex. *d. conſ.86. in prin. lib.7.* † Amplia, vt procedat, ſiue confeſſio fraudulenta ſimplex inter partes, ſiue etiam ſit

4 in exequutione laudi lati facta. Alex. *d. cō. 86. in prin lib.7.* † Amplia, vt procedat non obſtante ſtatutō, quod prohibet, & tollit omnē exceptionem doli & fraudis contra inſtrumentum guarentigiatum; quia procedit quoad contrahentes, non autem quoad tertiū

5 ita Alex. *d. conſ.86. in fi. ver. nec obſtat ſtatutum, lib.7.* † Amplia; quia licet benemerita in inſtrumēto guarentigiato habente exequutionem paratam probentur; quia guarentigia habet vim ſententiæ; tamen ſecus eſt, qñ enunciantur inter perſonas prohibitas, vel adeſſet ſuſpicio fraudis; quia guarentigia non debet operari in fraudem tertij, ita Maſcard. *Concl.391. Confeſſio maritorum, n.3. & ſeq.* Pro-

6 batur † autem fraudulenta confeſſio in præiudicium futurorum creditorum de proximo poſt confeſſionem creatorū, ſi articuletur, & probetur. q̃ bona debitoris confitentis non ſufficiebant, & quod ipſe debitor hoc ſciebat vere, vel præſumptiue. Alex. *dict.*

7 *conſ.86. in prin. ver. aduertat tamen. lib.7.* † Item; robatur ex breuitate temporis inter confeſſionem factam, & debita contracta. Alex. *d. conſ.86. n.2. ver. de iudicijs autem lib.7.* & vide pleniſſime Tiraq. *de retract. conuent. §.3. gl.1. n.16. & ſeq.* & iterum *de retract. lignag. §.1. gl.7. nu.*

8 *76. & 77.* † Item probatur fraus, ſi conſtat, quod ex qualitate perſonę vxoris non conueniebat tanta dos. Alex. *d. conſ.86. n.3. ver. poſſet etiam comprobari lib.7.* vbi apoſtil. *in ver. exceſſus*, dat concor. Vide, *Confeſſio mariti ad fauorem vxoris quibus præiudicet, Concl.667.*

Confeſſio patris, quod pecunia ſit filii, nō probat. Cōcl.

VIDE Maſcard. *concl.365. Confeſſio facta a patre*, vbi ampliat, etiam ſi ſit iurata, & limitat, niſi ſit veriſimilis.

Cōfeſſio Prelati, tutoris, & adminiſtratoris quādo prę-iudicet Eccleſiæ, vel pupillo, vel non. Concl. 669.

1 CONFESSIO † Prælati, qui exegit penſiones pro annis futuris, non præiudicat Eccleſiæ, neq; ſucceſſori, quādo eſt facta per modum voluntariæ iuriſdictionis. Cald. *conſ.153.* alias 5. *de confeſſ.* quod eſt Fran. de Ramp. *in princ.* & eſt ſubſcriptū à Gaſpare Cald.

2 † Rationem aſſignat Gaſpar. Calder. *d. conſ.153. in fin.* quia talis confeſſio eſt ſpecies alienationis, in qua requiritur neceſſitas, vel vti-

3 litas Eccleſiæ, forma, & ſuperioris authoritas. † Aliam adducit ibi Franc. de Ramp. *d. cō. 153.* a alias 5. *de confeſſ.* quia ſi non eſt obligatoria pro Eccleſia, habet vim donationis, & non valet. Aliam adducit

4 † Caſtr. *conſ.338. Primo quæritur. n.3. ver. cæterum ſi contrariū. lib.1.* quia ſi contrarium diceremus, eſſet aperta via fraudibus, & Prælati ex-

5 quiſitis fraudibus poſſent Eccleſiis præiudicare. Aliam adducit † Caſtr. *conſil.34. col.2. ver. pro primo. lib.1.* & duplicatur *conſil.294. eod. lib.* quia in confeſſione voluntaria ineſt ambitio; ſecus autē in neceſſaria, qa creditori recipienti tenetur debitor ex neceſſitate facere quietantiam, vt dicit etiam in principio dictorum conſilio-

6 rum. † Declara, quod licet non valeat confeſſio, neque locatio Prælati in præiudicium ſucceſſoris, & Eccleſię, valet tamen in præiudicium Prælati, qui confeſſus fuit, vel locauit durante tempore ſuo. Cald. *d. conſ.153. in princ. ver. ſolutio. dicendum eſt*, alias 5. *de confeſſ.* † Amplia; quia omnis confeſſio voluntaria Prælati de eo, quod

7 non conſiſtit in facto Prælati, vel ad obligandam Eccleſiam, non valet in præiudicium Eccleſiæ. Caſtr. *conſ.34. Ego Paulus. n.2. lib.1.* vbi *n.3.* vult, quod concurrant iſta duo, vel alterum, & duplicatur *conſ.*

8 *294. eod. lib.1.* † Imo ſiue conſiſtat in facto Prælati, ſiue non, ſola cōfeſſio non præiudicat. Caſtr. *conſ.338. n.3. lib.1.* etiam ſi confeſſio ſit ſigillata ſigillo Prælati. alias eſſet aperta via fraudibus, & Crauet. *conſ.394. n.20. ver. non obſtat*, vbi, quod non ſufficit, quod conſiſtat

9 in facto Prælati, & quod eſt verbalis diſtinctio. † Amplia, vt idem ſit in confeſſione cuiꝰ liber adminiſtratoris, tutoris, vel curatoris, vt vltra eius officium nō poſſit præiudicare ſucceſſoribus; quia æquiparantur Prælatus & tutor. Cald. *d. conſ.153.* alias 5. *de confeſſ. in pr.*

10 Et † quando confeſſio ſpontanea tutoris præiudicet, vel non pupillo, tradit Bart. *in l.1. col.2. de confeſſ. & in l. Lucius. la ſeconda. §. tutela. ff. de adm. tuto. & l.2. §. quod obſeruari, C. de iure, cal.* Abb. *in c. exparte, col.*

3. *de confeſſ. & in c.1. vt lite non conteſt. ver. venio nunc ad tertium.* Alex. *conſ.* 50. *vol.5.* Ias. *in l.2. ff. ſi cert. pet.* vbi etiam, quæ dicatur ſpontanea, & q̃ neceſſaria confeſſio. † Extende; quia maxime non præiudicat pu- 11
pillo confeſſio, & obligatio tutoris facta proprio nomine, & non tutorio nomine, Chriſt. Caſtill. *conſ.3. n.5. ver. illud tamē fateor.* † Am- 12
plia; quia quælibet confeſſio voluntaria tutoris, vel adminiſtratoris, prout confeſſio extra iudiciū, vel etiā in iudicio voluntario, nō nocet pupillo; quia ſicut non pōt tutor, vel adminiſtrator donare in præiudicium pupilli; ita neq; in gratiam alterius voluntarie cōfiteri; quia eſt ſpecies donationis. Caſtill. *d. conſ.3. in prin. incip. In facto proponitur.* Ang. Aret. *conſ.105. Viſo ſupradicto. n.19. & ſeq. ver. ſecundo poſito.* † Extende, vt procedat etiam, quando tutor, vel adminiſtrator 13
nihil ſibi, vel pupillo deberi fatetur; quia ſi voluntarie, non valet prædicta confeſſio; & quia mandatū adminiſtrationis tutelæ non ſe extendit ad damnoſa, & ad repudiandum; nam tutor nō poteſt repudiare bonorū poſſeſſionem pupillo competentem, ſed petere; quia non enim non cadunt in adminiſtratione. Caſtill. *d. conſ.3.* 14
n.2. & ſeq. ver. cæterum. † Reſtringe, qñ confeſſio tutoris eſt in facto, & non in iure; vt quia confitetur tutorio nomine mutuo recepiſſe, aut ſibi dicto nomine datum, vel ſolutum fuiſſe, vt eſt tex. *in l. Lucius, §. tutelæ*, vbi gl. *in ver. apochæ ff. de adm. tuto.* nec immerito; quia in ratione tutelæ tenetur pupillo bonos facere, & quia ſoluentib. tenetur apocham de recepto facere Caſtil. *d. conſ.3. nu.4. & ſeq. ver.* 15
quod ſi tutoris. † Amplia in tutore, & procuratore; quia eorum confeſſio non præiudicat pupillo, vel domino. Bald. *conſ.429. circa med. ver. nec eſt ſimile. lib.4.* vbi, q̃ illi ſunt miniſtri nudi, & ad eos non pertinet commodum, prout in Prælato. Vide, *Tutoribus qui æquiparati* 16
dicantur. & qui non. Concl.453. † Reſtringe; quia imo ſi confeſſio tutoris ſuper facto, nō ſuper iure, veluti quod recepérit mutuo pro pupillo, probat & nocet pupillo etiam per apochā ſolius tutoris & ſic per inſtrumentū, & ſtipulationē res non habet difficultatē Caſtill. *d. conſ.3. n.4. & ſeq. ver. quod ſi tutoris.* vbi, quod eſt opinio gl. à qua non eſt recedendum, & pupillus factus maior poterit cōueniri. Declara; quia † imo tutoris cōfeſſio in iudicio nocet pupillo 17
magis, quam cōfeſſio Prælati nō habentis plenam adminiſtrationem. Rom. *conſ.389 in fi.* Caſtr. *cō. 338. n.2. in fi ver. nec obſtat. lib.1.* Ang. Aret. *conſ.105. n.19. & ſeq.* maxime *n.26. ver. preterea.* † in extraiudicialibus aut cōfeſſio tutoris, & pupilli ex cauſa neceſſaria, prout ad 18
liberandum circa ea, quæ reſpiciunt factū tutoris, & probat; aut ex cauſa voluntaria, & extra factum illorum, & nō probat. Caſtr. *conſ.34. in prin. & per totum. lib.1.* & duplicatur. *conſ.294. lib.1.* † Decla- 19
ra; quia tutor & tutrix bene præiudicat pupillo per liberationem, & cōfeſſionem factam ex cauſa tranſactionis, & in tranſactione. Ang. Aret. *d. conſil.105. n.21. & ſeq.* † Reſtringe, qñ eſt facta confeſſio, 20
& liberatio per tutorem cum iuramento; quia quoad efficaciam obligat pupillum, non quoad vinculum perſonæ. Angel. Aret *d. conſ.105. in fi. n.27. ver. vltimo aduertendū.* Vide ad iſta omnia Maſcar. *Concl.370. confeſſio tutoris*, vbi, quod nō probat numerationem in præiudicium pupilli, limitat duobus modis in iudicio contentioſo, & in confectione inuentarij. † Amplia; quia ſola confeſſio Prę- 21
lati, q̃ pro neceſſitate Eccleſiæ habuerit, exegerit precium pro alienatione rei eccleſiæ non probat contra Eccleſiam. Anch. *conſil. fi. n.2. ver. tertio dubitari.* vbi, quod vera numeratio requiritur. Extē- 22
de † etiam ſi confeſſio fiat cum conſenſu Capituli. Anch *d. conſ. fin. n. ver. tertio dubitari.* † Extende; quia confeſſio Prælati non valet 23
in præiudicium Eccleſiæ. Ruin. *conſ.86. n.3. lib.1.* † Reſtringe, quā- 24
do confeſſio eſt de longinquo, vt quia lapſum ſit tempus centum annorum. Anch. *d. conſ. fin. n.9.* † Reſtringe, quādo concurrunt au- 25
ctoritas ſuperioris, conſenſus Capituli, & quod ſunt veriſimiles expenſæ confeſſatę. Anch *d. conſ. fi. n.7. & 8. ver. ad tertium.* † Amplia; 26
quia confeſſio de recepto facta ab Abbate nō præiudicat Eccleſię; quia redditur ſuſpecta. Aret. *conſ.63. n.1. & in pr. ver. preterea ſicut præſupponitur.* Vide, *Confeſſio de recepto non probat veram numerationem.* *Concl.655.* † Extende, etiam ſi ſit facta cum conſenſu Capituli in ijs, 27
in quibus poſſunt libere diſponere. Franc. Aret. *d. conſil. 63. In præſenti conſultatione. n.1.* Amplia; quia cōfeſſio Prælati exiſten- 28
tis in infirmitate, ex qua deceſſit, nō præiudicat monaſterio, & liberatio non iuuat adminiſtratorem, quin computa reuideri poſſint, Afflict. *deciſ.168.* † Amplia; quia confeſſio Prælati ſine Capitu- 29
lo nō nocet Eccleſiæ, niſi habeat mandatum à Capitulo. Afflict. *deciſ.245.* † Extende, vt neq; confeſſio Canonicorum noceat Ca- 30
pitulo, vel Eccleſiæ, niſi fiat capitulariter. Afflict. *deciſ.245.* † Am- 31
plia; quia pōt Prælatus confeſſioni ſuæ factæ in præiudicium Eccleſiæ contra leges contraenire. Ruin. *conſil.78. num.5. lib.4.* Amplia; † quia confeſſio Prælati nunquam præiudicat Eccleſiæ 32

in iure

in iure probato, vel radicato. *c.postea quam 25. quæst.2.* gloss. *in c. dudum il secondo, in verb.veritate, circa med.ver.sed numquid crederetur, de elec-*
* *tion.* * quam omnes ibi sequuntur. Bart. *in l.certum. §. sed an, & ipsos, in fin.ff.de confess.* sequitur Castr. *consil.338. Primo quæritur.num.3.ver.& prædicta confirmantur, lib.2.* vbi, quod alias aperta esset via malitiis,
* & fraudibus, & dictam gloss. * communiter per omnes teneri, & eam sequitur Rom. *cons.389. Paucis agam, in princ.* eandem gloss. sequitur Paris. *consil.3.num.29.lib.4.* eandem gloss. sequitur Anton.de Butr. *in c fin.in fin.de præscription.* vbi Imol. *num.36.circa fin.ver.Demum quærit gloss.* pro qua dicit esse text. *in c.2. de testib.lib.6.* Paris. *in d.c.fin.de*
præscript.num.54. & eandem gloss. sequuntur Gemin. *in c.de Constan-*
34 *tinopolitana, in fin.22.distinct.* vbi Præpositus. *num.3.* † Declara; quia confessio Prælati contentiosa præiudicat Ecclesiæ in iis, quorum ipse habet administrationem separatam à Capitulo, in iis vero, quorum administratio est communis cum Capitulo, non præiudicat
* Ecclesiæ, & ista est communis * opinio Canonistarum *in c.1. vt lite*
non contest. in c.suborta, de rei udic. in c.fin. de præscription. in c.de Constantinopolitana 22. distinct. & in c.2. de testib. in 6. & Bart. *in l.certum, §. sed an*
35 *& ipsos. ff. de confess.* † Intelligas declarationem, vt præiudicet Ecclesiæ, quando non habet Capitulum, vel quando habet bona distincta, dummodo agatur de iure quærendo, non autem de iure quæsito, & radicato tollendo, ita Gemin. *in d.c.Constantinopolitana, in fin. 22. distinct.* quem ibi sequitur Præpos. *num.3. col.fin.ver.aut confessio fit per modum.* quod etiam dicit Abb. *in c.fin.de præscript.num.44.* vbi, quod si deueniretur ex tali confessione ad distinctionem bonorum Ecclesiæ, non valet confessio in iudicio etiam Prælati, & Capituli simul, quia per indirectum fieret alienatio prohibita, & idem sentit ibi Felin. cum dicit, quod ardua non comprehendit, neque præiudicat in arduis, quod ibi dixit Anton. de But. & alii
36 Imol. maxime *num.36.ver. Demum quærit gloss.* Paris. *num.54.* † Contrarium videtur tenere Ægid. *decis.696.* quod in omnino separatis à Capitulo, Prælatus ex confessione contentiosa præiudicat Ecclesiæ, vbi, quod in non arduis res est clara, in arduis bene potest Capitulum agere de contemptu: quia regula est pro Prælato, licet requiratur consensus Capituli in arduis, & ita etiam tenet Ge-
37 min. *in c.1. de testib.* vbi Franchus. † Amplia, quia in actibus voluntariis confessio Prælati & tutoris non præiudicat Ecclesiæ, vel pupillo. Rota *in nouiss. decis.177. parte 2.* Ægid. *decis.695. Factum, circa*
38 *princ. ver.dixi nec voluntaria.* † Extende, etiam si confessio emanauit etiam circa ea, quæ spectant ad administrationem tutoris, etiam quod consistant in facto proprio, secundum * communem, reprobato Castr. & Curtio Iun. ita Rota *decis.177. in princ. parte 2.*
39 † Extende, etiam si sit iurata reprobatis contrarium tenentibus. Rota *d.decis.177. num.2. & seq. parte 2.* † Restringe, quando concurrunt adminicula cum confessione. Rota *d. decis.177. num.4. &*
40 *seq. parte 2. & decis.141. eadem parte 2. num.4. & seq.* Vide plene per Mascard. *Conclusio 367. Confessio Prælati.* vbi, quod non probat, nec præiudicat Ecclesiæ, nisi in quibus est legitimus administrator, & limitat duodecim modis. Primo, quando habet præsumptionem pro se: Secundo, quando cum Capitulo: Tertio, si ad liberandum: Quarto, si non facit præiudicium: Quinto, quando non habet Capitulum: Sexto, si verisimilis: Septimo, si agitur de acquirendo: Octauo, præiudicat durante vita Prælati: Nono; quando vt testis: Decimo, in casu bonorum descriptorum à Capitulo: Vndecimo, in iudicio in iis, in quibus est legitimus administrator: Duodecimo, quando erat procurator constitutus, præ-
41 iudicat. † Limita, nisi Prælatus cum consensu Capituli confessus esset, & exegisset ex causa obligatoria Ecclesiæ, puta quia exegit, vt expenderet in reparationibus, & aliis necessariis Ecclesiæ: quia tunc bene obligat Ecclesiam, & successorem, si apparet, & exprimit causam obligatoriam Ecclesiæ, pro qua fuit facta exactio, etiam si sit voluntaria, secus si causa non apparet obligatoria Ecclesiæ. Calder. *d.cons.153. circa med. ver. sed videtur obstare.* alias *5. de con-*
42 *fess.* Castr. *cons.338. num. 2. lib.1.* † Extende, quia etiam si Prælatus & Capitulum simul confitentur ad obligandam Ecclesiam in iis quæ consistunt in facto eorum, præiudicant Ecclesiæ, licet competat Ecclesiæ læsæ restitutio in integrum. Castr. *d.consil.34. num.3.*
43 *lib.1.* quod duplicatur *cons.294. eod. lib.1.* † Declara, quia bene potest Ecclesia petere restitutionem ex capite læsionis, si est læsa ex confessione etiam obligatoria, & ex iusta causa. *l.certum. §. minorem. ff. de confess.* Calder. *d. cons.153. circa fin. & isto casu.* alias *5. de confess.*
44 Castr. *cons.34. in princ. ver. dicit tamen. lib.1.* † Limita, quia Prælatus solus potest præiudicare ex confessione tacita vel expressa Ecclesiæ, quando reditus fit ad ius commune, etiam sine consensu Ca-
* pituli, secundum communem, & magis * communem Rota *in no-*
45 *uiss. decis.22. in princ. parte 2.* † Contrarium tenet Rota *d. decis.22. numer.4. & seq. per totam, parte 2.* vbi, quod verior est, quod requiritur consensus Capituli, & data vera communi, limitat primo, quando reditur ad ius commune, quoad omnes, non quo ad aliquos: Secundo, quando consensus Capituli requiritur non solum pro solemnitate, sed pro interesse: Tertio non procedit, quod agitur de auferendo iure radicato, *num. 14. & seq.* Quarto, quando ius commune est elisum: Quinto, quando adest decretum irritans. † Limita in confessione facta in iudicio contentioso, quod 46
redditur in inuitum, quia eo casu sententia, & confessio iudicialis non per collusionem facta per Prælatum præiudicat successori, & Ecclesiæ. Calder. *d.cons.153. circa med. ver. si autem confessio.* alias *5. de conf. ff.* Christophor. Castillio. *cons.3. in princ.* vbi reddit rationem, quia in iudicio coacte facit, extra iudicium in gratiam, & sic videtur donare, quod non potest in præiudicium pupilli. † Extende 47
idem in tutore & administratore. Bart. *in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de conf. ff. & in l. 1. C. eod.* Canon. *in c.fin. eod. tit.* Socin. *consil.57. colum.3. lib.4.* Bart. *in l.2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum.* vbi loquitur in confessione ad positiones, vel articulos, quæ pupillo nocet facta per tutorem, & *in l. non solum, in princ. ff. de procur. & in l. quoties. §. sicut. de admin. tuto.* Castillio. *d. cons 3. in princ.* † Ratio differentiæ est 48
inter confessionem voluntariam, vt non valeat, secus in contentiosa, quia primo casu videtur donare, secundo casu secus, Calder. *d.cons.153. circa med. ver. & est ratio.* & idem per omnia Castillio. *cons.3. in princ.* † Declara, quia dicitur iudicium voluntarium duo- 49
bus modis, vno modo, quando inter volentes, prout si fiat emancipatio, adoptio, legitimatio, & similia; Secundo modo, quando litigatur contentiose, & quis faciat actum sponte, quia non citatur, neque per iudicem compellitur, & contentiosum dicitur in hac materia, solum, quando confitetur, quia tenetur prout si respondet interrogatoriis, præparatoriis libello, positionibus, iurat de calumnia, à iudice interrogatur, ita Ægid. *decis.695. Factum, vel confessio, circa princ. ver.dixi nec voluntaria. & decis.119.* quæ duplicatur *in antiq. 24. de procur.* & idem Ægid. *decis.582. in fin.* Felin. *in c.1. vt lite non contest. num.15.* & ibi Ant. de Butr. *num.28.* Imol. *num.17.* Abb. *numer.29. in fin. & num.30.* Lanfranc. de Oriano *in c. quoniam contra. numer. 223. de probat.* † Imo quod etiam actus dicatur in contentiosa 50
iurisdictione, quando fit ex eo, quia fuit assignatus terminus ad probandum Barba. *cons.18. num.60. lib.2.* † Declara, quia imo pro- 51
ductio spontanea, ex qua resultat confessio facta in iudicio per principalem, magis nocet, quam facta ex necessitate, quia non potest reuocari, Barba. *d.cons.18. num. 60. lib.2.* † Et quod productio 52
facta in iudicio per procuratorem, puta libelli, vel instrumenti ad probandum intentionem sui principalis, licet sit sponte facta, dicatur contentiosa, & præiudicet, tenet Osasch. *decis. Pedemont.39. num.38.* † Dicas secundum Paulum de Castr. *in l. certum. §. sed an* 53
& ipsos. ff. de conf. ff. quod si poterat compelli à iudice, dicitur contentiosa, alias non, vt etiam tenet Paris. *consil.115. num.23. lib.1.* Declara, † quia imo etiam in iudiciali confessione non præiudicat 54
Ecclesiæ, quando solus non habet administrationem, sed cum Capitulo, & solus interuenit, quia non præiudicat Ecclesiæ. Rom. *cons.389. Paucis agam, per totum.* vbi habes apostillam plenam declarantem, quando præiudicet, vel non. † Restringe, quando Prælatus confiteretur nomine Ecclesiæ, vt procurator constitutus 55
ab Ecclesia, quia bene præiudicaret Ecclesiæ. Roman. *d.consil.389. num.2. ver. excipit autem.* † Limita, quia confessio solius Prælati ad 56
liberandum, maxime circa ea, quæ sunt fructus, & obuentiones in iis, quæ spectant ad solum Prælatum, præiudicat, maxime in Episcopo. Bald. *cons.429.* quia * communis. *lib.4.* Anchar. *cons.fin. nu-* *
mer.14. ver. circa septimam, quod est sex Doctorum. † Extende, vt 57
idem sit in iis, quæ spectant ad Prælatum & Capitulum simul, quia si Prælatus & Capitulum confitentur, valet confessio, & probat, & præiudicat. Bald. *d. cons. 429. in princ.* vbi dicit * commu- *
nem opinionem. Castr. *cons.34 Ego Paulus de Castro, libr.1. in princ.* & duplicatur *cons. 294. eod. lib.1.* † Imo in canone debito, & fructi- 58
bus, confessio Prælati releuat, quando summa non est excessiua, puta non excedit centum aureos, quia valet confessio plurium annorum, & consensus Conuentus dicitur adfuisse, prout potuit. Anchar. *cons.443. num.14. ver. circa septimam.* quod est subscriptum à sex Doctoribus. † Declara, quia si Prælatus & conuentus simul 59
confitentur ex causa necessaria, prout ad effectum liberandi soluentem, sola confessio nocet, & præsumitur versa pecunia in vtilitatem, secus si solus Prælatus, vel etiam si Prælatus cum Conuentu, quando ex causa voluntaria. Castr. *d. cons.34. lib.1. num.2.* & plenius *num.3.* vbi, quod bene valet etiam ad obligandum, quando simul ambo & de re, quæ est in facto Prælati fatentur, licet detur restitutio. Anchar. *cons.443. num.14. ver. circa septimam.* Castr. *consil.338. num.2. lib.1.* & Castr. *consil.294. eod. lib.1.* † Limita, quia con- 60
fessio Prælati, quando habet assistentiam iuris communis præiu-

dicat Ecclesiæ, & successori. Rota *in nouiss. decis. 141, num. 4. parte 2. cum seq.* vbi allegat Ægid. *decis. 696.* Pute. *decis. 3. de confess. cum aliis in-*
61 *finitis.* † Extende, vt idem sit, quando redimus ad ius commune, ita Abb. *in c. veniens, num. 23. de præscript.* cuius opinionem * communem dicit Rota *in nouiss. parte 2. decis. 22. in princ.* nulla habita distin-
62 * ctione, an graue, vel modicum sit præiudicium. † Contrarium tenet *d. decis. 22. parte 2.* & nihilominus retenta communi, ponit
63 quinque limitationes, quas videas. † Limita, quando concurrunt adminicula. Rota *d. decis. 141. in nouiss. parte 2. num. 7. & decis. 177.* ☞ *num. 4. & seq. eadem parte 2.* Vide, *Prælatus cum Capitulo in extraiudicialibus præiudicat Ecclesiæ, & quando secus. Conclusio 504. cum Conclus. duabus ibi præcedentibus & duabus ibi sequentibus.* Vide, *Liberatio facta per Prælatum, & tutores quando valeat, vel non. Conclus. 331.* & Mascard. *Conclus. 367.*

Confessio de credulitate præiudicat, sicut de veritate, & quando secus. Conclusio.

VIDE Socin. *reg. 29. Confessio de credulitate*, vbi limitat in facto alieno. Vide plenius, *Positionibus qualis debet esse responsio. Conclusio 387.*

Confessio relatiua non probat sine relato. Conclus. 670.

1 CONFESSIO † & liberatio facta relatiue ad computa data nihil probat, nisi computa exhibeantur. Castr. *consil. 343. Consi-*
2 *derandum est, num. 3. ver. sed respondetur, libr. 1.* † Idem in confitente, prout in instrumento, quia si instrumentum non exhibetur, confessio non nocet. Castr. *dict. cons. 343. num. 3. ver. sed respondetur, libr. 1.*
3 † Idem in confessione facta ad positiones, quia si respondens confitetur, & addit, *prout in tali instrumento continetur*, quia si in instrumento non sic continetur, non valet confessio tanquam relatiua. Roman. *cons. 294. Hæc confessio*, quem sequitur Dec. *cons. 63. Pro te-*
4 *nui, col. 4. num. 6. ver. nam si statuta.* † Idem, si fiat transactio, in qua partes disponunt aliquid certum, sed referunt se ad testamentum; quia si testamentum aliter disponit, non valet transactio. Dec. *dict.*
5 *cons. 63. n. 6.* vbi est casus. † Idem, si frater recipit in vestituram feudi pro se & fratre, & sorore, prout in inuestitura facta suis maioribus, si in inuestitura maiorum nō continentur fœminæ, non valet quoad sororem, quia erronea est, Alex. *cons. 9. Ponderatis, col. pen. lib. 5.* sequitur Dec. *cons. 63. col. pen. in princ. ver. & licet referens.* Curt. Iun. *con-*
6 *sil. 92. n. 9. in fin. & n. 10.* † Amplia, quia in libello petens creditum, de quo in instrumento non obtinet, nisi doceat de instrumento
7 Castr. *d. cons. 343. num. 3. ver. sed respondetur, lib. 1.* † Amplia, quia confitens contenta in instrumento, vel priuilegio non ibi præiudicat, si instrumentum, vel priuilegium esset falsum. Castr. *d. cons. 343. n. 3.*
8 *ver. sed respondetur, lib. 1.* † Extende in responsione Papæ, quia intelligitur, si preces veritate nitantur, Castr. *d. cons. 343 n. 3. ver. sed respon-*
9 *detur, lib. 1.* † Extende in recepto in Canonicum vigore litterarum contra statuta, quia licet iuret seruare statuta, intelligitur secun-
☞ dum litteras Apostolicas. Castr. vbi supra. Vide Mascard. *Conclus. 385. Confessio relatiua non probat, nisi constet de relato.* Vide plenius, *Positioni an sufficiat responsio relatiua, & quid releuet. Conclusio 390.* Vide, *Relatum debet probari, & quando sufficiat relatio. Conclus. 128.*

Confessio in ciuili an probet in criminali, & econtra. Conclus. 671.

1 * CONFESSIO † principalis facta in iudicio ciuili probat contra eundem in causa criminali secundum * communem, de qua Aretin. *in c. causam, quæ num. 17. & seq. de testib.* sequitur Bos. *titul. quomodo procedatur per exceptionem, n. 4.* Clar. *§. fin. quæst. 54. num. 5. vers.*
2 *sed quid si exhibeatur.* † Contrarium tenet Clarus *in d. §. fin. quæst. 54. num. 5. ver. mihi vero.* vbi, quod solum facit indicium ad torturam,
3 non autem plene probat, sed semiplene. † Declara, quia si cum confessione concurrerent alia indicia, plene probaret in criminali. Clar. *d. §. fin. q. 54. num. 5. in fin.* Vide Mascard. *Conclusio 351. Confessio facta ad inquisitionem, num. 3. & seq.* vbi, quod Confessio facta in criminali bene probat in ciuili, sed non è conuerso, licet alleget te-
4 nentes, quod etiam è conuerso probet. † Restringe, quando confessio esset procuratoris facta in vno iudicio ciuili, quia non præ-
* iudicat in criminali. Clar. *d. §. fin. quæst. 54. ver. sed quæro.* vbi de * com-
5 muni. † Amplia, quia regula est, quod confessio facta in vno iudicio probat in alio inter easdem personas. Vide supra, *Confessio in iu-*
6 *dicio facta. Conclusio 641. num. 58. & seq.* † Limita, quia acta facta in
* causa ciuili non probant in criminali, * communem dicit Clar. *d. §.*
fin. quæst. 54. num. 2. ver. item si producantur. vbi, quod bene faciunt in-
dicium ad inquirendum, & ibi apostill. † Extende, etiam si in iu- 7
dicio ciuili fuisset actum super crimine, quia adhuc acta, & sententia lata in ciuili super crimine non probant in iudicio criminali. Clar. *d. §. fin. quæst. 53. num. 3. ver. & hoc quidem.* vbi dicit * communem. *
Vide plenius *in ver. Acta iudicii coram vno. Conclusio 91.* Vide, *Probatio* ☞ *ad vnum finem facta non prodest ad alium, & quando secus. Conclusio 783.* Vide, *Sententia lata in vno iudicio probat in alio, & quando secus. Conclusio 175.*

Confessio dubia potest declarari. Conclus. 672.

CONFESSIO † dubia etiam in criminali causa potest declara- 1
ri per confitentem ad euadendam pœnam. *c. dilectis. de accusat.* quod intelliges, dummodo exponat, & declaret, secus si peiureret confessionem, vbi quod hoc fieri potest ex interuallo. Lap. *al-*
leg. 95. num. 8. in fi. ver. septimo. & idem tenet Roman. *cons. 455. num. 3. in*
fin. † Amplia, quia inquisitus confitens contenta in inquisitione 2
vera potest verba dubia declarare, veluti si continet quod dederit aquam venenosam ad bibendum, potest declarare de modica quantitate. Alex. *cons. 115. num. 2. lib. 3.* † Amplia, quia vbicumque 3
confessio potest habre duplicem sensum, siue in iudicio, siue extra sit facta, siue in criminali, siue ciuili, potest declarari per confitentem. Curt. Iun. *cons. 241. num. 20. & seq. per totum lib. 3.* † Extende, vt 4
procedat, siue sit confessio actoris, siue rei, quia quilibet suam confessionem declarat. Curt. Iun. *d. cons. 241. n. 20. & seq. lib. 3.* † Am- 5
plia, quia vbi est locus interpretationi, semper fit interpretatio, vt minus noceat confitenti. Ruin. *cons. 170. Viso testamento. num. 8. & 10.*
lib. 1. Vide ad ista, & sequentia *in ver. Confessio criminosi in mitiorem par-* ☞ *tem interpretanda. Concl. 683.* † Et ideo is, qui in iudicio est confes- 6
sus, nullum ius habere in petio terræ, de quo agitur, debet intelligi quo ad titulum, & proprietatem, non autem quoad possessionem, & actionem Publicianam, quam intentat. Alex. *consil. 192. In*
causa & lite. num. 6. ver. nec est verum. lib. 2. † Amplia, quia confessio 7
dubia interpretari debet in mitiorem partem pro confitente in pœnalibus. Alex. *cons. 115. In causa inquisitionis, num. 5. lib. 3.* Vide, *Pro-* ☞ *batio dubia, quando & qualiter dicatur, & non releuet. Conclus. 766.* Vide, *Verba dubia ad fauorem proferentis intelligenda, & quando secus. Conclusio*
105. & Conclusione ibi proxima sequente. † Extende in ciuilibus, Bart. 8
in l. inter stipulantem, § 1. ff. de verb. obligat. imo confitens met potest interpretari suam confessionem dubiam, Doct. *in l. si quis intentione* *
ambigua. ff. de iudic. & in c. 3. de confess. † Extende, quia si confitetur, 9
quod aggressus mox percussit aggressorem intelligitur incontinenti, quia dictio, *mox*, potest importare interuallum temporis, & immediate, ideo, quod magis expedit confitenti interpretamur, Alex. *d. cons. 115. num. 5. lib. 3.* † Extende, vt procedat, quia confitens 10
plura furta fecisse, intelligitur, ne furcis suspendatur de pluribus vicibus in asportando res eiusdem furti, Bald. *cons. 247. Ad euiden-*
tiam præmittendum, post med. ver. in contrarium. lib. 5. Vide, *Confessio crimi-* ☞ *nosi in dubio in mitiorem partem interpretanda. Conclus. 683.* † Amplia, 11
quod dicitur de confessione, quæ in dubio pro confitente, idem in consensu præstito, vt in dubio præiudicet solum ad illum finem, pro quo est præstitus, nec extendatur. Surd. *cons. 36. num. 27. & 28.*
Vide, *Consensus quando non nocet consentienti, qui alias noceret. Conclus.* ☞ *753.* † Extende, quia confessio gratiosa non est extendenda, sed 12
restringenda. Ægid. *cons. 10. num. 35.* vbi, quod ita seruat palatium, & * communiter obseruatur. † Amplia, quia confessio qualificata 13
de certo tempore non præiudicat confitenti alio tempore. Alex. *cons. 171. In causa & lite. num. 13. ver. & pro hoc allego. lib. 6.* Vide, *Confessio* ☞ *qualificata, quando possit in parte acceptari, vel non. Conclus. proxima seq.*
† Amplia, quia is, qui vult vti confessione dubia alterius, debet 14
succumbere, quia contra tentem fit interpretatio. Alex. *cons. 171.*
num. 14. ver. pro quo facit. lib. 6. vbi plena apostilla. *in ver. vti.* dat plurimos concord. † Declara, nisi instet, quod declaretur per confi- 15
tentem, quia tenetur declarare. Alexand. *d. cons. 171. num. 14. libr. 6.*
† Extende, quia confessio per verba de præsenti aliquem non es- 16
se hæredem matris, non includit præteritum, quod non fuerit hæres, sed ad tempus præsens refertur, quo tempore est mortuus. Alexand. *cons. 172. In causa, & lite, num. 4. ver. nec ad hoc habet obstare. libr. 6.*
† Limita, quia confessio & actus dubius non potest declarari re 17
non integra, & quando ius partis est effectum deterius. Castr. *cons.*
151. col. 2. ver. præterea dicta responsio. lib. 4. Vide, *Confessio generalis & ob-* ☞ *scura an releuet. Conclus. 652.*

Confessio qualificata quando possit in parte acceptari, & diuidi, vel non. Concl. 673.

CONFESSIO † conditionalis, seu qualificata quādo non con- 1
tinet duas enunciationes, non potest in parte acceptari, & in

parte

parte non, *l. siquidem. C. de exception.* Oldrad. *cons.*291. *nam.*7. *ver. ecce pars aduersa.* qui loquitur in ea, quæ confitetur se priorissam ex concessione Apostolica, vt non possit pars aduersa separare confessionem, Lap. *alleg.*95. *quidam Presbyter, num.*6. *ver. quarto iterum.* qui loquitur, quando confessio est qualificata sub vna constructione verborum, quia debet acceptari, loquitur in sacerdote, qui confitetur reuelasse confessionem de licentia confitentis, & exemplificat in nuncio, qui citauit domi dimissa copia, vt non teneatur docere, quod dimiserit copiam, licet statutum dicat, quod in citationibus domi debeat copia dimitti, & * communem dicit Alex. *cons.* 87. *In causa Ludouici, lib.*1. Anchar. *cons.*208. *Iudex de iure, num.*16. *& seq.* vbi, quod confessio qualificata dicitur formalis, & quod si non continet capitula separata, non possit diuidi, late Boer. *decis.*339. *num.*3. Dec. *in c. ad hæc, num.*14. *de postul. prælat.* Natta *cons.*31. *num.*2. *& cons.*365. *num.*2. remissiue Felin. *in c. cum dilecti. num.*14. *de accusat.* Roman. *cons.*167. *Antonius. num.*6. *ver. quarto,* vbi apostilla *in ver. acceptauerit,* & plenius *cons.*353. *Quoad primũ, circa fin. n.*14. *ver. vnde succedit.* & * ibi apostilla *in ver. annexa,* dicit * communem. Alex. *consil.*171. *in causa & lite n.*15. *ver. & dicta confessio. lib.*6. vbi apostilla *in ver. totum.* Alex. 2 *consil.*80. *In causa, num.*5. *& seq. lib.*7. † Et quod confessio qualificata non possit sine qualitate acceptari. Bart. *in l. Aurelius.* §. *idem quæsit. ff. de liber. legat.* Alex. *cons.*85. *In causa, lib.*1. Fulgos. *cons. inserto post cautelas Ferracii.* Dec. *cons.*510. *In casu, col.* 2. cum concor. de quibus Boer. *decis.*243. *confessio.* Aret. *cons.*13. *col. fin.* Socin. *cons.*294. *in fin. libr.*2. 3 *& cons.*92. *col.*4. *ver. sed iterum. lib.*3. † Exemplum ponit Roman. *cons.* 167. *num.*6. *ver. quarto, quia.* vbi, quod confessio adulteri accusati de adulterio per vim commisso, qui dicit, *fateor commisisse de mulieris voluntate,* non potest diuidi, quia est contextualis, idem, si dicit, *confiteor, quo ad hanc primam instantiam,* quia non valebit in alia instantia; quia non potest in parte acceptari. Roma. *d. cons.*353. *num.*11. *vsque in* 4 *fin. ver. Vnde succedit.* † Bart. *cons.*228. *Catharina, num.*2. *lib.*6. dat exemplum, quando dicit, *feci ad defensionem meam:* quia dicitur conditio- 5 nalis, & non potest diuidi. † Contrarium, quod possit diuidi, allegat plures apostilla ad Bart. *d. cons.*228. *in ver.*2. *nota, lib.*1. † Amplia, 6 vt procedat, etiam si qualitas seu conditio sit apposita per modum aduersatiuum, quia si incontinenti, vel in eadem constructione est, non potest acceptari in parte, ita Hipp. Rim. Iun. *cons.*12. *Videndum* * 7 *est breuiter, lib.*2. *n.*17. *vbi* dicit * communem. † Extende, etiamsi agatur de confessione minoris contra matrimonium, de quo aliter non constat, quia si dicit, quod promisit ducere in vxorem, per quę sponsalia inducuntur, & quod postea habuit copulam cum ea, sed non animo contrahendi matrimonium, cum sit sub vnica oratione, debet in totum acceptari, vel respui. Alex. *cons.*80. *in causa, & lite,* 8 *n.*5. *lib.*7. vbi apostil. *in ver. separari,* dat concord. † Extende, quia si quis dicat contraxisse matrimonium, sed per metum confessio nõ potest diuidi, quia verba, sed propter metum fecit, sunt contextualia, & referuntur ad omnia, Alex. *d. cons.*80. *n.*6. *& seq. lib.*7. licet ego 9 dubitem de illo casu, Alex. quem videas. † Contrarium tenet Alex. *cons.*87. *col.*1. *lib.*1. quia, vbi aduersatiua ponitur, vt quia deponit confitens se recepisse, sed soluisse, tunc potest confessio acceptari 10 sola sine qualitate. Io. de Amicis, *cons.*99. *per totum.* † Extende hoc contrarium, quia imo potest quis factum simpliciter reprobare, & renunciare, & qualitatem facti subsequutam approbare, & econuerso possum acceptare factum, & non qualitatem facti, Guido 11 Papæ *cons.*134. *n.*4. *in fi. ver. & facit ratio.* † Declara procedere, quod potest acceptari sine qualitate, vel conditione, quando confessio est cum aduersatiua non sub vna structura verborum, sed sub diuersa oratione, vel diuerso capitulo, ita Natta *cons.*365. *per totum.* 12 *lib.*2. distinguit Riminald. *d. consil.*127. *lib.*2. † Amplia conclusionem, quia confessio qualificata non potest sine qualitate acceptari, quando præambula confessio fuit ratio qualitatis, prout in eo, qui confitetur se debitorem Titii, si ipse Titius voluerit, & declarauerit, quia Titio mortuo sine declaratione, nihil debetur propter qualitatem adiectam Signor. *cons.*78. *Instrumentum præsupponitur, num.*4. *& seq.* sed mihi potius videtur conditionalis hoc 13 casu. † Amplia, vt procedat, etiam si qualitas veniat ex interpretatione iuris, prout loquitur idem Oldrad. *d. cons.*291. *n.*6. *& 7. ver. præterea.* vbi tuetur monialem, quæ acceptauerat prioratum non suæ religionis, quod non esset facta ineligibilis, licet confessa esset se accepisse prioratum, & esse priorissam alieni Monasterii, quia dicit, quod debet intelligi de licentia Sedis Apostolicæ, & quod ista qualitas inest tali confessioni, quæ aliter acceptari, neque diuidi 14 potest. † Et tertius possessor confitens hypothecam, & venditionem fuisse factam agenti contra se hypothecaria, sed quod ipse agens nunquam soluit pretium, non releuat agentem, vt possit obtinere; nisi aliter doceat se soluisse pretium, quia debet totam confessionem acceptare, si vult iuuari ex ea. Bald. *consil.*176. *Præmittendum est, circa med. ver. quod hoc non sit probatum. lib.*2. † Amplia, vt pro- 15 cedat etiam in contractu, quia non potest pro parte approbari, & pro parte non, quia debet vel in totum reprobari, vel in totum approbari, plene Tiraquel. *de retract. conuentio. ad fin. titul. num.*5. *& seq.* vbi plene pro vtraque parte, & postea declarat *l. contra iuris.* §. *fin. ff. de pact.* Curt. Iun. *consil.*146. *Præsupponitur. colum.*1. *& 2. & cons. seq. contra ea, quasi per totum.* facit Felin. *in c. cum inter, num.*22. *de except.* vbi, quod si vtor actu gesto à procuratore meo videor habere eum pro procuratore etiam in iis, quæ sunt contra me. *l. cum quæritur. ff. de admin. tutor.* Socin. *consil.*125. *num.*2. *libr.*1. idem Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 7. *num.*4. *cum seq.* † Amplia, quia neque instrumen- 16 tum, neque alia res indiuisibilis potest in parte acceptari, & in parte non, sed debet in totum, & cum suis qualitatibus acceptari. Ias. *in l. contra iuris,* §. *si filius, num.*11. *vers. quinto, ex eodem.* post Bald. ibi *ff. de pact.* Socin. *cons.*125. *num.*2. *lib.*3. post Bart. *in l. si negocia, & in l. qui neque. ff. de neg. gest.* Curt. Iun. *cons.*147. cum aliis relatis per Tiraquell. *de retract. conuentio. ad fin. tit. num.*2. *cum seq. & num.*16. Abb. *in c. peruenit, il secondo, num.*4. *extra de iureiur.* † Restringe, quando continet 17 instrumentum capitula separata, quia potest in parte acceptari, & in parte non, vt declarat Angel. *in l. apud Celsum,* §. *in hac. ff. de doli mali except.* facit *l. Publia.* §. *fin. ff. depos.* Bart. *in l. Aurelius.* §. *idem quæsit. ff. de liber. leg.* Socin. *reg.*386. *in prima fallentia.* † Amplia, quia si ego 18 in mea scriptura confiteor, te esse creditorem meum in centum, & quod tibi solui, non potest creditor meus velle se fundare in mea confessione, quod sit creditor, & negare quod soluerim, quia tenetur in totum acceptare, vel in totum repudiare, siue sit liber rationum, siue quælibet alia scriptura. Bart. *d. l. Aurelius.* §. *idem quæsit. ff. de liber. legat. & in l. si consul. ad fin. ff. de adoptio. & in l. siquidem. C. de except. & in l. quædam.* §. *numularios. ff. de eden.* Bald. *in l.*1. *C. de conf. ff. colum.*4. *ver. quid ergo est in Codicibus,* vbi, quod scriptura, cuius extrema copulata sunt, non potest diuidi, plene Abb. *in c. bona, il secondo, colum. penult. ver. sed moderniores, de postul. Prælat. cum aliis proxime allegatis.* † Extende idem, si confiteor à te habuisse centum, quæ mihi 19 debebas ex causa mutui, quia non teneor iustificare mutuum, & non potes velle fundare te super mea confessione receptionis, quia est qualificata. Abbas vbi supra, & ibi Card. Ias. *in repet. l. admonendi. num.*129. *ff. de iureiur.* Abb. Felin. & Deci. *in c.*2. *de fide instr.* Bald. *cons.*197. *Omnia pacta, in princ. libr.*5. *& cons.*201. *Tria possunt, lib.*4. *& cons.*156. *Cum duæ sunt. libr.*3. vbi loquitur in libro, Alex. *cons.*186. *Visis subtilissimis, num.*7. *lib.*2. *& cons.*132. *Perlectis, num.*9. *lib.*5. & clarius *cons.*80. *In causa, & lite num.*4. *& seq. libr.*7. † Extende, quia si quis 20 promisit aliquam ducere in vxorem, & confitetur habuisse rem carnalem cum ea, sed non animo contrahendi matrimonium cum ea, non potest acceptari hæc confessio sine qualitate, si aliunde non potest probari carnalis copula, Alex. *d. cons.*80. *In causa, & lite. lib.*7. † Extende generaliter, quia non potest confessio acceptari 21 in parte, quin accepteturin toto, quando est vnicum capitulum, vel etiam quando sunt plura capitula indiuidua, & in hoc omnes * conueniunt, discordant bene Doct. quando sit vnicum capitu- * lum, vel quando indiuidua. † Extende, quia si ego dico in mea 22 scriptura tibi tangere scuta ducenta ex vtilitate tuæ pecuniæ, non potes negare scripturam illam, vt petas maiorem summam, & velle fundare tuam intentionem in scriptura negata quoad quantitatem, quia tota debet approbari, vel tota negari. Alexand. plene *consil.*132. *Perlectis, num.*20. *in fin. ver. præterea respondeo, cum seq. lib.*5. vbi plena apostilla *in ver. Acceptare,* dat plurimos concord. † Amplia, 23 in quolibet alio actu qualificato, quia qui acceptat actum, acceptat etiam qualitatem. † Extende, quia recipiens, & acceptans 24 factum cum protestatione dicitur acceptare protestationem, iuxta not. *in c. cum olim. de censib.* Cardin. *in c. Cumana. de electio.* Felin. *in c. cum M. num.*20. *de constit.* per quæ infert, quod si creditor confitetur se à debitore recepisse centum cum protestatione, quod salua sint alia centum, si debitor produxit instrumentum confessionis, acquiescere videtur protestationi, vt debeat alia centum, vt per Fel. vbi supra. † Extende in omni actu qualificato, ex quo surgit præ- 25 sumptio, quia præsumptio surgens debet intelligi cum omnibus qualitatibus, de quibus in actu producente præsumptionem, & non potest diuidi. Bart. plene *consil.*68. *Proponitur, quod, num*3. *vsque in fin. lib.*1. vbi si quis vendidit omnia bona sua, & confessus est pretium recepisse, mortuo venditore emptor instituit filium venditoris in bonis emptis, & ei decedenti sine filiis substituit certos; sicuti ex hoc actu surgit præsumptio simulationis, venditionis factæ ad conseruandum bona in filio venditoris, ita etiam surgit præsumptio, quod moriente filio sine filiis, substituerentur vocati, quia vnicus est actus. Bart. *consil.*68. *num.*3. *vsque in fin. lib.*1. † Ex- 26 tende in eo, qui confitetur tibi tradere aliquid, dummodo impleas tale quid, quia tu non potes diuidere confessionem, vel ob-

lationem, nisi totam acceptes. Alex. *conf.* 222. *Visa facti, num.* 16. *ver.*
27 *praterea. lib.* 2. † Amplia in confessione rei facta in suis exceptionibus, quia non potest per actorem acceptari in parte, & in parte respui, sed tenetur in totum acceptare, vel in totum respuere, prout iacet. Bart. *in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de liber. legat. l. fiquidem. C. de except.* Canon. *in c. bonæ, il secondo, de postul. prælat.* in termi-
28 nis Socin. *conf.* 208. *colum.* 2. *vol.* 2. † Amplia, quia tutior est via negandi delictum, & si constabit fecisse, quod fecit ad sui defen-
* sionem; hoc enim modo reus nihil fatetur, * communem dicit
29 Clar. *d. §. fin. quæst.* 55. *n.* 17. *ver. causis igitur.* † Limita, quando qualitas esset separata seu diuisa à confessione, quia confessio pura præcedens potest acceptari repulsa qualitate, Clar. *§. fin. quæst.* 55.
30 *num.* 16. *ver. item intellige.* † Limita, quia confessio continens plura capita separabilia potest acceptari in vno capite & in alio non. Gemin. *consil.* 94. *in causa Hispalen. per totum.* Natta *consil.* 365. *libr.* 2. Alex. *consil.* 132. *Perlectis, num.* 21. *ver. licet aliud esset. lib.* 5. vbi apostilla *in ver. separata,* dat concord. sed dicit, quod non est generaliter ve-
31 ra, allegat Cuma. *consil.* 136. *Visis instrumentis.* † Limita, quando præsumptio est contra confitentem, quia tunc potest in parte acceptari. Bart. *in l. Aurelius. §. idem quæsit, ff. de liber. legat.* Alex. *conf.* 87. *in princ. ver. nec obstat. lib.* 1. Angel. Aret. *conf.* 97. *Potestas Crispini, in fin.* vbi, quod si sumus in prohibitis, debet probare qualitatem. Alex. *conf.*
* 2. *in fin. libr.* 4. vbi dicit magis * communem, & iterum *conf.* 39. *circa*
32 *vltimum, in fin. lib.* 7. † Et ideo si socer confitetur habuisse perlas generi, & illas dedisse filiæ, bene probatur confessio in sui præiudicium, sed quod dederit filiæ, non præsumitur, ideo tanquam quid separatum potest diuidi. Bart. *in l. in iis, §. si seruus, ff. solut. matr. & conf.*
33 50. *lib.* 1. *& conf.* 87 *lib.* 2. Anchar. *conf.* 181. Rom. *conf.* 146. † Extende, etiam si producta sit ab eo, qui non vult stare, nisi confessioni, quia productio non operatur, vt censeatur approbare, quando scriptura est priuata. Bart. *in l. post legatum, ff. de iis, quibus vt indign.* Alex. *consil.*
34 123. *lib.* 1. *& conf.* 118. *lib.* 5. † Extende, quia is, qui tempore inundationis aperuit clauicam, ex qua damnum fuit datum, ex quo est de genere prohibitorum, si confitetur aperuisse clauicam ex ordine prætoris reiicitur qualitas, nisi probet. Angel. Aretin. *conf.* 97. *in*
35 *fin.* † Extende in eo, qui confitetur habuisse rem in certam causam, quia si extat præsumptio, quod in aliam causam, diuiditur confes-
* sio qualificata, magis * communem dicit Alex. *conf.* 2. *Ex narratu, in*
36 *fi. lib.* 4. *& conf.* 123. *num.* 8. *lib.* 1. † Et idem in creditore, quia fecit confessionem in causam non duriorem contradicente soluente, quia non potest creditor in aliam causam recipere, quam velit soluens, ideo eius confessio diuidi potest. Alexan. *conf.* 39. *in fi.* vbi de magis
** communi. *lib.* 7. & mouetur, quia præsumptio est contra eum, qui
37 fecit confessionem. † Limita, quia confessio qualificata, videlicet quod confitens sit debitor, sed in alia manu sit creditor, potest di-
38 uidi. Natta *consil.* 365. *Dubitatur, ex quo, libr.* 2. *per totum.* † Extende idem in eo, qui excipiendo fatetur expresse; nam licet quis excipiendo de solutione non censeatur fateri. Io. de Amicis *consil.* 49. *per totum.* vbi late, tamen fallit, si expresse diceret, fateor debitum, sed dico me soluisse, qui statur confessioni. Io. de Amicis *consil.* 99.
39 *per totum.* † Extende in positionibus, quia ille, qui respondet positioni confitendo debitum, sed dicit restituisse, potest condemnari, si non probat restitutionem arbitrio iudicis. Boer. *decis.* 243.
40 *circa fin. num.* 13. † Extende vbicunque post confessionem adesset aduersatiua, quia videtur diuisa, secus si vnica oratione fit confes-
41 sio qualificata. Alex. *conf.* 87. *in princ. lib.* 1. † Limita, quia confessio rei potest diuidi per actorem, & acceptare quod facit pro se. Petr. de Rauen. *singul.* 93. allegat glos. & ibi Bald. *in l. si pr. fidi, C. de donat.*
42 *ante nupt.* † Et maxime hoc procedit, quando præsumptiones sunt
* contra qualitatem, prout in ciuilibus, magis * communem, dicit
* Alex. *conf.* 2. *in fin. lib.* 4. & iterum magis * communem dicit *conf.* 39.
43 *circa vltimum, in fin. lib.* 7. † Limita quoad præiudicium ratificationis, vel acceptantis partem. Bald. *in l. obseruare, §. post hæc, ver. quinto quæro. ff. de off. Proconsul.* sequitur Tiraquell. *de retract. conuentio. ad si. tit.*
44 *num.* 16. † Limita, quia licet in ciuilibus confessio qualificata eadem oratione non diuidatur, tamen secus est, si pero centum, & confiteris de 50. tantum, quia possum petere 50. & probare de centum, Io. Ant. Trigonia *singul. per totum.* allegat text. *in l. fiquidem,*
☞ *C. de transact. in fin.* Vide, *Confessio qualificata in criminalibus quando possit diuidi. Conc. prox. seq.* Vide, *Induidua qua esse dicantur. Conc.* 102. Vide, *Qualificata dispositio ad qualitatẽ restringitur. Concl.* 12. Vide, plene Ant. Gab. *li.* 7. *de crim. Concl.* 19. *Confitens delictũ cũ certa qualitate, an puniatur.*

Confessio qualificata in criminalibus quando possit diuidi, vel non. Concl. 674.

1 REGVLA est, † quod licet confessio qualificata non possit diuidi, & acceptari sine qualitate, tamen secus est in delictis, ideo is, qui confitetur commisisse homicidium ad sui defensionem, potest condemnari, nisi doceat de qualitate, quod ad sui defensionem id fecerit. Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæsit. n.* 2. *ff. de liberat. leg.* & mouetur, quia lex præsumit contra delinquentem, *l.* 1. *C. de sicar.* sequitur Angel. *tract. maleficio. ver. comparent inquisi. i, in princ.* vbi pro vtraque parte allegat, & dicit, quod vidit ita seruari in practica, quod diuiditur confessio, ne delicta remaneant impunita, & propter præsumptionem contra confitentem, & est text. *in c. cum venissent, extra de Instit.* vbi Abb. & cæteri, & hanc * communem dicit *
Carrer. *in praxi criminali, fol.* 413. *n.* 163. *& seq. sed secundum nouam impressionem, fol.* 184. *& seq. num.* 6. *& seq.* vbi plurimos citat attestans de
communi. * Boer. *decis.* 164. *post num.* 10. dicit * communem Ias. *in l.* * *
vt vim, num. 13. *ff. de iustit. & iure.* dicit * communem. Bossius *in praxi* *
criminali, tit. de confess. num. 19. *& seq.* vbi de * communi, plenius Clar. *
in §. fin. quæst. 55. *num.* 15. *ver. posset quoque reus.* vbi plurimos citat, & attestatur de * communi. Menoch. *de arbitrar. casu* 93. *in fin. num.* 37. vbi *
plures citat attestantes de * communi, & de magis * communi, * *
quod semper qualitas reiicitur, quando præsumptio est contra qualitatem. Alex. *conf.* 2. *in fi. lib.* 4. Marsil. *singul.* 185. *Confessio inquisiti,* vbi citat plurimos. Farinacius *de carcer. & carcerat. quæst.* 32. *num.* 59.
vbi dicit * communem, & * magis communem, quod nisi probet * *
qualitatem, condemnabitur pœna ordinaria. Bart. *in sua quæstion.* 8. *per Italiam, in ver. solutio, colum.* 1. *in fin. ver. iis præmissis.* Alex. *conf.* 30. *Ex allegatis, in princ. lib.* 7. † Et quod confessio qualificata in criminali- 2
bus possit diuidi; quia fiscus potest acceptare illam partem, quæ est pro curia, & qualitatem reiicere, nisi probetur per confitentem, secus in ciuilibus, quia debet vel tota acceptari, vel respui. Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæsit, ff. de liber. legat. & in l.* 1. *§. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. decem, ad fin. ff. eod. tit.* Abb. & moder. *in cap. auditis, col. pen. ver. sed contra prædicta, de præscript. & in c. cum dilecti. & in c. cum venerabilis,* vbi Felin. & alii *de except.* qui volunt, quod quando contra qualitatem militat præsumptio iuris probat contra confitentem, veluti si dicat, occidisse hominem, sed ad sui necessariam defensionem, & vide mirabiliter. Socin. *in l.* 1. *col.* 6. *ff. de vulg. & pupil.*
* communem, dicit Clar. *§. fi. q. num.* 15. *ver. sed certe.* Boer. *decis.* 164. *
num. 10. & alii plures per Clarum, vbi supra, qui dicit Marsil. decipi *conf.* 136. *num.* 31. *& num.* 44. dum dixit magis * communem con- *
trariam, & ideo dicit hanc ex consuetudine approbari. † Contra- 3
rium, quod imo magis * communis opinio sit, quod etiam in criminalibus confessio qualificata, prout ad sui defensionem, commiserit homicidium, releuet, & non possit diuidi. Marsil. *d. conf.* 136. *n.* 31. *& n.* 44. & quod ista est æquior, sequitur apostil. ad Clarum, *d. §. fi. q.* 55. *n.* 15. *ver. iuxta doctrinam.* † Et pro contrario tenent multi, 4
quod imo is, qui dicit se fecisse homicidium, sed ad sui defensionem, seu vnico contextu fecisse ad sui defensionem, nihil fateri dicatur, nisi sub conditione, quæ nihil ponit in esse, tenet expresse Bart. *conf.* 228. *Casharina accusauit. lib.* 1. & hanc communem * esse cõ- *
tra Bart. dicit Boer. *decis.* 243. *n.* 5. *in fi. ver. tamen in isto dicto.* & Marsil. *conf.* 136. *n.* 31. *& n.* 44. dicit hanc magis communem, * & æquiorem, *
vbi alios citat, prout etiam alios citat apostil. ad Clar. *§. fin. q.* 55. *in ver. iuxta doctrinam.* & plures, plus dicit Io. de Arnono *cept.* 85. quod etiam non probata qualitate non potest ad mortem condemnari. † Declara, quia regula prima est vera, & * communis, & alii pro 5
cõtraria attestantes de communi decipiuntur, prout dicit expresse Clar. *in d. §. fin. quæst.* 55. *num.* 15. *ver. posset quoque in fin.* † Declara, quia 6
ad probandam defensionem sufficiunt coniecturæ & præsumptiones, item testes domestici, & consanguinei. Gomez. *de del. c.* 3 *n.* 27. *&* 28. † Declara, quia saltem illa confessio qualificata in crimi- 7
nalibus operatur, quod non potest condemnari reus pœna ordinaria, sed extraordinaria, vt communem * dicit Clar. *d. §. fin. q.* 55. *n.* *
16. *ver. forte posset,* vbi apostil. dat plures concor. *in ver. Abbas.* † Con- 8
tra declarationem tenet Socin. *in l. non vtique. ff. de except.* † Declara 9
duobus modis, vt declaratio procedat, quando aliæ probationes pro delicto non concurrunt, item quando confessio qualificata est vnico contextu, secus si separata sit qualitas Clar. *d. §. fi. quæst.* 55. *num.* 16. † Regula igitur, & declaratio * communis est, quod si con- 10
stat de delicto, reus confitens delictum ad sui defensionem potest puniri pœna ordinaria, si vero aliter non constat de delicto, tunc etiam diuiditur confessio, vt puniri possit pœna extraordinaria, si nõ probet qualitatem, quod ad sui defensionem propter præsumptionem delicti, seu contra delinquentem. Abb. *in c. auditis, de præscription. num.* 32. *ver. sed contra prædicta,* & est communis * opinio se- *
cundum Boss. *in tit. conuict. num.* 57. & *in tit. de confess. num.* 20. Clar. *§. fi.*
q. 55. *ver. forte posset,* vbi alios citat de * communi, & Bertaz. *conf.* 122. *
n. 15. *lib.* 1. vbi de magis communi, * & practicata opinione, & Rimi- *
nal. *inter consilia crimin. lib.* 2. *conf.* 83. *num.* 6. vbi dicit communem *, *
quod pœna ordinaria potest puniri. † Pro hoc, quod si constat de 11
delicto & delinquente aliter, quam ex confessione rei, licet

ipse

ipse addat qualitatem, quod ad sui defensionem fecit, nihil releuat, nisi doceat de qualitate excusante, quia alias esset inuenta cautela euadendi mortem, & pœnam delicti, ita Clar. *d. § fi. quæst. 55. num. 16. ver. quod tamen intellige.* Gomez. *de delict. c. 3. n. 26. col. pen. ver. ergo licet constet.* Boer. *decis. 164. nu. 15. ver. aut ab initio.* † Et procedit etiam hæc regula, quando constaret de delicto, & contra qualitatem esset nedum præsumptio iuris contra delinquentem, sed alia præsumptio, vel probatio, puta per vnum testem. Bossius *tit. de confessis, n. 24. vers. tertio, declara.* Clar. *in d. § fin. quæst. 55. n. 16. ver. forte posset, in ver. quod tamen intellige.* Boer. *d. decis. 164. nu. 15.* † Contrarium, quando essent præsumptiones pro qualitate, quia tunc non punitur pœna mortis, quia indicia contra reum de delicto non sufficientia non iunguntur cum confessione qualificata ad pœnam ordinariam. Rim. Iun. *inter consilia crim. 83. lib. 2. n. 16.* † Declara, quia si extant præsumptiones contra qualitatem, procedit regula; si extant pro qualitate, procedit contrarium, si extant hinc inde attenduntur, quæ sunt vrgentiores, seu quæ sunt pro defensione tanquam magis fauorabili; quia præualet probatio ad defensam in concursu. † Extende, quia potest condemnari pœna ordinaria, quando primo esset simpliciter confessus postea adderet, quod ad sui defensionem; quia nisi probet defensionem, condemnatur pœna ordinaria. Clar. *d. q. 55. nu. 16. ver. item intellige.* & quod debeat dari terminus ad probandum, & audiri. Carrer. *in praxi fol. 184. nnm. 9. & seq.* vbi, quod sitientes sanguinem humanum male faciunt non admittendo hanc exceptionem, prout etiam Grammat. *voto 2.* Cason. *in praxi cap. 18. tit. de confessione sponta. in fin.* Boer. *decis. 164. n. 13. & seq.* vbi, quod etiam si primo negauit, potest postea confiteri ad defensionem. † Extende, quia confitens fecisse homicidium; & subiungens fecisse ad sui defensionem debet probare defensionem, alias potest condemnari tanquam confessus. Ang. *cons. 217. num. 9. ver. ad quartum.* † Et maxime si adsunt alia indicia, quia posset etiam dirècte condemnari in pœnam ordinariam; secus si sola confessio qualificata adesset. Clar. *d. § fi. quæst. 55. n. 16.* vbi * dicit communem. Extende, † quia non solum potest separari, sed etiam potest puniri pœna ordinaria, quando contra qualitatem sunt præsumptiones. Boss. *tit. de confess. nu. 24.* † Contrarium, quod pœna ordinaria non possit puniri, etiam si adessent vrgentissimæ præsumptiones contra qualitatem. Anchar. Regien. *quæst. 40. n. 1. & seq. & n. 7. lib. 1.* Rim. * Iun. *cons. crim. diuers. 83. nū. 16. lib. 2.* Pedemont. *decis. 60. nu. 9.* vbi * de communi. Surd. *consil. 173. n. 66. & seq. lib. 2.* † Declara, quia Ancha . non dicit id, quod in contrario Rimin. facit, quod indicia non iunguntur ad ordinariam pœnam, per quæ delictum non probatur cum confessione qualificata. Pedemon. loquitur in muliere, & minore Surd. dicit, *nu. 69.* quod qualitas non tollit delictum, sed minuit pœnam, quia cōfessio tunc acceptatur, sed intelligitur, quando aliter non constat de delicto. Ang. *cons. 27. n. 3.* Grauet. *cons. 2. in fi.* sic etiam Rimin. *cons. prædicto, num. 15.* † Extende, quia imo quando reus negauit prius delictum, & qualitatem, & fuit in tortura confessus delictum, nō debet admitti ad probandam qualitatem post torturam, Lucas de Penna *in l. professio, col. 2. in fi. C. de muner. patrimo. lib. 10.* Andr. de Iser. *in § similiter, in fi. de controuer. inuestit.* Afflict. *in § fi. si vasallus, in fi. eod. tit.* † Declara, secundum Bal. *cons. 79. in princ. Dauanti da voi. lib. 2.* vt confitens fecisse extractionem extra territorium, sed de licentia datiarii, debet probare licentiam, & ideo datiarius habet intentionem fundatam contra confitentem, si non probat, postquam est assignatus terminus ad probandum, alias ante assignationem termini confessio non præiudicat, sic distinguit inter istas opiniones, quas recitat pro vtraque parte. † Extende, vt idem sit, si reus confitetur occidisse, sed sine dolo dicitur simpliciter confiteri, ne consequatur beneficium statuti, quia cum dolus præsumatur in occidente, nisi probet ipse cōfitens abfuisse dolum, habetur pro confesso. Bart. *in q. 8. Per Italiam, ver. contra, n. 7. ver. septimo sic.* † Idem, si confitetur maleficium, sed negat posse puniri, quia habetur pro confesso simpliciter, ex quo debet probare, quod non possit puniri. Bart. *d. q. 8. in ver. contra, circa fin. ver. Nono de hoc videtur.* † Restringe in eo, qui in supplicatione narrauit vulnerasse Titium in domo vulnerantis de nocte, quia ex forma statuti fuit sibi licitum vulnerare, quia non potest fiscus acceptare confessionem, vt simpliciter vulnerauerit, donec probat, quod in domo vulnerauit, quia non procedit, nisi in confessione valida, & facta coram iudice & in forma iudicii. Alex. *cons. 30. Ex allegatis, n. 2. ver. contrarium, lib. 7.* † Idem, quando coram iudice incompetenti, quia neq; valet vt extraiudicialis confessio. Alex. *d. cons. 30. n. 3. ver. corroboratur, lib. 7.* † Idem quando confessio fit, vt accessoria ad bannum, quod esset nullum, quia si bannum non valet, neq; confessio accessoria. Alex. *d. cons. 30. n. 4. ver. item si ipse actus, lib. 7.* † Idem in confessione facta in supplicatione nulliter producta, quia si non valet productio, neq; valet confessio in scriptura nulliter producta. Alex. *d. cons. 30. nu. 5. ver. similiter, lib. 7.* † Idem, si confessio esset facta non coram omnibus iudicibus delegatis. Alex. *d. cons. 30. n. 6. ver. de inualiditate, libr. 7.* † Restringe, quando confessio non habet locum, neque tempus, quia non potest diuidi, nec valet. Alex. *cons. 30. nu. 7. ver. tertio respondeo, lib. 7.* † Restringe, quando adsunt præsumptiones pro qualitate, quia non potest separari etiam per fiscum. Gabriel. *concl. 19. lib. 7. n. 9.* Sarnen. *select. interpretatio. c. 1. n. 11. ver. ego existimo.* Vulpel. *cons. 94. n. 10.* Bertazol. *cons. 27. n. 10. in fi. cum seq. lib. 1.* Surdus *cons. 173. n. 66. & seq. lib. 2.* Onded. *cons. 96. nu. 25. in fi.* Thomas Triuisan. *decis. 46. nu. 16. lib. 7.* † Prout e conuerso potest separari, si adsunt præsumptiones contra qualitatem, magis * communem in ciuili dicit Alex. *cons. 2. in fi. lib. 4.* & iterum magis * communem dicit *cons. 39. Circa vltimum, in fi. lib. 7.* † Restringe, quando sumus in delictis minoribus puta mulieres fecerunt rixam, vna fuit alapa percussa in naso, si confiteatur alia dedisse ad sui defensionem, quia adest moderamen inculpatæ tutelæ, absolui debet, nisi constet de maleficio puro. Bart. *cons. 228. Catherina, n. 2. lib. 1.* † Restringe, vt confessio qualificata nō diuisibilis, non possit acceptari in parte, quoad hoc, vt quis possit directo condemnari pœna graui, Lap. *d. alleg. 95. nu. 8. ver. nec obstat,* vbi, quod saltem transfert onus probandi in aduersarium, & communem * dicit Clar. *§ fi. q. 55. n. 15. & seq.* † Restringe, quia confessio criminis est sequenda in totum, quando de crimine non constat aliter, & qualitas non tendit ad impunitatem, sed ad qualificandum delictum. Ang. de Perus. *cons. 27. Quidam victor, circa fi. n. 3. ver. cum ergo,* vbi dicit hoc procedere, etiam si inquisitioni respondens confessus est contenta in ea, cum clausula. *saluo iure,* sequitur Riminal. Iun. *cons. 127. n. 15. lib. 2. quod est inter consilia criminalia 83. lib. 2.* Surdus *cons. 173. n. 66. & seq. lib. 2.* † Restringe, quia quando confessio non est probata aliunde, neque verificata, tunc non potest induci confessio delicti, si non constat de delicto. Rimin. Iun. *d. cons. 127. in fin. lib. 2.* † Restringe, quando confitetur fecisse ad suam defensionem, nec alias, aliter, nec alio modo, quia habetur pro negante, nec diuidi potest, sed debet acceptari cum qualitate. Boss. *d. tit. de confess. n. 26. ver. quinto habes.* † Restringe, quando qualitas non inducit impunitatem, sed diminutionem pœnæ, prout si quis dicat casu, & fortuito commisisse homicidium, vel sine dolo, quia tunc non potest diuidi, ita Ang. *cons. 27. num. 3. ver. de tertio,* quem ad hoc sequitur Surd. *cons. 173. n. 69. lib. 2.* † Restringe, quando confitens non habuit causam delinquendi, vel vlciscendi. Casonus *praxi crim. c. 18. nu. 15.* alias secus. † Restringe, quando confessio est sine loco & tempore, & potuit delictum fieri impune respectu loci, puta in domo vulnerati, & respectu temporis, si reperiat aliquem de nocte in domo sua, quia tunc, quia præsumptio est, quod loco & tempore licito delictum commiserit, commissi delicti confessio non potest diuidi. Alex. *cons. 30. Ex allegat. n. 8. ver. quarto respondeo, lib. 7.* † Restringe, quia confitens occidisse ad sui defensionem, licet confessio possit diuidi non tamen pœna ordinaria puniri debet, sed mitiori pœna extra ordinem. Abbas *in cap. auditis, n. 32. de præscript.* sequitur Rimin. Iun. *cons. 83. nu. 13. & 14. in 2. vol. crim.* apostilla ad Matheſil. *Singul. 37. n. 7. & seq.* vbi plures, & dicit esse stupendum verbum, vbi de communi * *nu. 8.* & quod communiter tenetur dictum Abbatis, quod * pœna ordinaria non possit puniri, Carrer. *in praxi fol. 185. n. 10. & seq.* vbi citat infinitos, & pleniſſime Gomez. *de delict. c. 3. n. 26.* & * communem dicit Anch. *q. 40. nu. 3. & seq. lib. 1.* † Contrarium, quod imo pœna ordinaria puniri possit, tenent Riminald. Iun. *inter Consilia crimin. lib. 2. consil. 83. num. 6.* vbi dicit * communem, & plures citat * apostill. ad Matheſil. *singul. 37. num. 7. & seq.* † Declara, quia opinio Abb. *in c. auditis. num. 32. de præsumptio.* procedit, quando reus vnica verborum structura à principio dicit: *Feci ad meam defensionem:* quia non punitur pœna ordinaria, opinio vero Bartol. quod imo puniatur pœna ordinaria, procedit, quando prius fatetur explicite delictum, postea subiungit, quod fecit ad sui defensionem, & ita declarat Dec. *in c. cum venerabilis. de exception. ver. & retenta ista limitatione.* sequitur Boer. *decis. 164. num. 11.* vbi in fin. dicit * communem, * & citat ad hoc plurimos. † Declarat etiam alio modo Boer. *d. decis. 164. num. 12. & seq.* constituendo tres casus; Primus, quia si reus à principio fatetur homicidium commisisse, postea ante condemnationem dicit, quod ad sui defensionem, super quo debet audiri, si non probat defensionem, punitur pœna ordinaria: Secundus casus est, si primo negauit, postea metu probationum factarum dicit se fecisse ad sui defensionem, quod potest facere secundum * communem, & magis * communem, & isto casu, quia præ- * * sumitur, quod consultus ab alio, & ad mortem effugiendam faciat, nisi probet defensionem, pœna ordinaria puniri debet; Tertius vero casus est, quando ab initio vnico verbo, seu vnica verborum structura dicit se commisisse homicidium ad sui defensionem;

nem, tunc mitius punitur arbitrio iudicis nisi adsint contraria indicia, vel contrariæ præsumptiones, prout inimicitia minæ, vel similia. † Declara, quia si non constat de delicto, nisi per confessionem partis, & qualificatam, tunc non potest puniri pœna ordinaria, & ita intelligitur Abbas *in c. auditis de præscript.* vt dicit Marsil. *singul.185. confessio inquisiti. in fi.* plura allegat apostil. ad Mathesil. *singul.37.n 10. ver. & prædicta conclusio.* vbi citat plurimos, secus, quando extra confessionem constat de delicto plene, vel semiplene. & ita etiam Bossius *tit. de confessis, n.24. ver. tertio declara.* Anch. Regien. *lib. 1. q.40. n.7.* † Declara, quia potest torqueri, vt præcise respondeat, & clare, & si persistat, tunc punitur extra ordinem, alias pœna ordinaria. Boss. *d. tit. de confess. n.27. ver. sexto, & vltimo.* licet non approbet, prout neq; Clar. *d. quæst. 55. n.16.* sed Carrer. *fol.185. num.12.* clare ponit, quod potest torqueri, & plures allegat. Boer. plene *decis.164. n.15. ver. sed prædictam opinionem.* † Declarat Cason. *in praxi crim. c.18. tit. de confessione sponta. n.15. & seq.* quod bona fama, & quod non adsit causa inimicitiæ, facit, ne teneatur ad pœnam ordinariam, alias secus. ‡ Restringe; quia confessio qualificata, quod occidit ad sui defensionem, facit saltem aliquam præsumptionem pro confitente ad alleuiandum, vt cum aliis præsumptionibus iungatur. Cæpol. *cons. 41. n.4. in crim.* † Restringe, quando præcedit negatio, non feci, & si factum probaretur, feci ad meam defensionem; quia nihil confitetur. Bart. *in l. cum de indebito. ff. de probat. n.3.* vbi plena apostill. & quod hæc sit mera negatio, Boss. *d. tit. de confess. num.27.* Clar. *d. §. fin. quæst. 55. num.17. ver. cautius tamen.* vbi de * communi. † Contra restrictionem, quod ista responsio conditionalis, si feci, feci ad meam defensionem, non sit admittenda, quia dubia, & cautelosa est, & licet procedat in ciuilibus, non tamen in criminalibus, in quibus tenetur præcise respondere, alias præparat sibi indicia ad torturam; & potest torqueri, vt respondeat simpliciter. Cason. *in praxi cap.18. tit. de confessione sponta. num.19. & seq.* Vide, *Confessio qualificata quando posit in parte acceptari, vel non. Conclusio proxima præced.* Vide Ant. Gabriel. *libr.7. de criminal. Conclusio 19. Confitens delictum cum qualitate.*

Confessus potest condemnari, & habetur pro condemnato, & qualiter procedat, Concl. 675.

1 CONFESSVS † sponte in iudicio potest condemnari. *l. si debitori. ff. de iudic.* † Imo habetur pro condemnato, ideo potest
2 contra eum fieri exequutio, Io. Monach. *in c.1. de offi. deleg. in fin. lib.6.*
3 vbi, quod contra eum partes iudicis sunt in exequendo. † Declara, vt per Bart. *d. l. si debitori. ff. de iudic.* quia si confessio fit post libellum rectum, debet sequi condemnatio, quia tunc habet effectum litis contestatæ, si vero fiat ante libellum, non requiritur condemnatio, sed potest fieri executio: ita Bart. *d. l. si debitori. ff. de iudic.*
4 † Et quod nullæ sint partes iudicis in confessum, nisi in condemnando, vel absoluendo, quod intellige, vt supra proxime, quando post libellum sequitur condemnatio. Vide Marsil. *singul.201. in confessum. in princ.* & declara, vt supra *Confessio est efficacior probatio caterus. Conclusio 645. num.33. & seq.* † Extende, quia idem est multo magis de confesso, & conuicto, quia nullæ sunt partes iudicis, nisi
5 in condemnando, *l.1. de confess.* ita Abb. *cons.106. Visa quadam. in princ.*
6 *lib.1.* † Amplia, quia confessio potest condemnari etiam ex inordinato processu, Alex. *consil.34. Viso processu, ver. item opponitur, num.2.* & *seq. lib.3.* Vide, *Confessio est efficacior probatio caterus. Conclus. 645. num.*
7 *5. & seq.* † Extende, quia procedit, & sustinetur libellus inordinatus, in quo petitur exequutio instrumenti exemplati ab alio Notario non citata parte, quando adest clausula, *super quibus, &c.* & postea reus confessus est contenta in instrumento esse vera Alex.
8 *d. consil.34. num.3. & 4. libr.3.* † Limita, quia si conuentus vigore instrumenti dicat, se confiteri debitum, prout in instrumento, talis confessio non præiudicat, nisi quatenus instrumentum probet, ideo non habetur pro condemnato, sed expectanda est condemnatio ex instrumento controuerso. Castr. *cons.87. In causa, quæ vertitur,*
9 *in fin. lib.1.* † Limita, in criminalibus, quia confessus non habetur pro condemnato, ideo necesse est, quod conster de condemnatione, quia non sufficit confessio criminis. Castr. *cons.212. in fin. lib.2.* Vide, *Confessio in criminalibus, an & quando sufficiat ad condemnandum. Conclusio proxima seq. num.23. & seq.* Vide aliquid per Mascard. *Con-*
10 *clus.344. Confessio facta in iudicio. num.6.* † Vide plenius, quod imo confessio spontanea in criminalibus habeatur pro sententia condemnationis, & confessus possit condemnari, vel habeatur pro condemnato. Clarus *in praxi crimin. §. fin. quæst.65. in princ.* Vide *in ver. Confessio facta in tormentis quando nocet, vel non. Conclus. 677. num. 33. & sequent.* Vide SOCIN. *Reg. 31. Confessus crimen regulariter pœnam non patitur, nisi sit condemnatus per sententiam.* vbi limitat tribus modis.

Confessio in criminalibus, an & quando sufficiat ad condemnandum. Concl. 676.

CONFESSIO † in criminalibus super crimine non est sufficiens ad condemnandum criminaliter, nisi adsint alia indicia, & præsumptiones. Petr. de Anchar. *cons.24. Visa inquisitione, in princ. ver. in contrarium.* † Et idem dicit Clar. *in §. fi. q.55. num.4.* qui loquitur, vel quando confessio est extraiudicialis, vel in iudicio coram incompetenti iudice, vel etiam coram competenti non sedente facta, quia non probat ad condemnandum sola, sed cum aliis indiciis probat, vel etiam sola facit indicium ad torturam. Vide eum *d. q.55. in princ.* † Amplia, vt procedat, etiam si adsint indicia, & depositiones testium falsorum, quia si testes, qui redarguuntur de falso, deponunt se deposuisse falsum instigati ab eo, qui illos produxit non probant, neque faciunt indicium tanquam conuicti de falso. Petr. de Anchar. *cons.24. in princ. num.2. ver. & si dicatur.* † Amplia, quia nemo potest ex sua confessione condemnari, nisi duo concurrant, quod confessio non repugnet naturæ rei confessatæ, & quod confessio non sit impossibilis, late Rom. *cons.113. Pro decisione, n.5. ver. ad hoc enim.* vbi plena apostilla *in ver. requisita.* dat concord. † Extende, vt idem sit, quando confessio est talis, cui non creditur. Rom. *cons.167. n.4. ver. ex confessione.* † Amplia in tantum, vt si confessus reuocet suam confessionem tanquam metu tormentorum emissam, quia non poterit condemnari, nisi iudex aliunde probet delictum, quam ex confessione, quia præsumitur metu tormentorum emissa, licet Notarius scripserit, quod sponte fuit confessus. Petr. de Anchar. *d. cons.24.* vbi *num.7.* dicit, quod ita obtinuit. Vide, *Confessio in criminalibus an præsumatur spontanea vel meticulosa. Conclus. proxima seq.* † Bene potest torqueri, quia cum prius sit confessus, &
7 reuocauerit, prima confessio reuocata facit indicium ad torturam. Clar. *§. fin. q.21. n.36. & q.64. n.43.* vbi de * communi. † Declara, vt
8 procedat, quando reuocatio fit in iudicio, secus si in carcere, prout idem dicitur de ratificatione, quia si confessio facta in tormentis est ratificata in iudicio extra carceres præcedentibus indiciis probatur delictum contra confitentem. Bald. *cons.95. Reg. iuris, in fi. lib.1.* Vide, *Confitens in tormentis vnum, & sponte confitens aliud vel contrarium, quod attendendum sit. Conclus.680.* † Amplia, quia licet de rigore iuris
9 confessio furis confitentis furtum, & qualitatem temporis furti, per quam iudex acquirit iurisdictionem, non probet delictum, neque conferat iurisdictionem, tamen videtur, quod debeat condemnari. Bal. *cons.251. Posito, quod certa pars, lib.4.* † Amplia, quia ex con-
10 fessione facta inquisitioni, vel accusationi per reum, in qua confessus est contenta in ea esse vera, si in ea narretur factum, per quod non potest dici mandator homicidii, licet cõcludatur ipsum mandatorem, non tamen concluditur id, quod non resultat ex facto. Ang. *cons.22. De pœna illius, n.3. & 4. ver. concludo ergo.* † Amplia, quia
11 is, qui confessus est simpliciter contenta in accusatione contra eum formata de homicidio, cum non dixerit omnia, & singula vera, sed simpliciter contenta in ea vera, si aliunde non potest constare de veritate delicti, & ipse reus in suis constitutis fatetur homicidium casuale, non potest puniri, nisi de casuali. Angel. *cons.27. Quidam victor, per totum,* maxime *in fi. ver. nec obstat.* † Amplia, quia
12 reus ex confessione facta de delicto super inquisitione, quod omnia in ea contenta sunt vera, si in ea dicitur, delinquentem inquisitum esse famosum latronem stradarum, non potest condemnari tanquam famosus latro, quia istud est iuris, nisi contineat factum, per quod inferatur ad famosum latronem, quia confessio eorum, quæ sunt iuris, non nocet confitenti. Ang. *cons.403. Formata fuit.* Crauet. *cons.262. n.3.* vbi ponit plura exempla, & de eo, qui dicit se hæreticum, quia non probat, neque præiudicat, & *cons.29. n.2.* vbi de eo, qui dicit se furem, vel vsurarium. Vide, *Confessio criminosi in mitiorem partem interpretanda. Conclus.683.* Vide, *Crimen non est in iure, sed in facto, & quis dicatur criminosus. Conclus.1075.* † Extende, quia
13 si in inquisitione continetur, quod dedit aquam venenosam ad bibendum vni, qui ex illo potu mortuus est, & reus confiteatur, confessio non præiudicat in eo, quod mortuus sit ex eo, quia non est cognitio rei, sed iudicis. Alex. *cons.115. In causa inquisitionis, n.3. libr.3.* Signorol. *cons.115. per totum,* maxime *in fin.* † Extende, quia si confi-
14 teatur reus se culpabilem, non nocet confessio, quia iuris est. Alex. *cons.115. n.4. lib.3.* † Extende, quia confessio rei, quod vulneratus
15 sit mortuus ex illo vulnere, non probat, neque debet extorqueri. Signor. *cons.163. n.6.* vbi, quod ita obtinuit. † Declara, quia confes-
16 sio, quod commisit homicidium super inquisitione sine loco & die commissi delicti, non sufficit ad condemnandũ pœna ordinaria, sed extra ordinem, vel ad torturam. Ang. *cons.298. Pro prædicto, n.2. & cons.178. n.2 vsque in fin.* Vide, *Libellus in criminali quam specificationem requirat. Concl.320.* † Extende, quia confessio, quod commi-
17 sit

sit furtum in sale, si est sal proprium, non nocet, quia in eo non cadit furtum. Roman. *consilio* 113. *per totum*, maxime *numero* 4. &
18 *sequent.* † Extende, quia si reus confitetur solum id, quod est iuris sine facto, non sibi præiudicat, vt condemnari possit. Angel. *consilio* 403. *Formata fuit, per totum*, vbi si fatetur se famosum latronem,
19 nisi constet ex facto, quod sit talis, non nocet confessio. † Extende, quia inquisitus de percussione, si dicat se culpabilem non esse, non respondet inquisitioni continenti factum. Bartol. *consilio* 115.
20 *Super eo, in fin. libro* 1. † Extende, quia furtum non committitur in rebus habitis pro derelictis, neque in bonis, quæ quis accipit ea intentione, quod dominus sit permissurus, & ideo licet fateatur se furtum commisisse, confessio non nocet, quia repugnat naturæ. Roman. plene *consil.* 390. *Placet mihi, per totum*, vbi in fine quod non potest, etiam si velit facere, quod non furtum sit furtum.
21 †Extende, quia confessio delinquentis dicentis se mandasse Titio dolose, & malo animo, vt committeret furtum in certis scripturis; prout commissum fuit, non nocet, vt ex ea possit condemnari, si constat, quod subreptio scripturarum non attulit commodum subripienti, vel haberet interesse in eis, ita quod furtum non potest esse. Alexand. *consil.* 127. *Visa inquisitione, per totum*, maxime *numero* 5. *& sequent. versic. & quamuis, libro* 4. quod est Vincentij Palæotti, vbi apostilla *in versiculo sequitur*, dat concord. & est confirmatum ab Alexand. ibi *consilio* 128. & ab Antonio de Prato
22 veteri *inter consilia Alexand.* 129. *libro* 4. Vide, *Delictum an probetur per instrumenta, vel testes. Conclusio.* 174. † Amplia, quia confessio facta ad inquisitionem formatam non præcedentibus indicijs non probat, neque præiudicat. Mascardus. *Conclusio.* 351. *Confessio facta ad*
23 *inquisitionem, in principio.* † Amplia multo magis, si confessio est facta incidenter propter aliud, prout à teste examinato, qui confessus est super interrogatorijs fecisse tale delictum, quia ex tali confessione nullo modo potest condemnari. Alexand. *in addit. ad Bartol. in lege* 2. §. *si ex publico, ff. de adulter.* infra *numero* 37. *& sequent.*
24 Vide plenius, *Delictum per modum exceptionis, vel incidenter probatum non punitur. Conclusio.* 575. † Amplia in confessione delicti facta per minorem sine authoritate curatoris, quia ex ea non potest sequi condemnatio. Clarus §. *fin. quæstion.* 55. *numero* 12. *versiculo ulterius potest*, vbi dicit non seruari de consuetudine, & quod esset exceptio ridiculosa, nisi forte ad aliquam diminutionem pœnæ.
25 Vide, *Minor qualiter possit inquiri, & condemnari. Conclusio.* 256. † Amplia; quia confessio delicti quantumcunque spontanea, non sufficit ad condemnandum, nisi sit pluries ratificata. Cuma. *cons.* 139.
26 *Hoc maxime, numero* 4. † Contrarium tenet Azo *in summa, de confess.* * & est communis * opinio, secundum Io. de Imol. *consil.* 109. *in princip.* quod confessio spontanea carcerati non requirit ratificatio-
27 nem, sed solum ea, quæ sit coacte, & metu tormentorum. † Et pro contrario vide plura, *Confessio facta in tormentis quando noceat.*
28 *Conclusio.* 679. † Declara; quia confessio spontanea facta sine indicijs non indiget ratificatione, nisi quando suggestione esset facta, puta quia sibi fuit promissa impunitas, quia videtur per dolum extorta, ideo debet ratificari, ita Io. de Imol. *consilio* 109. *per totum*, vbi dicit, quod licet sit scriptuum, quod sponte confessus est, si potest probari per testes, quod reuera fuerit inductus promissione veniæ, non valebit, nisi venia concedatur.
29 † Amplia, quia confessio criminis erronea potest reuocari, & non nocet, quia si hoc in ciuili admittitur, vbi agitur de damno vitando, quanto magis in criminali. Signorol. *consilio* 155. *nu-*
30 *mero* 19. *& sequent.* † Declara, quia aliquando est erronea confessio notorie, vt quia reus fatetur occidisse eum, qui viuit, & res est clara, quod non nocet, aliquando fatetur occidisse eum, qui vere mortuus est, sed naturaliter est mortuus, & idem est dicendum, si vero fatetur occidisse eum, qui vere fuit occisus, sed ab alio, tunc nocet confessio, nisi probetur, quod ab alio, & quod sit erronea.
31 Sign. *d. cons.* 155. *n.* 19. † Extende, quia si quis rixatur cum marito, & percutiat vxorē eius, cū quo rixatur, statim capitur, & deinde vxor moritur, & ipse fatetur interfecisse vxorem, erronea erit, & probabitur confessio, si probatur per medicos, quod percussio non erat mortalis, itē quia ipse ignorat verisimiliter, ex quo nō potest scire, quia vulneratus vixit per multos dies, & maxime si probetur etiā, quod mala cura decessit. Signor. *d. con.* 155. *n.* 19. *& seq.* vbi tollit con-
32 traria. † Extende, vt idem sit, si quis vulnerauit aliquem, qui mortuus est inde ad aliquot dies superueniente febri; quia si reus confiteatur se interfecisse, vel quod vulnerauit, & ex vulnere mortuus est, etiam si confessio dicat sponte, & ex certa scientia, & constet vulnus non fuisse mortale, vel quod mala cura vulneratus decessit, quia iuit ad solem, & ad tabernas, & causauit sibi febrem, tunc non nocet confessio tanquam erronea, & potest reuocari. Signorol. *consilio* 163. *per totum*, vbi *numero* 5. inuehitur contra iudices extorquentes similes confessiones, & dicit esse malam practicam, & narrat, quod liberauit Mediolani tribus vicibus tres reos confessos eo modo. † Amplia; quia confessio delicti ex- 33
traiudicialis, item iudicialis coram incompetenti, etiam in præsentia partis non probat delictum, nisi adiuuetur alijs indicijs, sed solum facit indicium ad torturam. Clarus. §. *fin. quæstion.* 55. *in princip.* vbi *numero* 5. dicit idem in confessione coram iudice competenti, quando non sedebat pro tribunali, vbi ponit plures casus, in quibus confessio non probat ad condemnandum confitentem. Vide, *Confessio facta coram iudice incompetenti non probat, & quando* 34
secus Conclus. 642. † Extende, quando confessio fuit extorta præ- textu promissæ impunitatis, de qua vide, *Confessio facta sub promis-* 35
sione veniæ an noceat. Conclus. 681. † Extende, quando non constaret de delicto, quod confitetur reus, quia non potest puniri. Vide, *De-* 36
lictum debet constare, vt delinquens puniatur Concl. 171. † Extende, quando legitima indicia non præcederent, & fuit facta in tormentis.
† Vide, *Torqueri nemo potest, nisi præcedant indicia. Conclus.* 329. † Amplia, quia non potest imponi pœna ordinaria ex delicto confessa- 37
to in consequentiam, videlicet quando non agebatur ad illud, c. 1. *in fin. de exceptio.* vbi tex. hoc probat. † Declara, quia vbi crimen 38
confitetur, vel in causa ciuili, vel criminali, si ad illud agebatur principaliter, puta per accusationem, denunciationem, vel inquisitionem, tunc reus potest puniri pœna ordinaria; si vero non agebatur ad illud; sed incidenter, vel per exceptionem, vel alias indirecta confessio emanauit, non punitur pœna ordinaria, nisi sit crimen contingens principale crimen, ita glo. ordinaria *in capite* 2. *de ordin. cognit. in versiculo restitutio facienda.* † Abba 39
in sua quæstione 4. *incipien. Titius, colum.* 11. *in fin. versiculo sed nunquid*, sic distinguit, quia solus princeps absolutus; prout Papa, potest punire pœna ordinaria delinquentem ex confessione incidenter facta, nullus autem alius iudex hoc facere potest; quia sine instantia puniret, & quia sententia debet esse conformis libello, nisi delictum esset notorium permanens, in quo nulla requiritur solemnitas, neque probatio, si vero esset notorium requiens probationem, & non potest. † Vide, & recurre semper in hac mate- 40
ria ad Roman. *in l. cum mulier, num.* 27. *& seq. ff. solu. matr.* vbi examinat, quando delictum incidēter, vel per modum exceptionis possit puniri pœna ordinaria, & in eadem instantia, vel non, per nouem conclusiones, quas omnino videas, quia plenius, quam alius quisquam & ordinate complectitur omnes casus, licet Feli. plenissime *in c.* 1. *de except.* ponat pariter plures conclusiones, tamen non ita clare distinguit. † Imo quod requiratur noua inquisitio. Vide 41
Afflictum *decis.* 176. Clar. *in p. axi criminali*, §. *fi. q.* 19 *per totam, & n.* 4.
† Et vide plenius. *Delictum probatum per modum exceptionis, vel incidenter non punitur, Conclusio.* 175. † Extende in confessione ex inordina- 42
to processu habita, quia si adest defectus iurisdictionis, ea non probat, etiam si esset spontanea, si vero iudex sit competens, & sit habita non sponte, sed per tormenta ex processu inordinato, tunc non probat delictum. Clar. *d. quæst.* 55. *numer.* 3. *verb. item posset.* Vide, *Confessio in iudicio facta probat, & operatur multa. Conclus.* 641. *numer.* 32. *& seq.* † Extende, quando confessio non est pura; sed conditiona- 43
lis vel qualificata, quia tunc non potest sequi conditio, de quo vide plene Clarum *in* §. *fin. quæst.* 55 *numer.* 15. *& sequent. vers. & posset quoque.* Vide, *Confessio qualificata. Conclus.* 673. *& Conclus. ibi proxima*
seq. † Limita, quia confessio iudicialis facta super crimine, de 44
quo constat, plene probat, & ex ea potest condemnari delinquens. † Extende, etiam si confessio emanasset de aliquo delicto 45
extra causam criminalem, de qua principaliter agitur. Clar. §. *fin. quæst.* 55. *num.* 6. *ver. posset etiam* vbi dicit * communem, quando tale * delictum confessatum est contingens causam criminalem principaliter intentatam, & vide supra *num.* 23. † Limita, quia statutum, 46
quod quis de crimine non possit puniri post tres menses, non habet locum, si inquisitus confessus est delictum, & non opposuit de lapsu temporis; quia confessio inducit notorium, ideo valet condemnatio etiam sine accusatore. Castr. *consil.* 17. *Potestas supradictus, num.* 3. *lib.* 1. † Contrarium; quia confessio facta sponte post 47
tempus constitutum ad formandam inquisitionem non probat, neque præiudicat. Mascard. *Conclus.* 331. *Confessio facta ad inquisitionem, nu.* 5. vbi citat plurimos. Vide conclusionem proximam præcedentem, in fine, quia licet confessio in ciuilibus facta in iudicio ante litem contestatam non expectet aliam condemnationem, tamen secus est in criminalibus.

Confessio in criminalibus an præsumatur spontanea; vel meticulosa. Conclus. 677.

CONFESSIO † rei in criminalibus præsumitur metu tormē- 1
torum emissa, & magis creditur reo reuocanti confessionem,

tanquam emissam metu tormentorum, quam Notario dicenti, quod sponte fuit confessus. Petr. de Anchar. *cons.* 24. *Visa inquisitione, numer.* 2. *& sequ. ver. præterea aduertendum*, vbi allegat Bald. & alios, vbi dicit, quod facta reuocatione, non poterit iudex condemnare reum, nisi aliunde probet delictum, & quod ita obtinuit; qui tamen loquitur, quando non erat verisimilis confessio, & idem
2 dicit Bald. *cons.* 465. *Tres sunt casus, numer.* 3. *vers. tertius casus, lib.* 5. † Extende, quia terror tormentorum in dubio præsumitur in iudice, etiam postquam reus, est extra carcerem. Petr. de Anchar. *cons.* 24.
3 *numer.* 4. *vers. ad hoc facit.* † Contrarium videtur velle Bald. *cons.* 95. *reg. iuris est, in fin. lib.* 1. vbi, quod licet confessio in tormentis non probet etiam perseueratain carcere, tamen secus, si est ratificata
4 in iudicio extra carcerem. † Declara, quia in maiore confessio facta præsumitur vera, & spontanea, secus est in confessione minoris, etiam cum curatore, quia minores simplici ferulæ cedunt, & non sunt constantis animi. Bald. *cons.* 310. *Aut mulier, numer.* 2. *vers.*
5 *& quod dixi, lib.* 1. † Declara secundo, quiaan confessio facta per maiorem sit meticulosa, vel spontanea, statur conscientiæ iudicis, qui hoc potuit considerare, quia cum mens hominis non possit pingi in pergameno, consonum est, vt ex qualitate personarum, & aliis concomitantiis hoc resideat in arbitrio iudicis, qui non præsumitur immemor salutis æternæ. Bald. *d. cons.* 310. *numer.* 2. *in fi.*
6 *& numer.* 3. *vers. si autem confessio, lib.* 1. † Declara tertio, quia si reus reuocat confessionem tanquam meticulosam, & reperitur scriptum quod sit facta sponte, si quidem constat de delicto, confessio præsumitur spontanea, si vero facta assignatione termini vtrique parti, non constat de delicto, præsumitur meticulosa. Baldus *cons.* 465.
7 *num.* 3. *lib.* 5. † Declara, quia ad hoc, vt confessio facta post tormenta videlicet ratificatio dicatur spontanea, plures sunt opiniones, prima quod intercedat saltem vna dies quietis rei, & vna nox; secunda, quod cesset metus tormentorum; tertia, quam tenent moderni, quod sit arbitrarium iudici. Io. de Anan. *cons.* 17. *num.* 6. *vers. quarto præmitto*, vbi Bologni. in apostil. *num.* 15. vbi, quod multa debet iudex considerare in hoc arbitrio, quæ ipse ponit ibi, videlicet numerum, ordinem, & modum, quibus confitens est tortus.
8 † Amplia, quia si Notarius scriberet, quod reus tortus sponte confessus est, esset falsarius, quia non potest esse spontanea, si metu tormentorum. Bologni. *in addit. ad cons. Io. de Anan.* 17. *numer.*
9 15. † Extende, etiam si sine tormentis reus confitetur delictum, & dicatur, sponte, & ex certa scientia, quia illa verba non probant taliter certam scientiam, vel spontaneam confessionem, vt si sint coniecturæ de errore, non possit reuocari; quia talia verba per Notarios scribuntur, qui grauant suas conscientias. Signor. *consilio* 155. *numero* 20. *in fin. versiculo nec prædictis obstat*, & plenius *consilio* 163. *num.* 5. *& 6.* vbi, quod est mala practica, & quod pluries
10 obtinuit Mediolani, & liberauit plures quos nominat. † Vide tamen Clarum §. *final. quæstion.* 64. *num.* 42. *versic. solentque cauti*, vbi, quod imo videtur bona cautela, quod in ratificatione Notarius asseratreum fuisse sponte confessum, & quod licet ista sit falsitas,
11 nihilominus consuetudo excusat Notarium. † Amplia, quia confessio facta siue in tortura, siue ante torturam, dum spoliaretur, vel ligaretur, dicitur metu tormentorum facta, quia parificantur tortura & comminatio proxima. Clar. §. *final. quæstion.* 64. *num.* 31.
* vbi, quod * omnes ita tenent. Castr. *consil.* 284. *Viso quodam, num.* 2. *lib.* 2. vsque in fin. vbi, quod dicitur metu tormentorum, quando fit in loco torturæ, vel præcedente ligatura, & comminatione de
12 torquendo. † Contrarium dicit seruari de consuetudine idem Clarus, quod imo dicitur spontanea, alias omnes reorum carceratorum confessiones dicerentur metu tormentorum; quia iudex monet semper reos ad dicendum veritatem, alias deuenietur ad torturam, & ita teneri per omnes * dicit Clar. *d. quæst.* 64. *num.* 31.
13 *circa fin. vers. sed certe.* † Declara; quia si ligatura rei esset atrox, vel stricta nimis, aut cum taxillis, certe confessio diceretur metu tormentorum extorta, alias non. Clar. *d.* §. *fin. quæstion.* 64. *numero* 31.
14 *in fin.* † Extende, quia omnis confessio facta per reum in carcere
* dicitur metu tormentorum, communem * dicit Alexand. *consilio*
15 52. *numero* 3. *libro* 3. † Contrarium Iul. Clar. *dicto* §. *final. quæstion.* 64. *numero* 32. *versic. sed an forte*, vbi dicit contrarium verius per rationem prædictam, quia omnes confessiones reorum essent me-
16 tu tormentorum, quod est absurdum; quia tota materia criminalis destrueretur. † Limita; quia confessio rei de crimine commisso præsumitur potius facta ex conscientia criminum; quam metu tormentorum. Bald. *in l. vnica, col.* 7. *C. de confess.* refert, & sequitur Marsil. *Sing.* 218. *incip. regulam.* Vide tamen Marsil. *Sing. suo primo*, vbi dubitat de dicto Baldi, & limitatione prædicta.

Confessio carcerari quando præiudicet, vel non confitenti. Conclus. 678.

REGVLA † est, quod confessio carcerati, si iniuste esset carceratus, sibi non præiudicat, secus est, quando esset iuste carceratus. Cuman. *consilio* 157. *In causa Benedicti, in princ.* vbi ita dicit intelligendum Bald. *in l. qui carcerem, ff. quod met. causa.* † Extende, 2
maxime, quando confessio naturæ repugnat, vel super impossibili, quia ea non nocet confitenti. Roman. *consilio* 113. *Pro decisione, numero* 5. *versic. adhoc enim*, vbi apostilla *in versic. nocere*, & *in versic. requisita*, dat concord. & loquitur, etiam si sit ratificata. † Extende, 3
in eo, qui nulliter fuit captus tanquam suspectus de fuga, quia eius confessio non potest sibi præiudicare, vt validetur captura nulla, quia captus dicitur carceratus. Cuma. *d. consilio* 157. *in principio & per totum*, infra *numero* 7 † Amplia, quia etiam si sententia 4
super confessione transierit in iudicatum, tamen si est erronea, princeps concedit restitutionem in integrum, ne noceat, si est per errorem, vel falsa. Roman. *consilio* 390. *Placet mihi, num.* 2. *verficulo & hinc est.* † Amplia, quia confessio facta in carcere, vel metu 5
tormentorum, vel vt liberetur etiam si iuste esset detentus, non valet quia requiritur perseuerantia. Cuma. *dicto consilio* 157. *in fin. versiculo secundo amplius dicebam*, vbi distinguit, quod aut confessio metu carceris, vel tormentorum est facta, & non valet, aut quia sciebat pœnam confitenti imponendam maiorem, & valet data perseuerantia. Vide, *Confessio facta in tormentis quando noceat, vel non. Conclusio. proxima seq.* † Et quod confessio spontanea sine indicijs 6
non noceat carcerato, si constet, quod inductus est spe veniæ promissæ, nisi perseueret. Ioan. de Imol. *consilio.* 109. Vide, *Confessio sub promissione veniæ an noceat. Conclus.* 681. † Amplia, quia detentus 7
habetur pro carcerato, ideo non valet confessio facta ad fauorem detinentis, quando durante detentione fuit facta. Fulgos. *consilio* 5. *Quidam Guielielmus, circa fin. versiculo porro pro defensione*, supra *numero* 3. † Amplia, quia non valet venditio, neque cessio facta per 8
carceratum ad fauorem consanguinei tyranni detinentis carceratum. Fulgos. 242. *Visa copia, in fin.* Vide, *Metus ex quibus præsumatur, & quando. Conclus.* 223. † Amplia, quia confessio carcerati si reuo- 9
cetur probato errore non nocet; secus si error non probetur, etiam si sit facta coram iudice incompetenti. Iul. Clarus. §. *finali quæstione* 21. *numero* 33. *versiculo bene verum.* † Extende idem, si confessio 10
metu tormentorum fuisset facta. Iul. Clarus. *dicta quæstion.* 21. *num.* 34. *in fine, versiculo bene verum est*, vbi, quod nihil nocet, si constat, quod metu tormentorum, vel per vim est facta. † Et dicitur facta 11
metu tormentorum quando fit a carcerato conducto ad locum torturæ cum comminatione de torquendo, quia suspicio torquendi æquiparatur torturæ, & est * communis. Clarus *in* §. *final.* *
quæstion. 64. *numero* 31. *versiculo nunc de gradibus.* † Contrarium in pra- 12
ctica teneri dicit. Clarus *dicta* §. *fi. quæstion.* 64. *num.* 31. nisi ligatura fieret atrox vel cum taxillis, & dicit * commnem, quod dicitur spontanea. *

Confessio facta in tormentis quando noceat, vel non. Conclus. 679.

CONFESSIO delicti facta in tormentis non nocet, quando 1
fuit illata tortura sine indiciis, quia censetur facta metu tormentorum. Baldus *consilio* 465. *Tres sunt casus, in principio libro* 5. Cuma. *cons.* 139. *nu.* 9. Baldus *consilio* 471. *num.* 2. *lib.* 2. Io de Anan. *cons.* 17. *Visa relatione, nu.* 5. Clar. § *fin. q.* 55. *num.* 14. *ver. si vero*, vbi dicit, quod est nulla, & dicit * communem. Castr. *cons.* 284. *Viso quodam,* *
col. 2. *nu.* 2. *lib.* 2. Rom. *cons.* 167. *Antonius, nu.* 5. *ver. quod autem.* Alex. *cons.* 180. *In causa Angelorum, n.* 10. *ver. non obstat confessio lib.* 2. *& cons.* 52. *Viso themate, nu.* 1. *in fi. cum seq. ver. nec oportet. lib.* 3. Vide, *Torqueri nemo potest, nisi præcedant indicia legitima, Conclus.* 320. † Et quando valeat confes- 2
sio in tormentis facta, & ratificata, vel ne, tradit Aret. *in l. qui in aliena.* §. *Celsus. ff. de acq. hared.* Alex. *cons.* 1. *li.* 3. *col.* 2. Marsil. *in l. si. nu.* 12. *ff. de quæst.* vbi plurima congerit. † Amplia, quia confessio facta metu 3
tormentorum non præcedentibus indiciis non nocet; etiam si superuenerint indicia ex post, ideo iudex appellationis non debet eam attendere. Bal. *d. con.* 465. *in prin. lib.* 5. Clar. *in* §. *fin. q.* 64. *n.* 9. *in fi. ver. debent igitur, & quæst.* 55. *num.* 14. *in fin.* latissime Roma. *consil.* 167. *numero* 6. *vers. caterum*, vbi plena apostilla dat concord. *in vers. reconualescunt.* Alexand. *cons.* 1. *Viso processu, num.* 3. *in fin. lib.* 3. *& consil.* 52. *Viso themate, num.* 2. *in fin. ver. & pro hoc. lib.* 3. Vide, *Metus quanditu dicatur durare, vel sit purgatus. Conclus.* 220. † Extende, quia confessio de- 4
licti non præcedentibus indiciis est nulla, etiam si sit perseuerata. Ias. *cons.* 188. *vol.* 2. Clar. *d.* § *fin. q.* 55. *n.* 14. vbi, quod quis ex tali confessione

* fessione non potest condemnari; quia est nulla & dicit * communem, vbi citat Iason *dicto consilio* 188. & plurimos de * communi attestantes. Castren, *consilio* 284. *numero* 2. *& per totum, libro* 2. Roman. *consilio* 167. *numero* 5. vbi plenissima apostil. *in versiculo perseuerauerit, citat* infinitos concord. Alexand. plenissime *consilio* 1. *Viso processu, in princip. libro* 3. & iterum in eodem casu repetit *consilio* 144. *Post redditum, in princip. libro* 2. *& consilio* 5. *In casu inquisitionis, in princip. libro* 1. quod duplicatur *consilio* 93. *eod. libro* 1. *& consilio* 180. *numero* 10. *versiculo quinimo, libro* 2. † Extende, vt procedat, etiam si tortura sit illata minus legitime, quia confessio etiam perseuerata non valet, & non nocet. Alexand. *consil.* 144. *Post redditum, numero* 5. *fortificantur, libro* 2. † Extende etiam in confessione facta nedum in tortura sine indiciis, sed etiam post torturam, & quomodolibet etiam ex interuallo perseuerata, & ratificata, quia non valet Alex. *d. consilio* 52. *Viso themate num.* 2. *versic. Vide cum ita, qua in tortura libro* 3. vbi apostilla in *vers.* nihil valet dat concord. † Extende, quia non valet talis confessio facta post torturam illatam sine indiciis legitimis etiam ex interuallo, etiam si notarius scripsit, quod sponte confessus est, quia non potest dicere, quod sponte sit confessus, nisi quando fuit tortus, & confessus legitimis præcedentibus indiciis, & postea ex interuallo, & sponte ratificat. Alexand. *d. consil.* 52. *numero* 2. *libro* 3. vbi dicit esse notandum, & perpetuo menti tenendum, & citat plurimos. † Extende, quia confessio, etiam si superueniant indicia, non conualescit. † Extende etiam, si tortus ratificauerit confessionem factam in tormentis sine indiciis, quia confessio sibi non nocet. Cuma. *consilio* 139. *numero* 3. *versiculo quantum ad primum.* Io. de Imol. *consilio* 109. *in fin.* & Roman. *d. consilio* 167. *nu.* 5. Alexand. *d. consil.* 1. *num.* 3. *vers. idem tenet lib.* 2. *& cons.* 5. *In casu, in prin. lib.* 1. vbi apostilla *in vers. damnari*, dat concord. † Et procedit extensio, etiam si ratificatio fiat nedum tacite, sed etiam expresse, * secundum * communem, de qua idem Clarus. *d.* §. *fin. quæstion.* 55. *num.* 14. *in fin.* † Etiam si tortus perseueret in confessione habita in tormentis non præcedentibus indiciis, quia non præiudicat. Io. de Anania. *d. consilio* 17. *num.* 5. † Extende, quia sicuti est nulla confessio facta in tormentis non præcedentibus indiciis, & non potest reus confessus condemnari, idem est, quando fuit confessus in tortura reiterata, quando talia non extabant indicia, per quæ posset reiterari. Marsil. *in praxi criminali.* §. *quoniam numero* 41. *& sequent. versiculo sciat vlterius.* Alexand. *consilio* 180. *In causa Angelorum numero* 10. *versiculo fortius dico, libro* 2. † Extende, etiam si extarent aliqua indicia non releuantia, puta à remotis, non probata per duos testes, prout est confessio extraiudicialis, vel quando testes de solo auditu deponunt. Alex. *dicto consilio* 1. *in princip.* maxime *num.* 4. *libro* 3. † Extende, etiam si tortura sit illata cum præsentia Vexilliferi, & duorum ex Antianis Bononiæ, quia non sunt soluti à statuto, & à dispositione iuris communis. Alexand. *d. consilio* 1. *num.* 6. *& sequent. versiculo nec prædictis obstat, libro* 3. vbi, quod, Potestas præsens debuit resistere Dominis Vexillifero, & Antianis. † Extende, vt procedant, etiam si extra torturam iniuste illatam confiteatur cum noua qualitate; quia adhuc omnia sunt nulla, & ratio est, quia perterritus à tortura nulla est confessus, quæ ratio durat, donec est in potestate iudicis, qui intulit iniustum metum. Alexand. *consilio* 1. *numero* 11. *in fin. versic. secundo respondeo, libro* 3. † Extende in tantum sub sequentem confessionem extra tormenta factam per eum, qui fuit tortus, sine legitimis indiciis esse metu tormentorum, vt Notarius non possit scribere, quod sit spontanea, & licet excusetur à falso Notarius sic scribens, tamen committit falsum. Alexand. *d. cons.* 1. *numero* 12. *versiculo nec etiam prædictu obstat, libro* 3. qui dicit, quod illa verba, *sponte*, nihil operantur, sicut non operatur renunciatio mulieris facta Velleiano; quia decepta eadem facilitate Senatusconsulto prædicto mulier renunciauit. † Extende, quia etiam si aufugiat ex carcere iniuste tortus non præcedentibus indiciis, is tamen non habetur pro confesso, vel conuicto de iure communi, neque ex forma statuti Bononiæ, per quod disponitur, quod aufugiens ex carcere habeatur pro confesso de delicto, pro quo detinebatur, & quod ponatur in banno, quia statutum intelligitur, nisi carceratus habuerit iustam causam fugiendi, prout habet ille, qui iniuste est carceratus, vel tortus. Late Alexand. *consilio* 144. *post redditum per totum, libro* 2. vbi *num.* 6. quod iniusta carceratio, & iniusta tortura causat iustum metum de non stando in manibus iudicis talia inferentis. † Extende, quia prædicta procedunt, siue delinquens sit de delicto minori, vel maiori inquisitus. Clarus *d.* §. *fin. quæstion.* 64. *numero* 9. *in fin.* † Prout in raptu, & stupro violato, Alexand. *consil.* 1. *Viso processu, num.* 2. *& sequent. lib.* 3. † Amplia, quia confessio inquisiti est nulla facta non seruata forma statuti iubentis dari idem ad deliberandum reo, quia est formale. Signorol. *consil.* 115. *per totum.* † Extende idem statuto Bononiæ de tondolo, & tormento, quod dat certam formam, quia ea non seruata, si inferatur tortura, & sequatur confessio, omnia sunt nulla, etiamsi sit perseuerata, ita Alexand. *consilio* 1. *Viso processu, in princip. versic. quia respondeo. lib.* 3. † Amplia, quia confessio delicti facta coram Iudice, non tamen in forma iudiciali, sedente pro tribunali valet non ad condemnandum, sed ad torquendum, si non est ratificata. Iul. Clar. *in praxi*, §. *fin. quæst.* 21. *nu.* 35. *versiculo sed hic cadit.* † Si vero est ratificata per confitentem coram iudice pro tribunali sedente, tunc bene probat ad condemnandum. Clarus, vbi supra, vbi, quod propterea inoleuit practica, quod Iudices faciunt ratificare coram Iudice pro tribunali sedente, idem Clarus plenius *quæstion.* 49. † Amplia, quia confessio incerta, & indeterminata non nocet, vt sequi possit condemnatio, ideo si tortus, vel etiam ratificans dicat se occidisse Antonium, nec appareat de quo Antonio senserit, confessio non præiudicat, vt possit condemnari. Io. de Anania *consilio* 17. *numero* 7. *versiculo præterea ex alio*, vbi Bologni. in apostilla *num.* 15. *versic. præterea ista confessio.* Castren. *cons.* 274. *Visa relatione. numero* 1. *in fin. vers. præterea, colum.* 2. *in princip. lib.* 1. † Amplia, vt quod dicitur sine indiciis torto, & confesso non nocere confessionem, procedat, etiam si adsint indicia hinc inde; quia nisi contra tortum indicia sint grauiora, adhuc confessio metu tormentorum non valet etiam perseuerata, & ex ea non potest condemnari. Roman. *consilio* 167. *Antonius, numero* 5. *vers. quod autem*, vbi apostilla *in vers. laborent*, dat concord. † Amplia, quia confessio facta in tortura illata pendente dilatione data reo ad faciendas suas defensiones, non nocet etiam perseuerata, & ratificata; quia facta metu tormentorum censetur, & metus durare præsumitur quando iniuste fuit semel tortus. Alexand. *d. cons.* 1. *num.* 2. *& sequ. libro* 3. & repetit *consilio* 144. *Post redditum, numero* 2. *in fin. versiculo sed contra dictum Antonium, libro* 2. † Amplia, quia si constat de contrario, vt quia is, quem dicit occidisse, viuat, non præiudicat, & dicitur constare, si per Literas alicuius officialis fiat fides de vita Io. de Anan. *cons.* 17. *numer.* 7. *vers. præterea nemini dubium*, vbi Bologni. *numer.* 15. *vers. confirmantur prædicta*, vbi quod vita posset probari per testes domesticos. Castr. *cons.* 274. *Visa relatione, numero* 2. *versiculo præterea lib.* 1. Vide, *Confessio erronea quando dicatur, vel non Concluſ.* 650. † Extende, etiam si testes non omni exceptione maiores, puta duo, qui essent contrarii, inimici, reconciliati rei, dicerent non esse illum Antonium interfectum, qui dicitur viuere, quia illis non creditur, licet sint reconciliati. Io. de Anania *d. consilio* 17. *numero* 8. *versiculo nec obstat.* duplicatur per Castrens. *consilio* 274. *colum.* 2. *versiculo non obstat, numero* 3. *lib.* 1. † Extende, etiam si homo viuens habeat duplex nomen, puta Nicolaus Antonius, & interfectus appelletur Antonius; quia per duplex nomen non variatur identitas personæ hoc casu. Ioan. de Anania *consilio* 17. *numero* 10. *versiculo non obstat*, & duplicatur per Castrens. *d. consilio* 274. *numero* 3. *versiculo non obstat, libr.* 1. † Amplia; quia procedit, etiam si confessus in criminali nullis præcedentibus indiciis non est tortus; quia si ipse allegat se confessum propter torturam, de qua non constat, sufficit, quod esset detentus, vt non possit condemnari. Alexand. *d. consilio* 52. *in fin. numero* 3. *& 4. libro* 3. vbi, quod præsumitur terror illatus ab officiali, & ibi apostil. in *versiculo vero similis*. Vide plene per Mascard. *Concluſ.* 353. *Confessio facta per torturam nullis præcedentibus indiciis non valet*, & ampliat septem modis, & limitat tribus modis. † Limita, quando confessio criminosi esset spontanea; quia tunc præiudicat. Baldus *consilio* 465. *numero* 2. *versiculo secundus casus, libro* 5. & hanc * communem dicit Mascard. *d. Concluſio.* 253. *in tertia limitatione, numero* 34. *& sequent.* vbi extendit, & declarat, vide eum. † Declara, vt imo non præiudicet, nisi plures sit ratificata. Cuma. *d. consilio* 139. *numer.* 4. Io. de Imo. *cons.* 109. *per totum*, vbi, quod communis * opinio est, quod nocet, sed tamen si est facta suasionibus; quia venia fuit promissa, non nocet; quia censetur dolo extorta; nisi ratificetur. † Extende; quia imo confessio spontanea facta in iudicio legitime operatur, quod potest confitens condemnari; quia nullæ partes iudicis in cõfessum sunt, nisi in condemnando, communem * dicit Clar. in §. *fi. qu.* 65. *in prin.* vbi plures citat. † Extende in tantum, vt licet processus sit ineptus tamen valet condemnatio. Matheſil. *Sing.* 53. apostil. ad Clar. §. *fi. quæst.* 55. *in princip.* † Extende; quia confessio spontanea sufficit ad condemnandum reum confessum, etiam si non præcedant indicia, nec copia indiciorum fuerit data, apostil. ad Iul. Clar. *d.* §. *fi. qu.* 55. *in princip.* Vide, *Confessio facta in criminalibus an, & quando sufficiat ad condemnandum. Concluſ.* 676. † Extende, quia imo confessio delinquentis sponte facta de delicto habetur pro sententia. Clarus in §. *fin. quæstion.* 65. *in princip.* vbi apostilla hoc dicit expresse, & * attestatur de * communi. † Declara, quia licet confessio habeatur

tur pro sententia, tamen non potest agi mortuo confitente contra hæredes, sicut posset, si lata esset sententia Apostilla ad Clar.
38 *dicta* §. *final. quæstione* 65. † Declara, quia licet confessus sponte delictum possit condemnari, id intelligitur non statim, sed debet mitti in carcerem, & ipsi debet assignari terminus ad allegandum quicquid vult, ne condemnetur, quo elapso bene potest condemnari, & ita de consuetudine totius orbis seruatur, & licet Boss. dicat dari terminum, si petatur à confesso, tamen etiam si non petat, dari debet, & ita seruari dicit Clarus *dicta* §. *final. quæ-*
39 *stione* 65. *in principio*. † Extende, quia quando confessio spontanea præiudicat, vt ex ea confitens possit condemnari, etiam si non sit ratificata, quia non requiritur ratificatio in spontanea, sed in confessione metu tormentorum bene requiritur ratificatio. Clarus *di-*
40 *cta* §. *final. quæstione* 65. *in fin. numero* 2. *versiculo sed quæro nunquid*. † Restringe, nisi indicia verisimilia essent pro innocentia, vel nisi fieret reuocatio confessionis, & probaretur innocentia. Baldus *dicto consilio* 465. *numero* 2. *libro* 5. Grammat. *decisione* 34. *numero* 35. *& seq.*
☞ Vide plenius, *Confessio criminis spontanea quando præiudicet, vel non. Con-*
41 *clusio* 682. † Limita, quando reus diceret se metu tormentorum confessum esse, quia si constat de delicto non sibi creditur, sed præsumitur vera confessio, & debet confirmari condemnatio per iudicem appellationis. Baldus *consilio* 465. *numero* 3. *libro* 5. Vide,
☞ *Confessio in criminalibus an præsumatur spontanea, vel meticulosa. Conclu-*
42 *sio* 677. † Restringe secus esse, si non constaret de delicto; quia præfixo termino vtique parti, & non probato delicto, confessio præsumitur per metum, & plus creditur confitenti reuocanti confessionem, quam Notario, vel Iudici dicentibus eum sponte con-
43 fessum. Baldus *consilio* 465. *numero* 3. *libro* 5. † Limita, quia confessio criminis facta in tormentis præcedentibus indiciis, bene valet, si est confirmata coram Iudice, prout ratificare faciunt cauti assessores coram Iudice pro tribunali sedente, & tunc si præcedant indicia, sufficit ad condemnandum, ita Clarus *quæstione* 21. *numero*
* 35. & plenius *quæstion.* 49. *in praxi criminali*, §. *fin.* plenissime *quæst.* 64. *numero* 40. vbi, quod ista est * communis opinio, quod confessio rei facta in tormentis siue præcedant indicia, siue non, non præiudicat, vt possit condemnari, nisi sit sponte ratificata ad ban-
44 cum iuris. † Declara, quia non statim est condemnandus, sed expectari debet, vt post aliquot dies confirmet eam, & confessio
* in tormentis quid operetur, plene Guido Papæ. *decisione* 339.
45 † Dicas, quod nonnulli sentiunt, quod ratificatio dicatur extorta metu tormentorum, debet esse post primam confessionem in tormentis per vnum diem, vel vnam noctem, alii vero, quod fiat, postquam cessauit dolor tormentorum, alij autem, quod sit arbitrarium Iudici. Castr. *cons.* 274. *visa relatione, col.* 2. *versiculo secundo præmitto, libro* 1. vbi, quod etiam ex modo, ex loco, ex tempore, & aliis circumstantis præsumitur metu tormento-
☞ rum extorta. Vide Mascardum. *Conclusio* 355. *confessio in tortura facta*, vbi, quod ratificatio debet fieri per interuallum vnius diei, dicit tamen, quod probat semiplene confessio sola facta in tor-
46 mentis præcedentibus indicijs. † Extende, quia non sufficit tacita ratificatio, videlicet quod reus non reuocet, sed requiritur expressa ratificatio, & ita de consuetudine seruari dicit Clarus *dicto* §. *fin. quæstion.* 64. *numero* 40. *versiculo cæterum*, vbi plures citat, circa fin. & dicit, quod Iudex sit cautus, ne mittat reum confessum ad carceres publicos, vbi est schola delinquentium, qui instruerent eum, vt reuocet confessionem, sed mittat ad secretos,
47 donec ratificauerit. † Restringe, quando confessus in tormentis præcedentibus indiciis non vult ratificare, sed reuocat confessionem negando commisisse delictum; quia non potest condemnari, sed potest torqueri tanquam si nouum iudicium superueniisset, & si iterum fateatur, postea negat, poterit toties torqueri, non tamen, vt transeat ad infinitatem, sed vsque ad tertiam vicem, postea si neget post tertiam vicem, debet relaxari, & absolui, ita Clarus qui dicit notandum, & quod male faciunt Iudices torquentes in infinitum. Clarus *in* §. *fin. quæstion.* 21.
48 *numero* 36. *versiculo vlterius, & quæstion.* 64. *numero* 43. † Contra re-
49 strictionem tenent multi, quod imo non valeat reuocatio. † Declara, quia si pro confessione concurrunt indicia, reuocatio non attenditur, & potest confessus condemnari; quod intellige de indiciis legitimis, & vrgentibus à lege approbatis, alias arbitrio iudicantis remittitur. Grammat. *decisione* 34. *& numero* 35. *& sequent.*
50 *versiculo Vide ex præmissis*. † Restringe, quia imo etiam confessio facta in tormentis, & postea legitime ratificata potest reuocari, sed si non probat reuocans, quod sit erronea, non nocet reuocatio, sed exequitur sententia, si probaret errorem debet liberari, & ideo post ratificationem dandus est terminus trium dierum reo, quia hoc modo non dicitur indefensus. Clarus *dicta* §. *fin. quæstion.* 64. *numero* 44. *versiculo fin autem*. † Limitæ, quia confessio 51
criminis facta per eum, qui fuit tortus sine indiciis, sustinetur, quando tortura fuit modica & tortus erat robustus, ita Grammat. *dicta decisione* 34. *numero* 54. *& sequent. versic. præterea dato*, vbi, quod in contingentia facti ita fuit iudicatum, quia Iudex fuit relaxatus, sicque inseruiret saltem in syndicatu Iudicis. † Extende, 52
quando confessio fuit spontanea, & post modicam torturam, & cum iuramento, quia ex quo suspectus est, valet, vt per Grammat. *d. decisione* 34. *numero* 58. *& sequent. versic. item, & plus, vsque in fin.* vbi plura allegat ad hoc notabilia. † Modus ratificandi est; quod ex- 53
pectetur in diem sequentem, & non fiat statim, ne videatur eodem metu ratificata, vel saltem per plures horas, Clarus *d.* §. *fin. quæstion.* 64. *numero* 41. vbi dicit * communem. † Et debet esse ad *
banc um iuris facta extra carceres, vel saltem in loco, vbi non sint 54
ipsa tormenta, & tutius est, quod adhibeantur, & scribantur testes, licet acta iudicii probent sine testibus. Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 42. *versiculo debet quoque*. † Solent etiam Notarii scribere ratificatio- 55
nem.

Confitens in tormentis vnum, & sponte confitens aliud, vel contrarium, quid attendendum. Concluſ. 680.

CONFESSIO † facta in tormentis magis attendenda est, 1
quam confessio spontanea contra alium, vel tertium. Bald. *cons.* 95. *Regula iuris est, in fi. ver. dicunt doctores lib.* 1. † Limita; quia con- 2
tra confitentem magis statur spontaneæ confessioni; quam factæ in tormentis. Bald. *d. cons.* 95. *in fin.* † Restringe limitationem, vt non 3
procedat, quando iura præcipiunt deueniri ad tormenta, quia attenditur confessio facta in tormentis, dummodo confitens perseueret in iudicio, non autem in carcere. Bald. *d. cons.* 95. *in fi. lib.* 1. vbi quod ita practicatur.

Confessio sub promissione veniæ an noceat. Concluſ. 681.

CONFESSIO † facta sub spe veniæ, & liberationis, puta; quia 1
iudex dixit, confitearis delictum; quia promitto tibi veniam, & gratiam, an noceat ad condemnandum de delicto confessato. Deci. *in l. ea est natura cauillationis, ff. de reg. iur.* & ibi apostill. dicit, quod potest fieri talis promissio, & quod confessio nocet. † Vide 2
Io. de Imol. *cons.* 109. *per totum*, vbi quod tanquam dolose extorta non nocet, nisi præcedant indicia. † Et quod iudex possit ad eru- 3
endam veritatem talem promissionem reo facere, est * commu- *
nis opinio, quia potest dissimulare iudex. Clarus qui plures allegat §. *fin. quæstion.* 55. *numero* 8. *vers. circa primum*, vbi apostilla dat concord. *in vers. promissionem*. † Contrarium, quod talis promissio 4
fieri non possit, & facta debeat seruari, ita quod confessio facta per reum sub spe veniæ non afficiat eum, quia licet iudex possit dissimulare, non tamen potest vel debet mentiri. Clarus *dicta* §. *fin. quæstion.* 55. *numero* 8. *versiculo sed certo*, vbi consuluit iudicibus, ne faciant istas promissiones, & ibi apostill. dicit hanc veriorem. Marsil. *Singul.* 201. *& in praxi, versiculo postquam, numero* 15. † Declara, 5
quia confessio sub promissione veniæ non operatur, quod pœna ordinaria imponi possit, sed bene, quod possit torqueri, vel extra ordinem puniri, ita tenuisse Senatum Mediolani affirmat Clarus *dicta quæstion.* 55. *numero* 7. *vers. allegare etiam posset*, & hanc communem * dicit Cagnol. *in lege ea est natura, numero* 18. *in fin. de reg. iur.* *
Clarus *dicta quæstion.* 55. *numero* 9. *vers. circa secundum*. † Contra decla- 6
rationem, quod imo valeat talis confessio, & possit reus confessus sub tali promissione condemnari pœna ordinaria, est magis communis * opinio. Clarus *d.* §. *fi. qu.* 55. *num.* 9. *vers. contrariam*. Boss. *
tit. *de confessis per torturam, num.* 12. † Declarat idem Clarus *d.* §. *fi. qu.* 7
55. *num.* 9. *in fin. vers. ego certe*, vt opinio contraria, quod possit condemnari, sit communis, * & verior, contraria vero æquior. † Item, *
quod sit vera opinio, quod possit confessus puniri, & sibi imputet, si credidit iudici promittenti id, quod non potest facere, secus si esset princeps, vel iudex de maioribus, qui posset gratiare, quia debet obseruare promissa, idem Clar. *d.* §. *fi. quæstion.* 55. *num.* 9. *in fin.* 8
Vide plenius, *Fides publica seruanda in principe. Concluſ.* 135. *per totam.* ☞

Confessio criminis spontanea quando præiudicet, vel non. Concluſ. 682.

CONFESSIO † criminis etiam spontanea sine causa non 1
præiudicat. Anchar. *consil.* 22. *Visa inquisitione*, vbi arguit, quod sicut non probat in ciuilibus, ita nec in criminalibus, sequitur Marsil. *in praxi, num.* 21. *& in lege* 1. §. *præterea, de quæstion.* vbi late.

† Ex-

2 †Extende, quia confessio etiam spontanea, & sine tormentis non est potens ad condemnandum reum confessum, nisi talis confitens in ea perseueret. Cuma. *consilio* 138. *Hoc maxime*, & est ratio secundum Marsil. in Auerolda, *numero* 22. quia talis sponte confessus delictum, de quo imponitur pœna mortis, non videtur in rectitudine, & plenitudine intellectus, sed magis videtur delirare, & ideo cautela est, vt iudex faciat eum sæpius, & diuersis diebus interrogari, vt videat, an perseueret in ea, & vide etiam eundem Marsil. *Singul.* 239. *plures sunt.* Clarus plene §. *fin. quæstion.* 64. *numero* 40. *& sequent.* sed Clarus non loquitur in confessione
3 spontanea, sed vi tormentorum facta. † Contrarium, quod imo spontanea sufficiat ad condemnandum sine ratificatione. Clarus *in* §. *fin. quæstion.* 55. *num.* 2. *versiculo sed quæro*, vbi dicit * commu-
4 nem. † Extende, quia imo confessio delicti facta incidenter non sufficit, vt possit condemnari in illo iudicio, & dicitur incidenter, quando inquiritur de vno delicto, & confitetur aliud, quia bene poterit inquiri super nouo delicto confessato, sed non condemnari, quia ad id non agebatur, & esset condemnatio sine instantia, quod à iure prohibetur. Baldus *in lege mercalem, C. de cond. ob caus.* Afflict. *decisione* 176. Clarus in §. *fin. quæstion.* 19. *per totam*, maxime *numero* 4. Vide plenius supra, *Confessio in criminalibus an, & quando sufficiat ad condemnandum. Conclusio.* 677. *numero* 11. *& sequent.* Vide, *Confessio facta in tormentis quando noceat, vel non.*
5 *Concluſ.* 679. *numero* 31. *& sequent.* † Contrarium, quod confessio in iudicio sponte facta, etiam non præcedentibus indicijs sufficiat ad condemnandum, & habeatur pro sententia condemnatoria. Clar. §. *fin. quæst.* 65. *in princ.* Vide, *Confessio facta in tormentis quando noceat, vel non. Concluſ.* 679. Vide, *Confessio facta in processu nullo va-*
6 *let, & quando secus. Concluſ.* 643. † Amplia in minore, qui confessus est delictum sponte in iudicio sine curatore, quia si reuocat, & petat restitui in integrum, non nocet sibi confessio. Afflict. *decis.* 208. Vide, *Restitutio in integrum, licet in criminalibus non detur minori aduersus delictum, bene datur aduersus confessionem delicti. Conclusio.* 283.

Confessio criminosi in mitiorem partem interpretanda. Concluſ. 683.

1 FVR confitens se pluribus vicibus furatum esse, non probat plura furta contra se ex sua confessione, ad hoc, vt statutum mandans furca suspendi eum, qui plura furta commisit, sit seruandum, quia confessio debet intelligi in mitiorem partem, videlicet pluribus vicibus continuando furtum, vt sit vnum furtum, non autem plura. Bald. *consil.* 247. *Ad euidentiam præmittendum, post med. ver. in contrarium, lib.* 5. Vide, *Confessio dubia potest declarari. Concluſ.* 672.
2 †Extende, quia licet confessio in dubio intelligi debeat secundum interrogationem, tamen si reus respondet simpliciter inquisitioni continenti, quod vulnerauit Raymundum officialem, & dicat, quod vulnerauit Raymundum, non ideo fatetur eum officialem, seu gabellarium, prout continetur in inquisitione, quia confessio dubia, & generalis quod minus est, continet, & in fauorem confitentis debet interpretari, & prout ei magis est vtile, plene Roman. *consil.* 455. *In casu, per totum*, vbi apostilla *in vers. existimo*, dat concord. & citat eundem Roman. *consil.* 460. *Illa verba.* Vide, *Confessio in criminalibus quando sufficiat ad condemnandum. Concluſ.* 676. Vide, Dictio, *prout, sicut, secundum*, & similes quid importent. *Concluſ* 347. Vide, *Qualitas an censeatur negata, vel confessata ex generali con-*
3 *fessione. Concluſ.* 7. † Imo, si reus confiteatur omnia contenta in inquisitione esse vera, & inquisitione contineatur, quod est famosus latro, quia est qualitas iuris, sibi non nocet. Vide, *Confessio in criminalibus, quando sufficiat ad condemnandum d. Concluſ.* 676. *num.* 12. *& seq.*
4 † Extende, etiam si inquisitus confiteatur vulnerasse Raymundum, prout, & sicut in inquisitione continetur, & in inquisitione contineatur Raymundum vulneratum officialem, & gabellarium esse, quæ qualitas alterat pœnam; quia non censetur fateri illam qualitatem, ratio est, quia confessio quod minus est, continet, & fauorabilius confitenti, vt supra in prima extensione, & illa verba relatiua sufficit, quod possint verificari quoad alia in inquisitione contenta, prout de loco, tempore, & alijs non alterantibus. Roman. plene *consilio* 460. *Illa verba, per totum.*
5 † Extende, quia si præcedit inquisitio, vel accusatio, quæ continet diem, & locum delicti, & inquisitus vel accusatus respondens fateatur delictum, non tamen censetur fateri locum, neque diem, nisi exprimat, ideo sententia condemnatoria contra eum lata non valet, ita Bartol. *consilio* 228. *Catharina accusauit, lib.* 1. vbi, quod sicuti accusatio, vel inquisitio debent continere diem, &
6 locum, ita confessio & sententia. † Amplia, quia imo reus confessus simpliciter se commisisse homicidium, potest ex interuallo declarare, quod fecit ad sui defensionem, ita confessus, quod mulierem abduxit libidinis causa, potest declarare, quod libidinis causa secundario, sed principaliter, vt haberet in vxorem; quia declaratio admittitur, quando non destruit ex toto confessionem, plene Alex. *consil.* 1. *col. fin. nu.* 31. *& 32. ver. accedit declaratio, lib.* 3.
7 † Extende, vt procedat etiam, quando negasset, puta inquisitionem, vel positionem, quia poterit reuocare suam negationem, & velle fateri, secundum positionem. Alexand. *consilio* 91. *In causa, num.* 7. *ver. & dato quod, lib.* 6. † Amplia multis modis, in quibus con-
8 fessio dubia, tam in criminalibus, quam in ciuilibus debet interpretari in mitiorem partem, vt minus noceat confitenti, de quibus *in versic. confessio dubia potest declarari. Conclusio.* 672. *numero* 7. *&*
9 *sequent.* † Amplia in ciuilibus, quia confessio interpretatur pro confitente, vt minus noceat. Bartol. *in l. inter stipulantem*, §. 1. *ff. de verb. obligation.* Vide *Confessio dubia*, supra proxime. † Extende,
10 quia in ciuilibus confessio interpretatur pro confitente, vt minus obligetur confitens, & ideo confessio enunciatiua, qua quis dicit se hæredem, ne obligetur, debet intelligi, quod est hæres scriptus, vel hæres, si velit adire, non autem quod adeat ex tali confessione. Rum. *cons.* 170. *Viso testamento, numero* 8. *&* 10. *libro* 3. † Restringe, quando creditor scribit litteras de-
11 bitori, quod recepit pecunias, quia in dubio de omnibus, & sic de integra summa fit interpretario. Ias. *consilio* 70. *in* 2. *dubio. libro* 1.

Confessio criminosi non probat contra socium criminis, & quando secus. Concluſ. 684.

CONFESSIO † & probatio sumpta contra Titium super furto instituto contra ipsum Titium, non probat contra Mæuium de ope, licet Titius hoc confiteatur. Baldus *consil.* 497. *De accessorio, in princip. libro* 1. † Extende in adultero confitente
2 adulterium, quia non præiudicat adulteræ. Baldus *consilio* 497. *in princip. versiculo & hoc etiam patet. libro* 1. † Extende in cohærede
3 confitente testamentum esse falsum, quia non nocet alteri cohæredi. Baldus *dicto consilio* 497. *in princip. versic. item quid magis coniunctum libro* 1. † Extende in eo, qui producit testem, quia licet
4 confiteatur testem falsum, non tamen nocet testi, Baldus *dicto consilio* 497. *versic. item quid est magis colligatum, libro* 1. † Idem, si te-
5 stis dicat se corruptum, quia non probat contra producentem. Baldus *dicto consilio* 497. *circa princip. versic. & è contra. lib.* 1. † Ex-
6 tende in eo, qui confitetur se cum alio commisisse barattariam, quia non probat contra eum, cum quo dicit simul fecisse barattariam, Baldus *dicto consilio* 497. *in fin. versiculo & adpradicta. lib.* 1. † Amplia, vt procedat, etiam si statutum mandet stari confessioni
7 delinquentis, & quod sola confessio probet, quia intelligitur contra confitentem, non autem contra tertium. Bald. *d. consil.* 497. *circa fin. vers. non obstat, lib.* 1. † Amplia, quia nedum confessio, sed
8 nec condemnatio facta contra adulterum nocet adulteræ. Vide *Sententia lata contra vnum quando alteri præiudicet, vel non. Concluſ.* 174. Vide plenius, *Res inter alios acta tertio non præiudicat. Conclusio.* 264.
9 † Amplia, quia iudex dicens seu confitens se pecunia corruptum fuisse & propterea iniquam sententiam tulisse, non præiudicat ei, quem dicit corrupisse, & pecuniam dedisse Angel. *consil.* 309. Bartol. *in l. si quis in graui*, §. *si quis mouens. ff. ad Syllania.* vbi Alexand. *in apostil.* Feli. *in c. litteras, num.* 20. *de præsumpt.* † Extende idem in
10 teste dicente se falsum testimonium tulisse. Ang. & alij supra proxime allegati. Limita multis modis *in vers. Socius criminis potest inter-*
11 *rogari, & qualem probationem faciat Concluſ.* 315. vbi plenius. Vide etiam plenius *in vers. Testes socij criminis quando, & qualiter admittantur. Concluſ.* 217.

Confessio passi violentiam quam probationem faciat. Concluſ. 685.

CONFESSIO † mulieris, vel monialis cognitæ per violen-
1 tiam, licet non faciat plenam probationem, tamen facit magnam præsumptionem. Io. de Anania *consil.* 1. *num.* 8. vbi Ludoui. Bolog. *in addit. n.* 18. *vers. alio respectu*, vbi, quod iuncta fama probat, & iustificat sententiam. † Et quod tam mulier, quam puer passi
2 violentiam probent, & sint integri, quia non sunt infames, neque participes criminis, ideo faciunt iudicium ad torturam, secus si sponte passi sunt. Plotus *consil.* 50. *numero* 21. *& seq. quod est inter criminalia* 132. *numero* 23. *& sequent. lib.* 1. Vide, *Sodomiticum crimen detestabile, & eius pœna. Conclusio.* 316. † Limita è conuerso, quia
3 con-

confessio passi ad excusationem non probat ; latissime Marsil. *Sing.* 22. Vide pro limitatione Mascard. *Conclusio.* 389. *Confessio offensi negantis*, vbi declarat. Vide, *Exculpatio facta ab offenso quid operetur. Conclus.* 466.

Confessio sacramentalis reuelari non potest. Concl. 686.

1 CONFESSIO † sacramentalis reuelari non potest per sacerdotem, cui fit sub grani pœna. *c. omnes*, §. *caueant, de pœnit. dist.* 6.
2 Lap. *allegat.* 95. *quidam Presbyter.* † Extende, quia non arguit subiectionem confitentis in foro poli, quia reuelari non potest. Oldr.
3 *cons.* 244. *num.* 24. *vers. octauum insuper.* † Limita, quia sacerdos potest reuelare confessionem de licentia, & voluntate peccatoris. Lap. *alleg.* 95. *numero* 2. *vers. in contrarium*, allegat not. *in c. significasti*
4 *de adult.* † Et statur sacramento sacerdotis, quod confitens dederit licentiam reuelandi ad hoc, ne posset puniri pœna ordinaria, maxime quando non ad instantiam confitentis contra eum proceditur, secus si ad instantiam confitentis. Lap. *allegat.* 95. *per totam*,
5 vbi est casus alleg. † Limita, quia si laicus laico dicat aliquid in confessione, bene potest compelli pro veritate dicere in iudicio, quia non potest esse in forma confessionis, cum non sit sacerdos ille, qui recepit in confessione. Card. Zabarel. *cons.* 35. *col.* 1.
7 *ver. & resoluendo.* † Extende, etiam si quis in secreto recepto iuramento de non reuelando dixit, vel fecit in præiudicium alterius aliquid in confessione, quia iuramentum non obligat, & potest compelli deponere veritatem etiam sine absolutione, vel saltem absolutio est legitima, obtenta à superiore, etiam in absentia absoluti, quia est priuilegium. Card. Zabarel. *d. cons.* 35. *in princ.* vbi est casus.

Confessio facta in foro conscientiæ, & animæ non nocet in foro fori. Concl. 687.

1 CONFESSIO † facta in foro conscientiæ & animæ non debet nocere in foro contentioso. Oldrad. *cons.* 183. *n.* 13. *ver. item*
2 *confessio, quæ fit, cum multis seqq.* † Et ideo, si quis in confessione sacramentali confitendo peccata sua remittit aduersario suo iniuriam, censetur remittere odium, & rancorem, non autem prosequutionem iuris sui in iudicio. Bart. *in l. non solum*, § 1. *ff. de iniur.* Bald. *in l.* 3. *C. de libert. & eorum liber.* Io. Andr. *in additio. ad Specul. de instrum. editio.* §. *nunc aliqua.* Ant. de Butr. *in c. de iis, de accusat.* sequitur Alexan. *cons.* 189. *In causa & lite, num.* 9. *lib.* 6. vbi hoc maxime procedit, quando
3 fit in mortis articulo, & ibi apostilla in *versiculo odium*, dat concord. † Infertur propterea, quod is, qui bene dixit inimicum suum mandato sacerdotis, odium, & rancorem remisit, non iniuriam, & prosequutionem in iudicio. Alexandr. *d. consilio* 189. *numero* 9. *lib.* 6.
4 vbi apostil *in versiculo odium* dat concord. † Contrarium videtur tenere Bald. *in l. id, quod pauperibus*, 22. *quæst. C. de Episc. & cleric.* quod licet odiosi, & inimici non censeantur in dispositione vocati, vt per Alexand. *cons.* 213. *num.* 4. *ver. fortificatur, lib.* 6. tamen ex quo fuit sepultus disponens in Ecclesia præsumitur confessus, & conse-
5 quenter remisisse odium, & inimicitiam. † Declarat Alexand. *cons.* 91. *Repetitus in causa, nu.* 6. *& seq. ver. præterea cum d. Aloysius, lib.* 7. quod procedit, quando probatur confessio, & contritio sequuta post odium tunc remissio odij præsumitur, sed ex eo, quod fuit sepultus
6 in Ecclesia, hoc non probatur, quia potuit sepeliri tanquam confessus ante odium, & probatio dubia non releuat. † Amplia, quia imo confessio facta coram sacerdote in foro pœnitentiali non probat in foro iudiciali, & contentioso, & quando secus. Vide Mascard. *Conclus.* 377. *Confessio coram sacerdote*, vbi ampliat. etiam si testes super ea deponant, etiam in causa matrimoniali, licet adducat contraria in hoc, limitat, quando data est licentia à confitente ipsi confessori; item potest probari, & valet probatio in genere, quod sacerdoti quis fuit confessus.

Confessio pro plenaria indulgentia consequenda tutior in vita, quam in mortis articulo. Concl. 688.

1 HABENS indulgentiam plenariam si confiteatur peccata sua pro vna vice, an debeat expectare extremum vitæ, & sic in articulo mortis, an ante. Roman. *consilio* 341. *Circa primum*, *numero* 4. *& per totum, versiculo quoad secundum.* dicit melius esse facere suam confessionem generalem, dum quis est compos mentis, & potest facere pœnitentiam, quam expectare extremum articulum mortis, quia partes confessionis sunt tres, oris confessio, cordis contritio, & operis satisfactio, & licet quando non subest tempus, sufficiat cordis contritio sola, secundum glo *de pœnit. dist.* 1. *in princ.* † Tamen in illo articulo mortis mens hominis nescia, & mortis 2
cogitatione turbata quandoque non satis est, quia in morte non est, qui memor sit tui, dicit Psalmista, ideo non est differendum vllo modo, & multa pulchra allegat ex tex. memorabili Beat. Augustinus *de pœn. dist.* 7. §. *quanquam*, quem videas omnino ibi, *multos solet serotina decipere, si vis ergo, quod est incertum euadere, age pœnitentiam, dum sanus es mente*, & reliqua.

Confessio peccatorum fieri debet semel in anno à quocunque Christiano. Concl. 689.

OMNIS † fidelis Christi semel in anno tenetur confiteri pec- 1
cata sua suo Rectori Parochiæ, *capite omnis vtriusque, de pœnitent. & remiss.* † Limita quinque casibus per Gofr. *in summa*, vide- 2
licet si sacerdos sit indiscretus, secundus, si pubes in alienam Parochiam transit, tertius, si efficiatur vagabundus, quartus, si doli capax domicilium transtulit, quintus, quando esset alienus Parochianus, ita Federic. de Sen. *consil.* 254. *num.* 4. *vers. nisi quinque casibus.*

Confinatus quis dicatur, vel non. Concl. 690.

CONFINATVS † dicitur is, qui per sententiam principis, 1
vel iudicis condemnatus fuit. † Limita, quia confinatus ad 2
voluntatem alicuius, vel ad beneplacitum, non erit confinatus, nisi ille, ad cuius beneplacitum pendet, declarauerit. Bartol. *in lege centesimis*, §. *si ita stipulatus, ff. de verb. obligation.* † Contrarium, 3
quod imo sit confinatus absque declaratione, licet confine quantum ad durationem sit in arbitrio positum, ita Ias. *dicta lege centesimis*, §. *si ita stipulatus, ff. de verb. oblig.* Decius *cons.* 108. *Ista videtur.* vbi, quod opinio magis * communis, & verior est contra * Bart.

Confinatus, si rumpit confinia, qua pœna puniatur. Concl. 691.

CONFINATVS non debet rumpere confinia, alias duplica- 1
tur tempus confinium cum sua qualitate, & sua infamia. Baldus *in lege si Possidonium, C. de infam.* † Limita, quia confinatus pro 2
explendo voto non seruans confinia non dicitur contrauenire. Roman. *Sing.* 149. † Limita, si esset confinatus arbitrio iudicis, quia 3
finitur arbitrium, & confine, si moritur iudex. Ias. post Bartol. *in l. centesimis*, §. *si ita stipulatus, col.* 5. *in l. fin. ff. de verb. obligat.* † Restrin- 4
ge, nisi iudex arbitrium retulerit dignitati, vel officio pura ad beneplacitum Potestatis, vel donec placuerit Potestati, quia non expirat, *c. quoniam, Abbas, de offi. deleg.* † Restringe, quando confi- 5
ne esset datum, donec iudex reuocauerit, quia per mortem iudicis non cessat. Ias. *d. l. centesimis.* §. *si ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* Vide, *Banniti & relegati si angentes confinia, qua pœna puniantur.* Concl. 18.

Confinatus quando possit impune offendi, vel non. Concl 692.

CONFINATVS † extra dominium, vel in certo loco sub 1
pœna capitis, non potest impune occidi etiam extra confines, quia requiritur declaratio iudicis, quod fregerit confinia, & inciderit in pœnam capitis, secus si verba sententiæ dicerent, quod statim, & ipso iure incurrat pœnam capitis, quia non requiritur alia declaratio, & potest extra confinia occidi. Ang. *in lege libertas*, §. *fin. ff. de stat. homi.* & in terminis *consilio* 13. *Stante quodam*, Anchar. *consilio* 241. *Per prædicta. circa fin. & consilio* 189. *Tribus casibus*, & ita possunt concordari iura, & authoritates, quæ videntur contrariari, & secundum hanc distinctionem fuit iudicatum.

Confinare, vel cohærere quando dicatur, & quid si via est in medio. Concl. 693.

CONFINARE † non dicitur, neque cohærere is, qui via me- 1
diante confinat, *lege* 4. §. *hoc iudicium, ff. finium regund.* Boer. pro vtraque *decis.* 322. *in princ.* † Contrarium tenet Cæpol. *de seruit.* 2
rusti. tit. de ripa, & tit. de via quæst. 20. & hanc videtur sequi Boer.

tan-

tanquam vltimam opin. recitatam *d. decis. 322. in princip.* † Declara, quia si fit mentio de confinibus simpliciter, in dubio intelligitur de confinibus per prius, & non per posterius, & sic de immediatis, licet etiam possit dici, si exprimitur, quod quis confinet mediante via, ita Alex. *cons. 81. In causa, & lite, in fin. lib. 7.*

Confinia attendi debent, & quando. Concluſ. 694.

1 CONFINIA † potius attendenda sunt, quã qualitas rei confinatæ, ideo si res confinata asseratur arborata, vel laboratiua, aut pratiua, & non insint istæ qualitates, non diminuunt confinia, neque releuant istæ qualitates, si constat de confinibus. Alexand. *consilio 120. per totum, lib. 2.* † Extende, quia si fines sunt demonstrati in locatione, illis standum est inter partes. Ias. *in lege eum* * *aliquis, numero 4. versic. in hoc*, communis* opinio est, *C. de iure deliber.* Guido Papæ *decis. 193.* Moder. *in tract. de finibus, cap. 60.* † Amplia, quia mutatio confinium non præsumitur, casus est, & ibi Baldus *in l. in finalibus, ff. finium regund.* † Extende, quia propterea dicens fines mutatos debet hoc probare. Feli. *in c. cum causam, col. penult. de probatio.* † Et qualiter probetur mutatio confinium, Bald. *in l. demonstratio falsa, ff. de cond. & demonstr.* vbi, quod debet probari, quod fundus olim positus infra tales confines, est fundus, qui hodie est infra tales confines, & quod est idem fundus, alias posset periclitari processus, secundum Feli. *in d. c. cum causam, de probat.* Vide, *Confinia si variantur quomodo attendenda sint. Conclusio. 701.* † Et hodie in oleuit practica, quod si nulla confinia conueniunt rei petitæ ad probandum, quod non obstante mutatione confinium est eadem res, fit articulus, quod talis res, quæ nunc habet tales confines, est eadem, quæ tempore instrumenti habebat tales, & tales confines in instrumento contentos, non obstante aliqua varietate confinium, seu alterius demonstrationis, iuxta not. *in l. demonstratio ff. de cond. & demonstr. in fin. princip.* Alexand. *cons. 159. col. 3. lib. 5. & consil. 73. lib. 3. & cons. 38. lib. 5.* Bart. *l. 1. C. si vnus ex plurib. appel.* Castr. *cons. 123. Viso processu causæ vertentis, lib. 2.* & clarius idem Cast. *d. l. 1. C. si vnus ex plur. appel.* † Amplia, quia libellus actoris specificans confinia debet intelligi de confinibus de præsenti tempore porrecti libelli, non autem de antiquis, & mutatis. Alex. *cons. 35. In causa, & lite, num. 4. ver. & quod intelligatur libellus, lib. 5.* vbi, quod propterea negans confinia expressa, quę non sunt de præsenti, non incurrit culpam, dolum, vel pœnam.

Confinia probant, vel non, & quando. Concluſ. 695.

1 CONFINIA † probant. † Limita, quia licet in instru-
2 mento aliquis tertius detur pro confinante, non tamen probatur dominium aliquod ipsius tertij dati pro confinante, sed nec probatur aliqua possessio eiusdem. Alexand. *consilio 10.*
3 *libro 4.* † Declara quia confinia enunciata inter alios nihil probant quoad tertios, sed solum in antiquis probant, vel inter
* eadem personas, * Doctor. *in leg. cum aliquis*, vbi Ias. *C. de iure deliber. & in lege optimam, C. de contrah. vel commit. stipul. capite cum olim, de censibus*, plene Angel. *consilio 188.* plenius Alexand. *cons. 88. col. 1. in fin. lib. 5.*

Confinia quot deduci, & probari debeant. Concluſ 696.

1 CONFINIA † quot, & quomodo in libello sint deducenda
2 per agentem, vide Alexand. *consilio 50. libro 5. & consilio 92. eod. lib.* † Et regula est, quod quando tria confinia sunt expressa, & duo tantum conueniunt rei, de qua agitur, solet sufficere ad probationem identitatis. Bartol. *in l. demonstratio, in vltima colum. ff. de conditio. & demonstr.* Feli. *in cap. cum causam, ad fin. de probatio.* Alexand. *consil. 73. Videtur, lib. 3. num. 6. vers. nec etiam obstaret*, & idem
3 Alexand. *cons. 38. Visis, num. 2. vers. fortificantur, lib. 5.* † Si vero sunt expressi quatuor confines, vel demonstrationes, aut plures, quia tũc licet duo conueniant, & duo, siue plures non conueniant, res redditur dubia, & non probatur identitas, ita Alexand. *d. l. demonstratio falsa. in apostill. ad Bart. ff. de cond. & demonstr.* referens Castr. *in l. in testamento, ff. eod.* de quo notabiliter Alexand. *cons. 73. Videtur, col. 3. n. 7. & 8. vers. nec obstat, lib. 3.* Corne. *cons. 61. & cons. 280. lib. 3. & cons. 165. eod. li.* Soci. *con. 89. lib. 1.* vbi plura ad propositum, Bart. *in l. 1. C. si vnus ex plur. appel.* clare Alexand. *cons. 38. Visis, num. 5. vers. modo sic. lib. 5. cum*
4 *sequent.* † Declara, nisi testes actoris deponerent de duobus, qui conueniunt, & testes rei de duobus alijs, qui non disconueniunt, quia cum adsint quatuor confinia, & aliqui testes de duobus, alij de aliis duobus, non contradicunt, probant. Alexand. *consilio 192. In causa, & lite, num. 9. vers. non obstat vltimo, lib. 2.* vbi dicit idem, quando contradicerent, si concurrat longa possessio cum duabus demonstrationibus. † Declara, quia ad effectum probandi identi- 5
tatem rei, si ex quatuor confinibus tria probantur, & conueniunt, est sufficiens probatio. Alexand. *cons. 107. Quamuis, in fin. vers. circa tertium, lib. 6.* Vide plene Mascard. *Concluſ. 503. Demonstratio falsa*, vbi, quod duæ demonstrationes ex tribus verificatæ sufficiunt, limitat, si agitur de pœna, item si quatuor, vel plures demonstrationes sunt, duæ non sufficiunt, sed imo contra, item si nomen singulare, quod declarat, nisi omnes demonstrationes contradicerent, vide eum. † Limita, quia confinia notoria satis de se sunt probata 6
absque alia probatione, ideo si quis deducat factum in palatio potestatis, non tenetur probare confinia palatii, glo. *in l. hac consultissima, C. qui test. fac. poss.* neque in libello deducere. † Limita, quia 7
si confinia sunt adeo incerta propter antiquitatem, quod non possunt probari, si constat aliter, quod agens habeat ius, seu sit dominus pro aliqua parte, & non potest discerni, & seu reparari ab ædificio, non inconuenit coæquare pretio. Afflict. *decis. 23.* Vide aliqua huc spectantia per Mascard. *Concluſ. 393. Communia de confinibus.*

Confinia quæ verisimiliora dicantur. Concluſ. 697.

CONFINIA † recta, constantia, & magis verisimilia sunt 1
attendenda, prout per cacumina montium, per lapides antiquos, quando se exaudiunt. Hierem. de Monte, *de finibus cap. 16.* Mascardus. *Conclusio. 400. numero 5.* † Adiacentia locorum attendi debent. Hierem. de Monte *d. tract c. 30. num. 9. & seq.* & in dubio 2
fit terminatio ad fauorem eius, cui magis adiacet. Natta. *consil. 672. num. 18. lib. 4.* † Diuisio, & confinia apposita per Principem perpe- 3
tuo stare debent, & contra non datur præscriptio. Hierem. de Monte *de finibus c. 76.* Menoch. *cons. 21. numero 21.* † Et in dubio ter- 4
mini antiqui præsumuntur continuati. Mascard. *concluſ. 393. numero 8. & seq.*

Confinia cuius esse dicantur. Concluſ. 698.

CONFINIA † duoru n fundorum, prout est fossatum, vel aliud 1
instrumentum diuidens, est commune amborum, glo. *in l. 2. §. apud Labeonem. vers. c. præterea in vers. confinio, ff. de aqua pluuia arcend.* sequitur Bald. *in tract. de flum. in vers. flumen. num. 3.* Vide, *Fossatum quid sit, & de effectu fossati, Concluſ. 446.* † Et quod confines; licet in- 2
cludant omnia, quæ intra fines sunt, non tamen se ipsos, quia est continens, non venit sub contento, & quia communes sunt. Corn. *cons. 53. In hac causa, col. 2. vers. Nec etiam obstat, vol. 2.* † Et quod confi- 3
nia includant aggeres, fossata, vias, & omnia, quæ sunt infra ipsa confinia. Angel. Aretin. *consil. 29. Quantum ad primum, num. 9. versic. sed dubitatur, cum sequent.* † Amplia, quia confinia sunt communia, 4
etiam si in instrumentis venditionum sit dictum, *vsque ad fossatum*, quia nihilominus accedunt, licet expresse non includantur. Bart. *in tract. de flumi. in vers. flumen, n. 4. & seq.* sequitur Veron. *in tract. rust. prædio. cap. 38. de torrente, num. 3. vers. sed quid si reperiuntur.* † Amplia, 5
quia lapides positi pro confinio dicuntur esse proprii eius, cuius fundum terminant, videlicet ab ea parte, per quam fit terminatio, licet sint pro indiuiso, si vero sunt eiulli, tunc sunt communes. Castr. *con. 4. colum. 2. in fin. ver. & sic videmus. lib. 2* † Amplia, quia om- 6
nia contenta intra fines præsumuntur esse eius, cuius sunt confinia, Mascard. *d. Concluſ. 393. Communia de confinibus, num. 15. & sequent. Conclusio. seq. proxima, num. 21.* † Limita, nisi probaretur, vel constaret, quod alter solus possedisset flumen, vel riuũ, quod est in confinio. Veronen. *in tract. rustic. prædio. cap. 31. tit. de flumin. num. 14. & in c. 32. tit. de flumine priuato, circa med. ver. item potest dici.* 7

Confinia ad quid inuenta, & quid operentur. Concluſ. 699.

REGVLA est, quia confinia data rei legatæ, vel venditæ inclu- 1
dunt omnia, quæ sunt infra confinia, quæ spectant pleno iure ad legantem, vel vendentem. Alexand. *cons. 54. Ponderatis verbis, in princip. lib. 3.* Roman. *consil. 5. in princ. vers. in contrarium*, vbi apostill. *in vers. videatur.* dat plures concord. † Et quod confinia rei legatæ 2
apposita includant omnia intra confinia. Alexand. *d. consil. 54. lib. 3.* Ruin. *cons. 74. Ex iis, quæ subtiliter. num. 3. lib. 2.* Alexandrin. *cons. 95. Viso, & diligenter, num. 11.* † Si vero non pleno iure, sed pro indiuiso ali- 3
quid spectet, censetur legare solum ius, quod testator habet. Alexand. *d. con. 54. in princ. li. 3.* † Amplia in venditione, quia confinia 4

includunt quicquid intra illa continetur, si aliter verificari non possunt. Rom. *con.* 5. *Viso puncto, per totū* vbi apostil. *in ver. videatur*, dat plurimos concer. & ideo datur euictio pro toto eo, quod est intra confinia, *l. si fines*, vbi Bal. & alij. *C. de euictio. l. æde sacra*, §. 1. *ff. de contrah. empt.* Bald. *in rubr. ff. eod. q.* 22. Aretin. *con.* 63. *ad fi.* Deci. *con.* 347. *col.* 3. *& con.* 500. *In prin.* Alex. *cons.* 54. *lib.* 3. *in prin.* Crauet. *cons.* 105. *n.* 7. vbi 5 alios citat. † Et quod confinia includant omnia, quæ sunt intra ea, tenent Areti. *cons.* 63. *In præsenti consultatione.* Ang. *in con.* 4. *Visis omnib. dictis actis.* Soci. *con.* 86. *In causa communitatis, col.* 2. *in fi. ver. prædicta cōcl. l.* 1. *& cons.* 127. *Visis cap. col.* 2. *in fi. v. solum ergo restat, eod. vol.* Ang. *cons.* 4. *Visis omnibus, circa prin. ver. quicquid ergo.* Soci. *cons.* 181. *col.* 2. *ver. solum ergo restat. li.* 2. Rom. *con.* 5. *n.* 1. *ver. in contrarium.* Alex. *con.* 54. *in prin. li.* 3. 6 vbi apostil. & plenior apostil. *ad con. Rom.* 5. † Extende, quia etiā ve- 7 niunt fossata. Alex. *con.* 54. *n.* 5. *li.* 5. † Extende, quando fuit dictum, quod omnia comprehensa intra dicta confinia censeantur venditа. Rom. *d. con.* 5. *n.* 2. sequitur Paris. *con.* 64. *n.* 36. *ver. & talis clausula, li.* 8 1. † Extende etiam, quādo venditor vellet intelligere de alijs confinibus quam emptor intellexit, quia fit interpretatio contra ven- 9 ditorem. Rom. *d. con.* 5. *n.* 2. *v. nec obstat.* † Extende, quia in donatione, & legato confinia includunt, quicquid est intra ea, etiā si non posset fieri verificatio, nisi secundū latā interpretationem, quia fit lata interpretatio. Alex. *d. con.* 54. *Ponderatis verbis testamenti, lib.* 3. Crauet. 10 late *con.* 105. *n.* 7. vbi alios citat. † Extende, etiā si venditio contineat vnū clusum, quod secundū consuetudinem Bononiæ verificatur solum in parte domus subtus terrā, quia adhuc veniet domus supra terrā. si ex necessitate confiniū specificatorū includitur, vt quia aliter non possent verificari. Rom. *d. con.* 5. *per totū*, vbi est casus, vbi 11 apostill. *in ver. inclino.* † Extende, etiā si post venditionem venditor partem superiorem penes se retinuit, quia stante constituto censē- 12 tur iure precario. Rom. *cons.* 5. *in fi.* vbi apostill. *in ver. non habet.* † Restringe, vt non procedat, quando de contrario doceretur. Soci. *con.* 13 127. *Visis cap. col.* 2. *lib.* 1. † Restringe, quia ipsi confines non includūtur, cum hæc inter se differant, prout inter continens, & contentū. Corne. *cons.* 53. *In hac causa, col.* 2. *ver. nec etiam obstat, vol.* 2. Calcan. *cons.* 90. *Quia ista, n.* 10. Signor. *con.* 60 *Magnificus, n.* 1. Barbat. *cons.* 54. *A Ioue principiū, col.* 1. *& 2. li.* 4. vbi pulchre, & multa iura adducit, faciūt tradita per Paris. cons. 27. In præsenti, col. 3. lib. 1. Alex. *consil.* 201. *In causa, & lite in fi. ver. imo canale, lib.* 2. vbi, quod canale, quod ponitur pro confine non potest includi, quia confinia data non includun- 14 tur. † Amplia, quia confines nedum includunt, quicquid est intra eos, sed etiam quicquid per alluuionem accedit, quando fumus in 15 bonis particularium. Soci. *d. cons.* 181. *n.* 2. *vers. confirmatur, lib.* 2. † Restringe, vt non procedat respectu iurisdictionis, quia non augetur iurisdictio per alluuionem. Soci. *d. cons.* 181. *n.* 2. *ver. confirmatur, lib.* 2. 16 † Amplia etiam in castris, comitatibus, & feudis, quia quicquid est est intra fines Comitatus præsumitur de Comitatu. Deci. *cons.* 517. *In sententia, dicitur, in fi.* Quia quicquid est intra fines Curiæ, dicitur esse Curiæ, cuius sunt fines, *l. æde sacra*, §. 1. *ff. de contrah. empt.* & per Bart. *in l. demonstratio, in* 8. *q. ff. de cond. & demonstr.* Bald. *in rubr. ff. de contrah. empt. q.* 22. Castr. *in l.* 1. *ff. de acq. possess.* Soci. *con.* 166. *In causa cōmu-* 17 *nitatis, col.* 5. *ver. secunda conclus. & ver. tertia conclus.* † Restringe, dummodo bona intra confines Castri, vel Curiæ non appareant particulariter possessa ab aliquo, quia tunc ex confinibus non infertur ad dominium bonorum. Bart. & Alex. *in l.* 4. *in princ. ff. de acquir. possess.* Alex. *cons.* 14. *Abunde, & eleganter, col. pen. in fin. vol.* 7. Soci. plene 18 *cons.* 127. *lib.* 1. † Restringe, quia confines territorij arguunt iurisdictionem, non dominium bonorum particulatim comprehensorum intra dictos confines. Soci. *in l.* 1. *n.* 25. *ff. de acquir. possess.* Oldrad. 19 *cons.* 174. *Factum tale est.* † Nec obstat Bald. *in rubr. ff. de contra. emptio. quæst.* 22. qui dicit, quod quicquid est intra fines, præsumitur illius, cuius sunt fines, *l. ædem sacram*, §. *fin. ff. eod.* quia loquitur, quando fines designantur in rebus, & prædiis priuatorum, *l. si fines agris*, C. *de euictio.* & ita Baldum declarat Soci. *cons.* 127. *Visis capitulis, colum.* 2. 20 *ad fin. vers. solum ergo, lib. vol.* 1. † Nec obstat Castr. *in l.* 1. *ff. de acquiren. possess.* quod loca, quæ sunt intra fines, præsumuntur communitatis; cuius sunt fines, vt referunt ibi Areti. Socin. & Ripa, quia vltra quod hoc non dicit, tamen impugnatur ibi per Aretin. & licet Soci. conetur saluare Castr. tamen omnes tenent hoc procedere, quando res particularis infra fines non possidetur à particularibus, nec apparet, cuius sit, quia tunc bene præsumitur communitatis, intra cuius fines est, alias secus, ita declarat Soci. *d. con.* 127. *col.* 2. *ad fi.* subdens, quod quando prædia sunt intra fines alicuius communitatis, & sunt possessa per particulares personas etiam non subditas, & non habitantes in Castro, bene præsumuntur communitatis respectu iurisdictionis, non autem respectu dominii, vel proprietatis, allegat Abba. *in c. si diligenti, de præscript.* & 21 alia iura. † Amplia, quia confinia demonstrant & includunt omnia comprehensa intra confinia, etiam si qualitas pretij non correspondeat, quia licet competat restitutio in integrum, vel rescissio ex capite læsionis, non tamen pretium restringit expressa confinia, quia potius attenduntur confinia, ita Aretin. *cons.* 63. *in fin. ver. illud autem*, vbi, quod est allegatio cauillosa, quæ dicitur de pretio contra confinia. Vide, *Pretium in venditione ad multa consideratur, &* 22 *quando secus. Conclus.* 487. † Amplia, quia confinia bene limitant, & 23 restringunt contractum, & remvenditam, sicut mensura. Bald. *con.* 422. *Super quibus, in princ. lib.* 4. † Extende, quia sicuti confinia restringunt contractum, ita etiam contractum extendunt, vt vsque ad confinia expresse comprehendantur, ideo vendens quædam bona, seu illa concedens, cum clausula, *& de omnibus aliis bonis intra tales fines*, censetur concedere, quicquid est intra tales fines. Signo- 24 rol. Homod. *cons.* 60. *Magnificus dominus, in princ.* † Sicut è conuerso licet includatur, quicquid est infra fines, tamen non extenditur ad aliquid extra fines. Socin. *cons.* 181. *num.* 4. *& 5. ver. Circa tertiam, lib.* 2. 25 † Restringe, vt non procedat, quando venditio esset facta de vniuersa possessione, & territorio, quæ consisteret in pluribus petijs; quia confinia apposita non restringunt, quando concurrit pretium correspondens ad totum, & verba vniuersalia, & quando posita fuit clausula, *& alios confines veriores.* Bald. *consil.* 422. *per totum, lib.* 4. 26 † Amplia, quia confinia distinguunt territoria inter locum & locū. 27 Crauet. *cons.* 882. *n.* 2. † Declara hanc materiam cōfinium plene per Soci. *cō.* 181. *Visis cap. n.* 2. *ver. iis tamē non obstantibus*, quia fines appositi rebus particularibus includunt, quicquid est intra fines. Appositi vero rebus iurisdictionalibus secus est, quia licet probent iurisdi- 28 ctionem, non tamen dominium probant. † Amplia, quia appositio confiniū de consensu partium in bonis, super quibus pendebat lis, habet vim transactionis, ideo non poterit amplius vna partium ad iudicium reuerti. *l. postquam luti.* & ibi glo. & Doct. vbi Ias. & Deci. 29 *C. de pact. l. mota. C. de transactio.* † Limita, quia apponuntur confinia rerum dumtaxat, ad effectum, vt constare possit de certo corpore rerū, ne incerta reddatur dispositio; igitur si cessat incertitudo, vel aliter potest cōstare de certo corpore, confinia nō sunt 30 necessaria, Fulgo. *cons.* 183. *Circa 1. col. fi. v. cum namq.* † Et appositio confinium tunc est necessaria, quando aliter locus certus demonstrari non potest, propter pluralitatem rerum, puta si fundus vendatur, aut locetur, dantur fines, vt certus reddatur, & demonstretur, cū plures fundi sint in dicta villa, in qua dictus fundus dicitur positus, sed si aliter sine appositione finium, res, aut locus certus apparet vtiq; confines non sunt necessario apponendi, arg. *l. certū*, & ibi dicunt Doct. *ff. si cert. pet. at.* & tradit in terminis Soci. Iun. *cons.* 127. *n.* 20. *li.* 3. Rei enim demonstratæ frustra adiicitur demonstra- 31 tio. *l.* 1. *ff. de priu. dot.* † Et in terminis, quod procedat libellus exprimendo locum notum, licet confines non apponantur. Feli. *in c. significantibus, in prin. n.* 1. *& col.* 5. *n.* 17. *v.* 4. *concl. de libelli oblatio.* Riminal. 32 *cons.* 98. *n.* 52. *& seq. li.* 1 † Extende, quia diuersitas nominū, & diuersitas confinium probat etiam diuersitatem rerum. *l. in testamento, la prima. ff. de cond. & demonstr.* Alex. *cons.* 96. *n.* 6. *li.* 5. *l. si idem, C. de codicil.* 33 † Confinia falsa non vitiant contractum, sicut nec falsa vocabula, si cōstat de corpore rei, *l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg.* 1. Fulgo. *cons.* 183. *Circa primum, in fi.* Bald. in *l.* 1. *ff. de eden.* Vide, *Error non vitiat, & quando secus. Conclus.* 324.

Confinia qualiter probentur, & ex quibus. Conclus. 700.

CONFINIA † probātur inter terras, prouincias, & diœceses, 1 per leues probationes, nempe per famam, libros antiquos, & præsumptiones, quia ista faciunt fidem in tali materia propter difficultatem probationum. Gemin. *cons.* 100. *col.* 2. *circa med. ver. in quo quidem li.* vbi quod liber antiquus in quo describuntur confinia, etiam inter collegianos, & tertios, probat etiam quoad tertium, & Bald. *cons.* 286. *Thema proponitur, in prin. li.* 2. vbi ista intelligit, quādo sumus in antiquis, in quibus memoria in contrariū non extat, nec contraria instrumenta, vel contrarii libri extant. † Vide plenissime per Mascard. *Concl.* 393. *communia de confinibus*, vbi, quod est difficilis probatio, & ideo admittuntur probationes, quæ alias non sufficerent, ideo præsumptiones, argumenta, & indicia sufficiunt, quia de modico præiudicio agitur, etiam si agatur de territorio, diœcesi, & iurisdictione. † Et qualiter probentur, vide Guido. Papæ 2 *decis.* 193. vbi late, & ibi per quos, & quomodo probentur. Marsil. *in libro de minore.* §. *plurimum, numero* 78. *ff. de quæstione.* Vide, *Ter-* *ritorium qualiter, & ex quibus probetur. Conclusio* 51. † Amplia, 3 vt etiam scripturæ columnarum faciant fidem in materia confinium. Gemin. *dicto consil.* 100. *colum.* 2. *circa med. versic. item scripturæ columnarum.* † Extende in scriptura sculpta in lapidibus, quia li- 4 cet non sit manu publica scripta, tamen probat confinia. Gemin. *cons.* 100. *n.* 4. *ver. vnde scriptura.* † Declara, vt salte tales probationes 5

si non

si non probent plene, saltem transferant onus probandi contrarium. Gemin. *dicto consil.* 100. *num.* 1. *vers. & quod istud instrumentum.*

6 † Amplia, quia scriptura etiam priuata in antiquis probat confinia, quando est recognita, vel est obseruata. Vide, *Scriptura*

7 *priuata non probat, & quando secus. Conclusio.* 76. † Amplia, quia transumptum antiquum probat confinia, quando est factum coram Iudice ordinario, licet non constet de citatione partis, contra quam producitur, quia ex antiquitate præsumitur inuenuisse, licet non appareat de ea. Gemin. *consilio* 100. *colum.* 2. *numero* 1. *ver-*

8 *siculo item in dicto libro. fol.* 195. † Extende, vt imo etiam si non sit factum coram iudice ordinario, nec fuerit citata pars, adhuc probet in materia confinium, vel saltem transferat onus probandi contrarium. Gemin. *consilio* 100. *numero* 2. *versiculo item tertio, & nu-*

9 *mero* 3. † Contrarium in eadem causa consuluit Castr. *consil.* 202. *lib.* 1. *In causa confinium*, maxime *colum. pen. vers. sed & tertio*, vbi quod si non est transumptum coram Iudice ordinario rei, non valet, & non probat ad effectum confinium, nisi sit instrumentam factum à Notario de finibus attestante, vel legitime sit transumptatum,

10 vide eum. † Amplia, quia confinia districtuum, & territoriorum probantur per euidentiam cõfinium notorie discretam, prout sunt Viæ regales, Flumina, Montes, Valles, Lapides, & alia signa multum apparentia. Baldus *consilio* 420. *Verba Principis, in principio libro* 1. quod duplicatur, *consilio* 459. *Qualiter probentur, libro* 3.

11 sequitur Crauet. *consilio* 949. *in princip.* † Et in dubio saxa magna præsumuntur confinia, quando testes dant obseruantiam, & consuetudinem possessionum distinctam ad dicta saxa, vel insignia confinia, Bald. *d. cons.* 420. *num.* 1. *vers. pone ergo. lib.* 1. quod duplica-

12 tur *cons.* 459. *lib.* 3. † Extende, quia Montes & Alpes sunt ad æternam territoriorum distinctionem inter Lombardiam & Hetru-

13 riam. Crauet. *dicto consil.* 949. *in princip.* † Et magis attenduntur termini, qui sunt secundum naturam, quam illi, qui sunt secundum artem in dubio, quando non constat de veritate, Crauet.

14 *dicto consilio* 949. *num.* 6. † Et de fluminibus & riuis, quod sint termini separantes iurisdictiones, & territoria. Crauet. *consil.* 882. *num.*

15 3. † Amplia, quia probantur per tacitas, vel expressas confessiones partium. Baldus *d. consil.* 420. *in princip. vers. interdum etiam lib.*

16 1. quod duplicatur *consilio* 459. *lib.* 3. † Amplia, quia quod castrum sit de Comitatu ciuitatis, probatur ex instrumentis antiquis enunciantibus, item ex publica fama, item ex libris antiquis, item ex actu etiam vnico iuris dictionali, quando non constat aliquid de contrario, & maxime in possessorio. Abbas *consilio* 52. *colum. fin.*

17 *libro* 2. Vide, *Castri appellatione, quid veniat. Conclusio.* 116. *num.* 20. & *sequent.* † Amplia, quia confinia probantur per sententias iudicum, & arbitrorum. Baldus *dicto consilio* 420. *in princip. versiculo item pro-*

18 *bantur per sententias. libro* 1. duplicatur *libro* 3. *consilio* 459. † Amplia, quia probantur confinia per vulgi opinionem, & per iudicium circumcolentium, qui in hac materia sunt testes magis idonei. quam alii, & quanto sunt simpliciores, & rustici, tunc magis eis creditur, quia non deponunt, nisi de possessione facti. Baldus *dicto consilio* 420. *in princip. versiculo interdum per vulgi*, & quod in antiquis circa confinia stetur testibus senibus rusticis. Baldus *consil.*

19 286. *Themas, proponitur, in princip. vers. quinimo libro* 2. & *consil.* 459. *lib.* 3. † Extende, quia in materia confinium seniores testes sunt magis attendendi. Baldus *d. consil.* 420. *numero* 3. *in fin. versiculo sed*

20 *quid est. lib.* 1. & duplicatur *consil.* 459. *lib.* 3. † Declara, quia testes deponentes in materia confinium debent deponere de causa scientiæ non etiam interrogati; quia dicuntur deponere de ijs, quæ sunt iuris, vel cadunt in discursu intellectus, non autem in sensu corporis, alias non probant. Baldus *d. consil.* 286. *numero* 3. *versic.*

21 *superest igitur, lib.* 1. vbi, quod si rationem non concludentem adducunt, non probant. Vide, *Testes etiam non interrogati debent depo-*

22 *nere de causa scientiæ. Conclus.* 174. † Causa autem sufficiens collectio pedagii, circuitus factus, cantando letanias tanquam in territorio; custodia territorii, cognitio damni dati, exercitium iurisdictionis, & similia, Baldus *consilio* 286. *circa fin. versiculo re-*

23 *uertor, lib.* 2. Vide, *Territorium qualiter, & ex quibus probetur. Conclus.* 51. † Declara, quia testes deponentes super confinibus, si reperiuntur falsi in vna cohærentia, in totum repelluntur. Baldus *dicto consilio* 286. *numero* 3. *in fin. & numero* 4. *versiculo præterea deposuerunt,*

24 *libro* 2. Vide infra *numero* 52. & *sequent.* † Amplia, quia confinia probantur per actus possessorios, nempe per fructuum perceptionem. Baldus *d. consil.* 420. *in princip. versic. interdum per perceptio-*

25 *nem. lib.* 1. & duplicatur *lib.* 3. *consil.* 459. † Declara, quia actus possessorii debent esse de mandato Vniuersitatis, quando agitur de iure Vniuersitatis, & actus singularium non releuarent. Alexand. in *consil.* 4. *in fin.* Decisione *consil.* 220. *colum. pen. versic. similiter.* Crauet. *consil.* 317. *colum. fin.* Paris. *consil.* 27. *num.* 123. *lib.* 1. & *consil.*

91. *vol.* 4. Maranta *consil.* 73. Put. *decis.* 26. *lib.* 2. Corne. *cons.* 63. *col.* 2. *in fi. li.* 4. † Extende, vt per appositionem custodum probentur con- 25
finia, Bald. *d. consil.* 420. *in princip. versic. item quandoq; lib.* 1. duplicatur *lib.* 3. *consil.* 459. late Crauet. *consil.* 673. *num.* 11. & 12. qui hoc dicit, quando res est controuersa, in qua custodes apponuntur.
† Amplia, quia in antiquis probationes minus perfectæ, & quæ 26
alias non sufficerent, admittuntur in probatione confinium; prout sunt præsumptiones, & coniecturæ. *c. causam in fin.* vbi late Felin. *de probatio.* Deci. *consil.* 42. *pro facultate*, qui loquuntur in antiquis. † Et quod confines probentur per coniecturas. Paris. *consil.* 27
27. *libro* 1. Natta *consil.* 672. *numero* 13. *libro* 4. Iacob. de Put. *in suo consilio super confin. numero* 30. Hier. de Monte *tract. de finibus, cap.* 50. *num.* 6. & *sequent.* Mascard. *conclus.* 393. & 397. Corne. *cons.* 171. *col. fin. lib.* 1. Vide pluries per Mascard. *Conclusio.* 397. *confines an & quando probentur per præsumptiones, & coniecturas, quando agitur de probatione antiqua, quæ est difficilis, & duæ præsumptiones probant*, vide eum. Vide, *Probatio per coniecturas quando, & in quibus sufficiat, vel non. Concl.* 795. † Extende, quia in causa confinium locus est inspectioni, ideo multum 28
residet in arbitrio Iudicis inspicere, & considerare, ad quem spectat, & an confinia probent. Bald. *in c. cum olim de præscript.* † Et non 29
dicitur antiquum, nisi excedat centum annos in hac materia secundum * communem, de qua Ias. *in l. admonendi, ff. de iureiurand.* *
Alexand. *consil.* 12. *Viso in fin. lib.* 4. & *consil.* 6. *numero* 7. *lib.* 1. Vide, *Antiquum quando, & qualiter aliquid dicatur. Conclus.* 341. † Extende, quia admittuntur testes de auditu, & opinione, & plene probant. 30
Soci. *cons.* 89. *vol.* 1. † Extende, quia instrumenta de antiquo faciens 31
tia mentionem de confinibus, vel de plebania, vel de territorio, probant plene, etiam si sint inter alias personas. Ias. *consil.* 166. *col.* 3. *ver. confirmatur, lib.* 4. vbi plura similia congerit. † Extende etiam, si 32
sint rogata inter personas interesse habentes quia enunciatio loci, & territorii non spectat ad partes, sed ad Notarium, ideo plura probant à pluribus Notarijs rogata, quia non est verissime, quod omnes Notarii fine causa enunciauerint, quod non esset, ita Alexand. de Næuo *consil.* 77. *num.* 7. *nec obstat.* † Amplia, quia confinia 33
in factis antiquis melius probantur per instrumenta, quam per testes, Baldus *consilio* 420. *numero* 4. *versiculo item super istis, libro* 1. & duplicatur *libro* 3. *consilio* 459. Et qualiter probentur confinia antiqua per testes de auditu, & quomodo concludere debent, & an testes de Vniuersitate, vel subditi probent. Vide plene Mascard. *Conclusio.* 395. *confines an per testes probentur*, & infra *numero* 52. *& sequent.* & supra *numero* 19. *& seq.* † Amplia; quia in dubio præsu- 34
mitur bona esse de territorio magis vicino & loci, cui magis adiacent, & conueniunt. Crauet. *consilio* 949. *numero* 5. † Amplia; quia 35
fossatum inter agros plurium denotat confinia; secus in agro eiusdem Domini. Alexander *consilio* 36. *col. fin. vers. non obstat id quod dicitur libro* 1. † Amplia; quia confinia probantur per exercitium iuris- 36
dictionis, quod consistit in multis, videlicet in exactione pedagiorum, vel talearum; Baldus *consilio* 420. *numero* 1. *in fin. vers. item per exercitium, li.* 1. duplicatur *lib.* 3. *con.* 459. † Extende, vt idem sit, si 37
probetur exequutio iustitiæ, videlicet erectio furcarum, suspensio hominum, vel combustio, & similia, quæ denotant merum & mixtum imperium. Baldus *d. consilio* 420. *num.* 2. *ver. hoc modo furcæ, lib.* 1. & duplicatur *lib.* 3. *cons.* 459. † Amplia; quia verba enunciatiua 38
in antiquis probant plene. Socin. *consilio* 266. *numero* 27. *vers. & ad primum, libro* 2. Crauet. *de antiq. in prima parte fol. circa primam, numero* 8. Hieremi. de Monte *de finibus cap.* 61. *numero* 3. Menoch. *consilio* 147. *numero* 12. & *numero* 20. & 22. *lib.* 2. Vide, *Antiquitas habet plura priuilegia. Conclusio.* 339. † Extende, maxime quando verba enuncia- 39
tiua sunt geminata; quia plene probant. Crauet. *dicto tract. parte* 1. *sent. propositum, num.* 31. † Et quando sunt plura instrumenta anti- 40
qua, quæ enuntiant confinia faciunt communem opinionem, & probant Alexander *consilio* 89. *Exequutioni, numero* 6. & *consilio* 50. *numero* 9. *libro* 5. & *consilio* 12. *Viso processu, in fin. libro* 4. vbi, quod debent excedere centum annos, alias non sunt antiqua. † Et quod 41
plura instrumenta antiqua enunciantia confinia probent ipsa confinia; quia æquiparantur famæ, & communi opinioni probatæ, quæ sufficit, late Alexander *consilio* 90. *In causa, & lite, in princip. libro* 6. vbi apostilla, in *vers. confines.* dat plures concord. Ias. *consilio* 66. *col.* 2. *libro* 4. Brun. *consilio* 34. Franc. Aret. *cons.* 42. Afflict. *decis.* 83. & alios. † Declara; quia quoad enunciantes non est dubium quod 42
probant, & quoad habentes causam ab eis, sed quoad alios, & tertios extraneos requiritur, quod sint antiqua. Alex. *d. consilio* 90. *numero* 2. & *sequent. vers. & certe quoad ipsos libro* 6. & plenius *consilio* 94. *numero* 6. & *seq. vsque in fin. lib.* 7. vbi, quod requiruntur centum anni, vt dicatur antiquum in ista materia. † Declara alio modo; quia 43
verba enunciatiua instrumentorum antiquorum probationem faciunt in iis, quæ sunt modici præiudicii, prout circa confinia;

item in sententiis, in quibus præsumitur pro sententia, secus est in contractibus in præiudicium non enunciantium, neque habentium causam ab eis, ita Alexander plene *dict. consilio 94. Repeti-*
44 *tus. nu. 5. & sequent. per totum. lib. 7.* † Extende, quia imo instrumenta tituli probant confinia rei traditæ ex illo titulo, *l. Titius hæres. ff. de actio. empti. l. si fines, C. de euictio.* Alexander *cons. 177. In causa & ite. in*
45 *princ. versiculo & dicti confines de iure, lib. 6.* † Extende, quia etiam per instrumenta regulariter probantur confinia, sicut per testes. Alex.
46 *d. cons. 177. in princ. ver. & etiam sine illis, lib. 6.* † Et multo magis, quando instrumenta sunt antiqua, & plura, quia magis probant confinia. Alex. *d. cons. 177. n. 4. in fi. ver. confirmantur & n. 5. lib. 6.* vbi, quod melius probantur confinia per instrumenta antiqua, quam per te-
☞ stes. Vide, *Verba enunciatiua quæ dicantur non probare, & quando secus. Conclusio 81.* Vide plenissime Mascard. *Conclusio. 394. Confines per in-*
47 *strumenta directiua & enunciatiua probantur.* † Amplia, quia instrumentum verbis directis factum super confinibus probat. Iacob. Put. *allegat. de confin. numero 30. & sequent. & ibi apostil. numero 46.*
48 † Extende, etiam si sit vnicum instrumentum, quando directe super confinibus est factum, quia probat etiam in præiudicium tertii, quando sumus in antiquis. Corn. *d. consilio 171. in fin. libro 1.* Crauet. *de antiqu. in 1. parte sect. 10. ampliatur, numero 6. & septimo* Ma-
49 scard. *Conclus. 394. numero 20.* † Declara, quia saltem semiplene
50 probant. Crauet. *de antiq. parte 2. sect. præm sis, numero 49.* † Amplia, quia scripturæ antiquæ probant confinia territoriorum, quia ex consuetudine loquendi præsumitur veritas. Bald. *consilio 161. Proponitur, quod per Commune, numero 3. versiculo ad hoc etiam faciunt. libro 3.* vbi, quod valde præsumitur pro scripturis Archiuii publici. Vide plene Mascard. *Conclus. 399. Continens an probentur per scripturam*, vbi ampliat etiam in scriptura lapidum. Vide, *scriptura in marmore, vel*
51 *lapide, quando probet. Conclus. 84.* † Amplia, quia si agatur de confinibus, & duo concordant, & duo discordant, an dicatur probata identitas, plene Decian. *cons. 17. libro 3. per totum*, & vide, *Identitas.*
52 *Conclusio 3.* † Amplia, quia confines probantur per testes, si dicunt quod viderunt dictos terminos terminantes possessionem, & prædium, & quod bene cognoscunt terminos, quia sunt practici,
53 vt tradit Corn. *consilio 27. lib. 3.* vbi multa de hoc. † Contrarium consuluit Deci. Florentiæ. vbi, quod testes dicentes, vidisse terminos, vt supra potius dicuntur iudicare, & propterea non probant. Vide supra *numero 33.* vbi relatiue, videas Mascardum, & supra,
54 *numero 19. & sequent.* † Amplia, quia quod dicitur, libros antiquos, & antiqua instrumenta inter alios facta enunciantia confinia, probare ipsa confinia non in præiudicium tertij procedere, sed solum in præiudicium mandantium rogari dicta instrumenta, quia licet, neque quo ad eos non probent, tanquam instrumenta rogata, quia Notarius de hoc, & de verbis assertiuis non est rogatus, tamen probant tanquam inducentia tacitam confessionem mandantium, & ita distinguit Baldus *consilio 286. circa princip. versiculo* * *deinde declarabitur, & numero 2. libro 2.* vbi dicit * communem opinionem. Vide plenius per Mascard. *Conclusio. 398. Confines an per li-*
55 *bros antiquos probentur.* † Amplia, quia in antiquis etiam fama probat confinia antiqua, secus si de recenti sit fama. Vide Mascard.
☞ *Conclusio. 396. Confines an probentur per famam, vbi late.* Vide, *Fama probata legitime quando probet, vel non. Conclusio. 66. numero 10. & mul-*
56 *tis seqq.* † Amplia, quia confines probantur per terminos lapideos antiquos terræ infixos. Mascardus *Conclusio. 400. Confines an probentur per lapides antiquos*, vbi declarat procedere, dummodo sint
57 ita positi, vt se respiciant mutuo. † Amplia; quia confines probantur per priuilegia antiqua concessa ab eo, qui posuit confinia, clare Mascardus *Conclusio. 401. Confinia an probentur per priuilegia*, vbi ampliat multis modis, etiam si verba sint enunciatiua, & limitat, quando bona erant sub dominio priuati, & particularis.
58 † Amplia, quia confines probantur per appositionem custodum, quia eo modo probatur possessio. Mascard. plene *Conclus. 402.*
59 *Confines an probentur per custodiam locorum.* † Amplia; quia confinia probantur per actus possessorios, per clausuras, per exercitium iurisdictionis, per vias regales, per redditus antiquos, per communem opinionem, per sententias, lauda, litteras Episcopi, & Iudicis ordinarii, & aliis modis. Mascardus *Conclusio. 403. con-*
60 *fines*, vbi late. † Limita, quando instrumenta sunt dubia, quia non probant, quando in vtramq; partem possunt interpretari. & contra producentem sunt intelligenda, Baldus *dicto consilio 286. nume-*
61 *ro 2. versiculo amplius autem, libro 2.* † Limita, quando contraria instrumenta assertiua antiqua reperiuntur, quia tunc non probant. Bald. *d. consil. 286. num. 2. vers. maxime cum accusati. lib. 2.*

Confinia, si variantur, quomodo attendenda sint. Concluſ. 701.

CONFINIA † si sunt inter duo territoria, & variantur, attendi debent confinia; prout erant de antiquo tempore appositorum confinium, non vt nunc, verbi gratia; inter territorium Carpi & Mirandulæ sunt confinia antiqua quædam valles designatę communes, facta fuit bonificatio vallium pro maiori parte, & sunt mutatæ, an medietas vallium præsentium sint pro confinio, an vero medietas vallium, quæ erant de antiquo, & allegat pro vtraque parte, & concludit, quod attendi debet locus; vbi erant valles antiquæ, non quæ sunt hodie in loco diuerso. Alex. *consil. 25. Consideratis, per totum, libro 7.* allegat *l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsufructu.* & quia vbicunque dispositio habet in se verbum præsentis temporis, nunquam ad futura trahitur. Vide, *Alluuio quid sit, & quando habeat locum, & quid operetur. Conclus. 321.* † Contra- 2
rium allegat Alexand. *d. consil. 25. in princ. lib. 7.* quia dispositio hominis; siue sit sine tempore, siue etiam cum tempore de præsenti trahitur ad futura. *l. quid in rerum. §. si quis post, & in l. si ex toto, in prin. ff. de legat. 1.* ergo si ex tempore variatio inducitur, attenditur ipsa variatio. † Declara, quia si augmentum, seu mutatio fit latenter 3
per modum alluuionis, illud, quod latenter augetur recipit incrementum, & attenditur secundum statum præsentem, si vero non latenter, sed per opus manufactum, vel ex violentia digressus fluminis, vel vallium, tunc confine debet esse in loco antiquo, non in loco mutato, ita Alex. *d. cons. 25. num. 2. & per totum, lib. 7.* maxime *nu. 7. vers. non obstant allegata.* † Declarat plenius Alexand. *d. consil. 25. nu-* 4
mero 7. versic. non obstant allegata, lib. 7. quia contrarium procedit, vel in alluuione, vel in augmento facto à testatore post legatum, vel quando non adsunt verba limitantia ad tempus dispositionis, vel quando sumus in vltima voluntate, secus in contractu; & idem etiam tenet, *numero 8. & 9.* Vide, *Confinia attendi debent, & quando. Conclus. 694. num. 3. & sequent.* † Amplia, quia in dubio non præsu- 5
muntur mutata confinia, sed præsumuntur esse de præsenti, prout erant de antiquo. Mascard. *Conclus. 393. communia de confinibus, nu. 8. & seq. ver. succurrit.*

Confinia an mensurari debeant in venditione. Concluſ. 702.

RIPAE † & fossata, quæ sunt pro confinio, mensurari debent, 1
quia cadunt in venditione, si sunt planæ, secus si non sunt planæ, ita quod non possunt laborari, nisi aliter sit actum. Veronen. *in tract. de seruit. rustic. prædio. c. 36. tit. de ripa, num. 7. versiculo sed dubium.*

Confinium causa qualiter terminanda. Concluſ. 703.

CAVSA confinium † debet terminari ad fauorem eius, qui me- 1
lius probauit. Baldus qui loquitur in interdicto, vti possidetis, *consil. 378. in fin. lib. 3.* & in causa confinium. Alexand. de Næuo *consil. 77. num. 3. & per totum.* Natta. *consil. 672. num. 28.* Bertazol. *cons.* *1. num. 69.* † Et sententia lata in causa confinium nocet in possessio- 2
ne, & proprietate, *l. 3. C. finium regund.* Ioan. Fabri, & Areti, *in §. quædam. Instit. de actio. colum. fin.* quia Iudex, qui iudicat in tali actione, primo debet examinare, quid partes possideant, & quid ad vnumquemque pertineat, postea mittere agrimensores, qui ponant confinia. † Adde, quod sententia super appositione confinium 3
pro diuidendis tenimentis, si non fuit obseruata, neque positi termini, dicitur sublata, maxime quando contrarium fuit seruatum per longum tempus. Ruin. *consil. 67. In causa vertente, in principio. lib. 5.*

Confirmatio quid sit, & quæ requirantur in confirmatione. Concluſ. 704.

CONFIRMATIO † est actus præcedentis conualidatio, sicut 1
etiam ratificatio. Gemin. *consil. 128. num. 3. & seq. vers. nam gratia*, & ideo dicitur iuris prius quæsiti corroboratio. Decius *in rubr. de confir. vtili, vel inutili, in princ. num. 1.* Vide, *Confirmatio præsupponit confirmatum præcedere. Concl. prox. seq.* † Et confirmatio idē impor- 2
tat, quod firmum facio. Alex. *consil. 1. n. 35. lib. 5.* & iterum *consil. 219. Ponderatis, nu. 5. & ver. & in dicta commissione, lib. 6.* † Et dicitur confir- 3
matio, quasi cū alio firmatio, ideo non cōtinetur appellatione simplicium. Bal. *con. 496. Verba Papæ, in fin. ver. item confirmatio, lib. 5.* Idem

dicit

dicit Abb. *in capite dudum, de decim.* quem refert, & sequitur Alexander *consilio* 122. *Visto puncto, in fin. numero* 24. *libro* 4. quia dicitur à con, quod est simul, & firmo, & sic est simul firmatio; ergo non extenditur ad id, quod firmatum non continet ex inhabilitate facientis, & idem etiam tenet Barbat. *inter consilia Alexandri in consilio* 4 103. *Scripsit, numero* 2. *& sequent. verficulo & arguo, libro* 4. † Declara, quia electio, & confirmatio competens eidem personæ, si fiat vtraque, tunc habet vim promissionis, & sic venit sub simplici, secus quando vni spectat electio, alteri confirmatio, quia tunc non continetur sub dispositione. Bald. *cons.* 486. *Per totum*, maxime *in fi.* 5 *lib.* 5. † Requisita ad confirmationem sunt omnia solemnia ad primum actum, quæ requiruntur etiam in formatione, quia eisdem regulis regulatur, sicut ratificatio. Gem. *cons.* 128. *num.* 4. *& seq. vers. nam gratia*, & maxime *col. fin. num.* 7. *vers. ad vltimum*, vbi late, quod omnia exprimenda in gratia prima eadem in confirmante sunt exprimenda cum qualitatibus, & alijs subreptionem inducentibus. Ant. de Butr. qui loquitur in confirmatione legitimationis, *cons.* 2. quod duplicatur *cons.* 49. *vers. vel est antiquæ confirmatio.* Vide, *Ratificatio quid sit, & quæ requirantur, vt ratificatio valeat. Concl.* 8. † Nullum 6 omnino confirmari non potest, sed tenuta, vel aliud factum de facto, potius de facto reuocari debet. Bald. 181. *Casus talis est, cauetur, lib.* 1. Vide, *Nulliter gesta, quæ non possum consensu partium conualidari. Concluf.* 147. *cum Conclusione ibi proxima seq.* † Declara, quia si quid 7 nulliter gestum confirmatur, licet non valeat, vt confirmatio; quia quod nullum est, confirmari non potest, bene valere potest vt noua confirmatio. Bald. *cons.* 319. *Puncta super quibus, n.* 4. *vers. super quarto, lib.* 4. Castr. *con.* 248. *Visis, col.* 2. *n.* 4. *in fin. vers. illud autem lib.* 2. Vide, *Confirmatio ex certa scientia confirmat actum nullum. Concluf.* 710. † Am- 8 plia, quia confirmatio est adinuenta, vt robur adijciat, ideo quilibet possessor potest potere suam tenutam cõfirmari, glo. & Doct. *inl.* 1. *C. de Carbo. edicto.* Bart. *in l.* 3. *§. missum. ff. eod. tit.* vbi Doct. dant multa similia, dicentes remedium non esse superfluum, prout videmus; quia tollitur turbatio possessoris ex confirmatione, & manutentione, item institutus in beneficio potest petere, vt de nouo instituatur, vel confirmetur: legitimatus potest petere, se in pleniori forma legitimari; & habens sententiam, quæ transiuit in iudicatum per desertionem appellationis, vel alias, potest obtinere 9 illam confirmari. † Extende, quia de natura confirmationis est robur addere confirmato, non autem, vt aliquid addat substantiæ confirmato. Castr. *cons.* 187. *Notandum est, in princ. lib.* 2. vbi apostilla 10 citat Corne. *cons.* 9. *num.* 3. *lib.* 3. & alios. † Restringe, quia si Imperator, vel supremus Princeps confirmat concessionem factam de castris; cum mero & mixto imperio, licet verba confirmationis cum iurisdictione possint referri ad primam concessionem & ad actum confirmationis, tamen fit extensio ex confirmatione in iis, quæ respiciunt beneficium Principis considerata qualitate personæ concedentis, eius, cui fit concessio, & rei concessæ. Castr. *d. cons.* 11 187. *in princ. vers. in secunda, lib.* 2. † Et confirmatio est species interpretationis. Castr. *cons.* 162. *Visis, & ponderatis, col.* 1. *in fin. lib.* 2. *num.* 12 2. † Item confirmatio habet vim declarationis. Baldus *consilio* 172. *Casus subijcitur, libro* 3. vbi, quod sententia confirmans fortificat probationem natam ex prima confirmata, quam veram esse de- 13 clarat. † Et quod confirmatio non extendat confirmatum, sed det robur, sicuti dicimus de exceptione, quæ confirmat regulam, sed non ampliat, & de clausula, *non obstante*, quæ gratiam confir- 14 mat, sed non extendit. Castr. *cons.* 306. *num.* 3. *lib.* 2. † Duplex est confirmatio, quædam, quæ fit in forma communi, & quædam, quæ fit in forma specifica, illa, quæ est in forma communi, non operatur validitatem actus, nec præiudicium infert alteri, nec multum operatur, sed parum. Alex. *cons.* 123. *Scripsit, num.* 18. *ver. præmitto, lib.* 4. & de hac, quid operetur, est glo. *in c. Quia diuersitatem, de concess. præbend.* Vide, *Confirmatio in forma communi nihil dat, & quæ dicatur.* 15 *Concluf.* 708. † Alia, quæ non est in forma communi, sed in forma specifica, & de ista est tex. *in c.* 2. *de confirmat. vtili*, & ideo requirit duo formalia, cognitionem & certam scientiã. & non sufficit certa scientia, nisi sit cum cognitione. Alex. *d. cons.* 123. *num.* 18. *ver. Præmitto, lib.* 4. & de ista vide, *Confirmatio ex certa scientia confirmat actum* 16 *nullum. Concluf.* 710 † Et confirmatio debet fieri à superiore, non ab inferiore, ideo si iudex laicus confirmat sententiam iudicis Ecclesiastici, confirmatio non valet tanquam facta ab inferiore. Io. de Imol. *cons.* 127. *In casu præmisso, num.* 3. *ver. Præterea sententia.*

Confirmatio præsupponit confirmatum præcedere. Concluf. 705.

1 CONFIRMATIO † est gratia, quæ addit aliquid primæ gratiæ confirmatæ, ideo præsupponit gratiam confirmatam præcedere. Gemin. *consilio* 11. *num.* 2. *versiculo Quoad rescriptum*, qui loquitur in gratia perinde valere, & dicit, quod confirmatio est gratia addita gratiæ. Baldus *consilio* 181. *Casus talis est, statuto cauetur, in princip. lib.* 1. vbi quod debet constare de confirmante; & confirmato, vt confirmatio valeat, & vt confirmatio operetur, debet præcedere confirmabile, quo non præexistente nihil operatur. Roman. *consilio* 12. *numero* 4. sequitur Tiraquel. *de leg. connub. glo.* 4. *numero* 26. *& sequent.* ibi citat plurimos pro vtraque parte, & vltimo relatiue declarat. † Et natura confirmationis est approbare dispo- 2 sitionem præcedentem; *capit. dilectos, §. cæterum, de fide instrum.* Gemin. *consilio* 65. *in princip. versic. circa primum.* † Et confirmatio trans- 3 actionis refert se ad transactionem, ideo illam non extendit. Roman. *consilio* 371. *In proposita, numero* 3. *versicul. nec confirmatione.* † Et sicut ratificatio est quædam conualidatio actus præcedentis, ita etiam confirmatio. Gemin. *consilio* 128. *numero* 3. *& sequent. versic. nam gratia.* † Et natura confirmationis est reperire confirmabile, 5 alias non valet vt confirmatio, quando actus confirmatus erat nullus, sed bene potest valere vt noua dispositio. Baldus, *consilio* 319. *Puncta super quibus, numero* 4. *versiculo super quarto, libro* 4. Vide, *Nulliter gesta quando possint ratificari. Concluf.* 148. † Imo confirmatio esse non potest, nisi præexistat id, quod confirmari debet, ideo si 6 in confirmato extet clausula improbata à iure, & quæ habetur pro non apposita, is, qui simpliciter agnoscit, vel confirmat, non censetur confirmasse illud sublatum, & derogatum à iure, nisi expresse dicatur. Baldus *consilio* 161. *Quidam Mecus numero* 2. *versiculo nam confirmat.* † Et propterea dicimus, quod dispositio confirmans 7 trahitur ad tempus dispositionis confirmatæ, non econuerso. Signorol. *consilio* 19. *In assumptione de me. numero* 8. *versiculo modo sic arguo.* † Et actus nullus prout collatio beneficii non vacantis fa- 8 cta ab Episcopo non recipit robur à confirmatione Papæ, quia non reperit ens confirmabile, Cardinalis Zabarel. *consilio* 33. *numero* 2. *versiculo item & alia ratione.* † Et concessio in feudum nulli- 9 ter facta per Episcopum, si confirmetur per successorem, nihil operatur confirmatio, ex quo confirmatum non subsistit defectu potestatis. Cardinalis Zabarel. *consilio* 34. *per totum*, maxime *numero* 3. *versiculo ad secundum.* Vide, *Ratificari non potest actus nullus, & quando secus. Concluso.* 24. † Et instrumentum celebratum à mino- 10 re contra solemnitatem, quæ tollit actionem ciuilem, & naturalem, non potest conualidari à iuramento minoris, quia iuramentum non reperit aliquid, quod confirmari possit, Roman. *consilio* 12. *numero* 4. *versiculo nec dicendum.* † Et statutum nullum fa- 11 ctum à ciuitate subiecta non conualidatur per confirmationem superioris, quia non reperitur actus confirmabilis, & hoc nisi confirmans sciret nullitatem, & ex certa scientia confirmaret. Castrens. *consilio* 230. *quia de defectibus numero* 3. *versiculo tertio principaliter libro* 2. † Et laudum debet esse verum, & validum, vt con- 12 firmatio de eo facto facta operetur. Gozad. *consilio* 9. *numero* 37. † Et donatio valida vt confirmari possit. Roman. *consilio* 12. *numero* 13 4. *& sequent.* & ibi apostill. dat concord. † Amplia, quia licet con- 14 firmatio præsupponat confirmatum præcedere, tamen quando non est relatiua ad confirmatum, operatur de se concessionem, etiam si non exhibetur confirmatum. Zabarel. *consilio* 118. *num.* 4. *vers. in contrarium*, vbi quod impropriatur verbum *confirmamus*, quando proprie non potest accipi. † Declara, vt procedat amplia- 15 tio in iis, quæ pendent à confirmante, sed si princeps simpliciter confirmat donationem factam per Titium Seio, nihil operatur talis confirmatio, nisi constet de donatione confirmata, secus si esset donatio confirmata ad verbum inserta in confirmatione, vel confirmatio esset ex certa scientia, plene Roman. *consil.* 336. *Circa propositam in princip.* vbi plena apostilla *in vers. appareat*, dat concord. † Limita, quia confirmatio non probat regulariter confirma- 16 tum. Mascardus *Concluso.* 404. *confirmatio an probet confirmatum*, vbi limitat quatuor modis. Primo, quando confirmatum est insertum. Secundo, ex antiquitate temporis: Tertio, quando coneurrit diuturna possessio: Quarto, quando res confirmata specifice narratur, licet non probentur qualitates, vide eum.

Confirmatio operatur multa, & continet omnia, quæ confirmato insunt. Concluf. 706.

CONFIRMATIO † operatur, quod omnia, quæ sunt in con- 1 firmato, censentur repetita in confirmante. Baldus *consil.* 331. *Quidam fuit inuestitus, libro* 5. Signorol. *consil. Quæstio talis est, in princip.* Dynus *consil.* 51. *Quæstio talis est, numero* 6. *versiculo præterea, quæ scribuntur.* Vide, *Relatum est in referente. Concluf.* 129. † Et confirmatio,

quando trahatur ad tempus confirmati, vel valeat tempore confirmationis solum. Vide, *Confirmatio operatur multa, & confirmatum*
3 *est in confirmante. Conclusio.* 706. † Et quando actus, vel sententia confirmata erat nulla, confirmans valet vt nunc, non autem trahitur retro. Castrens. *consilio* 248. *Visis, colum.* 2. *numero* 4. *in fin. versiculo illud autem libro* 2. Vide, *Ratificatio non trahitur retro multis casibus.*
4 *Coccluſio.* 22. † Extende, vt procedat, etiam si in confirmatione aliqua exprimantur tantum, quæ sunt in confirmato, sed non omnia, quia quoad omissa non censetur recessum, Baldus *consilio* 331. *per totum libro* 5. vbi, quod si quis est inuestitutus de emphyteusi cum pacto, quod non vendat certis personis, si fiat confirmatio in alium, vt ponatur pactum, quod non vendat certis personis, licet non omnes personæ in prima inuestitura confirmata
5 sint expressæ, tamen non censentur omissæ. † Et an confirmatio extendat confirmatum, Vide, *Ratificatio non extendit actum, qui ratificatur. Conclusio.* 15. Vide, *Confirmatio in forma communi nihil dat.*
6 *Conclusio* 708. *numero* 30. *& sequent.* † Extende in tantum confirmatum esse in confirmante, vt iuramentum præstitum super confirmante, extendatur etiam ad confirmatum. Signorol. *dicto consi-*
7 *lio* 61. *per totum*, vbi pro vtraque parte & hanc partem tenet. † Amplia, quia Papa confirmans statutum in terris suis, dicitur facere ius canonicum locale. Angel. *consil.* 88. *Item statuimus circa fin. versic.*
8 *& quia istud statutum.* † Declara, vt procedat, quando confirmatio est facta ex certa scientia, alias non, quia est in forma
9 communi. † Amplia, quia confirmatio operatur, quod actus confirmatus à Principe, vel superiore non venit in derogatione, nisi de confirmatione fiat mentio. Alexand. *cons.* 30. *Præsuppositis, in prin. lib.* 5. & plenius *consil.* 122. *Viso puncto, num.* 7. *versic. qua dixit, lib.* 4. vbi loquitur in pacto, & statuto confirmatis, & ibi apostil. dat concor.
10 † Extende multo magis, si confirmatio est facta per sententiam. Alex. *d. cons.* 30. *in princ. lib.* 5. vbi apostil. *in vers. sententia*, dat concord.
11 † Extende, vt idem sit, si confirmatio sit per iuramentum. Alex. *d.*
12 *consil.* 30. *in princip. lib.* 5. † Extende, quia exemptio nulla per sententiam confirmata conualidatur, etiam si sententia sit homologata.
13 Alex. *d. consil.* 30. *num.* 11. *vers. super* 4. *lib.* 5. † Amplia, quia actus confirmans trahitur ad actum confirmatum, non è contra, Signorol. Homode. *consil.* 19. *in assumptione de me, num.* 8. *vers. modo sic arguo*, vbi ponit exemplum de statuto confirmante codicillos, quia codicil-
14 li non trahuntur ad testamentum. † Extende in tantum confirmationem trahi ad confirmatum, vt si Princeps confirmat statuta contraria; quorum posterius derogat primo, si sunt incompatibilia, etiam confirmatio, licet eodem tempore facta, trahitur ad confirmatum per prius & posterius, prout sunt confirmata. Sig-
15 norol. Homod. *consilio* 138. *num.* 13. † Et vide omnino Deci. *in Rubr. de confirm. vtili, vel inutili, numero* 3. vbi, quod confirmatio est ad
16 aliud relatio, & pendet ab eo, tanquam à substantiali. † Amplia, quia confirmatio priuilegiorum reuocabilium est obtinenda, vt
17 successor illa obseruet Baldus *consil.* 112. *In quinta quæstion. lib.* 1. † Amplia, quia confirmatio operatur, vt agatur ex confirmante, non ex confirmato. Dynus *cons.* 51. *Quæstio talis est pater, numero* 8. *versiculo*
18 *præterea, vt exhæredatio.* † Extende, quia sententia confirmans debet ex qui, non autem sententia confirmata. Bartol. & Docto. *in lege eos, C. de appellat. & in lege fina. C. de iudic. & authen. si quis litigantium, C. de Episcop. audien.* Angel. Areti. *in lege si expressim, numero*
* 44. *ff. de appellation.* & ita communiter * tenetur. † Rationem assi-
19 gnat. Roman. *consil.* 369. *circa primum, num.* 16. & 17. quia ex secunda sententia oritur actio, non ex prima; & quia secunda confirmans tollit primam confirmatam, quia, vt nunc ex confirmante; non
20 autem, vt tunc ex confirmato agi potest. † Et quod agatur ex confirmante, non ex confirmata, quando prima sententia confirmata erat nulla, & secunda confirmans transiuit in iudicatum. Alexander plene *consilio* 111. *Viso themate, in fine, libro* 5. & est ratio; quia valet, vt nunc sententia confirmans, non vt tunc, prout in prima
21 nulla. Castr. *consil.* 248. *Visis, colum.* 2. *num.* 4. *ver. illud autem, lib.* 5. † Declara plenius, vt *in vers. Exequutio sententiæ ad quem spectet. Concl.* 475. vbi plenissime videas plures casus, & materia est multum controuersa, quando tàm sententia prima, quam secunda sunt validæ.
22 † Extende, quia si laudum homologatur, vel ratificetur, vt quia esset nullum, agitur ex pacto ratificationis, vel homologationis tanquam confirmante, non ex laudo confirmato. Roman. *consil.*
23 155. *Præmissum laudum, num.* 6. *vers. cæterum.* † Declara, quia pœna, de qua in primo laudo seu compromisso, non censetur repetita in laudo confirmante primum laudum, neque in ratificatione, seu homologatione facta, quia pœna, vti odiosa, non censetur repetita, nisi expresse dicatur. Roman. *consil.* 155. *num.* 5. & 6. *versic.*
24 *quoad quartum.* † Extende pulchre in totum agi necessario ex confirmante, non ex confirmata circa sententias, vt imo sententia secunda confirmans primam tollat primam, ita, vt ex nunc ex confirmante quis damnatus censeatur, non ante. Roman. *consilio* 369. *Circa primum, numero* 17. & 17. *verficulo secunda consideratio*, allegat, *lege furti, ff. de iis, qui not. infam.* † Extende, vt quod dicitur de 25
secunda sententia confirmatoria, vt tollat primam, idem sit in laudo confirmatorio primæ sententiæ, vel alterius laudi, quia laudum ad instar iudiciorum est. Roman. *dicto consilio* 369. *numero*
17. † Amplia, quia confirmatio statuti operatur, quod licet statu- 26
tum sit conforme iuri communi, & non requiratur specialis derogatio statuti secus est, quando est confirmatum, quia difficilius derogatur non facta mentione statuti confirmati. Alexand. *consil.*
195. *Assumo, num.* 12. *& seq. vsque in fin. lib.* 2. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.*
62. † Adde, quia confirmatio non est necessaria, quando priui- 27
legium de se est validum, & ligat successores. Alexand. *consil.* 33. *colum. fin. vers. & non est curandum lib.* 5. Natta *consil.* 122. *num.* 17. Rimin. Iun. *consil.* 23. *num.* 141. *lib.* 1. † Amplia, quia donatio confirmata, & 28
actus confirmatus ab ipso gerente arguit enixam, & deliberatam voluntatem, & perseuerantiam, Deci. *consil.* 10. *col.* 2. *in fin. consil.* 23. *colum.* 2. *circa fin.* & inducitur perseuerantia, quæ facit cessare omnem suspicionem. Crauer. *consil.* 201. *numero* 42. Vide, *Geminatio actus maiorem firmitatem affert. Concluſ.* 28. † Amplia, quia confir- 29
matio statutorum laicorum facta per Papam operatur, quod statuta dicuntur esse Papalia. Alexand. *consil.* 123. *Scripsit Ecclesiasticus, lib.* 4. *num.* 17. *versic. modo clarum est, cum pluribus allegatis per apostill. ad consil. Roman.* 37. *Viso puncto, in verficulo censeantur.* Abbas *consilio* 77. *In quæstione, colum. pen. in princ. lib.* 2. vbi in statuto Firmi reducente præscriptionem 30. annorum, ad 20. confirmato à Papa, vt dicatur Papale, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. † Declarat eadem apostilla ad Roman. *consilio* 30
37. *in verficulo censeantur*, vt tunc per confirmationem efficiantur Papalia, quando sine confirmatione non valebant, alias secus, allegat Ruin. *cons.* 130. *De duobus, n.* 8. *lib.* 5. & alios. † Declarat Alex. *d.* 31
cons. 123. *nu.* 18. *lib.* 4. quod est Barbatiæ, quia statura confirmata per Papam efficiuntur Papalia, vt transgressor puniatur. & ad effectum vt inferior non possit infringere, sed bene possent statuentes, velle reuerti ad ius commune, quod vltimum ibi impugnat apostilla
in versic. pœnitere. † Extende, vt idem sit, quando statuta sunt facta 32
cum auctoritate Papæ, quia dicuntur Papalia, vt per Rom. *cons.* 116. *Visis necessariis, in princip. verficulo cuius ratio*, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, vt ibi dicit, & ideo inferior non potest illa tollere. † Declara; quia si is, qui fecit 33
statutum, vel constitutionem, poterat facere, & reuocare, licet sit confirmata à superiore, poterit nihilominus reuocare, non obstante confirmatione, & multo fortius poterit modificare. Abb. *consilio* 25. *Quoniam, in fin. libro* 2. & item dicit Alexand. *consilio* 123.
Scripsit numero 18. *verficulo præmitto. lib.* 4. quod est Barbatiæ. † Si ve- 34
ro non poterat statuere sine superioris auctoritate, tunc si vult reuocare, & aliter statuere post confirmationem, & non potest sine superiore confirmante, aut vult reuocare, vt ad ius commune redeat, & potest sine superiore, ita Abb. *dict. consilio* 25. *in final. libro* 2.
† Contrarium, quod non possit reuocare, neque reuerti ad ius 35
commune, postquam statutum fuit in forma specifica, & sic ex certa scientia confirmatum à Principe cum causæ cognitione tenet, Alber. *in prima parte statut. quæstio.* 16. quem ad hoc citat apostilla ad Alexand. *dict. consilio* 123. *numero* 18. *libro* 4. *in verficulo pœnitere.* † Extende quia licet Imperator nihil possit statuere, vel con- 36
cedere contra Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, etiam concedendo priuilegium vni Ecclesiæ, quod non præscribatur contra eam, nisi spacio centum annorum; quia non valet in præiudicium aliarum Ecclesiarum, si tamen Papa tale priuilegium etiam per verba generalia omnia priuilegia concessa ab Imperatore tali Ecclesiæ seruari sanciuerit, tunc valebit etiam contra Ecclesias, quia efficitur Papale: ita plene Abbas *consilio* 101. *numero* 8. *in fine, cum sequent. per totum, verficulo si autem non potest. libro* 1. vbi dicit secus esse, si confirmatio esset in forma communi, non per verbum, *sancimus*, & repetit *consil.* 102. *colum. pen. numero* 4. *& sequent. verficulo*
sed iis non obstantibus, lib. 1. † Idem est in præscriptione 40. annorum 37
contra Ecclesias, quæ fuit adinuenta per leges ciuiles, & quæ per canones fuit approbata; dicitur de iure canonico, & de inuentione iuris ciuilis est, ad tex. in *l. fi. & in auth. quas actiones. C. de sacr. eccles.* & confirmatio de iure canonico in *c. cum vobis, de præscriptio.* Abb. *d.*
consilio 101. *circa fin. ver. hoc idem probatur, lib.* 1. & *cons.* 102. *col. fin. num.* 38
6. *eod. lib.* † Idem est in lege ciuili canonizata per ius commune canonicum, quia efficitur ius canonicum. Abb. *dict. consilio* 101. *col. penul. numero* 10. *ver præterea videmus, lib.* 1. allegat glo. in *cap. in primis, 2. quæst. 1. in verficulo capituli.* vbi tex. ille citat, & approbat *legem si quis in hoc genus, C. de episcop. & cleric. & consil.* 102. *colum. fin. lib.* 1. *numero* 6.

† Extende,

39 † Extende, quia excommunicatio lata ab inferiore si confirmatur per Papam, absolutio non potest concedi, nisi per Papam. Roman. *cons.*387. *In terminis proposita, num.* 4. *ver. Imo, dicimus.* vbi apostill. dat concord. Vide, *Nostra omnia facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. Concluſ.* 67. † Declara, quia imo si Papa etiam
40 ex certa scientia confirmat actum factum ab Imperatore, vel statutum laicorum factum super eo, quod ipsi sunt inhabiles non censetur confirmare, neque conualidare, vt extendatur, ad eos, qui non comprehendebantur, ita Alex. *cons.* 122. *in fin. num.* 24. *lib.* 4. allegat Abb. *in c. dudum. de decim.* Ruin. etiam hoc firmat *consil.* 158. *num.* 16. & 17. *lib.* 1. Barba. cuius est *consil. Alex.* 123. *Scripsit. num.* 20. *ver. & arguo hoc modo, libr.* 4. vbi, quod non plus se extendit confirma-
tio, quam confirmabile. Ruin. *consil.* 158. *num.* 16. & *seq. libr.* 1. Vide,
41 *Confirmatio statutorum laicorum. Concluſio* 709. *in fine.* † Limita in testamento, in quo pater præteriit filium, quia licet confirmet aliud præcedens testamentum, in quo filium exhæredauerat inserta legitima causa: tamen non sufficit: quia ex secundo hæreditas adiri non potest, nisi expresse, & nominatim sit facta in eo exhæreditatio verbis expressis. Dynus *consil.* 51. *per totum*, vbi est casus.
42 † Limita, quia relatiua dispositio & confirmatio per verba generalia nunquam comprehendit ea, quæ facerent cessare dispositionem, & confirmationem, quia licet relatum sit in referente; tamen intelligitur, dummodo non sequatur annullatio actus relatiui. Alexand. plene *consil.* 99. *Super primo, num.* 5. *ver. circa secundum, cum*
43 *seqq. lib.* 7. † Limita, quia confirmatio non continet, neque extenditur ad ea, quæ sunt ipso iure nulla, quia sint contra legem, nisi expressa fiat confirmatio; & ideo filius ex primo matrimonio, cui pater reliquit minus, quam nouercæ, cum clausula, quod plus petere non possit, licet confirmauerit, & acceptauerit legatum, non censetur confirmasse, quod plus petere non possit, ex *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* quia lex prædicta remouet illam clausulam, quod plus petere non possit. Bald. pulchre *consil.* 161. *Quidam Mæ-*
chus, per totum, libr. 5. Vide plenius, *Confirmatio in forma communi nihil*
44 *dat. Concluſio* 708. *n.* 30. & *seq.* † Limita, quia princeps confirmando legitimationem nulliter factam non tollit ius quæsitum hæredi ex testamento, vel ab intestato medio tempore inter legitimationem nullam, & confirmationem subsequutam. Alex. *consil.*
45 37. *In causa mota, num.* 2. *lib.* 1. † Limita; quia confirmatio possessionis violenter apprehensæ non valet, quando de violentia non est facta mentio, tum quia est subreptitia, tum quia non potest inuasio violenta confirmari. *l. authoritate, C. vnde vi.* Alex. *cons.* 1. *Ponderatis, num.* 34. *ver. non obstat etiam.* & plenius *consil.* 3. *Ex ius, quæ, num.* 9. *ver.*
46 *octauo, cum seq. lib.* 5. vbi apostilla *in ver. non possunt.* † Extende, quia tyranni occupantes terras alienas, & obtinentes occupationes confirmari, non acquirunt ius aliquod ex tali confirmatione, vt menti tenendum esse asserit Alexand. *dict. consil.* 3. *num.* 9. & *seq. lib.* 5.

Confirmatio differt ab electione. Concluſ. 707.

1 CONFIRMATIO † & electio sunt diuersæ, & confirmatio electionis nihil iuris confert, sed administrationem, seu exercitium administrationis. Oldrad. *cons.* 146. *Factum tale de consuetudine, ver. sed ad hoc respondetur.* Oldrad. *consil.* 180. *num.* 14. *ver. sicut testamento*, vbi ponit diuersas opiniones, an confirmatio conferat ius, an iuris exercitium, & quod conferat exercitium administratio-
2 nis, tenet Oldrad. *cons.* 194. *Factum tale est, ver. sed contrarium.* † Limita, quia confirmatio dicitur pars, & implementum electionis considerato effectu, prout dicitur venditionem traditione impleri, quæ tamen sine traditione perfecta est. Oldrad. *cons.* 146. *ver. & si*
3 *aliquando, num.* 5. † Limita, quia imo confirmatio confert ius, & ante nihil confertur validum, vt in testamento, quod nascitur in sui confectione, confirmatur morte testatoris, & exequutionem habet ab aditione hæredis. Oldrad. *cons.* 180. *Quæstio est, num.* 14. *ver.*
4 *sicut in testamento.* vbi allegat opin. hinc inde. † Limita, quia confirmatio electionis confert ius, seu saltem titulum iuris, quia est proprie decretum, & sententia. Lap. *alleg. vltim. ver. ad secundam, nu-*
mer. 2. & *num.* 3. Vide, *Electio & confirmatio in quibus differant. Concluſio.* 90.

Confirmatio in forma communi nihil dat, & quæ dicatur in forma communi. Concl. 708.

1 CONFIRMATIO † in forma communi est innouatio inuestituræ, & non concessio noui iuris, ideo nihil noui iuris tribuit. Oldrad. *cons.* 237. *Perlectis in fin. num.* 8. *ver. secundo.* qui loquitur in confirmatione inuestituræ feudi, Bald. *cons.* 130. *Verba proprie, ver.*
præterea, lib. 1. Anchar. *cons.* 389. *Visis diligenter, num.* 6. Castr. *cons.* 84.
colum. 2. *in fin. ver. & quod dixi, lib.* 2. † Et princeps in dubio non cen- 2
setur dispositionem inducere, neque actum inutilem confirmare, sed potius ius commune sequi. Alexand. *consil.* 33. *Viso themate, num.* 4. *lib.* 1. vbi apostilla *in ver. commune ius.* † Imo certa scientia in 3
dubio non præsumitur, nisi probetur. Alexand. *consil.* 59. *Viso instrumento, num.* 8. *lib.* 1. † Etiam si princeps confirmando aliqua statu- 4
ta, ex confirmatis aliqua reprobauerit, quia non propterea censetur alia omnia confirmare, si adsunt illicita, nisi constet, quod illa discusserit, quia in dubio per reprobationem aliquorum cætera illicita non censetur confirmare, vt valeant. Alex. *d. consil.* 59. *num.* 9. *lib.* 1. † Et quando princeps; vel alius confirmat actum etiam ex 5
certa scientia, & potest referri confirmatio ad actus validos, & inualidos, in dubio debet referri ad actus validos, non autem ad inualidos. *c. dudum. extra, de decim. in fin.* vbi Innoc. Io. Andr. & Anton. de But. *num.* 15. qui dicit not. sequitur Bologni. *cons.* 31. *num.* 14. *vers. vel tertio.* Ruin. *cons.* 127. *num* 8. *ver. & ex alio. lib.* 4 vbi ad hoc allegat Alex. *cons.* 59. *lib.* 1. qui idem dicit, *num.* 9. *ver. præterea respondeo*, infinitos allegat Surd. *cons.* 47. *num.* 19. † Idem est, si verba possunt re- 6
ferri ad ea, quæ sunt secundum ius, vel contra ius, quia semper fit relatio solum ad ea, quæ sunt secundum ius, etiam inter priuatos. Ruin. qui alios allegat *cons.* 109. *lib.* 4. *num.* 17. † Dicitur autem in 7
forma communi facta confirmatio, quando princeps non est informatus Bart. *in l. priuilegia, in princ. C. de sacrosanct. Eccles.* ita videtur distinguere Dec. *cons.* 516. *num.* 12. † Item dicitur in forma commu- 8
ni, quando non adest clausula, *ex certa scientia*, vel tenor confirmationon est insertus totus. Abb. *cons.* 101. *In quæstione, quæ vertitur, num.* 9. *lib.* 1. † Tu dicas, quod confirmatio est in forma communi, quan- 9
do princeps dicit, confirmo tale statutum, vel talem actum, prout factus est, secus si confirmat simpliciter, quia verbum, *confirmo*, videtur firmum facere. Alexand. *cons.* 59. *num.* 9. *ver. præterea respondeo, libr.* 1. vbi dicit, quod si confirmatio potest referri ad inualida, & valida, tunc ad inualida non extenditur, quia est in forma communi, & idem tenet Bartol. *cons.* 196. *num.* 2. *lib.* 1. † Contrarium, quod 10
imo simplex confirmatio dicatur in forma communi, & non tribuat nouum ius, tenet Anchar. *cons.* 389. *Visis diligenter, num.* 6. Socin. Iun. *cons.* 32. *num.* 39. & 40. *lib.* 3. Idem tenet Alex *cons.* 123. *num.* 22. *lib.* 4. Bologni. *cons.* 31. *num.* 13. & *seq.* Franc. Aret. *cons.* 8. *Abunde per totum.* Ias. *cons.* 156. *lib.* 4. † Imo in dubio omnis confirmatio simpli- 11
citer facta censetur in forma communi, quæ nihil confert, quando non exprimitur, vel non inseritur tenor confirmati, vel non fit mentio, quod confirmans fuit informatus, & habuit plenam scientiam. Card. Zabar. *cons.* 44. *num.* 4. & *seq.* † Contrarium infra *num.* 12
45. vbi videas. † Et idem, quando fit confirmatio ad instantiam 13
partis narrantis confirmandum esse validum de iure, quia tunc etiam confirmatio est in forma communi prout de iure, & non conualidat confirmatum, si non est de se validum. Castr. *cons.* 387. *Primo videndum, num.* 2. *vers. ad secundum, libr.* 1. *per totum.* † Declarat plene 14
Aret. *d. cons.* 8. *per totum*, vbi pro vtraque, & *num.* 5. distinguit, quia aut agitur de confirmatione particularis statuti, & tunc confirmatio simpliciter facta dicitur ex certa scientia, magis de facili, & magis operatur, aut agitur de confirmatione voluminis statutorum simpliciter facta, & non dicitur ex certa scientia, sed in forma communi, & sufficit, quod potest operari, vt non possit derogari, non facta mentione confirmationis, & rationem adducit, quia plus operatur voluntas specialis, quam generalis ad exprimendam intentionem. † Declarat alio modo Franc. Aret. *d. cons.* 8. *num.* 5. *vers.* 15
nec obstat, iuncto numer. 4. *versic. tertio hoc confirmatur.* quia confirmatio simplex statutorum non operatur circa ea, quæ sunt nulla defectu inhabilitatis, & incapacitatis statuentium, prout si laici super iuramento, vel spiritualibus statuunt, quia confirmatio Papæ simplex nihil operatur. † Declara, quia si princeps, puta Papa 16
confirmat simpliciter statuta laicorum, & quædam excipit, videtur confirmare ea, quæ sunt contra ius, & essent inualida. Bald. *in c. 1. Per quos fiat inuest.* sed tamen confirmatio non extenditur ad inualida ratione inhabilitatis, & incapacitatis statuentium, prout si circa iuramentum laici statuunt, quia licet exceptio firmet regulam in non exceptuatis, tamen non includit ea, quæ non sunt de regula, neque de facultate statuentium. Aret. *dict. cons.* 8. maxime *num.* 3. *ver. præterea Baldus, vsque in finem.* † Amplia, vt confirma- 17
tio non operetur aliquid, quando prima concessio, quæ confirmatur, non valet; quia intentio confirmantis est nihil de nouo dare in dubio. Oldrad. *cons.* 164. *per totum*, maxime *in fin.* sequitur Dec. *consil.* 516. *num.* 12. vbi limitat, nisi ex certa scientia fiat confirmatio. Anchar. *consil.* 389. *num.* 6. † Et quod is, qui confir- 18
mat, nihil det, quia aliud est facere, aliud est confirmare. Alex. plene *cons.* 122. *Viso puncto, num.* 21. *vers. & hac ratione, libr.* 4. vbi apostilla

19 *in ver. non dat*, allegat plurimos concord. † Contrarium, quod imo, qui confirmat, dare dicatur, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. Alexan. *consil.122. Viso puncto, num. 4. ver. quia ille, libr.4.* vbi apostil. citat Alciat. *in l. obuenire, in*
20 *gloss. fin. de verbor. signific.* † Declara, quia confirmatio facta in forma communi nihil dat, neque actum confirmatum extendit, sed solum quatenus validum sit confirmatum, robur adiicit, si vero confirmatio fiat ex certa scientia, & constet de mente confirmantis, quod voluit actum nullum validare, vt quia dixit facere ex certa scientia, vel quia fecit cum causæ cognitione, vt quia aliqua confirmauit, aliqua nulla declarauit, & tunc censetur dare, & actum extendere, vt si erat nullum, facit esse validum, sed tamen certa scientia, & causæ cognitio non sanat inhabilitatem statuentium, neque defectum naturalem, ita plene Alexand. *consil. 122. Viso puncto, num. 21. & multis seqq. ver. & idem etiam dixit Bald. libr.4.* maxime *num. 24.* sequitur Ruin. *consil.158. num.16. & 17. lib.1.* vbi quod si Imperator concessit emphyteusim Ecclesiasticam legitimato, quem legitimauit ad omnia bona Papa, qui ex certa scientia confirmauit legitimationem Imperatoris, censetur confirmare solum quo ad ea, quæ cadebant in potestate, &
21 habilitate Imperatoris. † Declarat alio modo Barbatia, cuius est
22 *consil. Alexand.123. Scripsit, num.18. ver. præmitto, lib.4.* † Amplia, quia confirmatio præsupponit id, quod confirmatur præcedere, quia confirmatio est iuris prius quæsiti corroboratio, & ideo non extendit confirmatio actum confirmatum in aliquo. Dec. *in rubr. de*
23 *confir. vtili, vel inutili, in princ. num.1.* † Amplia, quia confirmatio in forma communi facta sine causæ cognitione nihil iuris confert, ideo Castrum habens iurisdictionem præscriptam contra Ciuitatem, cui suberat, non diminuit aliquid de iure suo, licet Ciuitas alleget confirmationem iurisdictionis à superiore in forma communi. Bald. *consil.400. Super 1. num.5. in fin. ver. super 4. libr.4.* quod
24 est Bartoli. † Amplia, quia si Imperator concedat alicui Ecclesiæ, quod præscriptio centenaria debeat contra eam currere, & tale priuilegium confirmatur in forma communi per Papam, nihil confertur, ideo non præiudicat aliis Ecclesiis. Abb. *consil.101. numer.9. libr.1.* quia non potest Imperator statuere contra Ecclesias.
25 † Extende, quia vbi a concedens exemptionem Titio ab oneribus non obligatur, quia exemptio est nulla, etiam si sit confirmata in forma communi, quia non confert ius confirmatio talis. An-
26 char. *consil.389. num.6.* † Amplia, quia confirmatio non operatur aliquid, quando erat lata vna sententia contra exemptionem confirmatam non facta mentione de sententia lata, Anchar. *consil.389.*
27 *num.7.* † Amplia, quia si testator fecit legatum in suo testamento ad fauorem Titii, postea Titius accusset criminaliter testatorem, per quam accusationem & inimicitiam fuit reuocatum legatum, si adhuc durante accusatione testator facit codicillos, in quibus confirmat testamentum, ille non censetur confirmare legatum ademptum, ex quo durat causa ademptionis, *l. pen. §. Seia testamento*, vbi Bart, *ff. de admin. legat.* & pro notabili Iaf. tradit in *auth. ex causa. col.6. C. de liber. prater.* quia confirmatio non trahitur ad actum, &
28 legatum reuocatum, & nullum. † Amplia, quia sicuti princeps per suum rescriptum non censetur præiudicare iuri tertio quæsito; ita nec etiam per confirmationem. Alex. *consil.125. Viso titulo, nu-*
29 *mer.3. lib.2.* † Extende, quia imo in confirmatione generali facta per Principem non veniunt, nisi licita, & honesta. Alex. *d. consil.125.*
30 *num.4. ver. Nam in confirmatione, lib.2.* † Amplia, quia confirmatio simplex, & in forma communi non extendit in aliquo actum confirmatum, quia natura confirmationis est adhibere robur actui confirmato, non autem extendere. Iaf. qui aliosallegat *in l. more, num.41. ff. de iurisdict. omn. iud.* Alex. *consil.122. num.20. lib.4.* plene per
31 Crauett. *consil.668. num.2.* vbi plenissime alios allegat. † Extende, quia quando inuestitura, vel confirmatio fit ad exequutionem actus præcedentis, semper censetur, prout actus præcedens, & nihil extendit, imo omnes reseruationes, & restrictiones in primo actu censentur repetitæ in confirmatione facta ad exequutionem, vel
32 declarationem. Crauet. *consil.135. num.13. & seq.* Vide, *confirmatio operatur multa. Concluf. 706. num.43.* † Declara ampliationem, quia confirmatio ex certa scientia facta si potest aliquid operari, & potest referri ad licita, & illicita solum restringitur ad licita, infinitos ad hoc allegat Petrus Surdus *consil. 47. num.19. & sequent.* vbi
33 multa ad hoc. † Restringe, nisi princeps ex certa scientia confirmaret, quia clausula, *ex certa scientia*, extendit. Iaf. *d.l. more, num.42.*
34 *ff. de iurisdict. omn. iud.* per Alexand. *consil.122. num.22. lib.4.* † Declara restrictionem pluribus modis, vt per Alex. *d. consil.122. num.24. & seq. libr.4.* vt intelligatur procedere tantum quoad casus habiles comprehensos, non autem extenditur ad inhabiles; item non extenditur, nisi ad permissa de iure communi; item non extenditur in præiudicium tertii, item extenditur in iis, quæ sunt iuris communis; de quibus princeps habet scientiam, non autem ad ea, quæ sunt facti, vt statuta, consuetudines, quæ sunt ignota confirmanti ex certa scientia, nihil expresse dicatur, & sequitur Ruin. *cons.158. num.16 lib.1.* † Limita, nisi confirmatio esset ex certa scien-35
tia facta, quia tunc de nouo confert. Dec. *consil.516. num.12. ver. vnde considerandum est*, vbi quod confirmatio in forma communi licet conferat, tamen fallit, si habet clausulam, *ex certa scientia*, vel clausulam, *supplentes defectus.* Abbas *consil.101. num.9. & seq. lib.1.* Bartol. *in consil.196. num.2. libr.1.* Io. de Anan. *cons.81. in princ.* vbi Bologni. in apostil. Alex. *cons.1. Ponderatis, num.34. in fi. & num.35. ver. non obstat etiam, lib.5.* † Et dicitur ex certa scientia, vt comprehendat etiam ea, 36
quæ non comprehenderentur, quando exprimitur, quod ex certa scientia id fit, & quando adhibita est causæ cognitio. Socin. Iun. *consil.32. num.40. lib.3.* Alex. *consil.123. num.22. lib.4.* † Vel quando pars 37
fuit citata & audita, & negocium discussum. Ruin. *consil.123. num.25. libr.3.* & plenius Roman. *consil.327. num.7. & seq.* † Si vero non fuit 38
adhibita causæ cognitio, vt quia statim, vel breui tempore, postquam petita est confirmatio, ea fuit concessa, tunc non dicitur ex certa scientia. Socin. *d. consil.32. num.40. & 41. lib.3.* allegat Alex. *consil.*
123. lib.4. & alios Alex. *consil.123. num.22. lib.4.* † Declara etiam, quia 39
certa scientia non præsumitur, nisi exprimatur. Bologni. *consil.31. num.53. & seq.* Socin. Iun. *d. consil.32. num.40. & seq. lib.3.* Alexand. *dict. consil.193. num.22. lib.4.* † Contrarium, quod in dubio certa scientia 40
præsumatur. Dec. *in consil.649. Procedendo, in fin.* † Extende, vt idem 41
sit, quando fuit geminata confirmatio; quia præsumitur ex certa scientia facta. Dec. *consil.649. Procedendo breuiter, in fin.* vbi etiam videtur tenere, quod in dubio præsumitur confirmatio facta ex certa scientia. † Extende idem, quando fuit insertus totus tenor 42
gratiæ confirmatæ. Abb. *d. consil.101. num.9. lib.1.* † Idem, quando 43
confirmans vidit tenorem confirmati. Alex. *d. cons.1. num.35. libr.5.* † Extende, quando Papa non confirmat, sed vtitur verbo sanci- 44
mus obseruari: quia dicitur de nouo concedere, & legem facere. Abbas *cons.101. num.10. lib.1.* † Extende, quando Papa confirmat fa- 45
ctum à se, quando erat in minoribus, quia certa scientia præsumitur. Bart. *cons.196. num.2. libr.1.* † Extende, quia imo confirmatio 46
simplex sine clausula, *sicut iuste concessum fuit, &c.* semper validat actum confirmatum, quia istud est proprium confirmationis, quia confirmo idem est, quod firmum facio, secus, quando additur illa clausula, *sicut iuste, &c.* quia tunc non firmat, nisi in quantum firmum est. Alex. *cons.1. num.35. lib.1.* & iterum *cons.219. Ponderatis, num.*
5. ver. & in dicta commissione, libr.6. † Contrarium apostilla ad Alex. 47
d. cons.219. num.5. lib.6. in ver. scientia. & supra *num.14. & seq.* † Decla- 48
ra forte, quia Papa in beneficialibus confirmando vnionem etiam nullam factam ab ordinario sine consensu Capituli censetur illam validare, etiam sine clausula, *ex certa scientia*, quia absolutam habet Papa potestatem in beneficialibus. Alex. *d. cons.219. numer.3. & seq. libr.6.* vbi *num.4.* quod magis de facili conualidatur actus nullus in beneficialibus per confirmationem Papæ, quam in alia materia. † Declara, quia conclusio, quod fiat extensio ex 49
confirmatione ex certa scientia, procedit, quod fiat quoad ius, non quoad factum, item in illa specie actus confirmati, non autem, vt aliam speciem assumat, item quoad robur circa defectum solemnitatis, vel defectus probationis. Ruin. *cons.12. num.15. & seq. libr.3.* ideo habilitas personæ inhabilis non sanatur, *c. dudum. in fine decim.* Vide, *Confirmatio ex certa scientia confirmat actum nullum. Concluf. 710.* † Restringe, quia imo confirmatio etiam ex certa sci- 50
entia facta non extenditur ad inhabiles; ideo si Imperator concessit legitimationem spurio ad emphyteusim Ecclesiasticam, & alia bona, & Papa confirmet ex certa scientia, non extendit ad emphyteusim Ecclesiasticam, quia hoc non erat de iure, sed contra ius. Ruin. plene *consil.158. num.16. & 17. lib.1.* Alex. idem dicit *consil.*
122. num.24. & seq. libr.4. † Limita, quia licet confirmatio facta in 5
forma communi sine clausula, *non obstante*, non tollat nullitatem, tamen si lapsi sunt 40. anni cum obseruantia, & titulo prædicto, præsumitur derogatio, & clausula, *non obstante*, ita vt non possit dari de tali defectu, Alex. *cons.30. Ponderatis, num.11. vers. præterea etiam, lib.5.*

Confirmatio statutorum laicorum per Episcopum, vel alium facta non extenditur ad illicita. Concluf. 709.

CONFIRMATIO † statutorum facta generaliter per Episco- 1
palem constitutionem, non se extendit ad statuta laicorum, quæ sunt contraria iuri canonico; quia neque Episcopus posset confirmare illa, si vellet; quia iuri canonico non derogat Anchar. *consil.18. In quæstione, quæ vertitur, in fi. ver. quo ad aliud dubium.* † Amplia 2

etiam

etiam in Papa; quia si confirmat statuta laicorum, generaliter censetur confirmare licita, & honesta tantum. Socin. Iun. *consil.* 32. *nu-*
3 *mer.* 34. *& seq. lib.* 3. vbi *num.* 43. *& seq.* plures ad hoc allegat. † Amplia in confirmatione facta per Principem de statutis Ciuitatis Veronæ, quia non extenditur confirmatio ad illicita statuta. Bald. *cons.* 134. *Copiose est allegatum, per totum, lib.* 3. & latius *cons.* 135. *Articulus sive casus, per totum, in fin. ver. ex quo sequitur. eod. lib.* quod est Zilioli de Cremona, & Philippi Cassolæ de Regio, vbi, quod statuta Veronæ disponentia dari tenutam non citato possessore, licet sint confirmata, tamen confirmatio in genere ad ea non se ex-
4 tendit. Vide infra *num.* 5. *& multis seqq.* † Extende, vt idem sit de statutis Pisanis generaliter confirmatis, quia confirmatio non extenditur ad illicita & inhonesta, prout sunt statuta contra ius superioris, quia superior confirmando in genere non confirmat talia, nisi faciat ex certa scientia. Roman. *consil.* 218. *Præsens casus, numer.* 4. *& seq. per totum.* vbi apostilla *in ver. illicita.* dat concord. & loquitur Roman. etiam si adsit iuramentum de obseruando, quia non comprehendit illicita. † Amplia in confirmatione priuile-
5 giorum generaliter facta; quia non extenditur ad illicita, Bald. *dict.*
6 *consil.* 134. *in princ. ver. & quod priuilegia, libr.* 3. † Extende, quia per generalem confirmationem statutorum factam à Principe non censentur confirmata statuta prohibentia matrem succedere filio, vel è contra, quia tanquam ad statuta iniqua non extenditur generalis confirmatio. Bald. *cons.* 83. *Præmittendum est, num.* 2. *& seq.*
7 *libr.* 5. *& num.* 6. *ver. in contrarium.* † Amplia in confirmatione statutorum facta per Papam; quia generalis confirmatio non trahitur ad illicita, & iniusta statuta. Alexan. *consil.* 59. *Viso instrumento, nu-*
8 *mer.* 9. *ver. pro hoc facit libr.* 1. † Idem est in approbatione generali
9 particularis personæ. Card. Zabarell. *cons.* 44. *in fin.* † Extende in tantum, quod confirmatio generalis statutorum non in forma communi, sed simpliciter facta, quæ potest trahi ad statuta licita & illicita, restringitur dumtaxat ad licita. Alex. *d. cons.* 59. *num.* 9. *ver. præterea respondeo, libr.* 1. vbi loquitur, etiam si sit facta mentio de qualitate actus, in quo erat vitium, quia si potest referri ad li-
10 cita, tantum refertur ad ea, quæ sunt licita. † Restringe, quando Papa, vel Princeps confirmans statuta fecisset ex certa scientia, quæ appareat scripta, quæ in dubio non præsumitur, tunc enim etiam statuta illicita censetur confirmare. Alex. *consil.* 59. *numer.* 8.
11 * vbi dicit * communem, *libr.* 1. † Etiam si ab initio ipso iure fuerint nulla, vt quia laici statuerint circa Ecclesiastica, quia si sunt confirmata per Papam ex certa scientia, valent. Oldrad. *consil.* 257.
12 *Factum tale est, num.* 15. † Restringe, quando Papa, vel Princeps habuisset discussionem statutorum confirmatorum, quia si aliqua reprobauit, & discussionem habuit; tunc censetur omnia non reprobata confirmare, secus si discussa non sint. Alex. *cons.* 59. *num.* 9.
13 *ver. nec ad hoc obstat, libr.* 1. * † Restringe multo magis, quando adest clausula, *ex certa scientia, supplentes omnes defectus*, quia confirmantur statuta nulla ipso iure laicorum circa Ecclesiastica per talem confirmationem Papæ. Alexand. *cons.* 79. *circa primum, num.* 8.
14 *ver. nam, vt dicit. lib.* 1. vbi apostill. dat plures concord. *in ver. supplen-*
14 *tes.* † Restringe, quando est insertus tenor confirmati, quia tunc certa scientia probatur, vel præsumitur. Cardin. Zabarel. *cons.* 44.
15 *num.* 6. *& seq.* † Amplia, quia confirmatio generalis statutorum, constitutionum, & ordinamentorum ciuitatis Tuderti facta per Papam, postquam Tudertini reuersi sunt sub obedientia Romanæ Ecclesiæ, non comprehendit alienationes factas per Ciuitatem de bonis publicis, dum exercebat tyrannidem, viuendo populariter, quia requiritur specialis mentio. Abb. *consil.* 94. *In quæst. co-*
16 *lum.* 3. *num.* 4. *libr.* 2. † Amplia, quia Princeps confirmans statuta feudatariorum non censetur approbare statuta, quæ sunt contra Principem confirmantem, & diminuentia illius iurisdictionem.
17 Petrus Surdus *cons.* 47. *num.* 16. *& seq. ver. quibus sic firmatis.* † Amplia, etiam si adsit clausula, *ex certa scientia*, quia confirmatio non
18 extenditur ad statuta illicita, & contra confirmantem. Surdus *dict. consil.* 47. *num.* 18. *& seq. ver. confirmatur.* † Amplia, quia confirmatio non extendit confirmatum ad ea, quæ non continebantur in confirmato, ideo statutum collegii, quod non potest ligare, nisi illos de collegio, si confirmetur, non extenditur vltra illos de collegio, quia collegium non potuit statuere contra illos, qui non sunt de collegio, ergo neque præsumitur, quod voluerint confirmare id, quod eis non permittebatur. Alex. *cons.* 122. *Viso puncto, num.* 4. *in fin. cum seq. ver. sed iis non refragantibus, libr.* 4. supra *num.* 3. *& seq.* plures citat Cranet. *consil.* 257. *num.* 4. *& seq.* plenius *cons.* 668. *num.* 2. vbi
19 citat infinitos: quos videas. † Extende, quia natura confirmationis est, vt robur addat confirmato, non vt extendat, & ideo dicitur, quod qui confirmat, non dat; quia aliud est dare, aliud confirmare. Alex. plene *d. cons.* 120. *num.* 19. *in fin. cum multis seq. ver. secundo prin-*
cipaliter, libr. 4. vbi apostill. *in ver. extendere.* Ias. *in l. more, num.* 41. *& seq. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Cranett. plene *cons.* 668. *num.* 2. † Declara, 20
quia confirmatio non confert ius nouum, nisi constet de mente confirmantis. Alex. *d. cons.* 122. *num.* 21. *ver. & idem etiam dixit, libr.* 4.
† Et maxime non confert ius nouum supra habilitatem, & pote- 21
statem facientis statutum, vel actum, qui confirmatur, quia confirmatio, etiam si fiat ex certa scientia confirmantis, non extendit actum ad id, quod facere non potuit gerens actum, qui confirmatur. Alex *d. cons.* 122. *num.* 24. *& seq. lib.* 4. Vide Clausula, *ex certa scientia principis*, quid operetur. *Concluf.* 340. † Limita, quia confirmatio 22
statutorum trahitur retro in præiudicium tertii, cui medio tempore fuit ius quæsitum, vt accidit in confirmatione, quæ Florentiæ ex lege municipali singulo quinquennio est reiteranda, quia non refert, dummodo aliquando fiat, vt in puncto declarat Castr. *consil.* 256. *Videtur manifeste, col.* 2. *libr.* 2. & quia etiam cum sit attributa iurisdictio temporalis virtute statuti tunc validi, & approbati certis officialibus loci subditi, & eam exercuerint procedendo, & si poste- interim cessasset statutum, non tamen cessasset iurisdictio semel adepta. *Tholos. decis.* 35. *Item fuit quæsitum, an syndicus.* Afflict. *de-*
cis. 128 *fuit dubitatum.* Alexand. *cons.* 128. *Sentio insuper, lib* 6. Deci. *cons.* 404. *Viso eleganti, col. fin.* † Limita, nisi confirmatio sit ex certa sci- 23
entia, & facta de plenitudine potestatis, quia valet Bald. *d consil.* 134. *in princ. libr.* 3. vbi loquitur, quod non valet confirmatio facta à principe depositio baculo, quod idem est, vt dixi. † Extende, quia 24
confirmatio statutorum facta motu proprio & ex certa scientia nullam habet restrictionem, vt intelligatur de licitis. Alexand. *consil.* 41. *Visis, in fin. lib.* 5. vbi loquitur in generali confirmatione. Et
† quod confirmatio statutorum laicorum disponentium de iura- 25
mento, & de spirituali materia facta per Papam nihil operetur, nisi sit facta ex certa scientia Papæ, quæ non præsumitur in dubio. Alex. *cons.* 59. *Viso instrumento, num.* 8. *ver. nec obstat, quod adducebatur, libr.* 1. vbi * dicit communem. Patil. *consil.* 92. *num.* 5. *ver. nec obstabit iu-* *
ramentum, lib 2. late Socin. Iun. *cons.* 32. *num.* 34. *& seq. per totum, libr.* 3.
Vide conclusionem proximam sequentem, *n.* 10. *& seq.* † Contrarium videtur velle Roma. *cons.* 12. *n.* 2. *in fin.* vbi loquitur de simplici 26
confirmatione Papæ, vt constitutio tollens iuramentum facta à laicis valeat. † Declara, quia si confirmatio est in forma commu- 27
ni, non operatur: si vero est ex certa scientia, & cum causæ cognitione, secus, ita plene Socin. *cons.* 32. *num.* 39. *& seq.* vbi, quando dicatur in forma communi, vel non. Vide, *Confirmatio operatur multa. Concluf.* 706. † Limita, quia imo statuta confirmata à Papa effici- 28
untur statuta Papalia, ita vt non possint ab inferiore tolli. Roman. *cons.* 37. *num.* 2. *in fin. ver. secundo quia.* vbi plena apostill. *in ver. censeantur.* † Declara, vt procedat limitatio, quando statuta confirmata
non valerent sine confirmatione, alias secus, ita declarat eadem 29
apost. ad *cons. Rom.* 37. *in ver. censeantur*, ex mente Alex. & Ruini, quos citat. Vide plenius supra, *Confirmatio operatur multa. Concluf.* 706. *nu-*
mer. 29. *& multis seqq.*

Confirmatio ex certa scientia confirmat actum nullum. Concluf 710.

CONFIRMATIO † per Sedem Apostolicam & Papæ facta ex 1
certa scientia de vnione nulla, operatur validitatem ipsius vnionis nullæ. Oldrad. *cons.* 257. *Factum tale est, dominus Nicolaus Papa, num.* 12. *ver. nonnunquam enim.* vbi multa de confirmatione ex certa scientia, & dicitur facta ex certa scientia, si confirmatum insertum est in confirmante. apostill. ad Innoc. *c.* 1. *de transactione in fin.* & Oldrad. *cons.* 257. *num.* 13. Vide Clausula, *ex certa scientia Principis*, quid operetur. *Concluf.* 340. † Amplia, vt confirmans ex certa 2
scientia dicatur dare; quia facit valere actum inualidum, *cap.* 2. *de transactione.* Oldrad. *d. cons.* 257. *num.* 12. *ver. nonnumquam.* Gemin. *consil.* 32. *circa fin. ver. venio ad tertium.* vbi restringere videtur, quod confirmatio validat actum nullum, quia certa scientia principis quoad terminos iuris positiui facit validum, quod est nullum. † Amplia, quia confirmatio dicitur ex certa scientia, si adest 3
clausula, *ex certa scientia*, vel *de plenitudine*, vel adsit derogatio *non obstante.* Alexand. *cons.* 30. *num.* 9. *in fin. cum seq. ver. & sufficit, libr.* 5. &
idem repetit *cons.* 122. *Viso puncto. num.* 22. *libr.* 4. vbi idem, quando fuit cum causæ cognitione. Vide infra *n.* 28. *& seq.* vbi latius. † Am- 4
plia, vt omnis solemnitas omissa dicatur suppleta per confirmationem factam ex certa scientia ab eo, qui potest, *c.* 1 *de transla.* Oldrad. *cons.* 257. *num.* 13. *ver. omnis enim, cum seq.* † Amplia, vt suppleat om- 5
nem defectum confirmati confirmatio ex certa scientia, quia fit mum ius tribuit, & omnem defectum supplet, *c. proposuit, de conceff. prabend.* Oldrad. *d. cons.* 257. *num.* 14. *ver. talis namque.* † Declara, quia 6
non supplet defectum inhabilitatis eius, qui fecit actum, qui

confir-

confirmatur, ita Alex. *conſ.*122. *num.*24. *& ſeq.* vbi ponit alias reſtri-
7 ctiones, *libr.*4. † Amplia in tantum, vt confirmatio ex certa ſcientia faciat actum perſonalem, ſeu priuilegium perſonale effici reale, ſi hoc exprimeretur, vel eliceretur. *c. veniens, de tranſaction.* Ol-
* drad. *d. conſ.*257. *num.*15. *ver. adeo quod.* vbi dicit communem * opin.
8 † Amplia, vt confirmatio facta ex certa ſcientia per Papam de ſtatutis laicorum circa Eccleſiaſtica conualidet ipſa ſtatuta, etiam ſi ſemper & ab initio ipſo iure fuerint nulla. Oldrad. *d. conſ.*257. *nu-*
9 *mer.*15. *ver. ſicut contigit.* † Amplia, quia Papa confirmando actum ex certa ſcientia, prout confirmando vnionem, cenſetur illam validare nedum quoad ſolemnitatem, ſed etiam quoad ſubſtantiam. Guido Papæ *conſ.*134. *num.*4. *ver. præterea valet.* vbi, quod clauſula, *ex certa ſcientia*, in confirmatione reddit actum non ſolem-
10 nem, vt ſit ſolemnis, & actum nullum, vt ſit validus. † Amplia in ſtatutis laicorum confirmatis per Papam ex certa ſcientia, quia conualidat etiam ſtatuta ſuper iuramento, & reſpirituali, ſi modo conſtat de certa ſcientia. Alex. *conſ.*59. *Viſo inſtrumento, num.*8.
* vbi de * communi, *libr.*1. Abbas *conſ.*84. *Videtur primo, num.*5. *libr.*1.
11 † Contrarium, quod imo Papa confirmando ex certa ſcientia ſtatuta, vel geſta ab Imperatore, vel laicis ſupra eorum poteſtatem circa ſpiritualia, vel Eccleſiaſtica, nunquam cenſetur ſanare defectum inhabilitatis, neque conualidare. Alexand. *d. conſ.*122. *n.*24.
☞ *lib.*4. Ruin. *conſ.*188. *num.*16. & 17. *lib.*1. Vide concluſionem proxi-
12 mam præcedentem, *num.*25. *& ſeq.* † Amplia in matrimonio nullo propter conſanguinitatem, quia ſi Papa illud confirmat, cenſetur ab initio confirmare, & prolem legitimam facere, & ita ſeruari dicit Boer. *deciſ.*264. *num.*27. quicquid contrarium teneat A-
13 retin. *conſ.*142. † Amplia; quia confirmatio donationis nullius ob non inſinuationem conualidatur à Principe, etiam ſi confirmetur per mortem donantis, poſt ius quæſitum tertio, dummodo Princeps confirmet ex certa ſcientia, & de plenitudine ſuppleat omnes defectus. Abb. *conſ.*84. *per totum*, maxime *num.*3. *& ſeq. lib.*1. vbi ponit multa exempla, & nullus poteſt conqueri, ſi Princeps vult
14 tollere legem poſitiuam in illo caſu. † Amplia, quia confirmatio actus nulli ad tempus facti, addit robur actui confirmato & intelligitur cum omnibus ſuis qualitatibus, vt etiam confirmatio ſit temporalis, non autem vt extendatur, & efficiatur perpetuum confirmatum, Caſtr. qui pro vtraque parte allegat, & ita
15 tenet *conſ.*162. *Viſis, & ponderatis, in princip. lib.*2. † Contrarium tenet Alex *conſ.*123. *Scripſit, num.*18. *in fin. ver. adeo dicebat Bald. lib.*4. quia imo quando princeps cum cauſæ cognitione, & ex certa ſcientia confirmat actum temporalem, facit eum valere perpetuo. Am-
16 plia, † quia Princeps confirmans donationem rei feudalis factam à patre filio naturali, quæ nulla eſt; quia non eſt de re, quæ poſſit donari, ex tali confirmatione dicitur de nouo donare, & conualidat donationem nullam, ac ſi à Principe facta eſſet. Roman. *conſil.*98. *in princ. Quoad id.* vbi apoſtilla plena *in ver. aliquando*, dat concord.
17 † Extende, quia ſi filiusfamilias donat rem paternam, quæ nulla eſt, ſi confirmetur à patre, valet vt donatio facta à Patre. Ro-
18 man. *d. conſ.*98. *colum.*1. *in fin. ver. ſecundo hæc principalis.* † Amplia generaliter, quia confirmatio Principis facta ex certa ſcientia dicitur noua datio, & noua conceſſio, *c.*1. *& cap. veniens.* & ibi gloſſ. *in ver. confirmamus, de tranſaction.* Natta *conſ.*636. *num.*172. *& ſeq. ver. non obſtat, quod in dicta confirmatione*, vbi loquitur in infeudatione confirmata, & *conſil.* 647. *num.*12. *cum ſeq. & conſil.*669. *num.*2. Roland. à Valle *conſ.*2. *num.*170. *lib.*1. *& conſ.*71. *num.*46. *cum ſeq. lib.*2. Matius *conſil.*1. *num.*58. *cum ſeq. libr.*3. Molina Hiſpan. *de primogen. lib.*2. *cap.*7. *n.*7.
19 *cum ſeq.* † Extende, quando adeſt clauſula, *& quatenus opus ſit, innouamus, vel ſimpliciter confirmamus, & innouamus*: quia eſt noua conceſſio, & non poteſt dici ſimplex confirmatio in forma communi. Alex. *conſ.*16. *In cauſa & lite. num.*30. *ver. prædictam conceſſionem, libr.*5.
20 † Declarat plenius Alex. *conſ.*123. *Scripſit, num.*20. *ver. præmitto, libr.*4. quod eſt Barbatiæ, vbi vult, quod confirmatio, vt dicatur facta ex certa ſcientia, duo requirit; primum, quod confirmans ſciat; ſecundum, quod faciat ex certa ſcientia: vnde ſi faceret ex certa ſcientia ſic narrando, & reuera ignoret factum, non operatur tanquam ex certa ſcientia, vt date dicatur, ſed ſolum operatur dationem conſequutiue corroborando, non autem dat ab origine aliquid, ſecus, quando fit cum cognitione, & inter partes contradicentes, & ex certa ſcientia, quia tunc dat de nouo etiam ab origine, ſi confirmatum eſſet nullum, allegat Bald. *in l. ex placit.*, C. *de rerum permutatio.* & plenius repetit ſub *num.*22. *& ſeq. ver. præterea confirmatio*, & extendit, quod niſi ambo concurrant, certa ſcientia, & cognitio, confirmatio non operatur, ideo dicit, quod debet vtrumque exprimi videlicet cum cauſæ cognitione, & ex certa ſcientia faci-
21 mus, ſequitur Socin. Iun. *conſ.*32. *num.*40. *& ſeq. lib.*3. † Imo dicit, quod ſi tam breui tempore fieret quod cauſæ cognitio non potuerit interuenire, non operatur, & eſſet nullum, etiam in Papa, Alex. *d. conſ.*123. *num.*24. *ver. quia imo, lib.*4. vbi plura ſimilia, & *num.*25. *ver. præterea.* dicit, quod adeſſet cauſæ cognitio in confirmatione principis, ſi pars, cui fit præiudicium, fuit citata & audita, & quod propterea Papa in confirmationibus citat omnes per edictum, ita gloſſ. & Abb. antiq. *in c. paſtoralis, de offic. deleg.* † Declara etiam; 22
quia omnis confirmatio ſemper intelligitur ſine præiudicio tertii; quia hoc ſpectat ad bonum & æquum principem. Alex. *d. conſ.* 123. *num.*6. *& ſeq. ver. præterea.* vbi apoſtill. *in ver. æquum*, dat concord. *lib.*4. vbi, quod propterea Florentini, & alii, qui caſtra aliena occuparunt, & poſtea obtinuerunt confirmationes ab Imperatore, non acquiſiuerunt aliquem titulum in præiudicium eorum, quibus occuparunt, ſed in præiudicium confirmantis, ſi ſciuit occupationem ſibi factam, bene ius acquiſierunt. † Limita in confirmatio- 23
ne priuati, quia licet ex certa ſcientia poſſit confirmare actum nullum contra ſe, & in ſui præiudicium, tamen ſi ille actus annullatur odio, vel fauore publico, non poteſt etiam ex certa ſcientia confirmare. Bald. *conſil.*161. *Quidam Mæchus, num.*2. *ver. nam confirmatio, libr.*5. † Limita, quia confirmatio ex certa ſcientia facta be- 24
ne conualidat actum confirmatum nullum, & tollit defectum iuris ciuilis, ſed non tamen tollit defectum iuris naturalis; quia princeps non poteſt tollere defectum citationis, quando reſpicit ius naturale, ſecus ſi reſpiciat ius ciuile. Alexand. *conſil.*52. *In cauſa, & lite, num.*10. *verſic. non obſtat, dum dicitur, vſque in fin. lib.*7. † Limita, 25
quia confirmatio in forma communi nihil concedit, & quando dicatur in forma communi, vel ex certa ſcientia. Vide, *Confirmatio in forma communi nihil dat. Concluſ.*708. *num.*7. *& multis ſeqq.* † Li- 26
mita, quia confirmatio ita demum conualidat confirmatum nullum, ſi defectus nullitatis exprimitur, ſecus, ſi tacetur, & incognitus eſt confirmanti, & ideo ſi Imperator concedat facultatem legitimandi alicui excepta legitimatione nobilium, & ipſe legitimat nobilem in terris Eccleſiæ, & Papa confirmet legitimationem non expreſſo defectu, quod non poſſet nobiles legitimare, actus non conualidatur ex confirmatione. Caſtr. *conſ.*107. *Quantum ad primum, num.*2. *ver. circa ſecundum, lib.*2. *per totum*, vbi loquitur in confirmatione ex certa ſcientia. † Extende, vt procedat, et- 27
iam ſi confirmatio fuit in forma commiſſionis conceſſa, & exequutor confirmauit ſine cauſæ cognitione, videlicet non vocatis intereſſe habentibus, quia ea non vocatis nocet ſtante defectu prædicto. Caſtr. *d. conſ.*107. *num.*3. *lib.*2. *per totum.* † Dicitur autem 28
confirmatio ex certa ſcientia, quando exprimitur tenor confirmati, vel inſeritur, alias ſecus, quia qui dicit confirmationem ex certa ſcientia factam, debet hoc probare, quia imo præſumitur in forma communi, quæ nihil operatur. Card. Zabarell. *conſil.*44. *numer.*5. *& ſeq.* vbi late. † Et quod inſertio confirmati in ipſa confir- 29
matione inducat certam ſcientiam. Natta *conſ.*636. *num.*172. Extende, † quia dicitur ex certa ſcientia, etiam quod non exprima- 30
tur, neque inſertio fiat, quando Papa, vel princeps confirmat id, quod ipſe fecit. Bartol. *conſ.*196. *Ciuitati Camerini, num.*2. *lib.*1. vbi apoſtilla allegat Felin. *in c. cum inter priorem, de except. col.*1. tenentem pro vtraque parte & allegantem iura. † Et idem, quando prin- 31
ceps apponit clauſulam, *ex certa ſcientia.* Natta *d. conſ.*636. *num.*172. *ver. non obſtat, quod in dicta confirmatione.* † Et maxime, quando vltra 32
clauſulam prædictam addidit, vel limitanit aliqua. Natta *conſ.*504. *num.*21. *ver. nec fuit hæc confirmatio.* † Et idem, quando conſtat, quod 33
confirmans ſciuit partem; quia præſumitur totum ſciuiſſe. Surdus *conſ.*22. *num.*28. † Et Papa præſumitur habuiſſe ſcientiam priui- 34
legiorum exiſtentium in Camera Apoſtolica. Ruin. *conſil.*37. *numer.*18. *circa fin. libr.*4. † Idem, quando Papa in confirmatione ap- 35
poſuit clauſulam derogatoriam; quia æquipollet clauſulæ, *ex certa ſcientia.* Alexand. *conſil.*219. *Ponderatis, num.*6. *ver. item videtur, lib.*6.

Confirmatio quando habet vim diffinitiuæ ſententiæ. Concluſ.711.

CONFIRMATIO † habet vim diffinitiuæ ſententiæ, & ſententiæ æquiparatur, quando fit cum cauſæ cognitione, & vocatis vocandis. Gemin. *conſ.*52. *num.*1. *ver. tertio confirmatio.* quod duplicatur *conſil.*119. † Amplia, vt ſicut ſententia lata ex falſa cauſa, quam iudex fuit ſequutus, eſt nulla; ita etiam confirmatio eſt nulla, ſi ipſa cauſa eſt finalis; ſecus ſi impulſiua. Gemin. *d. conſil.*52. *ver. tertio confirmatio.* quod duplicatur *conſ.*119. *ad litteram.* † Am- 3
plia in tantum æquiparari confirmationem electionis ſententiæ, vt imo ſit quædam ſententia; & ideo ſicuti præſumitur pro ſententia; ita etiam præſumitur pro confirmatione, vt ſententiam & confirmationem præceſſerit citatio, de qua *in c. fin. de elect. in* 6. Io. de

Imol.

4 Imol. *conſ.* 132. *num.* 3. *ver. ad tertium.* † Declara, vt procedat ampliatio, quando inter electionem & confirmationem præceſſit tantum tempus, quod citatio poteſt præſumi, alias ſi eadem die facta eſt, non præſumitur. Io. de Imol. *conſil.* 132. *num.* 3. & 4. Vide plenius, *Electio, & confirmatio in quo differant. Concluſ.* 90. Vide, *Confirmatio differt ab electione. Concluſ.* 707.

Confiſcatio quid ſit, quotuplex, & quando facta dicatur. Concluſ. 712.

1 CONFISCATIO † proprie dicitur, quando dominium rerum de vno ad alium tranſit, Feder. de Sen. *conſil.* 137. *in princip.* vbi, quod non dicitur facta confiſcatio rerum Monaſterii, applicando de vno Monacho ad alium eiuſdem Monaſterii. † Eſt au-
2 tem confiſcatio bonorum de regalibus Principis ſupremi, ideo non habens regalia, non poteſt confiſcationem bonorum facere. Ang. *conſil.* 357. *Dominus Gregorius, num.* 3. *in fin. ver. de tertio.* Alexand. *conſil.* 31. *num.* 4. *libr.* 1. & quod ſit de regalibus. Roland. à Valle *conſil.*
3 78. *num.* 20. *libr.* 2. † Et qui non habet fiſcum, non poteſt habere confiſcationem; ideo habentes merum & mixtum imperium habent confiſcationem. Decian. *conſil.* 35. *in fin. num.* 64. *lib.* 2. Roland. à
4 Valle *conſil.* 78. *num.* 18. *& ſeq. lib.* 2. † Nec fiſcum habent, niſi habentes regalia, vel conceſſionem à ſupremo Principe, vel niſi præſcripſerint, prout ciuitates Italiæ. Alex. *d. conſil.* 31. *num.* 4. *lib.* 1. vbi, quod fiſcus habet nedum confiſcationem propter delicta, ſed etiam ſucceſſionem, quando non extant conſanguinei, & alii, qui vocan-
5 tur. † Et confiſcatio dicitur fructus iuriſdictionis. Decian. *d. conſil.*
6 *ſil.* 35. *in fin. lib.* 2. † Poteſt tamen competere tertio, tanquam procuratori fiſci, in rem ſuam ex ceſſione. Roland. à valle *d. conſ.* 78. *nu-*
7 *mer.* 19. *libr.* 2. † Duplex eſt confiſcatio, vna vniuerſalis, quæ eſt de iure communi, & extenditur ad omnia bona vbique ſita etiam extra dominium confiſcantis, alia particularis, quæ fit ratione ſtatuti, & conſuetudinis loci, ideo non comprehendit bona extra illam iuriſdictionem. Io. de Imol. *conſ.* 35. *num.* 23. *& ſeq. ver. item aduerten-*
8 *dum.* † Alia, & tertia confiſcatio eſt rei ſingularis, vt quando aliquis cadit in commiſſum rei ſingularis, quæ fiſco applicatur, vt
9 per Io. de Imol. *d. conſ.* 35. *num.* 26. † Alia eſt, quando fiſcus capit bona vacantia, quæ non eſt confiſcatio ex delicto, neque eſt vniuerſalis, ſed particularis, ideo non capit bona emphyteutica, neque feudalia, neque communia cum aliquo. Ægid. *conſ.* 23. *num.* 3.
10 & 4. *& ſeq.* † Alia eſt confiſcatio, quæ fit ob delictum, alia ablatio, ideo ſi fiſcus conceſſit confiſcationes bonorum, non veniet, ſi frater interficiat fratrem, illa ſucceſſio delinquentis in bonis fratris defuncti, quia ſuccedit, & aufertur ab eo, tanquam ab indigno. Bartol. *in l. fin. §. fin. ff. de bon. damnat.* Clarus *in §. homicidium.*
11 *num.* 22. *& ſeq.* † Alia eſt ordinaria, quæ eſt à lege, vel ſtatuto, alia extraordinaria, quæ fit à Principe, vel Iudicibus ſupremis. Vide, *Confiſcatio bonorum de iure non eſt introducta, ſed de conſuetudine. Concluſ.*
12 716. † Alia eſt expreſſa, alia tacita. Vide. *Confiſcatio bonorum expreſſa, vel tacita in quo differant. Concluſ.* 724. † Alia eſt, quæ fit principali-
13 ter, alia acceſſorie, vel in conſequentiam. Vide, *Confiſcatio quibus competat. Concluſ.* 715.

Confiſcatio maxima pœna eſt, & qualiter de iure antiquo inducebatur, qualiter correcta, & hodie quibus caſibus fiat. Concl. 713.

1 CONFISCATIO † ſeu publicatio bonorum pœna maxima eſt, & de iure antiquo vbicunque erat impoſita pœna mortis, ſemper veniebat confiſcatio bonorum in conſequentiam, & hæc erat regula generalis vltra caſus ſpeciales. Clar. *§. fin. quæſt.* 78.
2 *in princip.* † Superuenit ius nouum per *authentic. bona damnatorum. C. de bonis proſcript.* per quam excepto crimine læſæ maieſtatis eſt ſublata confiſcatio, quæ fiebat in conſequentiam pœnæ vltimi ſupplicii; quia voluit Imperator venientes ab inteſtato ſuccedere vſque ad tertium gradum, etiam ſi ſint collaterales. & licet in *authent.* vnde ſumitur, non adſint illa verba, etiam ſi * à latere ſint coniuncti, tamen ſecundum * communem opinio-
3 nem ita ſeruatur. Clar. *d. §. fin. quæſtion.* 78. *in princ.* † Et procedit dicta *authent.* & illius correctio contra omnes leges communes.
4 Corne. *conſil.* 281. *libr.* 4. † Extende *auth. bona damnatorum, C. de bon. proſcript.* procedere, etiam ſi ſtatutum puniat delinquentem ad mortem, quia non venit confiſcatio in conſequentiam, etiam ſi non habeat deſcendentes, neque tranſuerſales, quia coniuncti vſque ad decimum gradum ſuccedunt. Aret. *in tract. de malefic. verſ. & eius bona, num.* 36. vbi Ariminen. extendit in infinitum, prout
5 de iure communi poſſunt ſuccedere. † Idem eſt, etiam ſi quis condemnatur ad mortem ex delicto non publico, quia nunquam intrat confiſcatio in conſequentiam. Auguſtin. Arimin. ad Aret. *de maleſi. ver. & eius bona. num.* 36. *& ſeq.* vbi, quod condemnatus pro furto ad vltimum ſupplicium ex ſtatuto non patitur confiſcationem bonorum, plene Iaſ. *in l.* 2. *C. qui teſtam. facere poſſ. num.* 9. *& ſeq.* vbi, quod ſtatuta imponentia pœnam mortis, cum ſint priuati iuris, non inferunt ad confiſcationem. † Idem, ſi quis contu- 6
max habeatur pro confeſſo, & ex forma ſtatuti ponatur in bando vitæ, quia non patitur confiſcationem bonorum. Ariminen. ad Aretin. *in verſ. & eius bona, num.* 38. † Sed tamen dicta *authentic.* 7
non corrigit ius commune, niſi in caſibus, in quibus confiſcatio fit in conſequentiam, quaſi ſufficiat pœna vltimi ſupplicii, ſi vero confiſcatio in ſpecie eſſet inducta principaliter pro aliquo delicto, non eſſet ſublata, ſecundum * communem, de qua atteſtantur Bartol. *in l.* 1. *numer.* 3. *ff. de bon. damnat.* Boer. *deciſ.* 264. *num.* 15. Cephal. *conſil.* 79. *num.* 4. Clar. qui alios citat *d. §. fin. quæſtion.* 78. *in princip. verſ. ſcias etiam.* Aretin. *de malef. in ver. & eius bona. num.* 34. late Caſt. *conſ.* 171. *lib.* 1. † Contrarium ſeruatur per totum orbem, quia con- 8
fiſcatio non habet locum de iure communi, niſi duobus caſibus, videlicet in cauſa hæreſis, & læſæ maieſtatis, qui caſus excipitur expreſſe *in d. authent. bona damnatorum, C. de bonis proſcript.* & hanc eſſe conſuetudinem, & obſeruantiam generalem, atteſtantur Cæpoll. *conſil.* 17. *crimin. in tertio dubio.* Roland. à Valle *conſil.* 97. *numer.* 2. *lib.* 2. Deci. *conſil.* 442. *num.* 6. Boer. *d. deciſion.* 264. *num.* 15. & alii quos citat Clar. *d. §. fin. quæſt.* 78. *in princ. colum.* 2. *verſ. ſed certe.* † Declara; 9
quia fit confiſcatio quando eſt prouiſum per ſtatuta, vel leges particulares locorum, vel per conſuetudinem ſpecialem, vt declarat idem Clarus *d. §. fin. quæſt.* 78. *in princ.* vbi allegat Oldrad. *conſil.* 17. *numer.* 7. & Boſſ. *de publicat. bonor. num.* 1. quos dicit debere intelligi de conſuetudine particulari, ex quo obſeruantia generalis eſt contraria. † Contra declarationem idem Clarus ſibi contra- 10
rius *d. §. fin. quæſt.* 78. *numer.* 2. dicit, quod in Francia conſuetudo eſt generalis, quod bona confiſcantur in omnibus caſibus, in quibus imponitur pœna mortis, & quod ita atteſtatur Ponta. *ſuper conſuet. Bleſen. fol.* 154. *colum.* 2. *in princip.* & ibi *num.* 1. *in fin.* extendit etiam ad clericos. † Reſtringe, quia *authent. damnatorum. C. de bon. pro-* 11
ſcript. non habet locum in Francia, vel Burgundia, quia ibi eſt conſtitutio, quod quicunque perdit propter delictum vitam, perdit etiam bona, ita Chaſſan. *ſuper conſuetud. Burgund. fol.* 91. *in caſu* 72. & plene Marcabru. *conſil.* 43. *numer.* 37. Vbi, quod ideo eſt, quia omnia delicta ſunt exæquata crimini læſæ maieſta- 12
tis. † Reſtringe, quia non habet locum, quando ſtatutum imponit pœnam confiſcationis in caſu, in quo veniebat impoſita in conſequentiam de iure communi, ita Non. *conſil.* 95. *num.* 13. vbi, quod ita Caſtr. & alii contrarii ſunt intelligendi, & hoc idem firmat Cephal. *conſil.* 79. *numer.* 25. *& ſeq. & in fin. ſecundo, & tertio caſu.* † Contrarium, quia ſufficit, quod ſtatutum imponat confiſcatio- 13
nem, etiam in caſibus, in quibus de iure communi in conſequentiam veniebat. Vide, *Concluſ. prox. ſeq.* † Et quod tollat omnes le- 14
ges loquentes de confiſcatione. Corne. *conſil.* 281. *lib.* 4. † Reſtrin- 15
ge, quia non habet locum in conſanguineis natis poſt ſententiam. Bartol. *in auth. nouo iure. C. de pœna iudic. qui male iudic.* Chaſſan. vbi ſupra. † Item non habet locum, quando bona confiſcantur, quia 16
ab indigno auferuntur. Baldus *in l. hæreditas, C. de iis, quibus, vt indig.* Chaſſan. vbi ſupra. † Item confiſcantur, quando ſtatutum im- 17
ponit pœnam confiſcationis. Chaſſan. vbi ſupra, & eſt * commu- *
nis opinio. Cephal. *conſil.* 79. *numer.* 18. † Declarat Cephal. *d. con-* 18
ſil. 79. *num.* 7. *& num.* 14. quando ſtatutum expreſſe, & ſpecifice hoc diſponit in caſibus, in quibus pœna in conſequentiam non veniebat, vt dicit *num.* 25. *& in fin.* † Item, quando condemnatus viuit, 19
quia licet condemnetur ad mortem, & ſit ciuiliter mortuus, tamen non habet locum authentica prædicta. Caſtr. *in l.* 2. *in fin. C. qui teſtam. facer. poſſ.* † Contrarium Nonius *d. conſ.* 104. *num.* 8. & ita 20
videtur ſentire Autrer. *in addit. ad deciſ. Tholoſſ.* 150. *in fin.* † Item re- 21
ſtringe, quia *auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcript.* non habet locum, quando bona publicantur propter contumaciam delinquentis, quia fit confiſcatio non extantibus filiis, alias pœna contumaciæ eſſet eluſoria. Aretin. *de malef. ver. & eius bona, numer.* 32. & ideo ſi condemnatus non moritur, ſed viuit, non habet locum dicta *auth.* clare Cæpoll. *conſ.* 17. *crimin. num.* 42. Caſtr. *in l.* 2. *in fin. C. qui teſtamen. fac. poſſ.* dicit, quod ſi viuit, etiam ſi mortuus ſit ciuiliter, non habet locum authentica Bald. *in dict. auth.* † Contrarium Non. *con-* 22
ſil. 109. *numer.* 8. *ver. & ſi forſan.* vbi, quod intelligi debet de mortuo naturaliter, vel ciuiliter, allegat pro vtraque parte. † Declara, quia 23
clarum eſt, quando bona ſolum perquiruntur ſecundum ius commune de requirendis reis. Bald. *d. auth. bona*, vbi declarat. † De- 24
clarat Ceph. *conſ.* 79. *num.* 19. quando in contumaciam ſola condemna-

demnatio bonorum fit, non etiam personæ. Non. *d. cons.* 104. *nu.* 8. & Guido Papæ *decis.* 438. *num.* 4. Moder. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 37. *fol* 374. † Restringe, quia *auth.* prædicta non habet locum, quando damnatus perdit tantum bona, non vitam, neque ciuitatem. Aretin. *de malef. ver. & eius bona, num.* 31. vbi, quod alias elusoria esset pœna, si non punitur in corpore, non etiam puniretur in bonis, quia filii, vel succedentes ab intestato succederent, & ita etiam Non. late *consil.* 104. *num.* 8. vbi reddit rationem, quia pœna esset potius succedentium, quam delinquentis, & ita Bald. *d. auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript.* vbi, quod tunc nihil liberis reseruetur, & ita Cephal. *cons.* 79. *num.* 19. † Restringe 56. modis, in quibus *auth.* prædicta non habet locum, de quibus Conrad. *de public. bonorum, num.* 13. *& seq.* † Restringe, quia etiam non habet locum, quando confiscatio est particularis, vt quia est imposita certa pœna, puta mille, quia tunc nihil reseruatur filiis. Aretin. *dict. tract. at. vers. & eius bona, num.* 35. Aufrer. *d. decis. Tholos.* 150. *in fin.* ex mente Bald. Angeli, & aliorum *in dict. auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript.* Vide plenius, *Confiscatio bonorum, quibus casibus inducatur à iure communi, & ipso iure. Conclusio. proxima sequenti.*

Confiscatio bonorum quibus casibus inducatur à iure, & ipso iure. Concl. 714.

1 POena † confiscationis bonorum inducitur contra contrahentes incestas nuptias de iure ciuili in casu *l. qui contra. C. de incestis nupt.* Gemin. *consil.* 71. *num.* 2. *vers. ad vltimum.* Dec. *consil.* 234. *colum.* 3. *vers. venio igitur.* vbi, quod habet locum ipso iure confiscatio, ideo fiscus reuocat alienata post incestum, Zabarel. *consil.* 127. *in princip.* plene Boer. *decis.* 264. *num.* 12. *& seq.* vbi latissime, *num.* 15. probat esse * communem, & quod *auth. de incestis nupt.* non est correcta per *auth. bona damnatorum, C. de bonis proscript. & damnat.* Vi-
2 de, *Nuptiarum incestarum pœna quæ sint. Concl.* 160. † Declara, quia si extant filii ex matrimonio non incestuoso, illi excludunt fiscum, Deci. *d. consil.* 234. *num.* 3. plenissime Boer. *decis.* 264. *num.* 13. vbi latis-
3 sime. † Extende declarationem, vt procedat, etiam si essent filiæ, quæ renunciassent successioni, quia non censentur renunciasse bonis propter delictum acquirendis. Deci. *d. consil.* 234. *num.* 4.
4 Zabarell. *consil.* 127. † Restringe, quia licet sorores regulariter impediant confiscationem, non tamen impediunt istam propter incestas nuptias, Deci. *dict. consil.* 234. *num.* 4. *vers. non obstat, quod dicta sorores.*
5 † Extende, quia etiam perdit feudum contrahens incestas nuptias, quia licet non confiscetur feudum, tamen perditur à delinquente, quia cum fiat exul, & inferius perdit feudum, quod deuoluitur proximioribus. Zabarell. *consil.* 127. *in princ.* Boer.
6 *d. decis.* 264. *numer.* 7. *& per totum.* † Amplia in crimine læsæ maiestatis, *l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiestat.* Bald. *consil.* 58. *num.* 1. *vsque in fin. libr.* 1. *& consil.* 204. *Longum thema, num.* 3. *vers. venio ad tertiam. libr.* 3. Zabarell. *consil.* 128. *num.* 2. *vers. item etiam.* Boer. *decis.* 264. *num.* 11. *& d.*
7 *auth. bona damnatorum, & decis.* 277. *num.* 12. † Imo, quod confiscatio bonorum non habeat locum, nisi in crimine læsæ maiestatis, videtur text. *in auth. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* nisi alias contrarium obseruetur vigore statuti, vel consuetudinis. Alberic. de Rosate in 3. *parte stat. quæst.* 18. *in fin.* refert & sequitur Cæpoll. *consil.* 17. *Visa inquisitione, colum.* 8. *in fin.* Deci. *cons.* 40. *nu.* 6. Vide Ant. de Butr. *cons.* 61. *in princip.* vbi apostill. *in ver. damnatorum*, dicit, quod excepta hæresi, & læsa maiestate non habet locum confiscatio, nisi statuto, vel consuetudine inducatur, & quod totus mundus ita
8 seruat, & citat plurimos. † Extende, quia etiam post mortem delinquentis in crimine læsæ maiestatis potest sequi inquisitio & condemnatio, & quid circa confiscationem bonorum, ex quo ipso iure sunt confiscata à die commissi criminis, plene Deci. *cons.* 410. *In causa mota.* Vide Zabar. *cons.* 128. qui dicit, quod licet perdat delinquens in crimine læsæ maiestatis administrationem; non tamen dominium bonorum. Boer. *decis.* 264. *num.* 11. vbi idem dicit,
9 & quod requiritur sententia. † Et talis confiscatio etiam quoad bona in territorio feudatarii existentia fit supremo Principi, contra quem crimen commissum est, secundum * communem, de qua Roland. à Valle *consil.* 78. *num.* 21. *& seq. lib.* 2. Vide, *Feudatarius*
10 *est vilis dominus & adeum spectant vilitates iudi. Conclus.* 208. † Extende, quia confiscatio de iure communi habet locum etiam in crimine læsæ maiestatis diuinæ, Crauett. *consil.* 128. *Proponitur, quod bona, num.* 6. *in fin.* vbi, quod istis duobus casibus dumtaxat confiscatio habet locum de iure communi. Boer. *decis.* 264. *num.* 11. Clar.
11 § *fin. quæst.* 78. *colum.* 2. *in princ.* † Et qualiter fiat confiscatio bonorum hæretici, Vide Guido. Papæ *decis.* 16. Vide conclusionem pro-
12 ximam sequentem. † Extende, quia etiam feuda Ecclesiæ confiscantur in crimine læsæ maiestatis. Zabarell. *dict. consil.* 128. *num.* 2. *vers. item etiam, & num.* 3. † Declara plenè, vt per Boer. *decis.* 264. *numer.* 7. *& seq.* vbi quod feuda non confiscantur secundum opinio- 13
nem Bart. quam dicit * communem, licet multi teneant contrarium, quod imo confiscantur, sed tamen distinguit, quod aut est feudum transitorium ad extraneos, & confiscatur, aut non, & non confiscatur, sed transit ad vocatos, si extant, vel reuertitur ad Ecclesiam. † De consuetudine tamen Franciæ omnia bona habentur pro allodialibus, ideo transeunt in fiscum, vt ibi per eum; li- 14
cet dicat ibi *n.* 9. contrarium tenere decis. Tholos. in feudo Ecclesiæ, etiam pro extraneis; quia vel reuertitur ad Ecclesiam, vel ad succedentes ab intestato spectat. † Declara, quia licet in crimine læsæ maiestatis fiat confiscatio, non tamen fit ipso iure, quia li- 15
cet reus criminis læsæ maiestatis à die commissi criminis perdat administrationem bonorum, non tamen perdit dominium ante sententiam. Zabarell. *consil.* 128. *num.* 2. *vers. Item etiam.* & idem tenet Boer. *decis.* 264. *num.* 11. vbi requiritur sententia. † Amplia, 16
quia confiscatio etiam hodie fit in crimine læsæ maiestatis. *auth. bona damnatorum, in fi. C. de bon. proscript.* † Et procedit, siue crimen læ- 17
sæ maiestatis sit in primo capite, siue in secundo capite. Capic. *decis.* 130. *numer.* 20. *vers. Sic ergo conclusio.* † Amplia in falsa moneta, 18
quia de iure venit confiscatio bonorum. Clar. § *falsum. vers. dixi.* † Extende, quia in falsificante monetam, etiam fit confiscatio bo- 19
norum ipso iure, & ita seruari in Francia attestatur Boer. *decis.* 264. *num.* 9. *in fin.* † Amplia in apostata, qui patitur confiscationem 20
bonorum, *l.* 1. *C. de apostat.* Clar. *d.* § *fin. quæst.* 78. *num.* 4. vbi declarat, quis dicatur apostata, & de eius pœna. † Amplia etiam in eo, qui 21
mortem sibi consciuit tædio vitæ se interficiendo, vel proiiciendo in puteum, de quo, an sit verum, & qualiter procedat, Deci. *consil.* 438. *Accurate & eleganter.* apostill. ad Ant. de Butr. *consil.* 58. *in ver. Conscientia.* citat vltra Decium Paris. *consil.* 155. *lib.* 4. Corne *consil.* 195. *lib.* 2. Bertrand. *consil.* 134. *num.* 2. *l. b.* 3. *in* 1. *parte*, & alios. † Amplia, 22
quia confiscatio bonorum potest induci in præcepto Iudicis ex causa, & potest exequi. Crauett. *consil.* 373. *num.* 6. † Intellige de 23
Iudice supremo, vel de habente merum imperium in casu, in quo imponitur de iure, vel statuto aut consuetudine confiscatio. Boer. *decis.* 264. *in princip.* † Extende ampliationem, quia Iudices pro- 24
pter atrox delictum in Francia de consuetudine confiscant bona. Boer. *d. decis.* 264. *num.* 15. *& 16.* † Amplia, quia de generali consue- 25
tudine totius orbis est, quod hodie bona confiscantur pro homicidio, & aliis similibus delictis. Cæpoll. *consil.* 17. *Visa inquisitione, colum.* 8. *in fin.* Deci. *consil.* 438. *accurate, & eleganter.* † Quinque 26
casus collegi, in quibus disputant DD. an confiscatio bonorum procedat. Primus casus est, quod *authent. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* de consuetudine non admittatur, prout in Francia, & Burgundia dicit Chassan. *super consuetud. Burgund. fol.* 91. *pag.* 2. *ver. per* 72. & ad hoc concurrunt, quia omnia delicta sunt æquata crimini læsæ maiestatis, vt dicit Marcabr. *consil.* 43. *num.* 37. *& per totum.* maxime in princip. declarat, quæ iura sint correcta, vel ne. † Secundus casus est, quod *d. auth.* non habeat locum, nisi in con- 27
fiscatione, quæ fiebat in consequentiam pœnæ mortis, & ideo non corrigat casus, in quibus pœna mortis, & confiscationis imponitur expresse, communem * dicit Boer. *decis.* 264. *num.* 14. *& seq.* † Tertius casus, quod si statuto imponatur confiscatio ex- 28
pressa, & pœna mortis, non habeat locum authentica, quia constat de mente. Boer. *d. decis.* 264. *num.* 14. *& 15.* † Iste casus per sub- 29
tilitatem ponitur in controuersia, quod procedat, quando statutum inducit confiscationem bonorum, & pœnam mortis in casibus nouis, secus si in casibus iuris antiqui, quia patitur passiuam interpretationem, & quia exprimit, quod tacite inerat, sic Cephal. *consil.* 79. *num.* 25. *& in fin.* Non. *consil.* 95. *num.* 13. quia Bald. fuit opinionis, quod statuta sint iuris priuati, vt per Alexan. Ias. & alios *in l.* 2. *C. qui testam. facer. poss.* † Quartus casus, quod non habeat 30
locum, quando iudex in sententia condemnat ad mortem, & in confiscationem bonorum expresse, in casibus, in quibus confiscatio fieri poterat de iure antiquo, quasi quod *d. auth.* corrigat solum confiscationem, quæ venit in consequentiam pœnæ capitalis, quando iudex in solam capitalem condemnat; secus si in vtraque. Cæpoll. *consil.* 17. *num.* 24. *& seq.* maxime *num.* 27. & pendet aliquantulum à secundo casu, & Conrad. *de public. bonorum, num.* 15. *& 16. & de contumac. num.* 33. † Contrarium tenent Doct. plurimi, 31
quod imo sentêtia sit nulla, quia est contra casum dictæ *auth.* Tob. Non. *d. cons.* 104. *n.* 3. Farinac. *quæst.* 25. *n.* 5. & quia sententia non potest immutare legis dispositionem. Ang. *cons.* 357. *num.* 3. *ver. concedo.* † Quintus casus, quod non habeat locum, quando condemnatur in contumaciam, quia tunc ne sit elusoria pœna, habet locum con- 32
fiscatio bonorum, secus si moritur naturaliter, quia mors ciuilis

uilis non eximit. Castr. *in l.2.in fi. C. qui testam. facere poss.* & ita Cæpol. *cons.17.num.42.* qui alios allegat. Bart. *in auth. sed nouo, ver. tu dic.* 33 *num.1.C. de pœnis iudi. qui male iudic.* † Contrarium etiam tenet Thobias Non. *d.cons.104.num.8.* qui tollit contraria, & dicit, quod Bar. tenet contrarium *in l.1.ff. de bonis damnat.n.3.* sed imo non tenet contrarium in vltima opinione quam recitat, & dicit * communem. 34 † Et Chassan. *in consuet. Burgund. fol.89. & seq. ver. ad tertium.* enumerat plures casus, in quibus de iure communi imponitur confiscatio bonorum, & Calic. *in margar. fisci, fol.33. & seq.* enumerat casus 418. in quibus fit confiscatio de iure communi, vt refert Clar. *d.§.* 35 *fi.q.78.n.3.* † Limita, quia confiscatio excepto crimine læsæ maiestatis, non habet locum pro homicidio de iure communi, neque pro aliis delictis. *auth. bona damnatorum, C. de bonis damnat.* nisi à statuto, vel consuetudine sit inducta, Alber. de Rosate *in 3. parte statut.* 36 *q.18. in fi.* † Restringe Florentiæ, quia pro homicidio statutum imponit pœnam confiscationis, *vt lib.3. de pœna homic. commit. cap.125.* imo si iudex omitteret confiscationem in sententia, habetur pro facta, ac si esset specificata vigore reformationis factæ 24. Septembris 1450. Vide, *Confiscatio maxima pœna est, qualiter de iure antiquo in-* 37 *ducebatur. Concluf. proxima præced.* † Limita, quia vbi non est expressa confiscatio bonorum, ea fieri non debet. *auth. bona damnatorum, C. de bon. profcr.* plene Boer. *d.decis.264.n.15. & seq.* vbi, quod debent in- 38 fra duos menses petere venientes ab intestato, *n.17.* † Extende, quia etiam si inducatur cõfiscatio per statutũ in casibus, in quibus olim erat inducta confiscatio in consequentiam de iure communi, tũc non habet locum, quia statutum recipit interpretationem de iure communi, secus si inducatur confiscatio in specie, in casibus, in quibus de iure communi non erat, ita videtur decidere Cephal. *cons.79. in fi. lib.1.* vbi ponit tres casus, maxime *n.25. & seq. ver.2. & subtilius,* sequitur Thobias Non. *cons.95.num.13.* vbi, quod apponendo expressam pœnam, quæ tacite inerat, nihil disponitur, quia hoc casu cum *auth. bona damnatorum. C. de bonis damnat.* corrigatur statu- 39 tum; recipit interpretationem passiuam à iure communi. † Contrarium verius, & communius esse dicit Boer. *decis.264.nu.14. & 15.* vbi, quod quãdo expresse vtraq; pœna apponitur, videlicet mortis, & confiscationis, & sic æque principaliter, tunc statutum non patitur passiuã interpretationem per *auth. bona damnatorum.* sed solum quando agitur de confiscatione in consequentiam, ita Castr. *cons.171. in fi. lib.1.* ita Cephal. *d.cons.79. num.4. & in fi. ver. primus casus.* 40 * Declara, vt per apostil. *ad decis. Tholos.150.* vt si est sola confiscatio bonorũ apposita, tunc procedit sine dubio, & *auth. bona damnatorũ.* nõ habet locũ, quia alias esset pœna elusoria, si vero pœna est mortis sine confiscatione, *d. auth.* nõ loquitur, si autem mortis, & confiscationis, si confiscatio est in consequentiã, non habet locum cũ morte, quia *auth. bona damnatorũ.* intrat, si expresse, & principaliter imponitur pœna mortis; & etiã confiscatonis, tunc non habet locum *d. auth.* & idem, si condemnatio sit in parte bonorum, & hanc distinctionem tenet Bart. *in l.1.ff. de bonis damnat.* & Angel. Areti. *in* 41 *ver. & eius bona publicamus.* & ibi Arimin. *in apostil.* † Declara, quia licet *d. auth.* tollat confiscationem bonorum excepto crimine læsæ maiestatis, non tamen tollit corrigendo casus nouos incestarum * nuptiarum, & similes, communem * dicit Boer. *d.decis.264.n.15. &* 42 *seq.* †. Limita, quia in statutis quamcunq; pœnã, & pro quocunq; crimine magno imponentibus circa personam, nunquã venit cõfiscatio bonorũ, nisi sit expresse dictum. Bald. *cons.59. in fi. li.1.* communem * dicit Clar. *§. fi.q.78.n.2.* & declara supra, *Confiscatio quibus competat. Concl.715.n.14. & multis seqq.* † Extende, quia pœna furcarũ 43 non habet annexã confiscationem bonorũ. Bald. *cons.226. Præmit-* 44 *tendum est, in fin. lib.1.* † Extende, quia quando quis condemnatur in persona & bonis, dicuntur duæ sententiæ, propter copulã, ideo si nõ fiat mentio, nisi de vno, non venit aliud. Bald. *d. cons.426, num.5. ver.* 45 *præterea ista duo, lib.1.* † Declara, nisi confiscatio fiat ipso iure. Bertazol. *cons.295.num.8. & seq.*

Confiscatio quibus competat, quando, & qualiter fiat. Concl.715.

1 CONFISCATIO † duplex, ordinaria, & extraordinaria: ordinaria confiscatio dicitur, quæ fit à lege, statuto, vel consuetudine, & ista competit omnibus iudicibus habentibus merum imperium ratione territorii, *l.vnica, C. ne sine iussu,* vbi Salycet. *in* 2 *fi.* Oldrad. *cons.17.num.10.* Boer. *decis.264.nu.2.* † Extende, quia ordinaria confiscatio est, quę fit à lege, statuto, vel consuetudine in casibus permissis, & competit omnibus habentibus merum imperiũ & territorium, ideo iudices habentes merum Imperium confiscãt. 3 *d.decis.264.n.2.* † Restringe, quod Episcopi, ex quo nõ habent territorium, nõ confiscant, nisi de consuetudine, & certis casibus, pro- 4 ut in crimine hæresis. Boer. *d.decis.264.nu.3. & seq.* † Contrarium & verius *in ver. Confiscationem an habeat Episcopus. Concl.722.* † Restringe in Francia, quia Barones licet habeant merũ imperium: nõ tamen 5 faciunt cõfiscationes, sed soli iudices Regii de cõsuetudine. Boer. *d.decis.264. n.5.* † Ius confiscandi cõpetit via ordinaria principi supremo, & suis officialib. habentibus suprema authoritatẽ, aliis autẽ, quibus non sit demandata nequaq̃. Boer. *decis.264. in princ.* & ante tenuit Rom. *cons.59. Ad discutiendũ, n.2.* Oldr. *d. cons.17.nu.10.* † Et 7 quod non cõpetat, nisi principi, & superiori, non autẽ inferioribus indicibus, nisi à principe concedatur, probat tex. *in l. vnica, C. ne sine iussu prin.* vbi Odofred. Bellapert. Cyn. Fulgos. Bal. & clarius Angel. & Salyc. Cæpol. *cons.17.n.17.* plene Menoc. qui alios citat, & declarat *de arbitr. q.93. per totam.* Alex. *cons.116. Antmadu ersis, n.12. li.2.* Oldr. *cons.17.n.10.* Ias. *cons.46.n.5. lib.3.* Rimin. Iun. *cons.327.n.1. & 10.* Bertazol. *cons.107. in princ. in criminal.* Nonius *cons.104.n.18. & seq.* communem * dicit Io. de Anania *in c. vergentis, numer. 21. de hæret.* * Clar. *in § fi.q.78. ver. nunquid.* † Et ideo Præsides Prouinciarum non 8 possunt facere, & inducere cõfiscationes bonorũ extraordinarias, & minus ordinarias. Bertazol. *cons.107. Dominus Ludouicus per totum.* cõmunem * dicit Farinac. *q.25.n.19.* vbi loquitur in Præside Prouin- * ciæ Vmbriæ, allegat Thob. Non. *cons.104.n.18. & seq.* Ondade. *cons.* 93. *n.69. lib.2.* † Et cõfiscatio est de reseruatis Principi. Rom. *cons.59.* 9 *n.2.* vbi etiã dicit, q̃ nõ cõpetit, nisi positis in suprema dignitate, & suprema dignitas sunt supilluſtres, & Illuſtres. Cyn. *in d.l. vnica, C. ne sine iussu.* vbi Ang. exẽplificat in Regib⁹, & aliis, Rim. Iun. *d. cons.327.* † Restringe, quia de consuetudine confiscatio, & pœna vltimi sup- 10 plicii censetur concessa Vicariis Ciuitatũ concessarum in Vicariatũ, & etiam de iure Canonico, licet de iure Ciuili secus sit, Rom. *d.cons.59.nu.2. in fi. cum seq. ver. ijs tamen non obstantibus,* vbi apostilla *in ver. ex consuetudine, & in ver. exercere.* vbi dat concord. † Extendit etiã 11 in legatis de latere. Farinac. *d.q.25.n.20.* vbi citat Non. *d. cons.104.n.* 18. *& seq. & n.1.* † Restringe, quando esset datum arbitrium latum 12 officialibus maioribus, puta prætori in rebus maioribus, secus si iudici pedaneo in rebus minoribus. plene Marsil. *Singul.397. Arbitrum.* Roland. à Valle *cons.99.n.28. lib.1.* quos sequitur Menoch. *de arbitr. q.93. in fi. & q.86.n.30.* † Contrarium tenet Alex *cons.116. nu.* 13 *12. lib.2.* sequitur Natta *cons.593.n.24.* vbi *n.21.* quod princeps consueuit concedere confiscationem verbis explicitis, & non censetur concessa verbis generalibus. † Regula erat de iure antiquo, q̃ 14 vbicunq; condemnatio ad mortem fiebat, etiam confiscatio bonorum veniebat in consequentiam, sed fuit correcta per *auth. bona damnatorum, C. de bon. profc.* excepto crimine læsæ maiestatis, Clar. *d.* §. *fi.q.78. in princ.* † Et hæc confiscatio quandoq; fit etiam hodie in 15 consequentiam, veluti si pœna mortis imponatur, etiam confiscatio bonorum venit, & quod ita seruetur in Francia in bonis laicorum, attestatur Clar. §. *fi.q.78.n.2.* vbi etiam *n.1.* in fine dicit seruari in confiscatione bonorum clericorum, vt mobilia applicentur Episcopo, immobilia Regi, & quod ita attestatur Ponta. *super consuet. Blesen. fol.154. col.2.* † Restringe regulam, vt non procedat hodie in 16 statutis imponentibus pœnam mortis in casibus, in quibus de iure communi, & ex forma statuti non est pœna mortis, prout in furtis multiplicatis, quia non venit confiscatio bonorum in consequentiam, communem * dicit Clar. *d. §. fi.q.78.n.2. ver. sed pone.* † In casu * 17 vero contrario, quando statutum imponit pœnam mortis, & confiscationis bonorum, vel etiam ius commune, an si fiat cõdemnatio rei ad mortem, veniat confiscatio bonorum in sequelam, Vide omnino Bertazol. *cons. crimin.295.n.8. & seq.* qui distinguit, aut cõfiscatio fit ipso inre per legem, vel statutum, & venit in consequẽtiam; aut per verba futuri temporis, & secus est, quia sententia est stricti iuris. Bart. *in l.1.ff. de vi priuat.* Corrad. *in praxi de bonorum public. nu.14.* vbi addit rationem, quia ante publicationem possunt bona alienari in simili. Petr. Rauen. *Singul.69.* vbi, quod quando ipso iure veniunt fructus à die delicti. † Aliquando fit nuda confiscatio 18 bonorum sine pœna mortis, quæ potest fieri, puta si iam delinquens esset mortuus, vt per Cæpol. *cons. crimin.17. n.36.* † Et quod 19 possit quis deportari cum confiscatione bonorum. Boer. *decis.317. num.4.* vbi dicit esse tex. *in §. item lex Iulia, Instit. de publ. iud.* vbi tutor, qui coiuerit cum pupilla, siue durante tutela, siue post, deportatur cum confiscatione bonorum, & dicit * communem. † Idem est, * 20 quia vsurpantes annonam publicam deportantur cum confiscatione bonorum. *l. fi. C. de conditis in public. horreis, li.10.* † Idem in vsur- 21 pantibus pecuniam principis, quia pœna peculatus tenentur, & deportantur cum bonorum confiscatione, *l.3.ff. ad l. Iul. pecul.* † Ali- 22 quando fit etiam confiscatio partis, seu particularis bonorum, & quibus casibus, Vide, *Confiscatio particularis, quando habeat locum. Concl. proxima seq.* † Casus, in quibus confiscatio fiat de iure com- 23 muni, ponit, Chassan. *consuet. Burgund. fol.89. ver. ad tertium,* vbi enumerat casus 72.

Confiscatio particularis quando habeat locum. Concluſ. 716.

1 CONFISCATIO † quandoque fit particularis certæ partis bonorum, prout in ſtupro, quia pœna eſt confiſcationis medietatis bonorum. Clar. *in §. ſtuprum, verſ. ſed quæro, & in §. ſi. q.* 2 *79. in princ.* † Declara, quia ſi ſtuprum eſſet violentum, eſſet pœna mortis. Alex. *conſ. 229. per totum. lib. 6.* & apoſtil. ad Clar. *d. §. fin. q. 79.* 3 *ver. in dimidia.* † Arma noua ſi quis fecerit, emerit, vel vendiderit, illa perdit, quia fiſco applicantur. *auth. de armis.* ſed Clar. *§. fi. q. 79.* 4 *nu. 2.* dicit de conſuetudine non ſeruari. † Domus priuata, in qua fient ſacra, confiſcatur ſine licentia Epiſcopi. Clar. *§. fin. q. 79. nu. 4.* 5 † Domum ædificans penes ædem ſacram, vel domum publicam non dimiſſo ſpatio xv. pedum illam perdit, quia fiſco applicatur, 6 ſed de conſuetudine non ſeruatur. Clar. *d. §. fi. q. 79. n. 5.* † Locus, in quo fiat ſepultura in ciuitate, confiſcatur de iure, licet non ſeruetur de conſuetudine. Clar. *d. §. fi. q. 79. n. 6.* † Inſtitutus hæres, qui fidem accommodauit defuncto de reſtituenda hæreditate ſpurio, vel incapaci, amittit hæreditatem, quæ auferetur tanquam ab indi- 8 gno, & applicatur fiſco. Clar. *d. §. fi. q. 79. n. 7. ver. quando hæres.* † Extende idem, quando teſtator metu fuit inductus ad aliquem inſtituendum hæredem, quia auferetur ab eo vti indigno, & fiſco applicatur, ſi non extat aliquis proximior, vel in gradu æquali; quia ipſe *9 ſuccedit, * communè dicit Clar. *d. §. fi. q. 79. in fi.* † Feudatarius delinquens in dominum perdit feudum, etiam antiquum, quod applicatur domino, ſi vero non in dominum, deuoluitur ad vocatos agnatos. Crauet. *conſ. 128. col. ſi. ver. eſt aduertendum.*

Confiſcatio bonorum an ſit de iure, vel conſuetudine inducta, an odioſa, vel non. Concl. 717.

1 CONFISCATIO † bonorum de iure non eſt introducta, ſed de conſuetudine eſt adinuenta, quia regulariter bona non confiſcantur de iure communi. Oldrad. *conſ. 17. n. 7. ver. circa quod auth. bona damnatorũ. C. de bonis proſcr.* vbi tollitur confiſcatio, & vocantur deſcendentes, & aſcendentes, & alii, vt ibi. ſequitur Boſſ. *in praxi tit. de publ. bono. n. 1.* & de hac cõſuetudine generali in Gallia, etiã contra clericos, Clar. *§. fi. q. 78. n. 1. in fi.* & contra laicos, ibi, *n. 2.* 2 † Contrarium dicit Clar. *in §. fi. q. 78. in princ. col. 2.* vbi, quod de iure eſt ſublata ſola confiſcatio, quæ venit in conſequentiam pœnæ mortis, ſecundum * communem, ſed tamen ſeruatur contrarium, quod excepto crimine læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ non fit confiſcatio, & Oldr. & Boſſ. loquuntur de conſuetudine particu- 3 lari. † Duplex eſt confiſcatio, alia extraordinaria, videlicet in caſu non expreſſo à iure, & competit in ſumma poteſtate poſitis, alia ordinaria à lege, vel conſuetudine admiſſa, & non competit, niſi habentibus territorium, & merum ac mixtum imperiũ. Oldr. *conſ. 17. ver. & ſciendũ eſt,* vbi, quod Epiſcopus non poteſt confiſcare, nec exequi ſententias, quia non habet territoriũ, plene Boer. *deciſ. 264.* 4 *in princ.* & Cæpol. *conſ. 17. nu. 24. & ſeq.* † Declara, quia ordinaria eſt, quæ eſt à lege, vel ſtatuto, aut conſuetudine, & quilibet poteſt hãc facere, qui habet iuriſdictionem, extraordinaria eſt illa, quæ non eſt à lege, &c. & iſta competit Principi & Iudicibus in ſuprema dignitate cõſtitutis, vt illam imponere poſſint: Tertia ſpecies eſt extra ordinem, quando imponitur pœna mortis, & in cõſequentiam confiſcationis, & hanc poſſunt in ſententia omnes iudices ponere, qui poſſunt ad mortem condemnare. Cæpol. *conſ. crim. 17. n. 24. &* 5 *ſeq.* maxime *n. 27.* † Iſta extraordinaria confiſcatio non fit, niſi à ſupremo Principe, vel eius Iudicibus ſupremam poteſtatem habentibus, vel ab aliis inferioribus non ſine iuſſu Principis. Boer. *d. deciſ. 264. in prin.* plene Capic. *dec. 130. n. 40. & ſeq.* Clar. *d. §. fi. q. 78. n. 5.* vbi *6 de * communi. † Qualiter intelligatur iſta extraordinaria confiſcatio, quod fieri poſſit à Iudicibus ſupremis, videatur Cyn. *in l. vn. C. ne ſine iuſſu Princip. in fi.* vbi dicit, quod non poſſunt, niſi ſupremi Iudices imponere pœnam cõfiſcationis. *l. vnica. C. ne ſine iuſſu Princip.* 7 † Ordinaria vero fit in caſibus à iure, ſtatuto, vel conſuetudine permiſſis, & omnes Iudices merum imperium habentes ratione * territorii faciunt hãc confiſcationem. Boer. *d. deciſ. 264. n. 2.* & * cõ- 8 munem dicit Clar. *§. fi. q. 78. n. 5. ver. quæro, nunquid.* † Introducta non dicitur confiſcatio in compenſationem ſumptuum, neq; laborum dominantium, ſecũdum Oldr. *conſ. 17. n. 12. ver. non obſtat, quod argui-* 9 *tur.* † Regula eſt, quod ponitur *in auth. bona damnatorum, C. de bonis proſcr.* quia bona damnati non applicantur fiſco, ſed ex liberalitate applicantur deſcendentibus, & aſcendẽtibus vſq; ad tertium gradum, ſecundum *auth. vt nulli iudicum, §. ſi. coll. 9.* & ſic illa verba, *vſque ad tertium gradum*, intelliguntur de aſcendentibus, & deſcendentibus, non de tranſuerſalibus ſecũdum Bart. & Franc. Tigri. *conſ. Bart.* 10 *57. Super iis, in prine. lib. 1.* † Sed quia *auth. bona damnatorum, C. de bonis proſcr.* adiecit ex latere vſque ad tertium gradum, ſeruatur * com- * muniter, quod deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus, etiam tranſuerſales admittũtur vſq; ad tertium gradum, & ita cõ- 11 muniter * ſeruari dicit Clar. *in praxi crimin. §. fi. q. 78. in princ.* † Regu- * lariter ad bona damnatorum vocantur filii damnati excluſo fiſco. 12 Dec. *conſ. 234. n. 3.* † Item vocantur ſorores excluſo fiſco, *auth. bona damnatorum, C. de bonis proſcr.* † Item vocantur aſcendentes & deſcẽ- 13 dentes, ac collaterales vſq; ad tertium gradum excluſo fiſco, quib. deficientibus fit confiſcatio. *d. auth. bona. C. de bonis proſcr.* & licet *in auth.* in Corpore, vnde ſumitur, non adſit illud verbum, *de proximis à latere*, tamen communis * opinio ſtat ſecundum litteram *auth.* * ſumptæ, vt dicit Clar. *§. fi. q. 78. in prin.* † Contrariũ expreſſe tenent 14 Bart. & Franc. Tigri. *in conſ. Bart. 157. Super iis, quæ ſupra, in princ. lib. 1.* vbi, quod ſoli aſcendentes & deſcendentes, vſque ad tertium gradum, non etiam collaterales excludunt confiſcationem. † Re- 15 ſtringe, vt non procedat in confiſcatione propter incæſtas nuptias, quia neque filii incæſtuoſi, neque ſorores ſuccedunt. Dec. *d. conſ. 234. n. 3. & 4.* † Odioſa eſt confiſcatio in caſibus non expreſſis de 16 iure communi, ideo ſtatutum, quod punit homicidam in vltimo ſupplicio, & confiſcatione bonorum, dicitur odioſum quo ad cõfiſcationem, fauorabile quo ad pœnam capitalẽ. Io. de Anan. *conſil. 59. n. 3. ver. eſſet etiam,* vbi Bologni. *in apoſtil. n. 9. & ſeq.* † Et ideo ban- 17 nitus & condemnatus etiam ad mortem non patitur confiſcationem bonorũ. Alex. *conſ. 116. Animaduerſis, n. 8. lib. 2.* † Et in dubio ſta- 18 tutum non cenſetur repetere confiſcationem, niſi expreſſe dicat. Io. de Anan. *d. conſ. 59.* vbi Bologni. *n. 9. & ſeq.* † Contrarium, q; con- 19 fiſcatio inducta à ſtatuto ſit fauorabilis, quia reducit nos ad ius antiquum, dicit idem Bologni. *in addit. ad conſ. 59. Io. de Anan. in princ.* licet in fine dicat argumentum non eſſe verum. † Et habens in pœ- 20 nis generale arbitrium, licet poſſit condemnare ad mortem, non tamen poteſt cõfiſcare bona delinquẽtis. Alex. *conſ. 116. Animaduerſis, n. 11. & ſeq. ver. nec obſtat verba, li. 2.* † Cõtrariũ tenet Marſil. *Sing. 397.* 21

Confiſcatio bonorum operatur multa. Concluſ. 718.

OPERATVR † confiſcatio bonorum vniuerſalis contra con- 1 demnatum ad mortẽ facta, quod quis dicitur decedere ſine hærede; quia nulla bona relinquit in ciuitate. Bald. *conſ. 204. Longũ thema, n. 3. verſ. venio ad tertiam, lib. 3.* Vide, *Damnati ad mortem quid perdant, & retineant. Concluſ. 2.* † Amplia, quia condemnatus ad mortẽ, 2 & cũ confiſcatione bonorum dicitur effectus ſeruus pœnæ. Bal. *d. conſ. 204. n. 3. ver. contrarium eſt verũ, li. 3.* quod intellige, ſi reuera ſententia fuit exequuta contra eum. Ang. *conſ. 357. Dominus Gregorius, in pr.* † Amplia; quia condemnatus ad mortem cum cõfiſcatione bo- 3 norum, cũ dicatur mutaſſe ſtatum, non retinet iura agnationis. Bald. *conſ. 244. Qui ſeruore, in pr. li. 3.* † Amplia; quia operantur dictæ 4 confiſcationes diuerſum effectum; quia confiſcatio vniuerſalis liberat condemnatũ à ſuis creditoribus; quia trãſeunt iura omnia actiue & paſſiue in fiſcũ, ideo ſicut poteſt exigere, ita tenetur ſatisfacere creditoribus, ſecus eſt in cõfiſcatione bonorũ certi loci, vel certorũ bonorũ, quia nõ liberatur. Io. de Imol. *d. conſ. 55. n. 24. & ſeq. vſq. in fi.* † Extende, quia cõfiſcatio generalis operatur nedũ, quod 5 liberatur delinquens ab omnibus creditoribus, ſed etiam fideiuſſores liberantur, quando duo concurrunt, quod bona confiſcata ſufficiũt, & cõfiſcatio eſt generaliter facta Caſt. *conſ. 209. Circa primũ, li. 2.* vbi, quod confunduntur actiones, etiam ſi princeps confiſcans ſit creditor ex cõtractu prius, & debitor habeat bona in alieno territorio, quia liberatur debitor & fideiuſſores, quando bona confiſcata ſufficiunt pro debito, quod delinquens debet domino cõfiſcanti. † Et quod facta cõfiſcatione vniuerſali, fiſcus habeatur 6 loco quaſi hæredis, ſeu hæredis, licet, prie non ſit hæres, facit tex. cũ gl. *in l. tutores, in fi. C. ad l. Iul. de vi publ.* Abb. *conſ. 29. In quæſtione præſenti, li. 2.* Alex. *conſ. 88. col. 3. ver. 2. probatur, li. 3.* Vide, *Fiſcus quando loco hæredis habeatur. Concluſ. 386.* † Poſſeſſio debet apprehendi per fiſcũ 7 de bonis confiſcatis, quia ſine apprehenſione nõ acquiritur. Boer. *deciſ. 264. n. 12. in fi. ver. ſed aduerte* & quod non ſit effectus dominus bonorũ confiſcatorũ fiſcus antequã agnouerit bona, & poſſeſſionem apprehenderit. Bart. *conſ. 81. Martinus, n. 5. & ſeq. v. nec dicat aliquis li. 1.* vbi, quod ante nõ ſunt, neque dicuntur incorporata, neque in patrimonio fiſci. † Contrariũ, quod confiſcatio ſeu publicatio bo- 8 norũ opatur, q fiſco acquiſitũ eſt dominiũ abſq; aliqua traditione, vel poſſeſſione. Iaſ. *in l. traditionib. n. 7. C. de pact.* per tex. *in l. vn. §. cũ autem C. de caduc. tollen.* quem Bald. ibi not. Bart. *in l. Imperator, ff. de iure fiſci.* † Et pro contrario, q fiſcus acquirat dominium bonorum 9 cõfiſcatorũ ipſo iure, & ſine alia agnitione, & nõ teneatur vltra vires hæreditatis damnati. Bar. *conſ. 157. Super iis, n. 2. ver. ad primũ, lib. 1.* † Et q idem priuilegium cõpetat aſcendentibus, & deſcendentib. 10 ac tranſuerſalibus, vſq; ad tertiũ gradum, per *auth. bona damnatorũ, C. de*

C.de bonis proscript. tenet Bart. d.cons.157.nu.3. ver. ad secundum, vsque in
11 fi.lib.1. quod est Bartoli, & Franc. Tigrini. † Intellige seu declara, quod bona confiscata transeunt in fiscum, sed cum suo onere, & propterea tenetur fiscus satisfacere omnibus creditoribus delin-
12 quentis, l.non possum, ff. de iure fisci. † Et propterea soluit dotes fiscus vxori delinquentis. Vide, Confiscatis bonis ad quæ onera teneatur fiscus.
13 Conclus.727.num.2.& seq. maxime nu.8.† Imo quod plus est, tenetur conseruare fideiussores delinquentis indemnes, vnde si delinquens, cuius bona fuerunt confiscata, rumpat postea pacem, & committat pœnam, fiscus non potest agere contra fideiussores, quos tenetur conseruare indemnes, l. quæritur, ff. manda. l. cum ijs. ff. de
14 fideiuss. † Et maxime hoc procedit Florentiæ, vbi vigore statuti de repet. solut. vol.2. cap.33. bona omnia principalis sunt hypothecata fideiussori, & die fideiussionis, ideo cum fiscus successerit debitori, repellitur exceptione doli, l. vendicantem, ff. de euict. c. dolo facis. de
15 reg. iur. in 6. † Amplia, quia operatur confiscatio ipso iure facta per legem, quod bona transeunt in fiscum absque alia declaratione, l. Imperator, l. eius, qui delatorem, ff. de iure fisci. Bald. in l.1. col.2. in princ. ver. quadam sunt pœnæ, C. ex delicto defuncti. vbi, quod tunc fiscus quasi hæres auocabit bona à quolibet detentore, auth. de incest. nupt. in princ. c.1. de homic. lib.6. & dicit Bald. in c.1. in princ. de feudo sine culpa non amitten. quod aut quis ratione culpæ venit priuandus, aut est priuatus ipso iure: primo casu necessaria est declaratoria sententia ad effectum pœnæ d.l. eius, qui delatorem, secundo casu non est necessaria ad substantiam, sed ad exequutionem. Io. Andr. in c. pro humani. de homic. in 6. licet etiam dicat ibidem, quod exequutio facta non præcedente declaratoria, non est iuri contradictoria, per not. per Innoc. in c. ex ratione, de appel. & vide ad propositum Bald. in l. quæ sub
conditione, § fi. ff. de cond. instit. Doct. in l.2. C. de vectig. & commiss. Vide, Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum. Concl.98.

Confiscatio generalis, seu vniuersalis, quæ bona comprehendat, vel non. Conclus.719.

1 REGVLA † est generalis affirmatiua, quod in fiscum transeunt omnia ea, quę transeunt in extraneos hæredes, & è conuerso ea, quæ non transeunt in extraneos hæredes, non transeunt
* in fiscum secundum * communem, & veram, de qua Alciat. cons.
2 522. post n.6. Clar. § fi. q.78. n.7. ver. nunc videamus. † Extende, quia regula est, quod in fiscum facta confiscatione transeunt omnes ob-
* ligationes. Calcan. cons.66. n.4. vbi dicit * communem, & sequitur
3 Clar. § fi. q.78. n.23. † Extende, quia nedum in fiscum transit obligatio, & actio ciuilis, sed etiam naturalis secundum communem,
*4 * de qua idem Clar. d. § fi. q.78. n.23. † Extende, quia veniunt iura & actiones, ac nomina debitorum, si confiscatio est generalis, secus si specialis, quia solum contineret bona mobilia & immobilia. Guido Papæ dec. 341. in fi. Bart. in l. Quintus, § argento, ff. de auro, & arg.
5 leg. Vide, Bonorum appellat. Concl.101. † Restringe, quia confiscatio vniuersalis bonorum damnati non continet legitimam filiorum. Angel. cons.357. Dominus Gregorius. n.2. ver. de secundo. Dec. cons.438. Ac-
curate, n.7. & seq. Vide infra n.112. ver. & quod confiscatio. Vide, Legitima an debeatur filijs, si bona patris confiscantur. Concl.189. † Restringe, quia neq; legitima, neque supplementum legitimæ debetur fisco viuente patre, quando bona filii sunt confiscata. Dec. d. cons.438. n.
7 7. † Regula secunda est, quod facta confiscatione non veniunt bona prohibita alienari per fideicommissum, quia sicuti in extraneum non transeunt, ita neq; in fiscum. Alex. cons.23. Opportune consideratis, per totum, li.1. Bart. in l. Imperator. ff. de fidei. libert. Soc. cons.121.
li.4. vbi ponit hoc pro regula. Dec. cons.442. col.5. Ias. in l. filiusfam. §.
* diu, ff. de leg.1. communem * dicit Clar. d. § fi. qu.78. n.7. allegat Al-
* ciat. cons.522. num.6. qui dicit * communem, plenissime Roland. à
* Valle cons.98. per totum. vbi, quod vtraque est communis, * & magis * communis tamen hanc tuetur, & tollit omnia contraria, lib.2. & cons.56. n.8. & per totum, lib.1. Marzar. epit. fideicommiss. qu.47. per totam, vbi citat pro vtraque, & hanc tuetur late Ruin. cons.129. nu.3. & seq.
8 per totum. lib.2. † Et quod in confiscatione non veniant bona fideicommissi prohibita alienari ex delicto eius, qui prohibetur alienare. Alex. cons.88. Opportune consideratis, lib.3. Nellus in tract. bannitorum in 1. parte secundi temporis q.30. Soc. cons.266. In causa, quæ vertitur, col.15. in fi. ver.2. etiam. lib.2. & cons.121. Committenda est disputatio, col.5. ver.3. ratio est, lib.1. Ruin. cons.124. Viso testamento, nu.5. lib.2. & cons.24.
9 * Quia copiosè, n.12. lib.5. † Contrarium, quod in confiscatione veniant bona prohibita alienari, Alciat. cons.783. n.1. vbi dicit * communè, & alios citat Roland. à Valle cons.98. n.10. lib.2. quos dicit etiam at-
* restari de * communi, & magis * communi, licet ipse teneat contrarium, & ostendat * communem, & magis * communem, & ve-
10 ram esse illā, quam tuetur. † Extende idem, si bona sunt prohibita transire in extraneos, quia fiscus est extraneus, ideo non possunt confiscari. Alex. d. cons.23. ver.2. probatur, li.1. Soc. cons.121. Præmittenda est dispositio, col.3. in fi. lib.4. Dec. cons.40. n.27. & seq. Alex. cons.89. Vtrum emphyteusis, in princ. lib.4. vbi dicit * communem, & magis * cō- * munem. † Extende maxime, vt procedat, quando adsunt verba, 11
quod continuo bona conseruentur, vel maneant penes illos de familia, quia illa dictio, continuo, non patitur confiscationem. Alex. d. cons.23. n.10. & seq. ver.9. lib.1. † Extende, vt procedat, etiam si ob 12
parricidium bona non confiscarentur, sed auferri deberent à filio parricida, tanquam ab indigno, quia si esset facta prohibitio alienationis, vt bona perpetuo in familia conseruentur, non possent auferri per fiscum bona, quæ pater filio parricidæ per fideicommissum reliquit cū prohibitione alienandi in extraneos, Roland. à Valle d. cons.56. per totum, lib.1. plene Ruin. cons.129. in princ. & per totum, lib.2. † Extende, vt procedat, etiam si prohibitio alienationis 13
sit sine causa, quando in euentum alienationis vocantur alii certi, quia tunc neque in fiscum per delictum possunt transire. Ruin. d. cons.129. n.3. & 4. li.2. † Declara; quia quando adest expressa prohibi- 14
tio testatoris, quod non possint bona alienari in extraneos; quia vult conseruari in agnatione, vel quando post prohibitionem in euentum alienationis priuat alios vocando, res est clara, quod non possunt cōfiscari, vt per Roland. à Valle d. cons.98. li.2. per totū. Marzar. d.q.47. † Declara, quia si est expresse facta prohibitio, quod nō 15
possint alienari in extraneos, vel prohibitio fuit in specie, quod propter delictum non possint confiscari, cum cautela Roland. à Valle, de qua in cons.56. n.8. vsque in fi. li.1. videlicet quod si aliquis ex hæredibus suis aliquod crimen moliri conceperit mente, vel tentauerit committere, per quod indignus posset fieri, aut in capax hæreditatis, & bonorum suorum; eo casu eum priuauit, & alium heredem, videlicet proximiorem instituit, & substituit, & ita deinceps; quia bona sua voluit conseruari in agnatione, vel quid simile. Marzar. vero d. epit. fideic. parte 2. qu.47. num.7. pariter dat formam, quod quandocunque tentauerit committere aliquod crimen, per quod indignationem principis, & confiscationem bonorum posset incurrere illico, quod tentauit, ipso iure sit priuatus, & deuoluatur ad proximiorē, qui pariter, & successiue omnes priuati censeantur eo ipso, quod talia crimina committere tentauerint; & addit ipse cautelā apponendā, quod testator intendit prouidere, vt bona cum dominio, vsufructu, & omni iure conseruentur in familia, & nullo modo transeant in fiscum, non vt fraudem faciat fisco, sed vt bona sint perpetuo in sua familia, allegat Ruin. cons.129. li.2. Nattā cons.520. & Alba. cons.7. † Declara; quia forte in crimine 16
læsæ maiestatis posset esse difficultas; quia controuersia est inter Doctores vt in simili de peculio, & bonis aductitiis filiifamilias, de quibus infra n.75. & seq. † Extēde; quia si pater priuat filiū ipso iure, 17
quatenus delictum cogitauerit committere, & substituerit descēdētes, si filius cōmisit parricidium, per q priuaretur legitima, quæ confiscari posset tamen ex quo priuatur ante cōmissum parricidium per cogitatū, eo casu fiscus nō habebit legitimā filii, sed substituti ex vulgari, etiā si sint filii parricidæ. Ruin. d. cons.129. n.5. & per totum, li.2. vbi plus dicit, quod etiam si fiscus possideat, non potest impedire missionem in possessionē ad fauorem substituti; quia cū ipse fiscus nullū ius habeat, & sua non interfit, debet dari missio substituto ex vulgari. † Extende in omnibus bonis, quæ per mortē ali- 18
cuius transeunt ad filios vt filios, non vt hæredes; quia etiam per mortem ciuilē ad eos transeunt, & non confiscantur. Alex. cons.23. n.8. v.7. li.1. † Extende generaliter, quando cōdemnatus habet bo- 19
na tanq certo generi legata, quia ex quo nō admittitur extraneus, ita neq; fiscus, si condemnetur cum confiscatione, neq; monasterium, si fiat professus, sed aperitur via secundo proximiori de illo genere, late Ægid. Bellam. cons.33. in princ. † Extende etiā in crimine 20
læsæ maiestatis. Alex. cons.92. n.21. lib.6. Soc. cons.121. lib.4. Dec. cons.
252. col.pen. † Contrarium Soc. cons.266. n.40. li.2. † Restringe, quā- 21
do alienatio est prohibita fauore personæ alienantis; quia tunc per 22
confiscationem bonorum transit in fiscum. Alex. d. cons.23. n.6. ver.
4. pro hoc facit, lib.1. vbi apostilla plenissime. Natta cons.528. in prin. per totum, vbi dicit, quod tunc non habet locū prohibitio, quia perdit priuilegium, & respondet ad contraria omnia. Marcabrun. cons.83.
n.164. & seq. ver.2. moueor, & nu.175. cum seq. vbi latissime idem dicit.
† Idem, si prohibitio sit, donec sit 25. annorum, & interim non pos- 23
sit sine licentia, & idem sit, quando fit mentio de pretio. Natta d.
cons.528. in princ. † Restringe, quando bona sunt prohibita sub con- 24
ditione, quia interim potest fieri missio in possessionē, secus si bona debent retineri in patrimonio. Alex. d. cons.23. n.7. ver.5. li.1. † Idē, 25
si bona sunt subiecta fideicommisso sub conditione, quia tunc tacita est prohibitio, & interim possunt confiscari. Alex. d. cons.23. nu.
12. ver. non obstant. lib.1. † Restringe, quia viuente condemnato pos- 26
sunt

sunt fructus confiscari. *l. Statius Florus*, § *Cornelio*, *ff. de iure fisci*. Ruin.
27 *cons. 63. li. 5.* Curt. Iun. *cons. 120.* Bero. *q. 41.* vbi late. † Contrarium, q
imo bona prohibita alienari non possint confiscari, etiã in vita de-
* linquentis, Bar. *in l. Imperator, n. 2. ff. de fideicom. libert.* quẽ * communi-
* ter teneri dicit Soc. Iun. *cons. 77. n. 15. lib. 2.* & communem * dicunt
* Rubeus Alex. *cons. 98. n. 1.* Grammat. *decis. 105. n. 31.* plures de * com-
muni, & obseruantia. Clar. *q. 78. in §. fi. n. 10.* & pro contrario facit,
quia confiscatio non cõprehendit ius vsufructus, etiam naturaliter viuente vsufructuario, quando fideicommissum est conditionale, & cũ prohibitione expressa. Alex. *cons. 23. n. 8. lib. 1. & nu. 13. ver.*
28 *non obstat quintum.* † Et contrariũ procedit, quando fideicõmissum
* est expressum in casu alienationis sine dubio secundũ * communẽ,
de qua Alciat. *cons. 650. in princ.* vbi, q ita seruatur. Clar. vbi supra.
29 † Sed etiã, quando est tacitum fideicommissum, quia dixit; *volo, q perpetuo bona conseruentur in agnatione*, quia licet sit tacitũ fideicom-
* missum, tamen idem operatur secundum communem. * Clar. *d. §.*
30 *fi. q. 78. n. 10. ver. & hæc quidem concl.* † Declara, quod Fiscus potest retinere bona viuente delinquente, quando fideicommissum est in
casu mortis, vel post mortẽ fideicommissarii condemnati, & ita p
cedit opinio, de qua *in l. Statius Florus. ff. de iure Fisci*, § *Cornelio*, & ita
31 seruari, & practicari dicit Clar. *d. §. fi. q. 78. n. 10.* † Declara plenius totam istã materiam, quia licet confiscatis bonis rebellis, confiscatur quicunq; annuus redditus eidẽ debitus. Alex. *in l. si constãte*, § *fi. ff. solut. matr.* tamen intelligitur durante vita naturali rebellis tantũ, siue sint perpetui, prout sunt redditus Montis Florentiæ, siue S. Georgij Ianuæ, siue impræstitis Venetiarũ, qui debentur ex publico, quia transeunt ad hæredes, & computantur inter immobilia, siue sint ad vitã rebellis, quia durãte vita ipsius rebellis transferũtur in Fiscũ, arg. *l. Statius Florus*, § *Cornelio, ff. de iure Fisci*, sed si rebellis
decapitaretur cum confiscatione, tunc dicti annui redditus extinguuntur quoad eum, & non transeunt in Fiscum. Feder. de Sen.
cons. 12. Et est tex. *in l. Gaius Seius, ff. de annuis leg. at. & in l. in annos singulos. eod.* & est ratio, quia ius rebellis extinguitur cum eius vita, & Fiscus veniens ex persona ipsius non potest ex persona illius fundare intentionem suam. Doct. *in l. hæreditas, ff. de ijs, quibus vt indig.* Bart. *in l. fi. C. eod.* Bal. *in l. 2. C. de secund. nupt.* & plene Corne. *cons. 141. Videtur pri-*
32 *ma facie, n. 4. lib. 4.* † Imo, quãdo bannitus esset ex causa, vel delicto, pro quo imponitur pœna mortis, tunc æquiparatur deportato, & habetur p mortuo. Curt. Iun. *cons. 182. n.* 8. quo casu Fiscus nõ succedit in vsufructu, neq; in legitima. † Amplia, quia confiscatio non
33 comprehendit fideicommissum conditionale. Dec. *cons. 234. n. 3.* vbi apostilla videtur restringere, quando ex vltima voluntate, secus
34 si inter viuos debet restitui. † Amplia, quia fideicommissum conditionale, si quãdo bannitus reuertatur in gratiam principis, non potest peti per Fiscum. Dec. *cons. 438. n. 10. ver. 3. concl.* Rom. *cons. 247.*
35 *Primo dici potest, ver. sed ad hoc respondetur.* † Extende, quia neq; fideicommissum purum ante factam restitutionem non venit in confi-
36 scationem. Dec. *d. cons. 438. n. 11. & seq.* † Contrariũ tenet Natta *cons.*
471. n. 13. & seq. quia fideicommissum purũ transmittitur, licet du-
37 bitatiue loquatur. † Extende in legato conditionali, quia non venit in confiscatione. Rom. *d. cons. 247. in prin.* vbi prima apostilla, *in*
38 *ver. transfertur.* dat concor. † Contrarium, quod imo ius conditionale veniat in confiscatione, est tex. *in l. inter socerum*, § *vlt. ff. de pact.*
39 *dotal.* † Declara, quia ius conditionale descendens ex contractu transit in confiscationẽ & in Fiscum, sicut transit in hæredẽ extraneum, sed in iure conditionali descendente ex vltima voluntate non transit in confiscationẽ, neq; in Fiscum. Rom. *d. cons. 247. Primo*
* *dici potest, in prin.* vbi apostilla, *in ver. conditionale.* quæ allegat pro v-
traque, & distinguit, prout Rom. & dicit hanc esse * communem.
40 † Extende, etiam si fideicommissum esset purum, & via directa, quia licet propria auctoritate possit sine restitutione capere, & transeat dominium, quia de manu hæredis capere debet, tamen
41 non transit in Fiscum, Dec. *cons. 438. n. 12.* † Contrarium, quando est purum, vel putificatum, quia sicuti transmittitur ad hæredes, ita quod ad Fiscum transeat, videtur tenere Natta, licet dubitet *cons. 471. n. 13. & seq.* Vide plene Ant. Gabriel. *lib. 7. de criminal. Concl.*
42 24. *Bona alienari prohibita non transeunt in Fiscum ex delicto.* † Amplia, quia iura conditionalia non transeunt in Fiscum, gl. *in l. non ad ea in*
* *ver. præsens. ff. de cond. & demonstr.* quam dicit communiter * teneri
Clar. § *fi. q. 78. nu. 23. ver. Scias tamen.* & quod iura, & actiones conditionales passiue non transeant in Fiscum, allegat Ias. *in l. si quis arbitratu, post n. 29. ff. de verb. oblig.* Bossi. *de bonorum public. n. 14.* Castr. *cons.*
43 *212. In princ. lib. 2.* † Extende, quia legatum alimentorum, quia est conditionale, non transit in Fiscum etiam in vita delinquentis.
44 Boss. *d. tit. de bonorum public. nu. 22.* Clar. § *fi. q. 78. num. 23. in fin.* † Amplia, vt idem sit in emphyteusi Ecclesiastica; quia non transit effi-
* caciter in Fiscum secundum communem, * de qua Alex. *d. cons. 23.*
num. 4. vbi apostilla, *lib. 1.* Bart. *in l. si finita*, § *de vectigalibus. ff. de damno infecto.* Alex. *cons. 89. in princ. lib. 4.* Clarus *in* § *emphyteusis, quæst. 29. & in praxi crim.* § *fin. quæst. 76. ver. nunc videamus.* Roland. à Valle *consil.*
98. *num. 18. lib. 2. & cons. 29. n. 18. lib. 3.* Bursat. *cons. 43. n. 15. lib. 1.* Ant. de
Butr. *cons. 61. num. 4.* vbi apostilla *in ver. emphyteutica.* citat Boer. *decis.*
378. *n. 7.* Alex. *cons. 23. ver. lib. 1.* Soc. *cons. 121. n. 18. lib. 4.* Ruin. *cons. 161.*
n. 7. lib. 1. Alex. *cons. 89. in princ. lib. 4.* vbi dicit * communem, & magis * 45
communem. † Et poterit Ecclesia infra biennium recuperare à Fi-
sco emphyteusim confiscatam. Ægid. *d. cons. 15. in princ.* † Extende i- 46
dem in emphyteusi priuati, quando ea lege est concessa, quod in
extraneum non possit alienari. Alex. *d. cons 23. num. 5. lib. 1.* vbi dicit
communem * Bart. *d. l. si finita*, § *de vectigalibus. ff. de damno infect. col. 2.* *
ver. quæro. vbi Bald. *in l. si quis Presbyterorum. C. de epis. & cleric.* Dec. late
cons. 40. n. 30. & seq. Clar. *in* § *fi. q. 78. n. 7.* vbi dicit * communem re- *
gulam, & *in* § *emphyteusis q. 29.* Alex. *cons. 89. in princ.* * vbi dicit com- *
munem. † Et quod feudum, & emphyteusis priuati non veniant in 47
confiscatione, quia commoditas personalis debita per eos non
potest à Fisco præstari. Franc. Aret. *cons. 10. Casus talis, in princ.* † Re- 48
stringe, quando emphyteusis est hæreditaria, quia licet non possit
confiscari directum dominium, tamen potest confiscari vtile dominium, ita Guido Papæ *decis. 428. in fin.* Vide plenius, *Emphyteusis* 49
confiscari non potest, & quando secus. Concl. 221. † Amplia idem in feudo, quia non potest confiscari. Alex. *d. cons. 23. nu. 5. ver. idem videmus,*
li. 1. & cons. Alex. 89. n. 2. lib. 4. & cons. 92. Perspectis, n. 15. & seq. ver. condescendo, lib. 6. Vide, *Feudum ex quibus delictis deuoluatur ad dominum, vel ad* 50
agnatos Conclus. 197. † Intellige, quia si feudum confiscatum fuisset
propter delictum in dominum, applicatur domino, si propter a-
liud delictum, applicatur agnatis, quatenus eis deferatur, vel fi-
sco, quando est hæreditarium. Crauet. *cons. 128. col. fi. ver. & aduerten-*
dum. † Declara, nisi idem sit fiscus, & dominus feudi, quia cõfisca- 51
tur, sed non soluuntur debita ex feudalibus. Io. de Imol *cons. 35. nu.*
20. & seq. Vide, *Feudum ad dominum spectat si bona vasalli confiscantur, &* 52
quando secus. Concl. 211. † Amplia, quia ius patronatus Ecclesiasticum
non venit in confiscatione, quia fiscus non est capax, neq; hæres,
communem * dicit Gig. *de crim. læsæ maiest. fol. 121. q. 4. nu. 3.* Couarr. *
variar. resol. c. 18. n. 7. quos Clar. § *fi. q. 78. n. 8.* Ægid. Bellam. *cons. 33.*
in princ. qui loquitur in iure patronatus debito generi. † Contrariũ 53
Cittad. *de iure patro. q. 20. in 10. parte prin. n. 28.* Ferret. *cons. 179. in prin.*
† Declarat Clar. qui omnes citat, vt transeãt ad fiscum, quando est 54
transitorium ad extraneos, alias secus, *in d.* § *fi. q. 78. nu. 8.* & est vera
distinctio, & * communis, vt per Alciat. *cons. 522. n. 6.* & ipse Clar. *d.* *
q 78. num. 7. attestatur de * communi, & plenissime Ægid. Bellam. *
cons. 33. in princ. † Amplia, quia in confiscatione generali non venit 55
ius adeundi, si forte hæreditas esset cõdemnato delata, quia fiscus
pro eo non poterit adire, Dec. *cons. 438. Accurate & eleganter, n. 5.* vbi
apostilla dat concord. † Et quod hæreditas delata, sed nondum 56
adita non veniat in confiscatione bonorum. Dec. *d. cons. 438. nu. 6.*
quia ius quærendum non venit in confiscatione. Bar. *in l. is potest, n.*
13. ff. de acqu. hæred. Nellus *in tract. bannit. in prima parte secundi temporis,*
q. 30. Dec. *in l. ius iniquum*, § *fi. ff. quod quisq; iur. & cons. 448. n. 28.* Vide
apostilla ad Clar. *q. 78. num. 4. ver. bona futura*, allegat Dec. *cons. 446.*
† Extende, etiam si sit delata hæreditas ante confiscationẽ, & ban- 57
num, quia non potest fiscus adire hæreditatem non aditã, Nellus
in tract. bannit. in prima parte secundi temporis, q. 30. Dec. *d. cons. 438. n. 6.*
& seq. & cons. 36. n. 8. & hanc magis * communẽ dicit Ruin. in ban- *
nito, qui retinet ius adeundi, *d. cons. 23. n. 26. lib. 5.* imo quod condemnatus possit repudiare in præiudicium fisci, tenet Mantua. *singul.*
23. bannito fuit delata. † Contrariũ tenet Ruin. *cons. 23. n. 2. lib. 5.* † De- 58
clara, quia si ius adeundi est transitorium ad extraneos, trãsit in fi- 59
scum, si non est transitorium ad extraneos, non etiam transit in fi-
scum; Clar. *d.* § *fi. q. 78. n. 25.* vbi dicit * communem, allegat Ias. *in l.* *
si quis mihi bona. § *seruus municipum. circa fi. ff. de acq. hæredit.* † Extende 60
maxime, quando sumus in hæreditate non transmissibili ad extra-
neos, prout in successione transuersalium, Dec. *d. cons. 448. nu. 28.*
Ias. *in l. si quis mihi bona.* § *si quis plane. ff. de acq. hæred.* Boss. *in praxi tit. de*
publ. bon. nu. 16. & 17. † Extende, quia hæreditas nulliter adita puta 61
per minorem, non adhibitis solemnitatibus habetur pro non adi-
ta. Ruin. *cons. 23. vol. 5.* Ideo non transmittitur in fiscum. *Boer. cons. 1.*
n. 17. † Declara, seu restringe, quia si minor erat, transmittit bene- 62
ficiũ restitutionis. Vide, *Hæreditas delata, & non adita defertur proximio-*
ribus. Concl. 18. Restringe Florẽtiæ, quia cũ penderet quæstio & fiscus 63
succubuerit, facta fuit lex super hoc, q hæreditas delata ante ban-
nũ, & confiscationẽ, veniat in confiscatione. † Amplia, q a in bonis 64
nõdũ agnitis nõ cadit cõfiscatio, Dec. *d. cõs. 438. n. 6. & seq.* Ratio est,
quia rebellis, cui fuerũt bona cõfiscata, habetur p mortuo, iõ non
succedit, & aperit viã aliis veniẽtib. ab intestato, vel ex testato, vel
ex donato. Neq; cõfiscatio cõprehẽdit bona sub cõditiõe extitura.

Castr.

Castr.*cons.*212.*per totum lib.*2.vbi,quod bannitus non gaudet bene-
65 ficio statuti,quia habetur pro forense.† Extende,quia confiscatio bonorum non comprehendit, nisi iura, quæ erant damnati ante confiscationem,Alex.*cons.*23.*Opportune consideratis,n.*2. vbi apostilla
66 *in ver.confiscatio,li.*1.† Amplia,quia confiscatio bonorum solum cõprehendit bona præsentia, & acquisita, non autem acquirenda, Rom.*cons.*247.*Primo dici potest*,Dec.*cons.*438.*Accurate, num.*7.*& seq.* Castr.*cons.*56.*super* 1.*li.*1.Alex.*in l.*3.§.*illud, ff. quod quisque iur.* Nell.*in tract.bannit.in prima parte secundi temporis,qu.*18.Bald. *cons.*7.*secundum ea,li.*2.*& cons.*257.*li.*3.Dec.*cons.*235.438.& 446.Clar.*in* §.*testamentũ, qu.*19.*in princ.* vbi dicit esse secundum communes regulas, & repe-
* tit *in* §.*fi.qu.*78.*ver.vlterius quæro,n.*24.vbi plures de * communi, vide apostil.ad Clar.*d.q.*78.*n.*8.*in ver.bona feud.alia*,allegat Dec.vbi su-
* pra,& hanc * communem dicit apostilla ad Rom.*d.cons.*247.*in ver.*
67 *conditionale*,quæ citat plurimos.† Contrarium tenet Bal.*cons.*7.*li.*2. Quo ad ea,quæ fiunt caduca, quia confiscatio illa comprehendit.
68 † Imo,quod veniant futura.Grammat.*consil.*7.quem citat apostil. ad Clar.*d.*§.*testamentum,qu.*78.*n.*24.*in ver.bona futura*,&quid in bo-
69 nis,vel legatis conditionalibus relatiue.† Declara, quia veniunt bona de futuro,quæ veniunt ex iure de præsenti tẽpore confiscationis,veluti siquis donauit bona sua fratribus ad vitam cum conditione,quod non possit alienare,& si alienauerit, reuertantur ad donantem facta confiscatione generali bonorum donantis,si euenit,quod donatarius alienet post confiscationem bona acquirũtur fisco,quia illud ius,quod habebat donans, transiuit in fiscum.
70 Abb.*cons.*91 *videtur primo per totum,lib.*2. † Declara;quia veniunt si-
71 ne dubio præsentia tempore delicti quęsita,vt dixi supra,*n.*66.† Imo veniunt etiam quæsita post delictum vsq; ad publicationem, siue condemnationem.Clar.*d.*§.*fi.q.*78.*n.*24.*ver.vlterius quæro*.alle-
* gat plures de * communi attestantes,videlicet Nellum *de bannit.in prima parte secundi tempor.q.*18.quem citat Corrad.*fol.*430.*n.*4. Curt.
72 Sen.*cons.*59.*n.*13.† Et procedit,quod veniant quæsita post delictũ ante condemnationem etiam stante lege,quod à die cõmissi delicti,& ita pro regula tradit Boss.*de bon.publ. n.* 80. & ita seruari dicit
73 Clar.*d.*§.*fi.q.*78.*n.*24.† Bona vero post condemnationem quæsita, si fiscus ea occupauit,retinet, quia fiunt occupantis, ex quo exul factus est,& incapax in loco cõdemnationis,si vero alius occupauit,fiscus non aufert ab eo,ita seruari in statu Mediolani dicit Cla.
74 *d.*§.*fin.q.*78.*n.*24.*in fi.*† Vide Abb.*d.cons.*91.*circa fi. ver. quinimo potest dici,li.*2.quod bona futura acquiruntur fisco,quando non solũ bona sunt publicata,sed etiã persona ad mortem cõdemnata allegat *l.*3.*C.de bonis proscr.*sed contrariũ,& melius loquitur Castr.*cons.*212.
75 *per totũ,li.*2.Vide supra *n.*64.*ver.Ratio.* † Amplia;quia in cõfiscatione bonorũ aduentitiorum filiifamilias non veniunt bona,in quib. ipse habet proprietatẽ,& pater vsumfructum,quia sicut nõ potest illa alienare sine patre,qui est legitimus administrator,ita nec possunt confiscari ex eius delicto.Abb.*cons.*66.*Quanquã,n.*2.*li.*2.Rom. *cons.*154.*Iudicium contra,n.*3.*in fi.cũ seq. ver.ijs tamen*.Ruin.late *cons.*24.
* *li.*5.*per totũ.** communem dicit Menoch.*de recuper.remed.*9.*n.*66.vbi plures allegat,videlicet Curt.Iun.*cons.*60.*Dux Philippus,ver.venio ad secundũ*.Soc.Iun.*cons.*77.*n.*8.*lib.*2.qui consuluit in eodem casu cum Ruin.Ias.*Inst.de actio.*§.*actiones,n.*62.Boer.*dec.*7.*n.*10.*& seq.*Roland.
* à Valle *cons.*56.*n.*10.*li.*1.communem dicit * Paris.*cons.*157.*li.*4. licet contrariũ teneat,& esse sine difficultate dicit Clar.§.*fi.q.*78.*nu.*12. quando pater habet vsumfructũ,Capel.Tholosa.*dec.*120.&Curt.
* Sen.*cons* 59.*n.*12.vbi dicit * cõmunem,Menoc.*cons.*182.*n.*13.Thob.
76 Non.*cons.*102.*A.*† Extende,quia neq; respectu proprietatis filii in aduentitiis potest fieri confiscatio,quãdo filius est in potestate patris,quia nullo modo potest disponere, vel testari de proprietate.
77 Abb.*d.cons.*66.*Quanquã,n.*2.*ver.nec obstat,si dicatur,li.*2.† Cõtrarium tenet Paris.*cons.*157.qui consuluit contra Ruin.*li.*4.vbi, quod solũ prohibetur confiscatio quoad vsumfructum in præiudiciũ patris, & ita plures pro hac parte tenere citat Menoc.*d. remed.*9.*recuperan. n.*75.*ver.contrariũ tamen*.inter quos Iacob.de Arena,Cyn.Bar.Bald. Ang.Saly c.& Ripa.licet contrarium ibi teneat Menoc.& hãc partem tuetur Rom.*cons.*154.*per totũ*.quia si pater conuenitur,vt legi-
78 tim⁹ administrator tenetur.† Declara,vt per Capel.Tholos*q.*120. vbi additio plene declarat,q; non fit confiscatio, secus in peculio
79 castrensi. † Declara secundo,vt per Alex.*cons.*106.*super alio,in fi.li.* 7.quia si est obligatio necessaria,pater tenetur vt legitimus admi-
80 nistrator,si voluntaria,non nocet patri,nisi esset hæres filii.†Extẽde multo magis,quia non potest confiscari vsusfructus spectãs ad
81 patrem Ruin.*d. cons.*24.*li.*5.*in princ.*†Extende,etiã in vsufructu aduentitiorum bonorũ.Menoc.*in* 9.*remed.recup.n.*70.vbi dicit magis
82 *communẽ hodie.†Extende,quia non veniunt bona ꝓfectitia fi-
* liifamilias,& nullus dubitat,Rui.*d.cons.*24.*n.*5.*lib.*5.*communẽ dicit Curt.Sen.*cons.*59.*n.*12.Soc.Iun.*cons.*77.*n.*6.*lib.*2.Clar.§.*fi.q.*78.*n.*
11.vbi,quod pater est dominus,ideo non est mirum, si non confiscantur,& dicit * communẽ.† Extende,vt ꝓcedat,etiã si pater nõ * 83
habeat vsumfructũ, sed alius; quia non definit esse administrator, ideo impeditur confiscatio.Rui.*d.cons.*24.*li.*5.*n.*7.*& seq.*Meno.*d. remed.*9.*recuperande,n.*81.*& seq. ver.extenditur*,vbi citat plures ꝓ vtraq; parte.† Extẽde,quia hoc est verissimum, quãdo delictum esset ex 84
ficta confessione in contumaciã.Rom.*cons.*154.*n.*5. vbi plena apostilla *in ver.lata est.*& *in ver. Noceret*,Bar.*in l.si finita*, §.*si de vectigalib. in fi.n.*14.*ff.de damno infect.* † Extende,quia valet argumentum, filius 85
nõ potest testari de bonis,& sic nõ potest hæredẽ extraneũ facere, ergo neq; pati confiscationem,Rui.*d.cons.*24.*per totũ,lib.*5.maxime *n.*11.*& seq.ver.*2.*prin.*sequitur Clar.*d.*§.*fi.q.*78.*n.*12.†Extende, quod 86
imo peculium aduentitium filii,in quibus pater non habet vsumfructum,non possit confiscari,dicit Clar.*d.* §.*fin.q.*78.*n.*12.*in fi.ver. sed certe*,vbi,quod sicuti peculium castrense non potest confiscari, licet filius possit de eo testari, ita & peculium aduentitium. † De- 87
clara,quia consideratur facultas alienandi, ideo si quis habet bona,& vtile dominium,alius autẽ directum,potest confiscatio fieri, si potest alienari,alias non. Couarr.*in tertia parte relectio.c.possessor. de reg.iur.*§.1.*n.*6.*ver.*11.† Extende,quia neq; peculiũ castrense potest 88
confiscari,licet filius possit de eo testari,& libere disponere, secundum * communem,de qua Alex.*in l.*3.§.*si filius,ff. quod quisq; iuris n.* * 3.vbi Dec.*n.*4.& alios citat Clar.*d.*§.*fi.q.* 78.*n.* 13.*ver. quæro etiã*, vbi, quod ratio prærogatiuæ est patria potestas, quæ facit præferri patrem fisco.† Et ꝓcedit ampliatio,quia si bona filii, vel serui confi- 89
scantur, non venit in confiscatione peculium domini, vel patris, Ægid.Bella.*cons.*15.*in prin.*vbi idẽ in liberto,quia ius domini saluatur.† Extende in casu conuerso,quia confiscatis bonis patris, non 90
confiscatur peculium ꝓfectitium filii, secundum * communẽ, de * qua Clar.*d.q.*78.*n.*14.*ver.quæro nunc.*† Declara, nisi pater amitteret 91
patriam potestatem,quia tunc peculium trãsiret in fiscum secundum * communem,de qua Boss.*de bon.publ.nu.*71.sequitur Clar.*d.* * *q.*78.*n.*14.*in fi.* vbi relatiue,quãdo patet perdat patriã potestatem, & ita loquitur Abb.*cons.* 66.*circa med. ver. nec obstat.* & ideo si filius ꝓpter homicidium efficitur bannitus, & potest impune offendi, quia perdit pater patriã potestatem, isto casu fit confiscatio peculii in ꝓprietate,vel in totum,prout habet illud. Paris.*d. cons.*157.*n.* 19.*& seq.li.*4.Vide,*Patria potestas multis modis soluitur.Concl.*132.† Re- ℳ
stringe, quia potest confiscari peculium, siue aduentitium, siue 92
ꝓfectitium,in quo pater habet vsumfructum, quando filius est emancipatus,& alias liberatus à patria potestate, quia quoad proprietatem confiscatio procedit,quæ ad filium spectat. Bar. *d.l.si fin.* §.*fi de vectigalib.n.*12.*ff. de damno infecto.*vbi omnes, * quia prohibetur *
alienatio,propter potestatem.Paris.*cons.*157.*n* 32.*& seq.li* 4. vbi *nu.* 21.dicit communem.† Restringe,quia possunt ista peculia seque- 93
strari,& inuentariari,quia agitur de modico præiudicio. Boer. *dec.* 7.*in fi.*†Restringe,vt non procedat quãdo filius haberet liberã ad- 94
ministrationem peculii ex concessione patris, quia non impeditur.Menoc.*de remed.*9.*recup.n.*90.*ver.declaratur*,& hanc communem * dicit Gig.*de crim.lesæ maiest.fol.*126.*q.* 11.*in fi.* quia non valet argu- *
mentum,non potest filius testari, ergo non patitur confiscationẽ, quia sufficit,quod possit inter viuos disponere. † Restringe, quia 95
confiscatio bonorum comprehendit peculium filii,quando pater amisit patriã potestatem ex banno,vel alias.Clar.§ *fi.q.*71.*n.*7.*ver. successiue,in fi.*† Amplia,quia confiscatio non comprehendit dona- 96
ta per condemnatum vxori causa mortis, & licet possit reuocare talem donationem, condemnatus tamen non acquirit Fisco, sed sibi,quia ista non veniunt in confiscationem, quæ postea acquiruntur, Bald. *in l.exequutorẽ,n.*30.*C.d.exequut.rei iud.*quem sequitur Natta *cons.*549.*in fi.* † Amplia;quia in confiscatione non venit le- 97
gitima debita filio post mortem patris, si tempore confiscationis pater viuit.Dec.*cons.*438.*col.*2.*ver.*2.*concl.n.*5.*& seq.* Castr. *cons.* 212. *Omisso ordine,li.*2.vbi loquitur in rebelle banniro, qui pro mortuo habetur,& succedunt alii venientes ab intestato.† Extende, quia 98
de iure antiquo semper legitima conseruatur filiis, licet bona patris confiscentur, & est medietas, etiã si sunt filii infra numerum quatuor, si vero supra, nihil confiscatur ex benignitate principis, *l.*1.*in fi.& l.fi.ff.de bon.damnat.* † Et quod confiscatio bonorum vni- 99
uersalis non comprehendit legitimam debitam filiis, communem * dicit Roland.à Valle *cons.*97.*n.*29.*li.*2.Farinac.*q.*24.*n.*34.*ti. de delic-* *
tis,vbi extendit etiã stante statuto, quod omnia bona delinquentis confiscentur,vbi ampliat,& limitat multis modis, & est maior hoc casu legitima filiorum, quam sit de iure communi, vt ipse dicit *n.*37.*& seq.*& limitat in bonis maternis,item non habere locum in filiis conceptis post condemnationem,neque in crimine hæresis,& supra *n.*7.† Extende, quia neque dos filiarum venit in con- 100
fiscatione bonorum patris,Farinac.*d.q.*24.*num.*46.*& seq.*vbi etiam

* in crimine læsæ maiestatis extendit, *n.* 47. & dicit * communem.
201 † Extende, quia neq; supplementum legitimæ venit in confiscatione bonorũ. Dec. *d. cons.* 438. *n.* 9. & *seq.* † Contrariũ, q; imo hodie illæ leges reseruantes legitimã filiis in confiscatione bonorum nõ sunt in vsu, tenet Chassan. *super consuet. Burgund. fol. mihi* 88. *n.* 6. & *seq.* vbi late, quod non debetur, licet statuta reducant confiscationẽ, prout de iure antiquo, vide eum, quia disputat; maxime *nu.* 10. *ver.*
103 *in cõ. rarum.* † Declara, quia secundum magis communẽ * reseruatur legitima, videlicet tertia, prout de iure debetur ab intestato, ita Roland. à Valle *consilio* 97. *numero* 29. *libr.* 2. sequitur Clarum *di-*
104 *clo* §. *finali quæstione* 78. *numero* 26 *ver. videndum est etiam.* † Extende, quia confiscatio non comprehendit legitimam, neque Trebellianicam filio debitam, quando prohibitus est alienare, vsque ad certam ætatem, donec est minor, quia cum sit ad illius fauorem, valet prohibitio, & impedit confiscationem. Roland. à Valle *consilio trigesimoprimo numer. trigesimo libr. primo & consilio nonagesimo octauo numer. vicesimoquinto libr. secundo* sequitur Thobias Nonius *consilio nonagesimoseptimo*. Clarus *in praxi*, §. *finali quæstione septuagesimooctauo versicul. Item quæro, nunquid in confiscatione, numero decimo in fine.* vbi allegat, quod valet prohibitio secundum communem,
* * quando est ad certam ætatem, allegat Decianus *consilio* 442. *numero vigesimo octauo*. Boss. *de publicat. bono. numero quadragesimoprimo.* Ruin. *cons.* 23. *li.* 5. Riminald. *cons.* 243. & ita seruatur Mediolani, cõ-
105 tratiũ supra *n.* 9. & *multis seqq.* vbi vide. † Restringe, quia facta confiscatione bonorũ grauati legitima, & Trebellianica, quas potest deducere cõfiscantur, quãdo nõ est facta prohibitio Trebellianicæ, Clar. §. *fi. q.* 78. *n.* 10. *ver. item quæro, in fi.* vbi declarat, & q; si legiti-
106 ma est ꝓhibita ad fauorẽ filii minoris; vide supra *n.* 104. † Restringe in bonis maternis, quia facta illorũ confiscatione nihil reseruatur filiis, vt est tex. *in l. de bonis matris. C. de bonis proscr.* Clar. *d.* §. *fi. q.* 78.
* *n.* 26. *in fi.* vbi * dicit cõmunem. Bar. & Alex. *in l. ex facto.* §. *ex facto. ff.*
☞ *ad Trebell. & in l.* 1. *C. de hæred. instituen.* Vide, *Confiscatis bonis, ad quæ onera teneatur Fiscus. Concl.* 727. *n.* 12. & *seq.* Vide plene *in ver. Legitima an*
107 *debeatur filijs si bona patris confiscantur. Concl.* 189. † Amplia, quia confiscatio non cõprehendit ius vsusfructus etiã naturaliter viuẽte v-
108 sufructuario, Alex. *cons.* 23. *n.* 8. *lib.* 1. & *n.* 13. *ver. non obstat quintũ.* † Amplia, quia non cõprehendit dotes vxoris delinquẽtis. Bal. *cons.* 355. *Quemadmodũ Imperator, lib.* 3. *l.* 1. & *l. si marito,* §. *fi. ff. solu. matr.* Soc. *cons.* 121. *Præmittenda est disputatio, col.* 5. *n.* 26. *ver. Postremo clarè respondeo, li.* 4.
☞ Vide, *Confiscatio bonorum vxoris quibus casibus fiat. Concl.* 723. † Amplia,
109 quia si sunt confiscata omnia bona mobilia & immobilia non ve-
* niunt iura & actiones, communẽ * dicit Clar. *d.* §. *fin. q.* 78. *n.* 9. *ver. Successiue quæro.* tu vero declara, vt supra *n.* 73. & *seq.* vbi, quod ex quo bannitorũ bona vacant, & fiunt occupantis, posset Fiscus ca-
☞ pere bona banniti postea quæsita, & retinere. Vide, *Bonorum mobi-*
110 *lium appellatione quid veniat. Concl.* 103. & *Concl. ibi proxima seq.* † Limita; quia in confiscatione veniunt bona alienata per delinquentem post condemnationem de eo factam, quando sententia transiuit in iudicatum, quia non valet alienatio, communem * dicit Clar. §.
☞ *fi. q.* 78. *n.* 20. *ver. si vero.* Vide. *Alienatio facta in fraudem qualiter reuocetur. Concl.* 268. Vide, *Fiscus quando reuocet alienata tanquam in fraudem. Con-*
☞ *clus.* 396. Vide, *Fraudulenter facta non valent, & quando secus. Concl.* 481.
111 † Extende, vt idem sit si alienat ante sententiã, sed post delictum cõmissum in casib. in quib. cõfiscatio inducitur ipso iure, vel alie-
natio interdicitur, put in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & fodo-
* miæ; quia alienatio est ipso iure nulla, * cõmunem dicit Clar. § *fi. q.*
112 78. *n.* 18. *in fi.* † Extende, vt idem sit, quãdo alienatio bonorũ fieret post delictũ cõmissum etiã in casibus, in quib. cõfiscatio ipso iure non inducitur, quãdo in fraudẽ fisci facta est, quia ea reuocatur, etiam si sit facta titulo oneroso. quãdo vterq; fuit particeps fraudis
113 Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 18. † Extende idem, quãdo alienatio fit post sententiã eidem latoriã pendente appellatione, quia si sequatur cõfirmatio, reuocatur alienatio, & confiscatio habet locũ, Clar. *d. q.*
114 78. *n.* 20. † Extende in alienatione facta quomodocunq; in fraudẽ fisci, fraus autẽ ꝓbatur ex coniecturis, puta, si alienauit omnia bo-
*115 na sua, * cõmunem dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 17. *ver. fraus.* † Et ꝓcedit etiã, si longe post alienationẽ sequutũ est delictũ, dummodo tempore alienationis subesset causa delicti, prout inimicitia, vel quid
* simile, * cõmunẽ dicit Clar. vbi supra, *n.* 17. † Cõiecturę sunt, si post
116 alienationẽ possideat, itẽ si fiat alienatio occulta, vel si consanguineo, vel si de omnib. bonis, vel si post alienationẽ statim sequutũ fuit delictũ, quia istæ sunt præsumptiones fraudis, quæ probant ad
* reuocationẽ, si causa delicti tunc fuerat secundũ * cõmunem, de
117 qua Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 17. vbi late. † Restringe, quãdo alienatio esset facta titulo oneroso, quia tũc nisi emptor sit particeps fraudis,
* valet etiã facta post cõmissum delictũ, cõmunem * dicit Clar. *d.* §.
fi. q. 78. *n.* 18. *ver. cæterũ.* † Et ꝓcedit restrictio, etiam si fiat alienatio, 118
nedum post delictum, sed etiam post accusationem, etiam post litis contestationem, quia valet, & non potest reuocari, nisi emptor participauerit de fraude secundum * communem, de qua Clar. *d.* * *§ fin. quæst.* 78. *num.* 19. *ver. & hæc omnia*, licet restringat, quia præsumitur fraus, si post accusationem, & dicit * communem. † Declara, quia etiam in casu retractationis fiscus non procedit exequuti- 119
ue amouendo emptores, vel tertios possessores, sed actionem reuocatoriam via ordinaria intentare debet, Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 78. *nu.* 20. *in fin.* vbi dicit * communem. † Restringe, quia delinquens po- *
test quandocumque dare bona sua in solutum creditoribus suis, 120
Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 78. *num.* 21. † Restringe, quia alienatio facta per 121
delinquentem ante delictum valet, nisi constet de fraude, quo casu reuocatur, Clar. *d.* § *fin. quæst.* 78. *num.* 16. *ver. solet etiam.* vbi dicit
* communem, & quod isto casu fiscus tenetur restituere pretium *
emptori. † Limita, vt quæ dicta sunt in venditione, vel alienatione, 122
quæ valida est, & fiscus debet consequi bona permutata, seu subrogata loco venditorum, nisi probetur fraus ex eisdem coniecturis. de quibus supra; * communem Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 78. *nume-* *
ro 22.

Confiscatio vniuersalis an comprehendat bona alterius territorii. Concl. 720.

CONFISCATIO † bonorum vniuersaliter facta contra con- 1
demnatũ, qui æquiparetur deportato, operatur, q; bona condemnati etiam in alieno territorio sub dominio eiusdẽ Principis censetur confiscata. Bald. *cons.* 36. *Factũ, quod proponitur, li.* 4. vbi, quod eo casu non potest fingi in vno loco condẽnatus mortuus, in alio viuens, sub eodemmet Principe, & *cons.* 341. *Super primo, li.* 4. vbi, q; dicitur æquiparari deportato ex genere criminis. † Et quod 2
confiscatio in vno loco facta de omnibus bonis, non habet locum in bonis territorii alienæ iurisdictionis. Castr. *cons.* 209. *circa primum col.* 2. *post med. ver. Et posito quod fuissent, lib.* 2. † Contrarium tenet Cast. 3
cons. 320. *Primum quæsitum, n.* 3. *in fin. ver. Et sic non obstat. lib.* 1. vbi, quod veniunt succedentes ab intestato, non autem fiscus alterius territorii. † Declara; quia confiscatio, & incorporatio est facienda illi 4
Cameræ, sub qua bona stabilia sunt sita; quia confiscatio est realis, & sequitur rem, vbi est Bald. *d. cons.* 36. *nu.* 2. *ver. Sed dubium, li.* 4. & *cons.* 341. *in princ. li.* 4. Alex. *cons.* 31. *in princ. li.* 1. & *per totum*, vbi *nu.* 7. *ver. nunc venio ad responsionem.* dicit procedere prædicta circa stabilia; quia inhærent territorio. ideo existentia extra territorium non capiuntur per fiscum confiscantem, sed per alium fiscum, in cuius territorio sunt bona, Crauet. *cons.* 128. *Proponitur, quod bona, in princ.*
† Extende declarationem, vt procedat, etiam si confiscatio fieret 5
ob crimen hæresis, & sic læsæ maiestatis diuinæ, Crauet. *cons.* 128. *nu.* 6. *ver. quinto, & amplius.* † Restringe declarationem, vt non proce- 6
dat quo ad bona mobilia; quia illi loco applicantur, & illi fisco, ad quem locum sunt destinatæ; & ideo si mobilia sunt de loco ad locum translata, vt ibi sint, confiscantur in loco destinationis, nisi fraudulenter, & post delictum sint à loco delicti asportata, Bald. *d. cons.* 36. *nu.* 2. *ver. Sed dubium est, lib.* 4. & *cons.* 341. *lib.* 4. Vide, *Bona mo-* ☞
bilia ab immobilibus differunt, & cui loco applicentur. Conclus. 105. † Con- 7
trarium, quod imo mobilia ad effectum confiscationis censeantur esse de territorio loci, vbi reperiuntur, tenet Alex. *cons.* 16. *Viso titulo quæstionis, col. fin. per totam, li.* 6. vbi dicit hanc veriorem, & sequitur ibi apostilla in *ver. loci*, quæ dat concord. & hanc etiam tenet Clar. in *praxi criminal. quæst.* 78. *nu.* 27. *in fi.* vbi quod nunquam vidit contrariam opinionem Carauitæ seruari, & quod non seruetur, dicit apostilla ad Alexan. *cons.* 19. *nu.* 9. *li.* 6. vbi citat se in *consuet. Parisien.* §. 145. † Tertia fuit opinio Bald. in *l. mercatores, C. de commer. & mercat.* 8
quam sequitur Alex. *cons.* 31. *nu.* 5. *li.* 1. vbi, quod mobilia respiciunt personã, immobilia territoriũ, & hanc * cõmunem dicit Carauit. *
super ritu magnæ Curiæ, ritu 132. *n.* 3. & *seq.* licet Clar. *in praxi crim. q.* 76.
n. 27. *in fi.* dicat, quod nũquam vidit hanc opinionem seruari, Gig. *de crimine læsæ maiestatis titulo de crimine comm. crim. læsæ maiest. quæstione secunda in fine.* † Contrarium tenent Brun. *consilio* 31. *numero decimo* 9
& *sequ.* Alexand. *consilio decimosexto numer.* 2. *libr. primo.* † Decla- 10
ra ex omnibus prædictis, quia si eondemnatus nulla habeat bona stabilia, sed solum mobilia, sit vera tertia opinio, de qua supra, quia mobilia respiciunt personam, ideo vbi est persona, ibi mobilia esse dicantur, & sic loquitur Alex. *d. cons.* 31 *lib.* 1. vbi mortuus sine consanguineis nihil in bonis habebat, nisi sola mobilia, ideo psonam sequuntur. † Declara, quia quãdo mobilia, vel credita sunt 11
perpetuo mansura in loco, vbi sunt, dicũtur de loco illo, & ibi cõfiscantur, prout Alex. *cons.* 19. *n.* 9. *li.* 6. dat exemplum, si Bononienses habet impresstita Venetiis, vbi sunt mansura, & de loco Veneto

dicun-

12 dicuntur. † Si vero habet bona mobilia, & immobilia defunctus, & cõdemnatus, & mobilia sint in loco perpetuo destinata, vt quia ibi habitabat, vel quia ibi habebat alia bona stabilia, & sequuntur locũ, vbi sunt, si vero ibi nõ erant perpetuo permãsura, vt quia animo asportandi, vel ad tẽpus tãtum illa contulit, vel post delictum in fraudem; & tunc sequuntur personã, & ita videtur esse de mẽte Alex. *cons.*16. *n.*2. *li.*1. si recte intueatur, & ita Bal. *d. cons.*36. *n.*2. *lib.*4. & *cons.*341. *eod. li.*4. & melius idẽ Alex. *cons.*31. *n.*6. *li.*1. dum hanc di-
13 stinctionem facit in creditis. † Ampliã in tantũ vniuersalem confiscationem cõprehendere bona omnia damnati, etiam in diuerso territorio existentia, quando deportato æquiparatur, & est idẽ dominus amborum territoriorum, vt etiam iudex, qui cõfiscauit, possit requirere aliũ iudicem ad confiscandum. Bald. *d. cons.*36. *n.*3.
14 *ver. super secundo, li.*4. & duplicatur *cons.*341 *li.*4. † Amplia; quia cõfiscatio generalis omniũ bonorum facta in casu iuris communis cõprehendit omnia bona, etiã extra territorium confiscantis, se cun-
* dum * cõmunem, de qua Clar. §. *fi. q.*78. *n.*27. *ver. sed hic quæro.* alle-
* gat Rom. *Singul.*272. *Licet magna*, attestantẽ communem * canoni-
15 stam, & Legistarum opinionem. † Et isto casu bona confiscata pertinẽt illi fisco, in cuius territorio sunt sita, & ideo si sunt domi-
* ni diuersi, vnusquisq; capiet bona sui territorii, & est cõmunis * o-
* pinio. Brun. *cons.*31. *feudali, n.*15, & magis * communem dicit Rolan.
* a Valle *cons.*78. *n.*14. *li.*2. quos citat de communi * attestando Clar.
16 *d.* §. *fi. q.*78. *n.*27. † Restringe quando confiscatio fieret non de iure communi, sed de iure statutario; quia tunc non cõprehendit, nisi bona in loco statuentium quando statutum simpliciter confiscat
17 omnia bona. Ant. de Butr. *cons.*58. *n.*4. & *cons.*61. *n.*2. † Et procedit restrictio, etiam si confiscans esset dominus aliorum locorum, in quibus passus confiscationem, haberet bona; quia non veniunt in tali confiscatione bona extra illud territorium. Clar. *d.* §. *fi. q.*78. al-
* legat Boss. *de bono. public. n.*26. attestantẽ de * communi, & Cephal.
18 *cons.*79. *n.*13. † Contrariũ dicit Clar. & male, quando dominus cõfiscans est dominus aliorum locorum, & licet nihil alleget; tamen tuetur suam opinionem in obseruantia Mediolani, quę nihil releuat, & potest esse vera, quando extaret Mediolani cõstitutio generalis, quæ habetur pro iure cõmuni in toto statu bona cõfiscantis, secus si vigore statuti fieret confiscatio; quia statutum Mediolani non operatur in aliis locis status, nisi essemus in statuto Ciuitatis
19 dominantis, & ita declarat Chassan. *consuet. Burgund. fol.*95. *n.*18. Vide, *Statutũ Ciuitatis dominantis dicitur ius cõmune, & extenditur ad castra & loca subiecta, & quando secus. Concl.*542. † Declara; quia si confiscatio fiat ex forma statutorum de bonis stabilibus, certum est, q̃ nõ veniunt bona extra territoriũ statuentis; si vero fiat de bonis mobilibus, vel actionibus; tunc etiam bona extra territorium veniũt
* confiscata in loco confiscationis, secundum * magis communem, Carau. *super ritu magnæ Curiæ*132. *n.*3. vbi, quod Bald. hanc tenet in *l.*
20 *mercatores, C. de commer. & mercat. in prin.* magis approbatur. † Contrarium tenet idem Bal. in *c.*1. *in princ. n.*6. *de pace tenen.* & Clar. *d.* §. *fi. q.*78. *n.*27 *in fi.* dicit, quod nunquam vidit seruari, & quod seruetur contrarium, dicit apostilla ad Alex. *cons.*19. *n.*9. *lib.*6. *in ver. mobi-*
21 *lia.* & dicit latius dixisse in *consuet. Paris.* §.145. † Declara; quia procedit in confiscatione, quando bona mobilia sunt extra territorium statuentis, & bona ipsa sunt in iurisdictione eiusdem Principis; quia cum sint accessoria ad personam condemnatam, confiscantur in loco, vbi fit cõfiscatio; si vero sunt extra iurisdictionem, non fit confiscatio eidem confiscanti; quia non habet exequutionem, sic arguit Chassan *in consuet. Burgun. fol.*94. *n.*8. *ver. moueor.* vbi, quod sicut hæres succedit per repræsentationem; ita fiscus per extinctionem personæ, sed requiritur ministerium iudicis, & licet
22 loquatur in stabilibus; tamen est idem in mobilibus. † Vide Ant. de Butr. *cons.*58. *n.*3. *ver. tamen semper. & per totum*, vbi, quod licet statutum non possit confiscare bona extra territorium statuentium, vt applicentur fisco statuentium; tamen potest delinquentem omnibus bonis spoliare, & spoliatus sic potest dominus domicilii, & bonorum exequendo priuare condemnatum bonis; & ideo si statutum confiscat omnia bona delinquentis vbique existentia, iudex delicti habet partem in suo territorio, & iudex originis reli-
23 qua in suo territorio, & idem repetit *cons.*61. *in princ.* vbi latius. † Et idem dicit, quando idem statutum puniens, puta sodomitam, vel alias delinquentem, in pœnam mortis, & confiscationem bonorũ, esset in loco delicti, & in loco originis; quia potest in vtroque loco videlicet commissi delicti, & originis, puniri in eadem confiscatione, ita Bart. in *l. cunctos populos, col. fi. n.*51. & *seq. ver. hoc præmisso*, C.
* *de summa Trinit.* cuius opinionem * communem dicit Boss. *tit. de bonorum publicatione, n.*62. & plures citat apostil. vlt. ad Ant. de Butr. *d.*
24 *cons.*58. † Amplia; quia confiscatio facta in vno territorio cõprehendit etiam credita, quæ inter mobilia computantur, quando nõ habet condemnatus, nisi mobilia; quia necessario personæ cohærent credita prædicta. Alex. *d. cons.*31. *n.*6. *li.*1. † Restringe, quando 25
credita condemnati essent respectu rei immobilis; quia tunc inter immobilia computantur, Alex *d. cons.*31. *num.*6. *li.*1. latissime Tiraquel. §. 1. *glo* 7. *titul. de retract.* † Declara; quia si is, cuius bona sunt 26
confiscata vniuersaliter, habet bona in diuersis territoriis, & credita, & debita in diuersis locis, & territoriis diuisio debitorũ debet fieri pro rata bonorũ confiscatorum, vt plus soluat, qui plura bona habet; quia licet bona sint in diuersis territoriis; tamen est vnicum patrimonium, obnoxium creditoribus, ideo fit concursus pro rata, Alex. *cons.*31. *col. fi. n.*9. *li.*1. vbi ponit plura exempla, & apostilla recitat super hoc opiniones. † Si vero is, cuius bona sunt cõ- 27
fiscata Florentiæ, habet creditum extra territorium Florentiæ non applicatur tale creditum fisco Florentiæ, ita Castr. *cons.*320. *n.*3. *li.*1. *ver. Patet igitur. & nu.*2. *col.*1. *in fi.* dicit, quod applicetur illi, in cuius territorio est creditum, ita quod si Comes est debitor, applicatur Comiti. † Vide opinionem subtilem Franc. Aret. *cons.*10. *Casus talis* 28
est per totum, vbi, quod si A. Ferrariensis habens bona in territorio Bononiensi, tunc diuersæ iurisdictionis, illa concessit ad perpetuũ censum, & vsum alteri Ferrariensi pro annua præstatione perpetuo soluenda Ferrariæ, & confiscatio fiat Ferrariæ de omnib. bonis A. Ferrariensis, venit in confiscatione Ferrariæ, præstatio census perpetua, quæ fit pro bonis Bononiæ; quia dicit, quod ista solutio destinata perpetuo Ferrariæ pro bonis extra iurisdictionem, dicitur quoddam ius immobile, abstractum, & consideratum de per se, allegat Bal. in *l. Iubemus, in princ. C. de Sacrosan. Eccles.* maxime, quãdo solutio fit in recognitionẽ dominii, & non habito respectu ad fructus bonorũ: & dicit, q̃ censetur esse in territorio Ferrariæ, ꝓpter destinatam solutionem perpetuam: & allegat pro vtraque, & hãc tuetur, & tollit contraria: & certe magna est extensio, q̃ per indirectum bona stabilia extra territorium, per indirectum confiscatur in alio territorio diuersæ iurisdictionis. † Amplia; quia si bona 29
confiscantur de iure communi, confiscatio fit ad commoditatem domini vtilis, ideo feudatario fit confiscatio, non autem domino directo. Crau. *cons.*128. *in princ.* vbi late hoc demonstrat, licet dominus supremus confiscauerit. Vide, *Feudatarius est vtilis dominus, &* ✠
*ad eum spectant vtilitates feudi. Concluſ.*208. † Extende; quia confis- 30
catio fit illi domino, sub cuius iurisdictione sunt bona, ideo feudatarius capiet bona confiscata in suo territorio, etiam si confiscatio fiat per dominum directum, Crauet. *consil.*128 *in princip.* vbi, quod procedit, etiam si confiscatio fiat ob læsam maiestatem diuinã, & in consequentiam humanam; secus si principaliter lædatur humana maiestas domini directi, quia tunc illi fit cõfiscatio. † Ex- 31
tende, vt quod dicitur de bonis confiscatis, vt spectent ad feudatarium, non autem ad dominium directum, procedat, etiam si cõfiscatio sit facta ante concessionem feudi, sed non exequuta; quia concesso feudo talis confiscatio erit feudatarii, Crau. *cons.*128. *n.*5. & Bald. *cons.*306. & 307. & 419. *lib.*4. † Extende, vt procedat etiam 32
in bonis clerici confiscatis; quia spectat confiscatio ad dominum feudatarium, sub cuius iurisdictione sita sunt bona. Crauet. *d. cons.*128. *num.*6. † Extende, etiam si confiscatio fiat ob crimen læsæ 33
maiestatis diuinæ, & sic hæresis; Crau. *d. cons.*128. *nu.*6. *ver. nec obstat.*
† Restringe, quando esset crimen læsæ maiestatis humanæ in per- 34
sonam directi domini; quia tunc applicatio fit domino directo, quando in eum principaliter est commissum delictum, Crauet. *d. cons.*128. *n.*7. Vide, *Confiscatio bonorum in crimine læsæ maiestatis quali-* ✠
*ter, & cui fiat. Concluſ.*726. † Amplia; quia confiscatio omnium 35
bonorum damnati ad mortem facta comprehendit legitimam ipsius damnati extrahendam ex fideicommisso, necnon alia bona acquisita, & spectantia libere ad damnatum. Baldus *cons.*6. *Factum super quo consilium, num.*1. *lib.*4. † Limita; quia si confiscatio fiat iure 36
speciali statutario, ea se non extendit ad bona alibi sita, Castr. *cons.*320. *Primum quæsitum, col.*2. *ver. Breuiter licet ista. lib.*1. & *num.*3. vbi late Io. de Imol. *cons.*35. *num.*23. *in fin. ver. Item aduertendum. cum sequent.* vbi; quod licet fiat de omnibus bonis, ministerio iuris restringitur, & dicitur particularis. † Limita, etiam si confiscatio fieret de 37
iure communi vniuersaliter, quando fit in contumaciam; quia non habet locum in alieno territorio, Castrens. *d. consil.*320. *numer.*3. *ver. dico etiam lib.*1. † Limita; quia confiscatio vniuersalis con- 38
demnati, qui deportato æquiparatur, non comprehendit etiam bona eiusdem territorii acquisita seu obuenta damnato post confiscationem, Bald. *cons.*24. *per totum, lib.*4. vbi; quod neq; fideicommissum conditionale, neq; ius cohærens personæ banniti ex quacunque causa etiam in crimine læsæ maiestatis cadit in cõfiscationem, quando tẽpore confiscationis non erant quæsita, & sic fiscus

non succedit. Dec. *consil.* 438. *Accurate. num.* 7. *& sequ.* Vide plenius Conclusionem proximam præcedentem, *numer.* 66. *& multis seqq.*

39 † Extende; quia ius adeundi non transit in fiscum: ideo si hæreditas est delata ei, cuius bona confiscantur, non potest fiscus adire

40 pro eo Dec. *cons.* 438. *num.* 5. vbi apostilla. † Limita, quando confiscantur omnia bona, & damnatus habet bona extra iurisdictionem, quæ non est eiusdem Principis: quia ad bona non supposita non extenditur confiscatio vniuersaliter facta, Bald. *consil.* 24. *Factū*

41 *tale est, libr.* 4. *in princ.* † Declara limitationem: quia si confiscatio fit in vno loco de iure speciali, puta Bononiæ vigore statuti, nō extenditur extra territorium ad ciuitatem Mutinæ: si vero confiscatio fit de iure ciuili vniuersali, vtique extenditur vbique, sed fiscus cuiusque territorii capiet bona sui proprii territorii. Alex. *consil.* 31. *Viso titulo, num.* 3. *lib.* 1. Castr. *cons.* 320. *colum.* 2. *vers. breuiter, libr.* 1. Io. de Imo. *consi.* 35. *nume.* 23. *in fin. vers. Item aduertendum.* Areti. *tract. malefic.*

42 *ver. & eius bona publicamus. colum.* 1. Guido Papæ. *decis.* 341. † Siautē confiscatio est generalis, quilibet fiscus capit bona condemnati in

43 suo territorio. Alex. *consil.* 31. *Viso titulo, libr.* 1. *in prime.* † Extende; quia etiam quilibet fiscus exigit debita, & soluit in suo territorio exemplo duorū tutorum, quasi vnusquisque succedat pro parte.

44 Alex. *d. cons.* 31. *in princ. libr.* † Declara, & distingue; quia inter eos non est ius accrescendi, adeo quod si vnus fiscus non apprehendat bona confiscata sui territorii, non accrescunt alteri fisco. Alexand. *d. consi.* 31. *in princ. lib.* 1.

Confiscatio bonorum Clerici ad quem pertineat & fiat. Concluſ. 721.

1 CONFISCATIO † bonorum clerici facta, si sunt bona mobilia, vel alias immobilia; tamen intuitu Ecclesiæ acquisita, ob eletici delictum spectant ad Episcopum, vel Ecclesiam. Oldra. *cons.* 17. *in princ.* quia mobilia sequuntur personam, & etiam immobilia, quæ habet tanquam clericus, vt ibi, maxime *num.* 20. *colum.*

2 5. *ver. sed certe.* † Contrarium, quod in Francia, si bona clerici cōfiscantur mobilia, confiscantur Episcopo, immobilia vero confiscantur Regi, attestatur Clar. § *fi. qu.* 78. *num.* 1. *in fi.* vbi allegat Boer. *super consuet. Bituricens. fol.* 20. *colum.* 3. Papo. *lib.* 24. *titul.* 13. *Arresto* 3. *vide*

3 *infra in fi.* † Amplia, vt etiam Episcopo applicentur patrimonialia clerici, quando confiscatio fieret pro crimine Ecclesiastico. Oldrad. *d. consi.* 17. *colum.* 2. *num.* 9. *ver. & ideo.* † Amplia, quod bona

4 clericorum confiscata applicantur Ecclesiis, quando alicui Ecclesiæ inseruiunt. Oldrad. *consil.* 17. *num.* 10. *ver. item aduertendum, colum.*

5 2. † Limita in bonis immobilibus, & patrimonialibus clericorum; quia si confiscantur per Episcopum ob delictum clerici, spectant ad dominos temporales, sub cuius territorio sita sunt bona. Oldrad. *cons.* 17. *in princ.* qui ita loquitur propter consuetudinem, non quia sit de iure cōmuni, vbi idem de bonis feudalibus, & emphyteuticis, vt reuertantur ad dominū directum, vel vt dicit Boer. *decis.* 264. *numer.* 4. illud est quoad multos Episcopos, & Abbates, quibus Rex ex largitione & liberali concessione donauit territo-

6 tium sic limitatum. † Limita in bonis feudalibus seu emphyteuticis clerico concessis: quia facta confiscatione reuertuntur ad do-

7 minum directum. Oldrad. *d. consi.* 17. *in princ.* † Extende; quia licet emphyteutica bona laici confiscentur, non tamen bona emphyteutica Ecclesiæ cadunt in confiscatione bonorum vacantiū, sed vtile dominium cum directo consolidatur fauore Ecclesiæ, plene Ægid. Bellam. *cons.* 23. *per totum*, maxime *nu.* 7. imo tenet absolute, quod quando fiscus succedit ad bona vacantia non sit successio vniuersalis, & non succedat in re communi, neque emphy-

8 teutica laici, vel Ecclesiæ. † Limita in Gallia de consuetudine: quia omnia bona clericorum immobilia applicantur dominis tēporalibus, & mobilia tantum Episcopo. & Ecclesiæ. Oldrad. *consil.*

9 17. *in* 1. *colum. ver. rursus*, vbi dicit consuetudinem valere. † Limita, quod pœna clerici frangentis pacem applicatur domino temporali, licet per Episcopum fuerit condemnatus. Oldrad. *consil.* 17.

10 *num.* 8. *ver. hoc idem.* & mouetur propter consuetudinem. † Limita in crimine hæresis: quia bona confiscata spectant infra annū ad dominum temporalem, post annum ad Ecclesiam. Oldrad. *consil.* 17. *num.* 8. *ver. item hoc probant. & num.* 9. vbi videtur velle, quod in omnibus criminalibus non Ecclesiasticis confiscatio facta contra clericum, spectet ad iudicem secularem, seu dominum temporalē infra annum, & idem dicit in fine consilii. *num.* 22. *vers. item videmus.*

11 † Limita, quod omnis confiscatio & condemnatio facta contra clericum ob aliud crimen, quod non sit Ecclesiasticum, bona confiscata infra annum spectant domino temporali, secundum Oldr. *d. cons.* 17. *num.* 9. vbi vult esse speciale, quod spectet ad Episcopum, quando ex delicto Ecclesiastico proueniret, & ius commune in a-

liis esse contrarium, loquitur de consuetudine Franciæ. † Declara; quia dictæ limitationes datæ per Oldrad. sunt; quia ipse supponit in Francia ita seruari; & quia ipse est in opinione, quod Episcopus non habet territoriū, ideo de iure non sunt veræ, & non procedunt, nisi de facto; quia clarum est, quod Episcopus habet diœcesim, quæ sibi pro territorio assignatur. Ruin. *cons.* 22. *num.* 5. *li.* 1. & habet fiscum & familiam armatam secundum veram, & communem * opinionem, & de qua in *vers. Episcopus habet territorium.* * *Concl.* 253. Vide conclusionem proximam sequentem. 12

Confiscationem bonorum an habeat Episcopus. Concluſ. 722.

EPISCOPVS † non potest confiscare; quia non habet ter- 1
ritorium, ideo seculares exequuntur sententias Episcopi. Boer. *decis.* 264. *num.* 3. † Contrarium, quod imo de consuetudine 2
Episcopi habent fiscum, & possunt pecuniarias pœnas imponere clericis, & aliis de suo foro, tenet Clar. in §. *fi. qu.* 80. *num.* 5. *ver. in hac autem materia, & qu.* 78. *num.* 6. vbi relatiue loquitur, & est communis * opinio. Feli. in *c. irrefragabili. de offi. ord. in* §. *cæterum, nu.* 11. *versi.* * *quarta conclusio.* vbi, quod ita seruatur. Couarru. *variar. lib.* 2. *capit.* 9. *num.* 11. vbi de * communi. Rota in *antiqu. decis.* 7. *de testam.* quæ di- *
cit, quod fiscus Episcopi succedit clerico, non autem fiscus secularis. † Et quod Episcopus habeat fiscum, Diaz. in *praxi criminali.* 3
cap. 124. Butr. Imol. & alii, post glos. in *cap. quia. versic. præter. de conces. præben.* & alii, quos citat Feli. vbi supra. † Declara; quia de iure E- 4
piscopi pro se non habent fiscum, sed debent pœnas, & confiscationes applicare Cameræ Apostolicæ, vel saltem locis piis, licet non seruetur, vt per Clar. § *fi. qu.* 80. *num.* 5. *ver. in hac, circa si.* vbi plures allegat. Feli. in *d. ca. irrefragabili,* §. *cæterum. num.* 11. *de offi. ordin.* vbi limitat, nisi Episcopus indigeat pro se, vel nisi pœna imponatur à lege vel statuto; quia Episcopus retinet pro se, sequitur Couarr. *variarum resolutio. lib.* 2. *cap.* 9. *nume.* 11. vbi * de communi. † Re- *
stringe, nisi habeant territorium ex concessione principis secula- 5
ris, prout in Francia multi Episcopi, & Abbates ex concessione Regis. Boer. *d. decis.* 264. *num.* 4. † Restringe, nisi in spiritualibus, 6
quia habent diœcesim loco territorii, & exequuntur sententias suas, & quoad clericos, Felin. *d. ca. irrefragabili.* † Restringe in cri- 7
mine hæresis quia de consuetudine fit confiscatio, & exequutio per Episcopum, & inquisitores. Boer. *d. decis.* 264. *num.* 5. Vide, *Ecclesia quas pœnas imponat, & de multiplicibus pœnis. Concl.* 17. Vide, *Episcopus habet territorium, cui cohæret iurisdictio. Concl.* 253.

Confiscatio bonorum vxoris, & dotis quibus casibus fiat, vel non. Con l. 723.

BONA † vxoris confiscantur quinque casibus, de quibus in 1
l. quinque legibus. ff. de bon. damnat. refert Floria. de sancto Petro in *l. quæst. mulier primo viduata, colum.* 2. *ver. item nec publicabuntur.* † Am- 2
plia; quia dos mulieris delinquentis saluo matrimonio confiscatur sine dubio. Clar. § *fi. q.* 78. *n.* 15. vbi dicit * communem. † Re- *
stringe, si mulier delinquat constante matrimonio: quia non pu- 3
blicatur, nisi in quinque casibus. Clar. *d.* § *fi. q.* 78. *num.* 15. vbi, quod in illis quinque casibus confiscatur dos cum aliis bonis mulieris nuptæ, & dicit * communem, allegat Bossi. *de public. bonorum, num.* * 73. & alios † Restringe; quia dos nunquam confiscatur propter 4
delictum mariti, etiam si sit rebellis, etiam si vxor eum sequatur, sed statim mulier potest dotem repetere, quod dicit notandum Clar. *d.* § *fi. qu.* 78. *num.* 15. *in fin.* † Amplia; quia licet confiscatio 5
bonorum vxoris, videlicet dotis, fiat ob delictum mariti in causa primipilari, *l.* 2. *C. de primipil.* Ant. de Butr. *cons.* 61. *num.* 3. † Regula 6
tamen est in contrarium, quod dos, & bona vxoris pro delicto mariti etiam in crimine læsæ maiestatis non confiscantur. Ant. de Butr. *cons.* 61. *num.* 3.

Confiscatio bonorum expressa, vel tacita in quo differant. Concl. 724.

CONFISCATIO † dicitur expressa, quando lex, vel statutum 1
imponit delinquenti pœnam mortis, & confiscationis bonorum: quando vero lex, vel statutum imponit pœnam mortis de iure antiquo veniebat etiam confiscatio in consequentiam, vnde *auth. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* decreuit confiscationem in consequentiam amplius non venire in duobus casibus. Clar. *in praxi crimin.* § *fi. qu.* 78. Vide supra *Concluſ.* 713. *versic. Confiscatio, & Concluſ.* 714. *ver. extende.* † Et quando lex imponit pœnam con- 2
fiscationis bonorum ipso iure, potest procedi etiam post mortem delin-

* delinquentis contra hæredes, secundum cõmunem, * vt restituat hæres etiam fructus, etiam si viuente delinquente non sit sequuta * declaratio. Clar. in §. *fi.q.51.n.14.ver. sciau.* vbi dicit communem, * licet Mediolani dicat requiri declarationem viuente delinquente.

3 † Alio modo confiscatio per sententiã fit à iudice expresse, vel in consequentiam: expresse, quando dicit, *condemnamus in pœnam capitis, vt moriatur, & in pœnam confiscationis omniũ bonorum:* & isto casu sententia operatur, etiam si de iure pro illo delicto non adesset cõfiscatio; quando vero dicit, *condemnamus in pœnam capitis, vt moriatur cũ confiscatione bonorum:* tunc pœna cõfiscationis dicitur in cõsequentiam venire, ita vt si de iure cõmuni vel statuto non esset imposita confiscatio, sententia non operatur, nisi in quantum ius disponit.

* Arminen. ad Ang. *de Malefi. in ver. eius bona publicamus,* vbi dicit * cõmunem. Ruin. *cons.* 114. *n.* 5. *li.* 4. Clar. in §. *fi. q.* 94. *n.* 7. *ver. sed pone.* Vide, *Dictio,* cum *coniungit. & quid significet. Concl.* 258. † Differentia est; quia si condemnatus in contumaciam in pœnam capitis, & confiscationem bonorum post annum compareat, & absoluatur quo ad innocentiam, non recuperat bona, secus quando confiscatio & in consequentiam venit. Clar. *d.* §. *fi. q.* 94. *n.* 7. & *q.* 44. *n.* 3. & *seq. ver. facta autem huiusmodi descriptione. & num.* 5. *ver. dixi. cum seq.* † Item; quia si moritur, extinguitur pœna corporalis, & cõfiscatio in cõsequentiam: secus si confiscatio sit principaliter facta. Clar. *d.* §. *fin. q.* 94. *n.* 67. *ver. sed pone,* vbi dicit * cõmunem. † Item; quia si confiscatio venit principaliter, põt fieri etiam quod reus amplius non possit pœna vltimi supplicij cõdemnari, vt quia pendente iudicio moritur; 7 secus si in consequentiam. Cæpol. *cons.* 17. *criminali, num.* 36. † Item; quia si fiat cõfiscatio bonorum patris principaliter, nõ reseruatur 8 legitima filiis: secus si in consequentiã. Castr. *cõs.* 171. *col. fi. li.* 1. † Imo dicit Clar. *d. q.* 44. *n.* 5. *ver. quinimo.* quod si reus cõdemnatus admittitur ad nouas defensiones post annũ, & constitutus ceperit probare innocentiam, & moretur, quod nõ recuperat bona, etiã si hæres velit docere plene de innocentia: tamen ibi dicit vnum verbum Clar. quod tuta cõscientia princeps non põt retinere talia bona.

Confiscatio quibus casibus non fiat fisco, sed parti læsæ. Concl. 725.

1 SOCIVS, qui † promisit cum iuramento pacifice, & quiete ac fraterna charitate socium tractare, si illum interficiat ex primo vulnere, omnia eius bona ipso iure sunt applicata hæredibus socii interfecti non autem fisco. Riminald. Iun. *cons.* 124. *Circa primum, li.* 2. *n.* 52. vbi dicit notabile. † Amplia per eandem rationem in aliis casibus, in quibus militet par ratio, vt si tutor interficiat pupillum, 3 curator adultum, idem procedat. † Amplia, quia homicidæ interficientis clericum Ecclesiæ deseruientem bona cõfiscantur, & ap- 4 plicantur Ecclesiæ, Feli. in *c. postulasti, num.* 5. *de Iudic.* † Amplia; quia bona raptoris mulieris non confiscantur, sed applicantur mulieri raptæ, *l. vnica* §. *& siquidem, C. de rapt. virg.* Vide plenius, *Pœna cui applicari debeat. Concl.* 240.

Confiscatio bonorum in crimine læsæ maiestatis cui fiat Concluſ. 726.

1 CONFISCATIO † bonorum in crimine læsæ maiestatis regulariter fit supremo Principi offenso etiam de bonis sitis in ter- * ritorio feudatarii, & subditi, * cõmunem dicit Rolan. à Valle *cons.* 78. *n.* 21. *& seq. lib.* 2. & hæc est secunda opinio, quam recitat Ægid. 2 *cons.* 15. *col.* 2. *ver. Secunda opinio.* † Contraria opinio, quod imo feudatario fiat confiscatio de iis, quæ sunt in territorio feudatarii, tenet Ægid. *d. cons.* 15. *in princ.* quia feudatarius ius suum perdere non debet ex alieno delicto, & ponit multa similia de peculio serui & filiifamilias, quia facta confiscatione dominus, & pater non priua- 3 tur. † Tertia opinio fuit, quod durante vita delinquentis dominus supremus percipiet fructus, postea vero secus. Ægid. *d. consi.* 15. 4 *n.* 2. *ver. Tertia opinio.* † Quarta opinio, quod vtile dominium transeat in principem supremũ offensum, directũ vero remaneat feu- 5 datario. Ægi. *d. cons.* 15. *n.* 2. *ver. Quarta opinio* † Declara hãc quartã opinionem: quia nõ expedit feudatario habere dominũ suũ sibi vasallum, & ideo ipse dominus vendere tenetur vtile dominiũ habi- 6 li, vel res tota venditur, & diuiditur pretiũ. Ægid. *d. cõs.* 15. *n.* 3. † Declara; qui prima opinio procedit, quãdo crimen est læsæ maiestatis verum, & propriũ in personã principis, vel consiliariorũ assistentiũ, alias non, ita plene Ægid. *d. cõs.* 15. *n.* 10. *ver. quarto quæritur.* vbi, quod est speciale in casu isto propter offensam directam in Principem, 7 vsque in fin. † In secundo capite applicatur domino immediato, & probat ratione; quia si sententia adimit bona sine confiscatione, certe vniri debent immediato domino, si confiscantur, debent confiscari fisco immediato: maxime quia non citato domino immediato sententia esset nulla, nec potest dici alienatio necessaria quoad dominum immediatum, qui nihil deliquit, Ægid. *cons.* 15. *n.* 10. *& seq. ver. tertio, ratione probatur, & per totum.* Vide, *Feudatarius est vtilis dominus, & ad eum spectat vtilitas. Concl.* 208.

Confiscatis bonis ad quæ onera teneatur fiscus. Concluſ. 727.

FISCVS † facta confiscatione bonorum delinquentis tenetur 1 ad omnia debita delinquentis: quia licet fiscus non sit proprie hæres eius, cuius bona sunt confiscata, vt per glos. & Doct. in *l. inter eos, in fin. ff. de fideiuss.* Bald. in *l. fin. in vltim. col. C. de contrahen. emptio.* tamen ad eius debita tenetur, vsque ad quantitatem bonorum confiscatorum, *l. si marito. ff. sol. matr. l.* 2. *C. eod. titul. l. fin. C. de senten. passis.* † Extende; quia tenetur satisfacere creditoribus eius, cuius bona 2 sunt confiscata, non obstante edicto DD. nouem Florentiæ, quod omnes reneantur comparere infra certum tempus; quia ex illo edicto non perdunt iura sua, nisi sequuta declaratione per quam imponitur post lapsum termini perpetuum silentium, ita disponẽte Florentiæ lege anni 1549. *verſic. ne quali bandi, &c.* quia vt dicit glo. in *l.* 1. *C. de compens. in ver. statio.* si fiscus succedens bannito est debitor, & creditor tertii, fit compensatio ipso iure, ad euitandam pœnam amissionis iuris, etiam quod nihil sit oppositum in termino statutario, Alciat. de communi * *consil.* 11. *tom.* 2. *lib.* 6. *nume.* 2. & * *inſ. num.* 9. † Amplia; quia fiscus tenetur ad satisfaciendum cre- 3 ditoribus alterius territorii, quando non adsunt alia bona, nisi cõfiscata, & sic in subsidium. Clar. § *fi. quæſt.* 78. *numer.* 28. *ver. sed quæro.* † Restringe; quia non tenetur fiscus satisfacere creditoribus al- 4 terius territorii, quando adsunt alia bona, in quibus potest satisfieri: quia alias de facili fiscus eluderetur. Clar. *d.* §. *fin. qu.* 78. *nu.* 28. vbi dicit * communem. † Restringe; quia quando creditor est * 5 ratione pœnæ, prout fiscus, & non adessent tot bona, præfertur fiscus priuato, quoad pœnas: secus si priuatus ageret ad interesse, vel ex contractu, Clar. § *fin. quæst.* 78. *numer.* 31. vbi de * communi. † Declara; quia si Princeps vel fiscus confiscans esset creditor de- 6 linquentis ante confiscationem, facta confiscatione, si bona confiscata sufficiunt pro credito, censetur sibi satisfecisse, & non potest velle retinere bona confiscata ex confiscatione, & tanquam creditor ex contractu agere contra alia bona, quæ habet delinquens extra iurisdictionem confiscantis. Castrens. *consil.* 209. *Circa primum, lib.* 2. *per totum,* vbi, quod si tenetur aliis satisfacere; ergo & sibi. † Rationem declarationis affert idem Castr. *cons.* 390. *Licet il-* 7 *li, libr.* 2. quia licet creditores contrahentes, & habentes obligata bona omnia debitoris cõtraxerint respectu patrimonii debitoris, quod est obligatum, tamen ordine successiuo intelligitur, vt primo bona loci obligationis, & si non sufficiunt, in subsidium, bona alieni territorii sint obligata, & hæc ratio omnibus prædictis applicatur. † Amplia; quia restituit dotes vxori delinquentis, So- 8 ci. *cons.* 121. *Præmittenda est, nume.* 26. *ver. vostremo clare respondeo, libr.* 4. † Extende; quia fiscus tenetur satisfacere omnibus creditoribus, 9 vsq; advires bonorũ confiscatorum, *l. non possum ff. de iure fisci.* Vide supra *num.* 2. *& seq.* † Extende; quia tenetur iudex in causis credi- 10 torũ procedere summarie, & sine dilatione. Salycet. in *l. si quis, n.* 1. *C. de bon. proscrip.* Clar. §. *fi. q.* 78. *n.* 28. *insi. ver. sed quæro.* † Amplia; quia 11 imo fiscus si habuit bona confiscata banniti propter homicidium, non inconuenit, quod mater occisi in solatium amissi filii consequatur aliquã quantitatem pecuniarum ex bonis homicidæ. *auth. de mand. princ.* §. *deinde competens est.* de quo late per Grammat. *Voto vlt. n.* 10. & est tex. in *auth. vt ind. sine quoquo suſſr. ag.* §. *illud.* † Amplia; 12 quia fiscus tenetur ad legitimam filiorum in bonis confiscatis, quę est medietas loco tertiæ ex liberalirate principis; si vero sunt tres filii, est tota hæreditas, de medietate est tex. in *l. fi. C. de bonis proscrip.* de tota est tex. in *l. cum ratio, ff. de bon. damnat.* §. *si plures.* Ruin. *consil.* 8. *n.* 6. *lib.* 5. Ioseph. de Ludoui. *decis. Perusin.* 11. *n.* 27. & *seq.* vbi testatur, quod opinio Ruini est canonizata in statu Ecclesiæ in omnibus curiis, communem * dicit Farinac. *qu.* 24. *n.* 34. & *seq.* vbi plures ci- * tat, maxime *nu.* 37. ponitur ampliatio, allegat Roland. à Valle *cons.* 97. *n.* 32. *lib.* 2. Plot. *inter consilia criminalia cons.* 150. *n.* 87. Noniũ *consil.* 98. *nu.* 8. & *cons.* 105. *nu.* 12. Bonacoss. in *ver. confiscari nequeunt, tom.* 1. † Extendit ipse, etiam si ex lege, vel statuto particulari omnia bona 13 confiscantur: quia recipit interpretationem passiuam statutum, & lex noua, communem * Farinac. *d. q.* 24. *n.* 34. licet alleget tenentes * contrarium. † Item extendit à die publicationis bonorum, item 14 in filiis adoptatis. † Extende; quia tenetur dotare filias. Bonacoss. 15 in *suis Concluſ. criminal. ver. fiscus. tom.* 2. Clarus §. *fi. qu.* 78. *n.* 26. † Re- 16 stringe in filiis post confiscationem conceptis; item in bonis maternis; item in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ. Farina. *d. q.* 24. *nu.* 41. & *seq.* † Contrarium, quod confiscatis bonis non re- 17 seruetur legitima filiis; quia sicuti pater potest alienando titulo

onero-

oneroso priuare filios legitimas; ita etiam delinquendo. Card. Zabar. in *clem. 2. de re iud. n. 15. in 7. quæst.* vbi allegat Genzel. & alios, vbi apostil. dat concord. Cæpol. *cons. crimi. 17. nu. 41. ver. circa quartum.* Angel. Aret. *Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. interdum,* & hanc com-
*18 munem * dicit Mandell. *cons. 47. in fin.* † Declara; quia quando confiscatio bonorum fit principaliter, non reseruatur legitima filiis; secùs si incidenter, & in consequentiam. Castr. *cons. 171. col. fi. lib. 1.* Vide *Legitima an debeatur filiis, si bona patris confiscantur. Concluſ.* 19 189. † Declara, quod nõ reseruetur legitima filiis hodie in mul-
*tis locis tenet Clar. in *§. fi. q. 78. nu. 26.* licet dicat * communem in contrarium, & postea dicat reseruari legitimam, prout debet secũ-
*dum filios, & sic de iure * cõmuni. Vide Chassan. in *consuet. Burgund. fol. 88. nu. 6. & sequ.* vbi, quod non reseruatur, vel si reseruatur,
*prout de iure * communi, debet reseruari, & quod sit legitima
*secundum ius commune, communem * dicit Roland. à Valle
20 *cons. 97. n. 29. li. 2.* † Restringe in confiscatione bonorum maternorum; quia non reseruatur legitima, neque secundum priuilegiũ liberalitatis principis. Clar. in *pract. crimi. §. fi. qu. 78. num. 26. in fi.* vbi
** dicit cõmunem, & allegat *l. de bonis matris, C. de bonis proscript.* Ias.
Instit. de actio. in §. actiones. n. 66. & seq. vbi dicit * communem. Vide plene, *Confiscatio generalis seu vniuersalis quæ bona comprehendat, vel non. Concluſ. 719. num. 97. & seq.*

Confraternitates laicorũ an Ecclesiasticæ personæ. Concluſ. 728.

1 VIDE † in *ver. Beguinæ & fratres tertij ordinis an sint Ecclesiasticæ personæ. Concluſ. 32.* Vide, *Ecclesiasticæ personæ quæ sint, & gaudeant priuilegio fori. Concluſ. 27. & Concluſ. ibi seq.* Vide, *Fraternitates laicorum an sint locapia. Concluſ. 453.*

Confrontatio quando, & qualiter fiat. Concl. 729.

1 CONFRONTATIO † testium fit cum reo, quando aliquid
2 deponunt, quod est contrarium. Clar. in *§. fi. q. 45. n. 14.* † Item quando agitur de recognitione rei carcerati. Clar. *d. qu. 45. n. 14.* & dicit, quod tunc nõn solus reus est exhibendus testi, sed vna cum duobus aliis, qui sint eidem similes, vt possit fieri recognitio pro
3 veritate. Modus † autem confrontationis qualiter fiat, Vide, *Testes examinati sine citatione partis non probant. Concluſ. 163. n. 58. & seq.*

Confusio quid sit, & operetur. Concl. 730.

1 CONFVSVM † dicitur, quicquid est sine ordine, sed non è contra. glo. in *auth. de hæred. & Falcid. §. inordinatum. ver. confusum.*
2 quam sequitur Alberic. in *Dictionario. verſ. confusum.* † Et ideo ea, quæ Doctores dicunt sparsim sine ordine, generant confusionem. Abbas in *c. cum deputati, n. 14. de iudic.* vbi loquitur de Innoc. & plenius in *prœm. decretal. in princ. in secundo not.* vbi, quod ista confusio generat difficultatem, tam legentibus, quam etiam studentibus.

Congregationis appellatione quid veniat. Concl. 731.

1 CONGREGATIONIS † nomen est generale, & cõprehendit omnem congregationem, siue ad bonum, siue ad malum; ideo si extat statutum, quod non fiant adunantiæ, neque confœderationes, continentur omnia sub verbo congregationis. Baldus
2 *cons. 262. Decretum domini. li. 2.* † Adde, quod in puniendis congregationibus, & adunantiis prohibitis non omnis adunantia censetur prohibita, sed attenditur causa, & animus congregatorum. Bald.
3 *d. cons. 262. n. 2. ver. secundo præmittendum, lib. 2.* † Extende, quia si est prohibita adunantia, & congregatio hominum ad obuiandum conspirationibus, & congregati fuerint plures ad capiendũ bannitos de licentia, & postea quatuor ex congregatis fuerint ad faciendum damnum, vel explanari fossatum, isti non incurrunt pœnam adunantiæ. Bal. *cons. 319. Decreto Domini cauetur, lib. 2.* vbi, quod attenditur principalis intentio, & quia quatuor non faciunt mul-
4 titudinem. † Extende; quia est statutum, prout est Nursiæ, quod nullus audeat facere adunantiam sub certa pœna, contra bonum statum ciuitatis, non habet locum in eo, qui propter timorem inimicorum iuit associatus ad suum iter, vel ad sua negocia. Bal. *consil. 119. Statuto cauetur, lib. 5.* Vide, *Multitudo personarum ex quo numero verificetur. Concluſ. 427.*

Congruentia & conuenientia semper est attendenda. Concluſ. 732.

1 LEX † vel statutũ loquens de vno genere personarũ, & extendens dispositionẽ ad aliud genus personarum intelligi debet, habeat locum secundum ea, quæ congruunt & conueniunt personis, ad quas fit extensio. Gemin. *cons. 73. num. 10.* Vide, *Verba secundum naturam rei sunt intelligenda. Concluſ. 96.* Vide, *Verba generalia secundum conditionem personæ ad quam referuntur, sunt intelligenda Concluſ. 137.* † Sic etiam dicitur in imponenda pœna; quia pœna triremium 2
non posset imponi pupillo, vel mulieri, vel debilitato brachiis, ita quod non posset remigare, quia talis pœna non congruit, neque conuenit, ita in simili gloss. *in l. sciant cuncti, in verſic. moritur, C. de legit. hæred.* quæ dicit, quod si agitur de delicto, quod non potest puniri in minore, non potest puniri, etiam postquam deuenit ad ætatem perfectam, quam gl. esse communiter * approbatam, dicit *
Clar. *§. fi. quæst. 60. n. 5. ver. Sed numquid minor.* Vide, *Habilitas superueniens quando conualidat actum nullum, vel non. Concl. 6.* † Sic in dispositione, an aliquid sit acquisitum dignitati, an personæ, quando vtrum- 3
que exprimitur, quia inprimis attenditur congruentia, an res sit proportionata personæ, an potius dignitati, & secundum magis proportionabilem congruentiam determinatio fieri debet, plene Abb. *cons. 93. In quæstione, col. 2. in princ. ver. sed iis non obstantibus, per totum, libr. 2.* Vide, *Dignitati, vel officio, quando aliquid dicatur concessum. Concluſ. 434.* † Sic in substitutione facta per verba communia, quæ 4
possunt importare directam, & fideicommissariam, quia attenditur congruentia personæ, cui fit substitutio, quia si pupillus, censetur pupillaris, si pubes, censetur fideicommissaria, quia sic congruit personæ. Bart. *cons. 179. In negocio, lib. 2.* quod est Francisci Maffei de Eugubio, & idem est, quia conditiones appositæ declarant substitutionem secundum congruentiam conditionum. Bald. *cons. 36. Omnis substitutio, circa med. ver. si autem habet naturam, lib. 2.* † Sic in dis- 5
positione legis, vel statuti, quia verba sumuntur secundum materiam proportionabilem & congruentem, Cyn. *in l. quicunque, num. 11. C. de seruis fugit.* Alex. *cons. 135. Circa primum, num. 5. ver. tertia ratione, lib. 1.* Vide, *Masculinum concipit fœmininum, & quando secus. Concluſ. 101. & Concluſ. ibi proxima seq.*

Coniecturæ admittuntur in actu dubio, & contra præsumptionem. Concluſ. 733.

CONIECTVRÆ † attenduntur, & illis standum est in iis, quæ 1
tendunt ad declarationem animi, ideo statur coniecturis, an quis voluerit facere actum frustratorium, vt intret regula, *quod potuit, nolui, &c.* an potius actum validum, *si non valet, quod ago vt ago. &c.* Lap. *alleg. 89. n. 2. ver. Versus quod potui.* † Et pro coniecturis sufficit, 2
quod constat de ratione legis, vel disponentis, vt possimus extratione extendere, restringere, vel declarare. Alexand. *cons. 52. Circa hanc, nu. 18. & seq. lib. 4.* quod est Barbatiæ, vbi, quod est sempiterna memoria dignum; quia coniectura denotat quandum impropriete. Vide, *Confessio suspecta ex quibus conualidetur. Concluſ. 660.* † Am- 3
plia; quia coniecturæ iuncto iuramento, & in iis, quæ fiunt in secreto, & sunt difficilis probationis, probant, sicut præsuntiones. Mascard. *Concl. 405. Coniectura an probationem faciat, & vna tollit aliam.* Vide plenius, *Probatio per coniecturas, quando, & in quibus sufficiat, vel non. Concluſ. 795.*

Coniugatus, quis dicatur. Concluſ. 734.

CONIVGATVS † dicitur is, qui duxit vxorem, vel matrimo- 1
nium contraxit per verba de præsenti. Bal. *cons. 46. Constitutionibus domus, nu. 2. lib. 5.* † Limita in eo, qui solum contraxit sponsa- 2
lia de futuro, vel matrimonium per verba de futuro; quia non dicitur coniugatus. Bald. *cons. 46. n. 2. vsque in fi. lib. 5.*

Coniuncta persona quando agat pro coniuncta, & quibus casibus. Concluſ. 735.

CONIVNCTA † persona agit pro alia sine mandato, *l. licet, &* 1
l. sed & ea persona. ff. de procur. † Et istud est generale; quia con- 2
iuncti vsque ad quartum gradum dicuntur coniuncti, secundum * communem, & agere possunt existentes in tali gradu. Alex. *cons.* *
4. Videtur inspectis, col. 3. ver. circa primum, lib. 2. † Extende; quia con- 3
iunctus agit spolio pro coniuncta persona contra conductorem inferentem quæstionem dominii in re locata. Anchar. *cons. 205. In quæstione, n. 4.* † Extende etiam si sit fœmina coniuncta persona 4
infra quartum gradum, excluſa à statuto stante masculo absente; quia pro eo agere poterit. Alex. *d. cons. 4. colu. 3. nu. 3. ver. circa primum.* † Amplia; quia concurrentibus pluribus coniunctis ille admitti- 5
tur, qui proximior est. Alex. *cons. 26. Circa primum, in fi. lib. 1.* † Re- 6
stringe ampliationem, vt non procedat, quando essent tres fratres, & pro vno absente alter ageret contra alterum possidentem; quia melior est conditio possidentis. Alex. *cons. 26. in fi. lib. 1.* † Amplia; 7

quia

quia coniuncta persona absentis potest obtinere, quod ipse, vel alius deputetur curator bonis absentis coniuncti, qui curator poterit intentare omnes actiones tempore perituras, & quæ tendunt ad conseruanda bona absentis, & credita, ne præscribantur. Alex. 8 *cons. 4. col. 3. n. 4. & 5. ver. Vnde poterit, & alio suffragio, lib. 2.* † Extende; quia poterit etiam facere, quod creditores, quorum interest, comparent, & petant dari curatorem bonis, qui poterit exercere omnes actiones tempore perituras, & non perituras. Alexand. 9 *d. consil. 4. colum. 3. in fin. ver. 5. ver. habebit igitur, lib. 2.* † Amplia; quia coniuncta persona interueniens pro coniuncto, & promittens de rato, obligat coniunctum, pro quo cauit, si ratum habuit, ac si ipse fuisset præsens. Castr. in *l. sed & ea persona. ff. de procur.* Feli. in *c. nonnul-* 10 *li, §. sunt & alij. de rescript.* † Extende, vt procedat etiam in iis, quæ requirunt mandatum speciale, quando sequuta est ratificatio. Ias. 11 in *Lexigendi, in 4. fallen. C. de procur.* † Amplia; quia coniuncta persona dicitur, etiam si sit affinis. Feli. in *c. nonnulli, §. sunt, & alii, num. 58.* 12 *de reser.* † Limita in religioso; quia est mortuus mundo, & nō agit 13 pro coniuncto. Feder. de Sen. *cons. 287. in fi. ver. & licet alias.* † Contrarium, quod imo religiosus, & presbyter, qui nō potest esse procurator laici, coram iudice laico possit pro laico coniuncta persona agere. glo. & Doct. in *l. filiusfamil. §. veteran. ff. de procur.* Canon. in 14 *c. fi. de postul.* † Limita; quia si coniuncta persona, quæ posset agere, vel facere actum, facit vt procurator, & non sit, non valet actus. Feli. in *d. c. nonnulli, § sunt & alij. n. 54.* Rom. *cons. 446. primus propositæ, n. 6.* 15 *& per totum.* vbi apostilla plena in *ver. veriorem.* † Limita; quia coniuncta persona non dicitur habere mandatum, sed solum habet legitimationem personæ, cum cautione rati Felin. *d. cap. nonnulli, §. sunt & alij. nu. 54. ver. vnde est distinguendum de reser.* Bald. in *l. 1. nu. 5. C. de procur.* Alex. *cons. 47. In causa inter assertos, num. 2. lib. 7.* vbi dicit, quod tenetur cauere de rato, si opponatur exceptio, q̄ non habet mandatum, & hoc ante litem contestatam, & idem repetit *cons. 176. Visis narratis, in fi. lib. 7.* vbi, quod si non fuit oppositum ante litem cō- 16 testatam, iudicium procedit. † Limita; quia coniuncta persona pro coniuncta non potest constituere procuratorem, nisi post litē contestatam; secus post litem; prout idem est in simplici procuratore sine facultate alium constituendi, vel substituendi; quia non potest constituere, nisi lite contestata. Rom. *cons. 241. Spectabiles Do-* 17 *mini, n. 9. & seq. ver. vlt. aduertendum.* † Extende; quia in causis in quibus lis non contestatur, coniuncta persona non potest constituere procuratorem pro coniuncta, Roma. *d. cons. 241. nu. 10. ver. & si dica-* 18 *tur.* † Limita; quia filius etiam volens promittere de rato nō agit pro patre, nisi pater sit absens, sed si est præsens, requiritur consensus patris. Castr. in *l. si longius, §. 1. ff. de iudic. & in l. mutus §. is, qui ff. de* 19 *procur.* † Et præsumitur pater præsens, nisi probetur absentia. Bart. 20 Alex. & Ias. in *l. is potest. ff. de acquir. hared.* † Extende; quia non admittitur tanquam coniuncta persona, nisi caueat. Castr. *d. l. mutus, §. is,* 21 *qui ff. de procur. & in l. exigendi, C. eod.* glo. in *c. cum pridem, de pact.* † Et quando admittitur filius prō patre, debet agere nomine patris. 22 Abb. in *c. cum olim, num. 3. de testib.* † Extende in casu cōuerso; quia pater, & coniuncta persona in rebus filii, in quib. non habet vsumfructum, non potest constituere procuratorem ante litem contestatam; in rebus vero, in quibus habet vsumfructum, licet possit pro filio constituere procuratorem, etiam ante litem cōtestatam, secundum communem; tamen intelligitur filio consentiente, si est præsens, & supra infantiam. Rom. *d. cons. 241. nu. 9. vers. vltimo. aduertendum. & num. 10.* vbi in *ver. caterum credo*, dicit etiam, quod in re communi ratione societatis pater non constituit procuratorē pro 23 filio ante litem contestatam † Limita; quia coniuncta persona nō agit in iis, quæ requirunt speciale mandatum. Feli. in *c. nonnulli, §.* * *sunt & alij. n. 53. de reser.* vbi, quod * omnes ita tenent. Bald. in *l. exi-* *gendi, n. 2. C. de procur.* Castr. *cons. 298. Ad primum, in fi. lib. 2.* vbi, quod 24 non potest compromittere sub pœna. † Extende; quia non exigit coniunctus debita coniuncti, & soluens nō liberatur, Alexan. *cons. 4. Videtur inspectis, col. 3. n. 3. ver. Tamen, quia coniuncta, lib. 2.* vbi di- *25 cit * communem, & *cons. 37. Viso in princ. lib. 3.* † Declara; quia potest concludere in libello dari & solui coniuncto absenti, pro quo 26 agit. Alex. *d. cons. 4. n. 3. in fi. & n. 4. lib. 2.* † Extende; quia licet coniunctus pro coniuncto agere non possit, vt sibi soluatur: quia requiritur mandatum speciale; tamen si coniunctus, qui debet succedere, est absens diu, & ignoratur, vbi sit, potest coniunctus pro eo petere dari curatorem bonis talis absentis, & potest etiam obtinere se dari curatorem bonis coniuncti absentis. Alex. *d. cōs. 4. col.* *3. n. 4. & seq. ver. vnde poterit alio suffragio, lib. 2.* vbi, quod potest talis curator intentare omnes actiones tempore perituras; item omnes actiones, quæ tendunt ad conseruanda bona, ne præscribantur. 27 † Extende quia non petitur exequutio laudi, seu arbitramenti pro coniuncta persona, ita videtur velle Io. de Anania relatiue, licet aperte non dicat *cons. 16. n. 4. in fin.* † Restringe in iis, quæ sunt 28 modici præiudicii, quia etiam si mandatum speciale requiritur: tamen valent gesta à coniuncta persona cum promissione rati. Felin. *d. c. nonnulli, § sunt & alij, num. 53. in fi. de reser.* † Limita; quia coniun- 29 cta persona ante litem contestatam non potest substituere, & si substituat, nō valēt gesta à tali substituto: secus si substitueret post litē contestatā: quia tunc confunctus est effectus dominus litis, & potest substituere. Alex. *d. cons. 47. n. 2. lib. 7.* † Limita, quando vel- 30 let opponere se impetrationi, vel actui gesto pro persona coniuncta: quia non admittitur. Feli. *d. c. nonnulli. § sunt & alij, n. 55. in fin. ver. limita 4. de reser.* † Limita vndecim modis, in quibus coniunctus 31 non admittitur pro coniuncto, de quibus Alex. in *l. exigendi, in princip. C. de procur.* † Limita; quia gesta à coniuncta persona non præ- 32 iudicant, nisi rata habeantur. Feli. in *c. nonnulli, §. sunt & alij. n. 54. ver. item actus coniunctæ, de rescript.* & clarius *nu. 53. ver. & pro istis. vbi*, quod requiritur ratificatio. Bald. in *l. 1. C. de procur. n. 5.* Cast. *cons. 298. in fi. lib. 2.* Limita; quia in spiritualibus coniuncta persona non admit- 33 titur pro coniuncta. Feli. *d. c. nonnulli, §. sunt & alij, num. 53. de rescript.* † Limita; quia licet coniuncta persona possit pro coniuncta agere, 34 quando is pro quo agit, vel tuetur, est absens: secus tamen est, si est præsens, vel habetur pro præsente. Castr. *cons. 298. Ad primum, in fi. lib. 2.* † Limita in coniunctis coniunctione spirituali; quia non 35 admittuntur, nisi certis casibus. Feli. *d. c. nonnulli, § sunt & alij, nu. 55. de rescript.* † Limita in spuriis. Feli. vbi supra, *nu. 56.* † Limita, vt so- 36 li coniuncti admittantur, quando sunt in tali gradu, quod secun- 37 dum vsum ciuitatis appellantur coniuncti, & est arbitrarium. Feli. *d. c. nonnulli, § sunt & alij, num. 59. de rescript.* † Limita, quando con- 38 iuncta persona habet mandatum à coniuncto; quia tunc non potest agere, vt coniuncta persona, & idem est in marito pro vxore. Castr. in *l. maritus, C. de procur.* † Extende; quia non substinetur iu- 39 dicium, vel actus factus tanquam coniuncta persona, si velit dicere se habere mandatum: quia nō eo nomine egit. Castr. *cons. 341. & cons. 496.* † Extende; quia in casu conuerso si coniuncta perso- 40 na agit vt procurator, & non potest ostendere mandatum, nō substinetur iudicium, vt coniuncta persona; quia eo nomine nō egit. Bald. & Salycet. in *l. 1. C. de procur.* sequitur Ias. in *l. exigendi. colu. 4. C.* *eod.* vbi, quod debet attendi forma comparendi. † Extende; quia 41 nunquam coniuncta persona potest agere pro coniuncta, quæ se absentauit, quando dimisit absens procuratorem. Castr. in *l. cum prætor, ff. de iud.* vbi declarat hoc est verum, si procurator acceptauit. Vide, *Maritus in quibus habet mandatum ab vxore, vel non. Conclus. 95* ☞ † Coniunctæ personæ quæ dicantur, relinquitur arbitrio iudicis, 42 vt in *seq. Conclus. num. 2.*

Coniuncta bona, quæ, & quando dicantur. Conclus. 736.

BONA † coniuncta esse dicuntur, quando sunt simul iuncta, 1 ita quod vnum corpus efficiunt, Alex. *cōs. 32. Clarissime domine in princ. lib. 7.* vbi, quod non dicitur res coniuncta, licet afferret vtilitatem bonis separatis. † Coniunctæ personæ quæ dicantur ar- 2 bitrio iudicis relinquitur. Menoch. *de arbitr. casu 146.*

Coniunctus facta coniuncti scire præsumitur. Conclus.

VIDE Soci. *reg. 32. Coniunctus.* vbi limitat duobus modis. Vide, ☞ plene, *Consanguineus præsumitur. Conclus. 741.* Vide plenius, *Scientia quando præsumatur in consanguineo. Conclus. 63.* Vide Mascard. *Conclus. 407. Coniunctus an præsumatur.* vbi ampliat in minore, & limitat tribus modis. Vide eundem *Conclus. 413. Consanguineus.* vbi limitat vndecim modis.

Coniuncti re & verbis qualiter dicantur, & de multiplici coniunctione. 737.

VERBIS † dicuntur coniuncti legatarii, quando testator vsus 1 est verbo complexiuo, vt si dixit, *relinquo duab. filiabus meis* Bald. *cons. 174. Facinus vendidit. circa fi. ver. illud certum est, lib. 1.* † Item quan- 2 do pater legat Titio & Seio centū pro quolibet, quia dicūtur verbis tantū coniuncti. Alex. *cons. 55. Viso titulo, n. 3. lib. 2.* † Item, si insti- 3 tuat Titium & Seium in mille pro quolibet: quia dicuntur solum verbis cōiuncti. Alex. *d. cons. 55. n. 3. li. 2.* † Itē, si dicatur lego Titio & 4 Mæuio fundum pro dimidia cuilibet; quia ex quo non sunt pro diuiso datæ portiones, sed pro indiuiso, dicuntur verbis coniuncti. Castrens. *consil. 321. Visis, & ponderatis, colum. 2. ver. de dimidia, lib. 2.* † Declara; quia verbis coniuncti esse dicuntur, qui in eadem ora- 5 tione ponuntur, & sic vno sermone coniunguntur; sicuti econuerso disiuncti dicuntur, qui in diuersis orationibus ponuntur, & diuersis sermonibus separantur. Bart. *cons. 70. Pater fecit testamentum, colum. 3. post med. numer. 2. verfic. præterea, vt magis intelligatur, libr. 2.* † Item; quia si pater plures filios, videlicet Petrum pro vna por- 6

tione

tione quartæ partis, Titium pro medietate, alium pro alia, filios alteri legatario substituerit; quia complexiue per verbum substituit, & in eadem portione alteri legata dicuntur re & verbis, & saltem verbis coniuncti, & inter eos est ius accrescendi, vt aliis præmortuis testatori vltimus, vel superuiuens habeat totum. Alexan. *cons.* 198. *Perspectis, nu. 2. ver. & consl. at, lib. 7.* vbi apostilla in *ver. totum*, quæ 7 dat concord. † Extende idem in institutione hæredũ, vel substitutione, vt si pro medietate substituat nepotẽ, pro alia locum piũ, dicuntur cõiuncti verbis ipsi substituti, vt præmortuo nepote ante hæredem, vel testatorem locus pius habeat totum. Fulgo. *consil.* 817. *in fin.* † Amplia, vt idem sit, quando coniunctio est in oratione, vt quia vna oratio est perfecta in nomine, & verbo, alia est sine verbo: quia tunc, ex quo idem verbum respicit plura determinabilia, dicitur facta coniunctio verbis, veluti si dicatur; *lego Titio fundum, & Seio eundẽ fundum*: quia non sunt perfectæ orationes, ex quo verbum *lego*, respicit Titium & Seium, dicuntur verbis coniuncti. Bald. *cons.* 362. *circa si. ver. secundo respondeo, lib.* 1. & duplicatur *li.* 2. *cons.* 9 211. † Idem, si dicat; *filio meo substituo Blasium in medietate hæreditatis meæ, & Franciscam filiam meam*, quia erat ambo coniuncti ad medietatem, non autem vnus ad medietatem, alter ad aliam medietatẽ erit substitutus. Baldus *consi.* 243. *Visis dicto puncto, num. 2. ver. Sed circa, li.* 3. † Amplia, vt idem sit in coniunctione dictionum, vt si dicatur, *lego Titio & Seio fundum*: quia sunt verbis coniuncti propter verbum *lego*, quod seruit, & coniungit vtrunque. Bald. *d. consil.* 362. 11 *in princ. libr.* 1. & duplicatur *libr.* 2. *consi.* 211. † Extende; quia vbicunque idẽ corpus legatur pluribus per partes distribuendum, dicuntur coniuncti verbis: secus si cuilibet sit legatum de certa quanti- 12 tate. Ang. *consi.* 11. *n.* 3. *ver. Quod etiam non sit verbalis.* † Multiplex est coniunctio re & verbis: quia quandoque fit coniunctio dictionũ, veluti, quando vnus actus verbi regit duas dictiones, veluti si dicatur; *lego Titio & Seio talem fundum*: quia verbum, *lego*, seruit Titio & Seio, ideoque verbis dicuntur coniuncti, & etiam re; quia eadem res ambobus legatur. Bald. *consi.* 362. *Quæritur à me, lib.* 1. *in princ.* vbi, ℘ hæc coniunctio dicitur etiã per modum determinationis factæ pariter, vt quia verbum, *lego*, respicit plura determinabilia pariter, videlicet Titium & Seium, & quasi duplicatur *lib.* 2. *cons.* 211. *Quæri-* * *tur à me.* & est communis * opinio, vt per Ias. in *l. re coniuncti, nu.* 88. *& seq. ff. de leg.* 3. & quod isto casu dicantur re & verbis coniuncti, di- * cit Alex. communem * *cons.* 109. *Videtur prima fronte, nu.* 2. *li.* 2. & ma- * 13 gis * cõmunem. † Contrariam opinionem tenent multi, de qui- 14 bus idem Ias. *d. l. re coniuncti. n.* 91. *& seq.* † Declarat Alex. *d. cons.* 109. *n.* 2. *lib.* 2. quod saltem sunt coniuncti, re, vel verbis; quia coniuncti * 15 sunt secundum communem * opinionem. † Orationum vero fit coniunctio, quando sunt duæ orationes cum copula, vt si dicatur, *lego Titio fundum: item, lego Seio eundem fundum*: quia dicuntur cõiuncti verbis; quia orationes coniunguntur per copulam; item dicũtur cõiuncti re: quia idem fundus legatur duobus. Bald. *d. cons.* 362. 16 *in princ. lib.* 1. *& cons.* 211. *in princ. lib.* 2. † Loquutionum autem cõiunctio est, quando legantur diuersa corpora diuersis personis, veluti 17 si dicatur, *lego Titio fundum*; item, *Seio domum*. † Re coniuncti esse dicuntur legatarii, quando legatum consistens in quantitate fuit factum pluribus pro indiuiso, veluti si dixit, *relinquo quinquaginta pro indiuiso Titio & Mæuio*. Bal. *cons.* 174. *Facinus vendidit, lib.* 1. *circa si. ver. item re.* Ang. de Peru. *cons.* 11. *Ser. Bicius, nu.* 3. *ver. Quia non re.* vbi, quod legatum factum Titiæ & Seiæ, de ducentis pro qualibet, non in- 18 ducit coniunctionẽ realem. † Declara; quia coniuncti verbis habent ius accrescendi ex iure alterius non volentis acceptare, & istud ius accrescendi est voluntarium in legatis: secus in hæreditate: ius vero non decrescendi habet locum in disiunctis, quibus relinquitur eadem res: quia si vnus non acceptat, non accrescit alteri, sed potius non decrescit, & habet iure suo, & sic sine onere injuncto alteri, & istud ius non decrescendi non est voluntariũ, prout ius accrescendi, vide Ias. in *l. re coniuncti. in primo euidentiali, nu.* 2. 19 *& seq. ff. de leg.* 3. vbi latissime † Et idem est in contractu, seu inuestitura feudi facta pluribus transuersalibus: quia cum sit feudum nouum, non habet locum ius accrescendi, etiam si essent coniuncti verbis tantum, vel re tantum, vel re & verbis, sed solum ius nõ decrescẽdi, quod est diuersum à iure accrescendi in pluribus: primo: quia ius accrescendi def. rt lucrum, ius non decrescendi conseruat à damnũ: item ius accrescẽdi habet locum ante acquisitionem, & post acquisitionem quandocunque deficiat ius non decrescendi solum habet locum, antequã primis inuestitis acquiratur. Castrens. plene *cons.* 262. *Dico, quod Episcopus, per totum, lib.* 2. & est consilium, Castr. Prosdocimi de Comitibus, & Angeli Iunioris de Perusio. Vide, *Ius non decrescẽdi quando habet locum, vel non. Conclusio.* 573. 20 † Extende; quia si sunt plures instituti in re certa, & seu substituti, & plures instituti vniuersaliter, seu substituti, licet ius accrescendi comperat institutis, vel substitutis vniuersaliter; tamen si instituti, vel substituti in re particulari sunt coniuncti re & verbis, ipsi sibi inuicem succedunt per ius accrescendi; non autem alii non coniuncti: quia si ex diuerso iure, non habet locum ius accrescendi. Bart. *cons.* 8. *Factum tale est, nu.* 7. *& seq. ver. secundum dubium, lib.* 1. † Re 21 & verbis dicuntur coniuncti, quando vtraque coniunctio reperitur, veluti si testator dixit, *lego duabus filiabus meis quinquaginta*. Bald. *d. consi.* 174. *Per totũ.* vbi, quod propterea habet locum ius accrescendi inter coniunctos re & verbis, *lib.* 1. † Et idem est, si simpliciter 22 dicatur, *lego Titio & Mæuio fundum*: & nõ dicitur æquis portionibus, Castr. *cons.* 321. *col.* 2. *ver. primum, de iure, lib.* 2. † Extende, vt idem sit, 23 si sit dictum, *lego Titio fundum, & Seio eundem fundum*, vel, *lego Titio & Mæuio fundum*. Bald. *d. consi.* 362. *per totum, lib.* 1. Angel. *cons.* 295. *Punctus testator, nu.* 4. *ver. vnde videndum*, vbi reprobat Petr. de Bellapertica, qui tenebat coniunctionem re & verbis esse solum, quando eadẽ res in solidum duobus coniunctis legatur, vt in primo exemplo; quia idem est, si dicat *fundum meum Titianum lego Titio & Seio*. † Am- 24 plia; quia re & verbis dicuntur coniuncti instituti hoc modo, videlicet *instituo mihi hæredes Margaritam & Ioannam ex qu. d. Baldina olim vxore mea, & Ioan. filium meum ex d. Ioanna nunc vxore mea*, quia quilibet pro tertia æqualiter dicitur institutus, & ideo vno decedente ante aditionem, quilibet æqualiter succedit per ius accrescendi, Bald. *cons.* 243. *Gregorius in suo, in princ. li.* 2. vbi quod illa verba, *ex q. vel ex tali vxore mea*, sunt causa demonstrationis, non autem inducta, vt duæ primæ filiæ sint pro medietate, & masculus pro alia medietate. † Extende, vt procedat, etiam si testator adiecit 25 verba, *volo tamen, quod dicta Margarita & Io. filiæ meæ sint contentæ 400. libr. pro qualibet earum, quæ peruenerit ad matrimonium carnale, & in centũ pro qualibet, quæ peruenerit ad matrimonium spirituale*: quia ista verba inducunt fideicommissum, non autem diminutionem institutionis vniuersalis. Bald. *cons.* 243. *in princ. lib.* 2. Signor. *cons.* 261. *in princip.* † Et procedit extensio, etiam si sint tres instituti in rebus particu- 26 laribus nullo dato hærede vniuersali; quia trahuntur ad vniuersalem institutionem, etiam si dixit testator, quod contenti sint de certa quantitate; quia fideicommissum inducitur in residuo, Signor. *cons.* 261. *in princ. n.* 2. † Amplia; quia legatum vsusfructus fa- 27 ctum Titio & Mæuio, per hæc verba, *lego Titio & Mæuio vsumfructum bonorum meorum*, dicuntur coniuncti verbis & re. Ang. *cons.* 153. *Rusticus quondam, n.* 2. *vsq; in fin.* vbi, ℘ in eis habet locum ius accrescendi, etiam postquam ambo acceptarunt legatum, & alter, est mortuus. † Extende in substitutis duobus, prout si dicat testator, *filio meo* 28 *decedenti sine filiis in tota hæreditate substituo Titium & Seium*. nam præmortuo Titio solus Seius dicitur substitutus remanere. Castr. *cons.* 268. *n.* 2. *ver. secundo quæritur, li.* 2. † Et coniunctio re & verbis proce- 29 dit etiam in vocatis ordine successiuo, & in legatis, puta si testator legat vnam possessionem Laurentio, & Lando, & descendentibus ab eis legitime, coniunctio est nedum in Laurentium, & Landum, si vixerint tẽpore legati, sed si mortuus fuerit alter, cõiunctio erit cum viuente, & descendentibus mortui, ita vt si repudiauit, vel nõ acceptauit alter, per ius accrescendi alteri accrescat; si vero nõ repudiauit, transmisit ad suos, & nõ est locus iuri accrescendi, Castr. *cons.* 434. *istud relictum, per totum, li.* 2. vbi apostil. dat concord. † Li- 30 mita; quia vbicunq; est dictio aduersatiua, vel disiunctiua, nõ pot dari coniunctio re, neq; verbis, Cuma. *consil.* 115. *in princ. ver. ad primũ.* † Limita; quia si sunt duæ orationes copulatæ, & quælibet stat per 31 se perfecta, copula non facit coniunctionem verbalem; quia sunt diuersæ determinationes, determinantes diuersa determinabilia; quia sicuti distributio partium remouet realem coniunctionem; ita distributio orationum remouet verbalem coniunctionẽ, Bald. *cons.* 362. *Quæritur à me, li.* 1. *circa med. ver. quando igitur.* vbi, quod quãdo quelibet oratio habet subiectum & prædicatum, & principales partes suas de per se, non cadit coniunctio verbalis, ℘ duplicatur *lib.* 2. *cons.* 311. Cuma. *cons.* 315. *n.* 1. *ver. ad primũ.* Alex. *cons.* 198. *Perspectis, in fi.* in additione, *Rescripsi, li.* 6. vbi loquitur, etiam si adsit copula, *&c.* † Extende; quia disiuncti verbis, licet sint coniuncti re, non ha- 32 bent inter se ius accrescendi. *l. huiusmodi, §. quibus, ff. de legat.* 1. Rom. *cons.* 185. *n.* 11. *ver. Quinimo*, vbi, ℘ multo magis quando sunt disiuncti re & verbis. † Restringe limitationem, quando duæ orationes 33 perfectæ essent copulatæ hoc modo, *lego Titio fundum: item Seio legato istum fundum: item Seio domum*: quia dicuntur copulatæ orationes, & coniunctę verbis, ita Bald. *d. cons.* 362. *in princ. li.* 1. Sed credo, quod sit erratum; quia coniunctio non est, ex quo oratio est perfecta, & nõ cadit cõiunctio, nisi terminus sit cõmunis, vt ibi Bal. in fin. ideo in secunda oratione, vel in prima non debet poni verbum, *lego*, & ita reperio, quod erat erratum, prout in eodem consilio duplicato *lib.* 2. *cons.* 211. † Limita; quia vbicunque testator distributiue lo- 34 quitur, non potest dari coniunctio re, licet possit dari verbis: quia

vbi

vbi est diuisio voluntatis distribuentis portiones, propter distributionem portionum, non possunt esse re coniuncti, *l. interdum. ff. de hæred. instit.* Bald. *consi. 362. ante med. ver. & hoc quando testator, lib. 1.* &
35 duplicatur *cons. 211. lib. 2.* † Imo, si auus donat Angelæ, & eius sorori scuta 500. pro singula earum, non dicuntur coniunctę, neque re & verbis, sed neq; re tantum, neq; verbis tantum, vt dicit Angel. Aret. *cons. 16. Diligenter considerato, num. 14. & seq. ver. Venio nunc ad ter-*
36 *tium.* † Extende, quando legatur quantitas, vel res partitiua, vel numeralis: quia non cadit coniunctio, nisi sit dictum, insolidum,
37 Bald. *d. cons. 174. in fin. lib. 1.* † Et ideo, quando quilibet habet portionem suam in oratione separata, licet adsit copula inter eos, nõ dicuntur coniuncti, nec re, nec verbis, Alex. *consi. 198. in fi.* in additione *incip. Rescripsi, lib. 6.* secus inquit ibi apostilla in *ver. verbis*, quãdo vni quarta, alii alia quarta legatur: quia sunt cõiuncti re &
38 bis. † Limita; quia vbicumque facta est per testatorem diisunctio portionum inter subst itutos, inter eos non põt dari ius accrescendi, Rom. *cons. 185. pro decisione, nu. 9.* † Extende; quia disiunctio orationum, imo separatio portionum in diuersis orationib. facit ces-
40 sareius accrescendi, Rom. *d. cons. 189. n. 10. & seq.* † Limita; quia vbicunq; non est terminus communis, qui determinet plura, non datur cõiunctio verbalis, & vbi res est distributiue legata, nunquam habet locum coniunctio realis, Bald. *d. cons. 362. per totum, lib. 1.* ma-
41 xime in fine. † Declara totam materiam: quia coniuncti plures, si aliqui sunt coniuncti re & verbis, alii re tantum, vel verbis tantũ, præferuntur coniuncti re & verbis. Signorol. *cons. 261. in princ.*

Coniuncti, & copulati in eadem disposítione quando æqualiter censeantur copulati. Concl. 738.

1 CONIVNCTI † & copulati simul in aliqua dispositione cen-
2 sentur æqualiter vocati pro portionibus æqualibus. † Amplia, vt idem sit in pluribus cõiunctis ad obligationem; quia æqua-
liter censentur obligati. Vide, *Obligato respiciens plures personas & res*
3 *qualiter distribuatur. Concl. 32.* † Limita in iis, in quibus cadit ordinata charitas: quia si quis instituat filios & nepotes, vel substituat filios, & descendentes, licet sint copulati: tamen ordine succe ssiuo,
non autem per concursum censentur vocati. Vide, *Ordo succe ssiuus*
4 *quando attendatur inter vocatos copulatiue, vel non. Concluſ. 199.* † Limita, quando copulantur plures sub nomine collectiuo, *& alter*: quia omnes simul sub collectione censentur pro vna rata, & alius solus pro alia rata: quia nomina complexiua loco vnius sunt. Bald. *consi. 340. Si pater filio, num. 2. lib. 5.*

Consanguinitas quid sit, qualiter diffiniatur, & probetur. Concluſ. 739.

1 CONSANGVINITAS † est quoddam vinculum ab vno stipite prouenientium. Calder. *conſ. 464. circa fi. ver. ad idem faciunt*,
alias *primo de consanguinit.* vbi, quod idem est, licet duplex vinculũ
2 intercedat: quia pro vno habetur quoad consanguinitatem. † Et consanguineus dicitur ille, qui quouis modo sanguine est coniunctus. Alex. *cons. 195. Reddito pro me, in princ. lib. 7.* vbi, quod probatio consanguinitatis non releuat, quando debet probari in certo gra-
3 du. † Appellatione consanguineorum vsque ad certum gradum continentur etiam naturales, & non legitimi, quando disp ositio non est odiosa odio irrationabili, & vbi agitur de affectione natu-
rali. Fulgo. *cons. 108. n. 3. & cons. 152. col. pen. ver. in oppoſita.* Vide, *Filiorum appellatio intelligitur de legitimis & naturalibus, & quando secus.*
4 *Concluſ. 371.* † Et qui veniant appellatio ne consanguineorum. Areti in *c. quoties, & in c. delegatus, de testib.* & latissime Corne. *consil. 167. vol. 2.* vbi plenissime quicquid dici possit, examinat, vide eum: quia plene loquitur, & in *cons. 21. lib. 1.* & aliquid etiam dicit *cons. 74. eod.*
5 *lib. 1. & cons. 90. vol. 3.* † Et quando in pace fuit promissum pro se, & consanguineis, & affinibus, quod veniant coniuncti ex latere fœ-
6 minarum: quia affines sunt, plene idem Corne. *cons. 40. vol. 2.* † Restringe; quia appellatione consanguineorum quandoque non veniunt fœminæ propter fragilitatem sexus, secundum subiectam
7 materiam. Corne. *cons. 156. lib. 2.* † Consanguineus dicitur frater. Alex. *cons. 82. In causa inter, in princ. lib. 1.* & proprie loquendo, & stricte solum fratres, vel frater, & soror dicuntur consanguinei. Alex. *cons.*
229. vol. 6. col. pen. quando sunt ex eodem patre, *l. post consanguineos, ff. de suis & legit. Instit. de legit. agnat. succeſſ. in princ.* & vltetius non cõpre-
8 henduntur, idem Alex. *cons. 153. lib. 7.* † Dicuntur insuper etiam cõsanguinei proprie loquendo, nedum fratres, sed omnes, qui sunt de latere transuersali. Bald. in *c. si pater, de testam. in 6.* Barba. in *l. cum*
acutissimi. col. 7. ver. quid si testator dixit, C. de fideicom. allegat *l. in fideicõ-*
9 *missi. §. Pollidius, ff. de vsur.* & alia iura. † Imo secundum communem * vsum loquendi consanguineus dicitur quicunque coniunctus aliqua consanguinitate, etiam vltra quartum gradum. Alex. *consil.*

82. *n. 1. li. 1.* vbi apostil. in *ver. communem.* dat concord. † Etiã si ex eo 10
linea materna sint tantum coniuncti, dicuntur consanguinei, secundum * communem vsum loquendi, qui attendi debet. *l. La-* *
beo. ff. de supel. leg. ita Alex. *cons. 82. lib. 1. & cons. 229. lib. 6. & consi. 153. lib.*
7. & latius in *l. cum quidam. §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred.* & idem affirmat Castr. *cons. 422. Quod ista mater, lib. 1.* vbi, quod importat idẽ,
quod parens, & seu parente, videlicet cõsanguineus, *in princ.* † Am- 11
plia; quia vulgares promiscue vtuntur hoc vocabulo cõsanguinitatis, etiam in iis, qui sunt affines: ideo attendi debet vsus, & testes saluantur, si dicunt illum, qui est affinis, esse cõsanguineum. Alex.
cons. 153. lib. 7. & in l. cum quidam, §. quod dicitur ff. de acquir. hæred. † Ex- 12
tende; quia iste communis vsus attenditur etiam in dispositione statuti loquentis de consanguineis. Doct. in *l. cum quidam, §. quod di-*
citur. ff. de acquir. hæred. Bart. *d. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* † Con- 13
trarium, quod coniunctus ex solo latere matris nullo modo dicatur consanguineus. Corne. *consi. 13. vol. 2.* Vide, *Statutum circa mino-*
res, & eorum contractus cum certa solemnitate, puta præsentia consanguineo-
rum, de quibus intelligatur. Concluſ. 596. † Declara; quia de propria si- 14
gnificatione Corn. bene loquitur, & ita debet intelligi, secus de
communi vsu loquendi, qui attendi semper debet. Vide, *Vsus cõ-*
munis loquendi attendi debet, & quando secus. Concluſ. 368. † Declara; 15
quia licet dictio, *consanguineus*, stricte accipiendo fratrem, & sororem ex latere patris comprehendat, non alios, & quandoque agnatos omnes solos, non cognatos: tamen ex communi vsu loquendi omnes sanguine coniunctos comprehendit, siue ex latere patris, siue matris, plene Alex. *consi. 229. Ponderatis, num. 10. versi. quia*
consanguinei, lib. 6. † Vel alio modo consanguinei proprie, & stricte 16
dicuntur illi, qui ex latere patris coniunguntur, *l. post consanguineos,*
in princ. ff. de suis & legit. large vero sumuntur pro omnibus coniunctis ex latere patris, vel matris. Alex. *cons. 153. Viso themate, in princ. lib.*
7. Corn. *cons. 53. num. 15. & cons. 167. in princ. lib. 2.* † Limita; quia de 17
propria significatione consanguineus capitur pro illis de agnatione, & familia, *l. post consanguineos. ff. de suis & legit. hared.* Castr. *d. consil.*
422. in princ. lib. 1. † Limita; quia consanguinei non dicuntur mater & auia. Corn. *cons. 13. lib. 2.* † Extende; quia filius sororis nõ est 18 19
consanguineus auunculo. Bald. *cons. 262. lib. 3.* Castr. *cons. 422. colu.*
pen. ver. ad quintam, lib. 1. † Extende; quia filia amitæ non dicitur 20
proprie consanguinea, sed bene filia patrui, ideo si statutum vocat ad successionem proximiores consanguineos, filia patrui excludet filiam amitæ, Caccialup. in *l. omnes populi, col. 3. quæst. 14. ff. de iust. & iu-*
re. † Probatur filiatio, fraternitas, & consanguinitas ex confes- 21
sione facta directe ab eo, de cuius hæreditate agitur, quando confessio fuit facta præsente illo, qui confitebatur talis. Alex. *consi. 181.*
Viso processu, in princ. lib. 7. vbi apostil. in *ver. fallit.* dat plures concord.
maxime Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glo. 16.* † Extende; quia pro- 22
batur cõsanguinitas ex verbis dispositiuis parte præsente propter se, & principaliter prolatis. Alexan. *d. cons. 181. in princ. lib. 7.* † Am- 23
plia; quia probatur etiam ex verbis assertiuis parentelæ descriptæ in epistola, & saltem facit epistola præsumptam probationem, donec contrarium probetur & in epistola non curatur præsentia partis: quia operatur, ac si esset pars præsens. Alex. *d. consi. 181. in princi.*
n. 2. lib. 7. † Amplia, vt procedat, etiam si confessio in epistola fie- 24
ret per verba narratiua & enunciatiua, quando principalis materia epistolæ adiuuat verba narratiua, exemplum ponit, si scribens dicat ei, cui scribit, *scias frater, vel soror mea, quod decessit talis frater no-*
ster, & ob hanc causam habemus hæreditatem eius communem; certe probatur præsumptiue, quod sunt frater & soror, ita ex mente Salycet. tenet Alex. *d. consi. 181. num. 2. ver. si autem essent verba narratiua, lib. 7.*
† Amplia; quia probatur filiatio, fraternitas, seu consanguinitas 25
ex tractatu: quia ex eo constituitur in quasi possessione illius consanguinitatis, vel gradus, & transfert onus probandi contrarium in aduersarium. Alex. *consi. 181. n. 7. & 8. ver fortificantur prædicta, li. 7.*
† Limita; quia filiatio, fraternitas, & parentela non probatur ex 26
verbis enunciatiuis propter aliud emissis, & ista est regula *l. neque*
professio. C. de testam. l. non nudis. & l. non epistolis. C. de probatio. Alex. *d. consil. 181. in princ. li. 7.* vbi, quod verba enunciatiua propter aliud prolata dicuntur, & in quibus non fistit voluntas. † Extende, siue 27
verba enunciatiua sint prolata absente, siue præsente parte, vel etiam in epistola. Alex. *d. consi. 181. in princ. num. 1. & 2. libr. 7.* † Decla- 28
ra; quia limitatio non procederet, quando cum verbis enunciatiuis concurrerent admincula, & aliæ probationes, prout tractatus, quasi possessio, vel similia. Alexand. *d. consi. 181. nume. 2. lib. 7.* † Li- 29
mita; quia non probatur consanguinitas, filiatio, vel fraternitas ex verbis confessionis factæ *absente parte.* Alex. *cons. 181. Viso processu,*
in princ. & iterum *in fi. ver. præterea, lib. 7. num. 11.* Vide, *Filiatio ex qui-*
bus probetur legitima. Concluſ. 345. † Limita; quia testes deponentes 30
aliquos esse consanguineos inter se, non probant consanguinita-

tem certo gradu requisitam à statuto, ideo non releuant. Alex. *d. cons.* 82. *in prine.* vbi late, *lib.* 1. Aret in *consil.* 37. *Sequendo.* Alex plenius
31 *consil.* 195. *Reddito pro me, in prine. lib.* 7. † Sed necesse est probare cõsanguinitatem sigillatim per graduum computationem. Doct. in *c. licet ex quadam, de testib.* Anchar. *cons.* 52. *Pro clariori, num.* 7. Bart. in *l. non ignorat, per illum tex. C. qui accusa.* late Deci. *consil.* 321. *& consil.* 531.
32 Crauet. *cons.* 57. *nu.* 6. Tiraquel. *de retr. ad. lign.* § 1. *gloss.* 16. † Et consanguinitas non probatur per testes loquentes de auditu, nisi sint graues personæ, & hoc constet, & deponant, quod audiuerunt à maioribus, & antiquioribus fide dignis. Alex. *d. consi.* 82. *num.* 2. *versi.*
33 *Præterea dictus testis, lib.* 1. † Extende; quia consanguinitas non probatur, licet dicant, quod inter homines & vicinos loci reputabantur consanguinei: quia nisi dicant, quod habebantur, & reputabantur ab omnibus eum cognoscentibus, *l.* 1. vbi Bart. *C. de testam.* quem sequitur Alex. *cons.* 195. *nume.* 2. *& per totum, libr.* 7. vbi reddit rationem: quia verba inter homines possent verificari in duobus, & non sufficeret, & dat exempla, quod conuocatis decurionibus in duobus potest verificari, & non probat maiorem partem, & di-
34 ctum testis de necessitate non concludit. † Imo testes singulares non probant consanguinitatem de auditu, nisi ab eisdem. A- ☞ lex. *d. consi.* 82. *n.* 3. *lib.* 1. Vide plene per Mascard. *Conclus.* 409. *Consanguinitatis probatio quam difficilis sit.* Vide plenius per Mascard. *Conclusio.* 410. *Consanguinitas quo pacto per testes probanda sit, & per consanguineos,* vbi plenius declarat, vide omnino eum: quia an, & quando de auditu, vel non, & ponit opiniones, & declarat.

Consanguinitas quomodo probetur per famam, & per nominationem, vel per instrumentum. Conclusio.

VIDE plene Mascard. *Conclusio.* 411. *Consanguinitas,* vbi ponit regulam affirmatiuam, quod fama probet in antiquis, & dicit antiquum in testibus esse annorum 56. Item per tractatum, & quasi possessionem, & qualiter per instrumentum, vide eum omnino: ☞ quia recitat diuersas opiniones & declarat. Vide plenius, *Filiatio ex quibus probetur, vel præsumatur. Conclus.* 345.

Consanguinitas operatur multa, & multa priuilegia. Cõclus. 740.

1 CONSANGVINEVS † potest conuersari cum excommunicato consanguineo abiq; incursu excommunicationis, quod non est in alio non consanguineo. *ca. quoniam multos.* 11. *quæst.* 3. *c. in-*
2 *ter, de sent. ex. omm.* Marsil. in *l.* 1. *C. de rapt. virgin.* † Aduocatus esse potest consanguineus pro consanguineo etiam contra rempublicam, quod in alio non conceditur. Spec. *tit. de aduoc.* § 1. *vers. sed nunquid, c.* 2 *de postul.* Marsil. *d. l.* 1. *de rapt. virgi. num.* 198. Barba. in *l. cum a-*
3 *cutissimi, char.* 16. *C. de fideicom.* † Bannitum consanguineum receptans mitius punitur, quam si receperet extraneum bannitum, *l.* 2. *ff. le receptat.* Marsil. *d. l.* 1. *de rapt. virgi. num.* 137. Feli. in *c. litteras. de præ-*
4 *sumpt. col pen.* † Meretrix, vel turpis persona potest institui excluso fratre, quando est consanguinea, alias secus. Marsil. *d. l.* 1. *de rapt.*
5 *virgin. num.* 199. † Occisio permissa impune contra bannitum non habet locum, si frater occidat fratrem cõsanguineum bannitum, & permissum impune posse occidi. Nell. in *tract. bannit. in* 3. *parte se-*
cundi temporis, quæst. 53. *incip. Quæritur.* Cæpol. *cons.* 5. *Casus talis est. col.* 5. Marsil. *d. l.* 1. *de rapt. virg. num.* 200. *& in singul.* 210. *iura sanguinis, & in l.*
6 *Diuus, col.* 1. *de siccariis.* † Idem in hoste, qui potest impune occidi: quia hoc non habet locum in hoste consanguineo. Bart. in *l. si adul-*
terium cum incestu, § *libero. ff. de adult. & in l. postliminij,* § *si filium. ff. de ca-*
7 *pti. & in l. mimme. ff. de releg.* † Alimenta hosti consanguineo sunt permissa, licet secus in extraneo. *Auth. incestas. C. de incest. nupt. l. vetus,*
8 § *manente. ff. de iure dot.* † Curam alimentandi pupillum tenetur suscipere consanguineus: secus in extraneo, *l.* 1. § *quamuis. ff. vbi pup.*
9 *educ. deb.* Marsil. *l.* 1. *de rapt. virg. num.* 201. † Compromissum facere compelluntur consanguinei, quod non est in extraneis. Marsil. *d. l.*
10 1. *de rapt. virg. num.* 202. † Tutor, qui tenetur suscipere defensionẽ pupilli. *l. fin. ff. de admin. tut.* tamen non tenetur contra consanguineum, *l. humanitatis. C. de excus. tut.* Marsil. *d. l.* 1. *de rapt. virgi. nume.* 202.
11 † Accusare tenetur quilibet delinquentem in crimine læsæ maiestatis: tamen excusatur aliqualiter, qui non accusat consanguineum Marsil. *d. l.* 1 *de rapt. virgi. nu.* 203. *& singul.* 164. *nemo debet, in fin.*
12 † Defendere obligatus contra omnem personam aliquem nõ tenetur contra consanguineos defendere Barba. *d. l. cum acutissimi, sol.*
13 16. *C. de fidei. l. humanitatis, C. de excus. tut.* † Dolus non præsumitur in consanguineo, qui iniuriam dixit; quia animo corrigendi non iniuriandi præsumitur, quod non est in extraneo. Bar. in *l. vt vim. ff.*
14 *de iust. & iure.* gloss. in *l. vestes, C. de iniur.* † Homicidium commissum in personam consanguinei præsumitur casuale, & non dolosum, glos. & Doct. in *l.* 1. *C. de sicar.* Cæpol. *cons.* 33. Iaf. in *l. lex. ff. de leg. col. fin.*

Aret. *cons.* 146. † Præfertur consanguineus creditor aliis creditoribus consanguinei cæteris paribus, quod qualiter procedat. Alex. 15
in *l. maiorem. ff. de pactis.* † Fructus rei pignoratæ non lucratur creditor extraneus etiam ex pacto: secus in consanguineo. Soci. *consil.* 16
93. *lib.* 1. † Feudum, quod non potest alienari extraneo, potest cõ- 17
sanguineo alienari sine consensu Domini, *cap.* 1. *de alie. feudi,* & ratio est: quia non dicitur alienatio, quæ fit in coniunctum, *l. cum pater,* 18
§. *quindecim. ff. de leg.* 3. *l. voluntas. C. de fideic.* Rom. *cons.* 277. † Donatio facta extraneo supra summam 500. non insinuata præsumitur remuneratoria facta consanguineo ratione sanguinis, iuxta not. in *l.* 19
Aquilius. ff. de reg. iur. † Testamenta duo si reperiantur facta eodem die per eundem, & non apparet, quid sit posterius, illud præsumitur posterius, in quo sunt instituti consanguinei ab intestato succedentes. Bart. post glos. in *l.* 1. § *si quis duobus. ff. de bon. poss. secundum tabul.* glo. in *c. duobus, de reser. in* 6. Nam maior affectio est in agnatos, quam in extraneos. Bald. in *l. precibus. C. de impub. & aliis substit.* & testator in dubio censetur prouidere ei, cuius plus interest. Bart. in *l.*
fideicommissa, § *interdum. ff. de leg.* 3. † Vindictam necis testatoris, quã 20
tenetur facere hæres instituti us ab occiso, non habet locum, quando instituitur filius occisoris: quia contra patrem non tenetur facere vindictam aliquam. Iaf. in *l.* 1. *col.* 2. *circa med. C. de ijs, quibus, vt indig.* Allegat Abba. & dicit non didicisse ab alio, & idem dicit in casu contrario, si filius occidisset testatorem, qui instituerat patrem: quia non tenetur pater vendicare necem contra filium. † Calu- 21
mnia, quæ præsumitur in accusante, si non probat crimen, nõ præsumitur in consanguineo. Aret. *cons.* 80. *col.* 2. *ad fin.* † Forensis con- 22
sanguineus lucrabitur partem bonorum homicidæ, quando statutum applicat partem bonorum proximiori consanguineo occisi, licet alias statuta ad forenses non porrigantur. Corn. *consil.* 248.
lib. 2. † Donatio omnium bonorum facta consanguineo præsu- 23
mitur in fraudem Fisci sequuto postea delicto. Bart. in *l. post contractum. ff. de donatio. colu.* 2. † Legatum factum à non habente filios, 24
quod reuocatur per susceptionem filiorum, non reuocatur, quando est factum consanguineo. Aret. *cons.* 92. qui limitat, dummodo non sit magnum legatum. † Scientia simulationis & fraudis præ- 25
sumitur in consanguineo, quæ nõ præsumitur in extraneo: ideo filius præsumitur scire simulationem contractus patris. Aret *cons.* 65.
In fin. verbis: sequitur Soc. *cons.* 264. *colum.* 6. *lib.* 2. vbi plura cumulat, maxime, quando simul habitant, & pater erat solitus communicare facta sua cum extraneis: ergo multo magis cũ filiis, maxime, quando filius est maior, & prudens, faciunt dicta Castr. *consi.* 143. *li.*
2. vbi, quod gesta cum fratre maiore censentur gesta cum aliis, ex quo ipse gerit negocia domus. † Et multa alia operatur consan- 26
guinitas, late Iaf. in *l.* 1. *C. de indict. a viduit. toll. & in repet. l.* 2. *n.* 243.
cum seq. C. de rescind. venditio. † Legatum, quod in dubio stricte in- 27
terpretatur, vt hæres minus grauetur, habet largam interpretationem, si factum est coniunctæ personæ. Vide, *Legati verba quando la-* ☞
te interpretanda, & quando secus. Conclus. 58.

Consanguineus præsumitur scire facta consanguinei, & qualiter procedat. Conclus. 741.

REGVLA † est quod consanguineus præsumitur scire facta vi- 1
cini, *l. ociani. ff. vnde cogna.* † Declara, vt procedat solum in iis, 2
quæ consueuerunt esse nota consanguineis verisimiliter prout iura sanguinis, ætates, mortes, superexistentia, nuptiæ, matrimonia, & similia: secus quoad alia. *l. quoniam sororem,* vbi Iaf. post Bald. *C. de iure deliber.* Alex in *l. si potest, ff. de acquir. hæred.* Soci. *cons.* 153. *numer.* 36.
libr. 2. Alexand. *consil.* 80. *libr.* 2. Corne. *consil.* 147. *lib.* 2. Dec. *consil.* 29.
Et pro tenui. colu. 2. Bartol. *dicta l. si potest, ff. de acquir. hæred.* vbi* omnes. *
† Declara, vt procedat quoad iura sanguinis, id est, quoad scien- 3
tiam cognationis, & quoad processum naturæ coniuncti, & in actibus successiuis, quę sunt nota: secus in momentaneis, & in aliis.
Alex. *cons.* 71. *Videretur prima consideratione. libr.* 1. *nu.* 6. Roland. à Valle *consil.* 3. *num.* 100. *libr.* 1. plene Surd. *consil.* 7. *num.* 52. vbi plurimos allegat, & infra *num.* 13. † Amplia; quia propterea præsumitur cõ- 4
sanguineus scire mortem sui consanguinei. † Restringe, vt nõ pro- 5
cedat, quando cõsanguineus etiam pater habitaret in loco remoto à filio, vel consanguineo mortuo, vel si mortuus esset in villa consanguineus, ita quod verisimilis esset ignorantia. Angel. *consil.*
77. *Posita pro constanti, col.* 1. *in fin. ver. concludo ergo.* † Amplia; quia cõ- 6
sanguineus præsumitur scire stuprum cõsanguineæ, prægnantiam, & partũ. Castr. *cons.* 183. *n.* 2. *li.* 2. vbi apostil. citat Corn. *cõs.* 147. *Quia,*
n. 12. *& seq. li.* 2. † Amplia; quia cõsanguineus præsumitur scire nati- 7
uitatẽ filii, proprii, vel sui consanguinei. Alex. *cons.* 142. *Circa primam*
dubitationem, numer. 6. *versicul. facit etiam, libr.* 2. † Amplia, vt pro- 8
cedat in scientia ætatis; quia consanguineus præsumitur scire
ætatem

ætatem sui consanguinei. Fulgo. *cons.* 89. *In quæst.* 10. *nu.* 3. *ver. nec obst.at, quod mater.* † Amplia, vt procedat, nedum quando consanguineus allegat scientiam, sed etiam si contra eum allegatur scientia. 9
10 Fulgo. *d. cons.* 89. *nu.* 3. *ver. nec obstat, quod mater ignorabat.* † Amplia in tantum consanguineum præsumi scire facta consanguinei, vt talis præsumptio transferat onus probandi contrarium. Guido Papæ *cons.* 23. *n.* 12. *ver. item isti actus facti sunt.* sequitur Rol. à Valle *cons.* 19. *n.*
11 39. *lib.* 1. † Amplia maxime, quando cõiuncti familiariter habitãt; quia vnus præsumitur scire facta alterius consanguinei, plene Rol. à Valle *d. cons.* 19. *n.* 39. *& seq. lib.* 1. plene Crauet. *cons.* 237. *in princ.* vbi
12 extendit ad multa. † Extende; quia filius habitans cũ patre præsumitur scire dolum, & simulationem patris in contractu inito cũ alio, Areti. *cons.* 65. *in fi.* sequitur Soc. *cons.* 264. *col.* 6. *lib.* 2. vbi declarat hoc, maxime quando habitant simul, & filius est maior, & pru-
dens. Vide Mascard. *Conclus.* 407. *Coniunctus an præsumatur.* & plenius *Conclus.* 413. *Consanguineus.* Vide etiam Soci. *Reg.* 32. *Coniunctus,*
13 vbi ponit regulam, & limitat duobus modis. † Limita in iis, quæ sunt momentanea: quia non præsumitur scientia in cõsanguineo. Alex. *cons.* 138. *lib.* 7. *ad fi. & cons.* 71. *lib.* 1. *n.* 6. Roland. à Valle *cons.* 100.
lib. 1. plene Petr. Surd. *cons.* 7. *n.* 52. vbi plurimos allegat, & *supra nu.*
14 3. † Limita, nisi coniunctus fuisset absens. Iaf. in *l.* 2. §. *voluntate, ff. solut. matr. num.* 17. Deci. *cons.* 445. *n.* 36. *& cons.* 64. *col.* 3. Angel. *cons.* 76.
15 † Restringe; quia non procedit in facto consanguinei de longinquo tempore, quod haberet tractum successiuum; quia etiam absens præsumitur scire: secus si esset factũ recens, & momentaneũ; quia non præsumitur scientia, ita declarat Alex. in *l. Titius,* §. *Lucius,*
16 *ff. de liber. & posthum.* † Limita; quia consanguineus non præsumitur scire facta cõsanguinei, antequam consanguineus esset natus.
17 Alex. *cons.* 71. *nu.* 6. *in fi. lib.* 1. † Extende idem de iis, quæ gesta sunt, dum consanguineus esset infans: quia quicquid videt, ignorat. A-
18 lex. *d. cons.* 71. *n.* 6. *in fin. lib.* 1. † Extende idem de gestis per consanguineum, quando fuit infirmus, qui præsumitur scire. Alex. in *l. is potest, ff. de acquir. hæred.* vbi intelligit de infirmitate graui: secus si le-
19 uissima esset infirmitas, quæ nõ habetur pro infirmitate. † Extende idem, quando consanguineus fuit absens: quia scire non præ-
20 sumitur. Alex. *d. l. is potest, ff. de acquir. hæred.* † Declara tamen, nisi esset parua distantia illius absentis. Alexan. post Rom. *d. l. is potest, ff. de acquir. hæred.* Soci. *cons.* 153. *lib.* 2. Deci. *cons.* 64. *nu.* 5. *ver. quod autem, & cons.* 303. *n.* 7. Alex. in *l. Titius,* §. *Lucius. ff. de liber. & posthum.* vbi dicit, quod si mortuus est in loco distanti ab habitatione consanguinei, non præsumitur scientia. Ang. *cons.* 77. *Posita pro constanti, col.* 1. *in fin.*
versic. concludo ergo, Vide, *Scientia quando præsumatur in consanguineo.*
Concl. 63. Vide, *Vicinus præsumitur scire facta vicini, & quando secus. Concl.* 201. Vide Anto. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de præsumptio. Concl.* 6. *Consanguineus, vel vicinus præsumitur scire.*

Conscientia quid sit, & qualiter regulanda. Conclus. 742.

1 CONSCIENTIA † est clypeus animæ rationalis, Bald. *cons.* 265. *Creditor in libris, in fi. n.* 4. *ver. quia conscientia, lib.* 1. Vide, *Forus con-*
2 *scientiæ quid requirat, & quid reiciat. Concl.* 445. † Itẽ conscientia nihil aliud est, quam sensus animæ cognoscentis bonum & malum. Bal. in *auth. ad hæc, ver. sed dubitatur, C. de vsur.* Bologni. ad *consil.* 34. *Io. de A-*
3 *nan. num.* 9. † Item rerum agendarum speculum, & lucerna, secũdum ea, quæ proponuntur. Bald. *cons.* 352. *Materia feudorum, in fi. ver.*
4 *aduertatis, li.* 1. † Item est quid intrinsecus latens in mẽte, quod probari non potest directo. Bald. in *l. si quis filio,* §. *itritum. ff. de iniusto testam.* Bologn. ad *cons.* 34. *Io. de Anan. num.* 9. † Et dicitur conscientia à conscio, quasi sciat, & cognoscat se ipsum, & quid sit, relatiue Io.
6 de Anan. *cons.* 34. *n.* 5. allegat Innoc. in *c. fi. de fertis.* † Declara; quia ad conualidandum id, quod commissum est, & exequutum in conscientia, datur cautela, quod ipse faciens iuret se fecisse iuxta conscientiam suam, alias non valet & potest retractari. Alex. plene *d.*
7 *cons.* 218. *n.* 8. *ver. ad prædictorum confirmationem. lib.* 2. † Stimulus conscientiæ appellatur vermis; quia mordet, & corrodit adinstar vermis. & ita appellat Bald. *cons.* 297. *in princ. licet non sit opus, lib.* 1. quod
8 est Christophori de Castell. † Extende; quia in tantum flagellatur delinquens ex sua conscientia, vt cruciatus conscientiæ malæ scelerati plus eum puniat, quam si reuera pœnis iudicis puniretur, ita Signorol. *cons.* 89. *Præsupponitur infrascriptum. n.* 2. vbi ad hoc alle-
9 gat Senecam ita facundissime dicere: † *Et conscientia habet mille testes.*
10 † Item conscientia est iudicium mentis consonans in quodam naturali iure aliena quodammodo à rigore, & subtilitatibus iuris. Baldus in *l. iustitia. ff. de iustit. & iure.* Bologni. ad *consil. Ioan. de A-*
11 *nania* 34. *numer.* 11. *versic. quinto.* † Tripex est conscientia, quædam rebus ligatur, quædam legibus: & alia est motiua, & adhærens quibusdam imaginibus intellectus, quæ non obligat animam nostram, quia est impulsiua, non actatiua. Bologn. ad *consil. Io. de A-*
nania 34. *num.* 10. † Conscientia & iustitia habent se vt diuersa; id- 12
eo iudex debet iudicare secundum leges, non secundum conscientiam, & idem in medico, alias non excusantur. Bologn. *in addit. ad cons.* 34. *Io. de Anan. n.* 9. *&* 10. † Regulari potest conscientia secun- 13
dum leges humanas, & ideo non dicitur offensa, si quis regat eam legibus humanis, ideo dicitur potius scrupulositas, quando quis facit sibi conscientiam de eo quod permittunt leges Bald. *cons.* 295. *Fama vicinia, per totum.* maxime *in fin. lib.* 1. vbi, quod quis emens rem cum titulo præscribit, non attenta fama vicinæ, quod res, empta sit Ecclesiæ, dicit tamen, quod si talis non potest deponere conscientiam, restituat, & latius *cons.* 298. *Hæc materia altioris, num.* 7. *vers. & si in conscientia, lib.* 1. Alex. *cons.* 218. *n.* 3. *& seq. lib.* 2. Ial. *in l. certum, n.* 13. *& seq. C. vnde legit.* Vide, *Lex humana à Deo dicitur procedere, & quomodo.*
Conclus. 250. † Et quod habens commissionem in conscientia non 14
possit leges transgredi, quia de conscientia legibus munita intelligitur. Alex. *cons.* 218. *Visis verbis, n.* 5. *ver. pro hoc vltimo, lib.* 2. vbi apostill. *in ver. munita, & cons.* 209. *Ponderatis, num.* 2. *ver. nam quando committitur, lib.* 6. † Extende, quia dubia conscientia non est conscientia, 15
nec obligat ad peccatum mortale, quia non habet, vbi figat pedem intellectus. Bald. *cons.* 298. *n.* 7. *ver. & si in conscientia, lib.* 1. † Ex- 16
tende, quia vera conscientia Doctoris est illa, quæ sumitur ex fonte legum, ideo conscientia legis, quæ à Deo est, vincit conscientiam hominis. Afflict. *decis.* 321. *In Regia Camera. in princ.* † Extende ad effe- 17
ctum præscriptionis, quia dubia conscientia bonam fidem nõ tollit. sed imo dubius habetur pro bonæ fidei possessore. Bald. *d. consil.* 298. *in fin. ver. nunc sequitur, n.* 9. *lib.* 1. † Et quia commissio conscien- 18
tiæ censetur arbitrio boni viri regulata, non libera, ideo debet vocare partem, & omnia, quæ arbitrium boni viri requirit. Alex. *dict. cons.* 218. *n.* 5. *ver. idem bene facit, lib.* 2. † Imo commissio conscientiæ a- 19
licuius censetur facta vti optimo viro, tamen non debet credere vnico testi. Alex. *cons.* 209. *n.* 22. *lib.* 6. † Restringe, quia conscientiam 20
potius sequi tenemur, quam sententiam in iis, in quibus certi sumus in priuatis, quia coram æterno iudice veritas attenditur. Anchar. *cons.* 127. *Ad dubia, n.* 8. *&* 9. † Amplia, quia commissio facta alicui se- 21
cundum conscientiam non impedit, quod non possit subdelegare, quia non censetur electa industria personæ. Abbas & alii, quos citat Felin. *in c. fin.* §. *is autem, col.* 2. *ver. verum per ista verba, de offi. deleg.* † Contrarium tenent alii, quos idem Fel. adducit *d. c. fi. de offi. deleg.* 22
ver. contra d. Abb. vbi plures citat, & idem Fel. *in c. significasti, al primo, de homic. in fi.* vbi dicit notabile esse, sed per Rotam variæ opiniones afferuntur. † Declara, quia si verba sunt in vim monitionis, prout 23
est de stylo, potest subdelegare, si sunt in vim exequutionis, prout si dicitur decidas secundum conscientiam, & non potest subdelegare, ita Felin. *d. c. fi. n.* 2. *in fi. ver. dic tu circa de off. deleg.* † Amplia, quia 24
commissio facta alicui, cuius conscientia oneratur, an debeat citare partem, & causæ cognitionem adhibere, vide plene Alex. *cons.* 218. *Visis verbis, lib.* 2. quod duplicatur *lib.* 6. *cons.* 45. plenius per Ial. *in l. certum, n.* 11. *& seq. vsque in fi. C. vnde legit.* vbi, quod non debet transgredi leges, & si agitur de præiudicio tertii, debet illum tertiũ audire alias nullum esset factum sine citatione concor. Abb. *cons.* 34. *per totum,* maxime *in fi. lib.* 2. sequitur Ferret. *cons.* 172. *n.* 9. Anch. *cons.* 383. *Primo, & ante omnia, in pr.* & in summa volunt, quod si adiicitur clausulæ, quæ importat monitionem, non autem conditionem; quia tacite inest, veluti si committitur alicui, vt eligat, vel admittat talem, si idoneus, vel dignus est, non citat aliquem, & onus conscientiæ non habet causæ cognitionem, secus si adiicitur clausulę importanti conditionem, & quæ tacite non inest, veluti super narratis mandatur sumi informationem: *si vero esse tibi constiterit, super quo conscientiam, &c.* tunc requiritur causæ cognitio. † Extende, in eo, 25
qui secundum conscientiam suam debet declarare alimenta relicta per testatorem, quia debet citare partem, ex quo requiritur discussio, vt debeantur secundum facultates, & personarum conditionem, ideo facta non citata parte est nulla. Anchar. *cons.* 383. *Primo, & ante omnia, nu.* 1. † Restringe in solemnitate statuti requisita, 26
sed relaxata certis casibus iudici remissis, cum hoc, quod conscientiæ iudicis sit cõmissum; quia si interposuit decretum omni meliori modo, aliud non quæritur. Alex. *cons.* 80. *Visis, n.* 12. *ver. & cum statutum committat, lib.* 5. † Restringe, quia si datur forma in rescri- 27
pto, *quod si sibi constiterit, &c.* & committitur conscientiæ eius, cui dirigitur rescriptum, sufficit, quod ipse attestetur sibi de illo, quod ponitur in forma constare, absque alia formæ probatione. Alexan. *cons.* 2. *in pr. ver. secundo respondeo, lib.* 2. † Idem, quando aliquid com- 28
mittitur conscientiæ, & discretioni alicuius, quia non habet alium superiorem, qui possit emendare, nisi solum Deum, gl. *in c. statutum,* §. *assessorem, in ver. relinquitur, de rescript. in* 6. † Declara, nisi constare 29
posset de errore eius, cui aliquid in conscientia fuit commissum,

quia tunc superior poterit corrigere, gloss. in *clem.1. de iure patro. in ver.oneramus*, & ita conciliantur glo. quæ videntur contrariæ, vt dicit Angel. Aret. *cons.2. num.28. & seq. ver.non obstant allegata*, vbi plures allegat auctoritates. † Amplia; quia licet testator ordinauerit stari declarationi, & conscientiæ certæ personæ, tamen id intelligitur, quatenus sit regulata secundum iura, & æquitatem Anchar. *d.cons.383. in princ.* † Extende; quia debet cessare dolus in omni dispositione quantumcunque generali, & in conscientia, alias gesta possunt reuocari. Castr. *cons.436. num.2. ver.ad secundum, libr.2.* Vide, *Executores testamentarij quid possint. Conclusio.537.* † Extende; quia imo commissio facta conscientiæ alicuius, importat vti viro optimo factam commissionem, qui non debet transgredi iura. Alex. *cons.118. In casu, de quo, num.2. ver. & in disputatione. libr.5.* Vide, omnino Socin. *Reg.33. Conscientiæ, & animæ alicuius, ea quæ committuntur per simplicem assertionem, cum iuramento declarantur*, vbi ponit quinque fallentias, seu limitationes. Vide plenius Mascard. *Concl.414.* *An quando aliquid committitur conscientiæ.* vbi firmat regulam, quod statur eius dicto, cum curato, nisi contradicatur, vel nisi præsumatur contrarium, & limitat: quia superior prouidet: item leges seruare debet, & persona consideratur, an suspecta sit. † Limita; quia si committitur aliquid declarationi in conscientia declarate debentis, solus Deus est cognitor, & nullus redarguit. Ioan. de Anania *cons.34. numer.4. cum seq.* vbi quod non reddit rationem, nō datur appellatio. ita Paul. de Eleazar. & Stephan. in *clem. quia contingit, de relig. domib.* † Contrarium tenet per multa Bologni. in *addit. ad cons. Ioan. de Anania 34. num.10. & seq. ver. secundo ad idem, cum seqq.* vbi ponit octo declarationes, quod censeatur facta commissio vti optimo viro. † Declarat Anton. de Butr. *cons.62. Hic de duobus, in fi. ver. non obstat.* vt si indeterminate aliquid relinquitur conscientiæ ordinarii, vel alterius, non quæritur vlterius aliud: si vero determinate, vt puta, quod vir aptus gubernio Hospitalis præponatur: tūc arbitrium boni viri intrat † Extende; quia commissum conscientiæ non potest probari factum contra conscientiam, sed statur iuramento facientis. Bolog. *d. addit. ad consil. Ioan. de Anania 34. nume. 14.* † Extende, quia libera facultas censetur data eorum, quæ conscientiæ alicuius committuntur. Bologn. *d. addit. ad consil. 34. numer. 14. vers. accedat.* † Extende; quia si alicui committitur, quod faciat illud, quod sibi in conscientia videbitur, non datur appellatio, neque reductio ad arbitrium boni viri. Roman. *consil.27. Viso themate, num.3. colum.2. ver. tertio videndum.* Restringe; quia superior posset *emendare, si male fecisset, secundum communem * Io. de Anan. *d. cons. 34. num.5. ver. nec obstat.* † Et ratio, quia commissio censetur facta vti optimo viro. Bologn. in *addit. ad d. consil. 34. nu.10 ver. secundo ad idem.* † Restringe; quia licet appellatio non suspendat factū; tamen deuoluit, ita vt superior possit male factum corrigere. Ioan. de Anania *d. cons. 34. numer.6.* & hanc veriorem dicit Feli. in *c. significasti. il primo, de homici. colum. fi.* vbi citat Imol. Maria. Socin. & alios, plene Roman. *consil.27. Viso themate, numer.3. vers. tertio videndum.* vbi plena apostil. in *ver. conscientiam.* quod non detur appellatio, & alia apostil. in *ver. intelligenda*, quod superior possit moderari, citat infinitos, & idem Roman. *consil.261. Super eo, in fin. vers. secundo hoc probo.* † Restringe; quia per modum implorati officii Iudicis potest superior misericorditer prouidere. Ioan. d Anania, *d. consil. 34. nume. 6.* † Declara tres restrictiones, vt possit superior emendare, si adsit *læsio enormissima, alias secus, communem * dicit Bolognin. in *addit. ad consil. 34. Ioan. de Anan. numer. 14. ver. nec obstat.* † Restringe, quando agitur de magno præiudicio: secus si de modico. Ioan. de Anania *dicto consil. 34. numer. 7. ver. facit etiam.* Bald. in *l. 1. numer. 3. C. de reb. credit.* Felin. in *c. significasti, numer. 4. ver. D. Anton. hic, de homicid. il primo*, vbi apostill. dat concord. † Et idem, si agitur de alieno præiudicio; quia sequi non debet propriam conscientiam. Bolog. in *addit. ad consil. Ioan. de Anania, 34. numer. 11. ver. sexto probatur.* † Restringe, quando committitur ab homine aliquid onerando conscientiam: secus si aliquid committitur à lege conscientiæ alicuius: quia primo casu reformatur, secundo casu non. Ioan. de Anania *d. consil. 34. in fin.* † Relictum, seu legatum bonorum suorum factum per testatorem conscientiæ alicuius, vt si dicat: *bona mea relinquo conscientiæ Titij*; censetur factum in pias causas, vt legatum distribuat in pias causas, etiam si addiciantur verba; *& faciat quicquid sibi videbitur, & placuerit*; quia important arbitrium boni viri. Abb. *consil. 110. In causa Hospitalis, in princip. libr. 2.* vbi, quod verba, quod faciebat eum fideicommissarium, hoc important clarius; quia fidei suæ & conscientiæ committebat.

Consecratio Episcopi infra quantum tempus fieri debeat. Concl. 743.

EPISCOPVS † debet consecrari infra sex menses à die confirmationis, vel pronunciationis factæ in Consistorio per Papam, quæ loco electionis & confirmationis est, alias vacat Episcopatus. Lap. *alleg.35. de temporibus.* Gemin. *consi.42. Quia reuocatur in dubium, in princ.* vbi quod de iure antiquo erant quinque menses, & quod vacatio inducitur ipso iure, ita quod non est necessaria sententia priuationis, sed declarationis. Vide, *Beneficia promoti ad Episcopatum vacant, & quando. Conclus.72.* † Amplia; quia imo consecrari debet infra tres menses à die confirmationis, & pronunciationis, quoad alia beneficia priora, quæ obtinebat; quia lapsis tribus mensibus possunt conferri alteri, non attento, quod non esset consecratus; quia per eum stare dicitur, *c. cum in cunctis, §.1. & ibi glo. in ver. de tempore, de electio.* Lap. *alleg.35. in princip.* † Quando incipiat currere tempus consecrationis promoto in Episcopum. Calder. *consi.50. Quo tempore*, alias 4. *de electio.* dicit præsenti à die promotionis, absenti à die notitiæ currere. Vide, *Consecrationis tempus quando currere incipiat promoto in Episcopum. Conclus. proxima seq.* † Declara; quia promotus per Papam non potest consecrari ab alio, nisi de licentia Papæ. Gemin. *cons.42. num.7. ver. Restat igitur videre*, ideo excusaretur, si petiisset licentiam, & non obtinuisset. † Limita; nisi esset impeditus: quia dicta tempora non currunt impedito. Lap. *alleg.35. circa fin.* & Gemin. *consi.42. numer.4. ver.ex quibus.* vbi quod licet canon non excipiat aliquem: tamen intelligitur, dummodo non sit legitime impeditus; quia ita excipiunt iura antiqua: & quia pœna imponitur negligentibus, & non impeditis, vbi *num.6.* late, & hoc; quia iura noua secundū antiqua sunt intelligenda, ad iura vulgaria. † Et impedimentum legitimū est, quando necessitas inuitabilis cogeret tēpus debere prorogari, prout est tex. in *c. cum olim de dolo.* † Extende, si lis esset super Episcopatu; quia non tenetur promoueri, donec sit terminata. Gemin. *d. cons.42. numer.5. vers. imo in isto casu.* † Extende, si esset infirmus, ita q̄ non posset promoueri; quia excusaretur. Gemin. *d. cons.42. n.5. ver. idem tenet.* † Extende; quia promotus per Papam, qui non potest consecrari sine licentia Papæ, excusatur, & dicitur impeditus, si petiit licentiam, & Papa denegauit. Gemin. *cons.42. n.7. ver. restat igitur.* † Idem in Abbate & Abbatissa confirmatis à Papa; quia ab inferiore sine licentia Papæ, non possunt benedici. Feli. in *c. meminimus, n.2. ver. nota vlterius, de accusa.* † Declara; quia sufficit hæc diligentia, nisi alia constitutio post negatam licentiam emanauerit; quia debuit iterum peti hæc licentia, & prima non sufficit. Gemin. *d. cons.42. nu.7. ver. tamen isto casu.* † Extende; quia carceratio, vel aliud impedimentum etiam proueniens culpa non promoti, est sufficiens, quādo agitur pro negligentia, vt hic, quod intelligas durante carceratione, vel impedimento. Gemin. *d. consi.42. n.10. vsque in fi. ver. impedimentum capturæ.* † Extende pendente accusatione; quia impedit consecrationem, vel promotionem, & consequenter excusat Episcopum non consecratum. Gemin. *d. cons.42. n.10. vers. quartum impedimentum, vsque in fi. & cons.43. per totum.* † Declara, vt non procedat in impedimento perpetuo proueniente culpa non promoti, vt si sibi membrum mutilasset, vel quid simile; quia non excusatur. Gemin. *d. cons.42. n.12. ver. nec obstat, vsque in fin. & cons.43. in princi.* † Extende ampliationem, vt non solum excusatio inducatur, ne quis consecrari, & ordinari possit pendente accusatione, sed etiā pendente denunciatione, vel inquisitione; & idem, si crimen deducitur per viam exceptionis. Gemin. *cons.43. n.3. vers. est etiam bona.* vbi quod etiam vltra annū excusatur, & est consilium Io. de Milis.

Consecrationis tempus, quando currere incipiat promoto in Episcopum. Conclus. 744.

TEMPVS † consecrationis Episcopi promoti per Papam. quod est trium mensium, incipit currere à die promotionis factæ, quando promotus erat præsens; quia præsumitur consentire. Calder. *cons.50. A quo tempore.* quod est 4. *de electio.* † Declara, quod est trium mensium quoad vacationem aliorum beneficiorum inducendam, alias quoad Episcopatum sunt sex menses. Lap. *alleg.35.* & Gemin. *consil.82. in princip. vers. & ex hoc infertur.* vbi, quod hodie tēpus consecrationis est sex mensium. † Limita in promoto, qui erat absens; quia tempus consecrationis incipit currere solum à die notitiæ ipsius promotionis, Calder. *dicto consil.50.* alias *quarto de electio. in fi. ver. alias sibi currit.* † Declara vt ea, quæ dicuntur de consecratione infra certum tempus, non procedant, nisi consecrandus habeat pacificam possessionem Episcopatus, & curæ spiritualium pro maiori parte, alias non currit sibi tempus; secus est quoad perditionem iuris respectu assequutionis incompatibilis

quia

quia nisi habeat possessionem maioris partis bonorum, non vacat primum, licet habeat possessionem maioris partis spiritualium. Gemin.*cons.*78.*n.*5.*ver.nec obstat,& cons.*82.*in princ.*

Consecratio Ecclesiæ, vel altaris qualiter, & à quibus fiat. Concl. 745.

1 EXempti † sacerdotes non possunt consecrari facere Ecclesiam,vel altare,nisi de licentia Papæ,vel Legati.Zabarel.*consi.* 112.*versic.ad tertium.* vbi dicit,quod solent vocare, quos Episcopos
2 velint. † Amplia;quia diœcesani & subditi Episcopi non possunt consecrari facere altaria,vel Ecclesias, nisi à suo Episcopo, vel de
3 licentia illius. Zabarel.*d.cons.*112.*ver.ad tertium.* † Amplia;quia cõsecratio Ecclesiæ in tantum est ordinis & dignitatis Episcopalis,vt Papa de ordinaria potestate non possit illam committere simplici sacerdoti. Ægid.Bellam.*cons.*20.*n.*19.*ver.quinto videamus,& n.*20.
4 † Extende,vt quod dicitur de consecratione,idem sit de reconciliatione Ecclesiæ pollutæ, vt solus Episcopus possit reconcilia-
5 re,idem Ægid.*d.consi.*20.*nu.*19.*& seq.* † Amplia,quod dicitur de cõsecratione Ecclesiæ,vel altaris,idẽ sit in cœmiterio:quia possunt omnia simul,&seperatim consecrari.*ca.*1.*de consecratio.Eccle.vel altaris.* Vide,*Benedictio Ecclesia quid sit,& quæ requirat.Concluſ.*45. Vide, *Ecclesia quando consecrari non possit sine dote.Concluſio.* 24.

Consecratio Ecclesiæ quomodo probetur. Concluſio.

Vide † Mascard. *Concluſ.*415.*Consecratio.*vbi,quod non præsumitur,nisi probetur,& quod probatur ex litteris in marmore: item per vnum testem, quia non agitur de præiudicio alterius, ité per libros,quibus adhibita sit fides. Vide eundem Mascard.*Concl.* 582.*Ecclesia an præsumatur consecrata,* vbi repetit eadem, & limitat in Ecclesia cathedrali; quia præsumitur consecrata. Vide, *Ecclesia quando consecrari non possit sine dote.Concluſ.*24.

Consensus expressus requiritur multis casibus. Concluſ. 746.

1 TVtor † vel curator expræsentia & scientia sua non censetur legitimare contractum minoris: quia oportet eum loqui.
2 Oldrad.*cons.*327.*n.*5.*ver.quinto,& vltimo.* † Amplia in dispensatione Principis contra ius; quia si Papa conferat dignitatem minori, scienter,non dicitur legitimare illius personam,nisi expresse dispẽset cum eo.Oldrad.*consil.*325.*&* 326.*&* 327.*per totum.* vbi est casus
3 dictorum consiliorum. † Contrarium in dispensatione Episcopi ponit Oldrad.*cons.*329.*n.*4.*&* 5.*ver.præterea video*, vbi, quod si Episcopus facit scienter aliquid,quod sit contra ius commune,in casu
4 dispensabili videtur dispensare. † Amplia; quia quando requiritur licentia superre prohibita,non sufficit tacitus consensus. Lap.
5 *alleg.*87.*in causa,& quæstione,nu.*3.*ver.nec sufficeret.* † Amplia;quia in iis,quæ sunt prohibita regulariter de iure,sed permissa de consensu alicuius.prout in filiofamilias,qui nõ potest donare causa mortis,nisi de consensu patris, consensus requiritur specificus, & non sufficit tacitus.Bart.in*l.tam is*,§.1.*nu.*6.*ff.de donat.causa mor.ver.quæro,an requiratur expressa.*Bald.*consil.*249. *An cæcus.circa med.ver.hinc est,*
6 *quod filius,libr.*5.quod est Aloysii de Perusio. † Declara secundum Alex.ibi ad Barto.in *addit.incip.Specialis permissio.*quod non requiritur formalis,neque indiuidua,sed expressa;tamen Bal.*d.cons.*249. *circa med.ver.hinc est.*videtur velle,quod specialis requiratur cõsen-
7 sus expressus,*lib.*5. † Amplia;quia in dispositione generalis priuilegii non censetur sanata inhabilitas personæ, nisi specialiter sit dictum,Feder.de Sen.*cons.*298.*ver.item non obstat,num.*2.allegat *l.licet,C.qui testam.face.poss.* Vide,*Inhabilitas personæ non censetur sanata,nisi*
8 *sit dictum.Conclu.* 139. † Amplia in transactione,quæ requirit simultaneum consensum , & pactum expressum, ita quod non sufficit pactum tacitum,neque pactum nudum.Soc.*cons.*220.*Visis compro-*
9 *misso,num.*3.*lib.*2. † Amplia;quia non sufficit cõsensus per relationem, nisi exprimatur guarentigia in indiuiduo, licet ea sit in actu confirmato,nisi fiat expressa mentio. Crau.*cons.*668.*n.*6.Vide.*Acceptatio beneficii debet expressa fieri,& quãdo secus. Concl.*70.Vide,*Expressio indiuidua quando requiratur. Concl.*652.Vide,*Licentia vbi requiritur in*
10 *prohibitis non sufficit tacita.Concl.*353. † Amplia; quia consensus in
11 prohibitis & damnosis non præsumitur. † Restringe quando cõcurrit amor & magna affectio mulieris ad iuuenem , qui mutuo se amabant,&desiderabant contrahere matrimonium; quia mulier præsumitur cõsensisse copulæ,& abductioni de se factæ.Alex.*cons.* 1 *n.*16.*in fi.& n.*17.*ver.accedit illa coniectura.lib.*3.& multo magis,quãdo mulier hoc confitetur,vt ibi.*n.*16. Vide,*Delictum probatũ ex quibus non excusetur,neque tollatur.Concluſ.*176.

Consensus tacitus ex scientia resultans quando sufficiat. Concl. 747.

CONsensvs † Capituli tacitus sufficit in concessione Epi- 1
scopi ad vitam,vel ad tempus,& sola scientia, & non contradictio Capituli circa temporales concessiones operatur,& sufficit. 2
Oldrad.*cons.*226.*nu.*5.*ver.quintus casus.* † Amplia in consuetudine contra legem inducenda, vt sufficiat scientia & patientia Imperatoris.Oldrad.*cons.*237.*n.*3.*ver.verum.* † Amplia, vt valeat proces- 3
sus,& sententia non adhibita causæ cognitione, iuxta formam rescripti,quando est factus contra præsentem , & non opponentem Lap.*alleg.*28.*in fin.* † Amplia, quod licet iurans compellatur ad 4
obseruantiam iuramenti, ita quod non possit venire contra,si tamen sibi non opponitur, valet sententia rescissoria contractus iurati.Lap.*alleg.*25.*num.*4. quia imputandum est ei,qui non opposuit exceptionem,sed tacuit. † Amplia in fauorabilibus,quia sola præ- 5
sentia habetur pro consensu præsentis.Calder.*cons.*50. *visas* 4.*de electio.* vbi,q promotus in Episcopum si est præsens censetur cõsentire ; quia promotio est res fauorabilis, ideo currere incipit tẽpus promoto à die promotionis, vt consecrationem accipiat. Calder. *cons.prædicto.* † Extende in legitimatione filii spurii:quia ex quo est 6
res fauorabilis pro eo censetur consentire,etiam si fiat eo absente, vel infante,Bald.*cons.*146.*tit. Principis.n.* 8.*ver.& aduerte.lib.* 1. † De- 7
clara, quia licet quis præsumatur consentire in fauorabilibus; tamen in iis,quæ fiunt ad fauorem absentis,consilium est, quod ratificet absens per publica instrumenta.Bald.*d.cons.*146.*n.*8.*in fi.ver.consulo tamen.libr.*1. Vide , *Acceptatio debet expresse fieri,& quando secus. Concluſ.*70. † Amplia in consensu patris circa matrimonium filii 8
requisito , vel circa sponsalia : quia paria sunt, quod consentiat à principio,vel quod sciat matrimonium contractum , & non contradicat: quia ex scientia & patientia oritur sufficiens tacitus consensus,ne filius sine patris consensu dicatur contraxisse matrimonium,plene Petr.de Anchar.*cons.*21.*pro solutione dubiorum, num.*11.*& seq.ver.item etiam nec patris.* † Amplia;quia ex scientia, & non con- 9
tradictione elicitur consensus, Paris.*cons.*41.*nu.*27.*lib.*4. † Amplia 10
quia multi sunt actus & contractus,qui tacito consensu perficiuntur ex facto sine contradictione.Roma.*cons.* 176.*Istæ sunt, nu.*8.*ver. cum ergo.* † Amplia; quia etiam in præiudicialibus tacitus consen- 11
sus sufficit,quando agitur de modico præiudicio,ita Abb.*cons.*44. *Ad decisionem,num.*5.*ver.ad idem,lib* 2. vbi dicit , quod ista est regula generalis. † Extende ; quia sufficit conniuentia Prælati religiosi, 12
vt monachus possideat seu administret bona particularia,licet nõ possit habere proprium,vt censeatur data licentia; quia agitur de modico præiudicio.Abb.*d.cons.*44.*col.*2.*num.*3.*& seq.quando ver.pone quod,libr.*2. Vide, *Obseruantia diuturna operatur multa,& quando secus. Concluſ.*59.Vide,*Præsentia & patientia operatur consensum, Conclu.*603. Vide,*Scientia & patientia quando inducat consensum.Concluſi.*69. Vide, *Temporis cursus operatur multa,& quando secus.Concluſ.*41.

Consensus probatur vel præsumitur spacio decem annorum,quando necessarius ad validitatem actus,& quando secus. Concluſ.

Vide Mascard. *Concluſio.* 417. *Consensus,* vbi facit regulam affirmatiuam,ampliat in minore,muliere, in casu statuti, & limitat sex modis: Primo quando agitur de magno præiudicio:Secundo, quando contra ius commune: Tertio, si contradictũ fuit: Quarto,in consensu domini feudi : Quinto, quando constat de contrario:Sexto,in consensu tutoris ad damnum pupilli,sed limitationes cessant,quando tempus immemorabile concurrit.

Consensus Papæ, Episcopi, vel capituli quanto tempore præsumatur. Concl. 748.

CONsensvs † Episcopi , vel Capituli necessarius ad actum 1
præsumitur interuenisse in alienatione bonorum Ecclesiæ, supra Conclusione proxima præced. † Extende; quia in vnione 2
præsumitur interuenisse ex longinquitate temporis. Roma.*consil.* 275.*Quoad primum.num.*2.vbi apostilla in *ver.longinquitatem.* Vide, *Vnio præsumitur solemnis,& quando non.Concl.*240. † Amplia;quia cõ- 3
sensus Episcopi in fundatione & dotatione iurispatronatus præsumitur interuenisse. † Amplia; quia præsumitur Episcopus pre- 4
stitisse consensum reseruationi iuris conferendi beneficium iuris patronatus Ecclesiastico patrono,eo ipso,quod sciuit &tacuit per 60. annos,*c.cura,* & ibi glo.magna *de iure patro.* & hanc per omnes modernos approbari dicit Ægid.*cons.*10.*n.*21.*in fi.*& loquitur,quãdo Ecclesiasticus patronus reseruauit,& contulit pluries. † Con-

trarium, quod ille tex. procedat ex gratia; & quod ita Rom. Curia iudicauerit, dicit Guil. Naso. *d. c. cura, de iure patro*, vt refert Ægid. Bellam. *d. cons. 10. n. 21. ver. de quarto autem*, & quia tale ius conferendi non potest patrono saltem laico, nec inferiori ab Episcopo cõ-
6 petere. vt ibi *nu. 13.* † Declarat Ægid. *d. cons. 10. num. 22. & seq. ver. quid dicendum*, quod si non constat de scientia & patientia Episcopi, nõ præsumatur consensus Episcopi, & adducit regulã, quod in facto alieno ignorantia præsumitur, & ideo sicuti vna præsumptio tollit aliam: ita præsumptio ignorantiæ tollit consensum hoc casu: quia in re prohibita de iure damnosa Episcopo præsumitur, q̃ ille, si scisset, contradixisset, & ibi respondet ad contraria: quia *c. cura*, licet dicat, quod consensus Episcopi sufficit, non tamen dicit, quod præsumatur, & si diceret, quod præsumatur, dicitur, quod ibi agitur de fauore Ecclesiæ, vt eruatur de manibus laicorum, & in o-
7 mnem casum ibi supponit scientiam & patientiam Episcopi. † Declarat secundo, quod esto, q̃ Episcopus etiam præsumeretur scire propter diligentiam, quam tenetur adhibere inquirendo titulos collationum: quia illud nocebit Episcopo, non Ecclesiæ. Ægid. *d. cons. 10. n. 23. ver. sed oppones, & nu. 27. ver. 4. oppones.* Vide, *Abbas & Prælatus præsumitur de consensu Capituli facere. Concl. 14.* Vide Conclusionem proximam præcedentem. Vide plenius, *Solemnitas præsumitur, & quanto tempore. Concl. 322. cum duabus conclusionibus ibi proxime sequentib.* vbi, quid in iudicialibus, quid in extraiudicialibus, & quid in alie-
8 natione bonorum Ecclesiæ, in *Concl. 326.* † Amplia; quia consensus Papæ præsumitur ex antiquitate temporis secundum cõmunem, maxime in iis, de quibus constat. vel Papam habuisse scientiam, alias non. Vide plene Mascard. *Concl. 416. Consensus Summi Pontificis.* vbi limitat multis modis: quia difficilior scientia est in Papa, quã
9 in Episcopo, & Capitulo. † Amplia; quia consensus Capituli præsumitur interuenisse in alienatione bonorum Ecclesiæ, ex diuturnitate temporis, & licet controuersa reddatur conclusio, & pro vtraq; parte Mascard. *d. Concl. 416. n. 17. & seq. vsque in fin.* obliget, tamen distinguit, quod non sufficit diuturnitas decem annorum, sed 30. vel 40. annorum requiritur.

Consensus ex quibus signis eliciatur. Conclus. 749.

1 CONSENTIRE † dicituris, qui capite, vel humeris annuit, etiam in commissione delicti. Bald. *cons. 256. Quanquam allegationes, circa med. ver. sed dubium remanet. lib. 2.* Vide, *Consilium quotuplex, & an obligat. Concl. 762.* Vide, *Consilium ad malum, an, & quando præsumatur. Conclus. 763.* Vide, *Mandatum ad homicidium, vel delictum com-*
2 *mittendum ex quibus probetur, vel non. Concl. 34.* † Amplia; quia cõsensus probatur per osculum peractus inualidos, per epistolam, per sigillum ex dictis & factis: item ex transmissione munerum, per inclinationem, per percussionem palmarum, & multis modis, de quibus Mascard. *Conclusio. 417. Consensus, num. 21. & seq. ver. quinimo consensum.* Vide, *Præsentia & patientia operatur consensum, & quando secus Conclusio. 603.*

Consensus debet esse simultaneus. Conclus. 750.

1 CONSENSVS † plurimum ad contrahendum, vel stipulandũ debet esse simultaneus, id est, ad idem: quia si consentientes dissentirent, vt quia alter de vno corpore, alter de alio, vitiaretur stipulatio, & contractus, ideo necessario statur verbis, vt contractus valeat, plene Bart. *cons. 59. Commune Spoleti, nume. 5. ver. præterea, si alter, lib. 1.* Vide, *Contractus quid sit, & quæ sint partes contractus. Con-*
2 *clus. 979.* † Declara plenius permultos casus, an stetur affirmanti, vel neganti, quando discordarunt contrahentes, & quando valeat contractus, vel non, de quibus, *Mens & intentio discordantium qualiter attendatur. Conclusio. 201.*

Consensus multiplex, & quando consentiens dicatur facere sicut agens. Concl. 751.

1 CONSENSVS † est quadruplex, in operatione, vt dicatur quis tanquam agens puniri, videlicet negligẽdo facere, quod quis debet, consulendo malum, quod non debet: item cooperando & auctorizando, de quibus per Innoc. in *cap. 1. in princip. de off. deleg.* & glo. ibi in *ver. paripœna*, vbi dicunt, quod primis duobus casibus minus punitur consentiens, quam agens; tertio casu pari pœna:
2 quarto casu maiori pœna punitur. † Regula, quod consentiens actui, qui sine suo consensu fieri non potest, prout Capitulum, sine cuius consensu Episcopus non potest conferre, non dicitur cõferre: quia actus attribuitur Episcopo in totum, non autem Capitulo, *c. 1. ne sede vacan. lib. 6.* & aliud est facere, aliud facienti consentire, *l. aliud est vendere, ff. de reg. iuris.* Feder. de Sen. *cons. 1. nume. 4. ver. vnde*
3 *quando aliquis.* Extende; quia consentiens pater vxori testanti in filios, & substituenti impuberi directe, nihil operatur: quia directe solus pater substituit filio impuberi, quẽ habet in potestate: ideo consensus accedit substitutioni maternæ, nec illam alterat: quia dispositio cumulata imitatur naturam actus, cui accedit, Signor. *cons. 235. n. 7.* † Limita; quia qui approbat, vel confirmat actũ dici- 4
tur facere. Dynus *cons. 50. In quæstione præmissa. num. 4. ver. præterea illud.* Vide, *Consensus quando præiudicat consentienti, vt perdat ius suum. Conclu. proxima seq.*

Consensus quando præiudicet consentienti, vt perdat ius suum. Concl. 752.

EPISCOPVS, † qui debet habere quartam de legato facto per testatorem, quod erigatur hospitale, quod esse debeat sub cura, & gubernio monachorum sancti Augustini, si consentiat erectioni dicti hospitalis, & quod bona applicentur ipsi hospitali, sibi præiudicat, quoad quartam, quam consequi deberet, & censetur illi renunciasse. Bald. *cons. 160. quidam in morte in fin. vers. ad secundum punctum. lib. 5.* † Amplia; quia si feudatarii diuidunt feudũ, & pro- 2
mittunt sibi de euictione, & renunciant sibi inuicem omni iuri, q̃ habent, & habere sperant: non tamen renunciant succession in feudo, si vnus moriatur sine filiis: secus si post diuisionem prædictã vnus vendit feudum alteri extraneo, & alter frater consentit vna cum domino feudi: quia sibi præiudicat, etiam quoad successionem, & ius de futuro radicatum de præsenti. Aretin. *cons. 3. In Christi nomine amen, consultatio præmissa, per totum*, vbi casus Alexand. *consi. 189. Viso, & mature. num. 9. & sequ. vers. sed istis non obstantibus*, maxime *num. 12. ver. confirmo prædicta, libr. 2.* † Extende; quia dominus feu- 3
di, vel emphyteusis consentiens venditioni factæ de re feudali seu emphyteutica per vasallum sibi præiudicat. Alex. *d. cons. 189. nu. 12. ver. confirmo prædicta. lib. 2.* † Contrarium tenet apostilla ad Alexan. 4
d. cons. 189. n. 12. lib. 2. in ver. suum. † Declara; quia si venderet rem, vt 5
liberam, sibi præiudicaret, alias secus, ita Roma. *cons. 87. in princ.* vbi apostilla dat concord. † Declarat Alexan. *cons. 8. Viso themate*, maxi- 6
me *num. 4. & seq. ver. sed præmissis non obstantibus, lib. 5. vsque in fin.* quia si solum est præsens venditioni, consensus tacitus non præiudicat secundum * communem: si vero consentiat venditioni expres- *
se: tunc expressus consensus præstitus repellit eum, vt possit mortuo alienante inquietare emptorem vigore inuestituræ, quod ad eum spectet post mortem venditoris. † Amplia in fideicommis- 7
so: quia si fideicommissarii consentiunt assignationi bonorũ subiectorum fideicommisso, & donationi eorundem, sibi præiudicant, & censentur renunciasse iuri sibi competenti. Fulgo. *cons. 67. Patersamiliæ. nu. 4. & seq. ver. Nam sicut committitur.* † Restringe; quia 8
licet consentiens alienationi, vel donationi rei, in qua ius habet, sibi præiudicet in iure præsenti: tamen secus est in iure postea acquisito & ignorato. Fulgo. *d. cons. 67. n. 4. & 5.* Vide, *Hæres non potest venire contra factum defuncti, & quando secus. Concl. 53.* † Restringe 9
quoad hæredem consentientis: quia potest vendicare rem alienatam, & cuius alienationi consensit defunctus: quia si hæres ex iure suo venit, non tenetur, vel etiam si ex iure postea defuncto quæsito veniret, ad quod consensus defuncti non extendebatur. Fulgo. plene *d. cons. 67. colum. 4. in princ.* vbi ponit multas distinctiones. 10
† Declara; quia fideicommissarius, qui est præsens alienationi bonorum subiectorum fideicommisso, & prohibitorum alienari, si non contradixit, perdit ius reuocandi alienata: quod intellige, si dolose tacuit: alias non. Roma. *cons. 457. Circa propositam, in fi.* vbi apostilla in *ver. tacuit*, allegat Tiraquel. *de vtroq. retract. tit. 1. §. 1. glo. 9. num. 154.* † Contrarium, quod ille, qui siue dolose, siue non tacuit, 11
sibi præiudicet. Tiraquel. vbi supra. *n. 113.* quem citat dicta apostil. ad Rom. *cons. 457. in fin.* † Amplia; quia consentiens alienationi rei 12
suæ sibi præiudicat, & ius suum perdit. *l. cum quædam. C. de admin. tut. l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. l. sicut §. venditionis. ff. quibus modis pig. vel hypot. solvitur*, Bart. in *l. si fundum, ff. de leg. 1.* Ias. *cons. 13. col. 1. & cons. 57. colu. 3. ver. quarto, & vltimo, li. 1.* Rom. *cons. 87. Circa id, in princ.* sequitur apostil. ad Alexan. in *l. quæ dotis, num. 24. ver. donare, ff. solut. matrim.* † Exten- 13
de, vt in tantum sibi præiudicet consentiens alienationi rei suæ, vt amplius non possit contrauenire, neque recuperare, est tex. in *l. si seruus communis.* vbi glo. & Doct. *ff. de donat. inter vir. & vxo.* late Crauet. *consil. 24. num. 9.* † Extende; quia sibi præiudicat nedum, vt 14
non possit agendo contrauenire, sed neque excipiendo, si ab eo petatur res vendita. Roman. *d. consil. 87. in princip.* vbi apostilla in *ver. inferri.* & in *ver. quidam.* dant concord. in vtroque. † Extende; 15
quia consentiens alienationi, quando contradicendo potest actum impedire, adeo sibi præiudicat, quod non potest contrauenire. Abb. in *cap. cum virum in tertio not. de regul.* Ias. in *l. quæ dotis, ff. solut. mat.* Roman. *consil. 457. Videtur propositum in fin.* † Declara; 16
quia procedunt prædicta, quando sciens rem suam vendi consen-

sit

sit, secus si ignorasset, Rom. *d. cons.* 87. *in princ. & per totum.* Alex. *cons.* 87. *accurate, n.* 14. *in fin. lib.* 6. † Declara, quia si plures fratres succedant in ciuitate, & habent omnes partem in successione, prout in ciuitate Astensi ponit exemplum Alexand. *cons.* 87. *Accurate, num.* 7. *& seq. per totum, lib.* 6. vbi, quod primogenitus obtinens inuestituram pro se tanquam primogenito non præiudicat aliis, etiam si secundo genitus administrauit pro primogenito; *nu.* 14. *& seq.* quia dicit esse casum *in c.* 1. *§. præterea. cum gl. tit. quib. mod. feud. amit.* quia requiritur certa scientia, & quia vbi alia coniectura sumi potest, quam donationis, illa sumenda est, & hæc stant simul, quod nomine fratris administrauerit, non tamen dominium suum perdiderit, quia administratio infert ad possessionem, non ad perditio-
18 nem dominii. † Amplia, quia si filius consentiat alienationi factæ per patrem de bonis sibi donatis ab eodem patre, sibi præiudicat nedum quoad bona, sed etiam quoad pretium. Ias. *in l. si fundum per fideicommissum, per illum tex. ff. de leg.* 1. *& in l. quæ dotis. ff. solut. matr.* Corne. *cons.* 144. *licet in hac consultatione, in princ. lib.* 4. *& cons.* 203. *Viso dicto puncto, col.* 2. *lib.* 3. vbi dicit, quod verum est, quod licet Doct. in pretio varient, tamen quoad dominium Doct. concordant, quod si aliter non fuit protestatum, sibi præiudicat. Alexand. *consil.* 40.
19 *Super primo dubio, col.* 2. *ad fin. lib.* 4. Amplia, quia is, qui vendidit, vel pignorauit vsurario prædium, postea consensit, quod vsurarius venderet illudmet prædium alteri, non poterit agere contra vsurariũ ranꝯ decept⁹, quia ex secundo cõsensu, quod in alium fieret alienatio pro eodem, vel minori pretio præiudicat consentienti. Castr. *cons.* 66. *In causa, quæ vertitur, in princip. & per totum libr.* 2.
20 † Extende, vt procedat, etiam si alleget is, qui consensit se minorem, quia nisi probetur minor ætas, non potest obtinere, sed deberet petere restitutionem in integrum coram iudice seculari, dato, quod probaret se minorem fuisse. Castren. *d. cons.* 66. *in princ.*
21 *ver. nec obstat, lib.* 2. † Amplia in eo, qui scit se non obligatum, vult tamen fideiubendo pro alio obligari, quia obligatur, neque potest dicere contrarium agendo, neque excipiendo. Roman. *d. con-*
22 *sil.* 87. *numer.* 4. *ver. quarto idem.* † Amplia, quia habens prædium sibi obligatum si consentiat, quod illud prædium detur in dotem, censetur remittere ius hypothecæ, ita vt amplius non habeat regressum ad tale prædium, *l. Lucius Titius, ff. quibus modis pign. vel hy-*
23 *poth. soluitur.* † Extende in casu contrario, quia si vxor consentit alienationi alicuius ex prædiis mariti sibi obligatis, quoad illud prædium censetur remittere ius suæ hypothecæ, *l. iubemus, C. ad*
☞ *Velleian.* Vide, *Dotem relinquere, & de ea testari vel alienare, quando possit mulier. Conclusio:* 791. Vide, *Mulier quando possit renunciare hypo-*
24 *thecæ, vel non. Conclus.* 420. † Extende, quia fisco distrahente bona obligata creditoribus, si creditores consentiunt alienationi, sibi præiudicant, *l. si hypothecas, C. de remissio. pigno.* facit, *l. sicut, §. superuacuum, & §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypo. soluitur. l. Gaius, ff. de pi-*
25 *gnor. actio.* † Declara, quia filius habens obligata bona patris propter dotem matris primæ vxoris si consentiat patri alienanti bona hypothecata, sibi præiudicat in iure hypothecæ quoad illa bona, non quoad alia bona in quibus præfertur secundæ doti posteriori. Castren. *consil.* 70. *Breuiter, in princ. lib.* 2. vbi, quod ex consensu præstito alienationi non renunciat doti, neque hypothecæ, neque obligationi personali, sed solum renunciat hypothecæ quoad
26 illa bona alienata de consensu suo. † Amplia, quia maritus consentiens vxori testanti de dote sua, sibi præiudicat in lucro dotis sibi spectante post mortem, nec potest talem consensum reuoca-
27 re in præiudicium tertii. Moder. *in tract. de lucro dot. quæst.* 41. † Extende, quia imo sola mariti præsentia & patientia testamento (permittendo vxorem de dote testari) sibi præiudicat. Ias. *in l. si pacto, §. & quia, C. de inoffi. testam.* & est ratio, quia qui potest impedire actum contradicendo, & non contradicit, consentire videtur, *l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred. l. filius, C. de petit. hæred.* Alex. *in l. quæ dotis,*
28 *numer.* 7. *ver. hoc tamen, ff. sola. matr.* Crauet. *consil.* 204. *numer.* 9. † Extende, vt idem sit in fratribus, qui dotarunt sororem, & stipulati sunt sibi reddi in casu mortis sororis sine filiis, vel cum filiis, si decederent ante ætatem legitimam, quia si consenserunt testamento sororis, in quo instituit filium hæredem vniuersalem, sibi præ-
29 iudicant. Bar. *cons.* 127. *Quidam fratres, in fi. li.* 1. † Amplia, quia habens pignus, vel hypothecam in aliquibus bonis si consentiat venditioni bonorum pignoratorum, vel hypothecatorum, licet eadem bona deueniant ad ipsum debitorẽ, non amplius erunt hypothe-
30 cata, *l. si. C. de luit. pign.* Ægid. Bellam. *cons.* 39. *n.* 19. *ver. sed contra.* † Declara, quia ampliatio procedit, quando ex vnica conuentione sunt hypothecata bona vendita, secus si ex generali obligatione omnium bonorum præsentium & futurorum, vel ex duplici causa.
31 Ægid. *d. cons.* 39. *n.* 20. *& seq.* † Amplia, quia à paritate rationis, sicuti sciens rem suam ab alio vendi tanquam propriam, sibi præiudicat absolute consentiendo tali venditioni ita etiam is, qui patitur contra se cedi iura, puta pro centum à Titio ad fauorem Seii, & consensit tali cessioni, vel delegationi, licet nihil debeat, tamen ex suo consensu obligatur, vt non possit contrauenire. Rom. *cons.* 87. *in princ.* vbi apostil. dant concord. † Extende idem in consensu 32
delegationis factæ, nam si ego non sum debitor Titii, tamen hoc sciens patior, & consentio, quod Titius deleget me vti debitorem suum Seio pro centum, vel alia summa, teneor Scio, & non potero excipere, prout poteram contra delegantem me in aliquo non teneri, quia ex consensu meo obligor. Rom. *d. cons.* 87. *n.* 2. *ver.* 2. *idem.*
† Extende, quia etiam si cedens me vti suum debitorem Titio sit 33
monachus incapax, & ego consentio, non potero excipere contra Titium, quod potuissem contra cedentem incapacem obligationis, quia exceptioni renunciaui per consensum, & quia est personalis exceptio, quæ non excedit personam, neque transit in cessionarium. Rom. *d. cons.* 87. *col.* 2 *ver.* 3 *idem.* † Amplia; quia pater, qui ex 34
forma statuti non compellitur dotare filiam, quæ clandestine, & sine licentia sua contraxit matrimonium, censetur se obligare, si sciens talẽ matrimonium nõ contradixit, imo consensit illi. Anch. *cons.* 21. *Pro solutione per totum*, maxime *nu.* 11. *ver. item etiam.* Vide, *Re-*
☞ *nunciatio tacita iuris sui ex quibus inducatur, vel non. Concl.* 179. † Limita 35
multis casibus, de quibus in Conclusione proxima sequente.

Consensus quando non nocet consentienti, qui alias noceret. Concluſ. 753.

CONSENSVS † præstitus per creditorem anteriorem vendi- 1
tioni rei sibi obligatæ, licet inducat remissionem pignoris, & hypothecæ, intelligitur, si actus, cui præstatur consensus, valet, & sortitur effectum suum, alias secus. Bart. *in l. si debitor, §. si in venditione, ff. quib. mod. pig. vel hypothec. soluitur.* Natta *cons.* 474. *num.* 29. Crauet. *cons.* 538. *nu.* 5. Menoch. *cons.* 58. *num.* 26. *lib.* 1. Signorol. *consil.* 100. *in princ.* Vide, *Conscipio in quibus non noceat consitenti. Concluſ.* 647. ☞ Vide, *Probatio ad vnum finem facta non prodest ad alium finem. Conclu-*
sio. 783. † Extende, quia creditor consentiens alienationi bono- 2
rum sibi hypothecatorum nullitera à Iudice factæ sibi non præiudicat in sua hypotheca, per tex. *in l. si debitor, §. vlt. ff. quibus mod. pig. vel hypothec. sol.* ita Roman. *cons.* 132. *Vt retulit, colum.* 2. *circa med. numer.* 2. *ver. hoc ergo secundo.* † Declara, quia consentiens alienationi 3
bonorum sibi hypothecatorum nedũ sibi præiudicat quoad bona illa, sed etiam non agit contra posteriores creditores ex quo iura cedere nõ potest. Signorol. *cons.* 100. *Quæsito dubitabilis, per totũ.* Vide, *Mulier quando possit renunciare hypothecæ, vel non Conclusio.* 420. ☞
† Contrarium tenet Roma. *cons.* 132. *Vt retulit, col. final. ver. vltimo ad-*
uertat, vbi quod si hypotheca est generalis, sibi nõ præiudicat, quo 4
ad alia bona, sed solum quoad ista, quæ consensit alienari, & ibi a postilla in *ver. dilatatur.* dat concor. & sequitur Roma. apostil. ad Alex. *in l. quæ dotis, nu.* 24. *ff. solu. matr. in ver. donare.* † Amplia, vt idem sit 5
quando consensus præstatur cũ reseruatione iurium suorum per consentientem, quia protestatio conseruat ius, quod alias esset remissum. Bar. *d. l. si debitor. §. si in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur.* Castr. *cons.* 424. *Quia scio, numero* 2. *lib.* 1. † Amplia, quia Gu- 6
bernator, vel officialis interponens auctoritatem suam syndicadui, vel contractui suæ ciuitatis, vel alteri us super pace & concordia, ac remissione, non sibi præiudicat; quia id facit ex necessitate officii Cast. *d. cons.* 424. *n.* 2. *ver. nec obstat li.* 1. † Extende idem in pro- 7
curatore & administratore. Cast. *d. cons.* 424. *nu.* 2. *in fin. lib.* 1. Vide, ☞
Officiũ suum nemini debet esse damnosum. Concl. 94. † Amplia; quia pro- 8
ximior agnatus, cui relictum est fideicommissum in euentũ, quod filius decedat sine filiis, si tanquam proximior consentit alienationi bonorum subiectorum fideicommisso, non sibi præiudicat, quin eueniente casu possit petere bona alienata ex fideicommisso Bald. *consil.* 102. *Punctus, super quo, nu.* 1. *ver. aut per talem consensum, libro* 2. Vide, *Persona vna potest habere iura diuersarum personarum. Conclusio.* ☞
317. † Extende etiam, si quis consignaret bona subiecta fideicom- 9
misso mulieri pro dote sua, cum obligatione, quod illa mortua bona reuertantur ad hæredes dantis in dotem, quibus erant debita ex fideicommisso, quia non censetur sibi præiudicasse in lucro medietatis dotis, quod maritus lucratur vigore statuti, Alex. plene *cons.* 176. *Visis narratis. lib.* 7. *per totum* maxime *n.* 5. *& seq.* & loquitur in eo, qui non tenebatur dotare, vbi limitat, nisi dedisset tanquam rem liberam. † Extende; quia fideicommissarius sibi non 10
præiudicat, etiam si consentiat alienationi rei suppositę fideicommisso tãquam proximior, licet alienans promittat in alienatione, quod res erit perpetuo emptoris, quia si non est in specie facta mentio de fideicommisso, & ipse proximior tanquam fideicommissarius non consenserit, non sibi præiudicat, Bald. *d. cons.* 102. *per totum vbi casus. li.* 2. † Restringe, vt non procedat, quando consensus 11

fideicommissarii impediret existentiam conditionis fideicommissi de futuro, quia sibi præiudicat, veluti si cedebat dies fideicommissi in euentum alienationis. Bal. *d. cons. 102. in princ. lib. 2.* Soc.
12 *cons. 143. vol. 4.* † Restringe, quando tanquam fideicommissarius consensisset, & facta esset mentio fideicommissi, quia sibi præiudi-
13 cat, Bal. *d. cons. 102. in fi. ver. in hac quæstione. lib. 2.* † Amplia, quia is, qui consentit obtentu officii sibi decreti à statuto, prout consanguineus in contractu minoris consanguinei, non sibi præiudicat. Bal.
14 *d. cons. 102. n. 2. ver. præterea regula, lib. 2.* † Declara, quia si ille consanguineus, qui interuenit in contractu mulieris, vel minoris, venire vellet tanquam hæres contra contractum mulieris, vel minoris prærextu læsionis, vel non validi contractus, sed damnosi, non audiretur, quia allegaret suam turpitudinem. Angel. *cons. 353. Florentiæ*
15 *ciuitatis, n. 3. in fin. ver. adhuc etiam vehementius.* † Vide multas restrictiones, & declarationes, quas in hac materia ponit Menoch. *in cons. 58. n. 16. & seq. per totum*, vbi, quod is, qui consentit ratione officii voluntarii, bene obligatur, & sibi præiudicat, secus si officium
16 sit necessarium, *lib. 1.* & maxime *n. 31. ver. 8. cum seq.* vbi latissime ponit exempla. † Et idem in eo, qui vocatur ad hæreditatem ob contrauentionem primi hæredis, quia sibi non præiudicat, si vt consanguineus pro solemnitate contractus consentiat. Castr. *cons. 259.*
17 *omnis dispositionis, num. 4. ver. Verum quia, lib. 1.* † Amplia, quia sententia lata contra tutorem super administratione & redditione computorum, & missione pupilli in possessionem bonorum descriptorum in inuentario, quæ non potest exequi contra emptorem non citatum, non etiam poterit exequi, licet tempore sententiæ empror fuerit adhibitus vt testis in sententia lata contra tutorem, & sic ad alium finem. Bald. *cons. 149. proponitur, quod lib. 3. per totum.*
☞ Vide, *Præsentia in iudicio ad vnum finem an præiudicet ad alium finem. Con-*
18 *clus. 604.* † Amplia, quia emphyteuta, ad quem pars fratris est reuersura per eius mortem, si consentiat, quod frater viuens leget, vel disponat in testamento de emphyteusi, sibi non præiudicat, quia tempore consensus nullum ius habebat. Bald. *consil. 220. quod*
19 *de consensu, lib. 5.* † Amplia, quia consensus etiam generalis non extenditur ad remissionem doli, siue futuri, siue etiam præteriti, nisi constet de scientia. Abb. & Imol. *in c. humilis, de maior. & obedien.*
20 † Amplia, quia si feudatarius per cuius obitum feudum reuertitur ad Titium proximiorem agnatum, illud donet Titio præsenti, & recipienti pro se, & Seio absente vti proximiori suus agnatis, post mortem donantis, debet Titius, vt proximior agnatus habere feudum, quia donans non potuit donare, nisi ius, quod habebat, nec Titius recipiendo pro se, & Seio sibi præiudicauit, quia non ipse aliquid de suo transferre voluit, licet receperit pro Seio donationem pro iure, quod habebat donans. Bald. *cons. 333. Quoad primum punctum. lib. 5.* tamen Bald. super eodem casu, *cons. 282. Proponitur,*
☞ *quod, in fin. lib. 5.* nihil audet determinare. Vide, *Feudum antiquum per alienationem deuoluitur ad proximiorem agnatum, & quando secus. Conclu-*
21 *sio. 194.* † Amplia, quia fideicommissarius consentiens alienationi rei subiectæ fideicommisso non sibi præiudicat, quando reseruat ius fideicommissi. Grat. *cons. 39. n. 19. & 20. vol. 2.* Cephal. *consil. 296.*
22 *nu. 89. & 100.* Idem Grat. *cons. 126. num. 40. & 45. vol. 2.* † Restringe, quando non est facta reseruatio, sed fideicommissarius participa-
23 uit de pretio. Grat. *cons. 91. n. 11. lib. 1.* † Restringe, quia simplex consensus fideicommissarii in alienatione rei subiectæ illi præiudicat.
24 Cravet. *cons. 378. in princ.* † Contrarium videtur tenere Castr. *cons. 318. lib. 2.* vbi vult, quod si prohibitus alienare fideicommissum alienat, sciens emptor non acquirit titulum, secus si non prohibitus vendat, licet de consensu prohibiti, quod non credo verum,
25 quia malitia esset reperta. † Amplia, quia consensus restringitur ad terminos, in quibus est præstitus, ideo non vltra operatur, & consentiens alienationi non tenetur de euictione, plene Cravet. *cons. 34. n. 19.* vbi ponit multa exempla, & idem *cons. 449. fere per totum*, vbi, quod consensus semper restringitur, ne renunciatio inducatur, ideo consensus ad alienationem faciendam non extenditur
26 ad factam, Cravet. *cons. 701. n. 18.* † Extende, quia consensus præstitus ad vnum finem non præiudicat consentienti ad alium finem, Petr. Surd. *cons. 36. n. 27. & 28. lib. 1* vbi, quod aliud est consentire alicui, vt ius suum remittat, aliud, quod consentiens ipse remittat.
27 † Restringe, quia consensus præstitus ad vnum actum, ad alium similem extenditur eiusdem effectus. Cravet. *cons. 674. nu. 18.* Item præstitus ad actum extenditur ad exequutionem. Crau. *cons. 662. n. 17.* & præstitus ad antecedens extenditur ad consequens, idem
28 *cons. 477. n. 5.* † Amplia, quia is, qui repræsentat plures personas, si se obligat præcise ex vna persona, vel consensit, aut compromisit, puta, vt hæres patris, non censetur compromisisse, vt hæres sororis, & laudum sibi non præiudicat, nisi in hæreditate paterna. Ang.
29 Aret. *cons. 61. Viso dicto themate, per tot.* † Amplia, quia is, qui consentit alienationi rei suæ sibi præiudicat, secus si consentiat alienationi rei sibi debitæ. Alexand. *cons. 40. Super primo, num. 10. ver. præterea, lib. 4.* † Contrarium tenet Apostilla ad Alex. *d. cons. 40. nu. 10. lib. 4.* 30
in ver. Non videor. & dicit de hoc esse tex. apertum *in l. nihil. §. 1. ff. de*
leg. 1. † Amplia, quia frater, qui administrauit gubernium ciuitatis 31
pro fratre primogenito, in qua ipse partem habebat, non censetur sibi præiudicasse in dominio partis suæ. Alex. *cons. 87. Accurate, n. 14.*
& seq. ver. non obstat etiam. lib. 6. † Amplia, quia testis vel Notarius in- 32
teruenies in actu, vel instrumento rei suæ sibi non præiudicant.
Decian. *cons. 105. n. 7. & seq.* † Amplia, quia etiam fideiussor obliga- 33
tus de euictione potest vti agnatus retrahere rem venditam. Dec.
d. cons. 105. per totum. quia non promisit tanquam talis, vide eum,
quia ponit diuersos casus similes. † Restringe, quia regula est, quod 34
fideiussor de euictione censetur approbare contractum. Tiraq. *in*
tract. retract. lignag. §. 1. gl. 9. nu. 268. † Declara restrictionem in fide- 35
iussore, vt consentienti donationi rei suæ, censeatur iuri suo renũciare, id tamen intelligitur de iure competenti de præsenti, si vero res ipsa ex alia causa, & nouo iure ad fideiussorem spectet, potest vendicare, quia non eo iure incognito non consensit, licet de euictione teneatur, & idem in hærede fideiussoris, quia non tenebitur ex iure suo proprio de euictione. Fulgo. plene *cons. 67. Paterfa-*
milias. col. 4. n. 4. & 5. † Limita in eo, qui consentit alienationi feudi, 36
in quo ius habet in spe, vt sibi præiudicet. Menoch. *d. cons. 58. n. 27.*
lib. 1. † Limita, quia consentiens rei sibi debitæ, vel hypothecatæ, 37
vt vendatur, & participans de pretio sibi præiudicat in totũ. Natta
cons. 474. n. 28. & seq. † Extende, quia etiam si non participat de pre- 38
tio, sibi præiudicat quoad alios creditores, vel bonorũ possessores,
contra quos agere non potest, quia iura cedere non potest. Signo-
rol. *cons. 100. per totum.* † Limita in eo, qui alienanti rem suam con- 39
sentit, quia sibi præiudicat. Meno. *cons. 58. n. 23. ver. 6. confirmatur li. 1.*
† Extende in eo, qui consentit, quod res sua donetur ab alio, quia 40
censetur ipse donare. Castr. *cons. 319. col. fi. lib. 2.* † Extende in vsufru- 41
ctuario consentiente alienationi libere factę de re, in qua habet vsumfructum. Menoch. *d. cons. 58. n. 28. lib. 1.* † Limita etiam in Eccle- 42
sia, vt si rector consentiat alienationi rei, quæ certa conditione ad
Ecclesiam erat peruentura, sibi præiudicat. Menoc. *d. cons. 58. n. 29.*
li. 1. † Limita, vt procedat etiam, si alienatio esset nulla, quia is, qui 43
consensit, non potest reuocare, Menoch. *d. cons. 58. n. 36. & seq. ver. 9.*
& in fi. li. 1. vbi declarat. † Contrarium tenet Rom. *cons. 132. col. 2. ver.* 44
hoc ergo, & alii supra in princ. allegat. † Limita multis casib⁹, in qui- 45
bus præsentia, & actus posituus inducunt consensum, licentiam,
& auctoritatem, & præiudicant, de quibus Tiraq. *de legib. connub.*
verb. exper. gl. 7. limit. 3. n. 23. & seq. † Limita, quia pater consentiens 46
donationi factæ per filium de bonis patris ad fauorem vxoris filii
sibi præiudicat, sed tamen consensus regulatur secundum naturã
actus, vt sicut donatio inter virum & vxorem potest reuocari, ita
donatio, & consensus soceri, etiam si interuenerit stipulatio. Petr.
Anch. *cons. 76. Per modum consilij. per totum.* † Imo idem Petr. Anchar. 47
d. cons. 76. nu. 9. ver. super quarto, tenet, quod pater consentiens filio
donanti non censetur bona sua obligare, quia aliud est consenti-
re, aliud contrahere, & hoc, quando filius donat bona propria.
† Plus dicit, quod si pater consensit filio donanti bona propria fi- 48
lii pro medietate, & pro alia medietate ppria patris, & vlterius et-
iam pater promisit bona donata tradere sequuta morte filii, intel-
ligitur, si bona filii extabunt, non autem vt sua propria in totum
pater tradere teneatur. Petr. Anch. *d. cons. 76. in fi.* vbi, quod quili-
ber pro rata tenetur. † Extende, quia si filius donat pleno iure bo- 49
na sua, in quibus pater habet vsumfructum cum consensu patris,
pater sibi præiudicat in vsufructu propter illa verba, *pleno iure*, quæ
important in proprietate, & vsufructu. Ant. de Butr. *cons. 8. in princ.*
& per totum, vbi, quod non præiudicat creditoribus patris. † De- 50
clarat Cabal. *in apostil. magna ad cons. prædictum 8. Ant. de Butr.* vt con-
sensus patris, quia est necessarius in donatione causa mortis filii
secundum magis * communem non debet patri nocere, quia offi- *
cium non debet esse damnosum, & quia consensus non debet o-
perari duplicem effectum, & vltra intentionem, & ponit plura si-
milia, tandem dicit, quod si pater ex certa scientia consensit, sibi
præiudicat in vsufructu, propter illa verba, *pleno iure*. Vide, *Confessio*
in quibus non noceat confitenti. Concl. 647.

Consensus non trahitur ad ignorata, & non cogitata, & quando secus. Concl. 754.

CONSENSVS † non trahitur ad ignorata, non verisimilia, nec ad ea, quæ quis verisimiliter non fecisset, item nec ad illicita, Feder. de Sen. *cons. 325. Super eo quod, num. 2.* plene Tiraquel.
in l. si vniquam. in præfatio. numer. 99. & seq. C. de reuoc. donatio. est
tex.

rex *in l. cum Aquiliana. ff. de transact.* vbi in fin. dicit, quod liberationem copiosam interpretatio prudentia rescindit. Ias. *cons.* 133. *n.* 18. *lib.* 4. Bal. *cons.* 110. *col.* 2. *in fi. ver. nec obstat. lib.* 1. vbi ponderant illa verba, & plenius Castr. *consil.* 343. *Considerandum, col.* 2. *in fin. versic.* 1. *quia, & per totum lib.* 1. vbi loquitur, etiam si adsit decretum iudicis, & iuramentum minoris. plenius *cons.* 386. *Siue dicamus, in fin. lib.* 1. *& consil.* 377. *n.* 2. *lib.* 2. Rom. *cons.* 273. *Clarum est, col.* 1. *ver. ad hæc autem respondetur.* Bart. *consil.* 90. *Dilecto domino. num.* 9. *lib.* 1. *l. Nec ignorans. C. de donatio.* † Quia nihil magis contrarium est consensui, quam error, ideo qui ignorat, non consentit, *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud.* & quia ignorantia excludit consensum. Crauet. *cons.* 257 *nu.* 2. † Idem est in quietatione generali. Bart. *in l. cum Aquiliana, num.* 2. *& 3. ff. de transact.* in transactione, & compromisso, plene Ias. *cons.* 171. *col.* 4. *vers.* 5. *cum seq. lib.* 2. † Idem est in concessione Principis, & priuilegio, vt non trahatur ad ius alienum ignoratum. Oldrad. *cons.* 237. *num.* 7. *circa fin. ver.* 4. *& vlt.* Ias. *in l. si ex toto, n.* 7. *ff. de leg.* 1. vbi omnes, & loquitur in exemptione. Vide, *Ignorantia facti alieni, & proprij excusat in multis. Concl.* 16. † Idem est in iudicio; vt actio omnis sit intentata per clausulam, *omni meliori modo*, quia non extenditur ad incogitata. Rom. *cons.* 294. *in fi.* vbi apostilla. † Idem est in venditione, concessione, vel contractu; quia etiam si cæptum sit ab vniuersitate, prout in venditione Castri, quo casu venit iurisdictio, si tamen concedens, vel vendens ignorauit venire iurisdictionem, quia nesciebat sibi competere, non veniet. Paris. *cons.* 20. *num.* 61. *& seq. lib.* 1. † Idem est in acceptilatione, quia non trahitur ad non cogitata. Bart. *in l. cum Aquiliana. ff. de transactio.* † Idem est in promissione rati pro alio, quia sicut principalis non obligatur, ita nec promittens pro eo. Soc. *cons.* 159. *num.* 29. *& seq. ver. præterea. lib.* 2. † Idem est in compromisso; quia sicut Aquiliana acceptilatio non trahitur ad incognita, ita neque compromissum de vna re non trahitur ad aliam. Aug. *in l. de ijs. ff. de transact.* vbi, quod audiuit Bart. in voce hoc dicentem, & idem tenet Bart. *in l. cum Aquiliana, num.* 2. *& 3. ff. de transact.* Alexand. *cons.* 8. *Viso themate supradicto, col.* 1. *lib.* 5. Ias. *cons.* 171. *lib.* 2 *col.* 4. *ver.* 5. vbi latissime, Roman. *consil.* 403. *num.* 6. *ver.* 4. † Et quod compromissum & laudum non trahatur ad incognita, & incogitata, quæ non erant in rerum natura, Castr. *consil.* 126. *ego Paulus. lib.* 1. † Idem est in ratificatione laudi, Bart. *in l. cum antea, ad fin. ff. de arbitr.* & in ratificatione quacunque. Soc. *cons.* 159. *num.* 30. *libr.* 2. Vide, *Ratificari non potest laudum arbitri, antequam feratur. Conclusio.* 19. † Idem est in quacumque obligatione, quia subscribens folium album, vt ratificet scribenda in eo, non obligatur, quia non trahitur consensus ad ignorata. Vide, *Folium album quando valeat, & obligetur vel non. Conclusio.* 407. † Idem in rescripto. Ossasch. *decis. Pedemont.* 90. *n.* 17. † Idem in omni dispositione. † Idem in eo, qui sibi reseruauit lapidicinas, vbicunq; essent in fundo, quia non intelligitur de illis, quæ post contractum inuentæ sunt. *l. Labeo. ff. de contrahen. emptio.* Alex. *cons.* 25. *n.* 3 *li.* 7. † Idem in diuisione ignorata; quia consensus non trahitur ad ignorata. Castr. *cons.* 377. *Ad primum, n.* 2. *li.* 2. vbi loquitur in Iudæis. † Idem in fauorabili dispositione, quia tutela data per patrem filiis suis non extenditur ad filium ignoratũ, quem pater nesciebat habere. Rom. *cons.* 231. *Præmissorum in fi.* † Idẽ in legato facto filiis seu liberis, quia ad ignoratos non extenditur. Rom. *d. cons.* 231. *in fin.* † Idem in donatione facta ab eo, qui postea suscepit liberos, etiam si esset iurata, quia non trahitur ad filios, de quibus non cogitauit. Rom. *cons.* 269. *Non est dubium. in princ.* † Idem in libello, & clausula, *omni meliori modo*, quia non trahitur ad ignorata, & non cogitata, sed ad præsentia, & existentia, Rom. *cons.* 294. *Hæc confessio in fin.* vbi plena apostilla *in ver. cogitatum*, dat concord. † Extende in laudo. Ias. *d. cons.* 171. *col.* 4. *& 5. lib.* 2. & in nouatione Alex. *cons.* 13. *Visis, in fi. li.* 2. † In acceptatione fideicommissi, Crauet. *cons.* 33. *n.* 9. † Idem in renunciatione. Ias. *cons.* 133. *n.* 18. *li.* 4. † Idem in ratificatione. Ias. *in l. nec is, § hæres, n.* 9. *ff. de acquir. hæred.* Vide, *Ignorans nihil agit, neque consentit. Concl.* 17. † Amplia, vt idem sit in quacunq; dispositione verbis generalibus concepta, quia nunquam trahitur ad ignorata. Oldr. *cons.* 330. *n.* 4. *ver. item generalia verba*, vbi, quod ignorantia præsumitur. Feder. de Sen. *cons.* 125. *n.* 2. Dynus *cons.* 50. *In quæstione præmissa. n.* 5. *ver. è cõtra videtur.* Ias. *cons.* 160. *Visis, n.* 7. *li.* 4. Bar. *in l. si de certa. C. de transactio.* Ossasch. *decis. Pedemont.* 90. *nu.* 16. † Extende, etiam si sit data facultas arbitris condemnandi partes ad se liberandum generaliter, quia intelligitur ex causa expressa, ne ad incognita trahatur Bart. *in l. cum Aquiliana. ff. de transact.* Alex. *cons.* 8. *Viso themate, col.* 1. *lib.* 5. late Ias. *cons.* 160. *Viso, n.* 7. *lib.* 4. *& cons.* 171. *Visis, col.* 4. *& 5. lib.* 2. † Extende, vt procedat, siue dispositio generalis sit expressa, vel tacita, quia nunquã trahitur ad ea, quę quis ignorauit. Dynus *d. cons.* 50. *n.* 5. † Amplia, quia consensus fideicõmissarii, sub conditione, si filius decesserit sine filiis, præstitus alienationi rei fideicommissarię non præiudicat, quando interuenit tanquã proximior consanguineus, quia talis consensus non trahitur ad hunc casum, quod cogitauerit alienantem moriturum sine filiis. Bald. *cons.* 102. *Punctus super quo, in fi. li.* 2. † Amplia in donatione minoris, quia etiam cum iuramento non extenditur ad ignorata, & incognita. Cast. *d. cõs.* 386. *in fi. li.* 1. † Amplia in liberatione generali, quæ non extenditur ad latentia, & incognita. Angel. *consil.* 185. *Brunellus Notarius, n.* 2. *ver. Ex quibus concludo*, quod consilium duplicatur, *cons.* 313. *Per eundem Angelum.* vbi late. Dyn. *cons.* 50. *nu.* 5. Bart. *consilio* 58. *in fin. lib.* 1. Iason. *consil.* 133. *num.* 18. *lib.* 4. Vide, *Liberatio generalis ex certa causa non cõprehendit altiã causam, & quando secus. Concl.* 326. † Extende, quia non extenditur ad futura incognita, ideo si liberet Titiũ generaliter de omnibus, postea adeat, vel acquirat hæreditatem non censetur liberasse ex iure hæreditatis postea quæsito. Dynus *cons.* 28. *Thema tale est, quidam per totum.* Vide, *Renunciare iuri de futuro quis non potest, & quando secus. Concl.* 172. † Amplia in compromisso facto generaliter cum clausula, *quod intelligatur esse lis & differentia super omnibus super quibus fuerit laudatum*, quia non extenditur ad incognita, sed ad præsentia. Angel. *cons.* 248. *Punctus est, extorta, nu.* 2. *ver. & potissime.* † Extende, quia compromissum quantũcunque generale nunquam trahitur ad ignorata. Dynus *cons.* 50. *In quæst. præmissa, n.* 5. *ver. è contra videtur.* † Amplia in pacto, quia consensus pacisscentis non trahitur ad ignorata. Dynus *d. cons.* 50. *nu.* 5. Fulgo. *cons.* 67. *nu.* 5. vbi quod nedum consensus, sed neque pactum trahitur ad ignorata, licet pactũ comprehẽdatius de futuro. † Amplia in legato, & vltima voluntate, quia nunquam cõsensus trahitur ad ignorata, & incognita, ideo legãs quicqd est credituũ legatario, intelligitur de eo, quod est, vel esse potest tẽpore legati, non de eo, quod postea contigit, vel de eo, quod legans non potuit tunc scire. Fulgo. *cons.* 37. *Quidam in suo testamento per totũ.* † Amplia in renunciatione, quia non extenditur ad incognita, & ignorata, *l. tres fratres. ff. de pact.* Soc. *cons.* 103. *col.* 2. *lib.* 3. *& consil.* 25. *col. pen. lib.* 4. & est ratio, quia deficit consensus, ideo dicitur erronea, *l. si errorem. ff. de iurisd. omn. iud. l. mater decedens. ff. de inoffi. testam.* plene Rota in *nouiss. in ref. li.* 2. *decis.* 102. *per totam.* Castr. *cons.* 386. *Siue dicamus. in fi. li.* 1. Roma. *consil.* 273. *col.* 1. *in fin. versic. Ad hæc autem respondetur.* † Amplia in eo, qui consentit venditioni, vel donationi rei suæ ex contractu alterius quia licet sibi præiudicet, & censeatur renunciare iuri competenti, tamen id non extenditur ad ius ignoratum, & postea quæsitum. Fulgos. *consilio* 67. *numero* 5. † Amplia in sententia, quia non extenditur ad extranea, & incognita. Crauet. *cons.* 10. *in princ. n.* 4. *& cons.* 45. *num.* 5. vbi, quod mens iudicis præsumitur talis, qualis esse debet. † Amplia in transactione, *l. cum Aquiliana. ff. de transactio.* quia non trahitur ad ignorata. Bart. *cons.* 58. *ex themate prædicto. in fi. lib.* 1. Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. in præfatio. nu.* 123. † Restringe, nisi verba contrahentium aliter suadeant, veluti si est dictum, quod fiebat transactio de omnibus cognitis & incognitis differentiis, quia saltem videntur partes in genere cogitasse. Alex. *cons.* 42. *num.* 8. *ver.* 5. *pondero, lib.* 1. vbi dicit * communem. † Amplia, quia licet in generali * remissione inter viuos facta videatur remissus dolus præteritus; tamen procedit in illo dolo, per quem nihil adest dolosо, sed si adest dolosо aliquid, non censetur remissus. Castr. *cons.* 343. *Considerandũ est, col.* 2. *in fi. ver. nam licet, li.* 1. † Amplia in statutis constitutionibus, & legibus imperialibus, & de legibus ciuilib. Alex. qui alios citat *cons.* 229. *Ponderatis, n.* 7. *ver & tanto magis, li.* 6. vbi, quod leges ciuiles imponentes pœnã pro incestu, debent intelligi de incestu cognito, & secundum leges ciuiles, non de incestu introducto post leges ciuiles per ius canonicũ, quia cum non haberent cognitionẽ, & lex intelligatur rebus stantibus sic, fit restrictio, & interpretatio. † Idẽ in statuto, nam controuersia magna fuit, an statutum Pisarũ, quod in casibus omissis recurratur ad ius commune, postquam facti fuerunt subditi Florentinis, intelligatur, quod recurratur ad statuta dominantium Florentinorum, & multi tenuerunt, quod sic. Rom. *cons.* 218. & alii plures ibi in apostilla magna allegati, sed in contrarium tenent alii citati in dicta apostilla, quia non potuerunt cogitare statuentes tempore statutorum conditorum, quod possent fieri Pisani subditi Florentinis, igitur statutũ non trahitur ad ignorata. † Amplia, q̃ dicitur de ignorante, idẽ dici debeat de dubitãte, quia dubius non dicitur scire. Tiraq. *in l. si vnquã. C. de reuoc. donat. in præfatio. n.* 99. vbi citat ad hoc infinitos. † Amplia, quia quod dicitur de ignorato, & incognito, idẽ sit in dubitante, quia æquiparatur. Ias. *in l. nec is, § hæres, nu.* 10. *ver. amplia. ff. de acqu. hæred.* est tex. *in l. si. § sin autem nesciens. C. de furt.* vbi Bar. & alii. Crauet. *cons.* 8. *n.* 10. † Amplia in renunciatione generali, vel approbatione laudi generaliter facta, quia non extenditur ad ignorata. Zabarel. *cons.* 92. *n.* 10. *& 11. ver. item si voluisset.* † Amplia, quia sicuti consensus expressus nõ trahitur ad ignorata, ita multo magis procedit in cõsensu tacito. Floria. de S. Petro *q.* 1. *n.* 4. *ver. Pro hac facit.* † Amplia, quia sicuti non extendi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tenditur consensus ad ignorata, ita neq; ad dolose disposita. Soc. *cons.159. In præsenti consultatione, n.29. & seq. ver. præterea, & aliter, lib.2.*

49 † Amplia, quia adhærens appellationi necesse est, quod sciat fuisse
50 appellatum. Oldr. *cons.330. n.5. ver. item adhærentia.* † Amplia, quia consensus non trahitur ad ignorata, & præsumitur ignoratum in minore, si donat, vel renunciat, non expressa quantitate, futuræ hæreditati, vel speciei. Rota *in nouiss. impressis, R. P. D. Cantucij, lib.2. decis.102. n.10.* vbi allegat plures, sic distinguentes. Ruin. *cons.60. n.*
51 *24. lib.3.* & infra *n.107.* † Item, quando magna persuasio interuenit,
52 quę induxit dolum præsumptū. Curt. Iun. *cons.141. n.18. & seq.* † Amplia, quia in insolitis non sufficit in genere cogitatū. Gabriel. *de reg.*
* *iur. Concl.4. n.17.* vbi de communi, * & quia inuerisimilia regulis generalibus non continentur. Rom. *cons.269.* Paris. *cons.73. n.50. lib.1.*
53 † Et dicitur insolitū, ad quod consensus in genere non extēditur, quando præter spem, & communem intentionē, prout in arbitro, vel arbitratore, qui eliguntur tanq̄ boni viri; nā licet partes renūcient in genere cuicunq; læsioni, etiam enormissimæ, etiā cum iu-
ramento; tamen non tollitur reductio; quia non potuit dici cogitatū etiam in genere, quia esset casus insperatus, vt qui eligitur pro bono iustitiæ & pacis dolum cōmittat. Ant. de Butr. *cons.24. n.5. ver.*
54 *non obstat.* † Amplia, & in hac materia regulam facias, quod per generalem renunciationem beneficiis factā per donantē, qui postea suscepit filios, non censetur cogitatum de filiis suscipiendis etiam cum iuramento, & qui dicit fuisse cogitatū, probet. Rom. *cons.269. in princ. & n.2. ver. sed de filiorum susceptione*, vbi allegat Bart. *in l. Titia, §.*
55 *Imperator. ff. de legat.2.* † Extende, maxime quando sumus in materia consessa miserationis causa, in qua requiritur nedum specialis, sed specialissima renunciatio, per generalem expressionem nō censetur cogitatum. Rom. *d. cons.269. n.2. ver.2. quia*, vbi plena apostilla, *in ver. specialissima*, quæ dat concord. vel in alio casu, in quo specialis mentio requiritur, vt ibi Rom. etiam si interesset iuramentum.
56 † Restringe, quando verba sunt vniuersalia negatiua de non impetrando, vel non faciendo cum iuramento, quia censetur cogitatum de omnibus, maxime si persona sit perita, & verisimiliter potuit cogitare, quia sciebat. Rom. *cons.379. num.7. & seq. ver. nec obstat.*
57 † Declara, quia generalis consensus vel renunciatio futuris exceptionibus non valet, secus si de præsenti tempore renunciationis competunt, vel competere possunt, ita elicitur ex Alex. *cons.133. Super quæstis, n.11. & 12. lib.5. & n.13. & seq.* declarat alio modo, vt si ex
58 certa scientia facit nocet, alias secus, vide eum. † Amplia, etiam si interuenerit iuramentum, quia adhuc consensus iuratus non trahitur ad ignorata. Oldr. *cons.95. in fi. ver. præterea.* Feder. de Sen. *cons.*
125. *n.2.* vbi quod non trahitur ad non cogitata. Ang. *cons.172. Ludo-*
* *uicus, col.2. in princ.* Crauet. *cons.257. n.2.* & hanc magis * communem dicit Tiraq. *in l. si vnquam in præfatio. n.148. & seq.* maxime *n.151.* Castr. *cons.343. Considerandum est. col.2. in fi. ver.1. quia, & per totum, lib.1. & cons.*
378. *Ad primum, n.2. lib.2.* Rom. *cons.294. Hæc confessio, in fi.* vbi apostil.
☞ *in ver. cogitatum.* Vide, *Iuramentum non addit consensum, circa ignorata.*
59 *Concl.505.* † Et quod consensus etiam iuratus non trahatur ad in-
* cogitata, & ignorata est communis * opinio, de qua Alex. *cons.28. Visis, & accurate, col. fi. lib.1.* plene Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuoc. donatio. in præfatio. n.170.* vbi plurimos allegat, quia iuramentum nō
** auget obligationem. Tiraq. *in loco allegato, n.165. & 151.* vbi dicit ma-
gis * communem in renunciante, *& n.173. in fi.* dicit magis * communem in renunciante illi legi cum iuramento. Rom. *cons.269. Non est dubium, n.2.* & plenius, *cons.379. nu.8.* vbi apostil. *in ver. cogita-*
☞ *tum.* Vide, *Iuramentum operatur multa, & quæ, & quando secus. Concl.524.*
60 † Et maxime in minore persuaso, & læso. Castr. *cons.386. siue in fi. &*
61 *cons.343. col.2. in fi. lib.1.* † Idem, vt iurans non excludatur à beneficio sibi competenti, vt minor à restitutione in integrum, quia nō trahitur ad incogitata. Imol. *in l. sciendum. ff. de verb. oblig.* Guido Papæ *de-*
cis.35. & decis.130. & decis.444. apostil. ad *decis. Tholos.* 49. quæ plures
62 allegat. † Idem, quia quoad ius futurum ignoratum iuramentum non operatur. Tiraq. *in præfatio. d. l. si vnquā. C. de reuoc. donatio. n.148.*
* 63 *& seq.* vbi de * communi. † Idem, quando agitur, vt quis excludatur à iudicato. Marcabru. ab Anguil. *cons.17. n.2. & 5.* vbi, quod non sufficit renunciatio generalis cum iuramento. Marcabrun. ab An-
64 guil. *cons.66. n.154.* † Idem, si agatur, quod quis dolo contra se cōmisso renunciauerit, quia re quiritur expressio specifica, & nō suf-
65 ficit generalis cum iuramento. † Cōtrarium, q̄ imo sufficiat in genere cogitasse, vt consensus censeatur prestitus. Alex. *cons.3. Viso in-*
strumento, n.5. lib.1. Curt. Iun. *cons.191. n.22. & 23.* Tiraq. *in d. l. si vnquā, in præfatio. n.132. & seq.* vbi seipsum allegat in aliis locis, & quod sufficiat consensus in genere per iuramentum, vt sit renunciatum. *l. de*
ijs. ff. de transact. etiam si non adsunt verba illa, *visis & cognitis.* Alex.
cons.11. col.4. lib.2. Corne. *cons.6. In hac consultatione, col.3. in fin. lib.1. &*
cons.240. Bonauentura, col. pen. in fi. li.2. Soc. *cons.103. in casu conuentionis.*
col. fi. lib.3. late Dec. *cons.345. Visis ijs, col.1. ver. sed tamen.* Rom. *cons.379.*
Circa primum, n.8. & seq. ver. respondeo, plene Alex. *cons.14. Visis, nu.24.*
& seq. ver. Quia respondeo, lib.6. Vide, *Cogitatus in genere quando sufficiat,*
vel non. Concl.411. † Declara, quia sufficit cogitatus in genere, vbi 66
simpliciter consensus requiritur, & in iis, quæ à solo consensu pendent, secus si pro forma alius actus præter consensum requiritur, prout quando aliquid expressum fieri debet, vt in prohibenda translatione dominii requiritur pactum resolutiuum in cōtractu inter viuos, & sic de similibus, pulchre Crauet. *cons.668. n.6.* † De- 67
clara, quia si quis iurat simpliciter iuramentum, non extenditur ad incogitata, quando nō fuit cogitatum in specie, neq; in genere, secus si fuit cogitatum in genere. *d. sub prætextu, la secunda, cum ibi not. C.*
de transact. sed si quis iurat super facto, videtur generaliter cogitasse super omni iure descendēte ex illo facto; ergo, &c. Ita Alex. *cons.*
14. *Visis, n.25. ver. & respondet ad illud, quod dicitur, lib.6.* † Et ideo is, qui 68
iurat omnia contēta in instrumento esse vera, & illa obseruare, nō contrafacere, vel contrauenire, non potest vllo prætextu, vel iure, etiā ignorato contrauenire, Alex. *d. cons.14. n.24. & seq. ver.8. lib.6.* vbi extendit etiam in minore, & muliere nō cerriorati. Vide, Clau-
sula, *omnia, & singula*, quid operetur. *Concl.296.* † Et maxime procedunt prædicta, quādo ex certa scientia fecit, quia excluditur error. 69
Alex. *d. cons.14. n.27. ver. & facit ex certa scientia, lib.6.* † Declara plene 70
per Gabriel. *de reg. iur. concl.4.* vbi facit regulā, sufficere in genere cogitatum cum Ampl. & limit. † Declara, quia certis casibus, in quib. 71
requiritur specialis specificatio, vt in renunciante testamento, & similibus, quia nō operatur generalis cogitatus. Soc. *cōs.282. & 283.*
in princ. lib.2. & isto casu requiritur clausula, *visis, & inspectis.* Ang. *in l.*
tres fratres. n.5. ff. de pact. Tiraq. *in l. si vnquam. in præfatio. n.161. C. de reuoc.*
donat. Vide, *Generalis dispositio non extenditur, neque comprehendit multa,* ☞
& quando secus. Concl.31. † Contrarium Tiraquel. *in l. si vnquam in præ-* 72
fatio. num.145. C. de reuoc. donatio. † Idem, quando lex requirit, quod 73
aliquid exprimatur expresse, sigillatim, vel formaliter, aut fit mētio de tenore, quia in istis non sufficit generalis cogitatus, ita Curt. Iun. ex mēte Feli. quem allegat *cons.191. n.10. in fi. & n.11.* vbi distinguit hanc materiam. † Declara, vt plene per Ias. *cons.171. col.4. ver.* 74
quinto, facit lib.2. vt dicatur cogitatum, si actio est vniuersalis; quia est in genere cogitatum id; quod ex eo sequitur, secus, si actio est particularis, quia nisi verba sint præcisa, non præsumitur cogitatū, & dicit esse * communem distinctionem Bart. in *l. si de certa, col. fi. C.* *
de transact. † Declara, vt generalis cogitatus nō sufficiat quoad pe- 75
nitus insolita, & incognita, secus si similia sunt, veluti suscipiens casus fortuitos omnes post expressionem aliquorū, cēsetur etiam suscipere similes, quia de eis cogitauit in genere, sic loquitur Alex.
d. cons.3. n.5. li.1. & plenius *cons.28. num.9. & seq.* etiam si adsint verba *cogitatos & non cogitatos*, plene Menoch. *cons.27. n.18. & seq.* & Alba.
Mandell. *cons.1. n.5. & seq.* vbi *n.7.* dicit * communem, & declarat, * qui casus sint soliti, & raro eueniētes, & omnino insoliti. † Et ideo 76
nō sufficit, quod penitus incognitum includatur persuasiue, quia debet includi necessario per verba generalia, quæ alias nihil operarētur, tunc cogitatus in genere venit. Curt. Iun. *d. cons.191. n.10. &*
seq. vbi declarat. † Declara, quia futura, quæ habent omnino origi- 77
nem à futuro, non censentur cogitata; secus, si habent originem à præterito, Castr. *cons.132. Videtur dicendum, n.3. li.1.* vbi ponit exēpla.
† Declara, quia vbi lex ratione ignorantię succurrit, nō sufficit ge- 78
neralis cogitatus, si constat de præsumpta ignorantia Alex. *cons.42.*
n.5. li.1. vbi loquitur in læso vltra dimidiam ignorante, vt generalis cogitatus non sufficiat, & *n.17. ver. non obstat quartum*, vbi videtur aliter sentire, & male, quando interuenit iuramentū. † Idem, quan- 79
do pactum vel conuentio de sui natura non cōtinet aliquid, quia nec iuramentum extendit. Bart. *cons.126. in fi. li.1.* † Si vero non cō- 80
stat de præsumpta ignorantia præsumitur scientia in genere, quæ sufficit, nisi coniecturis probetur etiā ignorantia in genere. Ang. in
l. tres fratres, n.4. ff. de pact. cum seq. vbi tradit regulā cū quatuor limitationibus, & postea subdit consilium, quomodo sint concipiēda verba, vt omnia includant, & est pulchra declaratio. † Imo, quod 81
ignorantia præsumatur eorū, quæraro, vel nunquam, aut quæ non sunt verisimilia, vel credibilia. Tiraquel. *d. proœm. l. si vnquam, n.111.*
C. de reuoc. donatio. Dyn. *cons.50. n.5. v. è cōtra videtur.* Oldrad. *cons.330.*
n.4. Feder. de Sen. *cons.125. n.2.* † Declara, quando verba contrahē- 82
tium dictarēt, quia si fuit generaliter transactum, tam de cognitis & cogitatis, quam de incognitis & incogitatis, tunc consensus trahitur, quia sufficit, quod fuit cogitatum in genere, Alex. *cons.42. n.*
8. *v.5. pondero, li.1.* vbi dicit * communem, & pro cautela dat. Ang. in *
l. tres fratres n.5. ff. de pact. Curt. Iun. *cons.191. n.24.* vbi, quod dicitur cogitatum, si in aliqua parte fuit facta mentio de illo, de quo agitur, vel si verba generalia alias essent sine effectu, *n.10.* plenissime Crauet. *cons.294. n.7. ver.11.* Florian. de S. Petro *q.1. col.3. vers.5. princi-*
paliter.

liter. Vide *Fortuitus casus quando non nocet suscipienti in se periculum, & quando secus. Conclusio.* 428. † Declara, quia transactio, vel liberatio
83 generalis continet omnia, & trahitur etiam ad occultata dolo aduersarii ipso iure, si verba sunt generalia, sed euacuatur replicatione effectu, ideo cautela est, quod replicetur de dolo, alias succumberet, Ang. *d.l. tres fratres in princ. ver. sequitur in tex. ff. de pact.* vbi Iaſ. declarat, *nu.* 22. *in ver. vlt. nota.* qui alios citat pro opinione Ang. Iaſ. *conſ.* 171. *col.* 4. *ver.* 7 *facit. lib.* 2. vbi, quod datur replicatio ad cogitata, tamen extenditur, & Corn. plene *conſ.* 144. *nu.* 10. *& ſeq. lib.* 3.
84 vbi, quod dolus eſt cauſa replicationis. † Imo, quod ſi cauſa eſt generalis, & verba ſunt generalia tranſactionis, comprehendant in-
* cogitata. Bart. *in l. ſi de certa. C. de tranſact.* cuius opinionē * cōmunem
85 dicit Iaſ. *conſ.* 171. *col.* 4. *ver.* 5. *lib.* 2. ſecus, ſi cauſa ſit ſpecialis. † Declara, quia in impubere etiam doli capace, vt quia ſit in vndecimo anno, vel duodecimo, non operatur iuramētum. Zabarel. *conſ.* 92.
86 *n.* 11. *& ſeq. ver. quoad iuramentum.* † Declara, quia ſi ſumus in prohibitis de iure, nō ſufficit cogitatus in genere, vel renunciatio in genere, etiam cū iuramento, niſi expreſſe dicatur & ſpecificetur illud
* prohibitum cū renunciatione iurata, magis * communē dicit Beccius *conſ.* 111. *n.* 35. vbi alios citat ad hoc, maxime Bero. *conſ.* 177. *n.* 17.
87 *& ſeq. lib.* 1. de magis * communi. † Tu omnino videas Tiraq. *in l. ſi*
* *vnquā in præfatio. C. de reuoc. donatio. n.* 80. vbi, quod omnes * tenēt ſufficere ſcientiā in genere, vt conſenſus præiudicet ſcienti, & in aliis numeris ſeq. vſq; in fin. examinat non procedere in iis, quæ requirunt pro forma ſpecificam mentionem, & quid ſi adſit iuramentū,
* & tenet, quod ſic communiter * *n.* 144. tamen *n.* 173. *in fi.* dicit com-
* muniorem, * q; iuramentum non ſupplet conſenſum, & non ope-
88 ratur aliquid, vbi nō eſt conſenſus, qui requiritur. † Declara, quia ſi agitur de non contraueniendo, & iuretur in tranſactione nullo modo, ratione, vel cauſa contrauenire, neq; poterit iurans contrauenire prætextu læſionis incogitatæ, quia quādo verba ſunt generalia, & adeſt iuramentū de non contraueniendo, cenſetur iurans omnia cogitaſſe. Cagnol. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendito. n.* 91. vſque ad *n.*
97. vbi *n.* 96. hoc dicit. Rom. *conſ.* 379. *n.* 8. *& ſeq.* vbi, quod is, qui iurauit nihil de cætero impetrare, nō allegat non cogitaſſe, quia verba negatiua vniuerſalia omnia includunt, & potuit cogitaſſe, ma-
ximè quando perſona eſt docta, & ſciens. Vide plene Ant. Gabriel.
89 *lib.* 6. *de regul. iuris. Concl.* 4. *Cogitatus in genere ſuffi.* it. † Limita in legitima, quia niſi de ea ſit facta mentio in ſpecie, non cenſetur illi renūciatū ex quibuſcunq; verbis generalibus, * communē dicit Pariſ.
90 *conſ.* 43. *n.* 36. *lib.* 3. vbi, quod debet ſpecificari nominatim. † Cōtrarium tenet Cur. Iun. *conſ.* 191. *Habita diligenti, per totum, li.* 3. vbi, quod ſufficit in aliqua parte feciſſe de ea mētione, prout in procœmio, item quando verba ſunt adeo generalia, vt neceſſario includant,
91 maximè ſi eſt iuratum, quia ſufficit cogitatus in genere. † Declara, quia cū iuramento cōtinetur renunciatio legitimæ in generali re-
* nunciatione, plene Tiraq. qui dicit * communē *in l. ſi vnquā, in præ-*
92 *fatio. n.* 144. *ſeq.* vbi infinitos allegat, & extendit. † Limita in renunciatione generali per verba negatiua vniuerſalia, quādo ab homine peritiſſimo proferuntur, quia iuramentū ad omnia extenditur,
93 Rom. *conſ.* 397. *per totum*, maximè *n.* 8. *& ſeq.* † Limita in contractu bonæ fidei, prout eſt ſocietas, & ſimiles actus, quia veniunt omnia,
94 quæ habent æquitatē, & ſunt de natura contractus, etiam ſi partes de illis non cogitauerint. Caſtr. *conſ.* 312. *in princ. li.* 2. † Limita quādo
95 quis renunciat iuri ignorato, quia valet renūciatio. Iaſ. *l. nec is, §. hæres. n.* 10. *verſ. limita, quando. ff. de acq. hæred.* † Limita, niſi ex certa ſcientia hoc fiat, quia poteſt quis ratificare ex certa ſcientia aliquid, antēq; legerit, vel ſciuerit. Caſt. *conſ.* 216. *Confirmando. li.* 1. *ver. ſuper* 5. vbi
dicit eſſe tex. *an c. humilis, de maior. & obed.* ita videtur ēt tenere Alex.
conſ. 42. *n.* 7. *li.* 1. *& per totum*, & allegat Caſtr. Ant. de Butr. *d.c. humilis*,
& dicit, q; ex quo non cōpellebatur, nō poteſt allegare ignorantiā,
96 q; eſt craſſa, & affectata. † Limita, quādo exrat ſtylus ſeu formularij inſtrumentorū, q; generalia verba abſolutionis trahātur ad incogitata, put Florētiæ in cōtractib ponitur hæc clauſula, ideo veniunt, ſi ex cōſuetudine ſunt ſolita venire, *l. q; ſi nolit. §. qui aſſidue. ff.*
97 *de edil. edicto.* † Limita in trāſactione etiā, quia ſi fuit generaliter dictū, q; trahatur ad incognita, & nō cogitata, trahitur, & idē, quādo verba ſunt taliter generalia, q; cōprehendūt neceſſario. Ang. Aret.
98 *conſ.* 38. *Duo ſunt, col. pen. n.* 18. † Limita, quia in iis, quæ à cōſenſu regulantur, volūtas in retinendo, & perdurando prodeſt ad actū nouiter inducendū à rēpore conſenſus. *l.* 3. *in princ. ff. de acqu. poſſeſſ.* Anch.
conſ. 229. *in princ. n.* 2. *ver atem in actib.* & per Anton. de Butr. *conſ.* 64. *n.*
2 *ver. ité in actib.* vbi apoſtilla citat Corn. *conſ.* 50. *col.* 3. *ver. qui credit li-*
99 *bere habere poſſeſſionē, lib.* 1. *& conſ.* 165. *in fi. li.* 2. Crauet. *cōſ.* 171. *n.* 1. † Limita vt generalis cōſenſus trahatur ad ea, quę non ſunt cognita in ſpecie, quādo ſunt cogitata in genere, ſi nulla alia cauſa ſubſit, ad q̄ diſpoſitio poſſit referri. *l.* 2. *ff. de liber. & poſthum.* Rom. *cōſ.* 403. *Pro dec.*
nu. 9. † Ité prætetitio filii facta à milite valet. licet ignoraret habere
100 filiū quādo in genere cogitare potuit, & fecit pterītionē ex verbis importantib. mentē etiā ſi illū haberet. *l. qui ture militari. ff. de teſtam. milit.* Rom. *conſ.* 403. *n.* 10. *ver.* 1. *ex eo.* † Ité adire nō poteſt hæres, niſi
101 ſit certus, p quota parte ſit hæres, *l. ex ſemiſſe. ff. de acq. hæred.* & tamen ſufficit, q; ſciat in genere, & velit eſſe hæres, p quacunq; parte cōperat. *l. ſi ex parte. ff. eod.* Rom. *d. conſ.* 403. *n.* 11. *ver.* 2. *quia.* † Ité hæres nō
102 poteſt adire, niſi ſciat ſe hæredem, & tamen ſi ex duobus teſtamētis eſt hæres, ſufficit, quod velit eſſe hæres ex valido, *l. eum, qui duobus, ff. de acquir. hær.* Rom. *d. conſ.* 403. *n.* 12. *ver. tertio quia.* † Item libera-
103 tio generalis trahitur ad incognita, ſi in genere ſunt cogitata. Ro. *conſ.* 403. *nu.* 13. *verſ. quarto quia* Grat. *conſ.* 75. *In præſenti, numer.* 35 *lib.* 1.
† Declara, quia omnes caſus præmiſſi, & alii ſimiles admittunt ge-
104 nericam ſcientiam, ideo conſenſus & ſcientia in genere ſufficit, ſecus eſt, vbi certa requiritur ſcientia, quia debet eſſe ſpecifica, alias nō ſufficit generalis, vel quādo lex eſt prohibitiua, vel formalis, vel in odiū facta, ita plene Rom. *d. conſ.* 403. *n.* 18. *& ſeq. vſq; in fi. v.*
non obſtat. vbi reſpondet ad ſingulos caſus ſupradictos. *& n.* 17. *in fi.*
ver. hoc itaq; probato, declarat ſub aliis verbis, quod generaliſſima liberatio, quamuis ad incogitata ex verbis extendatur. tamen nunquā ad ea extenditur, quando vnū de duobus concurrit, vel quod
agatur de remiſſione debiti ex teſtamento, vel q; liberatio poſſit
operari circa alia, & dicit eſſe communem * opinionē † Teſtator, *
105 qui fecit teſtamentū cum clauſula codicillari. *ſi non valet, vel non valebit vt teſtamentū, valeat vt codicillus*, operatur q; pater cenſetur cogitaſſe de filiis poſthumis, ſaltem in genere, vt poſthumus ſuccedēs ab inteſtato teneatur reſtituere ex fideicōmiſſo hæredibus in teſtamento nullo, & ſufficit cogitatus generalis. Alex. *conſ.* 30. *Conſideratis, in princ. li.* 3. vbi apoſtilla *in ver. in genere* dat concord. & Alex.
106 *conſ.* 31. *n.* 4. *ver. quia ſufficit, eod. lib.* 3. † Contrarium tenet d. apoſtil. ad Alex. *d. conſ.* 30. *in ver. in genere, lib.* 3. vbi quod in iis, in quibus in ſpecie quis non ſtatuiſſet, non ſufficit cogitatus in genere. † Ignoran-
107 tia ſemper præſumitur, quando renūciatur iuri cōpetituro, prout hæreditari vel vniuerſitati bonorum. Bart. & Doct. in *l. quod ſeruus. ff. de cond. cauſa data*, vbi Iaſ. *n.* 12. dicit magis * communem. Patiſ. *
conſil. 96. *li.* 3. *nu.* 5 *& nu.* 86. Roma. *conſ.* 22. *nu.* 3. Anchar. *conſ.* 242. *nu.*
10. vide ſupra *n.* 50. † Et ignorantia vbi præſumitur, clauſulæ gene-
108 rales non releuant. Couar. *c. quamuis, de pact. in* 6. Curt. *conſ.* 49. Cravet. *conſ.* 95. † Et quod eſt inſolitum euenire, non dicitur cogitatū.
109 Mohed. *deciſ.* 236. Caputaquen. *deciſ. 1. li.* 2. *manuſcript.* † Et præſumi-
110 tur ignorantia iuris in minore iurante contractum, ſi non fuit certioratus, ideo debet reſtitui, ſi tractat de damno vitando. Dynus *conſ.* 5. *Queſtio taliseſt. quidam, per totum*, & ſequitur Tiraquel. in *l. ſi vnquam, C. de reuoc. donatio. in præfatio. n.* 151. vbi oſtendit * communem. *
& magis * communem Iaſ. *conſ.* 133. *nu.* 10. *lib.* 4. *& nu.* 18. *nu.* 3. *ver. ſed* *
hæc ratio. lib. 1. † Et dicitur incognitum & incogitatum, quod eſt in-
111 credibile; quia incredibile non eſt cogitabile, item quod non eſt veriſimile, non eſt credibile, item quod nunquam vel ræo euenire ſolet. Tiraq. *in l. ſi vnquam in præfatio. n.* 121. *C. de reuoc. donat.*

Conſenſus, ſine quo actus eſt nullus, an valeat poſt actum. Concl. 755.

CONSENSVS † Patris, ſine quo filius non poteſt donare, neq; 1
teſtari ad piam cauſam, quando eſt in poteſtate patris, debet adhiberi in actu donationis, vel teſtamēti, alias actus eſt nullus. Feder. de Sen. *conſ.* 298. *Quoniam veritas, n.* 3. *ver. patet igitur.* Vide, ☜
Nulliter geſta, quæ nō poſſunt conſenſu partium validari. Concl 147. † Extē- 2
de, quia nō conualidatur contractus nullus ex conſenſu ſuperuenienti. Io. de Anan. *conſ.* 32. *n.* 7. *& ſeq.* vbi declarat, *ns.* 10. † Declara, 3
quia ſi cōtractus eſt nullus, ꝓpter conſenſum alterius, quādocūq; conſenſus interuenit, ſemper conualidatur cōtractus, * cōmunem
dicit Caſt. *cōſ.* 290. *Viſa ſupradicta, n.* 2. *ver. reſtat, col.* 2. *in prin. li.* 2. Vide, ☜
Nullitas cauſata ad fauorē certæ perſonæ ab eo ſanatur. Concl. 145. † Amplia 4
in tantū actū nullū propter conſenſum, qui non interuenit à principio, nō conualidari ex tempore, & conſenſu ſuperuenienti, quādo cōſenſus à principio, & in actu requireretur, vt nō cōualidetur alienatio bonorū Eccleſiæ ſine conſenſu ſuperioris, licet poſtea accedat. Gemin. *conſ.* 32. *n.* 7. plene Io. de Anania *conſ.* 32. *Vltra alia, n.* 7. ☜
& ſeq. ver. circa 4. vbi Bologni. in apoſtil. *n.* 14. Vide, *Authoritas ſuperioris quomodo, & qualiter interponenda. Concl.* 566. vbi plene declaratur.
† Contrariū, q; imo ſufficiat, quod Capitulū ratificet, vel conſen- 5
tiat ex poſt facto quandocunq; tranſactionem factā per Prælatū, vt ſit valida. Caſtr. *conſ.* 407. *Satisfaciendo, n.* 5. *ver.* 6. *quæritur, li.* 1. † De- 6
clara, & limita, vt imo conſenſus Capituli, qui non interuenit in alienatione rei Eccleſiaſticæ, & qui debuit interuenire, poſſit præſtari poſtea quandocunq;, quando agitur de re modica, vel quādo ex tali cōſenſu ꝓcuratur vtilitas Eccleſiæ, vel quādo alienatio eſſet

tempo-

temporalis, ita declarat Gemin. *consil.* 48 *n.* 5. *ver.* nec opinio contraria.

7 † Imo, etiam si sit alienatio perpetua potest præstari consensus Capituli post, & conualidatur concessio facta per solum Episcopũ sine Capitulo de Ecclesia alicui monasterio. Bald. *cons.* 282. *Factum*

8 *tale est, lib.* 1. vbi est casus. † Declara totam hanc materiam, vt plene per Abb. in sua *q.* 5. *in ip. Augerio, col.* 7. *ver. & præsupposito, cum seq.* vbi, quod aut consensus debet præstari vt authoritas, aut vt solemnitas, aut vt simplex consensus; in primis duobus casibus debet interuenire in actu, & non releuat, si post: in tertio casu potest interuenire semper, quando res est integra, si vero res non est integra, vt quia donans est mortuus, vel quia reuocauit, non potest con-

9 ualidari, quia non potest trahi retro. † Amplia, quia contractus est nullus, si ita conuentum est, quod nisi præstetur consensus infra certum terminum, sit nullus, quia licet præstetur post terminum non conualidatur, quia certo tempore debuit præstari, & non fuit præstitus. Io. de Anan. *cons.* 32. *Vltra alia, n.* 7. *& seq. ver. circa quartum.* vbi Bologni. *n.* 14. in apostil. dicit per lapsum temporis is, qui de-

10 buit consentire, & non consentit, censetur renunciasse. † Extende, vt procedat maxime contra eum, qui debuit consentire certo termino, quia si non fecit, sibi debet imputare. Io. de Anan. *d. cons.* 32.

11 *n.* 9. † Restringe, quia ad fauorem implentis valet contractus, & ex eo agit contra eũ, qui non consensit in tẽpore, licet sit nullus quoad non consentientem. Io. de Anan. *d. cons.* 32. *n.* 10. *ver. circa sextum.*

12 † Limita, quia alienatio feudi antiqui facta sine consensu eius, ad quem spectat, quæ est nulla, conualidatur, si ipse postea consentit, quia si à principio consensisset, valuisset in sui præiudicium, *c.* 2. *quo tempore miles.* à contrario sensu, ergo sequuto consensu validatur,

* secundũ * communẽ. Castr. *cons.* 290. *Visa supradicta, n.* 2. *col.* 2. *in prin.*

13 *lib.* 2. † Extende, vt procedat etiã in minore post pubertatem consentiente cũ iuramẽto, quia repræsentatur maior per *auth. sacramẽta puberum. C. si aduersus vendit.* Castr. *d. cons.* 290. *col.* 2. *vers. sed quia minor,*

*14 *lib.* 2. vbi dicit * cõmunem. † Declara, quia licet filii alienantis non possint venire contra, donec viuit alienans, vel consentiens, quia eo viuente non habẽt ius; tamen venire cõtra poterunt post mortem illius, si non sunt ipsius alienantis hæredes. Castr. *d. cons.* 290. *in*

15 *fi. li.* 2. † Limita, quia quicunq; consensus interuenit post, qui non interuenerat à principio in actu, prout requirebatur, tunc actus licet non valeat à principio, valet tamen vt nunc tempore noui cõsensus, taciti, vel expressi, quãdo tacitus, vel expressus sufficit. Cal. cons. 2. *An Capitulum, n.* 2. *ver. vel potest dici,* qui loquitur in statuto facto à Capitulo sine cõsensu Episcopi, vt valeat, si Episcopus postea tacite, vel expresse consensit, licet à principio esset nullum, vel an-

16 nullandũ, *de constit.* † Limita in donatione facta à laico de Ecclesia, vel iurepatronatus etiã alteri Ecclesiæ, quæ est nulla sine consensu Episcopi, vt conualidetur, si Episcopus consentiat postea à die cõsensus. Cald. *d. cons.* 2. *de constit. n.* 3. *ver. nam certum est*, & plura ad hoc

17 allegat Abb. in sua *q.* 5. *incip. Augerio, col.* 2. † Limita, qa licet permutatio beneficii iurispatronatus, nõ valeat sine cõsensu patroni, tamen si postea quandocunq; patronus consentit, validatur, & sufficit, quia principaliter spectat, & attribuitur ius ex collatione, & sic nõ est omnino nulla permutatio. Gemin. *cons.* 45. *n.* 10. *ver. ad quintũ,*

18 † Extende in institutione facta sine patrono, quæ esset nulla contradicente patrono, si tamẽ consentiat ex post, valet institutio. Za-

19 barel. *cons.* 62. *n.* 3. *ver. ad tertium.* † Limita, quia licet beneficiũ & dignitas electiua non possit cõferri, etiam ex permutatione sine eligentibus, tamen si Ordinarius contulit sine electione, & postea eligentes consentiant, conualidatur collatio. Card. Zabarel. *cons.* 62.

20 *ver. ad tertiũ.* † Limita in cõsensu patris superueniente post mutuum filio factum, quia cõualidatur mutuũ. Abb. in sua *q.* 5. *incip. Augerio,*

21 *col.* 2. *in fi. ver.* 5. *& vlt.* † Limita in donatione, & conuẽtione seu obligatione facta per scripturã absenti, quia absens potest quãdocũq; præstare consensum, & acceptare, & valebit donatio, conuentio, & obligatio à die acceptationis, quia non præsumitur mutata voluntas, & licet non possit valere, vt stipulatio ex interuallo temporis longo, tamen valet, vt conuẽtio. Alex. plene *cons.* 113. *Perspectis, n.* 12.

22 *& seq. ver. verbo etiam fertur, li.* 6. † Declarat apostil. ad Alex. *d. cons.* 113. *n.* 15. *li.* 6 *in ver. absentẽ.* vt procedat, quando obligatio, vel conuentio, aut donatio, quę fit absenti, sit per scripturã directiuam absenti, put est epistola, vel quando est scriptura debitoris ad fauorem cre-

23 ditoris, alias non, allegat Alex. *cons.* 91. *in princ. li.* 4. † Limita, quia licet compromissum & laudũ non valeat, si deficit consensus compromittentis, tamẽ si consensus accedat lato laudo, conualidatur à principio, quia laudum non erat nullũ. sed suspensum Anch. *cons.*

24 123. *Vnus ex procuratoribus, per totum.* † Declara, vt plene Gabriel. *cons.* 2. *n.* 2. *& seq. lib.* 1. quia si consensus alterius requiritur ad actũ, ne fiat præiudiciũ consentire debenti, is semper potest consentire, & validatur actus nullus, aut consensus alterius requiritur non pro suo interesse, sed ad integrandum actũ, vel ad integrandã personã obligantis, vel contrahentis, prout est, quãdo pro solemnitate requiritur, & tunc consensus requiritur in ipso actu, alias nõ integratur actus, neq; persona. † Et ideo cõsensus tutoris, quia fit ad integrã- 25
dam personã, non potest præstari ante, neq; post actum, sed in ipso actu, alias non valet. Bero. *cons.* 124. *n.* 23. *li.* 1. † Declara, quia aut act- 26
reddit nullus ipso iure, si deficit consensus ab initio, & licet interueniat, nõ sanatur, aut nõ est nullus, sed suspensus, & tunc validatur à principio ex superuenienti cõsensu. Anch. *d. cons.* 123. *per totum.* † Declara, quia quãdo consensus respicit substantiã actus, qui 27
geri debet cũ consensu alieno, tũc requiritur ab initio in actu, alias actus est nullus, put in filiofamilias, qui nõ potest agere in iudicio sine consensu patris, si vero consensus non respicit substãtiã actus, vel iudicii, put ꝙ vxor non agat sine consensu mariti, & promittat refectionẽ expensarũ in casu succũbentiæ, tunc potest quãdocũq; adesse, & valet actus ex superuenienti cõsensu, ita Castr. *cons.* 277. *Quia probabiliter, per totũ,* maxime *col.* 2. *ver. præterea cũ maritus, lib.* 1. *vsq;*

in fi. † Declara melius, quia aut consensus requiritur ad hoc, vt cõ- 28
sentienti non fiat præiudiciũ: & talis consensus potest præstari ante actum in actu, & post actum, item potest præstari pure & in diẽ, ac sub conditione, prout in licentia domini, ꝙ res emphyteutica possit vendi, & consensus isto casu nõ habet vim auctoritatis. Cast. *cons.* 329. *Circa primũ, in princ. li.* 2. † Aut consensus requiritur ad actũ 29
alterius, ne fiat præiudiciũ illi, qui gerit actũ, prout ꝙ filius nõ possit obligari sine cõsensu patris, vel vxor sine cõsensu viri: & tũc habet vicẽ authoritatis, & non potest ante, vel post actũ interuenire, neq; valet in diẽ, neq; sub conditione. Castr. *d. cons.* 329. *in princ. li.* 2.

Consensus alterius debet requiri, quando est necessarius. Concl. 756.

CONSENSVS † plurium vbi requiritur ad actum omniũ debet adhiberi, alias nihil agitur, *c. & obeuntibus* 64. *dist.* Feder. de Sen. *cons.* 1. *nu.* 4. *ver. in contrarium* vbi ponit multa exempla se- 1
quentia. † Amplia, vt duo procuratores dati non insolidum, non 2
possint aliquid agere, nisi coniunctim, *c. si duo, in princ. de procur. in* 6. † Amplia, vt idem sit in duobus delegatis, vel arbitris datis, non in 3
solidum. *c. causam matrimonii, de offi. deleg.* † Amplia, vt idẽ sit in duo- 4
bus exequutoribus testamẽti. *c.* 2. *in fi. de test. in* 6. † Amplia, vt idem 5
sit in duobus habentibus constituere officialẽ, *c. ad hæc, in fi. de offic. Archid.* † Amplia vt idem sit in collatione spectante ad plures, vt v- 6
nus sine alio non possit cõferre, prout est Episcopus, & Capitulũ. *c. si capitulo, de conces. præb.* in gl. *quæro circa fi.* Feder. *d. cons.* 1. *vers. idem in casu, & inter v. præterea, n.* 4. † Amplia, vt idẽ sit in eo, qui habet colla- 7
tionem non coniunctim cũ aliquo, sed de consensu alicuius; quia si conferat sine consensu, non valet, quãuis habeat potentius ius, quam haberet, si collatio esset communis. Fed. *d. cons.* 1. *n.* 4. *v. & ad hoc possunt allegari.* Vide, *Episcopus habens collationem communem eum Capitulo, non confert solus. Concl.* 262. † Limita, quando collatio spectet 8
cõiunctim ad Episcopum & Capitulum; quia vno impedito alter solus potest conferre. *c. vnico, ne sede vacan. lib.* 6. Feder. *d. cons.* 1. *nu.* 7. *ver. præterea potest probari.*

Consequens includit suum necessarium antecedens, & è conuerso. Concluſ. 757.

QVI † vult consequens, debet velle etiam suum necessarium 1
antecedens, & è contra *l. illud ff. de acquir. hæred.* Anch. *cons.* 261. *Videtur prima facie, in princ.* quia qui vult vnum, censetur etiam velle aliud, sine quo id, quod vult, stare non potest. Castr. *cons.* 306. *col.* 1. *ver. qui autem lib.* 2. Abb. *cons.* 101. *Videtur primo, col.* 2. *ver. sed prædictis non obstantibus, n.* 3. *lib.* 2. Angel. Areti. *cons.* 20. *Visis actis, num.* 21. *in fin. cum seq. ver. quia qui vult.* Alex. *cons.* 110. *Attentis num.* 3. *lib.* 5. † Hæres 2
existens testatori necessario dicitur hæres primi hæredis, qui fuit filius testatoris; quia qui vult cõsequẽs, vult necessariũ antecedẽs. Signorol. *cons.* 189. *n.* 3. † Donans rem sibi legatã, vel delatam, cen- 3
setur necessario prius acceptare, cũ alteri velit esse donatam, quia donatio est doni datio, & nemo dat, nisi habeat. Castr. *cons.* 135. *per totum,* maxime *n.* 2. *li.* 1. † Et ideo Ecclesia si ædificetur à laico, necessario videtur velle, quod subsit Episcopo in consequentiã necessariam; item quod nõ possit reduci ad vsus ꝓphanos, & propterea solũ cedit ædificio, & videtur donare dominus soli, eo ipso ꝙ patitur Ecclesiã ædificari. Calder. *cons.* 421. alias 5. *de relig. dom.* vbi quod acquiritur Episcopo ipsa Ecclesia, & ab eo potest vendicari. Vide, 4
Ecclesia si ædificatur, cui acquiratur, & à quo possit vendicari. Concl. 22. † Te- 5
statur legans bona sua distribui pauperibus per certũ exequutorẽ, necessario cẽsetur legare, q primo capiat bona, postea distribuat, ideo operatur idẽ, ac si instituisset eũ ad hoc, vt legitima nõ deducatur.

carit. Bart. *cons.3. Titius. lib.1.* Abb. *cons.59. in princ. lib.1.* Vide, *Substitutio pia causa trahitur ad directam. & habet multos fauores. Conch.* 853. † Statutum, quod hæres mittatur in possessionem bonorum, quæ possedit defunctus tempore mortis, præsupponit antecedens necessarium, quod sit hæres, & quod constet de possessione defuncti, aliàs non habet locum statutum. Signor. *cons.* 250. *num.* 2. *ver. bene dixi.* Vide, *Præexistentia rei requiritur in multis ad hoc, vt valeat dispositio. Concl.* 481. † Priuilegium Papæ concedens, quod Missa possit decantari in Capella nouiter constructa, censetur etiam concedere, quod Parochiani possint ad talem Missam accedere, & oblationes voluntarias facere, quia ista veniunt in consequentiam. Calder. *cons.* 422. *ver. de oblationibus*, alias 6. *de religio. domib.* † Appellatione desertа, qui petit pronunciari super negocio principali, censetur renunciare desertioni in necessarium consequens. Cravet. *consil.* 266. *num.* 3. vbi, quod sententia valebit in vim pacti. † Adiudicationem habens si contentatur recipere pretium, necessario recedit ab adiudicatione; quia qui vult consequens, videtur velle necessarium antecedens. Alex. *cons.* 110. *Attentis narratis, num.* 3. *lib.* 5. † Collatio beneficij facta ab Episcopo, cui competit electio, & confirmatio ad dictum beneficium, habet vim electionis & confirmationis. Vide, *Collatio habet vim electionis. Conclus.* 420. † Gratia principis, quod hæredes quouis modo damnati in crimine læsæ maiestatis sint restituti, inducit restitutionem, & reintegrationem, & qui vult consequens, vult necessarium antecedens. Alex. *cons.* 95. *Requisitus, num.* 2. *& seq. per totum, lib.* 7. † Minor si intentat actionem, quæ non competit, nisi præuia restitutione in integrum, censetur petere etiam restitui, licet hoc non exprimat. Vide, *Restitutio in integrum quando dicatur petita, vel non. Concl.* 292. † Recipiens pretium vigore transactionis depositatum, tranactionem ratificare dicitur per dictam regulam, qui vult consequens, &c. Ang. Aret. *cons.* 20. *Visis actis, num.* 21. *& seq. ver. quia qui vult.* † Libellus in quo petitur exequutio in causa ordinaria, sustinetur; quia licet exequutiue procedi non possit; tamen intelligitur, quod primo cognoscatur via ordinaria, postea concedatur exequutio. Fel. in *c. saue*, & ibi Deci. *num.* 2. *de offic. deleg.* & est communis * opinio, vt ibi * per Deci. & de * communi Alexan. in *l. si cum nulla, ff. de re iudic.* quicquid contrarium ibi tenuerit Bart. † Extende; quia licet exequutio ex abrupto concedi non possit, nec sit incipiendum ab exequutione, *l. si cum nulla, ff. de re iud. l.* 1. *ff. de exequu. rei iudic.* tamen secus est, quando citata parte, & discussis iuribus contra contumacem datur exequutio; quia in consequentiam antecedentis necessarij, subintelligitur declaratio, & condemnatio. Bald. *in d. l.* 1. *C. de exequu. rei iud. col.* 2. *in fin. vers. opponitur, quod etiam ante sententiam.* † Petens restitui in integrum ad appellandum fatetur non esse locum appellationi, quia qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens. Castr. *cons.* 283. *Super isto negocio, nu.* 3. *ver. item ex alio. lib.* 1. † Item qui dicit se manumissum, fatetur se fuisse seruum, & qui dicit se absolutum ab excommunicatione, videtur fateri se fuisse excommunicatum Castr. *cons.* 283, *num.* 3. *ver. item ex alio. lib.* 1. † Exequutio facta contra criminosum priuatum ipso iure per iudicem, qui potuit cognosere de illo crimine, & exequi, habet vim declarationis, & exequutionis. Gemin. *cons.* 146. *in fi. ver. non obstat.* † Idem in eo, qui produxit scripturam contra aduersarium, & eo citato ad recognoscendum, aliàs ad videndum declarari, & haberi pro recognita, & dari exequutionem, quia si iudex dat exequutionem non facta declaratione expressa, quod habeatur pro recognita, videtur hoc voluisse in necessarium antecedens, *l. ad rem mobilem, ff. de procur. l. oratio, ff. de sponsal. l.* 2. *ff. de iurisd. om. iud.* vbi Iaf. & Curt. Iun. in princ. qui dicunt hanc regulam esse generalem in omni materia, maxime stante clausula, *omni meliori modo*; quia verba impropriantur, vt sustineatur sententia, *l. & puto*, § 1. *ff. famil. herciscæ.* Alex. in *l.* 1. § *si quis ita, ff. de verb. oblig.* † Petens testamentum insinuari in casu, in quo omnia testamenta ex forma statuti sunt insinuanda, consequenter petit etiam testamentum pronunciari validū; quia istud venit in consequentiam. Bald. *consil.* 13, *An ille qui petit, lib.* 2. † Iudex super appellatione, & nullitate sententiæ, si pronunciat super negocio principali, omissa nullitate notoria, vel de qua habuit scientiam, censetur tacite pronunciasse super sententia nulla, si hoc venit ex consequenti necessario. Castr. *cons.* 232. *In causa, quæ vertitur, per totum, lib.* 1. † Probatio pacti de retrouendendo inducit probationem prioris venditionis, quæ in consequentiam antecedere præsupponitur. Bald. *cons.* 39. *Proponitur, quod, in fin. lib.* 3. † Papa mandans fratres Carthusienses compelli ad soluendū pro bonis non exemptis, censetur dare iurisdictionem, vt compellantur à iudice, qui compellit alios de clero, & sic ordinario; quia si vult consequens, videtur velle necessarium antecedens. *Castr. cons.* 44. *Quoniam additione, circa fin. num.* 6. *lib.* 1. † Soluens legata ex testamento etiam non solemni censetur approbare testamentum, ita vt solutio triennalis præiudicet pro præterito, & futuro, Angel. Areti. *cons.* 22. *Viso, num.* 16. *& seq. & num.* 21. *ver. & qui vult.* † Vendens hæreditatem sibi delatam necessario præsupponit præcedentem additionem factam saltem ordine intellectus. Bald. *cons.* 312. *Statuto Communis Cremæ, in fi. ver. illud certum, li.* 3 † Idem est in eo, qui transigit, vel compromittit cum legatarijs; quia censetur adire. Bald. *cōs.* 272. *In causa egregia, num.* 2. *& seq. lib.* 5. † Idem est in Episcopo petēte se promoueri ad Archiepiscopatum; quia videtur absolutionem petere à vinculo Episcopatus, & illi renunciare, quia qui vult antecedens, videtur velle necessarium consequens. *Abb. cons.* 101. *Videtur primo, col.* 2. *ver. sed prædictis non obstantibus, lib.* 2. † Dominus emphyteusis vendens annuam responsionem emphyteuticā censetur remittere caducitates de præterito, saltem, quoad successorem; quia nisi pro futuro tempore debet habere annuam responsionem. Bald. *consil.* 280. *Factum tale est, per totum, lib.* 5. † Absolutio facta, & acceptatio per hæredem de omni iure hæreditario inducit additionem hæreditatis tanquam necessarium antecedens. Signor. *cons.* 188. *nu.* 16. *&* 17. † Princeps donans ex certa scientia infami, ex quo vult donationem valere, censetur tacite dispensasse cum infami. Bald. *cons.* 446. *Reuoco me consi. luisse. nu.* 7. *lib.* 5. † Vide, *Dispensatio tacita, quando inducatur, vel non. Conclus.* 467 † Renuncians hæreditatem matris censetur adire hæreditatem matris. Castren. *cons.* 525. *Viso puncto, col. pen. ver. præterea, lib.* 1. Vide, *Aditio hereditatis ex quibus inducatur. Conclus.* 190. † Statutum, quod vult non posse aliquem compelli ad compromittendum, necessario verat compromissum posse fieri per compulsam; quia qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens. Angel. *cons.* 195. *Domina Gulielma, in princ. ver. contrarium est verum.* † Saluo conductu concesso censetur concessa libera facultas eundi, & redeundi; item censentur concessa omnia, sine quibus saluus conductus effectum habere non potest. Angel. *cons.* 363. *Magnifici domini, per totum.* † Allegare debens beneficium sibi competens, vt stetur eius iuramento, dicitur satis allegare, si iurat; quia qui vult consequens, dicitur velle necessarium antecedens. Roma. *cons.* 77. *in princip.* † Sepulchro concesso censetur concessa via, seu aditus ad sepulchrum, & concesso haustu aquæ censetur concessum iter ad hauriendum. Angel. *d. consil.* 363. *num.* 5. quia vbi non valeret principalis dispositio sine consequenti, censetur concessum consequens necessarium. † Restitutio in integrum dicitur petita, si minor petit rem sibi restitui, licet aliud non dicat, supra *num* 12. † Comparatiuum præsupponit necessario positiuum suum, à quo formatur. Cravet. *cons.* 677. *num.* 4. *ver. positiuum plane.* † Filius, qui dicit potuisse eligere legitimam in bonis alienatis, fatetur antecedens necessarium, quod alienauerit bona; quia consequens esset frustratorium Roma. *cons.* 277. *Non est dubium, num.* 4. *ver.* 3 *quia.* † Accessorium, & illud, quod secundario venit, præsupponit suum principale, & eum, qui habeat principale interesse. Alciat. *cons.* 101. *num.* 11. † Et qui promittit vsuras dotis, fatetur ante cedens dotis respectu sortis. Iaf. in *repet. l. admonendi, nu.* 148. *ff. de iureiur.* † Confirmatio præsupponit suum confirmatum præcedere Vide, *Confirmatio præsupponit confirmatum præcedere. Concl.* 705. † Vtilem rei vendicationem intentans ex narratis, licet cōcludat se mitti in possessionem, & aduersarium cōdemnari ad dimittendam possessionem, tamen censetur necessario voluisse, & petisse antecedens necessarium, videlicet se prius declarari dominum. Castr. *cons.* 85. *In causa mota, per totum*, maxime *num.* 2. *lib.* 2. † Priuatio præsupponit habitum. Vide, *Priuatio præsupponit. Concl.* 715. † Mulier pro dote sua faciens vendere bona hæreditaria mariti, censetur necessario petisse dotes suas sibi restitui; prout dicimus de opponente compensationem; quia censetur petere debitum. Castr. *cons.* 110. *num.* 5. *ver. item an videatur, lib.* 1. † Vsumfructum relinquens cum potestate disponendi de eo in vita, & morte, videtur legare proprietatem; quia qui vult consequens, videtur velle suum necessarium antecedens. Cuma. *cons.* 121. *Ser. Petrus. per totum*, maxime *col. fin.* † Compromissum facere censentur partes præsentes, quæ petunt laudari per talem, & dicunt velle stare laudo, quia quia vult consequens, videlicet laudum, videtur velle necessarium antecedens, videlicet compromissum. Anchar. *consil.* 261. *Videtur prima facie, in princ. & per totum.* † Generalis est hæc regula in omni materia, quod is, qui vult cōsequens, vult etiam necessarium antecedens. Iaf. & Curt. Iun. *in l.* 2. *in princ. ff. de iurisd. omn. iudic.* † Actor, qui petit rem vēditam ab eo sibi restitui ab emptore; quia læsus est, necessario petit rescindi contractum; quia non potest restitutio substineri, nisi præuia rescissione. Fel. in *c. licet Heli. col.* 5. *ver. quarto limita de simon.* † Extende; quia hæres petens hæreditatem, videtur prius petere declarari se hæredem esse. Bart. in *l. ex diuerso, ff. de rei vendic.* † Extende; quia si minor petat rem, quam vendi-

vendidit, sibi restitui, necessario petit tanquam minor se aduersus contractum restitui in integrum. Bologni. in *addit. ad cons. Io. de Anania* 48. *versic. prædictis adde.* Riminald. Iun. *cons.* 44. *num.* 19. *lib.* 1. Vide,
51 *Restitutio in integrum quando dicatur petita, vel non. Conclusio.* 292. † Extende, quia is, qui petit consequens, videtur velle necessarium antecedens. *l. illud, ff. de acquir. hared. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat.* Alexand. plene in *rubrica, C. qui admitti.* Felin. in *c. in*
52 *ter dilectos, in primo textuali, de fide instrum.* † Extende, quia mora commissa in consequenti, censetur etiam commissa in suo necessario antecedenti. *l. si quis seruo. ff. de legat.* 2. vbi Doct. & in *l. si cui fue-*
53 *rit. ff. de cond. & demonstr.* † Extende, quia minor condemnatus petens restem, ad quam est condemnatus, vel sententiam reuocari, necessario petit etiam restitutionem in integrum, tanquam necessa-
54 rium antecedens. Vide supra, *num.* 50. † Extende in statuto, quia si statutum vnum disponit, & aliud præsupponit, nisi præsuppositum verificetur, illud non habet locum. Vide infra *num.* 65. Vide,
Præsuppositum debet adesse, & verificari, vt dispositio procedat. Conclusio.
55 636. † Extende, quia compromittentes, qui fecerunt compromissum strictum in arbitrum, vel arbitratorem, si coram eo petunt aliqua non compromissa, vt super eis pronunciet, videntur prorogare compromissum, & extendere, quia qui vult consequens, censetur velle necessarium antecedens. Alexand. *consil.* 84. *Super, num.* 3 *& sequent. vers. postremo, lib.* 5. allegat Anchar. qui hoc dicit
56 *consil.* 161. *Videtur prima facie.* † E conuerso, qui vult antecedens, videtur velle necessarium consequens, ideo si quis vult ciuilitatem, censetur velle onus annexum ciuilitati. Bald. & post eum Castr. in *l. si duo. ff. de acquir. hared. in princ.* Alexand. *consil.* 157. *col.* 3. *nu.*
14. *lib.* 2. Vide, *Priuilegium an extendi debeat ad consequutiua. Conclusio.*
57 734. † Et ideo tutor conuentus si producat inuentarium factum à pupillis, non debet dicere suos pupillos non teneri vltra vires hæreditarias, quia istud venit in necessariam consequentiam Ca-
58 strens. *consil.* 100. *num.* 4. *ver. quod aut. m. l. b.* 1. † Extende, quia faciens actum censetur se obligare omnibus legibus loquentibus de illo
actu, Castr. *d. l. si duo, in princip. ff. de acquir. hared.* infra *num.* 67. Vide,
Actum gerens censetur obligari ad iura loquentia de illo actu. Conclusio. 151.
59 † Extende, quia testator, qui voluit dotare filiam, censetur etiam voluisse concedere lucrum, quia qui vult antecedens, vult neces-
60 sarium consequens, Cravet. *consil.* 186. *num.* 7. † Et qui consentit in antecedenti, censetur consentire in consequenti necessario etiam non cognito. Alexand. *consil.* 158. *Circa primum, in princip. lib.* 5.
61 † Amplia, quia contrahentes censentur contrahere secundum consuetudinem & morem, seu vsum regionis. Ias. in *l. certi condictio.*
62 *§. si nummos. num.* 11. *& sequent. ff. si certum pet. at.* † Extende, quia testator & statuentes censentur in dubio se conformare cum iure communi, & si extat ius municipale, cum eo potius, quam cum iure
communi. Vide Soci. *consil.* 51. *per totum, lib.* 4. Vide, *Testator censetur*
in dubio se conformare potius cum statuto, quam cum iure commu-
63 ni. *Conclusio.* 137. † Amplia, quia statutum puniens delinquentem habet locum etiam in eo, qui per alium deliquit, & ratum habet delictum suo nomine factum, quia ratum habendo necessario delinquit. Roma. *cons.* 105. *Viso themate, num.* 2. vbi primo probat hoc, quia qui per alium facit, per seipsum facere censetur, secundo, quia si statuentes essent interrogati, ita dixissent, tertio, quia trahitur statutum ad casum fictum, quia est conforme iuri communi, quarto, quia dicitur fauorabile propter publicam vtilitatem.
64 † Amplia in sententia, quia licet stricti iuris sit, tamen si aliquid supponit, illud videtur expressum, ideo si supponit aliquid ex cõsequenti, vel antecedenti, necessario in eo videtur disponere. *Pedemont. dec. if.* 64. *num.* 2. *& sequent. ver. contrarium,* plene Cravet. *consil.*
65 174. *num.* 2. † Extende, quia iudex appellationis à grauamine, qui non potest procedere in negocio principali, nisi pronunciet super grauamine prius pronunciando in negocio necessario, tacite videtur declarare primum iudicem grauasse. Felin. in *c. suborta, num.* 4. *ver. ad idem, tex. de retud.* vbi dat plurima exempla, quod iudex faciens aliquid, quod non potest fieri, nisi præcedat aliud, censetur illud facere, quod debet præcedere, vide eum ad mul-
ta, quæ ibi cumulat. Vide, *Præsuppositum debet adesse, & verificari, vt*
66 *dispositio procedat. Conclus.* 636. † Amplia, quia antecedenti destructo cessat consequens, quod stare non potest sine antecedenti. Cravet. *consil.* 202. *num.* 28. ita Bald. in *l. conuenticula, C. de epis. & cleri.* & in *l. 3. in 9. oppos. C. de fideicom. & in c. 1. §. & quia videmus, col.* 7. *in fin.*
67 *vers. item glo. nostra, de ijs, qui feuda dare poss.* † Amplia etiam in criminalibus, & delictis pœnalibus, quia qui facit delictum, sciens esse delictum, licet ignoret pœnam, tamen puniri debet, quia delinquendo censetur consentire, etiam implicite in pœnam delicti. Bald. in *l. venia, num.* 2. *C. de in ius vocan.* Alexand. *consil.* 158. *Circa primum, in princ. lib.* 5. etiam si consequens sit sibi incognitum, supra *num.* 58. Vide, *Delinquens consentire dicitur in pœnam. Conclus.* 149. † Extende in accusante delinquentem, quem petit puniri iuxta formam statuti, quia in necessariam consequentiam censetur allegare dolum delinquentis, ex quo statutum mandat accusantem debere dolum delinquentis allegare, & sufficit tacita allegatio in consequentiam, Roma. *cons.* 105. *Viso themate. col.* 1. *in fin.* vbi apostilla in *ver. criminalib.* † Amplia, quia si clericus, vel non subditus statuto laicorum vult vti beneficio statuti, debet vti cum omnibus qualitatibus, & consequentijs, quæ veniunt in cõsequentiam statuti. Dec. in *c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nu.* 225. *de constit.* Vide, *Statuta laicorum non comprehendunt Ecclesiasticas personas, neque Ecclesias, & quando secus. Conclus.* 582. † Amplia in potestate, & facultate, quia qui potest tollere principale, potest etiam tollere consequutiuum ad illud, etiam si esset tale, quod tolli non posset, vt in Papa, qui tollit ius spirituale, & Ecclesiasticum absolute, sed non tollit dominiũ de iure gentium quæsitum laico, si tamen esset quæsitum in consequentiam iuris Ecclesiastici, potest tolli, prout principale. Dec. *c. quæ in Ecclesiarum, num.* 122. *& seq. ver. sed tamen responderi,* & ibi Feli. *de constit.* † Amplia, quia concesso consequenti censetur concessum necessarium antecedens, ideo si quis potest exequi laudum, potest etiam decernere laudum exequendum, quia data iurisdictione in articulo aliquo, data etiam cẽsetur in consequutiuo necessario. Rom. *consil.* 243. *Ad prædictorum, num.* 2. *ver. secundo, principaliter,* vbi apostilla, in *ver. accessorio,* dat concord. † Extende, quia immissio in possessionem canonicatus facta ab eo, qui potest conferre, habet vim collationis, quando alia collatio non præcedit, quia qui vult consequens, videlicet, vt possideat beneficium, vult necessarium antecedens, vt habeat titulum, sine quo beneficiũ possideri non potest. Roman. *cons.* 337. *Quo ad primum, num.* 2. *& seq.* vbi plena apostilla, in *ver. veritas,* dat concord. & dicit communem. * *
† Amplia, vt procedat etiam ad destructionem, & nullitatem actus præcedentis, quia qui vult contrarium actum posteriorẽ, qui stare non potest, nisi destruatur actus præcedens contrarius, censetur tollere actum præcedentem, quando scit, & ideo iudex, qui concluſit in causa admittendo iura, censetur reuocare conclusionem in necessariam consequentiam, quia conclusio excludit vlteriorem productionem. Alex. *cons.* 72. *Videtur prima, num.* 5. *& seq. ver. sed præmissis, lib.* 3. Vide, *Posteriora derogant prioribus. Conclus.* 451. † Idem est in mora commissa, quæ censetur remissa, si dominus sciens caducitatem & moram recipit solutionem, vel facit actum inducẽtem moræ purgationem. Alex. *d. cons.* 72. *num.* 6. *& seq. lib.* 3. plene in *ver. Emphyteuta cuitat caducitatem. Concl.* 193. † Limita, quando concurrerent plura specialia, veluti si Senator contrahit cũ serua matrimonium, licet matrimonium inueniat, non tamen cẽsetur serua manumissa, & per consequens libera, quia concurrerent multa specialia. Fulgo. *cons.* 212. *col. penul. ver. nec est verum.* † Limita, quia regula, quod qui vult consequens, vult necessarium antecedens, & è contra, non procedit in ijs, quæ non dependent à voluntate nostra, ideo qui vult ordines sacros, non potest inducere consequẽs, quod habuerit etiam minores, qui debẽt antecedere. Cravet. *cons.* 134. *num.* 45. vbi ponit alia exempla. † Declara totam istam materiam, quod is, qui vult consequens, vult necessarium antecedens, & è conuerso, vt, & procedat in ijs, quæ pendent à mera voluntate disponentis, alias secus. ita Aegid. Bellam. *cons.* 30. *num.* 4. Angel. Aretin. *cons.* 20. *Visis actis, num.* 21. *in fi. & 22. ver. quia qui. vult,* & iterum *cons.* 22. *Viso dicto libello, num.* 21. *ver. & qui vult antecedens.* Vide, *Accessorium sequitur suum principale necessarium, quando est consequens. Concl.* 77.

Consequitur quis ex persona alterius, quod ex sua consequi non potest. Concluſ. 758.

EPISCOPVS † debet habere quartam de omnibus legatis factis Ecclesiis sibi subiectis, secus de legatis factis Ecclesiis exemptis, & ideo cum Parochialis debeat habere quartam de legatis factis Ecclesiæ exemptæ, in qua legans fuit sepultus, per *extrauag. super cathedram, de sepultur.* Episcopus habet quartam quartæ debitæ parochiali, & sic consequitur ex beneficio parochialis, quod non consequeretur ex persona sua. Feder. de Sen. *consil.* 6. *Testator elegit, per totũ,* vbi est casus consilij. Bald. *consil.* 368. *De relicto facto, lib.* 4. Vide, *Directe aliquid fieri vel per indirectum, differunt. Concl.* 451. † Amplia in appellato, quia licet non possit ex persona sua petere confirmari sententiam, quia ipse non appellauit, potest tamen ex persona appellantis hoc petere, quatenus appellans petit sententiam infirmari, vel reformari. Abb. *cons.* 2. *num.* 2. *ver. tertio præmitto, lib.* 1. † Amplia, quia ratione connexitatis, sicuti Episcopus potest succedere in feudo, ita etiam eius Ecclesia, non obstante pacto, quod in potentem, neque in Ecclesiam possit fieri alienatio, quia si feu

si feudum est Ecclesiasticum, non comprehenditur Ecclesia in generali prohibitione. Calder. *cons.* 313. *circ. fi. ver. ad secundū*, alias 10. *de feud.* † Amplia, quia si agatur pro pœna fisco applicanda pro parte, & pro alia parte offenso; sicut nō licet appellare pro pœna fisci; ita neq; pro pœna partis, cū sint connexa, ita Marsil. *cons.* 84. *Plura sunt, n.* 13. *& seq.* † Contrariū, quod ex quo pœna est cōuentionalis, & diuidua, non trahat fiscus partē priuati. Vide, *Compromitti quæ non possunt. Concl.* 499. † Amplia, vt nedum quis consequatur lucrū ex persona alterius, quod ex persona sua non cōsequeretur, sed etiā quis consequitur quandoq; damnum ratione connexitatis ex persona alterius. Lap. *alleg.* 94. *col. pen. in prin. n.* 6. *ver. & licet ex hoc.* Vide, *Alteri per alterū non debet iniqua cōditio fieri. Concl.* 313. † Amplia, quia vxor relicta vsufructuaria, si vidua permanserit, licet si transeat ad secūda vota, priuetur; tamen si nubat ei, qui ex proprio titulo possidet bona, in quib. habebat vsum fructum, quem amisit, poterit iure familiaritatis vti, & frui bonis mariti ex persona mariti, quæ ex sua non posset. Alex. *cons.* 91. *Repetitus, n.* 10. *& seq. ver. postremo non obstat, lib.* 7. vbi, quod possum consequi ex persona alterius, quod non possum ex persona mea, saltem quando ex hoc nō resultat idem effectus, sicut si per me cōsequerer. † Amplia, quia Prælatus iurans aliquid in præiudiciū Ecclesiæ, licet iuramentum non teneat quoad præiudicium Ecclesiæ, sed tantū quoad præiudicium iurantis; tamē si præiudiciū Ecclesiæ non est diuisibile à præiudicio iurantis, neq; valet quoad iurantē, & sic cōsequitur ex beneficio Ecclesiæ, quod ex sua persona non cōsequeretur. Gemin. *cons.* 60. *n.* 6. *ver. dici tamen posset.* † Amplia, quia licet monasteriū habeatur loco filij, ita quod professus non dicitur sine filio decedere, quādo tractatur de substitutione nō piæ causæ; secus si causa pia est substituta, tameu vno casu monasterium non habetur loco filij, si frater, vel alius est substitutus immediate, quando postea pia causa substituitur primo substituto; quia consequitur primus substitutus ex persona, & beneficio piæ causæ, id, quod à seipso consequi non potest. Bald. *cons.* 407. *In quæst. n.* 4. *ver. tertio videndum. lib.* 1. † Amplia; quia si extat statutū inter mercatores, quod mercator non possit conducere apothecam, quam alius mercator conduxit; si tamen Apotheca cōducatur per non mercatorem ad incantum, poterit mercator ab isto non comprehenso conducere, si non adfuit color quæsitus, quod probari debet, quia consequitur quis ex persona alterius mediata, quod non consequeretur ex sua. Bald. *cons.* 40. *Præsupposito, quod, ver. secundo quæritur, lib.* 4. † Amplia, quia statutū excludens neptes dotatas ab auo ab hæreditate aui, non habet locum in nepte cōcepta post mortem aui, quia succedit ex persona patris, & sic cōsequitur ex persona patris id, quod non potest ex propria persona. Bald. *cons.* 394. *Punctus talis est, Antonius, per totum*, maxime *in fin. lib.* 3. † Amplia, quia stante statuto, quod mater non succedat stantib. agnatis vsq; ad quartum gradum; si extat auia paterna excludens agnatos, mater succedit ex persona auiæ, quę nō succederet ex persona sua. Castr. *consil.* 450. *Visis statutis, num.* 2. *lib.* 1. vbi ponit diuersa exempla. † Idem est, si mater excluditur à patruo, quia si extat mater, patruus, & auia paterna, ipsa auia excludit patruum, & aperit viā matri, quæ succedit excluso patruo. Alex. plene *cons.* 168. *Visis, num.* 10. *& seq. lib.* 7. vbi apostilla in *ver. solutus*, dat concord. & sic mater exclusa succedit propter existentiam auiæ paternæ; & in fine, quod imo mater sola admittitur. † Amplia stante statuto, quod fœminæ non succedant stantibus filijs masculis legitimis quia non excludūtur à filio legitimato, sed omnes succedunt; si tamen extat vnus masculus legitimus, excludūtur fœminæ, & legitimatus succedet cū masculo legitimo exclusis fœminis, & sic ex persona legitimi masculi consequitur id, quod ex sua non cōsequeretur. Angel. de Peruſio *cons.* 77. *Posita pro constanti, col.* 2. *in princip. vers. venio ad tertium.* † Idē est in matre, si excludatur à fratre per statutum; quia non excludetur, si extet frater ex vno latere, & soror vtrinq; coniuncta, quia mater admitteretur propter sororem vtrinque coniunctam. Castr. *cons.* 450. *Visis statutis, lib.* 1. *n.* 2. *& seq.* plene Bart. in *l.* 1. §. *pen. ff. de bon. poss. contra tabul. n.* 4. *& seq.* Vide plenius, *Statutum excludens certas personas quando comprehendat alias, vel non. Concl.* 676. † Amplia 16. modis, de quibus Ias. in *l. si emancipati, nu.* 5. *& sequ. ver. nota tu diligenter, C. de collatio.* vbi in materia communionis consequitur socius, vel alius priuilegium sui socij non competens, & vide plene Feli. in *c.* 1. *num.* 6. *ver. & pro pleniori gusto. de præscriptio.* vbi ambo extendunt materiam *l. si communem. ff. quemad. ser. amit.* & ponit Ias. sexdecim casus, & plura congerit Marsil. *consil.* 84. *num.* 19. *& sequent. ver. ad quæ etiam facit*, plenissime idem Marsil. *Singul.* 180. *Plura*, vbi dat multa exempla. Alex. etiam *consil.* 122. *num.* 15. *& seq. lib.* 4. ponit plurima exempla, ex quibus socius etiam laicus confert suum priuilegium clerico, & è contra, vide eum. Vide, *Connexorum idem est iudicium. Concl.* 626. † Amplia in restitutione in integrum, quæ datur maiori propter minorem restituendum, quando agitur de re communi, & non diuisa inter eos. Afflict. *decis.* 213. *per totam.* Vide, *Dignum magis trahit ad se minus dignum. Concl.* 435. Amplia multis casibus, de quibus per Soci. in *c.* 2. *n.* 22. *& seq.* vbi ponit multas limitationes, quibus quis ratione priuilegij alterius consequitur, quod ex sua persona non consequeretur, & maxime *num.* 25. *&* 30. vbi, quod si est timor, ne dentur diuersæ sententiæ super eadem re, omnes ad vnum iudicem remittuntur. † Extende; quia multa propter communionem consequimur, quæ nobis non cōpetunt, plene Marsil. *Singul.* 180. *Plura.* † Amplia, quia iudex laicus licet nullam habeat iurisdictionem in clericum; tamen illam habeat contra eum fideiussorem de iudicio sisti, & iudicato soluendo, præcedente condemnatione contra laicum principalem. Io. de Imol. *cōs.* 139. *n.* 4. vbi ponit alia similia. † Amplia in præscriptione, quia si laicus habet rem communē cum Ecclesia indiuisibilem, tunc contra laicum non currit præscriptio de iure communi, sed per Ecclesiam conseruatur ius laici. Abb. in *c. quarta, n.* 19. *de præscriptio.* † Amplia ratione fori, quia si clericus & laicus simul sunt obligati, conueniri debent ambo coram Ecclesiastico. Bart. & Bald. in *l. præcipimus*, §. *eod. obseruando, C. de appell.* † Amplia, quia fideiussor cōsequitur ex persona principalis sui, ne possit conueniri, quando obligatio respectu principalis esset nulla in casu iuris communis propter fauorem, puta muleris, vel minoris. Alex. *cons.* 109. *n.* 8. *lib.* 4. † Amplia in priuilegio; quia licet beneficium iuris patronatus clerici cadat sub reseruatione, & beneficium laici; non tamen si esset ius patronatus clerici, & laici non caderet sub ipsa reseruatione; quia consequitur clericus hoc casu priuilegium laici. Achil. de Grass. *decis.* 2. *de iure patro.* Put. *eod. tit. decis.* 9. *& lib.* 3. *decis.* 157. *incip. Dubitauit in vna.* Caputaquen. *decis.* 411. *lib.* 1. † Extende; quia vbi causa est indiuidua, non priuilegiatus gaudet priuilegio consortis. Aret. *cons.* 25. *Viso themate.* † Extende in alternatiua concessa Episcopo, quia competit etiam Capitulo in ijs, quæ confert Capitulum communiter cum Episcopo, quia poterit capitulum vti alternatiua, etiam si esset facta temporalis diuisio beneficiorum communiter eligēdorum. Put. *decis.* 88. *in vna Tarasonensis. lib* 3. † Amplia; quia licet laicus non possit esse arbiter, vbi agitur de re spirituali, vel Ecclesiastica; si tamen fiat compromissum in clericum, & in laicum; valebit. Abb. in *c. per tuas, de arbitr. in* 4. *not.* sequitur Ias. in *l. si emancipati, col* 4. *in fi. C. de collatio.* Soci. *cons.* 168. *lib.* 2. vbi, quod laicus consequitur ex persona clerici, quod ex sua non habet. † Amplia in indiuiduis; quia cōsequitur quis commodum ex persona alterius, quod ex sua persona non consequeretur, prout in sententia quæ est indiuidua, quando non habet capitula separata. Rom. *cons.* 195. *In casu præmisso, n.* 5. *ver. secundo, quia ratione adiuncti*, vbi apostil. in *ver. indiuiduum*, dat concord. Vide, *Indiuiduorum natura, & qualiter in eis sit iudicandum. Concl.* 101. *& Concl. sibi proxima seq.* † Extende in feudatario Ecclesiæ, vel emphyteuta, contra quem præscribitur spatio 30. annorum ius feudale, vel emphyteuticum, quando tertius fuit recognitus pro tali à domino, videlicet Ecclesia; quia volente Ecclesia excluditur verus feudatarius, secus si Ecclesia nō velit, quia ex quo non compellitur recognoscere inuita alium feudatarium, nisi contra Ecclesiam decursa sit præscriptio 40. annorum, ideo cautela est, quod primus feudatarius procuret, quod Ecclesia nō velit admittere præscribentem, quia feudatarius, contra quem 30. annis est præscriptum, consequetur ex persona alterius, quod non potest ex sua consequi. Alex. *cons.* 169. *Viso themate, nu.* 8. *ver. & in hoc est aduertendum, lib.* 2. † Amplia, quia si pater substituit filijs per fideicommissum extraneum, si decesserint sine filijs, & cuilibet eorum, mortuo primo excluditur substitutus, si extet alius, quia est persona, quæ ex verisimilimente excludit, & si extet etiam mater, quæ omnino excludebatur, tamen succederet cum superstite filio, quia consequitur ex persona filij excludentis, quod ex persona sua non caperet, quia ipsa non excluderet substitutum. Alex. *cons.* 175. *Perspectis verbis, num.* 19. *lib.* 5. vbi apostil. in *ver. mater.* dat concord. † Extende in casu statuti, quod excludit matrem stante patruo, si extat patruus, soror vtrinque coniuncta, & mater mortui, soror vtrique coniuncta, de qua statutum non loquitur, excludit patruum, & aperit viam matri, quæ succederet cum sorore, & sic cōsequitur mater ex persona filiæ, quod ex persona sua non poterat. Alex. plene in *l. illam, num.* 7. *C. de collatio.* per *l.* 2. §. *& si sit consanguinea, ff. ad Tertullia.* † Limita, quia licet regula sit, quod non possum per me consequi, neque per alium possum, quia quod est prohibitum directe, censetur etiam in obliquum, tamen fallit in aliquibus casibus, in quibus lex aliquando vult, quod consequar per alium, quod nō possum per me. Sign. *cons.* 160. *n.* 4. *&* 5. † Limita, quia præmissa procedunt in ijs, quæ sunt indiuidua, secus si sunt diuidua. Rom. *cons.* 195. *In casu præmisso, nu.* 4. *ver. secundo quia.* Felin. *d.* 4. 1. *de præscriptio.*

34 *script. ver. super quibus, num. 6.* † Limita, quando actus attribuitur vni tertio, non autem personis mixtis. Felin. *d. c. 1. de præscriptio. num. 6. ver. nota secundo.* Vide. *Mixtura potentiori ex simplicibus applicatur. Conclusio. 295.*

Conseruare quid importet. Concluſ. 759.

1 CONSERVARE † proprie est pristinum ius retinere, *l. per procuratorem. in fi. ff. de procur.* late Bero. *conſ. 141. n. 14. & 15. lib. 3.* vbi, quod statutum mandans conseruari prohibet nouum opus
2 fieri. † Et conseruatio fieri non potest, nisi alienatio sit interdicta.
3 Paris. *conſ. 16. n. 62. lib. 2.* † Amplia, quia facilius aliquid cõseruatur, quam quod de nouo acquiratur. Bald. *d. l. per procuratorem, in princ. ff. de procur.* vbi dicit notandum, plene Cravet. *conſil. 292. nu. 2.* vbi dat
4 plura exempla, & plures instantias. † Extende, quia causa conseruationis dicitur fauorabilis in tantum, quod inter dubias opiniones illa sit amplectenda, quæ pro conseruatione iuris tendit, ita Crave. *conſ. 934. n. 17.*

Conseruatores iudices quando dentur, & quid possint. Concluſ. 760.

1 CONSERVATORES † iudices, & literæ conseruatoriæ dantur directæ certis iudicibus in Alemania, Francia, & Anglia, vbi monasteria, Ecclesiæ, Hospitalia, & Pia loca sunt ab ordinarijs exempta, quorum iurisdictio est delegata à Papa; ideo nõ possunt impediri ab ordinarijs, neque à legatis natis, sed neque à lega-
2 to de latere, vt per Anchar. *conſil. 132. Casus super quo.* † Amplia, quia imo isti conseruatores possunt procedere contra ordinarios legatos natos, & de latere, qui eos impediunt in conseruatorijs. An-
3 char. *d. conſil. 132. num. 7. versic. ex prædictis.* † Declara, quia conseruatores non possunt procedere, nisi super notorio, *c. 1. de offic. deleg. lib. 6. cum ibi not.* Abb. *conſ. 100. Ad claram, num. 3. ver. venio ad quartum, lib.*
4 1. † Et licet factum, puta expulsio, sit notorium, non tamen delictum est notorium, resultans ex facto ambiguo, quod potest esse illicitum, & licitum, ideo debet conseruator inquirere, & testes recipere super notorietate delicti. Abb. *d. conſ. 100. n. 3. lib. 1. & conſ.*
5 *62. In controuersia, col. 3. in princ. num. 6. lib. 2.* † Debet que conseruator pro validitate suæ sententiæ pronunciare delictum esse notorium, alias sententia sua, quæ debet fundari super notorio, esset nulla.
6 Abb. *d. conſ. 100. nu. 3. lib. 1.* † Amplia, quia à sententijs & grauaminibus istorum conseruatorum non appellatur, nisi ad Papam, ideo ordinarij legati nati, & de latere non possunt audire, vel committere appellationes ab istis conseruatoribus. Anchar. *d. conſ. 132.*
7 *num. 7. & seq. ver. vltra prædicta.* † Limita, quia etiam si factum induens delictum esset notorium, nisi constet notorie de delicto, sententia est nulla, & non sufficeret declaratio conseruatoris, quod delictum esset notorium, quando vel nullum esset delictum, quia qualitas sine subiecto esse non potest, vel quando talis declaratio esset suspensa per appellationem; quia licet in notorijs non detur appellatio, neque à sententia iuris, tamen ea datur à declaratione hominis. Abb. plene *d. conſ. 100. nu. 3. & 4. lib. 1.*

Consignare quid importet. Concluſ. 761.

1 CONSIGNARE † importat dominium transferre. Bart. in *l. si constante, n. 93. ff. soluto matri.* vbi hoc dicit verũ, quando præcedit causa habilis ad translationem dominij. Alex. *consil. 40.*
2 *Super primo, nu. 7. lib. 4.* Natta *conſ. 496. nu. 4. & 5.* † Declara, quia est verbum æquiuocum, & quandoq; non importat dominij translationem, quandoq, sic. Soci. *conſ. 93. in princ. & n. 5. lib 1.* † Contrariũ,
3 quod imo verbum, *consignare*, sit verbum facti meri, non autem iuris, & ideo importet administrationis translationem, non autem dominij. Abb. *conſ. 74. Illud de iure, col. 3. num. 1. ver. nam hoc verbum consignare, lib. 2.*

Consilium quotuplex, & an obliget. Concluſ. 762.

1 CONSILIVM † aliud est perfectionis, aliud reuerentiæ. Perfectionis est, quando consulitur alicui ad perfectiorem statũ, vt non faciat id, quod facere potest, vt se non defendat à percutiẽte, & istud non est obligatorium. Gemin. *consil. 51. num. 3. ver. item si*
2 *teneremus.* † Consilium reuerentiæ est, quando superior consuluit alicui, vt non faciat actum ob aliquam reuerentiam superioris, sed tamen omnino, & fixe non prohibet exercitium illius actus, & tale consilium obligat in tantum, vt faciens contrarium peccet venialiter. Gemin. *d. consil. 51. num. 3. ver. consilium reuerentiæ, & num. 4.*

† Amplia, vt etiam dicatur consilium reuerentiæ, quando superior præcipit aliquid fieri, vel non fieri ob vtilitatem eius, cui præcipitur, quando contrarium fieri expresse non prohibet. Gemin. *d. conſ. 51. nu. 4. ver. Sed quando lex*, vbi, quod iuramentum contra tale consilium reuerentiæ non obligat, nec facit actum valere. † Alia 4
diuisio, quia consilium aliquando adhibetur ad decisionem causæ, de quo infra, *consilium petitum an debeat concedi à iudice. Concl. 768.*
† Aliquando debetur ad extensionem contractus, quando partes 5
ita conueniunt, de quo in *ver. Consultor circa contractum extendendum. Concluſ. 961.* † Aliquando debetur ad aliquem actum faciendum 6
iussu legis, vel alterius, qui potest iubere. Vide, *Consilium debet peti ad hoc, vt debeatur. Concluſ. 767.* † Alia diuisio, quia consilium datur 7
ad bonum, & malum, puta, ad delinquendum, de quo infra proxime, & quando dicatur ad malum, Vide, *Consilium, ad malum an, & quando præsumatur, & quando dicatur ad malum, vel non. Conclusio. 763.*
† Consilium regulariter non obligat; quia natura consilij est per- 8
suadere, non autem cogere, *l. in furto, § recte. ff. de furt.* † Amplia, quia 9
etiam consilia diuina, quæ tendunt ad salutem, & perfectionem animæ, si quis ea non implet, non peccat, *c. quisquis 14. q. 1. glo. in c. ad aures de ætate, & qual.* prout est consilium in Euangelio Matthæi, *cap. 19.* Vade, & vende omnia, quæ habes, & Matth. *cap. 5.* Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tollere, da ei & pallium, & in consilio; Si quis percusserit te in maxillam dexteram, porrige ei etiam sinistram. † Amplia, quia consilium ad delinquendum 10
non obligat consulentem etiam sequuto delicto, quando delinquens omnino erat commissurus delictum, & non fuit motus ex consilio. Bald. *consil. 250. In quæstione domini Milani, in princ. ver. secundo est videndum, num. 2. lib. 1.* & duplicatur *lib. 5. consil. 382.* Et hanc communem * dicit Clar. *§. fin. quæst. 88. in princ.* quoad pœnam ordinariam. Bart. *conſ. 165. In quæstione, circa med. lib. 1.* quod duplicatur. *lib. 2. consil. 23.* † Et quomodo cognoscatur, an esset alias facturus, vel 11
non, dicit Bald. in *l. ob hac verba, ff. de ijs, qui not. infam. num. 3. ver. quid in dubio*, quod si extant indicia, quod esset alias facturus, statur illis, alias præsumitur contra consulentem. † Et dicitur consultus alias 12
facturus sine dubio, & consulens non obligatur, quando constat, quod post deliberationem, vel factum, datum fuit consiliũ, Bart. *consil. 165. circa med. ver. Nam si recte, lib. 1.* & duplicatur, *lib. 2. consil. 23.*
† Et licet aliud sit consilium, aliud mandatum. Vide, *Mandatum ad* 13
homicidium. Concl. 34. tamen, quod etiam mandatum datum, postquam delinquens deliberauerat, non obliget mandantem, Bart. *conſ. 165. n. 2. lib. 1.* † Contrarium tenet Dynus in *reg. nullus ex consilio,* 14
de reg. iur. in 6. vbi, quod consilium ad malum obligat, etiam si ille, cui datum fuit consilium, erat alias facturus. † Declarat Bart. *conſ.* 15
165. In quæstione, nu. 2. ver. non obstat, lib. 1. vt sicuti consilium non obligat, ita nec mandatum, quando iam delinquens deliberauerat, & erat alias facturus omnino, & opinio Dyni potest intelligi, vt procedat, quod obligatur ex consilio & mandato, etiam si delinquens erat alias facturus, quando cõsilium esset circa delicta, quæ sola animi corruptione committuntur, prout corruptio serui, & similia, alias secus, & duplicatur, *consil. 23. lib. 2.* † Declara, vt non 16
obliget consilium ad malum, quando ex consilio non fuit motus, licet delictum fuerit commissum post consilium, quando de consilio non constat, nisi ex præsumptionibus. Bald. *d. consil. 250. n. 2. ver. secundo est videndum, lib. 1. & consil. 382. lib. 5.* † Declara, quia 17
delinquens habebat animum delinquendi, etiam sine consilio, & omnino erat facturus sine consilio, & non obligat consilium, aut habebat animum, & non erat omnino facturus, & obligat. Bald. *d. conſ. 250. n. 2. ver. secundo est videndum, lib. 1.* & duplicatur, *lib. 5. consil. 382.* † Declara, quia non obligat, si delinquens alias erat facturus, 18
quia mitiori pœna punitur, alias secus, communem * dicit Clar. *d. § fi. q. 88. in princ.* † Et in tantum est vera declaratio, quod non pos- 19
set iudex condemnare in pari pœna ex arbitrio suo, quando erat aliter commissurus delictum, apostil. ad Clar. vbi supra *ver. mitiori.*
† Extende præmissa omnia, etiam si in inquisitione, & condemna- 20
tione sit facta mentio de consilio modo præmisso, & additum fuit dando auxilium; quia licet auxilium sit punibile, tamen secus est, quando est incertum, & non specificatur; quia refertur ad auxiliũ secundum præmissa, videlicet consulendo. Bart. *d. consil. 165. in fin. lib. 1.* † Amplia, vt quod dicitur de consulente, idem sit in exhor- 21
tante, quia non punitur cum eadem distinctione. Clar. *d. quæst. 88. in fi.* vbi, quod torqueri debet super mandato, tanquam suspectus, & si neget, & subsistineat, punitur pœna extraordinaria. † Limita in 22
mandante, quia quod teneatur eadem pœna, est magis * communis opinio. Clar. *quæst. 89.* vbi late. † Limita, quia in dubio dans cõ- 23
silium ad malum obligatur, quia in dubio præsumitur, quod consultus non esset alias facturus. Alex. *consil. 103. Videtur, num. 7. ver. & est doctrina, lib. 1.* Marsil. *singul. 218.* † Contrarium, quod imo nõ ob- 24
ligetur

ligetur in dubio, quia præsumitur, quod esset facturus. Deci. *consil.* 183. Vide, *Consilium ad malum, quando præsumatur, vel dicatur. Conclusio. proxima seq.* † Limita in consilio legis ad iudicem, vt pronunciet super incidenti expresse petito. & non pronunciet super mere incidenter petito, quia debet parere consilio legis, & si faciat contrarium, facit litem suam, in eo, quod pars damnificatur, licet non annulletur sententia lata super principali spreto legis consilio. Castr. ita declarat *cons.* 232. *In causa, quæ vertitur, col. 1. in fi. vers. nec obstat, & col. 2. lib. 1.* † Limita, quando delictum factum ex consilio ratum haberet consulens, quia ex ratificatione obligatur, *c. cum quis, de sent. excom.* Bart. in *l. ob hæc verba, n. 3 ver. reuoco in dubium, ff. de ijs, qui not. inf. am.* † Limita, quia Doctor, qui consuluit in causa criminali, quod vltimo supplicio punirentur fures, licet non cõtaret de corpore delicti, sed solum per confessionẽ spontaneam, debet puniri eadem pœna, stante decreto principis, quod si quis consulat male in causa criminali, puniatur eadem pœna, ita consuluerunt famosi Doctores, quos refert Alex. *cons.* 19. *Circa primum, per totum, lib.* 7. † Declara, quia sufficit articulum habere dubietatem in iure, vt consulens Doctor non sit in dolo, vel culpa lata, sed solum in leui, vel leuissima; quo casu non potest puniri pœna ordinaria mortis, vel mutilationis membri. Ale. *d. cons. 19. li. 7.* vbi, quod ad excusandum post factum debemus inclinare in benigniorem partem, quando subest causa.

Consilium ad malum quando dicatur, & contra quos præsumatur. Concl. 763.

1 CONSILIVM † datum pro fuga serui dicitur ad malum. Bal. *cons.* 250. *n. 3. ver. sequitur videre. lib. 1. & cons.* 382. *lib. 5. n. 5.* Vide, *Fuga an*
2 *& quando inducat delictum, vel non. Concl.* 528. † Extende, vt idem sit, quando datum est libero homini fugienti cum re aliena. Bald. *d.*
3 *cons.* 250. *nu. 3. lib. 1. & cons.* 382. *n. 5. lib. 5.* † Extende contrariũ, quia licet sententia lata contra scribentem falsam scripturam, nõ noceat vtenti, qui non fuit citatus, *l. 2. C. de fide instr.* tamen probat cõtra vtentem, quando cõsuluit falsarium, vt fugeret. Boer. *decis.* 255. *n.* 13.
4 † Restringe, quando daretur consilium homini libero fugiendi, sine asportatione, vel quasi rei alienæ. Bald. *d. cons.* 250. *nu. 3. lib. 1. & cons.* 382. *n. 5. lib. 5.* vbi, quod fugiens citatus, si condemnetur, dicitur condemnatus ob contumaciam, non autem de maleficio, & quod
* est communis* opinio, & quod consulens fallito, vt fugiat, nõ teneatur. Boer. *decis.* 215. *n.* 3. qui allegat consilium Bal. ad hoc. † Contrarium, quod imo consulens, vel monens aliquem, vt fugam arripiat, fit delictum, & teneatur pro eo. Salyc. in *l. fin. C. de bon. mater.*
6 plurimos allegat Boer. *d. decis.* 215. *n.* 4. † Declara, vt per Boer. *decis.* 215. *n. 3. & 4.* vbi pro vtraq; parte plura dicit, & cõcludit, quod restrictio procedit in consilio dato fallito iam volenti fugere; cõtraria vero loquuntur in custode consulente. † Amplia, quia consiliũ semper dicitur malum ex acerbitate facti cõsulti, vel ex illicito fa-
8 cto. Mascard. *Concl.* 419. *Consilium ex quibus, in princ.* † Præsumitur autem malum consilium dedisse delinquẽti is, qui alloquutus est delinquentem ad aures, & breui spatio post alloquutionẽ sequutum est homicidium, & hoc est verum, quando præcesserunt inimicitiæ pares inter alloquentem & alloquutum contra occisum, si vero solus alloquens habebat inimicitiam, præsumitur mandatum & non consilium. Vide plene Masc. *d. Concl.* 419. *Consiliũ ex quibus probetur, nu. 2. & seq. ver. præterea*, vbi limitat tribus modis, primo, quando non constat de consilio, secundo, quando colloquiũ fuit
9 cum viro probo, tertio, quando est dubium. † Extende, quando concurrerent indicia & coniecturæ odij, & inimicitiæ contra eum, qui fuit interfectus de recenti, quando interfector paulo ante loquutus est in secreto cum eo, qui accusatur. Bart. in *l. si ventri, § fi. ff. de prinil. cred.* quem ita intelligit Bald. *d. cons.* 250. *in princ. lib. 1. & d. cõs.*
10 382. *in princ. lib.* 5. † Limita; quia consilium ad delinquendum non præsumitur datum ei, qui fallitus aufugit, licet colloquium cũ animo habuerit secretum, & quædam penes eum dimiserit. Bal. *cõs.* 250. *In q. d. Milani, lib. 1. in princ. & cons.* 382. *In qu. lib.* 5. vbi duplicatur, quia ex colloquio secreto malum consilium non præsumitur.

Consilium plurium magis rectum. Concluſ. 764.

1 CONSILIA † multorum sunt tutiora, quia sincerius est iudicium, quod plurimorum sententia comprobatur, *c. prudentiã,*
2 *de offi. deleg.* Ancha. *cons.* 157. *Summa prudentiæ, n.* 3. † Consilia vbi multa, multa salus. Anch. *d. cons.* 157. *n.* 3. † Et hac de causa propter multitudinem sapiẽtum, qui astare solent Cæsari & principi, princeps non errat in iure. Bald. *cons.* 129. *Factum proponitur, n. 6. ver. circa quintum. lib.* 2. Castr. *cons.* 164. *In præsenti causa, col. antepen. in fi. ver. nec est tol-*
4 *lerabile, lib.* 2. † Sic dicimus, quod testes plures numero præualent testibus in concursu, numero minori, quia sincerior, & validior probatio, *c. licet. de probat.* Vide, *Testes plures numero præualent, & quando secus. Concl.* 255. Vide, *Testes contrarij in cõcursu, qui præualeãt. Concl.* 240.

Consulere cuilibet licet in conscientia. Concl. 765.

CONSVLERE † cuilibet licet secundum conscientiam à iuri- 1
bus informatam, *l. qualem. ff. de arbitr.* Feder. de Sen. *cons.* 197. *in princ.* vbi, quod tota capita, tot sententiæ.

Consilium differt à consensu, & quando. Concl. 766.

CONSILIVM † & consensus differunt, glo. in *c. vnico, § fin. ne* 1
sede vacante, ver. cum consilio Franch. ibi n. 4. *lib.* 4. Oldrad. *cons.* 44. *Quæritur, si Episcopus, in fi.* vbi quod coniunguntur quandoque ista duo, consilium & consensus, quia primum non sufficit sine secundo, sed bene consensus continet consilium, vt ibi dicit, quem refert, & sequitur Franch. *d. c. vnico. § fi. ne sede vacan. in 6 nu. 6. ver. & adde.* † Et quod consilium quandoq; accipiatur pro consensu. Cu- 2
ma. *cons.* 55. *Duo habentes, num.* 3. *ver. ponitur enim.* † Declarare videtur 3
Oldrad. *d. cons.* 44. *in fin.* quod vbi requiritur consilium, etiam tractatus debeat fieri, & dum postea requiritur etiam consensus, quod tunc consensus solus non sufficiat, tamen ipse innuit hoc non procedere, nisi lex, vel canon dicat.

Consilium peti debet ad hoc, vt debeatur. Concl 767.

CONSILIVM † alicuius quãdo requiritur in aliquo actu ne- 1
cessario debet peti, & hoc siue à lege, siue ab hominc imponatur hęc cõdirio. & lex Bar. in *l. 1. § fi plures, n. 2. ver. aut ei, qui habet potestatem ab homine. ff. de exerc.* vbi quod alias actus gestus est nullus, nõ petito cõsilio. † Amplia, vt procedat, etiam si is, cui imponitur re- 2
quisitio consilij alieni, alias haberet liberam facultatẽ à lege absq; consilio, quando ille, cuius consilium debet requiri, esset collega officij. Bart. in *d. l. 1. § fi plures, ver. aut ergo, hæc conditio. ff. de exere.* † Am- 3
plia, vt procedat in ijs, quæ pendent ex arbitrio iubentis, vt in mãdato procuræ; quia quis mandando, quod gerat negocia sua cum consilio tertij obligat procuratorem, vt alias gerere non possit. Bart. *d. l. 1. § fi plures, ver. procuratoris vero, ff. de exercit.* † Amplia, vt pro- 4
cedat in omni dispositione, quando petitio consilij esset adiecta ad fauorem, & pro eo, qui non habet intellectum, vt pro minore. Franch. in *c. 1. § fi. n. 5. ne sede vacan. in 6. in princ. col.* 2. † Amplia in ele- 5
ctione facienda cum consilio Prælati, vel alterius, quia debet requiri, *c. in veteri, de electio.* plene Bertach. in *tract. de episc. lib. 2. parte 1. q.* 45. *n.* 82. vbi multos allegat. † Amplia in exequutore ad conferen- 6
dum beneficium de consilio Episcopi, vt teneatur formam seruare, alias actus est nullus, si conferat sine consilio. Fel. qui dicit * cõ- *
munem in *c. ex parte, de constit. in princ.* † Amplia in tantum, vt sit ge- 7
nerale, quia vbi requiritur consiliũ alterius, nisi requiratur, actus est nullus, Abb. in *c. ad Apostolicam. in fi. de regul.* quem citat cum alijs concord. Feli. in *d. c. ex parte, de constit. in princ. ver. & d. Abbas.* † Amplia 8
in sententia, quæ est nulla, quando debuit fieri cum consilio alterius, & fuit lata sine. glo. fi. in *c. non est, de consuet. in 6.* vbi Archid. & alij. Felin. in *d. c. ex parte, in princ.* † Ampliatur, etiam si is, cuius con- 9
silium debet requiri, esset mortuus, dummodo sub nomine dignitatis sit nominatus, quia debet successor expectari. Felin. in *d. c. ex parte, de const. ver. & ampliatur.* † Amplia, etiam si is, cuius consilium 10
debet requiri, esset absens, quia debet expectari. Felin. *d. c. ex parte, ver. & ampliatur, in fi. col.* 1. † Ampliatur in tantum, vt etiam si consi- 11
lium huiusmodi adiciatur in matrimonio contrahendo, puta quod quis matrimonium cum consilio Titij contrahere debeat, sub pœna priuationis legati eidem facti, si consilium Titij non requiritur, licet valeat matrimonium, tamen priuatur legato sibi facto in talem casum. & hæreditate eius, qui fuit spretus. Fel. *d. c. ex parte. col. 2. versic. sed vltra omnes, de constit.* vbi late disputat. Vide, *Actus irritandus. Concl.* 145. *n.* 4. & 5. Vide, *Dispositio legis habet locum, si petatur. Concl.* 500. Vide. *Officium iudicis impartiri non debet, nisi petatur. Concluſ.* 111. Vide, *Petitio remedij legis est necessaria. Concluſ.* 329.

Consilium petitum an debeat concedi à iudice, & illo obtento, an iudex illud sequi debeat. Concluſ. 768.

DE † iure communi iudex non tenetur committere causam 1
consilio sapientis; imo si commisit, potest commissionem reuocare. Bald. *consil.* 170. *Ad euidentiam præmittendum, in princip. lib.* 1. Albert. de Rampo. *inter tractat. Bartoli in tract. de consilijs habendis, in princ.* vbi dicit * communem, & ponit modum pulchrum petendi * 2
consilium sapientis, vel assessoris, † Declara, nisi esset iudex iu- 2
uenis, vel non peritus iuris; quia debet assumere consultorem. Alber. de Rampo. *d. tract. de consilijs habendis, in princ.* † Amplia, quia etiã 3

si causa sit commissa consilio sapientis, & sit datum consilium, non tenetur iudex de iure cõmuni sequi consilium. Bal. *cons.* 170. *in prin.* 4 *lib.* 3. † Amplia, quia si partes consentiunt, quod iudex committat causam consilio, nõ compellitur, neq; mittere, neq; illud sequi, li- 5 cet miserit. Cast. *d. cons.* 6. *n.* 2. *ver. secundo vero casu, lib.* 1. † Extẽde, quia etiam si misisset, potest missionẽ reuocare. Castr. *d. cons.* 6. *n.* 2. *ver. & sic in hoc est differentia, lib.* 1. vbi etiam, quod nõ tenetur illud sequi, si 6 misit. † Amplia in iudice Ecclesiastico, qui si assumat assessorẽ, vel consultorẽ, non tenetur sequi consilium assessoris, vel cõsultoris. Abb. in *c.* 2. *n.* 13. vbi Dec. *n.* 17. *ver. tertio nõ obstat, de iud.* Rom. *cõs.* 228. 7 *Pro plena, n.* 14. *ver. quo ad vltimũ.* † Extende maxime, quia nõ tenetur iudex sequi consiliũ petitum, si est iniustum, plura Rom. *d. cõs.* 228. *n.* 14. *ver. quoad vltimũ*, quia sapiens non est, qui consilium iniustum profert; quia debet consultor habere duos tales, vnũ scientiæ, &a- 8 lium securæ conscientiæ, vt ibi. † Extende, etiã si de partium consensu sit electus. Rom. *d. cõs.* 228. *n.* 14. *in fi. ver. quarto aduertendũ*, vbi a- 9 postil. in *ver. nõ tenetur*. dat concord. † Restringe, quando iudex nõ esset iurisperitus, quia tunc tenetur sequi consiliũ assessoris. Dec. *d.* 10 *c.* 2. *n.* 17. *ver. ex quo infertur*, vbi dicit esse notabile, *de iud.* † Restringe, nisi conster de mente, quod etiã iudex debeat sequi consiliũ, prout si esset dictũ expresse à lege, vel constitutione, vel à rescripto. Burs. 11 *cons.* 90. *n.* 49. † Idẽ, si conster de mẽte per verba inculcata, prout si dictũ esset, quod posset iudicare, & debeat assumere assessorem, cũ cuius, & de cuius cõsilio, &c. quia licet verba, *de cõsilio, & cũ consilio*, importent idẽ; tamen si ponantur geminata, videtur data necessitas sequendi consiliũ, maxime quando iudex esset electus ab vna 12 parte tantũ. Cuma. *cons.* 55. *Duo habentes in simul, per totũ.* † Restringe, quando pro forma esset dictũ, quod sequi debeat consilium; quia tenetur illud sequi, alias sentẽtia esset nulla ex defectu iurisdictionis. Vant. in *tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisd. ord. n.* 152. *ver. sed si* 13 *idẽ consultor.* † Restringe, quãdo iudex delegatus allegaretur suspectus, & propter suspicionẽ partes eligerent consultorẽ, vel assessorem; quia eo casu tenetur sequi consiliũ; quia ſtãte recusatione caret iurisdictione solus. Doct. in *c. cũ ſpecialis, de appell.* alias durũ esset, quod solus iudex suspectus posset iudicare, & ita loquitur. Alber. de Ramp. in *tract. de cons. haben. inter q. Bart. fol. mihi* 233. *vers. ſeptimo an* 14 *iudex cogetur*, quẽ tract. confirmat idem Bart. ibi. † Declara, nisi cõsultor consuleret expresse contra legem, vel contra ius. Albert. de Rampo *d. tract. de cons. haben. inter tract. Bart. nu.* 6. *ver. ſeptimo, an iudex.* 15 † Amplia; quia imo iudex etiã inuitis partibus potest velle habere consiliũ in causa, & secundum illud iudicare. Bart. in *tract. fol.* 233. 16 *incip. Punctus autẽ, in princ. ver. ſed quæro.* † Restringe, quia potest recusari dubiũ remittendum ad consulẽdum, si ex eo pars grauaretur. 17 Bart. in *tract. de cons. haben. fol.* 233. *incip. Punctus autem, in prin.* † Limita, quia potest cõpelli iudex ex forma statuti ad committẽdam causam consilio, & ad pronunciandum secundum consiliũ sapientis. Bald. *d. cons.* 170. *in prin. lib.* 3. Bart. in *d. l. ſi cõuenerit. n.* 4. *ff. de re iud.* prout est Ferrariæ, super quo statuto. Ang. *cons* 186. *Statuto ciuitatis*, maxime *n.* 3. *ver. consiliũ ergo est.* Fulg. *cons.* 139. *n.* 3. *ver. ſed diuerſam.* Ale. *cõs.* 18 145. *Viſo, n.* 3. *ver. ex alio. cum ſeq. lib.* 5. † Extende, quia statutum, quod necessitat iudicem ad mittendũ pro consilio, iura inducit. primo, quod iudex tenetur mittere; secundo, si non mittit, potest puniri, & tenetur ad interesse, tertio, mittendo tenetur sequi consilium, quarto, quia sequendo malum consiliũ excusatur. Castr. *cõs. 6. Pro* 19 *declaratione, in princ. lib.* 1. † Declara, dũmodo petatur in termino, & fiat missio secundũ formam statuti, alias nõ habet locum. Castr. *d.* 20 *cons.* 6. *n.* 2. *ver. circa primũ, lib.* 1. † Imo procedit declaratio, etiã si Iudex de consensu partium pronunciasset extra terminũ, si constat, quod pronunciauit extra terminũ; quia adhuc non valet sentẽtia contra statutũ lata. Castr. *d. cons.* 6. *circa fi. ver. ſi vero conſideremus, lib.* 1. 21 † Extende, quia si statutum dat formam Iudici, vt teneatur cõmittere causam consilio & pronunciare secundum consiliũ, si hoc nõ faciat, sententia est nulla. Fulgo. *cons* 139. *nu.* 2. *ver. ſed diuerſam.* Alex. 22 *cõs.* 145. *Viso proceſſu, n.* 3. *& ſeq. ver. ex alio capite. li.* 5. † Imo talis nullitas ex omisso consilio contra formã statuti nõ esset sublata, licet aliud statutum diceret, quod sentẽtia lata à Potestate mittatur exequutioni non obstante nullitate, quia nõ est sublata ista nullitas, vel si diceret, quod non possit dici de nullitate, Alex. *d. cons.* 145. *in fi. n.* 4. *ver. nec talis nullitas, lib.* 5. Vide plenius, *Statutũ, quod Iudex ſequi debeat* 23 *conſiliũ, eſt formale. Concl.* 491. † Extẽde, quia obligatur Iudex ad cõsiliũ, quando petitur, & ex forma statuti debet cõmitti causa, quia isto casu operatur petitio consilij idem, quod appellatio, vt suspẽdat iurisdictionẽ, quando non est nulla, vel friuola, Rom. *cons.* 235. 24 *Quoad primũ. n.* 10. *ver. quoad octauũ.* † Restringe, quando causa non haberet dubiũ iuris, sed esset clara; quia non debet consiliũ requiri. Fel. in *c. & ſi quæſtionis, in prin.* vbi concor. alleg. *de ſimo.* Ale. *cõs.* 145. 25 *Viso proceſſu, n.* 3. *ver. ex alio, lib.* 5. † Restringe; nisi consiliũ esset iniustum, super quo extat. Ang. *cons.* 186. *n.* 3. *ver. nec intro nunc*, vbi videtur inclinare in hanc partẽ. Vide, *Conſiliũ ſequi malum non tenetur iudex, licet debeat illud petere, & cõcedere. Concl. prox. ſeq.* † Limita, quando 26 vtraq; pars consentiret, quod cõmitteret causam consulendam, & secundũ consilium pronunciaret, Bal. *cõs.* 170. *in prin. lib.* 3. Bart. in *l. ſi cõuenerit, n.* 4. *ff. de re iud.* vbi dat hanc cautelã, vt Iudex teneatur, eo casu sequi consiliũ. † Limita, quia quando statutum grauat Iudicẽ 27 ad cõmittendam, & decidendam causam secundum consilium sapientis, tunc licet Iudex, qui profert sententiã, dicatur pronunciare, & non consultor, tamen improprie, & ciuiliter dicitur sentẽtia lata à cõsultore, ideo valet rescriptũ, in quo committitur causa appellationis à sententia lata per A. licet sit lata per B. de consilio A. Bald. *cõs.* 341. *Propoſito ſtatuto, lib.* 5. *per totũ.* † Appellari potest à sentẽ- 28 tia lata de consilio consultoris. Castr. *cons.* 6. *Pro declaratione, in princ. lib.* 1. † Extende, etiã si de consensu partium consultor sit electus, 29 quia adhuc appellari potest. Castr. *d. cõs.* 6. *n.* 2. *ver. dico etiã, lib.* 1. Rom. *cons.* 228. *Pro plene, in ſ. n.* 15. *ver. quinimo.* † Extende in tantũ appellari 30 posse à sententia lata ad consiliũ sapientis, vt neq; transeat in iudicatũ, Rom. *cõs.* 228. *n.* 16. *ver. porro, & plus*, vbi apostilla in *ver. retractari*, quæ dat plurimos concor. & dicit * communẽ Alex. *cõs.* 185. *Viſo* * *titulo, col. ſi. n.* 28. *lib.* 2. † Restringe, nisi statutũ prohibeat appellari à 31 sententia lata ad consilium sapientis, quia valet & ligat etiam clericum litigantem in foro seculari contra laicum. Corn. *cons.* 187. *In conſultatione, n.* 16. *vſq; in fi. li.* 4. Vbi de * communi, & magis cõmuni. *

Consilium sequi malum non tenetur Iudex, licet debeat illud petere, & concedere. Conclus. 769.

Consilium † licet debeat requiri, etiã in casibus, in quibus si 1 non requiratur, actus esset nullus regulariter, tamẽ illo habito, vel petito, quis nõ tenetur sequi. Feli. in *c. ex part. col.* 1. *ver. & quod ſit leuis ſolemnitas, de conſt.* & hoc dicit esse regulare. Franch. *c. vnico* § *ſi. n.* 5. *ver. Regulariter vero, nẽ ſede vacante, lib.* 6. *c. cũ olim, de arbitr.* Feder. de Sen. *cons.* 59. *Credo de iure, in prin.* Bar. in *l.* 1. § *ſi plures, in* 4. *q. ff. de exer.* † Ratio est, quia regulare est, quod consilium non obligat. quia de 2 natura consilij est persuadere, non cogere, *l. in furto.* § *recte. ff. de furt.* Vide, *Conſiliũ quotuplex, & an obliget. Conel.* 762. Vide plenius Cõclu- 3 sionẽ proximam præcedentem. † Amplia in tantum, vt si is, qui tenetur gerere aliquid cũ consilio alterius, veluti in Procuratore, Iudice, & similib. si sequatur malũ consilium, non excusatur. Franch. *d. c. vnico.* § *ſi. n.* 5. *ver. regulariter, nẽ ſede vacante*, tamen talis Procurator non poterit propterea expedire à seipso actũ, & imputandum est domino, qui indiscrete illũ constituit sub illa forma. Bart. in *l.* 1. § *ſi plures, n.* 10. *ff. de exerc. ver. tertio quæro.* † Amplia, quod in omnib. casi- 4 bus potest fieri actus non petito consilio, vt in casu periculi, absentiæ, vel quãdo consiliũ esset requirendum ab incapace, istis omnibus casibus consilium multo magis sperni potest, quia regula est, quod sequi nõ tenetur, vt sup. primo vers. *l. quidã decedens.* §. *Papin. ff. de admin. tut.* † † Amplia in Iudice, qui licet non possit ferre senten- 5 tiã sine consilio sapientis, tamen non tenetur sequi tale consilium, si est malũ, vel iniquum, sed debebit iterũ causam consulendã remittere. Bar. *d. l.* 1. § *ſi plures. ver. quarto quæro ff. de exer. n.* 12. & ita videtur velle Ang. *cons.* 186. *n.* 3. † Extende, quia imo si Iudex tenetur se- 6 qui consiliũ sapientis, intelligitur de cõsilio iusto, non de iniusto. Alex. in *l. maiore, in ff. de pact.* Bar. in *l.* 1. § *ſi plures, n.* 10. *& 12. ff. de exercit.* Feli. in *c. ex parte, col.* 1. *de conſt. & in c. ſciſcitatus, n.* 10. *ver. quando autẽ, de reſcr.* † Contrariũ Castr. *cons.* 5. *vol.* 1. vbi, quod si statutum mãdat Iu- 7 dicẽ sequi cõsilium, omnino tenetur sequi. † Declara forte, quia si 8 Iudex est illitteratus tenetur omnino sequi consiliũ, & excusatur, qualecunq; sit, si vero est litteratus, secus est. Alex. in *l. ſi cõuenerit, n.* 12. *ff. de re iud.* † Extende etiã, vt procedat non obstante, quod cõstet 9 Iudices sequutos fuisse simpliciter consilia consultorũ, prout seruatur Florentiæ, quia non sequitur, quod sit inducta consuetudo, quia potest esse, quod omnes sequuti sint cõsilia, quia sibi visa fuerint iusta, & cõsuetudo ad hoc, vt tollat legẽ, debet esse præscripta, per quam saltẽ bis sit obtentum in contradictorio iudicio. Bart. in *l. de quib. ff. de legib.* oportebat n. quod Iudex fuerit accusatus, quod per iniustũ consilium sententiam tulerit, & quod fuerit excusatus, quia tenebatur sequi. † Extende, vt procedat etiã, si Iudex pronun- 10 ciasset secundũ malum consiliũ nulliter, quia potest & debet causam cognoscere, & alteri consulendam mittere. Ang. *d. cõs.* 186. *n.* 3. *vſq; in fi.* vbi dat modũ procedendi. † Extende, quia imo Iudex, qui 11 tenetur consilio sapientis causam committere, licet teneatur illud perspicere, non tamen tenetur sequi, & si sequatur malũ consiliũ, tenetur in syndicatu, nisi esset Iudex imperitus. Bar. in *l. ſi cõuenerit, n.* 4. *ff. de re iud.* vbi Ale. *n.* 11. Ias. *n.* 18. Abb. in *c. cum veteri, col. ſi. ver. quid autẽ. de elect.* Soc. *conſ.* 24. *Viſis & diligẽter, n.* 3. *lib.* 1. † Restringe, quia te- 12 netur sequi omnino consiliũ etiam iniustum, quando statutum dicit, pro-

cit,(prout Pisis,) quod Iudex teneatur ferre sententiam secundum
13 consiliũ sapientis. Bart.in *d.l.si cõuenerit.*† Declara, quia si constaret de errore expresso, qui posset ex actis colligi, Iudex nõ tenetur sequi consiliũ, quia talis manifesta iniustitia semper est excepta in omni dispositione, Castr.*cõs.232.In causa, quæ vertitur, n.3. ver. item non*
14 *obstat, lib.*1.† Contra declarationẽ Io.de Imo.*cons.5.n.3 ver.nec obstat.*
15 †Declara, quia Iudex sequens iniustũ consilium facit litẽ suam, secundũ * communem, secus est, quando consiliũ esset latum à viro approbato, & exercitato in similib. ad quẽ cõmuniter habetur re-
16 cursus, Ale.*cõs.19.Circa primũ, n.14.ver.circ.secundũ.li.7.*† Amplia etiam, si consilium esset requirendũ ex cõtractu, & consensu duorũ, quia si est manifeste iniquũ, potest sperni, & fieri actus sine tali cõsilio, si vero non est manifeste iniquũ, potest corrigi per Iudicẽ ordinariũ, & peti reductio ad arbitriũ boni viri. Bart.*d.l.*1. §.*si plures, n.*11.
17 *ver.aut pendet ex voluntate duorũ.ff.de exerc.*† Amplia, quia arbitri, qui cõsuluerunt iurisconsultũ, an sit plene probatum in causa, si is respondeat esse semiplene probatũ, & esse deferendum iuramentũ, quia extra petita consulit, non debent sequi tale consiliũ extra pe-
18 tita. Bald.*cõs.246.Cõmissus fuit, lib.*2.† Amplia, vt idẽ sit in collatione beneficij faciẽda cũ consilio Capituli, quia per hoc nõ dicitur beneficiũ spectare cõmuniter ad collationem Capituli, sed cadit sub expectatiua eius, qui habet collationẽ illius, qui potest cõferre cũ tali consilio. Rota in *antiq.decis.79.de rescrip.nota, quod vbi collatio,* vbi
19 in fi. quod nõ tenetur sequi consiliũ in conferendo.† Amplia, quia si Iudex de consensu partiũ debet petere consiliũ, non potest illud sequi, quãdo esset nullũ, vel euidenter iniquũ. Cast.*cõs.6.Pro declaratione, n.2.li.1.ver.secũdo vero casu,* Ale.*cons.65.li.1.& cõs.41.li.*2. quem citat ad hoc apostilla ad Alex.*cõs.19.n.14.li.7.in ver.imperitia,* vbi et-
20 iam Ale.idẽ tenet, q̃ regula est ista.† Restringe, nisi partes cõsentirent, quod reciperet, & sequeretur consiliũ, quia nisi sit euidenter
21 iniquũ, põt illud sequi. Cast.*d.cõs.6.n.2.l.1.*† Declara, quia Iudex nõ tenetur sequi, si nõ vult, quando de consensu partiũ hoc fiat. Castr.
22 *d.cons.6.n.2.ver.si vero non vult sequi, lib.*1.† Limita, q̃ quãdo actus debet fieri de consilio alicuius, tunc nedũ debet consiliũ requiri, sed etiã requirens tenetur illud sequi, quãdo ita præcise lex, superior, vel alius habens facultatẽ præcipit, & alias fieri inhibuit. Fel.in *c.ex*
23 *parte, col.5.ver.sed hic sunt notãdi, n.3.& seq.de const.*† Extende, quia imo quando statutũ necessitat Iudicẽ, vt mittat causam ad consiliũ, tenetur illud sequi, & si sequitur malũ consiliũ, excusatur. Cast.*cons.*
24 *6.Pro declaratione, in prin.li.1.*† Extẽde, quia Iudex, qui secundũ consiliũ consultoris dati à Principe, vel statuto, vel etiã electi à seipso, quãdo erat iurisc õsultus, vel exercitatus in iudiciãdo, dedit tortura non data copia indiciorũ excusatur. Ale.*cons.65. Habita super con-*
25 *tẽtis, n.3.li.1.*† Limita multis casib. quos enumerat. Frãch.*d.c. Vnic.*§. *fi.n.5.ver.quãdoq; in actu requiritur,* videlicet, Primo, quando consiliũ debet requiri ab eo, à quo principaliter dependet, q̃ actus fiat, vel non. Secundo, quando dans consiliũ debet interuenire ad actum, Tertio, si consulens est particeps officij, Quarto, si habet ius in re,
26 Quinto, quãdo subiecta materia requirit, quod sequi debeat cõsilium.† Limita, quãdo appareret de intẽtione Iudicis, quod voluit sequi consiliũ, quia si nõ est sequutus, sententia est nulla, quia est la-
27 ta contra mentẽ Iudicis. Fed.de Sen.*cons.51.Dixi duab.rationib.*† Declara, vt mẽs Iudicis constare debeat ex actis, alias si non constaret ex actis, sed extrinsecus, propterea nõ vitiaretur sententia, quia præ-
28 sumitur pro sententia. Fed.*d.cons.59.per totũ.*† Declara totam istam materiã, quando Iudex teneatur ferre sententiã secundum consi-
29 liũ sapientis petitum, & datum, vel non.† Regula est, quod de iure cõmuni, licet Iudex miserit causam ad consiliũ sapientis, tamẽ po-
30 test per se iudicare. Ang. Aret.*cons.7.Quoad hoc, in princ.*† Restringe, nisi extaret statutũ, quod teneretur mittere causam cõsilio sapiẽtis, & secundum consilium iudicare, quia tunc, si est facta electio cõsultoris, etiã quod expectato consilio ferr sententiã, erit nulla, vel saltem per appellationẽ poterit rescindi. Ange. Aret.*d.cons.7.in*
prin. ver.sed hoc procedere posset, & quod saltẽ sit rescindenda per viam
* appellationis, dicit Aret. ibi * cõmunem, *n.11.ver.tertio dato.* Vide,
*Statutũ, quod Iudex sequi debeat consilium. Concl.*491.† Imo, quod sentẽ-
31 tia eo casu lata nõ expectato consilio sit nulla, & attentata non renocata prius sententia interloquutoria super commissione ad cõsilium, stante dicto statuto, plene idem Ange. Aret.*d.cons.7.nu.3.& sequent.versic.quinimo.* Vide, *Consilium petitum an debeat concedi, & Iudex teneatur illud sequi, conclus. præcedenti proxima.*

Consilium quid operetur, & vbi requiritur, non valet actus sine eo, & quando sit secus. Conclus.770.

1 Consilivm † quærit, scrutatur, & deliberat; ideo, vbi quis adhibetur cõsultor, debet apparere, quod consuluerit, & formã seruauerit, alias non valet, quod factũ fuit sine consilio. Oldr.*cons.*
209.*In causa Hospitalis, n.11.ver.tertio non fuit seruata forma,* vbi dicit, q̃ differt embolia ab eustotia, quia prima cũ tempore & deliberatione. Secunda sine tẽpore Arist.*6.Eth.c.6.*† Et consiliũ adhibendum 2
est in ipso actu, qui mãdatur celebrari cũ cõsilio.*c.cũ in veteri.de elect.* ita Bal.in *rub.C.de exerc.n.6.ver.sed quæro, quo tẽpore.*† Amplia, quia cõ- 3
promissum factũ in iuris peritum electũ pro parte vnius, vt pronũciet prout de iure, de, & cũ consilio iurisconsulti electi, pro parte alterius requirit necessario, quod laudũ feratur de cõsilio, & alias latũ sine consilio nõ valet, Cuma.*cons.55. duo habẽtes, per totũ,* vbi dicit hoc ꝓcedere, etiã si ex statuto prohibeatur posse cõpromitti in plures, quia ex mente consiliũ debuit haberi.† Amplia in actu fa- 4
ciendo cũ scientia alterius, quia sufficit notificatio, nec requiritur petitio cõsilij, neq; cõsensus. Fel.*d.c.ex parte, de const.in fi.* vbi limitat, seu declarat, nisi requiratur scientia eius, qui debet iudicare, quia tunc requiritur consiliũ.† Amplia, quia electio facta sine consilio, 5
quæ debuit fieri cũ consilio certæ personæ nõ petito cõsilio, valet mero iure, licet possit irritari. Ægid.*decis.*181.*in fin.*† Amplia, quia 6
consiliũ alicuius, si est requirendũ in aliquo actu, id cẽsetur ex vrbanitate iniunctũ, quando is, cuius consiliũ requiritur, nõ est collega in officio, vel ex actu faciendo nõ remanet obligatus. Bald.in *rub.C.de inst.act.sub n.*5.† Restringe, quãdo est collega in officio, vel 7
est futurus obligatus ex illo facto is, cuius consiliũ requiri debet, quia omnino debet requiri, & sequi, Bal.in *rub.de instit.actio.C.sub n.*
5.† Restringe, quia etiã si nõ sit collega, nec futurus obligatus, de- 8
bet omnino requiri, & sequi, quãdo imponitur pœna, si hat cõtrariũ à testatore, quia pœnam incurrit, qui nõ petit, & non sequitur consiliũ eo casu. Io.de Anania, *cons.15.in fi.* vbi etiã Bolog.in apostil. *ver.circa vero secundũ.*† Amplia, quod consilium iniunctũ nõ debet 9
peti, & actus sine eo põt expediri, quando immineret periculum. si consiliũ esset expectandũ ab absente, vel alias.*c.vnic.*§.*fi.ne sede vacãte, li.6.* Fel.*d.c.ex parte ver.Recipit prædicta concl.de const.* Bilig.*decis.*2.*de conces. præb.* quod intellige cũ distinctione. Fel.ibi, vt tamen consiliũ Vicarij requiratur loco Episcopi absentis, quãdo consiliũ Epi-
scopi debet requiri, reprobato Rom.*Sing.*700.† Amplia, quando 10
alias is, cui iniungitur consiliũ, poterat à lege, vel ab homine facere illum actũ sine cõsilio, quia si non imponitur hæc cõditio requisitionis cõsilij à principio, à lege, vel ab homine, licet apponatur ex post, videtur ad excitandã iurisdictionẽ, nec arctat, nisi adesset expressa prohibitio, vel decretũ irritans ita mãdans, ab eo, à quo dependet. Felin.*d.c.ex parte, col.4.ver.secunda limitatio, de const.*† Amplia, 11
quia si sunt dati plures exequutores in testamento cũ adiectione, quod vnus cũ consilio & auxilio duorũ ex alijs possit exequi, censetur data forma, ita quod si nõ sequitur auxilium, & consiliũ non possit aliter exequi. Bald.*cons.*123.*Reuerend.Pater.n.2.ver.sed considerãdum, li.*5.† Extende, vt idẽ sit, quando exequutor est datus ad exe- 12
quendũ cum consilio certę personæ, quia sine cõsilio exequi non põt, quia necesse est, quod inuicẽ concordent, alias si sibi inuicem contradicũt, impeditur exequutio. Bal.*d.cons.*123.*n.2.li.*5.† Amplia, 13
quia laudũ prout in consilio, quod adhuc nõ est productũ in actis, est nullũ, quia debet esse in actis, & apertũ, & lectum. Bal.in *l.*1. *col.*
1.*C.de sent.ex peric.recit.* Rom.in *l.*1.§.*si quis ita, n.*5.*ff.de verb.oblig.* Ia.in *l.nequicquã,* §. *vbi decretum, n.*68.*ff.de offic.proconsl.* & Alexand.*cons.*18
*num.*28.*lib.*2.*vers.quoad vltimum.*† Declara, quia non procedit am- 14
pliatio, quando Iudex compelleretur pronunciare infra certum tempus secundum consilium sapientis, quia eo casu posset proferre sententiam secundum consilium, quod fit per consultorem, & valeret. Alex.*d.cons.*185.*in fin.ver.fallit secundum Bald.li.*2.† Et talis 15
sententia lata ad consilium alterius, vel sapientis, nunquam transit in iudicatum, Alex.*cons.*185.*Viso titulo, col.fi.lib.*2.*nu.*28.

Consultor electus in causa quid possit, & ad quid obligetur. Concl.771.

Consvltor † electus ad consulendum in causa per Iudicem 1
potest cõpelli ad consilium fẽrendum, si est subditus, & de illa iurisdictione, alias non. Alber.de Rampo.in *tract.de cons.haben.inter tract.Bart.n.3.ver.si autẽ Iudex.fol.*232.† Et quod consultor possit cõ- 2
pelli dare consiliũ. Bar.in *l.*1.§.*si plures, ver.quæro secundo.n.*9.*ff.de exer.* vbi distinguit, vt sup.† Extende, quia non auditur consultor post 3
acceptationẽ, si vult se excusare, nisi sit impedimentũ, quod superuenerit post acceptationẽ. Bart.in *suppletione ad d.tract.a.ver.sed quid si consultor.*† Declara, quia si causa est ardua, & articulus dubius, põt 4
petere sibi dari socium consultorem, & nolle solus consulere. Alber.de Ramp.*d.tract.n.*5.*ver.sed quid si consultor.*† Declara, quia com- 5
pellitur soluta mercede, & salario, & non alias, quantũ debeat esse salarium, & per quẽ solui debeat, plene Alb.*d.tract.circ.fi.ver.decimo quæritur,* vbi, q̃ debetur cõsiderata qualitate causæ, laboris, & facũ-

diæ consulentis, & debet solui secundum statuta, & si nihil dispo-
nūt, abeo, qui petit, si nullus petit, sed Iudex, ambæ partes soluere
6 debent communiter. † Iurare non debet, quod dabit iustum con-
silium, neque ad id potest compelli consultor clericus, Albert. de
7 Rampo. *d. tract. de conſ. haben. n. 4. ver. ſed poſt quā, col. 2.* † Extende, quod
neq; consultor laicus compellitur iurare, si iurauit in principio an-
ni, quia primum iuramentum sufficit. Albert. de Rampo. *d. tract. de*
8 *conſ. haben. n. 4.* † Restringe in laico consultore, si non iurauit, quia
est in facultate Iudicis exigere ab eo iuramentum. Albert. de Ram-
9 po. *d. tract. n. 4 inſi.* † Corrigere non potest consilium semel datum,
nisi hoc faciat incontinenti, vel nisi alleget legem & bonam ratio-
nem, propter quam vult se corrigere. Albert. de Rampo. *d. tract. de*
10 *conſil. haben. n. 6. ver. quid ſi conſiliarius.* † Extende, vt idē sit, si velit de-
11 clarare. Alber. de Ramp. *d. tract. n. 6. in fi.* † Suspectus allegari potest
consultor, seu assessor assumptus in consultorem, sicut Iudex. Al-
12 ber. de Rampo. *d. tract. n. 8. ver. octauo quæro.* † Extende, quia etiā po-
test dici de iniquitate consilij dati bis, sed non ter, Bar. in *ſuppletione*
13 *ad tract. Alber. de Rampo. circa med. verſ. illud quæro.* † Extende, quia etiā
potest appellari à sententia lata de consilio. Bart. *d. tract. circ. fin. ver.*
14 *ſed pone conſultorem.* † Declara, quia ante latam sententiam esset dic-
tum de nullitate consilij, & consilium esset confirmatū, non pos-
set eo casu appellari à sententia lata, vigore talis consilij confirma-
15 ti, Bart. *d. tract. in fi.* † Potest consultus deferre iuramentum in sup-
plementum Iudici, & eius arbitrio, & valebit talis delatio subse-
16 quuta, Fulgo. *conſ. 145. Quoniam plurimæ, col. fi. ver. ex quib. videtur.* † Ex-
tende, quia si videt partem defecisse in aliquo, quæ fouet bonum
ius, potest illam instruere, puta. quod probet omissum, quia veri-
tas debet adiuuari. Ancha. *conſ. 191. Depturib. in princ.* Vide, *Conſultor*
17 *non exequitur, & quid poſſit, Concl. proxima ſeq.* † Obligatur consultor
ad damna parti, si iniustum consilium dolose dedit. Rom. 228. *Pro*
18 *plena in fi.* vbi apostil. in *ver. obligatus eſt.* † Non potest consultor post
causam commissam consilio, neq; Iudex post commissionē admit-
tere aliquas exceptiones, sed neq, instrumenta, quia causa dicitur
instructa, sed solum potest audire informationes ex processu for-
mato. Ang. Aret. *conſ. 55. Nulli dubium, n. 10. & ſeq. ver. præterea*, vbi la-
te. Vide, *Conſilio pendente an currat inſtantia. Concl. 776.*

Consultor non exequitur, sed consulit, & quid possit. Concluſ. 772.

1 CONSVLTORIS † officium differt ab officio exequutoris;
ideo consulere habens non potest exequi, & exequendo nul-
liter agit, tanquam vsurpans contra legem id, quod alteri cōmis-
2 sum fuit. Oldr. *conſ 209. n. 10. ver. debet ergo.* † Amplia, vt procedat,
etiam si exequutores consenserint, quando consulere habens erat
eorum superior, quia ex reuerentia videntur cōsensisse, & satis est,
quod ipse non debuit exequi, sed consulere. Oldr. *d. conſ. 209. n. 11.*
3 *ver. non obſtat.* † Amplia, quia consultor nullam habet causæ cogni-
tionem; ideo coram eo non sunt iura producenda, quando est cō-
clusum in causa, secus, si non est conclusum; quia instrumenta cla-
ra possent produci cum iuramento, quod deuenerunt nouiter ad
4 notitiam producentis. Bald. *conſ. 309. n. 2. ver. modo venio. lib. 2.* † Po-
test tamen excipi de expensis & melioramentis factis ad perpetuā
rei vtilitatē, de qua agitur, etiam post commissam causam ad con-
sulendum consultori; quia ista exceptio admittitur etiam in exe-
quutione. Bald. *d. conſ. 309. in fi. ver. ſuper quarto, lib. 2.* Vide, *Conſultor*
electus in cauſa quid poſſit, & ad quid obligetur. Concl. proxima præced.

Consilium qualiter sit ferendum, vt valeat, & qualiter ferenda sententia. Concluſ. 773.

1 CONSILIVM † consultoris debet dari super omnibus missis
ad consulendum per iudicem, alias si detur solum super par-
te, & super eo feratur sententia, consilium est nullum, & sententia
est nulla, seu saltem rescindenda. Bald. *conſ. 481. Vertente quæſtione, in*
2 *fi. ver. ſed ſequitur, lib. 1.* † Amplia, quia consilium consultoris debet
dari, super quibus petitur, nō autem extra petita, & si aliter detur,
non debet iudex sequi tale consilium. Bald. *conſ. 246. Cōmiſſus fuit,*
lib. 2. vbi, quod si committitur articulus, an sit plene probatum, &
consultor consulat semiplene esse probatum, & deferendum esse
iuramentum, quia cōsuluit extra petita, ideo tale consilium sequi
non debet arbiter; quia solum debet consultor respondere, an sit
3 plene probatum, vel non. † Et necesse est, quod consultori omnia
acta sint transmissa, alias consilium non est tenendum, si acta non
4 vidit. Bald. *conſ. 226. Viſis inſtrumentis, & conſ. ſeq. lib. 2.* † Valet tamen
consilium datum, absoluo absoluendum, & condemno conde-
5 mnandum. Fulgos. *conſ. 13. Circa primum, n. 2.* † Et valet sententia la-
ta ad consilium sapientis, hoc modo, si consilium est validum. Ful-
6 gos. *d. conſil. 13. num. 2. ver. ad ſecundum.* † Et debet consilium sapien-
tis esse certum, & non perplexum, vel contrarium, alias sententia 1
secundum consilium lata non valet. Vide, *Sententia condemnans ſe-*
cundum formam ſtatutorum valet, & qualiter intelligatur. Concluſio. 166.
† Dato consilio iudex debet illud accipere, & aperire partibus ci- 7
tatis, vel præsentibus, & secundum illud debet absoluere, vel cō-
demnare. Albertus de Rampo. in *tractat. de conſiliis habend. inter tra-*
ctat. Barto. fol. 233. num. 9. ver. nono quæro. Vide, *Conſilium qualiter feren-*
dum. Concluſio. 773. † Et licet debeat iudex expresse dicere, *absoluo,* 8
& condemno, prout in consilio; tamen si diceret, *ſentio, prout in conſilio*;
videtur tacite per relationem dixisse, *absoluo, & condemno*, & sufficit,
quamuis tutius sit apponere verba expressa. Albert. de Rampo. *d.*
tractat. num. 9. ver. ſed ponamus. † Amplia, quia consilium debet legi 9
per iudicem, vel arbitrum, antequam ferat sententiam secundum
consilium, alias si ferret sententiam, antequam esset apertum con-
silium, non valeret; licet secus sit in laudo arbitratoris, ita Lan-
franch. de Oriano *tractat. de Arbitr. in vlt. parte, quæſtio. 40.* † In con- 10
trarium facit cautela, quam tradunt Iacob. de Butrig. in *l. hac ſen-*
tentia. C. de ſentent. ſine certa quanti. sequitur Bald. in *l. cum lex. C. de ſent.*
& interloc. & conſil. 229. Primum dubium eſt, lib. 1. sequitur Deci. *conſil.*
517. num. 1. vbi, quod si iudex videt labi instantiam, potest ferre
sententiam ante exhibitum consilium pronunciando, absoluo,
vel condemno, prout in consilio ferendo, & valebit sententia, ni-
si dicas hoc ex necessitate posse fieri; secus cessante necessitate.
† Declara, vt plene, per Felin. in *c. cum venerabilis, num. 43. & ſequent.* 11
verſic. Tertio concludit Abbas, de exceptio. vbi totam hanc materiam exa-
minat, & quando valet, vel non, & quæ cautela sit adhibenda per
iudicem, quando consilium non est exhibitum tempore senten-
tiæ. † Amplia; quia si consilium non est in actis, & non constat de 12
eo, neque de electione consultoris legitime facta, & feratur sen-
tentia secundum consilium, ea erit ipso iure nulla. Vide, *Relatio*
nuncij vt valeat, quæ requirat. Concluſio. 122. † Amplia; quia laudum, 13
prout in consilio, quod adhuc non est productum in actis, est nul-
lum; quia debet esse in actis, & apertum, & lectum. Bald. in *l. 1. col.*
1. C. de ſentent. experiment. recit. Roman. in *l. 1. §. ſi quis ita, num. 5. ff. de verb.*
obligatio. Iaso. in *l. nec quicquam. §. vbi decretum, num. 68. ff. de offic. proconſ.*
& Alexand. *conſil. 185. num. 28. lib. 2. verſic. quoad vlt.* † Declara, quia 14
non procedit ampliatio, quando iudex compelleretur pronun-
ciare infra certum tempus secundum consilium sapientis; quia eo
casu posset proferre sententiam secundum consilium, quod fit
per consultorem, & valeret. Alexand. *conſil. 185. in fin. verſic. fallit ſe-*
cundum Bald. lib. 2. † Et talis sententia lata ad consilium alterius, vel 15
sapientis nunquam transit in iudicatum. Alex. *conſil. 185. Viſo titulo,*
col. fi. lib. 2. num. 28.

Consilium si datur Iudici post terminum, sententia lata secundum consilium est nulla. Concluſ. 774.

CONSILIVM † si debet dari infra certum tempus ex forma 1
statutorum, prout Januæ, & Iudex debet illud sequi, si feratur
sententia secundum consilium datum post terminum est ipso iure
nulla, Bald. *conſil. 169. Statuto ciuitatis per totum, & conſil. 172. Statuto*
cauetur. lib. 1. & conſil. 435. Statuto cauetur, lib. 5. † Contrarium tenet A- 2
lexand. *conſil. 24. Viſo themate, lib. 6.* vbi loquitur in statuto Pisarum
præcipiente consultori, vt infra certum tempus debeat dedisse
consilium sub pœna, & puniente etiam Iudicem, qui non compu-
lerit consultorem, quia si datur consilium post terminum, licet in-
curratur pœna; non tamen consilium est nullum tanquam latum
contra legem; quia distinguitur, aut agitur de nullitate, ne is, qui
contrauenit legi, sentiat commodum, & est nullum consilium, &
sententia; aut agitur de commodo tertij, & valet consilium. † De- 3
clara, vt procedat, quando consilium debet sequi Iudex; quia tūc
censetur pro forma, secus si consilium non esset de forma. Bald. *d.*
conſil. 169. circa fin. verſic. item Bartol. lib. 1. & conſil. 172. circa med. verſ. &
ideo cum ex forma, eod. lib. 1. & duplicatur *conſil. 435. lib. 5.* † Declara se- 4
cundo, quando terminus esset præfixus instantiæ, vel iurisdictio-
ni, aut Iudici, & instantiæ, aut Iudici, & iurisdictioni; secus si Iudici
tantum. Angel. *conſ. 86. Statuto ciuitatis, in fi. ver. Dicet quis*, Alexan. *d.*
conſ. 24. in fi. lib. 6. † Amplia, quia si Iudex pronunciat, prout in con- 5
silio dando, vel ferendo sententia lata est nulla, tanquam relata ad
id, quod non est in esse, & ad incertum, quia debet ferri super cō-
silio producto, alias non valet, nisi Iudex compelleretur pronun-
ciare; quia tunc cum per eum non stet, excusatur, si ferat senten-
tiam incertam. Alex. *d. conſ. 185. viſo titulo, in fin. num. 28. verſ. quoad vl-*
timum, lib. 2. Vide, *Statutum diuerſorum locorum circa conſilium ſapientis.*
Concluſio. 490. Vide, Mascard. *Concluſ. 418. conſilij ſapientis*, vbi quod
non præsumitur solemnitas in consilio adhibito, & quod ante sen-
tentiam fuerit exhibitum.

Consi-

Consilium in vna instantia datum potest in alia reuocari. Concluſ. 775.

1 CONSILIVM † ſapientis licet debeat ex forma ſtatuti requiri, & Iudex ſecundum conſilium debeat iudicare; tamen non habet locum niſi in ea inſtantia, in qua datur conſilium; quia ſi in prima datum eſt conſilium, ſecundum quod primus, Iudex pronunciauit, ſi in ſecunda inſtantia detur conſilium contrarium reuocata prima ſententia, cenſetur reuocatum primum conſilium. Caſtrenſ. *conſil.232. In cauſa, quæ vertitur. col.pen.ver.ſuper ſecundo, lib.1.*
2 † Extende multo magis, quando conſilium primum continebat expreſſum facti errorem ex actis. Caſtr. *d.conſil. 232.col.pen. ver. ſuper*
3 *tertio, lib.1.* † Et procedunt prædicta, etiam ſi in ſpecie non ſit petitum declarari conſilium nullum, & iniuſtum propter expreſſum iuris, & ſeu facti errorem reſultantem ex actis, quia adhuc poteſt coram exequente declarari. Caſtr. *d.conſ.232.col.pen.ver.ſuper contenti-*
4 *tis, in 4.lib.1.* † Extende, vt procedat etiam ſtante ſtatuto Piſano, quod Iudex debeat pronunciare ſecundum conſilium ſapientis; quia licet cenſeatur tollere iniuſtitiam conſilij, ſecus eſt, quando contineret expreſſum iuris, vel facti errorem ex actis reſultantem, quia & coram Iudice appellationis, & coram exequutore ſententiæ poteſt declarari nullum, & iniuſtum ex expreſſo errore. Caſtr. *d.conſ.232.ver.item non obſtat*, licet Io.de Imol.in ſimili, *conſ.5.num.3.* teneat contrarium, quod ſtante ſtatuto prædicto, nullo modo poſſit iri contra conſilium, quod non credo verum, quia eſſet ſubſtinere manifeſtam iniuſtitiam, vt dicit Caſtr. vbi ſup.

Conſilio pendente currit inſtancia, & quando. Concluſio. 776.

1 PENDENTE † conſilio, vt quia cauſa ſit commiſſa ad conſiliũ Conſultoris, currit inſtantia interim, quia non dicitur ſuſpenſa, Bart. *in l.1.in 3.not.C.de relatio.* vbi Ang & Caſt. plene Maranta in
2 *praxi.in 5.parte, num.41.ver.18.limita.* † Extende, quia non conquieſcit officium Iudicis pendente cauſa ad conſilium ſapientis. Ang.
d.l.1. C.de relatio. quem ibi ſequitur Caſtr. & Maranta plene *d. praxi*
3 *in 5.parte, nu.41.ver.18.limita.* † Amplia, quia ex quo non conquieſcit officium Iudicis, ſi laberetur inſtantia, poteſt Iudex pronunciare, abſoluto, vel condemno prout in conſilio referendo per cõſultorem, & valet ſententia. Iacob. Butrig in *l.hac ſententia. C.de ſententi. fine certa quant.* ſequitur Bald. *conſ.229. Primum dubium eſt, lib.1. &*
4 *in l.cum lex. C.de ſent. & interloc.* Deci. *conſil.517.num.1.* † Contrarium credo verius, quia ſi conſilium feratur poſt terminum, non valet ſententia, neque conſilium, vt ſupra, *Conſilium, ſi datur Iudici poſt terminum ſententia lata, ſecundum conſilium eſt nulla. Concluſio.774.* niſi dicas forte hoc procedere, quando vltimo momento fuit datũ conſilium, & Iudex noluit ſe arctare ad illud vltimum momentum, tunc cautela procedit, ſed obſtat adhuc, quod in ipſo actu debet ferri ſententia, Bald. *in rubr. C.de exercit. num.6.* vel procedit contra-
5 rium, quando pro forma ſtatuti hoc eſſet, alias ſecus. † Extende, quia poterunt produci iura, & fieri probationes coram Iudice, dũ pendet cauſa ad conſilium, quia ſi officium Iudicis non conquie-
6 ſcit, ergo exercere poteſt iuriſdictionem. † Contrarium Bald. *conſil.67. quæ ex facto, in fin.lib.3.* vbi, quod commiſſio facta conſilio habet vim concluſionis, & hanc partem tuetur. Angel. Aret. *conſil.55.*
7 *nulli dubium, nu.10. & ſeq. ver. præterea*, vbi late. † Declara, quia quoad ea, quæ ſunt probationes iuris, prout producere ſtatuta, probare conſuetudinem, additur ex clauſula, *ſi qua mihi iuſta cauſa.* Car-
8 dinal. Zabarel. *conſil.23. In cauſa Amareti. per totum.* † Declara, quia imo commiſſio facta conſilio ſapientis non eſt de ijs, quæ ſuſpendant iuriſdictionem iudicis, ſed talis commiſſio potius æquiparatur recuſationi, vel appellationi. Alex. *conſil.238. Ponderatis, num.8.*
9 *ver. Non enim eſt opportunum, lib.6.* † Vide, Rom. *conſil.235. Quoad primum, num.10. ver. quoad octauum*, vbi, quod imo ſi ſtatutum mandat committi cauſam conſilio ſapientis, ſola petitio ſuſpendi iuriſdictionem iudicis, ſicut appellatio, ſi non eſt friuola.

Conſultor circa contractum extendendum quid poſſit. Concluſ. 777.

1 TESTAMENTVM † factum ad conſilium ſapientis, ſi eſſet nullum, quia filijs non eſt relictum iure inſtitutionis, poteſt conſultor ſupplere verbum iure inſtitutionis. Cardinal. Zabarel.
2 *conſil.60. Pro examinatione, num.2.ver. & poteſt addi.* † Extende, quia licet ſubſtantia teſtamenti non poſſit in alienum arbitrium conferri, prout quod teſtator facit hæredem, quem alius nominabit, tamen poteſt conferri in arbitrium Notarij, quod circa validitatem & ſolemnitatem teſtamenti, illud extendat, iuxta conſilium, & dictamen talis ſapientis, & poterit addere ſapiens omnia, quæ ſunt ſolemnitatis. Caſtillio. *conſ.18. Sequitur tenor. in princ.* † Contra- 3
rium, quod teſtamentum factum cum clauſula, quod ad dictamẽ ſapientis poſſit extendi, non poteſt conſultor addere aliquid, ſed ſolum poteſt declarare explicite id, quod in verbis generalibus continetur, non autem poteſt mutare aliquid, quod rei ſubſtantiam mutet. Fulgoſ. *conſ.89. In quæſtio.10.col.3.ver.idem Iac. de Arena.* Caſtilio. *conſ.18. num.4.* Vide, *Conſultor electus in cauſa quid poſſit, & ad quid obligetur. Concl.771.* † Declara, quia ſapiens non poteſt mutare 4
ſubſtantiam verborum, ſed declarare, ſed quoad clauſulas reſpicientes ſolemnitatem & validitatem poteſt ſupplere. Caſtilio. *d.*
conſ.18. in princ. vſq; ad num.5. † Amplia in donatione, in qua dicitur, 5
quod extendatur, vt valeat ad conſilium ſapientis, poteſt ſapiens addere, quod ſit inter viuos, quando non valeret aliter, & idem in legato facto filiæ, vt extendatur ad conſilium ſapientis, poteſt addere iure inſtitutionis, quando aliter teſtamentum non valeret, ita Soc. Iunior *conſ.143.n.53. & ſeq.lib.1.* † Amplia in contractu com- 6
miſſo ad conſilium ſapientis, quia poteſt declarare, quod interueniant ea, quæ ſunt iuris, & neceſſaria ad validitatem contractus. Angel. Aret. *conſ.12. Videtur dicendum, nu.18. ver. verba ad ſenſum ſapien-*
tis. † Extende, quia poteſt ſapiens ſupplere ea, quæ ſunt de cõſue- 7
tudine, Ang. Aret. *d.conſ.12.n.19.* † Limita, quia ſi inſtrumentũ fuit 8
confectum, ita quod extendi poſſet ad conſilium ſapientis, ſi producitur in iudicio abſq; conſilio & extenſione, expirat conſilium. Caſtr. *conſ.415. Viſo, & examinato, in fin.lib.2.* † Reſtringe, niſi produ- 9
cens proteſtatus fuerit, quod faciebat, reſeruato iure extendendi ad conſilium ſapientis. Caſtr. *d.conſ.4.5. in fin.2.* Vide, *Sapientis dictamen ad quæ ſe extendat, vel non. Concl.34.*

Conſobrini & patrueles qui ſint. Concluſ. 778.

CONSOBRINI † dicuntur nati ex duab. ſororibus ſecundum 1
proprietatem vocabuli, & ita in ſtatuto ſunt ſumendi, vt dicit Alex. *conſ.153. Viſo themate, n.2. ver. nã conſobrini, lib.7.* vbi, quod ab alluſione vocabuli ſumitur argumentum, quando non contradicit propriæ ſignificationi, quaſi ſint conſobrini. † Patrueles vero di- 2
cuntur nati ex duob. fratribus, & non continentur ſub vocabulo conſobrinorum, maxime in materia ſtatuti correctorij, quia neq; ex identitate, neq; ex maioritate rationis fit extenſio de conſobrino ad patruelẽ, neq; è conuerſo. Alex. *d.conſ.153.n.2. & ſeq.lib.7.* † Et 3
quod nati ex duobus fratrib. appellentur fratres patrueles, Alex. *conſ.204. Conſideratis, n.11. ver. nec dicatur, lib.2.* † Declara, quia prædicta poſſunt procedere de propria ſignificatione, ſecus ex communi vſu loquendi, quia imo fratres ex eodem patre appellantur germani, filij fratrum appellantur cugini, & filij cuginorũ appellantur conſobrini, ita Bald. in *l.lege. C.de legit.hared.* vbi, quod iſte eſt cõmunis vſus Lombardorum, & ita loquitur etiam Ale. *conſ.181. Viſo proceſſu, n.10.* vbi, quod fratres conſanguinei ſunt, qui de eadem agnatione ſunt, & ſic ex latere patris, & dicit alios eſſe fratres cuſinos, qui ſunt filij fratrum, & *n.6. ver. hoc idem probat*, facit mentionem de fratre conſobrino. Vide, *Agnatorum appellatione qui comprehendantur, vel nõ. Conel.245.* Vide, *Fratris appellatione qui veniãt, vel non. Concl.448.*

Conſors, & conſortes, qui dicantur. Concluſ. 779.

CONSORTES † dicuntur de eadem ſtirpe, & comprehenduntur 1
tam maſculi, quam fœminæ iuxta not. in *l.dudum*, vbi Salyc. C. *de contrahen.empt.* Alex. plene *conſ.125. Viſo proceſſu, in princ.lib.7.* † Et 2
coniuncti, ſeu conſortes dicuntur ſtare tanquam genus, & ſpecies, quia coniuncti eſt genus, quod poteſt complecti omnem coniunctionem ex affinitate, ex conſanguinitate, &c. Conſortes vero eſt ſpecies, quia comprehendit ſolum exiſtẽtes de illa ſtirpe, & ſic deſcendẽtes ab eodem ſtipite, & ideo quando ponitur genus & ſpecies diſiunctiue, illa diſiunctiua ſtat declaratiue, videlicet pro id eſt, Alex. *d.conſ.525. in princ.lib.7.* † Amplia ſecundum præmiſſa, quia 3
ſtatutum Florentiæ, quod inter coniunctos, ſeu conſortes fiat cõpromiſſum, tale ſtatutum cõprehendit, tam maſculos, quam fœminas prouenientes ab eodem ſtipite, quia ſtatutum iſto caſu eſt fauorabile. Ale. *d.conſ.deciſiuo 125. per totum*, vbi eſt caſus, *lib.7.* † Am- 4
plia, quia ſi duæ mulieres etiam ex diuerſis gradibus, puta vna filia B.de Bardis, alia filia C.de Bardis dicuntur de eadem ſtirpe, & cõſortes, ſi conſtat, quod patres eorum ab eodẽ ſtipite deſcendunt, & dicuntur eſſe per lineam maſculinam cõſortes. Alex. *d. conſ.125.*
in prin.lib.7. Vide plenius in *ver. Deſcendentium appellatione qui veniant.*
Concl.219.n.16. & ſeq. † Amplia, quia conſortes dicuntur, & impor- 5
tant de eadem domo, agnatione, vel familia. Alex. *d.conſ.125.nu.4.*
lib.7. † Declara, quia propterea non extenditur ad natos ex fœmi- 6
na, quia illi non comprehenduntur, quia non ſunt de eadem familia, vel domo, quia denotat honorem familiæ, quod non tranſit ad natos ex fœminis. Alex. *d.conſ.125.nu.4. & ſeq.lib.7.*

Conſpi-

Conspiratio quid sit, & qualiter probetur. Concluſ. 780.

1 CONSPIRATIO † dici poteſt omnis conuenticula, vel coniuratio multorum, quæ fiat ad actum illicitum. Alex. *conſil. 13. Conſideratis, n. 15. lib. 6.* allegat rex. in *c. coniurationum, 11. q. 1. cũ quatuor*
2 *ſeq.* † Hinc dicimus, quod carcerati, qui fracto carcere non aufugerunt, non puniantur, niſi conſpirãſſent ad fracturam. Vide, *Carcerati aufugientes qua pœna puniantur. Concl. 88.* † Probationis difficilis
3 eſt conſpiratio, ideo probatur per eoſdem ſocios criminis, per eorũ ſcripturam etiam priuatam, imo per teſtes ſingulares, & varios, de loco, tempore, præparamentis, dummodo tendant ad conſpirationem. Maſcard. plene *Concl. 420. Conſpiratio, quo pacto probetur.*

Conſtare quando, & qualiter dicatur. Concluſ. 781.

1 CONSTARE † dicitur, quod palã eſt, & palam eſſe dicitur id, quod apud omnes eſt, vel maiorem partem hominũ loci. Za-
2 bar. *conſ. 69. in fi.* † Et de iure alterius dicitur iudici cõſtare, quando omni dubitatione caret, quod ille ius habet, vel è conuerſo, quod ius non habet, ita Rom. *conſ. 329. Præſens conſultatio, n. 10. ver. reſpõdeo.*
† Et iura partium dicuntur conſtare, quando ambarum partium mutua diſceptatione pandũtur, *l. ſi. C. ſi per vim, vel alio modo*, ita Ro-
4 ma. *d. conſ. 329. n. 11.* allegat text. in *c. graue. 35. q. 9.* dicentem, tunc enim ſplendeſcit in lucem veritas, cum mutua diſceptatione exagitatur. † Reſtringit Rom. *d. conſ. 329.* Vt ſi ſententia ſit lata in contumaciam, nunquam dicatur conſtare iudici de iure partiũ, etiam ſi illa pars, quæ non fuit contumax, produxit iura ſua, *n. 10. & 11.* allegat *c. error 80. diſt.* vbi, quod tunc opprimitur veritas, atq; certitudo cum altero contendente, alter minime ſe defendit. Vide, Dictiones, *conſtare & apparere*, quid importent. *Concluſio 255.*

Cõſtiterit quid importet, & ad quid referatur. Concl. 782.

1 VERBVM † *conſtiterit*, refertur quandoq; ad ſententiam, tamẽ regulariter refertur ad probationes. Feder. de Sen. *conſ. 157. In*
2 *reſponſo. d. Coradi, incip. domino inquiſitori.* † Et quando iudici aliquid committitur ſub hoc verbo, *ſi tibi conſtiterit*, ſemper requiritur cauſæ cognitio, citatis citandis, alias actus redditur nullus. Bald. *conſil.*
402. *Colligamus ſtatutum, n. 6. ver. quia clauſula, lib. 1.* Vide, *Cauſæ cognitio quando cenſeatur neceſſaria, vel non. Concl. 153.* Vide, *Exequutor quando*
3 *habet cauſæ cognitionem, vel non. Concl. 510.* † Amplia, vt imo hæc clauſula, *ſi tibi conſtiterit*, ſemper ſubintelligatur in omni reſcripto, in quo princeps aliquid mandat fieri per iudicem ſub cõditione, puta ſi talis pacẽ habeat, vel ſi quid fecerit; quia ſemper intelligitur, vt illud iudici conſtare debeat præuia cauſæ cognitione. Bald. *conſ.*
4 402. *n. 5. ver. ſed & aliud eſt neceſſarium, lib. 1.* † Importat tempus futurum, & etiam præteritum, & præſens, & ideo ſi conſultor conſulat aliquid faciendum cum clauſula, *ſi tale conſtiterit*, ſi illud conſtabat tempore conſilij, verificatur conditio. Bald. *conſil. 265. Verba laudi, num. 3. ver. deinde iudex, lib. 2.*

Conſtitutio debitoris qualiter fieri poſſit, & quæ requirat. Concluſ. 783.

1 CONSTITVTIO † debitoris fieri non poteſt, niſi præcedat principalis obligatio, alias nulla eſt conſtitutio. Bald. *conſ. 180.*
2 *Primo dicendum, in princ. lib. 5.* † Et poteſt fieri ſine ſtipulatione, & abſente parte; & tunc ſi non valet vt fideiuſſio, valet vt cõſtitutio debitoris. Alex. *conſ. 91. Circa primũ, n. 3. & ſeq. lib. 6.* Vide, *Fideiuſſio qualiter fiat, vt valida ſit. Concl. 292.* † Limita, quia poteſt fieri conſtitutio
3 debitoris præcedente principali obligatione ſolo pacto, etiam inter abſentes, & per epiſtolam, vel nuncium, quia nõ requiritur ſtipulatio. Bald. *d. conſ. 180. lib. 5. in prin.* † Extende, quia imo nudo pacto poteſt fieri cõſtitutio debitoris, & abſq; alia ſtipulatione, quãdo præcedit principalis obligatio. Caſtr. *conſ. 398. Ad primũ, in princ.*
ver. eũ præcedit, lib. 1. vbi, quod nullum pactũ perficitur inter abſentes per nunciũ, vel epiſtolam, & ideo ſi quis per literas rogat, quod ſoluatur Titio centum per N. quia eum releuabit indemnem, videtur, quod ex ſola receptione literarum, & receptione pecuniæ ſe
5 conſtituat debitorem. † Extende in tantum obligari eum, qui promittit per literas ſe releuare indemnem, & is, pro quo promiſſum eſt, vt teneantur ambo in ſolidum; & ideo ſi actum eſt contra vnũ, poteſt creditor agere contra alium, vt conſequatur totum, vel illud, quod ab alio conſequi non potuit. Caſtr. *d. conſ. 398. in fin. lib. 1.*

Conſtitutum plus operatur, quam precarium, & quando ſecus, & in quibus differant. Concl. 784.

1 PLVS † operatur conſtitutum, quam precarium. Tiraq. *de conſt. in*
2 *princ.* † Declara, quia ſunt aliqui caſus, in quibus plus operatur precarium, quam conſtitutum, vt non perdatur ita de facili poſſeſſio mortuo illo, qui tenet precario, vel ſi in alium transfert. Tiraq. *de conſtit. in princ. n. 14. & ſeq.* † Conſtitutum trãsfert dominium 3
& poſſeſſionem in contractu habili ad translationem dominij, vt
in *ver. Conſtitutum in contractu habili transfert dominium & poſſeßionem. Concl. proxima ſeq.* † Precarium vero transfert ſolam ciuilem poſſeſ- 4
ſionem. Cuma. *conſ. 54. Leonardus Merzarius*, Alex. *conſ. 82. Perſpectis, num. 8. ver. nec prædictis, lib. 2.* Vide plenius in *ver. Precarium & conſtitutum in quo differant. Concluſ. 476.*

Conſtitutum in contractu habili transfert dominium & poſſeſſionem. Concluſ. 785.

REGVLA † eſt, quod conſtitutum in contractu habili ad trans- 1
ferẽdum dominium, ſi eſt purum, transfert dominium & poſ-
ſeſſionẽ, *l. quod meo, ff. de acq. poſſ.* Ang. *conſ. 373. Viſis inſtrumentis, in prin.*
vbi, quod transfertur naturalis & ciuilis. † Et quod transferat do- 2
minium, tenet Dyn. *conſ. 47. Viſa & diligenter, in princ.* & communẽ * *
dicit Alex. *conſ. 92. Perſpectis ijs, in prin. lib. 1.* † Et tam dominium vtile, 3
quã directũ. Tiraq. *de conſt. in prin. 8. ampliat.* † Et quod trãsferat poſ- 4
ſeſſionem, eſt omnium communis * opinio. Tiraq. *de conſt. in prin. n.* *
2. vbi infinitos allegat, & tenet Alex. *conſ. 78. In cauſa & lite, in fin. lib.*
7. vbi quod præſumitur continuata. † Et in dubio ciuilis poſſeſſio 5
videtur translata ex cõſtituto. Oldr. *d. conſ. 139. ver. quartũ. in fi.* & eſt
communis * opinio, de qua Goz. *conſ. 28. n. 35.* † Et quod dicitur de *
conſtituto, idẽ eſt in precario. Alex. *conſ. 185. In cauſa & lite, n. 3. ver.* & 6
etiam vigore pacti precarij, lib. 6. quoad ciuilem poſſeſſionẽ, non quoad reliqua, vt ibi. Vide, *Precarium & conſtitutum in quo differant. Concl.*
476. † Dicas, quod omnis poſſeſſio tam ciuilis, quã naturalis trans- 7
fertur, videlicet de ciuili ſimpliciter, & naturali, quando conſtituens eſt in fundo. Tiraq. in *tract. de conſt. in prin. n. 13.* † Amplia, quod 8
imo transfert ciuilem & naturalem, quando eſſent talia verba, quæ hoc importarent, puta omnem poſſeſſionem. Oldra. *d. conſ. 139. ver.*
quartum. † Imo, quod ſimplex conſtitutum transferat etiam naturalem & ciuilem. Ang. *cõſ. 373. in prin.* vbi ſecus inquit eſſe, quando 9
adiectum eſſet precarium, quia tunc ſola ciuilis tranſfertur. Caſtr.
conſ. 10. Si vera ſunt, nu. 3. lib. 1. Alex. *conſ. 228. Ponderatis, in princ. ver. ſed*
quod domini, lib. 6. † Amplia, quia conſtitutũ in contractu habili ad 10
transferendum dominium transfert dominium & poſſeſſionẽ, etiam ſub conditione, in tantum, quod eueniente conditione effectus eius retrotrahitur. Oldr. *conſ. 139. Ad habendam, n. 5. ver. tertium erit.* Ancha. *conſ. 291. Super plurib. n. 11.* plene Neguſ. *de pigno. part. 2. n. 4.*
& ſeq. Vide, *Conſtitutũ conditionale, vel poſt mortem quando transferat poſ-*
ſeßionem, vel non. Concl. 789. † Reſtringe, quia conſtitutum ſub con- 11
ditione, quæ venit poſt mortẽ donantis & conſtituentis, non trãsfert dominiũ & poſſeſſionem, quæ in hæredem tranſiuit, quia requiritur habilitas eius, à quo; vnde cum conſtituẽs ſit mortuus, & non poſſideat, & conditio non euenerit, impoſſibile eſt, quod extrema coniungantur, ideo ſi hæres in alium tranſtulit valet translatio, & præfertur habenti conſtitutum conditionale à defuncto.
Signo. *conſ. 217. Factũ ſic ſe habet, n. 1. & ſeq.* ſequitur Tiraq. *de conſt. parte*
2. ampliat. 17. n. 9. † Et quod conſtitutum conditionale non trans- 12
ferat poſſeſſionem, niſi adueniente conditione. Ang. *conſ. 373. in fi.*
ver. reſtat nũc reſpondere. Gozad. *conſ. 28. n. 36. & ſeq.* † Sed vide Neguſ. 13
de pign. part. 2. n. 4. & ſeq. qui tenet conſtitutum collatum in tempus mortis, vel poſt mortem conſtituentis operari, quãdo adeſt clauſula, *ex nunc prout tunc*, allegat Ale. *conſ. 83. lib. 2.* & multas quotas reprobato Decio, vide concord. per Tiraq. *de conſt. in 3. part. 2. in fi.* pro
vtraq; parte, & idem tenet Iaſ. *conſ. 147. lib. 2.* † Contrarium, quod 14
clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, non operetur, neq; faciat valere conſtitutum collatum poſt mortem, quia extrema non ſunt habilia.
Dec. *conſ. 247. In cauſa magnifici, per totum*, & hanc partem contra Neguſ. tanquam veriorem, & communem * tenent multi. † Declarat *
Tiraq. procedere, ſi conſtitutum cõditionale poſt mortem collatum, purificetur ante mortem conſtituentis, alias ſecus, Tiraq. *de*
conſt. 2. par. ampliat. 17. ver. intelliges ſecundo, n. 9. & in 3. part. limit. 2. circa
fi. vbi ſe refert ad dicta *de retract. conuentio. §. 2. gl. vnic. n. 87.* vbi ſe declarat. Vide, *Conſtitutum conditionale vel poſt mortem quando transferat*
dominium, & poſſeßionem, vel non. Concl. 789. † Amplia in tantum con- 16
ſtitutum transferre poſſeſſionem & dominium in conſtitutarium, vt conſtituens liberetur ab omni obligatione traditionis facti, plures citat ad hoc apoſtil. ad Alex. *conſil. 28. Viſo. lib. 2. num. 7. in ver.*
exempto. Alex. *conſil 42. num. 1. lib. 1.* vbi, quod conſtitutum liberat, ac
ſi actu eſſet facta traditio, & idem Alex. *conſ. 27. Viſo libello, n. 2. lib. 1.*
licet dicat, quod conſuluit ſub dubio, quod deberet tradere. † Con- 17
trarium; quia licet conſtitutum transferat dominium & poſſeſſionem, quæ eſt penes conſtituentem, in conſtitutarium, probato, quod conſtituens poſſideret, *l. quod meo*, vbi Bart. & alij, *ff. de acquir.*
poſſeſſ. Alex. *conſ. 32. lib. 1. & conſ. 28. lib. 2. & conſ. 3. lib. 4.* Bolog. *conſ. 72.*
num. 30. cum alijs in princ. ſupra allegatis, tamen non liberatur vẽ-

ditor

ditor ab actuali traditione facti, quæ adhuc superest. Bald. Ang. & Castr. in *l. si ab emptione, ff. de pact.* Bald. in *l. 1. C. quando liceat ab emptio. disced.* Corne. *cons. 343. col. 2, lib. 3.* vbi dicit communem, * & quod ab ea in decisiuis non est recedendũ. Guido Papæ *decis. 509.* Deci. qui pariter de * communi attestatur *cons. 281.* Ruin. *cons. 94. col. 1. lib. 1.* & quod ista sit communis * opinio contra glo. & Bart. in *d. l. si ab emptione, ff. de pact.* Alex. *cons. 27. lib. 1.* Areti. *Instit. de empt. & vend. §. 1.* Capic. *decis. 14. nu. 15.* & hanc magis * communẽ dicit Alex. *cons. 28. Viso, & præhabito, num. 7. lib. 2.* vbi plena apostil. dat concord. plurimos

18 pro vtraq; in *ver. exempto.* † Imo, quod possit venditor manu militari compelli, & contra non tradentem in litem iurari. Plot. in *l. si quando, C. vnde vi, num. 171. & seq.* vbi, quod etiam in mobilibus pro-

19 cedit. † Declara, nisi constitutarius apprehendidisset possessionẽ, quo casu venditor seu constituens liberatur etiam ab omni traditione facti. Guido Papæ *decis. 101. nu. 1. col. 2. ver. vel etiã,* sequitur Roland. à Valle *cons. 52. nu. 14, lib. 2.* & comprobatur, quia quando quis reperitur in possessione, pręsumitur ex titulo pręambulo, & ex voluntate eius, qui tenebatur tradere, *l. quædam mulier, ff. de rei vendic.* vbi Angel. & in *l. 2. per illum tex. ff. de acquir. possess.* Soci. *cons. 15. nu. 7. vsq; ad fi. lib. 4.* Rom. *cons. 91. nu. 8.* Areti. *cons. 128.* Corset. *Singul. in ver. pos-*

20 *sessio.* Bart. in *l. cum solus, ff. de vsuc.* † Declara, quia est liberatus à traditione iuris, sed non à traditione facti. Alex. *d. cons. 28. nu. 7. ver. nec*

21 *obstat, lib. 2.* vbi ita tollit contraria. † Extende, quia in spiritualibus procedit, quod plene ius acquiritur absq; alia traditione, interue-

22 niente decreto superioris. Boer. *decis. 2. nu. 38.* † Restringe, quando venditor tradidisset rem venditam emptori, & emptor constituisset se tenere nomine venditoris, donec pretium soluerit, quia tũc non est liberatus venditor à traditione, quia potest reuocare pos-

23 sessionem. Alex. *cons. 27. nu. 2. ver. nec prædictis, lib. 1.* † Amplia, etiã in eo, qui vendit feudũ de licentia domini, quia sequuta venditione cum constituto transit dominium & possessio in emptorem etiam absq; alia apprehensione, in tantũ, quod licentia prius data creditori vasalli intrandi possessionem feudalium nondũ exequuta euanescat. Alex. *cons. 2. Ex narratis, nu. 13. ver. vltimo, quia secundum, cum*

24 *seq. lib. 2.* † Amplia, in tantũ constitutum simplex transferre dominium in contractu habili ad transferendum, vt is, qui permutauit rem, & constituit se possidere, &c. licet eandem rem alienet alteri, & tradat, nihil agit, quia dominium transiuit ex constituto in aliũ. Bald. *cõs. 482. Magnifici viri, nu. 9. ver. quartus passus, lib. 1.* vbi secus dicit in precario. Vide, *Constitutum vel precarium habens quando priuetur sua*

25 *possessione, vel non. Concl. 791.* † Et habens constitutum ad sui fauorẽ, si reuocet precariũ, non potest sibi referri quæstio dominij. Ancha.

26 *cons. 291. Super plurib. nu. 11.* † Extende, quia qui semel vendidit aliquid, & constituit se possidere nomine & precario emptoris in tãtum transfert dominium & possessionem, vt venditor non possit vllo tẽpore pręscribere, imo si alteri venderet, primus emptor potest vendicare ipsam rem posterius venditam. Bald. *cons. 369. Venditor constituit, lib. 5.* Vide, *Constitutũ operatur multa. Concl. proxima seq.*

27 † Declara, quia licet emptor præscribat spatio 10. annor. inter præsentes, & 20. inter absentes, etiam si adsit precarium, tamẽ si adsit constitutum simplex, requiritur tempus 30. annorũ, quia est trãslatum dominium. Afflict. *decis. 139. per totam.* Vide, *Præscriptio 10. annorum inter præsentes & 20. inter absentes sufficit multis casibus. Concl. 572.*

28 † Amplia, quod ciuilis possessio ex constituto translata operatur, vt constitutarius sit legitimus contradictor in interdicto adipiscẽdæ ex *l. fi. C. de edicto diui Adria. toll.* item, quod possit agere spolio, & dicitur contradicere ad defensionẽ suam, sic potius defensor, quã competitor. Oldr. *cons. 139. ver. septimum est,* & est cõmunis * opinio.

29 Goz. *cons. 28. nu. 35.* † Amplia, quia etiam facultas auferendi possessionem propria authoritate concessa venditori, in quem emptor transtulit omnia iura ex causa onerosa, & cõstituit procuratorem in rem suam, operatur translationem possessionis. Ang. *d. cons. 373.*

30 *in prin. ver. secundo, quia.* † Amplia, quia confirmatio possessionis primo datæ per constitutũ habet vim nouæ traditionis, & noui con-

31 stituti. Castr. *cons. 95. Visis actis, in prin. lib. 2.* † Amplia, quia constitutũ operatur traditionem possessionis & dominij etiam factum à procuratore nomine domini, quando habebat hoc in mãdato, quod procedit, si dominus post constitutum sciuit, & habuit hoc in animo, secus, si post constitutum procuratoris dominus alij tradidit, quia cũ non habuerit in animo cõstituendi pro eo, cui procurator tradidit per constitutũ, tale constitutum non operatur in præiudicium eius, cui dominus tradidit. Angel. *cons. 387. Sempronius olim, per*

32 *totũ.* † Amplia, quia dominium & possessio nedum transferũtur ex cõstituto, sed etiam ex precario, quando rogat se ab eo possidere.

33 Dyn. *d. cons. 47. in prin.* Aegid. *cons. 17. n. 8.* † Amplia, quia transfertur ex reseruatione vsusfructus rei donatæ Aegid. Bellam. *cons. 17. n. 8.*

34 per *l. quisquis, C. de donat.* † Amplia, quia ex pacto transfertur, puta si trado rẽ meam Titio, vt illam tradat Seio, acquiritur Seio ab … Aegid. *d. cons. 17. n. 8.* vbi reddit rationẽ, quia pactum est super dominio. † Amplia, quia simplex confessio, qua quis fatetur se possidere nomine Titij, operatur idẽ, quod constitutum. Tiraq. *de const.* 35
in *2. ampl.* vbi declarat non procedere, si possidens cõfiteretur Titiũ possidere, & citat infinitos, quib. etiam adde Chassan. in … *Burg. rub. 7. §. 1. in ver. Saisit, n. 3. fol. 226.* † Declara, dũmodo fiat præsenti, vel ratũ habenti, & an sufficiat sola stipulatio Notarij, vt acquiratur, plene Tiraq. *de const. limit. 30.* quæ est vltima, vbi late … pro vtraq; parte. † Amplia 38. modis, de quibus Tiraq. *de const.* † Limita, quia constitutũ in contractu bonę fidei celebrato per minorem inductum ex dolo ad cõtrahendum, non transfert dominiũ, neq; possessionem, etiam si minor iurauerit, quia fictio ad hoc vt operetur, pręsupponit validitatẽ actus. Bald. *cons. 213. Pactus ta… ante med. ver. quapropter dico. lib. 1.* † Limita in tutore, quia non potest constituere precarium, cum nõ teneat suo nomine. Bald. *cons. 50. Casus super quo. in fi. lib. 3.* † Extende in iudice, & Fisco vendentib. nomine debitorum, quia licet factum iudicis sit factum partis, tamen non possunt per constitutũ transferre possessionẽ, vt per Doct. in *l. 1. ff. de acqu. poss.* Tiraq. *in tract. const. in 3. parte. 17. limit.* † Declara, quia licet iudex per constitutũ non possit tradere possessionem, tamen potest dare licentiam emptori, vt capiat illam propria auctoritate. Bart. & alij in *l. iuste possidet, ff. de acq. poss.* Ruin. *cons. 50. col. fi. lib. 4.* † Declara, quia inoleuit practica, quod laboratores recognoscant emptores à iudice, vel à Fisco, & satis erit probata traditio possessionis concurrente perceptione fructuũ. Ale. in *l. quãuis, § si cum …, ff. de acq. poss.* vbi plus dixit, quod nec sufficerent etiam prædicta, … simul eiectus, seu primus possessor suspicatus fuerit se posse repelli, & nisi fuerit negligens, sequitur Rui. *cons. 163. n. 7. lib. 7.* & ita cõsiliũ Neapolis iudicauit, vt per Afflict. *decis. 325. in fi.* † Limita, quando prius venditor cõstituit se tenere pro emptore; ita tamẽ, quod non possit emptor possidere, nisi prius factis proclamationibus, & finito termino proclamationũ, quia tale constitutum non trãsfert possessionem ante purificatam conditionẽ, in tantum, quod si venditor alteri postea vendat, & constituat simpliciter se tenere, secundus emptor dicitur prius habuisse possessionẽ, & præfertur primo, in tantum, quod neq; purificata cõditione primi possit retrotrahi in præiudiciũ secundi emptoris. Alex. *cons. 228. Ponderatis, n. 2. & … ver. Nec obstat, lib. 6.* † Limita, quia constitutum, vel precarium non transfert possessionem, quando ille, qui constituit se precario possidere, non possidebat tẽpore constituti, quia licet possederit ante, vel possederit post constitutũ, tamen sicuti possessio vera non potest tradi de eo, quam quis non habet, ita neq; ficta. Bald. *cons. … A libello incipiend. circ. fin. ver. sed hic est aduertend. lib. 4.* Alex. *cons. 10. Viso processu. n. 2. lib. 4. & cons. 85. n. 7. in fi. lib. 6.* † Extende, quia si quis … ex constituto possidere, vel agere possessorio, succũbit, nisi probet illum, qui constituit, possedisse tempore constituti. Ang. *cons. … In quest. vertẽte, n. 2 ver. nec obstat.* Alex. *cons. 108. Viso processu. n. 2. ver. … precarium, lib. 6.* † Si vero constitutum esset cõditionale, debet probare, quod possideret tẽpore purificatæ conditionis. Tiraq. *de const. part. 3. part. prin. in prima limit. n. 8. & n. 20.* † Restringe, quãdo agitur inter constituentem & constitutariũ, quia non requiritur alia probatio, secus, si contra tertiũ. Tiraq. *de constit. part. 3. limit. 1. n. 20.* Bald. in *l. siue, § 1. ff. de publ.* Ang. in *l. quãuis, § 1. ff. de acq. poss.* † Restringe, nisi essemus in antiquis, quia constitutum probat possessionem, absq; alia probatione. Soc. *cons. 187. n. 14 col. 4. ver. tertio probatur, lib. 2.* Dec. *cõs. 301. n. 10.* Natta *cons. 235. n. 11.* Soc. *cõs. 89. n. 7. lib. 1.* vbi loquitur in possessione 50. annorũ cum alijs adminiculis, vt dicatur antiqua. Dec. *cons. 202. col. 3.* Soc. *cons. 187. n. 12. & 13. lib. 2. & cons. 106. n. 2. … concurrit etiam, lib. 3.* Marsil. *Sing. 521.* Dec. *cons. 103. n. 10.* Crau. *de antiq. temp. part. 1. §. Viso de familia, n. 20. & seq.* vbi citat alios. Vide plene etiam Mascard. *Concl. 422. Constitutũ allegans,* vbi ponit conclusionem, limitationes, & duas præcedentes restrictiones per alia … quæ videas. † Declara, vt per Crau. *de antiqu. temp. part. 1. q. 11. n. 20. & seq.* vt procedat, si nõ agitur de magno præiudicio, quod reprobat Menoch. *de retin. poss. remed. 3. n. 574.* † Restringe, quando constitutum esset expresse factũ etiã de bonis futuris, quia non requiritur, quod possideret tempore cõstituti, & valet tam quoad bona præsentia, quam quoad futurum secundum * communem, de qua Alex. *cons. 85. n. 8. ver. & etiã quia, lib. 6.* vbi plena apostilla in *ver. futuris,* dat plurimos concord. & dicit communem, * licet alleget in fin. quædam Petr. de Per. *in tract. Societ. part. 5. in prin.* tenere contra cõmunem. Cõtrarium tenet Floria. de S. Petro in sua *qu. 1. nu. 6. ver. quinto quia,* vbi dicit notãdum. † Declara, quia habens constitutũ à venditore, … demum probat se possidere, & dominiũ habere, si probat, quod ille, qui constituit se possidere pro eo, tempore constituti possidebat, alias non. Alex. *cons. 161. Viso in princip. num. 1. ver. nec obstat, …*

vbi ple-

vbi plena apostilla, in *ver. tempore*, dat plurimos concord. & ratio est; quia dominium non transfertur sine traditione, & constituës
52 si non possideat, non tradit alteri, quod non habet. † Et procedit declaratio, tam quoad translationem dominij, & possessionis in rei vendicatione, quàm etiam in Publiciana, in qua requiritur traditio rei, & possessionis, quæ non sufficit ex constituto, nisi constituens probetur possedisse tempore constituti. Alex. *consil.* 24. *Circa*
53 *process.am, num.* 4. *ver. nec etiam sufficit, lib.* 7. † Limita, quando ex constituto possessio tradita fuit sub conditione, vel in certum euentum; quia non operatur, nisi conditio, vel euentus sequatur. An-
54 gel. *d. consil.* 373. *in fin. ver. restat nunc respondere.* † Limita, quando venditor traderet emptori rem venditam, & ipse emptor constitueret se possidere nomine venditoris, donec soluerit pretium; quia tũc venditor non dicitur impleuisse, qui venditor potestrem, & precarium auocare. Alex. *consil.* 27. *Viso lib. 11o, num.* 2. *ver. nec de prædicto ob-*
55 *stat, lib.* 1. † Limita; quia constitutum in contractu nullo non transfert possessionem; quia annullato instrumento annullatur constitutum. Castr. *consil.* 44. *Videtur dicendum, in princ. lib.* 1. Io. de Imol. *consil.*
35. *in prin.* Castr. *consil.* 452. *Ad euidentiam, in fin. lib.* 6. 1. Alex. *consil.* 35. *Visio themate, in princ. lib.* 6. *& consil.* 81. *Lecto. num.* 14. *&* 15. *ver. quia si titu-*
56 *lus, lib.* 3. † Extende in tantum, quod quando constitutum peteretur exequi, & opponeretur de nullitate instrumenti, in quo est constitutum, causa esset appellabilis, & non in mero possessorio.
57 Castr. qui hoc declarat *d. consil.* 144. *per totum, lib.* 1. † Extende, quando venditio est fictitia, & simulata; quia nihil operatur constitutũ. Io. de Imol. *d. consil.* 55. *in princ.* & idem dicit *consil.* 57. *ver. in contrarium*, vbi, quod non operatur; quia cõcurrerent duæ fictiones; vna; quia contractus esset fictus; alia; quia constitutum operatur per fictio-
58 nem. † Limita; quia in cessione constitutum non transfert dominium & possessionem; ideo cessionarius non potest agere rei vendicatione, etiam si habeat constitutum. Dynus *consil.* 47. *Visa, & diligenter, per totum*, vbi in fi. dat libellum, quod agat ad sibi tanquam cessionario tradendum, licet habeat constitutum, vt ibi in fin. di-
59 cit. † Limita; quia constituens se possidere non transfert possessionem naturalem, quando est penes emphyteutam; quia licet emphyteuta fuerit expulsus, absens tamen retinet naturalem, & Dominus, qui præcedit caducitatem, non priuat eum constituẽdo se possidere pro nouo inuestito. Anchar. *consil.* 274. *Ad declaratio-*
60 *nem, numer.* 3. vbi dicit notabile. † Limita; quia ex constituto non transfertur de tentatio. Alex. in *l. quod meo, in fin. prin. ff. de acqu. poss. ff.*
61 † Sed ciuilis possessio, quæ sufficit ad præscribendum. Alex. *consil.*
62 83. *Viso processu, num.* 8. *lib.* 6. † Limita in constituto administratoris Ecclesiæ, vel alterius; quia isti non habent facultatem ficte tradẽdi. Alex. *consil.* 81. *Lecto, num.* 15. *&* 16. *ver. alio respectu, lib.* 3. vbi apostilla, dat concord. & ibi Alex. *num.* 17. dicit esse magis communem,
* * quod Prælatus nomine suo non possidet bona Ecclesiæ, sed no-
63 mine Ecclesiæ. † Contrarium tenet Mathesil. *singul.* 167. & male,
64 vt dicit apostil. ad Alex. *d. consil.* 81. *num.* 16. *lib.* 3. † Limita 30. modis, de quibus Tiraquel. *de constitut.*

Constitutum operatur multa. Conclus. 786.

1 CONSTITVTVM † operatur, quod potest agi via exequutiua contra tertium possessorem non discusso principali. Soci. *consil.* 82. *Super quæstionibus, lib.* 3. Gozadi. *consil.* 28. *num.* 5. Aretin. *consil.* 21. *num.* 4. *& seq. ver. Iis tamen non obstantibus.* Roma. *consil.* 289. *Stante primo quæsito.* Mart. *sing.* 158. Alex. *consil.* 138. *Lanzelotus, num.* 4. *ver. tertio, lib.* 2.
* vbi dicit communem, * & est consilium Angeli Aretini repetitũ inter consilia eiusdem Angeli, *num.* 68. idem Alex. *consil.* 83. *Viso, num.* 2. *ver. nec videbatur lib.* 6. plenius *consil.* 85. *num.* 2. *lib.* 6. vbi plena apostill. dat infinitos concord. Iaf. *Instit. de actio. § item si quis, num.* 77. Alex. *consil.* 70. *Videretur, nu.* 3. *lib.* 5. vbi loquitur in precario, & plenius Alex. *d. consil.* 85. *Ponderatis, in princ. lib.* 6. vbi apostil. in *ver. Recta*, plures citat concord. & pro hac parte Socin. in *regula* 26. *exequutio sen-*
2 *tentiæ, vel instrumenti*, vbi plures citat in prima fallentia. † Contrariũ, quod imo etiam si debitor hypothecarius constituerit se precario nomine creditoris possidere, adhuc contra tertium possessorem requiratur excussio contra principalem. Alexan. *consil.* 137. *In causa & lite. col.* 3. *num.* 8. *vers. Nam nemini, lib.* 2. Marsil. *singul.* 158. *hodie*
3 *communiter, in fin.* † Declarat Alex. *consil.* 153. *Circa litem, num.* 4. *in fin. & num.* 5. *ver. præterea alia ratione, lib.* 6. quod si sumus in precario, si is, qui fecit precarium ad fauorem creditoris, postea tradidit, seu vendidit alteri, constituendo se possidere pro eo, dicitur possessio
* precaria auocata, vbi dicit hanc esse communem, * & respondet ad doctrin. Bart. *in l.* 3. *ff. de pignor. ad fin.* 4. *quæstio. princ.* quod ipse loquitur in vsufructuario, qui non potest priuare dominum sua ciuili possessione; quia vsufructuarius tradendo alteri solum tradit naturalem possessionem, quam habet, non autem priuat dominum sua ciuili possessione, & pro declaratione dicit esse text. in *l. interdum, § fin. ff. de acquir. possess.* cum glo. quæ communiter * ibi ap- *
probatur. † Declarat alio modo Alex. *d. consil.* 155. *in prin. lib.* 6. Quia 4
si cõstitutum esset factum ad fauorem absentis nemine pro eo acceptante, non transfert aliquam possessionem, nisi illam postea apprehenderit, vel nisi alio acceptante ratum habuerit; & ideo non potest illud exercere cõtra tertium possessorem, qui ante ratificationem, & apprehensionem habuit traditionem; idem dicit procedere etiam, quando constitutum esset in certum euentum conditionale; quia si constituens ante euentum conditionis alteri tradiderit, non operatur primum constitutum aliquid, etiam si extet statutum, quod possessio defuncti continuetur in hæredem absq; vlla apprehensione, quia hæres constitutarij in casibus prædictis non potest aliquid prætendere ex tali constituto euacuato contra tertium possessorem. † Declara, quod sit verum, quando 5
intentatur remedium *l. fin. C. de acquir. possess.* secus si intentatur hypothecaria, ita Negus. *de pignor. in* 8. *parte in* 1. *membro, num.* 17. & Alex. *d. consil.* 138. *num.* 4. *lib.* 2. quod est Angeli Areti. Marsil. *singul.* 150. *Hodie communiter. per totum.* Angel. Areti. *consil.* 68. *Lanzelotus, num.* 6. *ver. vel secundo respond. tur*, & ita loquitur Alex. *consil.* 70. *Videretur, nu.* 3. *lib.* 5. *& d. consil.* 85. *num.* 2. *in fin. cum seq. lib.* 6. vbi, quod remedium dictæ legis habet locum ad possessionem recuperandam, non pro debito. † Extende, quia licet hypotheca inter præsentes decem 6
annis, & inter absentes viginti annis præscribatur per habentem titulum; secus est in constituto, quia requiruntur triginta anni, vel quadraginta pro Ecclesia, ita Afflict. *decis.* 139. *per totam*, vbi Vrsil. in apostil. citat concor. † Extende, vt procedat etiam in constitu- 7
to facto per debitorem, ad fauorem creditoris, quia si omnia bona sua, quæ obligauit, etiam constituit se possidere nomine creditoris, & postea ipse creditor alienauerit aliqua bona, dicitur alienãdo, & tradendo possessionem emptori interuertere possessionem creditori, pro quo se constituit possidere, ideo creditor poterit agere contra emptorem, & tertium possessorem via recta ex remedio *l. fin. C. de acquir. possess.* Alex. *d. consil.* 85. *Ponderatis, in princ. lib.* 6. vbi plena apostilla in *ver. recta*, dat plurimos concord. † Extende, quia 8
non requiritur liquidatio crediti prius contra debitorem, quia nõ agitur contra tertium, nisi pro recuperatione possessionis, & ideo si constitutum est purum, potest fieri liquidatio contra tertium possessorem de credito sine principali, quia constitutum purum transfert pure possessionem in constitutarium, si vero constitutũ est conditionale, est verum, quod non transfert possessionem, nisi in euentum conditionis, & potest conditio verificari contra tertium possessorem, non citato debitore principali, plene Alex. *d. consil.* 85. *num.* 2. *& seq. ver. istis sic præsuppositis, lib.* 6. † Extende, quia imo 9
creditor habens constitutum poterit agere contra tertium possessorem ad creditum suum, etiam non citato, neq; discusso principali creditore, quia in iudicio cum tertio creditore poterit probare, liquidare, & deducere, ius suum, & quod principalis nõ sit soluendo, quia ad validitatem iudicij non est necessarium, quod citet debitorem principalem, sed sufficit, quod citetur tertius, contra quem dirigitur petitio, notabile dicit Alex. *d. consil.* 85. *num.* 5. *&*
sequent. ver. confirmo, lib. 6. † Extende, quia competit remedium cõ- 10
stituti restitutorium, etiam contra titulo possidentem secundum
* communem, Gozad. *cons.* 28. *num.* 17. † Restringe, quando con- *
stitutum, seu precarium est conditionale, puta in certum euentũ, 11
vel casum dotis restituendæ, quia interim, donec purificetur conditio, si alienat constituens, reuocatur constitutum. Alexand. *d. consil.* 153. *num.* 3. *vers. Denique, lib.* 6. vbi apostilla in *ver. Nullus*, dat cõcord. † Restringe, quando constitutum esset ad fauorem vxoris, 12
vel alterius creditoris non facta mentione hæredum, quia dicitur personale, & non transit ad hæredes. *l. cum hæredes, in prin. ff. de acqu. possess.* Alex. *consil.* 153. *Circa litem, in princ. lib.* 6. *Corne. consil.* 280. *num.* 8. *lib.* 3. † Contrarium, quod imo precarium & constitutum de sui 13
natura transeat ad hæredes, licet de hæredibus non sit facta mentio, apostil. ad Alexand. *d. consil.* 113. *in princ. lib.* 6. *an ver. transit*, vbi dicit probari ex tex. in *l. cum precario. § 1. ff. de precar.* † Restringe, quando 14
precarium, vel cõstitutum fuit factum absenti, etiam in causa dotis, puta ad fauorem vxoris, quia possessio non acquiritur absenti, quando nullus interuenit, qui precarium receperit, nisi is, cui factum est constitutum, possessionem postea apprehendat. Alex. *d. consil.* 153. *num.* 2. *ver. præterea, lib.* 6. vbi apostilla in *ver. Nullus*, dat concord. Vide, *Exceptio discussionis in quibus casibus habet locum, vel non. Conclus.* 404. *num.* 101. *& seq.* † Amplia, quia licet donatio non valeat 15
facta absenti, tamen valet, quando donans constituit se tenere, & possidere nomine donatarii, quia cõstitutum supplet defectũ absentiæ. Paris. *consil.* 90. *col. penult. lib.* 3. † Amplia, quia potest consti- 16

tutarius

tutarius capere possessionem rei constitutæ propria auctoritate; quia cum præcedat titulus habilis, non curamus quomodo, vel à quo habuerit possessionem. Alexand. *consil.161. Viso. numer.3. ver. præterea dato. lib.6.* Vide, *Pactum ingrediendi propria auctoritate quid operetur. Conclus.37.* † Extende, quia potest obtinere à Iudice sibi concedi familiam, vt associetur ad possessionem habentem constitutum in instrumento. Afflict. *decis.326.* solet enim talis associatio concedi ad euitandas rixas, Bartol. *in l. creditores. Cod. de pignor.* & non requiritur citatio partis; quia ea, quę gratiosè fiunt, non requiruntcitationem partis, *l. pen. C. de ijs, qui veniam ætat. impetr.* † Amplia, quia habens constitutum, vel pactum ingrediendi propria auctoritate potest exercere tam contra constituentem, quam contra eius hæredem. Bartol. *consil.28. Reuerendo viro, num.2. vers. sed constat, lib.2.* vbi apostilla *in ver. contra hæredem.* † Extende, vt procedat, etiam si Ecclesia sit hæres Bartol. *d. consil.28. num.2. ver. & etiam contra Ecclesiam, lib.2.* vbi, quod ita tenent Hostien. & Ioan. Andr. *in c. verum, de foro compet.* & licet ibi Innocent. videatur tenere contrarium, tamen reprobatur, & ibi apostilla ad Bartol. *in ver. contra Ecclesiam*, dat concord. † Amplia etiam in precario; quia habens creditor hypothecam in bonis debitoris, & pactum precarij, dicitur habere ciuilem possessionem bonorum sui debitoris, quæ ciuilis possessio, & constitutum est tantæ potentiæ, vt possit habens precarium absque aliqua excussione bonorum possessionem rei obligatæ apud quemcunque existentem adipisci, & agere. Alex. *consil.185. in causa & lite, numer.3. ver. & etiam vigore pacti precarij, lib.6.* & ibi apostilla *in ver. absque*, dat concord. † Extende; quia etiam potest habens precarium ingredi possessionem rei existētis apud quemcunque tertium possessorem. Alexand. *d. consil.185. num.3. ver. imo etiam dictum precarium, lib.6.* Vide, *Constitutum in contractu habili transfert dominium & possessionem, Conclusio. proxima præceden. per totam*, maxime *num.24. & seq.*

Constitutum quando nihil operatur. Concl. 787.

1 CONSTITVTVM † appositum super donatione, vel alio contractu incerto ratione quotæ & loci nihil operatur. Bart. *in 2. in princip. C. quando, & quib. quarta pars. lib.11.* sequitur Iason. *consil.174. colum.5. ver. confirmantur prædicta, lib.2.* vbi plura allegat,
2 Dec. *consil.226. Magister Ioannes, l.3. §. incerta. ff. de acquir. possess.* † Restringe, quando quota esset certa, puta decem corbes ex centum, quia constitutum bene operatur, Castr. *consil.61. per totum*, maxime *colum. fin. lib.1.* Dec. *consil.179. colum. pen. & fin.* clarius Gozad. *consil.55.*
3 Amplia, † quia constitutum nihil operatur circa bona futura, etiam si apponatur super contractu loquendo de bonis præsentibus & futuris. Florian. de sancto Petro *quæstio.1. numer.6. vers. quinto*
4 *quia*, vbi dicit singulariter notandum. † Contrarium supra, *Constitutum in contractu habili. Conclus.785. num.50.*

Constitutum est de natura contractus, & potest suppleri à Notario. Concl. 788.

1 CONSTITVTVM † & precarium est de natura contractus, ideo potest suppleri per sapientem, ad cuius dictamen instrumentum fuit rogatum, maxime quando de consuetudine Notarij, vel loci consueuit apponi, Oldrad. *consil.139. circa fin. ver. octauum est.* Castr. *consil.10. Si vera sunt, num.3.* vbi, quod solet
2 communiter apponi per Notarios, *lib.1.* † Extende; quia maxime constitutum habetur pro appositio, & potest extendi, quando adest clausula cæterata, inducens cōstitutum, prout clausula, *quæ omnia, &c.* Castr. *consil.10. si vera sunt, num.3. lib.1.* † Contrarium, quod
3 constitutum non sit de natura contractus; quia bene est de natura contractus promissio tradendi, sed non ficta traditio. Alexand. plene *consil.28. Viso, & præhabito, numer.4. & seq. lib.2.* vbi apostilla
4 Amplia, † quia etiam constitutum non simplex, sed cum precario potest extendi, quando constat de stylo Notarij. Castr. *d. consil.10. num.3. ver. constitutum vero, lib.1.*

Constitutum conditionale, vel post mortem, quando transfert possessionem, vel non. Concl. 789.

1 CONSTITVTVM † factum per testatorem de re donata in testamento inter viuos, transfert possessionem rei donatæ in

donatarium, etiam si effectus donationis sit collatus post mortem donatarij, & consequenter apprehensio corporalis, quæ facit detentationem. Oldrad. *consil.114. Factum est tale, quadam, versic. iuxta hoc est etiam* concord. Alexand. *consil.83. Visa facti narratione, colum.2. ver. confirmatur, lib.2. numer.6. in fin.* & iterum, *numer.13. ver. Nec ius. quæ dicta sunt*, vbi dicit hoc procedere, quando extat clausula, *ex nunc prout ex tunc*, plene Neguss. *de pignor. parte 2.* vbi pro vtraque allegat, & dicunt, quod quando incipit mori, verificatur in fine vitæ. † Extende, quia si donatur aliquid Titio, donec vixe- 2
rit, & post eius mortem Seio, & donans constituat se tenere, &c. tale constitutum operatur traditionem adueniente conditione mortis primi donatarij, etiam in secundum, & sic in eum transit dominium & possessio in vtrunque donatarium. Dec. *consil.239.* Restringe, † quia si constitutum, & eius effectus transfertur post 3
mortem constituentis non valet. Alexand. *consil.82. Perspectis, num.9. in fin. ver. sed ita est, lib.2.* vbi plena apostilla dat concord. plures. † Declara, nisi constituens addat verba, quod ex nunc 4
prout ex tunc constituit; quia habet effectum in vita adueniente morte. Alexand. *consil.83. Visa facti, numer.6. ver. confirmatur, libro 2.* Neguss. *de pignor. in 2. membro. secundæ partis princip. num.4. & seq.* vbi tamen allegat Dec. *consil.247.* tenentem contrarium. † Amplia; 5
quia constitutum in donatione inter virum & vxorem, quæ non valet, nisi cōfirmetur morte, operatur traditionem, gloss. *in l.2.* vbi Bald. *C. de dote cauta, non numer.* Roman. *consil.277. Non est dubium.* Cuman. *cons.40. Quidam filio.* Socin. *consil.6. Licet adijcere, colum. penul. lib.4.* Corn. *consil.257. & consil.289. lib.3.* Angel. *consil.44. Si emancipatio, in princip.* Dec. *consil.202. numer.7.* Tiraquel. *de constit.2. parte, ampliat.31.* Clar. *in §. donatio, quæst.9.* Palat. Rube. *in Rubr. Cod. de donatio. inter virum & vxor. §.75. & 76. vers. aduerte nunc circa prædicta.* Paris. *consil.90. colum. penult. lib.3.* † Contrarium, quod constitutum 6
collatum post mortem constituentis nihil operetur; quia confertur in quo constituens non possidet, Angel. *in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acq. possess.* Alexand. *consil.82. Perspectis, num.9. ver. quia respondeo, colum.3. lib.2.* Iason. *in l. quoties, in 4. colum. Cod. de rei vendicat.* Declara, † quia verba illa, *post mortem*, intelligenda sunt, quo- 7
ad plenissimam possessionem, quasi apud donantem remanserit detentatio propter vsumfructum reseruatum, & hoc vt actus valeat, & ne sit frustratorium, argum. not. per Bald. *in Rubr. Cod. de contrahen. emptio. quæst.9.* quia dum sibi donans reseruat vsumfructum, id contra dicit constituto, & contraria procedunt, quando donans constituit se tenere, & possidere post mortem præcise; secus si tempore donationis, licet donatio confirmetur morte. † Declara, quia precarium simpliciter factum non 8
habet effectum post mortem; secus si expresse dicatur post mortem; quia tunc transit in hæredem. Bartol. *consil.96. Dico partes, num.4. ver. aut dicimus, lib.1.* & duplicatur *consil.28. Reuerendo viro, eod. num.4. ver. aut dicimus, lib.2. vbi* Bartol. loquitur in constituto, & dicit, quod quando constituens fecit actum per se, & suos hæredes, transit semper ad hæredes, & post mortem. † Limita in contractu 9
sub conditione, quæ omnino non erat extitura; quia etiam constitutum remanet conditionale, & non operatur ante conditionem, plura Gozad. *cons.28. num.36. & seq. ver. præterea, & vltimo.* Alex. *cons. 82. num.10. lib.2.* vbi, quod possessio sub conditione transfertur solum eueniente conditione, si extrema sunt habilia. † Extende; 10
quia licet constitutum sit purum in contractu; tamen conditionale sequitur naturam contractus, vt constitutum sit conditionale, & non transferat possessionem, nisi purificata conditione. Tiraquel. *de constituto, parte 2. limit.15.* Alex. *cons.82. num.11. ver. ad prædicta etiam lib.2.* vbi, quod constitutum est accessorium ad contractum, & si contractus est conditionalis, & constitutum est conditionale. Alex. *cons.85. Ponderatis. num.4. ver. aut constitutum habebat conditionem, lib.6.* Vide, *Emptio & venditio ex quibus dicatur perfecta. Conclus.124.* †
† Declara; quia constitutum conditionale purificata conditione 11
trahitur retro ad constitutum factum re integra, quoad præiudicium constituentis; si vero alteri medio tempore rem tradidit, non trahitur retro in præiudicium tertii. Tiraq. *de constit. parte 2. ampli. 17. num.4. cum seq.* Vide, *Brachium militare quando, & quibus concedendum. Conclus.126.* † Restringe declarationem; quia non procedit, 12
quando solum factum fuisset secundum constitutum medio tempore; quia bene trahereturretro etiam in præiudicium tertii. Anchar. *consil.291.* Tiraquel. *d. parte 2. de constit. ampliat.17.*

Vide, *Constitutum in contractu habili transfert dominium & possessionem Conclusio. 785. numer. 10. & multis seqq.*

Constitutum quando possit cedi, vel non. Concl.790.

1 HABENS † possessionem ex constituto contra bona debitoris potest illam cedere in alium, & cessionario acquiritur eadem possessio, & facultas ingrediendi. Bald. *consil.431. Quidam creditor, lib.3. quasi per totum*, a posti illa ad Bart. *cons.28. Reuerendo viro, lib.2. in ver. contra hæredem*, allegat Bart. *in l.1.§. vsufructuarius, ff. de noui oper.*
2 *nunciatio.* † Amplia, vt idem sit, si habens constitutum moriatur, quia hæres illius habebit idem ius, stante statuto, quod possessio defuncti continuetur in hæredem. Bald. *d. consil.431.* vbi est casus,
3 *lib.3.* † Limita, vt non procedat contra tertium possessorem, cui res fuit vendita, & tradita à debitore; quia non potest contra eum ratione constituti & cessionis apprehendi possessio, nisi cum causæ cognitione Bald. *d. consil.431. per totum*, vbi recitat opiniones, *lib.3.* & videtur tenere contrarium, sed in fine tenet hanc partem; quia ex quo per alienationem perdidit creditor possessionem, necesse est, quod illam recuperet condictione ex lege, & dicit hanc opinionem de facto seruari.

Constitutum, vel precarium habens quando priuetur sua possessione, vel non. Concluſ.791.

1 CONSTITVTVM † habens simplex, qui dicitur possidere ciuiliter & naturaliter, sed ficte, non priuatur sua possessione licet constituens pariter constituat se pro alio possidere. Cast. *consil.10. Si vera sunt, numer.3. ver. secundo videndum, lib.1. & num.4. ver.*
2 *concluditur ergo.* † Amplia, vt idem sit, si constituens recognoscat Ecclesiam, vel alium in dominum; quia non præiudicat constitutario, maxime quando iure excipiendi non tenebatur recognoscere; quia erat præscriptum cõtra Ecclesiam, ideo talis recognitio non præiudicat habenti constitutũ. Anchar. *cons.291. Super pluribus,*
3 *num.11. & seq. ver. item apparet.* † Amplia, quia precarium habens, vel constitutum cum precario, qui dicitur ciuiliter possidere, & faciens precarium dicitur naturaliter possidere, non priuatur sua ciuili possessione, licet is, qui fecit precarium, alteri tradat rem; quia non potest tradere ciuilem, quam non habet. Castr. *d. cons.10. num.4. col.2. vers. si vero dicamus, lib.1.* Alex. *cons.83. Viso processu, num.8. lib.6.* vbi, quod ista sola ciuilis, quam habet constitutarius, sufficit ad
4 præscribendum. † Restringe, vt non procedat, quando per tertium fuisset occupata possessio naturalis; quia si habens ciuilem negligit recuperare, illam amittit spatio 10. annorum. Castr. *d. cons.*
5 *10. numer.4. lib.1.* † Restringe, vt non procedat, quando possessio esset vacans per 10. annos; quia habens ciuilem illam perdit tanto
6 spatio. Castr. *d. consil.10. numer.4. ver. quinimo, lib.1.* † Declara; quia illud tempus, quo possedit is, qui pro alio constituit, non potest imputari habenti ciuilem. Castr. *d. consil.10. numer.4. ver. secundo con-*
7 *cludo, lib.1.* † Limita, quia bene priuatur sua possessione ciuili, & naturali, quando constituens vere, & naturaliter alteri tradidit possessionem. Castren. *d. consil.10. numer.3. ver. secundo videndum, lib.1.*
8 † Recuperare tamen potest constitutarius etiam contradicente eo, cui est facta traditio, dummodo incontinenti recuperet; alias eo contradicente non potest propria authoritate recuperare, quando non incontinenti. Castren. *consil.10. numer.4. ver. ex iis etiam*
9 *dico, lib.1.* † Spolio agere potest constitutarius, si constituens denegat sibi possessionem tradere seu restituere, plene Tiraq. *de constit. in princ. num.69. & in 11. Ampliatione.*

Constitutarius quando perdat possessionem, & qualiter recuperet eam. Concluſ. 792.

1 CONSTITVTARIVS † perdit possessionem suam ciuilissimam, si constituens alienat rem, quam constituit possidere; quia possessio talis tanquam pedisequa est naturalis, ideo debet agere condictione ex lege ad recuperandum, & non potest propria authoritate recuperare. Bald. *consil.431. Quidam creditor, per totum*, vbi videtur tenere contrarium, sed in fine dicit ita seruari de
2 facto, *lib.3.* † Declara; quia constitutarius agit spolio contra constituentem, si denegat possessionem tradere. Tiraquel. *tract. de constituto, in princ. num.69. & in 11. Ampliatione.* Vide, *Constitutum vel precarium habens quando priuetur, vel non, sua possessione. Concluſ.791.*

Consuetudo quid sit, & de multiplici consuetudine, & effectu eius. Concluſ.793.

1 CONSVETVDO † est cum ex tacito consensu populi, & cursu temporis inducitur aliquod ius; quod populus expresse consentiendo facere potest. Bart. *consil.136. Capitaneus patrimonij, in fi. lib.1.* vbi, quod differt à præscriptione; quia consistit in eo, quod quis expresse facere non potest, etiam si vellet. † Est tacita quæ- 2
dam ciuium conuentio. Roma. *consi. 516. In casu propositæ, num.5. vers. est enim consuetudo.* † Item consuetudo est ius non scriptum moribus 3
diuturnis populi inductum, *Instit. de iure nat. gen. & ciuili, §. ex non scripto.* † Item consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod 4
pro lege suscipitur, vbi deficit lex, *c. consuetudo. 1. distinct.* † Item 5
consuetudo est solitæ rei vsus, consensu duorum pluriumue factus, secundum Isid. *lib.2. differentiarum*, & has tres diffinitiones ponit frater Gerardus de Senis in suo *consilio, quod est inter consilia Feder. de Sen. 91. Quod pater, num.3.* sed contra hanc diffinitionem vltimam Feder. *d. consil. in fi. sub num.5.* supplet solitæ rei vsus, hoc est, quod istud solitum suppleatur per alias leges, vt solitum accipiatur, quod pluribus vicibus solitum est tempore longo, & sine interruptione. † Vel consuetudo est lex non scripta, tacito consensu po- 6
puli patientis in loco inducere legem scriptam firmata. Feder. de Sen. *consil. 91. num.4. ver. præterea.* † Adde, quia consuetudo est altera 7
natura. Bald. *consil.284. Factum tale est, num.3. lib.3.* † Et altera lex 8
consuetudo, & est actus iurisdictionis, ideo non potest introduci ab eo, qui caret iurisdictione, & qui non potest statuere, nec potest consuetudinem inducere. Alexand. qui loquitur in communitate Massæ *cons.173. Viso, num.12. ver. vltra prædicta, lib.6.* † Vide plene Ias. 9
in *l. de quibus, ff. de legib. num.81. & seq. ver. extra glossam*, vbi, quod consuetudo est communis assuetudo, & appellatione iuris venit consuetudo, & è contra, & dicitur consuetudo ius commune inducta à populo, & inducta à prætore ius prætorium. † Vide; quia im- 10
proprie dicimus, quod consuetudo est altera natura; ideo solitus bene viuere & comedere laute, iudicatur talis in conditione. Floria. à sancto Petro *cons.21. num.28.* † Consuetudo alia est propria, & 11
valida, de qua infra dicetur; alia est impropria, & abusiua dicitur, & proprie appellatur corruptela, quæ crimina inducit; quia consuetudo non datur inducens crimina, cum potius sit malus vsus, qui appellatur abusus. Feder. de Sen. *consil. 91. num.4. versic. secundum argumentum.* Vide de hac consuetudine abusiua infra, *Consuetudo non valet multis casibus. Concl.* 813. Vide, *Consuetudo nutritiua peccati non valet. Concluſ.* 815. † Consuetudo multiplex est in iure; quia quan- 12
doque dicitur diuturna, quandoque longa, quandoque inueterata, quandoque perpetua, quandoque vetus, quandoque vetusta, quandoque vetustissima, quandoque antiqua, quandoque simpliciter dicitur consuetudo. Bald. *consil. 349. Si hoc quæritur, nu.2. ver. sciendum est lib.5.* † Alia est breuis, alia longa; breuis dicitur inter- 13
pretatiua; longa dicitur, quæ facit ius. Corne. *consil.188. nu.10. lib.4.* vbi, quod interpretatiua non ex duobus actibus probatur sine scientia populi, vel eius, qui potest legem condere, alias secus. † Alia 14
est consuetudo ad piam causam, & ista ex actibus voluntariis inducitur, ideo est difficilis probationis, super qua consuluit late Deci. *cons. 214. In causa vertente, num.2. ver. venio ad secundum*, vbi, quod multa requiruntur, & consuluit, quod non sit probata. Corne. *con.*
296. per totum, lib.4. † Alia est iuris pascendi in alieno; & quia ista est 15
seruitus discontinua, requiritur tempus immemorabile, super qua, quod non sit probata, Deci. *consil. 483. Pro resolutione, per totum.* † Alia est consuetudo, quæ non facit ius, sed inducit solitum pa- 16
trisfamilias; & ista nõ requirit consensum populi, sed sufficit. quod probetur, ita consueuisse patremfamilias facere, Corne. *consil.188. col. fi. num.10. lib.4.* † Alia contra ius canonicum, & ista requirit spa- 17
tium 40. annorum; alia contra ius ciuile, & minori spatio præscribitur. Roma. *cons.368. nu.5.* † Alia est proprie consuetudo, vt quan- 18
do inducitur sciente & patiente eo, qui potest contra legem statuere; & ista est consuetudo, prout si per 40. annos fuit obseruatum, quod feudum spectat ad primogenitum. Castre. *consil.179. In causa, quam magnificus, col.4. ver. item cum non appareat, lib.1.* † Si vero 19
inducatur contra ius non potest induci consuetudo ab eo, quinõ potest legem condere, vel contra ius statuere; quia illa potius est præscriptio, si tantum tempus lapsum sit. Crauet. *cons.137. n.6.* Bart.
cons.136. in fin. lib.1. † Alia est consuetudo generalis, quæ probatur 20
magis de facili, quam specialis; quia in ea testes interessati admittuntur, & singulares. Alex. *cons.172. n.7. & 10. lib.6.* † Alia est assue- 21
tudo, quæ est hominis particularis, & non est proprie consuetudo. Rocch. de Curte in *c. fin. num.380. de consuet.* † Vide multas species 22
& diuisiones consuetudinis, apud Rocch. de Curte in *rubr. de consuet. quæst.3. nu.18. & seq.* vbi multas enumerat consuetudines. † Li- 23
mita; quia non probatur consuetudo per non vsum legis, vel statuti, nisi contrarius vsus probetur. Alex. *cons.196. num.14. & 15. lib.2.* † Et iste contrarius vsus, necesse est, quod fuerit palam, & quod 24
deuenerit ad notitiam populi. Abb. *consil.73. Circa primum, col.4. nu.*
7. ver. & quanquam proponatur, lib.2. vbi, quod licet Notarii in ciuitate Castellana, per 30. an. &c.

Con-

Consuetudo debet esse generalis, & debet tria continere, vsum, vsus frequentiam, & temporis diuturnitatem. Concluſ.794.

1 GENERALIS † debet esse consuetudo, & non sufficit, quod ita sit gestum, vel obseruatum inter particulares, & priuatos, Feder.de Sen.*consil.91.numer.4.in fin.ver.quartum argumentum.* Vide, 2 *consuetudo an cadat inter particulares.Concluſ.917.* † Consuetudo tria continet, actum frequentatum, habitū generatum, & ius ex vtroque collectum. Oldrad. *conſ.172. ver. ad quartum, num.6.* vbi ponit exempla de omnibus, & idem dicit ad literam. *conſ.244.ad obiectus,* 3 *ver.ad ſecundum, num.3.* † Et quod tria debeat continere alio modo, videlicet, vsum, vsus frequentiam, & temporis diuturnitatem, Ægid.Bellam. *conſ.27.num.4.ver.circa ſecundum.* & idem tenet Abb. 4 *conſ.53. Attingendo.col.fin.num.4.ver. & difficillimum, lib.2.* † Extende in tantum requiri ista tria, quod si testes non deponunt vidisse actus fieri, ex quibus inducitur consuetudo, & eosdem actus frequentari, & per tantum tempus, quod inducatur consuetudo, illi non probant consuetudinem, Dei. *conſ.214. In cauſa vertente, num.2. & ſeq.* * *ver.venio ad ſecundum, & conſ.483.num.25. & ſeq.* vbi dicit * communem. Vide plenius, & declara, vt *in ver. Conſuetudo an probetur ex actibus differentibus, & quando ſecus. Concluſ.805.* Vide, *Conſuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur, concluſio proxima ſeq.num.106. & ſeq.ver.14. re-* 5 *quiriti tria.* † Paria sunt lex & consuetudo, & consuetudo simpliciter probata habet vim legis, & ita punitur peccans contra consuetudinem, sicut contra legem. Feder. *dict. conſil.91.numer.4. ver. præterea lex.*

Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Concluſio.795.

1 MVLTA † requiruntur ad inducendam consuetudinem, sed duo principaliter, de quibus Iaſ. *in l.de quibus ff. de legib.col.12. num.51. & ſeq.ver.in ſecunda parte.* videlicet, quod actus inducentes consuetudinem sint notorij, ita quod verisimiliter in notitiam populi transiuerint, vel superioris, quatenus sit consuetudo, quæ a populo introduci non possit, & quod lapsum sit tempus decen- 2 nij. † Quod intellige, vt per eundem ibi in finalibus verbis, *ver. poſtremo, & c.nu.95.* quando actus sunt facti animo inducendi consuetudinem; secus si ex gratia, vel tolerantia, gloſſ. *in c.conſuetudo, in ver.conſtitutum 1.diſtinct.* de quibus omnibus requisitis infra singulariter videas, maxime *num.16. & ſeq.* Primum igitur requisitum erit 3 bona † fides ad hoc, vt sit legitime præscripta. *c.poſſeſſor, de reg.iur.in 6.* Franch. *in c.Non eſt, num.3.ver.in gloſſ.conſuet.lib.6.* Alexand. *conſ.136.* 4 *num.20.lib.2.* † Contrarium, quod in consuetudine non requiratur bona fides, Alex. *conſ.6.in princip.lib.1.* Iaſ. *in l.de quibus, num.49.* 5 *ff.de quib.* † Declara, quia consuetudo vniuersalis non requirit bonam fidem, neque titulum, prout præscriptio; quia in hoc differunt; sed si consuetudo est inter particulares, & agatur de auferendo iure alterius, seu præiudicio tertij, requiritur bona fides & titulus, prout in præscriptione. Ægid.Bellam. *conſ.10. num.33.ver. tertio* 6 *principaliter*, & videtur velle idem *conſ.31. colu.fin. in 8.quæſtio.* † Secundo requiritur titulus, vt per eundem Franch. *d.c.3. de conſuet.lib. 6.num.3.ver.ſecundo requiritur*, vbi hoc non firmat; quia imo videtur non requiri, de quo vide *ver. Conſuetudo an requirat titulum.* Alexand. 7 *conſ.136.num.20.lib.2.* † Contrarium, quod imo titulus non requiratur in consuetudine, sed in præscriptione, tenet Calder. *conſ.259. in princip.* alias *tertio, de ijs, quæ fiunt à Prælat.* vbi extendit, etiam si agatur contra Episcopum & ordinarium. Alex. *conſ.6.in pr.lib.1.* Ægid. 8 Bellam. *conſ.31.colum.fin.ver.in octaua*, vbi quod sufficit, quod sit rationabilis, & per eos, qui possunt. † Declara, vt in præcedenti declaratione; quia in vniuersali consuetudine non requiritur titulus 9 secus si contra ius inter particulares. † Declara, quia in præscriptione immemorabili non requiritur titulus. Ægid.Bellam. *conſ.31 in fin.in 8.quæſtio.* Vide, *Conſuetudo an requirat titulum ad hoc, vt proce-* 10 *dat. Concluſ.800.* † Tertio requiritur, quod sit præscripta legitime. Franch. *d.c.3. de conſuet. lib.6.num.3.ver. tertio requiritur.* Alex. *conſ.137. Viſo & diligenter, lib.6.num.2.* Mazol. *conſ.118.num.52.* Ægid. *conſil.10.* 11 *nu.34.* † Contrarium, quod in consuetudine non requiratur præscriptio. Vide, *Conſuetudo & præſcriptio differunt in multis. Concluſ.801.* 12 Declara † multis modis, vt per Ant. de Butr. *cap. fin. de conſuet. nu.39. ver. ſtat ergo.* quod in ijs, in quibus inducentes consuetudinem possunt statuere; spatio decem annorum fiat; in ijs vero, in quibus non possunt statuere, requiratur præscriptio quadraginta annorum; in in ijs autem, quæ soli Principi sunt reseruata, requiritur immemorabilis, & ita etiam declarat Iaſ. post alios *in l.de quibus, nu.45 & ſeq. ver.primam tamen concluſionem, ff. de legib.* † Declara, quia si in iudicio 13 inducitur consuetudo, principaliter requiritur, quod sit præscripta si deducitur vsus decem annorum continuatus, præsumitur præscripta, etiam si maius tempus requirat, notandum dicit Anto. de Butr. *d.c.fin. de conſuetud. numer.39. circa fin. ver. not.gl.* † Quarto requi- 14 ritur, quod sit rationabilis. Franch. *d.c.3. de conſuet. lib.6. ver. tertio requiritur.* Calder. *conſ.259. circa med. ver. Nec obſtat*, alias *tertio de ijs, quæ fiunt à Prælat.* Mazol. *conſ.118.num.52.* Ægid. *conſ.10. num.34.* † Et 15 quod debeat esse nedum rationabilis, & præscripta, sed continuata, & non interrupta. Alex. *conſ.163. Viſo num.13. ver. præterea etiam dicta conſuetudo, lib.6.* Bero. *conſ.137. num.8. lib.3.* † Omnis consuetudo, 16 quæ est solum contra ius positiuum, præsumitur rationabilis. Aret. *conſ.23. in fin.* Vide, *Conſuetudo an ſit rationabilis, ſtatur arbitrio Iudicis. Concluſ.804.* † Quinto requiritur, quod Episcopus, vel præscri- 17 bens faciat eo animo, vt velit ex consuetudine sibi quærere. Franc. *d.c.3. de conſuet. lib.6.num.3.ver. quæro requiritur.* & tenet per iura Cal. *conſil.39. an ſi conſuetum*, quod est *primum de conſuet.* vbi, quod si non adest persona acquirens, non inducitur consuetudo. Mazol. *conſ.* 118.*nu.57.* Rol.à Valle *conſ.13.n.17.lib.4.* Dec. *conſ.214. n.4.* Menoch. *conſ.187.num.57.* plenissime Cravet. *conſ.814.num.9.* vbi latissime hoc demonstrat, Rim. Iun. *conſ.72.num.115. lib.1.* vbi, si actus alio respectu potuit fieri, non probatur consuetudo contra ius. Roland.à Valle *conſ.2.num.126.lib.1.* & rationem reddit Cravet. quia actus, qui potuit alio iure fieri, non concludit necessario; ergo, &c. & communem * dicit Rocch. de Curte *tract. de conſuet. num.601.* vbi * declarat, & debent ista probari, infra in decimoquarto requisito. Et † quod ad inducendam cōsuetudinem requiratur, quod actus 18 sint facti eo animo, vt consuetudinem inducant, not.gl. *in c.conſuetudo, 1.diſtinct. & in c.fruſtra, 8.diſtinct.* Abb. *in c.fin.in vltima charta, ver.* 7.*requiritur. de conſuet.* & videtur velle gl. *in l.ſi de interpretatione, in prima gl. ff. de legib.* alias consuetudo etiam per mille annos non inducitur, nisi adsit animus inducendi consuetudinem. Alex. *in l.1.§. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid.* & maxime consuetudinem tanti temporis, de quo non est memoria in contrarium, quæ habet vim priuilegij, & indulti, de cuius probatione habetur per Alex. *conſil.136. In cauſa & lite, col.4.lib.2.* Iaſ. *in l.de quibus. ff. de legib. in ſi. ver. poſtremo.* allegat gl. *in c.conſuetudo in ver. conſtitutum, 1. diſtinct.* quæ non videtur ponere pro constanti. † Et quod requiratur, quod homines sint vsi con- 19 suetudine varijs vicibus animo introducendi consuetudinem, Rocch. de Curt. *de conſuet.nu.364.* vbi dicit * communem. Et quod * debeant probari actus specifici facti ea intentione, vt inducatur 20 consuetudo. Dec. *conſ.51.num.28.lib.2.* Rol. *conſ.13.lib.4.* Mazol. *conſ.* 118.*num.57.* Menoch. *conſ.187.nu.57. ver. requiritur tertio*, vbi multos allegat. Dec. *conſil.214.num.4.ver. ſexto, & vltimo.* Rom. *conſil.268.n.5. in fin.* vide supra in quinto requisito. † Contrarium quod non re- 21 quiratur declaratio animi, sed sufficiant actus gesti. Cravet. *conſil.* 678.*num.19.* vbi alios allegat, maxime Guido. Papæ. *conſil.131. in prin.* allegat. Io. Fab. *Inſtit. de iure natur. ali. §. ex non ſcripto, num.6.* † Declara, 22 quia si fumus in immemorabili, vel præscripta per quadraginta annos, non requiritur declaratio, alias secus, ita Ioan. Fab. *d.§. ex non ſcripto, num.9.* vbi, quod omnes moderni * ita tenent. Declara; quia * in † dubio censetur animo inducendi consuetudinem, quando id 23 facit pro iure suo, videlicet credens ius habere, & in posterum illud faciat, ita Rocch. de Curt. *de conſuet.num.602.* † Sexto requiri- 24 tur protestatio, sicut requiritur in seruitute præscribenda, vel libertate, quando est talis actus, ex quo aliter non apparet, quod voluerit inducì consuetudinem. Franch. *in d.c.3. de conſuet. lib.6. n.3.* *ver. quinto requiritur.* † Declara, vt supra proxime dictum fuit, *n.20.* 25 21.*&* 22. † Septimo requiritur scientia & patientia eius, contra quē 26 præscribitur. Franch. *d.c.non est, de conſuet. lib.6.num.3. in ſi. ver. ſexto requiritur.* Bald. *conſil.397. caſus talis aſſeritur, num.3.* vbi dicit communem, * quod licet in consuetudine, quod feuda transeant ad fœ- * minas, requiratur scientia & patientia domini feudi; quia ciuiliter possidet; tamen quod sufficit vera scientia, vel præsumpta. † Ex- 27 tende maxime; quia requiritur consensus Principis, quando est contra ius commune. Dec. *conſil.51.num.22.lib.2.* Mazol. *conſil 118. num.55.* vel quod sit inducta ab ijs, qui ab initio super ea statuere potuissent, alias non est cōsuetudo, sed præscriptio. Bart. *conſil.136. Capitaneus patrimonij, in fin. lib.1.* Alex. *conſil.173.n.12. lib.6.* † Declara 28 non procedere in immemorabili. Dec. *d. conſil.51. num.113.* vbi idem in præscripta, *lib.2.* † Regulariter non requiritur consensus Princi- 29 pis secundum * communem. Corn. *conſil.268.num.15. lib.4.* Quod * intelligas in ijs, quæ potest populus, secus si agatur de consuetudine in casu, in quo populus non potest statuere. Corn. *conſil.296. num.5.lib.4. & conſil.188.num.10. lib.4.* † Et qualiter probetur scien- 30 tia & patientia superioris, Vide, *Conſuetudo quanto tempore introducatur, & quomodo. Concluſ.796.* Vide, *Conſuetudo, quando requirat ſcientiam* & pa-

31 & patientiam superioris. Conclus.797. † Octauo debet probari con-
sensus populi, videlicet scientia & patientia, Alexand.d.consil.136.
num.18.& num.20.ver.item requirebatur,lib.2.& quod debeant testes
deponere hoc etiam non interrogati, videlicet de frequentia
actuum, præsentibus tot, quod verisimiliter ad notitiam totius
populi deuenerit, Alexand.consil.173.num.7.lib.6. & maior pars po-
puli requiritur. Deci.cons.51.numer.26.lib.2. Roland.à Valle cons.13.
lib.4. Mazol.cons.118.num.55.& 56. Menoch.cons.187.in fi. ver. requi-
32 ritur sexto, lib.2. † Et sufficit scientia & consensus regentium Com-
mune, non autem requiritur scientia minorum, & omnium. Corn.
33 cons.268.num.14.lib.4. † Et sufficit præsumpta scientia ex coniectu-
ris. Corne.cons.268.nu.12.lib.4. Imo licet testes nihil dicant de sci-
entia; tamen si actus frequens hoc inducit, sufficit; quia est arbi-
34 trarium Iudici. Corne.cons.293.num.23.& seq.lib.1. † Declara; quia
nisi actus inferant scientiam, non facile præsumitur scientia. Corn.
consil.296.num.5.lib.4. Riminal.Iun.cons.72.numer.119.lib.1. Corne.
35 cons.268.num.11.& seq.lib.4. † Contrarium, quod imo requiratur
certa scientia populi; quia alias per errorem non induceretur con-
suetudo, Roma.cons.368.num.5. sequitur Crauet. cons. 814. num.6.
36 † Et qualiter probetur consensus maioris partis populi, vide Cra-
uet.consil.566.nu.20.vbi, quod probari debet frequentia actuum
præsentibus multis, & infinitis personis, licet aliqui dicant esse su-
perfluum hoc probare, vt ibi, & pro primo dicto Alexan. cons.173.
37 num.7.lib.6.& cons.131.num.9.& cons.196.num.15.lib.2.† Et quod ille,
qui non potest statuere contra legem, non possit consuetudinem
inducere, Natta cons.431.num.2.qui declarat. Crauet. cons.137. nu.6.
38 † Et ideo requiritur, quod maior pars populi sciat; quia minor
pars non potest inducere consuetudinem. Riminal. Iun. consil.72.
num.118.lib.1. & ideo si per errorem populi induceretur, non esset
39 consuetudo probata. Mazol.cons.118.num. 55. † Declara; quia est
præscriptio, non autem consuetudo, quando per longum tempus
inducitur ab eo, qui non potest statuere contra legem. Bar.cons.136.
40 in fin.lib.1. † Sufficit, quod testes deponant de frequentia actuum,
& Iudex iudicabit, an verisimiliter deuenerit in notitiam populi.
41 Corne.cons.293.num.23.lib.1. † Imo, quod non requiratur scientia
& patientia populi, Guido Papæ cons.131.in 4.dub. quem ad hoc ci-
42 tat Crauet.cons.566.num.20. licet non velit hoc firmare. † Restrin-
ge in præscripta, vel immemorabili, aut notoria; quia consensus
præsumitur; secus in illa, quæ omnibus non est nota. Decia.cons.51.
43 nu.41.& seq.lib.2.& idem nu.113.vbi late. † Nono requiritur, quod
sit obtenta in contradictorio iudicio, quando agitur de consuetu-
dine contraria iuri communi. Ancha.cons.178. visis & diligenter inspe-
44 ctis, col.fi.ver. non obstat. Gerar. Mazol.cons.118.n.55.† Extende; quia
licet ad inducendam consuetudinem requiratur, ꝙ pluries fuerit
pronunciatum super ea; tamen si est consuetudo interpretatiua
sufficit ꝙ semel super ea fuerit pronunciatum. Bald. cons. 275. Fa-
45 ctum tale est nntusfi.ver. præterea dicitur, lib.1. † Contrarium, quod
non sit necesse, quod fuerit super ea pronunciatum, Bald.cons.349.
* Si hoc quæritur.per totum,lib.5.maxime in princ. & est communis * o-
46 pinio. † Restringe, secus esse, si sit conformis iuri communi, & re-
ducat nos ad ius commune; quia de facili admittitur per solum
contrarium vsum populi, etiam quod super ea nunquam fuerit
pronunciatum. Bald.cons.210. Casus talis est, quidam. lib.1. per totum.
☞ Vide plenius, Consuetudo debet esse obtenta in contradictorio. Conclusio.
47 798.vbi declaratur. † Decimo requiritur, quod testes sint conte-
stes; quia testes singulares non probant consuetudinem. Alexand.
cons.173.num.6.lib.6.Dec.cons.51.num.18.lib.2.Roland.à Valle consil.
13.lib.4.Alex.cons.196.num.14.lib.2. Menoch.cons.187. num.57.lib.2.
vbi, quod singularitas circa actus, & tempus obstat, ne probetur
* consuetudo, Alexand.consil.45.num.4.lib.2.& * communem, & ma-
* gis * communem dicit decis. Pedemont.99.numer.8. & communem
* dicit * Dec.consil.402.num.15.& cons.214. In causa vertente, numer.3.
48 Contrarium † Dec.consil.51.num.111.lib.2. quando agitur de pro-
49 banda generali consuetudine immemorabili. † Declara; quia si
* agitur de probandis actibus inducentibus consuetudinem, pro-
batio debet esse plena, & non sufficiunt testes singulares, * com-
munem dicit Alexand.consil.45.numer.4.& circa fin.& consil.132. In
causa, num.9.ver.nec obstat.lib.2.secus, si de consuetudine in genere,
50 & illius obseruantia. † Extende, quia testes interessati, quod sit
consuetudo, non probant consuetudinem. Alexand. consil.136. in
51 causa & lite, num.20.lib.2. † Et iuramentum in supplementum non
52 defertur. Alex.d.consil.173.num.10.lib.6. † Extende, quia testes re-
petiti super scriptura producta illam recognoscendo, & deponen-
do, quod continet veritatem, non probant. Dec. consil.51.in princip.
53 lib.2.num.7.& seq. † Maxime, quando actus non specificantur in
54 scriptura, de qua agitur. Dec.d.cons.51.num.24.lib.2. † Et multo ma-
gis, quando vltro scripturam fecerunt prius. Dec.d.cons.51.n.7.lib.2.

Declara † quinq; modis per Dec.d.cons.51.n.96.& seq. quando pars 55
non opposuit, quando testes essent periti, quando coram arbitris
habentibus amplissimam facultatem, item, quando sunt testes o-
mni exceptione maiores. † Extende, quia debent testes reddere 56
rationem consuetudinis etiam nō interrogati, alias non probant.
Rol.à Valle cons.13.lib.4.Menoch.cons.178.n.57.ver.requiritur secun-
do.lib.2.Dec.cons.214.n.3.col.3.ver.quinto quia.Crau.cons.134.n.6.Alex.
cons.45.in prin.lib.2.quia testes vt plurimū decipiuntur in probanda
consuetudine, Crau.cons.886.n.15.† Et debent deponere de acti- 57
bus, & de tempore, quibus consuetudo sit inducta. Dec.cons.100.
n.51.lib.2.† Declara, nisi sit immemorabilis consuetudo. Dec.cons. 58
51.n.113.& seq.li.2.† Vndecimo probari debet consuetudo in casu 59
speciali; quia non sufficit probatio consuetudinis alienandi feuda
in genere, quādo is, qui alienauit, erat senex, vel infirmus cito mo-
riturus, quia tunc talis consuetudo in casu speciali debet probari.
Rim.Iun.cons.394.n.86.& seq.lib.4.Crau.cons.462.n.11.& plenius in
simili Ægid.Bellam.cons.27.n.4.vbi reddit rationem; quia alias nō
posset fieri reprobatio, & induceretur via subornandi testes. Vide, ☞
Consuetudo exorbitans in vno quando se extendat ad aliud. Concl.860.† Et 60
quod debeat probari in casu speciali, & nō sufficiat in genere pro-
bata. Curt.Iun.cons.26.Rim.cons.394.nu.86 & seq. vbi loquuntur in
consuetudine alienādi feuda, vt nō sufficiat in casu speciali, quan-
do vendens feudum est senex cito moriturus; quia cōsuetudo isto
casu non procedit, & quod in casu illo speciali debeat probari,
Crauet.cons.96.n.4.Menoch.cons.54.nu.37.Natta.cons.575.nu.15.&
seq.plene Crau.cons.462.n.11.& seq. vbi, quod non creditur Docto-
ribus attestantibus in genere de consuetudine. Rim. Iun.cons.282.
nu.46.† Imo si agatur de consuetudine certi Notarij, non releuat 61
probatio consuetudinis aliorum Notariorum, sed debet probari
in specie illius Notarij.Rim.Iun.cons.209.n.60.lib.2.Crau.cons.34.
n.5.qui alios citat, plenius Rim.cons.197.n.13.& 14.Natta.cons.406.
col.fin.Rol à Valle cons.53.nu.39.lib.2. † Declara non procedere in 62
consuetudine immemorabili. Dec.d.cons.51.inum.119.lib.2. Ægid.
cons.31.in fin. in 8.quæstio. † Declara non requiri specificationem a- 63
ctuum, quando non est contra, sed præter ius. Ægid. Bellam. cons.
31.in fin. † Idem in consuetudine permutandi feuda; quia non re- 64
leuat, vt diuisio sit licita per prælegatum. Oldrad.cons.237.Perlectis,
& diligenter.in 1.dubio. Crauet. cons.373. num.27. † Idem in consue- 65
tudine super contractu licito, quia in casu speciali debet probari.
Riminald.cons.369.num.61.lib.4. † Idem in consuetudine permu- 66
tandi beneficia Ecclesiastica; quia requiritur specificatio actuum
particularium. Ægid.Bellam.cons.27.num.4.& 5.vbi, quod requiri-
tur exhibitio collationum aliquarum, quia solent fieri scripturæ.
Idem † in consuetudine apponendi clericum secularem ad offi- 67
ciandum in beneficio regulari; quia debet in specie probari. Cra-
uet. consil.96.num.4. & 5. † Idem in consuetudine, quod milites 68
Hierosolymitani succedant in feudo, quia debet specifice probari
in loco, in quo agitur de successione. Menoch.cons.54.nu.37.lib.1.
Idem † ad inducendam consuetudinem soluendi pro sepultura; 69
quia requiruntur actus specifici eo animo facti. Deci.cons.214.nu.
4.† Idem in consuetudine iuris congrui, vt liceat trahere rem ven- 70
ditam; quia non habet locum, si venditio fiat ex causa transactio-
nis. Paris.cons.32.num.105.& seq.lib.1. maxime num.107.† Idem in 71
præscripta consuetudine iuris patronatus quoad quasdam Eccle-
sias; quia non extenditur. Roma.cons.368.num.7.& 8.versic.dum au-
tem quæritur. vbi, quod quando est contra ius, non extenditur,
tanquam odiosa. † Idem in consuetudine lucri, vel restitutionis 72
dotis, quia non statur Doctoribus attestantibus in genere talem
esse consuetudinem, quia debent attestari in specie de illo loco,
& casu. Crauet. consil.462.num.11. † Ratio est; quia consuetudo 73
contra ius est odiosa, ideo debet probari in casu speciali, quia non
extenditur de re ad rem, neque de persona ad personam, neque
de loco ad locum. Roma.consil.368. Præsens consultatio, nu.7.ver.Dum
autem quæritur.cum seq.vbi apostil.in ver.quod non. Aretin.cons.132.nu.
4.Roland.à Valle cons.69.Qui multa cumulat, num.30.& seq.lib.3.An-
gel.Aretin.cons.23.In hac causa, n.20.& seq.ver.secundo dico.† Extende; 74
quia quando consuetudo est odiosa, non extenditur etiam ex ma-
ioritate rationis. Natta.consil.435.numer.22.Roland. à Valle consil.
53.num.34.vol.2.Mascard.Conclus.423.num.55.† De re ad rem, quod 75
non extendatur, dat multa exempla Roma.cons.368.nu.8.ver.primo
ex capitulo. vbi, quod præscribens iura contra Episcopum non ex-
tenditur ad alia iura. † Et ideo, si consuetudo probatur, quod pi- 76
sces capti per antiquum conductorem, debent vendi nouo con-
ductori, cum sit contra ius, restringitur, quando prius alteri non
vendidisset primus conductor. Angel.Aretin.d.consil.23.numer.21.
& seq. & maxime, quando testes deponunt, quod non viderunt
contingere hunc casum; ergo non cadit sub consuetudine.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

77 Item † præscribens decimas non censetur præscripsisse decimas
78 noualium.Roman.*d.consil.368.num.9.* † Item præscribens ius decimandi in tota parochia excepto vno prædio non potest quoad
79 illud prædium aliquid prætendere.Rom.*cons.368.num.9.* † Item Episcopus præscribens in Hospitali, quod non obstat esse Ecclesiasticum aliquid, non præscribit aliud; Rom.*d.consil.368.num.11.*
80 Item † præscribens in vno loco visitationem, non præscribit procurationem, quæ est annexa visitationi. Rom. *consil.368. num.12.*
81 Item † præscribens ius collectandi pro certis rebus non præscribit ius collectandi pro alijs in præiudicium tertij. Aret.*consil.132.nu.4.*
82 Item † si contra statutum sit consuetudo introducta circa successionem quoad certas personas,ea non extenditur ad alias;quia est semper stricti iuris, & non extenditur vltra, quam sit introducta.
83 Castr.*consil.340. Quia supra, in fin. lib.2.* † Item quando varia, vel contraria consuetudo probatur, quia tunc statur consuetudini melius probatæ.Angel.Aret.*d.consil.23.in hac causa, num.26. & seq.*
84 *ver. ex iij. etiam.* † Extende, in onerosa consuetudine præter, vel contra ius commune;quia obtenta in vno nō extenditur ad aliud.
85 Rom.*d.consil.368.num* 13.Aret.*consil.132.num.4.* † Item consuetudo, quod vendere volens teneatur vendere consorti, & vicino, cum sit odiosa, non extenditur, quod si vendidit non requisito consorte, seu vicino, possit res vendita auferri ab emptore; quia hoc non dicit consuetudo, ideo restringenda est Alex.*consil.173. Viso, & diligenter, n.13. & 14. ver. vlterius etiam. lib.6.* vbi, quod si statutum compellit aliquem emere, nō tamen compellit alium ven-
86 dere. † Extende, quia consuetudo contra ius, tanquam odiosa de persona ad personam, non extenditur. Rom.*consil.368.num.8.*
87 Aret.*consil.132.num.4.* † Et ideo si quis præscripserit contra vnam personam,non obtinet contra aliam.Rom.*consil.368.num.14.* Ex-
88 tende † pariter; quia consuetudo in vno loco probata non extenditur ad alium locum, ideo debet probari in loco proprio.
89 Rom.*cons.368.num.8. & seqq.* † Et quod consuetudo de loco ad locum non extendatur, quando est contra ius; quia est odiosa. Rom.*cons.368.num.8.* qui loquitur in consuetudine, seu præscriptione iuris patronatus. Aret.*cons.132.num.4.* qui loquitur in con-
90 suetudine collectandi. † Extende, in consuetudine dotis restituendæ;quia si est in vno loco,non extenditur ad locum vicinum.
91 Castr.*cons.311.lib.1.* † Restringe,quando consuetudo esset laudabilis,& nitens ratione,ac super re de facili cōcessibili, quia de vna loco ad alium extenditur. Roman.*consil.368.num.13.ver. vnde licet.*
92 Idem † est,quando consuetudo est laudabilis,& nititur iure communi;quia extenditur ad casum similem, *c.dilecto.de offi.ord. cum ibi*
93 *not.* Ægid.Bellam.*consil.31.num.26.ver.nam licet.* † Idem est,quando consuetudo est vniuersalis;quia per modum inclusionis continet casus similes sub vniuersali contentos. Ægid. Bellam. *d. consil.*
94 *31.num.26.ver. nam licet.* † Restringe, nisi essemus in ijs, quæ vniuersitatem important; quia per vnicum actum iurisdictionis tota iurisdictio acquiritur, si nullus alius est in possessione iurisdictionis,quam gerens vnum actum.Rom.*d.consil.368.numer.15.* vbi apo-
95 stilla *in ver. generalis.* † Restringe; quia bene sufficit probatio generalis consuetudinis prouinciæ, vt concludatur ad consuetudinem loci particularis subditi illi prouinciæ, iuxta not. *in cap. super eo de cognatio. spirit.* Innocent. & alij *in cap. dilecto, de offic. Archidiac.* Iason. *in l. de quibus, numero 61. cum seqq. ff. de legibus.*
96 Restringe, † quia consuetudo, & præscriptio iuris patronatus Ecclesiæ,quæ habet sub se alias Ecclesias, bene extenditur, vt comprehendat Ecclesias subiectas, quæ veniunt in consequentiam,ita Rom.*consil.368.num.10.ver.tertio, ad idem,* vbi plena apostil-
* la *in ver.Io.And.* qui dicit * communem. †Restringe in ijs,in quibus
97 faciens actum vnicum habet intentionem fundatam, vel præsumptionem de iure communi,prout in ordinario Episcopo;quia si baptizauit in Ecclesia suæ diœcesis, vel quæ non probatur alienæ diœcesis, poterit etiam consecrare Ecclesiam eandem Rom.*d.*
98 *consil.368.in fi.num.16.ver.nec similiter.* † Declara, quia si eadem ratio est in vno casu,prout in alio,consuetudo habet locum in vtroque casu.Paris.*cons.13.n.41.& seq.li.1.* vbi multa pro vtraq;,& ita soluit.
99 Intellige † declarationem,vt non procedat in consuetudine, quæ est contra ius; quia non extenditur ad casus similes.Soc.Iun. *consil.*
100 *101.n.13.lib.2.* † Duodecimo, quod actus sint vniformes, non autem vario modo facti.Dec.*consil.214.In causa vertente.n.2.ver.secundo, hoc idem.* quia si est vario modo seruata;iudex eam sequi non debet. Bart.*in l.de quibus, ff.de legib.col.6.* & clarius *in l.2.ad fi.principij. ff. solut.*
101 *matr.* Alex.*cons.5.Si vera sunt.lib.5.* † Extende, quia si extant sententiæ latę contra consuetudinem probatam,esset inducta noua consuetudo contraria, si longo tempore seruatum est, vt saltem erit interrupta.Alex.*consil.196.Viso testamento,col.pen.ver.licet enim per te-*
102 *stes,lib.2.sub n.15.* † Restringe,quia si apparet vario modo seruatum sufficit pro consuetudine,quod constet magis communiter seruatum pro consuetudine.Dec.*consil.11.num.12.* † Imo,quando vario modo fuit seruatum,recurritur ad ius commune.Bart.*in l.2.circa fi. principij.ff.solut.matr.*Bal.*in l.non solum.in fi.C. de iure dom.impetr.* Dec. *cons.129.Pro tenui,col.2.ver.& consuetudo,quæ allegatur.* † Consuetudo 104
Notariorum, quod sint soliti apponere certas clausulas in instrumento, & ideo habeantur pro appositis, valet quando vniformiter constat hoc fieri consueuisse,si vero constat, quod vario modo fuit seruatum,non potest allegari consuetudo,quę variata non releuat.Alex.*cons.127.Viso instrumento,in fi.lib.5.* Vide,*Consuetudo an probetur ex actibus differentibus,& generibus, & quando secus. Conclus.805.* maxime *num.2.* † Decimo tertio actus debent necessario concludere 105
consuetudinem,alias si non concludunt necessario,non probatur consuetudo.Crau.*cons.390.num.7.* vbi,quod non sufficit fœminas probare exclusas à masculis, quia potuerunt ex testamento, vel alias excludi,&*cons.462.nu.11.* vbi, quod non sufficit probare maritum lucratum esse dotem ad excludendum filios, ex quo potuit lucrari cessantibus filijs, & *cons.814.nu.9.* vbi actus, qui potest alio respectu operari,non probat consuetudinem.Rim.Iun.*cons.72.nu.*
116.lib.1. vbi idem in restitutione dotis, quæ alio respectu potuit fieri,quam vigore consuetudinis,puta vigore pacti. Alexan plene *cons.45.Visis attestationibus,n.5.ver.modo in proposito,lib.2.* vbi,quod nō sufficit, quod deponat de actu negatiuo, nisi etiā deponat de actu contrario affirmatiuo,& dat multa exempla.Io. de Amic. *cons.111.*
n.4. † Decimo quarto requirit tria vsum populi, frequentiam a- 106
ctuum,&diuturnitatem temporis.Dec.*cons.51.n.20.lib.2.* vbi,quod debent testes specificare actus. Rol.à Valle.*cons.13.lib.4.num.12. &*
seq.& est communis * opinio Dec.*cons.483.n.25.& seq.* Alex.*cons.136* *
In causa,& lite,num.18.ver.quinimo, consil.196.num.14.lib.2. Dec. *cons.*
214.num.2.col.3.ver.tertio quia. Alex.*consil.173.num.7.lib.6.* communem * dicit Roch.de Curt.*tract.de consuet.num.597.* Ægid.Bellame. *
cons.27.num.4. † Et quod plures actus requirantur, est communis 107
* opinio, quod vnus actus non sufficit, sed quod actus requiran- *
tur,est arbitrium iudici,Zabarel.*cons.62.num.4.ver.ad quintum.* † Et 108
ideo vnicus actus non probat consuetudinem, sed requiritur multiplicitas actuum, nisi ille actus haberet successiuam causam, & continuationem temporis.Rom.*d.consil.368.numer.6.* & quod per vnicum actum non probetur consuetudo.Bart.*in l.Mela,§.sed si alimenta.ff.de alim.& cib.legat.*Dec.*in rubr.de consuet.col.fin.* Abb.*consil.53.*
Attingendo,col.1.in fi.num.1.ver.item solum probatur,lib.2. † Restringe, 109
quia vnicus actus requiritur,&sufficit,quando habet tractum successiuum, vt sit in memoria continuo, prout institutio Canonici, qui quotidie est in Choro.Card.Zab.*d.consil.62.num.4.ver. ad quintum,*& Corn.*cons.90.in princ.lib.2.* vbi dat exemplum in ponte super viam existente,in quo inest continuatio successiua.Rom.*cons.368.*
numer.6. † Restringe in consuetudine in feudandi, vt vnicus actus 110
sufficit.Curt.*tract.de feudo parte 2.q.3.* post Iser.*in cap.1. qui feuda dare*
poss.& alios,quos allegat. † Contrarium Menoch.*de arbit.casu 81.* 111
Restringe, † nisi ille vnicus actus respiceret vniuersitatem, prout 112
actus iurisdictionalis, & nullus alius esset in possessione iurisdictionis.Rom.*cons.368.numer.15.& seq.* † Declara, quia arbitrarium 113
est iudici,per quot actus frequentatos inducatur cōsuetudo; quia quandoq; vnus notabilis actus sufficit, quandoq; duo, quandoq; plures.Abb.*cons.fi.de consuet.* sequitur ibi Curt. *num.367.* Zab. *consil.*
62.in 5.dubio Menoch.*de Arbitr.casu 81.* Dec.*cons.51.nu.66.& seq.lib.2.*
Declarat septem † modis.Dec.*cons.51.nu.108.& seq.lib.2.* vt proce- 114
dat in consuetudine noua,vel speciali, vel contra ius, vel quando de consensu populi non constaret,& in iudicio ordinario,secus in consuetudine antiquissima generali,& notoria,interpretatiua, & coram arbitris.Vide, *Consuetudo difficilis probationis, & qualiter probe-*
tur.Conclus.799.nu.11.& seq. Vide,*Consuetudo debet esse generalis, & tria*
continere.Conclus.794. † Decimo quinto requiritur, quod ex acti- 115
bus factis,vt ab vniuersis,non vt à singulis de vniuersitate,sit inducta consuetudo,alias non ligat omnes.Bero.*d.consil.137.num.11.lib.3.*
Item, † quod inducentes consuetudinem sint capaces illius iuris. 116
Mazol.*cons.118.num.55.* † Item, quod maior pars populi vratur ista 117
consuetudine.Mazol.*cons.118.nu.57.* † Item requiritur, quod ma- 118
ior pars populi vsa sit consuetudine. Soc.*cons.7.num.8.lib.1.* Rocch. de Curte *in c.fin.de consuet.num.377.ver.octauum requisitum,* vbi, quod pluralitas actuum priuatorum non inducit consuetudinem. Declara; † quia si testes sunt periti,sufficit,quod deponant talem esse 119
consuetudinem.Dec.*d.cons.51.nu.80.& seq.lib.2.* † Declara, quan- 120
do testes essent examinati cora arbitris, vel arbitratoribus habentibus plenam facultatem, quia consuetudo probatur magis de facili.Dec.*d.cons.51.num.86.& seq.lib.2.* † Decimo sexto requiritur ad 121
consuetudinem,quod sit inducta non inter particulares, sed inter facientes vniuersitatem, quia singularitas personarum & loci non

inducit consuetudinem. Feder. de Sen. *consil.* 91. *num.* 4. *in fin.* Bero. *consil.* 137. *num.* 11. *lib.* 3. & ideo, quando particularis persona agit, vt acquirat contra vniuersitatem, & vniuersitas contra particularem
122 personam, est præscriptio, non autem consuetudo. Aret. ita arguit *consil.* 23. *num.* 11. *ver. sed dubium, licet ipse teneat ibi contrarium.* † Contrarium, quod imo consuetudo possit induci per vniuersitatem contra particularem personam, in ijs, in quibus potest vniuersitas disponere; & è contra, particularis persona contra vniuersitatem, in ijs, in quibus potest vniuersitas sibi præiudicare sine consensu superioris, tenet Aret. *d. consil.* 23. *numer.* 11. *ver. sed dubium.* vbi dicit veriorem; secus si non posset vniuersitas sibi præiudicare, vel requiratur consensus superioris; quia requiritur tempus 40. anno-
123 rum, & est præscriptio. † Declarat Abb. *consil.* 53. *Attingendo, in princ. lib.* 2. *& per totum.* quia vsus mulierum non inducit consuetudinem, cum mulieres non possint condere legem; item dicitur de particularibus personis, prout de aliquibus Notarijs, qui non seruant solemnitatem in instrumentis; quia nō inducunt consuetudinem, quæ sit attendenda; quia potest esse, quod populus hoc ignorauerit, & maxime, quando non probatur, quod sit dat fides in iudicio contradictorio; si vero contrarium doceretur, puta, quod fuisset data fides in contradictorio iudicio, & pronunciatum super validitate, secus esset, quia hoc modo transiuisset in notitiam populi, & inducta fuisset consuetudo, si pluries hoc contigisset; secus si se-
124 mel tantum. † Et debet isto casu pluries fuisse obtentum in contradictorio, in loco, vbi agitur de consuetudine inducenda, & non sufficeret, quod vna vice tantum, vel quod pluries in alio loco esset obtenta; quia non extenditur de vno loco ad alium. Abb. *dict.*
125 *cons.* 53. *col.* 1. *circa si. ver. præterea illa gesta, lib.* 2. † Imo attestatio officialis loci non attenditur circa consuetudinem in ijs, in quibus agitur de magno præiudicio, Abb. *d. cons.* 53. *num.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 2.
☞ Vide, & declara, vt *in ver. Consuetudo an cadat inter particulares perso-*
126 *nas. Concluſ.* 917. † Decimoseptimo, requiritur ad inducendam consuetudinem actuum affirmatiuorum frequentia, propterea per non vsum non inducitur consuetudo, neque legi, vel consuetudini derogatur, plene Alex. *consil.* 136. *In causa, & lite, num.* 18. *in fin. cum seq. ver. præterea si Iacobus dicit, lib.* 2. *&* iterum Alex. *consil.* 196. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 2. & ideo dicit Abb. *consil.* 53. *Attingendo, in princ. & consil.* 73. *Circa primum, num.* 7. *ver. & quanquam proponatur, lib.* 2. quod licet confecta fuerint longo tempore instrumenta sine solemnitate, tamen non inducitur consuetudo contratia legi, nisi populus sciuerit, vel instrumento fuerit data fides in contradictorio iudicio.
☞ Vide, *Exemptio qualiter probetur per non solutionem. Concluſ.* 552. Ex-
127 tende, † quia ex non actibus non inducitur consuetudo, maxime nisi probetur de contemptu legis, veluti, quod quis fuit præceptatus ad aliquid, & contradixit, & contempsit; quia tunc induceretur, nam contradictio hoc operatur; sed si quis non est requisitus per mille annos non inducitur ex non actu cōsuetudo, ita Alex. *d. consil.* 136. *num.* 19. *ver. ver. item per non vsum, lib.* 2. vbi apostilla *in ver. non vsum.* qui loquitur in eo, qui nunquam soluit collectas, quia non inducitur consuetudo non soluendi, neque immunitas collectarum, nisi fuisset interpellatus ad soluendum, vel præceptatus, sequitur Rim. Iun. *cons.* 10. *n.* 34. Gram. *consil. ciuili* 69. & plenius etiam Alex. *consil.* 196. *Viso testamento, num.* 15. *lib.* 2. vbi, quod requiritur implicitus actus affirmatiuus. & iterum, *consil.* 45. *num.* 5. *lib.* 2. sequitur
☞ Crauet. *consil.* 811. *num.* 11. Vide, *Præscriptio & consuetudo non inducitur per*
128 *non vsum, & quando secus. Concluſ.* 536. † Contrarium tenet Crauet. *consil.* 111. *num.* 21. vbi mordet Alex. quod *d. consil.* 136. *lib.* 2. male intellexerit Bartolum; quia dicit ipse Crauet. quod requiritur interpellatio in ijs, quæ facultatis sunt, non autem in collectis soluendis, quia sufficit, quod non soluerit collectas, vt inducatur consuetudo non soluendi, & sic exemptio à collectis, & idem tenent Ruin.
129 *consil.* 217. *num.* 13. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 129. † Declarat Natta *consil.* 406. *num.* 20. quod non requiratur interpellatio, si venit casus soluendi collectas; si vero non venit necessitas soluendi; tunc per non solu-
130 tionem non inducitur consuetudo, neque exemptio. † Declarat Ruin. Iun. *consil.* 70. *numer.* 29. *& seq.* vt opinio Alex. sit vera, & tol-
131 lit omnia contraria. † Tu vide plene, an ad præscribendam exemptionem requiratur interpellatio, vel non, & quæ sint necessaria. Balb. *tract. de præscriptio. in* 2. *parte, quintæ partis principa. quæst.* 7. *num.* 4.
☞ Vide plenius, *Consuetudo negatiua potest induci, & valet. Concluſio.* 802.
132 Decimo octauo † requiritur ad esse consuetudinis, quod sit nedum rationabilis, & præscripta, sed continua, & non interrupta.
Bero. *consil.* 137. *num.* 8. *lib.* 3. Alexand. *consil.* 173. *Viso, lib.* 6. *numer.* 13. *ver. præterea etiam dicta consuetudo.*

Consuetudo quanto tempore introducatur, & quomodo. Concluſ. 796.

Consvetvdo † in ijs, quæ habent causam discontinuam, 1
vel in ijs, quæ non possunt præscribi, requirit tempus immemorabile, adhoc vt valeat. Alex. *consil.* 136. *col. pen. ver. præterea dictus Iacobus, lib.* 2. vbi loquitur, quando habeat causam discontinuam, *num.* 16. *in fin. & num.* 17. *& consil.* 173. *Viso, in princ. lib.* 6. Contrarium, † quod in consuetudine non refert, an sit inter præsentes 2
vel absentes, neq; an habeat causam continuam, vel discontinuam dicit Crauet. qui alios allegat *de antiq. in* 4. *parte*, §. 1. *num.* 9. vbi reprobat Alex. † Declara, quia quando agitur de consuetudine præscripta; tunc attenditur, an sit super habente causam con- 3
tinuam, vel discontinuam; & si est causa discontinua, tunc debet esse immemorabilis, & testes debent eo casu deponere, de consuetudine immemorabili, & quod non extat memoria in contrarium ita pulchre Alex. *consil.* 173. *Viso, & diligenter, num.* 2. *& seq. lib.* 6. si vero agatur de alia consuetudine præscripta contra Ecclesiam, requiruntur quadraginta anni, si contra alios in ijs, quæ habent continuam causam ad minus decē anni sunt necessarij, vt ibi, & quod dicitur per Alex. *d. consil.* quod debet consuetudo semper intelligi de præscripta, per c. *Cumana, de electio.* habet locum, quando consuetudo inducitur à priuatis non habentibus facultatem statuendi, & legem condendi, alias secus, & ita loquitur Alex. *d. consil.* 173. *per totum.* maxime *n.* 12. *ver. vltra prædicta, lib.* 6. si recte inspiciatur, & bene loquitur. † Item, quando consuetudo est contra ius, & contra sta- 4
tutum conforme iuri communi, requiritur, quod sit immemorabilis, & super ea bis, aut ter fuerit iudicatum, videlicet consuetudinem extare, Bero. *consil.* 162. *num.* 5. *lib.* 3. Rom. *sing.* 102. Crauet. *consil.* 391. *n.* 21. *& seq.* qui loquitur in stylo & consuetudine, allegat Alex. *consil.* 68. *col.* 3. *in fin. ver. nec obstat, quod videatur necessarium, lib.* 2. qui loquitur in reseruatis Principi. † Contrarium est verius, quod con- 5
suetudo contra ius ciuile spacio decem annorum sufficit, quando facta est ab habente ius condendi, vel supra ius, puta à populo; si contra ius Canonicum 40. anni, & communis est opinio secundum apostil. ad *sing. Rom.* 102. Pro contrario, Vide incertum auctorem post regulas Socin. *regula* 9. *consuetudo de iure ciuili.* vbi limitat
tribus modis. † Extende, quia si agitur de consuetudine contra 6
ius circa ea, quæ sunt reseruata Principi, requiritur tempus immemorabile. Crauet. *de antiq. tempo.* §. 1. *in* 4. *parte, num.* 11. *&* 12. Franch. *d. cap. fin. de consuet. lib.* 6. *ver. limita, nisi consuetudo.* Mascard. *Concluſio.* 424. *numer.* 40. vbi dicit * communem, & declarat. Crauet. *consil.* * 814. *num.* 5. vbi alios allegat, & ita declarat etiam Alexand. *consil.* 68. *& viso, numer.* 11. *&* 12. *lib.* 2. Aretin. *consil.* 132. *numer.* 4. *ver. secundo,* Iason. plene *in l. de quibus, num.* 45. *ver. Primam tamen conclusionem, ff. de legib.* vbi, quod propterea consuetudo imponendi noua vectigalia requirit tempus immemorabile. Vide incertum Auctorem ☞
rem post regulas Socin. *regul.* 10. *Consuetudo de iure Canonico,* in prima limitatione. Vide plenius per Mascard. *Concluſio.* 424. *Consuetudo, an & quomodo probetur per testes, nu.* 24. *& seq.* vbi, quod si rationabilis, & contra ius ciuile, decem anni sufficiunt secundum * communem, *
& idem dicit procedere, si cōtra ius Canonicum, quando consuetudo est introducta p populum subiectum in tēporalibus Ecclesię Romanæ, quando est circa temporalia laicorum Papa sciente; si vero esset consuetudo contra bona Ecclesiastica, vel esset introducta ab vniuersitate Ecclesiastica contra ius canonicum requiruntur 40. anni. *num.* 32. *& seq.* & idem erit, si consuetudo esset contra ius ciuile circa ea, quę populus non potest statuere, quia requiruntur 40. anni, *n.* 39. si consuetudo est circa reseruata Principi, prout in iurisdictione, & regalibus, requiritur tempus immemorabile, *num.* 40. & cum titulo requiruntur 40. anni, *num.* 42. si vero agitur de consuetudine contra seruitutem, vel iurisdictionem habentem causam discontinuam, requiritur tempus immemorabile, & idem in habente causam continuam respectu iurisdictionis, *num.* 41. *& seq.* quem videas, quia declarat, quæ sit causa continua, & quæ discontinua, & multa alia. † Extende, quia non valet consuetudo, 7
quod quis non soluat gabellam, nisi sit immemorabilis. Bald. *cons.* 8
112. *De generali, in fi. ver. super quarto, lib.* 2. † Contrarium Natta *cons.* 431. *n.* 4. *& seq.* vbi late. Vide & declara vt in concluſ. prox. præced.
Vide, *Consuetudo circa datia, & gabellas. Concluſ.* 846. *nu.* 5. *& seq.* Ex- ☞
tende, † quia quando agitur de consuetudine in ijs, quæ sunt con- 9
tra ius commune, contra certam personam, in casu, in quo inducentes consuetudinem statuere nō possent, requiritur præscriptio centenaria. Aret. plene *cons.* 132. *num.* 4. † Extende, in consuetudi- 10
ne inducenda contra Romanam Ecclesiam, vel Sedem Apostolicam; quia requiritur tempus immemorabile 100. annorum. Ægid. Bellam. *consil.* 23. *numer.* 35. *in fi. ver. si vero consuetudinem.* Vide Ægid.
Bellam.

Bellam *conf.31.col.pen.num.27.ver. vel aliter*, vbi licet consuetudo non possit habere tam vetustum tempus, quantum requiritur; tamen illud est in consuetudine speciali, secus si consuetudo sit generalis de quocunq;, dat exemplum de consuetudine antiquissima; quod quicunque Episcopus suffraganeus Archiepiscopi Rothomagen. teneatur iurare Archiepiscopo, quæ habet locum etiã si Episcopus sit prouisus à Papa, licet reseruatio Papæ super prouisionibus non sit de tanto tempore, quia sufficit potentia generalis consuetudinis antiquissima, si sequitur postea interpretatiua par-
12 ticularis de prouiso etiam apostolico. † Extende; quia quando fit mentio de cõsuetudine antiqua, intelligitur de consuetudine immemorabili, Io. Monachi, & Archid. in *c.fi.in gl.in ver. Antiqua, de e-*
13 *lect.in 6.* vbi etiam Anto. de Butr. † Contrarium tenet, & comprobat Ias. in *l.de quibus, nu.50.ver.vlt.ex hac parte 1.ff. de leg.* vbi comprobat, quia tantum est dicere antiquata, quantũ inueterata, & verificatur in 10. annis. Vide plenius. *Cõsuetudo antiqua quæ dicitur. Concl.*
14 803. †Si vero est contra ius, & de iis, quæ inducentes consuetudinem non possunt statuere; tunc requiritur tempus 40. annorum. Crauet. *de antiquit. tempus in 4.parte.§.1.num.10.& seq.* vbi, *numero* 13. quod est præscriptio, & non consuetudo, quando inducitur ab iis, qui non habent ius statuendi, & idem tempus requiritur, quod in præscriptione, allegat Bar. *conf.136.lib.1.* & alios. Decia. *conf.51.num.*
32.*& seq.lib.2.* Franc. in *c.fi.de consuet.in 6.nu.5. ver. & idem si consuetudo*
15 Anchar. *conf.191.de plur.in fin.* † Extende etiam, si sit contra statutum; quia requiruntur 40. anni, prout quando contra ius com-
16 mune. Anchar. *conf.191.in fin.* † Extende, quando præiudicat iuri alicuius particularis. Papaz. super *decif.fi.de consuet.* Franc. in *c.final. de*
17 *consuet.in 6.numero 5.vers.secundo limita.* † Extende, vbicunque ex consuetudine acquiritur ius spirituale, requiruntur 40. anni, alias sufficiunt decem anni. Aegid. *decis.63.ver. & finaliter.* loquitur in
18 consuetudine optandi. †Extende idem, quando est contra Canones; quia requiruntur 40. anni. Gozadi. *conf.101.num.25.* Mascard. *conclus.424.nu.32.& seq.* vbi declarat, & quod consuetudo contra ius de iure Canonico requirat 40. annos. Balb. *de præscript.in 3.par-*
* *te,5.partis quæst.12.* vbi dicit * communem, Caputaquen. *decis.101.in*
☞ *fin.* Aegi. Bellam *conf.6.in princ.* † Vide incertum auctorem post regulas Socin. *regula 10.consuetudo de iure Canonico*, vbi limitat multis modis, vt quando que sufficiant decem anni, quandoque requira-
19 tur tempus immemorabile, vel centum annorum. † Item, quando est contra rationem Canonis, glo. in *c.vt litigantes, in ver.statuimus, de offi.ordin.in 6.* vbi Gemin. *num.6.* sequitur Soci. in *reg.101. Consuetudo de iure Canonico.* Fel. *c.statuimus, num.3.de maior.& obed.* Curt. Iun. *conf.*
20 157. *in fin.* Petr. de Rauen. in *tract.de consuet.nu.16.* † Extende idem, quando agitur de præiudicio Ecclesiæ, quia requiruntur quadraginta anni. Mascard. *Concluſ.* 424. & tunc attendi debet ius Canonicum Alexand. *conſ.5.num.9.lib.5.* & plene Ias. in *l.de quibus, ff. de legib. num.* 48. *ver. item circa secundam*, vbi extendit, siue sit generalis, siue specialis, reprobato Innocen. qui distinguebat. Crauet. *de an-*
21 *tiqu.tempo.parte* 4. §.1.*nu.*7. † Extende, vt procedat, etiam si agatur de consuetudine contra aliam consuetudinem pro Ecclesia; quia non valet, nisi sit præscripta spatio quadraginta annorum. Alexan.
22 *d.consil.5.nu.9.& seq.lib.5.* †Extende, quando consuetudo est in materia odiosa, & stricta; quia requiritur præscriptio 40. annorum.
23 Franch. *d.c.fi.n.3.de consuet.in 6.* † Extende; quia vbicunq; agitur de inducenda consuetudine, vel contra priuatum, vel aliũ, aut è contra, in iis, in quibus non possunt partes statuere, vel in iis, in quibus requiritur consensus superioris; quia semper requiritur idem tempus, quod est necessarium in præscriptione, nisi probetur scientia & patientia superioris; quia tunc decem anni sufficerent. Aret. *conſ.*
24 *23.n.11.ver.sed dubium.* Innoc. in *c.dilectus, ad fi.de consuet.* † Extende in præscriptione, quod Episcopus possit sine præsentatione patroni permutare beneficia iuris patronatus, quia requiritur præscripta consuetudo quadraginta annorum in petitorio, licet si agatur de sola possessione, vel quasi, sufficiat triginta annorum. Ægid. Bel-
25 lam. *conſ.6.in princ.* † Imo requiritur, quod tantum tempus quadraginta annorum effluxerit tempore obseruantiæ. Alexand. *consi.*
26 *45.Visis attestationibus, num.7.lib.2.* † Et testis dicens, à quadraginta annis citra, non probat etiam de anno; quia potuit esse consuetudo ab vno die citra, & erit à quadraginta annis citra, Alex. *consil.45.*
27 *num.7.lib.2.* † Extende; qui vbicunque consuetudo est contra ius, vel non est rationabilis, de iure Canonico requiruntur 40. anni; si vero non est cõtra ius, neq; rationabilis, sufficiunt 10. anni. Castr. in *l.de quibus, n.14.ff.de legib.* qui ad hoc allegat glo. in *c.fin.de consuet.lib.*
28 6. † Restringe, quia sufficiunt decem anni de iure Canonico, quãdo inducitur ex actib. Papæ, & superioris. qui potest statuere, alias secus. Franch. in *c.fi.de consuet.in 6.nu.5.* Idem, si Papa vsus esset consuetudine contra ius; secus si sciuisset. Abb. in *c.fi. de consuet.num.13.*

† Restringe, vt si communitas inducit consuetudinem contra Ca- 29
nones circa temporalia, sufficiant 10. anni, ita Cor. *consil.155.col.pen.* quem refert, & sequitur Crauet. *de antiqu.parte 4.n.7.* † Restringe, 30
quando adesset scientia & patientia Papæ. Crauet. *de antiq.§.1.parte 4.n.8.* vbi quod decem anni sufficiunt, Areti. *conſ.23.nu.11.ver.sed dubium.* † Restringe tribus modis, de quibus Ias. in *l.de quibus, num.48.* 31
& 49.ff.de legib. quando Papa sciuit, quando non contra Ecclesiam, sed laicos, contra quos sufficit præscriptio triginta annorum; & quia etiam procedit consuetudo cum mala fide, & sine titulo, vide eum; quia allegat etiam pro contraria opinione. † Amplia; quia 32
quod dicitur de consuetudine inducenda, habet locum in consuetudine tollenda; quia tantum tempus requiritur in tollenda consuetudine iam constituta, quantum fuit necessarium ad constituendam eandem consuetudinem. Areti. *consil.23. in fin.* vbi late. † Et quod consuetudo inducatur ex obseruantia 40. annorum, 33
sciente principe, quando est rationabilis, & centum annorũ, quando est contra ius. Castr. *conſ.179. In causa quam magnificus, col.4. ver. nec obstat, lib.1.* † Declara, quando esset inducta consuetudo ab 34
inferioribus contra legem superioris absque scientia & patientia superioris, quia nullo modo valet, & requiritur tempus immemorabile; si vero superior sciuit, requiritur tempus 40. annorum; de primo plene Roma. *conſ.218. Præsens casus, per totum*, de aliis est regula* communiter approbata per Doct. in *l.de quibus, ff. de legib.* & ha- *
betur per Bald. in *l.1.C. quæ sit longa consuet.* Alex. *conſ.173. Viso. & diligenter, col.fin.lib.6.* Specul. in *tit.de instr.editio.§.compendiose.ver.sed nunquid dicimus.* Soci. *conſ.7.col.3.lib.1.* † Et dicitur princeps sciuisse per 35
iudices, & officiales suos in loco subdito residentes, Bart. in *l.si publicanus, §.in omnibus vectigalibus, num.2.ff. de publican.* & facit, quod dicit in *l.principalibus, ff.si cert.pet.at.* Angel. *consil.63. Si prouisio, in princip.* Alexan. *consil.101. Visis instrumentis, vol.1.* Deci. *conſ.404. Viso eleganti, col.1.* vbi volunt, quod officiales habentes administrationem, videntur habere mandatum cum libera, & consequenter mandatum speciale, & hoc modo inducendo scientia procuratoris specialis præiudicat. † In iis autem, quæ possunt spatio 30. vel 40. an- 36
norum præscribi, inducitur consuetudo tanto tempore, quanto inducitur præscripto, & hoc siue sit inter præsentes, siue inter absentes. Bald. *conſ.349. Si hoc quæritur, in princ. num.2.* vbi recitat opiniones multorum, & ita distinguit, *lib.5.* Crauet. *de antiq. tempor.in 4.parte,§.1.nu.12.* † In iis autem, in quibus extat titulus, sufficiunt 37
decem anni ad inducendam consuetudinem. Bald. *d. conſ.349.nu. 2.circa pri.v.quidam alij, vt Iacobus, lib.5.* †Imo quod consuetudo con- 38
tra ius ciuile inducatur spatio decem annorũ de iure ciuili. Franc. in *c.fin.num.5.vers.ic aut loquimur de iure ciuili, de consuetud.lib.6.* & communem* dicit Castren. in *l.de quibus, numer.14. ff. de legibus.* & magis *
* communem, dicit Alexand. *consil.5.numer.9.lib.5.* & communem *
* dicit Abb. *c.fi.nu.10. de consuet.* & nullum discrepare ab hac senten- *
tia, dicit apostil. ad *Singul. Roma. 102. Quæro secundo.* & communem
* dicit Curt. Iun. *conſ.42. nu.7.* quæ incipit, *A primo actu facto cum sci-* *
entia populi. †Item, si agatur de consuetudine interpretatiua. Decia. 39
conſ.51.n.51.lib.2 & quod sufficiant 10. anni in consuetudine interpretatiua, quando non est contra ius. Cotta. *decis.296.* †Contrariũ, 40
quod imo, quando est contra ius, etiam quod sit interpretatiua, requirantur 40. anni. Soci. *conſ.260.n.19.lib.2.* Menoch. *de arbitr. casu 83.in fi.* Rota, vt per Put. *decis.15.in fi.lib.3.* † Declara; quia sufficiant 41
10. anni in consuetudine contra ius, de iure ciuili; sed de iure canonico requiruntur 40. anni. Vide, *Consuetudo interpretatiua quanto* ☞
tempore introducatur. Concl.878. † An attendatur ius ciuile vel Cano- 42
nicum, Rota fuit diuisa, videlicet, an requirantur 10. vel 40. anni Cotta. *decis.480. in fi.* †Extende, quia consuetudo per 10. annos in- 43
troducitur præter ius commune, vel municipale; secus si cõtra ius; quia requiruntur 40. anni. Anchar. *consil.191. in fin.* †Imo etiam mi- 44
nori spatio 10. annorum inducitur consuetudo interpretatiua per duos, vel tres actus. Papaz. super *deci. fi. de consuet. in fin.* † Et quod 45
non requiratur præscriptio quando est declaratiua. Alex. *conſ.8. num.7.lib.6.* Aretin. *conſ.11.num.5.& 6.ver.sed tamen.* Crauet. *conſ.725. in fi.* † Declarat plenius Decian. *conſ.51. nu.32.& seq.lib.3.* quod si a- 46
gatur de probanda consuetudine contra ius, sufficiunt 10. anni cum frequentia actuum & consensu populi; si vero agitur de probanda consuetudine præscripta, requiruntur 40. anni, & in ista vsus & consensus populi præsumitur probando frequentiam actuũ per tantum tempus; si vero agitur de probanda immemorabili; tunc sufficit testes deponere non extare memoriam, & non requiritur scientia & patientia populi, neq; frequentia actuum. cum testes non possint recordari, vbi qualiter testes hoc casu deponere debent, videlicet semper ita vidisse seruari tempore suo, & à maioribus audiuisse, qui etiam dicebant idem vidisse, & à maioribus intellexisse.

47 † Si vero consuetudo est præter ius; quia expresse non est contra ius, prout quod præpositus præcedat canonicos, sufficiunt 10. anni
* secundum communem, * de qua Areti. *cons.* 23. *num.* 11. *vers. sed quia hoc non constat.* vbi, quod consuetudo præcedendi decem annis inducitur in iis, quæ non sunt contra ius præcise, Feli. in *c. statuimus, de maior. & obed. versic. attende, & in c. auditis, in* 3. *declar. de præscript.* Roland. à Valle sequitur Areti. *cons.* 5. *num.* 71. *lib.* 1. Zabarel. *cons.* 62. *in*
48 *fin.* vbi, quod sufficiunt 10. anni, quando est præter ius. † Idem, quando consuetudo est secundum ius; quia tunc sufficiunt 10.
49 anni. Gozad. *cons.* 101. *n.* 25. † Idem; quando princeps vsus esset cō-
50 suetudine, quia 10. anni sufficiunt. Gozad. *d. cons.* 101. *n.* 25. † Idem, quando actus inducentes consuetudinem essent facti à principe; quia sufficiunt 10. anni. Franc. in *c. fi. de consuet. in* 6. *num.* 5. *versic. super*
51 *quo articulo.* † Idem, quando concurrit scientia & patientia principis; quia sufficiunt 10. anni. Gozad. *d. cons.* 101. *num.* 25. Areti. *consil.*
52 23. *num.* 15 *ver. sed dubium.* † Et quod consuetudo, quando est rationabilis, & approbata à iure, spatio 10. annorum introducatur. Oldrad. *cons.* 225. *Grauamina, num.* 24. *circa fin. & cons.* 259. *num.* 6. *versic. sed talis consuetudo*, vbi, quod etiam de iure canonico spatio decem annorum introducitur, qui loquitur in consuetudine, quod in electione Prælati absentes non vocentur, & *consil.* 285 *numer.* 3. vbi loquitur in consuetudine optandi, vel conferendi pinguiores
53 præbendas antiquioribus. Ias. in *l. de quibus col.* 12. *ff. de legib.* † Et ideo testes, licet deponant de consuetudine contra statutum, non probant, nisi deponant de obseruantia per decē annos præteritos ante motam litem, & examen testium. Alex. *consil.* 212. *Ponderatis. numer.* 19. *vers. nec obstat, lib.* 6. & idem, si deponant de consuetudine, quod stetur libris scribentis, & ad fauorem scribentis, non probant, nisi deponant, quod sit præscripta per 10. annos. Alexan. *cons.* 217. *Viso*
54 *quodam, num.* 4. *ver. secundo principaliter, lib.* 7. † Amplia, vt imo præscriptio non requiratur in consuetudine approbata de iure; nam si ius se ipsum limitat in casu contrariæ consuetudinis, vel contrariam consuetudinem seruari iubet; non videtur subesse ratio, quod intelligatur de præscripta; quia hoc procedit, quando ius nihil disponit de consuetudine, ita arguit frater Gerardus de Senis *d. cons. Feder. de Sen.* 91. *in princ. versic. non obstat, si dicatur*, & pro hac parte Calder. *d. consil.* 86. *ver. in talibus*, quod est 6. *de offi. leg.* vbi, quod quando est approbata à iure, non requiritur alia præscripto, quan-
55 do de contrario non constat. † Contrarium tenet Feder. de Sen. ibi. *cons.* 91. *num.* 4. *ver. ad argumentum.* quia satis est, quod minor requiritur præscriptio, & hoc operatur expressio facta à iure, vbi al-
56 legat concord. solue vt in præced. ampliat. † Amplia, quod sola obseruantia etiam longa inducit consuetudinem, quando contrarium non inuenitur obtentum. Feder. de Sen. *cons.* 91. *in princ. versi. primo quia*, quod est consilium fratris Gerardi de Sen. Calder. *consil.* 86. *versic. in talibus enim statur.* quod est 6. *de offi. leg.* vbi declarat hoc procedere in consuetudine approbata à iure, quia vltimus status
57 attenditur, quando de contrario non constat. † Contrarium tenet Feder. de Sen. *eod. cons.* 91. *ver. domine & pater. in princip.* vbi, quod ad esse consuetudinis, vt dicatur obtentum, requiritur aliud, quam sola obseruantia diutina, & *nu.* 4. vbi, quod requiritur, quod sit rationabilis, & legitime præscripta, nec sufficiunt binus, vel tri-
58 nus actus, nisi sit deuentum ad legitimam præscriptionem. † Declara; quia consuetudo contra iuris dispositionem vltra longissimā obseruantiam requirit, quod transierit in notitiā populi, & quod
59 fuerit illi data fides. Abb. *cons.* 73. *nu.* 7. *ver. & quanquam, lib.* 2. † Declara, si modo non præiudicatur iuri alicuius particularis, alias secus; quia tunc requiruntur 40. anni. Papaz. super *decis. fi. de consuet.*
60 † Declara, vt contrarium procedat, quando consuetudo non est expresse approbata à iure, sed est contra ius, vt loquitur Feder. *d. cons.* 91. *nu.* 4. secus, quando est approbata; quia non potest dici ab-
61 usiua, vt in ampliatio. † Et quod sit seruanda consuetudo, & ab ea non sit recedendum, etiam si non sit præscripta. Areti. *cons.* 15. *Procedendo, col. pen.* Alex. *cons.* 107. *Pro inuestigatione, col. pen, lib.* 2. Deci. *cons.*
62 11. *colu.* 6. *num.* 10. † Amplia; quia si Ecclesia agit pro consuetudine contra laicos, bene sufficiunt 10. anni, licet si laici agerent contra
63 Ecclesiam, requirerentur 40. anni. Alex. *d. cons.* 5. *num.* 9. *lib.* 5. † Amplia, quia quod statuitur inter opiniones Doctorum, non dicitur contra ius, vt per Fulgos. *cons.* 146. *nu.* 2. Caputaquen. *decis.* 101. *lib.* 2.
64 *in fi.* vbi idem, si contra stylum Rotæ. † Restringe, nisi consuetudo, quæ est præter ius, veniat ad derogationem iuris Ecclesiæ; quia tūc requiruntur 40. anni. Feli. in *c. statuimus de maior. & obed. n.* 2. *ver. limi-*
65 *ta primo.* † Idem, quando derogat iuri cuiuslibet tertij, quia requi-
66 runtur 40. anni. Papaz. super *decis. fi. de consuet.* † Restringe, nisi consuetudo sit contra rationem legis expressam; quia tunc licet nō sit contra ius; tamen requiruntur 40. anni. Feli. *d. c. statuimus, nu.* 3. *versi. limita secundo, de maior. & obed.* vbi, quod sententia ita est nulla lata contra legem, quam contra rationem legis expressam. † Restringe; 67
quia non valet consuetudo, quod qui non habet dignitatem, præcedat Capitulum Ecclesiæ maioris, & sic suum superiorem, nisi sit respectu suæ Ecclesiæ, & in propria Ecclesia. Ruin. *cons.* 155. *lib.* 4. *in fin.* Vide, *Consuetudo circa opiniones Doctorum. Concluſ.* 911.

Consuetudo quando requirat scientiam & patientiam superioris. Concluſ. 797.

CONSVETVDO † contra ius regulariter requirit scientiam, & 1
patientiam superioris, qui potest legem tollere. Oldrad. *consil.* 172. *Quia omnes, ver. ad tertium, in princ.* Mazol. *cons.* 118. *n.* 55. Menoch. *cons.* 187. *in fi.* vbi, quod scientia populi requiritur, *lib.* 2. Abb. *consil.* 53. *in princ. lib.* 2. vbi late. † Declara, quod non requiritur specifica, 2
sed sufficit generalis scientia principis. Oldrad. *d. cons.* 172. *num.* 5. *in fi. versic. & vbi etiam.* Vide, *Præscriptio incorporalium requirit scientiam & patientiam, & alia. Concluſ.* 529. † Amplia, vt idem sit in consuetudi- 3
ne vera, quæ dicitur lex; quia ista si introducitur à priuatis, requirit scientiam superioris. Oldrad. *cons.* 244. *num.* 7. *versic. quinto opponebatur.* † Amplia in consuetudine, quod feuda transeant ad fœmi- 4
nas; quia non habet locum in feudis Imperatoris, nisi doceatur de scientia & patientia Imperatoris. Bald. *cons.* 397. *Casus talis asseritur, num.* 3. *ver. præterea, lib.* 5. † Amplia; quia vbicunque agitur de intro- 5
ducenda consuetudine super iis, super quibus inducentes consuetudinem non possunt statuere, requiritur scientia superioris, & patientia. Areti. *cons.* 23. *num.* 11. *ver. sed dubium.* † Amplia idem in sty- 6
lo præiudiciali contra ius. Menoch. *d. consil.* 187. *num.* 56. *vsque in fin. lib.* 2. † Limita in consuetudine, quæ non est contra, sed præter 7
ius; quia in eo non requiritur scientia superioris. Oldrad. *d. con.* 172. *ver. ad tertium, in prin.* † Limita; quia sufficit scientia & patientia po- 8
puli, quando populus potest contra legem statuere. Mazol. *d. cons.* 118. *num.* 56. † Limita in consuetudine immemorabili, quia præsu- 9
mitur scientia & patientia. Decian. *cons.* 124. *numer.* 49. *lib.* 3. Vide, *Consuetudo immemorabilis operatur multa. Concluſ.* 873. † Limita; quia 10
scientia populi, vel superioris non debet necessario probari per testes, sed sufficit, quod testes dicant de frequentia actuum, ex quibus inferatur scientia, quia hoc est arbitrio iudicis relinquendum. Corn. *cons.* 293. *num.* 23. *lib.* 1. Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Concluſ.* 795. *num.* 47. *& seq.* † Probatur hæc scientia 11
& patientia superioris, si officiales principis in loco subiecto sciuerunt, & passi sunt. Vide supra Concluſio. proxima præcedente, *num.* 35. *& seq. ver. & dicitur princeps sciuisse.* Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Concluſ.* 795. *num.* 26. *& seq. versic. septimo requiritur.*

Consuetudo debet esse obtenta in contradictorio iudicio, & quando secus. Concluſ. 798.

CONSVETVDO † debet probari obtenta in contradictorio 1
iudicio ad hoc, vt valeat, videtur tex. in *l. nam Imperator. ff. de legibus l. cum de consuetudine, ff. de legib.* Alex. *cons.* 173. *Viso & diligenter considerato, nu.* 8. *lib.* 6. melius *cons.* 136. *nu.* 20. *li.* 2. Grat. *cons.* 100. *nu.* 29. *lib.* 1. plene Bero. *cons.* 162. *num.* 5. *lib.* 3. glo. *in c. fi. de consuet. & in c. Abbate, in ver. contradictione, de verb. signif.* Alex. *cons.* 136. *lib.* 2. *incip. an causa, & lite col. pen.* glo. in §. *ex non scripto. Instit. de iure nat. gen. & ciuili*, & in *Rubr. c. quæ sit longa consuet.* Alex. *cons.* 132. *vol.* 3. † Contrarium, quod non re- 2
quiratur, quod sit obtenta in contradictorio iudicio; quia sufficit contradictio extraiudicialis. Crauet. *cons.* 55. *nu.* 6. vbi dicit * com- *
munem. Decian. *cons.* 51. *nu.* 112. *lib.* 2. vbi dicit * communem, & *n.* 68. *
vbi dicit communem, & magis * communem, & *cons.* 41. *nu.* 110. *
lib. 2. *& cons.* 11. *num.* 172. *lib.* 1. Riminald. Iun. *cons.* 462. *n.* 28. *& seq. li.* 4. sequitur Menoch. *cons.* 163. *num.* 14. *lib.* 2. vbi de communi, & vide alios complures de * communi attestantes, quos citat Mascard. *
Concluſ. 427. Aymo. *de antiq. tempo. in* 4. *parte, nu.* 33. vbi dicit * magis *
communem, prout etiam communem * dicit Decian. *consilio* 124. *
numero 26. *libro* 3. & hanc communem * dicit Ias. *cons.* 46. *col.* 2. *ver. *
nec supradictæ decisioni, lib. 1. vbi clare hoc ostendit; quia sufficit, & potest induci extra iudicium, & hanc partem tenet Cyn. in *l. de quibus. ff. de legib.* ea ratione; quia nedum per sententias & actus iudiciales inducitur, sed etiam per actus extraiudiciales in populo vsitatos sine aliqua sententia, *l. sed & ea, ff. de legib. l. apud Iulianum, ff. de leg.* 1. Bald. *consilio* 349. *Si hoc quæritur, lib.* 5. & hanc tenent Abb. in *c. Abbate, de verb. signif. & in cons.* 73. *Primum dubium, col. fin. lib.* 2. † Declara, 3
quia in consuetudine actuum iudicialium est verum, quod requiritur, quod sit obtentum in contradictorio iudicio secus in extraiudicialibus, ita declarant Riminald. Iun. *consil.* 462. *num.* 29. Menoch. *consilio* 187. *in fin.* vbi dicit ita debere intelligi communem,

* quod

**quod non requiratur, quod sit obtenta in contradictorio iudicio,& sequitur Mascard. *Concl.* 427. *in fin.* Crau. *de antiq. temp. in* 4. *parte, nu.* 34. † Sed intelligas, quod licet in consuetudine actuũ extraiudicialium non requiratur, quod sit obtenta in contradictorio iudicio de necessitate; tamen requiritur, quod sit obtenta in contradictorio extra iudicium; quia si non fuisset contradictum, non induceretur consuetudo, nisi inter volentes, quæ non ligaret contradicentes, ita Menoch. *cons.* 8. *n.* 16. *li.* 1. Alex. *cons.* 173. *Viso, & diligenter, n.* 8. *li.* 6. pleniſſime Angel. Areti. *cons.* 23. *In hac causa, nu.* 17. *& seq. ver. nam ad hoc vt probetur*, vbi, quod est necesse, quod vnus neget, & alter affirmet consuetudinem, & iudex iudicet, & quod ita *fuit obtentum, vbi *num.* 18. dicit* communem. † Declara, vt pul- 5
chre Abb. *cons.* 73. *Circa primum, col. fi. lib.* 2. vbi, quod sufficit, quod consuetudo etiam contra ius fuerit in iudicio obseruata, licet non adfuerit contradictio; quia ex quo iudicium de sui natura redditur in inuitum, ineſt contradictio, vbi, quod non oritur consuetudo ex sententia, quæ est contra ius, & nõ valet, sed ex actu sententiæ, ex quo comprehenditur tacitus consensus populi, & hoc, quando per actus iudiciales probatur; si vero probatur aliter, non est necesse, quod actus iudiciales, vel contradictio interueniat ne- 6
cessario, vide eum. † Declara; quia quando consuetudo est contra ius commune, & contra statutum conforme iuri communi, nedũ requiritur, quod sit obtenta in contradictorio iudicio, sed requiritur, quod expresse fuerit iudicatum bis, aut ter, extare consuetu- 7
dinem. Bero. *cons.* 162. *n.* 5. *li.* 3. † Declara; quia quando fuit contradictum, quod requiritur extra iudicium, requiritur, quod contradicens vel acquieuerit post contradictionẽ, vel quod contra eum in contradictorio fuerit iudicatum, vel obtentum. Ias. in *addit. ad Porcium. Instit. de iure nat. gen. & ciuili, §. ex non scripto. in ver. adde, quod*
8 *quin, ne.* † Declara; quia si agatur de consuetudine negatiua, puta, quod pœna commissa non exigatur de consuetudine, non sufficit probare, quod non fuit exacta, sed debent testes deponere, quod fuit petita, sed non exacta; quia non fuit obtenta per petentes. Alex. *cons.* 45. *Visis attestationibus, col.* 2. *nu.* 3. *& cons.* 196. *Viso testamento, col.* 2. *ad fi. nu.* 15. *lib.* 2. & est de mente Bart. in 1. *constit. ff. §. & antea.* late Fel. in *c.* 1. *in* 4. *declaratione, nu.* 14. *de tre. & pace.* Ægid. Bellam. *cons.* 33.
9 *nu* 35. *in fi. & nu.* 36. † Et quod in consuetudine negatiua requiratur quod fuerit contradictum, & contradicens acquieuerit, late Crauet. *cons.* 765. *num.* 14. Alex. *cons.* 173. *Viso num.* 8. *ver. rursus etiam, lib.* 6. qui loquitur in consuetudine, quod teneatur vendere vicino, & consorti, & sic non potest vendere, cui velit, libere sequitur Deci.
10 *cons.* 483. *nu.* 25. † Declara; quia in iis, in quibus consuetudo induci non potest per vsum priuatorum, prout si aliqui Notarii fecissent aliqua instrumenta sine præpositione nominis Imperatoris, certe non inducitur consuetudo contraria, nisi probetur, quod fuerit contradictum in iudicio, & obtentum, quod valeant, quia tunc transit in notitiam populi, & inducitur consuetudo, si fuit, ita iudicatum pro validitate instrumentorum coram iudice ordinario, non coram arbitro, & arbitratore: item in territorio loci, vbi facta sunt instrumenta, non extra territorium, ita plene Abb. *cons.* 53. *Attingendo, per totum, lib.* 2. *& cons.* 73. *Circa primum, num.* 7. *versi. & quan-*
11 *quam, lib.* 2. † Declara; quia dicitur obtentum in contradictorio, si super casu illo fuerit iudicialiter sententiatum, etiam quod statutum non fuerit allegatum, neque productum; quia satis est, quod secundum ius commune sit iudicatum, vt consuetudo contraria statuto, & reducens ad ius commune dicatur obtenta in contra-
12 dictorio. Bald. *cons.* 210. *Casus talis est, quidam, lib.* 1. † Amplia; quia particularis persona in iis, in quibus nõ potest statuere, non potest consuetudinem inducere, ideo ad hoc, vt Notarij inducant consuetudinem, quod in instrumentis non apponant diem, vel aliam solemnitatem, non sufficit ostendere plura instrumenta sic confecta, sed quod in iudicio illis data fuerit fides. Abb. *cons.* 53. *in princ. & cons.* 73. *incip. Circa primum, nu.* 7. *v. & quanquam. lib.* 2. sequitur Rocch. de Curte in *c. fi. de consuet. nu.* 383. † Vide Mascard. *Concl.* 427. *Consuetudo per approbationem, & iudicis pronunciam quomodo probetur.* vbi vtraque parte allegat, & declarat, quod in extraiudicialibus non re-
13 quiritur, quod sit obtenta in contradictorio iudicio. † Limita in cõsuetudine, per quam reducitur statutum ad ius commune; quia ista de facili admittitur. Bald. *cons.* 143. *Casus talis est, quidam nomine, in fin. versic. præterea, lib.* 1. & quod non requiratur, quod sit obtenta in
14 contradictorio, idem Bal. *cons.* 210. *Casus talis est, quidam A lib.* 1. † Limita in consuetudine extraiudiciali, prout in cõsuetudine testandi, succedendi, & similium, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis; quia in istis non requiritur sententia, neque quod in contradicto-
15 rio sit obtenta. Bal. *d. cons.* 210. *lib.* 1. † Limita; quia licet consuetudo inducatur per sententias obtentas in contradictorio; tamen etiam probatur per actus extraiudiciales in populo vsitatos sine aliqua sententia. Bald. *consil.* 349. *Si hoc quæritur, lib.* 5. *in princip.* † Limita in 16
stylo: quia non debet esse obtentus in contradictorio, sicut nec consuetudo. Crauet. *de antiq. tempo. in* 4. *parte, num.* 36. *in fin.* Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Conclus.* 795. *numer.* 43. & *seqq.*

Consuetudo difficilis probationis, & qualiter probetur. Conc. 799.

CONSVETVDO † particularis cum sit facti, qui se fundat in 1
ea, debent illam probare, glo. in *l.* 1. *C. quæ sit longa consuet. & in c.* 1. *de constit. in* 6. & ita arguit Alex. *consil.* 67. *In causa, & lite, lib.* 7. plene Angel. Areti. *cons.* 23. *In hac causa, num.* 15. *ver. nec obstat etiam allegata consuetudo.* † Extende; quia debet plene, & concludenter pro- 2
bari in respicientibus decisionem causæ. Bart. in *l. de quibus versic. secundo probatur, nu.* 22. *ver. quandoque, ff. de leg. & in l.* 2. *C. quæ sit longa consuet. in* 28. *qu. in fin.* vbi dicit, quod vera probatio requiritur, & non sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, per tex. in *d. l.* 1. *C. quæ sit longa consuet.* † Extende; quia difficile est probare consuetudinem. 3
Fulgo. *cons.* 6. *Quinam emphyteuta, in fi.* Angel. Areti. in §. *ex non scripto, col. pen. Instit. de iure nat. gent. & ciuili.* † Extende; quia difficilis est 4
probationis consuetudo, maxime, quando est contra ius. Roma. *cons.* 368. *num.* 4. Fulgo. *cons.* 6. *circa fi.* qui imo dicit, quod est quasi impossibilis probationis, & infinitos allegat. quod sit impossibilis probationis. Mascard. *tract. de probatio. Concl.* 423. *in princ.* † Et quod 5
sit multum difficilis, & magna diligentia requiratur in formandis articulis. Curt. Iun. *consil.* 184. *num.* 9. & 10. † Imo Abb. *consil.* 53. *At-* 6
tingendo, colum. 2. *num.* 4. *versic. & difficillimum est, lib.* 2. vbi, quod imo probatio est difficillima. † Consuetudo probatur ex instrumento 7
inter partes confitentes, absque alia probatione. Bald. *consil.* 2. *Factum tale est, num.* 3. *ver. in contrarium, lib.* 3. † Amplia, quia probatur 8
etiam obtenta in contradictorio consuetudo reducés ad ius commune, & contraria statuto, quando apparet fuisse iudicatum pro iure communi in loco, vbi erat statutum contrarium, etiam quod statutum non fuerit allegatum, neque productum. Bald. *cons.* 210. *Casus talis est, quidam, lib.* 1. † Extende, vt multo magis probetur ob-
tenta in contradictorio, quando super ea allegata fuit pronuncia- 9
tum; quia sententia præsumitur lata ex allegatis. Bald. *cons.* 275. *Factum tale est, notus, num.* 3. *in fin. versic. præterea dicitur, lib.* 1. † Et qualiter deponere debent testes ad probandam consuetudinem, super 10
qua fuerit bis iudicatum in termino 10. annorum, Deci. *cons.* 483. *num.* 27. † Amplia; quia probatur per testes, quando tria concur- 11
runt, vt quia viderunt actus geri, ex quibus consuetudo inducitur; secundo, quando actus fuerunt frequentati, tertio, quando per tantum tempus, per quod consuetudo inducitur. Deci. *consilio* 214. *In causa vertente, nu.* 2. *& seq. ver. venio ad secundum*, & communem *dicit *cons.* 483. *num.* 25. *& seq.* Alexan. *cons.* 196. *lib.* 2. *num.* 14. Corne. * *cons.* 293. *Circa supradictam, num.* 22. *& seq. lib.* 1. vbi declarat vsum populi, videlicet particularium de populo, & quod requiratur consensus populi, vel maioris partis, binus actus, & longi temporis observatio. Fulgo. *cons.* 6. *in fi.* vbi, quod est difficilis probationis, & prædicta requisita debere probari. Ange. Areti. in §. *ex non scripto, colu. pen. quæro an testis. Instit. de iure nat.* Deci. *cons.* 482. *num.* 27. & *cons.* 215. Alexan. *cons.* 131. *num.* 9. & *cons.* 45. *lib.* 2. Crauet. *cons.* 134. *num.* 24. † Et 12
ista tria copulatiue debent probari, alias non esset probata consuetudo, si vnum deficeret, ita Mascard. *tract. de probatio. Concl.* 424. Curt. Iun. *cons.* 184. *num.* 10. & plene Alexand. *cons.* 173. *Viso, & diligenter, num.* 7. *versic. quinimo, lib.* 6. † Declara, vt per Crauet. *cons.* 566. 13
num. 20. † Extende, quia debent actus frequentes allegari, & arti- 14
culari; quia non sufficit articulus confusus talem esse consuetudinem. Bellam. *cons.* 27. *Vtrum prior, nu.* 4. *ver. circa secundum.* Crauet. *cons.* 134. *num.* 6. & *num.* 7. v bi allegat contraria, sed soluit procedere, si pars nihil opposuit, alias secus. Paris. *consilio* 27. *numer.* 36. *lib.* 1. & latius *numer.* 47. Ægid. plene *decis.* 407. *Articulus consuetudinis.* vbi, quod non debet admitti, nisi actus specificentur, & *decis.* 461. vbi, quod ista procedunt, quando consuetudo est contra ius. † Ex- 15
tende, quia debent testes deponere de visu actus cuius, consuetudo allegatur, & de frequentia actus. Alexan. *cons.* 196. *num.* 14. & *cons.* 131. *num.* 9. *lib.* 2. plene Deci. *cons.* 214. *In causa vertente, col.* 3. *num.* 2. *versic. tertio; quia ad probandum*, vbi idem, & quod non probant testes deponentes ita esse consuetudinem, & *numer.* 3. *versic. quinto quia, & cons.* 402. *In causa Illustrissimi, num.* 13. & 14. vbi complures allegat, Crauet. *cons.* 134. *num.* 6. vbi, quod probatio esset generica, & non releuans. Alex. *cons.* 45. *in princip. lib.* 2. *cons.* 274. *num.* 9. & 10. & *cons.* 538. *nu.* 8. & 9. plenius *cons.* 483. *nu.* 24. & 25. vbi dicit * com- *
munem, quod testes debent vidisse actus, per quos inducitur consuetudo, late Paris. *consil.* 27. *numer.* 37. *lib.* 1. † Ad idem, quod testes 16
debent

debent deponere de visu actus, cuius consuetudo allegatur, & q deponant de actuum frequentia, & de temporis diuturnitate, & tales actus factos fuisse, ita & taliter, quod appareat interuenisse tacitum consensum populi, vel maioris partis, vt per Cyn. in *l.* 2. *col.* 12. *ver. sed quæro, quid deponant testes, C. quæ sit longa consuet.* Bald. in *l. de quibus, col.* 11. *num.* 35. *ver postremo qualiter consuetudo, ff. de legibus.* Alex. *consil.* 45. *Visis attestationibus, lib.* 2. *& cons.* 131. *In causa vertente, colum. penul. ver. nec obstat, si diceretur, num.* 9 *. eod. lib. & consil.* 136. *In causa, & lite vertente inter Iacobum, col.* 5. *eod. lib. & cons.* 73. *Viso & diligenter considerato, per totum, lib.* 6. Corne. *cons.* 269. *col.* 2 *lib.* 4. Ang. Areti. in §. *ex non scripto, Instit. de iure natur. gent. & ciuili.* Fulgo. *cons.* 6. *in fi.* vbi, quod nedum difficile, sed quasi impossibile est probare consuetudinem. Abb. *cons.* 53. *Attingendo, col. fin. lib.* 2. Deci. *cons.* 483. *numer.* 24. Alexan.

17 *cons.* 173. *Viso, lib.* 6. † Imo etiam debent deponere de actuali frequentia, & temporis diuturnitate, & tales actus vsitatos fuisse publice, a præsentibus & scientibus multis, & infinitis personis, adeo, quod possit comprehendi tacitum consensum maioris partis populi interuenisse. Alex. *cons.* 131. *In causa vertente, nu.* 9. *lib.* 2. sequitur Crauet. *cons.* 134. *num.* 6. Alex. *cons.* 136. *nu.* 18. *lib.* 2. Deci. *cons.* 214. *col.* 3. *ver. tertio quia.* Alex. *cons.* 45. *num.* 3. *lib.* 2. & plenius *cons.* 106. *Viso testamento, num.* 14. *versi. nam ad hoc, lib.* 2. & plene *cons.* 173. *Viso, num.* 7.

18 *ver. quinimo etiam lib.* 6. † Extende multo magis; quia debent ita deponere, quando agitur de consuetudine inter Ecclesiasticos, vt inducatur tacitus consensus parochianorum, & clericorum. Alex. *d.*

19 *cons.* 196. *nu.* 14. *lib.* 2. † Et debent exprimere actus, ex quibus consuetudo inducatur, & de visu illius actus, & debent super facto, q viderunt deponere, non autem probant, si dicunt esse consuetudinem, quæ est ius non scriptum. Alex. *cons.* 136. *num.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 45. *Visis attestationibus, in princ. lib.* 1. plenius Ægid. Bellam. *cons.* 27. *nu.* 4. vbi late, q non probant, si dicunt esse consuetudinem, nisi deponant specifice actus, ex quibus oritur consuetudo, vt iudex possit videre, an sit consuetudo; quia alias iudicarent; idem clarius Io. Fabri. *Instit. de iure nat. gen. & ciuili,* §. *ex non scripto, numer.* 21. vbi, quod alias iudex non posset iudicare. Angel. Aret. ibi. *num.* 19. ex mente Ange. idem tenet Ias. in *addit. ad Port. in versi. qualiter autem probetur, in fin.* Deci. *cons.* 214. *In causa vertente, num.* 2. *versi. tertio quia & cons.* 402. *In causa Illustrissimi, num.* 13. *& 14. & cons.* 483. *num.* 23. *&* 24. Paris. *cons.* 27. *nu.* 36. *& seq. lib.* 1. Crauet. plene *cons.* 134. *nu.* 6. *&* 7. plenius idem Crauet. *cons.* 814. *num.* 18. vbi infinitos allegat. Corne. *cons.* 293. *num.* 24. *ver. non autem sufficeret. lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 184. *n.* 10. plene Ægid. *decis.* 65. *Depositio nuda, per totam.* vbi reddit rationem; quia actus sunt de essentia consuetudinis, & qui debet ponere totum, debet ponere omnem partem, & sic actus specificos; & ita fuit tentum per Rotam coram Illustrissimo Palæotto in vna Floretin. cambiorum 1559. 13. Martii, vt ipse testatur *decis.* 155. & Caputaquen. *decis.* 36. *lib.* 1. Io. de Amic. *cons.* 111. *num.* 2. clare, & plenius *cons.* 151. *num.* 7. *&* n. 10. & 11. & specifice Rocch. de Curt. in *tract. de consuet. num.* 598. Vide, *Testis deponens de iis, quæ sunt iuris, & per verba iuris, non probat. Concl.* 175. Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Concl.* 795. *num.* 47.

20 *& seq.* † Extende; quia debent testes deponere, quod ita fuit vsitatum, saltem per decem annos, quia tantum tempus requiritur, vt inducatur consuetudo, *d. l. de quibus. cum ibi plene not. ff. de legibus. & in rubrica, C. quæ sit longa consuet. & in c. fin. de consuet. & in c. fin. eod. tit. in* 6.

21 Alex. *cons.* 217. *num.* 4. *lib.* 6. † Contrarium tenet Guido Papæ *cons.* 131. *in princ. & cons.* 116. *in fin. & cons.* 164. *num.* 9. Io. de Amic. *consil.* 42. *num.* 10. *&* 12. Bald. in *l. de quibus, num.* 35. *ver. postremo, ff. de legib.* Rota,

22 vt per Pereg. Fab. *decis.* 243. *In causa Tullen. lib.* 2. † Declara primo; quia si sunt interrogati, res est clara, alias secus. Io. Fabri. in §. *ex non*

23 *scripto, num.* 21. *Instit. de iure nat. gen. & ciuili.* † Declara; quia si agatur de consuetudine immemorabili, non requiritur, quod specificetur actus, alias secus. Io. Fabri, *Instit. de iure nat. gen. & ciuili,* §. *ex non*

24 *scripto, num.* 22. † Declara secundo, si sunt idiotæ, debent actus specificare; secus si periti. Bart. in *l. de quibus, num.* 23. *ff. de legib. ver. ego sic*

25 *dicerem.* † Declara idem, quando interrogati, quæ requirantur ad consuetudinẽ, dixerunt nescire; quia tunc debet aperte deponere,

26 & specifice actus, ex quibus resultet. † Et quod testes non probant consuetudinem, si interrogati, quid sit consuetudo, & per quos fuit seruatũ, dicant se nescire. Alex. *cons.* 45. *n.* 8. *lib.* 2. vbi quod licet vix periti hoc sciant; tamen testis non tenetur respondere per dif-

27 finitionem iuris, sed qualiter ipse intelligat, & *num.* 12. † Contrarium Bald. in *repet. l. de quibus, col. fin. ff. de legib.* & Apostil. ad Alexan. *d.*

28 *cons.* 45. *nu.* 8. *lib.* 2. *in ver. quid est.* † Declara, quando agitur principaliter de consuetudine; quia testes debent specificare actus; secus si

29 incidenter. Ægid. *decis.* 65. † Amplia quia requiritur, quod testes sint contestes, & non singulares, & de diuersis actibus deponant, * secundum * communem opinionem, de qua per Deci. *consil.* 215. *in causa vertente, in* 2. *&* 3. *colum. & in cons.* 275. *clarissime Doctor. colum. pen. & cons.* 402. *In causa. nu.* 13. Nam testes singulares non probant consuetudinem. Cyn. post Per. in *l.* 2. *col. pen. C. quæ sit longa consuet.* Bart. in *d. l. de quibus. num.* 24. *versi. sed pone, quod testes.* Alex. *cons.* 104. *In causa, & lite, col. fin. ver. non obstat quinto argumentum, lib.* 3. vbi dicit * commu- *
nem, & idem Alex. *cons.* 196. *Viso testamento, col.* 3. *lib.* 2. Corne. *consil.* 89. *Visis actis, col. fin. lib.* 1. infra in 9. *requisito.* † Et quod singulares te- 30
stes non probant consuetudinem secundum * communem Deci. *
d. consil. 214. *num.* 3. Alex. *cons.* 173. *Viso, & diligenter, num.* 6. *& seq. versic. præterea, lib.* 6. † Ad idem, quod testes singulares non probent con- 31
suetudinem secundum * communem, de qua Deci. *consil.* 214. *num.* *
3. Alexan. *cons.* 131. *in causa vertente, num.* 9. *lib.* 2. *&* 136. *num.* 18. *eod. lib. & 45. num.* 4. *eod. lib. & num.* 9. * communem dicit Deci. *cons.* 483. *Pro* *
resolutione, num. 25. *ver. & secundum communem.* Alex. *consil.* 196. *num.* 14. *ver. quinimo, lib.* 2. *& cons.* 173. *Viso diligenter, num.* 6. *& seq. ver. præterea ad hoc lib.* 6. Contrarium, quod testes singulares probent consuetudinem plene pro vtraque parte, Mascard. *Conclusio.* 424. *num.* 11. † Vi- 𝔐
de, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Conclusio.* 795. *num.* 47. *& seq. versic. decimo requiritur.* Vide, *Testes singulares quando, & in quibus probent, vel non Conclusio.* 265. † Et dicuntur singulares, si non con- 32
cordant de tempore, & de actibus, ideo non probant consuetudinem. Alex. *cons.* 45. *num.* 4. *versic. quinimo, lib.* 2. *&* 131. *num.* 9. *eod. lib. & cons.* 196. *Viso Testameneo, num.* 14. *ver, quinimo, lib.* 2. † Extende in tan- 33
tum, quod deponentes de tempore consuetudinis, puta 40. annorum debent specificare à tali tempore vsque ad tale tempus, alias tanquam singulares non probarent, Alex. *d. consil.* 173. *num.* 6. *& seq. v. præterea lib.* 6. vbi apostil. in *ver. tali.* † Extende maxime, quando 34
consuetudo est contra ius. Menoch. *consil.* 187. *nume.* 57. *& seq. lib.* 2. † Restringe in consuetudine generali, quia illa probatur testibus 35
singularibus. Alexan. *consil.* 172. *Visis, & opportune discussis, num.* 10. *lib.* 2. Plures citat Mascardus. *Conclusio.* 423. *consuetudo, num.* 8. *ver. & istud commode.* † Idem, quando agitur de probando aliquid in genere, 36
puta aliquem vsurarium. Alexand. *consil.* 72. *Inspecto diligenter processu, num.* 2. vbi apostilla in *versic. in genere, lib.* 1. ponit plurimos concord. † Restringe, nisi sit consuetudo interpretatiua statuti, quia faci- 37
lior probatio admittitur, & prædicta locum habent in consuetudine absoluta, non interpretatiua, Bart. in *l. Labeo, col.* 2. *ff. de supel. lega. col.* 2. Areti. *consil.* 11. Deci. *consil.* 11. *nu.* 9. *ver. & ideo cum verba statuti, & num.* 10. *ver. Non obstat. & in c. canonum, num.* 22. *de constit. & in consil.* 156. *col. fin. ver. idem ergo.* & Crauet. *consil.* 101. *circa fin. ver. & adeo potens.* Abb. in *c. cum dilectus, num.* 7. *versic. item nota, quod consuetudo de consuet.* quod adeo standum est consuetudini interpretatiuæ, quod licet intellectus, quem consuetudo tribuit, appareat ex post facto non bonus; tamen ab eo non est recedendum ob virtutem consuetudinis, & hoc dicit menti tenendum, sequitur Rocch. de Curte in *tract. de consuetud. numer.* 430. *verficul. & de consuetudine. Deci. consilio* 44. *numer.* 28. *lib.* 2. Vide Mascardum *Conclusio.* 424. *consuetudo* 𝔐
an, & quomodo probetur per testes, vbi, quod probatur per duos testes etiam non iuratos, etiam parte non citata, etiam si reddant rationem; quia sunt vicini, licet debeant deponere de frequentia actuum, & vt supra. † Amplia; quia Doctori attestanti esse consue- 38
tudinem in aliquo loco non creditur. Bald. in *l. si quis,* §. *1. de pign. in lectura antiqua.* Ias. in *l. de quibus. col. pen.* vbi plures allegat, *ff. de legibus.* Curt. *consil.* 78. *Domina Francescbina, colu. fin.* Ias. in *auth. si qua mulier, in* 2. *col. C. de sacrosanct. Eccles.* facit quod dicit Abb. *consil.* 53. *lib.* 2. vbi, quod non creditur litteris Potestatis, in quibus attestatur de consuetudine loci, & non credatur Doctori. Deci. in *c.* 2. *ad finem. de re-*
script. & in c. audientiam, il primo, in princip. colum. 2. *eod. tit.* Alexand. in *apostil. ad Bart. in l, Titiæ amicæ. ff. de auro, & arg. lega. & in l.* 1. *in princip. ff. de suis, & legit.* late Deci. *consil.* 142. *Et pro tenui, colum.* 3. *in princip. & consil.* 402. *In causa. ad num. ver. secundo respondetur.* vbi attestatur hanc
esse * communem, modernorum. Alexand. in *l. post dotem, in vlt.* *
char. in princip. ff. solut. matr. Areti. *consil.* 32. *colu.* 3. & 4. Paris. *consil.* 25. *num.* 13. *lib.* 1. *& consi.* 31. *nmmer.* 14. *& seq. lib.* 2. Vide, *Doctori attestanti* 𝔐
aliquid quando credendum, vel non. Concluf. 558. *num.* 7. *& seq.* † Contra- 39
rium, quod imo credatur Doctori attestanti de consuetudine in loco Bartol. in *l. de quibus, colum.* 11. *versic. principaliter. ff. de legibus.* cum aliis, quos ibi allegat Ias. in *pen. colum.* Alexan. *consil.* 68. *Et viso colum.* 4. *lib.* 2. Cæpol. *consil.* 40. *Lucius. & consil.* 56. *Paulus, & consil.* 66. *in fine.* vbi hanc opinionem tenet, & plenius Socin. *consil.* 275. *In causa, col.* 2. *ad fin.* vbi dicit hoc maxime procedere in Doctore Excellentiss. prout fuit Angel. *lib.* 2. *& consil.* 67. *colum.* 7. *numer.* 29. *& consil.* 165. *n.* 8. *colum. num.* 16. *& consil.* 118. *col.* 2. *numer.* 2. *& consil.* 252. *num.* 11. *lib.* 2. & idem tenet Corn. *consil.* 83. *colum.* 4. *versic. & quia, lib.* 4. & hanc tenet Ias. in *l.* 1. *numer.* 62. *C. de iure emph.* qui tamen loquitur in Doctore Illustri. Imol. in *l.* 1. §. *nunciatio. ff. de noui oper. nunc.* Ias. in *l. extraneum, colum.* 4. *C. de hæred. instit.* Portius in §. *apium, Instit. de rerum diuisio.* & hanc videtur tenere, licet non clare, Alexand. in *l. semel mora. ff. so-*
lut.

lut. matr. Deci. *conf.* 420. *Quaritur, ad fi.* vbi dicit magis * communem
40 opinionem. † Declara; quia creditur Collegio Doctorum attestanti de consuetudine. Imol. in *d. l.* 1. §. *nunciatio. ff. de noui oper. nunciatio.* sequi videtur. Ias. in *l. de quibus, ff. de legibus.* Alexan. *cons.* 132. *lib.*
41 3. *& cons.* 50. *lib.* 6. † Declara; quia non creditur, nisi in loco, vbi versati sunt. Farinacius in *tit. de indic. & tort. qu.* 45. *num.* 18. & etiam si plures ibi *num.* 24. Vide plenius per Mascardum *Conclus.* 426. *con-*
42 *suetudo per dictum excell. Doctoris quomodo probetur.* † Amplia, quia neque creditur litteris Officialis, seu Potestatis loci attestantis de consuetudine in loco, Abb. *consil.* 53. *lib.* 2. *num.* 2. *verfic. nec obstat lit-*
43 *tera.* vbi loquitur, etiam si iuraret. † Declara; quia neque pluribus iudicibus statur attestantibus de consuetudine, nisi quatenus coram alio Iudice deponant. Abb. *cons.* 53. *nu.* 2. *& 3. lib.* 3. Vide,
☞ *Iudici aliquid attestanti super sua facultate non creditur, & quando secus.*
44 *Conclusio.* 477. † Declara, nisi sit immemorabilis consuetudo; quia testes singulares probant, Decian. *consilio* 44. *numer.* 30. *lib.* 2.
45 † Amplia; quia rationem reddere tenentur etiam non interrogati, etiam si periti sint, alias non probatur consuetudo. Decian.
* *cons.* 214. *num.* 3. & est communis * opinio. Decian. *cons.* 462. *num.* 15.
46 Paris. *consil.* 27. *numer.* 38. *lib.* 1. Mascard. *Conclus.* 424. † Et procedit, etiam si testes sint periti; quia nihilominus debent reddere rationem etiam non interrogati, & non probant, licet dicant esse consuetudinem; quia testes debent de facto deponere, Decian.
* *consil.* 214. *In causa vertente, num.* 3. *versic. quinto quia, & consil.* 402. *num.*
15. vbi late, & dicit * communem, quod non creditur glosse, neque Doctori attestanti consuetudinem. Paris. *d. consil.* 27. *numer.* 38. vbi alios allegat *lib.* 1. Angel. Aretin. *consil.* 23. *In hac causa, numer.* 18.
47 † Contrariũ, quando testes sunt periti, tenet Bart. in *repet. l. de quibus, nu.* 23. *ver. sed quid si testes dicant. ff. de legib.* sequitur Deci. *cons.* 51. *nu.*
48 80. *& seq. lib.* 2. † Declara; quia contrarium procedit in consuetudine interpretatiua, & in consuetudine immemorabili, Decian.
☞ *consil.* 44. *num.* 28. *lib.* 2. *cum seq.* Vide, *Consuetudo interpretatiua quan-*
49 *to tempore introducatur, & quid operetur. Conclus.* 878. † Ratio est; quia consuetudo est iuris, & testes debent deponere super facto, non super iure, alias si admitteretur probatio generica, quod ita fit consuetudo, testes essent Iudices, Crauet. plene *cons.* 134. *numer.* 6. Alexand. *cons.* 45. *in princip. lib.* 2. *& cons.* 131. *num.* 9. *eod. lib.* Decian. *d. consil.* 214. *num.* 3. *verfic. quinto quia. & consil.* 402. *num.* 15. Decian. *cons.* 274. *numer.* 9. *&* 10. *& consil.* 538. *numer.* 8. *&* 9. & plenius *consil.* 483. *numer.* 24. late Paris. *d. consil.* 27. *numer.* 38. *lib.* 1. Bartol. in *l. de quibus.*
50 *colum.* 9. *verfic. sed quid si testes. ff. de legibus.* † Contrarium videtur tenere Card. Flor. in *c. fin. de consuet. quæst.* 40. & Io. Fabri. *instit. de iure nat. gentium, & ciui.* §. *ex non scripto.* Corn. *consil.* 293. *colum. fin. lib.* 1.
51 † Amplia; quia imo testes debent quinque deponere, vt probent consuetudinem contra ius: Primo, quod sint contestes, & non singulares: Secundo, quod reddant rationem non interrogati: Tertio, quod ea intentione fint gesti actus, vt inducatur consuetudo: Quarto, quod actus sint conformes: Quinto, quod ita fit obtentum in contradictorio: Sexto, quod deuenerit ad notitiam populi, late Menoch. *cons.* 187. *num.* 57. *vsque in fin. lib.* 2. Decia. vero *cons.* 214. *nu.* 2. *& per totum.* quod debent deponere de actibus vniformibus, de visu, & frequentia actuum, quod non sint singulares, reddant rationem non interrogati, & quod eo animo actus sint gesti. Alexand. *consil.* 173. *per totum, lib.* 6. ponit alia multa requisita Roland. à Valle *cons.* 13. *lib.* 4. ponit quasi eadem, quæ Menoch. Gerard. Mazol. *consil.* 118. *num.* 50. *& seq.* ponit octo requisita, Roland. à Valle *cons.* 2. *num.* 118. *& seq. lib.* 1. ponit sex requisita.
☞ Vide Mascard. *d. Conclusio.* 424. *Consuetudo, num.* 60. *&* 61. vbi, quod
52 si omnia prædicta non dicuntur, non probant, quando fuerunt interrogati; secus si non fuerunt interrogati. † Amplia; quia testes sentientes commodum non probant consuetudinem. Alex. *consil.* 45. *Visis attestationibus, num.* 2. *lib.* 2. vbi, quod habens causam consi-
53 milem repellitur, & *num.* 11. † Extende; quia testis habens consimilem causam, & qui ex sententia commodum haberet in parte, repellitur. Alexan. *consil.* 107. *In causa, & lite, num.* 3. *lib.* 1. qui non lo-
54 quitur in consuetudine. † Restringe, nisi agatur de probanda consuetudine generali, quia testes sentientes commodum in consequentiam probant, ideo si agatur de probanda consuetudine quod parochialis non soluit decimas Episcopo, alii Rectores Parrochialiũ sunt idonei, licet in consequentiam sentire possint commodum, Alex. *cons.* 172. *Visis & opportune, num.* 7. *lib.* 2. vbi apostilla in *ver. Io. Andr.* vbi allegat pro, & contra, vbi, quod non sunt omnino
55 inhabiles, sed neque sunt integri. † Declarat Nellus *tract. de testibus. numer.* 105. quia si agitur de commodo certo testium, non admittuntur, secus si de commodo in consequentiam & incerto. Vide,
☞ *Testes sentientes commodum admittuntur, & quando. Conclusio.* 200. Vide
☞ Mascard. *Conclusio.* 424. *Consuetudo, num.* 58. *& seq. ver. Quinto limita.*

† Testes falsi in vno, quod sit de substantia, non probant in aliquo 56
consuetudinem, quia testimonium in totum redditur nullum. Alex. *cons.* 45. *nu.* 5. *& 6. ver. non est idoneus testis, lib.* 2. † Extende, etiam 57
si testis examinetur super diuersis capitulis, quia si in vno dixit falsum, repellitur in totum, quia iuramentum operatur, quod vnicum sit dictum. Alexan. *d. cons.* 45. *num.* 6. *lib.* 2. † Restringe, quando 58
deponeret aliquid falsum, quod non sit de substantia, vt quia extra articulata, apostilla ad Alex. *cons.* 45 *num.* 6. *lib.* 2. *in ver. substantia,* vbi plurimos allegat concord. Vide, *Deponentes falsum in parte circa* ☞
substantialia repelluntur in totum. Conclusio. 247. † Amplia, quia con- 59
suetudo in iis, quæ sunt facultatis, non ita de facili probatur, ideo licet sit consuetudo, quod in domibus detur panis pauperibus, tamen non inducitur consuetudo, vel non ita de facili, Decian. *cons.* 214 *In causa vertente, col.* 3. *in princip.* allegat Corne. *cons.* 296. *circa primum lib.* 4. † Amplia, quia ideo non inducitur consuetudo in factis 60
negatiuis, puta quod quis non vadat ad aliud molendinum, vel furnum, nisi interuenerit prohibitio, & ille acquieuerit, quia tunc incidit consuetudo negatiua, secundum * communem, Roland. * à Valle *consil.* 9. *num.* 17. *lib.* 2. † Extende, quia consuetudo negati- 61
ua non probatur per testes dicentes non vidisse vnquam exigere quartam funerum à fratribus pro sepultura, quia cum sit contra ius, debuit articulari, & probari, quod fuit testator sepultus in Ecclesia fratrum, & quod de legatis factis Ecclesiæ, in qua fuit sepultus, non fuit soluta quarta. Alex. *cons.* 196. *Viso testamento, num.* 13. *ver. quia dicti testes, lib.* 2. vbi, quod ita probatio non concludit necessario. † Extende, quia imo etiam si dicerent, quod pro illis, qui fue- 62
runt sepulti, non fuit soluta quarta legatorum, consuetudo non probatur, quia debent allegare actuum frequentiam, ex quibus inducitur consuetudo, ita, vt appareat tacitus consensus clericorum, & debent esse contestes de tempore, & actibus. Alex. *d. cons.* 196. *n.* 13. *in fi. &* 14. *ver. illi autem testes, lib.* 2. † Extende, quia testes depo- 63
nentes de simplici non vsu legis, vel consuetudinis non probant, nisi etiam deponant de simplici actu contrario, quia nõ entis sunt nullæ qualitates, Alex. *d. cons.* 196. *nu.* 15. *ver. tamen non probatur, lib.* 2. vbi ponit exemplum, lex mandat cauere de damno infecto, testes dicunt vidisse domos minantes ruinam, & nunquam fuisse datam cautionẽ, non probatur consuetudo, & non vsus, quia oporteret, quod fuisset petita fideiussio, & reiectus petens, vel saltem quod actus negatiuus haberet implicitũ affirmatiuum, prout lex disponit, quod hæreditas patris diuidatur inter filios æqualiter, ꝓbatur non vsus, quia testes deponunt, ꝙ primogenitus semper successit sciente populo, & maiori parte ciuitatis, vt inducatur tacitus consensus populi, qui vidit, & tacuit, & tunc probatur non vsus legis, quia venit casus, & contrarium fuit seruatum, & idem Alex. *consil.* 45. *nu.* 5. *& cons.* 136. *nu.* 19. *eod. lib.* 2. Crauet. *cons.* 811. *nu.* 11. † Amplia, 64
quia fama probata, quod sit consuetudo in loco, quod vendere volens tenetur vendere consorti, vel vicino, probat. Alex. *cons.* 173. *Viso, & diligenter, n.* 9. *ver. sed certum est, lib.* 6. † Extende, quia ex semi- 65
plena probatione consuetudinis nõ defertur iuramentum in supplementum. Alex. *d. cons.* 173. *num.* 10. *ver. & subdo lib.* 6. † Extende, 66
quia non defertur iuramentum in supplementum probationis consuetudinis. Bald. in *l. de quibus, col. antepenul. ff. de legib.* Alex. *d. cons.* 173. *Viso & diligenter considerato, lib.* 6. † Amplia, quia de auditu te- 67
stis non probat consuetudinem. Alex. *cons.* 45. *n.* 10. *lib.* 2. † Amplia, 68
quia vnus testis non probat consuetudinem, neque defertur iuramentum in supplementum. Mascard. *Conclusio.* 423. *Consuetudo, nu.* 1. *& seq.* limitat in consuetudine alterius loci, vel antiqua, quia tunc ex vno teste defertur. † Limita, quia interrumpitur consue- 69
tudo adhuc non præscripta per vnicum actum contrarium. Rom. *cons.* 368. *n.* 7. † Limita, quod consuetudo notoria probetur ex te- 70
stibus à Iudice receptis non citata parte Deci. *cons.* 44. *nu.* 23. *& seq.* † Contrarium, ꝙ notoriam consuetudinem allegans non est au- 71
diendus, nisi probet, quia cum sit facti, debet probari, quia multa notoria dicuntur, q̃ non sunt. Deci. *cons.* 484. *n.* 27. *&* 28. † Declara, 72
quia si est notoria vere non probatur, sed sufficit sola allegatio. Deci. *cons.* 148. *Reuerende, col.* 3. *& cons.* 402. *In causa, col.* 3. Alex. in *l. vnica, col.* 1. *&* 2. *C. vt quæ desunt aduoc.* Ias. in *l. de quibus, n.* 88. *ff. de legib.* Bald. in *l. generali col.* 1. *in* 1. *opposit. C. de Episc. & cleric.* † Declara, quia Iudex 73
licet possit se informare super notorio, tamen intelligitur, quando agitur de stylo respiciente ordinem iudicii, secus si de magno præiudicio, prout de consuetudine respiciente decisionem causæ. Deci. *cons.* 483. *circa fin.* vbi, quod requiritur pronuncia super notorio Rolan. à Valle, qui alios allegat *cons.* 53. *num.* 37. *lib.* 2. Deci. *cons.* 402. *nu.* 12. † Et quod iudex possit se informare de consuetudine 74
non citata parte, procedit in stylo sui tribunalis, prout si agitur de calculo instantiæ, quomodo fieri soleat per exhibitionem libri, in quo notantur dies feriati, & vtiles, Alexand. *consil.* 82. *Viso processu,*

num. 6.

num.6.& 7.ver.nec obstat.lib.3. vbi apostilla citat eundem Alex.*consi.* 75 14.*in princ.lib.5.* † Contrarium dicit Deci.*cons.* 447.*In donatione facta, circa fin.* quod Iudex potest se informare à Notariis de consuetudine Notariorum subscribendi instrumenta, & quod hoc sufficit, vbi alios allegat. † Declara; quia si principaliter non tendit consuetudo ad decisionem causæ, Iudex potest se informare etiam non citata parte, veluti si agatur de consuetudine, quod in instrumentis non apponatur nomen Principis dominantis, sufficit probatio per plura instrumenta. Riminald.*consil.6.n.30.& seq.lib.1.* Vide plenius in *in versi. Stylus diuersorum tribunalium quando seruandus* 77 *Conclusio.596.* † Declara; quia si consuetudo est notoria, vel agatur de consuetudine interpretatiua, vel de immemorabili, illa probatur magis de facili, nec requiritur, quod testes deponant de tribus requisitis, de quibus supra Decia. late *consil.44. num.23.vsque in fin.* 78 *lib.2.* † Vide plene Mascard.*Conclus.423.Consuetudo, num.16.& seq.* vbi, quod notoria consuetudo sit probanda plene, & quod vno teste non sit probanda & Iudex potest se informare, tandem dicit procedere, quod Iudex possit se informare inter Notarios; idem quando non respicit decisionem, & in stylo, nisi sit decisiuus; item in consuetudine circa vestes lugubres; item in consuetudine ge- 79 nerali per vniuersum orbem; quia transiuit in ius cõmune. † Limita; quia consuetudo vniuersalis per totum orbem non debet probari; qui transiuit in ius, & notorium, Mascardus plene *Concl.428. Consuetudo vniuersalis.*

Consuetudo non requirit titulum. Conclus. 800.

1 CONSVETVDO † non requirit titulum, hoc est, non est necesse ad consuetudinem, quod titulus allegetur, neque probetur, Io. Andr. Domin. & alii, quos refert, & sequitur Franch. in *c. non est nu.3.ver.secundo requiritur de consuetudine, lib.6.* late Calder.*cons.* 2 46.*An in consuetudine*, quod est 8.*eod.tit.* † Amplia, vt procedat, etiam si consuetudo sit contra ius; quia non requiritur allegatio, neque probatio tituli. Archid. in *c.1.de præscript.lib.6.* quem ita allegat, & sequitur Franc.*d.c.3.de consuet.n.3.ver.secundo requiritur, lib.6.* Cal- 3 der.*cons.*259. alias 3.*de iis, quæ fiunt à Prælat.* † Amplia, vt procedat, etiam si agatur contra Episcopum, & superiorem, quia non requiritur probatio tituli de rigore iuris; quia sufficit tacitus consensus superioris, contra quem est præscriptum Calder.*d. consilio 46. An in consuetudine, ver.tamen si proprie*, quod est 8.*de consuet.& cons.*259. alias 4 3.*de iis, quæ fiunt à Prælat.* † Declara, vt per Calder.*d. cons.46.* quod est 8.*de consuet.ver.æquum tamen esset*, quod contra superiorem ex æquitate non procedat consuetudo sine titulo, saltem per transcursum tanti temporis, quod consuetudo inducatur; & idem dicit *d. cons.*259. alias 3.*de iis, quæ fiunt à Prælat.* tamen de iure dicit ibi esse contrarium, in *versic. æquum tamen, circa princ.* Vide, *Consuetudo vt valeat.quæ requirantur. Conclus.795.num.6.& seq.ver.secundo requiritur titulus.*

Consuetudo & præscriptio in quibus differant. Conclus. 801.

1 CONSVETVDO † non potest induci à particularibus personis. Feder. de Sen.*cons.91.n.4.in fi.* secus in præscriptione, quæ cadit inter priuatum; & priuatum, & hãc esse substantialẽ differentiam asserit Gemin.*cons.*123.*Pro clariori, in pr.* vbi, quod consuetudo tendit ad inducendum ius vniuersaliter, præscriptio vero respicit acquisitionem iuris in particulari, Roland. à Valle *cons.5.nu.76.& seq.lib.1.* vbi, quod ex consuetudine acquiritur publico, ex præscri- 2 ptione acquiritur priuato. † Extende; quia consideratur consuetudo quando inducitur ab eo, qui potest statuere; si vero non potest statuere, est præscriptio. Bart.*cons.*136.*in fi.lib.1.* & est commu- * nis * opinio. Roland.*cons.5.nu.74.lib.1.* † Contrarium dicas, quod 3 consuetudo non potest induci à particularibus effectu, sed causatiue potest; nam si quis vult acquirere ius piscandi in flumine publico, & alios prohibere contra ius gentium, duo debent concurrere, vt ipse solus piscari faciat, & alios prohibeat; & si sumus in re præscriptibili, ex hoc solo induceretur præscriptio, si bona fides adesset; secundum requisitum ad inducẽdam consuetudinem est, quod populus sciat, & patiatur hunc priuatum solum piscari, & alios prohibere; tunc inducitur consuetudo, quæ non requirit bonam fidem, siv declarat Io. Fabri.*Instit.de rerum diuisio.§.flumina*, iũctis iis, quæ late Ægid. Bellam.*cons.7.nu.3.& 4.cum seq.* maxime *n.9. ver.tertia solutio*, sicque vides, quod effectus consuetudinis pendet à scientia & patientia populi, sed actus, cui hæc scientia & patientia 4 accommodatur, pendet à particulari persona. † Declara, quia semper requiritur, quod is, qui causat immediate cõsuetudinem, possit statuere, alias non esset consuetudo, nam, vt populus possit inducere ex scientia & patientia consuetudinem validam, oportet, quod possit statuere in illo casu, alias cõsuetudo esset corruptela, sic loquitur Bart.*d. cons.136.lib.1.* & alii supra *ver.limita.* & idem firmat Alex.*consil.173.Viso, & diligenter. num.12.ver.vltra prædicta, lib.6.* vbi, quod communitas, quæ non potest statuere; quia habet superiorem, apud quem est iurisdictio, non potest etiam introducere consuetudinem; quia consuetudo est lex, & iurisdictionis. † Am- 5 plia, quia in consuetudine non requiritur titulus, etiam si agatur contra superiorem, & Episcopum; secus est in præscriptione. Calder.*consil.46.An in consuet.* quod est 8.*de consuet. ver. tamen si proprie inducatur.* Franch. in *c.non est de consuet.lib.6.num.3.ver.secundo requiritur*, vbi relatiue etiam ponit alias differentias. Ægid. Bellam.*cons.7.nu.* 9.*ver.tertia solutio.* Alexand.*cons.*124.*Super primo, num.3.ver.aliaratione, lib.4.* vbi apostilla in *ver.consuetudine.* † Extende; quia in con- 6 suetudine non requiritur bona fides, prout in præscriptione. Ægid. Bellam.*cons.7.num.9.versic.tertia solutio, & clarius nu.7.& seq.ver. sed oppones.* Vide plene Crauet.*de antiqu. tempo.§.1.per totum, in princip.* 7 qui ponit fere 17. differentias, & aliquas admittit, aliquas non. † Amplia, quia consuetudo est de rebus disponendis; & de bono, 8 & æquo seruando, præscriptio autem est de bonis acquirendis. Bal. in *c.fi.num.16.ver.quærunt Doct.de consuet.* † Amplia, quia consuetu- 9 do non requirit actuum continuationem, quia surgit ex actibus discontinuis, secus est in præscriptione, quæ requirit continuationem actuum Bald.*d.c.fi.num.16.ver.item præscriptio. de consuet.* † Am- 10 plia, quia consuetudo, quia inducitur ab vniuersitate, & sic à principe per actus inferiorum, vel *vniuersitatis, dicitur lex singulorum*, & respicit priuatos, præscriptio vero respicit præscribentem solum, & eum, contra quem præscribitur. Oldrad.*cons.*244.*Ad obiecta, nu.* 7.*ver.quinto opponebatur.* † Et plures differentiæ afferri possunt inter 11 præscriptionem & consuetudinem, videlicet, Prima differentia est, quia præscriptio tendit directe contra eum, contra quem litigatur, vt sit contra eum præscriptum, consuetudo semper est, quãdo cum tertio controuertitur. Ægid.*cons.*10.*num.32.ver.prima ergo, & cons.41.nu.13.in fi.& nu.*14. Crauet.*de antiq.temp.in 4.parte, in princ. uum.3.* † Secunda, quia per præscriptionem acquiritur singulari 12 personæ, & contra singulares, consuetudo acquirit vniuersis. Ægid.*d.cons.*10.*num.32.ver.secunda differentia.& d.cons.41.num.*14. Alex. *d.cons.*124.*nu.3.lib.4.* † Et dicitur acquiri particularibus, etiam si a- 13 gatur de certo genere personarum, prout clero & beneficiatis. Purpur.*cons.*315.*nu.*18. † Tertia, quia præscripto est ius dispositum, 14 & non ius disponens, & diuersis mediis causatur, consuetudo vero est ius disponens, & diuersis mediis causatur, ita Ægid.*d.cons.*10.*nu.* 32.*ver.tertia differentia*, & repetit *cons.41.num.13.ver.ad quartum, in fi.& num.*14.*ver.sed quoad hoc, & num.*16. † Quarta differentia, quia præ- 15 scriptio respicit res singulares, consuetudo res vniuersales, seu particulares in vniuerso. Ægid.*d.cons.*10.*numer.32.ver.quarta differentia.* † Quinta differentia est, quia in præscriptione semper requiritur 16 bona fides, & aliquando titulus, maxime quando est contra ius commune; in consuetudine neutrum istorum est necessarium. Ægid.*d.cons.*10.*n.33.ver.quod autem*, vbi dicit * communem, & *cons.41.* * *num.16.in fi.ver.secundo quæritur*, vbi dicit * communem. Bero.*consil.* * 115.*num.37.lib.1.* Purpur.*cons.*315.*num.*18. † Declara, nisi sit specialis 17 consuetudo inter certas personas, quia eo casu requiritur bona fides, & titulus, prout in præscriptione, quando tractatur de iure quærendo contra tertium. Ægid.*d.cons.*10.*num.33.ver.tertio principaliter, & cons.41.num.48.vsque in fi.* vbi, quod quando consuetudo habet effectum præscriptionis, quia non est disponens, sed causat dispositum, tunc requiritur titulus, & bona fides, prout in præscriptione. † Sexta, quia in præscriptione requiritur possessio præscri- 18 bentis; in consuetudine vero acquiritur ius cuicunque etiam non possidenti. Ægid. Bellam.*cons.41.num.14.in fi.& seq.ver.sed quoad omnes.* Crauet.*de antiq.temp.parte 4.in princ.num.*25. late Bero.*cons.115.n.* 37.*lib.1.* † Item, vbi datur possessionis continuatio, ibi est præscri- 19 ptio, non consuetudo. Crauet.*de antiqu.temp. vbi supra.* † Septima, 20 quia consuetudo conformis iuri comuni per 10. vel 20. annos introducitur, præscriptio vero requirit 30. vel 40. annos Ægid.*d.cons.* 41.*nu.15.& 16.ver.sed quid dicemus*, vbi, quod consuetudo, quæ est amica iuris communis prout est, quod Ecclesia sæcularis possit dari religioso, videtur fauorabilis Ecclesiæ, & Episcopo, licet recitet vtraque parte. † Octaua, quia præscriptio non currit, neque nocet 21 non valenti agere, consuetudo secus. Castren.*cons.*166.*Nulli dubium in princ.lib.1.* † Nona, quia præscriptio operatur tantum, quantum 22 præscripta, & quoad personas, & res, intra quas, & ob quas est introducta, sed consuetudo inducta inter certos præiudicat quoad omnes, quia facit ius quoad omnes. Castre.*d.cons.*160.*in princ.lib.1.* † Decima, consuetudo est quoddam ius commune, non autem 23

appro-

approbabile præscriptio vero aufert vni,& tribuit alteri; & hanc esse vnam de substantialibus differentijs,dicit Abb.*cons.* 18. *Primo*
14 *quod communitas col.* 4 *in fi.v. non obstat.sub n.* 7.*li.*2.† Vndecima, quia præscriptio est odiosa;consuetudo fauorabilis.Bero.*cons.*115.*n.*37.
25 *& seq.li.*1.† Duodecima,quia præscriptio requirit scientiam & patientiam eius.cõtra quẽ præscribitur,consuetudo non Ber.*d. cons.*
26 115.*n.*37.*li.*1.† Limita,quia quod dicitur de consuetudine contra ius commune,idem dicitur de præscriptione,vt sicuti præscriptio non extenditur de re ad rem,neque de persona ad personam,neque de loco ad locum,ita neq; consuetudo Rom.*cons.*368.*n.* 8.&
27 *seq.*vbi ponit multa exempla.† Limita, quia consuetudo contra ius non potest introduci ab iis, qui non habent potestatem legis condendæ,sed est mera præscriptio,& non cõsuetudo. Bart. *cons.* 136.*li.*1. Cruet. qui alios allegat *de antiq.temp. in* §.1.*in* 4. *parte n.* 13. *& seq.*plene Areti.*cons.*132.*n.*4.vbi latissime Cruet.*cons.*134.*num.* 25.Natta *cons.*431.*nu.*20.qui declarat. Feder. de Sen. *cons.*17.*numero* 3.*verficulo præterea consuetudines.*Bero.*cons.*137.*nu.*11.*li.*3.vbi,quod requiritur,quod faciant actus vt vniuersi,non vt singuli, alias est præscriptio.Petr.de Raue.*in tract.de consuet.num.*35.& est communis * opinio Roland à Valle *consilio* 5.*num.*74.*lib.*1.Soci.*cons.*7.*n.*8.
28 *li.*1.†Extende,quia propterea nõ valet consuetudo,vel statutum mercatorum quoad non mercatores,sed solum ligat ipsos mercatores.Iaſ.in *l.omnes populi,nu.*37.*ff.de iust.& iure.*facit Alex. *cons.*106.
29 *nu.*10.*lib.*2.†Extende generaliter,quia consuetudo nunquam exo
30 tenditur,neque ligat non suppositos.Rom.*cons.*92.*n.*5.†Extende quia ad hoc,vt inducatur consuetudo mercatorum, necesse est, vt faciant vt omnes,non vt singuli, quia tunc est quædam obseruantia,& præscriptio,quæ ad alios non extenditur.Bero.*dict. cons.* 137.*n.*11.*li.*3.

Consuetudo negatiua potest induci,& valet, & quando secus. Concl. 802.

1 CONSVETVDO † aliquid non faciendi, & sic negatiua induci potest,& valet,Feder.de Sen.*cons.*146.*n.*3. *v. sed quicquid sit,*vbi,quod valet cõsuetudo,quod ciuitas Interamnen.non vocetur extra suum territorium,sed coram suo Gubernatore, ie-
2 quitur Natta *cons.*406.† Amplia quia seruitutem debens si eam non præstat per longissimum tempus,illam habens per non vsum perdit seruitutem.Ange.*cons.*337.*Inter alia capitula,nu.* 3. *ver. inducitur enim consuetudo,* vbi *nu.*9. dicit procedere , quando fuit desi-
3 rata seruitus , sed non obtenta. † Amplia; quia quando consuetudo per non factum implicat contradictoriam affirmatiuam, illa inducit contrariam cõsuetudinem negatiuam, Ang.*d.cons.*337. *n.*3. vbi quod dicitur eo casu consuetudo introducta per contrarium factum, quod intellige secundum causam procedere , propter quam non fuit solutum, vt inducta sit consuetudo, vel non.
4 † Extende, vt idem sit in eo, qui est adstrictus ad soluendum aliquid,vel gabellam;quia non soluendo videtur introducere consuetudinem non soluendi.Angel.*cons.*337.*n.*3.quod intelligit *n.*9.
5 quando fuit petita gabella, sed non soluta. † Contrarium dicit Alex.*cons.*136.*nu.*19.*lib.*2.quod non inducitur consuetudo per nõ vsum soluendi, vel potius per vsum non soluendi, nisi probetur, quod fuerunt requisiti soluere , & nõ soluerunt;late tuetur Alex.
6 Riminal.Iun.*cons.*10.*n.*29.*& seq.*& Gramma.*cons.ciuil.*69.† Declarat Natta *cons.*406.*nu.*19.*&* 20. quod sufficit, quod venerit casus
7 collectas soluendi,&alii soluerint,exemptus vero non.† Crauet. *cons.*111.*num.*21.mordet Alex.quod interpellatio requiratur in iis, quæ sunt facultatis,non in solutionibus gabellarum,vel onerum.
8 Ruin.*cons.*217.*nu.*13.*lib.*1.† Vide Balb. in *tract.præscriptio.in* 2.*parte* 5. *partis princ.quæst.*7.*nu.*4.*fol.*114. *in tomo* 16. Alex. *cons.*196.*nu.*15.*lib.*2.
☞ Vide plenius infra proxime, & sub *num.* 16. *& seq.* vbi declaratur.
9 † Declara;quia procedit ampliatio,& extensio sine dubio,quando fuerunt requisiti ad soluendum , & recusarunt ac sententiam obtinuerunt;quia consuetudine acquiritur exemptio.Ang.*d.con.* 337.*n.*4.*ver.an non soluerunt.in princ.*& ideo consuetudo regulatur à
10 causa.† Restringe,quando obligatus soluere gabellam, & aliud, clãdestine subtraxit non soluendo ; quia per mille annos non ac-
11 quirit consuetudinem negatiuam.Ang.*d.cons.*337.*nu.*4.† Restringe , quando publicanus , vel debens exigere gratiam fecit ; quia quoad futuras solutiones non inducitur consuetudo. Ang.*d.cons.*
12 337.*ver.an non soluerunt,quia forsitan.*† Restringe,quando recusarũt soluere,sed pendet lis super solutione. Ang.*d.cons.*337.*nu.*4.*ver.an non soluerunt;quia soluere recusarunt.*vbi quod possessio soluendi,vel non, debet manuteneri pendente lite;vbi etiam dicit , quod per solam negationem soluendi, si debens exigere vadit ad iudicem,
13 perdit suam possessionem. † Amplia; quia valet consuetudo negatiua super non vsu , vel contrario vsu legis præcepti , quia con-

currit tacitus consensus principis,& Episcopi , qui scire præsumitur propter diligentiam , quam tenetur facere. Zabar.*cons.*132.*nu.* 4.*&* 5.† Amplia,quia valet consuetudo negatiua , quod fœmina 14
non succedat in exactione pedagii,quod est de regalibus,& probatur, si constat, quod bis fuit petitum à fœmina , & contrarium obseruatum. Castr.*cons.*166.*Nulli dubium, in princ. & per totum, lib.*1. vbi requirit lapsum temporis legitimi. † Amplia; quia consuetu- 15
do negatiua ex vsu extraiudicialiter obseruato inducitur ad interpretationem statuti , puta statutum Senarum disponit , q̃ filia dotata non succedat , inducitur consuetudo interpretatiua non succedendi , si prout euenit casus pluries , quod sorores non fuerunt vnquam admissæ ad diuisionem bonorum , quandocunque dotentur.Castr.*cons.*83.*in fi.lib.*2.† Limita,quia cõsuetudo ex actu 16
negatiuo non inducitur,nisi fuerit contradictum, vel reclamatũ. Alex.*cons.*136.*nu.*19.*lib.*2. vbi,quod ex eo,quod quis non soluit onera per multum tempus,non probatur consuetudo,vel præscriptio,nisi constet,quod fuerit requisitus,vt solueret,& non soluit, & idem tenet Alex.*cons.*173.*num.*8.*lib.*6.plene Crauet.*cons.*765.*nu.* 14.vbi,quod duo requiruntur,quod fuerit cõtradictum, & quod is,cui contradicebatur,acquieuerit contradictioni,alias inter volentes & consentientes non inducitur consuetudo. Alex.*consil.*6. *Visa inuestitura,lib.*5.& quod requiratur,quod fuerit oppositum,& oppositioni acquieuerit.Cotta *decis.* 408. alias non probatur cõsuetudo,idem tenet Aret.*Instit.de iure nat.gen.& ciuili,* §. *ex non scripto,num.*13.vbi dicit,quod incipit consuetudo , si fuit contradictũ à die , quo post contradictionem acquieuit , & dat exemplum in eo , qui iuit per 10. annos ad meum molendinum , quem si volo compellere,& ille contradicat, & postea acquiescat, oritur à die, quo acquieuit,consuetudo,non ante. Zabar.*cons.*132.*nu.*4.Ægid. Bellam.*cons.*33.*nu.*35.*in fi.& n.*36.vbi,quod postquam fuit contradictum , requiritur lapsus temporis requisiti. † Ideo non sufficit, 17
quod nunquam fuerit data cautio de damno infecto;quia potuit esse,quod non fuerit petita. Alex.*cons.*45.*nu.*5.*lib.*2.† Item, quod 18
non fuit vnquam iuratum de calumnia,non sequitur,est consuetudo,quia non fuit forte petitum. Alex.*d.cons.*45.*nu.*5.*lib.*2.† Item 19
dos nunquam fuit restituta mortua vxore ; ergo consuetudo est, quod maritus lucretur,non sequitur,quia pactuit ex alia causa induci,quia hoc non fuit petitum. Alex.*d.cons.*45.*nu.*5.*lib.*2.qui dicit testem necessario debere concludere. † Item in omni actu nega- 20
tiuo, puta altius non tollendi , non eundi ad aliud molendinum, quia nunquam inducitur consuetudo,etiam si quis per mille annos non iuit ad aliud molendinum,quia semper præsumitur iure facultatis,& nisi interueniat contradictio , & prohibitus acquieuerit. † Contrarium, quod non requiratur contradictio. Crauet. 21
*cons.*459.*n.*2.vbi nihil allegat,sed tamen,quod sufficit solus cursus temporis absque contradictione,videlicet 40. annorum, quibus quis non soluerit onera,vel collectas,tenet Crauet.per plura *cons.* 111.*nu.*21.*& seq.*qui dicit,solum in iis,quæ sunt meræ facultatis,requiritur contradictio,& huius opinionis sunt multi , quos habes apud Paris.*cons.*25.*nu.*28.*& seq.lib.*1.& quod in iis , quæ sunt meræ facultatis, difficilius inducatur , & probetur consuetudo. Decia. *cons.*214.*colu.*3.*in princ.nu.*2.† Declara,quia non requiritur contra- 22
dictio,quando lapsi sunt 40.anni, & allegatur concessio, licet nõ probetur, vel si probetur,sit inualida,ita distinguit Barto. *cons.*59. *Commune Spoleti,nu.*6.*&* 7.*lib.*1. cum aliis, quos ibi reportaui. Paris. *d.cons.*25.*nu.*27.*& seq.lib.*1.† Restringe,quia inducitur, quando vl- 23
tra actum negatiuum adest etiam actus contrarius affirmatiuus implicitus, puta quod omnes ciues certi temporis habuerũt semper magistratum Communis, & quod alii ciues posteriores nunquam fuerunt admissi ad magistratum. Alex.*cons.*6.*in princ.ver.ergo ex prædictis,lib.*1.Iaſo.*cons.*46.*In præsenti consultatione, lib.*1.*in princ.*vbi quod * omnes concordant in hoc.Natta *cons.*19.*nu.*7.*& cons.*406. * *nu.*20.*& seq.*Rolan.à Valle *cons.*5.*nu.*72.*lib.*1.& vide , quæ posui ad Bart.in *l.cum scimus,*C.*de agricol.& censit.lib.*10.vbi habet,Berret.*con.* 148.*n.*2.*&* 3.qui hanc dicit communem.* Alex.*cons.*45.*nu.*5.*lib.*2. * vbi,quod testes non probant consuetudinem deponendo de nõ vsu,nisi etiam deponant de contrario implicito vsu. † Restringe, 24
quia bene probatur;puta si lex dicat,quod hæreditates diuidãtur inter filios æqualiter,quia si probetur, quod nõ fuit facta diuisio, sed tota hereditas fuit assignata primogenito,bene adest hic actus contrarius implicitus affirmatiuus. Alex.*cons.*45.*n.*5.*ver. exemplum ponit,lib.*2.† Item,si probatur, quod habitatores ciues à cẽtum an- 25
nis citra non fuerunt de magistratu,sed alii ciues antiquiores, oritur probatio, quia actus implicitus affirmatiuus oritur. Alex. *cons.* 6.*in princ.lib.*1.† Limita, quia consuetudo negatiua non inducitur 26
ex eo, quod vicini per longissimum tempus non petierũt cautionem damni infecti pro domibus minantibus ruinam , bene sibi

præiudicant in præteritis, sed non in futuris. Angel. *cons.*337. *num.* 7. *ver. hinc descendit.* Alex. *cons.*196. *Viso testamento, num.*15. *versic. tamen*
27 *non probatur, lib.*2. † Extende; quia idem est in habentibus solum liberũ, in quo per mille annos non ædificarunt; quia nõ inducitur consuetudo non ædificandi. Ang. *d. cons.*337. *n.*7. *in fi. v. eodem modo,* vbi idem in ædificantibus basse per multum tempus; quia non
28 priuantur, quia altius possint tollere. † Extende in feudatario habente ius collectandi vasallos pro maritanda filia; quia si non collectauit per multum tempus, non perdit ius suum. Angel. *cons.*
29 337. *num.*8. † Extende multis modis, quando non venit casus, de quibus late Natta *cons.*406. *in princ. & nu.*19. vbi, quod si per mille
30 annos quis non soluat, quia non venit casus, non præscribit. † Extende in iuramento præstando de calumnia ab aduocatis iuxta tex. in *l. rem non nouam*, §. *patroni*, *C. de iudic.* quia si probetur per mille annos non præstitum; quia non constat, quod fuerit petitũ, non probatur non vsus. Alex. *d. cons.*196. *num.*15. *ver. aliud exemplum,*
31 *lib.*2. † Declara; quia consuetudo negatiua, & vsus negatiuus contra legem, non probatur per testes deponentes de non vsu simplici, nisi includatur factum affirmatiuum expresse, vel ex necessitate tacite; ideo debent deponere, quod non obstante lege de damno infecto fuit petita cautio, & negata, & vsu obseruatum, quod non præstaretur, tacite etiam sufficit, puta lex mandans filios ab intestato æqualiter succedere; quia si probatur, quod mortuo patre primogenitus semper succedit, includit necessario actũ implicitum affirmatiuum, quod filii, qui debeant succedere, non potuerunt, ita plene Alex. *d. cons.*196. *num.*15. *ver. tamen non probatur.* * *& in fi.* vbi dicit * communem, *lib.*2. repetit *consil.*45. *num.*5. *& cons.*
☞ 136. *num.*19. *lib.*2. Cravet. *cons.*811. *num.*11. Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat quæ requirantur. Concl.*795. *num.*126. *& seq. ver. decimo septimo requiritur.* Vide, *Præscriptio & consuetudo non inducitur per non vsum, & quando secus. Concl.*536.

Consuetudo antiqua quæ dicatur, & qualiter probetur. Concluſ.803.

1 CONSVETVDO vt † dicatur antiqua, requirit tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium. Io. Monachi, & Archid. in *c. fin.* in glo. in *ver. antiqua, de electio. in* 6. & sic quando statutum requirit consuetudinem antiquatam, debet intelligi, vt
2 supra. † Contrarium tenet Iaſ. in *l. de quibus, col.*12. *num.*50. *ver. vltimo ex hac, ff. de legib.* post Abb. in *c. fi. de consuet.* videlicet, quod intel-
3 ligitur de consuetudine 10. annorum. † Declara & concorda; quia si sumus in consuetudine iuri communi contraria, procedit prima opinio, si vero est præter ius, tunc procedat contrarium, & ita videtur intelligere dictum Archidiaconi Roman. *Singul.*101. *quæro secundo*, vbi ita distinguit, & ad hoc seruiunt dicta superius,
4 vbi tractatur de consuetudine requirente 40. annos vel 10. † Dicas, quod si sumus in consuetudine inducta contra ius commune ciuile, & cui populus potest derogare, sufficiunt 10. anni, si contra ius canonicum, cui populus non potest derogare, sufficiunt 40. anni, si contra reseruata soli principi, requiruntur centum anni.
5 Ant. de Butr. in *c. fi. de consuet. num.*39. *ver. stat ergo conclusio.* † Amplia, quia consuetudo antiquissima potest probari per scripturam, & qualiter probetur per testes, & qualiter deponere debent. Vide
☞ Mascard. *Concluſ.*429. *Consuetudo antiquissima, nu.*6. & plenius *Concluſ.*424. *nu.*57. vbi, quod debent deponere semper suo tempore vidisse seruari, audiuisse à maioribus suis sic fuisse seruatum, & nunquam audiuisse contrarium.

Consuetudo an sit rationabilis, vel non, quando dicatur, & statur arbitrio iudicis. Concluſ.804.

1 CONSVETVDO † an sit rationabilis, vel non, statur arbitrio iudicis, nec certa regula dari potest, sicut de mora & aliis multis, Oldrad. *cons.*220. *Supposita consuetudine, in princ. ver. & ideo notauit.* Feder. de Sen. *cons.*17. *num.*5. *ver. & pro tanto.* Cravet. *cons.*96. *num.*3.
2 Rocch. de Curte in *c. fi. de consuet. n.*204. vbi plures allegat. † Adde, quod consuetudo dicitur rationabilis, quæ continet id, quod per priuilegium potest concedi. Oldrad. *cons.*244. *num.*10. *ver. circa au-*
3 *tem secundum genus.* † Extende, quia rationabilis dicitur consuetudo, quam iura approbant expresse, vel saltem non reprobant, vel non obuiat canonicis institutis. Feder. de Sen. *cons.*17. *num.*5. *versic.*
4 *non obstat, quod secundo loco.* † Extende, quod sit rationabilis, quæ non est à canone, vel lege improbata, dicit Fulgo. *cons.*155. *Præsup-*
5 *ponitur, quod, nu.*2. † Declara, quia, vt consuetudo sit rationabilis, non est necesse, vt vigentem rationem habeat, sed sufficit, quod non sit irrationabilis, videlicet quod peccatum non inducat. Æ-
gid. Bellam. *cons.*31. *n.*10. *v. nec tertium dici potest.* † Restringe, quia nõ 6
rationabilis dicitur cõsuetudo, quæ ratione caret, vel quæ obuiat canonicis institutis. Cald. *cons.*42. *in pr.*4. alias *de consuet. & cons.*386. alias 1. *de regular.* † Restringe, quia cõsuetudo, quod credatur cui- 7
cunq; libro pro scribente, non valet, quia dicitur indiscreta. Bertach. de Gabell. in 4. *parte princ, nu.*6. † Restringe, quia consuetudo 8
inducens ad delinquendum non valet tanquam irrationabilis, prout si esset, quod credatur scripturæ scribentis ad fauorem suũ. Bal *cons.*349. *Si hoc quæritur, in fi. nu.*3. *lib.*5. † Restringe, quando est 9
contra ius, quia præsumitur irrationabilis. Cravet. *cons.*96. *num.*3. † Contrarium, quod quãdo est contra ius positiuum mere, quod 10
præsumatur rationabilis, sentit Aretin. *cons.*23. *in fin.* † Restringe, 11
quia quando contrariatur æquitati naturali, non est rationabilis. Cravet. *d. cons.*96. *nu.*3. † Idem, quando est à lege reprobata Cra- 12
uet. *d. consil.*96. *num.*3. & sufficit, si reprobetur simpliciter, quia intelligitur tam de præterita, quam de futura. Alex. *cons.*196. *n.*13. *lib.* 2. Ruin. *cons.*156. *nu.*8. † Idem, quando est onerosa Ecclesiis, & Ec- 13
clesiasticis, quia dicitur irrationabilis, & non valet. Ruin. *d. consil.* 156. *nu.*8. *circa med. lib.*4. † Amplia, quia consuetudo irrationabilis 14
non valet etiam per tempus immemorabile. Ruin. *cons.*156. *nu.*8. *v. & hoc procedit, lib.*4. *& cons.*155. *n.*18. *eod. lib.* dicit quod titulus non præsumitur, quãdo est irrationabilis consuetudo. † Contrarium, 15
quod debeat seruari, si est immemorabilis, & non est nutritiua peccati, alias secus, Troylus Maluecius *tract. de sortib. in* 2. *parte de ludo taxillorum, n.*20. *& seq.* vbi, quod eo casu, quo nutrit peccatum, Papa sciens non videtur approbare. † Amplia, quia consuetudo 16
non valet, quæ non est rationabilis, & dicitur non rationabilis, quæ non est æqua, ideo si fundatur super eo, quod est contrarium æquitati, puta quod onera maiora soluat vnus, quam alius, dicitur iniqua, & nulla præscriptione roboratur, plenissime Cravet. *cons.*972. *n.*33. *& seq.* vbi dat multa exempla. † Extende, quia con- 17
suetudo, quæ non habet honestatem, vt quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, non dicitur honesta, sed contra naturalem æquitatem. Cravet. *d. cons.*972. *n.*38. † Amplia, quia non valet consue- 18
tudo, quod Archidiaconus præcedat Vicarium Episcopi, quia est contra honestatẽ. Rocch. de Curte in *c. fi. n.*110. *de consuet.* vbi ponit multa exempla, in quibus dicitur contra honestatem. Abb. *con.*21. *Viso dubio, lib.*1. sequitur Feli. in *Rubr. de maior. & obed. nu.*10. Stafil. *de liter. gratiæ, ver. transeo nunc, num.*13. *inter tract. tom.*14. *col.*22. Petr. de Raue. in *tract. de consuet. n.*90. Vide Rocch. in *tract. nou. tom.*2. *de stat. cap.*11. *nu.*30. *fol.*350. vbi ponit exempla plura, puta, quia consuetudo, quod laici sedeant in choro cum clericis, non valet, quia est contra honestatem. † Extẽde, vt procedat, siue Episcopus sit præ- 19
sens siue absens. Ant. de Pret. in *tract. de iurisd. Episcopi, in* 6. *cap. n.*41. † Limita, quia consuetudo irrationabilis, licet non valeat, quoad 20
validitatem actus, bene valet, vt excuset à pœna. Alex. *cons.*8. *Et aduerte, quia, num.*9. *versic. confirmantur, lib.*6. vbi apostilla, in *ver. pœna.* Vide, *Consuetudo, ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Conclusio.*795. *n.*14. ☞
& seq.

Consuetudo non probatur ex actibus differentibus, & genericis, & quando secus. Concluſ.805.

CONSVETVDO † ex actibus diformibus non probatur, 1
quia si vario modo fuit obseruatum, non probatur consuetudo, q̃ requirit actus vniformes. Bart. in *l.*2. *in fi. princ. ff. soluto matr.* Alex. *cons.*5. *Si verã sunt, lib.*5. Deci. *cons.*214. *In causa vertente, num.*2. *ver. secundo, hoc idem, & per totum.* Alex. *cons.*173. *per totum, lib.*6. Deci. *cons.*129. *Pro tenui, colum.*2. Roland. à Valle *cons.*2. *num.*118. *& seq. lib.* 1. *& cons.*13. *lib.*4. Menoch. *cons.*187. *num.*57. *& seq. lib.*2. Gerard. Mazol. *cons.*118. *n.*50. *& seq.* † Ad idem, quia consuetudo non proba- 2
tur ex actibus diformibus. Cravet. *cons.*96. *nu.*5. Riminal. Iun. *cons.* 264. *n.*28. *&* 29. *lib.*3. *& cons.*265. *nu.*25. Roland. à Valle *cons.*13. *n.*18. *lib.*4. *& n.*20. vbi, quod nullus discrepat, & *cons.*87. *n.*53. *lib.*2. Menoch. late *cons.*18. *nu.*17. *lib.*1. latius *cons.*163. *num.*6. *lib.*2. & quando est varia, non recedimus à iure communi. Natta *consil.*132. *in fin. & cons.*309. *nu.*9. Roland. *cons.*87. *num.*53. *lib.*2. Riminal. Iun. *cons.*118. *num.*72. *lib.*2. Curt. Iun. *cons.*206. *num.*20. *lib.*3. *Requisito.* † Extende; 3
quia consuetudo varia in ciuitate circa confectionem instrumentorum non potest attendi, sed ad ius commune recurritur, quia cum sit varia, non est consuetudo attendenda, igitur ius commune attenditur. Alexand. *cons.*5. *num.*7. *ver. quarto, quia lib.*5. vbi dicit, quod id, quod minimum est, attendi debet circa consuetudinem solutionis variæ, item quod ex duabus consuetudinibus vltima debet attendi, sed declara, vt idem Alexa. *ibi. num.*22. & 23. † De- 4
clara extensionem, quia quod dicitur consuetudinem variam non attendi, procedit, quãdo nulla apparet consuetudo legitime
obtenta,

obtenta, sed si certa consuetudo fuit obtenta, & præscripta, seu à principe approbata, non releuat, quod vario modo post consuetudinem fuerit seruatum, nisi illa varietas sit præscripta; quia ad tollendam consuetudinem semel inductam, requiritur alia consuetudo similis contraria. Alex. *d. cons. 5. n. 21. v. non obstat, dum quarto, lib. 5.* & repetit *nu. 13. ver. pro hoc etiam bene facit.* vbi clarius explicat, quando agitur de inducenda consuetudine ex solutionibus diuersis; quia est impossibile; quia si vno tempore fuerunt, puto soluta decem, postea octo, receditur à solutione decem, & sic nihil firmatur. † Extende idem in consuetudine feudali, quæ attendenda est, quando vniformes sunt actus, alias si sunt difformes, secus est. Crauet. *cons. 96. nu. 5.* † Extende; quia quando vario modo fuit seruatum recurritur ad ius commune; quia non est inducta consuetudo. Bart. *d. l. 2. in fi. princ. ff. solut. matr.* Bald. in *l. non solum, in fi. C. de iure domin. impetr.* Deci. *cons. 129. Pro tenui, col. 2.* Portius *cons. 106. n. 58. & seq.* † Contrarium, quod imo sufficiat probare communem obseruantiam, licet aliqui casus in contrarium reperiantur seruati. Soci. *cons. 92. col. 7. nu. 13. ver. sed ad hoc fundamentum, lib. 3.* Deci. *cons. 11. nu. 12. ver. secundo respondetur*, vbi, quod sufficit, quod magis communiter fuerit seruatum pro consuetudine. † Extende; quia consuetudo Notariorum, quod si sunt soliti apponere certas clausulas in instrumento, illæ habeantur pro appositis, valet, quando constat vniformiter fieri consueuisse; si vero constat, quod vario modo fuit seruatum, non potest allegari consuetudo, quæ variata non releuat. Alex. *cons. 127. Viso instrumento, in fi. lib. 5.* Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Conclusio. 795. num. 47. & seq. ver. decimo requiritur.* Vide, *Consuetudines si sunt contrariæ, quæ attendantur. Conclusio. 843.* † Amplia; quia consuetudo non debet probari generaliter, sed specialiter in casu, de quo agitur, Oldrad. *consil. 257.* Anchar. *cons. 339.* Crauet. *consil. 96. num. 4.* Vide, *Consuetudo difficilis probationis, & qualiter probetur. Conclusio. 799. num. 11. & seq.* † Extende; quia si concurrunt diuersæ consuetudines, magis specialis est attendenda. Crauet. *consil. 195. num. 16.* Quia generalis recipit declarationem à magis speciali. Crauet. *cons. 118. nu. 4.* † Et quod in alienatione feudi non sufficiat probare consuetudinem in genere, sed requiratur probatio in specie. Riminald. Iun. *cons. 394. num. 86. & seq. lib. 4.*

Consuetudo est magnæ auctoritatis, & vincit legem, & omnia, & quando secus. Concl. 806.

1 CONSVETVDO † est magnæ auctoritatis, & vincit legem, vt not. in *rubr. de Decur. lib. 10.* Gemin. *cons. 139. num. 3. ver. consuetudo enim.* quia licet auctoritas legum sit magna; non tamen extenditur virtus legis contra consuetudinem, & vsum. *c. Vbertus. de feudi cognitio.* Bal. *cons. 252. Viso quodam, lib. 2. in fi.* Bald. *cons. 318. Quidam nobilis in fi. lib. 2.* vbi, quod consuetudini sicut matri adhibenda est reuerentia, etiam per principes; quia qui non seruat consuetudinem maiorum, non seruat honorem maiorum. Vide, *Consuetudo regulariter valet contra legem, & quando secus. Conclusio. 814.* † Extende, vt omnia, quæ per legem fieri possunt, pariter per consuetudinem possint constitui. Gemin. *consil. 139. num. 3. & 4. ver. Consuetudo enim.* vbi, quod sicuti lex potuit inducere, quod pater relinquat filio legitimam; ita consuetudo potest inducere, quod quilibet teneatur relinquere Ecclesiæ, vel in pios vsus certam portionem. † Amplia; quia prouinciales amant suas consuetudines, & ab eis difficile est recedere; quia quælibet prouincia abundat in sensu suo, *c. certificari, de sepult. & c. vnam. 76. distinct.* † Imo Florentini ita inhærent suis statutis, vt licet inualida sint; tamen illa seruant, quicquid velint iura in contrarium. Rom. *cons. 392. Circa primum, nu. 2.* quem sequitur Felin. in *c. quæ in Ecclesiarum, num. 13. ver. cæterum, de constit.* vbi, quod non patiuntur disceptari de eorum statutis, plene Deci. *cons. 537. In causa rigorosæ, num. 4. ver. Præterea apud dominos Florentinos.* † Amplia; quia quicquid potest fieri per pactum, potest fieri per consuetudinem, quæ plus potest quam pactum. Gemin. *d. cons. 139. nu. 1. in fin. & seq. ver. sed dicet pars.* Vide, *Consuetudo potest, quicquid potest pactum. Conclusio. proxima seq.* † Amplia; quia potest consuetudo, quicquid potest priuilegium. Vide, *Consuetudo potest, quicquid potest priuilegium. Conclusio. 808.* † Amplia; quia potest consuetudo, quicquid potest præscriptio. Vide, *Consuetudo potest, quicquid potest præscriptio. Conclusio. 809.* † Amplia; quia consuetudo potest, quicquid potest statutum. Vide, *Consuetudine quæ non possunt introduci, neque statutum valet. Conclusio. 810.* † Amplia maxime in consuetudine immemorabili; quia habet vim tituli, & tollit legem, imo tollit ius publicum auctoritate, & vtilitate, siue sciat princeps, siue non dummodo non sit irrationabilis, licet ex antiquitate temporis præsumatur rationabilis. Abb. plene *cons. 7. Tria, col. 4. in fin. cum seq. ver. his præmissis, lib. 2.* † Ad idem, maxime in cõsuetudine immemorabili; quia ex quo habet vim priuilegii & legis, seu constitutionis, *l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arcend.* Socin. *cons. 297. Viso priuilegio, col. 2. lib. 2.* seruari omnino debet, etiam si legi sit contraria, *c. cum dilectus. & c. consuetudinis, de consuet.* † Amplia in tantum consuetudinem tollere legem, vt nullum sit ius positiuum, quin tollatur per consuetudinem. Abbas *d. cons. 7. col. pen. in princ. lib. 2. ver. & notanter.* allegat Bald. in *c. imperialem, ver. præterea Ducatus. de prohib. feud. alien. per. Feder.* † Amplia in tantum, vt licet consuetudo tollatur per ius commune, & reprobetur; adhuc tamen potest de nouo introduci; maxime quia quando est præscripta, & antiqua, & non agitur de periculo animarum, sed de commodo pecuniario, debet seruari. Abb. *d. cons. 7. col. pen. ver. quinimo, lib. 2.* † Amplia, quia consuetudo notoria reddit sententiam contra consuetudinem ipso iure nullam. Bald. *cons. 269. Quidam nomine, num. 3. ver. posset etiam dici, lib. 1.* Vide, *Sententia lata contra ius est nulla, & quando secus. Conclusio. 141.* † Amplia, quia licet emphyteusis Ecclesiastica etiam ex pacto non transeat ad extraneum; tamen secus est, si consuetudo Ecclesiæ hoc admittit. Cuma. *cons. 11. Emphyteuta inuestitus, in princ.* † Amplia, quia consuetudo potest inducere, quod quis priuetur re sua. Alexan. *cons. 137. Viso processu, nu. 5. ver. plus dico, in fi. lib. 7.* † Amplia generaliter, quia consuetudo dicitur forma rei, & quasi alterum ius naturale, ideo omnia potest. Bald. *cons. 433. Apulus Castrum, col. 4. ver. decimo probatur, lib. 3. & col. 5. ver. sic. item ius eligendi.* vbi, quod Imperator de consuetudine habet auctoritatem, quia consuetudo est origo omnium iurisdictionum. † Amplia, quia consuetudo æquipollet veritati, *l. 1. ff. de seruit. & aqua.* Bald. *cons. 289. Quia consuetudo, in princip. lib. 4.* † Amplia, quia consuetudo facit de non licito licitum, & è contra, ideo excusat ab omni pœna, si fiat actus non licitus. Bart. in *l. si fugitiuus, §. apud Labeonem. ff. de ædil. edicto.* Deci. *cons. 170. col. penult.* vbi dat aliqua exempla, qui loquuntur in contractu vsurario, vt licitus censeatur ex consuetudine. Crauet. *cons. 924. num. 16.* Grat. *cons. 39. & cons. 49. lib. 2.* Crauet. *cons. 145. num. 12.* & quod consuetudo etiam mala, & irrationabilis excuset à pœna temporali. Ias. in *l. de quibus. colu. 2. post med. ff. de legib. & in l. 1. §. hoc iudicium, col. 4. nu. 25. ff. si quis ius di. non obtemper.* Felin. in *c. ex tenore. colum. 6. numer. 9. versic. declara, de rescr.* Zabar. *consil. 132. Duo sunt videnda.* Cepol. *consil. 40. per totum.* † Et ad propositum, quando consuetudo etiam mala excuset à pœna temporali. Barba. *consil. 62. col. 14. lib. 1.* Bald. *consil. 349. lib. 5. & cons. 243. vol. 2.* Oldrad. *cons. 191.* late Marsil. in *l. 1. num. 92. ff. de sicar. & in sua praxi criminali, quæ est auerolda, in versic. quoniam, num. 98.* † Contrarium, quod consuetudo non possit facere licitum illud, quod à iure prohibetur, est text. in *cap. 1. de consuet. lib. 6.* per quem dicit Angel. in sua *disput. incip. Duo nobiles. in solutione tertij dubij, in princip.* quod nulla consuetudine duella & torneamenta possunt effici licita, adeo quod occidens tenetur pœna homicidij, non obstante, quod tandiu fuerit contrarium obseruatum, quod non extet memoria in contrarium. † Declara, quia vbi agitur de peccato, sicuti non valet statutum; imo statuentes sunt excommunicati; ita non valet consuetudo, quod vsura non sit vsura, & qui diceret contrarium, esset hæreticus, late Bero. *consil. 167. per totum lib. 1.* vbi quod si dici potest, quod excuset, & faciat actum non punibilem, erit respectu minorum, mulierum, & rusticorum, qui ignorant, non respectu sagacium, & Bero sequitur apostill. fi ad Decia. *cons. 169.* † Declara, quia quoad pœnam peccati, & spiritualem consuetudo non facit de illicito licitum contra legem, sed quoad pœnam temporalem secus, vt per Felin. *d. c. ex tenore, numer. 12. versic. declara de rescript.* & ita declarant etiam alii supra allegati, Crauet. *consil. 6. numer. 103.* plene Roman. *consil. 466. Videtur prima fronte, in princip. numer. 2.* allegat glo. in *c. cum venerabilis de consuet.* & clarius in *c. denique, distinct. 4.* quam dicit, quod omnes * sequuntur, & apostil. ibi ad Roman. in *versic. cum venerabilis*, citat infinitos concord. † Declara secundo, quia quod dicit Angel. in disputatione sua, quod pœna temporalis non remittatur occidenti in duello, sit propter animum occidendi à principio, non sic in pueris gladiantibus, vel saxa proiicientibus, quos Anchar. tuetur ab omni pœna temporali, quia isti non accedunt eo animo, vt interficiant, & sic excusat, vbi ab initio non est animus principaliter ad id, quod est malum in effectu secundum ius diuinum, vel naturale. † Declara; quia non valet consuetudo irrationabilis, quoad validitatem actus, licet excuset à pœna temporali. Ancharan. in *c. cum venerabilis. extra de consuetud.* † Extende, quia consuetudo aliquid faciendi licite excusat à pœna falsi, & à falso. Deci. *d. cons. 170. colum. penul.* † Extende, quia Notarius rogans testamentum antequam illud scribat, non incurrit falsum, si extat consuetudo sic faciendi. Alex. *cons. 73. Non puto, num. 6. lib. 1.* quod est Ant. de Prato veteri.

Vide, *Notarius à falso multipliciter excusatur. Conclusio.* 91. † Extende;
27 quia consuetudo; quod Notarii per alium possint rogare instrumentum, & Prælati possint sigillare per alium, licet dicant se rogasse, vel sigillasse, excusantur à falso. Alex. *cons.* 132. *num.* 3. *lib.* 1. & *cons.* 39. *Visis, & consideratis, nu.* 2. *ver. ad hoc accedit, lib.* 3. & iterum *cons.*
28 8. *num.* 10. & *cons.* 240. *nu.* 8. *lib.* 6. † Extende in officiali Villæ, qui tenuit in compedibus subditos, quia si accusatur de priuato carcere, & probat, quod sui prædecessores ita fecerunt, excusatur. Alex. *cons.* 240. *Perspectis, num.* 8. *ver. septimo, lib.* 6. vbi apostilla in *ver. excusat.* quia licet consuetudo non valide illum actum; tamen ex-
29 cusat à pœna † Et Notarius, qui confecit mandatum procuræ, vel aliud instrumentum corã tribus prioribus, & non interuenerunt, nisi duo excusatur à falso, si ita fuit consuetum fieri Alexan. *d. cons.*
30 240. *n.* 8. *in fi. ver. & facit, quod not. lib.* 6. † Extende, vt idem sit in homicidio; quia si extat consuetudo ludendi ad saxa, vel gladiandi, quis non tenetur de homicidio in tali casu facto. Grat. *d. cons.* 49. *lib.* 2. *in princ.* Anchar. *cons.* 283. *Iure scripto.* vbi de tali consuetudine Bononiæ. Alex. *cons.* 240. *Perspectis, nu.* 8. *ver. octauo, lib.* 6. vbi apostilla
31 citat eundem. *cons.* 8. *in fi. lib.* 6. † Extende, quia Notarius dans authenticum instrumentum cãcellatum non incurrit pœnam falsi;
32 quia de consuetudine dari potest. Alex. *cons.* 74. *in princ. lib.* 1. † Extende, quia excusat à pœna vsurarium, quãdo contractus, qui dicuntur vsuratii, de consuetudine fiunt in loco. Crauet. *cons.* 145. *n.* 12. vbi, quod excusat à pœna temporali, non à pœna diuina. Deci.
33 *cons.* 170. *col. penult.* Grat. *cons.* 39. & 49. *lib.* 2. † Extende quia consuetudo generalis retinendi pueros, senes, & incautos in domo excusat patrem familias à pœna, & incendio causato ab istis; quia ex quo generaliter tenentur tales personæ, eorum factum non nocet patrifamilias, nisi sint nautæ, caupones, & similes, vel nisi præposuerint tales alicui custodiæ. Io. de Anania *con.* 71. *n.* 3. vbi Bologni.
34 in apostil. in *princ. ver. capio primam.* Grat. *cons.* 49. *n.* 13. *& seq. lib.* 2. † Et dimittens equum de nocte in pascuis non tenetur, si aliquid fuit deuastatum, quãdo ita erat consuetum, *glo. in l. si negocia,* & ibi Bar.
35 *ff. de neg. gestis.* † Et Rector, qui fecit ponere plures in carcere, & cippis & accusatur de carcere priuato, excusatur à pœna, si extat consuetudo, vt qui sui prædecessores ita vsi fuerint. Anchar. in *c.*
36 *cum venerabilis, de consuet.* * Et Banniti licet non cancellati de banno, si sunt tolerati in ciuitate, non possunt offendi; quia consuetu-
do & tolerantia excusat è pœna, Salyc. in *l. nullus, C. de Iud.* Vide,
37 *Bannitipossunt impune offendi, & quando secus. Conclusio.* 19. † Clerici mutuantes sub vsuris, qui de iure grauioribus pœnis sunt puniendi, excusantur à pœna temporali, si fuerunt tolerati, & fuit inducta consuetudo. Alex. *cons.* 8. *Et aduerte. lib.* 6. *& cons.* 240. *Perspectis. eodem lib.* 6. vbi, quod licet sit potius corruptela, excusat tamen à pœna
temporali. Vide, *Tolerantia quid sit, & operatur multa. Conclusio.* 324.
38 † Vendens sal forensibus contra legem excusatur à pœna propter
39 obseruantiam contrariam, ita Soci. *cons.* 208. *Licet nulla, vol.* 1. † Blasphemantes etiam à pœna temporali excusantur ratione consuetudinis blasphemandi, licet non à pœna spirituali, & diuina. Cra-
40 uet. *cons.* 6. *Plura sunt videnda, num.* 103. † Extende generaliter, quia prædicta procedunt etiam, quod talis consuetudo sit corruptela inualida, & reprobata; quia excusat à pœna temporali. Roma. *cons.* 456. *Videtur.* Ruin. *cons.* 151. *Quia proponitur, n.* 11. *lib.* 1. Alex. *cons.* 240. *lib.* 6. *& cons.* 127. *Visa, num.* 10. *lib.* 4. & in terminis *cons.* 212. *num.* 6. incipit, *Visis, lib.* 2. Soci. *cons.* 118. *num.* 7. *lib.* 1. plene Crauet. *cons.* 46. *De stylo, num.* 14. Crauet. *cons.* 6. *num.* 103. Natta *cons.* 498. *nu.* 25. Rolan. à Valle *cons.* 75. *num.* 47. *lib.* 1. Riminald. Iun. *cons* 218. *per totum, lib.* 2.
Vide, *Causa quælibet excusat à pœna. Conclus.* 152. † Et quod consuetu-
41 do excuset à pœna temporali. Soci. Iun. *cons.* 120. *nu.* 24. *lib.* 4. Natta *cons.* 220. *in fi.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 18. & procedit, etiam si diceretur, contrariam opinionem esse communem. Neuiza. in *silua nuptia. lib.* 5. *num.* 64. Bertazol. *cons. ciuili* 22. *num.* 17.
42 Decian. *cons.* 44. *num.* 8. *lib.* 2. † Et res non incidit in commissum, etiam si quis eam non denunciauerit, quando consuetudo est inducta, quod non fiat denunciatio, sed datarius tantum perquirere solet, & debet. Alexan. in *cons.* 172. *Visis, n.* 5. *& 6. lib.* 2. *ver. nam vltra.*
Vide, *Consuetudo nutritiua peccati non valet. Conclus.* 815. † Restringe,
43 vt non procedat de iure canonico in consuetudine, quæ est contra ius naturæ, & est nutritiua peccati. Bero. *cons.* 167. *per totum,* vbi
44 declarat multis modis, *lib.* 1. † Amplia; quia consuetudo seruit pro declaratione & interpretatione in omni dispositione, etiam inter religiosos, & quoscunque disponentes. Signorol. *cons.* 82. *In qua-*
45 *stionibus, nu.* 7. *ver. redeo ad secundum.* † Amplia, quia consuetudo etiam irrationabilis operatur, quod magis de facili superior dispensat. Alex. qui loquitur in vsuris Hebræorum *cons.* 1. *num.* 7. *ver. quinto*
46 *accidit, lib.* 2. † Amplia maxime; quia in feudalibus consuetudo attendi debet etiam contra leges. Abbas *cons.* 3. *Nitar. col.* 17. *versic.* 22.
quæstio. lib. 2. vbi circa fi. allegat post plura exempla, in quibus consuetudo facit cessare legem, tex. in *c.* 1. *de feudi cognitio.* Vide, *Consuetudo circa feudalia. Conclus.* 861. † Extende; quia consuetudo potest 47
tribuere ea, quæ sunt de regalibus, etiam personis priuatis, cum inferioribus, & priuatis possit competere ius colligendi pedagia de consuetudine. Bald. *d. cons.* 289 *an princ. & per totum, lib.* 4. Vide, *Consuetudo circa datia, & gabellas. Conclus.* 846. † Item rusticus potest 48
de consuetudine emere dignitatem, & iurisdictionem, quæ est patrimonium vendentis. Abb. *cons.* 3. *Nitar. num.* 12. *ver. & est notandum, lib.* 2. † Amplia; quia consuetudo operatur, quod authentica 49
dicatur scriptura, quæ non est. Card. Zabarel. *cons.* 72. *n.* 8. † Et ope- 50
ratur, q res inæstimabilis fiat æstimabilis, prout iurisdictio. Abb. *cons* 3. *Nitar. n.* 12. *li.* 2. vbi idem de mero imperio. † Et consuetudo 51
longa, & antiquata tribuit iurisdictionem non habenti, *l. viros, C. de diuer. offic. li.* 12. *l. fi. ff. de aqua pluu. arcend. c. Romana, de pœn. in* 6. Rom.
cons. 300. *In casu, in princ.* † Et reddit habilem etiam in causa pro- 52
pria ad iudicandum, *c.* 1. *de pœn. in* 6. Alex. *cons.* 13. *Consideratis, col.* 3. *li.* 6. † Extende; quia operatur, quod omnia bona censeantur data 53
in dotem, quod maritus lucretur totam, vel partem, vel nihil prout consuetudo disponit. Alexand. *cons.* 122. *li.* 7. † Extende, quia 54
consuetudo potest inducere, vt possessio transferatur absque aliquo actu vero, vel ficto in alium, *l. raptores, v. sin autẽ diaconissa, C. de Episc. & cler.* vbi Bart. sequitur Alex. in *l.* 3. *col.* 3. *in fi. ff. de acquir. poss.*
† Idem, quod per annuli traditionem, vel birreti impositionem 55
censeatur possessio tradita. Alexand. vbi supra. † Extende, quia 56
potest inducere consuetudo, vt vbi agitur de pœna mortis, admittatur fideiussio, glo. in *c cum homo,* 23. *quæst.* 5. quam singularem dicit Rom. *Sing.* 131. *incip. tu scis.* sequitur Cæpol. *cons.* 40. *col.* 1. Lud. Bologni. in *addit. ad cons.* 10. *de Anan.* 1. & late Marsil. in *praxi, §. attingam, numero* 9. † Amplia, quia causæ potius sunt terminandæ se- 57
cundum bonas consuetudines, quam secũdum leges Bald. in *c.* 1. *§. sententiæ in fi. de pace Constant.* † Extende; quia iudex iudicans cõtra 58
consuetudinem facit litem suam, iuxta not. *in authen. iubemus, C. de iud.* Ias. *in l. omnes populi, col.* 4. *ff. de iust. & iure.* † Amplia quia propter- 59
ea dicit tex. in *l. obseruare, §. si qua, in ver. magni enim faciũt prouinciales suam consuetudinem obseruari, ff. de offi. proconsul.* quem citat Alexan. *cons.*
123. *Scripsit, nu.* 20. *in fi. lib.* 4. † Limita, quia consuetudo reprobata 60
à iure canonico, vel ciuili intelligitur reprobata, tam de præterito, quam de futuro secundum * communem, & dicitur irrationa- *
bilis, ideo non valet. Ruin. *cons.* 156. *Primo videndum, nu.* 8. *lib.* 4. vbi
ponit diuersa exempla. Vide, *Cõsuetudo regulariter valet contra legem,* 61
& quando secus multis casibus. Conclus. 814. † Extende, vt procedat; quia talis reprobatio consuetudinis extenditur etiam ad casum similem, vbi eadem, vel maior ratio militat. Ruin. *d. cons.* 156. *nu.* 8.
lib. 4. *circa med.* † Limita, quia consuetudo inducta à populo siue 62
principe non tollit legem principis respicientem, vt nomen eius præponatur in instrumentis; quia respicit honorem principis, & quod fraudibus obuietur. Abb. *cons.* 53. *Attingendo, in fi. lib.* 2. licet non firmet pro absoluto.

Consuetudo potest quicquid potest pactum, & qualiter procedat, Conclus. 807.

CONSVETVDO † potest, quicquid potest pactum affirmati- 1
ue; sed non procedit argumentum negatiue, hoc non potest pactum, ergo non potest consuetudo, quia plus potest consuetudo; quam pactum. Gemin. *cons.* 139. *nu.* 1. *in fin. vers. sed dicet pars, cum seq.* † Et quod valeat consuetudo in iis, quæ sunt valida per pactũ. 2
Bald. *cons.* 349. *Si hoc quæritur, in fin. ver. in contrarium, lib.* 5. † Declara; 3
quia quicquid potest pactum, potest consuetudo; & è contra; quicquid potest consuetudo, potest pactum; procedit, quando ab eodem procedit consuetudo & pactum; secus si ab alio; ideo qui potest per pactum sibi præiudicare, potest & per consuetudinem, & è conuerso, Card. Zabarel. *cons.* 146. *n.* 3. *ver. ego tamen.* † Et idem, 4
quando sumus in iis, quæ sunt contra bonos mores; quia bene valet argumentum, non potest per pactum, ergo neque per consuetudinem, vel legem. Bartol. in *l. non impossibile, in fin. ff. de pact.*
Vide, *Pactum non potest, quantum lex. Conclusio.* 8. † Amplia etiam in
præiudicium Ecclesiæ, sicuti potest pacto remitti caducitas em- 5
phyteutæ Ecclesię non soluenti infra biennium, quia tale pactum non est contra substantiam contractus, sed contra naturalia, ita potest consuetudo introduci à Clericis & Laicis generaliter, quod emphyteutæ non soluentes non cadant, Abb. plene *cons.* 72. *in negocio, num.* 2. *lib.* 1. Vide, *Statutum potest, quicquid potest pactum & è contra, & quando secus. Conclus.*

Con-

Consuetudo potest, quicquid potest priuilegium. Concl. 808.

1 CONSVETVDO † potest introducere, quicquid potest per priuilegium concedi, Oldr. *cons.* 172. *Quia omnes, in princ.* vbi loquitur de consuetudine exemptionis, & libertatis contra superiorem Archiepiscopum, vt subsit soli Romano Pontifici, is, qui cessante exemptione esset subditus, Oldrad. *cons.* 146. *in fin.* vbi loquitur de consuetudine installandi electum absque alia præsentatione superiori facienda, & *cons.* 254. *num.* 8. *ver. quinto opponitur.* vbi de consuetudine & præscriptione exemptionis ab Episcopo. Petr. de Anchar. *cons.* 50. *Consuetudo, quæ habet,* vbi quod sicut electus ad dignitatem potest administrare sine confirmatione ex priuilegio; ita
2 ex consuetudine. † Et quod consuetudo æquipollat priuilegio, Bald. *cons.* 289. *Quia consuetudo, in princip. lib.* 4. vbi quod pedagium
3 potest de consuetudine competere, sicut ex priuilegio. † Amplia, vt procedat, etiam si dicatur consuetudo irrationabilis; quia non potest esse talis, cum possit concedi per priuilegium, C. *de priuil.*
4 *scholar. l.* 2. Oldrad. *cons.* 172. *nu.* 2. *ver. iis ergo & cons.* 254. *num.* 8. † Amplia, vt procedat etiam sine scientia superioris, quando legibus non est contraria. Oldrad. *d. consil.* 172. *in princ. versic. ad tertium. c. licet*
5 *Romanus. de constit. in* 6. † Amplia, vt procedat etiam in consuetudine contraria legibus, seu canonibus, de scientia & patientia Papæ.
6 Oldrad. *d. cons.* 172. *in princ. versic. ad tertium.* † Extende in consuetudine immemorabili; quia licet sit reprobata, valet introducta per
7 tempus immemorabile. Petr. de Anchar. *con.* 51. *per totum.* † Amplia, vt proxima ampliatio procedat, etiam si scientia superioris sit generica; quia non requiritur in diuidua, Oldrad. *d. cons.* 172. *n.* 7. *ver. &*
8 *vbi etiam.* † Amplia; quia circa iurisdictionem conferendam æquiparantur consuetudo & priuilegium. Bald. *cons.* 49. *in facto Abbatis.*
9 *lib.* 1. † Extende; quia consuetudo confert iurisdictionem non habenti. *l. viros. C. de diuers. offic. lib.* 12. Bart. *cons.* 189. *Primo quæritur, vtrum iurisdictio. lib.* 1. Roma. *cons.* 300. *In casu, circa princ.* Socin. *cons.* 39. *Capio primum, lib.* 4. *& cons.* 111. *Abunde, & sufficienter, lib.* 1. Felin. in *c. ex parte*
10 *decani, de resc.* † Extende; quia ne dum consuetudo dat iurisdictionem, sed etiam illam ampliat. Alex. *cons.* 240. *Perspectis, in princ. lib.* 6. vbi, quod seruari debet consuetudo & stylus, etiam si sit contra ius, & talis consuetudo excusat à pœna, vbi ponit multa de hoc.
11 † Limita; quia priuilegium dicitur esse maioris auctoritatis, quam simplex consuetudo, ideo consuetudo confirmata per priuilegiũ
12 principis dicitur fortior, Bald. *cons.* 338. *Ad euidentiam, in fi. lib.* 1. † Limita, & declara; quia imo in iis, quæ per priuilegium conceduntur, non valet consuetudo. *c. contra morem.* 100. *dist.* Feder. de Sen. *consil.*
13 277. *col. fi. ver. præterea in iis, quæ per priuilegium.* † Limita; quia semper à pari non procedunt consuetudo, & priuilegium, quia si derogatur consuetudini, non censetur derogatum priuilegio. Zabar. in
clem. 2. § *illi vero, nu.* 4. *in* 10. *not. de æt. at. & qualit.* Vide, *Consuetudine quæ non possunt introduci neque statutum valet. Conclusio.* 810.

Consuetudo potest, quicquid potest præscriptio. Concl. 809.

1 CONSVETVDO † potest, quicquid potest præscriptio; & quæ per præscriptionem induci possunt, multo magis per consuetudinem, Feder. de Sen. *cons.* 151. *Thema tale est Monasterium, in princ. n.*
2 1. *ver. nec credo.* † Et consuetudo præscripta idem est, quod præscriptio, quæ regulari debet, prout ipsa consuetudo, vt exprimantur actus frequentati per consuetudinem. Ægid. Bellam. *cons.* 27. *nu.* 4.
3 *ver. circa secundum.* † Amplia in casu conuerso; quia sicuti non potest præscribi, quod Ecclesiastici subsint laicis, & Iudicibus secularibus, ita neq; consuetudine potest introduci, Castr. *cons.* 164. *In præsenti causa. in fi. lib.* 2. vbi quod argumentum procedit, vbi est similitudo, vel identitas rationis. Vide, *Consuetudo & præscriptio in quibus differant. Conclusio.* 801.

Consuetudine quæ non possunt introduci, neq; statutum valet. Conclus. 810.

1 CONSVETVDO † si non valet super aliquo, neq; valet statutum. Lap. *alleg.* 43. *in fi.* vbi loquitur de consuetudine inualida; quod seruientes non habeant quotidianas distributiones pro illo actu, cui interuenerunt; & pariter non valeat statutum hoc disponens, sequitur Franch. in *c. vnico.* § *statuimus. in fin. de cler. non resid. lib.*
2 6. † Amplia, vt idem sit iudicium de consuetudine, quod de statuto, & è contra; quia paria sunt quo ad effectum, *c.* 1. *de constit. in* 6. valet argumentum de vno ad aliud. Feder. de Sen. *cons.* 17. *numer.* 3.
3 *versic. præterea consuetudines.* † Declara; quia inter statutum & consuetudinem non est differentia, nisi ea, quæ est inter tacitum, & expressum, & regulariter valet argumentum: Fed. de Sen. *cons.* 277. *num.* 1. *circa fin. ver. secundum probatur.* sic Crauet. *cons.* 137. *nu.* 3. & quia quoad causam efficientem sunt paria; vt dicit Alexan. *cons.* 52. *num.* 7. *ver. Si ergo lib.* 5. licet ibi dicat consuetudinem esse maioris auctoritatis, & idem repetit *cons.* 119. *Quoniam, num.* 9. *ver. quia à pari procedit, lib.* 6. *cum seq.* † Extende; quia vbi valet statutum, valet consue- 4
tudo. Bald. *cons.* 349. *Si hoc quæritur, num.* 3. *in fin. versic. dicit Innoc. lib.* 5. Alexand. *cons.* 52. *Visis iis, num.* 7. *ver. si ergo potest. lib.* 5. † Econtra, vbi 5
non valet statutum, non valet consuetudo, Bellam. *cons.* 27. *num.* 2. Bart. *cons.* 136. *in fin. lib.* 1. Crauet. *cons.* 137. *numer.* 3. *& seq.* quia quo ad causam efficientem à pari procedunt; laici non possunt statuere contra Ecclesiam, & clericos; ergo nec consuetudinem inducere, Ruin. *cons.* 156. *Primo videndum, num.* 8. *lib.* 4. Imo in tantum est vera conclusio, vt maior sit auctoritas consuetudinis, ideo qui non potest statuere, à maiori non potest consuetudinem inducere, Crauet. *cons.* 814. *Menses supra, in princ.* † Et ideo non valet consuetudo, 6
quod à maiori ad minorem appelletur, quia non valet statutum, communem * dicit Gozadi. *cons.* 76. *num.* 6. *&* 7. Anchar. *cons.* 132. *
Casus, super quo, num. 10. † Amplia; quia potentius operatur consue- 7
tudo quam statutum, quia extenditur ad casus similes, statutum autem non extenditur. Alexan. *cons.* 119. *quoniam num.* 10. *ver. imò potentius. lib.* 6. † Declara, vt plene in *versic. Consuetudo exorbitans in vno* 8
quando extendatur ad aliud vel non. Conclus. 860. † Extende maxime in 9
statuto inferiorum; quia consuetudo derogat iuri communi, statutum Episcopi, & Capituli non potest derogare iuri communi. Alexan. *cons.* 142. *Viso processu, lib.* 6. *in ver. alio modo.* † Amplia; quia sta- 10
tutum etiam Episcopi & Capituli vallatum consuetudine præscripta, non potest tolli in præiudicium iuris quæsiti ex consuetudine, & Papa derogans statuto non præsumitur velle derogare tali consuetudini, de qua non est facta mentio. Alexan. *d. cons.* 142. *num.* 12. *& sequen. ver. alio modo, lib.* 6. Vide; *Statutum potest quicquid potest consuetudo; & quando secus. Concl.* 436.

Consuetudo attendenda circa diuersa. Concl. 811.

COLONVS partiarius † licet teneatur dare medietatem fru- 1
ctuum Domino, si tamen consuetudo, vel mos patriæ est de tertia, vel quarta, tantum seruari debet. *l. exceptio*; vbi glo. & Bart. *C. locati.* Bald. *l. legem. C. eod. tit.* † Extende; quia illud, quod consue- 2
tum est, debet attendi generaliter. *c. licet ex suscepto. ver. consuetum, de foro compet.* late Iaf. in *l. certi condictio.* § *si nummos. ff. si cert. pet.* vbi ponit exempla in Notario, & aliis, vt secundum consuetudinem censeantur actum facere, & in *l. liberis. col.* 2. *in fin. cum seq. C. de collatio.* vbi plura cumulat, & in *l. Gallus.* § *idem credendum, col.* 4. *cum seq. ff. de liber. & posthu.* Deci. plene in *l. semper in stipulationibus, de reg. iur.* † Extende 3
etiam si sit antiqua consuetudo, vel vsus antiquus, vt est tex. in *tit. de pace Constantiæ, in princip. versi. ab antiquo,* vbi seruandum est illud, quod ab antiquo consueuit fieri, & ibi Bald. arguit, quod antiquæ consuetudines sunt seruandæ, facit *l.* 1. *C. quæ sit longa consuet.* † Ex- 4
tende; quia in pontibus, aquis, molendinis, & ipsis commoditatibus aquarum, standum est antiquitati. Bald. *d. tit. de pace Constan. in prin. ver. ab antiquo. & in l. quicunque, C. de seruis fugit.* vbi quod illud, quod est consuetudinarium, non est arbitrarium. *c. duo simul. in ver. sicut consueuit ab antiquo, de off. ord.* facit *l. vsum aquæ. C. de aquæd. lib.* 10. vbi, quod ille, qui vsus est priuilegio certo tempore, debet illo vti, vt consueuit. † Extende, quia attendenda est consuetudo ad in- 5
terpretationem actuum, & scripturarum mercatorum. *l. vel vniuersorum, cum ibi not. ff. de pign. actio. l. quod si nolit.* § *qui assidua. ff. de ædili. edict.* Socin. *cons.* 267. *Præsens consultatio, in fin. lib.* 2. † Idem circa con- 6
tractus omnes particularium, etiam si nihil sit dictum de consuetudine, Bart. *consil.* 59. *Commune Spoleti, num.* 6. *& consil.* 193. *Commune Lucignani, lib.* 2. per *l. quod si nolit.* § *assidua. ff. de ædil. edicto. l. fi. C. de fideiuss.* Vide plenius per Ant. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de consuet. Conclusio.* 2. *Consuetudo loci attenditur in contractibus.* vbi ampliat, & limitat. † Et proce- 7
dit etiam in contractu Principis. Vide, *Consuetudo interpretatiua quanto tempore introducatur, & quid operatur. Conclus.* 878. † Extende 8
circa pœnas temporales excusandas, quia attenditur consuetudo etiam inualidã. Socin. *cons.* 118. *num.* 7. *lib.* 1. Crauet. *consil.* 46. *De stylo, num.* 24. Alexan. *cons.* 127. *Visa, num.* 10. *lib.* 4. & in terminis *consil.* 212. *Visis, num.* 6. *lib.* 2. Vide, *Consuetudo vicinorum locorum quando attendenda, vt liget, vel non. Conclus.* 821. Vide, *Consuetudo magnæ auctoritatis vincit legem, & omnia. Conclusio.* 806.

Consuetudo in actibus voluntariis non introducitur. Concl. 812.

1 CONSVETVDO † non habet locum in actibus voluntariis; & ideo si communitas obligata ad leuandam certam quantitatem salis quolibet anno sub pœna, &c. maiorem summam leuauerit, non potest superior compellere ad excessum prætextu
2 consuetudinis. Deci. *cons.* 437. *Quæritur breuiter ad fin.* † Extende in iis, quæ sunt facultatis, prout dare panem ad ostium pro eleemosyna; quia non ita de facili probatur consuetudo. Deci. *cons.* 214. *In causa vertente, col. 3. in prin.* Vide, *Consuetudo difficilis probationis, & qualiter probetur. Conclusio.* 799.

Consuetudo non valet multis casibus. Concluſ. 813.

1 CONSVETVDO † non valet, quod habens dignitatem Ecclesiasticam intitulatam ex sola electione possit administrare sine confirmatione, sed valet priuilegium; aut si hoc contingat admitti, sine priuilegio est, quia ille talis habere dicitur nudum ministerium. Oldrad. *consi.* 128. *ver. quod autem nudum, num. 6. & cons.* 191. *in princ. incip. Nullo modo videtur*, vbi, quod priuatur dignitate,
2 qui administrauit ante confirmationem. † Contrarium tenet Oldrad. *consil.* 146. *in fin.* vbi, quod saltem valet consuetudo inducens, quod installatio, vel alius actus habeat vim confirmationis, & concludit ibi, quod valet consuetudo Ecclesiæ Eduen. quod electio cantoris spectat ad Capitulum & Decanum, & quod decanus facta electione eum installet absque alia confirmatione, & administret, quia tunc consuetudo non tollit confirmationem, sed inducit actum diuersum loco confirmationis, quod valet; quia quod potest priuilegium, potest consuetudo, idem Oldrad. *cons.* 172. *Quia omnes fere, in princ.* Petr. Anchar. *cons.* 51. *Consuetudo quæ*
3 *habet. per totum*, vbi idem dicit per omnia. † Declara; quia reprobatio consuetudinis loquitur solum in dignitatibus, quæ sunt principales, & faciunt Ecclesiam viduatam; secus in dignitatibus intra Ecclesiam, quæ sunt de Capitulo, & non faciunt Ecclesiam viduatam, ita Anchar. *cons.* 51. *Consuetudo, quæ habet.* quod maxime
loquitur, quando est immemorabilis consuetudo. Vide, *Consuetudo circa administrationem electorum ante confirmationem. Concluſ.* 824. Vide plenius, *Consuetudo an valeat circa spiritualia, quod electus ante institutionem administret. Conclusio.* 944. Vide, *Electus ante confirmationem quando administrare possit. Conclusio.* 95. Vide, *Electus ante confirmationem non habet dignitatem, ideo non potest administrare. Conclusio.* 94.
4 † Amplia; quia consuetudine introduci non potest, quod inferior superiori possit imponere legem. Oldrad. *consil.* 128. *numer.* 9.
ver. secundo sic arguitur. Vide, *Inferior non potest imponere legem superiori,*
5 *& quando secus. Conclusio.* 119. *& Conclusio. ibi proxima seq.* † Et non valet consuetudo, vt à maiori ad minorem appelletur; quia non valeret statutum. Anchar. *cons.* 132. *num.* 10. Gozadi. *cons.* 76. *num.*
* 6. & 7. dicit * communem. † Item non valet, quod Archidiaco-
6 nus præferatur Vicario Episcopi. Ias. *l. de quibus, num.* 69. *ff. de legibus.*
7 † Amplia; quia consuetudo dicitur abusiua, & non valet, per quã est introductum, quod qui vincit in campo de duello, in iure sit potior; quia est inductiua peccati, ideo nec potest præscribi. Oldrad. *cons.* 191. *Nullo modo, nu. 2. ver. & absit illa abusio.* & quod consuetudo nutritiua peccati non valeat. Oldrad. *consil.* 254. *numer.* 8.
8 † Consuetudo, quod emolumenta sigilli, & iurisdictionis non spectent ad Prælatum futurum pro tempore, quo sedes vacauit, non valet, nisi iurisdictio ipsa cum suo emolumento deuoluatur ad aliquem de consuetudine, vel priuilegio speciali, *c. quia sæpe, de*
9 *electio.* Oldrad. *cons.* 194. *Factum tale est, ver. porrò aduertant.* † Amplia; quia consuetudo non valet, quod Prælati possint donare sine solemnitatibus magnam rem; quia est onerosa Ecclesiis. Oldrad. *cons.* 216. *col. fi. num.* 10. *ver. tertia ratio*, vbi tollit *c. cæterum de donatio.* dum dicit consuetudinem attendendam, subiungit, & quantitatem considerandam; vbi etiam dicit consuetudinem probatam
10 circa exiguas donationes non suffragari circa magnas. † Idem dicit Abb. *cons.* 34. *Super quæstionis materia, lib. 2. num.* 3. quod non valet consuetudo, quod syndicus Cleri, vel Ecclesiæ possit liberando
11 donare sine solemnitatibus. † Declara, vt plene per Ias. in *l. de quibus, num.* 61. *& seq. ver. secundo quæro. ff. de legib.* † Amplia, quia non valet consuetudo, quod deseruiens non consequatur quotidianas distributiones manuales, neq; statutum; sicut nec econtra, quod
13 debeantur non seruientibus. Lap. *alleg.* 43. *in prin.* † Contrarium videtur velle idem Lap. *alleg.* 36. *circa fin.* vbi, quod valet consuetudo Florentiæ, quod Canonici absentes percipiant distributiones
14 quotidianas, licet non minutas. † Amplia, quia non valet consuetudo, quod quis possit sibi eligere cõfessorem sine licentia sui superioris. Fed. de Sen. *cons.* 14. *nu.* 4. *ver. nec etiam valet.* † Amplia; quia 15
non potest consuetudo introduci, nisi vbi deficit ius. *c. consuetudo.*
1. *distinct.* Feder. de Sen. *cons.* 17. *num.* 2. *circa fi. ver. præterea consuetudo.*
† Amplia, quia consuetudo contra legem non valet, nisi sit iudu- 16
cta ex certa scientia eius, qui legem potest tollere. Fed. de Sen. *cons.*
17. *n.* 3. *v. præterea consuetudines.* † Et debet esse rationabilis consue- 17
tudo, vel statutum contra legem positiuam, alias non valet. Fed.
de Sen. *cons.* 277. *nu.* 1. *in fi. ver. præterea posito.* † Amplia, vt quamdiu 18
durat ratio legis, consuetudo nõ vincat legem sed vincatur ab ea.
Fed. de Sen. *d. cons.* 17. *n.* 3. *in pri.* vbi allegat pro hoc Archid. in *Summa* 11. *distinctio.* † Amplia, quod non valet consuetudo, quod ea, q̃ 19
relinquuntur religioso intuitu personæ suæ à consanguineo, vel
alio, remaneant ad vsum religiosi sine licentia Superioris; quia est
contra professionem, & irrationabilis, & peccati nutritiua. Cald.
cons. 42. *An valeat consuetudo*, alias 4. *de consuet. & cons.* 386. alias 1. *de*
regular. † Extende, quod non valet consuetudo, quod mendicantes 20
possint habere in Communi proprietates. Gemin. *cons.* 40. *n.* 10. *in*
fi. ver. nec obstat, quod dictum est, quod consilium est subscriptum ab
Anchar. Io. de Imol. & Bernar. Zambe. † Amplia, quia non valet 21
consuetudo, q̃ quis possit renunciare iuri suo, quando inuitare-
tur ad delictum ex illa renunciatione. Cald. *cons.* 96. *circa fi. ver. aut*
non est contra, alias *il primo, de pact.* † Amplia; quia consuetudo irra- 22
tionabilis nõ valet. Cald. *cons.* 42. alias 4. *de consuet. & cons.* 386. alias
1. *de regular.* † Amplia, quia consuetudo contra canones prohibiti- 23
uos, vel præceptiuos non valet. Calder. *cons.* 42. alias 4. *de consuet. in*
prin. quod duplicatur *cons.* 386. alias 1. *de regular.* Vide, *Consuetudo re-*
gulariter valet contra legem, & quando secus. Conclusio. 814. † Extende, 24
vt nõ valeat consuetudo, cui per Canones fuit derogatum, & est
sublata, quando vlterius processit Canon, reprobando talem cõ-
suetudinem, vel irrationabilem declarando. Gemin. *cons.* 132. *in fi.*
ver. nec obstat. Vide Conclusionem proxime sequentem, *nu.* 5. *& seq.*
vbi idem, quando reprobata fuit semel à lege ciuili. † Restringe; 25
quia valet consuetudo, & potest introduci, quando canones tali
consuetudini derogarunt, sed illam non reprobarunt tanquam
irrationabilem. Gemin. *d. cons.* 132. *in fi. n.* 7. *ver. aut.* † Amplia; quia 26
consuetudo contra ius diuinum non valet etiã de consensu prin-
cipis. Grat. *cons.* 3. *nu.* 12. *lib.* 2. Alex. *cons.* 1. *pr. v. tertio, quia lib.* 2. † Con- 27
trarium tenet Curt. Iun. *cons.* 173. *nu.* 7. & 8. † Restringe, quia imo 28
consuetudo contra ius diuinum valet, si ex ea non iuducitur mor-
tale peccatum Alex. *cons.* 1. *n.* 3. *lib.* 2. vbi idem dicit in statuto. † Ex- 29
tende; quia non valet consuetudo contra ius naturale. Crauet.
cons. 643. *n.* 3. † Extende maxime in superiore, quia non valet; quia 30
dicitur per impressionem. Crauet. *d. cons.* 643. *in fi.* † Amplia; quia 31
consuetudo circa duellum, quod recusans sit infamis, non valet.
Grat. *resp.* 3. *n.* 13. *lib.* 2. † Amplia, quod ius patronatus vendi possit, 32
non valet; quia induceret labem symoniæ. Roma. *cons.* 368. *n.* 3. vbi
loquitur, etiã si esset immemorabilis. † Amplia; quia dicitur cor- 33
ruptela, & abusiua consuetudo, quæ crimina inducit, ideo non
seruanda. Fed. de Sen. *cons.* 91. *nu.* 4. *ver. secundum argum.* † Extende; 34
quia non valet consuetudo, quod stetur omni scripturæ pro scri-
bente; quia introduceret falsitates. Alex. *cons.* 217. *Viso quodam, n.* 6.
& seq. ver. fortius dixit, lib. 7. vbi apostil. in *ver. non valet.* dat concord.
† Amplia, quia consuetudo, quod non habens dignitatem, præ- 35
feratur habenti, non valet, nisi constet, quod ex iusta causa sit in-
ducta, puta ratione alicuius administrationis, alias non est seruan-
da. Aret. *cons.* 23. *in fin.* vbi appellat eam scãdalosam. † Amplia, quia 36
mulier non potest ex consuetudine effici capax ordinis, quia cõ-
suetudo non valet, quando subest incapacitas. Feli. in *c. dilecta. nu.*
4. *ver. Solutio, de maior. & obed.* † Amplia, quia consuetudo inducens 37
crimen, vel delictum aut peccatum, non valet, & dicitur abusiua,
à malo vsu introducta. Fed. de Sen. *cons.* 91. *nu.* 4. *ver. secundum argu-*
mentum. † Amplia multis casibus, de quibus Ias. in *l. de quibus, n.* 66. 38
ver. Nota tamen in præsenti materia, ff. de legib. vbi, quod consuetudo
non valet contra legem, quod miles torqueri possit, secundo non
valet, quod credatur testibus malã rationem reddentibus, neq;
quod credatur omni scripturæ, & aliis casibus. † Et generaliter v- 39
bicunque consuetudo est irrationabilis, non valet. Vide supra,
Consuetudo an sit rationabilis, vel non. Conclusio. 804. Vide plures alios
casus per Iaso. in *l. de quibus. ff. de legib. num.* 60. *& multis seq.*

Consuetudo regulariter valet contra legem, & quando secus multis casibus. Concluſ. 814.

CONSVETVDO † valet regulariter contra legem ciuilẽ spatio 1
decem annorum, & contra legem Canonicam spatio 40. annorum. Vide, *Consuetudo quanto tempore introducatur, & quomodo. Cõclusio.* 696. *n.* 3. *& seq.* Vide, *Consuetudo magnæ auctoritatis vincit legem. Concluſ.* 806. † Extende, quia nulla est lex positiua, quæ non possit 2
contra-

contraria consuetudine tolli. Dec. *consil.* 124. *in princ. n.* 3. *lib.* 3. † Amplia, quia consuetudo valet, quod Villa & Castrum, & Ciuitas exigat pedagium contra ius Canonicum, quod disponit contrarium, & tollit consuetudinem, *c. quanquam, de censib. in* 6. quia huiusmodi c. est sublatum per consuetudinem contrariam. Cald. *in tract. de interdict. in* 1. *parte, n.* 51. † Contrarium verius, & communius est, quia pœna interdicti trahit secum effectum sui in absq; eo, quod moribus vtentium recipiatur. Siluestri. *in summa, ver. interdictū*, quem refert Clar. § *fi. q.* 76. *n.* 2. vbi, quod est * communis, licet ipse teneat contrarium falso fundamento propter exemplum eius, quod in Vrbe Roma. & statu Ecclesiæ seruatur. † Limita, quia non valet consuetudo contra legem, quando lex expresse damnat consuetudinem, *C. de furt. auth. nauigia.* Bald. *cons.* 349. *Si hoc quæritur, n.* 3. *ver. secundo quæritur, lib.* 5. Alex. *cons.* 196. *Viso Testamento, n.* 13. *lib.* 4. Vide, *Consuetudo nō valet casibus. Concl.* 813. † Extende, quia si lex, vel canon expresse reprobat consuetudinem, non valet consuetudo, neque statutum, quia lex semper loquitur. Anch. *cons.* 218. *in princ.* & quia reprobata consuetudine præterita, censetur etiam reprobata futura, vt tenent gl. Imo. & alij *in c.* 1. *de constit. in* 6. & plurimos in maiori * numero tradit Tiraq. *d. proœm. de vtroq; retract. n.* 18. vbi in fine * dicit esse communem. † Contrarium, quod imo valeat consuetudo, & statutum cōtra legem reprobantem consuetudinē & statutum dicit Anch. *consil.* 218. *n.* 4. maxime, si consuetudo, vel statutum est vetustum, quia non debet posse impedire, quin noua lex, vel consuetudo, aut statutum possit introduci, gl. *in clem. statutum, in ver. consuetudine, de electio.* cū alijs, quos citat Tiraq. in magno numero *in proœ. retract. n.* 17. † Declara; quia si consuetudo præterita reprobatur, eo quia sit irrationabilis, certe etiam futura damnatur, ita vt nō possit introduci durante irrationabilitate, secus si non esset irrationabilis, & seu si cessaret irrationabilitas. Tiraq. *dict. proœm. n.* 19. vbi infinitos cumulat, & ita etiam videtur sentire Alex. *consil.* 196. *Viso testamento, n.* 13. *ver. præterea non obstat, lib.* 2. † Vide omnino Curt. Iun. *consil.* 173. *n.* 7. *& seq.* vbi sic distinguit, aut lex tollit consuetudinem simpliciter, & intelligitur de præterita, non de futura, aut tollit omnem consuetudinem etiam de futuro, & tunc non intelligitur de consuetudine futura cum consensu principis, sed de futura sine consensu principis, sed contrarium vide supra Conclusione proxima præcedente, *num.* 26. & 27. † Extende, vt idem sit, si canones expresse reprobant consuetudinem. Cald. *cons.* 42. alias 4. *de consuet. in princ.* Anch. *cons.* 218. *Iuxta ordinem.* † Declara, quia procedit limitatio, etiam si lex simpliciter damnet consuetudinem, quia intelligitur tam de præterita, quam de futura. Alex. *cons.* 196. *num.* 13. *lib.* 2. vbi tamen videtur innuere, quia reprobando videtur illam facere irrationabilem, & quod reprobetur tam præterita, quam futura. * Alex. *d. cons.* 196. *in fin. lib.* 2. vbi dicit magis * communem, & à qua in iudicando non est recedendum. † Limita, quando consuetudo inducit delictum, vel prouocat ad delinquendum. Bal. *consil.* 349. *num.* 3. *ver. secundo quæritur, lib.* 5. † Extende, quia non valet statutum, neque consuetudo, quod credatur libris mercatoris, tam pro se, quam contra se, quando ageretur de magna quantitate; quia inuitaret ad delinquendum. Bald. *consil.* 349. *num.* 4. *ver. & ideo est videndum.* vbi non soluit, sed dicit dubiam quæstionem, *lib.* 5. † Limita, quia non valet consuetudo, per quam electio ad beneficia alteratur, & non efficitur libera. Alex. *consil.* 106. *Perspectis ijs, in princ. & n.* 6. *ver. octauo, lib.* 2. † Limita, quia consuetudo non valet contra legem inductam ad tollendas fraudes. Abb. *cons.* 53. *Attingendo. in fin.* licet non firmet, *lib.* 2. † Limita, quia consuetudo non valet contra legem inductam à principe pro honore principis, prout quod præponatur nomen Imperatoris. Abb. *d. cons.* 53 *in fin.* licet non firmet pro vero, *lib.* 2. Vide Conclusionem proximam præcedentem, & Conclusionem proximam sequentem, quæ seruiunt pro limitationibus.

Consuetudo nutritiua peccati non valet. Concl. 815.

1 CONSVETVDO † non valet generalis, neq; particularis, quæ sit causa, vel occasio peccati, vel quæ det alicui materiam peccandi, vel per quam possit quis induci ad peccandum. Feder. de Sen. *cons.* 275. *Casus talis est statuto, in princ. c. fi. de consuet. cum ibi not. & in c. ex parte. de consuet.* Fed. *cons.* 277. *num.* 2. Calder. *cons.* 42. 2 *ver. item quia inducit*, quod est 4. *de consuet.* † Amplia, quia omnis consuetudo, constitutio, appellatio, iuramentum, vel priuilegium per quæ peccata nutriri possunt, non valent. Ioan. Andr. *in c. extirpandæ, de præbend. in ver. consuetudine.* † Idem in statuto, per quod filij spurij possint hæredes instituj, quia præbet occasionem adulterandi, ideo non valet. Feder. de Sen. *consil.* 275. 276. 277. & 278. vbi casus, & maxime *cons.* 277. *num.* 2. *ver. nam certum.* Vide, *Statutum circa spurios habilitatos ad successionem parentum non valet. Concluſ.* 655. Extende, † quia Lucana constitutio, quæ vult, quod lapsa decennio stetur iuramento debitoris, quod soluerit, debet intelligi, quando est dubium, an soluerit, vel ne; sed si esset certum, quod non soluisset, non haberet locum constitutio; quia non valeret tanquam nutritiua peccati, & inducens periuria, ita Castr. *consil.* 162. *Super* 1. *in prin. lib.* 1. plenius Roma. super eodem casu *consil.* 102. *col.* 2. *ver. secundo principaliter*, vbi apostilla *in ver. non debere.* † Extende, quia 5 nullum est statutum, per quod dicitur, quod post decennium creditor non audiatur, quia est peccati inductiuum. Roman. *d. consil.* 102. *num.* 2. *ver. primo, quia.* † Declara; quia similia statuta, quæ non 6 valerent in specie, vt nutritiua peccati, si sunt adeo generalia, quod possent comprehendere casum peccati, sunt interpretanda, quod non comprehendant casum, qui in specie non posset exprimi. Roma. *d. consil.* 102. *num.* 2. *ver. imo non intelligitur.* † Idem in pacto inter 7 creditorem & debitorem, vt creditor propria auctoritate possit illum pignorare, quia præbet materiam rixandi, & peccandi, ideo non valet. Feder. de Sen. *d. cons.* 277. *num.* 2. allegat Guil. de Cug. *in l. si vnus, § illud. ff. de pact.* † Amplia, vt procedat, siue principaliter, siue, 8 incidenter, & quocunq; modo inducatur materia peccandi; quia talis consuetudo non valet; nam consuetudo, quod vir & vxor diuidant bona, non valet, nec habet locum, si vxor esset adultera, alias inuitaretur ad adulterium; quia omne, per quod ad prohibitum peruenitur, censetur prohibitum. Feder. de Sen. *consil.* 275. *in princip. & consil.* 277. *num.* 2. *colum. fin. in princip. ver. tamen mihi videtur.* Amplia † in tantum, vt iudex Ecclesiasticus possit talia statuta & 9 consuetudines tollere, & compellere iudices sæculares ad abrogandum. Feder. de Sen. *d. consil.* 275. *num.* 2. *ver. ad secundum. & consil.* 277. *in fin. ver. super secundo. & consil.* 278. *circa fin. ver. vnde quidem per iudicem.* † Amplia, vt consuetudo, nutritiua peccati non valeat, nec 10 possit à superiore tolerari, quia imo mortaliter peccat tolerando talem consuetudinem. Calder. *consil.* 42. *per totum.* maxime in fin. quod est 4. *de consuetud. ver. ex hoc infertur.* & duplicatur *cons.* 386. alias 1. *de regul.* † Amplia nedum in consuetudine, sed in legibus, sententijs, & præscriptionibus, quia si ex eis oritur peccatum, non debet 11 seruari. Gemin *cons.* 63. *num.* 18. *ver. & propter hanc rationem.* † Amplia 12 etiam si talis consuetudo nutritiua peccati sit immemorabilis. Curt. Iun. *consil.* 206. *num.* 55. *& seq. lib.* 3. † Extende, vt propterea 13 apostata non excusetur excusationem posset adduci, sed ad maioris transgressionis accusationem, & transgressionem. Roma. *consil.* 268. *In casu proposito, in fin.* allegat text. *in c. sicut nobis, & c. fi. de regular.* Extende, † quia non consuetudo, sed corruptela dicitur consue- 14 tudo inducens peccatum, & tanto grauius dicitur peccatū, quanto diutius corruptela durauit, *c. fin. de consuet.* vbi gloss. *in ver. diutius.* Vide, *Peccatum generat mortem. Concluſio.* 194. † Amplia, quia non 15 valet consuetudo super vsuris præstandis. Ias. *in l. de quibus, num.* 70. *ff. de legib.* † Extende etiam ratione dotis, vel alimentorum dotalium, nisi mulier sit pauper, & aliunde non habeat, vnde viuat. Ias. vbi supra, *num.* 70. vbi plenissime pro vtraque parte, & ita distinguit. † Limita in dispensatione, vel alia dispositione, quæ admit- 17 teret factum prohibitum de præterito, puta quod Princeps dispensaret, vel legitimaret spurios iam natos, quia licet materia peccati præbeatur, si concedatur in futurum, secus est quoad natos in præteritum. Feder. de Sen. *consil.* 277. *num.* 2. *colum. fin. ver. præterea, quod tale statutum.* † Declara secundum eundem Feder. *consil.* 275. 18 *num.* 1. *circa fin. ver. non obstat.* dummodo faciliter venia non detur, eadem occasio ex dispensatione. † Limita, quia licet consuetudo 19 nutritiua peccati non valeat quoad validandum actum; tamen valet, quoad hoc, vt quis excusetur à pœna, ideo vsurarius contractus non habet pœnam. Alex. *consil.* 8. *per totum*, maxime *n.* 9. *lib.* 6. Curt. Iun. *consil.* 279. *num.* 63. Crau. *consil.* 6. *num.* 103. *& seq.* † Exten- 20 de, quia excusat quem à carcere priuato, & illius pœna, si fui maiores hoc fecerunt. Alex. *d. consil.* 8. *num.* 9. *lib.* 6. † Extende, quia pue- 21 ri ex consuetudine, prout Bononiæ, facientes guerram cum faxis, non puniuntur, si sequatur homicidium. Alexand. *d. consil. numer.* 9. *lib.* 6. & iterum *consil.* 233. *num.* 13. *ver. accedit. lib.* 6. † Extende; quia 22 consuetudo excusat à falso, prout Perusij, in qua Notarij ex consuetudine describunt tres conseruatores, licet aliqui non interueniant instrumento. Alexand. *consil.* 8. *numer.* 10. *lib.* 10. Curt. Iun. *consil.* 279. *num.* 62. *lib.* 3. † Extende, quia banniti tolerati non 23 possunt impune offendi, quia consuetudo tolerantiæ excusat, ne offendantur. Alexand. *d. consil.* 8. *in fin. lib.* † Extende; quia consue- 24 tudo etiam iniqua excusat à pœna periurij. Curt. Iun. *consil.* 279. *num.* 60. *lib.* 3. late Roma. *consil.* 466. *in princ. ver.* 1. vbi dicit * com- * munem, & ibi apostil. *in ver. cum venerabilis*, dat infinitos concord. Et † ideo Potestas, qui iurauit in pœnis iusligendis non re- 25 cipere arbitrium, non incurrit pœnam temporalem, si arbitrium recipiat; quia ita est de consuetudine; quia consuetudo

excusat à pœna temporali, licet non à pœna spirituali, & gehennæ ignis æterni, ita Roma. de Potestate Senarum, *cons.* 466. *in princ.* & * *nu.* 2. vbi de * communi, & apostilla citat infinitos concordantes.

26 † Et vsurarius, qui exegit iuramentum à soluente vsuras de non illis repetendis, quia si Ecclesiæ denunciat, Ecclesia compellet ex officio vsurarium restituere. Rom. *d. cons.* 466. *in fi. num.* 4. *& ver. vlt.*

27 † Extende; quia consuetudo non residendi in beneficio curato, licet non valeat; quia est contra legem præcepti; tamen excusat à pœna, ita vt non sit priuandus. Vide, *Obseruantia diuturna non excusat à pœna. Concl.* 58.

28 † Extende in consuetudine vsurarum. Crauet.

29 *cons.* 6. *n.* 103. *& seq.* † Extende ad Iudæos ex consuetudine orantes secundum suos antiquos ritus; quia non tenentur de blasphemia. Alexan *cons.* 233. *Ponderatis, per totum*, maxime *num.* 13. *versicu. accedit*,

30 *lib.* 6. † Extende in blasphemia ex communi vsu loquendi; quia licet consuetudo tollat pœnam temporalem, non tamen tollit di-

31 uinam. Crauet. *d. cons.* 6. *num.* 103. † Extende in pœna luxuriæ, quæ

32 consuetudine tollitur. Crauet. *d. cons.* 6. *num.* 105. † Restringe; quia excusat à pœna temporali, non autem à diuina. Curt. Iun. *cons.* 279.

33 *num.* 60. *lib.* 3. Vide, *Consuetudo magnæ auctoritatis, & vincit legem. Conclusio.* 806. Vide, *Consuetudo circa delicta excusanda, Conclusio.* 848. Vide, *Tolerantia quid sit, & operetur. Conclusio.* 324. † Limita; quia licet consuetudo irrationabilis, & contra ius diuinum, non sit attendenda, neque valeat; tamen operatur, quod magis de facili dispensatur super illo casu. Alexan. *cons.* 1. *num.* 7. *ver. quinto accidit, lib.* 2.

34 † Limita; quia licet non valeat consuetudo nuttritiua peccati, prout quod adulterium puniri debeat in pauca summa pecuniaria, vel quid simile, quod inducat frequentiam, & peccatum; tamen si de facto à superiore est diu tolerata, non potest iudex inferior illam tollere, vel nullam declarare. Crauet. *cons.* 137. *num.* 7. *& seq. ver.*

35 *difficultas.* † Limita, quia consuetudo & statutum nullum, & nutritiuum peccati, si de facto seruatur, iudex loci tenetur illud obseruare. Crauet. *d. cons.* 137. *num.* 9. *ver. secundo respondeo.* allegat Deci. in *l. si autè, col. penult. C. de succeff. edicto.* Curt. Iun. *cons.* 173. *col.* 1. Decia.

36 *cons.* 487. *in princ.* plenius Decian. *cons.* 41. *n.* 82. *lib.* 2. Vide, *Statutum non valet multis casibus, & quibus. Conclusio.* 452. † Limita, quando lex pœnalis ad tollendum peccatum, si exequeretur, multitudinem destrueret; quia tunc parcitur multitudini. Crauet. *d. cons.* 137. *nu.*

37 10. *versic. tertio respondeo.* † Vide plures casus, in quibus valet, & non valet consuetudo contra ius, & irrationabilis, vel nutritiua peccati, per Iaſ. *d. l. de quibus. ff. de legib. num.* 60. *& seq.* vbi plene. Vide, *Error communis facit ius, & qualiter procedat. Conclusio.* 330.

Consuetudo quando censeatur abrogata, vel sublata. Concluſ. 816.

1 CONSVETVDO † introducta non tollitur, nec cessat per contrarium vsum, nisi intercesserit tantum tempus in derogando consuetudine, quantum requiritur in inducenda. Gemin. *cons.* 6. *in fi. ver. ad tertium.* vbi, quod subiecti alicui arti de consuetudine non eximuntur, licet per aliquos annos non obediue-

2 rint, nisi contraria consuetudo sit inducta † Restringe, quando non esset præscripta, quia tunc per vnicum actum contrarium interrumpitur, neque est necesse, quod per tantum tempus fiat contrarium, quanto tempore fuit cœptum seruari. Rom. *cons.* 368. *num.*

3 7. † Amplia; quia consuetudo, si est damnata & sublata, censetur tam de præsenti, quam de præterito, etiam de futuro. Alexan. *cons.* 134. *Animaduersis, num.* 33. facit, licet non alleget, *lib.* 6. vbi apostil. in *versic. futura*, allegat Alexand. *consil.* 196. *numer.* 13. *lib.* 2.

Consuetudo Ecclesiæ Romanæ & Vrbis. Concluſ. 817.

1 CONSVETVDO Vrbis & Rom. Ecclesiæ introduxit, quod fratres S. Antonij de Vienna præsint Hospitali Curialium, & quod ipsi fratres ministrent sacramenta ipsis Curialibus, & interfint sepulturæ, & funeri curialium, quorum appellatione, & sub qua consuetudine veniunt etiam Cardinales, & familiares Cardinalium, Oldrad. *cons.* 211. vbi dicit quod est rationabilis, & approbata à Sede Apostolica, & pro ea in contradictorio fuit iu-

2 dicatum. † Item, quod licet de iure excommunicatus debeat absolui, ab eo, qui excommunicauit ad cautelam, & non ab alio, tamen secus est in testibus, quando veritas aliter haberi non potest, quia non remittuntur de consuetudine Ecclesiæ Rom. sed absoluuntur à quocunque, *c. veniens, in fi.* vbi Hostien. *de testibus.* Oldrad.

3 *cons.* 278. *nu.* 3. † Item, quod iudex delegatus, qui potest inuocare brachium seculare; non inuocat de stylo Curiæ. Oldrad. *cons.* 278.

4 *circa fi. numer.* 9. † Item quod nunquam Cur. Rom. remittit delin-

5 quentes ad alios iudices. Oldrad. *cons.* 124. *in fin.* † Remissoria non datur, nisi semel in qualibet causa de consuetudine Curiæ. Old. *consil.* 311. *Allegationes, & rationes, in princ. ver. potissimæ, & in fin. num.* 11. *ver. secunda ratio.* † Cardinali aliquid attestanti sibi esse demanda-6 tum viuæ vocis oraculo Papæ creditur de stylo Curiæ, & ita se habere consuetudinem, & obseruantiam, attestatur Lap. *alleg.* 33. *n.* 4. *ver. an credatur.* †. Nota, quod melius est adhærere iuri scripto, 7 quam cõsuetudini Rom. Curiæ, quæ est fragilis, & incerta, modo alba, modo nigra. Lap. *alleg.* 52. *num.* 2. qui tamen dicit Curiales seruare contrarium, quia adhærent potius stylo, quam iuri scripto. Vsuraria † causa de obseruantia Rom. Curiæ spectat ad iudicem 8 & forum Ecclesiasticum. Lap. *alleg.* 56. *num.* 3. vbi in fi. alleg. quod ita Rom. Ecclesia practicat, & seruat, & quod esset durum contra stimulum calcitare. † Delegantur causæ omnes clericorum contra 9 laicos, iudicibus Ecclesiasticis indifferenter, & per totum orbem de consuetudine Curiæ, per quam videtur Papa velle ita obseruari per totum orbem. Lap. *alleg.* 59. *num.* 9. † Missæ non debent cele- 10 brari post horam tertiam, secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ. Feder. de Sen. *consil.* 152. *In nomine Domini, Amen, per totum.* vbi, quod non debent incipi post illam horam, licet cœptæ ante debeant perfici. † Delegati plures, vel exequutores in solidum si 11 sunt dati, is, qui præoccupat collegam, solus habere dicitur iurisdictionem, ita quod potest de consuetudine Curiæ inhibere collegæ suo præoccupato, ita Feder. de Sen. *consil.* 230. *in fi. ver. præterea.* vbi, quod talis consuetudo est attendenda. † Termini substan- 12 tiales seruantur in causis, quæ tractantur in Curia Romana. Rom. *consil.* 367. *num.* 10. *&* 11. vbi, quod non extenditur ad alias Curias. Romana † Ecclesia non consuevit facere pacem, nisi includat 13 suos adhærentes, *c. ad apostolicæ, cir. med. in ver. volebat. de re iudi. in* 6. super quo commendatur Innoc. Papa, vt dicit Abb. *in c.* 1. *num.* 29. *de postul. at. Prælat.* † Vrbis Romæ mos laudabilis est, & Curiæ, quod 14 breuitati studendum est. Dec. *cons.* 404. *Viso eleganti, in princ.* † Am- 15 plia singulariter, quia qui probat consuetudinem in Vrbe Roma dicitur probasse generalem consuetudinem per totum orbem, nisi constet de contrario in loco particulari. Curt. Iun. *in tract. feudorum, in* 1. *parte, quæst.* 1. *n.* 16. quem sequitur Mascard. *Concl.* 423. *Consuetudo, num.* 7. † Limita, quia consuetudo Rom. Ecclesiæ non ob- 16 ligat alias Ecclesias, nisi Ecclesia Romana mandet in alijs Ecclesijs seruari. Roma. *cons.* 367. *Circa primum, num.* 11.

Consuetudo generalis per orbem circa diuersa. Concluſio. 818.

CONSVETVDO † quasi per totum orbem admittit, quod 1 fiant emptiones fructuum, etiam si excedant metam, dummodo emptio fiat ad vitam mentis, & talis contractus non est vsurarius de iure propter incertum euentum, nec de consuetudine per vsum. Oldrad. *cons.* 207. *in fi. incip. Vniuersis.* † Consue- 2 tudo generalis est, & notoria, quod iudices in causis, in quibus applicantur pœnæ eisdem iudicibus procedunt, & sic in causa propria hoc casu ius sibi dicunt. Oldrad. *cons.* 302. *numer.* 8. *ver. & posito.* Beneficia † plura simplicia absque dispensatione quis retinere po- 3 test de consuetudine generali. Lap. *alleg.* 36. *circa princip.* † Fratres 4 S. Mariæ de Carmelo, licet non sint mendicantes ex eorum institutione, tamen ex communi * opinione orbis, & etiam ex gene- *
rali totius orbis consuetudine pro mendicantibus reputantur. Lap. *alleg.* 45. *num.* 3. *ver. In contrarium, & num.* 4. *circa fin.* † Iurisdictio 5 spectat ad iudicem Ecclesiasticum, quando clericus agit contra laicum de generali consuetudine, quia Papa indistincte per totum orbem dat litteras delegationis. Lap. *alleg.* 59. *num.* 9. Alex. qui alios allegat, *cons.* 79. *num.* 2. *Imo generalis consuetudo, lib.* 1. † Testamen- 6 tum nuncupatiuum de consuetudine probatur per instrumentum publicum Notarij. Ricard. Salycet. *cons. suo inserto alleg. Lap.* 78. *Tabellio. num.* 9. *ver. testamentum.* † Profitens religionem, qui non 7 potest habere proprium, si in ingressu reseruat sibi bona sua, & non possit illa retinere, intelligitur resuetudo quoad administrationem, quæ non est prohibita, & ita seruat consuetudo. Bartol. *in auth. ingressi. num.* 11. *C. de sacr. Eccl. ver. vnde quando ista.* † Notarius ro- 8 gatus de instrumento etiam non solemni tenetur dare authenticum, postquam de eo fuit rogatus, licet non debuisset rogari, & ita seruat communis consuetudo. Angel. *consil.* 275. *col.* 3. *ver. licet enim Notarius.* † Consuetudo Bulgari localis à principio, quod vsusfru- 9 ctus relictus vxori, si extant filij, restringitur ad alimẽta, est approbata per totum Orbem à Doctoribus, communem * dicit Socin. *
consil. 279. *Visa donatione, num.* 3. *ver. Circa secundum, lib.* 2. & quod sit generalis consuetudo per totum orbem. Anchar. *consil.* 237. *Quia in primo quæsito, num.* 4. Ioan. de Anania *consil.* 37. *num.* 6. vbi dicit communem, * & ibi Bologni. *an additio.* † Pœna legis Corneliæ, quæ * 10

impo-

imponitur ei, qui cum telo animo occidendi fuit paratus, ac si occidisset, *l. is qui cum telo, C. ad leg. Cornel. de Sicar.* Non habet locum de generali consuetudine. Bartol. *in dict. l.* & alij, plenius Clar. *in præsenti crimin.* § *fin. quæstio.* 92. *per totam*, maxime *in princip.* vbi quod per totum est dilatata, & citat plurimos. † Extende, vt procedat etiam in delictis quantumcunque atrocibus, & atrocissimis. Clar. *dict. quæst.* 92. *in princip.* † Contrarium in delictis atrocissimis tenent * multi, quos citat Clar. *d. quæst.* 92. *numer.* 2. vbi dicit * communem, & exemplificat in crimine læsæ maiestatis, oppugnatæ patriæ, simoniæ, veneni propinati, & dicit * communem; & idem in latronibus, & grassatoribus viarum, in morte consanguinei, parentis, filij, vt ei succedatur & in assassinio, & in alijs exemplis, quæ ibi commemorat. † Declarat Clar. *d. quæst.* 92. *prope fin. ver. ego autem*, vt quandoque puniatur affectus, non sequuto effectu, quando sumus in atrocioribus, & deuenit delinquens ad actum proximum, & immediatum ipsi maleficio, alias non; quia erit locus pœnæ extraordinariæ, & si ad actum proximum, quatenus pœna extraordinaria acrius puniri debet. Vide, *Delictum consummatum & attentatum qualiter puniatur. Conclusio.* 167. † Extende, vt procedat siue consuetudo sit munita à statuto loci siue non. Clar. *d. quæst.* 92. *in pr. col.* 2. *ver. & licet aliqui ex prædictis.* † Consuetudo vniuersalis per orbem probatur à lege, vel canone; nam si lex dicat aliquid solitum, vel consuetum fieri, id generaliter verum esse denunciat, prout de Episcopo, qui consueuit præstare iuramentum Metropolitano suo, de quo in *c. dilecti, de maior. & obed.* ibi, *præstare consueuerunt*, intelligitur esse vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem, ita Ægid. Bella. *consil.* 31. *num.* 7. *ver. dicas contrarium.* † Imo consuetudo generalis per totum orbem non indiget alia probatione, cum sit notoria toti orbi, & omnibus, prout de consuetudine generali per totum orbem, quod non puniatur affectus, nisi sequatur effectus tradit Arimin. *in addit. ad Angel. de malefi. in ver. & ex interuallo, post num.* 16. quem refert, & sequitur Clar. *in* § *fi. q.* 92. *in princ.* † Productio iurium fit actualis in manibus Notarij, cui statur secundum consuetudinem totius orbis. Angel *consil.* 250. *Domina Liberina, in fin.*

Consuetudo Italiæ circa diuersa. Concluſ. 819.

CIVITATES † Italiæ de generali consuetudine habent Fiscum, & regalia; ideo eis competunt ea, quæ competunt reipublicæ, & Fisco. Bald. *consil.* 243. *Ius percipiendi, lib.* 5. vbi, quod secus est in Castris, & Villis, licet aliqua, & multa castra Italiæ habeant regalia eadem, prout ciuitas. † Filij in Italia de consuetudine æqualiter succedunt. Curt. Iun. *consil.* 241. *num.* 61. *lib.* 3. † Agnationi & familiæ consouent Itali; quia generaliter per Italiam sunt statuta, quod stantibus masculis fœminæ nõ succedant. Castr. *consil.* 274. *Præsupposita validitate, lib.* 2. *& in consil.* 83. *Præsens casus. in princ. eod. lib.* 2. Florian. de S. Petro. *consil.* 14. *in epitome, in fi. & consil. eod. sub num.* 4. *in fin.* vbi, quod talia statuta & consuetudines sunt fauore agnationis inuenta, & Castr. *d. consil* 83. dicit, quod concernunt publicam vtilitatem & licet non sint æqua; tamen sunt bona; quia per masculinam prolem conseruatur æterna memoria.

Consuetudo diuersarum Ecclesiarum & locorum circa diuersa. Concluſ. 820.

CALAGVRITANA † Ecclesia habet consuetudinem, quod si decedat habens præstimonium post Kalendas Decembris, fructus anni sequentis spectant ad defuncti hæredes; si vero ante Kalen. Decembris, spectant ad successorem. Old. *consil.* 140. *In Ecclesia Calaguritana.* † Eadem Ecclesia habet consuetudinem, quod quis possit retinere plura præstimonia, quæ sunt beneficia Ecclesiastica in eadem Ecclesia. Oldrad. *consil.* 140. *in fin.* † Eadem Ecclesia habet consuetudinem, quod habentes præstimonia non teneantur residere. Oldrad. *consil.* 140. *num.* 3. *ver. & si dicatur.* † Portugalliæ est consuetudo, quod electus in Episcopum statim potest administrare absque confirmatione. Old. *consil.* 9. *Posito sine præiudicio. num.* 5. *ver. item proponit.* qui loquitur de Episcopo Ecclesiæ Bracharen. † Bracharen. Ecclesia. Vide, *Bracharen. Ecclesiæ statuta, & priuilegia. Concluſ.* 124. † Eduensis Ecclesia habet consuetudinem, quod cantor sit dignitas, eligatur, à Capitulo, & Decano, & quod non præsentetur Episcopo, neque Archiepiscopo, sed installetur statim electus, & administret. Old. *consil.* 146. *Factum tale est, de consuetudine.* † Laudunensis Ecclesia habet consuetudinem, quod vacante Ecclesia emolumentum sigilli, & iurisdictionis spiritualium spectet ad Archidiaconum, & quod Capitulum dictæ Ecclesiæ nõ reddit sigilla, nisi præstito iuramento per Episcopum successor eum ipsi Capitulo super nonnullis. Old. *consil.* 194. *Factum tale est.* † Ordo & fratres sancti Antonij de Vienna de consuetudine administrant sacramenta, & interueniunt sepulturis omnium curialium, quorum appellatione veniunt etiam Cardinales, & sui familiares, Old. *consil.* 211. *Ad propositum.* vbi, vnde habuit ortum hæc consuetudo, & quod valet & est confirmata à Clem. Papa V. Vide, *Fratres sancti Antonij de Vienna, & eorum priuilegia & statuta. Concl.* 454. † Humorensis Ecclesia sancti Andreæ habet consuetudinem iuratam, & confirmatam per legarum sedis Apostolicæ quod canonicus nouus infra quadriennium deseruiens non habet fructus grossos, qui applicantur Ecclesiæ, nec distributiones, quæ applicantur canonicis deseruientibus, nec habet vocem in Capitulo. Old. *consil.* 220. *Supposita consuetudine.* qui dicit illam reuocatam per *extrauag. suscepti regiminis, de electio.* quoad perceptionem emolumentorum; quo vero ad vocem, & interesse sentiam firma durat. † Auenionensis Ciuitas habet consuetudinẽ, quod parẽtes pro eorum filijs impuberibus possunt, vbi voluerint, eligere sepulturam. Ol. *consil.* 225. *Grauamina, col.* 2. *n.* 7. *ver. duodecimo.* † Tarraconensis Ecclesia & prouincia habet generalem consuetudinem, q; Episcopi concedunt ad vitam quibus sibi videtur de redditibus suæ mensæ, de tacito consensu Capituli, & sufficit de consuetudine sola scientia Capituli. Old. *consil.* 226. *n.* 5. *ver. quintus casus.* licet *n.* 10. *ver. tertia.* dicat non esse probatam talem consuetudinem, & de iure non valere in magnis donationibus, quia est onerosa Ecclesijs. † Item, quod vacante sede Præpositus administrat, & curam habet. Old. *consil.* 102. *& consil.* 227. vbi, quod præpositura non est curata; quia cura est temporalis, & nomine alieno. † Bituricensis Ecclesia habet nonnullos Archipresbyteros, qui ad vitam singuli Archiepiscopi deputantur ad visitandum, qui non dicuntur habere curam ex declaratione Papæ; quia sic Papa declarauit. Old. *consil.* 227. *n.* 9. *ver. tertia declaratio.* Parisiensis † Ciuitas habet consuetudinem, quod marito præmoriente vxor lucretur dimidiam eius, quod maritus acquisiuit constante matrimonio, & est consuetudo localis, quæ non ligat forensem ibi moram trahentem, & testantem cum vxore, quando habebat domicilium in patria, & erat inde recessurus. Old. *consil.* 248. *Præsupposita consuetudine, in princ.* † Parisiensis Ciuitas de consuetudine in testamentis condendis non seruat formam iuris communis. Oldr. *d. consil.* 248. *in princ.* † Xantonensis Ecclesia habet consuetudinem, quod duo sint auditoria in Ciuitate; vnum causarum ciuilium, & hoc est auditorium Xantonense; aliud criminalium, & appellatur Auditorium Episcopi Xantonensis, in primo communicantur emolumenta Decano & Capitulo, in secundo non. Old. *consil.* 318. *per totum.* † Pictauensis Ecclesia ex statuto confirmato habet idem, quod sint duæ curiæ, quarum quartam partem emolumentorum habeat decanus & Capitulum, sed tamen Episcopus vnam curiam pro se habere potest liberam, vltra duas prædictas, prout consuluit Old. *consil.* 187. *per totum.* † Florentini Canonici de consuetudine non tenentur residere, sed percipiunt fructus in absentia, & distributiones quotidianas præter minutas. Lap. *alleg.* 36. *num.* 42. *circa fin.*

Consuetudo vicinorum locorum quando attendenda. Concluſ. 821.

CONSVETVDO † vicinarum diœcesuum attenditur, & pro veritate habenda ad vicinos recurritur. Oldrad. *consil.* 267. *num.* 9. *circa fin. ver. item quod consuetudo.* idem tenet Freder. de Sen. *consil.* 201. *num.* 5. *ver. ad nonum.* qui loquitur de modo mensurandi. Castren. *consil.* 164. *In præsenti causa, in princip. lib.* 2. † Extende maxime in consuetudine interpretatiua; quæ extenditur ad loca vicina. Decian. *consil.* 124. *num.* 29. *lib.* 3. † Amplia, vt in tantum recurrendum sit ad consuetudinem vicinorum locorum, vt quamuis in agro meo lapides excisi nunquam fuerint me inuito, si tamen est consuetudo vicinorum quod soluto pretio incisio in omnibus agris fieri possit, ego debeam pati, quod fiat incisio iuxta consuetudinem. Oldrad. *dict. consil.* 267. *in fin. num.* 10. *ver. necerit hoc casu*, vbi, quod non est extensio consuetudinis. † Amplia, quia si non apparet consuetudo in ciuitate vna, recurritur ad ciuitates vicinas, & quod in eis seruatum fuit, seruari debet. Feder. de Sen. *consil.* 91. *ver. tertio probo.* † Declara præmissa procedere, quando in Ciuitate non est ius determinatum, neque consuetudo; quia tunc recurritur ad consuetudinem Ciuitatum vicinarum, alias secus. Feder. *dict. consil.* 91. *numer.* 4. *vers. tertium argumentum.* vbi assignat rationem; quia consuetudo est localis, & pendet à populo habente potestatem legis condendæ, sed Ciuitas vicina non habet potestatem in alia, nisi quatenus permissu Ciuitatis carentis lege potest apparere; ergo, &c. † Et si in locis vicinis sunt diuersæ con-

consuetudines, attenditur consuetudo loci, in quo est facta dispositio, & si non apparet, recurritur ad petitos, vel ad declarationem statuentis. Feder. de Sen. *consil.* 201. *num.* 5. *ver. ad nonum. in fin.*

7 † Amplia; quia consuetudinem Ecclesiæ Roman. seruare debent omnes Ecclesiæ, & si non apparet de consuetudine Rom. Ecclesiæ, recurritur ad consuetudinem Ecclesiæ Metropolis, secundum quam aliæ subditæ regulantur. Feder. de Sen. *consil.* 152. *num.* 8 2. *ver. item si de aliqua.* † Amplia, quia consuetudo, quod filius primogeniti excludat patruum secundogenitum, prout est in Regnis Franciæ, Hispaniæ, & Angliæ, debet seruari etiam in aliis primogenituris; quia consuetudo circa caput seruari debet etiam in membris. Castren. *cons.* 164. *In præsenti, lib.* 2. *in princip.* vbi ponit plura exempla; quia membra non debent discedere à capite; item quia consuetudo principalis Ciuitatis extenditur ad alia loca subiecta, vbi non est contraria consuetudo specialis, & consuetudo Ciuitatis seruatur in Comitatu, & locis vicinis; & quia de similibus ad similia proceditur; quia inspicitur ratio consue-9 tudinis. † Limita, quia non recurritur ad consuetudinem vici-10 norum, quando est contra ius. Crauet. *cons.* 118. *num.* 3. † Declara, nisi sit fauorabilis. Crauet. *d. cons.* 118. *per totum*, vbi extendit multis modis. Vide plenius, *Consuetudo exorbitans in vno quando se extendat ad aliud, vel non. Concluſ.* 860.

Consuetudo circa absolutiones à iuramẽto Concl. 822.

1 ABSOLVTIO à iuramento præstito de soluendis vsuris datur de consuetudine non citata parte. Calder. *cons.* 183. alias 7. *de iureiur. ad fi. ver. item constat.*

Consuetudo circa absolutiones excommunicatorum in iudicio, vel extra. Concluſ. 823.

1 EXCOMMVNICATVS † à iudice licet de iure non debeat absolui, nisi ab eo iudice, qui excommunicauit; tamen de consuetudine contrarium seruatur in testibus excommunicatis examinandis, quando veritas aliter haberi non potest; quia absoluuntur à quocunque. *c. c. veniens, in fi.* vbi Hostien. *de testibus.* Ol-2 drad. *cons.* 278. *numer.* 3. † Consuetudo circa absolutionem monachorum & religiosorum apostatarum, qui incurrerunt excommunicationem, est attendenda, vt potius competat superiori supremo, vel alteri, quam prælato minori, cui de iure competeret. Calder. *cons.* 538. alias 6. *de sent. excomm.*

Consuetudo circa administrationem electorum ante confirmationem. Concluſ. 824.

1 ELECTVS † in Episcopum de consuetudine Portugalliæ statim potest administrare absque confirmatione. Oldrad. *cons.* 9. *Posito sine præiudicio, num.* 6. *ver. item propouit*, qui loquitur in Episco-2 po Braccaren. † Eduensis Ecclesia habet consuetudinem, quod cantor sit dignitas, & eligatur à Capitulo & decano, & quod non præsentetur Episcopo, neque Archiepiscopo, sed installetur statim, & administret. Oldrad. *cons.* 146. *Factum tale est, de consuetudine.* Vide plenius, *Consuetudo an valeat circa spiritualia, quod electus ministret ante institutionem. Concl.* 944.

Consuetudo circa agriculturam. Concluſ. 825.

1 CONSVETVDO † est in Italia, quod fructus seminantur vno anno, & colliguntur alio anno; ideo expedit habere possessiones locatas dispari numero annorum. Lap. *alleg.* 81. *quæris cum locatio. num.* 5. *ver. item secundum.* † Item Ecclesiæ communiter, & de communi consuetudine concedunt possessiones suas excolendas per colonos partiarios; qui per seipsos non possunt Ecclesiastici colere. Feder. de Sen. *cons.* 123. *in princ.* vbi, quod propterea isti contractus, qui fiunt cum partiariis nõ requirunt solemnitatem.

Consuetudo circa alienationem bonorum Ecclesiæ sine solemnitatibus. Concluſ. 826.

1 TARRACONENSIS † Ecclesia & Prouincia habet consuetudinem, quod Episcopi concedunt ad vitam, quibus sibi videtur, redditus suæ Ecclesiæ, & mensæ de tacito consensu Capituli, & sufficit de consuetudine sola scientia Capituli. Oldrad. *cons.* 226. *nu.* 5. *ver. quintus casus*, licet *num.* 10. *ver. tertia*, dicat non esse approbatam talem consuetudinem, & de iure non valere in magnis donationibus; quia est onerosa Ecclesiis, idem tenet Fed. de Sen. *cons.* 52. quod valet alienatio ad vitam rei modicæ Ecclesiæ, p seruitijs etiam facta consanguineo sine solemnitate Papæ. † Con- 2 suetudo valet, quod bona Ecclesiarum possint alienari etiam non seruata solemnitate, quæ de iure communi est adhibenda. Feder. de Sen. *consil.* 52. *Quidam Prælatus, ver. & valet consuetudo.* quod consilium duplicatur per eundem Feder. *consil.* 87. † Declara, vt per 3 Ias. *in l. de quibus, ff. de legib. n.* 61. *& seq. ver. secundo quæro, an per consuetudinem.* vbi allegans pro vtraque parte distinguit, quod non valet per solos laicos, sed per laicos & clericos, valet: dummodo pretium in vtilitatem Ecclesiæ conuertatur; alias in damnum Ecclesiæ non valet. † Extende in tantum, vt talis consuetudo non tollatur per 4 constitutionem superuenientem, si non facit mentionem de consuetudine. Feder. de Sen. *d. consil.* 52. *num.* 2. allegat Paul. de Eleazar. *in clem.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in ver. iura. & consil.* 87. vbi Fed. duplicat *consilium* 52. † Amplia, vt attendatur consuetudo loci in hoc, an res 5 dicatur magna, vel modica, quæ fuit alienata, *c. cæterum, de donatio.* Feder. *d. consil.* 52. *num.* 1. *in fin. ver. item facit consuetudo, & consil.* 87. vbi duplicatur. † Contrarium quod non valeat consuetudo loci, 6 quod alienatio bonorum Ecclesiæ fiat sine authoritate Episcopi, videtur tenere Feder. *consil.* 179. vbi in princ. facit mentionem de hac consuetudine, & in fine dicit præsupponendo, quod non valuerit alienatio, quod sanatur, si Episcopus consensit post, durante voluntate rectoris alienantis, & communem * dicit Calder. *consil.* * 46. *An in consuetudine, ver. non obstat*, quod est 8. *de consuetudine.* † De- 7 clara; quia valet consuetudo, quod alienatio facta sine consensu Episcopi à Prælato inferiori cum consensu sui Capituli valeat, quando habet separatam administrationem bonorum ab Episcopo; quia talis consuetudo recipit fomentum à iure. Cald. *consil.* 46. alias 8. *de consuet. ver. sed nego*, allegat Lap. 12. *quæst.* 2. *c. Abbatibus*, & Hugo, *in c. in venditionibus.* 17. *quæst.* 4. extende etiam in Prælato inferiori cum Capitulo cathedralis, vt possit sine Episcopo alienare de consuetudine, quando habet mensam, & bona separata. Cald. *consil.* 259. alias 3. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* † Extende etiam, vt valeat 8 consuetudo, quod Episcopus Prælatus solus habens diuisam administrationem à suo Capitulo possit sine Capitulo alienare bona solita infeudari; secus si non haberet diuisam administrationem à Capitulo, quia tunc nõ valet consuetudo; quia est contra formam vt consensus Capituli requiratur expressus. Cald. *d. cons.* 46. alias 8. *de consuet. in fin.* imo etiam cessante consuetudine hoc potest, Cald. *cons.* 257. alias 1. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* † Amplia duodecim modis, 9 in quibus valet cõsuetudo, quod diminuta solemnitate possit fieri alienatio bonorum Ecclesiæ, de quibus per Fel. *in c. cum causa, nu.* 11. *ver. cæterum in quantum, & multu seqq. de re iud.* vsque ad *num.* 25. † Et 10 quod non requiratur iuramentum in alienatione rei Ecclesiasticę super eo, quod sit in vtilitatem Ecclesiæ, hodieque de consuetudine ita seruetur. Anch. *cons.* 443. *num.* 7. *ver. consequenter secundo*, quod est sex Doctorum. † Amplia, quia valet consuetudo, quod Capi- 11 tulum Ecclesiæ cathedralis vna cum præposito suo, qui immediate præest Capitulo, possit bona Capituli omnino distincta à bonis Episcopi infeudare de nouo, vel solita relocare, siue reinfeudare sine consensu Episcopi. Cald. *consil.* 259. alias 3. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* Extende, † vt nec titulus requiratur in consuetudine, nec præscri- 12 ptio immemorabilis habens vim tituli. Cald. *d. consil.* 259. *circa princ.* alias 3. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* † Amplia, quia valet consuetudo, vt 13 inferior Prælatus Episcopo, possit alienare bona Ecclesię sine Episcopo, si loci consuetudo ita se habeat. Cald. *consil.* 259. *circa med. ver. optime facit*, alias 3. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* quod est 10. Calder. † Ex- 14 tende; quia valet consuetudo, quod Abbates cum suo collegio concedant bona in emphyteusim. Clar. § *emphyteusis, quæst.* 28. *nu.* 7. *circa fin. ver. posset responderi.* † Contrarium ibi tenet Paul. de Eleaz. *in* 15 *eod. cons. Cald.* 259. alias 3. *de ijs, quæ fiunt à Prælat. num.* 2. *ver. ad idem allegat*, maxime *in fi. ver. in contrarium*, vbi, quod talis consuetudo contra formam non valet. † Amplia in bonis solitis alienari; quia non 16 requiritur solemnitas propter obseruantiam consuetudinis, quæ in hoc derogat solemnitati, quando res est solita locari. Bald. *cons.* 221. *Primo quæritur, in princ. lib.* 1. † Amplia; quia valet consuetudo, 17 quod Episcopus possit confirmare contractum alienationis post, licet de iure auctoritas & licentia in actu debeat interuenire. Bald. *consil.* 221. *num.* 5. *ver. ego tamen puto, lib.* 1. † Amplia, quia valet con- 18 suetudo, quod emphyteusis Ecclesiastica possit concedi in perpetuum etiam ciuitati, Anch. *cons.* 443. quod est *fi. num.* 9. *&* 10. *ver. veniamus modo*, quod est Zilioli de Cautelis. Bart. Salyceti. Franc. Zabarellæ. Sign. Homodei, Raphaelis Fulgosij, & Benedicti Plumbini. † Extende, quia valet consuetudo, quod emphyteusis Ecclesię 19 quæ de iure ad solos descendentes inuestiti transit, transeat etiam ad extraneos, Castr. *consil.* 139. *num.* 3. *lib.* 2. Vide, *Consuetudo circa emphyteusim Ecclesiasticam & laicalem. Concluſio.* 856. † Amplia, quia valet 20 consuetudo approbans opinionem, quod non detur læsio in contractu

tractu emphyteusis, quando maxime de antiquo est facta con-
21 cessio pro modica summa, Anchar. *dict. consil. fin. num.* 12. † Amplia; quia valet consuetudo, quod bona Ecclesiæ possint concedi sine solemnitatibus vsque ad tertiam generationem. Ioan. de Imol. *consil.* 69. vbi, quod si concessio fiat vltra tertiam generationem, non valet in eo, quod excedit consuetudinem, sed bene
22 valet vsque ad tertiam generationem. † Limita, quia non valet consuetudo diminuens solemnitatem alienationis bonorum Ecclesiæ, quando esset damnosa Ecclesijs, & consequenter irrationabilis; tunc enim Prælatus sine Capitulo de consuetudine non potest alienare, *c. cum causam. de re iud.* qui text. ita debet intelligi se-
* cundum lecturam magis * communem, vt per Calder. *consil.* 259.
23 *circa princip. ver. nec obstat c. cum causam.* † Declara, quod damnosa & irrationabilis non potest dici consuetudo hæc, quando aliqualiter recipit fomentum à iure, vt in bonis omnino separatis ab Episcopo, ita declarat idem Calder. *dict. consil.* 259. alias 3. *de ijs, quæ*
24 *fiunt à Prælat. circa med. ver. sed nego.* † Contrarium expresse tenet Calder. *consil.* 259. *in fin.* quod est consilium Paul. de Eleazar. *ver. in contrarium*, alias 3. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* quod imo non valeat consuetudo, quod res Ecclesiastica per solum Prælatum, vel per solum Capitulum sine Episcopo possit fieri, quia requirit certam formam, alias est *consil.* 3. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* vbi, quod potest va-
25 lere solum quoad bona solita alienari, vel infeudari. † Declara, licet sit controuersia, an valeat consuetudo, quod bona Ecclesiæ possint alienari sine solemnitatibus, tamen valet, quod seruatis solemnitatibus concessio pro se, & hæredibus, comprehendat hæ-
* redes extraneos, vel ad fœminas, communem * dicit Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.* 28. *in fin.*

Consuetudo circa appellationes interponendas. Conclusio 827.

1 APPELLATIO † ab interloquutoria licet debeat interponi in scriptis cum causa, & non possit appellari viua voce, prout potest in appellatione à diffinitiua, quæ interponi potest iudice sedente incontinenti post sententiam latam, iuxta not. *in clem. appellanti, de appellat.* tamen de consuetudine generali valet appellatio viua voce interposita à sententia lata super articulo, & incidenti, quando fuit pronunciatum bene, vel male iudicatum, quia tunc est diffinitiua. Calder. *consil.* 202. alias 6. *de re iudic. in fin. ver. facit etiam*, vbi dicit audiuisse, quod Curia Romana ita seruat.
2 Amplia, † quia valet consuetudo, quod appelletur ad superiorem mediatum omisso medio. Calder. *consil.* 207. alias 1. *de appellat.*

Consuetudo circa attestationes Cardinalium & aliorum. Conclusio 828.

1 CARDINALI † aliquid attestanti sibi demandatum viuæ vocis oraculo Papæ creditur de stylo curiæ, & ita se habere consuetudinem, & obseruantiam attestatur Lap. *alleg.* 33. *num.* 4. *ver. an credatur.*

Consuetudo circa bellum, & captiuos belli. Conclusio 829.

1 CONSVETVDO † generalis est in rebus bellicis, quod Captiui dimissi sub iuratoria cautione de reuertendo, reuerti, & compelli debent de iure. Bald. *consil.* 343. *Illustris domine, in fin. ver.*
2 *modo venio, lib.* 2. † Declara, dummodo nimia fœuitia hostium non induceret iustum timorem mortis. Bald. *consil.* 358. *Licet latrunculis,*
3 *circa med. lib.* 2. † Non valet consuetudo belli, quod itinerantes, & forenses, qui non sunt subditi bellantium, capiantur, quia est irrationabilis, & peccati nutritiua. Ioan. de Imol. *consil.* 51. *num.* 4.

Consuetudo belli & acquisitorum in bello attendenda. Conclusio. 830.

1 CONSVETVDO † circa acquisita in bello qualiter efficiantur occupantium, & an sint principis, & per eum debeant distribui, an potius efficiantur priuatorum, attendi debet. Calder.
2 *consil.* 95. *num.* 3. *ver. & in ijs bellis.* alias *vnic. de treuga & pace.* † Amplia, quia quando dominus facit bellum, an subditi teneantur personaliter accedere, vel per substitutum possint deseruire, attenditur consuetudo. Bald. *consil.* 483. *Magnificus dominus, num.* 4. *in fin.*

Consuetudo circa benedictiones attendenda. Conclusio 831.

VALET † consuetudo, quod Abbas & Abbatissa confirmati 1
non benedicantur. Felin. *in c. meminimus, in princ. de accusat.* † Et 2
quia benedictio in Abbate est quædam consecratio, prout in Episcopo, licet non sit proprie consecratio; quia benedictio potest reiterari, consecratio non, tamen consuetudo, quæ valet in benedictione, valet in consecratione, vt videtur innuere Fel. *d. c. meminimus, in princ. de accusat.*

Consuetudo circa beneficia & mutationem status illorum. Concluſ. 832.

CONSVETVDO † valet, per quam potest introduci mu- 1
tatio status beneficiorum, & ideo plebs, quæ habet duas capellas sub se, licet de iure dicatur dignitas; tamen consuetudo potest introducere, quod plebs habeat capellas sub se, & non habeat curam, neque dignitatem, sed sit simplex beneficium, vt est in plebano de Preto, Grossetanæ diœc. & Archipresbytero Massæ. Feder. de Sen. *consil.* 132. *Casus talis est, quædam est canonia, num.*
2 *ver. & videmus.* † Et parochialis curata olim existens potest ex 2
consuetudine mutare statum, maxime si desinat habere parochianos; quia amplius non est parochia, nec curatum beneficium actu, licet habitu sic; tamen non habet locum *c. de multa, de præben.* quia vere non est parochia curata. Feder. de Sen. *consil.* 135. *per totum.* † Et 3
beneficium seculare potest de consuetudine mutare in hoc statum, vt regularibus conferatur retenta secularitate, & ista est proprie consuetudo, non præscriptio. Ægid. Bellam. plene *consil.* 41. *num.* 15. *in fin. ver. sed quid dicemus, & num.* 16. vbi, quod ista consuetudo videtur fauorabilis, & amica iuri communi, & fauet Ecclesiæ, & Episcopo, ideo 10. vel 20. annis introducitur, & allegat pro vtraque parte. Vide, *Consuetudo circa dignitates ex consuetudine existentes. Concluſio.* 850.

Consuetudo circa beneficia curata deseruienda per Vicarium temporalem. Concluſ. 833.

CONSVETVDO † valet, & introduci potest, quod curatus 1
deputet Vicarium temporalem etiam sine Episcopo, qui deseruiat pro cura, tam in præsentia, quam in absentia curati. Lap. *alleg.* 5. *num.* 2. *ver. item quia.* † Amplia, vt imo de vsu sit approbatum, quod Prælati inferiores habentes Ecclesias curatas possint 2
deputare Vicarios temporales in eis sine licentia Episcopi. Lap. *d. alleg.* 5. *num.* 6. *ver. secundo dicit.* Vide, *Prælati inferiores quando constituunt Vicarios. Concluſ.* 497.

Consuetudo generalis super pluralitate beneficiorum simplicium, vel vnitorum. Concluſ. 834.

CONSVETVDO † generalis † approbauit, quod quis potest 1
plura beneficia simplicia obtinere, & retinere sine dispensatione. Lap. *alleg.* 36. *in princ.* allegat glo. & Innoc. *in c. gratiæ, de rescript. lib.* 6. Vide, *Beneficia plura simplicia habere non est prohibitum. Concluſ.* 62.
Amplia, † quod quis potest plures curatas tenere, quando sunt 2
vnitæ alijs beneficijs, vel Hospitalibus, qui possunt retineri, & ita in practica seruari dicit Lap. *alleg.* 36. *in fin.* qui loquitur in pluribus Hospitalibus habentibus annexas curatas.

Consuetudo particularis circa pluralitatem beneficiorum sub eodem tecto. Concluſ. 835.

CALAGVRITANA † Ecclesia habet consuetudinem, quod 1
quis possit obtinere plura præstimonia, quæ sunt beneficia Ecclesiastica in eadem Ecclesia. Old. *consil.* 140. *in Ecclesia Calaguritan. in fin.* † Amplia; quia imo de generali consuetudine approbata potest quis habere duo simplicia in eadem Ecclesia Parochiali, 2
in qua sunt altaria, & capellaniæ. Lap. *alleg.* 117. *num.* 3. *in fi. ver. nec obstat. & n.* 4. vbi, quod in Ecclesia, vbi non est dignitas, neque caput, non datur incompatibilitas. † Amplia, quia imo si extaret consue- 3
tudo etiam in Ecclesia collegiata, quod quis haberet dignitatem & canonicatum, valeret Abb. *consil.* 96. *Ad claram, col.* 2. *in princ. ver. contrariam sententiam, lib.* 2. Rom. *consil.* 328. *Præsens consultatio, num.* 6. *in fin.* Vide plenius, *Beneficia plura sub eodem tecto retineri non possunt. Concl.* 67.

Con-

Consuetudo circa collationem, optionem, & retentionem, & alia beneficiorum, quando valeat. Conclusio.836.

1 CONSVETVDO † quod Prælatus in Ecclesia collegiata conferat meliores canonicatus & præbendas antiquioribus canonicis, est honesta; & iuri conueniens. Old. *consil.285.num.3.vers.*
2 *sed ad hoc.* † Optandi consuetudo pariter est approbata à iure contra optantes. Old. *d.cons.285.n.3.* Vide, *Consuetudo optandi valet, & quæ*
3 *requirat. Concl.914.* † Quod quis retineat plura beneficia simplicia sine dispensatione, est admissum ex generali consuetudine. Lap.
4 *alleg.36.cir.pr.* † Residere nõ tenẽtur canonici Ecclesiæ Florentinæ, & de consuetudine percipiunt in absentia fructus, & distributio-
5 nes præter minutas. Lap. *alleg.36.circa fin. sub num.4.* † Collatio beneficiorum, & institutio potest de consuetudine spectare ad canonicum, & alium inferiorem. Feder. de Sen. *consil.80. Tactum est tale, num.2. ver. item non obstat, quod instituit.* Vide, *Consuetudo circa collationes, & institutiones beneficiorum. Concluſ.841.*

Consuetudo circa candelarum exhibitionem in die purificationis valet. Concluſ.837.

1 CONSVETVDO † valet, quod parochianus rector Ecclesiæ teneatur dare candelas laicis in die Purificationis, quia est parum onerosa. Feder. *consil.155. per totum*, vbi, quod talis consue-
2 tudo est in Episcopatu Coronensi, pro qua consuluit. † Amplia, vt talis consuetudo possit præscribi per 40. annos, cum titulo vel spatio tanti temporis, cuius memoria non existat sine titulo. Fed. *d.consil.155. in fin.*

Consuetudo circa capitulares actus, & qui interuenire debeant; vel non. Concluſ.838.

1 CANONICI † in alienatione bonorum Ecclesiæ debent interuenire pro maiori parte præsentium, & deseruientium, nec alij beneficiati sunt vocandi. Feder. de Sen. *consil.148. Casus talis est, aliqui, in fin.* qui dicit, quod ita seruatur de consuetudine.

Consuetudo valet, quod carcerati in causa capitali relaxentur sub fideiussione. Concluſ.839.

1 VALET † consuetudo, quod carcerati etiam in causa capitali relaxentur sub fideiussione. Ludouic. Bologni. in additio. ad *consil. 1. Ioan. de Anan. num.13. ver. omisso ergo.*

Consuetudo circa citationes. Concluſ.840.

1 CONSVETVDO † est vbique, quod coram arbitratoribus tempore sententiæ, seu laudi, partes non vocantur, neque citantur. Cuma. *cons.7. Primum videndum, numer.7. in fin. ver. ad horum omnium.*

Consuetudo circa collationes & institutiones beneficiorum. Concluſ.841.

1 CONSVETVDO † est Bononiæ, quod Archi presbyteri quasi omnes, & plebani instituunt præsentatos ad beneficia suarum Ecclesiarum sine Episcopo, quæ consuetudo valet de iure. Gemin. *consil.117. num.10. versic. quia ille.* vbi attestatur de ea, dum esset Vicarius Bononiæ. Vide, supra, *Consuetudo circa collationem, optionem, retentionem, & alia, beneficiorum. Conclusio.836.*

Consuetudo circa collectas, & onera imponenda. Conclusio.842.

1 CONSVETVDO † circa imponendas collectas forensibus necessario requirit spatium decem annorum, quod ita fuerit consuetum, & obseruatum. Alexand. *consil.68. Et viso, num.5. vers.*
2 *tertio quia, lib.2.* † Secundum alios videtur necessarium tempus 40. annorum de iure canonico. Alexand. *dict. consil.68. num.6. ver.*
3 *vel saltem, lib.2.* † Imo, quod requiratur tantum tempus, quod memoria hominum in contrarium non existat, tenent aliqui, vt per Aretin. *consil.132.* Alexand. *consil.68. num.5. ver. quinimo videtur,*
4 *lib.2.* † Declara, quia consuetudo contra ius de iure canonico requirit tempus 40. annorum contra Ecclesiasticos, inter laicos de iure ciuili sufficit tempus 30. annorum; quia tanto tempore præscribitur: in ijs vero, quæ sunt reseruata soli principi, requiritur consuetudo immemorabilis, prout si ageretur de imponendis gabellis, & similibus, & ideo quia imponere collectam forensibus non est de reseruatis, sufficit tempus 30. vel 40. annorum. Alexand. *d. consil.68. num.11. & seq. versic. & clarum est, lib.2.* Aretin. *d.cons.132.* vbi late, & dicit Alexand. vbi supra, quod licet Bartol. dicat *in l.3. C. de incol. lib.10.* quod ciuitates habeant immemorabilem consuetudinem collectandi forenses, non tamen propterea vult, quod immemorabilis sit necessaria. † Consuetudo hæc col- 5
lectandi potest introduci per principem inferiorem; quia non est de reseruatis supremo principi. Alexand. *d. consil.68. num.12. ver. sed per statutum, lib.2.* † Et licet sit contra ius commune, & propterea extendi non debeat de casu ad casum; tamen quia est iurisdictio- 6
nis; sicuti iurisdictio quæsita vno actu extenditur ad omnes actus illius speciei; quia iurisdictio triplex est, videlicet simplex, mixti imperij, & meri imperij; ideo per vnum actum simplicis iurisdictionis acquiritur tota iurisdictio, non autem mixti imperij, vel meri, quia ista est extensio, & hoc, quando ab alio non possidetur, alias secus. Alexand. plene *consil.68. Et viso, numer.17. cum seq. ver. non obstat, quod quoad onera, lib.2.* Vide plenius, *Consuetudo circa diuersa onera subeunda. Conclusio.910.*

Consuetudines si sunt contrariæ, quæ attendatur. Conclusio 843.

CONSVETVDO † mercatorum si probatur diuersimode, & 1
contraria, illa prævalet & attenditur, quæ est conformis iuri communi. Afflict. *decis.280. circa fin. ver. & tanto magis.* sequitur Riminald. Iunior *consil.265. num.26. lib.3.* † Extende; quia quando 2
consuetudo est diuersimode obseruata, statur iuri communi. Rim. Iun. *d. consil.265. num.25. lib.3.* Vide, *Consuetudo non probatur ex actibus differentibus, & generibus. Conclusio.805.*

Consuetudo circa confiscationes bonorum clerici. Conclusio 844.

BONA † clericorum de consuetudine Galliæ confiscantur 1
dominis temporalibus ob delicta clericorum, quando sunt immobilia, mobilia vero Episcopis confiscantur. Oldrad. *consil.17. numer.5. & seq. ver. rursus,* vbi, quod dicta consuetudo valet. Vide, *Confiscatio bonorum clerici ad quem pertineat, & fiat. Concluſ.844. & Concluſ. ibi proxima seq.*

Consuetudo circa damnum datum. Concluſ.845.

CONSVETVDO † est per totam Italiam, quod circa dam- 1
num datum stetur iuramento accusatoris, vel relationi officialis deputati ad hoc. & statuta solent ita disponere communiter. Alex. *consil.137. Viso processu, num.3. ver. de damno autem, lib.7.* vbi apost. *in ver. relationi.* dat. concord. plures.

Consuetudo circa datia & gabellas. Concluſ.846.

VALET † consuetudo, quod non soluentes datium amittant 1
merces, vel res, pro quibus debuit fieri solutio. Cuma. *cons. 5. Non reuocando, in fin. vers. & dato, quod.* vbi, quod non ligat forenses, & ignorantes, nisi quatenus sit conformis iuri communi, vel consuetudini locorum vicinorum. Vide, *Pedagia à quibus imponi, & exigi possint. Concluſ.204.* † Imo, quod eo ipso, quod est præscriptum ius colligendi pedagium, vel ex consuetudine est introduc- 2
tum, non soluentes incidunt in commissum. Bal. *consil.340. Si pater filio, in fin. lib.5.* † Consuetudo & stylus circa quantitatem, 3
& pondus mercium admissam in vno loco, est quod eadem mensura, & quantitas admittatur de stylo in alijs locis Cuma. *dict. consil.5. vers. quin etiam,* vbi tamen dicit, quod potest quilibet datiarius ponderari facere, sed si non fiat ponderatio, præsumptio est contra datiarium. † Et consuetudo attendenda est, & vsus 4
circa interpretationem statutorum, contra fraudantes gabellas. Bald. *consil.229. Proponitur in facto, in fin. lib.5.* † Pedagia licet sint 5
de regalibus, & soli principi competant; tamen de consuetudine possunt competere communitatibus, & etiam priuatis personis. Bald. *consil.289. Quia consuetudo, in princip. & per totum, lib.4. & consil.*
340. *num.3. ver. super eo quod, lib.5.* vbi, quod debet esse consuetudo, vel præscriptio immemorabilis sciente & patiente principe, vel eius locumtenente, & quod requiratur præscriptio immemorabilis

Vide, *Consuetudo quanto tempore introducatur. Conclusio. 796. num. 4. & sequent.* † Extende, quia consuetudo præscripta, & immemorabilis inducit ius colligendi pedagium, tam per terram, quam per aquam, sed tamen, si est præscriptum solum per aquam, non potest exigi per terram. Bald. *consil. 340. num. 4. versic. sed nunquid*, vbi secus inquit, si extat consuetudo per aquam, quia non extenditur per terram. Vide, *Præscriptio quoad aliqua non se extendit quoad alia. Conclusio. 540.* † Extende, quia sicuti præscriptio; & consuetudo immemorabilis requiritur ad hoc, vt acquiratur ius exigendi gabellam, ita etiam requiritur consuetudo, & præscriptio immemorabilis, vt quis acquirat exemptionem à solutione gabellæ. Bald. *consil. 112. De generali, in fin. versic. super quarto, lib. 2.* † Statutum circa solutiones impositionum, licet debeat stricte intelligi, tamen si constat de consuetudine obseruata circa illius interpretationem, illa debet seruari. Angel. de Perus. *consil. 9. Item quod quicunque.* † Exemptus licet nihil soluere debeat pro rebus, & mercibus suis, tamen tenetur illas ostendere datiario, alias cadit in pœnam, nisi consuetudo sit in contrarium. Baldus *consil. 79. Dauanti da voi. num. 4. versic. secundo quæritur, lib. 2.* † Locari, & sublocari possunt datia, & gabellæ, si ita est solitum, quia consuetudo attenditur circa præmissa. Io. de Imol. *consil. 79.* vbi loquitur in consuetudine Bononiæ. † Ius exigendi pedagia & gabellas est de regalibus principis & non competit, nisi ex concessione principis expressa, vel tacita: expressa habet suam dispositionem ex litteris, tacita inducitur ex vsu immemorabili & qualis sit ista tacita, si apparet ex actis, quod fœminæ sint admissæ, illi statur, sin minus, fœmina non est capax, prout non est capax feudi, & recurrendum esset ad similes concessiones. Castren. *consil. 166. Nulli dubium, n. 2. & seq. lib. 1.* vbi circa fi. quod consuetudo patrisfamilias concedentis attendi debet etiam de loco ad locum, & de persona ad personam. Vide, *Consuetudo circa gabellas. Concl. 868.* Vide, *Consuetudo publicanorum circa exactiones publicarum functionum. Conclusio. 931.*

Consuetudo circa decimas. Concluſ. 847.

CONSVETVDO † valet, & induci potest, quod decimæ, & collectæ beneficiorum potius soluantur in vno loco, quam in alio, quia hoc etiam potest præscribi. Feder. de Sen. *cons. 151. Thema tale est, num. 1. versic. nec credo, & per totum*, vbi, quod monasterium sancti Galgani Volateran. diœc. habet talem consuetudinem ab immemorabili, quod soluuntur decimæ Episcopo loci monasterij, etiam pro omnibus membris extra diœcesim, & in fi. Feder. attestatur vidisse semper ita seruari, etiam in monasterio Vallis Vmbrosæ Fesulan. diœc. Card. Zabarel. *cons. 26. Casus super quo, nu. 2. & in fin. num. 5.* † Amplia, quia licet decimæ debeantur parochiali, quæ habet ius baptizandi, non alteri de iure, tamen potest deberi de consuetudine, etiam non habenti ius baptismi. Calder. *consil. 140.* alias 1. *de causa poss.* Vide, *Decimæ possunt ex consuetudine deberi. Conclusio. 76.* † Amplia, quia quarta decimarum, quæ de iure communi debetur Episcopo, potest de consuetudine deberi alteri inferiori Ecclesiæ, vel etiam ipsimet Ecclesiæ, quæ tenetur ad solutionem. Calderin. *d. consil. 140.* alias 1. *de causa possess.* † Amplia, quia taxatio decimarum papalium, non fit secundum verum valorem, sed ad medietatem veri valoris, *extrauag. Suscepti, §. 1. ne sede vacant.* & ita seruat consuetudo Curiæ Romanæ, Calder. *consil. 236. in fin. versic. item planum*, alias 15. *de præbend.* † Amplia, quia diuisio decimarum licet sit facienda in quatuor partes, prima Episcopo, secunda sacerdoti, tertia fabricæ, quarta pauperibus, tamen si consuetudo aliter disponit, seruanda est. Card. *d. consil. 26. num. 2.* † Amplia, quia in decimis multum attenditur consuetudo, quia quandoque vna Ecclesia exigit decimas in iurisdictione alterius, quandoque etiam filialis à matrice, & quando habilitas est in exigente, quia de Ecclesia ad Ecclesiam valet consuetudo, & præscriptio. Zabarel. *consil. 88. in princ. & per totum.* Vide, *Consuetudo generalis patriæ quando comprehendat Ecclesiasticos. Concluſ. 891.* Vide, *Consuetudo laicorum contra Ecclesias quanto tempore præscribatur. Concluſ. 889. num. 3.* quia consuetudine possunt deberi, & augeri, vt ibi. † Limita, quia consuetudo non valet, quod fructus decimarum non soluantur in loco, & quod Rector Ecclesiæ, cui debentur, non sit præsens; quia dat occasionem subripiendi. Card. Zabarel. *cons. 146. in princ.* vbi, quod neque valet conuentio rectoris in præiudicium Ecclesiæ. † Restringe; quia valet consuetudo, & pactum factum per laicum habentem decimas in feudum, vt soluantur certo modo: quia liberius disponit, quam Ecclesiæ Rector. Zabarel. *d. cons. 146. num. 2. ver. Contrarium.* † Imo quod valeat immemorabilis vsus soluendi decimas laico certo modo à quo non liceat recedere, maxime quando alias fuit contradictum. Zabarel. *d. consil. 146. circa fin. versic. ad secundum.* Vide, *Consuetudo circa Ecclesiastica & spiritualia. Concluſ. 854.*

Consuetudo circa delicta excusanda. Concluſ. 848.

CONSVETVDO † excusat à delicto, & à pœna legis, quando vsu recepta non fuit lex, & qui non seruat legem vsu non receptam per consuetudinem, non incurrit pœnam legis. Alexand. *consil. 132. Visa facti narratione, in princip. lib. 1.* vbi plena apostil. *in vers. glossa*, dat concord. & Alexand. dicit magis * communem. † Amplia, quia quis potest committere custodiam ouium puero, nec dicitur committere dolum, vel culpam, si eligat puerum custodem, quia similes custodiæ consueuerunt committi pueris, secus si consuetudo non esset. Baldus *consil. 441. Quidam magister, circa fi. versic. item nec appositio, lib. 1.* † Extende in magistro Grammaticæ committente gubernium scholę conductæ iuueni in sua absentia, quia si occurrat incendium, non incurrit magister pœnam ex commissione facta iuueni, quia ista iuuenibus, & scholaribus consueuerunt committi. Baldus *d. consil. 441. per totum. lib. 1.* † Amplia, quia consuetudo excusat à pœna falsi. Alexand. *d. consil. 132. num. 3. vers. & plene dicit, lib. 1.* vbi apostilla citat eundem Alexand. *consil. 39. lib. 3.* † Extende multis casibus, de quibus supra, *consuetudo magna authoritatis, & vincit legem. Conclusio. 806. num. 18. & sequent.* Vide, *Consuetudo nutritiua peccati. Concluſ. 815. num. 19. & multis seqq.* † Amplia, quia de consuetudine non punitur delictum attentatum, & non consummatum, pœna ordinaria, sed solum pœna extraordinaria, Fulgo. *consil. 149. num. 4. vers. superest de tertio*, qui hoc dicit procedere, maxime, quando ad actum proximum non est deuentum. † Amplia, quia id, quod est in vsu quotidiano, non inducit pœnam, sed excusat, licet sit delictum, ideo nauta, vel conductor mercium si dicat mendacium, quod merces sint talis, vt nō soluat, non incurrit pœnam commissi, quia hoc est in vsu. Angel. *in l. 1. §. dolum, ff. de dolo malo.* Vide, *Consuetudo circa delicta excusanda. Conclusio. 848.* Vide, *Error communis facit ius, & qualiter procedat. Conclusio. 330.* Vide, *Obseruantia diuturna excusat à pœna, & relevat quoad multa. Conclusio. 58.* Vide, *Tolerantia quid sit, & operatur multa. Conclusio. 324.*

Consuetudo circa delinquentes remittendos, vel non. Concluſ. 849.

CONSVETVDO † est quod licet delinquentes requisiti à magistratu vnius ciuitatis, in qua commissum est delictum, sint remittendi de iure ab alia ciuitate, in qua degunt, vel capti sunt, tamen istud non seruatur de consuetudine. Baldus *consil. 303. Punctus talis, circa med. versic. ex istis, lib. 1.* Fulg. *consil. 149. numero 2.* † Extende in consuetudine curiæ, quia non remittit delinquentes extra curiam, sed puniuntur in curia. Oldrad. *consil. 124.* † Amplia, quia habet locum consuetudo, etiam si ciuitates sunt confœderatæ. Fulgo. *d. consil. 149. numero 1. in fin.* Vide plenius, *Remissio delinquentis ad iudicem requirentem quando facienda, vel non. Conclusio. 152.*

Consuetudo circa dignitates & honores. Concluſ. 850.

CONSVETVDO † potest introducere, quod officium in Ecclesia, quod nullam habet prærogatiuam iurisdictionis in alios, sit dignitas, & attendi debet Gemin. *consil. 101. in princ.* Feder. de Sen. *consil. 80. n. 2. vers. nec præsupponitur*, vbi extendit etiam ad vsum, vel opinionem * communem, & propterea consuetudo facit esse dignitatem id, quod non est dignitas. Areti. *consil. 23. In præsenti consultatione, per totum.* † Extende, quia eadem facilitate contraria consuetudo potest induci. Aretin. *cons. 23. circa fin.* † Amplia, quia consuetudo potest introduci, quod non habens dignitatem præcedat eum, qui habet dignitatem, dummodo ex rationabili causa funderur consuetudo, puta ratione alicuius administrationis, alias talis consuetudo non valeret. Aretin. *consil. 23. in fin.* vbi, quod esset scandalosa. † Amplia, quia consuetudine introduci potest, prout in Ecclesia Bellunensi, quod decanus sit loco Archidiaconi, & Archipresbyteri, habeatque eandem iurisdictionem, & præeminentiam ex consuetudine, quam habent alij de iure. Zabarella *cons. 62. in princ.* † Amplia, quia licet dignitas Ecclesiastica non possit esse, nisi habeat collegium, cui præsit, vel nisi in collegio supra alios habeat prærogatiuam iurisdictionis, tamen de consuetudine plebs carens collegio & prærogatiua potest habere dignitatem. Feder. de Sen. *consil. 80. nu. 2. versic. considerantur*

6 rantur ergo. † Amplia in thesauraria, cantoria, officio, vel præceptoria, quia licet non habeant prærogatiuam super alios, & non habeant consequenter dignitatem de iure communi; tamen possunt habere dignitatem de consuetudine. Gemin. *consil.* 101. quod
7 duplicatur *cons.* 140. *in princip.* † E conuerso, quod Ecclesia, quæ est dignitas de iure communi possit effici de consuetudine beneficium simplex. Feder. de Sen. *cons.* 132. *num.* 2. *vers.* & *videmus*. Vide, *Consuetudo circa beneficia, & mutationem status illorum. Concluſ.* 832. Vide, *Consuetudo circa Ecclesiastica & spiritualia. Concluſ.* 854. Vide, *Consuetudo circa præcedentiam. Concluſ.* 921.

Consuetudo circa distributiones quotidianas. Conclusio 851.

1 CONSVETVDO † non valet, quod illi, qui non inseruiunt Ecclesiæ, habeant quotidianas distributiones. Lap. *alleg.* 43. *in*
2 *princ.* † Amplia, quod non valet etiam consuetudo, vt illi, qui solis matutinis interfuerunt habeant omnes distributiones integri diei, etiam pro aliis horis, quibus non interfuerunt; quia est onerosa Ecclesiis. Laud. *in clem.* 2. §. *illi vero, de etate, & qualit.* quem
3 ibi refert Zabarell. *num.* 17. *quæstion.* 17. † Amplia, quod nec valet consuetudo econtra, quod seruientes in diuinis non habeant distributiones. Lap. *d. alleg.* 43. *in princip.* per locum ab oppositis. vbi in fin. quod nec valet statutum; quia quod non potest consuetudo, nec statutum potest. Oldrad. *cons.* 220. *Supposita consuetudine.* vbi quod non valet consuetudo, quod canonicus per quatuor annos
4 non habeat distributiones, sed applicentur canonicis. † Humorensis Ecclesia sancti Andreæ habet consuetudinem iuratam, & confirmatam per legatum sedis Apostolicæ, quod canonicus nouus infra quadriennium deficiens non habeat distributiones, sed applicentur canonicis defectuentibus. Oldrad. *cons.* 220. *Suppositâ.* qui dicit talem cõsuetudinem esse sublatam per *extrauag. Ioan. xxij.*
5 quæ incipit, *Suscepti regiminis*. † Et licet distributiones sint loco alimentorum, & alimenta nemini debeantur duplicata; tamen si consuetudo Ecclesiæ admittit, quod distributiones duplicatæ dentur certis officialibus, dari debent. Bald. *consil.* 344. *Et pro ista o-*
6 *pinione, lib.* 5. † Limita in consuetudine, quod omnes horæ habeant suas distributiones, quia valet statutum, & consuetudo, quod distribuantur per singulas horas, ita Butr. & Gemin. allegati ab addit. ad *alleg. Lap.* 43. *num.* 2.

Consuetudo circa dotis lucrum. Concluſ. 852.

1 CONSVETVDO † si extat in loco, quod maritus præmoriente vxore restituat dotem, est attendenda etiam contra statutum dicti loci antiquum, quando statutum huiusmodi non fuit in vsu, & est factum à communitate recognoscente superiorem, & non fuit confirmatum, quia non valet tale statutum, sed consuetudo est attendenda. Bald. *cons.* 143. *Casus talis est, quidam nomine, lib.* 1.
2 † Amplia, quia statuta circa lucrum dotis dubiam recipiunt interpretationem à consuetudine, cui standum est. Bald. *cons.* 291. *Item viso puncto, in fin. lib.* 1. qui loquitur in statuto Florentiæ, & idem de statuto circa successionem, vt recipiat interpretationem à consuetudine, & practica. Bald. *cons.* 94. *Casus præsumitur, lib.* 3. *in princip.*
3 † Amplia, quia consuetudo est in Ciuitate Astensi, quod præmoriente vxore sine filiis maritus lucretur dotem, quæ extenditur ad territorium, etiam si locus de territorio esset de facto occupatus, quia consuetudo propterea non desinit. Bald. *consil.* 96. *Pro-*
4 *ponitur, quod, lib.* 3. † Amplia, quia licet non valeat statutum super lucro dotis factum à Ciuitate recognoscente superiorem, quia non est confirmatum à superiore, tamen valet consuetudo, quia non requiritur confirmatio in consuetudine. Bald. *consil.* 380. *Super eo, quod quæritur, in fin. verſic. item super eo, lib.* 4. Vide, ☞ *Dotis & lucri restitutio qualiter fiat. Concluſ.* 766. & *Concluſ. ibi proxime seq.* Vide, *Statutum circa dotis lucrum. Concluſ.* 512.

Consuetudo circa dotes constituendas, & restituendas. Concl. 853.

1 DOS † constituenda filiæ exclusæ, quam statutum excludens mandat dotari pro modo facultatum patris, non debet esse minor legitima de æquitate; tamen attenditur consuetudo Pa-
2 triæ in hoc. Cuman. *consil.* 64. *Pater filius, in fin.* † Et quod sit attendenda consuetudo generalis considerata qualitate personarum, quantitate patrimonii, & numero filiorum in constituenda dote filiabus, quæ mandantur dotari de paragio, prout Romæ. Bald. *cons.* 386. *Viso dicto puncto, lib.* 4. vbi, quod non est sequenda consuetudo patris, si vni ex filiabus viuens immẽsam dotem dedit. Consuetudo † & solitum circa dotes est, vt maritus primo confitea- 3
tur dotem recepisse à socero, postea socer se obliget soluere dotem, & sic confessio mariti à solitis dicitur facta spe futuræ solutionis, vel promissionis. Roman. *consil.* 445. *Consultatio præsens, numer.* 3. vbi apostill. *in vers. tertio*, quæ dat concord. & dicit Romanum desumpsisse hoc dictum ab Angelo *cons.* 145. † Consuetudo 4
generalis est præscripta, quod licet dos profecta à patre ad patrem debeat reuerti mortua filia constante matrimonio, siue cum filiis, siue non, *l. dos à patre, C. solut. matrimon.* & hanc communem
* dicat Oldrad. *consil.* 26. *vers. tertio*, tamen si filia moritur constante matrimonio relictis filiis, cessat ius commune; quia debet esse filiorum, & non aui, à quo prouenit, de hac consuetudine attestatur Bartol. *in dict. l. dos à patre. C. solut. matrimon.* Bald. *consil.* 7. *Petrus maritauit, lib.* 1. *in princip.* † Declara, quod non habet lo- 5
cum ista consuetudo, nisi in casu præscripto, quando filia decessit in matrimonio relictis filiis: secus si extra matrimonium, puta post mortem viri decedat, quia licet relinquat filios, dos debet redire ad patrem filiæ, non ad filios, quos reliquit, ita Bald. egregie *dict. consil.* 7. *per totum*, *lib.* 1. licet dubitare videatur propter rationem consuetudinis, quæ est filiorum superstitum, idem Baldus *consil.* 470. *lib.* 4. Fulgos. *cons.* 66. Ancharan. *consil.* 349. *De iure*
communi. † Declara, quia si consuetudo non est in loco, in quo a- 6
gitur de dote, non extenditur consuetudo loci vicini, quia est contra ius. Castrens. *cons.* 311. *lib.* 1. † Extende declarationem, quia 7
non habet locum consuetudo, si moriatur filia non constante matrimonio, quando filii postea mortui sunt, quia debetur auo materno de iure communi, non filiis mortuis, neque auo paterno illis mortuis. Bald. *dict. cons.* 470. Fulgos. *cons.* 66. Ancharan. *dict. cons.* 349. *per totum*. Vide, *Dotem restituere quando teneatur pro filio. Conclusio.* 765.

Consuetudo circa Ecclesiastica & spiritualia. Conclusio 854.

CONSVETVDO † circa dignitates & officia Ecclesiastica 1
multum attenditur, ideo quandoque vna dignitas, quandoque alia prælationem habet, & maioritatem in vno loco, non in alio, prout consuetudo introduxit. Cardin. Zabarell. *cons.* 62. *in princip.* vbi, quod Decanus in Ecclesia Bellunensi de consuetudine est loco Archidiaconi, & Archipresbyteri, alibi cantor, alibi sacrista, & de aliis. Vide, *Consuetudo circa dignitates & honores. Concluſ.* 850.
† Amplia, quia Plebani in Ecclesiis & parochiis filialibus, licet de 2
iure communi non habeant, nisi quandam prærogatiuam, tamen de consuetudine, quæ est attendenda omnino habent iurisdictionem & collationem, & multa alia Zabarell. *cons.* 65. *in princip.*
† Amplia in decimis soluendis, quia consuetudo attenditur, 3
nam quandoque vna Ecclesia exigit decimas infra iurisdictionem alterius parochiæ, quandoque filialis exigit à matrice, vt in Ciuitate Bellunensi, quæ exigit ex bonis Ecclesiæ patriarchalis, cui subest. Zabarell. *consil.* 88. *in princip.* Vide, *Consuetudo circa decimas. Concluſ.* 847. Vide plenius, *Consuetudo circa spiritualia valet quo ad multa. Conclusione* 944. † Consuetudo Capituli cum clero Vrbini, 4
quod bona Ecclesiastica in emphyteusim ab eis concessa non cadant in commissum, an valeat. Ancharan. *consil.* 44. Sed supposita illorum obseruantia habet locum, etiam in bonis Ecclesiasticis in territorio Vrbini sitis, licet Ecclesiæ, quarum sunt bona, sint extra territorium. Castrens. *consil.* 173. *Præsuppositâ obseruantia, lib.* 1.

Consuetudo circa electiones & modum eligendi ad beneficia. Concluſ. 855.

CONSVETVDO † confert ius eligendi, & præsentandi, vt 1
not. gloss. *in cap. cum Ecclesia. de possess. & propriet.* Feder. *cons.* 234. *numer.* 2. *vers. vnde gloss.* † Contrarium videtur velle gloss. *in* 2
cap. sacrosancta. in vers. sic patet, de elect. quod non valet consuetudo, per quam parochiani non patroni eligunt in capella. † Declara, 3
vt procedat contrarium, quod consuetudo non valet, quando non est præscripta, neque legitimis modis introducta, ita Feder. de Sen. *d. cons.* 234. *colum.* 2. *circa princ. vers. non obstat, quod not.* † Am- 4
plia, quia consuetudo valet, quod in confirmatione electi non fiat citatio; neque edictum, de quo *in c. fin. de election. in* 6. Io. de Imol. *cons.* 132. *In causa Taurinen. numer.* 4. *versic. præterea responderi*, vbi dicit Taurini esse hanc consuetudinem. † Consuetudo circa modum 5
eligendi est seruanda, maxime in officiis municipalibus. Bald. *consil.* 316. *Ponitur, quod electio, numer.* 1. *in fin. vers. nam consuetudo, libr.* 3.

† Amplia

6 Amplia, † quia licet de iure communi in officiis habentibus iurisdictionem electio non possit fieri de eo, qui officium obtinet pro tempore sequenti propter ambitionem, nisi in defectum idonei non existentis; tamen si consuetudo hoc simpliciter admittit, poterit eligi. Bald. *d. cons. 316. in princ. lib. 3.* † Amplia, quia consuetudo etiam non præscripta eligendi eum, qui fuit in officio eodem, & obtinebat officium tempore electionis cum iurisdictione, excusat eligentes, ne priuentur iure eligendi pro illa vice, qui alias priuarentur cessante consuetudine. Bald. *d. cons. 316. num. 4. in fi. ver. item consuetudo, lib. 3.*

Consuetudo circa emphyteusim Ecclesiasticam & laicalem. Concluſ. 856.

1 EMPHYTEVSIS † Ecclesiastica licet non transeat ad hæredes extraneos, tamen transit, si consuetudo patriæ hoc admittit & de ea constare debet. Bald. *consil. 114. Quædam monialis, in fi. lib. 1.* Alex. *cons. 189. num. 18. & 19. lib. 2.* Cuma. *cons. 11. Emphyteuta inuestitus, in princ.* qui loquitur, etiam si pactum sit factum in inuestitura, vt transeat ad extraneos, quia non valet, nisi adsit consuetudo.

2 † Extende, quia si consuetudo in loco est, quod emphyteusis Ecclesiæ censeatur concessa hæredibus, in dubio sic debet interpretari; ideo is, qui non est hæres vniuersalis, non succedit in tali emphyteusi. Alexand. *cons. 124. Consideratis, num. 3. in fin. cum seq. vers. post*

3 *prædicta vero, libr. 5.* † Seruanda est consuetudo patriæ circa naturam emphyteusis, ideo ædificas super fundo emphyteutico habet ædificium liberum, si consuetudo hoc admittit. Bald. *consil. 70. Su-*

4 *per solo, lib. 4.* † Item est circa renouationem inuestituræ, quia si consuetudo est, quod fiat renouatio, vel non fiat, illa est seruanda. Anchar. *consil. 443. num. 15. vers. circa octauam.* quod est subscriptum à

5 sex Doctoribus. † Idem est circa emphyteusim, vt sit perpetua, quia si consuetudo hoc admittit, illa est seruanda. Anchar. *d. consil. 443. num. 9 in fin. vers. veniamus modo.* Abb. *consil. 72. In negocio Guidonis, per totum,* maxime *in fin. lib. 1.* vbi, quod valet consuetudo, quod ob non solutum canonem non cadat emphyteuta, & idem tenet Io. de Anan. *consil. 84. num. 2. vers. postremo,* & est ratio, quia si valet pa-

6 ctum, multo magis consuetudo. † Declara, quia valet talis consuetudo, quando est tam laicorum, quam clericorum, quia soli laici non possent illam introducere. Abb. *d. consil. 72. colum. fin. libr. 1.*

☞ Vide, *Consuetudo circa alienationem bonorum Ecclesiæ sine solemnitatibus.*

7 *Concluſ. 826. per totam,* maxime *num. 22. & seq.* † Amplia, quia valet consuetudo præscripta per 40. annos, quod pro laudemio, quod solui debet Ecclesiæ pro alienatione bonorum emphyteuticorum, quod est duorum pro centenario, quod solui debeant decem pro centenario. Alexand. *consil. 123. Circa primum, in princip. lib. 5.*

Consuetudo Episcopalis, & circa authoritatem Episcoporum. Concluſ. 857.

1 EPISCOPVS † potest prorogare annum datum exequutoribus ad pias causas contra synodalem constitutionem suam ex causa, & præsumitur causa, & ita seruatur de consuetudine in patria Baldi, prout ipse dicit *cons. 207. Occurrit dubium, circa fin. libr. 3.*

2 † Et consuetudo præscripta 40. annorum potest inducere, quod Episcopus conferat ex causa permutationis beneficia iuris patronatus sine præsentatione, vel consensu patronorum. Ægid. Bellam. *cons. 6. in princ.* vbi, quod etiam in 30. annis inducitur ad effectum possessorii.

Consuetudo circa exequutiones instrumentorum, & aliarum apodissarum valet, & quid operetur. Concl. 858.

1 CONSVETVDO, quod † apodissæ mercatorum mandentur exequutioni contra omnes valet, & operatur, quod statur apodissis prædictis, sicut instrumentis publicis. Bald. *cons. 149.*

2 *Proponitur, quod ex causa, in fin. lib. 1.* † Extende, quia huiusmodi consuetudo vel statutum consueuit adesse, quod istæ apodissæ habeant eandem exequutionem, quam habent instrumenta. Bald. *cons.*

3 *149. num. 3. vers. vel nisi statutum. lib. 1.* † Amplia, quia laudum arbitri, licet non possit exequi ex officio, sed peractionem in factum proposito libello, tamen de consuetudine contrarium seruatur, quod fit exequutio laudi sine libello. Bald. *cons. 73. Contra laudum, in fin. n. 2. ver. superest videre, lib. 2.*

Consuetudo circa exemptionem quod valeat, & quando. Concluſ. 859.

CONSVETVDO † & præscriptio circa exemptionem à superiore valet, *c. cum personæ. de priuileg. in 6.* quia quicquid potest concedi per priuilegium, potest per consuetudinem. Oldrad. *consil. 244. num. 10. vers. circa autem, & cons. 254. num. 8.* † Limita, quod 2 non valet consuetudo, vel præscriptio libertatis aduersus ordinarium, ad effectum, vt quis sibi ipsi imperet, sed tantum, vt alteri superiori, puta Papæ, immediatam obedientiam acquirat. Oldrad. *consil. 172. numer. 3. versic. ad secundum, in princip. & consil. 244. vers. tertio opponebatur, num. 4. & cons. 254. in princ.* † Obseruantia est in 3 Tuscia, quod aliquæ Ecclesiæ de vna diœcesi, sunt suppositæ alicui Episcopo alterius loci, ita quod institutio & destitutio non spectat ad Episcopum, in cuius diœcesi sunt talia beneficia, sed ad alienum Episcopum. Feder. de Sen. *cons. 99. in fin.* vbi, quod Rectores talium Ecclesiarum non obligantur constitutionibus Episcopi diœcesis, sed Episcopi, sub quo sunt, & ita seruari vidit in Tuscia, & arguit esse de iure.

Consuetudo exorbitans in vno quando se extendat ad aliud, vel non. Concluſ. 860.

CONSVETVDO † exorbitans à iure præscripta in vno casu non se extendit ad alium casum diuersum, & diuersam rationem habentem, licet videatur sonare in idem. Oldrad. *consil. 237. Perlectis, num. 3. vers. verum à iure.* vbi, quod licet prælegatum videatur quædam diuisio; tamen consuetudo, quod feuda possint diuidi, non se extendit, quod possint prælegari. Vide, *Extensio in correctoriis quando fiat, vel non. Concluſ. 663.* Vide, *Præscriptio quoad aliqua non se extendit quoad alia. Concluſ. 540.* † Et ideo consuetudo 2 contra ius commune loquens in domibus, non habet locum in prædiis rusticis. Bald. *cons. 194. in fin. lib. 1.* † Amplia, quia imo con- 3 suetudo dubia semper interpretatur contra eum, qui introduxit consuetudinem, & se fundat super ea. Signorol. *consil. 95. num. 10. vers. præterea ad idem.* † Amplia in consuetudine, quod dos pro- 4 fecta à patre, mortua filia in matrimonio, spectet ad filios, quæ alias de iure patri deberetur, quia non extenditur, si filia decedat cum filiis extra matrimonium, puta post meritum suum, quia consuetudo in vno casu loquens non extenditur contra ius commune ad alium casum. Bald. *consil. 7. Petrus maritauit, lib. 1.* vbi videtur dubitare propter rationem consuetudinis, quæ est causa filiorum, tamen de iure prima vera est, quia est exorbitans, & correctoria iuris. Bald. *consil. 470. lib. 4.* plenius Fulgos. *consil. 66. Ser Guarnerius, num. 2.* vbi, quod debet probari in indiuiduo etiam hoc casu. Io. de Imol. *consil. 64. per totum.* † Amplia in stylo curiæ exor- 5 bitanti, vt non extendatur de casu ad casum. Feder. de Sen. *consil. 145. num. 6. vers. videtur, quod includatur.* † Amplia; quia consuetu- 6 do loquens in vno casu & in vna persona non extenditur ad alium casum vel aliam personam. Roman. *cons. 516. num. 4.* ibi apostilla in *vers. extendi.* maxime, quando est contra ius. Grammat. *decision. 92. in princip.* vbi late. Menoch. *consil. 163. num. 9. & seq.* Cephal. *consil. 26. num. 17. & seq. lib. 1.* Ruin. *consil. 119. num. 6. lib. 4.* plenius idem Roman. *consil. 368. num. 8. & seq.* vbi latissime. Aretin. *cons. 132. num. 4.* † Et nihil in ea debet suppleri. Riminald. Iun. *cons. 400.* 7 *num. 44. & seq.* Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Concluſ. 795. num. 59. & multis seqq.* † Et tantum habet de potentia, & 8 effectu, quantum habet de vsu. Riminald. Iun. *cons. 313. num. 54. lib. 3.* latius *consil. 400. num. 45. & 46.* Cephal. *cons. 338. num. 45. lib. 3.* Socin. Iun. *consil. 101. num. 14. lib. 2.* vbi *num. 15.* dicit * communem * Curt. Iun. *cons. 171. num. 11.* † Extende, quia licet consuetudo ge- 9 neralis loci principalis extendatur ad alia loca particularia, tamen secus est, quando est consuetudo cõtra ius, & onerosa. Ruin. *cons. 34. in fin. lib. 1.* † Et in consuetudine dicitur, prout in præscri- 10 ptione, tantum possessum, quantum præscriptum. Socin. Iun. *cons. 171. num. 11. lib. 12.* † Et habens locum ex testamento, non procedit 11 ab intestato, item inducta inter descendentes non habet locum inter transuersales, neque econtra, quando est contra ius. Ruin. *consil. 208. num. 2. & seq. lib. 1.* † Extende, quia consuetudo etiam 12 longissimo vsu 50. vel 60. annorum obseruata, cum certo consensu, & sic secundum quid, non habet locum sine consensu, & simpliciter. Alexand. *cons. 106. Perspectis iis, num. 6. vers. octauo, lib. 2.* vbi loquitur in consuetudine Capituli generalis præscripta eligendi prælatos, quando conuentus particulares consentiebant, vt non habeat locum ipsis non consentientibus, quia est contra ius commune. † Extende, vt idem sit in quasi possessione statuen- 13 di contra ius commune, vt non extendatur vltra dictum casum, in quo fuit statutum. Alexand. *d. consil. 106. num. 7. & seq. vers. nono quia, lib. 2.* † Idem est in vsu, quia non debet extendi ad alium ca- 14 sum vltra vsum. Alexand. *consil. 106. num. 8. lib. 2.* † Extende, quia 15

consuetudo contra ius nedum non extenditur de persona ad personam, sed nec de loco ad locum, nec de re ad rem, plene Roman.
16 *cons.* 516. *num.* 4. vbi apostill. † Imo nec de statu ad statum extendi-
17 tur. Decian. *cons.* 19. *num.* 77. *lib.* 3. † Imo nec de casu ad casum. De-
18 cian. *cons.* 51. *num.* 30. *lib.* 2. † Imo neque extensio actuum fit in con-
19 suetudine, vel præscriptione. Dec. *d. cons.* 51. *n.* 31. *lib.* 2. † Et in eam hil suppleri debet, neque vltra suos limites etiam ad similia ex-
20 tenditur. Decian. *consil.* 51. *num.* 52. *& seq. lib.* 2. † Vide plures extensiones supra, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Conclus.* 795.
§ *num.* 59. *vers. vndecimo, cum multis seqq.* Vide Mascard. *Conclus.* 423. *Consuetudo, num.* 11. *& seq.* vbi, quod consuetudo localis non ligat, nisi subditos, & est stricti iuris, nec extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam; fallit in consuetudine ciuitatis, quæ
21 extenditur ad castra, & loca vicina, nisi sit odiosa. † Restringe, quando ex vno actu vniuersaliter infertur ad consuetudinem, prout si sit consuetudo collectandi; quia licet collecta ex vna causa imponatur; tamen poterit etiam ex alia imponi. Paris. *cons.* 25. *nu-*
22 *mer.* 86. *& seq. lib.* 1. † Restringe, quia consuetudo, quæ seruatur in ciuitate superiori, extenditur etiam ad ciuitates suppositas. De-
23 cian. *cons.* 32. *num.* 77. *lib.* 3. † Restringe, quando militat eadem ratio in vtroque casu; quia non est extensio, sed comprehensio. Paris. *cons.* 13. *num.* 41. *& seq. lib.* 1. vbi consuetudo, quod feuda possint alienari sine domino, habet locum in venditione, & datione in solu-
24 tum. † Restringe in æquiparatis, in quibus habet locum consuetudo contra ius, vt loquens in vno casu habeat locum etiam in ca-
25 su æquiparato. Paris. *cons.* 13. *num.* 50. *& seq. lib.* 1. † Amplia; quia consuetudo, quod feuda transeant ad fœminas, non habet locum in feudis Imperatoris, licet probetur, quoad alia feuda; quia licet quoad aliqua feuda probetur, non tamen extenditur ad o-
26 mnia feuda. Bald. *consil.* 397. *Casus talis affertur, num.* 3. *lib.* 5. † Extende in casu contrario, quia consuetudo feudalis, quod ad masculos, & non ad fœminas deueniant feuda, non habet locum in successione Regni, quia non extenditur. Anchar. *cons.* 339. *num.* 20.
27 *& seq. vers. tertiæ rationi.* † Amplia, quia consuetudo generalis, quod feuda dignitatis diuidantur, non tollit prohibitionem iuris communis; quia consuetudo, quod factæ sint, & fiant diuisiones inter volentes, & consentientes non habebit locum in necessaria diuisione. Alex. *consil.* 6. *Visa inuestitura, in princ. & num.* 2. *libr.* 5.
28 † Extende, quia consuetudo, quod feuda dignitatis diuidantur inter contrahentes, non habebit in testamento, vel legato, per quod feudum diuisum legatur pluribus; quia non subest eadem ratio, quia inter contrahentes concurrit consensus omnium, secus in legato. Alex. *d. cons.* 6. *num.* 2. *vers. per quam consuetudinem. lib.* 5. Am-
29 plia, † quia consuetudo probata in genere non releuat probantem contra eum, qui in casu speciali habet intentionem fundatam. Cruett. *consil.* 96. *num.* 4. Menoch. *cons.* 54. *num.* 37. *lib.* 1. vbi,
30 quod in specie debet probari, & in illo casu, de quo agitur. † Extende: quia imo consuetudo generalis non probatur per testes dicentes, ita esse consuetudinem, nisi specificent actus per quos sit inducta. Cruett. *cons.* 134. *num.* 6. *& seq.* vbi, quod neque articuli debent admitti parte opponente, late Riminald. Iun. *cons.* 394. *nu-*
31 *mer.* 87. *& seq.* † Declara extensionem, nisi essent testes periti, vel
32 de immemorabili ageretur. Dec. *cons.* 51. *num.* 21. *& seq. lib.* 2. † Contrarium etiam in peritis tenet Paris. qui alios allegat *consil.* 27. *num.*
33 38. *lib.* 1. † Amplia, quia quando consuetudo est varia, non recedimus à iure communi. Natta *consil.* 132. *in fin. & cons.* 309. *num.* 9.
34 † Ampia; quia consuetudo, quod in Regno Aragonum succedant masculi descendentes exclusis fœminis, non potest extendi ad masculos transuersales, vt excludant fœminas, si casus non venit, nec consuetudo isto casu probetur; quia non extenditur. Anchar. *consil.* 339. *Pro maiori intelligentia, num.* 6. *iuncto num.* 13. *& seq. vers.*
35 *secundo, quatenus.* vbi loquitur in immemorabili. † Extende, quia consuetudo immemorabilis, quod ex testamento succedant masculi etiam transuersales exclusis fœminis non habet locum ab in-
36 testato. Anchar. *d. cons.* 339. *num.* 19. *& seq.* † Amplia; quia consuetudini contra ius commune præualet contraria consuetudo secundum ius commune, quando vtraque probatur. Riminald. Iun. *consil.* 265. *num.* 26. *libr.* 3. qui loquitur in consuetudine contraria mercatorum, vt illa præualeat, quæ est conformis iuri communi. Roland. à Valle *consil.* 13. *numer.* 18. *& 19. lib.* 4. Afflict. *decis.* 280.
37 *in fin.* Curt. Iun. *consil.* 206. *num.* 20. *libr.* 3. *& consil.* 242. *in fin.* † Amplia, quia consuetudo, prout Paduæ, quod in instrumentis apponantur anni Domini à Natiuitate, non se extendit, vt si ponantur ab Incarnatione, instrumentum sit nullum; quia de hoc non
38 disponit consuetudo. Ioan. de Imol. *cons.* 8. *in princ.* † Amplia, quod non fiat extensio consuetudinis, quæ est contra ius de casu ad casum, vbi diuersa est ratio; sed neque vbi eadem, vel similis, vel ma-
ior ratio militat, quia non fit extensio. Io. de Imol. *consil.* 64. *per totum*, vbi tollit omnia contraria, quod vel loquuntur, quando non agitur de correctione iuris communis, sed de limitatione, vel distinguendo, aut quando loquuntur in comprehensione, non in extensione. † Et ideo consuetudo circa aliqua onera non se ex- 39
tendit quoad alia onera diuersa. Alexand. *consil.* 68. *Et viso, numer.* 5. *vers. tertio quia, lib.* 2. † Limita quatuordecim modis, de quibus 40
per Cruett. *de antiqu. tempor. in* 4. *parte, per totum*, vbi plenissime. † Limita, quia consuetudo quoad caput, extenditur etiam ad o- 41
mnia eius membra, & pariter quoad totum, extenditur quoad omnes partes. Feder. de Sen. *consil.* 151. *Thema tale est, in princip.* vbi, quod consuetudo, quod monasterium S. Galgani soluat decimas Episcopo Volaterano, extendi debet etiam ad membra Monasterii in aliena diœcesi. † Extende; quia consuetudo succe- 42
dendi in Regno, vt filius primogeniti excludat patruum secundogenitum, extenditur etiam ad membra, & ad omnes alias primogenituras particulares propter identitatem rationis. Castr. *consil.* 164. *In præsenti causa, in princ. lib.* 2. † Extende, quia consue- 43
tudo loci principalis, & dominantis extenditur ad loca subiecta. Cruett. *cons.* 566. *num.* 29. Decian. *consil.* 17. *num.* 40. *libr.* 2. Paris. *consil.* 25. *num.* 37. *& seq. lib.* 4. † Limita, nisi consuetudo loquens 44
in vno casu propter certam rationem, quæ militaret in alio casu extenderetur, quia ratio consuetudinis videtur intuenda, ita videtur velle Bald. *d. consil.* 7. *vers. solutio fatendum, libr.* 1. vbi sub dubio hoc dicit; sed tenet contrarium, & pro limitatione videtur facere Oldrad. *dict. cons.* 237. *num.* 3. dum dicit non extendi ad casum diuersam rationem habentem. Castr. *cons.* 164. *colum.* 1. *num.* 2. *lib.* 2. † Restringe, quia consuetudo, quod dos profecta à patre, 45
quæ de iure debetur patri, mortua filia. & de consuetudine deberur filiis, si decedat in matrimonio, non habet locum, si moriatur non constante matrimonio cum filiis, quia reuertitur dos ad patrem. Bald. *consil.* 470. *lib.* 4. Fulgos. *cons.* 66. *per totum*; plene Anchar. *consil.* 349. *De iure communi*, vbi, quod non extenditur de casu ad casum, etiam si eadem, vel maior ratio insit. Ioan. de Imol. *consil.* 64. *per totum.* † Imo, quod consuetudo Bulgari, quod vsu- 46
fructus relictus vxori restringatur ad sola alimenta propter filios testatoris, extenditur ex eadem ratione, si extat mater testatoris, quam instituit hæredem. Ancharan. *consil.* 237. *quia in primo.* † Limita, quia in iis, quæ non sunt decisa de iure communi, 47
consuetudo trahitur de casu ad casum similem. Roman. *consil.* 516. *num.* 3. *in fin. vers. tertio, quia.* † Limita, quia consuetudo extendi- 48
tur de casu ad casum similem. Alexand. *consil.* 119. *Quoniam, num.* 10. *libr.* 6. † Limita, quia consuetudo, quæ non est contra ius, in 49
vno loco introducta in concernentibus commodum domini loci, extenditur ad alia loca, in quibus æque debet obseruari. Cruett. *de antiqu. tempor. parte* 4. *num.* 5. maxime, quando agitur de consuetudine generali patriæ. † Limita, quia consuetudo regio- 50
nis probata in vno loco extenditur ad alium locum regionis eiusdem, nisi contrarium probetur. Ancharan. *consil.* 255. *In causa & quæstione. numer.* 4. Cruett. *consil.* 497. *num.* 8. † Extende, quia con- 51
suetudo loci probata non debet probari in qualibet parte loci, vel territorii. Cruett. *consil.* 319. *lib.* 3. Paris. *consil.* 25. *num.* 37. *cum seq. lib.* 4.

Consuetudo circa feudalia bona. Concluſ. 861.

CONSVETVDO † locorum particularium attendi debet 1
circa alienationes, & deuolutiones feudorum, & leges feudorum pro maiori parte sunt consuetudines. Oldrad. *consil.* 159. *Ex præsenti, vers. circa secundum.* Bald. *consil.* 251. *Nonnulli feudatarii, circa fin. lib.* 1. qui loquitur circa feuda subinfeudata, ad quem reuertantur, an ad primum dominum, vel ad subinfeudantem; & dicit ad primum dominum, videlicet Ecclesiam, nisi adsit consuetudo, quæ seruari debet. † Declarat Oldrad. *consil.* 237. *num.* 3. 2
vers. verum à iure, quando adest scientia & patientia Imperatoris, vel eius, qui legem potest tollere, & est legitime præscripta. † In tantumque leges feudales sumpserunt originem à consue- 3
tudine, vt appellentur vsus; ideo consuetudo particularis loci attenditur circa feuda, quæ regulantur à consuetudine generali. Cuman. *consil.* 163. *Guarnerius, num.* 2. *vers. ad secundum, & seq.* † Hære- 4
des succedunt in feudis minoribus, secus in feudis maioribus, prout est Ducatus; *cap. de Marchia. de feudo Marchiæ*, quia de consuetudine Imperii in istis maioribus admittitur filius tantum. Oldrad. *consil.* 272. *numer.* 3. *vers. in illis autem.* † Declara, quia etiam in feu- 5
dis minoribus per obseruantiam 40. annorum inducitur consuetudo, quod solus primogenitus succedat, quia ex quo est rationabilis, & vtilis consuetudo de facili inducitur ex tolerantia superio-

ris,

ris. Castr. *cons.* 179. *In causa, colum.* 4. *ver. item cum non appareat, num.* 4.
6 *lib.* 1. † Deuolutio feudi fit ipso iure ad dominum, si non est petita inuestitura infra annum, & non requiritur declaratio iudicis, etiam si negetur deuolutio, & ita seruatur de consuetudine. Bald. *consil.* 301. *Proponitur, quod Petrus, in princ.* maxime *num.* 5. *in fin. lib.* 1.
7 † Iuramentum debet præstari ab omni successore in feudo, etiam, si sit filius, nisi sit feudum, quod non requirat iuramentum fidelitatis, vel in quo ex consuetudine speciali sufficiat, quod fuerit semel præstitum. Bald. *cons.* 301. *num.* 8. *in fin. ver. nisi sit tale, lib.* 1. Alie-
8 natio † feudi facta per patrem præiudicat etiam filiis alienantis, & ita de consuetudine seruatur. Bal. *cons.* 276. *Ad euidentiam, in princ.*
9 *lib.* 5. † Extende, vt etiam procedat, quod alienatio præiudicat agnato, & licet sint opiniones, tamen ita seruatur de consuetudi-
10 ne. Bald. *consil.* 276. *circa princ. ver. aut habet, lib.* 5. † Amplia in tantum attendi consuetudines feudales, maxime in feudis Ecclesiæ, vt non possint Prælati alterare consuetudines, ideo si fœminæ ex consuetudine non veniunt, non potest Prælatus facere inuestituram, quæ comprehendat fœminas contra consuetudinem. Fulgos.
11 *consil.* 10. *Dominus Bonazunta, in princ.* † Extende in tantum, vt iura feudalia, quæ loquuntur, quod feudum concessum filio, patri etiam acquiratur mortuo filio, non habeant locum in feudo Eccle-
12 siæ. Fulgos. *d. cons.* 10. *num.* 2. *vers. nec ius refragatur.* † Ius accrescendi licet non habeat locum in feudo nouo, tamen habet locum, si de consuetudine hoc esset, apostill. plena ad Roma. *cons.* 315. *in ver. in*
13 *feudo.* in vltima limitatione. Vide, *Consuetudo magnæ auctoritatis, & vincit legem. Conclusio.* 806. *num.* 46. *& seq.* † Illegitimus legitimatus, licet de iure communi succedat in feudo, tamen secus est de consuetudine feudali redacta in scriptis. Oldrad. *cons.* 247. *Factum*
14 *tale est, quidam Rex, in fin.* † Valet consuetudo, quod feuda Ecclesiæ possint alienari irrequisito consensu Ecclesiæ, sed saluo iure Ecclesiæ, quando est vniuersalis omnium Ecclesiarum diœcesis, quia tunc non inducit alienationem iuris Ecclesiæ, sed priuati. Bald.
15 *cons. 9. colum. fin. num.* 6. *ver. surgit hic nouum, lib.* 1. secus si Ecclesiæ præiudicaret. † Consuetudo & vsus maxime in feudalibus attendi debent, quia leges feudales non se extendunt contra vsum & consuetudinem. Bald. *consil.* 252. *Viso quodam, in fin. lib.* 2. allegat, *c. Vbertus, de feudi cognitio.* & quod consuetudo circa feuda, vt possint alienari sine licentia domini, valeat tamquam pactum inter dominum,
16 & vasallum. Bald. *cons.* 318. *Quidam nobilis, per totum, lib.* 2. maxime in fin. vbi multa de consuetudinis robore. † Ideo valet specialis consuetudo loci, quod liceat testari de feudo illud legare, & ius suum
17 in alium transferre. Bald. *cons.* 275. *Quod pro regula, num.* 2. *ver. sed nun-*
18 *quid, lib.* 2. Cuma. *consil.* 163. *Guarnerius, num.* 4. *ver. ad tertium.* † Intellige, dummodo testetur secundum feudi naturam, & non alias. Bald. *consil.* 275. *num.* 6. *in fin. ver. supposita autem, lib.* 2. † Extende etiam in feudis dignitatum, quia consuetudo quod transmittantur, & alienari, vel legari possint, valet. Bald. *d. cons.* 275. *num.* 2. *ver. etenim etiam, libr.* 2. vbi quod multo magis in feudis minoribus con-
19 suetudo locum habet. † Amplia, quia valet consuetudo, quod fœmina succedat in feudo, dummodo sit præscripta de scientia & patientia domini vera, vel præsumpta, alias non. Bald. *cons.* 397. *Ca-*
* *sus talis asseritur, per totum, lib.* 5. vbi dicit * communem, quod requi-
20 ritur scientia vera, vel præsumpta. † Extende, quia consuetudo potest inducere, & valet, quod etiam fœminæ succedant in feudo etiam dignitatis, & Regni, etiam si sint mulieres transuersa-
21 les. Bald. *d. cons.* 275. *numer.* 4. *ver. sed quæritur, lib.* 2. † Extende, quia etiam valet consuetudo, quod primogenitus succedat, in feudo, siue sit masculus siue fœmina. Bald. *cons.* 275. *num.* 4. *ver. item potest*
22 *disponere, lib* 2. † Declara, quia consuetudo talis circa aliqua feuda non se extendit ad omnia, ideo nisi probetur in specie circa feuda, de quibus agitur, cõsuetudo non est extendenda de aliquibus ad omnia. Bald. *d. cons.* 397. *circa fin. num.* 3. *ver. præterea hic nun-*
23 *quam, lib.* 5. † Extende, quia in feudis attendenda est consuetudo. Neuizan. *consil.* 11. *num.* 16. Duen. *in reg.* 309. *limit. prima, vers. quod*
24 *intellige.* † Et procedit etiam, quando probatur communis obseruantia, licet aliqui casus in contrarium reperiantur. Socin. *consil.* 92. *colum.* 8. *vers. sed ad hoc fundamentum, lib.* 3. Deci. *cons.* 11. *num.* 12.
25 *vers. secundo respondet.* † Contrarium, quod non sufficiat probare communem obseruantiam, quando aliqui actus in contrarium sunt probati. Crauett. *consil.* 96. *num.* 5. *libr.* 1. quia stante varia consuetudine non est recedendum à iure scripto. Bart. *in l.* 2. *in fin. princ.*
26 *ff. solut. matrimon.* Portius *cons.* 106. *num.* 58. *& seq.* † Limita, quia consuetudo particularis contra leges feudales debet teneri in suis terminis, & non extenditur, ideo si extat consuetudo, quod possit testari de feudo inter agnatos non poterit simpliciter testari.
27 Cuma. *consil.* 163. *numer.* 4 *ver. ad tertium.* † Extende, quia consuetudo, quoad quædam feuda non se extendit, quoad omnia, vel

alia feuda. Bald. *consil.* 397. *circa fin. num.* 3. *vers. præterea hic nunquam, lib.* 5. † Extende, quia ad hoc, vt consuetudo præiudicet, debet 28
probari in specie in illo casu, de quo agitur. Burs. *consil.* 127. *num.* 59. Riminald. Iun. *consil.* 394. *num.* 94. *lib.* 4. † Extende, quia con- 29
suetudo, quod fœminæ succedant in feudo, habet locum, quando fœminæ non prohibentur à lege & homine, quia si vltra prohibitionem legis, inuestitura sit restricta ad masculos, talis consuetudo non habet locum. Ferret. *consil.* 178. *num.* 15. *& seq.* vbi late idem dicit, quando adest iuramentum fidelitatis. † Extende, 30
quia consuetudo alienandi feuda non habet locum, quando alienatio fieret in fraudem, puta per vasallum infirmum in præiudicium agnatorum. Curt. Iun. *cons.* 26. *num.* 10. & plene Riminal. Iun. *cons.* 394 *num.* 86. *& multis seqq.* vbi multa congerit, quod consuetudo debet esse in puncto. † Contrarium tenet Paris. *d. cons.* 13. *n.* 57. 31
& seq. lib. 1. vbi respondet ad motiua. † Restringe, quia consuetu- 32
do alienandi feuda habet locum in casu, vbi eadem est ratio, & in casu æquiparato. Paris. *cons.* 13. *num.* 41. *& multis seqq. & num.* 50. *cum seq. lib.* 1. Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Concluſ.* 795. M
num. 59. *& seq.*

Consuetudo diuersorum locorum circa feudalia. Concluſ. 862.

AMPLIA; quia † valet consuetudo, quod succedant hæredes in feudis dignitatum, puta Regum, Ducum, & Marchiæ, 1
quia generaliter hoc ex vsurpatione fuit inductum, & seruatur tam de facto, quam de iure. Bald. *consil.* 275. *Quod pro regula, num.* 3. *vers. sed hodie, libr.* 2. † Agnati transuersales licet succedant in feu- 2
do paterno, & antiquo, quando descendunt à primo inuestito, vsque ad septimum gradum, tamen de consuetudine Imperii seruatur contrarium, quod deficiente recta linea descendentium feudum deuoluitur ad imperium. Hostiens. *in summa. de feud.* §. *qualiter.* quem sequitur Calder. *cons.* 312. *in fin.* alias 9. *de feud.* † Feudum 3
solitum infeudari ab Ecclesia potest sine solemnitatibus à iure requisitis infeudari à solo Episcopo, sine consensu Capituli, quando non est commune de mensa Capituli, & ita seruat consuetudo communis Italiæ. Calder. *consil.* 314. *vers. & per hoc respondetur, circa princ.* alias 11. *de feud.* † Consuetudo dicitur esse in Roma- 4
nia, quod vasalli alienant libere sine pœna commissi. Oldrad. *consil.* 159. *Ex præsenti themate, numer.* 9. *vers. & si de consuetudinibus.* † De- 5
clara, quia debet probari in casu particulari, de quo agitur, veluti si ageretur de alienando feudo per eum, qui proximus est morti, quia est senex, alias non valet. Curt. Iun. *cons.* 26. Sequitur Riminal. *cons.* 394. *num.* 86. *& seq. lib.* 4. † Et feudum indiuiduum potest de 6
consuetudine diuidi. Oldrad. *consil.* 237. *n.* 3. *vers. verum à iure.* Alex. *consil.* 30. *in princ. libr.* 6. vbi, quod est hæc consuetudo per totam Italiam, & *consil.* 18. *num.* 6. *lib.* 2. † Declarare videtur Angel. *cons.* 287. 7
num. 8. *&* 9. in omni feudo, quia si extat consuetudo diuidendi, illa attenditur. † Mantuæ est consuetudo, quod vasallus omni 8
tempore ad sui beneplacitum etiam in præiudicium agnatorum, & illis non consentientibus possit alienare feudum antiquum, & paternum accedente sola licentia directi domini. Paris. *consil.* 14. *numer.* 4. *libr.* 1. † Vide Burs. *consil.* 127. *num.* 59. & Riminald. Iun. 9
consil. 394. *num.* 94. vbi, quod debet in specie probari. *libr.* 4. nec sufficit probatio in genere. † Vallis Secusa Ducatus Sabaudiæ ha- 10
bet cõsuetudinem, quod feudatarii sine consensu domini feudalia possunt locare in emphyteusim, & subinfeudare sine licentia domini. Bald. *cons.* 318. *Quidam nobilis, per totum, lib.* 2. † Idem in 11
Regno Apuliæ attestatur apostilla ad Roman. *consil.* 367. *in ver. non succedere.* vbi citat plures. † Siciliæ constitutiones & consuetu- 12
dines admittunt fœminas ad feuda, masculis non extantibus apostill. ad Roman. *consil.* 367. *circa princ. num.* 12. *in ver. non succedere, vers. in Regno tamen.* vbi plures allegat. † Patauii est consuetudo, 13
quod feuda transeunt ad fœminas. Curt. Iun. *consil.* 174. *Præsupponitur, ante num.* 10. Ferret. *consil.* 87. *In præsenti, num.* 20. apostill. ad Roman. *consil.* 367. *In ver. non succedere, circa fin.* † Francorum feuda 14
ad solos primogenitos transeunt de consuetudine, Angel. *consil.* 287. *Factum super quo consilium, num.* 8. *ver. quinimo.* † Dignitatum feu- 15
da, prout Regnum, Ducatus, Marchia, & Comitatus de iure non transeunt ad descendentes, tamen de consuetudine contrarium vsurpatum est. Angel. *d. cons.* 287. *num.* 8. † Galliæ consuetudo ad- 16
mittit fœminas ad feuda non extantibus masculis apostill. ad Roman. *consil.* 367. *In ver. non succedere, in fin.* † Cathaloniæ est consue- 17
tudo, quod frater spurius non succedit fratri in feudo. Bald. *consil.* 207. *Quæstio est spurius, lib.* 2. *in princ.* † Item adest constitutio Regia 18
in Cathalonia, quod feudum habens possit de illo testari, & disponere inter viuos, dummodo in personas capaces, imo si feu-

dum Ecclesiæ, vel incapaci relinquatur, Ecclesia, & incapaces possint feudum vendere capaci infra annum. Bald. *d. consil. 207. circa princ. vers. & est quædam, lib. 2.* vbi, quod non admittuntur spurii vigore constitutionis, vt vendant, quia non sunt capaces in capiendo feudo, neque in retinendo. † Declara, quod talis consuetudo intelligitur de testamento perfecto solemni, & tali, quod possit probari. Bald. *consil. 275. Quod pro regula, num. 2. vers. debet tamen, libr. 2.* Vide, *Feudum quando potest alienari, vel non per vasallum. Concluſ. 186.*

Consuetudo circa flumina, & aquæductus. Concl. 863.

PERVSII † est consuetudo, quod flumicella multa, quæ non sunt publica, inseruiunt vsui priuatorum, ideo in eis possunt fieri clusæ, & fabricari molendina, quia si alteri habenti vsum prius non tollitur vsus, licet præiudicetur quoad lucrum molendini; quia non habet primum molendinum tantum concursum, tamen de consuetudine cuilibet est permissus vsus, quia non priuat alium dicto vsu. Bald. *consil. 463. Quatuor sunt, per totum, maxime num. 5. lib. 4.*

Consuetudo loci an liget forenses, vel sit localis. Concluſ. 864.

CONSVETVDO † loci, quod vxor succedat pro dimidia in acquisitis post matrimonium per maritum est localis, prout est Parisiis; ideo non comprehendit forensem, qui cum vxore Parisiis fuit testatus, quando habebat domicilium in patria sua, & erat recessurus ex ciuitate Parisiensi, quia cum sit localis non ligat, nisi subditos. Oldrad. *consil. 248. Præsupposita consuetudine, in princip. vers. ad primam.* Anchar. *consil. 163. in princip.* † Amplia, vt procedat etiam in consuetudine solemnitatis, quia forensis debet testari secundum ius commune, & non secundum morem ciuitatis contra ius commune, quando erat inde recessurus, vel ibi non erat effectus subditus. Oldrad. *consil. 248. Præsupposita consuetudine, num. 2. vers. ad secundam.* Contrarium infra in prima limitatione. † Declara ampliationem proximam, vt procedat, si locus erat talis, quod ibi viri litterati reperti fuissent, & si testator non erat rusticus, quia in loco rustico est seruanda solemnitas loci, & etiam quando testamentum a rustico est conditum. Oldrad. *consil. prædicto 248. num. 2.* Declara; quia consuetudo circa decisoria causarum non ligat forenses, secus si est circa ordinatoria. Mascard. *Concluſ. 423. Consuetudo, num. 9. & seq. vers. præterea.* † Amplia in consuetudine, vel statuto Angliæ, quod mortuo marito vxor succedat in certa portione, & quod pater non possit priuare filiam in Anglia, quia est localis, & non se extendit extra iurisdictionem statuentium, ideo non comprehendit Senensem testantem Senis quoad bona, quæ habet extra Angliam. Lap. *alleg. 92. num. 7. vsque in fin. vers. Super quarto.* † Limita, quia consuetudo loci licet sit localis, tamen quoad solemnitatem actus seruandam vbique extenditur, quia consuetudo circa solemnitatem actus, vel contractus, semper extenditur vbique, ideo si quis testatur Venetiis, vbi duo testes sufficiunt, testamentum valet vbique. Anchar. *consil. 163. Visis, & diligenter, in princ.* † Restringe, quando respicit consuetudo loci non solemnitatem, sed effectum actus, puta quod deducatur, vel non, Trebellianica; quia attenditur consuetudo loci bonorum, non loci celebrati testamenti. Anchar. *d. consil. 163. in princ.* † Restringe in consuetudine respiciente personam, veluti quod primogenitus succedat, prout Angliæ, & est localis, nec extenditur, prout Anchar. *d. consil. 163. in princ.* † Restringe in consuetudine circa bona prout Parisiis, & non extenditur, vt supra in princ. † Limita, quia consuetudo loci non solum afficit originarios & incolas respectu bonorum, quæ sunt in loco, sed etiam ligat forenses respectu bonorum, quæ habentur in loco consuetudinis. Bald. *in authent. omnes peregrini, col. 1. C. comm. de succeſſ.* Bart. *in l. fine hærede. §. Lucius, per illum text. ff. de admin. tut. & in l. cunctos populos, in 7. quæst. C. de summa Trinit.* Alex. *consil. 35. ver. circa tertiam particulam, lib. 4.* optimus text. *in l. munerum §. patrimoniorum, & §. præterea, ff. de muner. & honor.* Cardin. *in c. fin. §. licet, in repet. de consuet.* nam vbi tractatur de onere rei, inspicienda est consuetudo loci, vbi est res, *l. 2. & l. vlt. C. de prædiis nauicul. lib. 11.*

Consuetudo circa temporalia, & fructus beneficiorum ad quos spectent. Concluſ. 865.

CONSVETVDO † Ecclesiæ Calagurritanæ est, quod habens præstimonium si decedat post Kalendas Decembris, habet fructus anni sequentis: si vero decedat ante Kalendas dicti mensis, nihil habet de fructibus anni sequentis. Oldrad. *cons. 140. In Ecclesia Calagurritana.* † Amplia, quia Mutinæ est consuetudo, quod Canonici possunt testari de fructibus suarum præbendarum post mortem debitis per annum, quæ consuetudo valet, & de ea attestatur Barba. *in c. si. de pecul. cleric.* prout refert, & sequitur Bello. *consil. 3. Curatus Ecclesiæ, num. 9. ver. quæ consuetudo.* † Amplia, quia fructus beneficii separati, & reconditi an spectent ad Ecclesiam mortuo beneficiato, & ad successorem in Ecclesia, an potius ad hæredes defuncti statur consuetudini speciali, etiam Ecclesiæ de qua agitur, Calder. *cons. 329. circa fin. vers. puto concludendum*, alias *2. de pecul. clerico.* sequitur Bello. *consil. 3. num. 8. & seq.* † Amplia, quia imo etiam circa fructus non separatos, neque reconditos, valet consuetudo, quod beneficiatus possit aliquid pro anima sua legare. Calder. *consil. 329. vltra med. ver. Hostiens. distinguebat*, alias *2. de pecul. cleric.* Amplia, † quia licet fructus beneficii debeant diuidi in quatuor partes, prima Prælati, secunda Capituli, tertia fabricæ, & quarta pauperum, *c. quatuor. 11. quæstion. 2.* tamen valet consuetudo, quod Episcopus habeat tres quartas, & alia quarta suppleat Capitulo, fabricæ, & pauperibus. Bald. *consil. 132. Præsuppositio, quod Cathedralis, per totum, lib. 1.* † Amplia, quia Burgundiæ, & maxime in loco pontis Larii Comitatus Burgundiæ est consuetudo, quod fructus beneficii mortuo rectore, si sunt recollecti, spectent ad hæredes beneficiati defuncti, non autem ad Ecclesiam, vel successores. Bello. *consil. 3. per totum*, maxime *num. 8. & seq.* vbi, quod Papa, vel Archiepiscopus nunquam consueuit in hoc apponere manum. † Amplia, quia secundum aliquos valet consuetudo, quod Prælatus in vita possit fructus Ecclesiæ suæ in vita donare consanguineis, & pro libito suo disponere in vita; quia Papa scit, & patitur. Bald. *cons. 298. Hac materia altiora, num. 5. vers. sed nunquid, lib. 1.* vbi Bald. tenet hanc partem quoad fructus Prælato applicandos, quia de istis in vita potest facere quicquid vult, licet recitet etiam opinionem contrariam, quod non valeat talis consuetudo tanquam abusiua. † Extende, quia valet consuetudo, quod beneficiatus etiam habens administrationem possit testari de fructibus beneficiorum. Bologni. ad *cons. 10. de Anan. 87. num. 4. ver. quod tamen intellige.* † Amplia, quia valet consuetudo, quod fructus beneficiorum vltimi anni spectent ad hæredes beneficiati mortui. Bologn. *in addit. ad cons. 10. de Anan. 87. in fin.* † Amplia, quia Florentiæ est consuetudo, quod canonici in absentia percipiant fructus, & distributiones, non tamen minutas. Lap. *alleg. 36. num. 4. circa fin.* † Contrarium, quod sicuti non valet consuetudo, quod seruientes non habeant quotidianas distributiones, ita non valet e contra. Lap. *alleg. 43. in princip.* † Limita, quia consuetudo circa perceptionem fructuum beneficiorum Ecclesiasticorum hodie in omnibus locis non est moderata secundum *extrau. Io. 22. Suscepti regiminis, de election.* & ideo consuetudo Humorensis Ecclesiæ sancti Andreæ, quod canonicus nouus infra quadriennium deseruiens non habeat fructus grossos, qui applicentur Ecclesiæ, nec distributiones, quæ applicentur canonicis deseruientibus, non valet. Oldrad. *consil. 220.* qui loquitur, & quod sit iurata, & confirmata a legato Apostolico. Vide Conclusionem proximam sequentem.

Consuetudo circa fructus beneficiorum vacantium, & eorum applicationem. Concl. 866.

VALET † consuetudo, quod fructus beneficiorum vacantium, alteri Ecclesiæ ex causa debeantur ad tempus, *c. in præsenti, de offi. ordin.* Feder. de Sen. *cons. 224. Casus talis est, quædam plebs, circa med. vers. & in talibus.* † Contrarium videtur velle Oldrad. *cons. 220.* quod imo omnes consuetudines, per quas fructus deseruientium canonicorum applicentur Ecclesiæ, sunt sublatæ.

Consuetudo circa fures & furta. Concl. 867.

CONSVETVDO † est in Italia, quod is, qui fecit tria furta, dicatur famosus, ita vt furca suspendi possit. Bald. *consil. 348. Viso themate, in princ. lib. 5.* vbi loquitur in casu statuti Astensis, hoc idem disponentis.

Consuetudo circa gabellas. Concl. 868.

LICET † locatio gabellarum intelligatur facta secundum leges, vt conductor exigat pœnas quarti, vel tertii plures ab iis, qui in termino non soluerunt. † Tamen si ex vsu communi istæ pœnæ non sunt solitæ exigi, non exigentur, *l. quod si nolit. §. qui assidua, ff. de ædil. edicto, l. licet, C. de loc.* Bal. *cons. 340. in fi. lib. 5.* Dec. *cons. 649. num. 7.*

num. 7. Vide tamen quæ posui *in vers. Gabella odiosa. Concluſ. 3.* Vide, *Conſuetudo circa datia & gabellas. Concluſ. 846.*

Conſuetudo Romani Pontificis circa gratias. Concluſ. 869.

1 CONSVETVDO † nunquam fuit alicuius Rom. Pont. præferre impetrantem in genere alicui poſteriori à ſe prouiſo in ſpecie in certa Eccleſia, vel beneficio. Oldrad. *conſ. 198. circa primum, verſ.* 2 *illud etiam videtur.* † Conſuetudo Papæ eſt, quod in diſpẽſationibus ſemper exprimit, non obſtante tali defectu. & ſi non eſt expreſſum non cenſetur diſpenſatum. Old. *conſ. 327. nu. 4. verſ. quare conſuetudo.*

Conſuetudo circa guardias, & cuſtodias. Concluſ. 870.

1 CONSVETVDO † valet, & attenditur circa guardias & cuſtodias caſtri ſolitas fieri tempore belli, vel alterius neceſſitatis, & ideo ſubditi poſſunt ex conſuetudine compelli. Bello. *con. 1. Viſis ſcripturis, in princ.*

Conſuetudo circa hypothecam bonorum. Concluſ. 871.

1 HYPOTHECA † bonorum de communi cõſueuit apponi in obligationibus debitorum, etiam per apocham confectis. Bald. *conſ. 175. Factum proponitur, vltra med. verſ. ex iis ſequitur, lib. 1.*

Conſuetudo circa horam prandij. Concluſ. 872.

1 CONSVETVDO † eſt, quod diebus feſtiuis homines vadunt ad prandium hora tertia, maxime in Italia. Feder. de Sen. *conſ. 152. In nomine Domini, Amen, num. 4. verſic. hinc eſt*, vbi dicit; quod eſt generalis conſuetudo, vt vel in hora tertia, vel parum poſt vadant ad prandium.

Conſuetudo immemorabilis operatur multa. Concl. 873.

1 CONSVETVDO † immemorabilis habet vim tituli, ideo in ijs, in quibus requiritur titulus ad hoc, vt poſſeſſio, vel præſcriptio procedat, ſufficit ſola præſcriptio, quando eſt immemorabilis ſine titulo. Feder. de Sen. *conſ. 234. col. 2. ver. nam talis conſuetudo inducit ius.* Vide, *Præſcriptio immemorabilis habet multa ſpecialia. Concluſio. 550.* Vide, *Tempus immemorabile operatur multa. Concluſio. 40. &* 2 *Concluſio. ibi prox. ſeq.* † Amplia, quia conſuetudo immemorabilis facit quem exemptum à gabellis. Bald. *conſ. 212. in fin. verſic. ſuper quar-*3 *to, lib. 2.* † Amplia, quia conſuetudo immemorabilis probatur per teſtes deponentes non extare memoriam in contrarium, & quod ipſi viderunt ſic ſeruari ab omnibus, & à maioribus audiuerunt, qui dicebant ſic vidiſſe, & à ſuis maioribus audiuiſſe, Decia. *conſilio* 4 *51. num. 32. & ſequent. lib. 2.* † Specialia immemorabilis conſuetudinis ſunt, quia non requiritur probatio, conſenſus populi, neque ſre-5 quentia actuum. Decia. *conſ. 51. nu. 41. & n. 213. lib. 2.* † Item, neq; ſci-6 entia & patiẽtia Principis requiritur. Deci. *con. 124. n. 49. li. 3.* † Sin-7 gulares teſtes admittuntur. Deci. *con. 51. n. 11 1. li. 2.* † Non requiritur probatio, quod ea intentione ſit inducta, Deci. *conſ. 51. nu. 119. lib. 2.*

Conſuetudo circa indicia ad torturam. Concluſ. 874.

1 CONSVETVDO † circa indicia admittit, quod particeps crimi-nis interrogatur de aliis, & eius depoſitio facit indicium etiam ſine tormentis, quando ſumus in atrocioribus. Alber. de Gandi. in 2 ſuo *tract. de maleſic. tit. de qu. & tormen. qu. penul.* † Declara, quia procedit conſuetudo contra hominem malæ famæ, ſecus eſt contra eum, qui eſt in aliqua dignitate, prout in doctore, & ſimilibus. Fulgo. *conſ. 173. In cauſa inquiſitionis, lib. 1.*

Conſuetudo circa inſinuationem donationis. Concluſ. 875.

1 VALET † conſuetudo, prout eſt in Sicilia, quod donatio ſit valida ſine inſinuatione etiam ſi excedat ſummam ducatorum 500. Calder. *conſ. 320.* alias *1. de donatio. in princ.*

Conſuetudo circa interdicta Eccleſiaſtica. Concluſ. 876.

1 COMPLETORIVM † poteſt dici tempore interdicti Eccleſiaſtici diebus feſtiuis, & licet ſint opiniones hinc inde de hoc, tamen 2 multi ita obſeruant. Feder. de Sen. *conſ. 111. n. 5. ver. ſi vero iſta.* † Sepeliri poſſunt mortui in quatuor feſtiuitatibus, in quibus celebratio permittitur durante interdicto, & licet ſit opinio controuerſa circa ſepulturam, tamen ſæpe ſeruatur, quod ſepeliuntur. Feder. de Sen. *conſ. 111. num. 5. ver. & poteſt ſubſequenter.*

Conſuetudo circa interpretationem verborum quid poſſit. Concluſ. 877.

CONSVETVDO † attendenda eſt circa interpretatiõẽ verborũ, 1 quia quandoq; fit interpretatio ſtrictior ex conſuetudine, & recedimus à propria ſignificatione vocabuli. Calder. *conſ. 245. circa prin. ver. diſpẽſatio autem*, alias *24. de præb.* † Amplia in priuilegiis, quia 2 interpretantur ſecundũ antiquum morem, & conſuetudiné præſcriptam. Bal. *con. 130. Verba propriæ. in ſi. li. 1.* Vide, *Conſuetudo circa priuilegia. Concl. 925.* † Amplia in clauſulis contractuum, quia ſecundũ 3 conſuetudiné debet ſumi interpretatio, maxime in cõtractibus fiſci, & reipublicæ. Bal. *con. 153. Officiales Communis, in ſi. li. 4. & con. 284. In primis, in ſi. li. 4.* Vide, *Conſuetudo & vſus attendi debet in omnibus. Concluſio 954. & Concl. ibi proxima ſeq.* † Amplia in verbis generalibus, & 4 dubiis, quia attenditur obſeruantia, & conſuetudo interpretatiua, quæ ex vnico actu inducitur, videlicet obſeruantia, licet conſuetudo duos actus requirat. Decian. *con. 124. in princ. li. 3.* vbi latiſſime. Vide, *Obſeruantia diuturna multa operatur, & attendenda. Concluſio. 59.* † Amplia in gratia expectatiua ad beneficia cum cura, & ſine cura, 5 quia non capit præſtimonia, licet ſint beneficia, quando conſuetudo eſt in loco, q̃ non veniant præſtimonia appellatione beneficiorum. Abb. *con. 47. Illud de iure, n. 4. ver. ſed iis non obſtantibus, & per totum, li. 2.* † Amplia in teſtamentis, quia verba dubia intelligi debent ſe- 6 cundum conſuetudinem teſtatoris Pariſ. *con. 50. n. 19. lib. 4.* † Am- 7 plia in contractibus, quia verba dubia debent intelligi ſecundum communem conſuetudinem. Decia. *conſ. 124. nu. 30. & ſeq. lib. 3.* vbi extendit etiam impropriando verba. Vide, *Interpretatio rei dubiæ qualiter facienda. Concluſio. 330.*

Conſuetudo interpretatiua quanto tempore introducatur, & quid operetur. Concluſ. 878.

TRIPLEX † eſt conſuetudo interpretatiua, alia principis, qui in- 1 terpretatur leges, alia Iudicis, qui interpretatur ſententias, & iſtę duę in ſcriptis rediguntur, tertia eſt conſuetudo generalis, quę non requirit ſcripturã, Deci. *con. 51. n. 55. li. 2. & con. 44. n. 15. li. 2.* † Al- 2 legari & deduci debet hæc conſuetudo interpretatiua, alias non releuat, & ideo allegãs conſuetudinem immemorabilẽ non poteſt niti in conſuetudine interpretatiua, q̃ decennali tẽpore contentatur. † Reſtringe, ſeu declara, quia præcedit allegatio in cõſuetudine 3 interpretatiua ſpeciali, ſecus in conſuetudine generali, quia genus naſcitur ante ſpeciem, quia genus ſpeciem producit, ideo generalis conſuetudo poteſt includere interpretatiuam, quam producit, & ſic allegans generalem conſuetudinem immemorabilem, non excluditur ab interpretatiua, quæ oritur à generali, ita Ægid. Bellam. late *conſ. 31. n. 27. col. penul.* † Amplia; quia fauorabilior eſt 4 conſuetudo interpretatiua, quam inductiua, ideo leuiores probationes requiruntur. Decian. *conſ. 124. n. 26. v. ſexto confirmatur, li. 3. & conſ. 51. n. 58. lib. 2.* † Et ſi ſtatutum tollat conſuetudinem, non tollit 5 interpretatiuam. Decia. *conſ. 24. n. 28. lib. 3. & conſ. 51. n. 56 li. 2.* Deci. in *c. cum M. n. 7. de conſtit.* † Imo ſi ſtatutum expreſſe reprobat conſue- 6 tudinem, non reprobat interpretatiuam. Deci. *d. c. cum M. de conſtit. n. 7.* † Extenſio fit de loco ad locum in conſuetudine interpretati- 7 ua. Dec. *d. conſ. 124. n. 29. li. 3. & conſ. 51. n. 57. li. 2.* † Imo cõſuetudo ci- 8 uitatis dominantis interpretatur conſuetudinem locorum ſubiectorum. Dec. *conſ. 17. n. 42. lib. 2.* † Et imo ſtatutum, quod alias non 9 valeret, ſubſtinetur propter conſuetudinem interpretatiuã. Dec. *d. conſ. 44. n. 17. lib. 2.* † Et conſuetudo interpretatiua dicitur decla- 10 ratiua alicuius dubii legis, vel ſtatuti, vel alterius diſpoſitionis, & iſta cõſuetudo ineſt diſpoſitioni interpretatæ, & nihil diſponit, vel dat ſenſum dubiũ declarat exemplo declarationis principis, *l. ſi de interpretatione. ff. de leg. ibi.* Bald. in *l. de quibus, n. 4. in 10. oppoſit. eod. tit. Ant. de But. c. ſi. n. 46. & ſeq. de conſtit.* † Cõſuetudo interpretatiua non 11 requirit, quod ſit præſcripta tanto tẽpore, quantum requirit conſuetudo inductiua. Bellon. *conſ. 1. Viſis ſcripturis, n. 3. v. & habet hoc iſta*, late Areti. *conſ. 11. n. 5. v. ſed tamen ex ſuperabundanti.* ſequitur Soci. *conſ. 111. circa ſi. li. 1.* late Crauet. *conſ. 118. n. 3.* plenius, *conſ. 201. n. 12.* Alex. *conſ. 107. col. pen. v. & ſi diceretur, li. 2.* Deci. *conſ. 124. n. 27. li. 3.* Deci. *conſ. 155. Statutum cathedralis, col. ſi. & in c. cũ M. de conſt. n. 7.* Menoch. plene *conſ. 21. n. 15. li. 1. & in tract. de arbitr. li. 2. caſu 199. n. 11.* Alex. *conſ. 8. nu. 7. lib. 6.* Deci. *conſ. 48.* Mature, *n. 2.* vbi reddit rationem; quia iſta eſt conſuetudo facti, nõ autem iuris, quæ faciat ius, Crau. *conſ. 101. n. 4.*

vbi citat plures, & ita Rota in vna Valentin. coram D. Robusterio 5. Octob. 1576. Corn. *cons.* 188. *n.* 20. *ver. est aduertendum, li.* 4. Crauet. *cons.* 273. *n.* 13. *vers. postremo.* Rota *decis.* 35. *n.* 20. *parte* 1. *& decis.* 256. *n.* 6.
12 *&* 7. *parte secunda diuersorum.* † Et quod præscriptio non requiratur in consuetudine interpretatiua. Decia. *d. cons.* 124. *num.* 27. *lib.* 3. *&*
13 *consil.* 51. *num.* 56. *lib.* 2. *& consil.* 44. *num.* 16. *eod. lib.* 2. † Et ista consuetudo interpretatiua est quædam obseruantia, quæ consistit potius in facto, quam in iure, ideo non requiritur præscriptio, sed sufficit, quod generaliter ita fuerit obseruatum. Natta *cons.* 406. *n.* 25. Menoch. *con.* 390. *n.* 18. *lib.* 4. vbi; quod disposita in consuetudine correctoria non habet locum in obseruantia, quæ est consuetudo declaratiua seu interpretatiua, idem tenet Deci. *con.* 48. *n.* 2. vbi, quod est consuetudo facti, non iuris, quando est interpretatiua, & ita loquitur Areti. *cons.* 11. *num.* 6. quem declarat Gabriel. *cons.* 164. *num.* 7.
& 8. qui dicit ideo non requiri præscriptionem, neque diuturnitatem temporis. Roland. *cons.* 5. *n.* 75. *lib.* 1. plenius Rocch. de Curte
in c. fi. de consuet. n. 380. *&* 383. *&* 370. plenissime Crauet. *cons.* 101.
14 *num.* 3. *& in fin.* † De iure canonico in consuetudine interpretatiua requiritur præscriptio 10. annorum, quando non est contra ius, vt
15 per Cottam *decis.* 296. † Amplia, quia licet ad inducendam consuetudinem requiratur, quod bis fuerit iudicatum super ea in contradictorio, tamen secus est in consuetudine interpretatiua, quia sufficit, quod super ea fuerit semel iudicatum. Bald. *consil.* 275. *Factum*
16 *tale est, nutus, num.* 3. *&* 4. *vers. præterea, lib.* 1. † Et quod requiratur disceptatio, & quod in contradictorio sit obtenta. Anchar. *con.* 178. *n.*
17 8. vbi, quod etiam debet esse præscripta. † Declara quia si consuetudo esset interpretatiua contra formam, & significatum legis, vel statuti, debet interpretatio esse facta ab habentibus facultatem
18 iura condendi. Decian. *cons.* 46. *n.* 126. *lib.* 2. † Amplia, quia consuetudo interpretatiua, inducitur spatio 10. annorum, prout consuetudo conformis iuri, vel præter ius. Decian. *cons.* 51. *nu.* 51. *lib.* 2. Bart.
in l. Labeo, col. 2. *ff. de supel. leg.* Ægid. Bellam. *cons.* 31. *col. penul. nu.* 26. *ver.*
19 *præterea.* † Contrarium, quod sufficiat ita seruatum. Ant. de Butr. *in*
20 *c. fi. circa med. de consuet.* quẽ refert, & sequitur Deci. *con.* 48. *col.* 1. † Imo ét minori spatio decem annorũ inducitur ex duobus, vel tribus a-
21 ctibus. Papaz. super *decis. fin. de consuet. in no. in fin.* † Et quod debeat
22 seruari etiam non præscripta. Decia. *consil.* 46. *num.* 134. *lib.* 2. † Contrarium, quod debeat habere robur temporis, & quod sit obtenta
23 in contradictorio. Anchar. *consil.* 178. *num.* 8. † Si tamen consuetudo interpretatiua est contra ius, debet esse præscripta spatio 40. annorum. Soci. *cons.* 260. *num.* 19. sequitur Menoch. *de arbitr. casu* 83.
in fi. sequitur Pute. *decis.* 15. *in fin. lib.* 3. Vide plenius, *Consuetudo quan-*
☞ *to tempore, introducatur. Concluſ.* 796. *num.* 38. *& sequent.* † Amplia, quia
24 potius attenditur consuetudo interpretatiua, quam ius commu-
25 ne Deci. *cons.* 44. *num.* 12. *lib.* 2. † Et quod consuetudo interpretetur legem, sicut statutum. Soci. *consil.* 145. *Circa primum, col.* 3. *lib.* 1. Deci.
consil. 11. facit *c. cum dilectus de consuet.* & quod not. Bartol. *in l. vsum,*
C. de aquæd. lib 11. *& consil. suo* 59. *incip. Commune Spoleti, num.* 7. *vers. præterea, lib.* 1. quod maxime procedit, quando est tanti temporis,
26 quod non extat memoria in contrarium. † Amplia, quia siue consuetudo sit interpretatiua iuris communis, siue statuti, siue contractus, siue etiam iuris diuini, illa debet attendi. Decia. *consil.* 44.
27 *num.* 5. *& sequent. lib.* 2. † Extende, quia consuetudo interpretatiua attendi debet, etiam contra principem, & in contractibus & factis cum Principe. Deci. *consilio* 48. *colum.* 1. vbi quod non requi-
28 ritur, quod sit præscripta. † Et quod attendenda sit in contractibus, etiam si nihil de ea sit dictum, est tex. *leg. quod si nolit,* §. *assidua, ff. de ædil. edict. leg. fin. C. de fideiusso.* Bartol. *consilio* 59. *Commune Spoleti,*
29 *numero* 6. *& consilio* 193. *Commune Lucignani, libro* 2. † Extende, quia in tantum est verum attendi interpretationem consuetudinis, vt procedat, etiam si postmodum constaret talem interpretationem non esse bonam. Abbas *in c. cum dilectus, numero* 7. *versiculo item no-*
ta, quod consuetudo, de consuet. sequitur Rocch. de Curte *tract. de con-*
30 *suet. numero* 430. *versic. & de consuetudine.* † Extende, quod etiam si esset mala interpretatio, ab ea non est recedendum, *c. cum dilectus,* vbi Anton. de Butrio *de consuet.* Soci. Sen. *consil.* 145. *num.* 1. *in fin. lib.*
31 1. late Crauet. *consil.* 202. *num.* 11. † Extende, etiam si non esset legitime præscripta, quia ab ea non recedit ur. Ant. de Butr. *in c. fi. de*
consuet. Areti. *cons.* 11. *colum. fin. & cons.* 94 *colum.* 3. *& cons.* 102. *col. fi.*
32 *& consil.* 114. *col.* 1. † Amplia, quia consuetudo interpretatiua probatur per testes, etiam si non deponant illa tria, videlicet vsum populi, frequentiam actuum, & temporis diuturnitatem, prout idem in consuetudine immemorabili, Decian. *consil.* 44. *num.* 28. *&*
33 *sequent. lib.* 2. † Extende, quia imo probatur per peritos attestantes se ita vidisse obseruari, & à maioribus audiuisse. Decian. *consil.*
34 51. *num.* 84. *lib.* 1. † Imo testes singulares, qui alias non probant con-
35 suetudinem, bene probant illam, quando est interpretatiua. † Amplia, quia consuetudo interpretatiua differt à consuetudine, quæ facit ius, quia ista interpretatiua, quæ est, vt in dubio habeatur intentio alicuius; dicitur consuetudo breuis, alia dicitur longa, ista non requirit scientiam & patientiam populi, vel eius, qui potest legem condere, quod patet: quia testator priuatus habens hanc consuetudinem dat interpretationem, alias secus, quia debet esse cum scientia & patientia eius, qui potest legem condere, ista ex duobus actibus solis; alia ex multis requisitis Corne. *con.* 188. *n.* 10.
lib. 4. † Extende, quia faciliori probatio admittitur in hac interpre- 36
tatiua quam in alia. Areti. *consil.* 11. Deci. *cons.* 11. *num.* 9. *vers. & ideo*
cum verba statuti, & num. 10. *versic. non obstat, & consil.* 156. *colum. fin. vers.*
idem ergo. Crauet. *consil.* 101. *circa fin. versic. & adeo potens.* † Amplia, 37
quia extenditur consuetudo interpretatiua de prouincia ad prouinciam, & ad loca vicina. Decian. *consil.* 124. *nu.* 29. *& sequent. lib.* 3.
† Imo operatur, quod statutum extenditur ad casum non com- 38
prehensum in statuto ex stricta significatione. Decian. *consil.* 124.
numero 31. *libro* 3. † Amplia, quia ea, quæ dicuntur de consuetudine 39
interpretatiua, habent locum etiam in stylo interpretatiuo, licet consuetudo differat in multis à stylo, vt late Ant. de Butrio *c. fin.*
num. 46. *&* 47. *de consuet.* † Limitat, quando consuetudo inter- 40
pretatiua, seu obseruantia non est vniformis. Bero. *consil.* 137. *num.*
31. *lib.* 3. Riminald. Sen. *consil.* 373. *numero* 36. Riminald. Iun. *consil.*
257. *nu.* 49. † Declara, quia licet non requiratur præscriptio in con- 41
suetudine interpretatiua, tamen requiritur possessio, & obseruantia per decem annos. Crauet. *consil.* 701. *numero* 57. Castrens. *consil.*
314. *postremo, n.* 2. *versiculo & dicendum est, lib.* 1. Decian. *con.* 15. *n.* 51. *li.* 2.
† Declara, quia in consuetudine interpretatiua non requiritur 42
præscriptio, nisi agatur de iure quæsito vni, & dando alteri, quia tunc debet esse præscripta. Socin. *con.* 206. *n.* 19. *lib.* 2. sed tamen debet constare clare de isto iure quæsito. Rota coram Robusterio in vna Valent. beneficii die 5. Oct. 1576. † Attendi debet consuetudo 43
interpretatiua quoad omnia, quia generale est, q̃ omnia recipiunt declarationem à consuetudine interpretatiua. Bellon. *d. consilio* 1.
n. 2. *v. & hoc est generale.* † Et idem est in interpretatione contractuũ, 44
& aliorum actuum, de quibus plene Ant. Gabriel. *lib.* 6. *ti. de consuetud. Concluſ.* 1. *Ex consuetudine interpretatur contractus,* vbi ponit ampliat. 31. limit. 4. † Et de consuetudine interpretatiua statutorum, & 45
reformationum, quod sit attendenda. Bald. *cons.* 275. *Factum tale est*
nutus, n. 3. *ver. præterea, lib.* 1. Anchar. *cons.* 178. *n.* 2. *vers. quinto allegatur,*
vbi quod habet locum, quando statutum habet in vtranque partem opiniones, tunc attenditur interpretatiua consuetudo. † I- 46
dem in statuto disponente, quod mulier non possit sine consensu proximiorum de bonis disponere, & quod bis vocari debeant; quia attendi debet, nisi de consuetudine aliter fuerit interpretatum. Ang *con.* 143. *Tria videntur, in fin.* † Idem in opinionibus doctorum. Vide, *Consuetudo circa opiniones doctorum. Concluſ.* 911. Vide, *Con-* 47
☞ *suetudo attendenda circa diuersa. Concluſ.* 807.

Consuetudo generalis circa interpretationem legum, glossarum, & statutorum. Concluſ. 879.

L. *Eos. C.* † *de modo mulctar.* intelligitur, quando in præcepto non 1
er..t expressa quantitas mulctę, alias secus, & ita approbat vniuersalis consuetudo. Oldrad. *cons.* 15. *Circa processum, in fin.* † *L. dos à* 2
patre, C. solut. matr. quæ vult, dotem filiæ decedentis reuerti ad patrem, siue decedat filia sine filiis, siue cum filiis, intelligitur ex generali consuetudine, si decedat sine filiis. Bart. in *d. l. dos à patre.* † *L.* 3
si is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de sicar. non seruatur de generali con- ☞
suetudine. Vide, *Conatus non punitur, nisi sequatur effectus. Concluſio.*
544. † Statutum loquẽs de contractibus ex consuetudine inter- 4
pretatiua potest habere locum in vltima voluntate. Baldus *consilio*
358. *Quidam Lucanus, in princ. libro* 1. licet de iure contrarium sit dicendum cessante consuetudine, idem Baldus *consilio* 253. *Casus ta-*
lis, post med. libro 3. *ver. item, quia generali.* † Amplia, quia licet statutum 5
maxime odiosum, & correctorium secundum propriam significationem debeat interpretari, tamen secus est, si de consuetudine fuit admissa interpretatio impropria. Baldus *consilio* 394. *Punctus*
talis est, Antonius, in princip. libro 3. † Extende, quia consuetudo est o- 6
ptima legum interpres, ideo ad sciendum, an ordo Prædicatorum possit habere successiones, & stabilia, quia dubium videtur propter regulam permissiuam, & constitutionem prohibitiuam, attenditur consuetudo, Abb. *consil.* 27. *in fin. num.* 4. *lib.* 2. † Exten- 7
de generaliter, quia consuetudo habet vim derogatiuam, interpretatiuam, & limitatiuam, ideo vbicunque res efficitur dubia, statur consuetudini, *c. cum dilectus, de consuet. l. si de interpretatione, &*
l. minime. ff. de legib. Abb. *consil.* 26. *Videtur primo, colum.* 2. *num.* 5. *versic.*
est ergo recurrendum, lib. 2. Vide, *Obseruantia diuturna operatur multa,* ☞
& quan-

& quando secus. *Conclusio.* 59. Vide, *Consuetudo circa opiniones Doctorum. Conclusio.* 911.

Consuetudo circa inuentarii confectionem, vel omissionem valet. Concluſ. 880.

1 FORLIVII † est consuetudo, quod tutor teneatur conficere inuentarium bonorum pupilli, & infra certum tempus dare copiam illius in manibus massarii communis, alias vt suspectus possit remoueri, Petr. de Anchar. *consil.* 36. *Visa quadam petitione, circa fin. numer.* 9. *versic. vlterius.* † Limita, quia curatores non tenentur conficere inuentarium bonorum minoris, siue sint generales, siue particulares, quia eorum officiū versatur circa auctoritatem præstandam, non autem circa administrationem, Baldus *consil.* 146.
2 * *Præmissis verbis, num.* 2. *versic. sed posito, lib.* 2. vbi, quod * communiter
3 ita seruatur. † Amplia, quia consuetudo circa confectionem inuentarij ab hærede facti secundum simplicitatem veritatis, omissa forma iuris, valet, Bald. *consil.* 63. *In confectione inuentarij, post med. ver. sed si habemus, lib.* 3. vbi, quod non seruantur legum laqueiin multis
4 locis circa solennitatem inuentarii. † Et quod in multis locis legum laquei inducti à iure communi non seruentur, dicit idem Baldus *d. consil.* 63. *circa fin. lib.* 3. vbi, quod hoc dicit Specul. & etiam habetur in formulario tabellionum, & quod ideo inuenta-
5 rium factum secundum morem patriæ valet. † Et quod de generali consuetudine non seruentur subtilitates requisitæ in confectione inuentariorum dicit Bald. quod magister summæ Notariorum hoc attestatur, & quod auctoritas tabellionum magis inualuit, quam rigor iuris, *consil.* 147. *Inuentarium hæredis, nam* 3. *ver. item magister, lib.* 4. idem attestatur Ias. *in l. fin. in fin. princ. num.* 5. *versic. sed licet prædicta. C. de iure deliber.* vbi, quod de consuetudine non seruantur tot solemnitates, alias vix posset fieri inuentarium, ideo suffi-
6 cit, quod fiat secundum cōsuetudinem Notariorū loci. † Restringe, quia ad probandam hanc consuetudinem derogantem solennitati requisitæ nō sufficiunt multa instrumenta inuentariorū eōdē modo confectorum, nisi constet, quod illis data fuerit fides in iudicio. Abb. *consil.* 73. *Circa primum, num.* 6. *versic. & quanquam proponatur, lib.* 2. sequitur Purpur. *in addit. ad Ias. in d. l. fin. in princ. num.* 5. *versic.*
7 *confectione inuentarij. C. de iure deliber.* † Signum crucis in inuentario de communi consuetudine generali, quæ optima est legum interpres, adhibetur. Ang. *in l. fin. in princ. circa fin. nu.* 19. *ver. prima via. C. de iure deliber.*

Consuetudo Iudæorum in quibus valida, vel non. Concluſ. 881.

1 VALET † consuetudo inter Iudæos, quod periti legis Moysis, vel alii habeant facultatem scribendi testamenta, & talibus testamentis plena fides adhibeatur. Calder. *consil.* 40. *Consuetu-*
2 *do*, quod est 2. *de consuet.* † Iudæi habent consuetudinem antiquissimam in ciuitate Ferrariæ non deferendi signum à Christianis diuersum, vt cognoscantur, quæ fuit confirmata per Martinum V. Fulgo. *consil.* 155. *Proponitur, quod* vbi, quod est rationabilis.

Consuetudo circa Iudices delegatos, & eorum auctoritatem. Concluſ. 882.

1 IVDEX † delegatus licet possit inuocare brachium seculare, tamen illud non inuocat de stylo curiæ, nisi expresse sit conces-
2 sum. Oldrad. *consil.* 278. *circa fin. nu.* 9. † Plures delegati, vel exequutores dati in solidum, si vnus præoccupat, alium impedit, ne possit procedere. & de consuetudine curiæ potest etiam illi inhibere, ne procedat. Feder. de Sen. *consil.* 230. *in fin. ver. præterea*, vbi, quod talis consuetudo valet, & attendi debet.

Consuetudo circa iudicia criminalia. Concluſ. 883.

1 IVDICES † ad criminalia licet de iure non possint exequi sententias suas contra reos damnatos ad mortem ante lapsum decem dierum ad appellandum, tamen contrarium seruant de consuetudine Bart. *in l. vlt. in fin. ff. de pœn.* Bald. *consil.* 382. *Dicis lex, num.* 2. *versic. & nota, quod Bart. & num. num.* 3. *lib.* 1.

Consuetudo circa iudicium in causa propria. Concl. 884.

1 IVDICES † de consuetudine generali in causis, in quibus pœnæ applicantur eisdem iudicibus, procedunt, & licitus sibi ipsis dicunt, Old. *consil* 302. *nu.* 8. *ver. & posito.* †
2 Et Episcopus de consuetudine in causa legatorum piorum potest esse iudex & actor, Gem. *consil.* 114. *in fin. v. rf. non obstat.*

Consuetudo circa iurisdictionem Ecclesiasticam, & laicalem confert plura multis casibus. Concluſ. 885.

1 IVRISDICTIO † spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, quando clericus agit contra laicum ex generali consuetudine, quia Papa per totum orbem indistincte dat litteras delegationis. Lap. *allegat.* 59.
n. 9. Alex. *con.* 79. *n.* 2. *ver. imo generalis consuetudo, lib.* 1. vbi alios allegat.
2 † Amplia, quia consuetudo generalis introduxit, quod Papa dat litteras, & committit causas contra laicos ad instantiam clericorum, & Ecclesiarum super dependentibus à spiritualibus. Ægid.
cons. 40. *num.* 3. *vers. item oppones. & num.* 40. *vers. sed secundario*, quod est votum d. Io. de Varenis, & *num.* 46. *ver. Item sedes*, vbi, quod Papa rescribit indistincte in causis clericorum, & Ecclesiarum contra laicos, quia ita de consuetudine est seruatum ab immemorabili.
3 † Amplia, quia imo in causis mere prophanis consuetudo tribuit iurisdictionem Iudici Ecclesiastico. Ægid. Bellam. *cons.* 40. *nu.* 40.
4 † Amplia, quia consuetudo introduxit, quod si Ecclesiasticus in sua immunitate Ecclesiastica turbetur in causis, quæ de consuetudine spectant ad Ecclesiā, potest declarare excommunicatos turbātes de consuetudine, *c. quoniam, de immunit. Eccl. li.* 6. Aeg. Bellam.
con. 40. *n.* 47. *ver. sed dico.* † Amplia, quia generalis consuetudo intro-
5 duxit, quod causæ funerum, oblationum, & similiū contra laicos dependentium à spiritualitate cognoscantur per Ecclesiasticum. Aegid. Bellam. *con.* 40. *n.* 3. *ver. item oppones. & n.* 20. *in fin. &* 21. *ver. sed oppones*, quod est votum d. Galhardi de nona ætate & *n.* 30. quod est votum Io de Alzeno, & *n.* 32. *& seq.* quod est votum d. Io. Thomasij. & *n.* 37. *ver. suppositio*, quod est votum d. Io Federici, & *n.* 39. *ver. deco cum correctione*, quod est votum d. Guilelmi de Baer. & *num.* 46.
quod est votum d. Roberti de Freta, vbi dicit, quod in istis causis, & similibus, consuetudo est immemorabilis cum titulo, & notoria, quod spectent ad Iudicem Ecclesiasticum. † Extende etiam, si
6 laici negent. Aegid. *d. cō.* 40. *n.* 2. & 3. *ver. sed oppones.* † Amplia, vt pos-
7 sit consuetudo introducere, quod Episcopus in causa piorum legatorum, in qua est executor, possit constituere procuratorem, & deputare Vicarium, vel Iudicem in illa causa. Gem. *cons.* 114. *in fin. ver. non obstat.* † Extende, quia consuetudo potest sicut priuilegium
8 tribuere iurisdictionem, & territorium, & illud etiam ampliare. Bald. *consil.* 49. *in facto Abbas lib.* 1. Vide, *Consuetudo circa iurisdictionem Episcoporum. Conclusio.* 887. † Extende in ministro generali ordinis
9 S. Francisci, quia de consuetudine generali ordinis habet iurisdictionem in monachos, seu fratres sui ordinis, & est confirmata per Papam. Bald. *cons.* 338. *Ad euidentiam, in fin. lib.* 1. † Vsuraria causa de
10 obseruantia Curiæ Rom. spectat ad Iudicem, & Ecclesiasticum. Lap. *alleg.* 56. *n.* 3. vbi in fi. quod ita Rom. Ecclesia practicat, & obseruat, & quod esset durum contra stimulum calcitrare. † Amplia,
11 quia Priores, & officiales seu decuriones possunt ex consuetudine acquirere iurisdictionem. Bald. *cons.* 388. *Si princeps, lib.* 4. † Extende,
12 vt idem sit in castris subiectis, quia ex consuetudine possunt acquirere iurisdictionem etiam circa regalia, & exactiones passagii, & aliorum, Bald. *con.* 400. *Super primo, in princ. & con.* 401. *li.* 4. † Am-
13 plia, quia Consuetudine potest introduci iurisdictio, quod quis in causa propria ius sibi dicat. Alex. *con.* 13. *Consideratis n.* 12. *in fi. lib.* 6.
14 vbi allegat tex. *in c.* 1. *de pœnis, lib.* 6. † Amplia, quia consuetudine acquiritur iurisdictio criminalis, & ius fiscale, & ius confiscandi bona, & valet, Alex. *d. cons.* 13. *nu.* 18. *lib.* 6. vbi plur. alleg. † Amplia, quia
15 consuetudine potest iurisdictio introduci. Gemin. *consil.* 6. *in fin. versic. ad tertium.* † Et quod longa consuetudo possit introducere
16 iurisdictionem Rom. *consil.* 300. *In casu proposito, in princip.* vbi apostil. *in versic. tribuit*, dat concord. & extendit etiam ad priuatas personas.

Consuetudo circa iurisdictionem Capituli sede vacante. Concluſ. 886.

1 CANTOR † de consuetudine Ecclesiæ Eduensis est dignitas, & eligitur à Capitulo, & decano, & non præsentatur Episcopo, neq; Archiepiscopo, sed statim electus administrat. Old. *cons.* 146.
2 *Factum tale est.* † Xantonen. Ecclesia habet consuetudinem, quod duo sint Auditoria in ciuitate, vnum pro causis ciuilibus, quod appellatur Auditorium Xantonen. cuius emolumēta communi-

cantur

cantur de cano, & Capitulo, alterum pro causis criminalibus, & appellatur Auditorium Episcopi, cuius emolumenta sunt proprij
3 Episcopi, Oldrad. *consil.* 318. *per totum.* † Pictauen. Ecclesia habet statuta confirmata, quod duæ sint curiæ, quarum quartam partem emolumentorum habeant decanus, & Capitulum, sed vltra duas curias Episcopus potest habere aliam curiam liberam, Oldrad.
4 *consil.* 187. *per totum.* † Laudunen. Ecclesia habet consuetudinem, quod vacante Ecclesia emolumentum sigilli, & iurisdictionis spiritualium spectet ad Archidiaconum, & quod Capitulum dictæ Ecclesiæ non reddat sigilla, nisi præstito iuramento per Episcopum successorem ipsi Capitulo super nonnullis. Oldrad. *consil.* 194. *Fa-*
5 *ctum tale est.* † Taraconen. Præpositus sede vacante administrat, & curam habet de consuetudine Oldr. *cons.* 227. vbi, quod præpositura non est curata, sed temporalem curam habet.

Consuetudo circa iurisdictionem Episcoporum. Concluſ. 887.

1 CONSVETVDO † valet, & est approbata de iure, quod Episcopus solus sine consensu Capituli procedat etiã in ijs, quę sunt
2 grauis cognitionis. *c. 2. de consuet. li. 6.* † Extẽde, quia hodie de consuetudine generali Episcopi soli sine consensu Capituli procedunt in inquirendo, & puniendo indistincte, Gemin. *consil.* 146.
☞ *ver. secundo, quia si sententia.* Vide, *Consuetudo circa iurisdictionem Ecclesiasticam, & laicalem confert plura. Conclusio. proxima præced.*

Consuetudo circa ius patronatus beneficiorum Ecclesiasticorum. Concluſ. 888.

1 CONSVETVDO † introducens ius patronatus competere vniuersitati laicorum in beneficijs Ecclesiasticis, an valeat, dubium est, vt per Feder. de Sen. *cons.* 65. *Infrascriptæ quæstiones, in princ.* vbi allegat Archid. *in c. hortamur de elect. in 6.* Io. And. *in c. quod alicui de reg. iur. in 6.* tamen valet, si est præscripta secundum com-
* munem * opin. de qua per Abb. *consil.* 76. *verſic. ad secundum, lib.* 2.
* Crauet. qui de * communi attestatur *consil.* 63. *in princ.* † Ius patro-
2 natus competit, & transit in filios hæredes, quando prouenit à patre, quia modus transferendi ius patronatus est hæredis institutio. Ideo fœminæ exclusæ à statuto non habent ius præsentandi, & ita seruat consuetudo. Feder de Sen. *consil.* 111. *num.* 8. *verſ. item*
3 *queritur.* † Maior pars patronorum potest præsentare non vocata minori parte de consuetudine, quando ius patronatus competit vt singulis, Abb. *consil.* 76. *num.* 1. *verſic. ad secundum, lib.* 2. qui loqui-
4 tur de consuetudine particulari. † Contrarium, quod imo de consuetudine seruetur in contrarium, quod omnes patroni sint vocandi, etiam si competat, vt singulis, tenet Feder. de Sen. *consil.* 102.
5 *verſ. secundo dico, col.* 1. † Declara, vt per Crauet. *consil.* 63. *in princip.* vt
* communis * opinio sit, quod non vocentur in electione, sed in in-
6 stitutione. † Non valet consuetudo, quod patronus præsentet absentem, qui non compareat infra tempus datum ad præsentandum, quia est damnosa Ecclesiis, nisi persona præsentata esset notorie idonea penes superiorem, Abbas *consil.* 76. *n.* 2. *ver. in tertio,*
☞ *lib.* 2. Vide, *Consuetudo circa præsentationes ad beneficia patronalia. Conclusio.* 922.

Consuetudo laicorum contra Ecclesias, & ecclesiasticos quanto tempore præscribatur. Concluſ. 889.

1 CONSVETVDO † laicorum seruata cum Ecclesiis, & Ecclesiasticis debet obseruari, si spatio annorum 40. fuit præscripta, licet de iure ciuili sufficeret tempus decem annorum, secus de iure Canonico, Alexand. *consil.* 123. *Circa primum, in princ. lib.* 5.
2 quia nisi sit reprobata, præsumitur rationabilis, vt ibi. † Amplia maxime, quando est consuetudo immemorabilis, quia cum habeat vim priuilegii, ligat Ecclesias, & Ecclesiasticos, sicuti ligaret priuilegium, Alexand. *d. consil.* 123. *num.* 5. *& sequent. verſic. quanto ma-*
3 *gis, lib.* 5. † Amplia, quia licet sit dubium, an per consuetudinem possit tolli, vel minui decima debita Ecclesiis, tamen non est dubium, quod valet consuetudo, si augetur ipsa decima, Alexand. *d.*
☞ *consil.* 123. *num.* 3. *verſic. Nam ibi habetur, lib.* 5. Vide, *Consuetudo circa de-*
4 *cimas. Conclusio.* 847. *nu.* 6. † Extende, quia valet consuetudo laicorum, quod pro quinquagesima, quæ soluitur pro laudemio alienationis bonorum Ecclesiæ in emphyteusim concessorum, soluatur decima, & valet, Alexand. *d. consil.* 123. *in princ.* vbi est casus, *lib.*
☞ 5. Vide, *Consuetudo circa alienationem bonorum Ecclesiæ sine solemnitatibus. Concluſ.* 826. Vide, *Consuetudo generalis patriæ quando ligat clericos. Con-*
5 *cluſ.* 891. † Declara totam istam materiam, quia si consuetudo esset laicorum tantum, non valet, neque comprehendit Ecclesias, neque personas Ecclesiasticas, sed si esset clericorum, & laicorum mixtim, tunc præscripta per 40. annos seruanda est. Vide. *Statu-* ✍
tum laicorum quando comprehendat clericos, & Ecclesias, vel non. Concluſio. 583. † Pro declaratione Alex. *consil.* 210. *Ponderatis in princ. lib.* 2. ple- 6
nissime Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. glo.* 13. *num.* 2. *verſiculo sed hic,* vbi dicit * communem. Ruin. *consilio* 156. *numero* 8. *circa fin.* *
lib. 4.

Consuetudo laicorum quando est seruanda in foro Ecclesiastico inter laicos. Concluſ. 890.

CONSVETVDO † laicorum seruari debet etiam in foro Ec- 1
clesiastico inter laicos, glo. *in l. ex ea ff. de postul.* Petr. de Anchar. *consil.* 18. *In quæstione, num.* 6. *ver. non obstat quod not. glo.* vbi videtur intelligere, vt non procedat in causa spirituali, neque in ordinariis. Vide plenius *in ver. Statutum laicorum quando seruandum in foro Eccle-* ✍
siastico, Conclusio. 584. Vide Conclusionem proximam sequentem, vbi plenius.

Consuetudo generalis patriæ ligat etiam clericos, & omnes. Concluſ. 891.

CONSVETVDO † patriæ generalis respiciens clericos & laicos 1
debet seruari etiam inter clericos, quia non est consuetudo laicorum, Oldrad. *consil.* 93. *num.* 16. *verſic. ad id, quod opponebatur,* & ratio est, quia cum sit generalis, tam laici, quam clerici consenserunt. Curt. Iun. *consil.* 138. *num.* 4. † Amplia, quia statutum & 2
consuetudo ligant minores, sicut maiores, quia lex vniuersalis est. Baldus *consil.* 148. *In casu proposito, num.* 8. *verſ. nam statutum, lib.* 1. Vide, *Consuetudo circa decimas, Conclusio.* 847. † Limita in consue- 3
tudine particulari, quia illa non ligat clericos; sicut vniuersalis. Curt. Iun. *consil.* 138. *num.* 3. & 4. † Extende, quia consuetudo, quod 4
in maioratu seu successione primogenituræ, seu laicorum disponens, quod clericus non succedat, non valet, quia disponit in personas non subiectas, & retraheret homines à vita clericali. Castrens. *consil.* 164. *In præsenti causa, col. penul. in fin. ver. super alio, lib.* 2. † Restringe, vt non procedat in consuetudine feudali, quod non 5
transeat ad clericos, quia bene valet. *c. qui clericus, si de feudo fuerit controuersia,* Castr. *d. consil.* 164. *col. penul. in fin. ver. nec obstat, lib.* 2. † De- 6
clara; quia consuetudo particularis inducta per laicos, vel etiam generalis non ligat clericos secundum magis * communem. Curt. *
de statu sectio. 8. *n.* 54. † Declara esse verum, quando consuetudo est 7
generalis mixta tam clericorum, quam laicorum; secus si laicorum tantum, Alex. *consil.* 210. *Ponderatis, in princip. lib.* 2. Abbas. *consilio* 72. ✍
col. fin. lib. 1. Vide, *Statutum laicorum non comprehendit Ecclesiasticas personas, neque Ecclesias, & quando secus. Conclusio.* 582.

Consuetudo circa legata pia distribuenda inter pauperes. Concluſ. 892.

CONSVETVDO † est, quod Episcopus distribuat legata facta 1
pauperibus indistincte, & indeterminate. Franch. *in c. 2. de test.*
n. 64. *ver. in ea glo. in fi. li.* 6. † Distributio vsurarum incertarum debi- 2
tarum pauperibus fieri debet etiam per Episcopum de consuetudine. Feder. de Sen. *consil.* 33. *in princ. ver. & quod vos positis.*

Consuetudo circa legitimam filiorum. Concl. 893.

CONSVETVDO † vel statutum potest tollere legitimam, seu 1
bonorum subsidium filiis debitam; quia licet successio iure naturæ debeatur filiis ab intestato; tamen si pater præteribat vel exhæredabat filium, nullum reperitur proditũ remedium, nisi de iure communi ciuili; igitur ius ciuile potest tolli per statutũ & consuetudinem, Oldrad. *consil.* 107. *circa municipale, in princ.* vbi quod querela inofficiosi, & ius dicendi nullum ex præteritione, & petendi supplementum, sunt remedia iuris ciuilis; vide tamen, quia in illo casu solum tollebatur, quod non posset filius petere supplementum, quando minor portio esset relicta, vt ibi *numero* 5. *ver.*
sed an saltem. † Contrarium, quod non valeat statutum tollens in 2
totum legitimam tanquam de iure naturali immobili debitam, idem Oldrad. *consil.* 94. *eleganter numero* 9. *& sequent. verſiculo vnde per*
idem ius. † Declara, quia consuetudo & statutum licet non possit 3
tollere in totum legitimam filiis debitam, quia debent habere aliquid loco legitimæ, prout dos, vel quid simile, tamen secus est in legitima ascendentium, quæ bene in totum potest eis auferri, quia non est ita debita parentibus, prout filius, & ita practicatur,
& obser-

& obseruatur vbique locorum, vt inquit Bald. *cons.* 140. *Viso testamento Henrici, in fin. lib.* 1. Vide plenius, *Statutum circa legitimam tollens eam. Conclusio.* 589.

Consuetudo circa legitimationem spuriorum, & illegitimorum. Concluſ. 894.

1 CONSVETVDO † immemorabilis potest transferre iura imperij, & consequenter transferre ius legitimandi ratione territorii suis finibus circumscripti, & ideo habentes consuetudinem non legitimant extra territorium respectu personæ, neque bono-
2 rum, Bald. *con.* 146. *Titulus principis lib.* 1. *in princ.* † Amplia, quia sicut consuetudo confert potestatem legitimandi, ita etiam aufert hãc potestatem habenti eam de iure, ideo licet Imperator possit legitimare etiam in statu Ecclesiæ, tamen hoc non procedit, si consuetudo esset in contrarium, Calder. *con.* 468. *in princ.* alias 3. *qui filij sint legit.*

Consuetudo circa libellos, & formam eorum. Concluſ. 895.

1 ACTIONIS † nomen an debeat in libello exprimi, sunt opiniones, quia de iure ciuili debet exprimi, *l. fin. C. de interdict.* de iure vero canonico secus est, *c. dilecti. de iud.* & quia dubitatur, an ius canonicum in hoc corrigat ius ciuile, an potius contra, & quamuis * Doct. *in l.* 1. *ff. de eden.* discordent, tamen * communis opinio est, quod non exprimatur, & ita seruat consuetudo, vt per Ial. *Instit. de actio.* §. *omnium. num.* 165. *verſic. nomen autem*, vbi habes opiniones pro vtraque parte cum apostil. & de consuetudine attestatur Bartol. *in l.* 1. *in fin. princ. num.* 18. *verſic. secundo vtrum. ff. de eden.* Deci. *in l. edita,* * *in princ. C. de eden.* vbi attestatur de * communi, & de consuetudine, * & latius *in c. dilecti, num.* 11. *verſic. tertio Abbas. de Iud.* vbi dicit * communem tam Legistarum, quam Canonistarum, & attestatur de consuetudine prædicta. Vide, *Libellus quid sit, & continere debeat. Con-*
2 *cluſio.* 300. † Restringe in Ciuitate Auinionensi, in qua est contraria consuetudo, quod imo in libello exprimitur nomen actionis, Bald. *in l. maioribus circa fin. C. comm. vtriuſ. Iud.* sequitur Deci. *in d. cap.*
3 *dilecti. num.* 12. *verſic. & retenta, de Iud.* † Amplia, quia consuetudo attenditur in formandis libellis; in tantum, quod Iudex ex officio potest reijcere libellum contra consuetudinem datum. Deci. *d. c.*
4 *dilecti num.* 12. *de Iudi.* allegat Angel. *in l.* 1. *ff. de offi. aſſeſſ.* † Amplia, quia consuetudo libelli in spolio est attendenda, vt non requiratur specificatio loci, & temporis, quia ita tradit Roffred. & Specul. in eorum formulis, à quibus non est recedendum, Bald. *con.* 217. *num.* 2. *in fin. verſ. ſolutio, lib.* 2.

Consuetudo circa lucrum, mariti & vxoris. Concluſ. 896.

1 PARISIIS † est consuetudo, quod vxor succedit pro dimidia in acquisitis per maritum post matrimonium, de qua Oldrad. *consil.* 248. *in princip. verſ. ad primam*, qui dicit eam localem, & non ligare habentem domicilium in patria sua, & morantem animo re-
2 cedendi Parisiis, sequitur Anchar. *conſ.* 163. *Viſis, & diligenter.* † Angliæ est consuetudo, quod vxor succedit in certa parte marito prædefuncto. Lap. *alleg.* 92. *num.* 2. *verſic. ſecunda*, quam dicit localem,
3 *num.* 7. & 8. *verſic. ſuper quarto.* † Extende, quia in tantum est localis consuetudo ista, vt si maritus credens, quod haberet locum in bonis Florentiæ legauit vxori medietatem omnium bonorum suorum vbique existentium in exequutione consuetudinis, adhuc non habebit vxor, nisi bona Parisiensia, quia sicuti error iuris vitiat, ita error consuetudinis. Anchar. *d. conſil.* 163. *num.* 3. *& per totum.*

Consuetudo locorum circa matrimonia. Concluſ. 897.

1 CONSVETVDO † est fere in tota Tuscia, quod annulus non detur mulieri, nisi matrimonium contrahatur de præsenti, & ideo in Tuscia annuli immissio probat matrimonium. Lap. *allegat.*
2 57. *numero* 13. *verſiculo quod eſt maxime verum, circa fin. numeri.* † Imo, quod in tota Italia sit notoria consuetudo, vt omnes sciunt quod immissio annuli non fit in sponsalibus, sed solum in matrimonio, & ideo licet delatio vel datio annuli non probet matrimonium, tamen immissio annuli bene probat matrimonium, & sine dubio, quando fit in Ecclesia, vel domo mariti. Franc. Areti. *conſ.* 13.

Viso diligenter, num. 4. *verſic. circa ſecundum.*

Consuetudo circa mercatores, eorum priuilegia, & cambia. Concluſ. 898.

SCRIPTVRAE † mercatorum & argentariorum, quamuis priuatæ, de generali consuetudine habentur pro publicis propter 1
præcipuam fidelitatem, & ex parte legalitatem eorum, & maxime, quando adsunt aliqua adminicula. Bald. *conſ.* 198. *Ad intelligentiam, num.* 7. *in fin. verſic. & maxime in contractibus, lib.* 1. † Et idem esse 2
de consuetudine, quod libri camporum publicorum sufficiant ad semiplenam probationem, dicit Cuma. *conſil.* 6. *Creditur libris*, vbi quod consuetudo hoc operatur, quod detur fides. † Et valet 3
consuetudo, quod eorum apodissæ mandentur exequutioni, prout publica instrumenta contra omnes, & operatur talis consuetudo, quod statur apodissis, sicut publicis instrumentis. Bald. *conſil.* 149. *Proponitur, quod ex cauſa, in fin. lib.* 1. Vide, *Conſuetudo circa exequutiones inſtrumentorum & apodiſſarum valet, & quid operetur. Concluſ.* 858.
† Consuetudo mercatorum circa cambia est quod recipiens cam- 4
bia stet ad periculum sortis principalis, quia cambia, vt sint licita, debẽt recipi in premium periculi. Rom. *con.* 238. *Pro habenda. nu.* 6. *&*
ſeq. vbi apost. *in ver. mercatorum.* dicit * communem. † Item debet es- *
se in potestate recipientis ad cambia posse restituere pecunias post 5
primas nundinas, alias sunt illicita cambia. Roma. *d. conſil.* 298. *nu.*
10. *verſ. ſexto generalis conſuetudo.* † Et consuetudo admittens cambia 6
sicca, & illicita non est attendenda tanquam nutritiua peccati, &
vsurarum. Roma. *conſil.* 238. *num.* 11. *verſic. ad tertium.*

Consuetudo circa Missarum celebrationem. Concluſ. 899.

CONSVETVDO † generalis Romanæ Ecclesiæ, & omnium pro- 1
uinciarum Ecclesiæ subiectarum est, quod Missæ celebrentur ante tertiam, quia postea celebrari non potest. Feder. de Sen. *conſ.*
152. *In nomine Domini. Amen, num.* 2. vbi, quod istud etiam est de iure.
† Amplia, vt procedat etiam in Missis solemnibus, quæ licet post 2
tertiam horam durare possint, tamen post tertiam non possunt inchoari. Feder. de Sen. *d. conſ.* 152. *num.* 4. *ver. hinc eſt.*

Consuetudo circa monachos bona sibi reseruantes quid operetur. Concluſ. 900.

MONACHVS † sibi reseruans bona sua in ingressu, vel profes- 1
sione, ex quo non potest habere proprium, sed tantum administrationem, talis reseruatio operatur administrationem bonorum de consuetudine. Bart. *in auth. ingreſſi, nu.* 11. *verſ. vnde quando iſta, C. de ſacr. Eccleſ.* Vide, *Conſuetudo circa religioſos, & eorum ſtatum. Concluſ.* 933.

Consuetudo circa mortuaria, & sepulturas. Concl. 901.

LICET † nihil possit à Rectoribus Ecclesiarum exigi pro sepul- 1
tura, & exequiis mortuorum, si tamen laudabili consuetudine fuit introductum, vt aliquid soluatur, possunt compelli ad soluendum, si subrogantur loco decimarũ, vel canonicæ portionis, quia qui recipiunt spiritualia, conuenit, vt subministrent temporalia. Rom. *conſ.* 344. *in caſu*, vbi apostil. dat concord. & contrarios. Vide plenius, *Conſuetudo circa ſepulturam, & alia ad mortuaria ſpectantia. Con-*
cluſio. 939.

Consuetudo Notariorum circa diuersa. Concl. 902.

CONSVETVDO † Notariorum circa omissionem Indictionis, 1
vt non sit de substantia, & non vitietur instrumentum, probatur, si plura instrumenta in loco apparent confecta sine indictione. Feli. *cap. inter dilectos, nu.* 11. *ver. valet tamen conſuetudo, de fide inſtr.* vbi
concord. alleg. † Amplia, quia valet consuetudo Notariorũ quan- 2
do est vniformis, quia omnes apponunt easdẽ clausulas in instrumentis, secus si vario modo. Alex. *con.* 127. *Viso inſtrumento, in fi. lib.* 5.
Vide Mascard. *Concl.* 425. *Conſuetudo an per plura inſtrumenta probetur.*
vbi ponit regulam affirmatiuam, dummodo constet, quod dictis instrumentis fuit fides adhibita, & idẽ in libris dicit, quib. fides fuit data. † Limita, quia non probatur consuetudo certi Notarij, licet 3
ostendantur instrumenta aliorũ Notariorum cum certis clausulis, quia requiritur probatio consuetudinis in specie illius Notarii. Crauet. *conſil.* 34. *num.* 5. Roland. à Valle *conſil.* 53. *num.* 39. *lib.* 2. † Li- 4
mita, in consuetudine inuentarii circa requisita, quia ex ostensione multorum instrumentorum nõ probatur consuetudo omittendi solemnia in inuentario, nisi probetur, q̃ super dictis instrumentis

mentis fuerit iudicatum in contradictorio. Abbas *consilio 73. Circa primum, n. 6. ver. & quanquam proponatur, lib. 2.* sequitur Abb. Purpur. *in addit. ad Iaſ. in l. fin. num. 5. C. de iure deliber. in verſ. confectione*, vbi allegat Rocch. de Curte, & alios. Vide, *Conſuetudo circa inuentarij confectionem. Concl.* 880. † Et quod pluralitas inſtrumentorum concordantium producta alio non docto contrario arguat conſuetudinem talem ſe habere, prout inſtrumenta denotant. Crauet. *conſil.* 134. *nu. 9. verſic. amplius poſito, & conſil.* 369. *num.* 16. vbi alios citat. † Limita, quia conſuetudo varia in ciuitate inter Notarios, puta quia aliqui certas clauſulas apponant, aliqui non, non releuat, neque valet. Vide, *Conſuetudo an probetur ex actibus diſformibus. Concluſ.* 805. *num. 3. & ſeq.*

Conſuetudo Notariorum circa cautelas contra ius. Concluſ. 903.

1 NOTARII † de conſuetudine in fraudem pœnarum, quæ non poſſunt apponi in matrimonijs, apponunt, quod talis confeſſus fuit habuiſſe tantum pro arrhis, quas promittit reſtituere duplicatas, licet reuera arrhæ nullæ datæ fuerint. Feder. de Sen. 2 *conſ.* 169. *Domino Conrado, in princ. num. 2. ver. præterea.* † Renunciationes beneficiorum, quas faciunt fideiuſſores, vel rei in ſolidum obligati de conſuetudine Notariorum generali, & comuni practica, ſpecificant beneficia in ſpecie, quibus renunciatur, poſtea ponitur clauſula generalis, Bald. *con.* 4. *Quæritur, vtrum fideiuſſores, per totum, lib.* 1.

Conſuetudo circa numerationem pecuniæ. Concl. 904.

1 PECVNIA ſufficit, quod ſit in ſacculo parata, & apparẽs, ad hoc, vt dicatur facta numeratio, quia ex ſola confeſſione cum præſentia pecuniæ in ſacculo, probat numerationem de conſuetudine. Bald. *conſil.* 455. *Quidam nomine, num. 6. verſ. illud non etiam eſt* 2 *omittendum, lib.* 1. † Declara, quia Bald. *d. conſ.* 455. *n. 6. in fin. lib.* 1. dicit hanc conſuetudinem eſſe abuſiuam, ſed quod frequentatur Peruſij cum diſtinctione, quia Notarius vadit cum campſore habente ſacculum vna cum teſtibus, & nunquam ſcribit numerationem, niſi apud campſorem numeretur.

Conſuetudo circa oblationes in Eccleſia, quod fiant, & debeantur, valet & circa alias oblationes. Concluſ. 905.

1 OBLATIONES † & offertæ licet debeant eſſe ſpontaneæ, neque poſſunt populi ad illas faciendum compelli, tamen valet laudabilis conſuetudo pia deuotione introducta, vt teneantur, & compellantur duobus caſibus, primus, ſi rector aliunde non habet, vnde viuat, quia qui recipiunt ſpiritualia, tenentur ſubminiſtrare temporalia, ſecundus caſus, quando loco decimarum vel canonicæ portionis introductæ ſunt, ita in oblationibus, & mortuariis, Roma. plene *conſ.* 344. *In caſu, per totum*, vbi poſtilla citat 2 concord. & pro contraria. † Conſuetudo circa oblationes, & cuius ſint, eſt attendenda, ideo licet laici ſint incapaces oblationum, tamen circa diſpenſationem attenditur conſuetudo, per quos ſint 3 diſpenſandæ, & in quibus vſibus. Ferret. *conſ.* 278. *per totum.* † Extende, quia imo de conſuetudine vendũtur oblationes laicis, quæ 4 attendenda eſt. Ferret. *d. conſ.* 278. *nu.* 4. † Extende, quia de conſuetudine confraternitates laicorũ poſſunt habere oblationes quando illas diſpenſant in vſus pios. Deci. *con.* 143 *n.* 3. Ferret. *conſ.* 143. *nu.* 5 6. *& ſeq.* † Reſtringe, quia non valet conſuetudo, quod oblationes debeantur, & ſint laicorum. Deci. *conſ.* 148. *num.* 3.

Conſuetudo circa obligationes contrarias, quæ præualeat. Concluſ. 906.

1 CONSVETVDO † Ianuæ eſt, quod non obſtante generali quietantia ſociorum, & generali confeſſione, & liberatione occaſione ſocietatis, ſi poſtea fiat confeſſio contraria, per quam vnus ex ſociis ſe obliget alteri occaſione reſti ſocietatis, quod attendatur vltima obligatio, quæ non poteſt allegari nulla tanquam facta ſine cauſa. Bald. *conſ.* 461. *Inter Io. & Aloyſium. in princ. lib.* 1.

Conſuetudo onerosa Eccleſijs non valet, & quando ſecus. Concluſ. 907.

1 CONSVETVDO † onerosa, & præiudicians Eccleſijs reijcitur, & 2 nõ valet, *c. cum cauſa, de re iudic.* † Extẽde, q̃ nedũ nõ valet talis conſuetudo, ſed dicitur proxima ſacrilegio. Bald. *conſ. 9. num. 6. ver. non enim valeret, lib.* 1. † Amplia, quia conſuetudo, per quam inducitur onus & grauamen Eccleſijs ad fauorem laicorum non valet, 3 *c. 1. de conſuet. c. clericis laicos, de immunit. Eccl. lib.* 6. Feder. de Sen. *conſil.* 155. *Quæſtio, in princ.* Ruin. *conſil.* 156. *nu.* 8. *lib* 4. vbi, quod non valet ex cauſa efficienti, quia ſicut laici non poſſunt ſtatuere, ita neque conſuetudinem inducere oneroſam Eccleſijs. † Extende, quia nõ 4 valet, etiam ſi ſit immemorabilis, quia cum ſit irrationabilis, non attenditur. Ruin. *conſilio* 156. *numero* 8. *lib.* 4. † Limita, quando eſſet 5 conſuetudo parum oneroſa, & per eam laici inuitarentur ad deuotionem ſeruentius, ideo valet conſuetudo, quod in feſto Purificationis Eccleſia teneatur dare candelas laicis, & poteſt præſcribi per 40. annos. Feder. de Sen *d. conſ.* 155. *in contrarium.* † Limita, quando 6 eſſet conſuetudo mixtim cauſata à clericis, & laicis. Ruin. *d. conſil.* 156. *num.* 8. *circa fi. lib.* 4. Vide, *Conſuetudo laicorum quando comprehendat Eccleſiaſticos, & Eccleſias.* 889. † Limita, quia conſuetudo generalis, 7 quod feuda alienentur ſaluo iure domini ſine licẽtia domini, non dicitur præiudicialis, & valet. *Concl. proxima ſeq.* † Limita, quando 8 onus eſt de Eccleſia ad Eccleſiam. Feder. de Sen. *conſ.* 151. *num.* 5. *ver. conſil. & allegationes.*

Conſuetudo non dicitur præiudicare Eccleſijs multis caſibus. Concluſ. 908.

CONSVETVDO, q̃ † feuda eccleſiaſtica poſſint alienari ſaluo 1 iure domini Eccleſiaſtici, ſed illo non requiſito, non dicitur oneroſa Eccleſijs, & quando eſt vniuerſalis omnium Eccleſiarum diœceſis, valet, quia potius eſt de rebus, & reſpicit alienationem rerum tam priuati, quam Eccleſiæ. Bald. *conſ. 9. num. 6. verſic. ſurgit hic nouum, lib.* 1.

Conſuetudo circa onera Eccleſiarum inter Eccleſias valet. Concluſ. 909.

CONSVETVDINE † introduci poteſt, quod vna Eccleſia ſubeat 1 onera alterius, *c. 1. de iure patro.* Feder. de Sen. *conſ.* 151. *nu. 5. verſ. conſilia & allegationes.*

Conſuetudo circa diuerſa onera ſubeunda. Concl. 910.

CONSVETVDO † eſt, quód habitatores Villarum, quæ ſubſunt 1 caſtro, teneantur ad cuſtodias caſtri, ad quod tempore belli confugiunt, quia licet cuſtodia ſit onus perſonale, & onera perſonalia ſint ſubeunda duntaxat, vbi perſona moratur, tamen debẽt diſtrictuales ſubire in caſtro talia onera ſaltem de conſuetudine. Calder. *conſil.* 446. alias 4. *de cenſibus.* quod eſt Franc. de Rampo. Petrus de Anchar. & Caſparis Calderini. † Declara, vt valeat con- 2 ſuetudo circa onera perſonalia, vt ſolui debeat ratione bonorum, ſi eſt legitime præſcripta, & obtenta in contradictorio. Calderin. *conſil.* 447. *circa princip. verſic. nam priuilegium conceſſum.* alias 6. *de cenſibus.* † Amplia, quia conſuetudo & diuturna obſeruantia circa ſo- 3 lutionem onerum, & exequutionem faciendam pro oneribus eſt ſeruanda, & valet, & attendi debet, & confert iuriſdictionem, vt pro oneribus realibus, vel mixtis fiat exequutio in fructibus pereum, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi territorij. Bald. *conſil.* 433. *Sicut hactenus, per totum, lib.* 1. vbi, quod ex diuturna ſolutione probatur territorium. † Amplia, quia valet conſuetudo, quod ſoluan- 4 tur collectæ per habitatores loci, etiam pro bonis extra territorium ſitis, maxime quando ſunt in territorio ſub iuriſdictione eiuſdem domini, licet diuerſo, quia ſatis eſt, quod eſt idem fiſcus eiuſdem domini. Bald. *conſil.* 139. *Conſuetudo eſt in terra, in fin. verſic. præterea, & ſi hoc, lib.* 1. Vide, *Conſuetudo circa collectas & onera imponenda. Concluſio.* 842. † Amplia, quia licet collecta imponatur perſonæ 5 pro rebus, & regulariter non ſit onus reale, tamen ſecus eſt de conſuetudine, Bald. *conſil.* 429. *Licet iudex, circa med. num.* 2. *verſic. vtrum autem, lib.* 3. dicit ita ſeruari in partibus ſuis, idem Bald. *conſ.* 139. *circa fin. lib.* 1. Gemin. *conſ.* 116. *num.* 8. † Extende; quia quando 6 bona ſunt allibrata pro collectis, ipſæ collectæ non ſequuntur perſonam ſed rem, & ideo ſunt ſoluendæ in loco bonorum, non in loco domicilij, & ita ſeruat conſuetudo. Bald. *conſil.* 227. *Siquæratur, ante fin. lib.* 3. vbi, quod non tamen debet quis duplici collecta grauari pro eadem re. Corne. *conſil.* 83. *num.* 12. *verſic. & maxime hoc videtur, lib.* 4. † Extende, quia nedum hæc conſuetudo eſt 7 particularis, ſed etiam eſt quaſi vbique & generalis, Bartol. *in l. libertus, §. ſola, in fin. ff. ad municip.* Bald. *in l. etiam, colum.* 5. *C. de exeq. reiudic.* vbi, quod ciuitates Italiæ ſibi priuilegium vſurparunt. † De- 8 clara, quia non probatur hæc conſuetudo aſſerta à Doctoribus ſine iura-

ne iuramento. Corne. plene in hac consuetudine *cons.* 83. *Circa primum, numero* 13. *& sequent. libro* 4. † Extende maxime in Perusina ciuitate, quæ habet priuilegium, quod omnia bona sint tributaria. 9
Bart. in *d. l. libertus. §. sola, ff. ad municip.* † Amplia quia licet habens duodecim filios sit exemptus de iure communi ab omnibus oneribus, tamen consuetudo restringens immunitatem attendi debet. Bald. *cons.* 310. *Si de iure communi, in princ. lib.* 3. 10

Consuetudo circa opiniones Doctorum. Concl. 911.

OPINIONES † Doctorum, quando sunt variæ, illa est attendenda, quam consuetudo comprobauit. Feder. de Sen. *cons.* 217. *Factum tale est, quidam nomine, in fi. v. post istas*, vbi quod consuetudo circa numerum testium adhibendum in testamentis de iure Canonico attenditur, ex quo est dubium, an solum in testamentis ad pias causas, an in omnibus testamentis sufficiant duo testes, & Parochianus. Vide, *Consuetudo quanto tempore inducatur. Conc.* 796. *n.* 63. *& seq.* † Amplia, quia licet sit controuersia inter Doctores, an filius familias possit agere, & conueniri sine patris cõsensu in iis, in quibus patri non acquiritur vsusfructus; tamen præualet opinio, quod non, de consuetudine approbata, de qua Franch. in *c. si annum. §. fi. n.* 4. *v. item pro quo videtur, de iud. in* 6. † Feudum alienatum per Vasallum sine licentia domini, an deuoluatur ad dominum vel ad filios seu agnatos alienantis, quando est feudum antiquũ. sunt opiniones, sed tamen de consuetudine feudali est, vt præiudicet tam filiis, quam agnatis, & deuoluatur ad dominum. Bald. *cons.* 276. *Ad euidentiam præmittendum, in princ. libro* 5. † Adde, quia consuetudo contra opinionem Doctorum non dicitur contra ius; sicuti neque statutum dicitur cõtra ius, quod fit inter Doctorum opiniones. Fulgo. *cons.* 146. *nu.* 2. Caputaqu. *decis.* 101. *in vna Barchinonen. lib.* 2. Put. *decis.* 241. *In vna Cæsaraugustan. lib.* 3. ideo sufficiũt 10. anni. † Extende, quia consuetudo contra stylum Rotæ non dicitur contra ius, sed sufficiunt 10. anni Caputaquen. *d. decis.* 101. *li.* 2. † Declara; quia licet sit stylus Rotæ, quod non credatur Episcopo asserenti resignationem factam in eius manibus, si non constat de consensu resignantis; tamen sic distinguitur; quia si attestatur resignationem factam fuisse, tunc probat, & sibi creditur, si testetur eam fuisse factam coram eo tempore actus; si vero attestetur coram eo fuisse factam, sed non tempore actus, non creditur de stylo, sed sufficit consuetudo 10. annorum, si vero non dicit coram se, neque de illo tempore fuisse factam, tunc bene est contra ius, & requiruntur 40. anni, ita Caputaquen. *d. decis.* 101. *lib.* 2. qui dicit ita declarari *decis.* 1. *de probat. in nou. & decis. Crescent.* 157.

Consuetudo generalis circa opiniones Doctorum controuersas, & à consuetudine approbatas. Concluſ. 912.

POSITIONES † debet dare prius actor, quã reus de cõsuetudine generali. Specul. *tit. depositio. §.* 4. *nu.* 11. *versic. sed pene, in fin.* † Trebellanica & legitima licet de iure ciuili non deducantur ambæ à filio instituto, & grauato de restituendo sub conditione. Oldrad. *consil.* 205. *in princip.* tamen de iure Canonico, & de consuetudine, & obseruantia contrarium seruatur. Bartol. *in l. quanquam, C. ad l. Falcid.* & de hac consuetudine attestantur Bald. *in l. filium, num.* 26. *versic. Azo dixit. C. famil. hercis.* Roma. *consil.* 239. *num.* 3. *versic. quo igitur ad dictam.* † Interrogatoria præparatoria, licet dari debeant, & illis debeat responderi, antequam detur libellus, vel illi respondeatur, tamen de consuetudine potest dari libellus cum interrogatorijs, ita quod responsio ex ordine primo fiat interrogationibus, deinde libello. Oldrad. *consil.* 205. *Prima dubitatio, in fin. versic. ad alteram quæstionem.* † Et *c. statutum, de resc. in* 6. de consuetudine non habet locum in omnibus exequutoribus datis, sed solum in iudicibus ad lites. Oldrad. *consil.* 295. *nu.* 3. *vers. secundo dicit.* † Vsuraria causa de consuetudine & obseruantia spectat ad Ecclesiam, & forum Ecclesiasticum. Lap. *alleg.* 56. *in princip.* de qua obseruantia generali attestatur Card. Zabarel. *clement. 1. de vsur. quæst.* 18. *nu.* 19. distinguens, quod aut agitur de cognitione, an contractus sit vsurarius, vel ne, & spectat ad Ecclesiam, & in hoc est generalis obseruantia, aut de facto solo, an quid sit solutum, vel ne, & tunc super facto illo etiam potest secularis cognoscere. † Iurisdictio spectat ad iudicem Ecclesiasticum de consuetudine, quando clericus agit contra laicum, quia Papa indifferenter concedit litteras per totum orbem, per quas videtur velle, quod ita obseruetur, quicquid sit de opinione Doctorum circa intelligentiam *c. si clericus laicum, de foro compet.* ita Lap. *alleg.* 59. *per totam*, maxime *num.* 9. †Laici fideles, qui admittũtur in Ecclesia, vt in ea possint sepeliri, 7
vt in c. Ecclesia, de consecr. dist. 2. licet aliqui intelligant de laico mortuo sine peccato mortali, alij de eo, qui sanctus reputatur, tamen de facto seruatur, vt intelligatur de Imperatore, Rege, Comite, & similibus. Lap. *alleg.* 84. *nu.* 6. *vers. alij intelligunt.* † Conditio fideicommissi, *si sine filijs decesserit*, licet intelligatur de filiis veris, tamen fauore piæ causæ speciale est, quod grauatus restituere si ingreditur monasterium, & profiteatur monasterium loco filij, facit deficere conditionem & euanescere fideicommissum * secũdum * communem opinionem, & communem obseruantiam. Corn. *cons.* 18. *Circa hanc consultationem, col.* 5. *n.* 18. *ver. & hanc opin. lib.* 4. † Exceptioni 9
non numeratæ pecuniæ an possit valide renunciari incontinenti in actu confessionis de recepto; an vero sit necesse interuallo, est opinio controuersa, tamen de consuetudine seruatur, quod siue ex interuallo, siue incontinenti renunciatio fiat, valet. Bald. *consil.* 251. *Duo rei, ante med. vers. nam quidam, lib.* 3.

Consuetudo optandi diuersarum Ecclesiarum. Concluſ. 913.

IN Ecclesia † Regina est statutum & consuetudo, quod antiquior 1
canonicus possit optare præbendam vacantem, quod statutum est rationabile, & habet locum, etiam si Papa prouideat reseruando canonicatum, & præbendam ad collationem Episcopi, & Capituli, quia non dicitur esse ad collationem eorum. Bald. *cons.* 177. *In Ecclesia Regina, lib.* 1. Vide, *Optio ex consuetudine competit in multis Ecclesiis. Concluſ.* 164.

Cõsuetudo optandi valet, & quæ requirat. Concluſ. 941.

CONSVETVDO † optandi pinguiores præbendas in Ecclesia 1
valet, & est à iure approbata. Oldrad. *cons.* 285. *Allegationes, nu.* 3. & idem in statuto. Bald. *consil.* 177. *In Ecclesia Regina, lib.* 1. † Imò ta- 2
lis consuetudo optandi est fauorabilis, ideo debet extendi, & late interpretari. Feder. de Sen. *consil.* 62. *in fin. versic. potest tamen in isto casu*, & est rationabilis, & nititur æquitate, Calderin. *consil.* 41. *in princip.* alias 3. *de consuet.* † Contrarium, quod sit contra regulas iu- 3
ris, & contra ius commune, Calderin. *consil.* 45. alias 7. *de consuet.* ideo sit restringenda tanquam odiosa, & idem tenet *cons.* 43. quod est 5. *eod. tit.* quod est stricti iuris, & non extenditur. † Amplia, vt 4
nedum optandi consuetudo valeat, sed etiam conferendi antiquioribus canonicis pinguiores præbendas, quia est conformis consuetudini de optando. Oldrad. *d. consil.* 285. *num.* 3. vbi *num.* 4. quod excludit expectantes Apostolicos, & ponit rationẽ consuetudinis, & *num.* 5. † Amplia, quia sufficit tempus 10. annorum ad 5
introducendam huiusmodi consuetudinem. Oldrad. *d. cõs.* 285. *n.* 3. allegat Innoc. Hostien. & Compostel. *in c. fin. de consuet.* † Amplia, 6
quod huiusmodi consuetudo optandi, vel conferendi pinguiores præbendas antiquioribus excludit expectãtes Apostolicos à pinguiori, licet non ab alia dimissa per optantem. Oldrad. *d. consil.* 285. *n.* 4. & 5. vbi tollit, quod propterea non dicitur contraria sedi Apostolicæ. † Amplia, vt licet non valeat consuetudo generalis reser- 7
uata specialiter, & vacantia in curia, *c. fin. §. in præbendis, de consuet. lib.* 6. tamen valet consuetudo specialis, & legitime præscripta optandi etiam vacantia in curia, & reseruata, late Calder. *cons.* 41. *An valeat consuet.* alias 3. *de consuet. per totum.* † Limita, quia licet consuetu- 8
do optandi competens canonicis valeat, tamen non se extendit ad habentes dignitatem, vt possint optare præbendã, quia est stricti iuris, & loquens de certis personis non extenditur ad personas alterius qualitatis, Calder. *cons.* 43. *An si consuetudo*, alias 5. *de consuet. & cons.* 45. quod est 7. *eod. tit.* vbi, quod solus optare potest de consuetudine, loquitur, quia est odiosa. † Limita, quia consuetudo op- 9
tandi si disponat, quod non possit optare, nisi semel, non poterit optare nisi semel, etiam si super præbenda optata sibi moueatur lis. Calder. *consil.* 44. *An si consuetudo*, alias 6. *de consuet.* † Declara, nisi 10
esset declaratum primam optionem non valere, quia tunc ab euentu poterit iterum optare, si habuit iustam causam, propter quam excusari debeat. Calderin. *dicto consilio* 44. alias 6. *de consuet.*

Consuetudo ordinum diuersorum mẽdicantium. Concluſ. 915.

FRATRES † sanctæ Mariæ de Carmelo, licet non sint mendi- 1
cantes ex eorum institutione, tamen excõmuni opinione orbis, & ex generali totius orbis consuetudine pro mendicantibus reputantur. Lap. *alleg.* 45, *num.* 3. *versic. in contrarium, & num.* 4. *in fin.*

2 † Fratres Minores licet de iure non possint habere annuos reddi-
tus, & annuas obuentiones, quia sunt incapaces: tamen secus est
de consuetudine præscripta notoria, & tolerata per Papam. Fe-
der de Sen. *consil. 12. num. 7. versic. item ad id arguitur*, & idem de alijs
mendicantibus, Gemin. *consil. 40. num. 3. versic. item pro istis*, sed ta-
men *nu. 10. in fi. vers. non obstat, quod dictum est*, dicit non valere, quia
3 est contra votum. † Iurisdictionem habet minister Generalis Or-
dinis Minorum in suos fratres ex consuetudine, quæ etiam est
confirmata per Papam. Baldus *consil. 338. Ad euidentiam, in fin.*
lib. 1.

Consuetudo circa ordines sacros suscipiendos, vel non. Concluſ. 916.

1 CONSVETVDO † potest introducere, quod canonicatus, & alia
beneficia non sacerdotalia sacerdotium requirant. Zabarel. *in*
2 *clem. 2. §. ik vero, n. 16. in 16. quæst. de ætat. & qualitat.* † Amplia, vt et-
iam possit consuetudo introducere contrarium, vt obtinens be-
neficia requirentia sacerdotium non promoueatur, nisi ad diaco-
natum, maxime quando talia beneficia non habent curam pœni-
tentialem; sed solum contentiosam. Gemin. *consil. 132. n. 5. ver. sed quia*
punctus, vsque in fin.

Consuetudo an cadat inter particulares. Concl. 917.

1 CONSVETVDO † proprie nō cadit inter particulares personas,
quia licet ita fuerit gestum, vel obseruatum inter particula-
res, tamen consuetudo non inducitur. Feder. de Sen. *consil. 91.*
* *num. 4. in fin. versic. quartum argumentum*, & est communis * opinio
2 Roland. à Valle *consil. 5. nu. 74. lib. 1.* † Et potius est quædam assue-
factio, seu vsus, quam consuetudo, licet vulgariter dicatur con-
3 suetudo alicuius priuati. Roland. *consil. 5. num. 75. lib. 1.* † Declara,
quod quandoque etiam consuetudo potest induci & præscribi in-
ter personas loci particularis, *cap. cum dilectus, de consuet.* Calderin.
consil. 39. An sit consuetum. in princip. versic. item si quoad tertium, quod
4 est *1. de consuet.* † Amplia, quia consuetudo vnius familiæ etiam
contra ius commune valet, si est legitime præscripta, & debet ser-
5 uari quoad illos de familia. Ruin. *consil. 34. nu. 5. lib. 1.* † Contrarium,
quod non valet consuetudo familiæ contra ius commune, nisi illa
familia habeat iurisdictionem, & authoritatem imperij. Ruin. *consil.*
6 *208. num. 2. lib. 1.* † Declara, quia talis consuetudo ab intestato non
procedit ex testamento, neque è contra, & inter descendentes
non procedit inter transuersales. Ruin. *d. consil. 208. n. 2. lib. 1. & cons.*
7 *38. num. 6. lib. 1.* † Declara, vt per Iaſ. *consil. 46. num. 3. lib. 1.* vt valeat
consuetudo vnius familiæ, si habet in loco ius statuendi, puta iu-
risdictionem, vel merum & mixtum imperium, prout familia de
Sichis in terra Calcii, vel si est præscripta immemorabilis, vel et-
iam longo tempore sciente & patiente populo, vel principe.
8 † Amplia, quia qui non habent ius statuendi contra ius, non pos-
sunt etiam inducere consuetudinem in illo casu, ideo particulares
non possunt inducere consuetudinem contra ius. Roland. à Valle
* *consil. 5. num. 74. & sequent.* vbi dicit * communem, *lib. 1.* † Extende,
9 quia laici non possunt inducere consuetudinem contra clericos,
quia non habent ius statuendi contra eos. Ruin. *consil. 156. num. 8. lib.*
4. vbi, quod respectu causæ efficientis à pari procedūt statutum &
☞ consuetudo. Vide, *Consuetudo ad hoc, vt valeat, quæ requirantur. Con-*
10 *cluſ. 795. num. 121. & sequent. versic. decimosexto requiritur.* † Limita,
quia imo consuetudo potest induci inter personas certę professio-
nis vniuersaliter, vt si omnes patroni Ecclesiarum inducerent cer-
tam consuetudinem in loco, dummodo vniuersaliter fiat. Gemin.
11 *cons. 123. Pro clariori, in princ.* † Extende, quia vna pars ciuitatis, imo
vna contrata, vel vna familia, potest inducere consuetudinem in
iis, quæ libere spectant ad ipsam familiam, & etiam quoad alia, si
adsit consensus populi, vide late de hoc Roch. de Curt. *in c. fi. in pri.*
de consuet. num. 391. & seq. ver. sexto quæritur, & de familia magna nobi-
lium, vt possint inter se habere consuetudinem circa bona feuda-
lia libera. Bald. *consil. 348. circa med. versic. item consuetudo, lib. 1.* vbi,
12 quod non in præiudicium principis, secus est inter se. † Extende
in ordinibus fratrum, quia ordo potest inducere consuetudinem,
puta quod minister habeat iurisdictionem in fratres dicti ordi-
13 nis. Bald. *consil. 338. Ad euidentiam, in fi. lib. 1.* † Declara, quia consue-
tudo vnius prioris non nocet successori, & idem in alio Prælato.
14 Curt. Iun. *consil. 333. num. 33. lib. 3.* † Extende idem circa succes-
sionem, vt fœminæ non admittantur stantibus masculis, quia hæc
consuetudo potest esse inter familias particulares. Soci. Iun. *consil.*
65. num. 34. lib. 1. qui loquitur in familia Lantgrauii, & Vrsinorum,
item, quod agnati excludant fœminas. Soci. Iun. *cons. 168. n. 42. lib.*
2. † Et idē in familia de Vbertinis dicit Soci. Iun. *cons. 62. li. 2.* quan- 15
do habent iurisdictionem in loco, vbi etiam simpliciter loquitur.
† Limita, quia cōsuetudo potest esse particularis quoad res, & ne- 16
gocia, nam consuetudo, quod feuda aliqua transeant ad fœminas,
non procedit quoad omnia feuda, nisi probetur etiam circa feuda,
de quibus agitur. Bald. *cons. 397. Casus talis asseritur, n. 3. lib. 5.* † Limita, 17
quia consuetudo potest esse pro vno contra plures, & inducitur
per vnam personam contra plures, veluti si vnus non soluat ga-
bellas, & alij soluant omnes, dicitur inducta consuetudo non sol-
uendi, & exemptio ex consuetudine. Natta late *cons. 431. Circa ea,*
quæ alias, n. 12. ver. tertio obijcitur, vbi dat alia exempla. † Limita, quia 18
potest vna professio, puta mercatorum facere statutum, vel indu-
cere consuetudinem inter illos de arte, etiam contra ius commu-
ne, sed non ligabit alios. Iaſ. *in l. omnes populi, nu. 37. & seq. ff. de iust. &*
iure, imo Bero. *cons. 158. lib. 3. in prin.* dicit hanc * communem, quod *
possunt condere statuta Vniuersitates artificum, neq; requiritur
confirmatio, quando non tangunt iurisdictionem superioris, ne-
que alios, qui non sint de Vniuersitate, allegat Saly cet. *in l. fi. C. de*
constit. pecun. † Et quod non liget non suppositos. Iaſ. *in d. l. omnes po-* 19
puli, n. 37. ff. de iust. & iure. Roma. *cons. 92. n. 5.* Bart. Bald. & alii *in l. 2. C.*
de constit. pecu. Bero. *cons. 158. Præsupponendum, lib. 3. in princ.* † Declara, 20
quia consuetudo mercatorum, si est varia, debet præualere illa,
quæ est secundum ius commune. Afflict. *decis. 280. in fin.* Roland. à
Valle *cons. 13. num 18. & 19. lib. 4.* Riminald. Iun. *cons. 265. nu. 26. lib. 3.*
† Declara, quia ad hoc, vt valeat consuetudo inter omnes merca- 21
tores, necesse est, quod fecerint actum inducentem consuetudi-
nem vt vniuersi, & animo inducendi consuetudinem, non autem
vt singuli, quia tunc non inducitur consuetudo quoad omnes, sed
quoad singulos. Bero. plene *cons. 137. num. 5.* & melius, *num. 11. lib. 3.*
† Limita, quia tunc valet consuetudo contra ius inter vniuersita- 22
tes particulares, quando princeps vel populus habens facultatem
legis condendę approbauit, alias non, ita in consuetudine vniuer-
tatis Hebræorum declarat hac ratione Bero. *cons. 28. nu. 31. & n. 50.*
lib. 3. † Limita, quia Vniuersitas Brentatorum Bononiæ potuit sta- 23
tuere circa ea, quæ non tangunt illos, qui non sunt de Vniuersita-
te, neque ius superioris. Bero. *d. cons. 158. per totum, lib. 3.* Vide plene
Ant. Gabriel. *lib. 6. tit. de consuet. Concl. 5. Consuetudo an inducipoſit ab*
vna familia.

Consuetudo circa pœnas imponendas. Concluſ. 918.

CONSVETVDO † operatur, quod pœna arbitraria & incerta 1
reducitur ad certitudinem. Bald. *cons. 437. Cecchus confecit, num.*
3. vers. restat igitur, lib. 3. † Amplia, quia de consuetudine generali ho- 2
die pœnæ capitales non imponuntur pro delictis attentatis, &
non consummatis. Bald. *d. cons. 437. num. 4. versic. item non obstat, lib. 3.*
† Extende, quod licet venefici tenentes venenum de iure puniri 3
debeant pœna mortis, licet non perfecerint, tamen de consuetu-
dine non seruatur. Bald. *d. cons. 437. num. 5. vers. item non obstat, lib. 3.*
† Amplia, quia pœnæ imponi debent secūdum consuetudinē loci. 4
Cruet. *cons. 41. nu. 8.* ☞ † Extende, quia pœna potius secundum con- 5
suetudinem, quam secundum iuris communis dispositionem de-
bet imponi. Cruet. *con. 137. num. 6.* † In tantum; quod consuetudo 6
imponens minores pœnas derogat iuri communi. Cruet. *consil.*
137. num. 7.

Consuetudo circa permutationes beneficiorum. Concluſ. 919.

CONSVETVDO † seruat, quod permutatione facta de benefi- 1
ciis, non statim acquiritur ius permutantibus eo ipso; quod
authoritas superioris interuenit contra dictum Innoc. *in c. inter,*
de præben. num. 3. versic. posset etiam dici, de hac consuetudine atte-
statur Lap. *in apostil. penul. incip. Innocent. ad consil. Feder. de Sen. 62.*

Consuetudo circa positiones, & responsiones ad illas. Concluſ. 920.

CONSVETVDO † est, quod responsio fiat positionibus 1
singulariter; & facta responsione ad vnam, prius scribatur re-
sponsio, quam legatur alia sequens positio, ita Socin. *consil. 97. In*
præsenti consultatione, num. 8. vers. quod autem, lib. 4. † Valet consuetudo, 2
quod possit responderi, credo quatenus legitime probetur, alias
non, etiam si statutum aliter disponeret, sed debet constare de ta-
li consuetudine, alias haberi debent positiones pro confessatis.
Bald. *cons. 269. Quidam nomine, num. 2. in fi. & num. 3. vers. sed ad ista om-*
nia, lib. 1.

Consue-

Consuetudo circa præcedentiam valet. Concluſ. 921.

1 VALET † conſuetudo circa præcedentiam in Eccleſia, vel extra, vt quandoq; Abbates præcedant canonicos cathedralis Eccleſiæ, vel è contra, & ſi extat conſuetudo, illa debet in præceden-
2 tia ſeruari. Feli. & alij *in c. paſtoralis, nu. 9. & ſeq. de offi. deleg.* † Abbas & alius Prælatus regularis amotus à dignitate habet primum locum inter alios monachos poſt Abbatem, vel Prælatum exiſtentem de conſuetudine, etiam quod in profeſſione eſſet vltimus alijs monachis propter memoriam dignitatis obtentæ. Feder. de Sen. *conſ.* 19. *Quidam monachus, num. 6. col. penul. verſ. & pro iſta parte, & in fin. conſilij, in vltimis verbis.* Vide, *Conſuetudo circa dignitates & honores exhibendos. Concl.* 850.

Conſuetudo circa præſentationes ad beneficia patronalia. Concluſ. 922.

1 FLORENTIAE † eſt conſuetudo, ſeu obſeruantia, quod valet præſentatio patroni de rectore ad Eccleſiã patronatam in abſentia ſuperioris, dummodo infra tempus datum ad præſentãdum præſentatus porrigat ſuam præſentationem ſuperiori. Lap. *alleg.* 76. *nu. 5. & in fi.* vbi, quod longæua practica Florentiæ ita obſeruat.
2 † Parochiani habentes ius præſentandi poſſunt habere illud, & tanquam vniuerſi, & tanquam particulares in ciuitate Florentiæ
3 ex obſeruantia. Lap. *alleg.* 79. *in princip.* † Patroni, quibus competit ius preſentandi, vt ſingulis, licet de iure communi non ſint omnes vocandi, ſed ſufficiat præſentatio facta à maiori parte, nec poſſint non vocati agere de contemptu, tamen ſecus eſt de conſuetudine. Feder. de Sen. *conſilio* 102. *in princip. verſiculo ſecundo dico.* Vide, *Conſuetudo circa ius patronatus beneficiorum Eccleſiaſticorum. Concluſio.* 888.

Conſuetudo circa primogenitos, & primogenituras. Concluſ. 923.

1 LEX † vel conſtitutio, quod in donatis à principe ſuccedant primogeniti, an habeat locum tam in maſculis, quam eis non obſtantibus in fœminis, attenditur conſuetudo loci, quæ ſi diſponit, quod etiam fœminæ primogenitæ ſuccedant, eſt conformis iuri communi. Roma. *conſ.* 98. *Quo ad id, nu. 2. verſic. quo autem ad ſecundum* Vide, *Primogenitus, & primogenitura quid ſit. Concluſ.* 655. † Extende,
2 quia regnum, quod defertur primogenito, ſi non extat maſculus, extenditur ad filiam primogenitam, quia maſculinum concipit fœmininum. Roma. *d. conſil.* 98. *nu. 2. verſic. hæc autem deciſio probatur,* vbi apoſtil. *in verſic. exiſtente*, citat plures. Vide, *Maſculinum quando concipiat fœmininum, vel non. Concluſ.* 101. † Amplia, quia pactum, vel
3 inueſtitura, quod feudum, vel regnum tranſeat ad primogenitum, ſi non extat, vt quia decedit ſine deſcendentibus, an ſuccedat frater ſecundogenitus, dicas, quod attenditur conſuetudo loci, quæ ſi admittit ſecundogenitum, attendi debet, licet ſit contra ius
4 commune. Roma. *d. conſilio* 98. *numero 2. verſiculo quo autem.* † Extende, quia ita debet interpretari quædam conſtitutio Regis Caſtellę, in qua dicebatur, quod donata à rege ſpectent ad primogenitos, & non extantibus filijs, & deſcendentibus ad regem reuertantur, quia ſi extat filia primogenita, vel ſecundogenitus, vel alij deſcendentes, donec extent, ſuccedent. Roma. *d. conſil.* 98. *nu.*
5 2. vbi eſt caſus cõſilij. † Reſtringe, ſecus eſſe in Regno Siciliæ, quia conceſſum eſt pro primogenito, ergo non tranſit ad ſecundogenitum, neque alios, ita Bald. *in c. 1. de fili. nat. ex matrim. ad morganat. contracto, in vſib. feud.* licet Roman. *d. conſil.* 98. *num.* 2. non determinet.
6 † Amplia, quia valet conſuetudo, quod primogenitus ſuccedat in iuriſdictione. Vide, *Conſuetudo circa ſucceſſionem. Concluſio.* 946. *nu. 5. & ſequent.*

Conſuetudo Principum circa diuerſa. Concl. 924.

1 RESCRIPTVM † Principis pendente lite ex certa ſcientia emanatum, etiam ſine clauſula, non obſtante, *l. 1. C. vt lit. pend. & auth. in medio litis non fieri ſacras formas*, valet de conſuetudine principum, licet de iure contrarium diſponatur. Bald. *conſ.* 121. *Proponitur,*
2 *quod ex forma ſtatuti, lib. 1. in princ.* † Factum principis etiam contra ius eſt obſeruandum, quia de generali conſuetudine pro lege habe-
3 tur. Bald. *conſil.* 248. *Quæritur vtrum, in fin. lib. 1.* † Conſuetudo eſt in Lombardia, quod omnes principes vtuntur plenitudine poteſtatis ex quadam theorica, & practica vſuali, ideo illis eſt credendum circa hoc Bald. *conſil.* 267. *nu. 9. verſic. ſed tamen, quia omnes, lib. 1.* quod
4 duplicatur, *lib. 5. conſil.* 447. † Cauſa expreſſa à principe etiam contra legem naturalem, & gentium, præſumitur vera, & ſtatur aſſertioni principis, quando motu proprio, & ſpecifice cauſam exprimit, nec admittitur probatio in contrarium ſecundum conſuetudinem generalem. Bald. *conſ.* 328. *Quæritur, ſi Rex, num. 8. verſ. porro in principe, lib. 1.* † Summaria cauſa licet non poſſit committi, niſi per 5
ſupremos principes, tamen de generali conſuetudine dominorum ſeruatur contrarium, quod illas committunt Domini omnes in ſuis dominiis. Bald. *conſil.* 362. *Quanquam ſuper, num. 5. verſ. vtrum inferior. lib. 3.*

Conſuetudo circa priuilegia. Concluſ. 925.

CONSVETVDO † & preſcriptio eſt optima priuilegiorum inter- 1
pretatio, & ideo quo ad priuilegium, an contineat, vel non aliquid, ſeruandus eſt mos vetuſtatis. Bald. *conſ.* 130. *Verba proprie, in ſi. verſ. ſolutio, lib. 1.*

Conſuetudo circa probationem. Concluſ. 926.

CONSVETVDO † facit, quod inſtrumentum, quod de iure com- 1
muni non probaret, inducit plenam probationem, *c. cum dilectus, §. ſi. de fide inſtr.* Old. *conſil.* 105. *Videtur dicendum.* † Amplia, quod 2
conſuetudo pariter poteſt facere ſufficiẽtem probationem de iure communi non eſſe ſufficientem, & non releuare, Old. *d. conſil.* 105. † Amplia, quia expenſæ factæ pro Eccleſia in proſequutione ele- 3
ctionis, & confirmationis de conſuetudine probantur factæ conſideratis Eccleſiæ facultatibus, & diuturna vacatione, licet non plena ſit probatio. Feder. de Sen. *conſ.* 119. *n. 2. ver. nam de iure.* † Am- 4
plia, quia liber campſoris Eccleſię deputati ab Epiſcopo, & ſic publica authoritate, licet de iure non probet, tamen probat de conſuetudine. Feder. de Sen. *conſil.* 119. *in fi.* allegat *c. ad Apoſtolicam, de ſymon.* Vide, *Liber rationum campſoris probat multis caſibus, & quando ſecus. Concl.* 347. † Amplia, quia valet conſuetudo inter Iudęos, quod 5
periti legis Moyſis, vel alii poſſint conficere teſtamenta, & illis plena fides adhibeatur, ex quod ſunt tolerati. Calder. *con.* 40. *Conſuetudo, quæ habet*, alias 2. *de conſuet.* Vide, *Conſuetudo Iudæorum in quibus valida, vel non. Concl.* 881. † Amplia, quia valet conſuetudo, & tran- 6
ſumptum parte non citata factum plene probat. Gemin. *conſil.* 147. *num.* 4. *ver. item fortius probat.* † Amplia, quia valet conſuetudo, quod 7
ſigillum principis, & aſſertio principis probent etiam in præiudicium tertii, licet non aliter probarent de iure communi. Baldus *conſil.* 464. *Quædam ſcriptura, num. 2. ver. & ad regulam prædictam, lib. 1.* † Amplia, quia valet conſuetudo, quod liber rationum probet et- 8
iam ad fauorem ſcribentis. Cuma. *conſ.* 137. *Viſis inſtrumentis, circa fi. verſ. illud etiam.* † Extende, quia valet conſuetudo, quod liber gior- 9
nalis diu cæptus Capituli plene probat, & talis probatio præiudicat tertio. Alexand. *conſ.* 124. *Conſideratis, nu. 2. & ſeq. lib. 5.* † Amplia, 10
quia valet conſuetudo, quod apocha priuata ſine anno, menſe, & die probet etiam contra fiſcum, & rempublicam. Bal. *conſ.* 123. *Reſpublica, in fin. lib. 3.* Alex. *conſ.* 188. *Viſo proceſſu, num. 5. ver. pro hac concluſione, lib. 7.* † Amplia, quia ſigillum, & litteræ ſigillatæ an probent, 11
vel non, ſtatur conſuetudini loci, vbi confectæ ſunt litteræ. Bald. *conſ.* 126. *Si teſtator, lib. 3.*

Conſuetudo circa procuratores in cauſa capitali admittendos; Concluſ. 927.

CONSVETVDO † vniuerſalis admittit procuratorem in cauſa ca- 1
pitali, quando accuſatus, vel inquiſitus eſt carceratus. Ludou. Bolog. *in additio. ad conſilium primum Io. de Anan. num.* 14. vbi etiam dicit communem * opinionem. *

Conſuetudo circa procurationem ſoluendã. Concl. 928.

VALET † conſuetudo, quod procuratio, quæ debet ſoluile- 1
gato in quarta, ſoluatur in tertia. Feder. de Sen. *cõſ.* 17. *n. 5. in fi. ver. non obſtat, quod quinto loco.* † Amplia, quia valet nedum conſuetu- 2
do in quotitate, ſed etiam in quantitate ſoluenda. Calder. *conſ.* 86. *ver. in talibus enim*, quod eſt 6. *de offi. leg.* † Amplia, vt valeat hæc con- 3
ſuetudo ſuper ſolutione procurationis, ſiue ſit preſcripta, ſiue non ex quo aprobatur à iure, & vltimus ſtatus attendi debet. Calderin. *d. conſ.* 86. *vltra med. ver. & ſi dicatur*, quod eſt 6. *de offic. leg.*

Conſuetudo circa profeſſiones emittendas, ſeu faciendas. Concluſ. 929.

FLORENTIAE † non poteſt quis aliquam religionem pro- 1
fiteri ſine licentia Epiſcopi Florentini, quia extat ſuper hoc

constitutio, quæ valet secundum Lap. *alleg.* 87. *num.* 1. *versic. de secunda.*

Consuetudo circa productionem iurium. Concluſ. 930.

1 CONSVETVDO † totius orbis ſe habet, quod iura producũtur, & dimittuntur in manibus Notarij, & ſtatur fidei Notarij in hoc. Angel. *conſ.* 250. *Domina Liberina, in fin.*

Conſuetudo publicanorum circa exactiones publicarum functionum. Concluſ. 931.

1 PVBLICANI † de conſuetudine generali exigunt publicas functiones velo leuato ſine libello, & ſine litis conteſtatione, & incipiunt ab exequutione, & loco libelli mittunt in carcerem. Bald. *conſ.* 238. *Ad veritatem, in princip.* qui dicit neminem dubitare de hoc, *lib.* 1. Vide, *Conſuetudo circa datia & gabellas. Concluſio.* 846.

Conſuetudo circa relicta ad pias cauſas. Concluſ. 932.

1 CONSVETVDO † valet, quod quilibet teneatur relinquere pro anima ſua, & pro pia cauſa certam portionem bonorum ſuorum, nec dicitur captatoria, vel inductiua voti captandæ mortis tanquam generalis, & incertarum perſonarum. Gemin. *conſ.* 139. *num.* 1. *in fin. & ſequent. verſic. ſed dicet pars aduerſa*, vbi, quod in Ciuitate Venetiarum eſt talis conſuetudo, quod decima pars mobilium relinqui debet in vtilitatem Eccleſiarum, & piorum locorum: Britones vero tenentur relinquere tertiam partem, & ipſe conſulit ſuper eadem conſuetudine in Ciuitate Brechonenſi in Scotia.

Conſuetudo circa Religioſos, & eorum ſtatum. Concluſ. 933.

1 CONSVETVDO † non valet, quod bona relicta particulari affectione Religioſo à conſanguineo, vel alio per ipſum retineantur ſine licentia ſuperioris, quia eſt irrationabilis, nutritiua peccati, & contra ſubſtantiam profeſſionis. Calderin. *conſil.* 42. *An valeat conſuetudo*, alias 4. *de conſuet.* Vide, *Conſuetudo circa monachos*
2 *bona ſibi reſeruantes quid operetur. Concluſio.* 900. † Valet conſuetudo, quod monachi, & fratres mendicantes, licet non poſſint habere immobilia, tamen poſſint habere, vt vendant, & pretium conſequantur pro neceſſitate. Petr. Anchar. *conſilio* 56. *Petitur*
3 *conſilium, per totum.* † Extende, quia valet talis conſuetudo etiam contra conſtitutiones religionis confirmatas à ſede Apoſtolica, quando ſunt ex accidenti, ſecus ſi ab origine religionis, quia tunc non valeret. Petr. Anchar. *conſilio* 56. *in fin.*

Conſuetudo Religionum circa crimina, & delicta punienda. Concluſ. 934.

1 CONSVETVDO † eſt in Monaſteriis fratrum & Monialium de pœnitentia Peruſii, vt criminoſi ex delicto graui eiiciantur ſine monitione, & ſine proceſſu de religione. Feder. de Sen. *conſil.* 105. *Conſueuerunt*, vbi dicit ſecus eſſe, ſi delictum ſit leue, vel ob contumaciam, quia requiritur trina monitio ex conſtitutione dictæ religionis.

Conſuetudo circa remiſſiones delinquentium. Concluſ. 935.

1 CVRIA † Romana nunquam remittit delinquentes ad alios iudices de ſtylo, & conſuetudine. Oldrad. *conſil.* 124. *in fin.* Vide ſupra, *Conſuetudo circa delinquentes remittendos, vel non. Concluſ.* 849.

Conſuetudo circa remiſſorias concedendas. Concluſ. 936.

1 REMISSORIA † non datur, niſi ſemel in qualibet cauſa de conſuetudine Curiæ. Oldrad. *conſ.* 311. *Allegationes, in princ. verſ. potiſſime, & in fi. n.* 11. *ver. ſecunda ratio.* Vide, Remiſſoria de conſuetudine Curiæ non datur, niſi ſemel. *Concluſ.* 153. *cum alijs ibi proxime ſeqq. Concluſ.*

Conſuetudo circa reſidentiam in beneficiis non curatis. Concluſ. 937.

CONSVETVDO † de non reſidendo in beneficio operatur, 1
quod tuta conſcientia poſſunt percipi fructus beneficii non curati in abſentia. Lap. *allegat.* 36. *num.* 4. *circa fin. verſic. ad hoc* allegat gloſ. penult. *in cap. dudum de electio. in* 6. & valet conſuetudo, & obſeruantia, quod quis per Vicarium poſſit deſeruire. Lap. *allegat.* 5. *numero* 2. & latius *numero* 6. vbi, quod de vſu ita ſeruatur, quod quis in abſentia deputet Vicarium. † Et talis conſue- 2
tudo, quod Archipresbyteri Ferrarienſes ſeruiant per ſubſtitutum, licet ſit præcepti; tamen valet, ſecundum Zabarel. *conſil.* 132. *num.* 3. *verſic. item proponitur.* † Amplia, quia Canonici Eccleſiæ 3
Florentinæ habent conſuetudinem percipiendi fructus canonicatuum in abſentia, & diſtributiones quotidianas, non tamen minutas, de qua per Lap. *d. allegat.* 36. *circa fin. verſic. imo quod plus eſt.* † Extende idem in Canonicis Eccleſię Lucanæ, quia per tres men- 4
ſes poſſunt eſſe abſentes, imo quoad præbendam, etiam ſi toto anno abſentes eſſent, de conſuetudine antiqua percipiãt fructus. Abb. *conſil.* 9. *Omiſſa, in princ. & per totum, lib.* 2. † Præſtimonia obti- 5
nentes in Eccleſia Calagurrit. non tenẽtur de conſuetudine ipſius Eccleſiæ reſidere. Oldrad. *conſil.* 140. *num.* 3. *verſ. & ſi dicatur.* † Am- 6
plia, quia conſuetudo, quod abſenti debeatur præbenda, poteſt tolerari. Feder. de Sen. *conſ.* 246. *in prin.* † Declara, dummodo abſens 7
deſeruiat per ſubſtitutum, alias non. Feder. *d. conſ.* 246. *in fin. in apoſtil.* Lap. *in verſ. hoc intellige.* † Amplia, quia valet conſuetudo, quod 8
fructus beneficiorum, & canonicatus debeantur mortuo pro ſuo anniuerſario, vel eius hæredibus. Io. Andr. *in reg. nemo poteſt plus, lib.* 6. Feder. de Sen. *d. conſ.* 246. *in princip.* † Amplia, quia valet conſue- 9
tudo antiqua per quam Canonici non obligantur ad reſidentiam, quia approbatur à iure. Abb. *conſ.* 9. *in princ. lib.* 2. † Extende, quia 10
Epiſcopus ſolus non poteſt tollere conſuetudinem antiquã, quod Canonici non teneantur reſidere. Abbas *d. conſil.* 9. *in princip. lib.* 2. † Conſuetudo, vel conſtitutio ſubtrahens fructus canonicatuum, 11
vel beneficiorum non reſidentibus recipit interpretationem à iure communi, vt ſit rationabilis, & honeſta, alias non valeret, ideo non comprehendit caſum neceſſitatis, vt in Canonico expulſo ſine culpa ſua, quia debet habere fructus, & diſtributiones etiam quotidianas, ſi ſeruit per ſubſtitutum, ex quo non ſtat per ipſum. Calder. *conſil.* 238. alias 17. *de præben. per totum.* † Amplia, vt idem ſit 12
in infirmo, vel alio iuſto, & neceſſario impedimento impedito, quia ſi non poteſt reſidere, neque deſeruire ex impedimento naturali ſine culpa ſua, vt ſupra, debet excuſari, & conſequitur fructus, & diſtributiones, quia conſuetudo non obſtat hoc caſu. Calder. *d. conſilio* 238. alias 17. *de præben. circa med. vſque in fin.* Vide, *Fructus reſidentiæ quando abſentibus debeantur, vel non. Concluſ.* 507.

Conſuetudo circa ſacramenta miniſtranda curialibus, & forenſibus in Vrbe. Concl. 938.

CONSVETVDO eſt in Vrbe, quod fratres ordinis ſancti An- 1
tonii de Vienna miniſtrẽt ſacramenta, & interueniant ſepulturis omnium Curialium, & Cardinalium. Oldrad. *conſ.* 211. *Ad propoſitum*, vbi, quod eſt confirmata à Clemente Papa V. Vide plenius, *Conſuetudo Eccleſiæ Romanæ, & Vrbis circa diuerſa. Concluſio* 817.

Conſuetudo circa ſepulturam, & alia ad mortuaria ſpectantia. Concl. 939.

CONSVETVDO † laudabilis eſt quod funera proceſſionali- 1
ter ad ſepulturam deferantur cum cruce, & aliis, & ideo is, qui elegit ſepulturam apud monaſterium, poteſt per monachos proceſſionaliter deferri ex parochia; quia cum concedatur electio ſepulturæ libera, cenſentur conceſſa ea, quæ ſunt de laudabili conſuetudine. Oldrad. *conſilio* 225. *Grauamina, numero* 13. *&* 14. *circa fin. verſiculo circa ſecundum.* ſequitur Petr. Anch. *conſilio* 56. *Petitur conſilium, per totum.* † Conſuetudo ſeruat contrarium, quod non amo- 2
ueatur funus à fratribus, ſine præſentia parochiani ſui, qui debet adeſſe, & ipſe incipit canticum, *Subuenite.* Card. Zabar. *in clem. dudum, de ſepult. §. huiuſmodi, in fi.* † Conſuetudo eſt Auinionis, quod 3
parentes pro infantibus eligunt ſepulturam, vbi volunt, & talis conſuetudo eſt rationabilis, valet, & præſcribitur ſpatio decem annorum, nec requiritur immemorabilis; quia interpretatiua eſt Oldrad. *conſ.* 225. *num.* 7. *ver. duodecimo, &* latius *num.* 24. *verſiculo circa duodecimam, &* quod valeat eſt tex. *in c. licet de ſepult. lib.* 6. Lap. *alleg.* 60. *in princip.* † Contrarium videtur velle Feder. de Sen. *conſilio* 4

31. *nu.*

91.n.3.in fi. quod imo requirantur anni 40. ad prescribendam consuetudinem, quod parentes eligant sepulturam pro infantibus, sed non firmat. † Amplia quia hæc consuetudo dicitur esse, quod parentes eligant sepulturam pro infantibus in ciuitate Senarum, & diœcesi, & in ciuitatibus vicinis. Feder. de Sen. *cons.* 91. *Quod pater, in princ.* quod consilium est Gerardi Theologi Senen. † Contrariũ, quod talis consuetudo non probetur, tenet ibi Feder. in sua *responsione, incip. Domine, & pater.* † Amplia, quia hæc consuetudo, quod parentes eligant sepulturam pro filijs infantibus, est præscripta per monachos sancti Augustini quoad eorum Ecclesias, & cœmiteria, ita idem frater Gerardi Ordinis prædicti *in cons. Feder. in princ. ver. quarto probo.* † Contrarium, quod talis consuetudo specialis nõ valeat; quia debet esse generalis, tenet Feder. *d. con. 91. In sua responsione, n. 4. ver. quartum argumentum.* Vide, *Consuetudo circa mortuaria. & sepulturas. Concluſ. 901.* † Limita, quia adhoc, vt consuetudo possit dici laudabilis circa sepulturam, videlicet, quod laici teneantur soluere pro sepultura aliquid, necesse est, quod prius per longum tempus ipsi laici soluerint sponte, & voluntarie, quia tunc inducitur pia, & laudabilis consuetudo, quæ valet, & postquam erit introducta, poterunt compelli ad obseruantiam laudabilis consuetudinis, sed si ab initio fuit coactiua, vt quia rector compelleret ad iurandum, quod soluerent tantum pro sepultura, tunc est simonia & extorsio, & non seruãda, nec datur restitutio in spolio. Castr. *cons. 402. Viso processu, num. 4. & per totum, lib. 1.* † Extende; quia imo quinque requiruntur, vt solutio possit licite introduci ex laudabili consuetudine, & pia. Vide, *Sepultura quid sit, & est res sacra. Conclusio. 192.*

Consuetudo circa seruitutes vrbanorum & rusticorum prædiorum valet. Concluſ. 940.

1 CONSVETVDO † est attendenda circa seruitutes bonorum, an quis possit ædificare in muro tanquam communi, an iure seruitutis, quia si non constat aliter, cuius sit, attenditur consuetudo, & quid fuit obseruatum. Bald. *cons. 233. Si per instrumenta, vers. Si vero non apparent, circa princ. lib. 1.*

Consuetudo circa societates, & socios administrantes. Concluſ. 941.

1 SOCIVS † administrans de consuetudine facere debet librum administrationis, quia hoc videtur sibi mandatum, & ideo si dicat non habere librum, sibi non creditur, imo contra eum tamquam dolose occultantem defertur iuramentum. Baldus *consilio 152. Ad euidentiam præmittendum, ante med. versiculo porro, lib. 3.*

Consuetudo circa solemnitates seruanda. Concluſ. 942.

1 CONSVETVDO † circa solemnitatem instrumenti debet seruari, ideo si testes debent se subscribere instrumento; videlicet, in matrice Notarii de consuetudine loci, omissio vitiat instrumentum, quia non habet sua solemnia, Alex. *consil. 37. Viso, in fin. lib. 3.*

Consuetudo circa spiritualia valet quoad multa. Concluſ. 943.

1 CONSVETVDO † locorum est attendenda maxime in promotionibus, & quæ circa ea fiunt, Oldrad. *consil. 105. Videtur dicendum, in fin.* † Amplia, quod eligibilis de iure communi poterit effici non eligibilis ex consuetudine ad beneficia; & dignitates. Old. *consil. 105. versic. præterea.* allegat *c. cum olim de cleric. coniug. cum ibi not.* 3 † Amplia, quod habilis ad contrahendum matrimonium potest per consuetudinem effici inhabilis. *cap. super eo, de cognat. spiritual.* 4 Oldrad. *d. cons. 105. versic. & qui est inhabilis.* † Amplia, quod consuetudo potest inducere, vt electus ante confirmationem ad Episcopatum possit administrare, Oldrad. *consil. 9.* vide *in versiculo consuetudo valet inducens.* † Amplia, quod valet consuetudo Ecclesiæ Calagurritanæ, quod quis retineat plura præstimonia, quæ sunt beneficia Ecclesiastica, Oldrad. *consil. 140. in Ecclesia Calagurritan. in fin.* † Amplia, vt valeat consuetudo, quod habentes præstimonia, quæ sunt beneficia Ecclesiastica; non residean̄t, licet de iure communi omnia beneficia requirant residentiam, Oldrad. *d. consil. 140. num. 3. versic. & si dicatur, quod non requirit.* Abbas *consil. 47. lib. 2.* vbi multa specialia inducta de consuetudine in istis præstimoniis 7 enumerat. † Amplia, quod valet consuetudo, quod electus ad

dignitatem possit administrare absque alia confirmatione superioris, quia cum hoc priuilegio possit induci. *c. 1. de sup. negl. prælat.* ergo & consuetudine, Oldrad. *cons. 146. Factum tale est, de consuetudine, in fin. ver. & si aliqui*, & licet contrarium tenuerit Oldrad. *cons. 128. vers. quod autem nudum, num. 6.* tamen *in consil. 146.* dicit procedere, quod consuetudo valet, quando vnus actus interuenit loco confirmationis, quia potest induci, quod confirmatio fiat per alios actus, qua per veram confirmationem, maxime quod electus semel erat approbatus, puta quia necessario Canonicus eligitur, & non alia persona. † Amplia; quod valet consuetudo ne- 8 cessitans ad formam electionis, de qua *in c. quia propter, de elect.* etiam in casibus, in quibus non esset seruanda, quia est rationabilis, Oldrad. *consil. 146. num. 3. vers. secundo dato, quod.* † Et Imperator po- 9 test de consuetudine habere ius conferendi beneficia Ecclesiastica, Old. *consil. 312. per totum* vbi, quod si Imperator concessit ciuitatem cum integro statu, censetur concessisse ius conferendi Ecclesiam, quod habet in dicta ciuitate. † Amplia, quia Canonicus 10 potest ex consuetudine instituere in beneficiis, & conferre. Feder. de Sen. *consil. 80. versic. item non obstat, quod instituit sub num. 2.* † Excommunicare & interdicere potest Canonicus, & aljus non 11 habens dignitatem ex consuetudine. Feder. de Sen. *cons. 80. in fin.* † Ius eligendi & præsentandi ad beneficia potest consuetudine 12 introduci *c. querelam, vbi glo. de elect.* ita Fed. de Sen. *con. 234. n. 2. in pri. ver. sed video*, Vide, *Consuetudo circa Ecclesiastica, & spiritualia. Concluſio. 854.* Vide. Conclusionem proximam sequentem.

Consuetudo an valeat circa spiritualia, quod electus ante institutionem administret. Concluſ. 944.

CONSVETVDO † valet inducens, quod electus ante confir- 1 mationem possit administrare spiritualia & temporalia. *cap. cum venerabilis*, & ibi Innoc. & alii, *de consuet.* qui loquitur in Abbate. † Adidem facit *consil. Oldrad. 9. num. 5.* loquens de consuetudi- 2 ne Portugalliæ in Episcopo electo, vt possit administrare ante confirmationem ex vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ, Innoc. *in c. qualiter de electio.* quod videtur velle ex eo, quia dicitur consuetudo interpretatiua, Nam de iure communi Ecclesiæ subiectæ sedi Apostolicæ immediate in partibus remotis hoc habent ex iure communi *in c. nihil est, de electio.* ob vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiarum, ergo videtur interpretari. † Vide ad prædicta 3 Franch. *in cap. auaritiæ, versic. in ea glos. in fin. de elect. in 6.* qui videtur distinguere; quando est de licentia superioris per tex. *in c. sicut tuis, de simon.* & per Innoc. *in c. transmissam*, & ibi Hostien. & alios allegatos per Franch. *in d. c. auaritiæ*, qui videntur aliter sentire. † Contrarium, quod non valeat consuetudo prædicta; expres- 4 se tenet Oldrad. *consil. 128. Quoniam ad inuestigationem, versic. quod autem nudum, num. 6. & seq.* vbi concludit, quod si alicubi reperitur consuetudo, quod electus statim administret sine confirmatione, & facto seruetur, ille electus necessario habet officium, & non dignitatem, quia hæc consuetudo est reprobata *in c. cum venerabilis, de consuetud.* tandem *consil. 146. Factum est tale de consuetudine* distinguit in fin. quod valet, quando vltra electionem de consuetudine fit actus, qui potest habere effectum confirmationis, vt est installatio, &c. quia tunc consuetudo inducens actum diuersum loco confirmationis bene valet; maxime, si eligatur persona iam approbata in alio officio de consuetudine; vt est canonicus, & quod non valeat consuetudo inducens, quod electus administret ante confirmationem. Oldrad. plene *cons. 191. Nullo modo videtur*, vbi extendit etiam ad officia publica authoritate, & vtilitate, & etiam authoritate publica, & vtilitate priuata; vt in tutore, qui non debet administrare ante confirmationem. † Declara, quia valet con- 5 suetudo circa dignitates non principales, alias secus. Vide, *Consuetudo non valet multis casibus. Concluſio. 813.* Vide; *Consuetudo circa administrationem electorum ante confirmationem. Concluſ. 824.* Vide, *Electus ante confirmationem non habet dignitatem, ideo non habet administrationem. Concl. 94. & Concl. ibi proxima seq.*

Consuetudo circa subsidium charitatiuum valet. Concluſ. 945.

CONSVETVDO † inducens subsidium charitatiuum est 1 laudabilis, & in tantum valet, vt illi per statutum non possit derogari. Lap. *alleg. 20. circa fin.* † Et tali consuetudini standum est 2 etiam respectu imponendi subsidium per Prælatum regularem, quia talis consuetudo est attendenda. Calder. *consil. 445.* alias 3. *decensib.*

Consuetudo circa successionem filiarum, fœminarum, & aliorum. Concluſ. 946.

1 ANGLIAE † est consuetudo, seu statutum, quod pater non possit priuare filiam tota hæreditate sua, sed tantum certa parte.
2 Lap. *alleg. 92. n. 2. ver. item loquitur*, qui *n. 7. &* 8. dicit esse localē. † Notarię Episcopus de consuetudine tanquam dominus Riperię succedit omnibus descendentibus sine filiis, & descendentibus. Signorol. Homod. *consil. 71. Factum sic se habet, per totum*, vbi, quod non
3 potest Episcopus transigendo remittere hoc ius sine Papa. † Valet consuetudo familiarum, quod fœminæ non succedant, vt in familia Lantgrauii, & familia Vrsinorum. Soci. Iun. *consil. 65. num. 34. lib. 1.*
4 † Lombardiæ est consuetudo, quod filiæ dotatæ non succedunt, quæ consuetudo habet locū, etiam si dos soluta non sit, si est promissa. Signorol. *con. 98. per totum*, vbi pro vtraque, & ita concludit.
☞ Vide plenius, *Statutum circa successionem masculorum exclusis fœminis.*
5 *Concluſ. 657. cum multis Conclusionib. sequentib. ibi proxime.* † Consuetudo circa successionem primogeniti, in iurisdictionibus est attendenda, & valet, & derogat successioni secundum ius commune. Alexand. *consil. 87. Accurate, in princip. lib. 6.* vbi, quod est seruanda, *c. licet, de voto.* Vide, *Primogenitura in successione regni quare adinuen-*
6 *ta. Concluſio. 653.* † Extende in tantum, vt etiam si fiat pactum in genere, quod succedant filii, & hæredes, fit interpretatio, vt secundum consuetudinem de primogenito intelligatur. Alexand. *consil.*
7 *87. num. 3. ver. & secundum, lib. 6.* † Extende in tantum, vt non possint parentes tollere successionem debitam primogenitis, & si aliter disponant, non valet. Alex. *d. consil. 87. num. 4. verſ. imo si expresse, lib. 6.* vbi, quod mortuo primogenito transit ad primogenitum primogeniti, & sic deinceps. Ægid. Bellam. *decis. 724. & decis. 718.* Vide,
☞ *Consuetudo circa primogenitos, & primogenituras. Concluſ. 923.* † Bisuntii,
8 & Parisiis est consuetudo, quod in acquisitis per fratrem, soror etiam vterina excludat nepotes ex alio fratre, in paternis vero & maternis succedāt ex linea paterna & materna proximiores. Ægi. Bellam. *consil. 42. in princip. num. 1. versic. item si contigisset, & consil. 43.*
9 quod est d. Iuniani, & d. Io. de Armion. † Et quod portio spectans sororibus cessa per sorores masculis ante aditam hæreditatem paternam per fœminas dicatur portio hæreditaria, & paterna, non autem portio quæsita, & propterea soror vterina non excludat nepotes ex fratre, tenet Ægid. *d. consil. 42. in princip. num. 1. versic. nunc hoc præmisso*, & plenius *consil. 43. num 13. & seq. ver. ad aliud*, vbi adducit fortem rationem, videlicet, quia ante immixtionem, si sorores cesserunt suam portionem, illa portio accreuit portioni, non per-
10 sonæ masculorum, & sic hæreditaria portio efficitur. † Cōtrarium, quod dicta portio cessa per sorores masculis dicatur acquisita, & conquæsta, quia quicquid acquiritur per contractum inter viuos dicitur quæsitum labore & industria, secus si ex vltima voluntate, & hinc est, quod alimentis non renunciatur, nisi cum decreto Prætoris, quando sunt ex vltima voluntate, quia facilius illis renunciatur, si vero sunt quæsita labore, & ex contractu, sine Prætore potest renunciari, quia non erit ita facilis, ita Ægid. Bellam. *d. consil. 43. num. 1. versic. sed conscientia*, vbi plura, & est consilium D. Iu-
11 niani. † Qualiter autem probetur consuetudo, quod masculi excludunt fœminas, vide Mascard. *Concluſio. 430. Consuetudo, quod masculi excludunt fœminas*, vbi, quod est necesse, quod deponant vidisse, quod masculi soli possederunt bona in vim consuetudinis, & fœminę fuerunt exclusæ, & quod debent interrogati scire, quid sit consuetudo.

Consuetudo circa terminum præfigendum appellanti. Concluſ. 947.

1 IVDICES, à quibus † appellantur, licet de iure non possint præfigere terminum appellanti, infra quem certiorare debeat iudicem à quo de prosequutione appellationis, tamen inoleuit consuetudo circa hanc præfixionem inter iudices, qui talem terminum præfigunt, vt non facta fide de prosequutione in termino exequantur suas sententias. Feder. de Sen. *conſ. 28. Punctus quæstionis, in fin.*

Consuetudo circa testaměta quoad multa. Concl. 948.

1 TESTAMENTVM † nuncupatiuum probatur de consuetudine per instrumentum publicum. Lap. *alleg. 78. Tabellio publicus, n. 9. versic. testamentum*, & est consil. Riccard. Salycet. insertum in d. alleg. & idem dicit Signorol. Homod. *consil. 66. Factum tale est, colum. 2.*
2 *in fin. verſiculo item habet formam.* † In testamentis de iure canonico quod testes requirantur, quia opinio est controuersa, ac *cap. cum esses, de testam.* loquatur in omnibus testamentis, an ad pias causas, seruari debet consuetudo si extat. Feder. de Se[illegible] *con. 217. Factum tale est, quidam nomine, in fin. ver. post istas.* † In terris Ecclesiæ testamen- 3
tum, etiā si non esset ad piam causam, valet coram presbytero, & duobus testibus, & ita intelligitur, *c. cum esses, de testam.* Calder. *con.* 337. alias 8. *de testam. circa fi.* vbi, quod ita seruatur. Vide, *Testamentum in terris Ecclesiæ quam solemnitatem requirat. Concluſ. 113.* † Insinuatio te- 4
stamentorum de consuetudine potest introduci, quodque ea debeant insinuari coram Episcopo, alias non valeant, & talis consuetudo est valida. Gemin. *conſ. 139. circa princip. verſ. quod autem circa merita*, vbi, quod communiter * hoc tenent Doct. *in c. fi. de fide instr.* *
& quod hęc consuetudo est in Francia, & Anglia, & pluribus alijs Regnis, vbi tuetur hanc consuetudinem tanquā legitimam ad fauorem Episcopi Brichonensis in Scotia, vbi aderat talis consuetudo, vbi, quod Episcopus compellitur facere talem insinuationem.
† Licet relinquere nemo teneatur in testamento coacte ad pias 5
causas, neque in alios vsus, tamen valet consuetudo, quod de bonis suis mobilibus, quilibet teneatur relinquere quotam ad pios vsus. Gemin. *d. consil. 139. num. 5. & 6. verſ. & quod de consuetudine*, vbi, quod hæc consuetudo est Venetijs, vt teneantur relinquere decimam partem mobilium, Britones vero tenentur relinquere tertiam in vtilitatem Ecclesiarum, & pauperum, vt not. Doct. *in c. ad Apostolicam de simon.* † Testamenta in scriptis licet prius debeāt scri- 6
bi, postea rogari, & idem etiam in aliis testamentis, tamen de consuetudine non seruatur, quæ consuetudo excusat à pœna falsi, & facit valere testamentum, ita Alexand. *consil. 73. Non puto, num. 6. lib. 1.* quod est Ant. de Prato veteri, qui dicit vidisse pluries ita fieri.
† Notarius si scribat testamentum nuncupatiuum coram septem 7
testibus; & testatore, tale testamentum probat de generali consuetudine tanquam solemne. Ægid. Bellam. *conſ. 1. num. 32. versic. sed nunquid testamentum.* † An valeat consuetudo quod testamentum 8
rustici ruri factum valeat coram minori numero testium quinque, videtur, quod non, *l. fin. C. de testam.* vbi, quod per omnes ponitur quæstio, & generaliter per illum tex. tolli, quod consuetudo circa numerum testium minorem non valeat, dicit Bellam. *conſ. 1. nu. 43.* vbi in fi. quod de facto seruatur contrarium, sed de iure non valet.

Consuetudo circa testes examinandos. Concluſ. 949.

TESTES † examinandi citantur, quia istud est de natura iudicii, 1
ne dici possint propter aliquam inimicitiam suspecti, & voluntarii, tamen sic citati non dicuntur inuiti, & coacti, ita vt personæ, quæ inuitæ non possunt examinari, prout proxenetæ, dicantur inuitæ examinatæ. Bald. *conſ. 455. Quidam nomine, n. 6. verſ. porro*, vbi dicit, quod contraria opinio non seruatur de consuetudine, *lib. 1.*
† Amplia, quia regulariter pars debet citari in probanda consue- 2
tudine decisoria, secus in ordinatoria. Vide Mascard. *Concl. 431. An recipiantur testes, & Concluſ. 424. n. 9.* † Declara, quia quando consue- 3
tudo est notoria, vel inducta à populo ciuitatis, testes non iurati probant. Mascard. *d. Concluſ. 424. n. 7.*

Consuetudo circa tempus petendi tutores. Concluſ. 950.

TVTOR † pupillo debet peti à matre, & aliis succedere de- 1
bentibus infra annum, quod tempus anni est concessum, & licet aliqui teneant, quod ante, videlicet quam primum peti potuit, tamen consuetudo seruat, quod sufficiat petere infra annum. Bal. *consil. 140. Viso testamento Henrici, circa fin. versic. & secundum Bart. lib. 1.*

Consuetudo circa visitationem beneficiorum. Concluſ. 951.

CONSVETVDO † attenditur circa visitationes beneficiorum, 1
videlicet an Episcopus vno die teneatur visitare plura beneficia, & vnam procurationem recipere, an potius possit procurationes plures percipere, & plures dies in visitando ponere. Calderin. *conſ. 450.* alias 8. *de censib. in fi.* quod est Io. Calder. & Pauli de Eleazar. Vide, *Visitare potest Episcopus in sua diœcesi, & quomodo. Concluſio. 218.*

Consuetudo quoad voces canonicorum dandas, vel nō, valet. Concluſ. 952.

HVMORENSIS † Ecclesia sancti Andreæ habet consuetudi- 1
nem iuratam, & confirmatam per Legatum sedis Apostolicę, quod

quod Canonicus nouus per quadriennium non habeat vocem in Capitulo, quæ consuetudo est valida. Oldrad. *cons.* 220. *Supposita consuetudine.*

Consuetudo circa vsum Principis attendi debet, & qualiter probetur. Concluſ. 953.

1 CONSVETVDO † & vsus principis attendi debet in iis, quæ ab eodem patrefamilias in similibus seruata sunt, *l. an in totum, C. de ædific. priuat.* Oldrad. *consil.* 326. *num.* 6. *vers. non applaudat*, & quod consuetudo principis sit attendenda. Oldrad. *consil.* 227. *numer.* 4.

2 † Amplia, quod in dispensatione super minori ætate facta ad dignitatem Papa solet apponere dispensationis verba expressa, ex quibus arguitur, quod si sunt omissa, non intellexit velle dispensare, quia alias non apponeret frustra in aliis dispensationibus. Oldrad. *consil.* 326. *num.* 7. *vers. item eorum.* & latius *consil.* 327. *num.* 4. *vers. quare consuetudo*, vbi, quod ista est consuetudo Papæ, quam si non seruat, non censetur voluisse dispensare, & latius *consil.* 328.

3 *num.* 6. & 7. *vers. præterea stylus.* † Amplia, quia de consuetudine curiæ Papa committit causas clerici contra laicum indistincte iudici Ecclesiastico per totum orbem, ex qua consuetudine videtur velle Papa talem consuetudinem vbique seruari. Lap. *alleg.* 59. *num.* 9. *vers. Speculator.* qui hoc dicit *in titul. de compet. iudicis additio.* §. 1. *num.* 28. *vers. trigesimo cum clericus.* sequitur Alexand. *consil.* 79. *Circa primum, num.* 2. *colum.* 3. *vers. imo generalis consuetudo*, qui alios allegat.

4 † Amplia, quia ad cognoscendam subreptionem, an princeps concessisset ita de facili, si ea, quæ tacita fuerunt, expressa fuissent, attenditur communis stylus, vel cursus principis, curiæ, vel Cancellariæ, secundum vsum aliarum gratiarum per principem

5 concessarum. Lap. *alleg.* 90. *num.* 6. *vers. item sciendum est.* † In dubio autem princeps præsumitur loqui secundum vsum regionis.

6 Feder. de Sen. *consil.* 201. *circa fin. vers. nam verisimile.* † Amplia, nedum in principe, sed etiam in omni priuato, quia semper actus & contractus à priuato celebratus in iis, quæ pendent ab eo, censetur factus secundum morem, & vsum gerentis, si aliter non con-

7 stat. Alexand. *cons.* 107. *in princ. lib.* 1. † Extende, quia concessio facta ad pensionem simpliciter censetur ad eandem pensionem, quam consueuit concedens facere cum aliis. Alexand. *consil.* 107.

☞ *In causa, & lite, in princ. lib.* 1. Vide plenius, *Vsus & solitum patrisfamilias seruit pro interpretatione. Concluſ.* 364. Vide Conclusionem proximam sequentem.

Consuetudo & vsus attendi debet in omnibus. Conclusio 954.

1 CONSVETVDO † & vsus prævalet dispositioni iuris, & ideo in omnibus attendi debet, plene Alexand. qui dat multa similia *cons.* 8. *per totum, lib.* 6. maxime *num.* 4. & *seq.* allegat. *l. licet, & l.*

2 *excepto, C. locati*, quæ hoc dicunt. † Actus an valeat, inspicienda est consuetudo loci, vbi actus est celebratus, *l. si fundum, ff. de euiction.* Feder. de Sen. *consil.* 96. *in princip. vers. quod statutum.* † Bona deserta possunt consuetudine deberi domino directo, vt teneatur

4 pro desertore ad onera. Decian. *cons.* 124. *in princ. lib.* 3. † Carcerari quando potest debitor ex consuetudine, prout Mediolani, attendenda est consuetudo, quæ valet, etiam si princeps ob diem lætitiæ fecerit relaxari omnes carceratos, qua iterum poterunt debitores carcerari. Signorol. *consil.* 97. *Quæstio disputanda, per totum.*

5 † Causa debet terminari per iudicem delegatum secundum consuetudinem, & legem litigantium, *cap. cum venissent, de eo, qui mit. in possess. causa res seruan.* Feder. de Sen. *consil.* 96. *in princip. vers. item cau-*

6 *sa.* † Concessio emphyteusis facta de rebus solitis concedi per procuratorem Ecclesiæ, administratorem deputatum valet, & reuocari non potest, si ita est consuetum fieri. Bald. *consil.* 138. *Fa-*

7 *ctum sub hac forma, per totum*, maxime *in fin. lib.* 5. † Consuetudo vltima inter plures est attendenda, si est legitime præscripta. Ang.

8 *dict. consil.* 337. *num.* 3. † Contractus fisci interpretari debet secundum consuetudinem. Bald. *consil.* 284. *In primis, in fin. lib.* 4. & *consil.* 153. *Officiales Communis, in fin. lib.* 4. vbi loquitur in contractu ci-

9 uitatis. † Declarationem rei dubiæ inducit consuetudo, cui standum est in omni materia, & in omni negocio Bello. *consil.* 1. *nu-*

10 *mer.* 2. *vers. & hoc est generale.* † Dispositio omnis intelligitur secundum consuetudinem & obseruantiam diuturnam; ideo statutum, quod non eligatur medicus, qui non sit Doctor licentiatus in priuato, & publico examine, excludit Doctoratum ex priuilegio, cui secundum consuetudinem non sunt tradita insignia. Signorol. Homod. *consil.* 51. *Statuto medicorum*, vbi pro vtraque par-

11 te allegat. † Dos constituenda filiæ exclusæ à statuto pro modo facultatum patris constitui debet secundum vsum & consuetudinem regionis. Cuman. *consil.* 46. *Pater filius, in fin.* & cessante consuetudine non debet esse minor legitima de æquitate. † Du- 12

ellum & victoria terminantur secundum consuetudinem, vt victus dicatur deiectus in terram, vel qui confitetur se victum, vel non. Signorol. *consil.* 96. *Quæstio disputanda, num.* 35. *& seq.* † Editio 13

instrumentorum debet fieri, vel non secundum consuetudinem loci, quæ attendenda est. Angel. *cons.* 337. *Vtrum instrumentum, in fin.* Electio † potest fieri secundum consuetudinem; quia etiam in e- 14

lectionibus, maxime officiorum municipalium attenditur consuetudo. Bald. *cons.* 316. *proponitur, quod in princ. lib.* 3. Vide, *Consuetudo circa electiones, & modum eligendi ad beneficia. Conclusio.* 855. † Em- 15

phyteuta Ecclesiæ inuestitus pro se, & quibus dederit etiam extraneis, ita debet vti pacto, vt in extraneum possit alienare, si consuetudo est in Ecclesia taliter inuestiendi, alias non. Cuman. *con-*

sil. 11. *Emphyteuta inuestitus, in princ.* † Exemptio à tributis & collectis concessa alicui præscribitur, & per consuetudinem introducitur etiam ad fauorem hæredum. Bald. *cons.* 112. *De generali, num.* 4. 16

vers. duci potest, lib. 2. † Exemptio concessa pro duodecim filiis licet 17

sit ab omnibus oneribus; tamen potest per consuetudinem restringi quoad certa onera tantum, & consuetudo attendi debet. Bald. *consil.* 310. *Si de iure communi, in princ. lib.* 3. † Feudalis concef- 18

sio Castri & territorii an comprehendat vasallos ratione territorii habentes bona territorii in feudum, vel non attenditur consuetudo. Bald. *cons.* 97. *Proponitur, quod, num.* 2. *lib.* 3. † Gabellas frau- 19

dans an cadat in commissum, vel non, licet statutum requirat, fraudem, & non habeat locum pœna contra eum, qui ex simplicitate fraudauit; tamen attendenda est consuetudo. Bald. *consil.* 229. *Proponitur in facto, in fin. lib.* 5. † Gabellarum & Datiorum exactio 20

si habet certam consuetudinem, illa debet seruari. Angel. *cons.* 337. *num.* 3. *vers. pro hac parte facit.* † Generaliter vbicunque res est du- 21

bia, statur consuetudini, & obseruantiæ. Abb. *cons.* 26. *videtur primo, num.* 5. *vers. est ergo recurrendum, lib.* 2. † Guardiæ debent fieri in Ca- 22

stris per Villas confugientes tempore belli ad castra secundum consuetudinem, quæ maxime attendi debet. Calder. *consil.* 446. alias 4. *de censib.* imo etiam in castris proximioribus potest consuetudo obligare vicinos ad guardias tempore belli, vel suspitionis. Bello. *consil.* 1. *in princ.* † Interpretatio statuti licet debeat fieri se- 23

cundum propriam significationem verborum; tamen secus est, si consuetudo loci aliter sit interpretata; quia consuetudo attendi debet. Bald. *cons.* 394. *Punctus talis est, in princ. lib.* 3. & *cons.* 94. *Casus præsumitur in princ. lib.* 3. Vide, *Consuetudo interpretatiua quanto tempore introducatur. Conclusio.* 878. † Idem est in statuto excludente ma- 24

trem stantibus agnatis, vsque ad quartum gradum, an de agnatis masculis, vel fœminis intelligatur, standum est consuetudini. Bal. *consil.* 459. *Circa quæstionem, num.* 3. *vers. conclusiue, lib.* 5. † Idem est in 25

statuto excludente filias, donec extent masculi, & descendentes ex eis, quia licet debeat interpretari, vt quanto minus fieri possit, inducat correctionem iuris, & iniquitatem, quando verba sunt dubia; tamen secus est, si adest consuetudo aliter interpretans. Bal-

dus *consil.* 409. *Factum tale est, quidam, in fin. lib.* 3. & *consil.* 267. *Proponitur, quod. libr.* 5. *in fin.* vbi, quod standum est practicæ vsitatæ circa statutum. † Idem est in statuto circa solutiones gabellarum 26

& onerum, quia secundum consuetudinem, si de ea constat, debet intelligi. Angel. de Peru. *consil.* 9. *item, quod quicunque, per totum.* † Iudicialis consuetudo, quod supersedeatur contra accusatum 27

de fraude gabellæ, si testes, qui deposuerunt super accusatione de falso, in contumaciam sunt condemnati (prout est in ciuitate Vicentiæ,) est seruanda. Angel. *cons.* 309. *Factum tale est, Christophorus, colum. fin. vers. verum postquam.* † Iudicialis consuetudo circa fo- 28

rum, vel contractus, vel iuris interpretationem attendi debet. Baldus *consil.* 318. *Practica ciuitatis, in fin. lib.* 1. † Libellus debet fieri, & 29

regulari secundum consuetudinem loci, quæ omnino attendenda est, in tantum, quod potest libellus ex officio reiici, si est contra consuetudinem. Angel. *in l.* 1. *ff. de offic. assess.* quem sequitur Decian. *in cap. dilecti, numer.* 12. *de iudic.* † Legatum anniuersariorum 30

celebrandorum pro anima testatoris censetur relictum in Ecclesia, in qua erit sepultus, quia ita de consuetudine celebrantur. Cuman. *consil.* 12. *Ioannes ab armis*, vbi, quod testator consuetudini se conformasse præsumitur. † Libertas à præstatione onerum ac- 31

quiritur per consuetudinem non soluendi longissimo tempore, & qualiter procedat. Angel. *cons.* 337. *Inter alia Capitula, numer.* 2. & *per totum.* Vide, *Consuetudo negatiua potest induci, & valet, & quando secus. Conclusio.* 802. † Locatio facta conductori, qui sus- 32

cepit periculum refectionis rei conductæ, intelligitur, vt sit facienda remissio, vel non, secundum consuetudinem. Baldus *consil.* 79. *Aliquibus rationibus, in fin. lib.* 3. † Licet locus loci celebra- 33

ti contractus, vel saltem locus debeat adhiberi, vt valeat; tamen si de consuetudine contrarium seruatur, valebit vi consuetudi-
34 nis. Bald. *consil. 55. Anno domini, in princip. lib. 2.* † Extende, quia imo communiter de consuetudine seruatur, quod locus loci non in-
35 seritur in contractu, quando aliter potest constare de loco, Bald. *consil. 154. habeatis consilium, numer. 3. lib. 4.* † Mandatum Procuræ ad accipiendum pecunias mutuo in ciuitate Florentiæ, vbi est consuetudo, & vsus, quod non mutuantur, nisi sub cambiis censetur datum ad recipiendum sub cambiis propter consuetudinem, licet non sit dictum. Roman. *cons. 94. Visis, n. 7. in fin. vers. quoad secundum, vsque in fin.* vbi plena apostilla *in vers. vendent.* dat concord.
36 & idem Roman. *consil. 114. num. 4 vers. quoad secundum.* † Magistratus omnes debent seruare consuetudines locorum, & generaliter in omnibus actibus, nempe in electione, in acceptatione, in ingressu, progressu, & egressu officii, & in omnibus peragendis consuetudo est seruanda, Bald. *cons. 433. Apulus Castrum, colum. 4.*
37 *vers. decimo probatur, lib. 3.* † Merum & mixtum imperium licet sint inæstimabilia: tamen possunt precio vendi de consuetudine. De-
38 cian. *dict. consil. 124. num. 3. lib. 3.* † Mensura debet fieri secundum morem & consuetudinem loci, de qua si non apparet, secundum consuetudinem vicinorum; sin minus, secundum morem loci, in quo est facta dispositio, alias statur peritis. Feder. de Sen. *consil. 201. num. 5. vers. ad nonum.* & originalis mensura attenditur, nisi sit innouata per consuetudinem. Bald. *cons. 419. circa fin. vers. de mensura, lib. 1.* Vide, *Consuetudo vicinorum locorum quando attendenda. Con-*
39 *clusio. 821.* † Mercantiæ secundum vsum consignatæ vecturali obligant vecturalem, quia vsus & consuetudo attenditur. Bald. *con-*
40 *sil. 418. Quidam vecturalis, in fin. lib. 1.* † Pensio & affectus in rusticis licet non soluatur, nisi in fine anni recollectis omnibus fructibus; tamen si consuetudo est in contrarium, illa attendi debet.
41 Bald. *consil. 314. Ad euidentiam præmittendum, in princ. lib. 3.* † Præstimonium licet sit beneficium Ecclesiasticum; tamen non venit appellatione beneficii, quando ita est consuetudo in loco. Abb. *con-*
42 *sil. 47. Illud de iure, num. 4. lib. 2. & per totum.* † Principis consuetudo & vsus attenditur ad interpretationem sermonis, vel rescripti, aut
43 alterius dispositionis. Feder. de Sen. *cons. 4. numer. 4. vers. sexto.* Vide, *Consuetudo circa vsum principis attendi debet. Concluſ. 953.* † Principis mandatum regulatur à consuetudine, vt late, vel stricte interpretetur secundum morem ciuitatis. Roman. *d. consil. 94. num. 8.*
44 *vers. secundo, quia.* † Priuati inducunt vsum & consuetudinem contra factum superioris, quando constitutio, cui derogatur, non est ex origine, & fundamento regulæ. Petr. Anchar. *consil. 56. in fin.* Sa-
45 lariam † non conuentum non debetur famulo nisi adsit consuetudo, quod debeatur. Feder. de Sen. *consil. 218. Domine Federice, in*
46 *fin.* Vide, *Salarium quando, & quibus debeatur. Concluſ. 9.* † Successio filiæ dotatæ si denegetur ex consuetudine, prout in Lombardia, ea denegabitur etiam filiæ, cui dos est promissa. Signorol. *con-*
47 *sil. 98. per totum*, vbi pro vtraque, & in fin. ita concludit. † Successio masculorum exclusis fœminis est attendenda si consuetudo
48 dictat. Decian. *consil. 51. per totum, lib. 2.* † Idem est etiam inter particulares familias, maxime nobiles, inter quas consuetudo excludens fœminas attenditur, Socin. Iun. *cons. 65. num. 34. lib. 1.* vbi
49 loquitur in familia Landgrauii & Vrsinorum. † Suprema potestas principis cedit consuetudini. Decian. *cons. 124. num. 5. lib. 3.* Te-
50 statoris † mandatum directum hæredi recipit à consuetudine in-
51 terpretationem. Roman. *d. cons. 94. num. 8. vers. tertio idem.* † Vniuersitas an legitime fuerit congregata, & an valeant gesta à maiori parte, attenditur consuetudo. Lap. *alleg. 132. infrascripta sunt pacta,*
52 *num. 2. in fin.* † Vsus patrisfamilias & consuetudo attenditur, an habitatio illius contineat vnam, vel plures domos, quæ insimul habitantur. Cuman. *cons. 41. Ad primum, num. 4. vers. nam nomina.* Vide, *Vsus & solitum patrisfamilias seruit pro interpretatione. Concluſ. 364.*
53 † Vxor, cui debentur alimenta in domo viri, potest illa petere in domo parentum suorum, si est consuetudo in loco, quod vxor mortuo marito se recipiat in domo parentum. Bald. *cons. 58. In*
54 *restitutione dotis, num. 5. vers. super tertio, lib. 2.* † Item vxor lucratur vestes lugubres sibi factas in morte mariti, si talis est consuetudo. Bald. *dict. consil. 58. in fin. vers. super quinto, lib. 2.* Vide, *Obseruan-*
tia diuturna operatur multa, & quando secus. Concluſio. 59. Vide Conclusionem proximam sequentem, quæ seruit pro limitationibus.

Consuetudo & vsus non attenditur in multis. Concluſio. 955.

1 CONSVETVDO † & vsus non attenditur in iis, quæ potuerunt fieri diuersis modis, & facta fuerunt potius vno modo, quam alio. Calder. *cons. 39. An si consuetum, per totum*, quod est primum de consuetudine, vbi ponit plura exempla, quia quando modus seruatus non est contrarius, & repugnans alio modo, non censetur inductus vsus excludens. † Limita, nisi constet de in- 2
tentione facientis, quod voluerit restringere facultatem ad illum modum, quo fuit vsus, vt per Calder. *d. cons. 39. in fin.* alias *il primo, de consuetud.* & est additio Gemin. quæ incipit, *Posset responderi.* Amplia, † quia consuetudo & vsus contrarius regulæ fundamentali, 3
& originali religionis non valet, quando regula est confirmata à sede Apostolica; secus si consuetudo & vsus sint contra constitutiones ex accidenti factas. & non ab origine regulæ, etiam si adsit confirmatio Papæ. Petr. Ancharan. *cons. 56. Petitur consilium, in fin.* Vide, *Præscriptio non procedit, nisi adsit persona, cui acquiratur. Concluſio. 527.*

Consuetudo circa vsumfructum legatum. Concluſio. 956.

CONSVETVDO † Bulgari est approbata, quod si maritus le- 1
get vsumfructum omnium bonorum suorum vxori, instituto extraneo, licet sit plenum legatum totius vsusfructus; tamen si filius est institutus, talis vsusfructus restringitur ad sola alimenta. Bald. *cons. 459. Quidam instituto, circa princ. lib. 1.* † Amplia, quia ea- 2
dem consuetudo, quod instituto extraneo, si vxori relinquit maritus vsumfructum omnium bonorum suorum, licet debeat habere plenum & integrum vsumfructum de consuetudine, tamen intelligitur, nisi alia coniectura ex charitate, vel ex verbis colligi possit. Bald. *consil. 209. Illa verba, quod sit domina, in principio, lib. 3.*

Consuetudo vsurariorum circa multa. Concluſ. 957.

VSVRARII † de consuetudine conficiunt libros de vsuris 1
& creditis vsurariis; ideo si dicat vsurarius non habere libros, ipsi non creditur de consuetudine, sed compellitur exhibere. Baldus *cons. 152. ante med. vers. porro, lib. 3.* † Declara, vt si negetur vsu- 2
rarius, non potest habere locum consuetudo, & statur neganti vsurarium, & habere libros, nisi probetur. Zabar. *cons. 119. num. 2. vsque in fin.* † Consuetudo est, quod vsurarii cambiantes pignora 3
non scribant diem, quo restituunt vnum pignus, & aliud loco prædicti recipiunt, sed scribunt diem calculationis rationis, ita Io. de Imol. *cons. 4. in fin.* qui dicit esse attendendam consuetudinem. † Et non dissoluunt, vel cancellant practicam, nisi prius integre 4
satisfiat illis de omnibus vsuris, vt docet experientia, quæ est rerum magistra. Io. de Imol. *cons. 43. in princip.* vbi dicit, quod neque debentes vsuras soluunt, nisi quando vrgentur. Vide plenius, *Vsurariorum fraudes & machinationes. Concluſio. 345.* Vide, *Consuetudo circa vsuras diuersorum locorum. Concluſio. seq.* vbi similia. † Florentiæ 5
est consuetudo, quod mutuo non dantur pecuniæ sine cambiis, ideo mandatum factum ad recipiendum mutuo pecunias factum censetur etiam ad cambia, propter solitum & consuetum ciuitatis. Roman. *cons. 94. Visis iis, num. 2. vers. quoad secundum, vsque in fin.* & iterum *cons. 114. num. 6. vers. quoad secundum.* † Item Florentiæ con- 6
suetudine introductum est, quod is, qui est creditor mutui in pecunia, ex quo non potest petere vsuras condemnatur debitor ad mutuandum tantundem pro tanto tempore creditori, vt inducatur æqualitas sine vsura, quæ consuetudo in se habet maximam æquitatem.

Consuetudo circa vsuras diuersorum locorum. Concluſio. 958.

CONSVETVDO † est in Gallia, quod possunt fieri emptio- 1
nes reddituum annuorum ad vitam hominis, quantumcunque sint redditus excessiui, & contractus non dicitur vsurarius, sed licitus propter periculum vitæ. Oldrad. *consil. 207. in fin.* vbi, quod hæc consuetudo est quasi per totum orbem, & quod valet. † Mos 2
est, quod vsurarii non compelluntur in vita restituere vsuras ex officio, sed post mortem. ita dicit Lap. *alleg. 94. num. 6. vers. nec prodesset*, qui dicit hunc morem non habere locum, nisi in eo, qui exegit vsuras pro se, secus in ministro. † Vsurarii de more nunquam ex- 3
tenuant sortem principalem, sed potius illam augent; & quicquid percipiunt, vsurarum nomine percipiunt. Lap. *alleg. 94. colum. penult. vers. de secundo.* Calder. *consil. 502. ante med. vers. ratio, quia ita est*, alias *4. de vsur.* † Restitutio vsurarum incertarum debet fieri 4
pauperibus ad distributionem Episcopi ordinarii ipsius vsurarii, & ita seruat consuetudo, vt attestatur Feder. de Sen. *consil. 33. Nunquid ille, qui extorsit. in princip.* vbi recitat opiniones contra-

rias

rias Archid. & Hostien. pro hac parte, quam consuetudo approbat, maxime in ciuitate Senarum. † Et circa quantitatem vsurarum, ad quam rationem sint restituendæ, inspicitur consuetudo ciuitatis, ad quam summam vsurarii consueuerunt mutuare. 6 Bald. *cons.229. Verba dicunt, num.3. ver.& secundum hoc, lib.2.* † Iudex Ecclesiasticus, si dicatur instrumentum vsurarium, de consuetudine generali inhibet seculari etiam pro impedienda exequutione post laudum, & post sententiam. Bald. *cons. 455. Videamus si ex iure, num.2. ver.in contrarium, lib.3.* vbi, quod generalis consuetudo ita se 7 habet. † Consuetudo contrahendi etiam modo sapiente vsuram 8 excusata pœna temporali. Crauett. *cons.145. num.12.* vbi late. † Et quod non valeat consuetudo, quod vltra sortem possit solitus negociari ex pecunia sua petere decem pro centenario singulo anno; quia est nutritiua vsurarum. Alexand. *cons.131. In causa vertente, in* 9 *fin. lib.2.* † Contrarium allegat apostilla ad Alex. ibi, quod inter mercatores admittitur secundum Bald. *in l. fin. §. fin. colum. 2. C. de iure dot.* Vide, *Consuetudo vsurariorum circa multa. Conclusio proxima praced.*

Consuetum quando dicatur, & quid operetur. Conclusio 959.

1 CONSVETVM † quando dicatur, & quando solitum, Vide, *Solitum & consuetum quando dicatur, & quomodo verificetur. Con-*
2 *clusio.334.* † Operatur consuetum, quod illud, quod est consuetum, debet fieri, *c. licet ex suscepto, in ver. consuetum, de foro competent.* Vide, *Consuetudo & vsus attenditur in omnibus. Conclusio.954.* † Infer-
3 tur, quod is, qui venit ad habitandum in vim statuti, quod venientes ad habitandum sint exempti, si per 20. annos fuit seruatus exemptus, non debet molestari amplius, quia consuetum debet seruari. Alex. *cons. vlt. lib.4. num.9. in fin. cum seq. ver. nunc vero molestatur.*
4 vbi plura similia adducit, & est Andreæ Barbatiæ. † Quod consuetudines antiquæ sunt seruandæ in pascuis, pontibus, aquis, mo-
5 lendinis, & aliis. Alex. *d. cons. vlt. num.10. lib.4.* † Quod id, quod est consuetum, non est arbitrarium, sed obseruandum in priuile-
6 giis facultatibus, & aliis. Alex. *d. cons. fin. num.11. lib.4.* † Quod consuetudo habet vim decreti, & tenaciter obseruata habet vim iustitiæ, & ideo non receditur, quia habet vim consensus, Alex. *d. cons.*
7 *fin. lib.4. num.11. in fin. ver. Consuetudo enim.* † Et consuetum per 20. annos inducit præsumptionem tituli habiti, & per decem annos cum titulo non bene operatur idem Alex, *cons. fin. num.12. lib.4. ver. & adduco.* vbi multa similia, cum seq.

Consuetum quem esse aliquid facere, probatur per famam; ideo si Iudex est solitus torquere, vim inferre appellantibus, & iis similia, probatur per famam, & coniecturas. Conclusio.

VIDE Mascard. *Conclusio.432. Consuetum quem esse.*

Consules artium quam iurisdictionem habeant. Conclusio 960.

1 CONSVLES † artium habent iurisdictionẽ in artifices suæ artis in iis, quæ veniunt occasione artis, ita vt cogantur corã consulibus suis comparere. Io. de Imol *cons.139. Præfatus Simius, n.2. in fi. ver.*
2 *negari autem.* † Amplia, quia cognitio spectat ad artium consules, si agatur de dependentibus, & connexis ad artem, vide Io. de
3 Imol. *d. cons.139. in princ.* vbi multa exempla ponit. † Restringe, quando connexitas, vel dependentia, aut occasio non est proxima, sed remota, Io. de Imol. *d. cons.139. num.6. ver. in contrarium: &*
cons.140. quæ sunt Floriani de S. Petro, & *cons.141.* quod est Io. de Imol. vbi, quod si consules mercatorum habent iurisdictionem inter mercatores occasione mercium, & dependentium, non erunt iudices in causa saluiconductus pænati facti mercatori fallito propter mercantias, si agatur ad pœnam, quia dependentia est nimis remota, maxime quando in loco sunt particulares iudices pœnarum. Vide plenius, *Statuta collegiorum & artium diuersa. Conclus.* 432. Vide, *Statuta mercatorum circa diuersa. Conclus.594.*

Consultor circa contractum extendendum quid possit. Conclus.961.

1 CONSVLTOR, qui habet † extendere testamentum factum ad consilium sapientis, nihil potest addere, sed tantum potest declarare testamenti verba Bald. *consil. 489. Casus talis est, numer.3. lib.5.* Vide plenius, *Consultor circa contractum extendendum quid possit. Conclusio.777.*

Consultoris, vel adiuncti electio qualiter facienda. Conclus.962.

IVDEX † adiunctus, vel consultor eligitur citata prius parte ad 1 dandum listam suspectorum, & confidentium etiam de iure communi, si alia forma à statuto non est data. Bald. *cons.170. circa fi. vers. item non præsupponitur. lib.3.*

Contemnere quando quis dicatur, vel non. Conclusio 963.

CONTEMNERE † dicitur, quando quis legi, vel Iudici non 1 vult subiici, & ideo factum ex concupiscentia, vel ira, non dicitur factum in contemptum. Calder. *cons.536. circa med. ver. contemnere*, alias 4. *de sentent. excomm.* & idem, si fiat ex aliqua causa licet iniusta, non dicitur contemnere, Cald. *cons.556.* alias 11. *de verb. signif.* † Et contemnere nihil aliud est, quam aspernari, & non cura- 2 re, plene Felin. *in cap. si quis, de maior, & obed.* † Amplia, quia quis 3 dicitur in contemptum clauium celebrare, qui sciens se excommunicatum, dolose celebrat, quia ignorantia excludit contemptum, Cald. *consil. 556.* alias 11. *de verb. signif.* † Extende, vt etiam 4 in contemptum clauium quis dicatur celebrare, qui monitus pertinaciter se ingerit communioni. Calder. *consil. 556.* alias 11. *de verbor. significic. in fin.* † Amplia, quia non obediens præcepto Regis, 5 & superioris dicitur contemnere, & potest pœna graui puniri arbitrio superioris, quando præceptum non habet certam pœnam. Bald. *consil. 363. Venerabilis in Christo, num.4. versic. Adde vtrum, libr.3.* vbi multa ponit. Vide etiam ad ista omnia Mascard. *Conclus. 433. Contemptus quomodo probetur.* Vide, *Collatio beneficii facta sine patrono quando valet, vel non. Conclusio. 438.* Vide plenius, *Contemptus, qui debuit vocari, potest annullare electionem. Conclusio. 967.* Vide, *Contumax, seu contemnens præceptum, quis dicatur. Conclusio. 1018.* Vide, *Electio capitulariter facienda. Conclusio.* 63. vbi, quod vno contempto nulla est. Vide, *Præcepto superioris non obediens qua pœna plectatur. Conclusio.478.*

Contemnens legem non iuuatur beneficio legis, neque auditur Conclus.964.

FRVSTRA † legis auxilium inuocat, qui legem contempsit. 1 *l. sancimus. C. de iudic.* † Amplia, quia contemnens legem, vel 2 iurisdictionem Iudicis in aliquo non auditur, *l. contumacia. ff. de re iudic. gloss. in l. sed, & si §. actio. ff. ex quibus causis maior.* † Declara, 3 quod qui commisit in vnam legem, non punitur alia lege, sed bene ex eadem, vt priuetur beneficio, & non iuuetur beneficio illius legis, vel Iudicis, ita Feder. de Sen. *consil. 271. Recordare*, qui ponit pro vtraque parte, & loquitur in contemptu ex contumacia. † Am- 4 plia, vt is, qui committit in legem, priuetur nedum commodo illius legis, & puniatur, sed etiam ex contemptu perdit omne priuilegium, quod sibi conceditur per alias leges, *l. Iudæos. C. de Iudæis*, quæ loquitur in contemptu ex facto commisso, non ex omisso, vel contumacia. Vide, *Contemnere quando quis dicatur. Conclusio. proxima praced.*

Contemplatio multa operatur. Conclus.965.

CONTEMPLATIO † operatur, vt plures actus vnum cen- 1 seantur, quando ita gesti sunt, vt vnus alteri insit, vel alterius contemplatione gestus censeatur. Crauett. *consil. 202. num.13.* † Item, quod si statutum excludit cognatos contemplatione a- 2 gnatorum, licet non dirigat verba in agnatos; tamen competit actio eis, quorum contemplatione fit dispositio. Roman. *cons.32. num.7. vers. tertio, hoc idem probatur.* vbi apostilla *in ver. competit actio*, citat plures concord. & dicit communem *. † Item quando lex * 3 priuat aliquem lucro contemplatione alterius, & non applicat alicui, illud lucrum censetur illud applicare ei, cuius contemplatione fit priuatio, Roman. *d. consil. 32. num.8. ver. 4. in fin.* idem Roman. *cons.411. Quatuor sunt, in fin.* vbi apostill. *in ver. peruenit*, vbi citat plures, & dicit * communem, & idem Roman. *cons.129. Licet magna, colum. 1. in fin. ver. Tertia ratio.* Vide plenius, *Hæredi ob non implementum, vel alias priuato, cui debeatur hæreditas. Conclusio.56.* † Item statutum excludens sorores stantibus fratribus, censetur excludere fauore agnationis, & licet non vocet fratres ad successionem expresse; tamen vocat illos tacite, ex quo exclusio

fœmi-

fœminarum fit contemplatione fratrum, ideo hæreditas, à qua fœminæ excluduntur, masculis debet applicari. Roman. *consil.* 411. *Quatuor sunt, in fin.* vbi plena apostill. *in vers. peruenit*, citat plurimos, & dicit * communem. † Item vide plenius, *quid operetur, vel non contemplatio, Conclusio proxima seq.* † Item contemplatio operatur etiam in damnosis, vt damnum illatum reficiatur ab eo, cuius contemplatione fuit datum, Vide, *Damnum reficitur ab illis, quorum contemplatione causatur. Conclusio.* 7. † Et contemplatio idem est, quod intuitus, quia idem important. Vide, Dictio, *intuitu*, quid importet. *Conclus.* 300.

Contemplatione alterius factum, quando præsumatur, vel non, & quid operetur. Conclus. 966.

1 AVVS † dotans neptem ex filio in dubio censetur contemplatione filii facere, & talis dos dicitur profecta à patre, vt neptis imputet sibi in legitimam. Angel. *consil.* 78. *Ioannes Philippi*, quod etiam est subscriptum à Io. Riccio. & *consil.* 79. *Subtiliter, & optime*, sequitur Alexand. *consil.* 179. *num.* 3. *lib.* 5. plenissime Ceph. *consil.* 105. *num.* 33. *& seq.* Deci. *cons.* 81. *num.* 5. Crauett. *consil.* 219. *num.* 2. Natta *consil.* 14. *num.* 4. Crauett. *consil.* 219. *circa princ.* Menoch. *consil.* 91. *num.* 45. allegat Bart. *consil.* 131. *Primo agitur.* Ruin. *consil.* 113. *colum.* 3. *vers. accedit, lib.* 1. *& consil.* 138. *colum. fin. & consil.* 196. *num.* 8. *lib.* 2. Ripa *in l. in quartam, num.* 202. *ff. ad leg. Falcid.* & plene Cephal. *consil.* 105. *num.* 22. *& seq.* vbi citat plurimos. Alex. *consil.* 138. *Ponderatis, num.* 2. *& 3. vers. nec ad hoc obstat, lib.* 5. vbi allegat text. *in l. dedit dotem. ff. de collatio. bono.* quia illud est, quia auus obligatur propter filium dotare neptem, ex ipso filio, non propter se, & plene Alex. *consil.* 117. *viso titulo, num.* 5. *versic. sed Cynus, libr.* 6. Vide plurimos pro ista parte *vers. Legitimam imputat, quicquid perens eam habuit à patre, vel auo. Conclusio.* 205. Vide pro ista parte plurimos *in vers. Dos profecta ab auo, quando dicatur profecti-*
2 *tia, vel non. Conclusio.* 783. † Extende in fratre dotante neptem ex fratre, vt contemplatione fratris dicatur fecisse. Castrens. *consil.* 96.
3 *Domina Cornelia, lib.* 2. sequitur Cephal. *consil.* 105. *num.* 33. † Extende, quia donatio præsumitur contemplatione proximioris. Menoch. *consil.* 81. *num.* 44. ideo donans alicui minus proximo censetur donare in dubio contemplatione proximioris ipsius do-
4 nantis. † Extende, siue neptis sit ex filio masculo, siue ex fœmina, & siue sit auus paternus, siue maternus, quia eadem est ratio, quia neque semper auus paternus tenetur dotare. Alexand. *dict.*
5 *consil.* 117. *Viso titul. num.* 8. *vers. nec dicatur, lib.* 6. † Contrarium, quod imo contemplatione neptis præsumatur dos legata ab auo, & non imputet illam in legitimam patris. Corne. *consil.* 34. *num.* 3. *lib.* 4.
* Socin. *consil.* 33. *num.* 16. *lib.* 3. Alexand. *consil.* 138. *lib.* 5. & ista est * communis opinio, de qua Ias. *in l. qui aliena. §. interdum, numer.* 26. *& seq.*
* vbi *numer.* 28. dicit * communem *ff. de acquirend. hæred.* Vide pro contrario plurimos *in vers. Dos profecta ab auo, dict. Conclus.* 783. *& in*
6 *vers. Legitimam imputat, dict. Conclusio.* 205. † Declara, quod dicitur de auo dotante neptem, vt præsumatur contemplatione filii, vt procedat, quando auus erat obligatus dotare. Menoch. *dict. con-*
7 *sil.* 81. *num.* 55. † Declara, quia si donatur nepti adhuc non natæ; tunc sine dubio contemplatione filii censetur donatum, ex quo non potest contemplatio fundari super eo, quod non est. Cephal.
* 8 *consil.* 105. *num.* 23. *& seq.* vbi dicit * communem. † Declara, quia si constat, quod auus contemplatione sui dotauit neptem, vel ex coniecturis constat, non imputat filius, vel filia in legitimam; si vero constat, quod filii contemplatione, vel est dubium, semper imputat filius, quia censetur pater breui manu dedisse filio,
9 & filius nepti. plene Alexand. *dict. consil.* 117. *num.* 5. *& seq. lib.* 6. † Declara, vt procedat, quando aliæ coniecturæ non extant. Menoch.
dict. consil. 81. *num.* 54. *in fin. vers. non obstat secundum, quia in dubio contem-*
10 *platione filii.* † Declara, quia contemplatio ex coniecturis probatur, quæ multæ sunt, de quibus Cuman. *consil.* 73. *num.* 4. *& seq.* Vna
11 † coniectura est, quod institutio de filio facta sit contemplatione patris facta, vel legatum factum, quando filius non nominatur, vel non est natus & pater est absens. Curnan. *consil.* 73. *numer.* 4.
12 *vers. ex iis vsque in fin.* † Alia coniectura est, quia auus non præsumitur contemplatione filii dotare neptem, quando necessario ab eo est dotanda ob personam filii. Menoch. *d. consil.* 81. *num.* 46.
* 13 vbi dicit * communem. † Extende, vt procedat limitatio, etiam si auus teneretur dotare neptem nomine filii: nam non tenetur, si filius est diues, ideo non censetur tunc dotare contemplatione
* filii diuitis * communem dicit Menoch. *dict. consil.* 81. *num.* 47. *& seq.*
14 † Regula est, quod contemplatio non præsumitur. Cuman. *d. con-*
15 *sil.* 73. *colum. fin. in princ.* † Et si auus donat aliquid nepoti ex filio, dicitur aduentitium neporis, nec censetur datum contemplatione patris, quia non tenebatur donare nepoti propter filium sicuti tenetur dotare neptem. Alexand. *consil.* 138. *Consideratis, in princ. lib.* 5. vbi apostill. *in verb. nepotis*, citat pro vtraque, & Alexand. ibi *num.* 2. vult, quod præsumatur propter merita nepotis, & apostilla in verbo, *nepotis.* † Et si concurrunt plures causæ potentior 16
attenditur, ideo legatum dotis factum pauperi mulieri præsumitur ad piam causam factum, secundum communem *, de qua *
Deci. *cons.* 120. *num.* 4. vbi, quod contemplatione piæ causæ præsumitur. † Extende, etiam, si sit extraneus, vel consanguineus, qui 17
legat pauperi consanguineæ dotem; quia præsumitur legare ad piam causam. Ias. *cons.* 173. *lib.* 2. sequitur apostill. fin. ad Dec. *d. consil.* 120. vbi, quod verior est opinio. † Contrarium Deci. quod imo 18
potius attenditur consanguinitas, quam pietas hoc casu, quia potentior est, ideo si consanguineus legat dotes pauperi consanguineæ, præsumitur propter consanguinitatem, non propter pietatem, nisi exprimat, Deci. *d. consil.* 120. *num.* 4. *vsque in fin.* † De- 19
clara; quia bene maior pietas est in extraneo, sed vtroque casu est pium legatum. Vide, *Pia causa quæ dicatur, vel non. Conclusio.* 332. Re- ℣
stringe, † quia præsumitur factum contemplatione causæ fina- 20
lis, qua mouetur quis ad faciendum. Crauett. *consil.* 243. *num.* 2. sequitur Menoch. *consil.* 81. *num.* 41. † Item, si aliquid datur ob com- 21
modum ab aliquo receptum, præsumitur datum illius contemplatione. Bald. *in l. cum oportet. in princip. C. de bon. qua liber. num.* 4. Castrens. *consil.* 96. *lib.* 2. † Item inspicitur persona, cuius contem- 22
platione donatur, vel actus geritur. Crauett. *consil.* 91. *num.* 6. & clarius *consil.* 231. *num.* 16. † Item origo causæ inspicitur, vt contem- 23
platio haberi possit; ex origine namque cognoscitur contemplatio. Abb. *consil.* 77. *num.* 29. & 30. † Item, quando ob aliquod be- 24
neficium receptum à patre quis dotat illius filiam: nam dicitur contemplatione patris id facere, & talis dos dicitur profectitia. Alex. *cons.* 43. *in princ. lib.* 7. † Amplia, quia res donata vxori per con- 25
sanguineos mariti, censetur donata contemplatione mariti, & prouenire à marito, & donata à consanguineis vxoris contemplatione ipsius vxoris. Bartol. *in l. sed si plures. §. in arrogato, ff. de vulgar. & pupill.* cuius opinionem * communem dicit Ias. *in l. vt liberis, num.* 17. *
C. de collation.* & Cagnol. *in l. contractus, num.* 38. *ff. de regul. iur.* vbi dicit magis communem *. Clarus *in §. donatio. quæstio.* 10. *vers. sed nun-* *
quid. † Amplia in donatis à consanguineis mulieris ipsi mulieri 26
existenti in partu, quia sunt mulieris ex eadem ratione. † Contra- 27
rium, quod imo sint partus, & non mulieris, quia contemplatione partus data dicuntur in simili Crauett. *consil.* 91. *num.* 6. qui dicit, quod semper inspici debet persona, cuius contemplatione quid donatur, sed partus fuit causa, initium, & origo, quia sine eo donatio non esset facta; ergo initium attendi debet. Mandel. *consil.* 77. *numer.* 28. *& seq.* & allegatur simile de donatis ab eo, qui leuat partum de sacro fonte, quia de consuetudine sunt partus, & donatio secundum consuetudinem intelligitur. Barbat. *consil.* 51. *numer.* 3. *lib.* 2. & respondetur ad donata sponsæ, quia tunc non extat alia persona, & maritus reputatur extraneus, sed partus est æqualiter dilectus, & concurrit causa, quod diutius viuere præsumitur.
† Et facit *cons. Rom.* 405. *n.* 3. *in fin. vers. & si dicatur.* vbi donatio pro- 28
pter nuptias contemplatione filiorum censetur facta vxori, ideo tenetur filiis conseruare. † Declara, quia mulieri acquiritur, ex 29
quo causa consanguinitatis est attendenda tanquam potentior, & naturalis. Bartol. *in l. qui filiabus. ff. de leg.* 1. vbi, quod si ob merita fit legatum, vel donatio applicatur solum natis, non posthumis; secus si affectio sola consideratur, prout in tutela plura, Deci. *consil.* 120.
num. 4. † Amplia, quia si quis legat alimenta vxori alterius cen- 30
setur contemplatione mariti legare, ex quo maritus obligatur ad ea. Alexand. *consil.* 171. *lib.* 2. sequitur Ruin. *consil.* 223. *in fin. lib.* 1. † Ex- 31
tende, quia legatum alimentorum factum ei, cui alimenta debentur à tertio, censetur factum contemplatione debitoris, non autem creditoris *l.* 3. *§. fin. ff. de lib. leg.* vbi Bart. *l. si cui. §. si. cum gloss. ff. de*
leg. 1. † Extende; quia quando aliquid datur ob commodum ab 32
aliquo receptum, præsumitur datum contemplatione eius, qui commodum dedit. Bald. & alii, *in l. cum oportet. C. de bonis, quæ liber. in*
princ. Castr. *consil.* 96. *lib.* 2. † Extende, quia si pater & patruus dotant 33
de bonis communibus, patruus censetur contemplatione patris, ita Castr. *cons.* 96. *Si dicta Cornelia, num.* 2. *lib.* 2. sequitur Cephal. *consil.*
105. *num.* 33. † Amplia, quia legatum factum vxori contemplatio- 34
ne filii cessat, cessante filio, cuius contemplatione est factum legatum. Benintend. *decis.* 98. Petr. de Anchar. *cons.* 185. *Quæstio videtur,*
per totum. vbi limitat, quando coniectura esset in contrarium, & est regula, quod cessante causa contemplationis, seu illo, cuius contemplatione aliquid est concessum, cessat concessio. Socin.
cons. 150. *num.* 17. *vers.* 6. *confirmatur, lib.* 1. Vide, *Legatum quando cen-*
seatur factum ad vtilitatem legatarii. Conclusio. 95. † Extende, quia pri- 35
uilegia concessa marito, quæ competunt vxori, etiam mortuo ma-

rito

rito, si durat vidua, competunt, quatenus non fiat contemplatione maritipersonalia, quia mortuo marito cessat priuilegium vxoris, *l.*2. vbi Alber. de Rosa. & Bald. C. *de Episc. & Clericis.* nam cum cesset priuilegium mariti, ergo etiam vxoris debet cessare, cuius contemplatione vxor illud habebat; hoc tamen non videtur absolutum per ea, quæ tenet Socin. *in rub. de foro compet. num.*13. *ver.*66.

36 *& in c.*1. *num.*20. † Amplia in prohibitione alienationis facta per testatorem, donec extiterint masculi, quia inducit fideicommissum fauore masculorum, quorum contemplatione est facta prohibitio. Deci. *consil.*487. *num.*5. in tantum, vt illis, quorum contemplatione fit prohibitio, fieri debeat applicatio, si fiat alienatio, etiam si non sit expressum. Cuman. *cons.*190. *Filiusfamil. num*1. † Idem in statuto excludente fœminas stantibus masculis, quia applicatur hæreditas masculis, quorum contemplatione fœminæ excluduntur, idem Deci. qui ponit alia exempla *consil.*587. *num.*5. plene Alexand. *cons.*197. *circa fin. lib.*6. vbi, quod exclusis filiabus propter agnatum legitima matris non augetur, quia id, quod filiabus competebat, competit agnato, cuius contemplatione filiæ excluduntur; non autem applicatur matri, quæ excluditur reseruata legitima, plenissi. Socin. *consil.*84. *vt fas perpetuo. num.*7. *ver. circa secundam, lib.*1. † Amplia in tantum contemplationem operari, vt si in donatione causa mortis facta Titio contemplatione Seii, est sequuta traditio, censeatur etiam translatum dominium in eum, cuius contemplatione donatur, absque alio ministerio. Cuman. *consil.*73. *Sine disputatione, num.*2. † Extende idem in legato facto vni contemplatione alterius. Cuman. *d. cons.*73. *numer.*2.

40 † Restringe in institutione hæredis; quia requiritur aditio eius, qui est hæres, nec potest alius, cuius contemplatione est facta institutio, velle adire, Cuman. *d. consil.*73. *num.*2. † Amplia, quia facta de facto, & cum iniustitia nocent ei, cuius contemplatione illud processit, ideo sententia super solutione depositi etiam iniusta, nocet deponenti, quando eius culpa, vel facto causatur; secus si

42 culpa depositarii. Cuman. *cons.*185. *Ser Laurentius, per totum.* † Amplia, idem in damno dato Titio propter inimicitiam alterius; quia censetur datum ab eo, cuius contemplatione infertur. Vide, *Damnum reficitur ab illis, quorum contemplatione causatur. Concluso.*7. † Amplia, quia quando concurrunt duo, & fit vnum contemplatione alterius, iudicatur vnicus actus, videlicet is, cuius

44 contemplatione fit. Crauett. *consil.*202. *num.*13. † Amplia; quia promissio & verba indefinite prolata in contractu, intelliguntur ad fauorem eius, pro quo stipulatur, vel paciscitur. Aret. *consil.*142. *num.*11. Vide *Pœna cui applicari debet. Concluſ.*240. † Limita in pœ-

45 nalibus, ideo licet mulier transiens ad secunda vota priuetur donatione facta à marito, quoad proprietatem; secus est in donatis contemplatione mariti, quia pœnalis lex non extenditur. Ro-

46 man. *consil.*405. *Præsuppositis terminis, per totum.* † Limita etiam in odiosis & fraudulentis; quia si pater instituat filium, & descendentes ex eo, & eis, si hæredes fuerint, & sine filiis decesserint, vel etiam hæredes non fuerint, substituit extraneum ille extraneus censetur contemplatione sui, non autem contemplatione filiorum spuriorum etiam legitimatorum, qui non possent succedere, Alexand. *consil.*88. *Omissis tribus, num.*7. *ver. ex iis infertur, libr.*7.

47 Vide, *Fraus non præsumitur, & quando secus. Concluſ.*476. † Limita, quia donatio facta per patruum nepoti non videtur contemplatione patris. Alex. *cons.*184. *col.*3. *lib.*2. *& cons.*188. *col.*3. *eod. lib.*2. & videtur firmare Bart. *in l. si filiusfamil. mortis, ff. de don. causa mortis,* & propterea reputabitur peculium aduentitium, non profectitium, quod est maximi momenti propter alienationem, quæ fieret à pa-

48 tre, an valeat, necne, de quo Afflict. *decis.*393. † Limita, quando auus, qui donat nepti pro dote, donat tempore, quo non ipse auus, sed filius, non vt hæres aui, sed vt filius esset obligatus dotare, quia tunc non oritur alias contemplatio, nisi dotatæ, ita arguit Menoch. *consil.*183. *num.*12. *ver. secundo accedit.* allegat Ruin. *consil.*72. *num.*6. *lib.*2. & loquitur in auo donante nepti post mortem suam, vt contemplatione neptis dotet, non filii, quando onus ad filium spectaret, non vt hæredem aui, quia tunc dos est aduentitia,

49 profectitia. † Extende clarius, vt per Bald. *consil.*30. *Præsuppositio statuto, in princ. lib.*1. vbi, quod auus dotans neptem tempore, quo esset mortuus filius, qui viuebat tempore dotationis, non censetur contemplatione filii, sed neptis, quia non potest intellectus concipere, quod à filio mortuo sit dotata, quia non viuit tempore dotationis, sequitur plenissime Alber. Brun. *in tractat. quod stantibus masculis, art.*6. *num.*180. vbi pro vtraque allegat, & hanc tue-

50 tur. † Limita, quia contemplatio dicitur fictio quædam, quæ non habet locum in statutis, plene Bald. *cons.*30. *in princ. lib.*1. Alber. Brun. *tractat. quod stantibus masculis, artic.*6. *quæst.*1. *numer.*180. *&*

51 *seq.* vbi late pro vtraque parte, & ibi distinguit. † Extende, quia fictio ista, quam operatur contemplatio, non habet locum in materia odiosa, & correctoria; ideo mulier, quæ priuatur donatis à marito, si transit ad secundas nuptias, non priuatur donatis contemplatione mariti, quia lex pœnalis simpliciter loquens non extenditur ad casum fictum. Roman. *consil.*405. *Præsuppositis, per totum, in princip.* vbi plura allegat. † Limita in emphyteusi, vel feu- 52
do acquisito pro se, & filiis, & descendentibus, & hæredibus, quia respectu nepotis prouenientia ab auo sunt aduentitia, & non profectitia à patre, neque contemplatione patris quæsita; ideo non imputantur nepoti in legitimam sibi debitam à patre, ita plene Alexand. *consil.*8. *Visis subtilissimis, num.*6. *ver. præsuppositio ergo, lib.*3. vbi plena apostilla *in ver. legitimam*, declarat. † Contrarium videtur 53
tenere Alexand. *consil.*27. *Videtur prima consideratione, lib.*5. maxime *num.*6. *ver. ista conclusio. lib.*5. quia imo computantur in legitimam, quando acquisitio est facta pro se, & filiis, & hæredibus. † Declarat apostilla ad Alexand. *d. consil.*8. *num.*6 *lib.*3. *in ver. legi-* 54
timam, quia si acquisitio emphyteusis, vel feudi est hæreditaria, & tunc imputatur in legitimam, vt in contrario, aut non sunt hæreditaria, sed iure inuestituræ deferuntur, & tunc non computantur in legitimam, & ita loquitur limitatio, maxime quando acquisitio est facta ab auo, si vero acquisitio est facta à patre, vt quia agitur de successione primi acquirentis inter descendentes, & aliqui distinguunt, si pretio aliquo ea bona empta sunt, tunc imputantur in legitimam, alias secus, secundum Bald. & alios, sed verior est opinio, quod siue empta sint ex pecunia, siue non, semper quod agitur de successione primi acquirentis, debet in legitimam imputari, quia semper est verum, quod contemplatione filiorum sunt empta, vbi allegat plures concord. † Extende limitatio- 55
nem, quod emphyteusis, vel feudum acquisitum per auum pro se, & filijs, & nepotibus, seu descendentibus, non imputetur in legitimam, neque contemplatione patris censeatur acquisitum, maxime, quando specialis mentio filii non est facta, sed in genere, vel quando filii tempore acquisitionis non erant nati, vel quando, si erant nati, erant infantes, vel pueri, in quibus merita particularia non possunt considerari. Alexand. *d. consil.*8. *num.*9. *& sequent. ver. nec prædictis obstat, lib.*3. † Restringe, quia sunt plures ca- 56
sus, in quibus data ab auo nepoti ex filio tenetur nepos computare in legitimam. *l. dedit dotem, de collatio. bonor.* quia procedunt, quando constat, quòd contemplatione filii dedit nepoti, vel quando auus dat nepoti illud, ad quod obligabatur, pro filio, vel propter filium, non propterse, ita Alex. *d. cons.*8. *num.*7. *& seq. ver. Nec obstat, lib.*3. vbi dicit, quod neque contemplatio filii potest applicari, quando in specie de filio non est facta mentio, vel non erat natus filius, vel si natus erat puer, qui merita non habebat. † Operatur contemplatio, vt dicatur datum, vel donatum 57
illi, cuius contemplatione factum fuit, ideo si auus dotat neptem, licet det nepti immediate; tamen fingitur dedisse dotem filio, & quod filius postea dederit nepti. Alexand. *consil.*179. *numer.*3. *lib.*5. † Prout in casu conuerso censetur legatum ab eo soluen- 58
dum, cuius contemplatione fit solutio; ideo si testator grauat tutorem filii sui hæredis ad soluendum, grauat filium, vt tutor soluat de bonis hæreditatis Alex. *cons.*12. *Attentis, num.*15. *lib.*3. † Extende, 59
quia si fiat legatum Ecclesiæ, quæ non est contemplatione beatæ Mariæ, vel Sancti, licet Ecclesia sit incerta, & non reperiatur; tamen debetur legatum sancto, cuius contemplatione est factum. Bart. *consil.*26. *Testator, num.*3. *ver.*2. *probatur, lib.*1. † Extende in eo, qui 60
iubet bona sua distribui per exequutores in pauperes, quia censetur exequutores hæredes facere ad distribuendum contemplatione pauperum: ergo sicuti pauperes instituti possent accipere, ita exequutores possunt accipere, vt distribuant, quia paria sunt. Alex. *consil.*12. *Attentis. num.*13. *&* 14. *lib.*3. † Extende, vt idem sit in con- 61
sanguineo mariti, qui donat vxori ipsius consanguinei; quia ex quo contemplatione mariti censetur dedisse, vel donasse, fingitur, quod primo dederit marito consanguineo, & maritus postea dederit vxori. Deci. *consil.*280. *Placet mihi, num.*3. *in fin. & num.*4. Vide, ne erres, quia in vlt. impress. est *cons.*278. † Extende in do- 62
natione facta per priuignum nouercæ, quia censetur facta contemplatione patris, & sic primo patri, & quod pater postea donauerit vxori. Deci. 6. *consil.*280. & secundum nouam impressionem 278. *num.*2. *in fin. & num.*3. *ver. vlterius in præsenti.* † Extende in fratre 63
dotante filiam fratris, quia contemplatione fratris sibi proximioris videtur fecisse, & propterea perinde est, ac si dotem dedisset fratri, & frater dedisset filiæ. Deci. *d. consil.*278. *num.*4. Castr. *cons.*96. *Domina Cornelia, lib.*2. Alex. *d. consil.*179. *num.*3. *lib.*5. † Extende in o- 64
mni dispositione facta contemplatione alterius, quia licet ille non exprimat; tamen dispositio ad eum porrigitur. Paris. *cons.*5. *In præsenti causa, in fin. libr.*1. Deci. *consil.*587. *Visa prohibitione, numer.*5. qui

loqui-

loquitur in statuto, & testamento, in quibus aliquid aufertur ab vno contemplatione alterius; quia semper applicatur illi, cuius
65 contemplatione fit, & ponit plura exempla. † Extende, vt procedat in legato dotis facto filiæ; quia si alius donat filiæ aliquid contemplatione patris, compensat filia in legato dotis, quæ non succedit loco legitimæ. Alexand. *d. consil.179. num.6. & seq.* vbi late, *lib.5.* vbi dicit, quod sufficit effectus verus, vel interpretatiuus,
66 etiam in forma, vel conditione implenda. † Extende in tantum esse verum, quod pater instituendo filiam in dote sibi data à tertio contemplatione patris dicitur bene instituta, & valet talis institutio secundum * communem, de qua Alex. *d. consil.179. num.12. verſ. confirmatur, lib.5.* Vide, *Causa causans est causa causati. Conclus.138.* Vide, *Contemplatio multa operatur. Conclus.965.* Vide, *Damnum cau-*
67 *sans damnum dedisse videtur. Conclusio.6.* † Declara, vt per Menoch. *consil.81. num.53.* vbi videtur restringere, vt non procedat, quando is, cui aliquid alterius contemplatione soluitur, non esset in potestate alterius, quia tunc non quærit ei, cuius contemplatione legare videtur, si non habet eum in potestate, cui donatur, vel soluitur; Ideo si donatur filio emancipato, non acquiritur patri, nec e-
68 ius contemplatione præsumitur, vt ibi *num.54.* † Restringe in homine sui iuris, vel libero à patria potestate, quia licet illi detur, vel donetur, sibi acquirit, non autem alteri, cuius contemplatione donatur, & idem in socio, etiam si contemplatione societatis, dummodo non detur, vel donetur societati. Bald. *d. l. cum oportet,*
69 *num.3. C. de bon. quæ liber.* † Restringe, quia illud, quod ab euentu, vel casu prouenit in filium, prout per mortem alicuius accrescit, non dicitur profectitium, sed aduentitium, licet à patre originem
70 sumat, ita Alex. *consil.179. lib.5. num.4. verſ. nec prædictis obstat.* † Restringe in donatione facta per principem; quia donanti acquiritur, non illi, cuius contemplatione donatur. Menoch. *consil.41. in fin.*
71 † Restringe, quia ista contemplatio operatur fictionem, non veritatem, quia is, cuius contemplatione donatur, vere non donat, sed videtur, seu fingitur donare; ideo dispositio odiosa loquens in casu vero, & simplici, non verificatur in casu isto facto contemplatione, qui non est verus. Roman. *consil.405. Præsuppositis, colum.2. verſ.*
72 *iis tamen non refragantibus*, vbi apostilla. † Restringe in legitima computanda filio, quia datum filio à tertio contemplatione patris non operatur, vt in legitimam sibi debitam à patre teneatur compensare, nisi sit datum à patre immediate. Alex. *d. consil.179. Viso processu, num.6. verſ. tertio respondeo, lib.5.*

Contemptus, qui debuit vocari, potest annullare electionem. Conclus.967.

1 CONTEMPTVS † prosequens suum contemptum, quia non fuit vocatus ad electionem canonici capitulariter factam, plus iuris habet ad annullandum electionem, vel prouisionem factam eo contempto solo, quam haberent plures præsentes, & contradicentes. Oldrad. *consil.64. quodam Can.* Lap. *alleg.51. num.13. verſ. ita*
2 *dicimus.* † Et in quibus casibus sit necessaria vocatio absentium, vt dicantur contempti. Vide, *Absentes quando, & in quibus vocandi. Conclusion.36.* Et quid sit contemnere, & quando dicatur con-
3 temptus. Vide, *Contemnere quando quis dicatur. Conclusio.963.* † Amplia, vt procedat etiam in patrono contempto, quando Episcopus sine eo contulit Ecclesiam; quia potest contemptum prosequi, & collationem reuocare, seu nullam declarari facere, Oldrad. *con-*
4 *silio.188. verſ. præterea constat.* † Amplia, vt in tantum sit verum, quod canonicus prosequens contemptum, quia ad electionem non fuit vocatus, vel patronus prosequens contemptum, quia Episcopus sine eo Ecclesiam patronatam contulit, dicuntur prosequi ius proprium, & non dicuntur obiicere; ideo non habet locum in eis, *c. vt circa, de election. in 6.* Oldrad. *consil.188. per totum:* & ratio est, quia sua particulariter interest. Lap. *alleg.51. num.13. verſ. ita dicimus.* Am-
5 plia † in patrono contempto, quando ius præsentandi competit pluribus, vt collegio, quia debent omnes vocari, alias contemptus potest annullare præsentationem. Feder. de Sen. *consil.102. in prin-*
6 *cip. verſ. secundo dico.* † Amplia, vt procedat etiam, quando ius patronatus competeret vt singulis, quia tunc licet de iure maior pars possit præsentare non vocatis aliis, & valet præsentatio, ita quod non vocati non possunt agere de contemptu, tamen secus est de consuetudine. Feder. de Sen. *dict. consil.102. in princip. verſ. se-*
7 *cundo dico.* † Amplia, vt etiam cessante contemptu, vt quia non debuit quis vocari, vel quia fuit vocatus, possit nihilominus quilibet impugnare electionem, vel præsentationem factam ratione defectus personæ electi, dummodo ante institutionem, vel confirmationem fiat. Feder. de Sen. *consil.102. colum.1. verſ. ad secundum.*
8 † Amplia in Episcopo, cuius consensus non fuit à Capitulo requisitus in confectione statuti, quia si Episcopus debuit vocari potest agere de contempti, & annullare statutum. Calder. *consil.2.*
9 *de constitut. an Capitulum. num.2. verſ. vel dato, quod fatear.* † Limita, quia licet contemptus possit agere de contemptu; tamen tertius, pro eo non auditur opponens de contemptu, Feder. de Sen. *consil.148. in fin. verſ. præterea*, vbi tamen, quod actus potest annullari, quando non est factus à maiori parte Capituli agente tertio, sed agente contempto est nullus, & idem tenet *consil.214. in fin. & per totum*, vbi, quod tertius non agit de contemptu pro non vocatis, & latius idem Feder. *d. consil.227. in fin. verſ. vltimo, & incommutabiliter.* † Limita, nisi contemptus tacite actum factum sine eo ap-
10 probasset, vel admisisset, quia non amplius auditur de contemptu, Calder. *dict. consil.2. de constit. num.2. verſ. vel potest dici.* † Exten-
11 de, nisi actus fuisset sibi intimatus, & tacuisset, quia censetur approbasse. Angel. *consil.269. in fin.* † Limita, quando maior pars es-
12 set præposita, & magistra negocii gesti, quia tunc factum à maiori parte non vocata minori parte valet, regulariter antem secus est. Angel. *consil.269. Punctus est, Anno Domini, per totum.* † Limita,
13 nisi contemptus, & non vocatus ad duas electiones factas in discordia vnam approbasset; quia non poterit agere ad contemptum. Lap. *alleg.22. in fin.* † Declara hanc materiam, quando actus
14 sit nullus non vocato, seu contempto vno, an vero sit annullandus, & si sumus in delegatione facta tribus; si vnus non vocetur, actus est nullus, licet, si esset vocatus, & contradiceret, valeret actus factus à maiori parte, si vero non requiritur auctoritas, sed est requisita prout Capitulo eligendi, &c. si vnus est contemptus, valet actus, sed annullatur agente contempto ad nullitatem, ita declarat Abb. *consil.57. Attingam, colum.3. verſic. ad quartam consultationem, libr.1.* Vide, *Absentes quando, & in quibus vocandi. Conclusio.36.*

Contemptus qualiter probet se contemptum. Conclusio 968.

1 CONTEMPTVS † quis non præsumitur; ideo in dubio statur instrumento, in quo asseritur, quod Abbas, & tales fratres facientes integrum Capitulum, fecerunt, &c. quia tunc pro instrumento præsumitur, donec probetur contrarium. Feder. de Sen. *consil.148. in pr. n.2. v. præterea præsumptio. & consil.214. & consil.227. v. sed dato.* † Declara, quia si is, qui dicit se contemptum, probaret se
2 fuisse præsentem in loco tempore actus; tunc bene præsumeretur eum contemptum, nisi fundans se in instrumento probaret, quod fuerit vocatus. Feder. de Sen. *d. consil.148. in princ. & consil.227. circa fin. verſ. vnde communiter.* vbi dicit communem *. *

Contemptus qua actione agat ad contemptum, & nullitatem. Conclus.969.

1 CONTEMPTVS, qui † debuit vocari, & non fuit vocatus, agere potest confessoria, & propterea dicitur ius suum prosequi. Oldrad. *consil.188. Quod prosequens*, quia sua particulariter
2 dicitur interesse. Lap. *alleg.51. num.13. verſ. ita dicimus.* † Limita, quando contemptus non opponeret, sed tertius pro eo, quia non admittitur. Feder. de Sen. *consil.148. in fin.*

Contemptus causa factum, & sic contemptus operatur multa. Conclus.970.

1 FACTA † in contemptum legis, vel statuti sunt nulla declaranda; ideo exequutio facta rei iudicatæ contra nullitatem intentatam, in qua statutum mandat dari terminum 15. dierum, prout Senis, est nulla, & reuocanda est, tamquam facta in contemptum statuti. Castr. *consil.381. In præsenti consultatione, in fin. lib.2.* † Amplia,
2 quia sententia lata contra rem iudicatam allegatam, & productam, est nulla, quia dicitur lata in contemptum rei iudicatæ. Castrens. *d. consil.381. in fin. lib.2.* † Amplia, quia quod dicitur morosum
3 admitti ad purgandam moram, vt euitet pœnam commissam, quando ius partis non est effectum deterius; fallit, quando adest contemptus Iudicis. Vide, *Contemptus, qui debuit vocari, potest annullare electionem. Conclusio.967.* Vide, *Contumax, seu contemnens præceptum, quis dicatur. Conclus.1018.*

Contentum aliquem facere promittens, ad quid obligetur. Conclus.971.

1 PROMITTENS † facere aliquem contentum, si ista verba referantur ad solutionem, vel sunt materia solutionis important

obliga-

obligationem de soluendo. Bald. *consil.356. Quæritur in causa, lib.3.*
2 Amplia, † quia latior est significatio verbi contentari, quam soluere, quia soluere ad quantitatem refertur, contentare refertur tam ad quantitatem, quam etiam ad rem stabilem, vt teneatur tradere, vel offerre. Zabar. *consil.67. Respondeo, quod.* † Extende, quia
3 statutum disponens, quod non admittatur appellatio, neque valeat, nisi appellans contentauerit appellatum, tenetur soluere, si est condemnatus, in quantitate vel si reali actione, tenetur offerre,
4 alias appellatio non valet. Zabarell. *d. consil.67.* † Limita; quia si verba sunt prolata ab arbitro versus partes, habent effectum declarationis faciendæ, Bald. *d. consil.356. circa prin. ver. secundo casu, lib.3.*
5 Limita, † quando sunt dubia, quia non operantur aliquid, nisi essemus inter milites, & simplices; quia eorum consuetudo attendenda esset, nec admitteretur disputatio, quæ est de apicibus, Bal. *consil.356. ver. tertio casu, vsque in fin. lib.3.*

Contextualiter factum quando dicatur. Concl.972.

1 CONTEXTV † vno, vel contextualiter aliquid fieri intelligitur, antequam agens diuertat ad actus extraneos. Ægid. Bellam. *consil.1. in princip. ver. secundum capitulum.* Vide, *Continue*
2 *aliquid facere qualiter capiatur. Conclus.977.* † Extende, quia contextualiter fieri dicitur nedum ratione actus, sed etiam ratione loci, ideo actus cæptus in vno loco, prout testamentum, & finitus in alia domo, vel loco diuerso non dicitur contextualiter factus, id-
3 eo non valet. Ægid. *d. consil.1. in princip. ver. tertium capitulum.* † Declara propter opiniones, an si in eadem domo sunt plures mansiones, & sit cæptum testamentum in vna camera, & vadant in aliam ad finiendum, an dicatur contextu vno factum. Vide Ægid. *d. consil.1. ver. tertium capitulum*, vbi disputat, & tandē dicit esse arbitrium
4 Iudici. † Extende respectu temporis, quia factum, seu cæptum vno die, & finitum alio die, non dicitur eodem contextu factum, & licet valeat contractus, si Notarius distinguat dies, tamen non valeret testamentū in scriptis, nisi in casu necessitatis, puta cęptum hora sexta noctis, & sic ante mediam noctem, & perfectum in aurora, dicitur diuersis diebus; sed si testator moritur, valet, quod non valeret, quia non vnico conxtextu est factum. Ægid. *d. consil.1. num.2. ver. quartum capitulum.* Vide, *Incontinenti factum quanto tempore dicatur. Conclusio.80. & concl. ibi proxima seq.*

Continens & contentum differunt, & quando. Conclusio 973.

1 CONTINENS † & contentum differunt, quia vnum non est aliud. Bal. *consil.107. Contaui, an molendinum, lib.3.* Vide, *Instru-*
2 *mentum & contractus differunt. Concl.236.* † Et continens gene-
3 ralius est contento. ita Maranta *in 2. dist. tit. iudicij tela, num.10.* † Et quid differant continens & contentum, cum vnum non sit aliud.
4 Dec. *consil.123. num.24. lib.3.* Rol. à Valle *consil.33. num.12. lib.3.* † Et propterea impugnans instrumentum non dicitur impugnare contenta in instrumento, prout est confessio. Fel. *in c. Capitulum, num.13.*
5 *& 14. de rescript.* † Et dispositio loquens de Ecclesia non habet locum in conuentu, quia Ecclesia est continens, conuentus est contentum, & vnum differt ab alio. Abb. *consil.9. Omissa, in pr. lib.2.* Am-
6 plia, † quando continens & contentum pro forma requiruntur ad essentiam alicuius rei, prout in molendino, in quo requiritur ædificium continens, & molæ, quæ possent dici contentū; quia siue deficiat continens, siue contentum q; est de forma, facit desinere totum in substantia formali, Bal. *d. consil.107. lib.3.* vbi q; non dicitur molendinum, si non adsunt macinæ, nisi consuetudo sic seruet. Li-
7 mita, † quia contentum continetur sub cōtinenti generaliter expresso. Alex. *consil.140. Circa primum, nu.7. ver. & cum nihil ibi sit, lib.5.*
8 Limita; † quia imo continens sumitur pro contento, ideo legans chirographū censetur legare creditum, quod in chirographo continetur, gl. *in c. sane, in ver. reddens. de renunciat.* vbi allegat *l.1. C. de donatio.* quod legatis, & traditis instrumentis mancipia contenta in eis donata censentur, & alia multa similia exempla ponit, quę videas.
9 Limita, † quia in obligationibus continens sumitur pro contento, ideo obligatio de soluendis duabus ampullis vini, vel vnā, vegetem vini comprehendit solum vinum, non etiam vasa, quæ exprimuntur ad mensuram demonstrandam, nisi consuetudo sit in
10 contrarium Fulg. *consil.231. In quodam instrumento.* † Extende, quia donans aut pignorans instrumentum, vel chirographum, ius in dicto instrumento, vel chirographo donasse, vel pignorasse cōfetur.
11 Rom. *consil.57. In causa vertente, num.3. ver. ex prædictis ergo.* † Extende à contrario sensu, vt contrariorū sit eadē disciplina, quia sicuti, quando fit donatio, legatum, pignoratio instrumenti censetur de

obligatione contenta in eo, pro validitate actus, ita quādo lex, vel dispositio hominis cassat, & annullat instrumentum, vel chirographum, censetur annullare creditum, seu obligationem in eo contentam. Rom. *d. consil.57. nu.3. ver. ex prædictis, vsq; in fin.* vbi apostilla *in ver. intelligantur.* † Limita, quia vbicunq; significatio continentis
12 sumitur ex contento, semper continens importat contentum; secus, quando continens de per se sumitur. Bal. *in vsib. feud. tit. de capit. qui curiam vend. col.5. ver. quædam sunt.* Anch. *in c. accessorium, nu.18. ver. quædam se habent, de reg. iur. in 6.* Bal. *in tit. de capitaneo, qui curiam vendidit, ver. quædā se habent vt continens,* sequitur Dec. *consil.93. n.12. lib.2.* † Et
13 ideo verba dotantis & constituentis capellam in Ecclesia pro salute animæ suæ, intelliguntur de capella spirituali, videlicet sacrificijs; quia hic continens sumit significatum à contento. Anch. *consil.113. Iura, quæ loquuntur, n.4.* vbi, quod materialis capella nihil facit ad salutem animæ, sed sacrificia, & orationes, ideo contentum hic sumitur pro continente. † Extende, quia priuilegium concessum
14 terræ, ciuitati, vel castro censetur concessum ciuibus, & personis habitantibus in terra, ciuitate, vel castro, & sic continens sumitur pro contento. Rom. *consil.180. Si admittimus, in pr.* vbi, quod tam laici, quam clerici comprehēduntur, & ibi plene apost. *in ver. comprehenduntur*, dat plurimos concord. † Extende, quia exemptio concef-
15 sa Ecclesiæ, vel loco censetur concessa personis, *c. per exemptionem, de priuil. in 6.* Rom. *d. consil.180. in pr. ver. secundo.* vbi apostilla *in ver. personæ*, quæ dat concord. † Sic etiam intelligitur sermo Euangelij,
16 *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas.* & iterum, *Hierusalem conuertere, &c.* intelligitur de personis, & sic de contēto pro continente expresso. † Restringe in legato facto de capsula nucis in ciuita-
17 te Venetiarum facta, quia non veniunt bona in ea existentia, nisi aliter constet de mente legantis. Corn. *consil.173. In hac consultatione. lib.4.* Vide, *Legato fundo instructo quæ veniant, vel non. Concl.123.* † Limi-
18 ta in apprehensione possessionis, quia si apprehenditur possessio domus, censetur capta omnium rerum in ea contentarum. Bal. *in l. de ijs, quæ, C. de furt. l. clauibus, ff. de contrah. empt.* † Declara, quia quan-
19 doq; propter ambiguitatem vnum sumitur pro alio, prout in vegete vini, in mensura grani, & in sacco pecuniarum, quia verba quandoq; contentum important, quandoq; continens. Bal. *consil.256. Quæritur à vestra, n.2. ver. super secundo, lib.3.* vbi, quod in dubio fit interpretatio contra tutorem describentem æquiuoce bona pupilli in inuentario.

Continentes qui esse dicantur. Concluſ.974.

1 CONTINENS † proprie dicitur, qui seruat castitatem, & abstinet à carnali copula, vt innuit Cald. *consil.121. circa fi. ver. item licet ipsi fratres*, vbi, quod fratres tertij Ordinis; quia sunt coniugati, licet appellentur continentes, proprie tamen non sunt, quod cons. est
2 *7. de iud. & foro compet.* † Declara, quia improprie dicitur continens etiam coniugatus, etiam cognoscens vxorem suam. Cal. *d. consil.121.*
3 alias *7. de iud. in fi.* † & propterea is, qui matrimonio copulatur, capit legatum factum, si caste, & honeste vixerit, nisi esset legatum factū à marito vxori. Vide, *Caste & honeste viuere quid importet. Concl.109.*

Continentia causarum quæ sit. Concluſ.975.

1 CONTINENTIA † causarum dicitur, quando ex vna causa præparatur cognitio ad alteram, vt in petitorio, & possessorio. Bal. *consil.336. Quæritur, vtrū, in fi. lib.3.* & ideo iudex possessorij debet esse iudex petitorij, quia possessorium est præparatorium petitorij.
2 Alex. *consil.58. Circa primū, in fi. ver. quo ad vltimū, lib.1.* † Et idem est continens, quod dependens, vel connexum. Alex. *d. consil.58. in fin. lib.1.* vbi, quod exhibitio scripturæ, si dependet, vel est connexa causæ principali, licet non sit ipsa causa, operatur, quod idem iudex cau-
3 sæ principalis sit, qui fuit exhibitionis scripturæ dependentis. Alex. *d. consil.58. in fi. lib.1.* † Extende; quia causa exhibitionis scripturæ, vel edendæ scripturæ dicitur præparatoria ad litem, ideo tanquā cōtinentia operatur, vt lis coram eodem iudice exhibitionis sit cognoscēda. Alex. *consil.58. n.7. lib.1.* quia præparatorium dicitur de cōtinentibus præparati. † Extende, quia absolutio à iuramento ad
4 effectum agendi, dicitur præparatorium causæ cōtractus nulli, vel simulati, ideo coram eodem iudice debet cognosci, qui dedit absolutionem à iuramento. Alex. *d. consil.58. in fi. ver. & ideo videmus, lib.1.* Bart. *in l. ordinarij, C. de rei vend.* Bologn. *in addit. ad cons.10. de Antania 48. post med. ver. secundo principaliter.* Alex. *consil.63. In causa, & lite, in pr. lib.3.*
Contrarium † tenet apostil. ad Alex. *d. consil.58. in fi. in ver. Episcopo, lib.*
5 *1.* vbi dicit, quod absolutio fit per libellum ad habilitandum tantum. Anch. *cons.18.* † Declara, quia si iuramentum esset prius re-
6 laxatum per partem, absolutio ab Episcopo esset superflua, ideo

tanquam præparatoria non trahet præparatum, ita declarat Castr. *consil.210. Visis, & ponderatis omnibus, de quibus lib.2.numer.2.* sequitur Bologn. *in addit. ad consil.48. Ioan. de Anan. post med. ver. secundo principaliter.* † Extende, quia si sunt plures rei ex eadem obligatione, & causa, vnica sententia debent omnes terminari, quia continentes dicuntur causæ, & valet appellatio, si vnus solus conuenitur coram vno, alius coram alio iudice, & iuste appellari potest. Ioan. de Imola *consil.44. in fin.* † Extende, quia causa restitutionis in integrum minoris dicitur præparatoria causæ negocijs principalis, ideo iudex restitutionis cognoscit de meritis. Ioan. de Anan. *consil.48. numer.4. ver. circa vero.* vbi Bolog. in apostil. *circa med. ver. secundo principaliter.* † Limita, quia conuentus conductor super caducitate, quia non soluit, ex qua inobseruantia poterat expelli propria authoritate, introducta lite, non potest ex illa causa expelli, sed ex noua causa, & superuenienti, puta si pendente iudicio defecit in alia paga, potest expelli, quia diuersa est causa à prima, ex quo sententia absolutoria à prima non inducebat exceptionem rei iudicatæ in alia. Alex. *consil.105. Magnifice, numer.28. & seq. ver. sed posito, lib.3.* vbi ponit alia exempla, & tollit contraria, quæ loquuntur in causa, quæ inerat à principio, secus si superuenit post iudicium. Vide, *Litis pendentia operatur multa, & quando secus. Concluſ.381.* † Limita, quia causæ principalis & fideiussoris possunt diuersis iudicijs intentari, nec vna trahit aliam. Castr. *consil.87. num.2. & seq. lib.1.* † Limita etiam quoad eundem debitorem, si conueniatur exequutiue quia non prohibetur actor agere via originaria contra eundem, quia sententia in iudicio exequutiuo non nocet in ordinario. Castr. *d. consil.87. num.3. lib.1.* † Limita, quia reconuentio non dicitur de continentijs, sed quædam adhæsio, seu adhærentia. Bal. *d. consil.336. in fin. lib.3.*

Continentiæ causarum non debent diuidi. Concl.976.

1 CONTINENTIÆ † causarum non debent diuidi, vt vna causa sit coram vno iudice, & pars eiusdem causæ coram alio, *l. nulli, C. de iud.* Alex. *consil.65. In causa, & lite, num.11. ver. fortificatur, lib.7.*
2 Extende, † vt procedat, etiam si agatur de causa compromittenda vigore statuti dubij, vt si conuentus non sit de comprehensis in statuto, sed alius, qui venit pro interesse, sed non vt necessarius defensor. Alex. *d. consil.65. num.5. & seq. iuncto num.11. ver. fortificatur, lib.7.* † Extende, vt procedat in causa exequutiua, quia si coram vno iudice fuit datum primum decretum, non potest coram alio iudice deueniri ad secundum decretum. Anch. *consil.363. Si advertatur, num.4.* quod est Guil. de Perusio. † Contrarium sub dubio tenet Ias. *in l. nulli, num.8. C. de iud.* vbi, quod potest in exequutiuis coram pluribus iudicibus molestari debitor, sed decisiue, idem Ias. *consil.28. Reuerende domine, n.3. lib.1.* tenet, quod in exequutiuis nō habet locum regula, & plenius *consil.9. per totum, lib.1.* & est communis * opinio, Bonacossa *commun. * opin. lib.1. fol.439. col.1.* vbi dicit communem. Rom. *consil.133.* Castr. *consil.87. In causa, quæ vertitur, lib.1. n.3.* † Declara, quia in causis exequutiuis potest adiri alius iudex pro terminis maturatis post iudicium cœptum, puta is, cui debet solui annua præstatio, si egit pro vna annua præstatione coram vno iudice, potest coram alio agere pro annuis præstationibus maturatis post. Ias. *consil.9. num.3. ver. circa secundum.* † Restringe, quia *l. nulli, C. de iud.* procedit quoad processum, & sententiam, non quoad vtilitatem, & mulctā, quæ potest spectare ad alterum iudicem,
7 qui non fecit processum. Old. *consil... n.11.* † Amplia, quia si sunt duo correi, non debet dari commissio contra vnum coram vno iudice, & alia commissio coram alio iudice, & licita est appellatio
8 Io. de Imol. *consil.44. in fin.* † Restringe, quia si agatur contra principalem via exequutiua potest agi contra fideiussorem via ordinaria, vel exequutiua, separata quia non inducitur pendentia litis cōtra vnum intentata, vt contra alium agi non possit. Castr. *consil.87. ver. istis non obstantibus, lib.1.* Vide, *Causarum continentia non debent diuidi. Concl.159.* Vide, *Iudicium vbi cœptum, ubi finem accipiat, qualiter procedat. Concl.487.* † Amplia, quia cœpta causa etiam super præparatorijs prout in absolutione à iuramento, & similibus, non potest negocium principale coram alio distrahi. Alex. *consil.58. in fi. lib.1. & consil.*
10 *63. in pr. lib.3.* vbi ponit plura exempla. † Extende, quia pendente reductione à laudo corā Ecclesiastico, si iudex Ecclesiasticus confirmauit laudum, & pendeat appellatio, non potest fieri exequutio
11 laudi coram seculari. Alex. *d. consil.63. in princ. lib.3.* † Amplia, quia pendente causa principali coram vno iudice potest idem iudex, & non alius cognoscere de exequutione, argumento eorum, quę habentur *in l. ordinarij*, vbi Bald. *in 2. not. C. de rei vend.* Alex. *d. consil.58. in fi. lib.1. & consil.63. lib.3. in pr.* & licet Castr. *in d. l. ordinarij.* impugnet Bal. de quo per Ias. *in l. quottes, n.2. C. de iud.* tamen cum Baldo est communis * opinio, vt per Dec. *in rubrica, extra de iud. n.2.* vbi licet dicat dictum Baldi non verum, tamen dicit esse communiter * receptum, & in practica esset difficile ab eo recedere, prout communem * etiam dicit Curt. Iun. *consil.152. n.8. & 9.* Fel. *in c. super litteris, n.19. ver. secundo facit regula, & n.20. ver. secundo facit, de rescript.* † Amplia, quia
12 iudex, qui iudicauit in possessorio, adiri debet, & non alius pro petitorio. Vide, *Possessorium ante petitorium terminatur. Concl.446.* Limita in † causis diuiduis, quia diuiduntur continentiæ causarum
13 propter diuersas iurisdictiones; ideo laicus procedit inter laicos, Ecclesiasticus inter clericos, ita Fel. *in c.1. de præsumpt.* Boss. *in praxi, tit. de foro compet. n.116.* Rom. *consil.195. circa fi.* Soc. *consil.12. Quoniam in præsentiarum, lib.1.* † Limita, nisi ex causa fiat diuisio, nam si duo
14 sunt rei, vnusq; allegat suspectum iudicem, alius non, iudex potest contra non allegantem causam expedire, & contra alium supersedere debet, ita Alex. *consil.64. In causa, & lite, in fi. ver. non obstat, quod non debuit, lib.7.*

Continue aliquid facere qualiter capiatur. Concl.977.

CONTINVVS † commensalis intelligitur ciuiliter, & secundum
1 vsum patris familias, etiam si quandoq; absit, vt viuat expensis suis, si ita est vsus Domini, Calde. *cons.88. per totum*, alias 8. *de offi. deleg.* † Amplia idem in obligato ad continuam residentiam, vt
2 verba ciuiliter sint intelligenda, vt horis congruis intelligatur, & salua necessitate, vel infirmitate. Cal. *d. consil.88. ver. item illud verbum* alias 8. *de offi. leg.* † Quandoq; tamen continuo exponitur, videli-
3 cet tempore congruo. Cald. *d. cons.88. ver. item illud verbum*, quod est 8. *de offi. leg.* allegat illud; *Nunquam de manu tua exeat psalterium*, hoc est horis congruis. † Aliquando actus dicitur continuatus, si factus
4 est à principio ad finem, antequam agens diuertat ad extraneos actus. Vide, *Contextualiter factum quando. Concl.972.* Vide, *Continuatio actus, vel delicti multa operatur concl. prox. seq.* † Amplia, quia priuile-
5 gium concessum illis de Comitatu, qui per decem annos continuo habitauerint in ciuitate, intelligitur, etiam si habitantes ciuitatem tempore messium & vindemiarum iuerint in Comitatu cū familia ad faciendum recollectas, quia ex quo reuersi sunt ad Ciuitatem, dicuntur continuo habitasse. Io. de Imol. *cons.9. in fi.* vbi, quod modicum tempus non consideratur. † Extende, quia Ciuis, qui con-
6 tinuo tenetur habitare, implet, si habitat etiam per tres menses in rure singulo anno Apostilla ad Rom. *consil.264. vt is Norsinus, in verb. requiruntur, vers. circa secundum.* † Extende, quia continuo dicitur
7 habitasse, licet ex iusta causa fuerit absens, puta pestis, vel infirmitatis, Roma. *consil.263. Viso puncto, per totum, & cons.264. n.3. ver. secundo, quod continuo*, vbi, quod secus est, si ex iniusta causa abfuit etiam modico tempore. † Contrarium videtur velle in hoc, quando
8 modico tempore abfuit, idem Rom. *d. cons.263.* vbi apostilla *in ver. pacificus.* † Declara, quia contraria loquitur ad effectum puniendi
9 de falso; quia ex modico tempore, quo abfuit, non punitur testis de falso, & *in cons.264.* loquitur ad effectum ciuilem, & cōsequdū beneficium ciuilitatis; quia non continuo habitauit, si abfuit ex iniusta causa. † Extende in testibus, qui deponunt vidisse talem
10 semper, & continuo possidere; quia ciuiliter intelligitur dictū testis, & de possessione ciuili. Vide, *Testes contrarij qualiter reducantur ad concordiam. Concl.250.* Vide, Dictio, *semper*, quid importet. *Concl.371.*

Continuatio actus, vel delicti multa operatur. Conclusio 978.

CONTINVANS † delictum non dicitur dimisisse primū deli-
1 ctum, quia continuata & adhærentia eiusdem naturæ censentur. Fed. de Sen *cons.7. Quidam vsurarius num.2. vsq; in fi. vers. in contrarium.* vbi, quod vsurarius manifestus à principio, qui continuauit secrete vsuram vsq; ad mortem, dicitur manifestus vsque ad mortem propter continuationem, quæ inest præteritis. † Amplia, quia
2 continuatio operatur, vt plura facta censeantur vnicum factum. *l. & si manente. ff. de precar.* Fed. *d. consil.7. num.4. vers. actus quidem.* † Am-
3 plia in delicto continuato, quia censetur vnum, quando fit ab eadem persona. Fed. *d. consil.7. num.5. ver. continuatio quidem delicti.* Amplia; † quia delictum continuatum præsumitur ex radice, & reli-
4 quijs primi delicti emanasse, & non præsumitur pœnitentia. Fed. *d. consil.7. nu.3. vers. ex quo ergo.* † Amplia, quia is, qui potest impune
5 offendi, si reperiatur in fragranti, & quis in domo reperiatur delinquere, potest etiam extra domū, si fugiat, insequi & offendi, dummodo in territorio statuentium; quia dicitur idem actus continuatus. Alex. *consil.24. Animaduersis, n.28. lib.2.* † Extende, quia ban-
6 nitus, quem curia persequitur, potest capi vbique super territorio eiusdem principis, etiam si nō liceat Curiæ vnius officialis ingredi territo-

territorium alterius; quia fallit, quando in loco territorij habet
7 initium persequutio. Alexand. *dict. consil. 24. nu. 28. lib. 2.* † Extende, quia licet pro debito ciuili quis in domo capi non possit; si tamen caria insequitur debitorem, vt capiat pro debito, & fugiat in domo, potest capi in domo, quia actus continuatus idem iudicatur. Alexand. *d. consil. 24. num. 28. lib. 2.* dummodo in eodem territorio &
8 iurisdictione sit, vt ibi. Alex. & plene apostil. *in ver. alieno.* † Contrarium, quod non possit extrahi de domo, tenent Bald. Roma. Alex. & Ias. *in l. pleriq. ff. de in ius voc.* quos citat apostil. ad Alex. *d. cons.*
9 *24. num. 26. in ver. extrahi, lib. 2.* † Declarat Alexand. *d. consil. 24. n. 28. vers. & ita etiam, dub. 2.* quod possit extrahi; quando domus est sub
10 eodem officiali, & in eadem iurisdictione, alias secus. † Extende, quia licet non liceat in agro alieno prohibente domino venari; si tamen feram insequitur quis vulneratam, donec insequitur, & habet in conspectu suo, dicitur quasi sub sua custodia. Vide tamen
11 pro vtraque *Instit. de rerum diuisio. §. feræ. & §. illud quæsitum.* † Restringe; quia non procedunt ista, quando continuatio non est conformis, ideo in alieno territorio nõ subiecto non licet insequi existentem in fuga in loco licito, & si capiatur, debet restitui. Alex. *d. consil. 24. num. 24. lib. 2.* vbi apostil. dat plurimos concord. *in ver. alieno.* Vide, *Captus in alieno territorio quando restituendus, vel non. Concluſ. 72.*
12 Amplia, † quia si quis mandat committi homicidium, & si ex mãdato committitur in eadem iurisdictione, vel dominio eiusdem principis, dicitur vnicum delictum, & punitur in loco commissi delicti. Bald. *consil. 154. lib. 1. in fin.* quod duplicatur *consil. 461. lib. 3.*
13 Extende † etiam, quando quis insultauit in territorio Senarum, & interfecit insultatum in territorio Florentino, quia est vnicum delictum, & insultus confunditur ex homicidio; ideo à solo officiali Florentino punitur. Fulgos. *consil. 149. num. 4. ver. Rursum cum dictus.*
14 Limita; † quia quando delicta sunt æqualia, & in pluribus territorijs commissa, licet sint continuata, tamen possunt puniri à singulis officialibus vbi commissa sunt; quia plura sunt, prout si quis capitur in territorio Senarum, spoliatur in territorio Florentino; sicuti delictum continuatum habet partes diuisibiles; ita iurisdictio, & pœna recipit diuisionem. Alex. *consil. 216. Ponderatis ijs, num. 11. ver. vnde etiam Bal. lib. 6.* vbi recitat Baldi opinionem in hoc; quod vnus
15 non procedat super delicto in territorio alterius. † Contrarium dicit Alex. *d. consil. 216. num. 11. ver. illam quæstionem reassumpsit plenius, lib. 6.* vbi, quod imo solus iudex territorij capturæ procedet, quia ibi priuatus fuit libertate; & quia capientes habuerunt animum spoliandi; & quia vnicum est delictum continuatum, & quia ini-
16 tium attendi debet. † Declarat apostilla ad Alex. *d. consil. 216. nu. 11. lib. 6. in ver. recipiunt*, quod is, qui præuenit procedit, vel vterque super toto. Vide, *Delictum continuatum, seu reiteratum, an vnum vel plura. Concluſ. 169.* Vide. Delinquens in vno loco non potest puniri in alio territorio pro eodem delicto. *Concluſ. 182. & Concl. ibi proxime seq.*

Contractus quid sit, & quæ sint partes contractus. Concluſio 979.

1 CONTRACTVS † proprie dicitur, quando obligatio ex consensu hincinde interuenit. Gemin. *consil. 65. in princ. num. 2. ver.*
2 *item approbat contractus.* † Et si partes dissentiunt, vitiatur stipulatio & contractus, ideo debent contrahentes hinc inde se exaudire, alias si vnus intelligit de vno, alter de alio, nihil fit Bart. *consil. 59. Commune Spoleti, num. 5. ver. præterea, si aliter lib. 1.* vbi, quod propterea standum est verbis. Franc. Aret. *consil. 14. Viso diligenter, n. 7. in fin. ver. in causa ergo.* Vide, *Consensus debet esse simultaneus. Concluſ. 750.* Et pro-
3 prie † contractus est factum partium cum omnibus suis clausulis & differt ab instrumento; quia instrumentum est factum, seu dictum Notarij continens diem, mensem, annum, locum, testes, & subscriptionem. Bald. *consil. 444. Ad euidentiam præmittendum, in princ. lib. 1.* Vide, *Instrumentum & contractus, differunt. Concluſ. 236.* Am-
4 plia, quia pacta, & conditiones appositæ in cõtractu dicuntur pars contractus, & ab eo separari non possunt. Petr. de Anch. *consil. 7. In*
5 *quæstione agitata, in princ. num. 2. ver. constat etiam.* † Et ideo conducens aliquid cum susceptione casuum fortuitorum in se, dicitur minori pretio conducere, & sic est pars contractus. Bald. *consil. 119.*
6 *Verba dicunt, in princ. ver. item propter illud pactum, lib. 1.* † Declara; quia sex sunt requisita ad conualidandum cõtractum, vt ex eo agi possit; nempe requiritur creditor & debitor; res debet esse talis, quæ possit in stipulationem deduci, non autem sacra; causa debet esse possibilis, honesta, & rationabilis; conditio debet existere; quia ante non agitur, & modus debet impleri; si vnum ex ijs deficiat, contractus non operatur efficaciter. Bald. *consil. 104. Sex sunt, quæ*
7 *habent, in princ. lib. 1.* † Adde septimum, quia si contractus intelligi non potest, ex eo non nascitur actio. Bald. *consil. 279. Facinus vendi-*

dit, circa med. ver. & si contractus, lib. 2. † Quædam sunt substantialia 8
contractus, & omnium actuum, quorum omissio vitiat; quædam vero sunt accidentia, quorum omissio non vitiat. Vide, *Pacta contra naturalia contractus valent, & quomodo. Concluſ. 17.* vbi latissime. Vide, *Substantia actus si plura requirit, vno deficiente corruit actus. Concluſ. 773.*
Amplia, † quia fideiussio est contractus. Bal. *consil. 96. Petrus fideiussit, in princ. lib. 4.* † Amplia; quia stipulatio est contractus stricti iu- 9 10
ris, *l. 5. §. satis acceptis, ff. de verb. obligatio.* Bald. *d. consil. 96. circa princ. ver. item fideiussor obligatur, lib. 4.* † Contractuum omnium regula est; 11
quia aut sunt nominati, aut innominati, aut consuetudinarij, videlicet inducti à consuetudine loci, qui aliquando nominati, aliquando incerti, vt exemplificat Alex. *consil. 76. Visis, in princ. lib. 5.* in eo, qui promisit francare bona data per quinquennium, *& n. 14. & seq.* dicit, quod non est venditio, neque locatio, sed contractus ex consuetudine inductus, vt quis tacite vendat cum pacto francandi, & durante pacto conducit ab emptore; tamen non exprimitur.
Alia † est distinctio; quia aliqui sunt contractus, qui solo consensu 12
perficiuntur, alij, qui verbis, alij, qui re ipsa, & aliquando re, & verbis; de ijs, qui solo consensu. Vide, *Contractus qui solo consensu. Concl.* 985. † Alia; quia aliqui contractus sunt in scriptis, alij sunt sine scri- 13
ptis. Vide infra, *Contractus qui dicantur in scriptis. Concluſ. 990.* † Alia; 14
quia aliqui sunt contractus bonæ fidei, aliqui sunt stricti iuris, & in quibus differant. Vide, *Contractus bona fidei & stricti iuris in quibus differant. Concluſ. 1000.*

Contractus ex conuentione legem accipiunt. Concluſio 980.

CONTRACTVS † ex conuentione legem accipiunt, *l. contractus, ff. de regul. iur. l. 1. §. si conuenerit. ff. depos.* Castr. *consil. 472. Viso* 1
supradicto, in princ. lib. 1. Soc. *consil. 167. Non inutilis, ver. postremo, & cons. 154. Consultationem, circa princ. lib. 2.* allegat text. *in l. legem, C. de pact.* Castr. *consil. 145. Videndum est, in fin. lib. 2. & consil. 219. In causa, quæ vertitur, col. 2. ver. contractus autem, lib. 2.* † Extende, vt procedat, etiam si
partes vltra, vel præter naturam contractus conuenerint. Castr. *d.* 2
consil. 219. col. 2. ver. contractus autem, lib. 2. † Amplia, vt feudum licet
non transeat ad fœminas, nec sit alienabile ad extraneos, neque 3
transeat ad hæredes extraneos; tamen si in inuestitura hoc est cautum, contractus ex conuentione legem accipit. Cald. *consil. 314. ante med.* † Extende, vt idem sit ratione diuisionis feudi; quia licet omne feudum possit diuidi, tamen si inuestitura & conuentio aliter
cantat, contractus in hoc ex conuentione legem accipit. Cal. *cons.* 4
315. alias *12. de feud.* † Extende, vt idẽ sit ratione successionis in feudo, quia si fiat inuestitura pro primo inuestito & eius filijs; & de- 5
scendentibus masculis, & ipsis deficientibus fœminæ succedant: si moriatur inuestitus, deinde masculus filius, relicta filia fœmina, superstite etiam fœmina filia primi inuestiti, quamuis filia prima inuestiti sit remotior, quam filia decedentis vltimo masculi, tamen ipsa succedit ex cõuentione, non attẽto gradu successionis. Cald.
consil. 316. alias *13. de feud.* † Amplia in compromisso, quia si partes 6
promiserunt stare laudo ferendo, tenentur ad obseruantiam, tanquam quod transegerint; quia laudum est transactio & contractus ex conuentione legem accipiunt. Bal. *consil. 292. Quidam Martinus, in princip. ver. & ostenditur, lib. 1.* † Amplia in locatione facta datiorum
cum pacto, quod nihil possit innouari in præiudicium datiariorũ, 7
seu conductorum, quia nõ valebit noua ordinatio, quod reneantur datiarij vltra conuenta. Sign. *consil. 187. Millesimo trecentesimo, per totum.* Castr. *consil. 472. in princ. lib. 1.* † Amplia in tantũ contractum 8
ex conuentione partium legem accipere, vt si arbiter, prout de iure, pronunciat cõtra conuentionem partium compromittentium
laudum sit nullum. Castr. *consil. 145. Videndum, in fin. lib. 2.* † Amplia, 9
quia secundum naturam locationis est, quod locator tenetur ad expensas reparationum rei locatæ, tamẽ potest deduci in pactum, quod conductor teneatur, non autem locator, & valebit pactum, quia contractus ex conuentione legem accipiunt. Abbas *consil. 49.*
Videtur primo, n. 2. lib. 1. † Amplia in societate, quia licet natura so- 10
cietatis sit, quod æqualitas lucri & damni seruetur inter socios, tamen ex pacto aliter potest conueniri, quod vnus percipiat plus altero, item, quod vnus non sentiat damnum, sed participet commodum. Rom. *cons. 475. Quoad primum, nu. 5. & 6. ver. & si dicatur.* vbi dicit opinionem esse controuersam, sed quod de rigore iuris est vera, quia valet non ex natura sociali, sed in vim pacti.

Contractus in dubio præsumitur iustus & licitus in foro fori, secus in foro conscientiæ. Concluſ.

VIDE Masc. *Concluſ. 438. Contractus in dubio*, vbi, quod bene cõiecturis probatur Vsurarius, & illicitus. Vide plenius, *Simulatio*

non præsumitur nisi probetur. Concluſ.259. Vide, *Vſurarius contractus non præsumitur. Concluſ.361.*

Contractus quando dicatur perfectus. Concluſ.981.

1 CONTRACTVS † non dicitur perfectus, licet quis dicat volo contrahere, quia aliud est contrahere, aliud velle cõtrahere. Lap. *alleg.57. num.9. ver. item præmiſſa verba.* Vide, *Velle aliquid quando importet de futuro, vel de præsenti, Concluſ.40.* Vide plenius, *Verba futuri temporis præteritum non includunt, neque præsens. Concluſ.116.* Vide
2 plene, *Verba diſpoſitiua quæ dicantur. Concluſ.83.* † Contrarium in teſtamento, quia ſi teſtator coram ſufficienti numero teſtium dicat; *volo inſtituere hæredem*; important iſta verba inſtitutionem de præsenti. Caſtr. *conſil.457. Viſis, & examinatis, in princ.* vbi dicit hoc eſſe quando ſumus in vltima volũtate, quæ pendet à futuro euen-
3 tu. † Declara, quia in vltima voluntate, & quando deliberate verbum *volo*, profertur, inducitur diſpoſitio, plene Bartol. *in l. gerit, num.10. & ſeq. ff. de acquir. hæred.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi ſimus in contractu, qui ſolo conſenſu perficitur. Lap. *d. alleg.57. nu.9.* qui reprobat gl. contrarium tenentem *in l. in venditionibus, ff. de con-*
5 *trah. empt.* † Amplia, quia contractus non dicitur perfectus neq; ex eo agi poteſt, quando obligatio eſt facta de ſoluendo certam ſummam ſub pactis, & conditionibus apponendis in inſtrumento, quia ante conditiones, & pacta huiuſmodi, promittens conueniri non poteſt. Petr. de Anch. *conſil.7. in quæſtione agitata, in pr.* Vide,
6 *Obligatio de ſoluenda certa quantitate qualis. Concl.42.* † Amplia, quia contractus non dicitur perfectus, quando partes cõueniunt, quod tali die fiat inter eas rogitus Notarij, & publicum inſtrumentum, patet, quia Notarius non poteſt rogari, niſi de cõtractu, quem coram eo faciunt partes, ergo, &c. Caſtr. ita arguit *conſil.241. In quæſtione, col.2. nu.2. lib.1.* & quia alias eſſent duo contractus perfecti, vnus tempore conuentionis, alius tempore rogitus, quod nõ eſt dicen-
7 dum, & plura ſimilia adducit *conſ.52. in princ. lib.2.* † Contrarium tenet Caſtr. *conſ.52. per totum, lib.2.* quando filius fideiubendo ſe obligat pro patre ex carcerando, quod inſolidum ſe obligabunt Ferrariæ, prout in concordia ibi roganda ad dictamen ſapientis; quia ſi pater aufugit, & ſtat per eum, & filium, habetur pro facta, & filius
8 poteſt conueniri. Vide, *Pactum de donando, vendendo, & ſimilibus, an valeat, & ad quid obliget. Concluſ.21.* † Amplia, quia contractus, qui fit ad pondus, numerum, vel menſuram, maxime, quando fit in ſingulis menſuris, dicitur conditionalis, & imperfectus, *l. ſæpe, §. in ijs. ff. de contrah. emptio.* Franc. Aret. *conſil.11. Procedendum, in princip.* Vide, *Venditio ad menſuram dicitur conditionalis, & quando ſecus. Cõcluſ.49.* Li-
9 mita, † quia contractus dicitur abſolutus, quando coram teſtibus & partibus eſt publicatus, & ſtipulatus, licet teſtes adhuc in eo non ſint deſcripti. Alex. *conſil.10. Videtur fortaſſe, num.7. lib.1. cum ſeq.*
10 Extende, † quando ex præambulo conſtat, quod partes voluerunt habere contractum pro perfecto, vt quia dicit, quod deuenerunt ad infra ſcriptam concordiam. Caſtr. *conſil.52. col.2. ver. conſtat*
11 *autem, lib.2.* † Et quando teſtes deponunt, quod emptor interrogatus à venditore promiſit retrouendere, probatur pactum retrouendendi per ſtipulationem. Alex. *conſil.122. Viſo proceſſu, in princip. libro 2.*

Contractus probatur per duos, vel tres teſtes, & quando. Concluſ.

VIDE Maſcard. *Concluſ.435. Contractus ex non ſcripto.* vbi, non procedit, etiam ſi extet ſtatutum, quod non poſſit probari, niſi per inſtrumentum; quia ſi extat iuramentum, probatur per teſtes, & idem, etiam ſi partes conueniſſent, quod fiat ſcriptura. Vide plenius, *Statutum circa probationem prohibens fieri per teſtes. Concluſ.638.*

Contractus probatur ex ſolutione gabellæ ſtante ſtatuto. Concluſ.

VIDE Maſcard. *Concluſ.436. Contractus an probetur ex ſolutione gabellæ*, vbi limitat non procedere, quando ſolutio fuit facta parte abſente. Vide plenius, *Libri multi probant, & quando ſecus Concl.*
346. numer.18. & ſeq.

Contractus claudicare non poteſt, & quando ſecus. Concluſ.982.

1 CONTRACTVS † non poteſt claudicare, quia debet eſſe obligatorius hinc inde. Alex. *conſ.40. Circa primum, lib.5. in prin.* Vide, *Claudicatio non admittitur, & quando ſecus. Concluſ.287.* Amplia etiam, † quia contractus Papæ non poteſt claudicare, vt pro parte valeat, pro parte non. Ægid. Bellam. *conſil.33. col. pen. nu.62.* † Amplia, vt idẽ ſit in iudicijs, quia æqualitas debet ſeruari. Vide, *Æqualitas in iudicijs ſeruanda. Concl.306. & Concl. ibi proxima ſeq.* † Amplia, quia procurator ad vendendum nõ poteſt vendere habita fide de pretio, quando rem pure tradidit, quia claudicat contractus. Ang. *conſ.388. Conſtat procuratorem, per totum*, maxime *nu.3. ver. quinto quia.* Amplia, † quia contractus, per quem ſalarium ponitur in libro arbitrio alterius cõtrahentium, eſt nullus, quia claudicat. Rom. *conſ.*
275. Ex tribus, n.3. & 4. ver. quoad ſecundum. vbi apoſtilla *in ver. nullum.* Extende † idem in venditione, quia ſi precium eſt collatum in arbitrio emptoris, venditio eſt nulla Rom. *d. conſ.257. in fin.* † Exten-
de maxime in contractu vltro citroq; obligatorio, quia non valet, ſi confertur in voluntatem vnius ex contrahentibus. Alex. *conſ.23. Conſideratis verbis, n.7. ver. quia contractus, lib.7.* † Declara totam iſtam
materiam, quia contractus ex vna parte tantum obligatorius, ſi cõfertur in voluntatem promiſſoris per hæc verba. *cum volueris*, valet, ſi vero fiat per verba, *ſi volueris*, non valet, ſi vero ſumus in contractu vltro citroq; obligatorio, vtroq; caſu non valet. Alex. *d. conſ.23. n.6. in fi. cum ſeq. ver. alia principali, lib.7.* vbi apoſtil. *in ver. locum*, dicit
* communem. † Amplia in compromiſſo celebrato inter tres, * quia licet non valeat quoad vnum, tamen valet quoad alios, quia quilibet cum duobus videtur compromittere. Angel. de Perulio *conſ.66. Co. Robertus, n.4. ver. videndum eſt ergo.* † Limita contra dolo-
ſum, quia ex dolo ſuo, licet non valeat contractus, tamen ipſe obligatur, *l. eleganter, in prin. ff. de dolo.* Feder. de Sen. *conſil.89. in princ.* vbi idem in ſententia, & quod contractus ſunt nulli ipſo iure volente decepto, & valent in præiudicium doloſi volente decepto. Vide, *Turpitudinem & dolum ſuum allegans non auditur. Concl.404.* Vide, *Dolus dans cauſam contractui multa operatur. Concl.583.* † Extende in con-
tractu meticuloſo, quia is, qui infert metum, obligatur, ſed is, cui metus cũ violentia infertur, non obligatur, ideo petit data, & non reſtituit habita. Ang. Aret. *conſil.96. In themate ſupradicto, nu.31. & ſeq. ver. ſed poſſet largo modo.* † Limita, quia ex conuentione poteſt clau-
dicare contractus, veluti ſi proponatur res ad incantũ deliberanda plus offerenti; quia omnes offerentes obligantur ad pretium oblatum, ſi placet venditori, ſed tamen ipſe venditor non tenetur deliberare pro pretio oblato; quia poteſt alijs oblatoribus incantare, & plus offerentibus deliberare. Bal. *conſ.393. Punctus talis eſt, per totum, lib.4.* vbi, quod non dicitur perfecta venditio ex oblatione, quia ſi interim eueniat damnum intolerabile, non tenetur offerens, alias ſecus. † Limita, quia contractus celebratus cum ab-
ſente, in quo preſens nõ vult obligari, niſi ſub conditione, ſi abſens ratificauerit, valet, & eſt conditionalis donec ratificet, ſed ſequuta ratificatione efficitur purus. Alex. *d. conſ.40. in pr. lib.5.* † Limita in
contractu celebrato cũ pupillo; quia valet ad fauorem pupilli, & non valet contra eum, quia claudicat hoc caſu, *l. Iulianus, §. ſi quis à pupillo, ff. de actio. empti.* † Declara, quia ſi aliquid liberaliter pupillo,
& minori donatur, vel conceditur ſub modo, non habet locum claudicatio, vt velit habere liberalitatem, & non implere modum. Fulg. *conſ.223. Ex facto proponitur, in fin.* † Extende etiam, quia ſtatutum, quod contractus à minore celebratus non ſeruata ſolemnitate ſtatuti ſit nullus, intelligi debet, quatenus minor alteri obligetur; ſecus è contra, quia valet ad fauorem minoris, ita Abbas
conſ.22. Quanquam, col.2. in fi. ver. non obſtat vltimum, lib.1. † Limita in
caſu ſpeciali. *l. ſicut emptio, §. cum l. ſeq. ff. locati*, vt per Alex. *conſ.121. Viſis, & ponderatis, in princ. lib.5.* vbi emens rem, & illam conducens pro certa penſione, donec ſoluat pretium, obligatur ad penſionem, ſed venditor non tenetur tradere durante locatione, licet ſi res pereat, perire debeat emptori, & ſic claudicat.

Contractus ab initio ſunt voluntatis, poſt factum neceſſitatis. Concluſ.983.

CONTRACTVS † ſunt à principio voluntatis, poſt factum
ſunt neceſſitatis. *l. ſicut C. de actio. & oblig.* † Amplia, quia do-
nans aliquid inter viuos cum certo onere expreſſo, nõ poteſt poſt perfectam donationem imponere nouum onus, licet à principio potuiſſet. Bal. *conſil.381. Factum tale eſt, Dominus Cardinalis, per totum, lib.4.* † Amplia, quia non poteſt recedi à contractu perfecto, niſi
vtraque pars conſentiat, ſiue loquamur de receſſu, quo ad eſſentiam, ſiue loquamur de mutatione, ſiue de alteratione, ſiue de qualificatione, aut de prorogatione. Bald. *conſ.452. Hæredi habenti, num.2. ver.2. eſt conſiderandum, lib.5.* † Amplia, etiam ſi contractus
ſit conditionalis gratia vtriuſque; quia non poteſt reuocari etiam pendente conditione. Alexand. *conſil.40. Circa primum, num.2. lib.5.*

Limita

5 Limita † in contractu nominato conditionali celebrato gratia vnius partis tantum; quia potest reuocari pendente conditione. arg. not. per Alex. *in d. consil. 40. num. 2.*

Contractus non potest celebrari inter absentes, & quando secus. Concluſ. 984.

1 CONTRACTVS † non potest celebrari inter absentes, nisi mediante nuncio, vel epistola, quia requiritur consensus vtriusque contrahentis, Bal. *consil. 349. Statuto Placentia, num. 3. ver. Venio ad secundum, lib. 1.* vbi quod non sufficit ratificatio subsequuta. Vide *Absenti non acquiritur, & quando secus, Concl. 38. n. 38. & seq.* & maxime 2 *numer. 86.* † Amplia, quia venditio & hypotheca recepta pro absente non iuuat absentem, si venditor alteri vendidit, antequam absens ratificauerit, quia si non docet de scientia, antequam alteri sit facta venditio, non potest agere hypothecaria contra tertium possessorem; quia sine scientia non potuit ratificare. Bal. *consil. 176.* 3 *Præmittendum est, post med. ver. item non apparet, lib. 2.* † Amplia, quia pactum & stipulatio seu contractus in fauorē personæ nominandę absentis, non valet, nisi interueniat procurator, vel gestor negociorum acceptans pro absente. Bald. *consil. 395. De principali instru-* 4 *mento, num. 6. lib. 5.* † Limita, nisi per viam priuilegij fiat concessio veluti si communitas concedat ciuilitatem absenti, vel princeps legitimationem spurio absenti, licet dicantur contrahere ciuis factus, & ciuitas, tamen sufficit ratificatio, quando fit concessio per 5 priuilegium. Bald. *consil. 349. num. 3. ver. solutio, lib. 1.* † Extende, vt idem sit in inuestitura feudi, vel emphyteusis, vel donatione, aut beneficio collato, quia acquiritur absenti per nuncium, vel epi-6 stolam. † Declara, dummodo ante mortem acceptauerit, vel ratum habuerit. Alexand. *consil. 24. Ponderatis, numer. 9. ver. bene facit,* 7 *lib. 5.* vbi apostilla *in ver. mortuo*, dat concord. † Limita in quasi contractu, qui non requirit præsentiam personarum, prout contractus; Ideo instrumentum additionis hæreditatis probat ad fauorem creditorum absentium; quia hæres dicitur quasi contrahere. Bald. *consil. 374. Quæritur, vtrum captura, num. 2. lib. 4.*

Contractus, qui solo consensu perficiuntur, & eorum natura. Concluſio 985.

1 SOCIETAS † est contractus, qui solo consensu perficitur. Ro-2 ma. *consil. 291. Cum isti fratres. num. 7. in fin. ver. cum autem.* † Sponsalia solo consensu contrahuntur. Roman. *consil. 295. num. 3. ver. no-*3 *tanda.* † Emptio solo consensu perficitur. Roma. *consil. 295. num. 4.* 4 Bart. *d. quæst. 7. num. 6. ver. quarto probo.* † Donatio solo consensu 5 perficitur. Roma. *d. consil. 295. per totum.* † Locatio solo consensu contrahitur. Bart. *in q. 7. Mulier habens, ver. contra numer. 6. ver. quarto* 6 *probo.* † Dotis contractus solo consensu perficitur. Bart. *d. quæst. 7.* 7 *num. 6. ver. quarto probo sic.* † Matrimonium solo consensu perfici-tur. Alex. *consil. 146. In causa, & lite, num. 16. lib. 5.* Vide, *Matrimonium requirit verba, & non sufficit tacitus consensus, & quando secus. Concluſ. 121.* 8 Mandatum † procuræ solo consensu perficitur. Alex. *d. consil. 146.* 9 *n. 27. ver. & hoc tanto magis. lib. 5.* † Natura cōtractuum, qui solo consensu celebrantur, est, quod per medium alterius organū possunt 10 perfici inter ipsas partes. Rom. *d. consil. 291. num. 8.* † Imo sine medio videlicet nuncio, procuratore, vel epistola sufficit, quod àquocunque deducantur ad notitiam absentis, vt perfectionem accipiant. Roma. *consil. 295. Donatio, num. 2. & per totum*, vbi latissime hoc tenet contra communem, & ibi apostilla *in ver. veriorem.* citat pro vtraq; parte, & dicit Roma. & sequaces in hoc male loquutos fu-11 isse. † Contrarium dicit Bart. in sua *quæst. 7. mulier habens. in princip. num. 4. ver. Nono probo.* vbi, quod in contractibus, qui solo consensu contrahuntur, lex semper subdit actus, per quos consensus declaratur, videlicet per nuncium, vel epistolam, vel nutum, & ita clarius Bart. *consil. 73. Quæritur, vtrum, num. 1. seq. lib. 1.* sequitur Alexand. 12 *d. consil. 146. numer. 34. ver. præterea, lib. 5.* † Declarat Alex. *consil. 146. In causa & lite, num. 16. ver. quia respondeo. cum seq. lib. 5.* quod requiritur notificatio per quemcunq; facta in tempore, vt inducatur simultaneus consensus, non eodem tempore, sed diuersis temporibus, antequam recesserint à præstito consensu, secus si cōsensus à principio esset erroneus, vel antequam alter consentiret, primus reuocasset consensum suum; secus si reuocaret consensum suum, postquam alter acceptauit, & de acceptatione constat, & loquitur Alex. in matrimonio inter absentes contracto, vt sufficiat etiam ratificatio. & cōsensus absentis per ratificationem, antequam specialem notitiam habuerit, vel per nuncium, vel per epistolam, vel nutum; quia dicit ipse Alex. ibi *n. 12.* quod etiam sufficit, cogitatus 13 in genere. † Item sola patientia operatur perfectionem istorum

contractuum, qui solo consensu perficiuntur. Bart. *in d. q. 7. n. 6. ver. contra quod*, ibi, *quarto probo sic.* † Item contractus signis & nutibus 14 perficiuntur. Alex. *d. consil. 146. In causa, & lite, num. 27. ver. & hoc tanto magis, lib. 5.*

Contrahens obligatur ex suo contractu, & est generale in omnibus. Concluſ. 986.

CONTRACTVS † validus obligat contrahentes, ne possint re- 1 scindere contractum, *l. sicut, C. de actio. & obligat.* † Amplia in 2 priuato nedum, sed in collegio, Ciuitate, Principe, & habente iurisdictionem; quia omnes tenentur ad obseruantiam contractus. Bald. *consil. 194. In causa vertente, circa med. ver. tertio præmitto, lib. 1.* Vide, *Contractus ab initio sunt voluntatis, post factū necessitatis. Concl. 983.*

Contractus quando nihil acquirat personæ interpositæ. Concluſ. 987.

MVLTVM † interest, an verba contractus dirigantur circa ac- 1 quisitionem in tertium, an vero circa durationem contractus; quia primo casu acquiritur tertio; secus in secundo casu; ideo si ego acquiro, vel conduco pro me, & meis heredibus durante vita mea, & vxoris meæ, vel alterius personæ, nihil acquiritur vxori, vel tertio, licet eorum vita faciat durare contractum. Vide, *Dispositio omnis inspicitur & interpretatur prout verba diriguntur. Concl. 497.*

Contrahens nomine alieno non obligatur de suo, & quando secus. Concluſ. 988.

LOCATIO † facta matri conducenti nomine filiorum non 1 obligant matrem de suo, si filij non ratificant; quia cum nomine filiorum receperit, obligatio vltra intentionem non extenditur. Bald. *consil. 162. Casus est talis, per totum, lib. 3.* † Limita in casu 2 *l. si absentis, C. si certum petatur*, quia si quis mutuat pecuniam nomine Titij, quatenus Titius ratum non habeat, mutuans potest agere vtili actione sine cessione; quia contractus re contrahitur, & non consensu tantum, ita declarat idem Bald. *consil. 162. in fi. ver. non obstat d. l. lib. 4.*

Contractus incertus, vel relatiuus quando valeat, vel non. Concluſ. 989.

CONTRACTVS † incertus circa substantialia est nullus, vnde 1 si contractus fiat superre incerta non valet. Roma. *consil. 502. In casu. in princip.* Vide, *Incertitudo vitiat dispositionem. Concluſ. 65. cum duabus conclus. ibi proxime seqq.* Vide, *Emptio & venditio ex quibus dicatur perfecta. Concluſ. 124.* † Amplia, vt idem sit, quando substan- 2 tia contractus remittitur in arbitrium tertij, qui non fuerit arbitratus; quia remanet nullus Roma. *d. consil. 502. num. 2. ver. quamobrem.* Vide, *Venditio ex quibus dicatur perfecta, & valeat. Concluſio 44.* Restringe, † quia valet contractus, quando licet ex arbitrio no- 3 minati non declaretur; potest tamen ex alijs declarari, veluti si promitto tibi omne, quod mihi debet Antonius, & quod debeatur, stetur declarationi Alberti; nam licet Albertus nihil declaret, valet tamen contractus, si aliunde potest declarari. Roma. *d. consil. 502. colum. 2. num. 3. ver. ita igitur*, vbi apostilla *in ver. Alberti.* dat concord. † Restringe, quia valet contractus, quando non substantia contractus, sed qualitas est in arbitrio tertij remissa; quia licet 4 non declaret; tamen non vitiatur. Roma. *d. cons. 502. in fin.* † Limita, quando quis promittit aliquid, quod alius sibi debet; quia licet 5 promissio sit incerta, tamen si potest ex relatione scripturarum, vel debitoris certificari, valet contractus. *l. si. § si. ff. de nouatio.* Rom. *consil. 502. num. 3. ver. at vbi quis.* vbi dat exemplum, promitto tibi omne, quod mihi debet, vel in futurum debebit Titius, valet promissio, si potest certificari.

Contractus qui dicantur in scriptis, & eorum natura. Concluſ. 990.

CONTRACTVS † dicuntur celebrati in scriptis duobus 1 modis: vno modo, quando partes ita conueniunt expresse, quod debeat fieri scriptura, *l. contractus, C. de fide instrum.* Bald. *consil. 220. Proponitur, quod A. lib. 1. in princip.* ita Castr. *in l. cum res, Cod. de probatio. numer. 4. & in l. contractus, numer. 9. C. de fide instrum.* vbi quod ita consuluit, & obtinuit Florentiæ cum Fulg. quos sequitur Deo.

consil.11.num.2.ver.comprobatur hoc, plenius *consil.158.num.4.& 5.* vbi quod contractus remanet suspensus, & apostil. ibi citat Alex. *cons. 74.num.3 lib.1.* Socin. *consil.169.num.9.lib.2* & Cast. *consil.52. in princ. lib.1.* vbi apostilla citat Socin. *consil.173. Reuerende pater.ver.sed prædicti, circa fi.lib.2.* licet postea Castr. ibidem teneat contrarium *col.2.in fin.*

2 Et † quod contractus non habeatur pro perfecto, donec fiat scriptura, quando partes conuenerũt, quod fieret scriptura, tenet Cast. *consil.241.num.2.lib 1.* viua ratione, quia si valeret primus contractus, Notarius conficiens postea scripturam non posset dici rogatus, de primo contractu; quia non potest rogari, nisi de gestis coram se, & essent duo contractus, vnus primus, alter tempore im-

3 strumenti, quod non est dicendum. † Et quod, quando partes vadunt ad Notarium, vt redigat contractum in scripturam, censeatur voluisse contrahere in scriptis. Roma. *consil.174.num.7.ver.*

4 *quod autem.* vbi allegat Bald. *in l. contractus, C. de fide instrum.* † Contrarium, quia imo requiritur ne dum, quod partes cõueniant, quod fiat scriptura, sed etiam quod aliter non valeat contractus, quia nunc dicitur in scriptis celebratus, alias non. Ang. *cons.160.n.4.* vbi

* dicit * communem. Card. Zab. *consil.44. Pro domino Christophoro, in*

* *pr.* Dec. *consil.340.n.3.* vbi reprobat Castr. & dicit * communem.

* Soc. *consil.173.n.3.lib.2.* vbi dicit * communem. Grat. *consil.107.n.4.*

* *lib.1.* vbi *n.5.* dicit * communem. Gozad. *consil.1.nu.42.* Burfat. *consil.*

* *100.n.18.& seq.* vbi dicit * communem. Dec. *cons.64.num.19.& seq.*

* *lib.3.* vbi dicit * cõmunem. Afflict. *decis.105.in fi.* & plenissime Curt.

* * Iun. *consil.303.n.7.& seq.* vbi de * communi, & magis * communi, &

* ita etiam Rota Romana, vt per Vestan. *decis.34.* vbi de * communi, Anchar. Iun. *quæst.21.in fi.in 1.parte.* Pro contrario etiam, Vide Ma-

5 scard. *Concluſ.435. Contractus ex non scripto, num.8.& seq.* † Et quod in contractu, qui de sui natura non requirit scripturam, licet conueniant partes, quod fiat scriptura, tamen illud fit ad probationem, & non sit contractus celebratus in scriptis, ita quod non ante confectam scripturam, nisi sit actum, quod non valeat ante, tenet expresse Castr. *cons.52.col.2.ver.non obstat l. contractus, lib.2.* & hanc partem tenet Alex. *cons.98. Breuiter puto, nu.2.lib.1.* plene Ang. Aret. *cons.20. Visis actis, num.32.& multis seqq. ver.nec dicat aliquis*, vbi *nu.36.* dicit hanc esse veritatem. Alexan *cons.122. Viso processu, numer.3.lib.2.*

6 Declarat † Alexand. *d.cons.98. numer.2.lib.1.* quod contractus non dicitur in scriptis, nisi quando partes dixerunt, quod alias non valeat; secus si habuerunt illum pro perfecto, licet asseruerint scripturam fieri, vbi loquitur in contractu sigillato, quia si Notarius dicat ad maiorem cautelam partes sigillasset, licet non sigillatum

7 reperiatur; tamen valet, si est authenticum. † Declara, quia statur coniecturis, vt si constet de mente ex coniecturis, quod non voluerint stare, vel valere contractum, nisi fiat in scriptis, tunc prima opinio procedat; alias non suspenditur. Aret. *consil.160.ver. venio ad secundum*, & quod non præsumantur partes in dubio, nisi aliter constet de mente voluisse contrahere in scriptis. Socin. *cons.*

* 8 *142.in fin.lib.1.* vbi dicit * communem † Declara; quia si sumus in contractu, qui non requirit scripturam, licet dictum sit, quod fiat instrumentum, non censentur partes voluisse in scriptis contrahere, secus si contractus requirit scripturam; & hoc casu est vera opinio Castren. ita Decian. *consil.64.num.19.& seq.lib.3.* Curt. Iun.

* *consil.303.num.14.* Grat. *consil.107.num.6.* vbi de * communi, *lib.1.*

9 Declara; † quia siue primam opinionem teneas, semper debent partes habere in animo, quod non valeat contractus, nisi in scriptis redigatur, & de hoc animo debet constare; si vero secundam, debet expresse dici, quod aliter non valeat, & sic semper debet constare, quod non voluerint valere, nisi facta scriptura, ita Curt.

10 Iun. *consil.148.num.6.& per totum, & consil.303.num.21.* † Declara, quia scriptura non est regulariter de necessitate contractus, cum solo consensu perficiatur, *Instit. de oblig. quæ ex consensu.* nisi id agatur inter partes ideo solum dicitur contractus non requirens scripturam, celebratus in scriptis, quando actum est inter partes, vt fiat in scriptis, alias non, *l. contractus, C. de fide instrum.* Castr. *in l. testium, cum authent. ibi, C. eod.* vbi dicit ita in facto obtinuisse Florentiæ. Afflict.

☞ *decis.105.in fin.* Vide Ant. Gabriel. *lib.3.tit. de pact. conuentional. Concluſ.*

11 *3. Pactum factum, vt de certo actu conficiatur scriptura, operatur, vt ille actus donec fuerit redactus in scriptis, non operetur.* † Amplia; quia contractus dicitur celebratus in scriptis, quando partes conficiunt instrumentum secundum tenorem scripturæ, vel apochæ, quam inserunt in contractu. Bald. *consil.284. In primis est inspiciendum, in princ. lib.4.* Vide, *Scriptura vbi requiritur, qualiter actus in scriptis factus dicatur.*

12 *Concluſ.90.* † Extende; quia societas non dicitur perfecta quando partes conuenerunt, quod apocha confecta deberet subscribi à partibus, vel ab aliquo contrahentium, quia donec scriptura sit subscripta, non dicitur perfectus contractus. Anchar. *consil.332.*

13 *Pro clariori, in princip.* † Alio, & secundo modo contractus dicitur celebrari in scriptis ex necessitate legis, vt quando lex requirit scripturam prout in emphyteusi. Bald. *d. consil.220. lib.1.* † Adde ter- 14
tium modum, quia omnes contractus, de quibus Notarius rogatur, vt conficiat instrumentum, dicitur quo ad Notarium celebrari in scriptis; quia eo casu scriptura est de substantia, & est simul materia, & forma, à qua non potest recedi. Bald. *consil.349. Factæ fuerunt, n.5.ver.item in contractu, lib.1.* † Quarto modo dicitur con- 15
tractus celebrari in scriptis, quando fit cũ solemnitate præcedentibus subhastationibus; ideo donec redigatur in scriptis, non obligat. Bald. *consil.7. Factum, super quo, lib.5.* † Quinto modo contra- 16
ctus dicitur celebratus in scriptis, quando fit in iudicio, vel coram iudice, cuius decretum, vel causæ cognitio, aut authoritas est necessaria. Angel. *consil.160. numer.4. ver.nunc restat.* † Natura con- 17
tractus celebrati in scriptis est, vt nihil possit illi addi, vel minui. Bald. *consil.284. in princip. lib.4.* † Extende; quia interpretari non 18
potest instrumentum in scriptis, nisi pariter fiat scriptura, *l. generaliter, C. de non numer. pecun.* ita Cardin. Zabarel. *consil.44. in princip.* vbi, quod bene potest fieri stipulatio, & contrarium instrumentum, vel ratificatio sine scriptura. † Item licita est pœnitentia quan- 19
doque ante perfectam scripturam. Bald. *consil.7. in princip. lib.5.* Item probatio † non admittitur in contrarium, nisi per scripturam. 20
Angel. *consil.160. num.4.* vbi hoc declarat, nisi contractus esset nullus, quia tunc non habet hoc priuilegium. Vide, *Contractus in scriptis habet multa specialia Concluſio. proxima seq.* Vide, *Contractus quando & qui requirant scripturam. Concluſ.982.* Vide, *Scriptura quibus casibus requiratur, vel non. Concluſ. ibi proxima seq.*

Contractus in scriptis habet multa specialia. Concluſio 991.

CONTRACTVS † in scriptis celebratus, si deficit illi dies per 1
errorem, non potest addi, vel suppleri per Notarium, licet in alio contractu, qui nõ sit in scriptis, possit addi. Guido Papæ *decis.* 582. vbi hoc declarat. Vide, *Notarius quando possit corrigere errorem suum, vel non. Concluſ.86.* † Instrumentum authenticum probat, 2
licet prothocollum, vel imbreuiatura non reperiatur penes Notarium, vel alium, secus est, quando esset celebratus in scriptis, quia substantia residet tota in originali, nisi probetur deperdita. Bald. *in rubr. C. de fide instrumen. colum.8. ver. secundo quæro*, plenius Roma. *consil.174. Amplissime Doctor, num.7.* vbi dicit Bald. non habere contradictorem, & ibi plena apostil. *in ver. fide*, quæ dat multos concord. † Errorem corrigit Notarius, prout si dies, vel annus 3
fuit omissus, si de eo recordatur, quando contractus non est in scriptis. Bartol. *consil.197. Reperitur instrumentum, circa fi.lib.1.* Vide alia specialia supra *Concluſ. proxima præcedenti, num.16.& seq.*

Contractus quando, & qui requirant scripturam. Concluſio 992.

CONTRACTVS † requirit scripturam, quando partes 1
ita conuenerunt, quod aliter non esset perfectus, si scriptura non interuenisset. Bald. *consil.226. Proponitur, quod A. in princip. libro 1.* † Et multi sunt contractus, & negocia, quæ requirunt 2
scripturam, de quibus Guido Papæ *decis.152.* Vide, *Scriptura quibus casibus requiratur. Concluſ.87.* † Amplia in emphyteusi perpetua, 3
quia est contractus, qui à lege requiritur, quod fiat in scriptis. Bald. *consil.220. libro 1.* Angel. Aretin. *consil.20. Visis actis, num.36.* Alexand. *consil.76. Visis, num.4.lib.5.* Vide, *Emphyteusis de substantia requirit scripturam. Concluſ.148.* † Amplia in censu perpetuo; quia requiritur scriptura ad substantiam illius Bald. *consil.220. lib.1.* † Extende, 4
quod in omnibus casibus, in quibus requiritur scriptura ad con- 5
trahendum, & obligandum, requiritur etiam scriptura ad distrahendum, & liberandum. Bald. *dict. consil.220. per totum, lib.1.* vbi est casus. † Amplia in omnibus contractibus, qui fiunt in iudicio, 6
vel in alijs actis; quia de ijs, quæ in iudicio fiunt, necessaria est scriptura, & probatio per scripturam. Ang. *consil.160. Domina Catharina, num.4. ver.nunc restat.* † Amplia in omnibus contractibus, in 7
quibus requiritur decretum, vel causæ cognitio, aut authoritas iudicis; quia dicitur celebrari in scriptis propter iudicialem calorẽ Angel. *d. consilio 160.n.8.* † Extende, quia sicut in iudicialibus, & 8
similibus celebratis in scriptis est necessaria scriptura, ita etiam si agatur de probatione contra actum celebratum in scriptis necessaria est probatio per scripturam. Angel. *dict. consil.160. num.4.* Vide *Probatio per testes non admittitur, si per scripturam fieri potest, & quando secus. Concluſ.772.*

Limita, † quia in contractibus, qui non requirunt scripturam, 9
licet

licet partes post perfectum contractum conueniant, quod fiat instrumentum, vel scriptura, hoc tamen censetur ad probationem, non autem ad suspensionem contractus, qui valet, etiam antequam fiat instrumentum; secus si conuenissent partes, quod aliter non valeret; quia isto casu solo censentur in scriptis contraxisse. Deci. plene *cons.* 64. *num.* 19. *& seq. per totum*, vbi reprobat Castr. ** contrarium tenentem, *lib.* 3. & dicit * communem, & magis * communem. † Extende, quia contractus nunquam dicitur in scriptis fieri, licet partes conueniant de scriptura facienda, nisi quando dixerunt, quod prius non valeat contractus. Deci. *cons.* 340. *num.* 3. quem refert, & sequitur Deci. *d. cons.* 64. *nu.* 24. vbi dicit * communem, *lib.* 3. & Grat. *cons.* 107. *lib.* 1. qui dicit * communem. † Restringe, quando contractus requireret scripturam; quia si partes dicunt, quod fiat instrumentum, vel scriptura, censentur ad hoc, vt sit in scriptis, & aliter non valeat. Decian. *cons.* 64. *num.* 22. *lib.* 3. vbi de magis * communi. † Extende etiam in testamento; quia licet testator coram sufficienti numero testium dixerit, quod instituebat hæredem locum pium, vel quod volebat illum instituere hæredem, & misit pro Notario; tamen voluntas dicitur perfecta, & si moritur, antequam Notarius venerit, valet testamentum. Castren. *cons.* 457. *per totum*, maxime *num.* 3. *ver. præterea licet, lib.* 1. vbi quod missio pro Notario non impedit voluntatem, sed fit ad probationem. Vide, *Testamentum quando probet ante publicationem, vel non. Concluſ.* 107. Vide, *Contractus qui dicantur in scriptis. Concluſ.* 990.

Contractus differt ab vltima voluntate in multis. Concluſ. 993.

CONTRACTVS † verba stricte accipiuntur, & secundum propriam significationem; ideo masculinum non concipit fœminum; secus in vltimis voluntatibus, in quibus latior fit interpretatio. Alexa. *cons.* 61. *Super eo, de quo, per totum, lib.* 1. † Et quod plenior fiat interpretatio in vltima voluntate, quam in contractu, ideo pactum de retrouendendo in contractu continet factũ retrouenditionis, non traditionis; secus si in vltima voluntate; quia etiam tenetur tradere, plene Franc. Areti. *cons.* 6. *Viso, nu.* 4. & * *seq. versic. sed tamen iis non obstan.* vbi dicit * communem. † Et in contractibus debet fieri interpretatio contra eum, qui se fundat in verbis. Alex. *d. cons.* 61. *num.* 1. *versic. & in dubio, lib.* 1. † Extende, quia appellatione filiorum veniunt nepotes in vltimis voluntatibus; secus in contractibus; quia fit semper interpretatio contra eum, qui se fundat in verbis contractus. Alexand. *d. cons.* 61. *numer.* 2. *ver. pro prædicta concluſ. lib.* 1. Vide, *Filiorum appellatione an veniant nepotes in contractibus, & aliis. Concluſ.* 374. † Amplia; quia non valet argumentum affirmatiue de vltima voluntate ad contractum, quando militat diuersa ratio; secus negatiue. Alexan. *cons.* 61. *num.* 2. *ver. non obstat, quod in vltimis, lib.* 1. Vide, *Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra. Concluſ.* 495. † Amplia; quia contractus inter viuos differunt ab vltima voluntate; ideo licentia concessa alienandi in vita, vel inter viuos, non extenditur ad vltimam voluntatem. Roma. *cons.* 476. *Huic Felici, per totum*, vbi apostil. dat concord. † Extende; quia si patet donauit filio emancipato omnia bona sua reseruatis sibi fructibus, de quibus possit pro libito in vita sua disponere, non poterit in testamento disponere, sed in contractu tantum, & inter viuos. Bartol. *consil.* 76. *Pater filio lib.* 1. sequitur Alexand. *cons.* 13. *Circa primum, numer.* 17. *versic. pro hoc bene facit, lib.* 3. Decian. *cons.* 30. *& cons.* 251. Socin. *cons.* 19. *num.* 15. *& num.* 22. *lib.* 1. † Contrarium Ias. *cons.* 130. *Institutio facta, lib.* 2. Couarru. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 12. *num.* 3. *in fin.* † Declarat Paris. *consil.* 20. *Viso testamento, numer.* 49. *lib.* 2. quia si ad sunt verba in vita sua, intelligitur in contractu, & est vera opinio Bartol. alias secus. † Extende; quia statutum excludens filiam dotatam à parte in vita sua, non excludit dotatam à patre in testamento. Alex. *cons.* 13. *num.* 16. *in fi. ver. non obstat etiam, lib.* 3. † Extende; quia pupillus tutore authore in certis casibus donat; non tamen testatur, si sit impubes. Roman. *d. cons.* 476. *in princ.* † Extende, quia filius familias de consensu patris donat, non tamen testatur. Roma. *d. consil.* 476. *nu.* 2. † Extende, quia feudatarius donat inter viuos feudum valide proximiori, tamen si facit per viam vltimæ voluntatis, nihil facit. Roma. *d. cons.* 476. *num.* 3. † Amplia; quia contractus pendent ab intentione duorum, vltimæ voluntates ab intentione vnius; ideo hoc casu non bene infertur arguendo de contractibus ad vltimas voluntates, vel è contra. Castr. *cons.* 418. *Quod dicti reddi-tus, circa fi. versic. nec obstant argumenta, lib.* 1. † Amplia, quia ex testamento oritur hypotheca & transfertur dominium, vt in legato particulari, secus ex contractu. Franc. Aret. *d. cons.* 6. *nu.* 6. *& seq. ver. differentia est autem.* Vide, *Dispositio ordinata per vltimam voluntatem, an possit fieri inter viuos, & è contra. Concluſ.* 495. Vide, *Donatio facta præsenti dicitur in vim contractus, & non valet in vim fideicommissi. Concl.* 639.

Contractus potest fieri in testamento, & quando, & qualiter fiat. Concluſ. 994.

TESTATOR † potest contrahere seu contractum celebrare in testamento, veluti si præsente parte, cum qua contrahit, & acceptante aliquid disponat, iuxta not. in *l. hæredes palam, §. final. ff. de testam.* Castren. *cons.* 331. *Super primo, in princip. libro* 1. *& consilio* 382. *Primo videndum, in princip. lib.* 1. Ant. de Butr. *consilio* 21. *in princip.* Roma. *consilio* 171. *Pro decisione, numero* 6. *versic. aut facta*, vbi dicit * communem, & apostil. in *vers. contrarium*, & plenius *consilio* 293. *Præsupposito, nu.* 2. vbi dicit * communem, & apostil. in *ver. fieri posse.* citat plurimos, & dicit * communem. Vide, *Testamentum potest regulariter reuocari, & quando secus. Concluſio* 150. † Cognoscitur autem, quod voluit contrahere, quando donauit inter viuos Notario præsente & stipulante pro donatario; quia talia verba non faciunt vltimam voluntatem, sed contractum, *l. verba gesserunt & contraxerunt, ff. de verb. signifi.* Castren. *consilio* 382. *Primo videndum in princip. libro* 1. † Et isto casu, quando fit contractus inter viuos, vt quia quis confitetur se debitorem talis præsentis ex tali causa, licet testamentum non valeat; quia coram minori numero, quam 7. testium, valebit tamen contractus, ex quo numerus testium sufficit ad contractum. Alexand. *consilio* 153. *Videtur, in princip. libro* 2. † Amplia quia in tantum valet contractus celebratus in testamento, vt imo etiam si testamentum nõ valeret, puta factum à filiofamilias, qui posset donare; tamen valebit donatio in testamento facta, licet non valeat testamentum. Castren. *d. cons.* 382. *in princ. & num.* 2. *lib.* 1. † Amplia, quia potest induci obligatio personalis, realis, & hypothecaria in testamento. Ant. de Butr. *d. cons.* 21. *in princip.* † Et ideo confessio facta in testamento præsente, & acceptante eo, pro quo fit confessio, dicitur in forma contractus facta, vt reuocari non possit. Vide, *Confessio facta in testamento an probet. Concluſ.* 639. † Idem est in donatione inter viuos facta in testamento præsente Notario & stipulante. Castren. *d. cons.* 382. *in princ. lib.* 1. † Idem est in donatione facta in testamento, præsenti & acceptanti, quia valet in vim contractus. Bald. & Doct. in *l. hæredes palam, §. fi. ff. de testa.* Bart. in *l. Lucius, §. quisquis ff. de leg.* 2. *& l. cum quis §. codicillis, ff. de leg.* 3. Aret. *Instit. de lega. §. legatum.* Castren. *consilio* 331. *in princip. & consilio* 382. *in princip. lib.* 1. Roma. *cons.* 171. *nu.* 6. *ver. aut facta*, vbi dicit * communem. † Et quod possit in testamento donari, etiam inter viuos. Bart. post glo. in *l. hæredes palam, §. fi. in fin. de testam.* Castren. *consilio* 331. *Super primo in princip. lib.* 1. & latius *cons.* 382. *Primo videndum, libro* 1. *in princip.* † Extende, quia reuocato testamento non reuocatur donatio inter viuos in eo facta, *l. vtrum §. cum quidam. ff. de reb. dub.* quod intelligit Castren. *cons.* 330. *in princ. lib.* 1. procedere, quando adest pactum de non reuocando, vel est inter viuos. Vide, *Testamentum potest regulariter reuocari. Concl.* 150. † Declara, quia valeret reuocatio, vel liberatio facta in codicillis. Ant. de Butr. *consil.* 21. *in princ.* † Declara; quia licet contractus possit celebrari in testamento, tamen celebratus valet in vim vltimæ voluntatis, non in vim contractus secundum * communem, de qua Alexan. *cons.* 153. * *Videtur prima consideratione, ver. postremo, in fi. num.* 18. *lib.* 2. vbi apostil. citat Corne. *consilio* 132. *lib.* 3. & maxime dicit hoc verissimum, quando pars non fuit præsens testamento, quia contractus esse non potest, vbi apostil. in *verb. præsentia.* citat Roman. *consilio* 171. *Pro decisione, circa fin.* † Imo etiam donatio facta Ecclesiæ post mortem de scutis 300. cum iuramento de obseruando non potest reuocari, quia est adinstar donationis inter viuos propter iuramentum de obseruando, *l. vbi ita donatur, ff. de donat. causa mortis.* ita tenet Guido Papæ *cons.* 233. † Amplia, quia testator potest in testamento transigere cum pupillo effecto adulto super administratis per testatorem, & expensis, & transactio valebit, quando vterque contrahens est præsens, & transigit, & renunciat, & obligantur partes, sicut ex contractu. Castren. *cons.* 380. *Primo videndum, in princip. lib.* 1. † Amplia, quia potest contrahendo bona sibi obligata alteri obligare. Ant. de Butr. *cons.* 21. *colum.* 2. *versic. tertio præmitto.* † Amplia, quia etiam facultas retinendi bona potest transferri ex testamento, quia licet sit meri facti; tamen transferri potest in alium, etiam in testamento. Anton. de Butr. *cons.* 21. *n.* 2. vbi, quod tale ius est cessibile. † Amplia, quia patet ex contractu in testamento facta potest acquirere, & stipulari filiis suis post eius mortem, & valet. Alex. *cons.* 118. *Super eo, quod, in fi. lib.* 7. † Limita; quia si testator donat absenti, non est contractus, sed legatum,

vel fideicommissum, quando adsunt tot testes, quod donatio causa mortis vel vltima voluntas subsistineri possit Roma. *cons.*171. *num.*6. vbi plena apostil. in *ver. fideicommissi*, extendit etiam ad donationem extra testamentum factam absenti causa mortis, quia
19 non potest valere vt contractus, sed vt fideicommissum. † Limita; quia ad hoc, vt valeat contractus in testamento, requiruntur verba habilia ad contractum; ideo si instituo hæredem, & dico, quod testamentum valeat iure testamenti, & si non potest, valeat iure donationis inter viuos, vel causa mortis, non transit in contractum, nisi dicatur, & eo casu dono; quia institutio non potest transire in contractum; quia verba congrua requiruntur, alias secus; quia perinde est dicere, lego bouem pro asino. Signorol.
20 *cons.*171. *num.*11. *& seq.* vbi late. † Extende; quia si testator est vsus verbo, *lego*, etiam si leget ex causa compensationis, non erit contractus, quia verbum, *lego*, non pertinet ad contractum. Bald. *cons.*
21 23. *Præsupposito statuto, in fi. lib.*5. † Contrarium, quod imo donatio facta in testamento per viam legati cuiusdam prædij nepotibus tegantis reseruato sibi vsufructu, quando postea legatarii sciente & patiente testatore acceperunt possessionem fundi, & per plures annos illum possederunt, & responderunt de fructibus dicto testatori, tale legatum resoluitur in donationem inter viuos, ita quod per secundum testamentum reuocans primum non censetur reuocatum tale legatum. Afflict. *decis.*275. omnino videndus.
22 † Extende; quia donatio causa mortis, vt fieri possit in testamento, requirit stipulationem; ideo non valet, licet dicat testator, quod iure donationis causa mortis donat. Signorol. *cons.*171. *num.*
14. Vide, *Donatio facta præsenti in testamento non reuocatur. Concl.*638. *& Conclus. ibi proxima seq.* Vide, *Legatum quando transeat in donationem, & fiat irreuocabile. Concl.*134.

Contractus nominatus, vel innominatus, an præsumatur. Concl.995.

1 ACTVS † si celebratur inter aliquos, & potest cadere in speciem contractus nominati, vel actus censetur contractus nominatus, si exprimitur, vel si est consuetudo talis inter contrahentes, alias censetur actus, videlicet contractus innominatus. Bart. in sua *quæst.*7. *Mulier habens, in princip. num.*3. *ver. septimo probo sic.*
2 † Contrarium videtur tenere Roma. *cons.*302. *Ego hunc contractum, nu.*5. *ver. aduertendum enim*, vbi, quod in dubio iudicatur innominatus. † Vide omnino Alex. *cons.*76. *Visis dubitationibus, in princ. & per totum, lib.*5. vbi plura, quod aliquando contractus nominatus ex adiectione pacti transit in innominatum, aliquando è contra; & licet stipulatio adiecta contractui sit contractus nominatus; tamen si adiicitur contractui innominato, retinet naturam contractus, cui adiicitur, & *n.*3. dicit, quod iudicatur nominatus, vel innominatus, prout assimilatur magis nominato, quam innominato, & tandem tenet contrarium, quando sumus in materia odiosa, vel correctoria, vide eum; quia ponit multa similia. Vide, *Locatio quid sit, & appellatione locationis qui contractus veniant. Conclusio.* 400.

Contractus innominatus in quibus differat à nominato. Concluſ. 996.

1 IMBECILLIS † est contractus innominatus, & actionem non parit, antequam impletum sit ex parte agentis; secus in contractu nominato. Crauet. *cons.*331. *in princ. num.*2. Roma. *consil.*86. *Viso,*
2 *in princ. ver. aut ipsam compositionem.* † Oblatio pecuniæ non sufficit ad acquirendam actionem in contractu innominato, sed requiritur actualis depositio; secus in contractu nominato. Crauet. *cons.*
3 331. *num.*2. *& seq.* † Vsura, quæ caderet in contractu nominato, non cadit in contractu innominato; quia si do tibi rem parui valoris, vt mihi des rem magni valoris, non est vsura. Roma. *cons.*302. *Ego*
4 *hunc contractum, num.*4. *ver. vltimo ad hoc, cum seq. per totum.* † Pœnitentiam recipit contractus innominatus; secus si est nominatus.
Vide, *Contractus innominatus an recipiat pœnitentiam. Concluſ.*998. vbi declaratur.

Contractus innominatus quando esse dicatur. Concl. 997.

1 CONTRACTVS † requirens implementum, si non apparet, quis contractus dici possit, dicitur innominatus. Bald. *consil.* 104. *Sex sunt, in princ. ver. præterea, lib.*1. & vbicunq; dubitatur de nomine contractus, tunc innominatus dicitur. Rom. *cons.*86. *num.*4.
2 † Et in dubio contractus an sit nominatus, vel innominatus, semper iudicatur innominatus. Roman. *consil.*302. *Ego hunc contractum, n.*5. *ver. aduertendum enim.* allegat text. in *l.*1. *ff. de æstimato. actio.* † Ampliæ, quia permutatio dicitur contractus innominatus. Bald. *cons.* 3
482. *Magnifici viri, num.*5. *ver. tertius passus, lib.*1. † Amplia; quia promittens vendere, vel emere, aut cedere; quia est promissio de faciendo, dicitur contractus innominatus, in quo est locus pœnitentiæ. Castr. *cons.*93. *num.*4. *lib.*2. † Extende, etiam si interuenerit 4 5
stipulatio in ipsa promissione; quia adhuc erit locus pœnitentiæ, & non desinit esse innominatus. Castr. *d. cons.*93. *numer.*4. *lib.*2. vbi, quod promittens per stipulationem obligatus est vendere, sed ille, cui fit promissio, non est obligatus emere. † Amplia; quia transactio dicitur contractus innominatus. Alex. *cons.*40. *Circa primum,* 5
*nu.*3. *ver. circa secundum lib.*5. † Amplia, quia licet locatio sit contractus nominatus; tamen si ex vna parte promittitur opus, quod solet locari, ex alia parte merces, non erit locatio, neque contractus 7
nominatus, quando vnum ex tribus requisitis infrascriptis deficit; primo, quod tale opus soleat locari; secundo, quod persona promittens opus sit solita locare tale opus, tertio, quod fuerit constituta merces certa, in pecunia conuenta, vide pulchre Castren. *consil.*365. *Viso Instrumento, colum.*2. *versic.* 2. *quæritur, lib.*1. † Li- 8
mita, quia contractus innominatus nunquam dicitur, nisi sit actum, quod intellige, quando actus, qui geritur, nisi ageretur expresse, quod sit contractus innominatus, caderet in contractum nominarum. Bald. *d. consil.*104. *in princip. versic. præterea, lib.*1. † Li- 9
mita; quia quando contractus est de sui natura innominatus, si habet in se stipulationem transit semper in contractum nominatum; quia stipulatio est nominatus contractus. Alexand. *cons.*40. *Super primo, in fi. lib.*4. † Declara, quia hodie donatio ex causa de 10
futuro licet sit contractus innominatus, tamen sine alia stipulatione donationi standum est, & non est locus pœnitentiæ, tam respectu donationis, quam respectu pactorum, & aliorum positorum iuxta donationem, quæ concernunt commodum donatarii, vel commodum vtriusque. plene Alex. *cons.*113. *Perspectis, in princip. lib.*6. allegat *l. si quis argentum.* §. *fi. C. de donatio.* † Extende limitatio- 11
nem, vt non solum procedat in stipulatione, sed in omni contractu innominato, mixto cum nominato, quia recipit naturam in totum à nominato, & non est locus pœnitentiæ. Alexan. *cons.*113. *Perspectis, num.*2. *lib.*6.

Contractus nominatus, vel innominatus an recipiat pœnitentiam, & quando. Concluſ.998.

CONTRACTVS † innominatus quando tendit ad obligan- 1
dum, admittit pœnitentiam, si altera pars offerat implere. Baldus *consilio* 104. *Sex sunt in princip. verſiculo sed in contractibus, libro* 1. Castren. plene *consilio* 81. *Viso quodam processu, in princip. libro* 1. qui dicit procedere in pactis pluribus respectiuis vnius ad aliud, puta, promittis dare; quia dabo, vel faciam. † Extende in tantum, 2
quod neque tutus est exceptione is, qui offert, & non tradit, nisi quando offerret in vim præcedentis obligationis; secus si ex contractu innominato. Castr. *d. cons.*81. allegat *l. si intra. ff. de pact. libro* 1. † Sed si altera pars iam impleuit pro parte sua, competit sibi actio 3
præscriptis verbis aduersus eum, qui non impleuit. Alex. *cons.* 76. *Viso libello, num.*2. *verſ. præterea dato, libro* 6. Amplia; quia contractus 4
innominati non pariunt actionem, nisi rei interuentu; quia rei interuentus habetur pro causa finali. Baldus *consilio* 482. *numero* 7. *verſiculo quod autem, libro* 1. vel implemento ex parte agere volentis. Castren. *consilio* 81. *col.*3. *in princip. & consilio* 365. *Viso instrumento, in final. verſiculo si vero quæritur, lib.*1. † Declara; quia si agere volens im- 5
pleuit pro parte sua, non in totum, sed pro parte, pro eo, quod est impletum, non est locus pœnitentiæ, pro residuo sic. Castren. *consilio* 365. *Viso instrumento, num.*3. *libro* 1. † Imo, quod causa impul- 6
siua sufficiat, Alexand. *consilio* 76. *numero* 3. *ver. ex iis lib.*6. † Amplia 7
quia contractus innominatus, do vt facias, vel facio, vt des, aut do, vt des, aut facio, vt facias, admittit pœnitentiam ante implementum. Castr. *d. cons.*365. *n.*3. *& per totum, lib.*1. vbi apostilla in *verſ. pœnitentia* allegat Corne. *cons.*27. *In hac, per totum, lib.*1. † Extende in 8
permutatione, quia est contractus innominatus. Alexand. *cons.*16. *Viso dicto themate, in princ. lib.*2. † Declara; quia quælibet causa per- 9
suasiua, vel impulsiua sufficit, licet non sit finalis, seu obligatoria rei interuentu. Alex. *consilio* 76. *Viso, nu.* 3. *verſiculo ex iis patet, libro* 6. † Limita, quando contractus innominatus tendit ad liberandum 10
quia tunc non habet locum pœnitentia, & implementum in parte impedit pœnitentiam in toto, etiam in eo, quod est magis principale. Bald. *d. cons.*104. *in princ. verſ. licet secus, lib.*1. † Limita, quan- 11
do interuenit traditio rei, prout in permutatione; quia non est licita pœnitentia. Baldus *consilio* 482. *Magnifici viri, lib.*1. *numero* 5. *ver.*

si vero

si vero permutatio. Castre. *cons.* 81. *col.* 3. *in princ. versic. & in hoc differt, lib.*
12 1. † Declara, vt limitatio non procedat si traditio rei per metum fuerit facta. Bald. *d. cons.* 482. *numer.* 5. *versicul. Modo quæritur. lib.* 1. vbi dicit hoc procedere, nisi post metum interuenisset spontanea vo-
13 luntas. † Limita, quando interuenit stipulatio hinc inde; quia non habet locum pœnitentia; quia stipulatio est contractus nominatus. Bald. *d. consil.* 482. *numer.* 6. *versicul. aut interuenit, lib.* 1. Crauet. *consil.* 331. *numer.* 10. Castren. *consil.* 81. *colum.* 2. *versicu. prædicta quoque, lib.* 1. vbi, quod actio oritur ex stipulatu, sed si contractus est innominatus sine stipulatione, oritur ex traditione. Castren. *cons.* 365. *Viso instrumento, in fi. lib.* 1. plene Alexand. *consil.* 16. *Viso dicto the-*
14 *mate lib.* 2. *per totum.* † Restringe, quando stipulatio vera non interuenit, sed verba enunciatiua, etiam si per verbum, *promitto*, quando non est redactum in scriptis. Castren. *consil.* 81. *colum.* 2. *versic. præ-*
15 *dicta quoque lib.* 1. † Declara, quia si interueniat interitus rei, antequam sit in mora is, qui requiritur, non tenetur, postquam sine sua culpa res non est integra. Castren. *d. consil.* 81. *colum. fin. versicul.*
16 *tertio quia, lib.* 1. † Restringe, quia si in contractu innominato interuenit stipulatio, oritur actio ex stipulatu, & non est locus pœnitentiæ, quod intellige, si vera stipulatio interuenit præcedente interrogatione, & subsequente responsione conformi; vel si in scriptis sit verbum, *promitto*, secus si stipulatio esset relatiua non ad totum contractum innominatum, sed ad certum pactum. Castren. *d. consil.* 81. *colum.* 2. *versicul. prædicta quoque lib.* 1. vbi, quod si non adest stipulatio, oritur actio ex implemento perfecto, non
17 ante, ex parte agentis. † Declara; quia stipulatio non est contractus vltro citroque obligatorius; Ideo si tu mihi promittis vendere rem pro tanto pretio, tu mihi es obligatus vendere, sed ego non sum obligatus emere; quia stipulatio interuenit ex parte vnius tantum. Castren. plene *consil.* 93. *numer.* 4. *lib.* 2. vbi, quod si obligatus offerat vendere, & conueniat pro pretio, agit præpostere, & nulliter; quia prius sequi debet venditio, & traditio rei,
18 quam pretii. † Declarat Apostil. ad Alexand. *d. consil.* 16. *lib.* 2. *in versicul. materiam.* vt stipulatio licet non admittat pœnitentiam; tamen admittit, si causa non est sequuta, allegat Corne. *consil.* 101.
19 *& consil.* 306. *lib.* 1. † Limita, quando interuenit iuramentum, quia tunc non habet locum pœnitentia. Bald. *d. consil.* 482. *numer.*
20 8. *versicul. tamen est sciendum. lib.* 1. † Limita, quando contractus innominatus ad nominatum destinatur, quia tunc non est locus pœnitentiæ etiam re integra. Decian. *consil.* 340. *pro resolutione. num.*
21 4. *versic.* 3. *responderi potest*, sequitur Crauet. *consil.* 331. *numer.* 6. † Extende; quia vbicunque commiscetur simul contractus nominatus cum innominato ratione mixturæ; tunc non est locus pœni-
22 tentiæ. Alexand. *d. cons.* 113. *numer.* 2. *lib.* 6. † Limita, quia si alicui facta est communio bonorum, dummodo veniat ad habitandum in prouincia fori Iulii, licet sit contractus innominatus, do vt facias, non est locus pœnitentiæ in præiudicium eius, qui venit ad habitandum, & impleuit ex parte sua. Castren. *cons.* 370. *quia in*
23 *supradicto in fin. lib.* 2. † Limita in donatione ex de futuro; quia licet sit contractus innominatus; tamen hodie sine stipulatione valet, & seruari debet. *l. si quis argentum.* §. *fin. C. de donatio.* Alexand. *consil.*
24 113. *Perspectis, in princip. lib.* 6. † Extende, quia nedum valet donatio, sed etiam valent pacta apposita iuxta talem donationem, quando respiciunt commodum donatarii, vel vtriusque partis. Alexand. *d. consil.* 113 *in princip. lib.* 6. & *numer.* 4. dicit * magis communem, quod pactum appositum iuxta contractum, licet sit nu-
25 dum; tamen vestitur cohærentia contractus. † Extende, vt imo quælibet conuentio continens donationem hodie pariat actionem ex specialitate. *l. si quis argentum.* § *fin. C. de donatio.* secundum
26 Alexand. *d. consil.* 113. *numer.* 3. *& seq. versicul. & ex simplici, lib.* 6. † Limita, quando in contractu innominato est factum pactum, quod
27 non sit locus pœnitentiæ. Decian. *d. cons.* 340. *numer.* 40. † Extende, quia videtur actum, quod non sit locus pœnitentiæ, quando contractus habet verba necessitatem inducentia, puta, quod teneatur vendere, vel reuendere, vel similia verba. Decian. *d. consil.* 340. *colum. penul. numer.* 3. *in fin. versicul. secundo potest responderi.* & in pacto de retrouendendo, Crauet. *consil.* 331. *numer.* 9. *versic. accedit.*
28 † Limita; quia contractus innominatus iudicari debet secundum regulas contractus nominati, cui magis assimilatur, seu adhæret; & ideo cessio facta pro centum, aut est venditio stante pretio, aut contractus, do vt des, qui magis assimilatur venditioni. Ideo secundum regulas venditionis regulari debet, vt dominium non transeat, vel actio cessa in cessionarium, nisi soluto pretio, vel habita fide de pretio. Roman. plene *consil.* 86. *Viso quæstionis the-*
29 *mate. in princip.* † Extende, quia si prohibetur locatio bonorum Ecclesiæ vltra quinquennium, censetur etiam prohibitus contractus innominatus, qui habet similitudinem cum locatione, prout, do tibi hæc bona per annos sex, vt mihi respondeas tot fructus singulo anno. Bartol. *cons.* 159. *Visa quadam, numer.* 3. *versic. nunc ad propositum, lib.* 1. vbi apostilla in *verb. locationi*, dat concord. † Li- 30
mita, quia habet locum pœnitentia in contractibus correspectiuis innominatis factis eodem tempore, secus si diuerso tempore. Decian. *d. cons.* 340. *numer.* 4. *ver. quarto respondetur.* † Limita, quia 31
fauore dotis contractus innominatus non admittit pœnitentiam. Berous *consil.* 6. *numer.* 19. *lib.* 1. *& consil.* 47. *numer.* 3. *lib.* 2. Decian. *consil.* 35. *numer.* 10. *versic. & per illum textum.* † E conuerso contra- 32
ctus nominatus non admittit pœnitentiam regulariter. Bald. *cons.* 169. *Inprimis sciendum, numer.* 2. *lib.* 3. † Et cum litteræ cambii sint 33
contractus nominati, ab illis non receditur. apostill. ad Castrens. *cons.* 365. *Viso instrumento, numer.* 3. *lib.* 1. allegat Bald. *consil.* 348. *lib.* 1.
† Et quod contractus nominatus non rescindatur ob inobseruan- 34
tiam, sed agatur ad damna, & interesse. est text. in *l. sicut. ff. de actio. obligat. d. Iultanus.* §. *offerri, cum ibi not. ff. de actio. empti.* Bartol. in *l. si pecuniam, numer.* 11. *ff. de condictio. causa data.* Cephal. plene *consil.* 407. *numer.* 9. *& seq.* Corne. *consil.* 102. *numer.* 22. *& seq. lib.* 2. Gabriel. *consil.* 51. *numer.* 8. *& seq. lib.* 1. Angel. Aretin. *consil.* 96. *In themate, numer.* 7. *& seq. versicul. nec videtur.* vbi, quod non habet locum regula, *frangenti fidem.* vbi, quod stipulatio est contractus nominatus.
† Ratio est, quia contractus nominati ab initio sunt voluntatis, 35
post factum sunt necessitatis supra, *Conclus.* 983. † Extende, etiam 36
si adsint terminus ad soluendum, quia censetur appositus ad sollicitandum, non ad finiendum obligationem. Abb. *c. sicut, col. si. de sponsal.* † Contrarium, quod contractus nominatus propter inob- 37
seruantiam rescindatur. Corne. *cons.* 208. *col. penul. lib.* 1. Beccius *cons.* 45. *num.* 29. Surd. *cons.* 68. *num.* 21. D. Syluester Aldobrand. *cons.* 103. *per totum, lib.* 1. plene Abbas *consil. super concilio Basilien. in primo dubio, colum.* 13. *ver. octaua ratio.* † Declara, quia per modum exceptionis 38
rescinditur. *l. si mihi Lucem*, vbi Bartol. & Salycet. *C. de cond. ob caus.* Decian. in *l. cum proponas, la seconda, numer.* 4. *C. de pact.* Iaf. in *l. impossibilis, versic. tertio limita, ff. de verb. oblig.* Corne. *consil.* 291. *numer.* 7. *lib.* 3. Crauet. *consil.* 151. *numer.* 10. † Declara, quando contrauentio 39
est circa substantialia, quia rescinditur etiam excipiendo, & agendo. Crauet. *consil.* 192. *nmmer.* 22. *& cons.* 246. *numer.* 2. † Declarat 40
Abb. *consil. suo super concilio Basilien. in primo dubio, colum.* 13. *versic. octaua ratio*, vt si contractus sit de faciendo aliquid certo tempore, & lapso tempore illud non sit factum, potest pars, cuius fauore illud debuit fieri, dicendo non velle stare contractui illum annullare, in tantumque annullatur, vt non possit suscitari, nisi vtraque parte volente. † Et quod re integra sit locus pœnitentiæ in 41
contractu innominato. est tex. in *l. si pecuniam in princ.* & ibi glo. in *v. liceat pœnitere, ff. de cond. ob caus. & in l.* 1. *ff. de rerum permut.* † Amplia 42
etiam in contractu nominato conditionali, quando gratia vtriusque est celebratus. Alexand. *consilio* 40. *Circa primum, numero* 2. *lib.* 5. † Limita in contractu societatis; quia licet sit nominatus; tamen 43
admittitur pœnitentia, licet debeatur interesse. Baldus *consilio* 169. *num.* 2. *ver. secundo sciendum, lib.* 3. † Limita sex modis, de quibus Iaf. 44
in *l. si. ff. de cond. ob caus. in fin.* vbi ponit regulam, & sex fallentias, quas videas. † Limita, quando agens non impleuisset; quia obsta- 45
bit exceptio non implementi. Castren. *cons.* 365. *in fin. num.* 4. *ver. item ex alio, lib.* 1. vbi dicit, quod si non posset impleri per agentem; quia promissum est induiduum, & pro parte periit, nisi suppleat, non potest agere. † Limita, quando contractus nominatus habet 46
mixturam, puta, pacta diuersa, sine quibus emptor, vel venditor non contraxisset; quia tunc dicitur mixtus, vt per Bar. in *l. qui vsumfructum, nu.* 4. *ff. de verb. oblig.* Areti. *cons.* 129. *in princip.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 23. *glo.* 1. *numero* 17. Natta. *consilio* 479. *numero* 23. † De- 47
clara, quando pactum in faciendo est maioris importantiæ, quam sit venditio, alias secus, ita Iaf. in *l. fin. in fin. ff. de cond. ob caus. in fin.* vbi dicit * communem. † Declara, quando pacta informant contra- 48
ctum, vt quia sunt ad fauorem eius, pro quo contractus fit; secus si pro alio tertio; quia non resoluitur contractus, sed competit condictio ob causam, nisi aliter non fuisset contracturus. Corne. *cons.* 101. *numero* 6. *libro* 1. Et si pacta æque principalia non obser- 49
uantur, est locus rescissioni, & resoluitur. Iaf. in *l. si pecuniam. numero* 17. *versiculo secundo limita. ff. de cond. ob caus.* vbi, quod probatur ex duabus legibus simul iunctis in *l. ea conditione. C. de rescind. vend. iuncta l. cum te. C. de pact. inter emptor. & vend.* & idem Iaf. in *l. fin. colum. fin. versiculo ista regula procedit in contractu nominato simpliciter ff. de cond. ob causa* idem dicit Socin. *consilio* 26. *numero* 4. *versiculo alio etiam iure ostenditur, libro* 3. Crauet. *consilio* 299. *in princip.* Gabriel. *consilio* 51. *num.* 11. *libro* 1. vbi ita intelligit. Crauet. vbi supra, sed declara, vt supra prox. *vers. Declara.*

Extende † duobus aliis modis, vt per Iaf. in *d. l. si pecuniam, n.* 17. 50
ff. de cond. ob caus. videlicet, quando contractus ob mendacium esset

intus,

intus; secundo, quando contrahens est rixosus, sed hanc vltimam
51 in societate admittit tantum. † Limita, quando ius partis effectum est deterius ex non implemento alterius partis; quia tunc etiam contractus nominatus resoluitur, ita Rota coram Illustrissimo Lancellotto in vna Romana Casalis Aquæ frigidæ 12. Ianuarij 1579. Bartol. in *l. si insulam, num. 2.* vbi Ripa. *num. 28. ff. de verb.*
52 *obligat.* † Limita; quia cessante causa finali contractus nominatus resoluitur. *l. cum te. C. de pact. inter empt. & vendit.* Cynus in *l. 2. in fi. C. de cond. ob causam*, Bart. in *l. 1. num. 6. ff. de donatio.* Alexan. in *l. decem. la seconda, numer. 8. ff. de cond. ob causam.* Tiraquel. *tract. Cessante causa, quæst. 1. ver. contractus.* Corne. *consil. 101. col. fin. num. 7. vers. tamen dato, quod non reuocetur, lib. 1. & consil. 102. numer. 22. & seq. lib. 2.* Cravet. *consil. 299. in princip.* vbi late, Becci. *consil. 45. numer. 29.* Surd. *con-*
53 *sil. 68. numer. 21.* plenius Cravet. *consil. 246. numer. 2. & seq.* † Declara, quia non præsumitur causa finalis contractus pactum ad-
54 iectum contractui nominato, Corne. *consil. 102. num. 23. lib. 2.* † Limita, quando mendacium dedisset causam contractui. Iaso. in *l. si*
55 *secundum, num. 17. ver. Istam regulam. ff. de cond. causa data.* † Limita; secundum Soci. quando contractus esset conditionalis requirens
56 pondus, vel mensuram. Socin. *consil. 26. in fin. lib. 3.* † Contrarium; quia non rescinditur, licet non sit nata actio. Paris. *consil. 64. num. 19. lib. 1.* Curt. Iun. *consil. 76. num. 8. & consil. 77. num. 5.* plene Cravet. *consil. 669. num. 9.*

Contractus cognoscitur ex substantia conuentionis, & ex verbis. Concluſ. 999.

1 CONTRACTVS † talis iudicatur, qualis est substantia illius, & verba patiuntur; & ideo vnus contractus transit in alium, quando verba hoc patiuntur, & substantia repugnat primo contractui, vt si dico, *dono causa mortis irreuocabiliter*, transit in donationem simplicem; quia quod non possit reuocari, repugnat donationi causa mortis, & verba vnius donationis conueniunt alteri, & illa verba, *causa mortis*, stant pro causa, vt cogitatione mortis; secus si verba non conueniant, vt si concedo precario aliquid, ita quod non liceat reuocare, quod est contra naturam precarij, non propterea transit in donationem; quia verba precarij repugnant donationi. Bartol. in *l. vbi ita donatur, ff. de donat. causa mor.* sequitur Lap. loquens de societate, quod sit factoria propter repugnantiam substantiæ societatis, *alleg. 94. nu. 2. ver. Item regulariter.* Roma.
☞ *consil. 509. Circa propositam, in princip. num. 5.* vbi alia similia. Vide, *Pacta contra naturalia contractus valent, secus si contra substantialia. Concluſio. 17.* † Et verba, si ponuntur in contractu non conuenientia naturæ & qualitati contractus, impropriantur ex æquitate secundum naturam contractus, Roman. *d. consil. 509. Circa propositam, num. 7. versic. secundo principaliter*, vbi apostilla in *versicu. recipiunt*, vbi *numer. 9.* quod verba repugnantia operantur, quod verba pleniorem contractum importantia trahunt ad se verba minoris efficaciæ, vt potius sit locatio non reuocabilis; quia firmior est, quam
3 precaria reuocabilis. † Declara, quia si duæ species contractus concurrunt in eodem contractu, iudicatur secundum principalem intentionem contrahentium, si de ea apparet, alias recurrimus ad coniecturas, & vbi coniecturæ sunt vrgentiores, iudicamus talem esse contractum; ideo si loco tibi fundum pro decem singulo anno, puta per 10. annos, & conuenimus, quod mutues decem tu locator, quæ detineam durante locatione, mutuum non attenditur, neque vsura considerari potest; quia principalis intentio contrahentium est locatio, mutuum accessorium. Ab-
4 bas *consil. 15. Quæritur, an prædictus contractus, lib. 1. per totum.* † Declara plenius, vt per Alexand. *consil. 119. Visis narratis, per totum, lib. 3.* Quia si agitur de fraude; puta; quia emphyteuta potest rem emphyteuticam donare irrequisito domino, sed non vendere, quid si donat, sed donatarius soluit, vel donat certam quantitatem pecuniæ, certe pro quantitate pecuniæ erit venditio, & si pecunia est pro maiori parte valoris melioramentorum, tota iudicatur venditio, ideo cadit; quia vbi agitur de fraude, attenditur substantia facti, non sonus verborum; quia fraus est de contractu ad
☞ contractum. Vide, *Fraus quid sit, & quid dolus. Concluſ. 474.* † Et
5 idem in casu conuerso, quando is, qui non potest donare, vendit per fictionem, quia non valet contractus, qui cadit in contractum prohibitum veritate inspecta, Alexand. *d. consil. 119. num. 2. &*
6 *seq. lib. 3.* † Declara, quia si quis vendit, vel alium contractum facit, an sit talis, vel diuersus iudicatur à substantia maioris partis, quia si interuenit pretium, puta, centum, & vnus equus, iudicatur venditio, si pretium excedit valorem equi; è conuerso dicitur permutatio, si equus excedit valorem centum Alex. *d. consil.*
☞ *119. num. 4. & seq. lib. 3.* Vide, *Mixtura potentiori ex simplicibus mixtis applicatur, & quando secus. Concluſ. 295.* † Contrarium videtur tene- 7
re Alex. *consil. 76. visis dubitationibus, in princ. lib. 5.* vbi, quod locatio facta cum pacto francandi est potius quidam contractus consuetudinarius, continens virtualiter venditionem, & conductionem factam à venditore, & pactum francandi; vnde *num. 4. & seq.* dicit, quod lapso termino non censetur facta reconductio ex forma statuti, & *num. 14.* dicit, quod non est venditio, sed quædam promissio de vendendo, vnde est consuetudinis. † Amplia; quia 8
licet verba clare sonent in certum contractum, tamen si effectus resultans non conuenit; tunc alius contractus dicitur, vt si quis vendat, & fiat pactum intra certum tempus, & quod emptor restituat fructus, & venditor restituat pretium augmentatum, certe istud est mutuum in fraudem vsurarum absque alia probatione, non autem venditio. Gemin. *consil. 77. in princ. ver. nec sub secunda*, plenissime Roman. *consil. 509. Circa propositam, in princip.* vbi, quod faciens restitutionem, & donationem omnium bonorum suorum, dicitur donare, & non restituere, & adducit multa similia. Vide, *Effectus attenditur potius, quam verba. Concluſ. 50.* Vide, *Mens &* ☞
ratio attendenda plus quam verba. Concluſ. 199. † Idem, quando 9
venditio fit cum pacto, quod fructus non computentur in sortem; quia non aptatur venditioni; ideo est pignus. Bald. *consil. 118. Benedictus & Codeus, lib. 1.* † Extende, vt idem sit in contractu ce- 10
lebrato sub specie emptionis, quod sit pignus, quando concurrunt coniecturæ & qualitates repugnantes contractui emptionis, & concludentes ad pignus, veluti si pretium fuit ostensum, sed non solutum, si res sit maioris pretij, si emptor erat creditor venditoris, & percepit fructus pro rata crediti; quia non attenduntur verba, sed essentia, & substantia contractus. Petr. de Anchar. *consil. 9. plurimæ coniecturæ, per totum.* † Imo, quod depositum 11
sic vocatum, non sit depositum, sed mutuum ex coniecturis, & effectu, plene Cephal. *consil. 603. per totum*, maxime *numer. 14. & seq.* vbi plura, quod transit in mutuum ex effectu. † Idem est, si 12
insulam vendidit, videlicet, vendo tibi hanc insulam, vt aliam reficias meam; quia iste est contractus innominatus, do vt facias, non venditio, & effectus attenditur, non verba. Roman. *d. consil. 509. in princip.* & idem, si tibi dedi seruum meum, vt dares tuum, quia est contractus innominatus, licet partes vsæ sint verbo alio commodati, vel alias. † Idem est in eo, qui donat conductori 13
propter sterilitatem; quia est remissio mercedis, & in eo, qui habitationem accommodauit alteri, donec voluerit vti, quia est precaria, non commodatum. Roman. *d. consil. 509. in princip.* vbi alia similia ponit. † Amplia, quia color quæsitus non confert 14
priuilegium, quando substantia rei repugnat, ideo si legatum pro anima pauperibus factum, admittitur in præiudicium tertii, non valebit legatum factum pro anima, & sub verbis palliatis amore Dei, quando factum est diuiti; quia præsumitur in fraudem, & non iudicatur talis, quando causa non est vera, licet verba subsint. Petr. de Anch. *consil. 25. Videtur prima facie, numer. 5. versic. præterea aduertendum.* † Amplia in venditione fructuum, vel gabellæ, 15
quæ dicitur fructus, quia licet instrumentum fiat de venditione, tamen reuera est locatio, quia vbi proprietas & dominium rei remanet penes vendentem, & in venditione soli fructus transferuntur, est locatio, non venditio, ideo remissio debet fieri, prout in locatione, quæ non fieret in venditione, quia periculum est emptoris post perfectam venditionem. Bald. plene *consil. 393. Punctus talis est, colum. fin. in princip. versic. in contrarium, lib. 4.* & ita videtur transire Alexand. *consil. 3. lib. 1. in princip.* licet multa alleget contra Anchar. *consil. 402. Pluribus rationibus per totum.* plenissime Bart. *quæst. 4. Publicanus quidam, per totum.* vbi quod dato, quod sit venditio, tamen quando venditur annua præstatio, regulatur vt locatio, sequitur Angel. *consil. 15. per totum*, plene Roman. vbi ponit plura exempla, *consil. 509. in princip.* & plenius Alexand. *consil. 97. Perspectis, per totum*, vbi pro vtraque, & hanc tuetur, *numer. 6. & seq.* & *numer. 12.* dicit magis communem. † Contrarium tenet An- 16
gel. de Perusio. *consil. 2. Certum est, per totum*, maxime *numer. 4. versi. hoc præmisso, vsque in fin.* vbi, quod si quis vendat, vsum fructum, stantiam, & habitationem domus Titio, pro pretio scutorum 50. etiam reseruato sibi dominio, erit venditio, quæ non potest rescindi propter vsum domini, prout locatio; quia vbi contractus est dubius, stamus verbis contrahentium multa allegat pro
ista parte Alexand. *d. consil. 3. in. princip. lib. 1.* licet non firmet. † Et 17
quod in dubio sit locatio, quando in instrumento fit mentio de remissione, vel de conductione, vel dicitur, *dictus locator, vel conductor*, late Alexand. *consil. 28. colum. fin. versicu. attento præsertim, lib. 1.*
† Declara, quia iudicatur contractus dubius ex solutione clara 18
subsequuta, per quam apparet de mente. Signorol. *d. consil. 22. num. 14. & seq.* Vide, *Dubia dispositio ex quibus declaretur. Concluſio. 801.* ☞

† Ex-

19 † Extende contrarium, vt procedat etiam, quando esset conuentum, quod emptor vsus fructus pro quinquaginta solueret etiam aliquid annum; quia ista annua solutio licet repugnet naturæ venditionis; tamen pacta, quæ sunt ex voluntate contrahentium, non faciunt recedi à contractu expresso. Angel. *d. cons. 2. numer. 10.*
20 *ver. nec obstat.* † Extende; quia vbicunque venditio cantat in perceptionem fructuum, veluti si quis vendat perceptionem fructuum, vel ius percipiendi fructus, est venditio, secus si vendantur fructus percipiendi; quia nullis natis fructibus non debetur pretium, Bartol. in *d. l. cotem. §. qui maximos, num. 4. versic. quæro ergo ff. de publica.* Bartol. in *quæst. 4. Publicanus, in princip. numer. 3. versicul. tertio*
21 *probatur.* † Extende, quando quis emit fructus plurium annorum vnico pretio; quia periculum est emptoris, seu fructuarii. Bartol.
22 *d. l. cotem. §. qui maximos, num. 8. versi. quarto quæro. ff. de publican.* † Idem, si emat perceptionem fructuum plurium annorum, vnico pretio; quia est emptio, & periculum est emptoris. Bartol. *d. l. cotem. §. qui*
23 *maximos. numer. 8. versicul. aliquando. ff. de publican.* † Extende in emptione fructuum vnius anni vnico pretio; quia secundum verba, erit emptio, vel locatio, prout si dictum fuit, *vendo, vel loco.* Bartol. *d. §. qui maximos, numer. 11. versicul. quinto quæro. ff. de publica.* Alexand.
24 *cons. 3. in princip. lib. 1.* † Extende etiam, si quis emat fructus plurium annorum vnico pretio soluendo singulo anno ratam partem pretii. Bartol. *d. quæst. 4. in princip. num. 5. versic. Quinto probatur.* & ita An-
25 gel. *consil. 2. numer. 4. vsque in fin.* † Contrarium tenet, & tuetur Bartol. *d. quæst. 4. in verb. solutio. versic. quid vult dicere.* vbi, quod si vnicum pretium soluitur vna vice, est emptio, si per singulos annos, locatio, & non curatur de nomine, sed de substantia, ne lex dicatur verbis imposita, & tollit omnia contraria, & plenius in *versi. secun-*
26 *do videndum. in fin. versic. restat, vt respondeamus.* † Declara totam istam materiam, quia quando agitur de transferendo dominio, vel vsucapiendi conditione pro certo pretio, semper est venditio & emptio; & idem si agatur, vt transferatur aliud ius, puta, seruitutis, vel vsusfructus, si vero agitur, vt ille, qui pretium recipit, nullum ius in alium transferat, sed tantum, vt aliquid faciat patiatur, vel operetur, semper est locatio, ita Bartol. *d. quæst. 4. Publicanus, in versicul. solutio, in princip.* quem sequuntur Angel. *d. consilio 15.*
27 Ancharanus *consilio 402. numer. 5. versicul. secundo, pro clariori.* † Si vero inducatur mixtura, vt quia is, qui pecuniam recipit, aliquid tradit, & aliquid operatur, tunc inspicitur id, quod est principale, quia si traditio est principalis, opus est secundarium, est emptio, sicuti è conuerso, si opus est principale, traditio secundaria, erit locatio. Bartol. *d. quæst. 4. Publicanus. in verb. solutio, colum. 2. versic. Aliquando conuenit,* vbi qualiter cognoscatur, quod sit principale, vel secundario, & dicit glo. in *l. 1. §. in versic. agendo, ff. de superficie.* declarare, vt ex quantitate pretii, vel mercedis, & non est vis, an sit dictum pro pretio, vel pro mercede; & ideo si pretium est vnicum, & vna vice soluitur, est emptio, si in annos singulos, vel menses, erit locatio, & verba, *vendidit,* exponuntur, *locauit,* & è contra, & tollit contraria, licet alleget glossas contrarias in hoc Apostil. ibi allegat Alexand. *consil. 84. Ponderatis, lib. 7.* & plenius probat Bartol. quod distributio pretii faciat locationem, quando in annos,
28 vel menses, *in fin. quæstio. versicul. restat, vt respondeamus.* † Declarat Alexand. *consil. 84. Ponderatis, numer. 4. & 5. versicu. ad idem adduco, lib. 6.* quod si venditio gabellæ, vel datii, per tot annos pro certo pretio soluendo vnica solutione, dicitur venditio; si vero in singulos menses, vel annos fit solutio, erit locatio, vbi citat plurimos, & ibi apostil. in *verb. propter,* citat concord. maxime Tiraquel. *de re-*
29 *tract. §. 1. glo. 14. numer. 86.* † Declara, quia erit locatio, vel venditio prout verba sonant, tamen hoc casu venditio regulatur tanquam locatio, vt lapso tempore, si perseueret, censeatur facta reuenditio pro tempore, quo perseuerauerit. Signorol. *cons. 22. per to-*
30 *tum,* maxime *numer. 7. in fin. versic. Item nec ex prædictis, cum seq.* † Declara, quia vbicunque transfertur dominium rei, vel vsucapiendi conditio, tunc est venditio, & non locatio. Bartol. in *quæst. 4.*
31 *Publicanus quidam, versic. solutio, in princip.* † Declara, quia si contractus potest esse venditio, & potest esse locatio, erit venditio, vel locatio, prout partes expresserunt. Castren. *consil. 144. Dubium, nu-*
32 *mer. 3. lib. 1.* † Et si contractus potest esse donatio, & repudiatio, in dubio erit, prout partes expresserunt. Castren. *consil. 135. Dubium fa-*
33 *cit, numer. 2. lib. 1.* † Idem est, si agitur, vt transferatur aliud ius, vt seruitus, vel vsusfructus; quia est venditio. Bartol. *d. quæst. 4. verb.*
34 *solutio.* † Idem est, si vendātur fructus percipiendi ab ipso emptore quia ad ipsum pertinet cura, & cultura, ideo erit emptio. Bartol. *d.*
35 *quæst. versicul. secundo videndum, numer. 3.* † Idem est, si aliquid est tradendum per eum, qui recipit pecuniam, quando id, quod traditur, est principale etiam cum aliquo opere personali, quia semper est venditio, secus, si opus personale esset principale, & qualiter cognoscatur. Bartol. *d. quæst. 4. verb. solutio, in princi.* † Declara totam 36
istam materiam, vt per Petr. de Anchar. *cons. 72. Tantam familiaritatem.* vbi si contractus habet mixturam, puta in locatione fit pactum, quod animalia æstimentur, fit pretium, item si transfertur dominiū cum pacto, quod in fine locationis fiat restitutio, erit locatio, quia quod principaliter geritur, attendi debet, & pactum regulatur à contractu. † Restringe, quia vbi ille, qui pecuniam 37
recipit, nullum ius in alium transfert, sed tantum obligatur ad aliquod opus, est locatio, siue pretiū sit annuum, siue vnicum. Bartol. *d. quæst. 4. ver. solutio, in princip.* † Idem est, quando aliquid ope- 38
ris est in obligatione principaliter, etiam si aliquid tradi promittatur in consequentiam operis, Bartol. *d. quæst. 4. verb. solutio, numer. 1. versic. aliquando conuenit.* † Idem in contractu venditionis rei ha- 39
bentis tractum successiuum, prout venditio tot mensurarum grani singulo anno, quia regulatur vt locatio, quando venduntur fructus non nati. Vide Mandel. *consil. 34.* & alios, quos posui in *ver. Læsio attendi debet de tempore contractus. Conclusio. 295. versicul. restringe.*
† Idem est, quando pretium soluendum est per singulos annos, 40
quia semper est locatio, etiam si contrahentes vtantur verbo venditionis. Bartol. *d. quæst. 4. verb. solutio, ver. hoc suadet etiam, & in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. num. 3.* Angel. de Peru *cons. 15. Quæcunque diximus, in princ.* Alexand. *consil. 3. in princ. lib. 1.* allegat multa contraria, sed non audet recedere à Bartol. Anchar. *cons. 402. num. 6. & seq.* † Idem est, licet pretium sit vnicum constitutum; quia si est di- 41
uisum per singulos annos, quoad solutionem est locatio. Bartol. *d. quæst. 4. verb. solutio, numer. 2. versic. non obstat, quod pretium,* idem Bartol. in *d. l. cotem. §. qui maximos, num. 3. ff. de publi.* vbi se remittit ad dicta in *d. quæst.* Anchar. *d. consil. 402. num. 6. & seq.* † Restringe, quia 42
semper est locatio, quando dominium in emptorem non transfertur. Bartol. *d. qu. 4. Publicanus, nume. 5. ver. contra.* † Restringe, nisi 43
emptio fructuum sit mensurata, puta centum corbes, vel quid simile, & tunc periculum est venditoris, quia non natis non debetur pretium. Bartol. *d. §. qui maximos, num. 9. versic. aliquando quis emit. ff. de publ.* † Restringe, quia venditio fructuum non natorum (si contin- 44
gat non nasci) non est venditio, neque valet. Bart. *d. quæst. 4. ver. contra. num. 6. versic. secundo.* † Amplia in transactione, quia licet partes 45
denominent pactum, vel concordiam, tamen si est facta de re litigiosa aliquo dato; vel retento, erit transactio. Ang. *cons. 240. Punctus est, de quolibet.* † Amplia in emphyteusi, quia si habet pensionem 46
commensuratam ad fructus, potius est locatio perpetua, quam emphyteusis. Alexand. *consil. 112. lib. 1.* Ruin. *cons. 157. numer. 33. lib. 1.* Riminald. Iun. *cons. 260. num. 10. lib. 2.* † Extende, vt idem sit quan- 47
do concurrit denominatio, partium, quæ locationem nuncuparunt. Aretin. *cons. 55. In causa mihi, in princ. & per totum,* maxime *in fin.*
† Restringe, quando effectus contrariatur verbis quia potius effe- 48
ctus attenditur, quam verba, secundum * communem. Iul. Clar. *
in *§. emphyteusis, quæst. 1. in fi.* † Amplia in sententia, quia licet Iudex 49
dixerit *diffinitiue sententiam,* si tamen est lata super præambulo, & non dirimat litem, erit interloquutoria, quia substantia repugnat verbis, Petr. Anchar. *cons. 78. Ex verbis sententiæ, per totum.* † Extende, 50
quia licet æstimatio faciat venditionem, tamen si natura contractus repugnet, non facit venditionem. Petr. Anchar. *consil. 72. Tantam familiaritatem, numero 7.* † Imo, si concurrant verba pretii, 51
æstimationis, susceptionis periculi, quæ omnia faciunt venditionem, si repugnat contractus principalis, nihil operantur, quia quando duo contractus sunt mixti, attenditur, quod principaliter geritur, Anchar. *dict. consilio 72. per totum.* † Amplia, quia si quis 52
legauerit domum reseruato sibi vsufructu, donec vixerit, & legatarii sciente legante possederint, & dederint leganti vsumfructum, erit donatio inter viuos, quæ non poterit reuocari, non legatum, Afflict. *decis. 275.* quia legato repugnat reseruatio vsusfructus. † Sic in legato vsusfructus clausula, *cum pacto; quod non possit* 53
alienare, habet effectum proprietatis. Vide, *Vsusfructus qualiter. Conclusio 302.* † Amplia in donatione causa mortis, quia si fiat pa- 54
ctum, quod non possit reuocari, erit inter viuos. Vide, *Donatio causa mortis, Conclus. 671. & supra in princip.* † Amplia; quia verba su- 55
peraddita contractui, quæ importarent diuersum contractum, nunquam mutant naturam contractus. Roma. *consilio 509. numero 10. versiculo tertio probatur.* Vide, *Locatio quid sit, & appellatione locationis, qui contractus veniant. Conclusio. 400.* Vide, *Locatio differt à venditione & in quibus & qualiter cognoscatur. Conclusio. 402.*

* * *

Con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Contractus bonæ fidei & stricti iuris, in quibus differant, vel non. Concluſ. 1000.

1 CONTRACTVS † omnes ſiue ſint bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, requirunt bonam fidem, videlicet bonã mentem contrahentium, licet quoad aliqua magis bona fides conueniat contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris, Bald. *conſ.* 343. *Examinanda ſunt*
2 *num.* 1. *in fi. ver. præmittendum eſt. & num.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia omnes contractus bonæ fidei poſſunt per pactum reduci ad contractus ſtricti iuris, puta, ſi partes conueniant, quod nihil addi, vel minui poſſit, & è conuerſo omnes contractus ſtricti iuris efficiuntur bonæ fidei per pactum, quod bona fides ſeruetur, & omnis malitia abſit, Baldus *dict. conſilio* 343. *nume.* 3. *verſ. amplius licet, lib.* 1. *& nume.* 4.
3 *verſ. apparet ex præmiſſis.* † Declara, quia pactum informans contractum bonæ fidei non eſt bonæ fidei, ex eo, quod informat contractum, ſed dubia eſt opinio ſecundum Franc. Areti. *conſ.* 6. *Viſo*
4 *n.* 7. *ver. Nam de actione.* † Contractus bonæ fidei comprehendunt etiam caſus improuiſos, & illos ad fines caſuum prouiſorum deducunt, contractus vero ſtricti iuris caſus improuiſos nõ concernunt. Bal. *d. conſ.* 343. *n.* 1. *in fi. & n.* 2. *ver. ſolutio, imo eſt differentia libro*
5 1. † Impoſſibilitas ſoluendi in termino, vel exequutionis contractus, vitiat contractum ſtricti iuris; non tamen contractum bonæ fidei, quia arbitrio iudicis prorogatur terminus ad id, quod eſt poſſibile. Roman. plene *conſ.* 348. *Quæritur, nunquid*, vbi prima apo-
6 ſtilla in *ver. quæritur*, dat concord. pro vtraque. † Interpretatio ex æquitate & iudicis arbitrio cadit in contractu bonæ fidei, etiam circa non dicta, & omiſſa, ſecus in contractu ſtricti iuris; quia omne omiſſum habetur pro omiſſo. Couar. *variar. reſ. in* 2. *parte relectio. c. poſſeſſor. de regul. iur.* §. 6. *numero* 4. *& ſequent.* vbi latiſsime ponit
7 multas differentias. † Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei annullat ipſo iure contractum; ſecus in contractu ſtricti iuris; quia debet annullari. Couarru. *d.* 2. *par. relectio. cap. poſſeſſor, de regul.*
* *iur.* §. 6. *num.* 6. *& ſequent.* vbi dicit omnium * communem, & tue-
8 tur ab impugnantibus. † Minus dicitur continere contractus ſtricti iuris, quam contractus bonæ fidei; quia in iſto latior fieri poteſt, & debet interpretatio. Franc. Aretin. *conſil.* 6. *Viſo numero* 7. *ver. aut ſecundum.*

Contractus verba qualiter interpretanda. Concl. 1001.

1 VERBA contractuum ſunt intelligenda ſecundum prõpriam ſignificationem, non autem improprianda. Alex. *conſil.* 204.
2 *Conſideratis, numer.* 6. *& ſeq. verſic. confirmantur. lib.* 2. † Extende; quia omnis contractus, pactum, renunciatio, & obligatio, maxime, contra ius commune, ſunt odioſi. Abb. *conſil.* 51. *Ad dilucidationem, numer.* 2. *& ſeq. col.* 3. *verſic. & ſumus in materia. lib.* 2. vbi, quod omnis
3 receſſus à iure communi eſt odioſus. † Fictio non admittitur in interpretatione contractus, quia fictio in contractu & diſpoſitione hominis non habet locum. Alexa. qui ponit exemplum, quod non intrat in locum patris filius; quia quod filius patrem repræſentet, eſt quædam fictio. Alexand. *d. conſ.* 204. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 2. *&*
4 *nu.* 7. † Stricte verba ſunt intelligenda; ideo nepos non venit appellatione filii, neque maſculinum concipit fœmininum ſecundum magis communem opinionem, de qua Alex. *d. conſ.* 204. *nu.*
5 8. *& 9. lib.* 2. † Dubia verba interpretantur contra eum, qui ſe fundatin cõtractu, vel qui producit contractũ, & dubia, pbatio nihil
6 releũat. Alex. *d. conſ.* 204. *nu.* 10. *ver. ad prædicta, lib.* 2. † Extenſio non fit in contractibus; quic omiſſum habetur pro omiſſo. Vide, *Inſtrumentorum verba qualiter interpretanda. Concl.* 251. Vide, *Maſculinum quando concipiat fœmininum, vel non. Concl.* 101. Vide, *Omiſſum habetur pro omiſſio. Concl.* 116.

Contractus in fauorem perſonæ nominandæ quando & qualiter valeat. Concl. 1002.

1 MVTVVM † celebratum inter A. mutuantem & B. recipientem mutuo, cum pacto, quod dictæ pecuniæ propriæ A. mutuatæ non poſſint ab eo exigi, ſed ſpectent ad eum, quem ipſe A. nominauerit, non acquiritur nominato poſt annum, & poſt mortem recipientis mutuo, quãdo mutuans nominauit filium debitoris, qui tempore mutui erat in illius poteſtate, quia non poteſt inter eos, videlicet nominatum & debitorem, tanquam patrem & filium cadere obligatio. Bald *conſ.* 150. *Caſus talis, Vagnolus, lib.* 1. *in princip.* & duplicatur *conſil.* 457. *lib.* 5. & idem Bald. *conſil.* 395. *De*
principali inſtrumento, per tot. maxime *num.* 6. *lib.* 5. Vide, *Emptio facta pro perſona nominata, vel nominanda valet. Concluſ.* 132. *& Concluſ. ibi*
2 *proxima ſeq.* † Extende, quia nominatio facta per emptorem de perſona procuratoris vendentis, vel de conſanguineo, inducit fraudem, vt à principio ſibi vel perſonæ nominatæ cenſeatur facta venditio ideo ſi à principio illa perſona nominata inducebat fraudem pariter eadem fraus inducitur ex nominatione. Angel. *conſil.* 387. *Sempronius olim. colum. fin. verſic. hæc autem vera ſunt. & conſil.*
388. *per totum.* † Extende, vt procedat, etiam ſi in tertium ſit 3
compromiſſa declaratio. Bald. *d. conſil.* 395. *lib.* 5. † Amplia, quia 4
non valet talis nominatio facta poſt mortem alterius contrahentium, quia iſta declaratio habet vim compromiſſi, quod expirat morte compromittentis. Bald. *d. conſ.* 150. *circa med. verſic. tertia ratio, lib.* 1. *& conſ.* 457. *lib.* 5. *& conſil.* 395. *num.* 3. *lib.* 5. † Amplia, quia quan- 5
do declaratio eſt ad ſubſtantiam contractus, tunc non poteſt fieri poſt annum, & ideo tale mutuum ad fauorem perſonæ nominandæ non debetur perſonæ nominatæ per mutuantem poſt annum, quia electio transfertur in debitorem. Bald. *d. conſil.* 150. *circa med. verſic. quarta ratio. lib.* 1. *& conſ.* 457. *lib.* 5. Vide, *Præſcriptio annalis in* 6
quibus habet locum. Concluſ. 577. † Amplia, quia mutuum factum per A. ad fauorem B. cum pacto, quod exigi debeat per perſonam nominãdam, & ad eum ſpectet mutuum, ſi fiat nominatio extranei, & ſumma ſit tanta, quæ indigeat inſinuatione, poterunt hæredes nominantis opponere de nullitate ex defectu inſinuationis. Bald. *d. conſ.* 150. *circa fi. ver. præterea & hic eſt, lib.* 1. *& conſ.* 457. *per totum, lib.* 5. Vide, *Inſinuatio donationis quando ſit facienda. Concluſ.* 198. 6
† Amplia, quia valet emptio facta per mulierem pro perſona no- 7
minanda, ſed ante nominationem acquiritur ei, qui ſtipulatur pro nominando, plene Cephal. *conſil.* 325. *num.* 13. *& ſeq. lib.* 3. Vide, 6
Emptio facta pro perſona nominata, vel nominanda valet. Concluſ. 132. *cum duabus concluſ. ibi proxime ſeq.* Vide, *Emphyteuſis conceſſa ad nomina-* 6
tionem qualiter tranſeat ad nominatos. Concluſ. 180. Vide Ant. Gabriel. *lib.* 3. *de verb. obligat. Concluſio.* 2. *Qui ſtipulatur pro nominando.* † Decla- 8
ra, quia facta nominatione res empta efficitur nominati. Cephal. *d. conſ.* 325. *numer.* 14. *& 15. lib.* 3. † Extende declarationem in tan- 9
tum, vt imo etiã facta nominatione, & ratificatione per nominatum, ſibi acquiratur ab initio, & retro. Cephal. *d. conſ.* 325. *numer.*
13. *lib.* 3. † Limita, quia valet contractus celebratus ad fauoré per- 10
ſonæ nominandæ, quãdo procurator, vel nuntius ſtipulatus eſſet pro perſona nominanda. Bald. *conſ.* 395. *numer. verſic. adhuc de ipſo, lib.* 5. † Limita ſecus eſſe in contractu facto, in quo interueniens 11
inſeruit de nudo nomine, quia alius non nominatus, pro quo reuera contractus fuit celebratus, agere non poteſt ſemper, & omni tempore, contra omnes, vt contractus declaretur ſimulatus quoad nomen inſertum, & quod inſeruiuit de nudo nomine. Bald. *conſ.* 287. *Quia defenſio veritatis, lib.* 1. † Et dicitur perſona no- 12
minata habere nudum nomen, ſi ipſamet hoc confitetur, & declarat, & ei ſtatur, & nõ inſtrumento in hoc. Soc. *conſ.* 228. *In cauſa Gabrielis, lib.* 2. † Quot autem modis fiat contractus ſimulatus 13
quoad perſonas, & quando valeat vel non. Bald. *conſ.* 396. *In libris Theſaurarij. num.* 6. *ver. interdum nulla eſt ſimulatio, lib.* 5. quod duplicatur, *lib.* 1. *conſ.* 249. Vide, *Simulatio quid ſit, & de multiplici ſpecie ſimu-* 6
lationis. Concluſ. 257.

Contracturus aliter, quam loquatur contractus, quando dici poteſt. Concluſ. 1003.

MVLIER, quæ † contraxit matrimonium, & cuius propin- 1
qui promiſerunt dotem eo pacto cum marito, & tertio, quod debeant in receptione cautelare dotem, non tenetur ſoluere, ſi non fiat conuenta cautela, quia poteſt dicere, non aliter contraxiſſem, nec aliter facta fuiſſet promiſſio, Caſtren. *conſ.* 188. *Præfati promiſſores. in princ. lib.* 1. vbi, quod licet non irritetur matrimonium, tamen promiſſio dotis non aliter debet ſortiri effectum. † Et dicitur, quod aliter non erat quis contracturus eo ipſo, 2
quod illud, quod deficit dedit cauſam contractui. glo. in *l. cum te, C. de pact. inter empto. & vendit.* Crauet. *conſ.* 299. *in princip.* vbi, quod ea, quæ ſunt ad fauorem venditoris ſi deficiant, hoc operantur.
† Amplia, quia valet argumentum, emi plura corpora vnico con- 3
tractu, etiam ſi pretia ſunt diuiſa in ſingula corpora, licet ſint tot venditiones, quot corpora, ſi tamen maior eſt vtilitas in omnibus, quam in ſingulis, poſſum dicere, non aliter contraxiſſem, quia indiuiduus dicitur contractus, non natura, ſed animo, & affectione. Natta pulchre *conſ.* 479. *num.* 23. *& ſeq.* Vide, *Contractus* 6
quando vnus, vel plures dicantur. Concluſ. 1064. *proxima ſeq.* Vide ple- 6
nius, *Venditio quando cenſetur vna, vel plures. Concluſ.* 61. † Extende 4
multo magis, quando plures res vnico pretio venduntur, quia vna deficiente, totus corruit contractus, quia poteſt allegare, non aliter contraxiſſem. Bart. in *l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig.* Natta. *d. conſ.* 479. *num.* 26. † Declara, vt per Aretin. *conſ.* 129. *in princ.* 5

quia

quia si vna res communis à pluribus, & pluribus vendatur, vno deficiente, non valet contractus; quia potest dici, non aliter contraxisse, si vero plures vendunt rem communem vni, & contractus est nullus ex parte, quia aliqui ex venditoribus minoris non potuerunt vendere, & emptori imputatur, sicuti si emisset à Titio
6 suo, & nomine alterius, qui nollet ratificare. † Extende in omni
7 contractu, quando constat, quod adiecta sunt pacta, sine quibus non aliter contraxissent. Corn. *cons.* 101. *nu.* 6. *li.* 1. † Declara, quia causa impulsiua non finalis præsumitur pactum accedens contra-
8 ctui nominato, vt per Corn. *cons.* 102. *nu.* 23. *li.* 2. † Amplia, etiamsi in diuersis contractibus correspectiuis aliquid fiat; quia si vnum est contemplatione alterius, datur exceptio, quod aliter non con-
9 traxisset. Crauet. *d. cons.* 246. *nu.* 2. *& seq.* † Amplia, quia si promisi vendere rem pro certo pretio, & partem pretii recepi, non tamen teneor facere venditionem partis pretii soluti, si non soluatur pretium totum, neque transfertur dominium pro parte, neque datur actio ex empto, donec totum pretium soluatur; quia non est verisimile, quod vendendo totum, voluerim etiam partem vendere.
10 Alex. *cons.* 76. *Visis. num.* 15. *& seq. libr.* 5. † Idem si vendere promisi Titio, & eo mortuo plures hæredes habeat, si vnus vult pro sua rata emere, non teneor, nisi totum emant. Alexan. *d. cons.* 76. *num.* 15. *& seq. lib.* 5.

Contractus quando est vnus, vel plures. Conclusio. 1004.

1 CONTRACTVS † vnicus dicitur, licet plura corpora bonorum comprehendat, quando vnico pretio sunt locata, vel vendita bona, ideo si aliqua bona concessa non possunt tradi iuxta conuenta, potest conductor recedere à toto contractu tanquã
2 vnico. Io. de Imo. *cons.* 39. *in fi. Visis ac ponderatis.* † Extende, vt procedat etiam si bona, quæ sunt promissa libera locatoris cum pacto vendendi, & quæ sunt Ecclesiæ, promittantur liberari, vel liberentur per Ecclesiam, quia non tenetur conductor subire periculum
☞ litis futuræ cum Ecclesia. Io. de Imola. *d. cons* 39. *in fi.* Vide, *Contractus aliter, quam loquatur contractus, quando dici potest, vel non. Concluſ.*
3 1003. *prox. præced.* Vide, *Venditio quando vna vel plures. Concluſ.* 61. † Limita, quia contractus potest esse mixtus, & continere plures contractus, vel vnum mixtum, prout si partes transigunt super bonis, & societatem de eis faciunt; nam dicitur mixtus; sed tamen si ex transactione soluitur gabella ex societate non soluenda, erit pro
4 transactione, ita Castr. *cons.* 49. *In quæstione, quæ vertitur. lib.* 1. † Limita in feudo & emphyteusi, quia si sunt plura corpora, qui cadit ab vno, non cadit ab alio. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 23. *glo.* 1. *num.* 25.
5 † Limita, quando plures res deductæ in contractu habent suum pretium, pro singulare; quia tot sunt contractus, quot sunt res appretiatæ. Surd. *cons.* 101. *num.* 38. *& seq. lib.* 1. vbi idem dicit, quamdo
☞ venditur plures bubulcæ terræ, constituto pretio pro singula bubulca plene Tiraquel. *de tract. lignag.* §. 23. *glo.* 1. *nu.* 17. *ver. ex iis autem.*
6 Franc. Areti. *cons.* 11. *procedendum, in princ.* † Extende, vt nedum sit in contractu, sed in stipulatione, sententia, & quolibet fere negotio, quia tot sunt stipulationes, sententiæ, & contractus, quot sunt res
7 separatæ, & capitula separata. Surd. *d. cons.* 101. *n.* 36. *& seq. lib.* 1. † Extende; quia plures res venditæ vno contractu distinctis pretiis pro singula, sunt plures contractus, in tantum, ꝙ plures gabellæ sunt
8 soluendæ. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 23. *gl.* 1. *nu.* 17. *in fin.* † Extende, vt procedat, siue agatur de pondere, siue de numero, siue de mensura cuiusq; rei pretio singulis mẽsuris, vel ponderibus, vel numeris
9 adiecto. Franc. Aretin. *d. cons.* 11. *in princ.* † Limita, quia plures sunt contractus, quando plures res venduntur, etiam si vnico pretio à principio, quando pretium distribuitur postea singulis rebus. Ti-
10 raquel. *de retract. lignag.* §. 23. *glo.* 1. *num.* 18. † Extende idem, si pretium fuit diuisum in singulas res, sed postea simul coaceruatũ; quia tot sunt venditiones, & tot contractus, quot sunt res habentes suum
11 pretium. Tiraquel. *d. retract. lignag.* §. 23. *glo.* 1. *numer.* 19. † Restringe, quando constat, quod plures res venditæ vnico contractu licet diuisis pretiis, quando constat, quod aliter non emisset, vel contra-
12 xisset. Tiraquel. *d.* §. 23. *glo.* 1. *de retract. lignag. n.* 20. † Restringe, quando pro vno credito creditor plura corpora recepit adiecto suo pretio singulis rebus; quia est vnicus contractus propter vnicum creditum, quod non tenebatur creditor recipere diuisum; & quia idem est in datione in solutum quæ semper est indiuisibilis, quia si erraturin vno nummo, annullatur in totum. Tiraquel. *d.* §. 23. *glo.* 1. *num.* 22. *& seq.* Vide, *Indiuidua quæ esse dicantur, & quæ non. Conclusio.* 102. Vide, *Capitula separata & diuersa diuersam inducunt dispositionem. Conclusio.* 60.

Contraria allegans non auditur. Conclus. 1005.

1 CONTRARIA † allegans non auditur. *l.* 1. *C. de furt.* Vide, *Repugnantia non admittitur, sed potius annullatur actus. Conclusio.* 203. ☞
Vide, *Turpitudinem, vel dolum suum allegans non auditur. Conclus.* 404.
Vide, *Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita. Conclusio.* 1096.
2 † Amplia, quia is, qui semel vere, vel per contumaciam aliquid confessus fuit, non potest velle probare contrarium. Oldrad. *cons.*
3 320. *num.* 2. *ver. præterea cum positiones.* † Declara, vt procedat, quando contrarietas est directa; secus, quando est diuersitas. Ideo is, qui negauit positionem, potest eandem positionem facere, dummodo non sit eadem, si in aliquo est alterata, vt quia continet plus, vel minus. Calder. *consil.* 150. alias 2. *de confess.* & quod diuersitas non vitiet, nec repellat. Gemin. *cons.* 76. *numer.* 1. *versic. super secundo.*
4 † Amplia; quia nemo potest cumulare plura iudicia contraria eodem tempore pro eadem re, vel negotio. Bald. *consil.* 317. *Quando est vnum, in fin. ver. item est sciendum, lib.* 1. Vide, *Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita d. Concluſ.* 1096. ☞
5 † Extende, etiam si per viam interrogationis proponantur contrariæ actiones; quia non auditur proponens, Bald. *consil.* 326. *Acturus petitione, in fin. ver. sequitur interrogatio, lib.* 2. vbi, quod agens ab inteſtato non auditur, si velit interrogare reum ex testamento etiam cumulatiue. † Am-
6 plia, quia is, qui agit ex contractu celebrato per suum tutorem, non auditur, si negat illum fuisse tutorem; qui contraria allegat. Bald. *consil.* 15. *Omnis assessor, lib.* 2. *per totum, & cons.* 10. *Statuto cauetur, eod. lib.* 2. *& consil.* 32. *Præsupponatur in facto, in fin. lib.* 2. latius *cons.* 44.
Iste dominus Christophorus, in princ. vbi, quod cæno inuoluendus est, qui negat contradictioni non inesse mendacium, *lib.* 2. vbi late inuehitur contra Christophorum Castillion. qui consuluit contrarium, & dicit eum volare sine plumis, & sicut noctua, quæ excæcatur luce, & volat de nocte, sed tamen basse cum grillis. Vide,
7 *Impugnans aliquid non potest ex eo iuuari, & quando. Conclusio.* 57. † Extende; quia is, qui conduxit fructus Ecclesiæ à beneficiato clerico, non potest allegare, quod non sit clericus locator, Bald. *consil.* 44.
8 *Ad euidentiam, lib.* 3. *versic. circa tertium. numer.* 3. † Amplia, quia protestatio contraria iuri non releuat protestantem; & idem in protestatione contraria facto. Vide, *Protestatio contraria facto non releuat, & quando secus. Conclusio.* 944. † Amplia, quia is, qui se procurato-
9 rem fecit in exigendo aliquid non potest allegare se non fuisse procuratorem, si à domino exactum repetatur actione mandati.
10 Bald. *consil.* 41. *Casus talis, per totum, lib.* 3. † Amplia in appellante, qui dicit causam spectare ad Ecclesiasticum, quia si appellat declinando iurisdictionem secularis ad secularem non auditur, Bald.
11 *cons.* 44. *numer.* 5. *ver. super* 4. *lib.* 3. † Amplia, quia debitor negans habere instrumentum penes se, quod postea vult exhibere cancellatum, vt doceat se liberatum, non præsumitur liberatus, nisi concurrant aliæ coniecturæ propter negationem præcedentem
12 contrariam. Bald. *cons.* 83. *Ex eo solo, lib.* 3. † Amplia, quia acta iudicii, si implicant contradictionem, vt quia scripta sunt repugnantia ab eodem Notario actuario, nihil probant. Bald. *cons.* 90. *Præsupposito, quod ex forma, in fin. lib.* 3. † Amplia, quia nemo admittitur
13 ad allegandum contraria in iis, in quibus per positionem vnius propositionis excluditur alia propositio, & ideo compellitur agens perseuerare in prima assertione, Angel. de Perusio *consilio* 39.
Visis instrumentis, in fin. vbi quod ille, qui semel obtinuit, vel petiit instrumentum insinuari in iudicio, tanquam validum, non auditur, si vult, quod idem instrumentum cassetur tanquam inualidum, vel annullari petit. † Amplia, quia habens plures actiones
14 tenetur eligere vnam Ægid. *consil.* 33. *num.* 62. qui loquitur in Papa. † Amplia, quia fratres regulæ mendicantium, qui de facto
15 possident stabilia, non excusantur à contributione onerum, quia contraria, & turpitudinem suam allegarent. Ancharan. *cons.* 109
contra fratres per totum, vbi *nu.* 4. quod ambulantes duabus viis, prout arare cum boue & asino, vestire pannis contextis, lana, & lino, non permittitur. Vide, *Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita.* ☞
Conclu. 1096. † Amplia, quia is qui vendidit rem, vt liberam, &
16 allodialem, non potest dicere, quod sit feudalis res, vt emphyteutica, quia contraria allegaret. Alexand. *cons.* 118. *In causa & lite, nu.*
17 12. *versic. item accedo, lib.* 2. † Amplia in tantum, quia non auditur super contrariis, vt si aduersarius non vult ipsum totum repellere, possit acceptare vnum de contrariis, quod maluerit, quod est
18 notatu dignum secundum Baldum *in l. cum precum, circa fin. num.* 4. *versic. & nota, quod allegans C. de liberal. causa.* † Extende, quia imo perseuerare compellitur asserens contraria in eo, quod primo loco comprobauit. Angel. de Perusio *consil.* 39. *Visis instrumentis, in fin.* † Limita in causa appellationis, quia iudex appel-
19 lationis non debet aliud inspicere, nisi, an fuerit bene, vel male

iudicatum, inspectis & cognitis, nedum illis, quæ acta fuerant coram primo iudice, sed etiam nouiter actitatis coram eo; quia non probatum probabo, non deductum deducam, *l. eos*, §. *1. l. per hanc. C. de appell.* Florian. de sancto Petro *cons. 15. numer. 16. & seq. ver. ex quibus*
20 *patet.* † Limita, quia potest quis venire contra factum suum, quando est ipso iure nullum; ideo eligens nulliter aliquem ad dignitatem, si electio est ipso iure nulla, potest iterum eligere. Bald. *consil.*
21 375. *videtur dicendum, lib. 5.* Vide, *Electiones plures fieri non possunt, & quando secus. Conclusio.* 80. † Limita, quia actori permittitur in duobus casibus, etiam in eadem instantia allegare contraria, & plures titulos. Ægid. *d. consil. 10. numer. 54. versicul. solutio.* vbi latissime ponit alios casus: Primus, quando actor probabiliter est dubius, tam in facto proprio, quam alieno: Secundus, quando contrarietas tendit ad eundem effectum, & sic vnus actus supplet, vel coadiuuat
22 alium. † Limita, quia licet actor non audiatur super directo contrariis; tamen illud non habet locum, si desistat à contrarietate,
23 & illam reuocet. Ægid. Bellam. *consil. 34. numer. 17.* † Et potest reuocari contrarietas quandocunque ante sententiam. Ægid. *d. consil.*
24 *34. numer. 24. ver. Nec obstat contrarietas.* † Extende, quia licet quis egerit tanquam hæres defuncti in euentum, in quem nascatur posthuma fœmina defuncti, & committatur causa cum clausula, *sola facti veritate inspecta*, si nascatur posthuma hæres instituta, cui actor est datus tutor, producto testamento potest obtinere sententiam ad fauorem pupillæ, tutorio nomine, quia licet melius fecisset reuocare errorem, & probare, tamen sufficit, quod constet de veritate, & errore, vt sententia substineatur, Florian. de
25 sancto Petro *consil. 15. numer. 3. & seq. ver. quarto sibi fortiter iuncto, num. 17. versic. insuper etiam.* † Limita, quando contrarietas tendit ad idem in effectu; nam appellans potest etiam dicere de nullitate sententiæ, licet sint contraria; quia appellans præsupponit sententiam aliquam, dicens vero de nullitate præsupponit nullam, sed quia tendunt ad idem, vt tollatur sententia per diuersa remedia conciliantur; quia effectus non est contrarius. Calder.
26 *consil. 219. in princip.* alias 13. *de appell.* Ægid. Bellam. *consil. 10. numer. 54.* vbi late. Vide, *Ratificatio actus prius impugnati qualiter inducatur. Conclusio.* 25. † Limita in eo, qui se defendit, quia potest contraria allegare. *reg. nullus pluribus, de reg. iu. lib. 6.* Calder. *d. consil. 219. ver. item proponitur*, alias 13. *de appell.* Vide, *Excipiens auditur super contra-*
27 *riis, & quando secus. Concluf.* 428. † Limita quoad diuersas personas, quia si emi rem cum pacto soluendi censum Titio, si census Titij erat præscriptus, possum excipere de præscriptione, & nolle soluere, non attento pacto de soluendo facto cum venditore,
28 Bald. *consil. 313. Proponitur quod, lib. 3. per totum.* † Limita in diuersis iudiciis; quia qui negauit testamentum in vno iudicio, poterit fundare se super testamento negato in alio iudicio quia diuersitas iudiciorum, diuersa, & contraria admittit. Bald. *consil. 394. Quod*
29 *Notarij collegit, num. 2. ver. super secundo, lib. 4.* † Extende multo magis, quando pluralitas personarum inducitur; quia si ego negaui tanquam tutor testamentum, possum nomine meo proprio iu-
30 uari ex illo testamento. Bald. *d. consil. 394. num. 2. lib. 4.* † Restringe in eodem iudicio; quia is, qui egit ex testamento coram primo Iudice, & succubuit, non potest coram Iudice appellationis agere ab
31 intestato, de quo tamen sunt opiniones. Vide, *Iudex ad quem in quibus iurisdictionem habeat. Concluf.* 464. † Declara; quia de iure ciuili reus allegat contraria in eodem iudicio, actor non, sed in diuersis; sed tamen de iure canonico, ne lites multiplicentur, potest quis plures titulos allegare, quãdo tendunt ad idem, plene Ægid. Bel-
32 lam. *cons. 10. n. 54.* vbi late. † Limita, nisi euentualiter proponantur contraria. Vide, *Libellus alternatiuus. Concluf. 313.* vbi habes alias limitationes, quando contraria possunt conciliari per distinctiones, & aliis modis.

Contrarietas & contradictio ex multis causatur. Concl. 1006.

1 IN † iure nostro nihil est sine controuersia, & ideo oritur con-
2 trarietas ex multis, vt dicit Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. glo. 2.*
3 *numer. 24.* qui omnes causas sequentes ponit. † Aliquando ex ob-
4 scuritate legum. † Aliquando ex studio contradicendi. † Ali-
5 quando ex ostentatione, & cupiditate gloriæ non paucis inge-
6 nita. † Aliquando ex imbecillitate humanitatis. † Aliquando ex ipsa veritatis credulitate.

Contrarietas quando, & ex quibus inducatur, vel non. Concluf. 1007.

CONTRARIETAS † inducitur ex propositione contrario- 1
rum, veluti, quod quis sit hæres ab intestato, & ex testamento; quia aliquem esse testatum, & non testatum, sunt contraria, Bald. *cons. 326. Acturus petitione, lib. 2. in fin.* † Et vide Cagnol. in *l. vbi* 2
repugnantia, numer. 2. ff. de regul. iur. vbi aliquem esse legitimum & illegitimum, præsentem & absentem; fatuum & sanæ mentis; virginem & corruptam, sponte & coacte, & alia similia exempla ponit. † Item ex affirmatione & negatione ad eundem terminum in- 3
ducitur contrarietas, Anchar. *consilio 200. num. 3.* † Et vide glo. in 4
clem. testibus, de testib. per illum tex. in *ver. directo contrariis*, vbi, quod capitula sunt directo contraria, quæ continent summam maiorem & minorem; item aliquem legitimum & illegitimum; item præsentem & absentem; item aliquem furiosum & sanæ mentis; item aliquam esse virginem & pollutam, seu defloratam; item actum esse spontaneum, vel coactum; quia in eodem subiecto & instanti stare non possunt. † Et in contradictione, & contrariis ne- 5
cessario inest mendacium, quia veritas est vna tantum, & qui dicit non inesse mendacium in contradicente, inuoluendus est cæno, Baldus *consilio 44. Iste dominus Christophorus, libr. 2. in princip.* Et se- 6
cundum Philosophum 5. *Physic. Metaphysic.* natura contrariorum est, vt mutuo se expellant. Soci. *consilio 27. numero 1. in fin. libro 4.* & in eodem subiecto stare non possunt simul. *l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* vbi Deci. & Cagnol. allegat Philosophum 10. *Metaphysic. in prædicamentis.* † Et Deus ipse priuatur hoc solo, quia non potest 7
contraria admittere, videlicet, verum & falsum in eodem subiecto, Decia. *consilio 49. numero 11. libro 3.* Deci. in *l. vbi repugnantia, numero 4. ff. de regul. iur.* † Amplia, quia plures collationes de eodem 8
beneficio sunt contrariæ, quia cum natura collationis sit conferre plenum ius, prima excludit secundam, & è conuerso, si prima valet, secunda non potest valere, Ægid. *consilio 10. numero* 54. vbi declarat. † Amplia in iudiciis contrariis prout sunt in- 9
terdicta adipiscendæ & retinendæ, & similia. Vide, *Libellus contrarius & incertus non admittitur & quando secus. Conclusio.* 314. † Limita, 10
quia modificatio non dicitur contrarietas, quia quæ in totum non abrogant, non dicuntur contraria. *c. cum expediat, de electio. in 6.* plene Petr. de Ancharano *consil. 6. numer. 8. versic. nam & in simili.* vbi, quod quis non dicitur venire contra sententiam, si illius exequutionem modificat. Vide, *Limitatio an dicatur contraria regula. Conclusio.* 355. † Limita, quia contrarius non dicitur 11
allegans contractum nullum, & dicens eundem contractum per metum, & in fraudem vsurarum celebratum rescindendum; quia omnia tendunt ad nullitatem contractus. Baldus *consil. 292. Factum sic proponitur, numer. 4. & seq. lib. 3.* vbi ponit multa similia exempla. † Limita, quia contrarietas indirecta admittitur, 12
d. clement. litteras, à contrario, vbi glos. in *ver. directo contrariis, de testibus.*

Contrarietas est vitanda in omni dispositione. Concluf. 1008.

CONTRARIETAS † est vitanda, & concilianda in omni 1
dispositione. Crauet. plene *consilio 70. num. 5.* vbi dicit, quod ea interpretatio sumenda est in omni materia, per quam non inducatur contrarietas, sed induci concordia debet etiam impropriando verba, *c. cum expediat. de electio. in 6.* Alexand. *consil. 141. Viso testamento, num. 4. & 5. ver. aut oportet, libr. 2.* vbi apostil. in *ver. euitetur.*
† Et per subauditos intellectus nunquam potest induci correctio 2
dispositionis, Crauet. *d. consil. 70. nume. 8.* Vide, plenius, *Correctio est euitanda, & concordanda sunt contraria. Concluf. 1036.* † Amplia in 3
priuileg'o exemptionis, quia si Papa concedit liberam exemptionem ab Episcopo, licet adsint aliqua, ex quibus in exemptos videatur Episcopo reseruatus census, tamen debent intelligi de censu Ecclesiarum de nouo per exemptos construendarum, ne exemptioni sunt contraria. Calder. *consil. 520.* alias 5. *de priuil.* † Am- 4
plia, quia contrarius non auditur. Crauet. *consil. 894. numer. 35.*
† Amplia in instrumentis contrariis, seu contraria continentibus 5
super eodem facto, quia debent conciliari, & concordari, si fieri potest, ne inducatur contrarietas. Gemin. *consil. 76. numer. 4. versi. Præterea quando.* Vide, *Instrumenta contraria sunt concilianda, &* 6
quando secus. Conclusio. 250. † Et in instrumentis dotalibus, quia si sunt contraria tali contrarietate, quæ possit conciliari per distinctionem, omnino est facienda conciliatio Castillio. *consil. 30. in princip.* vbi, quod si præcedit instrumentum dotis scut. 400. quæ confitetur habuisse, postea pro residuo dotis detur in solutum

aliquid

aliquid, non est noua dos, sed iam confessata spe futuri residui, & 7 sic non inducitur contrarietas. † Amplia in statutis contrariis, quia debent reduci ad concordiam, si fieri potest, per Castren. *consilio 439. De iure communi, numero 2. versiculo nec obstat, libro 1.* plenius Alexand. *consilio 141. Viso testamento, numero, 4. & 5. versiculo Aut oportet. lib. 2.* vbi, quod per distinctiones debent reduci ad concordiam, vt euitetur contrarietas, & ibi apostilla in *versiculo euitetur*, dat concord. Alexand. *cons. 117. Viso tit. numer. 3. versic. item quia posito* 8 & iterum *numero 14. versic. secundo principaliter. lib. 6.* † Et quod per diuisiones, & distinctiones debeant statuta à contrarietate, & correctione saluari. Alexand. *consilio 48. Viso statuto, num. 6. versic. imo po-* 9 *tius. lib. 3.* vbi apostilla in *versiculo Fugienda.* † Amplia in decretis conciliaribus ; quia sunt concilianda, ne inducatur iuris communis correctio, vel contrarietas, *c. cum expediat. de elect. in 6.* Gemin. *consil.* 10 131. *in princip. & numer. 5. ver. & sic intelligendo.* † Amplia in testibus; quia sunt conciliandi, ne sint contrarii *c. cum tu, de testib.* Vide, *Te-* 11 *stes sibi contradicentes non probant, & quando secus. Conclusio.* 238. † Declara, quia si duæ sunt scripturæ contrariæ, quæ conciliari non possunt, illa prævalet, quæ verior probatur, non obstante errore. Bald. *consil. 317. Quando est vnum, in fin. ver. circa contrarietatem, lib. 1.* 12 † Amplia in sententia, vel laudo arbitratoris; quia vt saluetur à contrarietate, & valeat omnis interpretatio etiam per relationem actorum impropriationem verborum, vt pluralè reducatur ad singulare, etiam si cauillosa videatur interpretatio, debet admitti. Cuman. *consil. 7. Primum videndum, num. 8. & seq. ver. in contrarium,* vbi, multa dicit, & est confirmatum, ac subscriptum à duodecim aliis famosissimis Doct. & Fulgo. *consil. 158. Domina Graccolina, num.* 2. vbi loquitur in sententia confirmante, & absoluente ab expensis, vt intelligatur de expensis vltimæ instantiæ, non sententiarum 13 confirmatarum, quæ condemnabant in expensis. † Amplia in contractibus, & aliis conuentionibus; quia licet sensus videatur contrarius tamen omnino vitanda est contrarietas. Bald. *consil. 181.* 14 *verba dicunt, lib. 2.* † Declara; quia verba contractus sunt reducenda ad concordiam ; quia dicta in vna parte contractus censentur repetita in alia parte, nisi sequatur absurdum, & inconueniens, quia tunc dicta vltimo loco reformant præcedentia. Bald. *consilio 284.* *Inprimis est insistendum per totum lib. 4.* vbi pro vtraque parte. Vide, *Venditio non comprehendit multa, & qualiter interpretanda. Conclusio. 62.* 15 † Et idem dicit Decian. *consil. 500. in causa, quæ Mantuæ, numer. 6. & seq.* vbi, quod contraria, & repugnantia sunt concordanda, si possunt concordari omnimodo, si vero non est locus conciliationi; 16 tunc posteriora valent. † Extende, etiam si vsus contractus sit relatiuus ad alium contractum ; quia sunt concordandi. Angel. *consil. 376. Nobiles viri, numer. 2. versic. consideratis igitur.* † Amplia in 17 confessionibus iudicialibus inquisitorum pro aliquo crimine: Nam si plures executores inquisiti de negligentia in capiendo malefactores dicant se fuisse negligentes, sed fecisse totum suum posse, cum sint contradictoria ista, concordantur, quod fuerunt vniuersaliter, quoad omnes negligentes, sed singulariter confitens fecit, quoad se suum posse, Bald. *consil. 281. Iudex formauit, in* 18 *princip. lib. 2.* † Extende, quia is, qui confitetur rem esse suam, & meam, non dicitur contractus taliter, quod non possit concordari; ideo debet confessio sumi, ac si dixisset rem esse communem, notandum dicit Alexand. *consil. 171. In causa, & lite, numer. 12. versic.* 19 *Nam, vt dicunt, lib. 6.* † Amplia in libello, Vide, *Libellus contrarius,* 20 *& incertus non admittitur. Conclusio. 314.* † Amplia in omni scriptura; quia si potest saluari, & concordari, vt cesset falsitas, concordari 21 debet. Alexand. *consilio 70. Viso processu in princip. lib. 1.* † Et quod scripturæ priuatæ, vel publicæ contrariæ debeant concordari, quantum fieri potest, alias Iudex non possit se fundare super eis. Boer. *decis. 252.* per text. in *l. scripturæ. C. de fid. instrum. & in c. imputari,* 22 *cod. tit.* † Extende ; quia siue sit vnica scriptura, quæ sibi contradicat, siue sint plures, semper debet fieri interpretatio per subdiuisionem, & subdistinctionem, vt euitetur repugnantia. Alexand. *consil. 21. Consideratis, numer. 7. ver. benefacit, lib. 7.* vbi apostilla in *ver.* 23 *vitetur*, citat eundem Alexand. *consil. 141. numer. 5. lib. 2.* † Et quod per distinctiones, & subauditos intellectus eadem scriptura debeat intelligi, ne contineat contrarietatem in se ipsa, Alexand. 24 *consil. 44. Eximie Doctor. numer. 2. versic. respondeo, lib. 7.* † Amplia in scriptura priuata, Alexand. *consil. 191. Visa scriptura, numer. 6. ver. &* 25 *iste intellectus, lib. 2.* † Amplia in instrumento, vel scriptura Notarij; quia si plures scripturæ sunt diuersæ, vel contrariæ, conciliantur, vt si vna plus altera contineat, reducantur, & concordentur ad id, quod minus est; si vero non possunt reduci, vt quia vna sit plenior continens plura capitula, stetur pleniori, & dicitur pleniorilla, quæ est manu Notarii scripta. Alexander. *consil. 70.* 26 *Viso processu, numer. 5. versic. ad confirmationem, lib. 1.* † Amplia in re-

scriptis; quia sic debent interpretari, vt concordent. Zabar. *consil.* 116. *ver. ad tertium. vsque in fin.* vbi loquitur, etiam si in secundo Papa dicat fuisse suæ intentionis sic fieri debere ; quia non tollit factum legitime ante secundum rescriptum. † Amplia in constitutioni- 27 bus, & regulis Monachalibus. Io. de Anania *consil. 62. numer. 2. ver. restat nunc.* vbi Bologn. in apostil. *colum. fin. versic. Possumus dicere hoc modo, omnia ad inuicem concordando.* † Extende, quando leges sunt 28 sub diuersis titulis, & ad diuersum finem ; quia non datur contrarietas. glo. fin. in *auth. sed hodie. C. ad leg. Iul. de adult.* quia pœna priuationis dotis propter adulterium applicatur diuersis modis, secundum subiectam materiam titulorum, vt si agitur ad solum repudium propter adulterium, vel ad pœnam, leges contrariæ conciliantur. Vide, *Adulterij causa an sit fori Ecclesiastici, & quando. Conclu-* 29 *sio. 228.* † Amplia, quia non potest induci contrarietas ex interpretatione, sed debet induci conciliatio, & propterea interpretatio, vel relatio, per quam inducitur contrarietas, semper elicitur. Alexand. *consil. 48. super extractione, numer. 6. versicul. sed ita est. lib. 1.* vbi apostil. in *ver. contrarietatem.* allegat plures concord. & loquitur Alexand. in statuto. † Extende, vt idem sit in pactis, con- 30 tractibus, & generaliter in omni materia. Cruet. *consil. 70. numer.* 3. & *numer. 5. & numer. 8.* vbi latissime. † Extende in testamento. 31 Decian. *consil. 3. num. 29. & seq. lib. 2.* vbi *num. 33.* plures allegat, quod si in vna parte dispositio est clara, in alia obscura, obscurum declaratur secundum clarum. † Extende, quia imo lex, vel dispo- 32 sitio clara, non censetur corrigi ex sequentibus, nisi speciliter sit dictum, ita Bartol. *consil. 72. Ex facto proponitur, num. 6. in contrarium, lib. 1.* sequitur Cruet. *consil. 61. nume. 2.* † Amplia in testibus, Vide, 33 *Testes contrarij qualiter reducantur ad concordiam. Conclusio. 250.* † Am- 34 plia in statutis contrariis ; quia debent reduci ad concordiam. Abb. *consil. 9. Omissa, numer. 2. in fin. lib. 2.* † Amplia in responsioni- 35 bus ad positiones. Alexand. *consil. 44. Viso, & discusso, numer. 9. in fin. & num. 10. versi. non obstat, lib. 2.* † Extende in positionibus. Alex. 36 *consil. 49. In causa & lite, in fin. numer. 12. & 13. ver. præterea dicta positio, lib. 7.* Vide, *Correctio vitanda, & concordanda contraria. Conclusio. 1036.* Vide, *Instrumenta contraria sunt concilianda. Conclusio. 250.* Vide, *Re-* *pugnantia non admittitur, sed potius annullatur actus. Conclusio. 203.* Vide, *Statuta contraria concilianda. Conclusio. 495.* Vide, *Testes contrarij qualiter reducantur ad concordiam. Conclusio. 259.* Limita, quia vbi non 37 est conciliatio, vltima derogant prioribus. *l. pacta nouissima, C. de pact.* Vide, *Vltima derogant prioribus. Conclusio. 228.* Vide, *Posteriora* *derogant prioribus, & in quibus. Conclusio. 451.* † Declara, quia quando 38 scriptura continet contraria, prævalet illa pars, quæ sæpius est repetita, & dicta. Cruet. *cons. 699. numer. 2.* Roland. à Valle *consil. 60.* *in fin. lib. 1.* † Limita, quando vnum est speciale, aliud generale; 39 quia speciale prævalet, siue sit posterius, siue anterius compilatum. Fulgo. *cons. 215. In primo proposito.* Vide plenius, *Generi per speciem* *derogatur. Conclusio. 36.*

Contrarietas an sit semper damnanda. Conclusio. 1009.

CONTRARIETAS † in Doctore res turpis est. Bald. *consi. 90.* 1 *Sciendum est, in fin. lib. 4.* vbi in casu illius consilii valde dubii non audebat firmare, quia sciebat se consuluisse alias in simili, & non reperiebat consilium ; ideo ne esset sibi contrarius, nihil affirmat. † Amplia in iudice; quia non potest ferre diuersas sententias 2 inter easdem partes in eadem instantia, & secunda contraria est nulla. Bald. *cons. 497. Factum tale est, lib. 5.* † Limita diuersis respecti- 3 bus, quia eadem persona potest repræsentare plures personas, & secundum diuersitatem personarum contraria allegare. Vide, *Persona eadem potest habere iura diuersarum personarum. Conclusio.* 317.

Contrarium effectum non debent operari inducta ad vnum finem. Concluſ. 1010.

CONCESSA † ad fauorem non debent odium operari. *l. quod* 1 *fauore. C. de legib.* Vide, *Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari. Conclus. 103.* Vide, *Ordinata ad vnum finem non debent contrarium operari. Conclusio. 181.* † Amplia, quia concessa ad ampliandam fa- 2 cultatem arbitratoris, non operantur necessitatem in eo, etiam si posset ex se ipso talia concessa absque alia expressione. Cuman. *cons. 7. Primum videndum, numer. 7. versic. ad ea, quæ pro aduersa.* † Am- 3 plia; quia statutum Mediolani, quod mater excludatur à successione filii ab agnatis vsque ad septimum gradum, non habet locum, si agnati sunt forenses, mater Mediolanensis; quia faueret sta-

tutum forensibus, & noceret ciuibus, quod est contra intentionem statuentium. Signorol. *cons.166. num.* 18. Vide, *Fauorabilis dispositio odium operari non debet. Conclusio.* 90. † Limita, quia eadem res potest producere diuersos effectus respectu diuersarum personarum, & rerum, quas eadem persona, vel res potest repræsentare. Vide, *Effectum diuersum quando eadem res habere possit. Concluſ.* 54.

Contraria plura incompatibilia si concurrunt, prævalent vltima. Concl. 1011.

1 HABENS † contractum, si nouum contractum incompatibilem cum primo faciat, censetur à primo recedere. Abb. *consil.* 2 94. *In quæstione, col.3. in princ. num.3. ver. cum autem, lib.2.* † Extende in priuilegio impetrato contra præscriptionem; quia censetur impetrans recedere à præscriptione. Abb. *d. cons.94. colum.3. num.4. lib.2.* Vide, *Posteriora derogant prioribus, & quibus. Conclusio.* 451. Vide, *Vltima derogant prioribus. Conclusio.* 228. † Limita quando quis habet contractum, & ius validum ab vno, licet recipiat nouum contractum diuersum, & ius ab alio, non sibi præiudicat in iure, quod habet. 4 Abb. *cons.94. col.num.4.* maxime *vers. sed si ponamus, lib.2.* † Extende, quia immo is, qui habet dominium, vel possessionem ex vna causa, si sibi concedatur ex alia causa, sine alia traditione effectuali, vel reali consequitur dominium, & possessionem per solam retentionem, quam habebat. Abb. *cons.94. col. fi. in princ. lib.2.* vbi ponit exemplа. Vide, *Titulus potest multiplicari, & quando secus. Conclusio.* 321.

Contraria argumenta & fundamenta sunt tollenda. Concl. 1012.

1 DISPVTANS † debet omnia contraria argumenta confutare, & non sufficeret pro victoria vnum reliquere, licet omnia alia essent soluta, argumento medici, qui non sanat ægrotum, si omnia vulnera sanat, excepto vno, per quod vulneratus decedat, ita Simon de Præt. *cons.35. num.39.* vbi late.

Contrariorum eadem est disciplina. Concluſ. 1013.

1 CONTRARIORVM † eadem est disciplina, *Inſtit. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris.* vbi cognito vno de contrariis cognoscitur & eius contrarium, & declara, vt ibi per Areti. † Et quod dispositum in vno ex contrariis debeat esse in altero; quia eadem est 3 disciplina. glo. in *auth. vt non fiant pignor. ver. non enim, colum.5.* † Et idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, *l. fin. ff. de leg.3.* Iaſ. in *l. ſi ex toto in princip. ff. de leg.1.* Roman. *consil.* 4 236. *num.7. verſic. quarto.* † Amplia; quia sicuti contractus, & debitum probatur per scripturam ex necessitate, vt quia ita fuit conuentum, quod contractus fieret in scriptis, vel quia sumus in casu, in quo lex requirit scripturam, eadem forma debet seruari in distractu, vel solutione; ideo solutio emphyteusis, vel debiti celebrati in scriptis pacto contrahentium, non probatur legitime per testes, quia talis contractus requirit scripturam. Bald. *cons.220.* *Proponitur, quod A. lib.1. per totum.* Vide, *Solennitas requisita ad actum requiritur etiam ad destructionem actus, & quando secus. Concluſ.* 328. † Amplia, quia sicut mala fama scribentis scripturam, videlicet quod sit solitus scribere falsas scripturas, vel mala fama producentis, vel abrasio reddit suspectam scripturam de falso, ita bona fama scribentis, vel producentis, aut integritas scripturæ contrarium operatur. Bald. *cons.398. Quæritur, an per solam, numer.3. ver. sed considera è* 6 *contra, lib.5.* vbi, quod contrariorum eadem est disciplina. † Amplia; quia quot testes requiruntur ad testamentum, totidem requiruntur ad reuocationem. Bald. *cons.399. Quod non sit, lib.5. nume. 1. in fin. verſic. sexto arguitur.* & ideo tot testes necessario requiruntur ad reuocandum exhæredationem, quot sunt adhibiti in exhæredatione facta. Iaſ. in *l. filio quem pater, numer.7. ff. de liber. & poſthum.* 7 vbi declarat. † Et ideo si duo testes ex forma statuti sufficiunt ad confessionem testamenti ex forma statuti, etiam duo testes erunt sufficientes ad reuocationem. Iaſ. in *d. l. ſi ex toto, in princip. ff. de leg.1. & in rubr. ff. de acquir. hæred. numer.16.* Alexand. plene *conſil.* 209. *Sta-* 8 *tutis, numer.17. & 18. lib.2.* † Extende in tantum, vt licet legatum ex inimicitia reuocetur, tamen tot testes requiruntur ad probandam inimicitiam, quot sunt in legato adhibiti. Iaſo. dicit notandum in 9 *d. l. filio quem pater, ff. de liber. & poſthum. num.7. & 8.* † Extende, quia sicuti testamentum ad pias causas vel legatum ad pias causas valet coram duobus testibus; ita etiam reuocatur coram duobus testibus contra piam causam, vt contrariorum sit eadem disciplina, per *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* Alexand. *d. conſ.209. numer.17. ver.* *vltima ratione, lib.2.* † Amplia, quia illis casibus, in quibus ignoran- 10 tia probatur iuramento, pariter, etiam probatur scientia, vt contrariorum sit eadem disciplina. Bald. *conſ.428. Præmittendum est, lib.* 5. † Amplia, quia sicuti legatum captatorium non valet; ita etiam 11 nec ademptio *captatoria.* Iaſ. *d captatoriæ. num.3. ff. de leg.1.* † Amplia; 12 quia contractus & distractus ad paria iudicantur; quia contrariorum eadem est disciplina; ideo eadem solemnitas requiritur in distractu, quæ est necessaria ad contractum, plene Cacher. *dec. Pedemont.53. numer.10. & per totam*, vbi multa allegat, & tollit contraria. † Extende, quia si ex forma statuti requiritur certa solem- 13 nitas in contractu, eadem requiritur in distractu. *dec. Pedemont. 53. numer.10. & seq.* vbi alia ponit exempla. † Extende in iudiciis, 14 quia immissio data sine litis contestatione, vel sine citatione partis potest eodem modo reuocari sine litis contestatione, & sine citatione. Roman. *conſ.220. Circa primum, numer.2. verſi. iis tamen non obſtantibus.* Vide, *Facta de facto etiam de facto sunt reuocanda. Concluſio.* 11. † Extende, quia sicuti tacitus consensus facto positiuo declara- 15 tus inducit communionem, ita etiam tacitus consensus facto declaratus inducit diuisionem, & separationem. Roman. *conſ.418. In eo quod, num.2. ver. secundo principaliter.* vbi, quod sicut ex longa possessione in communi præsumitur communio; ita ex longa possessione pro diuiso præsumitur diuisio; quia à pari iudicantur actus confectio & actus dissolutio, & ibi apostilla prima, quæ dat plurimos concord. & dicit * communem. † Amplia, quia sicut is, qui * 16 non obligatur tanquam singularis successor rei, ad personalem actionem sui authoris, ita non potest velle vti actione, vel conuentione personali sui authoris, vt contrariorum eadem sit disciplina; quia non debet audiri postulans id, cuius contrarium non esset postulaturus, sed impugnaturus. Castren. *cons.330. Visis, col.2. ver. nec etiam transit, lib.1.* † Amplia quia si aliquid reperitur conces- 17 sum ex iustis causis, prout quod subditus eximatur; à domino, si subest iusta, & rationabilis causa, ita in casu contario reperitur negatum ex iniustis, & non rationabilibus causis, vt contrariorum sit 18 eadem ratio, & disciplina. Rom. *conſ.37. Viſo puncto, in pr.* † Amplia, quia ex regula, quod contrariorum est eadem disciplina, licitum est arguere à contrio; ideo dicit Roma. *conſ.70. num.8.* quod sicuti si quis respondeat possidere rem vt suam, & possideat vti alienam, ob mendacium priuatur possessione; ita in casu conuerso, si dicat possidere vt alienam, & possideat vt suam, debet priuari. † Ex- 19 tende, quia sicuti is, qui donat, legat, vel pignorat instrumentum vel chirographum censetur pignorare creditum vel obligationem in instrumento, vel chirographo contentum, ita vt contrariorum eadem sit disciplina; qui cassat vel annullat instrumentum, vel chirographum censetur annullare, vel cassare debitum in eo contentum. Roman. *consilio 57. In causa vertente, numero 3. verſiculo ex prædictis ergo*, vbi apostill. in *verſiculo intelligantur.* † Amplia, quia sicuti 20 pater legitimando naturalem, si habet filios legitimos & naturales, debet de eis facere mentionem, alias legitimatio est subreptitia, ita vt etiam contrariorum eadem sit disciplina, si non habet filios legitimos & naturales, non debet facere mentionem, quod non habeat. Roman. *consilio 194. In proposita consultatione, numero 5. verſiculo iis tamen non obſtantibus*, vbi apostill. in *verſiculo non requiritur*, dat concord. † Amplia, quia sicuti ad ampliandum fauorem non 21 requiruntur actus continuati, sed sufficiunt interpolati, ita à contrario sensu ad inducendam pœnam requiruntur actus continuati, & non sufficiunt actus interpolati, vt operetur oppositum in opposito, sicut propositum in proposito. Roman. *consilio 236. Vt præmissa consultatio, numer.7. verſic. quarto considero.* † Amplia, quia 22 sicuti bona fides procuratoris specialis mentis pro domino sciente, rem esse alienam, non purgat malam fidem domini, ita è conuerso si procurator specialis sciret rem alienam emisse, domino ignorante, mala fides procuratoris non noceret bonæ fidei domini, vt contrariorum sit eadem disciplina. Roma. *conſ.289. In præsenti consultatione, in fi. ver. præterea qua ratione.*

† Amplia, quia qui sentit commodum, debet sentire & in- 23 commodum. *l. secundum naturam ff. de reg. iur.* † Extende, quia so- 24 cii passionum debent esse etiam socii consolationum, *c.1. de sepult.* neque plus est onus ab altero agnosci, & compendium ab eodem auferri. Crauet. *conſ.333. numer.19.* † Extende, quia remoto vno ex 25 contrariis, & sic commodo, remouetur & onus. Crauet. *d. conſil.* 333. *num.19.* † Limita; quia non procedit, quando militat 26 diuersa ratio. Alexand. *conſ.111. Videretur, num.* 13. *verſicul. quod contrariorum, lib.7.*

Con-

Contraueniens promissis reprobus dicitur. Conclusio. 1014.

1 INDEVOTVS † dicitur, qui excogitatis artibus, & quasi legitimis velamentis suum promissum infringere nititur, *l. si quis argentum, §. si. C. de donat.* Anchar. *cons.* 295. *Pro clariori, num.* 2. Vide, *Cauillationes & figmenta sunt fugienda. Concluſ.* 133. † Extende maxime in Papa & Principe; quia hoc dicitur reprehensibile, quorum dispo-
3 sita debent pro lege seruari. Anchar. *d. cons.* 295. *numer.* 2. † Amplia; quia is, qui non seruat promissa, non potest conqueri, si sibi etiam promissa non seruantur, *l. cum proponas*, vbi Iaſ. *la secunda, num.* 4. &
4 *seq. C. de pactis.* † Extende; quia is, qui obtinuit à suo creditore remitti partem, si soluat residuum intra sex menses eo non soluente in termino promisso potest conuenir iad totum, nec admittitur ad purgationem moræ, quando interuenit iuramentum, vel
5 longa mora. Io. de Imol. *cons.* 15. *per totum*, vbi est casus. † Extende; quia obligatus soluere in pluribus terminis cum iuramento, si deficiat in primo termino, potest conueniri ad totum secundum
* * communem. Cagnol. in *l. si quis maior, nu.* 59. *C. de transact.* Roland. à Valle *cons.* 31. *nu.* 6. & 7. *lib.* 2. Brun. *cons.* 46. Ruin. *cons.* 172. *in princ. lib.* 4. Mathesil. *Singul.* 50. Afflict. *decis.* 30. Io. Baptista de sancto Seuerino in *tract. de transactio. quæst.* 15. *num.* 3. vbi, quod procedit hæc
* pœna ex periurio. communem * Bologni. *d. l. si quis maior, num.* 33. *C.*
6 *de transact.* † Declara, vt per Curt. Iun. in *l. lecta, num.* 26. *ff. sicert. pet.* vt procedat, quando facto primo contractu conceditur dilatio ex alio contractu; quia si iurans deficit, cadit à contractu dilationis; secus si à principio contractus primi debitum est ad tempus; quia
7 non potest compelli statim soluere. † Declara, vt non procedat, etiam si iurauit soluere secundum naturam contractus, vt ratione emphyteusis. Bald. in *l. placet, num.* 3. vbi Iaſ. *nu.* 16. *C. de sacros. Eccles.* Bologni. in *l. si quis maior, num.* 33. *C. de transact.*

Contrauenire quando quis dicatur voluntati testatoris. Concluſ. 1015.

1 HÆRES, † vel legatarius iussus esse contentus, & non posse inferre controuersiam, vel brigam certæ personæ sub pœna, non dicitur contrauenire, si in casu denegationis legati, vel portionis petat via iuris, quod sibi debetur; secus, si directo veniret contra iussum testatoris. Bald. *cons.* 464. *Incipiendo à primo, numer.* 4.
in s. & num. 5. *versic. sed hoc verum, lib.* 2. Vide, *Hæres non implens volun-*
2 *tatem defuncti quando priuetur. Concluſ.* 54. † Et dicitur contrauenire nedum is, qui facit contra, sed etiam is, qui non implet id, ad quod tenetur, vel iubetur. Crauet. *consil.* 1. *numer.* 3. *versicul. iste vero hæres.* vbi loquitur in instituto, dummodo matrimonium contra-
hat cum consilio patris, vel alterius; quia licitus est iussus. Vide,
Impugnans aliquid non potest se fundare ex eo, & è conuerso. Concluſ. 57.
3 † Amplia; quia ignorans nunquam dicitur contrauenire conditioni potestatiuæ. Bald. *cons.* 464. *numer.* 6. *versic. sed hinc dubitatur,*
4 *lib.* 2. † Amplia; quia filia iussa non posse aliquid petere de bonis testatoris sub pœna amissionis relicti, non prohibetur petere dotem maternam. Bart. in *l. vt iurisiurandi, § si liberi, ff. de oper. lib.* sequitur
5 Cuma. *consil.* 51. *Quando Ambrosius. in princip.* † Amplia; quia si testator prohibuit hæredem suum non posse inferre quæstionem, vel controuersiam aliquo modo, vel iure filiæ testatoris sub pœna priuationis, intelligi debet de quæstione non iuridica, secus est, si iuridice infert quæstionem. Cuma. *d. cons.* 51. *numer.* 3. *versic. præcipue*
6 *cum testator.* Bald. *cons.* 397. *lib.* 4. † Amplia; quia si testator prohibet sub pœna priuationis filium aliquid petere posse de bonis suis, intelligi debet deducto ære alieno; ideo filius non cadit in pœnam, si inferat quæstionem pro ære alieno, Cuma. *d. consil.* 51. *per*
7 *totum.* † Amplia, quia non committit pœnam prohibitus non molestare sub pœna, si non perseuerat vsque ad sententiam, Cu-
ma. d. consil. 51. *numer.* 3. *in fin. versicul. dicendum videtur.* Vide, *Molestare*
8 *prohibitus sub pœna quando incurrat pœnam. Concluſio.* 306. † Amplia; quia prohibitio hæredis, vel legatarij, ne possit molestare cohæredem sub pœna amissionis, non comprehendit petitionem, quæ oritur ex eodem testamento prohibentis; quia debet illud implere is, qui mandatur non molestari. Bald. *consilio* 397. *Videtur de iu-*
9 *re, lib.* 4. *per totum.* † Extende maxime, quando lata fuit sententia fauorabilis contra eum, qui mandatur non molestari, & transi-
10 uit in iudicatum, Bald. *consilio* 397. *per totum, lib.* 4. † Amplia; quia is, qui promisit sub pœna non contrauenire laudo, nec supplicare Principi, non incurrit pœnam ex sola supplicatione obtenta; quia requiritur, quod sit vsus in iudicio. Vide, *Pœna compromissi*
11 *quando committatur, si laudum non impletur. Concluſio.* 253. † Extende; quia sola vocatio in ius non facit libertum incidere in pœnam vocantem dominum sine venia, *l. libertus aduersus. ff. de in ius voc.*
12 † Extende, quia dolosus, qui pro eodem negocio vexat reum in diuersis iudiciis, carere debet vtroque rescripto, *cap. ex tenore, de rescript.* tamen non procedit ex sola impetratione, si non fuit vsus. *
13 Felin. *d. c. ex tenore*, vbi dicit * communem. † Amplia; quia is, qui promisit non contrauenire, neque supplicare sub pœna, si supplicat, & narrat promissa à se ipso, & obtinet rescriptum, non incurrit pœnam aliquam, etiam si in iudicio vtatur rescripto. Iaſ.
14 in *l. si quis maior, in* 7. *not. C. de transact.* Felin. *d. c. ex tenore, colum.* 2. *versicul. intellige, de rescript.* Card. *consil.* 25. † Limita, quia si statutum permittit aliquem posse ædificare balconem super via ad velle suum absque contradictione alicuius, talia verba tollunt contradictionem de iure, & de facto, & reddunt inhabilem volentem nunciare nouum opus, Bartol. *consil.* 64. *Super puncto, per totum.* maxime *in fin. lib.* 1. vbi, quod verba, *ad suum velle*, dant beneplacitum, & liberam potestatem contradictioni subnixam. † Limita; quia
15 si prohibitio est facta; ne molestetur iuste, neque iniuste animo remittendi ius suum, tunc committitur pœna ex molestia etiam iuridica. Cuman. *d. consil.* 51. *in fin. versicul. lex autem.* † Limita, quia
16 verbum, *contrauenire.*, est latum, & pingue; ideo is, qui promisit non contrauenire, ex sola interpellatione, vel supplicatione super contrauentione incidit in pœnam. Angel. *cons.* 326. *Ex themate, & actis, numer.* 2. *in fin. versicul. licet igitur.* Anchar. *cons.* 382. *Retento or-*
dine. numer. 8. † Et quod verbum, *contrauenire*, importet quouis
17 modo contraueniatur, & omnem modum contrauentionis, siue interpellando iudicem, & sic intentando officium Iudicis nobile, vel supplicando Principi, & sic per viam supplicationis, vel non implendo promissa, plene Angel. Aretin. *consil.* 10. *Viso dicto statuto,*
nu. 16. *& seq. versic. tertio pondero.* † Extende, etiam si factum nul-
18 lum superioris accessit, puta supplicauit transigens minor, vt tollatur iuramentum, & Episcopus non citata parte substulit iuramentum nulliter, incurrit pœnam *l. si quis maior, C. de transact.* Anchar. *cons.* 382. *numer.* 8. † Extende, quia non est locus purgationi
19 moræ, quando quis incidit in pœnam, quia contrauenit transactioni iuratæ, quia pœna ipso iure infligitur. Angel. *cons.* 326. *num.*
3. in fin. versic. secundo probatur. † Extende, vt procedat etiam in con-
20 tractu stricti iuris, quando fuit contrauentum, siue simus in actu momentaneo, siue successiuo. Angel. *d. consil.* 326. *numer.* 3. *versicul.*
descendamus, vbi limitat, quando essemus in contractu bonæ fidei, & in contrauentione actus successiui, vide eum, qui reprobat in
hoc Bartol. Vide, *Mora an possit purgari, vel non. Concluſio.* 377.
† Restringe, quia limitatio non habet locum, quando esset pro-
21 missum non mouere controuersiam, neque quæstionem, quia non dicitur contrauentum, nisi per citationem iudicialem, vel per litis contestationem. Angel. *d. consilio* 326. *in princip. vsque ad numer.* 3.

Contrauenienti non applicatur res, quæ cadit in commissum. Concluſ. 1016.

APPLICATIO † eorum, de quibus alius priuatur ob con-
1 temptam, vel non seruatam voluntatem defuncti, fieri debet aliis, qui eandem voluntatem seruauerunt, vel seruare possunt, non autem illis, qui contrauenerunt. Oldrad. *cons.* 16. *quæst.* 3. alias si nō adsunt, qui possint seruare, vel omnes contrauenerint, applicatio fit fisco, vt ibidem tanquam ab indigno. † Amplia, vt idem
2 sit, quando legatum fuit factum indigno, & fuit grauatus restituere capaci; quia fisco non applicatur legatum, sed debetur substituto, quando cessat fraus, non autem fisco, neque venientibus ab intestato. Oldrad. *cons.* 39. *Thema tale legatum.* † Amplia, quia ne-
3 dum non applicatur pœna contrauenientibus, sed imo neque possunt allegare, quod ab aliis fuerit contrauentum, cum etiam ipsi contrauenerint. Bald. *cons.* 482. *Magnifici viri, in princ. ver. alij igitur, lib.* 1. † Amplia, quia si in contractu sit conuentum, quod per
4 contrauentionem recedi possit, & nullitas contractus inducatur, intelligi debet ad fauorem eius, cui est facta contrauentio, non autem ad fauorem contrauenientis, ne ex mora & culpa sua commodum quis consequatur. Anchar. plene *cons.* 141. *in princip. & per totum.* Vide, *Hæredi ob non implementum priuato, cui debetur hæreditas.*
Concluſ. 56.

Contumacia quid sit, & operetur. Concluſ. 1017.

CONTVMACIA † est delictum fictum, quia statutum, quod
1 contumax habeatur pro confesso, debet intelligi de delicto ficto, non vero. Baldus *in l. si filio, la seconda ff. solut. matr. & in*

l.& in multis, C. de appell. late. Marsil. in *praxi*, §. *postquam*, *num.* 12. Bart. plene in sua *qu.* 3. *Perusinæ ciuitatis*, *in prin. num.* 6. *ver. sexto sic*, vbi quod contumacia est delictum, & maleficium, *l.* 1. *ff. si quis ius dic. nō obtemper.* † Contrarium, quod contumacia per se non sit delictum. Felin. * in *c. ex litteris*, *de constit.* vbi dicit magis † communem. † Declara, quia plus non operatur confessio ficta ex contumacia, quam operaretur confessio vera delicti. Plot. *cons. crimin. diuers.* 72. *n.* 31. *& seq. lib.* 2. Thob. Noni. *cons.* 104. *num.* 7. *& seq. & num.* 18. *cum seq.* Cephal. *consil.* 79. *numer.* 11. *lib.* 1. † Amplia; quia contumacia est delictum, *l. omne delictum*, *in princ. ff. de re milit.* Io. de Anania *consil.* 48. *Circa præsentem*, *num.* 3. Iaso. in *l.* 1. §. *fi. ff. si quis ius di. non obtemper.* vbi, quod si condemnatus ob delictum potest impune offendi, poterit etiam offendi condemnatus in contumaciam tanquam delinquens. Alexand. *cons.* 120. *colu.* 2. *lib.* 7. † Et quod contumacia sit delictum, etiam in minore, in tantum, quod si est pubes, non restituatur; quia aduersus delictum minori non subuenitur. Abb. *cons.* 29. *In quæstione*, *colu.* 6. *in fin. ver. quoad tertium*, *lib.* 2. † Extende, quia contumacia est crimen, vel delictum. Io. de Anania *cons.* 25. *num.* 5. † Et dolo æquiparatur contumacia. Io. de Anania. *d. cons.* 25. *numer.* 5. † Declara, quia est dolus fictus, qui prouenit ex contumacia, ideo minor, mulier, & rusticus excusantur. Bartol. in *l.* 1. *ff. de minor.* † Restringe, quando contumacia inducit probationem delicti, prout quod contumax habeatur pro confesso tunc non dicitur delictum, sed probatio delicti. Corne. *consil.* 97. *lib.* 4. † Amplia, quia contumacia operatur eosdem effectus, quos operatur delictum, ideo sicut procurator ex delicto non potest facere incidere dominum in pœnam, ita nec etiam ex contumacia, quæ est delictum. Io. de Anania *cons.* 25. *num.* 5. † Contrarium dicit idem Io. de Anania, quod contumacia actoris nocet minori, licet competat restitutio minori, sed dicit, quod nocet, non vt in pœnam incidat. † Amplia, quia contumacia operatur multa, quod verus contumax non appellat, quod perdit priuilegium, quod habetur pro confesso, & aliqua alia, de quibus infra in rubricis separatis. † Amplia, quia contumacia operatur, quod minor indefensus patitur primum decretum, quando fuit legitime citatus tutor, vel curator, si habet, & si non habet, quando sunt citati legitime proximiores agnati, quia si non defendant, contumacia nocet, vt detur missio in possessionem bonorum pupilli propter contumaciam, secus propter non solutionem. Io. de Imol. *cons.* 110. *In causa*, *quæ vertitur*, *num.* 4. *& seq.* Vide, *Contumacia operatur multa*, *& quando cessat. Conclu.* 1019. † Declara, vt per Roma. *cons.* 454. *per totum*, quando citati sunt personaliter, vel facta diligentia ad domum, alias si ad domum sine diligentia, non dicitur minor contumax, & indefensus, & idem si essent legitime citati, sed actor non comparuit. † Amplia; quia imo contumacia est hæresis, seu potius dicitur hæresis, *c. si qui presbyteri.* 81. *distinct.* Abb. *cons. super Concilio Basilien. si, in vertio dubio*, *num.* 9. † Item contumax dicitur infidelis, *c. nullus.* 38. *distinct.* Abb. vbi supra. † Limita, quia contumacia non nocet contumaci, quando actor est in dolo, vt quia scit competere absenti exceptionem, & expectauit, vel procurauit absentiam, quia tunc non valet aliquid contra contumacem. Roma. *cons.* 454. *nu.* 9. vbi apostil. Ruin. *cons.* 160. *num.* 26. *& seq. lib.* 2.

Contumax, seu contemnens præceptum quis dicatur, & qualiter probetur. Concl. 1018.

1 CONTEMPTVS † seu contumacia non potest considerari, nisi vbi adesse debuit obedientia, *l. contumacia*, §. *contumaces*, *ff.* 2 *de re iudi. l. non videtur*, *ff. de iud.* Oldra. *cons.* 301. *in princ.* † Et ideo contumax dicitur, qui in termino sibi præfixo à iudice vel exequutore ad referendum superiori monuit partes, & præfixit terminum ad comparendum coram superiore si non comparuit; & ideo contra eum absentem tanquam contumacem potest procedi. Gemin. *consil.* 109. *numer.* 3. *ver. ad tertium.* † Amplia, quia non minus dicitur 3 contemnere præceptum is, qui præceptatus, vt dissumbret, paruit, postea possessionem iterum ingumbrauit, quam is, qui nullo modo dissumbrauit, quia dissumbratio debet esse permanens, & duratura perpetuo. Bart. in *l. sicut*, §. *consentaneum*, *num.* 2. *ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solu.* Vide, *Contemnere quando quis dicatur*, *vel non. Concl.* 963. Vide, *Præcepto superioris non obediens qua pœna plectatur. Concl.* 478. 4 † Probatur contumacia per scripturam, & onus incumbit alleganti quem contumacem, sicuti etiam is, qui dicit iudicem non competentem. Vide plene Mascard. *Conclus.* 449. *Contumacia.* vbi, quod requiritur trina citatio, vel peremptorium, vt quis sit contumax in non comparendo, & quis dicatur contumax.

Contumacia operatur multa, & quando cessat. Conclu. 1019.

CONTVMAX † de iure communi patitur missionem in pos- 1 sessionem ex primo decreto, *l. consentaneum*, *C. quomodo & quando iudex.* Docto. in *l. si finita*, §. *Iulianus*, *ff. de damno infecto.* Vide, *Missio in possessionem contra contumaces quando facienda*, *vel non. Conclusio.* 287. † Extende, quia contumacia puberis citati, & qui passus 2 est missionem ex primo decreto in exequutione iudicati, non restituitur, etiam si velit cauere de iudicio sisti, & reficere expensas; quia debet soluere, ex quo aduersus delictum non subuenitur ei, & contumacia est delictum. Abb. *cons.* 29. *in fin. colu.* 3. *ver. quoad tertium*, *lib.* 2. *per totum.* † Restringe; quia cessat contumacia per mor- 3 tem. *auth. de nupt.* §. *deinceps.* † Restringe, quia contumacia non tran- 4 sit ad hæredes, *l. manifeste. ff. de iureiur.* † Restringe, quia cessante 5 contumacia cessat missio in possessionem, *l. si ante*, vbi Socin. in 1. *not. ff. de except. rei iud.* † Amplia; quia contumax habetur pro con- 6 fesso. Vide, *Statutum circa contumaces*, *vt habeantur pro confessis. Conclus.* 496. † Amplia; quia obligatus à lege, vel à testatore ad ali- 7 quid implendum, faciendum, vel exequendum, si interpellatus vt faciat, recusat facere, & est contumax in præiudicium sui, actus habetur pro exequuto Roman. *consil.* 523. *Quæstio discutienda*, *nu.* 16. *in fin. ver. secundo probatur sic*, vbi, quod Papa scandalizans Ecclesiam notorie, vel hæreticus, qui tenetur cedere papatui, non cedit, requisitus habetur pro cedente, ac si cessisset in sui præiudicium. † Idem est in fideicommissario obligato restituere, si 8 requisitus non restituit; quia habetur restitutio pro facta. Roman. *d. consil.* 523. *numer.* 17. vbi apostilla in *ver. abdicaret.* † Idem est in 9 procuratore obligato cedere iura; qui requisitus si recusat; iura habentur pro cessis. Roman. *d. consil.* 523. *num.* 17. vbi dicit * com- * munem. † Amplia, quia contumacia operatur alios effectus, de 10 quibus supra, *Contumacia quid sit*, *& operetur. Conclusio.* 1017. † Am- 11 plia, quia contumacia habet vim contestationis litis in causis in quibus contra absentem potest procedi ad diffinitiuam. Bartol. in *extrauag. ad reprimendum*, *in ver. contestata.* † Limita quia de iure 12 communi contumacia non operatur, quod quis habeatur pro confesso. Bart. in *extrauag. ad reprimendum*, *in versic. receptionem*, *in fin.*

Contumacia delinquentis quando probet delictum, vel non. Conclus. 1020.

CONTVMACIA † delinquentis probat delictum, quando in 1 contumaciam condemnatur tanquam delinquens; quia quoad eum habetur pro veritate; sicut si contra præsentem fuisset sententia lata. Fulgos. *consil.* 71. *Mulier maritum*, *numer.* 3. *ver. nec rursum refragatur*, quod est repetitum per Castren. *consil.* 269. *Ad primum*, *colum.* 1. *ver. rursum*, *lib.* 1. Bartol. in sua *quæst.* 3. *incip. Perusinæ*, *in princip. numer.* 6. *versi. sexto sic.* vbi arguit à sufficienti; quia si constat de delicto, habemus intentum, si non constat, idem est; quia est contumax, quæ contumacia est delictum, *l.* 1. *ff. si quis ius dic. non obtemper.* Vide, *Contumax condemnatus non dicitur condemnatus ob delictum*, *& quando secus. Conclusio.* 1022. † Extende; quia si donata- 2 rius principis aufugit, imputatur de ingratitudine ex sola contumacia, si confiscantur bona, probatur quoad eum ingratitudo, licet requirat claras probationes; secus quoad tertium. Io. de Imo. *consil.* 35. *num.* 21. *versic. item posset esse*, *& in fin. numer.* 28. *ver. circa vltimum.* † Extende etiam ad finem occupandi bona feudalia con- 3 demnati in contumaciam, quia probat confiscatio, & bannum factum in contumaciam. Io. de Imol. *d. consil.* 35. *in fin.* † Amplia; 4 quia contumacia, ex qua oritur ficta confessio, præiudicat contumaci, vt probet delictum contra eum, & eius hæredem. † Ex- 5 tende; quia non admittitur reuocatio talis tacitæ confessionis, quando sumus in delictis, in quibus ipso iure, prout in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & similibus, quis punitur. Bartol. in *l. Imperatores*, §. *si is*, *ff. de bonis eorum*, *qui ante sent. mortem sibi.* † Extende 6 regulariter, quando transiuit in iudicatum confessio ficta. Bald. in *l.* 1. *numer.* 16. *ver. quid ergo dicemus*, *C. ex delict. defuncti in quantum hæres. & in l. is*, *apud quem*, *numer.* 26. *versi. secundo quæritur*, *C. de eden.* Ang. in *l.* 2. *in princip. C. qui test. facere poss.* Imol. in *l. qui à latronibus*, *la secunda*, §. *si quis in capitali*, *numer.* 10. *ver. & hoc quando*, *ff. de testam.* Decian. *in c. cum speciali*, §. *porro*, *numer.* 2. *ver. sed tamen videtur*, *de appell.* Arimin. ad Angel. *de malefi. in ver. qui dominus iudex*, *numer.* 47. *ver. quid si.* vbi dicit ita practicari. † Extende, quia contumacia contra 7 vnum nocet alteri, cui delictum est commune. Alexand. *consil.* 65. *lib.* 1. *numer.* 10. *& consil.* 12. *in fin. lib.* 2. Grammat. *consil.* 77. *num.* 19. *& consil.* 14. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 474. *num.* 48.

Amplia; † quia contumax inquisitus de delicto, si fuit citatus ad 8 totam

totam causam,& etiam personaliter ad sententiam, probatur delinquens; ideo sententia lata contra eum iustificatur. Io. de Anan. *consil.1.num.11. ver.tertio poterit*, vbi Lud. Bolog. *in additio. numer.20.*

9 Extende; † quia imo citatus etiam ad domum pro delicto,de quo inquiritur,ad sententiam, si est contumax, probatur delinquens.

10 Lud.Bolog.*d.cons.1.n.20.* † Extende maxime,quia probatur delictum ex contumacia,quando extat statutum, prout est per totam Italiam,quod contumax habeatur pro confesso.Io.de Anan.*d.cõs.*

11 *1.n.10.* † Declara;quia prædicta procedunt quoad alias pœnas,nõ autem quoad infamiam,quia dato,quod condemnatus pro crimine efficiatur infamis,tamen condemnatus ex contumacia,vt quia plene non est probatum delictum,de iure communi non efficitur infamis, sicuti neq; etiã efficitur infamis, licet ex forma statuti habeatur pro confesso,nisi statutum imponat pœnam infamiæ. Bart. plene *consil.111. Quæritur,n.6.ver.hoc præmisso,lib.1.* quod est Bar.Fran. Tigrini,& Vgonis Pelloli.Iul.Clar.*in prax.crim.§.fi.q.71.nu.3.* † Li-

12 mita;quia licet iudex ad criminalia condemnans furem,vel homicidam pro delicto possit etiam condemnare ad damna parti læsæ, illud tamen non procedit,quando condemnatio fit ex contumacia pro delicto,ita Iul.Clar.*in praxi crim.q.2.nu.2.ver.vnum tamen no-*

* *ta*,vbi allegat Rol.à Valle *consil.30.nu.18.lib.2.* qui dicit * commu-

13 nem. † Declara,vt procedat limitatio,quando ex diuersis legibus oritur actio publica & priuata,sed si ex eadem lege oritur,tunc sicuti actio publica,& condemnatio fit ex contumacia,ita etiam priuata,ne diuerso iure censeatur.Clar.*d.praxi crim.q.2.n.2.ver.illam ta-*

14 *men intellige.* † Limita, quia vbicunque tertius punitur ex delicto alterius, nunquam potest puniri, si delictum est cum contumace punitum,quia debet tertius vocari,& cum eo fieri probatio.Non.

15 *consil.95.in fi.* plenius *consil.94. per totum.* † Extende , etiam si statutum,prout Perusij,dicat, quod contumax habeatur pro confesso, quia procedit quoad eum, nõ quoad alios obligatos pro eo.Non.

16 *consil.94.num.5.* † Restringe, quando extaret statutum, prout Perusij quod si contingat filium condemnari pro homicidio,tot bona patris censeantur confiscata ad quantitatem legitimę:commu-

** nem, * & magis * communem dicit Non. *consil.94. num.9. & seq.*

17 licet dicat contrariam esse tenendam , vti æquiorem. † Limita in crimine falsi , quia fuga & contumacia Notarij non aggrauat partes, quibus confecit instrumentum , sed solum Notarium de falso inquisitum.Castr. *consil.186.Super primo, col.2.num.5. ver.super quarto,*

18 *lib.1.* † Limita , quia licet contumacia fugitiui mercatoris faciat eum haberi pro fugitiuo ex tacita confessione resultante ex contumacia , tamen istud est verum contra solum contumacem ; non contra alium.Cuma.*consil.146.Simon & Helias,num.5.*&idem in alio delicto Fulg.*consil.71.num.3.ver.nec rursum refragatur.* Ioan. de Imol. *d.consil.35.num.21.ver.item posset esse.* Anton.de Butr.*consil.5.num.2.ver. item si sententia*, vbi apostilla *in ver.contumacem*, qui dicunt,quia censetur lata ob contumaciam.Abbas *consil.66.Quanquam in princ.lib.2.* Rom.*consil.154.Iudicium,num.3.in fin.cum seq.ver.ijs tamen.*vbi apostilla.*in ver.lata est*,vbi citat plures concord.Alex.*consil.113. Visa conclu-*

19 *sione,numer.5.ver.ad illud autem,lib.7.* † Extende, quia istud generale in omni materia , quia sententia lata contra vnum ex ficta confessione resultante à contumacia non nocet tertio.Rom. *d.consil.154. num.5.ver.secundo ex generali.* vbi apostilla *in ver.noceret*,citat concord.

☞ Vide,*Sententia lata contra vnum quando alteri præiudicet,vel non.Conclus.*

20 *174.* † Extende , quia sententia in ciuilibus lata contra contumacem præsumitur potius ob contumaciam , quam ob malum ius; ideo nunquam præiudicat tertio , etiam si producta sint iura ab eo , qui obtinuit , plene Roman. *consil. 329. Præsens consultatio,*

21 *num.10.& 11. ver.est enim iuris.* † Extende in casu contrario , quia si fideiussor, vel alius comparens obtineat sententiam absolutoriam, non iuuabit contumacem condemnatum.Cæpol.*consil. 64.col.pen.*

22 Declara † totam istam materiam , quia stante statuto,quod dominus teneatur pro seruo , pater pro filio delinquentibus,si non probatur delictum aliter,quam per contumaciam , non tenentur dominus,neque pater,sed si filius , vel seruus esset præsens , & confiteretur , dicitur probatum delictum , & pater , & dominus tenentur , prout etiam tenerentur pro condemnato in contumaciam, quando statutum non respicit delictum , sed exequutionem condemnationis,veluti si dicat statutum,pater teneatur soluere condemnationem filij,ita plene Clar.*in praxi.crimin.§.fin.q.86.num.9.*

23 * *ver.sed quæro*,vbi dicit * communem. † Extende, quia neque vera confessio delinquentis potest nocere fideiussori, si aliunde non constat de delicto. Vide,*Confessio vnius quando noceat, vel prosit alteri.*

24 *Concl.662.* † Extende, quia contumacia principalis delinquentis non probat delictum contra mandantem , vel alium , qui dicitur culpabilis.Bal.*cons.259.Verba inquisitionis,in fi.ver.item per cõtumaciam,*

25 *lib.1.*Moron.*de treuga & pace,q.182.in fi.* † Extende, quia pœna tenere debet solos delinquentes.Vide, *Pœna debet tenere solos delinquentes. Concl.212.*Contumacia est pœna,ergo. † Extende,quia statutum, 26
q. pater teneatur soluere pœnam pro delicto filij.nõ haberi locum, si in contumaciam filius sit condemnatus.Vide,*Statutum circa obligationes,quod vnus teneatur pro alio.Concl.606.* † Extende idem in auxiliante,quia nõ potest condemnari de auxilio,nisi cõstet de principali delinquente , & non sufficit contumacia, vel condemnatio in contumaciam principalis secundũ communem. * Clar.§.*fin.q.* * 27
90.n.6.ver.scias etiam,licet dicat non seruari Mediolani. † Extende 28
idem in patre obligato pro delicto filij,vel è cõtra vigore legis,vel statuti;quia debet intelligi,si constat vere de delicto,nõ si per contumaciam,etiam stante statuto,quod confessus dicatur contumax communem * dicit Clar.§.*fi.q.86.nu.9.ver.sed quæro.* † Restringe, *29
quando statutum diceret,quod pater teneatur soluere cõdemnationẽ filij.quia quomodocunq;fiat,obligatur.Clar.*d.q.86.*in fi.*Restringe, † quando filius esset captus,& confiteretur.Clar.*d.q.86.in* 30
*fi.*vbi de * cõmuni. † Limita. quia quamuis instrumentum falsum * 31
in vno reddatur falsum in omnibus, secus est, quando ex cõtumacia facta est declaratio falsi,plene Alciat.*in tract.de præsumpt.in 3.parte , c.22.* vbi multa exempla ponit. † Limita , quia licet auxiliator 32
non possit puniri,si non constat de principali delinquente;non tamen constabit de delicto principali , si ex sola contumacia principalis delinquens est condemnatus,communem * esse doctrinam * dicit Bart.*in l.ii,qui rem,§ si tu Titium,num.2.ff.defurt.* vbi Alex.in apost.dicit * communem, & quod omnes eundem sequuntur , & * quod ita etiam seruatur in practica. † Declarat Clar.*d.§.fin.q.90.* 33
n.6.ver.sed certe , quod imo contrarium seruatur Mediolani , etiam ex sola contumacia , & quod est optima practica. † Limita , quia 34
scriptura ex contumacia recognita,licet probet contra contumacem,non tamen contra tertium. Rebuff. *tract.de chirograph.fol.183. num.26.*Couarru.*var.resol.lib.2.cap.11.num.4.* † Limita,quia contu- 35
macia filij,quæ facit eum delinquentem, non operatur contra patrem,vt teneatur dare legitimam,nisi probetur delictum Moron. *de treuga & pace,quæst.183.* † Extende idem in filio condemnato ob 36
delictum ex confessione ficta resultante ex contumacia,quia non poterit exequi contra partem in peculio filij,siue aduentitio , siue profectitio. Roma. *d.consil.154.num.3. & seq.in fin.ver.ijs tamen* , vbi apostilla *in ver.lata est.* † Extendit Abbas *consil.66. Quanquam, num.* 37
2.ver.nec obstat,si dicatur,vt neque quoad proprietatem , quæ est filij in aduentitio peculio, possit fieri exequutio, quando filius est sub patria potestate , quia nullo modo potest disponere , neque testari, minus etiam delinquendo distrahere potest. † Extende, quia 38
si statutum mandat, quod filius familias, si delinquat, puniatur in pœnam expressam , & pater teneatur pro eo soluere ex portione sibi obuenienre diuidendo bona,ita quod medietas sit patris , alia filij seu filiorum , si habetur pro confesso in contumaciam , patri non nocet talis sententia ex ficta confessione.Bart.plene *consil.116. Perusinæ ciuitatis statuto, lib.1.per totum.* † Extende in statuto Floren- 39
tiæ,quod pater teneatur pro filio mercatore cessante de suo , quia licet statutum valeat factum à ciuitate , secus si à collegio mercatorum,tamen intelligitur,quod cessatio &fallimentum sit ex causa mercantiæ,& si filius in contumaciam est condemnatus,non citato patre,talis condemnatio non afficit patrem,nisi citetur,etiam si ex forma statuti filius habeatur pro confesso , si sit contumax, plene Alex.*consil.113.Visa conclusione , per totum , lib.7.*maxime *n.5.ver. ad illud autem.* †Declara,quia cõtumacia operatur, quod facilior & 40
leuior probatio sufficit.Moron.*d.quæst.183.num.4. & seq.*licet *quæst.* *184.*dubitet quoad pœnam ordinariam. † Limita pluribus casi- 41
bus,de quibus per Rol.à Valle *cons.94.num.12.& seq.ver. supereſt modo.lib.3.*vbi ponit multa exempla,in quibus contumacia & sententia super contumacia lata non idem operatur, quod veritas, neq; contra tertium,& alios casus ponit *cons.29.num.23.& multis seq.*vbi late de hoc , & plures etiam ponit Moron.*de pace , q.182. per totam*, vbi,quod est priuilegium speciale , & non extenditur. † Declara 42
omnes limitationes;quia probat contumacia contra fideiussorem & tertium,qui habet regressum contra contumacem, & potest ab eo releuari,alias secus. Vulpel.*de treuga & pace, quæst.104.* † Limi- 43
ta,quia licet vt reuocetur donatio ob ingratitudinem, velex causis, de quibus *in l.fi.C.de reuoc.donatio.* requirat claras probationes, tamẽ contumax principis donantis potest priuari , & probatur ingratitudo ex contumacia quo ad eum, nõ tamen quoad alios creditores,neque quoad tertium Io.de Imol.*d.cons.35.num.21.ver.item posset esse dubium,& in fi.dicti consilij,n.28.ver. circa vltimum.* † Declara 44
omnes limitationes,vt non procedant stante statuto,quod contumax habeatur pro delinquente,quia præsumptio , quæ resultat ex tali statuto , habetur pro vera probatione quoad omnes. Ioan. de Imol. *dict.consil.35.numer.22.*allegat glosse.*in l.tutor,Cod.de peri.tuto.*

45 Non † tamen efficitur talis condemnatus ex ficta confessione infamis, prout fieret, si ex vera probatione delicti, quando tale statutum non imponit pœnam infamiæ. Bart. *d. consil. 111. numer. 6. lib. 1.*
46 Limita, † quia condemnatus in contumaciam si moritur, pœna non potest exigi contra hæredem, quia contumacia, quæ præiudicabat delinquenti, nō præiudicat heredi eius, si non est exequuta eo viuente. Bart. *consil. 91. Factum taleproponitur, lib. 2.* vbi adducit rationem; quia duo requiruntur, vt pœna transeat ad hæredem, quod sit lis contestata, & post litem contestatam sequuta sit con-
47 demnatio, alias non transit ad hæredem. † Contrarium tenet idem Bart. *in l. ex iudiciorum, num. 2. ver. quæro pone. ff. de accusat.* vbi apo-
48 stil. *in ver. pœna transeat.* citat pro vtraque parte. † Declarat Bart. *d. consil. 91 in fi. lib. 2.* quod si longum tempus interceſſit, bene potest intrare præscriptio pro hærede. Vide, *Contumax condemnatus non dicitur condemnatus ob maleficium, & quando secus. Concluſ. 1022.* Vide, *Fuga an & quando inducat delictum, vel non. Concluſ. 528.* Vide, *Statutum circa contumaces, vt habeantur pro confeſſis. Concluſ. 496.*

Contumax pro delicto qualiter condemnetur, & contra captum condemnatum qualiter exequutio fiat. Concluſio 1021.

1 CONTVMAX † absens licet de iure communi pro delicto capitali non possit condemnari, sed solum fiat descriptio bonorum, & intimatur, & expectatur per annum, vt per Clar. *in §. fin. q. 44. in princ.* & si intra annum comparet, recuperat bona etiam statim nō expectato exitu causæ, quia cessat contumacia. Clar. *d. q. 44. num. 5. ver. dixi*, si vero post annum nō recuperat bona, etiam docto de innocentia propter contumaciam, vt *d. q. 44. col. 1. in fi.* & hæc o-
* mnia Farinac. *q. 11. in princ.* vbi *num. 2.* dicit * communem. Vide.
2 *Absens an possit puniri. Concluſ. 37.* † Tamen de consuetudine Italiæ potest procedi, & loco annotationis bonorum succeſſit bannum, quia citatur per proclama. & contumax secundum statuta, & consuetudinem Italiæ habetur pro cōfesso, & condemnatur, ita Clar. *d. §. fi. q. 44. num. 3. ver. sed hodie*, vbi, quod sola descriptio bonorum mobilium fit, ne occultentur, postea fit confiscatio, & plenius *n. 4. ver. licet autem* vbi quod ita etiam seruatur in Gallia. † Vel dicas, quod lite non contestata absens per diffinitiuam condemnari non potest de iure communi, secus si lis est contestata. Vide Soc. *Reg. 26. lite non contestata contra absentem procedi non potest.* fallit quatuor casi-
3 bus. † Modus tamen, & praxis deueniendi ad hanc confiscationem & bannum ponitur per eundem Clar. *d. §. fi. q. 44. num. 3. ver. in hoc autem Ducatu*, vbi, quod sumptis indicijs, seu informationibus, quæ sufficiant ad capturam rei, si crimen est tale, pro quo confiscari possint bona, statim mittitur Notarius, qui facit inuentarium omnium bonorum, & consignat syndicis communis loci, vel penes alium depositarium, & si periculum est, ne fiant deteriora, vendit,
4 & pretium deponit. † Romæ, & in terris Ecclesiæ, vbi commissum est delictum, mittitur Notarius, qui facit inuentarium, in quo omnia bona delinquentis describit, postquam sumptæ sunt informationes, facto inuentario fit monitorium delinquenti, vt intra certum terminum sub pœna confessatorum criminum compareat ad se excusandum, quo elapso condemnatur, & confiscantur bona
* in contumaciam, Farinac. *q. 11. n. 4.* vbi dicit * communem obser-
5 uantiam. † Tu dicas, quod quicquid seruetur, veritas est, de iure communi non posse contumacem condemnari directe pro delicto, nisi plene constet de delicto, & talis condemnatio facta sine plena probatione delicti dicitur facta ex contumacia, non ex delicto, & ideo talis condemnatus nō efficitur infamis, & licet per statuta Italiæ sit adinuenta cautela, quod contumax ponatur in banno, & habeatur pro confesso de delicto, & possit condemnari de delicto; tamen adhuc non efficitur infamis, quia extra ordinem iuris est damnatus, nisi statutum imponat pœnam infamiæ. Bartol. *conſ. 111. Quæritur. num. 6. ver. hoc præmisso, lib. 1. & num. 7. ver. superest*, vbi repetit clarius, & vsq; in fin. dicit, quod potest iudex ex iusta causa
6 condemnando de delicto reseruare famam condemnato. † Facta descriptione & deposito, citatur, & condemnatur in confiscationem, & bannitur diffinitiue, & si comparet intra annum, & docet de innocentia, quod solet admitti per principem, vt nouas facere possit defensiones, tunc absoluitur, & bona restituuntur, si vero post annū admittitur per principem ad nouas defensiones, docto de innocentia absoluitur, sed bona non recuperat. Clarus *d. §. fi. q. 44. n. 3. ver. facta autem, & n. 5. in prin.* vbi subdit, quod si delictum nō habet bonorum confiscationē, iudex non apponit manum ad bona in Ducatu Mediolani, licet contrarium aliqui seruent propter contumaciam. Vide plenius per Far. *q. 11. n. 3. & seq. ver. præmitto quar-*
7 *to.* † Extende, quia licet hæc bonorum restitutio fiat statim, quod se constituat de iure communi; tamen quando se constituit intra annum, post condemnationem non recuperat bona, nisi in fine causæ; quia licet cesset contumacia, non cessat tamē sententia; ideo bona remanent penes fiscum, donec feratur sententia absolutoria. Clar. *d. q. 44. n. 5.* † Imo quod plus est, etiam si constaret de in- 8
nocentia eius, qui se constituit intra annū, & ante sentētiam mortuus est, hæredes non recuperant bona. Clar. *d. §. fi. q. 44. n. 5.* vbi, & princeps non potest forte retinere talia bona cū bona conscientia.
Idem † est, si moritur pendente appellatione, quando confiscatio 9
est facta principaliter, secus, si accessorie, puta cōdemnatus in pœnam capitis, cum confiscatione bonorum; quia extincta principali pœna per mortem, pendente appellatione, extinguitur etiam accessoria. Clar. *in § fi. q. 94. n. 7. ver. sed pone.* † Idem est, si post annum 10
admittatur ad nouas defensiones, quia etiam probata innocentia, & data absolutione, non recuperat bona propter contumaciam post annum. Clar. *d. q. 44. n. 3. ver. facta autem, & n. 5. in fin.* † Amplia, 11
quia etiam stante statuto, quod habeatur contumax pro confesso, si, postquam est facta declaratio, quod sit confessus, antequam tamen sit lata sententia condemnatoria, confessus declaratus comparet, omnia acta euanescunt, & resoluuntur in vim simplicis citationis, & auditur quoad bona, & personam. Far. *d. q. 11. nu. 3. ver. præmitto quarto.* Vide, *Condemnatus in contumaciam qualiter possit comparere. Concl. 572.* † Contrarium dicit idem Far. quod imo potest torqueri, 12
d. q. 11. n. 70. cum seq. vbi hoc sustinet verum, & communem * dicit, *
quando lapsus est terminus banni, *n. 73. ver. ex præmissis.* † Restringe, 13
quando lata esset sententia condemnatoria, quia si capiatur siue ante annum, siue post annum, sententia exequi debet, Far. *d. q. 11. n. 3. in fi. ver. quarto præmitto*, vbi infinitos citat, & dicit * communem *
vbiq; Doctorum, quod intellige, facta prius recognitione personę vt ibi *n. 22. & seq.* Vide, *Recognitio condemnati, vel bannitiest necessaria, & qualiter fiat. Concl. 52.* † Restringe; quia siue capiantur post senten- 14
tiam ante annum, siue etiam se constituant sponte post annum, non audiuntur, secundum Bullas Summorum Pontificum Pij IV. & Pij V. nisi ex benignitate principis admittantur ad nouas defensiones. Far. *d. q. 11. n. 4. in fi.* † Amplia, quia imo si condemnatus in 15
contumaciam capiatur, & ipse velit docere de innocentia, audiri
debet secundum * communem, & magis communem, quam tue- *
tur. Far. *d. q. 11. n. 6. & seq. & nu. 12. & seq. ver. quid dicendum.* † Contra- 16
rium, quod etiam si offerat velle probare suam innocentiam, non audiatur, * communem docet Far. *d. q. 11. n. 11. ver. contrarium, cū seq.* *
quia ob̄stat res iudicata, quæ facit delictum notorium. † Declara, 17
nisi extaret statutum, vel Bulla, prout in statu Ecclesiæ, quod non audiantur post annum, nisi ex gratia principis, idem Far. *d. q. 11. n. 14. & seq. ver. sublimita*, vbi respondet ad contraria. † Declara, quia si 18
constat de innocentia, debet absolui consulto principe, alias non Farin. *d. q. 11. num. 20.* † Amplia, quia siue capiatur condemnatus in 19
contumaciam ante, vel post annum, nō debet exequi contra eum sententia lata in contumaciam, nisi præcedant legitima indicia. Plo. *conſ. crim. 72. numer. 16. & seq. lib. 2.* quem citat Farin. cum alijs, *quæst. 11. numer. 16. ver. limita secundo.* † Contrarium, quod imo 20
debeat constare de delicto contumacis per veras probationes, vt
possit exequi sententia ad mortem, est communis * opinio, ita Far. *
d. q. 11. n. 16. vers. imo in casu, vbi citat infinitos, & *in ver. & licet.* dicit es-
se veriorem, * & magis communem, cessantibus Bullis, vel sta- *
tutis, aut consuetudine contrarijs. † Declara, quia indicia ad hoc, vt 21
exequi possit sententia capitalis, debent esse legitima, videlicet sufficientia ad torturam. Natt. *cōſ. 594. n. 14. lib. 3.* sequitur Becc. *conſ. 11. n. 7. & 8.* † Declara, quia in statu Ecclesię extat Bulla Pij V. quod 22
si capiatur intra, vel post annum condemnatus in contumaciam, si legitima indicia ad inquirendum præcedunt, sententia debet exequi, ità Far. *d. q. 11. n. 16. vers. prima tamen.* intelligendo de indicijs sufficientibus ad transmittendam inquisitionem, non autem ad inquirendum pro informationibus sumendis, vbi ponit sex aduertentias, quod sint legitima, & de eis constet plene, quod sint sufficientia ad transmittendam inquisitionē, quod sit solum torquendus, vel condemnandus pœna extraordinaria si præfata legitima indicia non essent, & vt ibi, & idem repetit ibi *ver. & licet.* † Exten- 23
de, quia admissus ad nouas defensiones per principem, si est condemnatus solum ex indicijs, & non ex probationibus, non potest exequi sententia, quia iudices debent habere tutam conscientiam & ita per Senatum seruari dicit Boss. *in tit. de reis requir. n. 1. & in tit. de confeſs. per tort. n. 23. & in tit. Banniti quid amittant. n. 18. & in tit. de litter. principum, circa fi.* quem citat Farin. *q. 11. nu. 16. ver. & dicit Boss.* & plenius tractat, quem ita intelligit Clar. *q. 96. ver. sed nunquid, n. 3.* & maxime *num. 4. circa finem. vers. bene verum.* † Contrarium tenet Farin. 24
q. 11. n. 16. § & licet, ver. vtcunque sit, in statu Ecclesiæ propter Bullam Pij V. quæ disponit sufficere, quod sit condemnatus ex indicijs ad

inqui-

inquirendũ legitimis ad nouas defensiones, secus si cessat Bulla, & pro hoc contrario facit Clar. *q.44.nu.6.* quando nihil probauit admissus. † Declara, quia verior prima sententia est, quia Bulla Pij V. est contra ius commune, & loquitur in captis, qui non sunt admissi ad nouas defensiones, ergo non debet extendi in admissõ, quia * secundum * communem requiritur vera probatio. Far. *q.11.nu.16.*

26 Amplia † in minore condemnato in contumaciam, quia si capiatur, non potest pœna mortis puniri, quia dolus præsumptus non sufficit, sed requiritur verus dolus, plene Farin. *q.11.num.26.cum seq.* * *ver.limita quarto*, vbi dicit * communem, & magis communẽ. Con-

27 trarium † dicit tenere infinitos, quos ibi citat *n.30. ver. contrarium*, * vbi dicit * communem, licet postea *ver. nec verum credo*, dicat non

28 credere esse communẽ. † Declara, quia ampliatio procedit de iure communi, contrarium vero, quando extat statutũ vel Bulla, prout in statu Ecclesiæ, quod maior 14. pro homicidio possit puniri, quia licet sit odiosum, & nõ extendatur ad alia delicta, neq; ad auxilium * vel consilium secundum * communem, tamen valet in quantum

29 loquitur Far. *d.q.11.n.30. ver. quid dicendũ.* † Extende maxime, quando procurator minoris ante sententiam cõparuit opponendo suas exceptiones, quæ fuerũt reiectæ, quia si appellauit ab hac reiectione, audiri, & admitti debet. Natt. *consil.541.nu.4. & seq.* Rol. à Valle *consil.94.n.32. lib.4.* Far. *d.q.11. nu.31. ver. sublimita primo.* † Extende;

30 quia admittitur minor ex capite restitutionis in integrũ aduersus confessionẽ fictam, sicut aduersus verã, quando aliunde non constat de delicto ex probatis, plene Far. *d.q.11.n.32. ver. sublimita secundo.*

31 Extende, † quia minor condemnatus in contumaciam, etiam si probetur delictum, & sententia sit exequenda, debet tamẽ mitiori pœna puniri propter minorem ætatẽ, & non potest pœna ordinaria puniri, videlicet mortis, ita Far. *d.q.11.n.33. ver. sublimita tertio.* Vide, *Delinquentes puniri nõ possunt multi, & ex quibus excusentur. Concl.188.*

32 Amplia, † quia si sententia nulla esset, & condemnatus caperetur non potest contra eum exequi, quia sententia nulla nõ potest exequi in criminalibus, & ciuilibus. Far. *d.q.11.num.34. ver. limita quinto*, * vbi dicit communẽ, * etiam si nullitas sit ex inordinato processu.

33 Extende, † etiam stante statuto, quod cõtumax habeatur pro confesso, & fuit propter contumaciam habitus pro confesso, quia licet ex confessione expressa tollatur inordinatio processus, secus tamẽ

34 est ex tacita Far. *d.q.11.n.34. in prin.* † Extende etiam stante statuto, quod nõ obsit appellatio, vel nullitas, quia omne statutũ loquens de exequutione sententiæ, maxime capitalis, intelligi debet, dummodo recte, & rite sit lata, ita Far. *d.q.11.n.34.* vbi etiam ampliat, si statutum dicat, quod amplius super delicto non possit audiri, &

35 dicit * communem *num.36. ver. secundo modo in fi.* † Extende etiam stantibus motibus proprijs Pij I V. & V. vt idem Far. *d.q.11.nu.34. in* * *fin.* vbi dicit * communem, & repetit *n.36. ver. secundo modo, in fin.* vbi

36 plures citat. † Extende, quia principaliter nullitas in duobus potest consistere, videlicet in inquisitione nulla & inepta, & in processu inordinato, quando statutum dat certam formam, qua non seruata sententia erit nulla, vel si citatio fuerit omissa substantialis. Vide Far. *d.q.11.n.35. & seq. ver. nullitas autem.* vbi instruit reum, vt alleget suspectum iudicem exequentem, si est ille, qui condemnauit

37 quia nullam esse suam sententiam non pateretur. † Extende, quia sententia condemnatoria dicitur nulla, etiam si lata sit sine legitimis indicijs. Far. *d.q.11.n.16. & nu.70. ver. sed contra.* vbi limitat. *ver. re-*

38 *sponde, nisi princeps ita iuberet.* † Declara, quia licet non possit exequi sententiam nullam, nõ tamen potest reum absoluere, vel liberare, sed debet supersedere, & principem consulere. Far. *d.q.11.n.44. in fi.*

39 *ver. sublimita.* † Amplia, si condemnatus captus opponat exceptionem, & illam probet, quam si proposuisset, & probasset, non po-

* tuisset condemnari, * communem dicit Far. *d.q.11.nu.45. ver. limita sexto, & declarat, ver. sed quænam*, prout si excipit, quod impubes, quod fatuus, quod impune occidit bannitum, & similia, & idem, si iudex esset incompetens, vt ibi *n.46.* vbi, quod confessio ficta non

40 releuat. † Contrarium, quod istud procedat solum, quando ille contumax ante condemnationem comparuisset, non post, vt ibi

41 Far. † Declara, quia in statu Ecclesiæ, & alibi, non debet admitti hæc exceptio inconsulto Principe. Far. *d.q.11.n.45. ver. sublimitando.*

42 Extende † idem, si exceptio esset incompetentiæ, qua opposita iudex non potuisset iudicare, idem Far. *d.q.11.n.46.* vbi dicit intrepide tenendam. † Contrarium, quod imo, si est talis exceptio, cui

43 possit renunciari, censeatur illi renunciatum ex contumacia, plene Afflict. *decis.133. per totam.* † Amplia, quia capto condemnato in

44 contumaciam, & facta recognitione, antequam exequatur sententia, debet poni ad largam, & dari dilatio ad faciendum suas defensiones. Far. *d.q.11.n.47. ver. limita, & seq.* vbi reprobat Cart. infra allegatum per plura. Vide, *Exequutor merus quando cognitionem causæ*

45 *adhibeat ex necessitate. Concl.500.* † Extende, quia debet dari nedum copia condemnationis, sed omnium actorum, & indiciorum, & ita hodie seruari dicit idem Far. *d.q.11.n.47. ver. amplia.* † Contra- 46
rium, quod imo facta recognitione statim possit, & debeat exequi sententia, communem * dicit Cartar. *de exequu. sent. capto bannito,* *
c.3. per totum, vbi dicit * communem: refert plures authores, quos *
etiam citat Far. *d.q.11.num.47. ver. verum post hæc*, maxime in statu Ecclesiæ, quia non possunt iudices contra motus proprios admittere ad nouas defensiones. † Declara, quia si vere constat, nedũ quod 47
adsint indicia sufficientia notorie, prout si etiam adessent probationes concludentes, vel ipse reus in recognitione fateretur delictum, opinio Cartarij est tenenda, si vero esset res dubia, tunc opinio Far. æquior debet seruari, vt ipse dicit ad effectum supersedendi. † Extende nedum, si petatur dilatio, & copia, sed etiam, si nõ 48
petatur. Far. *d.q.11.n.47. ver. minus obstat.* Vide, *Condemnatus in contumaciam capitaliter si capitur, qualiter exequatur iudex sententiam. Concluſ.* 576. Vide, *Inquisitionis vel accusationis iudex qualiter se gerere debeat, vt procedat legitime contra delinquentem. Concluſ.177.* Vide, *Statutum circa contumaces vt habeantur pro confessis valet. Concluſ.496.*

Contumax condemnatus non dicitur condemnatus ob delictum, & quando secus, Concluſ. 1022.

CONDEMNATVS † ob contumaciam, quia citatus vel au- 1
fugit, vel latitauit, & contumax fuit, non dicitur condemnatus ob maleficium, *l.1. ff. si quis ius dic. non obtemper.* Bald. *consil.* 250. *In quæstione domini Milani, numer.3. ver. & ista fuga, lib.1.* vbi * di- *
cit communem, & quod dicitur condemnatus ob suspicionem maleficij tanquam contumax, & idem repetit *consil.382. numer.5. lib.5.* & plenius Anton. de Butr. *consil.5. numer.2.* vbi apostilla *in ver. contumacem.* Bartol. *consil.116. Statuto Perusinæ, gu.2. & 3. lib.1. & consil.* 91. *Factum tale, in fin. lib.2. ver. præterea absens.* † Amplia, quia banni- 2
tus in contumaciam non est infamis, sed potest esse testis. Clar. *in §. fin. qu.est.71. num.3.* Vide, *Condemnatus in contumaciam quando sit infamis, vel non. Concluſ.571.* † Amplia multo magis in eo, qui est con- 3
demnatus in contumaciam, & confiscationem bonorum cum hoc, quod si deuenerit in fortiam, inquiratur de delicto, quia cum primum est in fortia debet inquiri de delicto, prout disponit statutum Feltri, debet sibi dari defensio, & copia indiciorum cum termino ad purgandum, antequam torqueri possit. Castr. *consil.365. Notandum lib.2.* † Amplia, quia licet condemnatus ad mortem 4
cum confiscatione bonorum perdat factionem testamenti, tamen illud procedit, si constat de delicto per testes, vel per confessionem. Bald. *consil.244. Proponitur, quod quidam, lib.5.* quia sola condemnatio in contumaciam non releuat, ex quo pœna mortis ob contumaciam imponi non potest. Bald. *consil.245. Visis dictis statutis, lib.5.* Vide, *Testari non possunt multi ex propria culpa. Concluſ.105.* Amplia, † quia contumax habitus pro confesso ex forma statuti licet 5
possit condemnari tanquam confessus, tamen illa confessio operatur quo ad aliud, nisi quoad effectum condemnandi, ideo non probat delictum ad alium effectum. Angel. *consil.373. Visis instrumentis, circa fin. num.7. ver. item nec obstat.* Vide, *Statutum circa contumaces vt habeantur pro confessis valet. Concluſ.496.* † Extende, quia si 6
non est probatum plene delictum, contumax non potest condemnari pro delicto, sed ob contumaciam. Bartol. *consil.111. Quæritur, num.6. ver. hoc præmisso, lib.1.* vbi, quod non efficitur talis condemnatus infamis, etiam stante statuto, quod habeatur pro confesso, quia nisi statutum addat pœnam infamiæ, non est infamis. Amplia, † quia licet scriptura priuata declarata recognita in 7
contumaciam debitoris probet contra eum, tamen non procedit quoad tertium. Rebuff. *tract. de chirograph. num.26. fol.183.* vbi allegat Alexand. *consil.25. Viso instrumento, lib.2.* & Corn. *consil.128. Visis scripturis, lib.1.* Couarru. *variar. resolut. cap.11. lib.2. num.4.* vbi idem distinguit. Abb. & alij *in cap.2. de fide instrumen.* Paris. *consil.19. num.46. lib.3.* Castr. *consil.194. lib.2.* Soc. *consil.149. colum.1. lib.3.* Dec. *in cap.2. de fide instrum.* † Extende idẽm quoad delictum, quia quoad con- 8
demnatum in contumaciam pro delicto, sententia illa habetur pro veritate, & nocet condemnato, ac si contra præsentem esset lata, secus quo ad alios. Fulgos. *consil.71. Mulier maritum, numer.3. ver. nec rursum refragatur.* Castr. *consil.269. colum.1. ver. nec rursum, lib.1.* Vide, *Condemnatus pro delicto quando sit infamis, vel non. Concluſ.571.* Restringe, † quando tertius fuit citatus ad videndum declarari pro recognita, quia sibi nocet propria contumacia. Bartol. *in l.* 9
cum filius, in princip. ff. de verb. oblig. Dec. *in l.2. numer.44. Cod. de eden. & consil.187. num.2. & consil.700.* quod est vltimum, *num.2.* † Am- 10
plia, quia sententia lata in contumaciam, præsumitur potius ob contumaciam, quam ob delictum. Soc. *consil.170.n.11. lib.2.* vbi * de *
communi. Ant. de But. *consil.5. num.2.* vbi apostil. *in ver. contumacem.*

Vide,

Vide, *Sententia an præsumatur lata propter iustitiam, vel contumaciam.*
11 *Conclus.*124. † Amplia, quia constitutio Marchiæ, & Bullæ Sixti Papæ IV. quod pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij, non habet locum, quando filius in contumaciam condemnatur, quia licet habeatur pro delinquente quoad se ex contumacia, nō tamen quoad patrem, & sic quoad tertium. Corn. *consil.*97. *per totum, lib.*4. plenius Roma. *consil.*154. *Iudicium contra Antonium, num.*5.
12 vbi plena apostil. citat Abbat. *consil.*66. *lib.*2. & alios plures. † Amplia, quia contumax licet videatur manifeste confessus, *l. manifestæ,*
13 *ff. de iureiur.* † Tamen non habetur pro confesso, nisi sequuta prouincia super hoc, vel sententia, quod sit confessus, *l. eius qui delatorem, ff. de iure fisci.* Bart. & Bal. *in l. generaliter, §. sed iuramento, num.*4. *C. de reb. credit. & in l. transigere, num.*28. *C. de transact.* plene Bal. *in c. va-*
14 *sallus, num.*2. *ver. dicit Ioan. Maro. si de feud. fuerit controuer.* † Extende, quia si contumax, antequam pronuncietur pro condemnato, moritur, eius contumacia non transit ad hæredes, qui nec possunt cōdemnari ex contumacia defuncti, Bart. *in l. manifestæ, in fin. ver. vltimo*
☞ *nota, ff. de iureiur. & in l. eius qui delatorem ff. de iure fisci, col.*1. *ver. tertio, & vltimo tene menti.* Vide, *Pœna non transit ad hæredes, & quando secus. Con-*
15 *clus.*256. † Restringe, nisi iam defunctus esset iam declaratus pro contumace, & confesso. Bar. *in l.*1. §. *sed & constitutio, ff. de calumniat.* & clarius *in l. vltim. §. quod si actor, colum.*1. *ver. sed aduerte, Cod. de iureiur. propter calum.* Bald. *in l.*1. *num.*6. *ver. sed dubitatur, C. ex delicto defunct. & in c. Vasallus, num.*2. *vsque ad fin. si de feud. fuerit controuer.* Alexand. qui plures citat *d. l. manifestæ. num.*10. *ff. de iureiur.* Bartol. *in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. & in l. defuncto, ff. de pub. iudic.* vbi quod transit ad hære-
16 des. † Restringe, quando contumax esset factus locupletior, quia tunc pœna, transit ad hæredem ex contumacia defuncti illata Bald. *in d. l.*1. *in princip. C. ex delicto defuncti,* & facit Angel. *consil.*308. *in fi.* vbi, quod licet contra hæredem defuncti non iuretur in litem, tamen iurabitur, quatenus ex culpa defuncti esset factus locuple-
17 tior defuncti hæres. † Amplia, quia contumax patitur solum perditionem expensarum; non autem debet esse damno litis contumacia, si vult reficere ece expensas, quando maxime sine causæ cognitione est lata sententia, & quando ius partis non est effectum deterius. Castr. *consil.*335. *Visa appellatione, numer.*7. *ver. nec obstat, lib.*1.
18 Limita, † quia condemnatus in contumaciam, quando extat statutum, quod habeatur pro confesso, dicitur condemnatus de crimine sequuta sentētia, ita quod si venerit in fortias iudicis, potest sententia exequi. Vide Regulam cum suis fallentijs apud Farinac. *quæst.*11. *num.*5. *& seq. per totam*, vbi quod sententia exequitur in contumacia lata, si condemnatus veniat in fortiam. Clar. *in §. fi.*
19 *quæst.*71. *num.*6. *ver. hæc tamen Conclusio.* † Contrarium dicit seruari Clar. *d. §. fi. quæst.*71. *num.*6. vbi, quod in statu Mediolani dantur
☞ salui conductus bannitis, vt veniant ad se examinandum. Vide, *Condemnatus capitaliter, in contumaciam si capiatur, qualiter exequenda sententia. Concluſ.*576. Vide, *Contumacia delinquentis quando probet delictum, vel non. Concluſ.*1020.

Contumacia in vno actu non præiudicat in sequentibus, & quando secus. Concluſ.1023.

1 CONTVMACIA † in vno actu non præiudicat in sequentibus, *c.*2. *cum ibi not. de dolo & contum. lib.*6. Calder. *consil.*204. alias
2 8. *de re iud. in princip. ver. in tantum est.* † Vide Ias. *in l. si prius, ff. de noui*
3 *oper. nunciat.* vbi ponit regulam cum fallentijs. † Et citatus ad certos actus, & contumax quo ad illos actus, non dicitur contumax quoad alios actus, in quibus non fuit citatus. Signorol. *consil.* 257. *in fin. & consil.*203. *in fin.* Alexand. plene *consil.*137. *In causa, & lite, num.*12. *ver. nam citatus, lib.*2. vbi apostilla *in ver. ad alios*, dat concord.
4 vbi, quod debet citari ad alios actus. † Et ideo citatus ad iurandum, vel ad respondendum positionibus, si est contumax, non potest pronunciare iudex haberi pro iurato, neq; positiones haberi pro confessatis, quia ad hoc non erat citatus, ideo talis pronunciatio esset nulla, nisi fuerit postea citatus ad videndum fieri pronunciam, vel nisi in prin. citatione ad iurandum fuisset clausula comminatoria ad iurandum, alias videndum pronunciari pro iurato, vel ad respondendum positionibus, alias videndum pronunciari pro confessatis, ita plene Alexand. *consil.*212. *Ponderatis ijs, num.*10. *in fin. cum seq. ver. & alia ratione, lib.*6. vbi plena apostil. *in ver.*
5 *quamuis*, dat concord. plurimos. † Extende, quia licet confessio in iudicio vno facta, probet in alio inter easdem personas; tamen fallit, quando est ficta confessio per contumaciam, quia non probat in alio iudicio, etiam inter easdem personas. Bart. *in l. eius qui delatorem, in fin. principij, ff. de iure fisci.* Bald. *in l.*2. *colum. fin. Cod. de eden.* Corne. *consil.*97. *Licet in hac consultatione, colum.*2. *ver. quinimo ficta con-*
☞ *fessio, lib.*4. Vide, *Statutū circa contumaces, vt habeantur pro confessis valet. Conclusio* 469. † Extende, quia debitor habens plures fideiusso- 6
res pro rata, sicuti soluendo partem debiti posset vnum fideiussorem liberare pro rata soluta, ita si fiat dario in solutum in contumaciam debitoris, poterit declarare, in quam causam, & liberare vrum fideiussorem, quando contumacia est in datione in solutum, non in declaratione, quia contumacia in vno non præiudicat in alio. Castr. *consil.*317. *in princ. ver. contrarium, lib.*1. † Et patronus 7
existens in quasi possessione præsentandi cum alijs patronis, licet vna vice negligat præsentare, non tamen sibi præiudicat in alia vacatione, quando compatroni soli præsentarunt. Feder. de Sen. *consil.*147. *nu.*2. *ver. item contumacia.* † Restringe igitur, quan- 8
do in citatione ad aliquid faciendum inest comminatio, quod si non faciat ea, ad quæ citatur, iudex pronunciabit haberi pro facto, vel pro confesso. Alex. *d. consil.*212. *numer.*11. *ver. Nisi secundum Ioan. de Imol. cum seq. lib.*6.

Contumax quando verus & quando fictus dicatur. Concluſio 1024.

CITATVS † seu vocatus ad electionem, vel iudicium, & non 1
veniens quandoque dicitur verus contumax, quandoque fictus, & quandoque nec verus, nec fictus. Bald. *consil.*338. *Ad euidentiam præmittendorum, in princ. lib.*1. † Verus dicitur contumax 2
qui citatus comparuit, siue fuerit ante comparitionem impeditus, siue non, siue legitime, siue non, quando post comparitionem recessit sine necessitate, cui naturaliter resistere non potuerit, & quæ eum compulerit ad recedendum. Bald. *d. consil.*338. *in princ. lib.*1. Declara, † secus esse in electione facienda, quia si vocati compa- 3
rent, & recedant, sunt iterum vocandi, & secunda vocatio habet vim peremptorij. Bald. *d. consil.*338. *num.*4. *ver. item licet, lib.*1. † Am- 4
plia, quia verus contumax dicitur is, qui in causa ciuili citatur, licet sit in carcere, quia ex quo non tenetur per seipsum comparere, dicitur verus contumax. Angel. de Peru. *consil.*65. *Per habentem potestatem, in fin. ver. super secundo,* vbi, quod ista quæstiō indigeret declaratione Cæsarea propter varias opiniones. † Extende, vt pro- 5
cedat, etiam si Iudex sciebat ipsum citatum esse carceratum. Ang. *d. consil.*65. † Amplia, quia verus contumax, secundum omnes 6
dicitur * is, in cuius notitiam deuenit citatio, alias dicitur fictus * contumax. Angel. *consil.*186. *Statuto ciuitatis, in princ.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. neglexerit in princip.* etiam si fuit citatus ad domum, & non repertus, dummodo habuerit notitiam, communem * dicit Mascard. *Concluſ.*449. *in fin.* † Extende, quia citatus 7
ad domum dicitur verus contumax, quando sufficit citatio ad domum, dummodo intercedat tantum tempus, quod verisimiliter potuerit habere notitiam, alias non, Angelus *d. consil.*186. *colum.*1. *num.*1. *ver. non obstat*, vbi videtur velle, quod citatio ad domum pro eadem die non afficiat, sed solum pro die sequenti. † Amplia, 8
quia verus contumax dicitur monitus ad aliquid faciendum per Iudicem sub cōminatione, quod alias Iudex eliget arbitros iuxta formam statuti; quia si pars iuxta monitionem non eligat, & Iudex faciat electionem, dicitur facta contra verum contumacem, ideo non appellat. Ioan. de Imol. *consil.*126. *In casu præmisso, num.*1. *in fin.* Amplia, † quia verus contumax dicitur is, qui citatus dixit nolle 9
comparere. † Extende, quia idem est in monito ad eligendum 10
arbitros iuxta formam statuti, alias Iudex eliget, si dicat nolle eligere, & Iudex eligat, non appellat, quia est verus contumax. Ioan. de Imol. *consil.*126. *num.*2. † Amplia, quia citatus personaliter, qui 11
non comparuit, dicitur verus contumax, ideo non appellat. Cast. *consil.*222. *Super secundo, lib.*1. † Limita, quia Vniuersitas, & Capi- 12
tulum, cuius priores sunt citati, dicuntur ficti contumaces, non veri. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum, in fin.* vbi, quod ex quo dolo carent, non possunt dici veri contumaces. † Exten- 13
de, quia verus contumax dicitur, quando vere constat, quod citatio deuenit ad notitiam citati, & non vult comparere, fictus vero contumax, quando fuit citatus per edictum, vel præconem, aut alio modo, per quem non constat vere, quod deuenerit ad notitiam citati, ita Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. neglexerit*, vbi apostil. *in ver. neglexerit*, dat concord. † Declara, quia vbicunque 14
constat Iudici, quod sic citatus per edictum, vel præconem non habuit notitiam citationis, vel habita notitia fuit legitimo impedimento impeditus, ita quod non potuerit, etiam si voluisset comparere, tunc Iudex procedens contra eum nulliter procedit, quia deficiunt substantialia Iudicij, vt sit verus, vel fictus contumax, gloss. *in l. quæsitum, ff. de re iudic.* Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. neglexerit, in princip.* Vide Conclu-

siones proximas sequentes.

Con-

Contumax verus non potest appellare, & qualiter procedat. Concluſ. 1025.

1 CONTVMAX † verus regulariter non potest appellare. *clem. si ante, de dolo & contu.* Gemin. *conſil.* 102. *num.* 3. *& ſeq. ver. nam ille, qui recedit.* vbi, quod is, qui recedit à Iudice appellando, proteſtari videtur ſe nolle amplius comparere coram eo, & ſic ſi appellatio eſt friuola, videtur verus contumax. Card. Zabar. *conſil.* 63. *num.* 2. Caſtr. *conſil.* 222. *Super ſecundo, lib.* 1. Gemin. *conſil.* 2. *Iſtud dubium, per totum.* Vide, *Appellatio multis caſibus non admittitur. Concluſ.* 402. Vide,
2 *Appellatio à ſententia capitali quando detur, vel non. Concluſio.* 416. † Amplia, quia ſi appellanti ab interloquutoria, Iudex non defert, quia dicit friuolam appellationem, & non appelletur ab iſta denegatione, appellatio remanet friuola, & appellans tanquam verus contumax non appellabit à ſententia diffinitiua poſtea lata. Card.
3 Zabar. *conſil.* 32. *In deciſione, in princip. & conſil.* 63. *num.* 2. † Declara, quia ſi appelletur ab aliquo à diffinitiua licet Iudex non deferat quia eſt appellatio friuola, tamen non eſt eo caſu contumax vere, vt non poſſit vlterius appellare. Card. Zabar. *d. conſil.* 32. *num.* 1. *in fi.*
4 *ver. ſed reſpectu appellationis.* † Amplia, vt procedat etiam in procuratore, quia ſi eſt contumax verus, non poteſt appellare à ſententia lata contra eum perſonaliter citatum, & contumacem. Gemin. *conſil.* 2. *Iſtud dubium, in princip. & in fin. ver. & ſi dicatur, quod ille tex.*
5 Card. *conſil.* 32. *in princip.* † Extende ampliationem, vt procedat, etiam ſi procurator haberet mandatum, in quo daretur ſibi facultas ad lites futuras, vel appellandi; quia ſi eſt idem mandatum, non poteſt. idem Gemin. *dict. conſil.* 2. *numero quarto, ver. dicunt quidam, vſque in fin.* Extende, † vt contumacia vera procuratoris
6 nedum noceat procuratori, vt non poſſit appellare, ſed neque dominus poterit appellare, ſi tranſiuit in eius ſcientiam, eamque ratam habuit, ſeu non purgauit. Gemin. *d. conſil.* 2. *in princ. ver.*
7 *& licet.* Card. Zabar. *conſil.* 32. *num.* 2. † Reſtringe, vt contumacia procuratoris nunquam noceat domino, qui ratum non habuit, neque ſciuit, quia licet procurator nō poſſit appellare, tamen poteſt appellare principalis intra decem dies, & non poſt. Gemin. *d. conſil.* 2. *in princ. ver. & licet vera contumacia, num.* 2. *in fin. & num.* 3. Card. Zab.
8 *conſil.* 32. *num.* 2. † Amplia, quia contumax verus coram exequutore non appellat, & ideo exequutor, quia alias non poſſet exequi ſtante appellatione, bene exequitur, ſi appellans eſt verus contu-
9 max. Zabar. *d. conſil.* 63. *num.* 2. † Amplia, vt procedat, etiam ſi citatus erat carceratus, quando fuit citatus in cauſa ciuili, quia ex quo non tenetur perſonaliter comparere, debuit mittere procuratorem. Ang. *conſil.* 65. *Per habentem poteſtatem, per totum*, maxime *in fin.* vbi dicit hoc procedere, etiàm ſi Iudex ſciuit eum carceratum, ſed
10 tamen dicit eſſe quæſtionem controuerſam. † Amplia, quia ſi ſtatutum mandat fieri compromiſſum, & Iudex moneat partes, vt faciant compromiſſum iuxta formā ſtatuti, alias ipſe eliget arbitros, ſi vna pars negligat eligere, vel dicat nolle eligere, erit vere contumax, ideo non appellabit ab electione Iudicis, vel confirmatione electorum ab alia parte, Ioan. de Imol. *conſil.* 126. *In caſu præmiſſo, per*
11 *totum.* † Extende; quia ſi pars vere contumax velit probare etiam per Iudicem, quod fuerit parata eligere, non releuatur, quia non ſtatur Iudici in eo, quod non eſt ſcriptum, & quia vltima mora no-
12 cet, Ioan. de Imol. *conſil.* 126. *in fin. num.* 3. † Amplia; quia contumax verus non appellat, ſiue ſit principalis, ſiue procurator in cauſa. Gemin. *conſil.* 2. *Iſtud dubium, per totum.* Vide, *Contumax non auditur.*
13 *Concluſ. ſeq.* † Limita quatuor modis, de quibus Soci. *reg.* 34. *Contumax verus regulariter non appellat.* † Limita, quia contumax fictus
14 regulariter appellat Soc. *reg.* 15. *Contumax fictus*, vbi reſtringit, quando apparenter eſſet fictus, ſed exiſtenter eſſet verus contumax.

Contumax non auditur, & quando. Concluſ. 1026.

1 CONTVMAX † non auditur coram eo Iudice, coram quo eſt contumax, niſi purget contumaciam. Caſtr. *conſil.* 427. *Quod iſti officiales, col.* 2. *ver. tertio probatur, lib.* 1. vbi, quod dicitur defeciſſe ab obedientia, igitur nullus auditur pro eo. Vide, *Contumax eſt deterioris conditionis in multis. Concluſ.* 1028. Vide, *Præuentio multa operatur.*
2 *Concluſ.* 646. † Amplia, quia neque auditur coram alio Iudice, ſi velit ipſe reus opponere declinatoriam, quia ſit præuentū coram quo non comparuit, quia ſi admitteretur hæc exceptio, eludere Iudicem, & euitaret pœnam, quia coram ſecundo non fit proceſſus propter præuentionem, & coram primo non comparet, ita Bart. *in l. ſepulchri, in princ. num.* 2. *ver. circa primum*, vbi plena apoſtil. *in ver. multo minus*, dat concord. *ff. de ſep. viol.* Alex. *conſil.* 23. *Viſis ſcripturis, num.* 5. *lib.* 3. vbi apoſtilla dat concord. Socin. *conſil.* 237. *Difficultatem facere. col.* 1. *circa med. lib.* 2. Boſſius *in praxi tit. de foro compet. numer.* 82. *cum ſeq.* † Extende etiam, quando actor iam traxiſſet in vno iu- 3
dicio reum, quia ſi reus eſt contumax, & actor velit ipſum trahere coram alio Iudice, non poterit etiam reus contumax opponere declinatoriam ſecundi Iudicis, prætextu, quod actor eum traxerit coram alio, coram quo pendet. Bart. *in l. vbi acceptum. ff. de ind. in fin.* vbi plena apoſtil. Alexand. *in ver. item aduerte*, hanc tuetur, & tollit contraria. Marſil. *ſingul.* 239. *Contumax, ſeu moroſus.* † Contrarium 4
tenet Angel. *in l. quamuis ff. de damno infecto*, cuius opinionem in regno Franciæ ſeruari dicit Apoſtil. ad Alexand. *in d. conſil.* 23. *lib. in ver. l. quamuis.* † Declara, quia prima opinio eſt verior, & ideo, 5
quando Iudex ſecularis ex præuentione coram Eccleſiaſtico facta remittit partes ad Eccleſiaſticum, poteſt præfigere terminum, intra quem compareant coram Eccleſiaſtico, alias poterit procedere. Marſil. *d. ſingul.* 239. vbi dicit notabile. † Extende, quia regula 6
eſt, quod contumax in iudicio non auditur niſi refectis expenſis. Marſil. *ſingul.* 377. *Contumax.* † Declara, quia licet audiatur; ta- 7
men non opponit exceptiones peremptorias etiam poſt refectionem expenſarum, niſi ſit mulier, ruſticus, vel minor. Marſil. *d. ſingul.* 377. † Amplia multo magis in criminalibus, in quibus non ad- 8
mittitur procurator. Vide, *Procurator in cauſis capitalibus non admittitur, & quando ſecus. Concluſ.* 818. † Amplia, quia neque Iudex, qui 9
præuenit, poteſt inhibere, quando ſunt ſub diuerſo Principe, quia vterque procedit, & non fit remiſſio, ideo non ſe impediunt, ſi reus eſt contumax. Bart. *d. l. ſepulchri, num.* 3. *ver. ſecundo eſt videndum. ff. de ſepul. viola.* vbi plena apoſtilla *in ver. ſecundo eſt videndum.* Boſſi. *in praxi. tit. de foro compet. num.* 96. *& ſeq.* † Declara, quia ſi primus, vel 10
ſecundus Iudex fecit capturam rei, tunc ille præfertur, qui habet citationem realem. Alexand. in apoſtil. ad Bartol. *d. l. ſepulchri, num.* 3. *ff. de ſepul. viola. in ver. ſecundo eſt videndum.* vbi plures citat, quod citatio realis dat præuentionem, idem tenet Boſſius *de foro compet. num.* 97. *ver. ſed pone.* † Amplia, quia contumax verus non auditur vo- 11
lens appellare. Vide, *Contumax verus non poteſt appellare. Concluſ.* 1025. Vide, *Contumax eſt deterioris conditionis. Concluſ.* 1028. *num.* 4. *& multis ſeqq.* † Limita, quando is, qui præuenit, habet reum in fortijs, 12
quia vere præfertur, & tunc poteſt nedum pars opponere declinatoriam, ſed etiam poſſet Iudex Eccleſiaſticus eo caſu inhibere ſeculari, & ipſum excommunicare tanquam turbantem ſuam iuriſdictionem, & valebit excommunicatio, quia ſemper, quod adeſt præuentio, & præſentia rei, præfertur præueniens. Soc. *d. conſil.* 237.
lib. 2. *per totum*, vbi eſt caſus. † Limita, quia contumax, qui vigore 13
ſtatuti, vel fidei publicæ interficit bannitum, qui impune poterat occidi, ſi inquiratur, tanquam de homicidio poteſt per procuratorem audiri; quia quilibet pro eo poteſt comparere, *l. vbi pactum*, vbi Bart. *circa col. fin. C. de tranſact.* Alexand. *conſil.* 164. *Viſis & ponderatis, in princip. lib.* 7.

Contumax quando perdat priuilegium declinatoriæ, & quæ perdat. Concluſ. 1027.

HABENS † priuilegium ne poſſit conueniri in prima inſtan- 1
tia, niſi in certo loco, prout Capuani, ſi citantur coram Magna Curia Neapolis, & non compareant, ita quod contumaces reputentur, licet veniant poſt contumaciam ad allegandum priuilegium, tamen non audiuntur. Afflict. *deciſ.* 133. *Fuerunt citati, in princip.* vbi, quod ex contumacia perdunt priuilegium declinatoriæ. Vi- 2
de, *Citatio contra exemptum, quando afficiat, vel non. Concl.* 244. † Contrarium tenet Roma. *conſil.* 48. *Inſpectis, colum.* 1. *in fin. ver. ſecundo, quia poſito*, vbi, quod contumacia non inducit prorogationem iuriſdictionis, & ibi apoſtil. *in ver. non inducit*, dat concord. † Reſtringe, 3
vt non procedat in eo, qui non poteſt expreſſe renunciare priuilegio declinatoriæ, quia neque per contumaciam poteſt renunciare, prout eſt in clerico, ita Afflict. *d. deciſ.* 133. † Reſtringe, vt non 4
procedat, quando Iudex, coram quo eſt cæptum iudicium, haberet iuriſdictionem à ſtatuto reſtrictam, quia niſi citari faciens, probet ſe eſſe in caſu iuriſdictionis citatorum, & contumaces, etiam in cauſa criminali poſſunt dicere de non iuriſdictione citantis, & proceſſum, & ſententiam nullam petere reſcindi, vel nullam declarari, non obſtante contumacia. Bald. *conſil.* 332. *Statuto ciuitatis, per totum, lib.* 3. Vide, *Priuilegium non allegans, quando illud perdat, vel non.*
Concluſ. 753. † Amplia, quia habens ſaluum conductum ne poſ- 5
ſit à creditoribus conueniri, ſi litigat, & non producit ſaluum conductum, niſi in fine litis, cenſetur illi renunciare, & debet condemnari in expenſis propter calumniam. Vide, *Calumnia quid ſit, & quid calumniator, & qua pœna puniatur.*
Concluſio 9.

Con-

Contumax est deterioris conditionis in multis. Conclusio 1028.

1 CONTVMAX † habetur pro præsente in sui præiudicium. *l. pro-*
2 *perandum. §. si autem. C. de iudic.* † Declara, dummodo legitima fuerit citatio facta contra eum, alias non erit contumax. Zabarel. 3 *consil. 113. ver. Sed ex narratu, vsque in fin.* † Et habetur pro negante, si ipsi negatio est deterior, Alex. *consil. 64. In causa, & lite, numer. 2. ver.* 4 *Nam non solum potest dici, lib. 7.* † Contumax delinquens, seu delicto imputatus non auditur per procuratorem, quando pœna sanguinis, vel corporis afflictiua potest puniri. Vide, *Contumax non au-*
5 *ditur. Conclusio. 1026.* † Extende, quia licet admittatur excusator, non tamen admittitur, quatenus velit innocentiam rei docere, quia debet personaliter comparere. Vide, *Procurator ad excusandum*
6 *delinquentem citatum, quando admittatur. Concluſ. 848.* † Extende, quia licet testes, & probationes contrareum receptæ non probent 40 non citato, tamen secus est in eo, qui est contumax, quia absque repetitione testium potest condemnari. Clar. *in §. fin. quæst. 11. nu. 2.* 7 Extende, † quia imo si contra reum non essent tot indicia, quæ sufficerent ad transmittendam inquisitionem, cautela est, quod si sufficiunt ad capturam, quod Iudex mandet reum capi, & si non reperitur, faciat hoc scribere in actis; quia habebitur pro fugitiuo, & poterit in contumaciam transmitti inquisitio, & condemnari. 8 Iul. Clar. *in §. fin. q. 20. num. 3. in fin.* † Extende, quia licet quis condemnari non possit in causa criminali, nisi adsit probatio delicti sufficiens, tamen secus est, quando est contumax, quia sufficiunt indicia ad inquisitionem transmittendam. Clar. *§. fi. q. 44. n. 10. ver.*
9 *Quæro, nunquid.* † Extende, quia non potest deueniri ad sententiam in criminalibus, nisi publicato processu, & data, vel decreta copia reo, cum termino ad faciendū suas defensiones, secus, si reus
10 est contumax. Clar. *d. §. fi. q. 49. n. 6. ver. scias tamen.* † Imo si pro eodem delicto aliqui sunt præsentes, alij contumaces, supersedetur expeditio, & publicatio processus contra præsentes, donec absentes sint condemnati, ne sentiant commodum ex publicatione pro-
11 cessus. Clar. *d. §. fi. q. 49. n. 7. ver. Sed pone.* † Extende, quia expectandus est exitus vulneris illati, an ex eo sequatur mors potius, quam sit facienda condemnatio pro vulnere, quia instrueretur delinquens, si haberet probationes in causa vulneris, in qua pœna pecuniaria, & per indirectum audiretur per procuratorem, quod non
12 debet admitti. Clar. *d. §. fi. q. 32. n. 10. ver. Sed pone.* † Extende, quia condemnatus in contumaciam etiam si velit admittit ad nouas defensiones, & ad reuocandum confessionem, quod habeatur pro confesso ex forma statuti, non auditur, nisi princeps eum admittat ad nouas defensiones. Iul. Clar. *in §. fi. q. 44. nu. 11. ver. Quero nunc,*
* 13 vbi de * communi. Extende, † quia etiam si condemnatus in contumaciam se constituat, non potest petere repetitionem testium examinatorem in sui contumaciam, tanquam quod ipso nō citato sint examinati. Cla. *in §. fi. q. 11. n. 2.* plenius *q. 45. n. 13. in fi. ver. in*
14 *hoc autem proposito.* † Extende, quia contumax condemnatus, etiam si se sponte constituat, tenetur probare innocentiam suam se-
* cundum magis * communem, & veriorem, de qua Cartar. *de exe-*
15 *quut. sent. n. 163.* † Extende; quia imo contumax condemnatus si compareat, vel capiatur, potest torqueri pro veritate criminis absque alijs indicijs. Bossi. *de indic. & confider. ante tort. n. 134. ver. si vero*
comparet. Neuiza. *consil. 60. nu. 6.* Foller. *ver. si confitebuntur. in 3. parte. 3.*
16 *partis, n. 8.* Cartar. *de exequut. sent. c. 1. n. 452. vsque 462.* vbi late. † Amplia; quia *l. si diuturno, ff. de pœn.* quæ disponit aliquem non posse puniri pœna ordinaria pro delicto commisso vltra 10. annos, non habet locum ad fauorem contumacis, licet possit iuuari ad effectum
17 gratiæ obtinendæ. Clar. *§. fi. q. 60. n. 32. ver. praterea.* † Amplia, quia licet iudex soleat adhibere peritos ad inspiciendum, an vulnera sint mortalia, vel ne, tamen istud procedit reo cōstituto, & petente citato fisco, alias non, ne destruatur processus pro fisco. Clar. §.
18 *homicidium, n. 45. in fin. ver. sed pone, ver. in aliquibus.* † Amplia, quia grauiori pœna condemnatur contumax, quam comparens, ideo pro homicidio in rixa præstantes auxilium eadem pœna homicidij plectuntur, secus, si se constituant, quia pœna auxilij in rixa est extraordinaria, ita Clar. *in §. homicidium, nu. 40.* vbi, quod ita seruatur.
19 Extende, † quia condemnari potest in pœnam ordinariam ex solis indicijs multis, Ang. Aret. *d. consil. 110. n. 45. ver. venio ad vltimum*
20 *vsque in fin.* † Extende; quia condemnatus ex homicidio, si non est contumax, non condemnatur in confiscatione bonorum, secus si condemnatio fiat contra contumacem secundum constitu-
21 tionem Marchiæ, & sic plus condemnatur contumax. † Declara hanc materiam brocardicam; quia multi tenent, quod pœna non augetur propter contumaciam, multi tenent contrarium, vt sic distinguatur, quia si contumacia aggrauaret, quod secundum statuta contumax habeatur pro confesso, quia tunc cōtumacia, quæ operatur suum effectu, non debet operari augmentū pœnæ, quia essent duo specialia ab eadem contumacia, quæ nō possunt concurrere. Aut vero contumax est conuictus per probationes, & tunc potest condemnari pœna maiori, quam si esset in fortijs, quia contumacia est delictum, & dolus, supra, *Cōtumacia quid sit. Concl. 1017.* & quia contumax regulariter est deterioris conditionis, & contra eum omnia iura clamant, sed ad prædicta vide Bart. *in extrauag. qui*
sint rebelles, in ver. crescit. † Amplia, quia licet iudex possit pro innocentia examinare testes post publicationem, non tamen ad fauorem contumacis, quia contumax non auditur. Clar. *§. fin. q. 61. nu. 4.*
ver. si vero reus, & q. 49. n. 6. † Contrarium Alex. *consil. 145. Visis nar-*
ratis, n. 6. & seq. ver. non obstat octauum, lib. 6. vbi, quod etiam reo non petēte iudex debet supplere defensiones. † Declara, quia si quis inquiritur de falso, & est cōtumax, & habetur ex forma statuti pro confesso, & constet ex actis, quod falsitas est in apocha priuata, vel libro computorum ad fauorem scribentis, quæ non probant in aliquo pro scribente, ex quo constat, quod cōfessio ficta est erronea ita debet in hoc supplere iudex, sicuti suppleret, si confessio esset vera, & hoc modo iudex supplere debet defensiones contumacis conuicti. Alex. *consil. 145. Visis narratis, n. 5. in fi. cum seq. ver. non obstat o-*
ctauum, lib. 6. † Declara, quia aut est contumax, quia non vult cō-
parere, & quia non debet esse melioris conditionis, quam is, qui comparuit, ideo sicuti inquisitio formata sine indicijs, vel nō præcedente infamia inquisiti sibi nocet, si præsens non oppositit de hoc. *c. 2. de accus. in 6.* ita etiam debet nocere cōtumaci, ne sit melioris conditionis, ita Abb. *in c. cum oporteat, n. 9. ver. & ideo, de accus.* secus si abest reus, quia iudex pro eo supplet, & supplere debet, apostil. ad Alex. *consil. 120. Viso processu, n. 2. lib. 7. in ver. secus*, plene Alexand. *consil. 138. Viso copia, in fi. lib. 6.* † Declarat Alex. *d. consil. 138. nu. 13. &*
seq. lib. 6. quia imo, vbi agitur de iustitia ex iam apparentibus, & processatis, iudex debet etiam contumacem absoluere saltem ab obseruatione iudicij, ne faciat iniustitiam, quando videt non extare indicia sufficientia, licet regula sit, quod non suppleat pro contumace, nisi ex iam probatis. † Restringe, nisi constaret ex pro-
cessu de iniusta sententia, vt quia nō esset probatum delictum, vel quia inquisitio non esset solemnis, vel quia esset condemnatus plus quam fuisset, si præsens confessus esset, quia attenditur probatio facta, vt fiat exequutio. Plot. *consil. 72. num. 13. & seq. per totum.*
Declara, † quia imo sententia lata ad fauorem contumacis in-
quisiti de homicidio, vel auxilio, est nulla euidenter, quia cum nō sit, qui petat pro contumace, quia non auditur in negocio, & delicto per alium, sententia non valet. Ang. Aret. *consil. 110. In themate,*
n. 40. ver. secundo fuit processum, cum seq. † Amplia, quia etiam fideiussor contumacis est deterioris conditionis, vt facilius condemnetur, quando potest releuari à delinquente principali, & contumace, quam si secus est, ita Vulpel. *de treuga & pace, q. 104.* † Amplia,
quia accusatus de vno crimine coram vno iudice potest etiam accusari de eodem crimine coram alijs iudicibus competentibus, quando est contumax coram primo, & poterit banniri, & condemnari à pluribus pro eodem delicto, & ad instantiam primi iudicis non debet supersederi, neque causa remitti. Clar. *in praxi*
crim. §. fi. q. 16. n. 3. ver. an autem, vbi dicit menti tenendum. † Limi-
ta, quia licet contumax sit deterioris conditionis quoad pœnam mulctæ, & quoad primum decretum, quia etiam si non esset de iurisdictione, in dubio debet venire; tamen est secus quoad pœnam super negocio principali, ita Bart. *in l. 3. in fi. ff. de iudic.* † Con-
trarium dicit Clar. *in §. homicidium, num. 40.* vbi, quod ita seruatur. Vide, *Delinquens non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens.*
Concl. 190. Vide, *Dolus & culpa non debet patrocinari dolosō. Concluſ. 581.*
Vide, *Mora debet nocere morosō. Concluſ. 380.* † Limita multis casibus, de quibus infra, *Contumax in multis est melioris conditionis. Concluſ. pro-*
xima seq.

Contumax in multis est melioris conditionis. Conclusio 1029.

CONTVMAX † in multis est melioris conditionis, quam præ-1
sens; quia si ambo condemnantur pro eodem delicto, præsens est infamis pro delicto publico condemnatus, absens vero non, vt dicit Viuius *in commun. opin. ver. infamia iuris*, vbi de * cōmuni, sequi-*
tur Clar. *in §. fi. q. 72. in fi.* † Amplia idem esse in interpretanda sen-2
tentia, quia lata contra contumacem præsumitur potius ob contumaciam, quam ob delictum, secus, si contra præsentem. Vide,
Contumax condemnatus non dicitur condēnatus ob maleficium. Concl. 1022.
Cōtraria † plura Vide, *Contumax est deterioris conditionis. Concl. prox.* 3
præc. Declara: † quia contumax, ex quo non fuit auditus in suis 4
defen-

defensionibus, in quibus grauatur, condemnatur, etiam quod testes non sint repetiti, & sic ex indiciis, quæ probatio non sufficeret, si esset præsens, imo nihil relcuaret, sed tamen propter contumaciam ; quia non vult comparere, & se constituere, grauatur in hoc; quia censetur consentire in sui præiudicium saltem ficte, & præsumptiue, & sic tacite; & quia grauatur in vno; releuatur in alio, quod non fiat dura interpretatio in dubio ; quia licet tacite consentiat; tamen ille tacitus consensus, & actus non extenditur; vt debeat operari vltra effectum ; quod potest condemnari, quia si ex hoc tacito surgerent alia tacita, vel præsumpta, esset cumula-5 re plura specialia contra text. *in l.1. C. de moffic. dot.* † In meritis autem contumax non grauatur, si ex probatis in contumaciam constat de innocentia sua. † Amplia, quia citatus à non suo Iudice, si 6 est contumax, non censetur prorogare iurisdictionem ex contumacia; secus, si comparuit, & non declinauit. Roman. *cons.48. in* 7 *spectis, col.1. circa fin. ver secundo, quia posito.* † Amplia; quia melioris conditionis est isto casu, qui præsens in iudicio, si non opponat, quod inquisitio est nulla; quia non præcedentibus indiciis, & non præcedente inquisitione super infamia, super delicto sibi præiudicat, vt *in c.2. de accusat. in 6.* secus est in contumace; quia iudex tenetur supplere pro absentibus, & contumacibus. Alexand. *consil.* 138. *Visa copia, n.13. & seq.* maxime *in fin. n.15. lib.6.* & idem tenet ape-8 stilla ad Alex. *cons.* 120. *n.2. lib.7. in ver. secus.* † Vide tamen Abba. *in c. cum oporteat, n.9. de accus.* qui dicit, quod sicuti non oppositio nocet presenti, multo magis contumaci, ne sit melioris conditionis, quã obediens. Vide, *Delictum quandoq; affert commodum delinquenti. Con-*9 *clus.* 179. † Limita, quia in contrarium est regula. Vide, *Contumax est deterioris conditionis. Conclusio proxima præced.* Vide etiam, *Delinquens non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens. Conclus.* 190.

Contumacia actoris maior est, quam contumacia rei. Conclusio 1030.

1 MAIOR † est contumacia actoris non comparentis ad actum, ad quem citauit, quam sit contumacia rei; quia reus quantũcunq; contumax sit non comparendo ad actum ad quem citatur, non potest dici contumax, si actu non comparet, & non accusat contumaciam rei. Alex. plene *cons.*100. *Discussis, n.6. ver. quotiescunq;* 2 *lib.5.* vbi apostilla *in ver. incusauit.* Vide, *Sententia lata nemine petente nulla, & quando valida. Conclus.*137. † Et ideo citatio contra reum contumacem, quæ induceret contestationem litis, si actor quoq; non comparet, non inducit litis contestationem. Alexand. *d. cons.* 3 100. *n.6. & seq. per totum, lib.5* † Et ideo citatio, quæ interrumperet præscriptionem, nihil operatur actore non comparente, quantumcunque reus est contumax. Alex. *d. cons.*100. *n.6. ver. bene facit,* 4 *lib.5.* † Extende, vt procedat etiam in monitione iudicis facta vtriusque parti, tam actori, quam reo ad certam diem, & horam; quia nõ comparente actore, reo pariter non comparenti non potest imputari aliqua contumacia. Alex. *d. cons.*100. *nu.9. ver. nec insisto, lib.5.* Vide, *Actor debet esse certus, & venire paratus. Conclus.*121. † Limita in 5 criminalibus, quando iudex procedit ex officio; quia non requiritur accusatio contumaciæ rei citati, sed habetur reus pro contumace, si non comparet. Alex. *cons.*120. *Viso processu, n.8. ver. quartum* 6 *potest subesse, lib.7.* † Restringe, quando proceditur criminaliter ad accusationem; quia actore non comparente, & non accusante contumaciam, non efficitur reus contumax, licet etiam ipse non 7 comparuerit. Alex *d. cons.*120. *n.8. ver. plus dixit. lib.7.* † Declara; quia restrictio non procedit, quando statutum disponeret, quod reo citato non comparente in certo termino haberetur pro confesso; quia etiam si procedatur ad instantiam partis, & actor non compareat, reus non comparens habetur pro confesso ; quia lex, vel statutum operatur. Alex. *d. cons.*120. *n.9. in fin. ver. fallit, lib.7.*

Contumacia & negligentia procuratoris quando noceat domino, vel non. Concluſ.

VIDE incertum auctorem post regulas. Socin. *reg* 11. *Contumacia procuratoris*, vbi ponit regulam affirmatiuam, & limitat tribus modis. Vide plenius, *Procurator generalis non potest præiudicare domino, & quando secus. Conclus.*844. *n.60. & seq.*

Conuentus appellatione quid veniat. Concluſ.1031.

1 CONVENTVS † est Collegium Monachorum *c. edoceri, de rescript. & dem. 2. eod. tit.* † Amplia; quia appellatio Ecclesiæ cõuentualis, vel prioratus conuentualis intelligitur de Ecclesia collegiata regulari, non autem seculari, secundum propriam significationẽ, & in materia odiosa, vel exorbitanti. Gemin. *cons.*131. *n.4. ver. deinde dixit.* † Declara; quia quandoque de improprio significatu ap-3 pellatione conuentualium veniunt seculares. Gemin. *d. cons.*131. *n.* 4. *ver. licet quandoq;*.

Conuenticula præsumitur illicita; & probatur eo ipso, quod decem homines fuerunt simul congregati. Concluſ.

VIDE Mascard. *Conclus.*450. *Conuenticulæ an præsumatur.* Vide plenius, *Adunantiæ prohibitæ, & quando non. Conclus.*229.

Conuersatio continua, vel frequens in domo, in qua commissum est furtum, vel in loco commissi homicidii, vel cum malis hominibus, facit indicium ad torturam; secus, si interpolata, & operatur multa. Concluſ.

VIDE Mascard. *Conclus*1451. *Conuersatio quid operetur.* Vide, *Indicia quæ sufficiant ad torturam. Conclus.*97. *n.*56.

Conuictus quis dicatur, & quid significet. Conclusio 1032.

CONVICTVS † dicitur ille, qui testibus, vel probationibus de 1 delicto conuincitur. Fulgos *cons.*123. *Præsuppositis statutis, num.*3. vbi, quod confessus non proprie est conuictus, licet quandoque etiam de confesso intelligatur, sed non in dispositione statuti odiosi. † Quot modis quis conuincatur, seu conuictus dicatur: dic 2 quinque modis, videlicet, per testes, per instrumenta, per confessionem partis, per rei euidentiam, & per præsumptionem violentam. Zabarel. *cons.*128. *In quæstione, quæ vertitur in princ.* allegat text. *in c. cum ad sedem, de restitut. spoliat.* cum glos. *in ver. testium.* Vide, *Con-*3 *demnari nemo debet, nisi confessus, vel conuictus. Conclus.*564. † Limita; quia conuictus non dicitur socius criminis nominatus ab vno, vel etiam pluribus reis tanquam socius ad delictum; quia propterea non potest dici conuictus, vt possit condemnari, sed bene potest torqueri, etiam si nominãtes sint singulares, ita Iul. Clarus *in praxi crim. quæst.*21. *n.9. ver. sed pone.* † Extende, etiam si interueniat iura-4 mentum, vt quia postquam vt reus depositus nominando, id etiam deponit vt testis cum iuramento, ita Clar. vbi supra *n.*10. *ver. quæro, nunquid.*

Copula matrimonialis multiplex.1033.

COPVLA † matrimonialis duplex est, Canonica videlicet, & ci- 1 uilis, quæ consensu solo perficitur inter coætaneos, & habiles ad contrahendum matrimonium, & hæc interuenit in matrimonio Adam & Euæ in Paradiso, inter quos fuit verum matrimoniũ. Bald. *cons.*228. *Ad euidentiam est præmittendum, in princ. lib.3.* † Duplex 2 est copula ista ciuilis, siue Canonica, quæ appellatur nexus, seu vinculum, videlicet, vera; quæ verbis expressis inter ætate idoneos contrahentes matrimonium interuenit; alia præsumpta, seu interpretatiua, vt quando sponsalia legitime contracta continuat perseuerantia superueniente ætate legitima. Bald. *d. cons.*228. *in princ. ver. Item prima copula, lib.3.* vbi tenet, quod requiruntur signa promiscua hinc inde. † Alia est copula naturalis, seu carnalis, quæ 3 vocatur confirmatio matrimonii, vt quando carnaliter inuicem coniunguntur maritus & vxor. Bald. *d. cons.*228. *in princip. ver. & naturalis lib.3.* † Duplex est ista copula carnalis; vna est præsumpta, vt 4 quando maritus duxit vxorem ad domum suam; quia præsumitur, quod carnaliter se cognouerint; alia est vera, vt quando est prægnans, vel fecit filios. Bald. *d. cons.*228 *ante med. ver. item secunda copula, lib.3.* † Præsumpta mariti cum vxore est, si mulier probatur 5 corrupta tempore, quo simul morantur; si vero probatur, postquam mulier à viro recessit, tunc per negationem mariti res efficitur dubia; imo præsumitur ab alio cognita, si mulier, postquam recessit, non est passa se sequestrari ad instantiam viri; ideo non datur posse sorium. Castrens. plene *consil.*278. *Quia per primum, colu. fin. ver. nunc est videndum, lib.1.* † In dubio de qua copula sit intelli- 6 gendum, si statutum dicat, quod dotem mulieris copulatæ matrimonio prædefunctæ lucretur maritus; dic, quod debet intelligi de copula carnali, quasi duo requirat statutum; videlicet matrimonium, in quo de necessitate prima copula verbalis inest, & copula videlicet carnalis. Bald. *d. consil.*228. *Ad euidentiam est præmittendum, per totum, lib.3.* † Copula carnalis inducit matrimonium in- 7 ter eos, qui primo sponsalia contraxerunt; quia facit sponsalia

transire in matrimonium, imo per solam traductionem sponsæ domum præsumitur copula & matrimonium. Alexand. *consil.* 149. *Viso processu, num.* 11. *& seq. ver. vel posito, lib.* 5. † E conuerso frigiditas & impotentia coeundi, & carnaliter se cognoscendi operatur, quod matrimonium contrahendum impeditur, & iam contractũ dirimitur, quando est perpetua, & qualiter probetur, vide Doctores *in c.* 1. *in c. laudabilem, de frigid. & maleficiat.* & qualiter probetur, dicas per confessionem, per experientiam, per duos menses, vel per tres annos, per inspectionem, quod maritus habeat membrũ abscissum, vel aridum, vxorque sit arcta nimis, & virgo. Vide plenissime Mascard. *Conclus.* 888. *Quo pacto probetur impotentia.*

Copulata dispositio dicitur, etiamsi non adsit copula, & quando. Conclus. 1034.

1 STATVTVM † loquens, quod non liceat bona Ecclesiæ locare ex certa causa permissa, nisi colonis partiariis, debet intelligi de colono, & partiario simul; quia soluta stat pro coniuncta. Alexan. *cons.* 160. *Viso, ac diligenter, n.* 6. *& seq. ver. nec obstat, lib.* 6.

Copulata plura si requirantur, non sufficit vnum. Conclus. 1035.

1 REGVLA † est, quod quando plura copulatiue requiruntur ad aliquid disponendum, non sufficit vnum tantum interuenire. *l. si heredi. ff. de cond. institutio.* Ioan. de Anania *consil.* 32. *Vltra alia, num.* 7. *ver circa quartum.* Riminald. Iun. *consil.* 600. *num.* 10. Roman. *cons.* 166. *Visa diligenter, num.* 4. vbi plena apostil. *in ver. aliqua.* vide plene Ias. *in l.* 1. *ff. de iustit. & iure, num.* 2. *& seq.* vbi ponit regulam, & octo ampliationes, cum octo limitationibus. Felin. *in c. ex parte, num.* 21. *& seq. de rescript.* Bartol. *cons.* 155. *Facti contingentia, num* 3. *&* 4. *ver. tertio. lib.* 1. Vide, *Dictio, Et, quando copulet vel non, & quid importet. Conclus.* 274. † Extende; quia in tantum copulatiua copulat, & requirit concursum vtriusque copulati, vt sicut vniuersalis collectiua falsificatur in vno; ita etiam particularis copulatiua. Castrens. *cons.* 2 *fil.* 103. *num.* 2. *lib.* 1. † Extende; quia copulata plura inducunt formam, quando maxime prohibetur aliter fieri. Castr. *d. consil.* 103. *per totum. lib.* 1. † Declarat Castr. *consil.* 211. *ver. ad secundum, lib.* 2. quod copulata plura debent adesse simul, quando copulantur propter aliud, non propter se: & idem dicit Rum. *consil.* 112. *num.* 9. *lib.* 5. Roman. *consil.* 104. *num.* 4. *ver. vltimo aduertendum.* Vide infra *nu.* 75. *ver.* 5 *limita, quia copula.* † Et sunt duæ aliæ regulæ; quia quando oratio sumitur ex vniuerso, non verificatur, si vnum deficit de vniuersis. 6 Castrens. *d. consil.* 211. *ver. ad secundum, lib.* 2. † Item, quia pluralis locutio vno non contentatur. Castrens. *d. consil.* 211. *ver. ad secundum,* 7 *lib.* 2. † Extendit Bartol. *dict. consil.* 155. *numer.* 3. *& sequent. ver. tertio quia. lib.* 1. in tantum esse verum, vt licet quandoque copula soleat poni pro alternatiua, & disiuncta ad sustinendum actum; secus est, quando vel constat de mente, vel sequeretur absurdum, vt 8 quod extraneus præferri deberet descendenti disponentis. † Declara; quia aliquando copulantur plura, quæ non sunt necessaria ad dispositionem, si incipias à primo copulato, sed si incipias à secundo copulato; tunc sunt necessaria; & isto casu si primum sufficit, non copulantur, si à secundo incipis, copulantur; sed ramen istud non haberet locum, quando loco dictionis, *vel*, quæ est alternatiua, quis vellet exponere, *vel* pro &; quia tunc debet semper copulare, siue incipias à primo, siue à secundo. Francisc. Aretin. 9 *consil.* 13. *Viso diligenter, num.* 5. *ver. exponere autem.* † Amplia, etiam si agatur de pluribus qualitatibus requisitis in eadem persona; quia si non concurrunt, non dicitur esse eadem persona. Vide, *Qualitas* 10 *diuersa quando actum diuersum reddat. Conclus.* 3. † Amplia; quia imo si plura requiruntur ad aliquid producendum in esse, si aliquid deficit ex requisitis, illud non potest dici esse perfectum Alexand. 11 *consil.* 123. *Scripsit, num.* 22. *ver. preterea. lib.* 4. † Extende; quia alia est regula, quod nihil dicitur esse actum, quando aliquid superest a- 12 gendum Alex. *d. cons.* 123. *num.* 22. *lib.* 4. † Ad idem; quia ille, qui legem obseruare debet, si in vno deliquit, fit omnium reus. Alex. *d.* 13 *cons.* 123. *num.* 22. *lib.* 4. † Amplia etiam in pluribus alternatiue copulatis, vt si statutum requirat duos consanguineos in contractu minoris, vel duos affines, non sufficit, quod vnus consanguineus, & vnus affinis interuenerint, si extabant duo consanguinei, & duo affines. Angel. *consil.* 160. *Domina Catharina, num.* 5. *vsq. in finem, ver.* 14 *attendendum tamen est.* † Amplia etiam in delictis; quia quando duo requiruntur ad commissionem criminis, altero non existente, crimen non est. *l. inter omnes. §. recte. ff. de furt.* Oldrad. *consil.* 21. *num.* 5. *ver.* 15 *preterea.* † Et statutum Florentiæ, quod Gibellini, & non fideles Romanæ Ecclesiæ non possint eligi ad officia, non habet locum in Iudæo, quia requiritur, quod sit Gibellinus, & non fidelis. Anchar. *consil.* 271. *De titulis, num.* 2. *& sequent.* † Amplia in collatione 16 Episcopi & Capituli; quia ex quo ambo debent conferre, non sufficit collatio vnius sine altero. Feder. de Sen. *cons.* 1. *numer.* 4. *vsq. in fin. vers. in contrarium*, vbi dat multa exempla. maxime de hoc loquitur sub *num.* 7. *ver. preterea dicit Hostiens.* † Amplia; quia copulata 17 plura non possunt disiungi, & separari Ægid. Bellamer. *consil.* 33. *numer* 53. vbi adducit rationem; quia disponens eo modo aliter non erat facturus, & quia plura copulata censentur facere vnum. † Amplia; quia quamuis statutum prohibens filiumfamilias non 18 posse contrahere matrimonium sine consensu patris & matris, sub pœna exhæredationis, non valeat; tamen etiam, quod valeret, pœna non committitur, si deficit consensus patris; quia requiritur copulatiue, quod sine consensu amborum contraxerit. Per. de Anchar. *cons.* 21. *num.* 12. *ver. secundo pondera*, & quod statutum copulatiue requirens plures qualitates non habeat locum, si omnes non concurrant. Socin. *consil.* 220. *num.* 8. *lib.* 2. † Extende in statuto, 19 maxime odioso, & contra ius commune; quia si plura copulatiue requirit, non habet locum, si vnum ex copulatis deficit. Angel. *consil.* 386. *Statuto Florentiæ, in princip.* † Amplia in optione; quia si o- 20 ptio non habet locum, quando antiquiores non optant, & prouisus soluit certum quid, nõ sufficit alterum, videlicet, quod velit soluere, vel quod alii non optent; quia vtrunque copulatum requiritur, videlicet, quod alii non optent, & quod prouisus soluat, Card. Zabarel. *consil.* 16. *Dominus Papa, num.* 2. † Amplia in substitu- 21 tionibus factis; quia si testator iure institutionis leget 500. filiæ natæ, & alia 500. nascturæ, & iniungat, quod si nata, & nascitura decedant, antequam nupserint, dicta legata pauperibus erogentur, requiritur, quod tam nata, quam nascitura moriatur; quia vtrunque copulatum debet esse verum. Bald. *cons.* 39. *in princip. lib.* 1. † De- 22 clara, quia si nascitura non nascitur, nihilominus si alia nata, quæ capit ex vulgari partem non nascituræ, moriatur, antequam nubat, substitutio habet effectum; quia copula operatur satis hoc casu propter substitutionem vulgarem, & sic alio iure. Bald. *d. cons.* 39. *in princ. lib.* 1. † Amplia in implementis pœnalibus; quia obli- 23 gatus sub pœna facere duo copulatiue, non cuitat pœnam, si vnũ tantum facit. Bald. *cons.* 64. *Quidam promisit dare, in fin. lib.* 1. † Amplia, 24 vt copulata dicatur dispositio, quæ sumitur ex indemnita respiciente plures; quia requiritur concursus omnium, veluti, si testator instituat Titium & Sium, quibus deficientibus substituit alios; quia intelligitur ambobus deficientibus facta substitutio. Bald. *consil.* 373. *Præmittendum est, num.* 6. *vers. & disputando vlterius, vsque in fin.* vbi, quod ista est copula mentalis. *lib.* 1. † Et pluralis locutio de- 25 bet verificari in omnibus. Signorol. *consil.* 92. *Dominus Marchio, in princip.* Vide, *Pluralis numerus vno non contentatur Conclus.* 467. † Re- 26 stringe, vt non procedat in fideicommissaria substitutione; quia in ea vniuersalis dispositio resoluitur in singularitates, secus in substitutione directa. Bald. plene *consil.* 374. *Verba, in princip. lib.* 1. Vide, *Substitutio pluribus facta non habet locum in vno tantum moriente, & quando secus. Conclus.* 836. † Amplia; quia liberatio, in qua quis liberauit Titium ab omnibus obligationibus, in quibus ipse Titius, & 27 pater eius obligati sunt, non se extendit ad obligationes, in quibus solus Titius, vel solus eius filius est obligatus, Bald. *consil.* 189. *Creditor cum filio, per totum, lib.* 2. † Amplia in stipulationibus, & in- 28 uestituris; quia pater stipulando emphyteusim pro se, & filiis suis, & hæredibus, censetur copulatiue acquisiuisse solis filiis, qui sunt hæredes vniuersales: ideo fœmina à statuto exclusa stantibus masculis non succederet. Bald. *consil.* 448. *Primo considerandum, lib.* 3. *per totum.* Alexand. *consil.* 444. *in princip. lib.* 1. *& consil.* 128. *numer.* 6. *lib.* 1. vbi, quod * communis est opinio, quod requiritur vtraque * qualitas copulata. Castrens. *consil.* 77. *Visis numer.* 7. *vsque in fin. lib.* 1. *& consil.* 303 *numer.* 5. *ver. super vltima. lib.* 1. † Extende in contractu, 29 quem partes conueniunt esse nullum, si duo non interueniant; quia non sufficit, quod vnum interueniat, quando plura requiruntur. Ioan. de Anan. *cons.* 32. *num.* 7. *ver. circa quartum.* † Extende 30 in legato facto filiis, & hæredibus; quia requiritur vtraque qualitas, vt sint filii, & hæredes, & alterum non sufficit. Castrens. *consil.* 77. *Visis, & considerato, num.* 7. *ver. super vltimo, lib.* 1. quod duplicatur *consil.* 303. *eod. lib.* 1. *num.* 5. vbi late. † Amplia in priuatione commissa, 31 si quis est inhonestæ vitæ, & non idoneus litteris; quia debent concurrere duo copulata simul, & alterum non sufficit. Bald. *cons.* 482. *Casus talis est*, vbi, quod dico, *nec* copulat, *lib.* 5. † Extende, siue 32 duo copulata affirmatiue, siue negatiue tendant ad eundem finem; quia vtrunque requiritur; ideo si disponitur, quod mutus & surdus non possit testari, requiritur, quod sit mutus & surdus simul. Angel. *cons.* 61. *num.* 2. *in fi. ver. pro hoc. quia vbi duo.* † Extendi quia 33 copulata negatiue tendentia ad concursum debent esse omnia

vera,

vera, vt si lex dicat, posthumum rumpere testamentum, si non tendat ad monstrum, & prodigium, oportet, quod non tendat ad aliquod amborum, videlicet neque ad monstrum, neque ad pro-
34 digium. Ang. *d. cons. 6. n. 3. ver. preterea.* † Amplia in ratione copulata ex pluribus; quia omnia debent concurrere. Signorol. *consil.*
35 223. *num. 3.* † Amplia in vltimis voluntatibus, & conditionibus pluribus copulatis; quia vt dispositio habeat locum, debent omnia copulata simul concurrere, Angel. *cons. 294. Quoniam in vltimis, in princip. num. 2.* † Restringe, vt non procedat, quando agitur de
36 repetitione copulatorum plurium in sequentibus, & repugnaret mens testatoris; quia tunc sufficit, quod secundum mentem verisimilem fiat repetitio vnius ex copulatis, & quod vnum concurrat, maxime, quando precedens dispositio erat perfecta Angel. *d.*
37 *consil. 294. num. 4. ver. secundus intellectus.* † Amplia in exequutoribus, vel arbitris à testatore datis ad diuidendum bona, & non alias; quia si fiat diuisio per vnum tantum, non valet etiam de consensu partium, sed requiritur concursus omnium copulatorum. Castr.
cons. 103. Viso testamento. per totum, lib. 1. apost. ll. allegat Alex. *cons. 100.*
38 *lib. 3. colum. 1.* † Extende in arbitris & in iudicibus pluribus copulatis; quia requiritur concursus omnium, vt actus valeat. Castrens.
39 *dict. consil. 103, per totum.* † Amplia in statuto requirente plura copulata; quia non sufficit vnum. Castrens. *cons. 44 nu. 3. ver. breuiter iis non obstantibus, lib. 1.* vbi loquitur in statuto Prati prohibente posse confici instrumentum, & contractum rogari a Notario, nisi sit matriculatus, & satisfecerit, & in statuto Bononiæ de extractione officiorum vtilium. Alexand. *consil. 48 Super extractione, num. 3. lib. 1.*
40 † Extende in statuto pœnali requirente plura copulata; quia vt sit locus pœnæ, non sufficit vnum de copulatis. Signorol. *consil. 239.*
41 *num. 5.* † Extende, maxime, quando plura copulantur respectu eius-
42 dem finis. Alexand. *dict. consil. 48 num. 3. ver. & potißime, lib. 1.* † Et statutum Tergesti, quod ciues, & facientes vicinantiam soli possint habere stabilia, operatur, quod non sufficit esse ciuem, nisi faciat vicinantiam, quia sunt copulata plura, &c. Anchar. *consil. 213.*
43 *Quæstio talis, num. 3.* † Amplia; quia in contractus nullus redditur propter defectum vnius ex copulatis, non potest etiam confirma-
44 ri. Ioan. de Anania *cons. 32. num. 7. ver. circa quartum.* † Amplia in pœnalibus, & diosis, & exorbitantibus; quia semper verificatio plurium copulatorum requiritur, in fauorabilibus secus est. Rum.
45 plene *cons. 112. nu. 13. lib. 5.* † Amplia in substitutione facta in casum mortis Titii pupillari, & Seiæ, antequam nubat; quia mortuo Titio solo in pupillari non est locus substitutioni, concurrente mente verisimili testatoris; quia requiritur, quod vtrumque copulatum impleatur. Ioan. de Anania. *cons. 66. Visis iis, num. 3. ver. sed contrarium.* Rom. *cons. 131. Prima dubitatio. in princip.* vbi apost. *in ver. locus est,* dat plures concord. & Rom. *cons. 138. Nona superuenit in princip. ver. prima quia.* Vide, *Substitutio pluribus facta, quando, & qualiter habeat*
46 *colum. Conclus. 836.* † Extende maxime, quando substitutio, quæ fit pluribus, est diformis, vt quia in vno est pupillaris, in alio est fidei
47 commissaria. Ioan. An. *cons. 66. num. 3. ver. præterea istud.* † Extende, quando copulata non est ab extremo, vt si dicatur, si Titius & Seia decesserint, sed copula est separatim, puta si Titius in pupillari decesserit, & si Seia, antequam nubat, decesserit, semper requiritur vtrunq; ex copulatis verum. Io. de Anania *d. cons. 66. n. 3. ver. præter-*
48 *ea istud est regulare.* † Extende, quando post copulatam conditionē adiicit, *tunc & eo casu,* quia semper requiritur concursus vtriusque copulati. Ioan. de Anania *d. cons. 66. nnm. 3. volum. 3. ver. sed iis non obstantibus.* Roman. plenius *consil. 131. in principio.* vbi plena apostil. *in ver.*
49 *tunc, & eo casu. & consil. 138. colum. 1. ver. secundo quia.* † Extende; quia est regulare, quod vbicunque fit substitutio pupillaris, vel aliain casu mortis plurium personarum, in quibus casibus cadit affectio testatoris, vt quia ab intestato erant successuræ, vel quia erant cōiunctæ testatori, vt prædilexerit; tunc non purificatur conditio, nisi ambo moriantur, vel omnes. ita Bolog. *in addit. ad d. cons. 10. de*
An. 66. in princ. ver. primo ergo. allegat text. *in l. si is, qui ducenta. § si pater*
50 *ff. de reb. dub.* Socin. *cons. 77. Consilius nostris, n. 7. ver. quæ verba, lib. 1.* † Restringe, quando per verba etiam collectiua, si vterque decesserit, si sunt extranei, vno decedente ex mente admittitur substitutus.
Socin. *in d. cons. 77. n. 7. in fin. ver. accedat ratio. lib. 1.* quia mens præfer-
51 tur verbis. † Declara extensionem, vt procedat, quando positi in conditione mortis successuri erant ante substitutionem de iure communi, non attento, quod attestator æqualiter diligeret, veluti si substituebat duobus filiis vtrinq; coniunctis alterum filium ex vno latere tantum; quia licet sit filius, tamen non est in æquali successione cum illis, quibus fit substitutio. Io. de An. *d. cons. 66. per tot.* vbi est casus; clarius explicat Bolo. *in apost. in princ.* vbi ponit exemplum in filia fœmina exclusa à statuto: statutibus masculis, si substituatur masculis pluribus; quia intelligitur omnibus mortuis.

† Amplia in casu conuerso; quia plures copulati substituti in certis casibus ita debent simul admitti, vt pro absurdo habeatur interpretari, quod certo casu vnus tantum succedat; alter non Ro-
52 man. *cons. 138. colum. 2. ver. ad secundum autem.* † Limita; quia plura copulata adiectiua non debent concurrere, imo veniunt adiectiue;
53 & augmentatiue, vt si testator dicat: *instituo in bonis meis assignatis, & descriptis in tali instrumento*; quia sufficit, quod sint assignata, vel descripta. Alexand. *cons. 20. Consideratis, num. 6. & seq. ver. tertio præsup-*
pono. lib. 3. vbi *nu. 7.* quod in materia fauorabili in dubio stant augmentatiue. Vide, *Adiectiua plura copulata quando concurrere debeant,*
vel non. Conclus. 81. † Extende; quia legatum factum Doctoribus
54 Legistis, & Medicinæ, sufficit, quod sint, vel Legum, vel Medicinæ Doctores; non autem debent copulari istæ duæ qualitates adiectæ. Alex. *d. cons. 20. num. 8. lib. 3.* vbi apost. *in ver. vtraque.* † Limita,
55 quādo copula copulat plures qualitates, nec apparet, an respectu diuersorum subiectorum, an eiusdem subiecti, & in dubio intelligitur respectu diuersorum; quia copulæ natura est ampliare, &
quod inter diuersa ponatur. Alex. *cons. 25. Consideratis, num. 15. vers.*
& in hoc puto. lib. 7. & iterum *cons. 64. In causa, num. 3. vel præterea, lib. 7.*
vbi apostil. *in ver. copula.* dat concord. † Limita, quando dispositio
56 est varia, vt quia in principio loquitur de cessante in ciuitate, postea loquitur de cessante, & qui aufugit, quia non requiritur concursus copulatorum, sed recurritur ad ius commune, quia cessans
etiam dicitur sine fuga. Roman. *consil. 104. in princip. & per totum,*
vbi, quod non debet induci correctio, sed conciliatio. † Limita,
57 quando post dispositionem copulatam lex, vel dispositio procederet viterius disponendo aliquid vno solo ex copulatis enunciato; quia tunc non requiritur concursus vtriusq; copulati. Gemin.
consil. 6. num. 7. ver. nec obstat. † Est idem est, quando modo loquitur
58 copulatiue, modo disiunctiue; quia tunc non requiritur concursus vtriusq; copulati, si ex mente contrarium appareat. Roman. *d.*
cons. 104. Pater Reuerende, per totum, vbi loquitur in statuto Florentiæ de cessantibus, & fugitiuis, vt quia in nigro, quandoque de solo cessante loquitur, dicit standum nigro, vbi apostil. *in ver. sentiet.* quę
59 plures allegat. † Extende; quia ad mentem seruandam disponentis, nedum copula resoluitur in alternatiuam, & disiunctam, sed etiam in casu contrario disiuncta resoluitur in copulam; & coniunctam; plene Crauet *cons. 899. De anno, in princ.* Castr. *cons. 43. col. 2.*
ver. sed contrarium, lib. 2. † Extende; quia copulata duo non requirūt
60 concursum vtriusque, quando vnum esset superfluum; quia tunc copula disiungit, veluti, si pater substituat pluribus impuberibus locum pium, si ambo filii decesserint in pupillari ætate, & sine liberis: quia si concurrere deberent ambo copulata, necessario esset substitutio pupillaris, sed imo est pupillaris in pupillari, & fidecommissaria supra pupillarem; quia alias illa verba, *& sine filiis,*
essent superflua; igitur est intelligenda, ac si duas fecisset substitutiones, vna, si in pupillari, altera, si sine filiis. Castrens. *cons. 43. nu-*
mer. 2. lib. 2. † Extende; quia quando constitutio sub rubrica de
61 cessantibus, & fallitis, prout Florentiæ, disponit in nigro de solo cessante in ciuitate, & aliquando de cessante & fugiente, ne sit superflua, dū loquitur de solo cessante, copulata disiunguntur. Roman. *d. consil. 104. in princip.* maxime *in ver. preterea,* & ibi apostil. *in*
ver. sentit, citat pro vtraque parte. † Limita, seu declara totam hanc
62 materiam; quia in substitutione etiam fideicommissaria, quando agitur de pluribus effectus, plura copulata disiunguntur, & copula sumit naturam disiuncti, in vulgari substitutione, in qua vnus solus effectus consideratur, semper requiritur concursus omnium copulatorum. Alex. *cons. 167. Videretur, num 9. vers. non autem*
est bona, lib. 5. licet impugnare videatur ad aliam finem. † Limita;
63 quia ad euitandam contrarietatem copulata impropriantur. Crauet. *consil. 685. num. 13.* † Limita; quia plura copulata resoluun-
64 tur in singulares. Signor. *consil. 111. numer. 6. ver. præterea non est no-*
uum. Roman. *d. cons. 104. Pater Reuerende, per totum.* † Extende; quia
65 imo copula quandoque accipitur pro disiuncta. Signor. *d. consil.*
111. num. 6. Castr. *cons. 154. num. 2. ver. secundo facit, lib. 2.* Roma. *d. cons.*
104. n. 3. † Et semper copula resoluitur in disiunctam, quando dis-
66 positio habet plures conditiones copulatas, quarum copulatio redderet elusoriam dispositionem. Alex. *consil. 130. Attentis, col. fin.*
lib. 2. sequitur Ripa *in c. inter cæteras. num. 55 de rescript.* in testamento
consuluit Castrens. *cons. 43. in princip. lib. 2.* Curt. Iun. *cons. 172. Præsup-*
ponitur. num. 4. † Et quod plura copulata resoluantur in singularitates, & copula in disiunctiuam, etiam ad inducendam pœnam,
67 quando elusoria dispositio, Castr. *cons. 154. Pro ista domina, numer. 2.*
ver. secundo facit, lib. 2. vbi exponit *authent. isidem pœnis. C. de secund.*
nupt. quod mater perdit successionem, si accepta tutela transit ad
secundas nuptias, & alium non petiit tutorem, & non reddidit rationem, & non restituit reliqua; nam licet sint tria copulata

ad inducendam pœnam; non tamen debent omnia concurrere;
quia si sufficeret, petere tutorem absque aliis, seruiret de vento,
68 & esset sine effectu; igitur copulata stant disiunctiue. † Extende
idem, quando resultaret iniquitas, vel absurdum. Alexand. *d. con-*
sil.64. In causa, & lite, numer.6. ver. fortificantur prædicta, lib.7. Vide,
Verba collectiua, & copulatiua, quæ & quando distributiue sumantur. Con-
69 *clus.*153, † Limita in pacto, & promissione de retrouendendo fa-
cto duobus, puta patri & filiæ; quia vnus solus potest offerre, &
deponere, ac vti pacto, etiam quod sit factum ambobus. Bald. *con-*
*sil.*133. *Quædam mulier, in fin. num.3. ver. circa tertium, lib.1.* vbi, quod si
filia sola agat patre consentiente, res non habet difficultatem.
70 † Limita, quando copulantur plura incompatibilia, tunc copula
resoluitur in alternatiuam, vel disiunctiuam. Roman. *consil.*480.
*In casu propositæ consultationis, num.*4. Socin. Iun. *cons.*128. *num.3. & seq.*
*lib.*1. vbi ponit plura exempla de substituto vulgariter, & pupilla-
riter, & per fideicommissum, vt copula resoluatur in alternatiuã,
71 & est subscriptum à 14. Doctor. † Limita quando, si copula con-
iungeret, inutilis redderetur dispositio. Crauet. *cons.*485. *nu.* 10. &
seq. vbi *num.*11. late Alexand. *consil.*130. *Attentis, colum. fin. lib.*2. Ripa
*in c. inter cæteras, num.*55. *de rescr. & in l. Centurio, num.*94. *ff. de vulg. & pu-*
pil. Felin. *in c. Rodulphus, col.2. ver. & per elusionem, de rescr.* Castr. *cons.*43.
72 *Substitutio, num.* [illegible] *lib.*2. Curt. Iun. *cons.* [illegible]. *Præsupponitur, num.*4. † Li-
mita in colligatis, & sociis guerræ; quia si fiat promissio subsidii
in euentum, quod dictis confœderatis, & Andreæ fiat bellum, si
soli Andreæ fiat, copulata concurrunt, ex quo Andreas est colli-
gatus; quia guerra vni ex colligatis facta censetur facta omnibus.
Bald. *consil.*343. *Examinanda sunt, propo fin. num.*4. *ver. sequitur aliud,*
73 *lib.*1. † Limita, quando constat de mente, vt copulata sint disiuncti-
ua; quia menti inseruiendum est. Roman. *cons.*104. *per totum*, late
Crauet. *cons.*685. *num.*12. Castr. *cons.*43. *num.*2. *lib.*2. *ver. nunc est.* Alex.
*cons.*130. *Attentis, in fin. num.*8. *ver præterea, lib.*2. vbi, quod copulata
74 sumuntur pro disiunctis, & econtra, vt seruetur mens. † Extende
in substitutione fideicommissaria facta pluribus copulatiue, puta,
si ambo decesserint sine filiis, quia si non extat persona, quæ ex-
cludat ex mente testatoris substitutum, copula resoluitur in sin-
gularitatem, *l. hæredes mei, §. cum ita,* vbi omnes, *ff. ad Treb.* communẽ
* *dicit Ruin. *consil.*46. *num.*1. *lib.*3. & idem in dictione collectiua v-
niuersali, si omnes decedant. Gabriel. *cons.*121. *num.*40. & *seq.* vbi de
* 75 *communi. † Limita, quia copula, quæ ponitur inter duos hono-
ratos, vel duos grauatos super re distributionem recipiente, non
requiritur concursus vtriusque copulati. Bald. *cons.*374. *Verba Dyni,*
*ante med. ver. nam sicut quando, lib.*1. Ruin. *consil.*112. *num.*9. & *sequent.*
*lib.*5. vbi, quod legatum factum militibus, & Doctoribus habet
locum in simplici milite, & Doctore. Alex. *consil.*64. *In causa & lite,*
76 *numer.*4. *ver fortificatur, lib.*7. † Vel distingue, seu limita per alia ver-
ba, prout Alex. *consil.*20. *Ponderatis num.*6 & *sequent. ver. tertio præsup-*
pono lib 3. quia si sumus in materia fauorabili, & copulantur plura
adiectiua verba, prout in bonis meis diuisis & assignatis, & decla-
ratis, ista copulata non debent simul concurrere, sed vnum venit
77 ampliatiue ad aliud, & sic copula stat disiunctiue. † Et idem est in
qualitatibus copulatis in materia fauorabili circa honoratos; nã
si fiat legatum Doctoribus in legibus, & in Theologia, & Medi-
cina, non debent recipere debentes legatum esse Doctores in di-
ctis scientiis copulatis, sed sufficit vna; quia copulantur ad ampli-
andum, & augendum legatum. Alex. *d. consil.*20. *numer.*8. *lib.*3. *ver.* &
idem vult, Bald. vbi, quod secus est, si adiectio esset respectu eius-
dem substantiui, sed in dubio debent referri ad diuersa, & ad au-
78 gendum. Alex. *cons.*64. *num.*3. & *seq.* maxime *nu.*5. *lib.*7. † Si vero su-
mus in materia odiosa; tunc omnia copulata debent concurrere,
nisi appareat de mente. Alex. plene *d. consil.*64. *In causa & lite, num.*5.
79 *ver. accedit id, quod, lib.*7. † Extende, vt idem sit, quando duo disposi-
tiue propter se, & non propter aliud enunciantur. Ruin. *consil.*41.
*num.*6. *lib.*3. vbi statutum disponens quod ascendentes masculi &
agnati vsque ad quartum gradum excludant matrem, habet lo-
80 cum, si soli ascendentes, vel soli agnati extant. † Et ideo legatum
factum mercatoribus & artificibus lanæ, vel Doctoribus, & Me-
dicis, non requirit concursum vtriusque qualitatis; quia stant dis-
positiue, & propter se; secus, si propter aliud. Ruin. *d. consil.*41. *num.*
81 6. *lib.*3. Alex *dict. consil.*64. *numer.*3. & 4. *lib.*7. † Et quando copula
ponitur inter plura, quæ non sunt respectiue posita per modum
accidentis, non requiritur concursus omnium copulatorum. A-
lex. *d. consil.*64. *num.*3. *ver. præterea, lib.*7. ideo statutum quod conde-
82 mnatus de furto, rapina, & iniuria sit infamis; vnum sufficit. † Ex-
tende idem in priuilegio concesso originariis, incolis, & habita-
toribus; quia singulæ qualitates per se stant, siue sint originarii, si-
ue incolæ, siue habitatores; quia per se stant singulæ, ita Crauett.
83 *consil.*909. *num.*11. † Extende; quia quandocunque duæ qualita-
tes copulantur, non respectu certi, & determinati substantiui, sed
respectu alicuius generis, non requiritur concursus vtriusq; qua-
litatis, sed sufficit alteram adesse. Vnde, si testator alicui legat ve-
stes emptas, & paratas sui causa, non requiritur, quod simul sint
emptæ, & paratæ, sed veniunt emptæ tantum, & paratæ tantum.
l. qui concubinam, in princip. vbi Bartolus *ff. de leg.*3. secus, si respectu
certi, & determinati substantiui. Castrens. *dict. consil.*418. *colum.*2.
*circa med. versic. quarto sic. lib.*1. † Limita, quando plura copulantur, 84
& vnum de se est sufficiens, si sumus in rescriptis, sufficit vnum ex
copulatis, prout idem in lege, vel statuto, & alia dispositione, quę
regulatur secundum ius commune. Castrens. *consil.*341. *il secondo.*
*Præmissis allegationibus, numer.*4. *in fin. versic. item cum duo. lib.*1. † Re- 85
stringe in contractibus, & vltimis voluntatibus; quia licet vnum
de se sufficeret; tamen ex quo sunt copulata; debent omnia con-
currere, vt sit locus dispositioni. Castrens. *dict. consil.*341. *numer.*4.
*in fin. lib.*1. † Limita; quia copulata plura non ad eundem finem 86
tendentia, sed ad diuersos fines resoluuntur in orationes singu-
las; ideo statutum disponens, quod fœmina dotata à patre, matre,
vel fratre, non succedat stantibus masculis, intelligitur, vt dota-
ta à patre non succedat patri, à matre non succedat matri, & sic de
singulis, non autem, quod pro vna dote vnius excludatur ab o-
mnibus. Petrus de Anchar. *consil.*80. *numer.*4. & *sequent.* † Limita, 87
quando ordo charitatis induceret aliam credulitatem; quia co-
pula resoluitur in disiunctam, veluti si pater instituat sibi hære-
des filium, & nepotes ex eodem filio, quia censetur ordine suc-
cessiuo, non copulatiue. Bartol. *in l. Gallus, §.1. numer.*3. *vers. quod in-*
stit. facta. ff. de liber. & posthum. Bald. *consil.*492. *Non est dubium, lib.*2.
qui hoc dicit procedere, quando ambo non essent in rerum natu-
ra, vt quia nepotes non essent nati. † Limita, quando plura copu- 88
lantur propter se principaliter, non propter aliud; quia in vno-
quoque procedit dispositio sine copulato. Roman. *consil.*104.
*numer.*4. *ver. vltimo aduertendum, supra in princip.* † Limita; quia co- 89
pulata plura negatiue resoluuntur in disiunctam, vt sufficiat al-
terum ex copulatis non fecisse; nam si obligo me sub pœna non
facere hoc, & hoc, si facio alterum, committo pœnam. Angel.
de Perusio *consil.*61. *Quæritur, & quæstio. numer.*2. *ver. nec dicat quis.*
& hoc est; quia concursus vtriusque copulati requiritur, videli-
cet, quod non faciam hoc, neque illud promissum. † Extende; 90
quia dispositio loquens negatiue de Ecclesia carente clero, & po-
pulo, verificatur etiam si solo populo, vel clero careat, Alexand.
*consil.*25. *Consideratis, numer.*11. *ver. ita etiam voluit. lib.*7. vbi plura si-
milia adducit, licet apost. ibi teneat contrarium. † Extende, quia 91
statutum disponens; quod iudex possit mulctare citatos non
comparentes, & non soluentes, resoluitur in disiunctam; quia si
citatus comparet, licet non soluat, vel si soluat, licet non compa-
reat, euitat mulctam, quia requiritur vtrunque negatiuum co-
pulatum. Angel. *dict. consil.*61. *numer.*2. *ver. porro in casu.* † Limita, 92
quando copula respicit plures pœnas, quia licet ambæ non pos-
sint concurrere; tamen dispositio verificatur in vno ex copulatis.
Bald. *consil.*198. *Statuto ciuitatis, in fin. lib.*2. vbi, quod statutum pu-
niens conducentem vinum forense in pœna librarum 200. & in
amissione vini; si vinum non potest emitti, quia sit Ecclesiæ, lai-
cus conducens punitur in alia pœna, & statutum habet locum,
licet conducens non sit dominus, & sic licet non concurrant am-
bo copulata. † Limita, quando plura copulantur in diuersis ora- 93
tionibus, & vnum non est respectu alterius. Ruin. *consil.*116. *num.*6.
*lib.*2. vbi, quod stat augmentatiue, vt si dicatur, *lego empta & parata,*
veniunt empta, & veniunt parata, non autem requiritur concur-
sus vtriusque copulati. † Et quod quando diuersæ orationes co- 94
pulantur respectu diuersorum factorum, non requiratur con-
cursus copulatorum, procedit, quando plures orationes copu-
lantur per se principaliter; secus, si copulantur respectiue ad a-
liud, quia primo casu copula stat continuatiue, secundo casu stat
copulatiue. Alexand. *consil.*110. *Circa primum, numer.*14. *ver. nec præ-*
*dicta. lib.*3. vbi plenis. apostill. *in ver. copula,* dat concord. † Declara 95
plenius, vt per eundem Alex. *d. consil* 110. *numer.*14. & *sequent. lib.*3.
quia copula semper requirit concursum copulatorum, maxime,
quando copula est inter plures conditiones apposita eiusdem,
vel paris dispositionis, nisi mens disponentis sit in contrarium,
vel nisi conditiones, seu alia copulata sint respectu alterius, vel
diuersi dispositi, quia tunc reducuntur singula singulis, vn-
de tunc intellectus diuidit, & vnitatem copulatiue distribuit,
& quia considerat semper, an dispositio sit fauorabilis, & am-
pliatur, an odiosa, vel pœnalis, & restringitur. † Limita, quan- 96
do copula cadit inter duo adiectiua respectu vnius substantiui,
quia non requiritur vtrunque copulatum. Alex. *cons.*80. *numer.*13.
*lib.*1. † Limita, quando plura narrantur copulatiue in rescriptis iu- 97
stitiæ

stitiæ, quia sufficit vnum probare verum Mascard. *Conclus.325. Cõmissio.* Vide, *Disiuncta conditio quando habeatur pro coniuncta, & econuerso. Conclu.486.* Vide, *Substantia actus si plura requirit, vno dejiciente, actus est nullus. Conclus.773.*

Correctio est vitanda, & concordanda contraria. Conclusio 1036.

1 DISPOSITIO † contraria primæ est concilianda, vt euitetur correctio; quia non est verisimile, quod quis suam dispositionem voluerit illico corrigere. Gemin. *cons.88. in fin. vers. item cum Papa.* vbi loquitur in Concilio Constantiensi. † Extende, quia non
2 solum habet locum in dispositione hominis, prout in obligatione expromissoris, qui se obligat releuare indemnem. Nam cum sit obligatio conditionalis, licet postea renunciet omni exceptioni; tamen non intelligitur renunciare huic expresse, ne incontinenti videatur se corrigere; quia debet intelligi de exceptionibus aliis, præterquam de iis, quæ exprimuntur in obligatione.
3 Castr. *cons.239. Super hoc, in princ. lib.1.* †Sed etiam in dispositione legis, vel statuti; nam statutum remouens omnes exceptiones contra instrumentum guarentigiæ, debet intelligi, præterquam quoad exceptiones, quæ sunt introductæ ab eodem statuto, ne inducatur correctio. Bart. *in l.1. ff. quod vi, aut clam.* Castr. *d. cons.239. nu.2. lib.1.* Rom. *cons.104. Reuerende pater, col.3. in princ.* vbi, quod debet fieri concordia omnino, vt euitetur correctio, Alexand. plene *cons. 56. Viso processu, n.8. & 9. vers. probatur magis, lib.2.* vbi, quod non est verisimile, quod statuentes voluerint se corrigere. Alexand. plene *cons.123. Scripsit. n.9. & seq. vsq; ad n.15, vers. præterea faciat. lib.4.* vbi ponit plura exempla, & *nu.14.* dicit, quod etiam per subauditum sermonem vitanda est correctio. † Amplia, quia correctio legum
4 semper est vitanda, quando potest fieri conciliatio; ideo si vna lex prior contrariatur posteriori, nunquam debet sumi sensus correctionis, si possunt concordari. Roman. *cons.40. Visis, n.5. ver. breuiter ego puto, & cons.57. In causa vertente, n.2. in fin. & n.3. ver. secundo ex communi regula,* vbi, quod ista est regula communis, *& cons.322. In casu propositæ, num.2 ver. iis tamen non obstantibus.* Alex. *cons.112. Viso, num.13. & seq. ver. quia respondeo, & cons.123. Scripsit, n.10. & seq. lib.4.* quod vl-
5 timum est Barbatiæ. † Extende, vt procedat, etiam si lex posterior contraria habeat clausulam derogatoriam, *non obstante*; quia adhuc correctio non sumitur, si potest fieri conciliatio. Roman. *cons. 40. n.5. ver. amo, & plus, & cons.57. in princ. & n.2.* vbi apostil. *in ver. reducende, & cons.322. n.2.* vbi plena apost. *in ver. derogatoria.* dat concord.
6 † Extende etiam, quando adesset dictio taxatiua. Roman. *d. consil.*
7 *322. n.2.* † Amplia, vt procedat, etiam si lex præcedat generalis, quod nullus Iudæus possit fœnerari sub pœna nullitatis, vel amissionis crediti, aut alias, si concedatur Hebræis, quod super pignore rei mobilis possint mutuare ad vsuras non obstante quacunq; lege, non derogatur legi in totum, sed in ea parte, in qua non cadit conciliatio; lex igitur non obstabit; quia illi est derogatum quoad fœnus super pignore rei mobilis, & quoad alias vsuras firma manet lex in suo robore, plene Roman. *cons.57. In causa vertente, per totum,* maxime *in princ.* vbi apost. *in ver. non in plus,* dat plures con-
8 cordantes. † Extende; quia lex posterior, vel alia dispositio contraria primæ, etiam cum derogatione, si in parte potest conciliari cum prima, & in parte non, in ea parte, quæ potest conciliari, non derogat, sed fit conciliatio in ea parte; in qua autem non potest fieri concordia, derogat, & vltra. Roma. *d. cons.57. n.2. & 3.* vbi apostilla *in ver. in parte,* citat Marsil. *in l. fin. n.47. ff. de iurisd. om. iud.* † Amplia
9 in statuto, & consuetudine; quia sicuti se habet lex ad legẽ, ne inducatur correctio per legem posteriorem, si potest concordari, ita se habet statutum ad statutum, & consuetudo ad consuetudinem, vt non inducatur correctio, si saluari potest contrarietas. Alexan.
10 d. *cons.123. Scripsit, n.15. & seq. ver. & adduco, lib.4.* † Extende maxime, quando lex, vel statutum, aut consuetudo posterior est generalis; quia nunquam tollit præcedentem specialem, nisi faciat mentio-
11 nem specialem. Alex. *d. cons.123. n.16. & seq. ver. præterea, lib.4.* † Extende; quia statutum, quod nulla exceptio possit opponi, non tollit exceptionem inductam ab eodem statuto, ne inducatur correctio. Alexan. *cons.21. Consideratis, n.5. & 6. ver. nec obstat, lib.7.* vbi apo-
12 stil. *in ver. corrigere, & in ver. ipsius.* † Amplia; quia testatoris voluntas ita est interpretanda, vt ex sequentibus non præsumatur se voluisse incontinenti corrigere. Roman. *cons.104. Pater Reuerende, colum. 2. in princip. ver. hoc autem probatur,* vbi apost. *in ver corrigat.* dat plures concord. & *cons.438. In casu, n.6. ver. quod autem non sit.* Alexand. *cons.*
13 *59. Attentis verbis, n.13. ver. & pro confirmat. lib.3.* Vide, *Corrigere se ipsum nemo præsumitur in contimenti. Conclus.1046.* †Extende in tantum, quod inducitur absurdum ab interpretatione, per quam disponens corrigeret se incontinenti; quia nunquam vt hæc interpretatio, neque vt dispositio reddatur inutilis. Rom. *cons.112. nu.3. ver. non obstat, vsq; in fin.* vbi apost. dat concord. † Amplia in mandato procuræ cum speciali prouisione, quod non possit procurator
14 obligare mandantem; quia licet subsequantur verba generalia, quod possit omnia, quæ potest mandans cum libera; tamen non censetur se corrigere, neque recedere à speciali prouisione. Alex.
15 *cons.21. Consideratis, n.3. ver. venio ad secundum, cum seq. lib.7.* † Amplia in testibus; quia si vnus testis in criminali examinatus aliquid cõtra instrumentum deposuit, postea in ciuili examinatus referat se ad suum examen, prout in eo addendo, quod refert se ad instrumentum, non censetur corrigere dictum suum in primo examine circa ea, quæ deposuit contra instrumentum; ideo relatio facta ad instrumentum debet intelligi, vt concordet saluis iis, quæ contra instrumentum dixit; ita Alex. *cons.56. Viso processu, n.7. & seq. vers. secundo hoc probatur, lib.2.* vbi plura similia. † Extende, quia si te-
16 stis examinatus super ætate dicat esse talis ætatis, & reddat bonam rationẽ, postea interrogatus in causa scientiæ dicat nescire, nõ dicitur se corrigere, sed debet intelligi, q̃ nesciat aliter, quam deposuit. Alexan. *d. cons.56. n.10. vers. bene facit, lib.2.* † Declara, quia quãdo
17 se refert testis ad dictum suum contra instrumentum & ad instrumentum, magis præsumitur concordare cum dicto suo, quam cũ instrumento, vt corrigat dictum; quia ratio reddita per testem debet attendi, quæ regulat dictum; ideo cum de instrumento non reddat rationem contra dictum suum, sed bene de dicto suo cõtra instrumentum reddat rationem; ideo magis debet concordari cum dicto quam cum instrumento. Alex. *d. cons.56. n.10. & seq. ver. & si dicatur, lib.2.* † Amplia in scripturis, quæ videntur continere
18 repugnantiam; quia fit interpretatio, vt vna non corrigat aliam, sed vt concordent. Alex. *d. cons.56. n.9. ver. benefacit lib.2.* † Amplia in
19 priuilegiis specialibus ad fauorem certæ personæ; quia licet fiat generalis reuocatio omnium priuilegiorum; tamen non includit priuilegia particularia; nisi de iis faciat specialem mentionem. Alexan. *d. cons.123. Scripsit, n.16. & seq ver. præterea, lib.4.* vbi ponit multa similia, & ibi apostilla *in ver. fauorem,* dat concord. Vide plenè, *Contrarietas est vitanda in omni dispositione. Conclus.1008.*

Correctio iuris in omni interpretatione vitanda. Conclus. 1037.

1 DVBIA † dispositio debet interpretari, ne inducatur ex ea iurium correctio; quia non est præsumendum, quod princeps vnico verbo voluerit tollere iura, quæ tot vigiliis fabricata fuerunt. Gemin. *cons.131. Præmitto pro declaratione, in princ.* † Limita in statuto
2 correctorio iuris communis; quia in dubio facienda est interpretatio, vt censeatur correctum, vt reducamur ad ius commune. Anchar. *cons.190. Plura contra processum, in princ.* vbi loquitur in statuto Pistoriensi. † Extende, quia licet correctio sit odiosa in iure; tamẽ
3 etiam correctio iuris est fauorabilis, quando reducit nos ad ius antiquum. † Limita, quando non est locus concordiæ; quia tunc
4 inducitur correctio, & vltima derogant prioribus, vt in legẽ posteriori, quæ derogat præcedenti. Vide, *Lex posterior non corrigit præcedentem & quando secus. Conclus.260.* Extende † in duobus instrumentis, vel scripturis super eodem negocio celebratis; quia si repugnant circa numerum, vel quantitatem, vltimo standum est. *l. nihil prohibet. ff. de adimend. legat. l. pacta nouissima. C. de pact.* Alex. *cons.*
5 *122. col.1. post med. lib.4. & cons.193. lib.6.* & Crauett. *cons.165. n.5.*

Correctio tantum extenditur, quantum se extendit dispositio correcta. Conclu. 1038.

1 STATVTVM † corrigens leges, vel aliam dispositionem, tantum se extendit, quantum extenditur dispositio correcta, Signorol. Homod. *cons.37. Factum sic ponitur, nu.5. & seq. ver. redeo ad primum.*
2 † Declara; quia procedit secundum correctionis potentiam: nam si corrigatur actus, extenditur correctio ad omnia, ad quę actus correctus extendebatur, & sic de singulis. Rayner. de Forly. *consil. 68. inter consilia Signorol. n.11. ver. nec obstat.*

Corrigium, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Conclusio 1039.

1 CORRIGII † domini litem habuerunt cum ciuitate Parmæ super aquis Padi corã Duce Mediolani, qui deputauit audito-

rem. Signorol. *cons.* 70. *in quæstione vertente, circa fin. col. pen. ver. venio ad*
2 *quartum.* † Domini de Corrigio potentes Domini, videlicet, Antonius & Manfredus fecerunt inter se pro se, & suis hæredibus pactum, & conuentionem perpetuam, quod eorum status, & iurisdictiones non possint diuidi, sed maneant in communi, & quod maior natu sit perpetuus administrator iurisdictionis, & iuramento firmarunt, super quo. Alex. *cons.* 18. *Visis. capitulis, lib.* 2. dicit, quod non valet talis conuentio, quin possit contraueniri, licet contrauenies, qui iurauit, efficiatur periurus; sed cautela est, vt accipiat absolutionem à iuramento, vbi, quod tale pactum non fuit seruatum, & quod Manfredus erat rixosus; ideo licebat impune recedere à pacto,

Correlatiua nomina quæ sint. Conclus. 1040.

1 CORRELATIVA † dicuntur illa, quorum positio supponit aliud, prout pater & filius. Nam pater semper supponit filium, alias non potest esse pater, & filius supponit patrem, alias non potest esse filius, gloss. *in l. qui plures ff. de vulgar. & pupill.* Dec. *cons.* 71. *In casu ad me, col.* 2. *ver. & pro fundamento.*

Correlatiuorum par conditio, vt vno concesso veniat aliud. Conclus. 1041.

1 CORRELATIVA † sunt adeo paris conditionis, vt altero concesso veniat etiam suum correlatiuum. *l. fin. C. de indict. viduit.*
☞ *tollend.* Vide Ant. de S. Blasio *tract. de correlatiuis, tomo* 18. *fol.* 261. vbi ponit casus 10. pro ampliationibus, & alios 10. pro limitationibus. Vide plene Gabriel. *lib.* 6. *titulo de legib. Conclus.* 3. *lex disponens in vno ex correlatiuis habet l. cum in alio*, vbi ampliat, & limitat multis
2 modis. † Amplia in legibus. Gabriel. *tit. de legib. & constit. conclus.* 1. *in*
* *prine.* vbi de* communi, & extendit in priuilegio, statutis, cum de-
3 claratione, in consuetudine, in sententia. † Amplia; quia si Capellæ conceditur priuilegium celebrandi Missas, censetur etiam cõcessum priuilegium parochianis tales Missas audiendi; quia sunt correlatiua ista. Calder. *cons.* 422. *in fin.* alias 6. *de religio. domib.* & quia vno concesso censetur concessum omne, per quod peruenitur ad illud. † Amplia; quia valet argumentum de vno ex correlatiuis ad aliud; ideo sicuti spurius filius non potest legitimari inuito patre; ita neque pater debet posse legitimare filium inuitum, & è contra. Bald. *cons.* 14. *Super legitimatione, num.* 2. *ver. quinto est hic*
5 *aduertendum. lib.* 4. vbi idem in auo, & nepote. † Amplia, vt idem sit in marito & vxore, vt disposita in vno sint disposita in alio. Bald. *d. consil.* 14. *num.* 2. *ver. Similiter, & in aliis. lib.* 4. Castrens. *consil.* 286. *Videtur, quod dicta sententia, colum.* 1. *in fin. ver. nam ad ciuitatem, lib.* 2.
6 † Declara, si aliquid disponitur in rem, vt quia factum prohibetur, licet verba dirigantur ad vnum ex correlatiuis; tamen obligatur etiam alter; secus si prohibitio sonat in solam personam; quia tunc non extenditur ad aliud correlatiuum. ita soluit Boer. *decis.* 58. *num.* 21. allegat Fabia. de Monte in *tractat. de emptio. quæst.* 2.
princip. colum. fin. ver. non tamen statutum compellens, & in 3. *quæstion. prin-*
7 *cip. ver.* 28. *quæro.* † Amplia in emptore & venditore; quia dispositum in vno procedit etiam in alio Bald. *d. consil.* 14. *numer.* 2. *ver. &*
8 *idem in emptore. lib.* 4. † Et in omni contractu vltro citroque obligatorio; quia dispositum in vno ex correlatiuis censetur dispositum
9 in altero, Socin. *consil.* 72. *num.* 12. *lib.* 3. † Amplia; quia dispositum in vno ex correlatiuis etiam in materia correctoria habet locum etiam in alio correlatiuo ad effectum inclusionis, secus ad effectum extensionis ad nouum casum, Bald. *consil.* 344. *Quæritur, v-*
10 *trum. lib.* 3. *in fin.* quod est subscriptum à sex Doctoribus. † Amplia idem esse, etiam si agatur de correctione iuris communis; quia si fiat statutum corrigens ius commune, quod maritus teneatur ad restitutionem dotis etiam vltra quam facere potest, idem erit etiam in socero, vel vxore; vt teneantur soluere; quia solutio & restitutio soluti sint correlatiua, & pari passu iudicari debent. Affiict.
11 *decis.* 223. vbi, quod ita fuit iudicatum. † Amplia, vt idem sit quoad iudicialia etiam criminalia, & pœnalia; nam sicuti quando maritus accusat adulterum, vt procedat accusatio, debet deducere, & probare, quod tempore commissi adulterii illa erat eius vxor; ita e conuerso si accusat vxor, debet probare, quod tempore commissi adulterii erat talis eius maritus, alias accusatio esset inepta, & danda esset absolutoria; quia dispositum in vno correlatiuo est dispositum in alio, Roman. *consil.* 167. *Antonius accusatus, in princip.*
12 † Amplia in vltimis voluntatibus; quia sicuti, quando pater errat in nomine suo; vel filii testando, vel codicillando præsumitur ex dementia errare, ita vt non valeat vltima voluntas: idem est pari ratione, si filius erraret in nomine patris; quia eadem est ratio, cum sint correlatiua. Roman. *consil.* 179. *Amplissime Doctor, in*
princip. num. 3. † Amplia in tantum argui posse à corrolariis, seu 13
correlatiuis, vt posito vno necessario alter ponatur: ideo vbicumque assumi potest terminus, quod quis dicatur debitor, necessario assumitur alius terminus, vt correlatiue ille, cui debitor constituitur, efficiatur, & sit creditor, Roman. *cons.* 202. *Non est dubium, in*
princip. † Et correlatiuorum idem semper est iudicium: Corn. *consil.* 14
145. *In supradicto, num.* 7. *lib.* 4. † Limita in contractibus, in quibus 15
dispositio in vno ex correlatiuis non habet locum in alio. Gabriel. *d. conclus.* 3. *tit. de legib. & constit. num.* 52. citat plures, & maxime Deci. *consil.* 212. *Visis, quæ accurate, colum.* 2. *num.* 3. qui allegat Bald. *in c.* 1. *colum.* 1. *post med. qualit. dominus propriet. feud. priuet.* vbi, quod si emptor renunciat *l.* 2. *C. de rescind. vend.* non tamen venditor censetur renunciasse eidem beneficio, & ambos citat Crauett. *de antiq. tempo in* 4. *parte num.* 71. *& sequent. ver. quod dictum.* allegat Socin. *cons.* 74. *Difficultatem, colum.* 1. *num.* 5. *ver. quinimo dico, lib.* 3. & plenius Crauett. *dict. tract. in* 4. *parte.* §. *Videamus n.* 29. *& seq. ver. nono non precedit*, maxime *nu.* 33. *ver. solutio*, vbi allegat Deci. *in l.* 1. *C. de in ius vocan. colu.* 2. *num.* 10. *vers. & omnia supradicta*, & quod pactum pœnale pro vna parte, vel ad fauorem vnius partis non releuat aliam; quia in contractibus non fit extensio. Bald. *dict. cap.* 1. *Qualiter dominus propriet. feud. priuetur.* & ibi Iacob. à sancto Gregorio, Petr. Foller. *tract. de contract. censuar. in* 6. *tom. parte* 2. *fol.* 156. *num.* 2. † Contrarium, quod 16
imo disposita in vno ex correlatiuis in contractu habeant locum in alio. Bald. *in c. nihil, num.* 7. *de electio.* allegat text. *in l. fin. ff. de acceptil.* vbi acceptilatio facta per me tibi, sicuti liberat te à me, ita liberat me à te, pro hac opinione videtur tex. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expen.* gloss. *fin. in c. breui, de iureiur.* & in contractu pacis, quod propter correspectiuitatem ad ambos paciscentes dicta pro altero ex paciscentibus procedant etiam pro altero. Nicol. Moron. *de treug. & pace quæst.* 136. *ad quod dictum est.* allegat Alciat. *consil.* 73. *tom.* 3. *lib.* 8. & idem Moron. *eod. tractat. quæst.* 108 *in princip.* † Declara; quia quan- 17
do materia non est proportionata correlatiuis omnibus, sed aliquibus; tunc limitatio procedit, prout explicat Baldus *d. c.* 1. *qualiter dominus propriet. feud. priuetur.* Nam pactum nominatim respiciens odium vnius, & fauorem alterius, non dicitur omnes æqualiter respicere, & ita Baldus vbi supra se declarat, dum dicit, quod pactum respicit vnam partem tantum, & non fit extensio. Deci. *in l.* 1. *numer.* 10. *C. de in ius vocand.* & melius Curt. Iun. *consil.* 6. *numer.* 12. vbi, quod quando vnus correlatiuus non proportionatur alteri, dispositum in vno non habet locum in alio secundum
* communem; quia militat diuersa ratio; secus e contra. † Vel, 18
quando resultaret inæqualitas circa proportionata ad vtrosque; quia dispositum in vno procedit etiam in alio, vt in contrario, Deci. *d. l.* 1. *numer.* 8. *ver secundus casus. C. de in ius vocan.* † Vel, quan- 19
do pactum est per modum recedendi à contractu; quia tunc receditur in totum, licet pactum sit pro vno factum, *d. l fin. ff. ne*
acceptil. Bald. *in l. si conuenerit, ff. de pact.* † Declara melius; quia limi- 20
tatio procedit in contractibus simpliciter stricti iuris, in quibus regula est, quod mixtus casus non cadit sub simplici; secus est in contractu bonæ fidei, puta emptionis & venditionis, in quo propter aliqualem æquitatem mixtus casus cadit sub simplici: ita Iaf. *in l.* 2. *numer.* 8. *ver. nunquid autem. ff. de verbor. obligat.* per Docto. Bartol. *in l. si extraneus, in fin. ff. de cond. causa data, in fin.* per quam ita etiam tenent Grat. *consil.* 114. *numer.* 3. & 4. *cum sequent. lib.* 2. & Socin. Iun. *consil.* 103. *numer.* 3. & 4. *lib.* 3. Vnde si fit comprehensio casus mixti, & sic extensio, vbi non agitur de correlatiuo; multo magis extenderetur, quando sumus in correlatiuis, & ita in simili arguit Crauett. *de antiq. tempo. in* 4. *parte princip. numer.* 72. *in fin.* vbi, quod huic fundamento vellet videre responsum. † Limita, vbi 21
diuersa ratio assignari possit. Bald. *consil.* 188. *In substitutione, in fin. numer.* 2. *ver. item non obstat, lib.* 1. vbi, quod licet testamentum inter liberos valeat coram duobus testibus; tamen non valet inter parentes propter diuersam rationem. Gabriel. *d. conclus.* 3. *numer.* 51. *ver.*
primo limita, tit. de legib. & constit. † Extende idem in filio spurio 22
per patrem legitimato, quia licet ipse succedat patri & matri, non ita è conuerso, licet sine correlatiua; quia diuersa est ratio; nam filius non peccauit in aliquo, parentes sic. Fulgo. *consil.* 82. *Nicolaus de Capriolo, numer.* 2. vbi dat multa exempla de matre transeunte ad secunda vota, quæ non succedit filiis; item, quando non petiit tutorem, & tamen filii succedunt matri; quia non peccauerunt in aliquo. † Limita in pœnali conuentione facta in- 23
ter tres fratres, ne aliquis eorum sub pœna possit acquirere in parte alterius; quia pœna non extenditur ad vendentem, ex quo verba directa sunt in acquirentem. Bald. *consil.* 482. *Magnifici viri,*
numer. 2. *vers. modo potest dubitari, lib.* 1. † Limita multis modis per 24

Gabriel.

25 Gabriel. *de leg. & conſtit. Concl.3. n.52. & ſeq.* † Limita; quia non fit extenſio in correlatiuis, quando ſumus in materia correctoria, & agitur de extenſione de caſu ad caſum, in actibus ſeparatis; ideo ſtatutum vocans ad ſucceſſionem fratris defuncti ſine filiis, alios fratres ſimul, & nepotes ex fratribus, ſiue ſint ex vtroque, ſiue ex altero latere tantum coniuncti, non habet locum in ſucceſſione nepotis ex fratre defuncti; quia eſſet extendere ad alium caſum, non autem includere correlatiuum in caſu expreſſo. Bald. *conſil.* 344. *lib.3.* quod eſt Chriſtophori Caſtillon. Signor. Homodæi, Gualterij de Zanziis, Iacobi de Mangiarijs, Tuberti de Trottis, &

26 Baldi de Peruſio. † Extende, quia licet filius ex primo matrimonio non ſuccedat matri in dote, ſi extant filij ex ſecundo, ſtante ſtatuto, non tamen fit extenſio, vt pariter mater non ſuccedat filio ex primo matrimonio; quia ſtatutum eſt correctorium, & o-

27 dioſum. Io. de Imol. *conſ.*114. *n.5. & n.10.* † Limita in pœnalibus; quia diſpoſitum in vno correlatiuo, cum quo de iure communi durius agitur, non habet locum in ſuo correlatiuo, cum quo de iure communi mitius agitur: exemplum de iure communi maior pœna imponitur adultero, quam adulteræ, ſi ſtatutum mandat adulterum torqueri, non habebit locum in adultera. Bald.

28 *conſ.6. Factum tale eſt, in fi. lib.5.* † Declara, vt per Gabriel. *de legib. & conſtit. concluſ.3. nu.33. & ſeq.* vbi, quod imo etiam in pœnalibus habeat locum diſpoſitum in vno ex correlatiuis etiam in altero, ma-

* xime *nu* 37. vbi dicit * communem; ſed tamen limitat tribus modis; primo, quando plures actus eſſent; ſecundo, quando pœna vni parti ſpecifice eſſet adiecta; tertio, quando cuilibet correlati-

* uorum eſſet diuerſo modo prouiſum, & communem * dicit Petr.

29 Foller. *tract. de contract. cenſuar. tom.6. par.1. fol.156. nu.2.* † Declarat forte melius Crauet. *de antiq. temp. in 4. parte, §. videamus, n.29. & 30.* vbi allegat pro, & contra, & diſtinguit, quod in correlatiuis pœnalibus dictum in vno habet locũ in alio reſpectu vnius, & eiuſdem actus indiuidui; ſecus in diuerſis actibus; exemplificat; quia ſtatutum prohibet marito relinquere vxori ſub pœna, certe vxor prohibetur acceptare relictum; quia idem eſt actus: è conuerſo maritus prohibetur relinquere vxori; non tamen vxor prohibetur relinquere marito; quia ſunt actus diuerſi, & ſeparati, & diſpoſitio non redditur eluſoria. Socin. *conſil.74. num.5. & ſeq. lib.3.* Curt. Iun. *conſil.6. num.15. & ſeq.* Deci. *in l.1. C. de in ius vocan. num.7.*

30 *ver. primus.* † Contrarium, quod imo diſpoſitum in vno correlatiuo procedat etiam in alio quoad actum ſimilẽ etiam diuiduum; ideo ſi maritus prohibetur legare vxori, vxor prohibetur legare viro. Iaſ. *in l. fin. C. de indicta vidui. tolle. n.16.* & conſuluit *conſ.112. lib.1. per totum.* Curt. Sen. *conſ.*11. Crauet. *de antiq. parte 4. § videamus, n.71.* vbi alios citat, *cum ſeq.* Vide, *Correlatiuorum quando non ſit eadem diſciplina. Concluſ. proxima ſeq.* Vide, *Aequiparatorum idem eſt iudicium, & quando procedat. Concluſ.*308.

Correlatiuorum quando non ſit eadem diſciplina. Concluſ. 1042.

1 CORRELATIVORVM † non eſt eadem diſciplina in iis, quæ ex pactione conuenta ſunt, quia potius ſtamus verbis, quam argumento correlationis; & ideo ſi fiat locatio cum pacto, quod conductor gratis fodere poſſit lapides per ſe, & ſuam familiam, & quod locator poſſit fodere pro vſu ſuo, pactum reſpectu conductoris non reſtringitur ad vſum ratione correlatiui quia verba ali-

2 ter cantant. Bald. *conſ.*160. *Facta fuit inueſtitura, per totũ, lib.1.* † Amplia; quia non valet argumentum de vno correlatiuo ad aliud, quando diuerſa eſt ratio; nam licet aucta legitima deſcendẽtium ſit etiam aucta aſcendentium de iure communi; quia ſunt correlatiua, *auth. nouiſſima. cum ibi not. C. de inoffic. teſtam.* ſecus eſt, ſi diuerſa ratio militat, puta ſtatutum auget legitimam filiorum ad medietatem, prout in Ciuitate Lucana, & excludit matrem ſtantibus agnatis certo gradu, licet non excludat à legitima, tamen non habebit legitimam auctam, prout filij quia nõ tantum fauet matri, ſicut filiis. Io. de Imol. *conſ.*114. *In cauſa, quæ vertitur, n.11. ver. re-*

3 *ſtat nunc videre, vſque in fin.* † Extende multis modis, de quibus in *Concluſio. proxima præced. n.15. & ſeq. vſque in fin.* vbi habes plures extenſiones, quæ ibi ſunt limitationes.

Correſpectiui actus qui dicantur, & eorum natura. Concluſ. 1043.

1 REGVLA † eſt, quod actus plures incontinenti facti dicuntur correſpectiui, vt vnus cenſeatur contemplatione alterius. Crauet. *conſ.*152. *nu.8.* vbi extendit, etiam ſi non incontinenti, ſed

2 breui tempore fiant. † Et actus dicuntur correſpectiui, quando ſunt ſubordinati, vnus ad alterum, & præſumuntur facti congruo loco, & tempore; ideo iudicandi ſunt, vt valeant, & vnus inſit alteri. Bald. *conſ.*179. *Ad euidentiam, lib.2.* vbi, quod extraneus, qui poteſt dotando mulierem apponere conditionem, quod dos ſibi reſtituatur, dummodo fiat in actu dotationis, non autem poſt, præſumitur incontinenti feciſſe, ſi apparent duo inſtrumenta, alterum dotationis, alterum ſtipulationis extraneo reddi, eodem die celebrata, dicit præſumi celebrata incontinenti, etiam contra dotem, vt ſit actus validus, & cauſa vera. Vide, *Titulus præambulus inducit præſumptionem actus ſequentis. Concl.*313. Vide, *Actus præſumitur in exequutione tituli præcedentis. Concluſ.*152. † Et quando ſunt in eo- 3
dem inſtrumento diuerſa pacta cenſentur correſpectiua, ita vt vnum pactum, & vna diſpoſitio contractus ſit contemplatione alterius, ita quod vnum non feciſſem, niſi tu aliud feciſſes. Tiraqu. *de retract. lignag. §.23. glo.1. n.3. & ſeq.* vbi *n.8.* dicit * communem, imo *
n.9. quod nullus contradicit, ſequitur Surd. *conſ.217. n.20.* vbi citat alios, maxime Alciat. *conſ.149. Et iterum, num.9.* vbi citat plures.
† Natura actuum correſpectiuorum eſt, vt quod ineſt in vno, inſit 4
alteri, ita vt vnus iudicetur, etiam ſi ſunt diuerſæ naturæ, nam ſi mutuaui tibi centum, & ſtatim illa depoſuiſti apud me, licet in depoſito non admittatur compenſatio, *l. fin. C. de compenſat.* tamen fallit iſto caſu; quia depoſitum pendet à mutuo, & ratione correſpectiuitatis, & coniunctionis contractuum. Bald. *conſ.315. Ad euidentiam præmittendum. per totum,* maxime *in fin. lib.3.* † Et non poteſt 5
vnum capitulum correſpectiuum ad aliud impugnari, & aliud approbari; quia ita inſunt, vt vnum ſit propter aliud, & è conuerſo. Alex. *conſ.111. Viſo ſuperiore, n.3. ver. & habet vnum capitulum, lib.3.* plenius Beccius *cõſ.45. n.31. & 32. cum ſeq.* quem citat, & ſequitur Surd. *conſ.217. n.20.* † Item, quod vno ſublato alterum ſtare non poteſt, 6
Crauet. *conſ.230. n.1.* plenius *conſ.179 in fi.* vbi, ꝙ poſito vno ponitur aliud, ſublato vno tollitur aliud; quia non debent diuerſo iure cenſeri, *l. etiam, §. ex cauſa. ff. de minor.* Crauet. *conſ.16. n.4. & conſ.246. n.3 & 4. verſ. item cum iſta cõuentio.* † Extẽde idem in filia dotata cum 7
pacto, ꝙ renunciet hæreditati paternæ; quia iſti actus ſunt correſpectiui, & vnus ineſt alteri, & pactũ cenſetur cõtemplatione dotis, & dos cõtemplatione pacti. Crauet. *conſ.11. Tria principaliter, in princip. n.3.* † Idem in locatione, pleniſſime Beccius *conſ.45. n.30. &* 8
ſeq. ver. dixerit aliquis, vbi *nu.31. & ſeq.* dicit, ꝙ pacta in eodem contractu ſunt ſemper connexa, & in idem factum reflexa, & inuicem reſpicientia, & ideo non datur ſeparatio; quia vnum dicitur contemplatione alterius, & inſunt contractui, in tantum, quod omnia promiſſa per emptorem, vel conductorem ſunt pars pretij, & omnia promiſſa per venditorem, vel locatorem ſunt pars rei, *num.32.* † Idem in donatione facta; quia licet ſimpliciter fa- 9
cta ſit; ſi tamen donatarius promittit alimenta donanti etiam ex cõtractu ſeparato, dicitur donatio correſpectiua propter alimenta, & è contra. Corne. *conſ. fin. in princ. lib.1.* vbi allegat conſulentes. Soci. *conſ.273. In præſenti conſultatione, n.4. lib.2.* Corn. iterum *conſil.283. Pars dicti Ioannis, in princip. lib.4.* ſequitur Grammat. *deciſ.*103.
n.157. & ſeq. & communem * dicit Tiraquel. *in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donatio. verſ. donatione largitus, n.117.* vbi *n.118.* citat plurimos, & *
n.119. dicit magis * communẽ, allegat Soci. qui hoc dicit *conſ.*127. *
Quoniam, n.4. verſ. ſecundo videndũ, lib.3. & conſ.27. lib.4. n.4. verſ. tertia eſt. Vide, *Donatio facta ex certa cauſa ceſſante cauſa non valet, & quando ſecus. Concluſ.*632. † Declara, niſi ex longo interuallo, puta per 10
annum fierent duæ donationes; quia non præſumitur correſpectiuitas. Tiraquel *d. l. ſi vnquam, ver. donatione largitus, num.120. & ſeq.* † Declara hoc vltimum, vt procedat, niſi in donatione eſ- 11
ſent verba, *pure, libere, & ſimpliciter, & ex cauſa remunerationis;* quia promiſſio poſterior non induceret correſpectiuitatem, quando coniecturæ contrariæ inſunt. Corne. *conſ. fin. col.3. ver. tamen iis non obſtantibus, vſque in fin. lib.1.* † Declara, niſi coniecturæ eſſent in con- 12
trarium. Corne. *d. conſ.283. n.10. lib.4. ver. non obſtant adducta.* † De- 13
clarat Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam, ver. donatione largitus, n.121.* qui limitat inter prohibitos donare. † Idem eſt in ſententia, & laudo; 14
quia ſi arbiter, vel iudex, qui poteſt ſuper vno cõdemnare, & non ſuper alio, condemnat, & abſoluit, ſuper aliquo, quod non eſt in facultate cenſetur correſpectiue facere pro re, quæ cadit in petitione, ſi poſſunt verba accommodari. Corne. *conſil.10. Quod dictum ſecundum laudum. num.14. col. penult. lib.2.* † Idem eſt in fideiuſſore, 15
qui ſe obligauit ſoluere pro alio, quando ineſt capitulum, quod principalis teneatur facere diligentiam de exigendo; quia ſi non probat diligentiam, non tenetur fideiuſſor, quia contemplatione diligentiæ videtur ſe obligaſſe. Socin. *d. conſil.273. num.4. lib.2.*
† Idem eſt in inſtrumento tranſactionis, & dationis inſolutum; 16
quia licet ſint plures contractus; tamen quia incontinenti ſunt, dicuntur correſpectiui, nec vnus ſine altero eſſet factus. Surd.

*conſ.*217.*n.*19.*lib.*2. vbi extendit, etiam ſi in tractatu, & concluſione non fuerint omnia pacta conuenta. † Idem eſt in vaſallo, qui non tenetur iuuare dominum, ſi dominus non obſeruat ſibi iuramentum; quia pacta ſunt correſpectiua, ex quo ſunt in eodem contractu, Deci. *conſ.*245.*n.*3.*&* 4. † Idem eſt in pactis emptionis; quia cenſentur correſpectiua, vt ſine eis emptio facta non fuiſſet. Surd. *d.conſ.*217.*n.*20. † Idem eſt in venditione, vel obligatione de dando, & recipiendo plura bona; quia ſi in eodem contractu ſit obligatio, cenſetur correſpectiuitas, vt vnum pro alio detur; ideo ſi res viliori pretio datur, non poteſt aliam commutationem accipere. Cor. *conſ.*219.*n.*10.*lib.*3. † Idem eſt in diuiſione, vel promiſſione facta de diuidendo bona communia expenſis ſocij, quia cenſentur actus correſpectiui, Cruuet. *conſ.*246.*n.*3.*&* 4. *ver. Item cum iſta conuentio.* † Idem eſt in promiſſione de releuando indemne aliquo; quia ſi ſequatur liberatio ab eodem circa idem etiam cum diuerſa perſona, cenſetur actus correſpectiuus. Cruuet. *conſil.* 461.*n.*63. vbi late. † Idem eſt, quia pactum quodlibet dicitur pars contractus, & pars pretij. Bero. *conſ.*153.*nu.*70.*lib.*1. & in pacto de retrouendendo idem Bero. *conſ.*212.*nu.*6.*lib.*3. † Idem eſt in obligatione minoris, etiam ſine ſolemnitate facta; quia ſi fiat ex cauſa collatæ ſibi liberalitatis, valet tanquam correſpectiua, neque reſtituitur, puta ſi dono minori ſub modo, quod ſe obliget ad decem ſingulo anno, valet obligatio correſpectiua. Fulgo. *conſ.*223. *in fin.* qui exemplificat in minore, cui vendidi, ex liberalitate, cum pacto, quod illam rem alteri non vendat, ſi volo emere. † Declara; quia non valet pactum de retrouendendo factum à maiore de re, quam emit minor, ſi fiat, poſtquam dominium eſt translatum in minorē, tanquam damnoſum. Gozadi. *conſ.*16. *per totum.* † Amplia, quia quando plura vno pretio venduntur corpora, vno deficiente non tenetur emptor emere, quia poteſt dicere; non eram emptorus partem, plene Tiraquel. *de retract. lignag.* §.23.*gloſſ.*1.*n.*3. *& ſeq.* vbi infinita cumulat, & dicit * communem, † Limita, quando reſultaret delictum ex correſpectiuitate. Gem. *conſ.*16. *in princ. iuncto ver. nec obſtat, num.*4. Vide, *In continenti quæ ſiunt, videntur ineſſe. Concluſ.*81. † Limita; quia licet in eodem inſtrumento fiant plures contractus, & pacta; tamen non ſunt correſpectiua ad inuicem, quando non habent connexitatem, neque referuntur ad idem, ſed habent ſuam perfectionem ex diuerſis; ideo vnus non regulatur ab alio. Abb. *conſ.*75. *Viſo quodam inſtrumento, lib.*2. vbi dicit tot eſſe lauda, quot ſunt capitula in vno, & eodem laudo appoſita, quando concernunt diuerſa; ſecus ſi vnum & idem, vel eſſent connexa. Bart. *conſ.*159. *Viſa quadam, col. fin. ver. Quarto eſt videndum.*

Correſpectiui actus quando, & ex quibus præſumantur, & de eorum defectu. Concluſ. 1044.

CORRESPECTIVI † præſumuntur actus, quando fiunt in continenti, vel coram eiſdem teſtibus. Corn. *conſ. fin. in princip. col.*2.*lib.*1. vel in eodem inſtrumento plura pacta, Gram. *deciſ.*103.*nu.*156. *& ſeq.* Cruuet. *conſ.*356. *Nobilis Ludouicus, in prin.* † Extende, vt non ſolum ſit verum reſpectu actuum, ſed etiam ſeparatorum contractuum. Corn. *conſ.*10.*lib.*2.*n.*14. Gramm. *d.deciſ.*103.*nu* 158. *& ſeq.* Cruuet. *d. conſ.*356. † Reſtringe; quia licet in dubio hoc ſit verum; tamen ſecus eſt, quando coniecturæ contrariæ inſunt. Corne. *d. conſ. fin. in fin. lib.*1. Dicitur autem incontinenti fieri ad inducendam correſpectiuitatem, ſi ſit intra vnum diem, nam ſi ſoror vno die renunciat hæreditati paternæ fratribus, alio die fratres dotent ſororem, præſumuntur correſpectiui actus. Anch *conſil.*434. *Ex narratis, n.*3. ſequitur Cruuet. *d. conſ.*356. *in princ.* † Extende; quia etiam poſt treſdecim dies dicitur incontinenti ad inducendam correſpectiuitatem in materia ſuſpecta, Cruuet. *conſ.*156. *n.*18.*&* 19. vbi, quod pactum retrouendendi per 13. dies poſt contractum ſuſpectum, præſumitur correſpectiuum, & quod ab initio ita fuerit conuentum. † Extende etiam, ſi actus ſubſequens de eodem negotio fieret cum diuerſa perſona; quia præſumitur correſpectiuitas. Cruuet. *conſ.*461.*n.*63. † Effectus actuum correſpectiuorum eſt, quod ſi non impletur ex parte agentis actus correſpectiuus, is non poteſt agere. Soc. *conſ.*273.*n.*4.*lib.*2. Vide, *Implere debet actor contractum ex parte ſua, alias non agit, Concluſ.*50. † Et ideo depoſitū factū per me de pecunia mutuata mihi penes mutuantem, non habet priuilegium depoſiti; quia videtur actus correſpectiuus. Bald. *conſ.*315. *per totum, lib.*3. Cruuet. *conſil.*924.*n.*3.*&* 4. Corne. *conſ.*61.*lib.*3. † Imo agitur ad repetitionem ſoluti tanquam, quod cauſa non ſit ſequuta, Corne. *d. conſ. fin in princ. lib* 1. † Item ad exequutionem conuentionis in caſu non obſeruantiæ. Deci. *conſ.*265.*num.*2. *& ſeq.* vbi ſi minor non ſeruat pactum correſpectiuum, & promiſit nullitatem contractus, in caſu non obſeruantiæ agetur ad nullitatem, ſi non ſeruauit. † Item, quod non poteſt impugnare vna pars contractum in aliquo correſpectiuo. Gramma. *deciſ.*103.*nu.*150. *& ſeqq. multis.* † Item ſeparatio non datur actuum correſpectiuorum, ideo indiuidua reputantur. Cruuet. *conſ.*356 *in princip.* † Vide, Natam *conſil.*133.*col. fin.n.*5. *& ſeq.* vbi, quod inobſeruantia capituli diuerſi, & ſeparati non excludit, ſequitur Surdus *conſ.*101.*n.*25. *& n.*31. *&* 32. vbi late. † Contrarium tenet Surd. *conſ.*217.*n.*19. *& ſeq. lib.*2. vbi, quod licet inſtrumentum contineat tranſactionem, & dationem in ſolutum, & ſic duos contractus; & plura pacta; tamen ſunt adeo correſpectiua; vt non præſumantur contrahentes voluiſſe aliter contrahere, ſi deficeret vnum pactum, allegat Alciat. *conſ.*149. & alios, & extendit, etiam ſi pacta fuerint appoſita poſt concluſionem contractuum; quia ſunt correſpectiua, & vnum contemplatione alterius, & aliter partes non contraxiſſent. † Amplia, quia ſi donatarius ſe obligat ad aliquid ſimpliciter verſus donantem etiam poſt donationem, præſumitur contemplatione donationis. & ſic erunt actus correſpectiui. Maſcard. *Concluſ.*564. *in fin.* Vide, *Contemplatione alterius. Concluſ.*966. Vide plen. *Incontinenti quæ ſiunt, cenſentur ineſſe. Concluſ.*81.

Cor hominis mobile eſt, & quid ſit. Concluſ. 1045.

COR † hominis dicitur mobilius omni mobili. Lap. *alleg.*57.*nu.*7. *ver. & Boetius.*

Corrigere ſeipſum incontinenti nemo præſumitur. Concluſ. 1046.

NEMO † preſumitur ſeipſum corrigere in continenti in eadem diſpoſitione. Alex. *conſ.*59. *Attentis verbis, n.*13. *ver. & pro confirmatione, lib.*3 vbi apoſtil. *in ver. incontinenti,* dat concord. † Et ideo teſtes, qui in principio ſui dicti dixerunt de maleficio commiſſo præſente Titio, & Seio, ſi in fine interrogati, quibus præſentibus, dicant, nullis, debent intelligi nullis vltra præfatos, ne ſint contrarij. Alex. *conſ.*180. *Viſis duobus, in fin. n.*6.*lib* 5. & iterum *conſ.*170. *Viſo inſtrumento in fin. lib.*6. † Et filius, qui renunciauit legitimæ ad fauorem patris ſoluentis certam portionem, & promiſit nō contrauenire, pactum ſubſequens, quod non præiudicetur filio, & non poſſit moleſtari, intelligitur in ſumma habita, non in eo, quod ipſe promiſit, ne ſibi contrarietur. Alex. *conſ.*181.*n.*4. *ver. nec obſtat etiam, lib.*5. † Statuentes non præſumuntur ſeipſos corrigere incontinenti; ideo ſtatutum debet diſtingui, & conciliari, ne inducatur contrarietas, & correctio incontinenti. Alex. *conſ.*142. *Viſo proceſſu, n.*12. *ver. quia non debet fieri, lib.*6. † Contrahentes conuenerunt, quod petia terræ vendita pro libris centum cum pacto redimendi, ita tamen, ſi non redimatur, debeat æſtimari, & ſuppleri pretium, in fine venditor promiſit non dicere ſe læſum, rem pluris valere, emptorem non moleſtare, ſi poſteriora derogant prioribus, lapſo tempore redimendi venditor non poſſet aliquid petere. Alex. *d. conſ.*170. *Viſo inſtrumento, per totum, lib.*6. dicit totum contrarium; quia ſi poteſt fieri conciliatio, ne quis incontinenti ſe correxerit, debet fieri; ideo vltima clauſula habet effectum durante tempore ad redimendum, aliud pactum ſupplendi habet locum lapſo termino redimendi, & ſic nō ſunt contraria, & contrahentes non ſe correxerunt. † Amplia; quia regula eſt, quod voluntas non præſumitur mutata, & quando ſecus. Vide, *Mutatio voluntatis præſumitur, & quando ſecus. Concluſio.*434. Vide, *Voluntas præſumitur durare. Concluſ.*286. Vide, *Correctio eſt vitanda. Concluſ.*1036.

Cornetum, & eius ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines. Concluſ. 1047.

CORNETVM † habet priuilegium à Papa Vrbano V. quod in cauſis ciuilibus, vel criminalibus non poſſint conueniri coram generali Gubernatore Patrimonij, ſed habeat ſuum Iudicem particularem, & erant alias ſub gubernio Cardinalis Bituricenſis, Bald. *conſ.*415 *Pumctus quæſtionis, lib.*4. vbi tuetur partem d. Ambroſij de Victure, qui interfecerat alium, vt non poſſit conueniri, niſi coram Iudice Corneti, coram quo eſt præuentum.

Corporalis pœna quando ſit imponenda, vel non, pro pecuniaria. Concluſ. 1048.

REVS † cōdemnatus pro delicto in pœnam pecuniariā, ſi non habet, vnde ſoluat, ne pœna ſit eluſoria, puniturin corpore per regulā, qui non habet in ære, luat in corpore, de qua *l. ſi. ff. de in ius voc.* & * commune dicit Clar. *in praxi crim.* §. *ſi. q.*95.*n.*2. *ver. ſed quid ſi rem.* † Extende; quia iſta regula competit omnibus iudicibus de

bus de iure communi, licet in statu Mediolani, solus Senatus faciat hanc commutationem, Clar. *dub.95.num.2.ver.& poterit Iudex.*
3 † Amplia; quia licet aliqui tenuerint hanc regulam, quod non habens in ære, luat in corpore, non habere locum, nisi in eo, qui delinquit in fraudem legis sciens non posse soluere pœnam pecuniariam, tamen secundum * commnnem habet locum in omni delinquente, siue in fraudem legis delinquat, siue sine fraude
3 legis, Clar. *d.q.95.n.3. ver.& scias.* † Extende; quia habet locum in officialibus delinquentibus in officio de rigore iuris, licet nõ seruetur; quia vt plurimum fideiubent in principio officij, vel tem-
4 pore syndicatus, Clar. *d.q.95.n.3 ver.& nota quod hæc conclusio.* † Amplia, vt procedat, etiam si soluerit maiorẽ partem pœnæ; quia donec aliquid debitori remanet, potest neri hæc commutatio in pœnam personalem, Clar. *d.q.95.nu.6. ver.quæro, quid si iste reus*, vbi
* 5 dicit * communem, & ab ea in iudicando non recedendum. † Limita; quia si pars, cui pœna pecuniaria venit applicanda in totum, vel in parte, non velit, quod fiat hæc commutatio de pecuniaria in personalem, non potest iudex hoc facere. Clar. *d.q.95.nu.4 ver.*
* 6 *sed quæro, quod si pars*, vbi dicit * communem. † Limita; quia regula procedit in condemnato propter diffinitiuam sententiam, secus est in mulctato; quia Iudex potest minuere, & etiam remittere
* mulctam, Clar. *d.q.95.n 8.ver.hæc autem omnia*, vbi dicit * commu-
7 nem. † Limita, quando reus condemnatus pro delicto esset soluendo; quia licet ipse vellet potius puniri in corpore, quam in ære, non est audiendus, Clar. *d.quæst.95.n.7.ver.quæro etiam*, vbi dicit
* * communem. Vide Soci. *reg.6. Debitor non habens, vnde soluat*, vbi
Ⓕ ponit regulam, ampliat, & limitat. Vide, *Statutum circa pœnam pecuniariam, nisi soluatur. Conclus. 620.*

Corpora Sanctorum in diuersis Ecclesiis. Concl. 1049.

1 SANCTI † Dominici corpus sepultum est in Ecclesia sancti Do-
2 minici Bononiæ. Oldrad. *cons.228.n.6.ver.secundo opponit.* † Sancti Petri martyris corpus in Ecclesia sancti Petri Mediolani. Ol-
3 drad. *d.cons.228.n.6. ver.secundo opponit* † Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Ecclesia sancti Maximini Mediolani. Oldrad. *cons.228. n.6. ver.secundo opponit.*

Corpus mysticum quod dicatur, & quando veniat, vel non appellatione corporis. Concl. 1050.

1 CORPVS † mysticum dicitur Collegium, Capitulum, Vniuersitas, & similia, & debet imitari corpus verum, vt reducatur ad vnicum caput; quia plura habere capita, esset monstrum. Oldrad. *cons.204. Prima quæst. in princ.* vbi loquitur de ordine, & religione Cluniacen. vt Abbas Cluniacen. sit caput, & idem de Ecclesiis, vt Episcopi sint caput Ecclesiarum. Oldrad. *cons.94. Elegan-*
2 *ter,n.9.ver.iis quoq;.* † Amplia, quod religio repræsentat vnum corpus mysticum. Oldr. *d.cons 204.in princ.* vbi, quod Vniuersitas ex
3 ordinata dispositione debet ad vnum reduci, vt ad caput. † Appellatione corporis venit generaliter corpus ad omnes simul cohabitantes, vel non; & ideo venit collegium, quod est, quando plures simul cohabitant, vel colliguntur, *ff. quod cuiusque vniuersit.* ℣. Bartol. *in extraua. ad reprimendum, in ver.corpus.*

Cortonensis Ciuitas, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Conclus. 1051.

1 DOMINVM † particularem habebat ciuitas Cortonensis, cui Senenses tenebantur per 25. annos manutenere 40. homines pedites, & 25. barbutas expensis suis, & erat exempta ab omnibus oneribus Communis Senarum, Bald. *consil. 401. Super facto,*
2 *lib.5.* † Statutum est in ciuitate Cortonæ, quod filiæ fœminæ dotatæ non succedant, stantibus masculis. Bald. *cons.61. Ser Lipus, per totum, lib.1.* vbi, quod legitima fœminarum non accrescit masculis; quia ex tali statuto legitima & dos, quæ debetur fœminis, quæ restringitur ad dotes, & de eodem statuto Bald. *cons.2.lib.4. & consil. 9. Punctus quæstionis, & consil.10. Quia Cecchus, eod. lib.4.* vbi, quod est male dictatum, & male compositum hoc statutum, & quod habet locum, etiam si extant collaterales fratres, & de eodem statuto Angel. *consil.300. Punctus talis est*, vbi, an accrescat legitima filiæ
3 exclusæ masculo. † Declara huiusmodi statutum procedere, quod filia dotata non succedit stante fratre successibili, alias secus. Bald. *d. tot.2. lib. 4.* vbi, quod si filia dotata sit ex secunda vxore, & habeat fratrem ex prima vxore, si agatur de successione secundæ v-
4 xoris, & sic matris filiæ, ipsa sola succedit, nec statutũ obstat. † item intelligitur de dote data à patre, vel fratre, non à loco pio. Bald. *d.cons.9. in fi. lib.4.* † Item habet statutum, quod possidens rem per 5
decem annos etiam sine titulo, præsumatur dominus. Bald. *tot.*
3. In causa Basilij, circa si lib.4. vbi, quod valet. † Statutum est Cor- 6
tonæ, quod instrumenta, & rogitus, qui reperiuntur manu Notarij scripti, licet non sint cum solemnitate, tamen mandentur exequutioni; item, quod non credatur instrumentis Notariorum, nisi fuerint notata in libro officialis gabellæ, Bald. *consil.397. Punctus talis est, & cons. seq. lib.3.* vbi, quod si reperitur instrumentum sine tempore, & sine testibus penes Notarium discordans etiam cum nota data officiali gabellæ in quantitate, quod tamẽ si extat vnus testis, & fama, & indicia, per quos suppleri possint ista, quod debet extendi. † Item, quod decedenti sine filiis succedant fratres, 7
vel filij fratrum exclusa matre, & aliis ex linea materna, Bald *consil.205. Præmissis verbis statuti, per totum, lib.4.* vbi inseritur statutum; & dicit, quod habet locum etiam extante fratre consanguineo ex latere patris tantum; quia excludit matrem fratris defuncti. † Sta- 8
tutum Cortonæ disponit, quod tutores, & curatores teneantur conuicere inuentarium, & reddere rationem, etiam si sit factum legatum liberationis, super quo consuluit Aug. *cons.175. Item quo-*
dam statuto. † Quod contractus non insinuati Gabellæ ipso iure 9
sint nulli, super quo Rom. *cons 517. in casu propositæ, col. fin. in fin. ver: Nec refragatur statutum*, dicit, quod non habet locum in contractu iurato, neque in contractu confirmato aliter, quam ex consensu contrahentium, vbi apostil. in *ver. singularis*, dat concord.

Corrumpens Iudicem & ministros qua pœna puniatur. Conclus. 1052.

CORRVMPENS † Iudicem perdit causam, cuius occasione 1
corruptionem fecit, sed de iure antiquo repetebat datũ corruptionis causa, hodie nihil repetit, Bald. *cons.353. Proponitur, quod lib.5.* vbi sequitur distinctionem Andr. de Pisis, quando liceat donare Iudici impune, vel non. † Et quod perdat causam, & non re- 2
petat datum per corruptionem late Clar. *in §. fin. q.73.n.2.in fi. ver. pars autem*, vbi dicit * communem. † Extende, vt procedat, siue 3 *
pars dederit pecuniam Iudici, vt iniuste, siue vt iuste pronunciet; quia perdit causam, & datum. Clar. *d.§.fi.qu.73.n.2.circa fin.* vbi de
* communi. † Restringe, quando daret pecuniam Iudici, vt iusti- 4 *
tiam celerius ministret; nam non dicitur corrumpere Iudicem, ideo repetit datum, & causam non perdit. Clar. *d.§.fin.q.73.n.2.in fin.* † Restringe, si verbis blandis solum persuadeat Iudici, vt pro 5
se ferat sententiam; quia non perdit causam, sed punitur in centum aureis, *l.1.in fin ff. de ambitu.* Clar. *d.§.fin.q.37.n.2.in fi.* † Amplia; 6
quia etiam minister, vel familiaris Iudicis corruptus debet puniri. Bald. *d.cons.353.num.3.ver.item bene est verum, lib.5.* † Amplia; quia 7
sententia lata per Iudicem pecunia corruptum est nulla Soci. *reg.*
7. Sententia lata per Iudicem, vbi ponit duas fallentias: Prima, in laudo: Secunda, in sententia lata per plures Iudices, quando vnus solus fuit corruptus pecunia. † Amplia; quia testis pecunia corru- 8
ptus tenetur pœna falsi. Vide, *Testes corrupti, Conclus. 125.* † Amplia, Ⓜ
quia corruptela Iudicis adeo est detestibilis, vt æquiparetur cri- 9
mini læsæ maiestatis. Mascard. *Conclus 453. Corruptela, n.2.& per totam*, vbi, quod probatur corruptela, quomodocunq; detur pecunia, etiam si mutuo detur Iudici, vel si aliquid remissum sit; † Am- 10
plia; quia pœna corrupti est, quod efficitur infamis, & repellitur à testimonio penitus, licet aliqui teneant, quod cõtra corrumpentem non repellatur, Mascard. *Conclus. 454. Corruptus pretio.*

Corruptus quando, & ex quibus probetur Iudex, vel minister. Conclus. 1053.

IVDEX, vt † dicatur corruptus ipse, vel eius familiaris, requiri- 1
tur legitima probatio, ideo integer non est testis, qui fuit auctor corruptionis, vel præstitit opem, & sibi non creditur, nisi in tormentis, Bald. *cons 353. Proponitur, quod. in fin. vers item bene verum est, lib. 5.* † Contrarium, quod imo corruptus contra corrumpentem 2
admittatur. Mascard. *Conclus.454 n.10. & seq.* vbi *n.13.* declarat, vt non admittatur in ciuili quãdo repetit; secus in criminali. † Cor- 3
ruptus dicitur Iudex, & quilibet, qui tenetur gratuitum officium exercere, si exinde recipit pecuniam, etiam si sententiam ferat iustam. Anchar. *consil.157. Præmittendum est.* † Amplia, siue data sit 4
pecunia, vt ferat iniustam, seu etiam vt ferat iustam; item siue vt faciat, siue vt omittat facere, & siue sit data pecunia, siue promissa, siue remissa, siue mutuata. Mascard. *d. Conclusio. 453.* † Extende 5
in tutore, qui pro pupilla maritanda recipit pecuniam; quia licet eam maritet condecenter, & bene; tamen dicitur corruptus, & ex causa mala recipere, & tenetur restituere; Anchar. *dict.*

consil.

6 *conf.*175. vbi casus. † Restitutio autem cui fieri debeat, an pupillæ, pro qua maritanda receipit pecuniam, aut pauperibus, & Anchar. *d.conf.*175.*circa fin.* dicit, quod pauperibus, etiam si sint consanguinei, restituere debentis. Vide, *Pauperibus quæ sint debita, & erogan-*
7 *da. Concl.*170. † Amplia; quia sententia lata per Iudicem pecunia corruptum est ipso iure nulla, & quando secus. Vide Soci. *reg.*7. *sententia lata per Iudicem*, vbi limitat in arbitro, & quando erant plures Iudices, & vnus solus fuit corruptus pecunia. Vide, *Baratteria quid sit, ex quibus inducatur, & quomodo probetur. Concluſ.*26.

Cotognolæ Castrum, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. 1054.

1 CASTRVM † Cotognolæ fuit sub iurisdictione magnificorum
2 dd. Custalij, & Guidonis Antonij de Manfredis dominorum Fauentiæ, vt per Io.de Imol. *conſ.*97.*n.*8. † Statutum Cotognolæ disponẽs circa citationes, quod citatus habeat vnã diem ad comparendum; item, quod ad sententiam fiant duæ citationes; ideo est formale, & forma non seruata sententia erit nulla defectu citationis, Io. de Imol. *d.conſ.*97.*n.*2.*& ſeq.ver.circa tertium.*

Creditoris appellatione quis contineatur. Concluſ. 1055.

1 CREDITOR † dicitur is, cui debetur ex quacunque actione, vel persecutione, sine iure ciuili, siue honorario, siue in diem, siue sub conditione, *l.creditores, ff.de verb ſignif. & l.creditorum, cod. tit.*
2 † Et creditoris, seu credentiæ appellatione venit omne creditũ, siue constet ex instrumento publico, siue non. Alex. *conſ.*162. *Vi-*
3 *ſis, in fin. ver. ſentio etiam, lib.*5. † Et crediti appellatione venit omne creditum, siue consistat in quacunque re, vel specie, siue in pecu-
4 nia, Alex. *conſ.*12. *Attentis narratis, in fi.lib.*7. † Item creditor dicitur, qui potest pecuniam exigere quacunq; auctoritate etiam officio Iudicis. Pet. Anch. *conſ.*101. *Ex predicto themate, n.* 9. vbi ponit, quis sit debitor, & ponit diffinitionem, vt sit is, à quo potest pecunia
5 exigi. † Et quis proprie dicatur creditor, plene Rom. *conſ.*204 *in fi.*
6 † Et an is, cui debetur ex legato, sit proprie creditor in materia sta-
7 tuti. Ias. & Deci in *l.*1. *ff.ſi cert pet.* Vide infra *n.*27. *& ſeq.* † Declara, quia creditoris appellatio intelligitur de puro, & de eo, qui potest conueniri. Alex. *conſ.*106. *Viſis, n.*4. *ver ſed præmiſſis. lib.*5. vbi apostil. in *ver. puris*, dat concord. vbi *n.*6. quod verba statutis, de creditore non conueniunt creditori sub conditione, & qui non potest
8 agere. † Amplia, quia filius dicitur creditor in hæreditate paterna.
9 Anch. *d. conſ.*101. *n.*10. † Limita; quia in materia statuti non venit donatarius appellatione creditoris ex contractu, maxime, quando donatio incepit à traditione, Cuma. *conſ.*173. *per totum*, incipit,
10 *Galuanus.* † Extende, quia creditores futuri non veniunt in dispositione statuti, neq; conditionales, & non liquidi. Anch. *conſil.*37. *Contra Ioannem & Marianum, in* 3. *dubio*, qui licet loquatur in debitore, idem erit in creditore, quia sunt correlatiua, & de vno ad alium arguitur. *l.fin.* vbi Bart. *ff. de accept.* & ita Alex. *d.conſ.*106. *Viſis,*
11 *n.*7. *&* 8. *ver.*3. *verba, lib.*5. † Et cedens iura sua sibi competentia cõtra debitores, non veniunt debitores sub conditione, & contra
12 quos agere non potest. Alex. *d.conſ.*106.*n.*8.*lib.*5. † Extende; quia heres creditoris ante aditam hæreditatem non dicitur creditor. Fulgo. *conſ.*122. *ver. circa ſecundum*, qui loquitur in materia statuti.
13 † Extende; quia emptor proprie non dicitur creditor venditoris
14 in materia statuti, Alex. *d.conſ.*106. *lib.*5. † Extende; quia licet emptor habeat hypothecam bonorum venditoris, nõ tamen est proprie creditor, Bald. in *l.fin. C. de bon. auth. Iudi. poſſid. nu.*3. *ver. ſed nunquid.* vbi, quod non dicitur creditoris, cui competit actio realis.
15 † Restringe; quia bene venit fideicommissarius. Fulg. *conſ.*122. *in*
16 *fin.* † Limita, quia creditor in diem, vel sub conditione, non est proprie creditor; ideo non cadit in dispositione statuti loquente
* de creditore. Alex. & Ias. in *l.*1. *in fi. princ. ff ſi cert. pert.* vbi * omnes, & idem Alex. *d.conſ.*160.*n.*7. *lib.*5. tex. est in *l. Fulcinius, §. ſi in diem, ff. quib. ex cauſis in poſſ. eatur.* plene Riminald. Sen. *conſ.*79.*n.*13. *& ſeq. vſqq, in fin. lib.*1. & Roma. *conſ.*164. *Hæc quinquaginta, in fi. nu.*5. vbi a-
17 postilla dat concord. pro vtraque. † Extende etiam in legato generali de omnibus creditis; quia non veniunt credita in diem, vel sub conditione. Roma. *d. conſ.*164.*n.*5. *ver. vltimo*, vbi apostil. pro v-
18 traq; parte allegat. † Contrarium, quod imo creditor sub condi-
* tione veniat appellatione crediti, vel creditoris, secundũ * communem opinionem, & etiam secũdum communẽ vsum loquendi. Alba. Mandel. *conſ.*74. *in fi.* apostilla ad Roma. *d.conſ.*164. *in fin.*
19 *in ver. glo.* vbi pro vtraque. † Imo, quod cedens iura contra omnes suos debitores censeatur cessisse etiam contra debitores in diem, & sub conditione. Apostil. ad Rom. *d.conſ.*164. *in ver. glo. in fi.* † Re- 20
stringe, nisi conditio esset omnimo extitura. Alex. post Rom. *d.l.*1. *ff. ſi cert pet.at.* † Limita; quia proprie creditor non est, qui exceptio- 21
ne repelli potest. Rom. *conſ.*102. *Super eo, n.*3. *&* 4 *ver. cum itaque*, & plenius *conſ.*204. *Pro diſcutienda, n.*1. *& ſeq.* † Extende; quia verba 22
legis, vel statuti in dubio debent intelligi de creditore efficaci, qui non possit exceptione legitima repelli. Roma. *d.conſ.*204. *in fi.* vbi apostilla *in ver. repellitur*, citat concord. † Limita; quia is, qui venit 23
ex cessione, vel successione creditoris mei, non est meus creditor proprie; quia non fui sequutus fidem illius. Anchar. *conſ.*222. *Subtiliter, n.*4. vbi reddit rationem; quia proxima attenditur, non causa remota, & hanc partem videtur tenere Roma. *conſ.*38. *In caſu propoſito, in princ.* vbi, quod largo modo dicitur creditor, sed non proprie. † Contrarium tenet Roma. *conſil.*142. *Quod ceſſionarius. per to-* 24
tum, vbi hoc probat per text. in *l.*2. *C. de donat.* & ibi apostilla *in ver.* *
firmat, dicit * communem, allegat Deci. in *l.*1. *in* 1. *lectura, n.*99 *ff. ſi cert. pet.* Socin. Iun. *conſ.*27. *ſi præſens, n.*7. *lib.*2. & Bald. *in d.l.*1. *ff ſi cert. pet. n.*5. quem cæteri ibi sequuntur. Roma. *conſ.*202. *in princ.* vbi hoc probat necessario; quia si ille, contra quem mihi cessa sunt iura, efficitur meus debitor, *l.*2. *C. de donatio* necessario ego sum creditor, quia in relatiuis dato debitore, necessario datur creditor, & è contra. Vide, *Ceſſionarius vtitur eodem iure, quo vtitur cedens. Concluſ.* 213. † Declarat idem Roma *conſ.*38. *in princ.* vt quando priuilegiu 25
exequendi concessum est causæ, non personæ, sine dubio cessionarius potest obtinere exequutionem, prout creditor, & ex proœmio cognoscitur, an priuilegiũ sit concessum personæ, vel causæ. † Extende contrarium vt ex stylo, vel consuetudine, aut sta- 26
tuto, vel constitutione potest capi debitor sine citatione ad instantiam creditoris, poterit etiam capi ad instantiam cessionarij. Roma. *conſ.*142. licet ibi apostil. alleget contraria in eo, quod non possit remitti citatio in præiudicialibus. † Limita; quia legatarius 27
proprie non est creditor, plene Roma. *conſil.*124 *Iſta captura nu.*9. *ver. quamobrem. vſque in fi.* allegat tex. *in l.ſi.* §. *licentia. C. de iure deliber.* ibi, inter creditores, & legatarios, quæ copula inter diuersa ponitur, supra *n.*6. † Extende; quia legatarius non dicitur creditor te- 28
statoris, vel legantis, Roma. *conſ.*224. *in princ.* † Extende; quia ne- 29
que dicitur creditor hæredis, antequam adiuerit hæreditatem, quia hæres adeundo obligatur, non ante, Roma. *d conſil.*224. *in princ.*

Creditor non compellitur mutare suum debitorem, neque partem crediti recipere, & quando secus. Concluſ. 156

CREDITOR † non compellitur mutare suum debitorem, *l.ſi* 1
mandato meo, §.1. *ff. mand.* † Extende; quia nemo compellitur 2
nouare actionem suam, neque ex contractu, neque ex quasi contractu, in iudicio, Fulgo. *conſ.*185. *Supposito statuto in princ.* vbi dicit
* communem. † Restringe; quia bene potest tertius comparere, *3
& tueri absentem, & ignorantem, & inuitum præsentem, dummodo non animo nouandi. Fulgo. *d.conſ.*185. *in princ.* † Amplia; 4
quia creditor non cogitur partem sui crediti recipere, & quando secus. Vide Soci. *Reg.*36. *Creditor partem debiti.* Vide plenius, *Solutio*
*partis non liberat ſoluentem. & quando ſecus. Concluſ.*344.

Creditor quicunque præfertur legatariis. Concl. 1057.

CREDITOR † quicunque, habeat hypothecam, siue non præ- 1
fertur legatario sui debitoris, etiam si legatarius habeat hypothecam. Bald. *in l.*1. *C. debito. vendi. pign. imped. & in l.*2. *C. ſi aduer. vend. pign.* Ias post alios *in auth. vnde ſi parens, C. de inoffi. teſtam.* Bartol. *in l. creditoribus, ff. de ſepar. bon.* † Extende multo magis in creditore ha- 2
bente hypothecata bona debitoris. † Amplia; quia quilibet cre- 3
ditor præfertur fideicommissario, & cuicunque dispositioni factæ per suum debitorem, quod bona non possint vendi, & ideo dixit Bald. *in d.l.*1. *C. debito. vend. pign. & in l.*2. *C. ſi aduer. vend. pign. in fi.* quod vxor pro credito suæ dotis potest vendere; quam rem vult de bonis sibi obligatis, non obstante aliqua dispositione etiam particulari facta in dicta re per testatorem debitorem, per tex. *in l. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pigno. & in l. cum fidei heredis, ff. de fideicomm. libert.* & videtur esse de mente Docto. *in l. filiusfamil.* §. *diui, ff. de leg.*1. vbi Ias. Ripa, & alij. † Et ideo si non apparent alia bo- 4
na, creditor debet satisfieri in bonis alteri legatis per debitorem. Bartolus *in l. ſi cui,* §. *poſtquam, ff vt in poſſeſſ. leg.* Castrens. *in l.*1. *C. commu. de leg.* quia testator non potest disponere in præiudicium creditorum. *l. ſi conuerſa. C de legat.* † Limita; quia legatarius præfer- 5
tur creditori hæredis in bonis testatoris petita separatione bonorum. Vide, *Separatio bonorum quando & qualiter fiat. Concluſio.*185.

Credi-

Creditores societatum bancheriarum qualiter concurrant inter se. Concluſ. 1058.

1 CREDITOR † vnius societatis bancariæ, vel alterius mercimonij, puta Florentiæ, præfertur omnibus aliis creditoribus etiam anterioribus, & cum hypotheca extra cauſam ſocialem, quia menſa fauet ſuis creditoribus, qui contemplatione illius ſocietatis contraxerunt, ita Anchar. *conſil.* 184. *in princ. & per totum.*

2 † Contrarium tenet Caſtrenſ. *conſ.* 286. *Viſis & ponderatis, col.* 3 *in fi. ver. quinimo etiam prædictis omnibus ceſſantibus, lib.* 1. vbi intelligit *l. procurator, §. ſi plures. ff. de tribut.* quando ſunt creditores plurium negociationum; ſi vero vnius tantum dicit, quod non militat ratio, quod contraxerit contemplatione potius illius negociationis, quam alterius, ſed ſi vna tantum, cenſetur omnes contraxiſſe ra-

3 tione perſonæ & integri patrimonij. † Declara: quia quando vnica eſt negociatio, tunc creditores illius negociationis eſſent melioris conditionis in hoc; quia fideiuſſores pro negociatione dati tenerentur creditoribus pro negociatione, non autem aliis, qui extra negociationem, licet ratione perſonæ, vel totius patrimonij; quia iſtis fideiuſſores negocij non obligantur. Caſtren. *d. conſ.*

4 286. *col. ſi. n.* 3. *in ſi. ver. item non obſtat, ſi dicatur lib.* 1. † Declara, niſi alij creditores non bancarij reuera ſoluiſſent ad effectum ſatisfaciendi creditoribus bancariis; quia tunc ipſi quoque intrant in locum eorum, quibus fuit ſolutum, & concurrunt cum aliis bancariis creditoribus per æs & libram. Caſtr. *d. conſil.* 286. *Viſis & ponderatis,*

5 *col.* 2. *in pr. ver. breuiter iis non obſtan. lib.* 1. † Et dicitur creditor banchi, & ſocietatis bancariæ ille, qui primo loco fuit in libris banchi factus creditor, poſtea per chirographum; nam ſatis probatur ex deſcriptione in libro banchi, quod ſit creditor banchi, Caſtren.

6 *d. conſ.* 286. *Viſis, & ponderatis, il ſecundo, n.* 2. *ver.* 2. *mouetur, lib.* 1. † Extende; quia ſi ratio bancariæ facit duo chattularia, videlicet vnum particulare banchi, & aliud generale banchi, & rationis domeſticæ deſcripti pro re domeſtica, non ſunt creditores banchi, ſed bene creditores pro re bancaria, licet non ſint ſcripti in chartulario particulari banchi, ſed in chartulario generali voltæ, Caſtr. *d. conſ.*

7 286. *col.* 3. *ver. ſi vero contingat, lib.* 1. † Amplia, vt procedat etiam, quando idem debitor faceret plures ſocietates, vel plures menſas in pluribus locis, vel etiam in eodem loco; quia debitum vnius apothecæ, vel mercantiæ, nõ eſt debitum alterius, ſed primo debet fieri ſatisfactio ſinguls, prout crediderũt vni menſæ, ita quod non fiat cõcurſus de creditore alterius menſæ, vel trafici eiuſdem

8 debitoris. Anch. *conſ.* 332. *per totum*, maxime *n.* 4. *& ſeq.* † Extende, quando vnus & idem mercator, qui decoxiſſet, haberet plures negociationes ſeparatas, puta Florentiæ, Romæ, Venetiis; quia illis, qui crediderunt negociationi Florentiæ, nõ poſſunt ad aliam, vel eius bona accedere, niſi prius ſatisfactis creditoribus illius, ad cuius bona volunt accedere, *l. procuratoris, §. ſi plures, ff. de trib.* vbi Bald. Ang. & Salyc. & clarius Caſtr. qui tenet idem *in l. ſi fideicommiſſ. §. tract. & in l. hinc quæritur, § poteſt. ff. de pecul.* Ang. *in §. tractatum. in princ.* Io. Fabr. & Areti. *Inſt. quod cum eo, §. introduxit.* Caſtr. *conſil.* 286. *Viſis, & ponderatis, lib.* 1. Anch. *d. conſ.* 184. *Viſa ſcriptura, in princ. &*

9 *conſ.* 332. *Pro clariori, n.* 4. † Imo ipſemet Caſtr. *conſ.* 390. *Licet illi, lib.* 2. idem dicit de eo, qui habet patrimonium in diuerſis prouincus diuerſæ iuriſdictionis; quia licet hypotheca comprehendat totũ patrimonium vbique; tamen ordine ſucceſſiuo in ſatisfactione, in creditori, qui contraxit Ferrariæ, primo debeat ſatisfieri in bo-

10 nis Ferrariæ, ſi ſufficiunt, & non poſſit agere in bonis Venetiarum in præiudicium creditorũ Venetorum etiam poſteriorum. † Con-

11 trarium tenent Cuma. *conſ.* 172. *Titius & Seius*, & Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratri. in* 9. *parte, in fi.* † Amplia; quia creditores in perſonali ſocietatis bancariæ debent ſatisfieri æqualiter per æs & libram. Caſtr. *d. conſ.* 286. *Viſis, & ponderatis, in princ. & per totum, lib.* 1. quia non datur prioritas, neque poſterioritas in chirographariis.

12 † Extende, vt procedat, etiam ſi vnus fuit diligentior alio, & fuit ſatisfactus præſtita cautione de reſtituendo, ſi alij æquales, vel priores apparerent; quia talis cautio operatur, ac ſi non eſſet ſatis-

13 factus, Caſtr. *d. conſ.* 286. *in princ. lib.* 1. † Reſtringe, quando vnus fuiſſet diligentior in conſequendo ſuo credito, & fuiſſet ſatisfactus; quia tunc præfertur, nec reſtituit aliis. Caſtr. *d. conſ.* 286. *in princ. lib.*

14 1. † Reſtringe in deponente ſine vſuris; quia præfertur aliis creditoribus rationis bancariæ non alia ratione, niſi quia gratuito pecunias ſuas depoſuit, ſecus ſi ex mutuo eſſet creditor vel etiam ex depoſito cum vtilitate, Caſtr. *d. conſ.* 286. *col. ſi. n.* 4. *ver. non obſtant al-*

15 *legata, lib.* 1. per *l. ſi ventri, §. in bonis. ff. de priu. credit.* † Vide Abb. *conſ.* 49. *in quæſt. lib.* 2 *per totum*, vbi conſuluit in cauſa mercatorum Florentinorum, qui exercebant Romæ & Florentiæ bancum, & decoxerunt; & quia maiorem partem bonorum habebant Florentiæ, concordarunt, quod decem pro libra ſoluerentur, & hæc concordia iuuaret etiam creditores Romanæ Curiæ, quatenus conferrent bona Romæ exiſtentia, quatenus non cõferrent, non iuuaret eos concordia, ſed eis fieret ius ſecundum leges imperiales, Papa requiſiuit, quod ſoluere facerent Florentini. Qui offerebant iuſtitiam miniſtrare, Papa conceſſit repreſſalias, & capti ſunt illi, qui habuerunt decem pro libra cum obligatione, quod manutenerentur Florentini creditores ab omnibus moleſtiis, & defenderent. Abbas conſuluit pro Florentinis; quia repreſſaliæ eſſent nullæ; quia non poſſunt illi capti agere contra ſoluentes, vigore repreſſaliarum, ex quo nõ ſunt ordinatæ contra eos; & quia non habent iura ceſſa, & quia nullam habent creditores Romani actionem cum creditoribus Florentinis, qui exegerunt, & effecti ſunt domini, quia regula, quod vno immiſſo omnes ſunt immiſſi, non loquitur in adiudicatione, ſed in pignore prætorio; tamen in contrarium facit Alex *conſ.* 49. *n.* 6. *lib.* 1. quod etiam ſi repreſſaliæ ſunt nullæ, exactus recuperat, niſi fecerit notificationem repreſſaliarum prius. † Limita, quando vnus eſt principaliter ſocius in 1
aliqua ſocietate, quæ per miniſtros; & inſtitores exercetur, & ille idem etiam ſe exercet in alio loco in proprietate, & decoxit, vt euenit Bartholomæo de Panciaticis, qui habebat ſocietatem Lugduni, & Florentiæ negociabatur in proprietate abſque aliquo corpore, vel mercantiis, ſed tantum habebat domos, prædia, animalia, & ſupellectilia; tunc creditores ſocietatis ſunt admittendi in tributum cum creditoribus Bartholomæi propriis ad bona Bartholomæi, in ſubſidium tamen, & quatenus non ſufficiant bona ſocietatis, cui crediderunt, nec poſſunt repelli à creditoribus Florentiæ propriis eo caſu.

Creditor poteſt iure creditoris vendere, & quomodo. Concluſ. 1059.

CREDITOR † anterior vendens rem ſui debitoris, prout vxor 1
vendens bona quaſi mariti pro dote ſua, ſeruata forma ſtatuti transfert dominiũ in emptorem, ita vt ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes præſcribat hypothecam in bonis venditis anteriorem, etiam ſi fiſco comperat; ſi vero hypotheca ſit poſterior, ſtatim efficitur dominus, & non poteſt inquietari prætextu, quod viliori pretio venditio ſit facta, Fulgoſ. *conſ.* 326. *Quidam nomine Lacobus. in ver. negotio propoſito.* Vide, *Creditor agens ad venditionem bonorum ſui debitoris quæ poſſit, & ad quæ obligetur. Concluſ. proxima ſeq.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi anterior credi- 2
tor mala fide venderet per colluſionem pro minori pretio rem ſui debitoris ſeruata forma ſtatuti; quia adhuc nõ poteſt emptor moleſtari etiam à fiſco poſteriore, niſi facta prius excuſſione, Fulgoſ. *d. conſ.* 126. *n.* 2. † Declara; quia ſi emptor fuit bonæ fidei, dolus ven 3
ditoris prioris creditoris ſibi non nocet; ideo moleſtari non poteſt, ſed præſcribit, Fulgo *d. conſ.* 126 *in fi.* † Amplia; quia etiam po- 4
ſterior creditor vendens pignus, vel bona in exequutione capta ſui debitoris, non poteſt impediri à primo creditore, ſed tamẽ iudex debet reſeruare iura prioris, & in conſignatione pretij, poſtea priori, & potiori conſignare; quia ex quo actus ſecundi eſt profi-
cuus omnibus, non impeditur, Iaſ. *in l. à diuo Pio. §. ſed & illud. ff. de re iud.* & plenius Neguſ. *de pign parte* 6. *membro* 1. vbi ponit regulam, ampliationes, & fallentias plurimas. † Limita; quia creditor non 5
poteſt vendere iure creditoris pignus, poſtquam ſibi fuit oblatũ, & depoſitum pretium à tertio, qui erat procurator, licet tunc non oſtenderet mandatum; quia ſaltem impeditur venditio. Fulgoſ. *conſ.* 127. *Cum Titius, in fin.* † Limita; quia ſibi ipſi non poteſt credi- 6
tor vendere pignus. † Extende; quia ſi tertio vendat, qui poſtea 7
cedat creditori vendenti, præſumitur perſona ſuppoſita, & perinde eſt, ac ſi ſibi vendidiſſet. Fulgoſ. *d. conſ.* 127. *n.* 2.

Creditor agens ad venditionem bonorum debitoris quæ poſſit, & ad quæ obligetur. Concl. 1060.

CREDITOR † habens pignus, vel tenutam bonorum licet non 1
compellatur vendere, ſi non velit *l. à diuo Pio, §. quod ſi res, ff. de re iud. l. quamuis. in fin. princ. ff. de pignor. actio.* † Tamen ſi vult ſibi ſatis- 2
fieri, & non reperiatur emptor, vel oblator, tenetur pro quantitate ſui crediti, & valore bonorum ea accipere in ſolutum, iuxta tex. *in d. l. à diuo Pio §. Si pignora. ff. de re iud.* † Imo ſecundum legem anni 3
1548. Florentiæ tenutarius tenetur intra annum accipere bona in ſolutum, licet primo non compelleretur. † Hodie autem ex re- 4
formationibus Rotæ Florentiæ ſeruatur, quod bona æſtimantur, poſtea ponuntur ad haſtam, & fiunt licitationes, & ſi reperitur emptor, qui offerat vltra æſtimationem, præfertur; quia plus offerens expectatur per quindecim dies, quibus elapſis deuoluitur ad alium, qui plus obtulit, & ſic deinceps, ſed ſi nullus ob-

lator

lator soluat in termino, bona adiudicantur creditori pro æstimatione facta,& nota, quod nihilominus oblatores compelluntur soluere illud, quod obtulerunt supra æstimationem ad commodum debitoris,& tenentur ad gabellam contractuum. Vide, *Missio in possessionem corporalium,& incorporalium qualiter fiat. Conclus.* 281.

5 † Et quod creditor emptore non reperto possit petere sibi adiudicari bona debitoris de iure communi, tradit Alex. *in d. l. à diuo Pio. §. si pign. ff. de re iud.* & est tex. *in l.* 1. C. *si in caus. iud. pign.* Castren. *in l. si quos, C. de resciad. vendit.* Afflict. *decis.* 338. *col.* 2. Rol. à Valle *cons.* 32. *vol.* 3. † Et ita de stylo seruatur Florentiæ; quia idem expresse cauetur per statutum sub rubrica, *de togen. debit. ad solutio. & modo.*

7 *& forma dationis in solutum.* † Amplia; quia creditori habenti instrumenta publica sui crediti, conueniens est, quod bona sui debitoris iudicialiter assignentur, *d. l. à diuo Dio, § si pignora ff. de re iud.* & assignatio fiat pro concurrenti summa sibi debita, gloss. & Doctores *in l. eleganter. in princip. ff. de pign. act.* Bart. *in libera. C. de sentent. & interloq.* & tunc sicut per solutionem debiti tollitur omnis obligatio; ita etiam per dationem in solutum, quæ habet vim solutionis,& receptio in solutum vim emptionis. *l fin. ff. quib. ex caus. in*

8 *poss. eatur l. si pradium. C. de euictio.* † Declara, quod in tali adiudicatione, seu datione in solutum, siue ea fiat à Iudice, siue à parte, debet apponi clausula, quod in euentum, in quem dicta bona molestarentur, vel euincerentur, liceat eidem creditori redire ad iura primæua, ac si dicta adiudicatio facta non foret, ita Bartol. *in d. l. eleganter, ff. de pign. actio.* Bald. *consil.* 300. *Statuto cauetur, in princip.*

9 *lib.* 1. † Potest tamen ipse creditor offerre ad hastam, prout quilibet alius, *l.* 2. & ibi Salycet. *C. si in causam iudic.* Vide, *Datio in solutum an differat à venditione, & in quibus. Conclus.* 24.

Creditor an possit petere partem sui crediti in iudicio. Conclus. 1061.

1 CREDITOR † in maiori summa non admittitur, si velit petere partem crediti tantum in iudicio. Bart. *in l.* 1. *in fin. ff. de acq. hæred.* quem ibi sequuntur Imol. & Aretin. idem Areti. *in l. si mihi, &*

* *tibi. ff. de leg.* 1. vbi * omnes, vbi adducunt rationem, ne continentiæ causarum diuidantur, & ne debitor duplicibus expensis fatigetur. † Declara, vt procedat aduersario opponente, alias secus; quia libellus talis admitteretur, *§. si minus. Instit. de actio. l. si toto, §.*

3 1. *de leg.* 1. Areti. *in d. l.* 1. *col. fin. post med. ff. de acq. hæred.* † Extende; quia Florentiæ seruatur, quod potest peti pars crediti ex toto, se-

4 cundum Imol. *in d. l.* 1. *in fin.* ex mente Baldi *ff. de acquir. hæred.* † Declara extensionem, vt procedat in curia mercantiæ, vbi iudicatur secundum veritatem, & arbitrium mercatorum, sed coram Iudice ordinario Rotæ non procederet libellus parte opponente, ne continentia causarum diuidatur, *l. nulli, C. de iud.* & ne debitor duplicibus expensis fatigetur; vt considerat Areti. *d. l.* 1. *in fin ff. de ac-*

5 *quiren. hared. & d. l. si mihi & tibi. ff. de leg.* 1. † Limita; quia de iure communi, qui petit partem,& obtineat, non præiudicat sibi; quin possit petere residuum, *l. si quis cum totum,* & ibi gloss. *in verb. non noceat, & l. videtur ff. de except. rei iudic.* Io. Fabr. *Instit. de actio. §. si minus,*

col. 5. *ver. quid si actor.* Vide, *Liberatio debitoris ex quibus præsumatur, vel non. Conclus.* 332.

Creditor an possit exigere debitum suum à debitore sui debitoris, & quando. Conclus. 1062.

1 CREDITOR † potest exigere à debitore debitoris, contra quem habet exequutionem paratam, si ipse debitor debitoris non negat se debere, etiam si non sit nomen debitoris obligatum creditori, Bart. *in l. si in causa. per illum text.* quæ est 2. *in princ. C. quando fiscus, vel priuatus,* vbi reddit rationem, quare secus, si negat, Bald. *cons.* 22. *Tres sunt casus, lib.* 4. & sic in personali procedit hic primus casus, & est necesse, quod fiat condemnatio principalis debitoris, detur exequutio, subsequatur confessio nominis debitoris, explicita, vel implicita, & missio in possessionem nominis debitoris, ita Soci. *cons.* 37. *na.* 14. *lib.* 3. & in istis terminis loquitur glo. *in l.* 1. *C. de prator pigno.* tex & ibi Bart. & alij *in l. à diuo Pio, §. si super rebus, n.* 3. *& in §. sic quoque* vbi plene Alex. & alij. *ff. de re iud* & ista quatuor esse necessaria in actione personali, dicit Bald. qui plene examinat *in*

2 *l.* 1. *n.* 4. *C. quando fiscus, vel priuat.* † Restringe, quia si debitor debitoris neget se debitorem, contra eum non datur exequutio. etiam si negatio sit per calumniam. glo. & Bart. *d. l.* 2. *C. quando fiscus,* & alij, quos citat Ias. *in l. à diuo Pio, § sic quoque. n.* 1. *ff. de re iudic.* quia non

3 fit exequutio. † Declara; quia si constat clare de calumnia, puta quia constat per instrumentum, vel sententiam, potest procedi

4 exequutiue. Ias. *d. l. à diuo Pio, § sic quoq; ff. de re iudic. in princip.* † Restringe, vt non procedat, quando debitor debitoris negaret se debitorem, vel quando creditor non haberet creditum habens exequutionem paratam; quia si nō habet obligatum debitorem debitoris, non exigit ab eo inuito. Bart. *d. l. In causa, in* 2. *lectu. in pr. C. quando fiscus, vel priuatus.* Alex. *d. l. à diuo Pio, §. sic quoque, in princ. ff. de re iud. & in §. si super rebus,* vbi Bart. *eod. tit. n.* 3. † Ratio, quare per negationem debitoris vltimi non fiat exequutio contra eum, est; quia summaria cognitio, quę fit in exequutione contra primum debitorem, non debet nocere secundo; quia vt exigatur, & vt compellatur, debet plenaria cognitio adhiberi; ideo contra eum debet dari libellus, & alia solemnia fieri. Bart. in *d. l.* 2. *in princ. C. quando fiscus. & in d. l. à diuo Pio, § si super rebus, n.* 3. *& §. sic quoque, ff. de re iud.* † Et modus agendi contra negantem erit via ordinaria; quia debitor non soluendo, si est præsens, compellitur cedere, vt possit experiri creditor, ex quo iam est condemnatus, vel dabitur curator bonis, quatenus sit absens, qui ager contra nomen nomine debitoris ad commodum iudicati. Alex. *d. l. à diuo Pio, § sic quoque, n.* 5. *ff. de re iud.*

7 † Et procedit restrictio, etiam si debitum sit liquidum ipsius creditoris; quia non propterea potest agere contra nomen debitoris, nisi feratur sententia contra primum debitorem. Bald. *d. l.* 2. *in princ. n.* 1. *in fi. C. quando fiscus, vel priuat.* † Declara; quia procedit con-

8 currentibus quatuor, primo, videlicet quod actum sit contra nomen debitoris, & sit facta condemnatio, secundo, quod sit relaxata exequutio, tertio, quod conuincatur nomen debitoris, vel implicite confiteatur, & tunc mittitur in possessionem nominis hoc modo quia iudex iubet nomen debitoris esse pignus, glo. fi. in *l* 1. *C. de prator pigno.* quam ibi sequuntur omnes, * & in *d. l. à diuo Pio, §.* *

sic quoque, ff. de re iud. † Tria necessario requiri dicit Rom. *cons.* 291. 9

Pro habenda, in princ. primo, quod debitor principalis sit condemnatus; secundo, quod sit facta discussio contra eum, tertio, quod debitor debitoris non neget se debere, & vno deficiente non agit creditor contra debitorem sui debitoris. † Amplia; quia credi- 10

tor habens nomen sui debitoris expresse obligatum specialiter, vel generaliter, potest agere, & exigere contra debitorem sui debitoris sine vlla discussione contra principalem suum debitorem. Bald. *cons.* 22. *in princ. lib.* 4. vbi dicit hanc veriorem esse, & ita videtur velle Soci. *d. cons.* 37. *n.* 14. *lib.* 3. & hanc * communem, & ma- *

gis communem * dicit Negus. in *tract. de pignor. in* 8. *parte. membro* *

1. *n.* 19. *ver. sexto sallit.* Alex. *cons.* 15. *Viso & considerato, nu.* 6. *lib.* 6 vbi

dicit * magis communem, & probat authoritate, & ratione; & *

communem * dicit Alex. *cons.* 17. *n.* 6. *in fi. ver. denique. lib.* 1. † Con- *11

trarium tenet gloss. fi. *in l.* 1. *C. de prator. pign.* vbi, quod nisi nomen debitoris confiteatur, non potest agi contra eum, ideo debet citari, sequitur Bart. *in d. l. à diuo Pio, § sic quoque, in fi. ff. de re iud.* vbi plene Alex. qui in fi. dicit, quod agitur via exequutiua, si confiteatur, pro hac parte facit; quia si oritur actio hypothecaria vtilis, ergo necessario requiritur excussio, ita Bald. *in l. nomen, C. quares oblig. poss.* vbi disputat, & dicit, quod etiam si sola actio vtilis oriatur, cum habeat instar hypothecariæ, tutius esse, quod requiratur. †Extende ampliationem; quia creditor potest agere via exequu- 12

tiua contra nomen sui debitoris, quando habuit cessionem à debitore; quia licet creditor non habeat hypothecam nominis debitoris, sufficit ius cessum, vt possit agere contra nomen debitoris, prout posset cedens. Socin. *d. cons.* 37. *n.* 14. *& seq. in fi. lib.* 3. †Ex- 13

tende idem, si iudex dedisset creditori in solutum nomen debitoris; quia sine alia cessione transeunt iura, & actiones, communem * dicit Soc. *d. cons.* 37. *nu.* 15. † Contrarium tenet Angel *consil.* * 14

259. *n.* 2. *in fi.* vbi, quod cessio, vel datio iudicis circa nomen debitoris nihil operatur, vt possit agi, nisi ipse fateatur. † Rationem di- 15

cit Alex. *cons.* 15. *in fi. lib.* 6. quia quando est obligatum largo modo possidetur. † Contrarium, quod non cadat possessio, vel quasi in 16

nomine debitoris, communem * dicit Alex. *in d. l. à diuo Pio, §. sic* *

quoque, n. 9. *ff. de re iud.* † Amplia; quia quando nomen debitoris ne- 17

gans se debitorem appareret debitor ex tali causa, quæ habet paratam exequutionem, tunc posset fieri exequutio contra eum; quia cessat ratio, quod requiratur libellus, & plenaria cognitio. Bart. *d. l.* 2. *n.* 1. *ver. quod si debitor, C. quando fiscus, vel priuat.* & ista est opinio multorum, quos refert Ias. *in d. l. à diuo Pio, § sic quoque, ff. de re iud. in princ.* vbi ponit hoc pro limitatione illius §. dum dicit, *si neget*; quia pro confitente habetur, idem tenet Bald. *in d. l.* 2. *C. quando fiscus, n.* 2. Alex. *in d. l. à diuo Pio, § sic quoque, n.* 2. *& 3. ver. Socin tamē, ff. de re iud.* vbi declarat, etiam si non adsit instrumentum habens paratam exequutionem; quia sufficit probatio probata. † Decla- 18

ra; quia licet instrumentum sit probatio probata, si tamē debitor debitoris opponeret exceptiones releuātes, impediretur exequutio; quia debet audiri, ita Alex. *d. § sic quoq;, n.* 3. *ff. de re iud.* vbi allegat Salycet. † Extende, etiam si creditor vellet in continenti probare 19

malitiam negantis; quia tunc via exequutiua audietur, & facta probatione daretur exequutio. Alex. *in d. § sic quoque, num.* 3. *ff. de re*

iud.

20 *iud. ver. item addatis.* † Contrarium tenet Bald. in *l. 2. n. 2. verſic. tu vero,*
21 *C. quando fiſcus, vel priuat.* † Extende ampliationem, vt procedat etiã quando fuit facta exceptio, ſed non probata per debitorem debitoris, quia habetur pro confitente. Bald. in *l. 2. num. 5. ver. ſed pone, C. quando fiſcus.* Alex. *d. § ſic quoque, n. 5. ff. de re iud.* qui allegat Salycet. &
22 alios. † Amplia, quando nomen debitoris eſſet obligatum, & creditor primus vellet agere hypothecaria ad nomen debitoris ſibi obligatũ, quia poteſt etiam ſi non eſt lata ſententia condemnatoria, nec adſit iudicatum contra primum debitorem. Bart. *d. l. 2. n. 2. ver. oppo. C. quando fiſcus, vel priuat.* & eſt ratio, quia ex obligatione nominis oritur vtilis actio, vel vtilis hypothecaria, quia directa
23 non poteſt competere, *l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* † Extende, quando nomen debitoris eſt proprium, & obligatum, quia tunc æquipollet rei corporali, & ſtabili, vt poſſit exequi etiam contra negantem. Alexand. in *dict. l. à diuo Pio, § ſic quoque, numero 4. verſiculo tertio limita,* vbi Iaſ. *in princip. verſiculo ſecundo ſingulariter, ff. de re iud.*
24 † Amplia, quia Florentiæ ſtatutum fori mercatorum concedit, quod debitor debitoris poſſit exigi, & directe conueniri à credi-
25 tore, vt in ſtatuto. † Amplia, quia creditor debitoris poteſt exigere debitum ſui debitoris ab initio, quando primus debitor ceſſit ſuum debitorem creditori, & conſtituit eũ procuratorem in rem ſuam; quia tunc habet vtiles actiones, & exercitium directarum, ita quod non poteſt ſic opponi exceptio diſcuſſionis, neque
26 aliud impedimentum. Bal. in *l. 2. C. quando fiſcus, vel priuat.* † Amplia, quia creditor poteſt vti iuribus ſui debitoris etiam eo inuito, *l. ſi cui, C. de non numer. pecu.* & deficientibus aliis bonis poſſunt capi nomina debitorum. Caſtr. *conſ. 275. Ad primum, n. 3. in fi. & nu. 4. ver. con-*
27 *ſtat, lib. 2.* † Amplia, quia agens ſuper re corporali contra tertium poſſeſſorem bonorum ſui debitoris, vel ad bona ſibi obligata, poteſt exequi facere contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam à condemnato, ſiue neget, ſiue confiteatur, ita videtur diſtinguere Bart. in *l. à diuo Pio, § ſi ſuper rebus, nu. 3. & ſeq. & § ſic quoque, ff. de re iudic.* vbi reddit rationem diuerſitatis, quia ſi confiteatur rem eſſe debitoris condẽnati, res eſt clara, ſi vero negat, tunc capiatur ſummaria probatio, in qua ſufficit ſemiplena probatio, & ſi conſtat de iure debitoris, fit exequutio ſine præiudicio cognoſcẽdi in plenario iudicio, ita Caſt. *conſ. 143. Viſis, & ponderatis, n. 3. ver. breuiter non in-*
28 *ſiſtendo, lib. 1.* vbi, an ſemiplena probatio ſufficiat. † Extende, quia etiam ſi creditor habuit ſententiam in iudicio vniuerſali, poteſt petere exequutionem in bonis particularibus. Bald. *in l. 1. an fin. C.*
29 *famil. herciſc.* † Cui autem incumbat probatio, an creditori, vel debitori debitoris, dicas, vt per Bart. *d. l. à diuo Pio, § ſi ſuper rebus, n. 3. & 4. ff. de re iudica.* vbi diſtinguit plures caſus, quando agitur reali, & plures caſus, quando agitur perſonali, vide eum, & ſequitur Caſtr.
30 *conſ. 143. col. pen. ver. & ſi quæritur, li. 1.* † Si vero creditor agit perſonali contra ſuũ debitorem, quem obtinuit condemnari, & petit exequutionem contra tertium poſſeſſorem bonorum condemnati, procedit ad ſummariã probationem, prout in caſu, ſi agatur ſu-
31 per re corporali. Caſtr. *d. conſ. 143. n. 3. ver. cũ ergo, li. 1.* † Si vero tertius poſſeſſor fatetur ſe debitorẽ debitoris, vel habere rem ab eo, cõtra quem agitur, licet neget poſſe dari exequutionẽ, quia dicit ſe dominum, tamen debet ipſe probare. Caſtren. *d. conſ. 143. nu. 3. col. pen.*
32 *ver. probatio autem lib. 1.* † Et ſi probauit ſe dominium, etiam ſi haberet cauſam à debitore qui in fraudem alienaſſet debet prius agi reuocatoria cõtra ipſum, antequam fiat exequutio. Bart. *d. l. à diuo Pio, § ſi ſuper rebus, nu. 7. ver. modo formo, ff. de re iudic.* quem ita declarat, & ſequitur Caſtr. *d. conſ. 143. col. pen. ver. & notandum, lib. 1.* Guido Papæ
33 *Singul. 561. Vtrum ſententia.* Vide, *Fraudulenter facta in fraudem creditorum qualiter dicantur, & reuocentur. Concluſio. 479.* † Summaria probatio in hoc iudicio exequutionis rerum corporalium contra debitorem debitoris intelligitur non per iuramentum, ſed per ſemiplenam probationem. Bart. *in l. à diuo Pio, § ſi ſuper rebus, in princ. ff. de*
34 *re iudic.* † Contrarium tenet Caſtr. *conſ. 143. col. penul. propeſi. lib. 1.* vbi, quod intelligitur de ſummaria, quantum ad ordinem iudicij: quia
35 non requiritur libellus, ſed bene plena probatio. † Declara, vt per Ruin. *conſ. 22. n. 9. li. 1.* vbi, quod ſi ſententia eſt in iudicio vniuerſali, requiritur plena probatio, ſi in iudicio particulari ſufficit ſemple-
36 plena. † Limita, quia legatarius non poteſt exigere ab eo, qui ſe obligauit hæredi de ſoluendo legato in abſentia legatarii, ſed bene poteſt agere contra hæredem, & hæres poteſt agere contra eum,
37 qui ſe obligauit. Signorol. Homod. *conſ. 3. A pater fecit.* † Extende, quia ſi teſtator legauit aliquid ſuper re aliena præſente, & conſentiente domino rei, non poteſt legatarius agere ſuper re aliena, ſed aget contra hæredem, & hæres contra dominum rei, qui videtur
38 mandaſſe. Bart. *conſ. 211. in princip.* † Limita, quia exequutio nunquã datur contra debitorem debitoris, niſi ſit condemnatus, & confiteatur in priuati fauorem, in fauorem vero fiſci ſufficit, quod con-

fiteatur. Angel. *in l. ſi debitum, C. quando fiſc. vel priuat.* † Declara, quia 39
quæ dicuntur de iure communi, vt requiratur, vel non requiratur condemnatio, procedunt etiam ſtante ſtatuto, prout Perũlij, quod inſtrumentum exequatur contra debitorem debitoris, quia intelligitur, poſtquam eſt condemnatus. Ang. *d. l. 3. C. quando fiſc. vel priu.* † Declara, quia fiſcus habet priuilegiũ, quod poteſt agere via exe- 40
quutiua contra nomen debitoris duobus concurrentibus, quod primus debitor non ſit ſoluendo, & quod debitum ſit liquidum, quia ſi non eſſet liquidum, neque poteſt fiſcus agere via exequutiua, ſed requiritur ordo, & ſententia. Bald. *in l. 2. C. quando fiſ. vel priuatus, n. 1.* Vide plene, *Debitor debitoris qualiter exigi poſſit. Concl. 45.* Vide, *Debitor ſoluendo creditori ſui creditoris quando liberetur. Concl. 44.* Vide, *Nomina debitorum qualiter veniant in obligatione. Concl. 63.*

Creditor poteſt exequi facere contra debitorem pluribus modis. Concluſ. 1063.

CREDITOR † poteſt intentare diuerſa remedia exequutiua 1
contra debitorem, vt ſatisfaciat, adeo quod habita tenuta i.
bonis, poterit etiam eum capi facere pro eodem debito exequutiuo. Bar. *in l. conſentaneum, in vlt. col. C. quomodo, & quando iudex.* Bal. *in l. qui legat. C. vt in poſſ. legato.* Rom. *conſ. 133. per totum.* Dec. *conſ. 12. & conſ. 562. n. 8.* Alex. *conſ. 130. n. 15. li. 4.* Iaſ. *in l. nulli, n. 8. in 6. fallen. C. de iud.* Iaſ. *conſ. 9. & conſ. 28. in ſi. lib. 1.* Bald. *in l. 1. ad fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.* Ang. Aret. *in § ſi. n. 10. Inſtit. de act.* Angel. *in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. li. 10.* Alex. *in addition. ad Bart. in l. hæres à debitore. § pen. ff. de fideiuſſ.* Bald. *in l. ſi ego. colum. pen. ff. ſi cert. petat.* Caſtr. *d. l. qui leg. C. vt in poſſeſſ. leg.* Iaſ. *in l. 1. col. 8. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* Socin. *d. c. quoniam frequenter. § fin autẽ. in 2. not. vt lit. non conteſt.* Dec. *conſ. 12. col. 2. & conſ. 460.* Calleſ. *de oblig. Camer. in 3. parte princ. q. 2.* † In contrarium facit, quia non vi- 2
detur, quod creditor poſſit eodem tẽpore moleſtare hæredes debitoris actione perſonali, & tertios poſſeſſores actione reali pro conſequendis bonis obligatis. Rom. *conſ. 392. col. pen.* vbi conſuluit Florẽtiæ in terminis de vxore agente perſonali actione cõtra principalẽ obligatũ, & actione hypothecaria cõtra tertios poſſeſſores, facit in argumentum *l. ſingulis, ff. de exequut. rei iud.* & quod Bald. dicit *in auth. contra cũ rogatus, n. 11. C. ad Trebel.* Alex. *in l. 1. col. pen. ver. & addatus, ff. de leg. 1.* † Declara forte, quia contrariũ procedit, qñ agitur cõ- 3
tra obligatũ in ſubſidiũ, quia non tenetur, niſi quando excuſſus eſt principalis, & non videtur excuſſus, donec exiſtimat creditor ex perſonali poſſe ſatisfieri, ideo vel omittat perſonalem, vel donec pendet, tertius non poteſt moleſtari, concluſio vero procedit, qñ contra eũdem, qui omnino tenetur, ſimpliciter agitur. † Extende, 4
quia ſicuti poteſt trãſire de minori exequutione, videlicet de reali ad maiorem, quæ eſt perſonalis. Bar. *d. l. conſentaneum, n. 17. C. quomodo, & quando iudex*, ita multo magis poterit tranſire de maiori ad minorem. arg. *l. cui licet. ff. de regul. iuris*, ideo ſi habuit tenutã, poterit etiam facere ſequeſtrum, nam minus trædialis ſequeſtratio eſt, quã miſſio in poſſeſſionem. Bal. *in l. 1. n. 2. ver. in hoc tamen differt. C. de prohib. ſeq.* † Extende, quia creditor, qui fecit carcerare ſuum debito- 5
rem, non prohibetur etiam contra fideiuſſorem exequi. Bart. *d. l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iudex.* Bal. *in l. ignorare in fi. C. de teſt. milit.* † Extende, quia carcerato debitore poteſt etiam creditor de- 6
uenire ad tenutam, & exequutionem contra bona carcerati, quia vnum remedium non excludit aliud. *c. quoniam frequenter. § fi. vt lite non conteſt.* † Extende, quia creditor habens bona ſui debitoris ſe- 7
queſtrata, poteſt debitum petere, quia non dicitur illi ſatisfactum per ſequeſtrum. Bald. *in l. qui legati. C. vt in poſſ. leg.* Caſtr. *in l. ſi Stichum. § Celſus. ff. de nouatio.* late Neguſ. *de pign. in fin. num. 18.* Dec. *conſ. 12.* vbi multa in propoſito, & *conſ. 75.* † Extende, quia creditor recipiens 8
pignus à debitore, non prohibetur conſtituere eum in mora, & ab eo exigere, quod ſibi debetur. Soc. *in l. creditor. ff. ſi cert. pet.* Corn. *conſ. 166. n. 5. li. 4.* † Extende, quia ſi creditor habet condemnatum debi- 9
torem, vt teneatur ſoluere intra certum tempus, alias bona illius ſint ſibi adiudicata, lapſo termino poteſt creditor velle ſolui ſibi debitum. Vide, *Fauorabilis diſpoſitio odium operari non poteſt, neque è conuerſo. Concl. 90.* † Extende, quia creditor habens hypothecam, qui 10
habuit tenutam in certis bonis, poteſt variare ex iuſta cauſa & accipere tenutam aliorum bonorum, donec integre de ſuo credito ſit ſatisfactus. Bart. *in l. rem alienam. ff. de pign. actio. & in l. ſi cum venditor, in princip. ff. de euict.* † Extende maxime in creditore hypothecario, 11
quia licet habeat penes ſe tot bona ſui debitoris, quæ ſufficiũt pro ſatisfactione, poteſt tamen, donec ſatisfiat, ex hypotheca agere contra alia bona. Vide, *Hypothecaria auocat poſſeßionem. Concluſio. 126.* † Extende, quia non compellitur vendere pignus, licet habeat li-
centiam à debitore, quod declara, vt *in ver. Pignus conuentionale poteſt vendi. Concluſ. 346.* † Reſtringe, quia habita tenuta à iudice mer- 12
cantiæ, vel facto tactu, non poſſet mutato iudicio facere capi co-

ram Potestate. *l. vbi cæptum*, vbi Bart. Castr. & alij, *ff. de iud.* quæ lex nō videtur limitata in exequutiuis, vt per Fel. *in c. ex tenore de rescrip.*
14 vbi limitat regulam multis modis, & non in exequutiuis. † Contrarium, quod imo procedat conclusio in exequutiuis, vt possit variari, nec habeat locum *l. vbi cæptum. ff. de iud.* sed solum loquatur in ordinariis. Iaſ. *d. cons. 9.* vbi late, *& cons. 28. in fi. lib. 3.* Vide, *Iudicium*
15 *vbi cæptum est, ibi finem accipere debet. Concl. 487.* † Restringe in iudiciis ordinariis. Bart. & Doct. *in l. edita. C. de eden.* Rom. *cons. 40. col. fi. in fi.*
☞ *cons. 45. Quoad id.* Vide, *Captura personæ in ciuilibus quando licita, vel non. Concl. 70.* Vide, *Carcerari nemo potest pro debito ciuili. Conclus. 80.* Vide, *Debitor quando possit carcerari, vel non. Concl. 48.* Vide, *Statutum circa capturam debitoris. Conclus. 479.*

Creditor hypothecarius præfertur non hypothecario. Conclus. 1064.

1 REGVLA † est, quod creditor hypothecarius etiam posterior præfertur creditori non hypothecario etiam anteriori. *l. eos. C. qui potio. in pign. l. creditor. §. si primus. ff. qui potior. in pign.* vbi Bart. & alii.
2 † Extende, quia creditor hypothecarius posterior præfertur priori creditori ex sententia, quia habet solam personalem, *l. creditor qui*
☞ *primus, §. si primus*, vbi Bart. *ff. qui potio. in pigno.* Vide, *Hypothecarius creditor præfertur non hypothecario. Conclus. 127.* Vide, *Scriptura priuata non*
3 *concurrit cum instrumento. Conclus. 79.* † Limita, quando hypotheca esset in fraudem primi creditoris, puta concessa à debitore iam de-
4 cocto, & fallito. Bald. *cons. 432. Casus talis est lib. 1.* † Extende idem in marito constante matrimonio confitente dotem, quæ non apparet promissa, quia si post credita in personali præsumitur in fraudem, & non nocet. Castr. *in l. 1. ff. sol. matrim. in fi. decis. Perusi. 66. n. 31.*
5 † Limita in creditore chirographario, qui à die pignoris prætorij concurrit cum hypotheca conuentionali, & qui prior est tempore, potior est iure, *l. 3. C. vt in possess. legat.* Docto. *in l. 2. C. qui potio. in pign.* Bart. *in l. si cum vnus, §. fin. versic. venio ad secundum, ff. de bon. auth.*
6 *iudi. poss.* † Limita in creditore defuncti habente solam personalem, qui præfertur creditoribus hæredis, etiam habentibus hypothecam, & anterioribus facta separatione bonorum, *l. 1. §. scien-*
7 *dum, ff. de separ. bon.* quæ quidem separatio hoc operatur. † Declara, quia talis separatio debet peti intra quinque annos, alias non releuat, *l. 1. ff. de separa. bon. l. est iuris*, vbi Cyn. Bald. & Salycet. *Cod. de bon. author. iudic. possid. leg. si adulta. Codice de hæred. actio.*

Creditores in personali actione qui præferantur. Conclus. 1065.

1 CREDITORES † plures sine hypotheca dicuntur in personali actione pares, & ideo concurrunt omnes per solidum, & libra,
2 *l. pro debito, in fi. C. de bon. auth. iud. possid.* † Extende, quia vno immisso in possessionem ex prætorio pignore omnes censentur immissi. *l. fi. C. de bonis auth. iud. possid.* Abb. *cons. 49. In quæst. in princ. ver. tertio adduco,*
☞ *lib. 2.* Vide, *Missio in possessionem vnius creditoris quando iuuet alios. Concl.*
3 *282.* † Restringe, quando vnus ex eis vigore sententiæ obtentæ super eius credito adeptus fuisset tenutam validam, seu exequtionem in possessionem, & sic pignus iudiciale, quia tunc super eisdē bonis, quæ petuntur dari in solutum, vel vendi, esset præferendus, *l. 2 & l. 4. C. qui potio. in pig. & in l. si post quā, C. vt in possess. leg.* & declarat Alex. *cons. 208. Viso summario, col. 2. lib. 2.* repetito *cons. 140. lib. 7.* Abb. *cons. 49. n. 5. ver. tertio facit, lib. 2.* vbi quod missio iuuat alios in prætorio pignore, secus in adiudicatione, vel in solutione, quæ transfert
4 dominium. † Restringe, quādo debitor primo soluisset vni ex creditoribus habentibus personalē, quia alij in personali non possunt reuocare talem solutionem, *l. si non expediat, ff. de bon. auth. iud. possid. l. fi. §. & si præfatā, C. de iure delib. l. pupillus, ff. de iis, quæ in fraud. credit.* Abb.
5 *cons. 49. In quæst. n. 5. ver. tertio facit, lib. 2.* † Declara, quia non procedit, quando adessent creditores hypothecarii, quia si debitor non est soluendo, possunt hypothecarii auocare solutionem factam creditori in personali, vel etiam hypothecario posteriori. Bart. *d. l. pupillus*, quem ibi sequitur Angel. *ff. de iis, quæ in fraud. credit.* Salycet *in l. pecunia. C. de priuil. fisci.* Io. Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. de oblig. col. 4. in princip. versic. ex quo videmus.* Corne. post alios *d. §. & si præfatam, num. 16.* vbi ponit regulam cum fallent. Afflict. *decis. 90.* Capic. *decis. 78.* Grammat. *quæst. 1.* Couarru. *pract. quæst. cap. 29.* Cephal. *consil. 86. num. 5. & sequent. & consil. 135 num. 17.* Strach. *de Mercat. tit. de decoctor. in vlt. parte, nu. 28.* & est tex. *in l. ex facto, ff. de pecul.* Abb. *d. cons. 49. num.*
6 *5. ver. tertio facit, lib. 2.* † Declara, nisi alij creditores habentes solam personalem haberent priuilegiatam personalem, quia auocarent ab alio non habente priuilegiatam personalem, cui esset solutum, prout in pupillo, & est tex. *in l. pecunia, C. de priuil. fisci, & in l. sed an hic, ff. quod cum eo.*

Creditor primus quando agat contra secundum satisfactum. Conclus. 1066.

CREDITOR † primus, qui vult agere contra secundum posteriorem, vt recuperet bona sibi tradita à cōmuni debitore, debet prius citare principalē debitorem, & illū excutere, alias nullit
ter agit. Vide, *Exceptio discussionis quod prius cōueniatur principalis. Concl.* ☞
403. † Extende, quia adhoc, vt creditor primus recuperet à secūdo 2
debet prius habere liquidationē sui crediti, & exequtionē contra principalem iudicialiter relaxatā, alias non potest agere. Vide, *Debitor debitoris qualiter exigi possit. Conclus. 45.* † Amplia, quia creditor ☞
secundus satisfactus à debitore in pecunia, non potest molestari à
primo, quia hypotheca non cadit in pecunia, Afflict. *decis. 190.* vbi 3
late, quia alias tolleretur commercium. Vide, *Pecunia habet multa* ☞
singularia. Concl. 198. † Restringe, nisi primus creditor esset priuilegiatus, prout fiscus, & alij, quia tunc reuocat solutum secundo, et- 4
iam si solutio sit in pecunia. Afflict. *d. decis. 190.* & ita notatur *in l. pecuniam, C. de priu. fisci.* † Qualiter autem vnus creditor com- 5
municet aliis exactum. Bart. *in l. pupillus, ff. de iis, quæ in fraud. cred.* Io. Andr. *in addit. Specul. tit. de oblig. & solut. in apost. magna, col. 3. in rubrica.* † Amplia, quia creditor in personali satisfactus, siue posterior, siue 6
non, molestari non potest à primo creditore pariter in personali, quia diligentia prodest. Vide Conclusio. proximam præcedentem. ☞
Vide, *Potior est iure qui prior est tempore. Conclus. 465.*

Creditori eius, cuius bona sunt confiscata, à quo satisfiat. Conclus. 1067.

REGVLA † est, quod facta confiscatione bonorum fiscus rene- 1
tur ad debita omnia. Vide, *Fiscus in bonis condemnati repræsentat* ☞
condemnatum. Concl. 385. † Si vero cōdemnatus habebat plura bona 2
in diuersis territoriis diuersorum principū, sicuti quilibet princeps habet bona confiscata in suo territorio, ita quilibet tenetur ad debita cōtracta respectu bonorum, quæ sunt in territorio cuiuslibet respectiue. Alex. *cons. 31. Viso tit. quæst. in princ. li. 1.* † Cōtrarium, quod 3
imo, ex quo penes condemnatum erat vnicum patrimonium obnoxium creditoribus, quod fiat diuisio pro rata, vt qui plura bona habeat, plura debita soluat pro rata, tenet Alex. *d. cons. 31. col. fin. n. 9. lib. 1.* vbi dat multa similia, Alber. *in l. 2 ff. de capit. diminut. & in l. fideicommissum, §. tractatum, ff. de iud.* refert apostil. ad Alexand. *d. cons. 31. circa fin. ver. pro rata, lib. 1.* † Simile est, quando defuncto succedunt 4
agnati in paternis, affines in maternis, quia cum sit vnicum patrimonium, licet scindatur per mortem, tamen fit æstimatio, & pro rata quilibet habet debita, & credita proportionabiliter. Alex. *cons. 31. n. 9. lib. 1.* Albert. Brun. *in tract. quod stantibus masculis art. 11. nu. 70.* Alber. *in 2. parte stat. quæst. 105.* Iacobi. *in tract. de operis, col. 6.* † Si- 5
mile est in marito lucrante partem dotis, quia pro rata tenetur ad expensas funeris. Alexand. *d. consil. 31. num. 9. versic. vnde reperio, lib. 1.* Vide, *Confiscatio vniuersalis an comprehendat bona alterius territorij. Con-* ☞
clus. 720.

Creditorum capita seu priores qualiter eligantur, & quid possint. Conclus. 1068.

CAPITA † creditorum alicuius debitoris decocti, vel rationis, 1
aut societatis, eligi debent à maiori parte omnium creditorū conuocatorum, alias si eligantur à maiori parte, vt à singulis, non possunt præiudicare, nisi solis singularibus, qui elegerūt. Alex. *cons.* ☞
186. Visis subtilissimis, num. 7. versic. præterea si maior, lib. 2. † Et non relē- 2
uat error communis, quod habiti fuerint vt tales, quia si non constat de electione, gesta non valent, quia in solo officiali publico operatur error cōmunis, non in officiali priuato, Alex. *d. cons. 186. n. 7. v. secunda dubitatio, li. 2.* † Et admissio pro talibus facta à 3
creditoribus præiudicat solū ipsis, qui eos tales habuerūt non aūt aliis, Alex. *d. cons. 186. n. 7. v. nec etiā habet obstare, lib. 2.* † Possunt ipsi a- 4
gere in iudicio pro creditoribus, qñ sunt legitime constituti. † Re- 5
stringe, quia nō possunt cōstituere procuratorē in iudicio ante litē contestatā. Alex. *cons. 186. Visis subtilissimis, n. 8. ver. tertia est dubitatio, lib. 2.* † Et pronunciatio Iudicis super legitimo mandato non indu- 6
cit mandatum, vbi non est, & esse non potest. Alex. *d. cons. 186. nu. 8. lib. 2.* vbi dicit, quod ita tenent omnes * Doct. † Imo plus dicit * 7
Alexand. *d. cons. 186. n. 8. versic. quinimo dicebam, lib. 2.* quod ista capita creditorum, & priores vniuersitatum non possunt cōstituere syndicum. Alex. *d. cons. 186.* quem sequitur Vant. *tract. de nullit. ex de-*

fectu

8 *fectu mandati, n.* 127. † Declara, quia nullus procurator, vel syndicus, seu administrator nomine alieno potest cõstituere procuratorem ad iudicia ante litem contestatã, excepto prælato, quia licet sit administrator Ecclesiæ, tamen est ad vtilitatem suã, Alex. *d. cons.* 186. *n.* 9. *v. Nec obstat, li.* 2. vbi *n.* 10. excipit procuratorem generalem, qui nomine alieno agit, & constituit procuratorẽ, quia speciale in eo
9 est. † Restringe, quia huiusmodi capita creditorum non habẽt administrationem cum libera, ideoqñ non habent mandatum generale ad omnia, non agunt, neq; constituunt procuratorem saltem ante litem contestatã. Alex. *d. cons.* 186. *n.* 10. *ver. nec verum esse puto, lib.* 2. Vide, *Procurator non potest constitui ab eo, qui nomine alieno agit sine mandato, & quando secus. Concluſ.* 815.

Creditor habet electionem circa multa contra debitorem. Concluſ. 1069.

1 CREDITOR † habens plura pignora, seu plures obligatos insolidum, & principaliter, potest quem velit cõuenire, & iura sua prosequi contra vnum ex eis ad eius beneplacitum; *l. creditores*, & ibi Bart. *ff. de distr. pign.* glo. & Bart. *in l. Moschis, ff. de iure fisci.* Vide, *Rei plures qualiter constituantur, & qualiter conueniri, & agere possint. Concluſ.*
2 107. † Extende, quia si res obligatæ creditori possidentur à diuersis tertiis possessoribus, potest, creditor rem, quam vult petere, nec potest sibi opponi, quod conueniantur pro rata, Specul. *in tit. de oblig. & solutio.* § 1. latius Neguſ. *de pignor. in* 1. *parte.* 8 *partu, n.* 60. Vide. *Hypothecarius creditor habet multa priuilegia. Concluſ.* 133. *& concluſio.*
3 *ibi prox. seq.* † Extende, & declara multis modis, vt *in ver. Hypothecaria* 4 *auocat possessionem. Concluſio.* 126. † Amplia, quia si velit vti retentione, idem est, prout si ageret, quia donec satisfiat, potest omnes res, & omnia pignora obligata retinere, etiam si pars filiorum sufficiat pro satisfactione. Vide, in *ver. Retentio rei alienæ datur multis casibus in-*
5 *uito domino, & quando secus. Concluſ.* 307. † Extende, quia si secundus creditor prætendit primum habere tot bona, quod potest sibi satisfacere, & propterea reliqua bona teneatur relaxare secundo, non auditur de iure communi, quia primus habet electionem, donec sibi satisfiat cum effectu per secundum, vel eum, qui vult bona pro se, & non impeditur in retentione. Neguſ. *in* 1. *membro* 5. *par-*
6 *te, num.* 33. † Restringe, quia ex constitutione particulari Florentiæ vigore legis 1551. potest secundus creditor petere sibi satisfieri, sa-
7 tisfacto primo creditore prius. † Amplia, quia potest plura remedia cumulare exequutiua, vt si habet exequutionem in bonis, potest etiam capi facere debitorem, si habet remedium exequutiuum, & è contra. Vide, *Creditor potest exequi facere contra debitorem pluribus modis. Concluſ.* 1063.

Creditor, qui non potest creditum suum verificare, quibus cautelis vti possit, vt ponat se in tuto. Concluſ.

VIDE Mascard. *Concl.* 457. *Creditum, de quo non appareat*, vbi, quod vocet debitorem, qui non vult confiteri coram aliquo in domo, & habeat absconditos testes; qui habeãt notam vocem: secunda cautela est, quod fingat creditor se moriturum, vocetq; debitorem, cuius filiabus dicat velle legare, quicquid sibi debet ipse debitor, & ipsemet debitor faciet rogari Notariũ, & si fiat legatũ
1 promittente debitore, res erit in tuto. † Adde tu aliam tutiorem, creditor scribat debitori vnam litteram, in qua petat suum creditum, faciat quod præsentans literas sciat tenorem cum duobus testibus, quia si non contradicit censetur confiteri contenta in litteris. vide *Litteras recipiens contra se, Concluſ.* 374. Vide etiam Mascard. *Concluſ.* 80. *Debitum, & Concl.* 510. *num.* 5. *& seq.* vbi ponit hanc cautelam vltimam.

Creditor recusans recipere debitum oblatum in quibus sibi præiudicat. Concluſ. 1070.

1 CREDITOR † recusans velle recipere debitum sibi oblatum à debitore, non perdit suum creditum, quin possit illud quan-
2 docunq; petere. Roma. *Sing.* 696. *Tuscis.* † Extende, quia si debitor obtulit soluere suo creditori, qui recusauit recipere, & fuit factum depositum in iudicio, nõ potest depositarius restituere deponenti, nisi ex decreto iudicis, & citato creditore, alias tenetur de suo insubsidium, quia potest creditor, qui recusauit, pœnitere, & iterum velle satisfieri. Rom. *cons.* 287. *In proposita consultatione, per totum.*
3 † Restringe, quia perdit creditum, & actionem, quando fiscus debitor, vel respublica offert soluere, & creditor recusat recipere.
4 Rom. *d. Singul.* 696. † Limita, quia creditor recusans recipere à suo debitore debitum oblatum censetur illi remittere moram incurrendam. Ang. *cons.* 312. Aflict. *decis.* 150. *Rex Alfonsus*, late Ruin. *consil.* 155. *lib.* 5.

Credo an affirmet, vel non. Concluſ.

VIDE plene Mascard. *Concl.* 458. *Credo verbum*, vbi, quod non affirmat in teste, etiam si dicat, *scio, quia, credo*, etiam si dicat, *credo pro certo*, etiam stante consuetudine, limitat, nisi addat causam sufficientem, item in consulente, quia affirmat, item in iudice sententiam proferente. Vide plenius, *Testis de credulitate & iudicio non probat. Concluſ.* 182.

Credulus nimis esse debet nemo, & quando secus. Concluſ. 1071.

CREDVLVS † nimis nullus esse debet, alias credulitas præiudicat. *l.* 1. §. *dolum, in fi. ff. de dolo.* Old. *cõs.* 270. *n.* 4. *ver. nec tenebatur credere*, & nimia credulitas stultitiæ assimilatur, ideo non excusat. Bal. *cons.* 317. *Super primo, in fi. lib.* 3. plene Soc. *in l.* 1. *n.* 7. *ff. de eo, per quem factum erit.* Rom. *cons.* 413. *Quoad primum, n.* 12. *ver. culpæ enim.* Vide, *Ignorantia supina æquiparatur scientiæ. Concl.* 21. † Et credulitas non iustificata dicitur affectata ignorantia, quæ non excusat à lata culpa, & ideo facit incurrere in pœnam eius, quod fuit promissum. Castr. *cons.* 296. *Viso supradicto puncto, in prin. li.* 1. † Declara, quia credulitas 3
debet esse iustificabilis, puta prohibetur ex capitulis pacis quis receptare gentes armatas, nisi de consensu vicini, si receptauit, quia armati dixerunt habere licentiam, non excusatur, quia affectata dicitur ignorantia, quæ habet latam culpam, sed si exhiberet instrumentum, vel literas super consensu, licet esset falsum, tunc excusatur, quia habet apparentem iustificationem, & sic declaratur illud, ꝙ quælibet iusta causa excusat. Castr. *d. cons.* 296. *in princ. lib.* 1. † Amplia, vt maxime in iudice credulitas facilis reprobetur, & non 4
excuset, quia agitur de præiudicio tertij. Lap. *alleg.* 127. *nu.* 3. *ver. item credulitas.* † Amplia in eo, qui tenetur inuestigare, & facere diligen- 5
tiam, prout in Episcopo circa beneficia, & residentiam. Vide, *Ignorantia non præsumitur, sed scientia. Concluſ.* 22. † Et ideo is, qui debet scire ratione diligentiæ, non excusatur, quia paria sunt, scire, vel scire 6
debere. Vide, *Scientia in quibus præsumatur. Concluſ.* 64. *nu.* 39. *& seq.* † Et maxime si ex officio tenetur inquirere. Ægid. Bellam. *cons.* 10. 7
n. 23. *ver. sed oppones.* † Amplia in eo, qui pecunias dedit seruo, vel mi- 8
nistro, vt in causam domini verteret, quia si non vertat, dominus nõ tenetur, & imputatur credulo nimis *l.* 3. §. 1. *in fi. ver. sed si accepit, ff. de in rem verso.* † Extende in tutore, quia si crediderit seruo seu ser- 9
uitori magnam pecuniæ quantitatem, qui furatus est eam, dicitur esse in culpa. Rom. *cons.* 413. *Quoad primum, n.* 12. *ver. culpæ enim.* † De- 10
clara non procedere, quando Dominus, & tutor parem fidem habuit in seruitore de rebus suis, vt quia abbatæ fidelitatis erat. Rom. *d. cons.* 413. *in fi. ver. sed hic Iacobus.* † Amplia, quia habens titulum præ- 11
sumitur bonæ fidei, ideo lucratur fructus, etiam si postea fama sit, quod res sit aliena, quia magis creditur pro titulo, quam pro fama. Bald. *in c. vigilanti, de præscript.* vbi, quod non tenetur quis credere, nisi id, quod credit bonus vir, videlicet Iudex, qui non credit in facto alieno, nisi legitimis probationibus. † Amplia, quia intima- 12
tioni extraiudiciali sibi factæ non tenetur appellatus credere, nisi sibi instrumentum authenticum exhibeatur, *clem. causam, de electio.* † Extende in notificatione, vel protestatione in citatoria, vt intima- 13
tus aliquid faciat quia non tenetur ita de facili credere, & idem in inhibitoria, ne aliquid faciat. Castr. *d. cons.* 382. *Super primo, in princ. & per totum, lib.* 2. † Restringe, quia intimatio fit mediante iudice, 14
& mittitur copia, & est incerta, quia in iudic alibus quis debet, & tenetur credere. Castr. *d. cons.* 382. *per totum, lib.* 2. vbi, quod taliter intimatus incurrit pœnã, si negligat legere, vel non credat. † Am- 15
plia, quia is qui audiuit dici aliquem esse prodigum interdictum, si non est publicata interdictio, non tenetur credere, nisi sibi ostẽdatur instrumentũ, secus, si iudex dixit, vel à iudice audiuit. Castr. *cons.* 248. *Visis & ponderatis, col.* 2. *ver. nec sibi potest imputari, lib.* 2. † Am- 16
plia, quia soluens asserenti se procuratorem creditoris, si non est procurator, non liberatur, quia tenetur inuestigare, *l. si homines, §. si nullo, ff. de solutio.* † Extende in debitore soluente non creditori, quia 17
tenetur de segnitia, *l. seruos. ff. de pignor. actio. l. si nulla culpa, vel segnitia, C. eod. tit.* † Declara, quia prædicta procedunt, vbi agitur de quanti- 18
tate soluenda, quæ non potest perire, quia non excusatur ex probabili credulitate, secus si agatur de certa specie, quæ potest perire, quia si habuit iustam causam credendi, liberatur prout in pignore restituto nõ domino, quia ope exceptionis liberatur, dummodo cedat iura contra eum, qui habuit, glo. *in l. si quis vxori, §. apud Labeonem. ff. de furt.* quam sequitur Castr. *cons.* 380. *li.* 2. vbi sic excusat

19 Hebræum qui restituit pignus non domino.† Extẽde, quia si quis egit contra vnum posse ssorem ex pluribus pro indiuiso possidentibus, quia ille se obtulit liti solus dicens se possidere totum, non potest obtinere contra alios non citatos, nec releuatur, quia credidit dicenti se possidere, quia non debuit esse credulus, sed se informare, & dolus vnus alteri nocere non debet, sed dolosо, contra quem potest agi pro damno, & interesse, plene Alex. *cons.* 98. *Super*
20 *eo, de quo, n.* 3. *ver. Nec curandũ, vsq; in fi. lib.* 7.† Limita multis modis, de quibus Soc. in *d. l. 1. ff. de eo per quem factum erit*, vt excusetur, quando credidit ad suggestionem, quoad suggerentem, item qñ viro probo credidit, item, quando data erant signa, item ad euadendam
21 pœnam requirẽtem dolum.† Limita in credulitate probabili, non leui, nec temeraria, quæ de iure excusat à dolo, culpa, & pœna. *c. inquisitioni*, cum sua glo. *de sent. excom.* vbi dicitur probabilis credulitas, quando aliquid dicitur à bonis, & honestis; leuis vero, quando dicitur à leuibus. *Lap. alleg.* 127. *n.* 2. *ver. ratio est, & nu.* 3. qui plene examinat, quod excusat in iis, in quibus alteri nõ fit præiudicium.
22 †Extẽde, quia imo quælibet causa, etiam fatua, excusat à dolo, de
☞ quo vide, *Causa quælibet excusat à pœna. Conclusio.* 152.† Limita, quia
23 licet religiosus non possit conferre sacramenta parochiano alterius sine licentia sub pœna excommunicationis, *clem.* 1. *de priu.* tamen religiosus, qui credidit honestæ matronæ de licentia habita, communicauit infirmum, excusatur, quia credidit honestæ personæ, & tendebat assertio ad bonum, sumus extra iudicium, non infertur præiudicium alteri, & religiosus non capit lucrum. Lap. *allegat* 127.
24 *per totam*, vbi est casus.† Limita, quia credulitas excusat quoad eũ qui aliquid dixit, nam si credidi ei, qui aliquid mihi dixit, quoad eũ indistincte sum excusatus. Bart. in *l. æquissimum, in princ. ff. de eo per*
25 *quem factum erit.*† Limita in credulitate verisimili, veluti si quis vsurarius fecit testamentum, & præstitit cautionem de vsuris restituendis Notario dicenti posse hoc facere, & habere mandatum ab Episcopo, valebit. Bald. *consil* 318. *Amplius, quæ dicta, per totum, lib.* 3.
26 †Limita, quia fama publica inducit iustam causam credendi, prout etiã, quando persona insignis, & fide digna aliquid affirmaret.
27 Castr. *cons.* 296. *in princ. lib.* 1.† Limita, quia iusta ignorantia, & credulitas probabilis facit valere testamentum, quod non valeret, *l.* 1.
28 C. *de test.* Bald. *cons.* 317. *in fi. ver. sed ista opinio, li.* 3.† Limita maxime, vbi inest necessitas, vel infirmitas vrget, quia si non patitur casus, consilium deliberandi excusatur, qui credidit authenticis personis.
29 Bal. *cons.* 318. *circa fi. ver. ex ista distinct. lib.* 3.† Limita, quia dicto notabilis viri debet credi, & eius dictum iustissimam credulitatem inducit. Alexand. *consil.* 28. *Visis, & accurate, num.* 6. *lib.* 1. vbi apostill. *in*
30 *ver. viri*, dat concord.† Et quod credens bono viro, vel notabili viro excusetur à pœna. Alex. *cons.* 75. *Videretur, n.* 11. *ver. cũ enim, li.* 5. vbi
31 plena apostill. *in ver. credens*, dat concord.† Limita, quia iusta credulitas inducit, vt obligatio dubia sit bona, ideo si quis se obligauit soluere centũ, quia Titius ipsi scripsit, quod renouaret obligationem, quia contentabatur, prorogare releuationẽ factã ne pateretur, & releuatio sit formalis, & forma non fuit seruata per obligatum, debet tamẽ releuari propter iustam credulitatem, quod esset simplex prorogatio. Io. de Imol. *cons.* 11. *per totum*, alleg. tex. *in l. fin. ff.*
32 *pro suo, & l. si fideiussor*, §. 1. *& 2. ff. mandat.*† Limita, quia inductus suasionibus decipientis releuatur, ne dolosus decipiat credulum.
☞ Crauet. *cons.* 192. *num.* 13. vbi ponit plura exempla. Vide, *Persuadens*
33 *quando teneatur, vel non. Conclus.* 322.† Limita, quia is, qui habuit rem commodatam ad certum vsum, si vtatur ad alium vsum, furtum committit, si tamen credidit, quod dominus esset concessurus, non committit furtum, quia cessat dolus. & loquitur tex. de omni credulitate, *l. inter omnes*, §. *vltr, & in l. qui re commodata, ff. de furt.* & ita declarat Hieron. Tort. *consil. post consilia Anton. de Butr. num.* 19. *in fin.*

Cremæ, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Conclus. 1072.

1 DECRETVM† d. Luchini Mediolani domini erat, quod bannitus ex Mediolani esset etiam bannitus ex aliis ciuitatibus sui status & sic ex terra Cremæ, & in terra Cremæ, & Mediolani extat statutum, seu decretum domini, quod bannitus possit impune offendi, per modum legis bannitus ex ciuitate Mediolani interficitur Cremæ, impune interficitur, etiã si esset bannitus in contuma-
2 ciam, Sign. *cons.* 89. *Præsupponitur infrascriptum.*† Fuit creata Ciuitas à
3 Gregorio XIII.† Benzones, & Guinzones fuerunt inimici, & factiosi, & inter eos facta fuit pax, & restitutio, quia Guinzones expulsi fuerant cum Comitibus de Camisano. Signorol. Homod.
4 *consil.* 72. *Factum sic proponitur.* † Statuti Cremæ, quod procedatur summarie absque solemnitate iuris, vigore testes possunt examinari post didicita testificata. Signorol. *cons.* 79. *Factum sic se habet, n.* 9. vbi ita consuluit ad fauorem Comitum de Camisano, vbi appellat terram Cremæ.† Cremæ extat statutum, quod nullus vẽdere possit hæreditatem non subdito, alias acquiratur proximioribus agnatis eius, à quo processerit, quod statutum habet locum, siue hæreditas sit adita, siue non, & magis verificatur, & magis pro- 5
prie loquitur in hæreditate adita, quia venditio præsupponit aditionem, Bal. *cons.* 312. *Statuto Communis Cremæ lib.* 3.† Statuta seu or- 6
dinamenta Cremæ disponunt, quod instantia causarum ordinariarum sit 40. dierum, causarum vero extraordinariarum 50. dierum. Signor. *cons.* 255. *per totum.*

Cremonensis ciuitas, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Conclus. 1073.

GVERRAM† & hostilitatem habuit ciuitas Cremonæ cum ci- 1
uitate Parmæ, vt de antiquis hostilitatibus refert Signor. Homod. *cons.* 70. *In quæstione vertente, n.* 21. *ver. venio ad sextum.*† Habet ci- 2
uitas Cremonæ iura regaliorum, & potest imponere pedagia super transitu Padi tam ex pace Constantiæ, quam ex priuilegijs diuersorum Imperatorũ. Signor. *d. cons.* 70. *in princ. & per totum.*† Flu- 3
men Padi est in territorio Cremonæ, & ideo habet ciuitas Cremonæ ius nauigandi libere in dicto flumine vsque ad mare ex priuilegijs Othonis, ac Henrici V. & Federici Imperatorum, quæ omnia late commemorat contra Parmenses Signorol. Homod. *cons.* 70. *per totum*, vbi multa de hoc.† Vide tamẽ, quia postea Henricus Im- 4
perator reuocasse dicitur omnia priuilegia concessa Cremonensibus, & tulit contra eos sententiam priuationis, vt prætendunt probasse Parmenses, quod non dicit sufficere Signor. *d. cons.* 70. *n.* 22. *ver. venio ad tertium.*† Statutum de ordine & solemnitate tenenda in 5
depositone testium, Alexand. *cons.* 212. *Ponderatis, num.* 18. *in fin. ver. non probant etiam dicti testes, li.* 6. vbi, quod est formale, quia annullat actum, & *num. & seq.* dicit, quod non tollitur per consuetudinem contrariam per testes probatam, nisi deponant de obseruantia per decem annos præteritos ante litem motam.† Cremonæ extat sta- 6
tutum, quod colonus non possit interuertere possessionem domini, super quo consuluit Bal. *cons.* 325. *Præsuppositis statutis, per totũ, li.* 1. vbi, quod operatur, quod dominus non perdit possessionem, licet colonus vendiderit rem conductam, & soluerit domino pensionẽ per multos annos, & idem reperit *cons.* 330. *Statuto cauetur, n.* 5. *& 6. ver. sed certe aliud*, vbi videtur dubitare, *lib.* 1.† Item, quod quilibet 7
possit alteri stipulari, per quod acquisitio fit directa absenti. Alex. *cons.* 27. *Attentis, in princip. lib.* 3.† Statutum, quod possessio defuncti 8
continuetur in hæredem sine lite, est Cremonæ, super quo idem Bald. *cons.* 325. & latius *cons.* 330. *num.* 7. *ver. pro qua opinione, lib.* 1. vbi, quod non admittitur appellatio, licet videatur mixtum possessorium continere propter illa verba, *sine lite*, & latius *consil.* 331. *Super prædicto puncto*, vbi, quando admittat appellationem, vel non tale statutum.† Item, quod si quis homicidium fecerit, de capitetur ta- 9
liter, quod moriatur, super quo consuluit Signorol. Homod. *cons.* 1. *Statuto ciuitatis Cremonæ*, vbi dicit, quod rixans cum marito & vxore, si percutiat vxorem sui aduersarii in renibus cum tabula, & disperdat, quia prægnans erat, non tenetur pœna statuti, maxime, si non apparebat prægnans, vbi distinguit de iure communi, & iure municipali.† Item, quod Villæ teneantur denunciare incendia, 10
& damna, ac malefactores, alias teneantur ad emendam, super quo Bald. *cons.* 174. *Casus est talis, per totum, lib.* 2. vbi, quod habet locum, etiam si ignorentur incendiarii de nocte, secus si incendium esset causatum à fortuna.† Item, quod causæ inter fratres verten- 11
tes debeant compromitti in duos amicos, & si non erunt concordes, in tertium, & quod procedant summarie, & nullo ordine seruato. Bald. *cons.* 351. *Io. & Federicus, in princ. vers. præsupposito statuto, li.* 5. vbi *num.* 8. *ver. circa secundum*, dicit, quod isti arbitri sunt iudices ordinarii, & est consilium Angeli.† Item, quod à præceptis arbi- 12
tramentorum non detur appellatio, neque lauda possint dici nulla, neq; iniqua, neq; ab eis possit appellari, neq; supplicari. Bald. *d. cons.* 351. *col.* 1. *in fi. ver. item præsuppositio, lib.* 5. vbi *n.* 9. *ver. circa tertium, vsque in fi.* quod non valet dictio de iniquitate ex quacunque causa.
†Item, quod bona vendenda ponantur ad cridas, & venditor iu- 13
ret possidere, super quo Socin. *cons.* 170. *In præsenti consultatione, col.* 2. *ver. postremo etiam confirmatur, lib.* 2.† Et plenius de eodem statuto 14
cridarum, quod sit formale, & non seruata forma actus sit nullus, & quomodo iudex possit supplere iuramentum partis haberi pro præstito, plene Alex. *cons.* 212. *Ponderatis, in princip. lib.* 6.† Ludoui- 15
cus de Ceruis Doctor Cremonensis erat iudex Potestatis Cumarum tempore Signoroli Homodæi, cuius est *cons. Signorol.* 242. vbi motiuauit contra Signorolum satis docte.

Crescen-

Crescentius Patritius Romanus, & eius finis. Concluſ.1074.

1 CRESCENTIVS Patritius eiecit Gregor. Papam V. creato Ioanne Placentino, deinde Otho III. Rex Saxoniæ cepit Crescentium, & Ioannem, & ambos membris mutilauit. Oldrad. *conſ.62. col.fi.num.6. ver. nam Pater ſanctiſſime.*

Crimen non eſt in iure, ſed in facto, & quis dicatur criminoſus. Concluſ.1075.

1 CRIMEN† conſiſtit in facto, non in iure. Old.*conſ.291.n.6. verſ. præterea*, vbi, quod is, qui dicit ſe profeſſum in vna regula, & in alia priorem, non poteſt fateri delictum, licet prioratum obtinere non poſſit, niſi ex diſpenſatione apoſtolica, quia præſumitur fateri ex diſpenſatione, licet non dicat. Vide, *Delictum debet conſtare, vt*
2 *delinquens puniatur. Concl.171.*† Reſtringe, quia nomẽ delicti eſt nomen iuris, ideo confeſſio non facit eum talem, vel inquiſitio confeſſata, ſed factum, & facti circumſtantia. Ang. *conſ.22. in ſi. num.* 4. vbi, quod non poteſt variari, nec induci aliter, quam per ius, indu-
3 catur. Vide. *Confeſſio in criminalibus an, & quando ſufficiat ad condemnãdum. Concl.676.*† Criminoſus dicitur nedum condemnatus de crimine per ſententiam, ſed etiam is, qui per exceptionem de crimine conuinci poteſt, quia ius canonicum iſta duo æquiparat, *c. ſuper eo, & c.teſtimonium de teſtib.* Feder. de Sen. *conſ.48. Domine Franciſce, in fin.*
4 †Declara, quia paria ſunt, crimina per exceptionem poſſe probari ad effectum repellendi à teſtimonio, ſecus quoad alia. Feder. de
5 Sen. *conſ.5. in ſi. ver. non obſtat, c. ſuper eo.* † Item ad effectum tuẽdi rem familiarem poteſt opponi exceptio criminis contra petentem beneficium, licet non ſit condemnatus. Feder. de Sen. *d. conſ.48. in fin.*
6 ex mente Innoc. *in c. cum inter, in princ. de exceſſ. Prælat.*† Amplia, quia incidens *in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi*, cadit ab omni iure per ſententiam, & licet non fuerit condemnatus, facta reſtitutione ſpoliato, ſi agat petitorio, poteſt per exceptionem priuari. Feder. de Sen. *d. conſ.48. per totum*, vbi eſt caſus.

Crimina publica quæ dicantur, & ſpecialia eorum. Concluſ.1076.

1 CRIMEN † falſi dicitur publicum crimen, *l. lege Cornelia, §. pœna, ff. de falſis.* Calder. *conſil.479.* alias 1. *de accuſatio. in princip.* Fulgoſ. *conſ.174. Super eo. in princ.* Bolognin. *in addit. ad conſ.12. Io. de Anania, n.*
2 7. Zabar. *conſ.117. num.3. ver. opponitur etiam.*† Extende, quia crimen publicum eſt etiam ſubtractio actorum iudicialium ad effectum occultandi veritatem. Bolognin. *in addit. ad conſ.10. de Anania 12.n.7.*
3 †Amplia, quia falſitas eſt crimen publicum, nedum ſi committatur in teſtamento, ſed etiam ſi committatur in alijs inſtrumentis. Bologni. *in addit. ad conſ.12. To. de Anania num.* 7. vbi dicit commu-
* nem. *† Amplia, vt procedat, etiam ſi pro falſitate alia pœna im-
4 ponatur à ſtatuto diuerſo à iure communi, quia non deſinit eſſe crimen publicum. Ludu. Bologni. *in addit. ad conſ.12. Io. de Anan. n.7.*
5 *ver. plus dico.*† Amplia multis modis, de quibus *in ver. Popularis actio*
6 *quæ dicatur, & quantum duret. Concluſ.380.*† Et dicuntur publica crimina, quia poſſunt accuſari à quocunque. Bologni. *d. apoſtil. ad conſ.*
7 *12. Io. de Anan. num.12.*† Extende, quia etiam denunciari poſſunt à deputato ad denunciandum. Bologni. *d. apoſtil. ad conſ.12. Io. de Ana.*
8 *nu.7. ver. plus dico.*† Amplia; quia vbicunque crimen eſt publicum.
9 poteſt iudex ex officio procedere, & condemnare.† Declara, quia licet iudex poſſit vigore conſuetudinis, vel ſtatuti procedere ex officio pro furto, vel adulterio, tamen non dicitur publicum crimen, ſi agitur ad pecuniariam pœnam. Vide Bald. qui diſtinguit
10 *conſil.191. Iudex ex officio, lib.5.*† Amplia, quia crimina efficiuntur publica à ſtatuto, ſi ſtatutum concedit, quod quilibet poſſit accu-
11 ſare. Signorol. *conſil.142. In quæſtione, in fin.*† Limita, quia quando quis accuſat de crimine publico ciuiliter pro intereſſe ſuo, excludit alios, imo etiam iudicem, ne ſuppleat partem. Sign. *conſ.244.n.*
12 11.† Extende, quia licet quilibet admittatur ad accuſandũ de crimine publico, ſi tamen plures accuſant, admittuntur omnes, ſed ſi vnus habet proprium intereſſe, ille præfertur alijs Sign. *d. conſ.244.*
13 *n.17.*† Tres ſunt ſpecies accuſationis criminis publici, quandoque ob publicam vtilitatem quis accuſat, quandoq; ob priuatam, &
14 quandoq; ob vtranque. Signor. *conſ.244. num.18.*† Tres ſunt modi procedendi contra criminoſum publicũ accuſatione, item denun-
15 ciatione, item inquiſitione. Sign. *conſ.244. n.4.*† Probatio liquidiſſima requiritur in crimine publico, ideo falſitas debet clare probari, nec ſufficiunt præſumptiones. Fulgoſ. *conſ.174. Super eo, in prin.*
Vide, *Falſi pœna pro quibus delictis imponenda. Concluſ.51.*

Crimina leuia, vel grauia quando, & ex quibus dicantur. Concluſ.1077.

GRAVIA† dicuntur crimina, in quibus vulnera multiplicata 1
interueſerunt. Bal. *conſ.402. Quanquam eſſet dubiũ, circa med. ver. & ſi dicatur, lib.4.* Vide, *Delicta quæ magis grauia eſſe dicuntur. Concl.161.* Vide, *Atrox delictum, & iniuria quando dicatur. Concluſ.550.*† Amplia, 2
quia grauia dicuntur crimina, & non leuia ex facti qualitate, & ex genere pœnę iuris communis, & è contra. Bald. *d. conſ.402. n.3. li.4.* Dynus *conſ.43. Ser Corſus Landi, n.4. ver. certum eſt.*† Et quod ex grauitate pœnæ crimina ſint grauiora, quam ea, pro quibus minor pœ- 3
na imponitur. Alex. *conſ.13. Attentis, n.8. ver. & crimina iudicantur, lib.* 7. & propterea ibi *n.7.* dicit, quod pœna adulterij, cum ſit maior in maſculo, quam pœna ſtupri: igitur adulterium eſt maius delictũ, quam ſtruprum.† Declarat idem Alex. *d. conſ.13. nu.9. lib.7.* quod ex 4
quo adulterium eſt maius delictum, quam ſtuprum, quod ſicut hodie mulier committens adulterium, ex benignitate ſolum detruditur in monaſteriũ, iſtud idem erit in ſtupro, ne ſit maior pœna ſtupri, quam adulterii, & dicit quod iſtud eſt declarare, & non extendere, quia ineſt.† Amplia, quia delictũ dicitur graue, quãdo 5
dolo fuit commiſſum, & de iure communi eſt capitale, licet ſtatutum minuat pœnam. Bald. *conſ.412. ante med. verſ. quomodo ergo, lib.* 4. exẽplificat in adulterio, homicidio, & falſitate.† Reſtringe, vt nõ 6
procedat ampliatio, quando delictũ, licet ſit capitale, tamen ſine dolo fuit commiſſum, & ſtatutum imponit pœnam leuem, quia tunc erit leue. Bald. *d. conſ.412. ante med. ver. quomodo ergo, lib.4.*† Am- 7
plia, quia idem erit, ſi delictum de iure communi non eſſet capitale, ſed ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis eſſet capitale, quia procederet ampliatio, quod eſſet capitale, ſi dolo eſſet commiſſum, licet pœna non eſſet magna. Bald. *d. conſ.412. circa med. ver. aut de iure*
communi, lib.4.† Amplia, quia graue dicitur delictum, licet non ſit 8
capitale de iure communi, neque de iure municipali, quando pœna excedit 300. aureos. Bald. *d. conſ.412. poſt med. ver. aut tale delictum,*
lib.4. & conſ.388. n.2. & 3. lib.4.† Extende, vt idem ſit, quando adeſ- 9
ſet pœna confiſcationis bonorum, quia licet confiſcatio bonorum pauperis non aſcenderet ad 300. aureos, tamen grauis dicitur pœna. Bald. *d. conſ.412. in ſi. lib.4.*† Extende, quia etiam pœna ſupra 10
centum dicitur grauis. Bal. *d. conſ.412. prope ſi. li.4.* vbi dicit, quod ita practicaret.† Amplia, quia ratione perſonæ dicitur graue crimen, 11
ſi officiali ratione officii fit offenſa.† Reſtringe, quia offenſa facta 12
Priori ſeu decurioni non ratione officii, & pro qua leuis pœna imponitur, non dicitur crimen graue, ſed leue. Bald. *conſ.388. n.2. li.4.*
†Declara, quia graue, vel leue dicitur crimen multipliciter.† Pri- 13
mus gradus eſt, quia conſideratur perſona, res, tempus, & locus. 14
Bald. *conſ.412. Super eo, quod, lib.4. in prin.*† Secundus gradus eſt qua- 15
litas delicti, quia omnia delicta capitalia ſunt grauia. *d. conſ.412. in*
princ. ver. ſecundo modo, lib.4.† Tertius gradus eſt, quia conſideratur 16
dolus ex parte committentis delictum, quia vbi dolus, ibi grauitas delicti. Bald. *d. conſ.412. ver. tertio modo, lib.4.* Bald. *conſ.388. Si princeps,*
n.2. vbi ponit dolum, & pœnam tantum cõſiderari, *lib.4.*† Quartus 17
modus eſt genus pœnæ, quæ imponitur, quia ſecundum pœnam grauem, vel leuem, crimen dicitur graue, vel leue, Bald. *d. conſ.412.*
in princ. ver. quarto modo, lib.4. & conſ.388. nu.2. vſque in fin. lib.4. vbi ſolum conſiderat dolum, & pœnam. † Grauis autem dicitur pœna 18
ſupra 300. aureos & etiam confiſcationis bonorum, licet ratione paupertatis non aſcenderet confiſcatio ad 300. Bald. *d. conſ.412. poſt*
med. ver. aut tale delictum, vſque in ſi. vbi dicit, quod etiã ſupra centum dicitur grauis pœna, *lib.4.* & idem dicit *conſ.388. n.2. & 3.* vbi quod quando pœna mere pecuniaria eſt non aſcendens ad 300. crimen non dicitur graue, *lib.4.*† Contrarium videtur tenere Dynus *conſil.* 19
43. circa ſi. ver. præterea, vbi quod leue dicitur, quando pœna eſt pecuniaria.† Limita, quia etiam ſi crimen ſit graue conſiderata qua- 20
litate facti, & pœna de iure communi, tamen ſi ex forma ſtatuti leuis pœna imponitur, crimen leue dicitur. Bald. *conſil.* 402. *num.*
3. lib.4.

Crimina grauia, & excepta differunt à non exceptis in multis. Concluſ.1078.

DIFFERVNT† crimina excepta à criminibus non exceptis quo- 1
ad multa. Vide, *Delicta grauiora, & excepta. Concluſio.162.*† Prima 2
differentia eſt, quia in criminibus exceptis reus poteſt interrogari de ſociis criminis, ſecus eſt, ſi crimina non ſunt excepta, exceptis quibuſdam caſibus ſpecialibus, ita Iul. Clar. *in §. fin. quæſt. 21. n.4.*
& 5. verſic. dictum ſocij. † Secunda, quia in criminibus exceptis 3
dictum ſocii criminis magis de facili probat delictum, & facit indicium ad torturam, cum leuioribus præſumptionibus, quam

in non exceptis. Iul.Clar.*d. q.21.n.8.& n.12.in fin.* Vide, *Testis socius criminis non est idoneus, & quando secus. Conclus.*217.† Vide tamen, quia sicuti laicus non admittitur in testem contra clericum in causa capitali, ita neque in causa capitali de criminibus exceptis, quia in hoc non est differentia. Iul.Clar.*§. fi.qu.24.nu.20.ver. præterea.* † Et idem est in teste patiente plures defectus, quia non admittitur in causa capitali, & idem, si agatur de crimine excepto. Gig.*in tract.de crimi.læsæ maiest.lib.2.tit.quomodo, & per quos, qu.7.n.6.& seq.* vbi dicit, quod licet socius criminis speciali priuilegio admittatur in causa læsę maiestatis, & sic criminis excepti tamen secus est, si vltra quod est socius, concurreret aliud vitium, puta, quia inimicus, vel quia ex alio crimine infamis esset, ne alias plura specialia concurrant, quod non est concessum, Vide, *Delicta grauiora, & excepta, & atrocia grauius puniuntur. Conclus.*162.

Crimina qualiter per testes probentur, & quid specificare testes debeant. Conclus.1079.

CRIMEN † in genere veluti, quod quis sit vsurarius, vel interfecerit hominem, probatur per testes deponêtes vidisse crimen committi, licet non specificent, cum quibus, nec in quo loco, neq; tempus, quia hoc non tollit probationem. Cald. *cons.*170. alias 4. *de testib.* † Limita, quando ageretur de probando crimine in specie, quia tunc testes debent deponere de qualitatibus criminis, & cum quibus. Calder.*cons.*170.*circa fi.ver.vel potest duci*, alias 4.*de testib.* † Limita in reprobandis testibus, ne probent, quia si crimen eis obiectum non probetur specifice, & cum quibus contraxerint vsuras, vel similia, non probant testes, etiam si non interrogarentur, quia magis est odiosa accusatio contra testes per viam exceptionis, ex quo compelluntur ad examen, quam sit accusatio cõtra alias personas. Calder.*cons.*170. alias 4.*de testibus, circa med.ver.item dictum Doctorum.* † Limita, quia testes debent probare locum, & tempus delicti, quando agitur de probando crimine criminaliter, alias non probant, quia licet procedat inquisitio generalis sine loco, & tempore, tamen debent probari ista ex forma probandi. Bald.*cons.*353. *Proponitur, quod, num.2.in fi.& num.3.& ver.vnde non valet, lib.5.* Vide, *Crimina opponens quam specificationem facere teneatur. Conclusio. proxima sequent.* Vide, *Libellus in criminali quam specificationem requirat. Conclusio.*320.

Crimina opponens quam specificationem facere teneatur. Conclus.1080.

ACCVSANS † aliquem de crimine debet specificare locum & diem criminis, & alia de quibus *inl.libellorum, ff.de accusat.* registrata *in c.libellorum 2.qu.*8. Calder.*cons.*190. alias 1.*de except.in princip.* † Amplia, vt nedum procedat in accusatione, sed ét in exceptione, quia opponens per exceptionem crimen, ita debet specificare diẽ. & locum, sicut accusans. Calder.*d.cons.*190. alias 1.*de except.* vbi allegat *c.præsentium, de testib.lib.*6. & dicit esse * communem opin. Bald. *cons.*116.*Quod petitio, circa med.ver.& prædicta probantur, lib.*3. † Extende, vt procedat in tantum, quod neq; potest renunciari huic specificationi, etiam de consensu illius, cui talia opponuntur. Calder.*d.cons.*190.*in princ.ver.nec potest renunciari* alias 1.*de exceptio.* † Etende, vt specificatio loci non dicatur certa & determinata, nisi specificentur nomen, & confinia, in tantum, quod non sufficit dicere, in ciuitate, vel in castro. Calder.*d.cons.*190. alias 1.*de except.ver.certum est etiã, quod.* † Restringe, vt licet in articulis specificatio facta non sit, tamen si probatio specifice esset facta, sufficit. Cald.*d.cons.*190.*in fi.ver.sed licet in exceptione.* † Amplia, vt procedat etiam in inquisitione, in qua si est facta specificatio mensis commissi delicti, si non est probatum tempus, accusatus, & inquisitus debet absolui expressa causa. Bald.*cons.*100.*Si Iudæus, n.2.ver.sed in casu, lib.*2. vbi loquitur in Iudæo inquisito. Vide, *Inquisitus de crimine qualificato quando possit condemnari, vel non. Conclus.*184. † Restringe, vt non procedat in notorijs, quia non requiritur specificatio, & facta non vitiat, licet non probetur. Bal.*d.cons.*100.*in fi.li.*2. Vide, *Accusatio vt procedat quam specificationem requirat. Concl.*158. Vide, *Obiectus debent exprimi in appellatione extraiudiciali. Concl.*7. Vide, *Libellus in causa criminali, quam specificationem requirat. Conclus.*320. Vide, *Crimina qualiter per testes probentur, & quid specificare debent testes. Conclusio.*1079.

Crimen non probatur ex præsumptione, sed debet clare probari per testes. Conclus.1081.

CRIMEN † non probatur ex præsumptione, sed requiritur plena probatio. *l.sciant.C.de prob.* Vide, *Criminalis causa claras requirit probationes. Conc.*1085. Vide, *Præsumptionibus quis nõ potest condẽnari in pœnã ordinariam. Concl.*635. † Amplia in tantum, vt licet periurus repellatur à iudicio, & puniri possit, tamen si quis probat Titium promisisse cum iuramento soluere Mæuio decem, non tamen probatur, quod sit periurus, nisi excipiens probet, quod non soluerit, quia licet præsumptio non sit, quod soluerit, nisi probetur, tamen ad effectum periurii non sufficit in tertio, cui non est facta promissio. Lap.*alleg.*53.*n.*2.& 3.& *alleg.*90.*in fi.ver.Nam licet contra*, Oldrad.*cons.*291.*num.7.ver.Imo bene minus*, vbi posui concord. Lap. *alleg.*95.*n.*4.*ver.si autem ipse.* † Amplia, vt idem sit in eo, qui opponit filio, quod pater eius fuit vsurarius, vt eum repellat à iudicio, quia licet probet patrem fuisse vsurarium, & exegisse vsuras, & filium hæredem esse, & sciuisse, tamen non sufficit, nisi probetur, quod non est facta restitutio vsurarum, quæ licet non præsumatur, tamen, vt inducatur crimen, debet probari aliter, quam per præsumptionem. Lap.*alleg.*53.*in princip.num.*2.& 3.& loquitur, quando opponens crimen est tertia persona, quæ non soluit. † Amplia in sacerdote, qui confessus est reuelasse confessionem de licentia confessi pœnitentis, vt licet licentia non præsumatur, tamen standum sit iuramento sacerdotis, quod hoc fecerit de licentia, & hoc, quãdo pœnitens non accusat, secus si pœnitens accusaret, argumento eius, quod dicitur de periuro. Lap.*alleg.*95.*nu.*4.*in fi.ver.præsertim cũ non accuset.* † Amplia in tertio, qui ad excludendum titulum auctoris sui aduersarii producit illius resignationem, quia per eam non probatur, quod non habuerit alium titulum, ex quo non est ille, cui resignauit, nec agitur viuente ipso resignante. Lap.*alleg.*90.*in fi.* vbi allegat illud simile Innoc. de periurio, de quo supra in princ. † Amplia in religioso, qui contulit sacramenta in aliena parochia infirmo super assertione honestæ mulieris, quod haberet licentiã, quia non probatur, quod incurrerit excommunicationem, de qua *in Clement.1.de priuil.* quando tertius est, qui accusat, non autem rector, quia quando tertius accusat, debet plene probare, ex quo potuit habere licentiam. Lap.*alleg.*127.*in princ.* per illud simile Innoc. de periurio. † Amplia, quia vnus testis cũ fama non probat in criminalibus, etiam si de crimine agatur ciuiliter, etiam si agatur de crimine excipiendo, & debent testes etiam non interrogati reddere rationem, quando agitur de pœna corporali, secus si de pecuniaria, & debent esse omni exceptione maiores, & non est locus iuramento suppletorio. Limita, nisi cũ vno teste, & fama concurrant adminicula, item, quando ageretur solum de pœna pecuniaria, quia probant, secus si agatur de pœna corporali. Limita, nisi in subsidium, quando aliæ probationes haberi non possent. Hæc omnia Mascard. *Concl.*459.*communium criminalium.* Vide, *Probatio plena, & plenior, & aliquando plenissima requiritur in criminalibus. Conclus.* 789. † Limita ad effectũ exceptionis dilatoriæ, quia agitur de modico præiudicio, & probatur facilius. Roma.*cons.*349.*Dum quæritur, per totum*, maxime *n.*3.& 4.& ibi apostil. † Limita, quia bene probatur crimen per testes, etiam si extat statutum, quod delictum non probatur, nisi per scripturam, dummodo probet per quinque testes, vel per testes legalissimos. Mascard. *Conclus.*461.*Crimen*, vbi in fine dicit, quod in occultis etiam probatur per iudicia, & præsumptiones. Vide, *Probatio per coniecturas quando, & in quibus sufficiat, vel non. Conclus.*795.

Crimen quando possit probari ex instrumento, vel non. Conclus.1082.

CRIMEN † non probatur per instrumentum regulariter, quia licet ex instrumento possit probari factum per quod infertur ad crimen, vel alia qualitas, tamen ipsum crimen ex instrumẽto probari non potest, tanquam quid iuris existens. Oldrad.*cons.*199. *Pro fundamento, n* 4.*ver.nõ obstat*, & ita debet intelligi Feder. de Sen.*cons.* 23.*in fi.ver.non obstant iura, quæ innuunt.* Feli.*in c.cum in Ecclesiis n.*2.*ver.& quod instrumenta, de maior.& obed.* vbi ponit regulam cum octo fallen. plene Roma.*cons.*149.*Dum quæritur, in princ.* & ibi plena apostil. dat concord. Vide, *Delictum an probetur ex instrumento. Conclus.*174. † Amplia vt crimen, & periurium non probetur ex instrumento sententiæ latæ in causa ciuili, in qua reus condemnatur ad soluendũ depositum, non obstante negatione cũ iuramento, ex quo ad istũ finem periurii sententia non est lata, nec super periurio fuit facta defensio. Feder. de Sen.*cons.*255.*n.*2.*v.sed magnũ est dubium.* Vide plene per Mascard. *Conclus.*460.*Crimen an probetur*, vbi ponit regulã, & rationem, ampliat ad effectum pœnæ, & sententia excommunicationis non probat delictum, limitat in crimine, quando oritur ex illo instrumento contra facientes, vel producentes instrumentũ, item si delictũ committitur contrahendo, item in faciẽtib. statuta contra libertatem Ecclesiæ, vel mandantibus, item si agatur ciuiliter

ciuiliter, vel agatur de leui præiudicio; item in instrumento confessionis, vel sententiæ in iudicio. † Declara bene probari infamiam, ex quo oritur ex sententia etiam lata ad alium finem. Vide, *Infamia probatur ex instrumento. Conclusio.* 109. † Limita, nisi instrumentum esset rogatum de consensu partium super tali delicto; quia tunc probatur. Bart. *in l. Senatus. ff. ad Turpill.* vbi Alex. in apostill. & idem tenet Feder. de Sen. *cons.* 254. *num.* 2. *in fin. ver. item decretalis vltima.* † Limita; quia probatur qualitas ad delictum ex instrumento. Io. Andr. *in reg. semel malus, de regul. iur. in* 6. † Limita; quia probatur crimen directe ex instrumento, videlicet factum, ex quo crimen resultat, vt si quis in testamento instituit hæreticum hæredem; item si in eodem instrumento constat de duobus iuramentis contrariis; item si ex eo constat, quod quis alienauit bona Ecclesiæ; nam in istis casibus, & aliis similibus directe probatur crimen, vt per Feder. de Sen. *cons.* 23. *in fi. ver. non obstant iura, quæ immunt.* † Limita in eo, qui iurauit soluere mihi intra mensem, vel aliquid aliud facere ex instrumento; quia producto instrumento per eum, cui facta est promissio, satis constat de periurio, nisi probet impleuisse; secus si alius ageret, vel tale instrumentum produceret. Innoc. *in cap. super iis, numer.* 10. *de accusat.* Vide, *Negatiua facti promissi non impleti quando præsumatur, vt sequatur condemnatio. Conclusio.* 29. † Declara, vt procedat, quando non opponitur de periurio, vt quis puniatur, sed vt non promoueatur, quia tunc probatur ex quo leuior probatio sufficit. Feder. de Sen. *consil.* 255. *num.* 3. *vers. posset dici, quod ibi non opponitur.* † Limita; quia crimen probatur ex instrumento ad affectum dilatoriæ exceptionis, non autem ad effectum peremptoriæ; quia excommunicatus ad effectum dilatoriæ probatur ex instrumento, ex quo apparet, quod clericum percussit. Roman. plene *consil.* 349. *Dum quæritur, per totum,* vbi apostilla prima *in ver. dum quæritur*, dat concord. † Limita; quia ad effectum dilatoriæ crimen probatur per famam & denunciationem; secus ad effectum peremptoriæ. Roman. *d. cons.* 349. *numer.* 3. & 4. vbi apostill. 1. dat concord. Vide, *Infamia probatur ex instrumento, & aliis modis. Concluf.* 109.

Criminalis quando dicatur causa, vel ciuilis. Conclusio 1083.

CAVSA † dicitur criminalis, vbicunque agitur de delicto puniendo corporaliter ad vindictam publicam, ita Clar. *in praxi, §. fin. quæst.* 1. *ver. ex quorum omnium*, vbi dicit * communem, & ** magis communem, & *in ver. primus casus*, vbi, quod nullus dubitat. Maranta *in praxi in* 4. *parte, in* 1. *distinct. in princ.* vbi dicit verissimam, & communem * opinionem, & plenius *num.* 17. Vide, *Cautarum multæ sunt species fori Ecclesiastici. Concluf.* 156. † Amplia; quia dicitur causa criminalis, quando etiam agitur de pœna pecuniaria * applicanda fisco, quæ proueniat ex delicto, communem * dicit Maranta *d. praxi in* 4. *parte, in* 1. *distinct. in princ.* & ibi Foller. in prima apostill. Clar. *in §. fin. quæst.* 1. *num.* 2. *ver. ex quorum.* & clarius *in ver. secundus casus.* vbi dicit * communem, & magis * communem. Bald. *cons.* 226. *Quanquam, num.* 3. *ver. hoc præmisso, lib.* 3. Vide Mascard. *Concluf.* 463. *Criminalis causa.* Vide plenius *Concluf. proxima seq. num.* 3. & *seq.* † Declara, vt procedant prædicta quoad pœnam pecuniariam, vt causa dicatur criminalis, si applicatur fisco, donec agitur ad condemnationem, sed sequuta condemnatione, si petatur exequutio sententiæ pro pœna applicanda fisco, causa tunc est mere ciuilis; quia agere debet fiscus coram procuratore Cæsaris, qui est iudex inter priuatum & fiscum, & ciuiliter proceditur. *l.* 1. C. *vbi causa fiscæ* ita declarat Bartol. *consil.* 169. *Statutum Ciuitatis, numer.* 3. *ver. è contra, lib.* 1. vbi allegat pro vtraque opinione, & ita distinguit. † Amplia; quia causa dicitur criminalis, licet intentata sit ciuiliter super crimine infamante. Bartol. *in l.* 1. *in princip. colum.* 4. *vers. est aduertendum, ff. de edend.* Abb. *in cap. testimonium, de testib.* quos, & alios citat Foller. in apostill. prima ad Marant. *in praxi.* 4. *parte, in* 1. *distinct. num.* 3. † Declara vt plene per Clar. *d. §. fin. quæst* 1. *num.* 2. *ver. ego tamen pro clariori*, vbi, quod aliqua sunt delicta, per quæ offenditur publica iustitia, seu publica vtilitas sine offensione priuati; & in hoc genere delicti vnica datur actio, prout in crimine hæresis simoniæ, & similium. † Alia sunt delicta, per quæ offenditur publica vtilitas, & priuata persona, prout homicidium, furtum, & incendium; & in hoc competit publica accusatio, & actio ad vindictam publicam. Alia, quæ tenduntad priuatam, prout refectio damnorum. Clar. *d. §. fin. quæst.* 1. *num.* 2. *ver. ego tamen.* & clarius Maranta *in praxi in* 4. *parte in prima distinct. numer.* 4. vbi, quod oritur actio publica ad pœnam, & actio in factum ad interesse. † Et pro isto secundo genere delictorum potest institui actio criminalis tantum, videlicet ad publicam vindictam; item ciuilis tantum pro suo interesse, etiam potest vtraque actio intentari, sed non æque principaliter; quia criminalis faceret silere ciuilem, sed tantum in consequentiam, ita Clar. *d. §. fin. quæst.* 1. *ver. item scias, & quæstio.* 2. *in prin.* † Mixta dicitur causa, quando agitur de pœna applicanda partim fisco, & partim parti, vel si agatur de pœna applicanda fisco, & de damno reficiendo priuatæ personæ. Boss. *in titul. de appell. num.* 8. vbi * de communi, ita etiam Ias. *in rubric. C. de iudic.* † Declarat Clar. *in §. fin. quæstio.* 1. *num.* 2. *vers. tertius casus*, vt dicatur mixta, quando ex pluribus legibus prouenit actio publica, & priuata; secus si ex eadem lege prouenit, semper erit criminalis, ex quo denominatur à principaliori, & digniori. † Et potest vtraque actio intentari simul & semel eodem libello, videlicet ciuilis & criminalis. Marant. *in praxi in* 4. *parte, in prima distinct. num.* 4. *ver. Super hoc tamen.* † Declara; quia ita demum possunt cumulari actio ciuilis & criminalis, quando ciuilis venit in consequentiam, alias secus, per *l.* 1. C. *quando ciuil. actio. præiudi. crimin.* & ita Foller. in addit. ad Marant. *in praxi, in* 4. *parte, in prima distinct. numer.* 6. vbi, quod imo iudex potest condemnare reum in pœna criminali, & etiam ciuiliter ad interesse, licet non sit petitum. Limita; quia causa dicitur ciuilis, quando per viam actionis agitur, etiam, vbi totum est applicandum fisco pro pœna, quia non dicitur agi criminaliter, vel mixte, sed ciuiliter, vt per Bartol. *in l. in cognitione, & in l. Gallus, ff. ad Syllan.* Alexand. *consil.* 172. *Super casu præmisso, lib.* 5. *per totum.* maxime, *num.* 4. & ita etiam Bartol. *d. cons.* 169. *num.* 3. *& seq. lib.* 1. † Extende, quia non potest dici iure cautum, quod ex contractu descendat iudicium criminale; quia hoc non reperitur cautum. Corne. *consil.* 42. *Plura quæruntur, lib.* 2. † Extende, quia vbicunque fiscus agit contra aliquem, vt consequatur, quod sibi debetur ex contractu; tunc actio, & causa est ciuilis, licet fisco applicetur, prout si agit ad pœnam conuentionalem, ita * omnes *in rubric. extra de iudic.* vbi maxime Deci. *in* 2. *lectur.* * *num.* 64. *ver. & retenta conclusione.* Bero. *num.* 76. *in fin.* Maranta *in praxi, in* 4. *parte, prima distinct. num.* 2. & ibi prima apostill. Clar. *d. §. fin. quæst.* 1. *num.* 2. *ver. ex quorum.* vbi de communi, & * magis communi. † Extende idem, quando pœna applicanda fisco descendit ex contractu illicito. Petr. Foller. in addit. ad Marant. *in praxi in* 4. *parte* 1. *distinct. num.* 2. allegat seipsum, in praxi crimin. allegat Bald. *in l.* 1. C. *de legib.* Alex. in apostill ad Bartol. *in l.* 1. *ff. de sepul. violat.* Extende; † quia actio in tantum est ciuilis, quando est lata sententia, & agitur ex sententia etiam ad fauorem Fisci, vt condemnatus dicatur debitor, & pœna dicatur debita; ideo saluus conductus datus pro debito comprehendit talem condemnatum. Bartol. *d. consil.* 169. *Statuto, per totum, lib.* 1. vbi plena apostill. *in ver. Statutum.* vbi ponit concord. Vide, *Debitor quis dicatur, & appellatio debitoris, de quo intelligatur. Conclusio.* 35. † Dicas secundum Abbat. *consil.* 109. *Innocato*, quod est vltim. *lib.* 1. *colum.* 2. *in fin.* quia criminalis dicitur, cuius finis est commodum partis, & interesse priuatum; mixta, quæ participat de interesse partis, & vindicta priuata, & publica, allegat iura ad hoc. † Vel melius secundum Bald. *consil.* 226. *Quanquam, num.* 3. *ver. hoc præmisso, lib.* 3. quod quædam causa est criminalis, quædam ciuilis, quædam mixta: criminalis dicitur, quando agitur de pœna applicanda fisco, etiam si esset pecuniaria: ciuilis dicitur, quando agitur de pœna applicanda parti: mixta, quando vtrique, sed debet inspici, quod principalius est, quando ciuilis incidit in criminalem, & inspicitur libellus.

Criminalis quando dicatur accusatio, vel ciuilis. Concluf. 1084.

ACCVSATIO † est institutio proprie ad finem, vt clericus deponatur, vel degradetur; & eo casu causa dicitur criminalis, *cap. super iis, & cap. qualiter, & quando, il secundo de accusatio.* Feder. de Sen. *consil.* 23. *num.* 2. *ver. contra.* concord. Calder. *cons.* 104. *Circa princ.* alias 2. *de procurat.* & latius *consil.* 481. alias 3. *de accusatio.* Vide, *Capitalis causa quando dicatur, vel non. Conclusio.* 43. † Amplia, quia criminalis causa dicitur, etiam si agatur de perpetuo carcere ad pœnam, vel etiam de perpetua detrusione ad pœnam; quia pœna dicitur capitalis, & non potest procurator interuenire. Calder. *d. consil.* 104. *Circa fin. ver. non obstat gloss. Innoc.* † Amplia, quia vbicunque agitur de pœna, vt Fisco applicatur, causa dicitur criminalis; secus si parti sit applicanda. Corne. *consil.* 19. *numer.* 10. *& sequent. lib.* 3. Petr. Ancharan. *consil.* 73. *Visis omnibus, in princ.* Abb. post Butr. *in rubric. extra de iudic. numer.* 5. *versic. tertio quæro.* vbi dicit communem, * prout * communem dicunt ibi Felin. *in fin.* Deci. *in* * *lectur. num.* 95. *& in* 2. *lectur. num.* 51. Ias. quoque dicit * communem *

* *in rubric. C. de iudic. numer.* 2. & plurimos de communi * attestantes
* allegat Clar. *in §. fin. quæst.* 1. vbi *num.* 2. dicit magis communem, *
& ab ea non esse recedendum. Boer. *decis.* 349. *num.* 2. Cœpolla
* *consil.* 14. *numer.* 18. *ver. tertio quia.* communem * dicit Roman. *consil.* 152. *Præsens accusatio*, *num.* 2. vbi apostill. dicit magis commu-
* nem, * & allegat Barbat. *tract. at. de testib. in* 3. *parte, colum.* 1. qui dicit
* magis communem, * Gomez. *Instit. de actio. num.* 18. *in princ.* & communem * & ab omnibus amplexam esse dicit Mascard. *Conclusio.* 463. Marant. *in praxi in* 4. *parte de iudic. prima distinct. in princip.* vbi
* dicit communem, * quando ex delicto tantum; secus si ex contractu proueniat. Vide Conclusionem proximam præcedentem
4 in princ. † Declara, vt per Iul. Clar. *in §. fin. quæst.* 1. *in praxi crimin. per tot.* vbi late examinat plures casus, quando causa dicatur criminalis, vel mixta, vel ciuilis, & concludit communem, & ma-
* gis communem * esse, quod quando agitur de pœna corporali, vel etiam de pecuniaria fisco applicanda semper causa est criminalis. Ripa *in rubric. extra de iudic. num.* 91. *& seq.* vbi de commu-
* 5 ni *. † Declara, quia, si applicatur pœna parti & fisco pro medietate, dicitur mixta. Alexand. *consil.* 66. *Viso processu in princip. lib.* 1. *ver.*
* *solum ergo*, & communem * dicit Boss. *in praxi titul. de appell. num.* 8. & communem etiam dicit Ias. *in rubric. C. de iudic. num.* 2. *ver. si vero*
6 *pœna.* Rip. *in rubric. extra de iudic.* † Contra declarationem facit consilium Bartol. 115. *Super eo, quod quæritur, numer.* 1. *lib.* 1. vbi loquitur in casu statuti applicantis certam pœnam parti offensæ, si petat, quam dicit debere petere, & litem contestari, & probare, prout in causa ciuili, & non debet simul cum causa criminali expediri; ideo licet reus in causa criminali fateatur vulnerasse, tamen si condemnatur ex illa confessione, parte non petente,
7 nulla erit condemnatio. † Vide plene Clarum *in praxi criminali quæstio.* 1. *ver. tertius casus.* vbi, quod causa dicitur mixta, quando pœna applicatur partim fisco, & partim parti ex diuersis legibus; secus si ex eadem lege, quia attenditur, quod principalius est. Ripa, qui in fortioribus loquitur *d. rubr. extra de iud. num.* 97.
8 *& seq.* † Et ideo dicit ibi Clarus, *num.* 2. *in fin.* quod sicuti non datur appellatio pro causa criminali, ita etiam non datur pro interesse ciuili debito parti, siue ex eadem lege, siue ex diuersa veniat, pro quo facit, quia in connexis dispositum in vno, censetur etiam in alio dispositum. Marsil. *consil.* 84. Vide, *Connexorum*
9 *idem est iudicium. Conclusio.* 626. † Imo in tantum est criminalis causa, si pœna principaliter fisco applicatur, etiam si in consequentiam veniat restitutio parti priuatæ, quod si fiscus faciat gratiam pœnæ ipsi debitæ, adhuc remanet causa criminalis pro interesse partis, quod veniebat in consequentiam. Vide Ripam *in d. rubric. extra de iudic. num.* 97. *& seq. ver. præmissa inducuntur*, vbi li-
10 cet pro vtraque alleget; tamen istam tuetur. † Extende etiam, si agatur de pœna extraordinaria arbitrio iudicis imponenda, quia adhuc causa est criminalis, apostill. ad Matthesil. *singul.* 70. *num.* 8.
11 † Regula est, quod in causa criminali criminaliter intentata non admittitur procurator, *l. accusatorem*, §. *ad crimen, ff. de public. iudic.*
12 † Extende maxime, quando procurator de eodem crimine est diffamatus. Bald. *consil.* 281. *Iudex formauit, num.* 5. *vers. nam si est in-*
13 *tentatum, lib.* 2. † Amplia in tantum, quod etiam si esset admissus procurator parte opponente, non valet processus. Baldus *dict. consil.* 281. *num.* 5. *ver. nam cum semper, lib.* 2. qui dicit non habere eo ca-
14 su locum *l. quamuis indubitati*, C. *de adulter.* † Limita, quando agitur ad pœnam minorem, videlicet, vt quis puniatur leuiori pœna, quia dicitur ciuilis causa, licet fisco applicetur ob publicam vtilitatem pœna minor illata. Abb. *dict. rubric. extra de iudic. numer.* 5. *ver. sed contra prædicta*, quem ibi tuetur Deci. *in* 2. *lectu. num.* 52. *ver. postremo*, reprobando Aretin. qui tenuit contra Abba. & idem tenet Bero. *num.* 71. Si vero agatur de maiori pœna, etiam quod
15 parti applicetur, dicitur criminalis, vt per Abba. ibi & alios. † Contrarium, quod imo dicatur causa criminalis, licet non maior pœna imponatur, sed extraordinaria. Aretin. *d. rubric. de iudic. numer.* 22. vbi, quod semper, quod fit applicatio pœnæ priuato, semper est ciuilis, & hanc partem veriorem dicit Deci. *dict. rubric. in* 1. *lectu. numer.* 96. *in fin. ver. non quoque satisfacit.* & plures allegat Ripa *in d. ru-*
* *bric. num.* 96. *ver. tertio ampliatur*, per quæ constat hanc communem *
16 esse opinionem. † Declarat Deci. tandem *d. rubr.* 1. *lect. num.* 96. *in fin.* quod si agitur de pœna minori applicata fisco, potest dici ciuilis respectu maioris pœnæ omissæ non simpliciter, & idem in casu contrario, quando pœna maior parti applicatur, quia potest dici criminalis largo modo respectu minoris pœnæ omissæ. Vide quatuor solutiones per Rip. *in rubric. extra, de testam. num.* 94.
17 † Declarat Ripa *dict. rubric. extra de iudic. num.* 94. post multas solutiones, quod causa dicitur ciuilis, quando agitur de priuatione rectoris ad fauorem Ecclesiæ, quando etiam poterat puniri pri-
uatus maiori pœna, quia si delictum venit in consequentiam,
causa est ciuilis. † Declara, quia si agitur, vt quis nondum as-18
sequutus beneficium repellatur, causa sine dubio est ciuilis, si vero agitur, vt priuetur beneficio, vel officio iam assequuto, forte causa erit criminalis, & debet accusans se inscribere, vel saltem est arbitrarium Iudici, per ea, quæ innuit Conrad. *in Breuiar. fol.* 233. *num.* 3. † Limita, quando agitur de priuatione officii, vel 19
beneficii, quia causa dicitur ciuilis secundum * communem, de *
qua Grat. *consil.* 71. *num.* 9. *lib.* 2. sequitur Clarus *in praxi crim. quæst.* 1. *num.* 3. vbi dicit communem *, *ver. quintus casus*, & extendit, etiam *
si procedatur per inquisitionem nulla præcedente accusatione, vel exceptione, & dicit * communem. Socin. *in c. per tuas, num.* 11. *de* *
Simon. † Contrarium facit text. *in cap. tuæ, de procur.* & est * com- 20 *
munis, vt per Ias. *d. rubric. C. de iudic. num.* 2. † Declara, quia si pri- 21
uatio est pœna minor, & extraordinaria; tunc est ciuilis, si vero est maior, & ordinaria, est criminalis, ita Clar. *d. §. fin. quæstio.* 1. *num.* 3. *ver. quintus casus.* & idem dicit Socin. *d. c. per tuas, num.* 11. *de Simon.* † Limita, quando agitur de crimine, vt criminosus repel- 22
latur à testimonio, non vt puniatur, quia causa dicitur ciuilis Clar. *d. praxi, quæst.* 1. *in fin. ver. Sextus casus*, & clarius *quæst.* 19. *num.* 2. vbi dicit communem *. † Limita, quia etiam si agatur ciuiliter de cri- *23
mine, siue per viam actionis, siue per viam exceptionis, semper causa est ciuilis, & ex probatis, vel confessatis in tali iudicio ciuili non potest quis condemnari, licet aperiatur via, vt possit inquiri. Clarus *in praxi, quæstion.* 19. *per totam.* † Restringe, ni- 24
si excipiens etiam instaret, puta testem nedum repelli, sed etiam puniri de delicto, quod opponitur, ita Clarus *d. quæst.* 19. *num.* 3. *ver. criminaliter autem.* † Limita, quando pœna habet originem à 25
contractu, quia licet applicetur fisco, tamen causa est ciuilis. † Li- 26
mita, quando accusatio, & crimen obiicitur ad effectum, vt clericus amoueatur à beneficio, quia dicitur causa ciuilis, & non criminalis. Feder. *dict. consil.* 23. *numer.* 2. *versicul. sed quando agitur*, vbi, quod dignoscitur ex conclusione libelli. Calder. *consil.* 481. *circa medium, vers. considerata igitur*, alias 3. *de accusation.* & idem tenet Abb. *in rubric. extra, de iudic. numer.* 5. *versicul. sed contra prædicta*, vbi, quod si accusatur, non vt seueriori pœna puniatur, sed leuiori, prout amotionis, est ciuilis, *per cap. per tuas, de Simon.* vbi agitur de amotione beneficiati, & dicitur agi ciuiliter. † Contrarium, quod 27
imo, quando agitur, vt quis amoueatur ab officio, vel beneficio, dicatur tunc agi criminaliter, ex quo id fit ad publicam vtilitatem. *cap. tuæ*, vbi Butr. Abb. & alii, *de procur.* vbi maritus agebat ad separationem thori contra mulierem ob adulterium, & dicitur agi criminaliter, & tamen certum est, quod pœna non est directa, neque grauior, prout esset imponenda ex adulterio, & ideo si etiam dotem petat maritus, causa dicitur mixta, videlicet, ciuilis propter dotem marito applicandam, criminalis propter separationem thori, & * communem dicit Ias. *d. rubric. C. de iudic. nu-* *
mer. 2. *&* 3. vbi hoc contrarium excitat, & non soluit. † Declarat 28
Ripa multis modis, quibus soluit contraria *in rubric. extra, de iudic. numer.* 100. *& in fin.* adinuenit nouam declarationem, *ver. tu nouiter*, vbi, quod *in cap. tuæ*, non dicitur, quod iudicium sit mixtum, sed actio mixta, prout in separatione thori, vt vterque liberetur à reddendo debito; sic dicimus in familiæ herciscundæ, & communi diuidendo; quia actio est mixta, quia vterque agit, & reus est. † Declarat plene Bero. *in dict. rubric. extra, de iudic. numer.* 65. vbi re- 29
probat Alexand. & alios, dum tenent, quod sit mixta, quando agitur, vt restituatur dos marito, ob priuatum commodum, & amoueatur à thoro mulier, quod respicit publicam vtilitatem, & sic applicationem fisco, quia dicit ipse non cadere mixturam, nisi quando reuera pecunia applicatur, & fisco, & priuato, & probat per multa iura. † Declarat Deci. *in rubric. in* 1. *lectu.* quod si a- 30
gatur de amotione à priuato officio, ciuilis sit causa; si vero ab officio publico, pœna, & causa sit criminalis. † Declara melius, 31
vt per eundem Bero. *d. rubric. extra, de iudic. num.* 67. *ver. pro solutione*, quia vbi agitur de priuatione sine dolo, vt *in cap. per tuas, de Simon.* causa est ciuilis, & licet ibi priuetur tanquam de simonia suspectus, est improprie dictum, ideo sine dolo causa est ciuilis, quia sola culpa subest, *in cap. tuæ vero.* adulterium erat cum dolo, *extra de procur.* ideo illa priuatio, & amotio, quæ fit ob dolum, infamat, & dicitur pœna corporalis, & per consequens est criminalis; alia vero, quæ sine dolo est, ciuilis dicitur. † Vel melius 32
tertio loco soluit Bero. *d. rubric. de iud. num.* 71. *& seq.* quod quando agitur ad pœnam maiorem directam sit criminalis, si ad minorem, sit ciuilis; item, quod agitur directe ad pœnam per reconuentionem, sit criminalis, si per modum exceptionis sit ciuilis, quia non infamatur, sed repellitur; item si per viam denunciationis, prout *in cap. per tuas, de simon.* licet sequatur priuatio, vel amotio,

est

33 est ciuilis; quia secundario; secus, si via accusationis, *num.* 73. † Limita, vbi agitur de detrusione in monasterium, vel etiam in carcerem, sed solum ad correctionem, quia licet per talem pœnam corpus affligatur, tamen, quia secundum finem fit solum ad correctionem, ideo dicitur ciuiliter agi, vt procurator possit interue-
34 nire. Calder. *cons.* 104. *per totum*, alias 2. *de procur.* † Limita, quia in causa, in qua ob crimen petitur, vel accusatur quis, vt parti aliquid detur, non autem fisco, semper causa dicitur ciuilis, non obstante, quod de crimine agatur. Bald. *consil.* 481. *In causa verten-*
* *te, num.* 3. *in fin. & num.* 4. *ver. non obstat prædictis, lib.* 3. & hanc * communem, & magis communem, dicit Clar. *d.* §. *fin. quæstio.* 1. *num.* 2. *ver. & ex quorum. & in ver. quartus casus*, vbi, quod nullam habet dif-
35 ficultatem. † Extende, quia causa super crimine falsi intentata ad effectum, vt accusatus perdat causam, dicitur ciuiliter in-
36 tentari. Signorol. *consil.* 242. *num.* 24. † Extende, quia causa vsurarum intentata ciuiliter dicitur, quando accusans petit solum restitutionem vsurarum, vel commodum suum, non autem pe-
37 tit ad vindictam aliquid. Signorol. *consil.* 257. *num.* 3. † Declara; quia licet causa sit ciuilis criminaliter intentata, requirit tamen probationes clariores, quam mera ciuilis ciuiliter intentata, De-
38 ciap. *cons.* 37. *num.* 35. *ver. non obstat.* † Regula est, quia causa super crimine intentata ciuiliter regulatur vt ciuilis, quia in ea defertur iuramentum in supplementum, prout in ciuili. Signor. *consil.* 242.
39 *num.* 24. † Extende, quia licet infamia sequatur, si quis condemnetur etiam ciuiliter pro crimine falsi, tamen illa pœna venit in consequentiam, & non consideratur, vt causa desinat esse ciuilis,
40 Signor. *d. consil.* 242. *num.* 24. *ver. ex quibus.* † Extende, quia probationes ordinariæ sufficiunt, quæ in ciuili. Io. de Anania, *cons.* 49. *nu-*
41 *mer.* 5. vbi Bolog. *circa fin.* † Imo etiam, si non esset plene probatum, potest Iudex ex arbitrio inclinare, vt probatio sufficiat. Signor. *cons.* 242. *num.* 25. *ver. præterea certo certius*, quod est Leonardi de
42 Ceuis. † Contrarium tenet Signor. *consil.* 245. *num.* 15. *ver. ad id,*
43 *quod vltimo.* † Extende, quia licet procurator in causa criminali etiam criminis publici, in qua alias non admittatur, tamen admittitur, quando agitur ciuiliter, & pro interesse ciuili. Signorol. *con-*
44 *sil.* 244. *num.* 16. † Et de differentiis, quando causa est ciuilis, vel criminalis, Clarus *in praxi crim. quæst.* 1. *in princ.* vbi late ponit plures differentias.

Criminalis causa claras requirit probationes. Conclusio 1085.

1 CRIMINALITER † quis non est puniendus, nisi apertissimis probationibus conuincatur, quia clarior probatio requiritur in causa criminali, quia vbi maius est periculum, ibi cautius agendum. Oldrad. *consil.* 192. *Viso diligenter processu. per totum, l. sciant. C. de*
2 *probat.* Alex. *cons.* 15. *Viso processu, num.* 2. *lib.* 1. † Maximeque in cau-
3 sa capitali. Alex. *cons.* 15. *num.* 2. *ver. hoc præmisso, lib.* 1. † Amplia in tantum, vt ipse reus conuincatur, adeo, quod nec ipse quasi negare possit, antequam sententia feratur, *C. de pœnis. l. qui sententiam.* Ol-
4 drad. *d. cons.* 192. *in princ.* † Amplia in tantum, quod præsumptiones non sufficiant. *l. absentem, ff. de pœnis.* Oldrad. *d. consil.* 192. *in princ.* Lap.
alleg. 53. *in princ. num.* 2. qui loquitur in excipiente crimen, vt non
5 sufficiat præsumptio. Vide, *Præsumptionibus quis non potest condem-*
nari in pœnam ordinariam. Conclusio. 635. † Declara, vt non sufficiat præsumptio ad condemnandum pro crimine pœna ordinaria, secus est, ad pœnam extraordinariam. Alexand. *cons.* 15. *num.* 3.
6 *lib.* 1. vbi apostil. *in ver. præsumptionibus.* † Amplia, vt testes debeant esse integræ opinionis, ideo infames etiam infamia facti non admittuntur. Oldrad. *dict. cons.* 192. *in princ. ver. vltima est.* † Am-
7 plia, vt vnus testis cum fama non probet in criminali, & dicto defuncti non creditur, & mala fama inquisiti non sufficit, Oldrad.
8 *dict. consil.* 192. *ver. iis igitur.* † Amplia, vt minores 20. annis testes non sint idonei in causa criminali. Oldrad. *d. consil.* 192. *Viso diligen-*
ter, num. 2. *ver. & eodem modo. l. in testimonium, ff. de testib.* Vide, *Crimen non probatur ex præsumptione, sed debet clare probari per testes. Conclusio.*
9 1081. Vide, *Probatio plena requiritur in criminali. Conclusio.* 789. † Restringe, quia minor viginti annis non est idoneus testis in criminali, si à parte inducatur, sed si ex officio examinatur, non reperitur prohibitus, Alexand. *cons.* 119. *Viso processu, num.* 8. *lib.* 7. *ver. nec etiam*
obstat. † Restringe, quando minor viginti annis nominatur ab aliis
10 testibus, quia potest examinari, Alexand. *d. cons.* 119. *num.* 8. *ver. nec*
11 *etiam obstat, lib.* 7. † Restringe, quia non recipitur pro parte accusatoris ad probandum delictum, sed bene admittitur pro reo ad probandam defensionem, Alexand. *d. consil.* 119. *numer.* 8. *ver. se-*
12 *cundo potest responderi, libr.* 7. † Restringe, quia quando numerus aliorum testium supplet, probat. Alex. *d. cons.* 119. *num.* 8. *in fin.*
ver. posset etiam responderi, lib. 7. & idem, quando pateretur suspitionem, prout frater, qui ex numero aliorum suppletur, vt ibi Alex.
num. 7. & apostill. *in ver. numerum.* † Limita, nisi agatur de dolo, 13
qui præsumptionibus probatur. Vide, *Dolus quomodo, & qualiter*
probatur. Conclusio. 574.

Criminalis causa differt à ciuili in multis, & quando secus. Conclusio 1086.

CAVSA † criminalis in multis differt à ciuili. Primo; quia in- 1
cipitur à captura in criminalibus, secus in ciuilibus. Clar. §.
fin. quæstio. 1. *in princip.* Vide, *Captura personæ in criminalibus. Con-*
clusio. 69. *& conclusio. ibi proxima seq.* † Secundo; quia in criminali 2
causa non admittitur procurator, secus in ciuili. Clar. *d.* §. *fin. quæ-*
stio. 1. *in princ.* Vide, *Procurator in causis capitalibus non admittitur. Con-*
clusio. 818. † Tertio, quia in criminali potest inferri tortura; secus 3
in ciuili regulariter. Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 1. *in princ. & quæst.* 64. *num.* 4.
ver. præterea, vbi, quod neque in criminali, in qua sola pœna pecuniaria imponitur. † Quarto; testes multi repelluntur in crimina- 4
libus, qui admittuntur in ciuilibus. Clarus *d.* §. *fin. quæst.* 1. *in princip.*
† Et clariores probationes requirit causa criminalis, *l. sciant. C. de* 5
probation. Clar. vbi supra. † Publicatio processus offensiui, licet 6
sit de substantia; secus in ciuilibus, non tamen processus defen- *
siuus debet publicari ex necessitate, sicut neque in ciuilibus. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 61. *in princip.* vbi dicit secus esse, si extat accusator; 7
quia etiam processus defensiuus debet publicari. Vide, *Processus de-*
bet publicari in causa criminali. Conclusio. 800. † Testes in causa cri- 8
minali possunt recipi, & examinari etiam post publicationem processus, secus in ciuili, quod declara, vt plene Clarus §. *fin. quæst.* 61. *
n. 2. *ver. sed quæro.* vbi * de communi. Vide, *Testes regulariter non exa-*
minantur super eisdem post publicationem. Conclusio. 294. † Et lite non 8
contestata recipi possunt testes in criminali, secus in ciuili. Bar-
tol. *in extrauag. ad reprimendum in ver. publicationem.* † Conclusio in 9
causa criminali non fit, sicut in ciuili. Clar. *in* §. *fin. quæstio.* 61. *in fin.*
Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. sequentia.* † Iuramentum 10
non defertur in supplementum semiplenæ probationis in causa criminali, prout defertur in causa ciuili, de quo plene Clar. §. *fin.*
quæstio. 63. *in princip.* vbi dicit * communem, cum declarationibus, *
de quibus ibi per eum. Vide, *Iuramentum in supplementum quibus*
casibus sit deferendum, vel non. Conclus. 540. † Duæ semiplenæ proba- 11
tiones non iunguntur, neque sufficiunt in causa criminali, maxime corporis afflictiua, prout in ciuili. Clar. *d.* § *fin. quæstio.* 63. *nu-*
mer. 9. Vide, *Probatio plena requiritur in ciuilibus, & quando. Conclusio.*
788. *iuncta concluſ. ibi proxima seq.* † Absens in criminalibus potest 12
condemnari, secus in ciuilibus. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum*
in ver. diffinitiuam. Vide, *Absens an possit puniri, & an contra absentem*
possit Iudex procedere. Conclusio. 37. † Limita; quia in iis, in quibus 13
non repetitur diuersitas in iure, dispositum in causa ciuili procedit in criminali; ideo sicuti in ciuili deducens qualitatem etiam non necessariam, si non probet, non potest obtinere; ita, &
in criminali. Roman. *consil.* 110. *Quæstio consultationis, colum.* 2. *num.* 2.
versic. quinimo, & quarto. Vide, *Accusatus quando non possit condemna-*
ri etiam probato delicto. Conclusio. 172. † Extende, quia argumen- 14
tum valet à sententia ciuili ad criminalem; quia sicuti ciuilis non potest retractari prætextu nouorum instrumentorum; ita nec criminalis, plene Roman. *consil.* 223. *Præmissa, circa fin. ver. si igi-*
tur, vbi, quod in criminalibus causis proceditur adinstar causarum ciuilium. † Extende, quia valet argumentum affirmatiuum 15
à libello ciuili, ad criminalem, vt sicuti possunt eodem libello conueniri plures delinquentes ex eodem delicto; ita possunt plures debitores ex eadem causa in solidum conueniri eodem libello ciuili, & non erit ineptus libellus. Roman. *consil.* 240. *Vi-*
so themate in princip. † Idem; quia valet argumentum negatiuum 16
hoc non admittitur in criminali libello, vt plures possint ex diuersis delictis conueniri vnico libello; ergo neque plures debitores, ex diuersa causa vnico libello possunt conueniri, Roman. *dict.*
consil. 240. *in princ. ver. aliquando vero.* licet ibi teneat partem contra-
riam, quod possint conueniri, licet prima opinio sit * commu- *
nis. † Idem, quia sicuti in ciuilibus nemo expetitur sine actione, 17
ita in criminalibus, vbi deficit actio ciuilis, deficit accusatio. & inquisitio. Bartol. *consil.* 100. *A domino Cyno, num.* 4. *ver. præterea, lib.* 1. &
Socin. *consil.* 127. *Visis, lib.* 1. Marsil. *consil.* 35. *n.* 14. † Limita, quia ha- 18
bent similitudinem in multis circa processum, libellum, litis contestationem, & sententiam. Abb. *cons.* 109. *Innocato, colum.* 2. *num.* 4.
ver. Vnde veniendo, lib. 1. † Extende, quia sicuti libellus in ciuili post 19
litem contestatam non potest mutari, quia est ius quæsitum parti, sed mutatio fit ante litem contestatam; ita etiam in accusatione

crimi-

criminali. Bart. *consil.* 117. *Accusatio, num.* 4. *ver. Sed quia ad hoc, lib.* 1. Ex-
20 tende, † quia sicuti citatio circumducitur non comparente actore in ciuili in termino citationis, ita etiam in criminali, quando proceditur per accusationem. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum in ver. Neglexerit, numer.* 4. *ver. Sed cum per accusationem*, allegat *l. properandum. §.* 1. C. *de iudic.* † Extende, quia sicuti in ciuili valet citatio ad
21 domum facta diligentia de reperiendo, ita etiam in criminali, Alexand. *consil.* 120. *Viso processu in fin. lib.* 3. vbi apostilla *in ver. sicut.*
22 dat concord. † Declara, quia à pari procedunt causa ciuilis & criminalis per accusationem, excepto vno, quia desistente accusatore Iudex procedit per inquisitionem, secus in ciuili, & ideo in Italia inoleuit practica, quod Iudex facit sibi dari licentiam ab accusatore procedendi in sua absentia, Bartol. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. Neglexerit, circa fin. num.* 4. *& seq. & ver. sed in criminalibus.*

Criminalis causa quando præiudicet ciuili. Conclusio. 1087.

1 CRIMINALIS † causa præiudicat ciuili; quando continet certam speciem criminis, puta quia tu me accusas de iniuria illata, & ego instituo accusationem contra te, quod induxisti testes falsos, vel oppono aliud crimen in specie commissum ratione iudicii primi, & ab eo causatum; tunc procedendum est in criminali, & supersedendum in ciuili. Feder. de Sen. *consil.* 93. *Factum quod proponitur, ver. item thema supradictum, num.* 3. *cum seq.* not. *in l.* 1. C. *qui accus. non poss.* sequitur Petr. de Anchar. *cons.* 62. *Duplici respectu, per totum*, vbi late, quod supersedetur, quando est præiudicialis. Vide, *Quæstio præiudicialis quando faciat supersedere negotium principale, vel non.*
2 *Conclusio.* 44. † Ratio multiplex est: Prima, ratione præiudicii: Secunda, ratione maioritatis: Tertia, ratione vitandæ contrarietatis: Quarta, vt intricatio processuum tollatur, Anchar. *consil.* 62. *num.* 2. † Amplia, quia imo libellus non procedit, in quo
3 quis cumulat causam ciuilem, & criminalem simul. Dynus *cons.* 48.
4 *In quæstionibus, in princip.* † Amplia, quia regula est, quod causa criminalis facit supersedere ciuilem octo de causis, de quibus plene Crauett. *cons.* 835. *Dubitationis est, per totum*, vbi, quod supersedetur in omnibus causis, in quibus sententia induceret præiudicium
5 causæ criminali. † Amplia, quia potest causa criminalis intentari, etiam si causa ciuilis sit finita, quando tendit ad diuersum finem, secus, si ad eundem finem tenderet, Clar. *d praxi quæst.* 2. *in fin.* Am-
6 plia, † quia causa criminalis facit supersedere in ciuili, quando crimen intentatur contra partem, & testes simul, vel contra testes solos, quando totum ius causæ ciuilis consistit in testibus, alias secus. Afflict. *decis.* 229. *numer.* 2. *ver. aut ius totius causæ.* Roland. à Valle *cons.* 13. *num.* 13. *& seq. lib.* 2. & ita fuit tentum coram domino de Grassis, 9. Aprilis 1576. in causa Castri Postæ, inter Illust. D. Iacobum Mererium, & Illustr. D. Petrum Antonium de Brancaleonibus, & concor. Anchar. *consil.* 62. *Duplici respectu, in princip.* Marsil. *in rubric. ff. ad l. Cornel. de falsis numer.* 20. vbi plures allegat Grammat. *de-*
7 *cis.* 60. Boer. *decis.* 25. *in secunda limit.* † Declara, quia procedi potest in vtraque causa, sed quatenus criminalis præiudicet ciuili, debet supersederi in expeditione ciuilis. Afflict. *decis.* 203. Capic. *decis.* 25. quem sequitur Iul. Clar. *in praxi crimin. quæst.* 2. *num.* 4. vbi,
8 quod in ciuili potest procedi, vsque ad sententiam. † Florentiæ durante reprobatione testium in causa criminali nõ currunt tem-
9 pora instantiæ in causa ciuili, vt in statuto, *lib.* 3. *rubr.* 17. † Amplia, quia regula est communis, quod causa criminalis principaliter intentata facit cessare ciuilem. Plot. *cons.* 73. *num.* 2. *& seq. inter consilia*
* *crim. vol.* 2. & est communis * opinio, vt attestatur Iul. Clar. *in praxi*
* *crimin. quæst.* 2. *num.* 3. *ver. aut quæris*, vbi dicit * communem, & magis
10 communem. † Extende etiam, si in eodem libello principaliter
* vtraque intentatur. Dyn. *cons.* 48. *in princ.* communem * dicit Clar.
11 *in praxi crimin. lib.* 5. *§. fin. quæst.* 2. *ver. & hæc quidem.* † Extende, etiam si Iudicium ciuile post cœptam causam criminalem ab actore contra reum esset ex eadem, vel diuersa, aut separata causa, quia impediretur reus in suis defensionibus. Iul. Clar. *d. praxi crimin. quæstion.* 2.
* *num.* 3. vbi dicit * communem, & magis communem, & idem in ca-
* 12 su conuerso, quando reus vellet hoc facere contra actorem accusatum, & est * communis opinio, vt ibi, *num.* 5. † Extende, siue iudicium criminale sit intentatum ab actore contra reum, vt est *
13 communis, & magis communis opinio. Clar. *d. praxi crimin. quæst.* 2. *num.* 3. † Siue sit intentatum à reo contra actorem, quia donec sit pronunciatum super criminali, supersedetur in ciuili quoad expe-
14 ditionem causæ, & sententiam, non quoad processum, ita Iul. Clarus *d. praxi crimin. quæst.* 2. *num.* 4. † Restringe, quando in consequentiam criminalis veniret ciuilis, vt peto furem puniri de furto, & mihi rem furatam restitui, Plot. *d. consil.* 73. *num.* 2. *& seq. inter consilia crimin. lib.* 2. † Isto casu non potest sequi condemnatio ci- 15
uili & absolutio in criminali, alias sententia esset nulla. Iul. Clar. *in praxi crimin. libr.* 5. *§. fin. quæst.* 2. *ver. vnum tamen.* Roman. *in l. si quis quenquam, §. illud. ff. si quis cautio. ver. aliquando vero agitur.* Natta *consil.* 407. *num.* 14. *lib.* 2. † Restringe, quando ex diuerso facto, & diuer- 16
sa causa oritur criminalis, & ciuilis. Deci. Lancello. *in l. edita, col.* 2. *in fin. ver. circa regulam.* Deci. ibi *num.* 67. *ver. secundo limitatur.* Bologni. *num.* 121. Ias. *num.* 34. & quando dicatur diuersum factum, vel idem, Natta declarat *cons.* 138. *num.* 4. *& seq.* Anchar. *consil.* 62. *num.* 3. † Restringe respectu actoris, quia si præuenit intentando ciuilem, 17
non potest variare. Natta *d. consil.* 138. *num.* 6. † Restringe quando 18
proceditur sola facti veritate inspecta. Bello. *cons.* 63. *num.* 4. Vide 19
Purpurat. *in l. edita, num.* 200. *& seq.* C. *de edendo*, vbi declarat. † Re- 20
stringe, vt non procedat quoad hoc, vt subordinate possint intentari; non simul & semel, ita Roman. *cons.* 292. † Restringe, vt non 21
procedat, si pars nihil opposuit. † Contrarium, quando sunt con- 22
trariæ actiones. Gozad. *d. l. edita, num.* 23. Purpur. *num.* 210. Corne. *num. r.* 56. *ver. si vero essent actiones.* Io. de Vicomercato, *num.* 122. *& seq.* C. *de edendo.* † Amplia, quia vbicunque causa criminalis est præiudi- 23
cialis ciuili, semper facit supersedere in ciuili. Vide, *Præiudicialis articulus debet prius cognosci, & quando non. Conclus.* 492. † Causa liber- 24
tatis facit supersedere petitionem hæreditatis, quia si non esset liber, non posset habere hæreditatem. Anchar. *consil.* 62. *Duplici respectu, in princ.* † Causa prohibitionis ne defunctus potuerit testari 25
contra hæredem, facit supersedere petitionem hæreditatis. Anchar. *d. consil.* 62. *in princ.* † Causa separationis thori contra vxorem 26
facit supersedere petitionem alimentorum. Anchar. *d. consil.* 62. *in princ.* † Causa falsorum testium examinatorum in causa homicidii, 27
facit supersedere causam homicidii. Anchar. *d. cons.* 62. *num.* 1. Causa † incendii facti de monasterio litigioso commissi per actorem 28
facit supersedere causam ciuilem super monasterio. Anch. *cons.* 62. vbi casus. † Extende, quia causa criminalis, & præiudicialis ciuili 29
ita facit supersedere ciuilem, si eneruet ciuilem ipso iure, sicut per sententiam, quia non refert Anch. *cons.* 62. *in fin.* † Declara, quia in 30
omnibus casibus, in quibus causa criminalis, vel præiudicialis facit supersedere ciuilem, fatalia non labuntur, quia id est facto intentantis criminalem. Anchar. *cons.* 62. *num.* 3. *ver. non obstat, quod dicitur.* † Quid in causis criminalibus an vna instituta, possit accusatus 31
accusare criminaliter suum accusatorem, distingue, vt plene per Clarum *in praxi crim. quæst.* 14. *num.* 12. *ver. tertius casus.* † Regula est, 32
quod si nomen accusati est receptum inter reos, quod dicitur receptum, si præsens est in primo actu, & litis contestatione, si absens in primo actu contumaciæ respicientis merita, vel si exceptiones sunt dilatoriæ in primo actu respiciente repulsam dilatoriæ. Clar. *d. quæst.* 14. *in praxi, num.* 13. & tunc potest accusare solum de maiori crimine, non de æquali, vel minori, secundum * communem. Cla- *
rus vbi supra *num.* 12. *ver. tertius casus, ver. postquam autem.* † Extende, 33
vt procedat, etiam si primus accusator suam, vel suorum iniuriam prosequatur, & est communis * opinio Clar. vbi supra *num.* 12. *vers.* *
quinimo. † Contrarium seruari de consuetudine, vt etiam admit- 34
tatur accusatio criminalis de æquali, vel minori crimine, attestatur idem Clarus *d. praxi crim. quæst.* 14. *num.* 12. *ver. sed si secunda.* † Decla- 35
ra, quia si reus accusatus primo est in carceribus, non admitteretur forte accusatio etiam de maiori contra accusantem, ne diuertatur ab accusatione instituta, licet iudex possit inquirere super vtraque, quando proceditur, vel procedi potest per inquisitionem, & in summa dicitur materia arbitraria, puta si per calumniam, vel si crimina non se contingunt, sed sunt extranea, quia potest recipi cautio à secundo accusato, vel supersederi, vel etiam procedi, ita seruari dicit Clar. *d. praxi quæst.* 14. *num.* 12. *ver. apud nos autem*, vbi in fin. quod si vtraque querela procedit ex eodem facto, vel fonte, aut eadem causa, siue sit de maiori, vel æquali, aut minori, proceditur super vtroque crimine. † Extende, vt procedat, etiam si nomen 36
rei non est receptum inter reos, quia potest accusare suum accusatorem, siue de maiori, siue de æquali, siue de minori, & ita de consuetudine seruari, dicit idem Clar. *d. praxi quæst.* 14. *ver. tertius casus, in princip.* licet dicat * communem in contrarium. † Limita in causa 37 *
syndicatus, & sic in extraordinario iudicio, quando proceditur sola facti veritate inspecta. Baldus *consil.* 178. *Præsupposito statuto, numer.* 2. *vers. item ciuilis & criminalis, libr.* 1. † Limita, vt non proce- 38
dat, quando quis accusatus de iniuria accusaret accusatorem suum ante finitum iudicium de falsa, & calumniosa accusatione; quia ex quo non descendit ad speciem criminis non est supersedendum in primo iudicio. Feder. de Sen. *d. consil.* 93. *num.* 3. *ver. item thema supradictum, & num.* 4. *& 5.* † Limita, quando subesset calu- 39
mnia, quod accusatio de crimine fieret ad differendum primum

iudicium

indicium, vt quia nouus accusator expectauit concludi in causa, vel alias distulit facere, ita quod non subest causa de recenti, ita Feder. *d. consil. 93. num. 3. ver. maxime, quia.* allegat *c. 1. & c. ratio, de frigid. & malefic. & cap. frequens, de restit. spol. in 6.* & idem Feder. *d. cons. 93. in fin. ver praterea quando.* Vide, *Calumnia quid sit, quid sit calumniator, & qua pœna puniatur. Concluſ. 9.* † Extende multo magis, quando latæ sunt tres conformes; quia tunc non suspenditur negotium terminatum per causam criminalem, ex quo præsumitur per calumniam instituta. Gemin. *consil. 95. in fin. ver. aut Ioannes excipit.* † Extende, etiam si extet statutum, quod causa criminalis suspendat ciuilem; quia si accusans testes de falso se arctauit ad accusandum in fine instantiæ, non suspenditur causa ciuilis propter calumniam Afflict. *dec. 229.* † Limita, quia quando duæ sunt causæ graues, in quibus vterque suam iniuriam prosequitur, vt quia ambæ causæ sunt criminales, prima præiudicat secundæ; quia qui prior est tempore, potior est iure, vel vnusquisque prosequitur suam. Feder. de Sen. *consil. 63. in fin. num. 7. ver. item ad id quod dicitur.* † Limita, quando liquet de causa ciuili, vt quia est concluſum, vel alias; nam criminalis non facit supersedere. Afflict. *decis. 229. Sæpe & sepius, in princ.* vbi, quod si mora potest imputari accusatori, non supersedetur in ciuili. † Limita, quando quæstio criminalis incidit in ciuilem, & quando per modum cautæ in ciuili pronunciatur, vt si absoluitur reus; quia instrumentum est falsum. Franc. Mar. *d. decis. 496. num. 2. & 3.* † Limita, quando quæstio criminalis incidenter proponitur, & per modum exceptionis. Franc. Marc. *decis. 496. num. 2. & seq.* † Limita, quando causa criminalis solum est contra testes, & non contra partem. Afflict. super *constit. incip. Si cuiliter, col. fin.* Abb. *cons. 16. num. 5. lib. 2.* vbi de * communi Ruin. *cons. 15. col. fin. lib. 5.* vbi de communi.* † Limita, quando causa criminalis contra testes solos est intentata, & ius totius causæ ciuilis non consistit in testibus accusatis, quia non supersedetur; secus, si ius totius causæ consisteret in testibus accusatis. Afflict. *d. decis. 229. numer. 2. ver. Aut ius totius causæ.* Roland. *cons. 13. num. 13. & 14. cum seq.* Afflictus *decis. 103.* Capic. *decis. 25.* Grammat. *decis. 60. num. 23. & seq.* Extende, † quia si in causa ciuili sunt examinati testes pro actore, qui probant, licet reus accuset criminaliter testes examinatos solos, & non inducentem, tamen non supersedetur in ciuili, & instantia currit, secus, si accusaret vtrunque, videlicet partem, & testes examinatos, plene Abb. *cons. 16. col. 2. ver. sed quanquam, & per totum, lib. 2.* * vbi *num. 6.* dicit * communem, & pro ratione allegat, quod ad alium finem, & quod res inter alios acta tertio non citato non præiudicat. † Extende, vt procedat, etiam si accusator notificasset accusationem parti à se factam contra testes, quia pars sciens ius suum durare non patitur præiudicium ex notificatione. Abb. *dict. consil. 16. colum. penult. post med. ver. non obstat, si dicatur, lib. 2.* † Limita in crimine falsi, quia supersedetur in ciuili quoad sententiam, sed non quoad processum. Capi. *decis. 25. per totam.* Grammat. *decis. 60. num. 24.* † Restringe quatuor modis, quia neque quoad sententiam supersedetur, videlicet si falsitas respicit causam, secunda, si cessat calumnia, tertia, dummodo non sit concluſum in causa, quarta in possessorio. Capic. *decis. 25.* † Declara, quia si accusantur testes, & pars simul, supersedetur in ciuili intentata falsitate, dummodo testes coram causam percutiant; & non constet de calumnia, vel non possit imputari accusatori, puta quia post concluſum in causa accusauit, ita Afflict. *decis. 229.* Roland. à Valle *consil. 13. numer. 12. & 13. lib. 2.* secus, si accusatio fiat solum contra partem, vel solum contra testes, quia non facit supersedere. Abbas *cons. 16. numer. 5. & 6. lib. 2.* qui loquuntur omnes de præiudicio sententiæ, de supersedentia, nisi Afflictus, sed si sententia nocet, & præiudicat, est ergo supersedendum. Crauett. *cons. 79. num. 7.* Vide, *Accusatus non accusat suum accusatorem. Concluſio. 164.* Vide, *Cumulatio multiplex, & quando habeat locum, vel non. Concluſio. 1095.*

Criminaliter puniri de quibus quis possit, vel non. Concluſ. 1088.

1 PVNIRI † potest criminaliter quilibet ex dolo, seu facto doloso. Bald. *consil. 226. Quanquam in ista causa, in fin. lib. 3.* vbi loquitur etiam in dolo commisso in contractu locationis, quia indistinc-
2 te punitur dolus, nisi habuerit iustam causam. † Contrarium, quando dolus potest purgari actione ex contractu, ex quo dolus resultat, plene Bald. *cons. 14. & cons. 15. lib. 1.* cum aliis allegatis *in ver.*
3 *administrator, de quibus acquisiuisse dicitur. ver. contrarium.* † Declara, quia si dolus potest purgari actione ex contractu, in quo dolus fuit commissus, non punitur criminaliter, nisi quando transiuisset in speciale delictum, prout furti, &c. vel nisi adhibens dolum lucratus fuisset, quia tunc etiam si non transiret in speciale crimen, punitur pœna stellionatus, nisi posset purgari ex contractu illo, ita Bald. *consil. 14. Filiusfamil.* vel nisi adesset iuramentum dolosi, vel nisi rem tradidisset vitiosam, vel nisi essemus in contractu venditionis, vel pignoris, quia propter exuberantiam bonæ fidei, & frequentiam pignoris dolus punitur, in cæteris non datur actio criminalis, ita Bald. *cons. 15. ad euidentiam, lib. 1.* vbi in princip. dicit quod crimen stellionatus habet locum solum, vbi non est speciale crimen, & sic ex dolo in subsidium, quando dolus aliter non potest purgari ex contractu, vel alio modo, & in fin. dicit, quod non omne illicitum punitur à lege criminaliter, sed illud demum, quod lex statuit, & Osasch, *decis. 137. num. 17.* pariter declarat eodem modo. Vide, *Furtum largo modo committitur multis casibus. Concluſio. 551.* † Limita, quia de leui, & leuissima culpa quis non potest criminaliter puniri, nisi in atrocioribus delictis. Bald. *cons. 226. circa fin. lib. 3.* † Limita, quia vbi deficit actio ciuilis, nunquam potest quis accusare criminaliter. Salycet. *in l. eos. C. de furt.* Addent. ad Marant. *in 4. parte distinct. 1. num. 5.* Marsil. *cons. 35. num. 14.*

Criminis titulus quando contra delinquentem requiratur. Concluſ. 1089.

FEVDATARIVS † delinquens in dominum suum incidit 1
in crimen, quod oritur ex lege feudali. Anchar. *cons. 277. in princip. & cons. 439. Anno 1405. num. 1.* † In cardinalem machinans incidit in crimen læsæ maiestatis, *c. Fœlicis, de pœnis, in 6.* Anchar. *d. consil. 277. num. 2. ver. Dixi vlterius.* quod duplicatur *consil. 439. num. 2. & 3.* 2
† Generalis est regula, quod iudex in sententia debet scire titulum, & qualitatem criminis, vt possit condemnare, quia secundum diuersitatem delictorum oriuntur diuersæ pœnæ, nam potest quis commisisse delictum propriis manibus, aut per alium, aut quod sciens, & particeps, aut quod de delicto faciendo tractauerit, aut consilium, vel mandatum dederit, aut auxilium præstiterit ante factum, vel in facto, vel post factum, aut quod delictum sit consummatum, vel solum attentatum, quæ omnia sunt diuersa inter se, vt commemorat Clar. *§. fin. quæstion. 87. in princip. & per totum.* 3

Criminosus quando possit interrogari de aliis. Concluſio 1090.

REGVLA † est, quod criminosus non debet interrogari de a- 1
liis sociis criminis, quia cum sit vilis, & infamis, ex quo fatetur se criminosum, est suspectus, & ei non creditur. Bald. *consil. 95. Regula iuris est, in princ. lib. 1.* Signorol. *consil. 209. Quæstio præsupponitur* vbi, quod omnes leges, in quibus aliter disponitur, sunt casus speciales, quia regula est in contrariium. Iul. Clar. *in praxi, §. fin. quæst. 21. num. 4.* vbi dicit communem. † Declara, quia non creditur criminoso, quantum ad probationem plenam, vel semiplenam, nec ad effectum condemnandi, vel coadiuuandi alias probationes, sed bene quantum ad inquirendum. Bald. *d. cons. 95. in princip. lib. 1.* * 2
† Declara, quia neque socio criminis creditur ad indicium faciendum. Bald. *cons. 98. Bertonus de Couo, num. 7. vers. item nec Iacopino, lib. 1.* Signor. Homod. *cons. 209. per totum.* † Amplia, quia etiam homicida, 3
qui per pecuniam fatetur se commisisse homicidium, non interrogatur de sociis, & interrogatus licet fateatur, tamen non facit indicium ad torturam, quamuis delictum sit grauius propter pecuniam. Signorol. *d. cons. 209. per totum.* † Limita in crimine hæresis, 4
quia criminosus, puta hæreticus interrogatur de sociis etiam ad probationem. Bald. *cons. 95. in princ. ver. fallit, lib. 1.* † Limita in crimine artis magicæ, quia criminosus de aliis interrogatur, & eius dictum probat. Bald. *d. cons. 95. in princ. vers. item fallit, lib. 1.* † Limita 5
in criminibus, quæ committuntur in vtilitatem delinquentis, non in odium alterius, prout falsare monetam, quia potest de sociis interrogari. Iul. Clar. *in praxi. §. fin. quæst. 21. num. 4.* † Limita, quia in 6
iis, quæ de sui natura fine sociis committi non solent, quia potest reus de sociis interrogari. Iul. Clar. *d. §. fin. quæst 21. num. 4. ver. alia fuit opinio,* vbi de * communi. † Limita, quia hodie de consuetudine * 7
seruatur, quod rei interrogantur de sociis. Iul. Clar. *d. §. fin. quæst. 21. num. 4. ver. alii vero.* † Declara, quia non seruatur Mediolani hæc 8
consuetudo, nisi in criminibus exceptis, prout in furibus, fraudatoribus falsis, & bladorum, assassinis, & latronibus. Iul. Clar. *d. §. fin. quæst. 21. num. 4. in fin.* vbi, quod bonum est seruare ius commune, vbi consuetudo in specie non probatur. † Limita in criminibus 9
exceptis, quia in illis fit interrogatio sociorum. Iul. Clar. *d. §. fin. quæst. 21. num. 5.* vbi dicit * communem. *

Crucis

Crucis signum venerandum in terra calcari non potest. Concluſ. 1091.

1 SIGNVM † ſanctiſſimæ Crucis venerandum non poteſt ſculpi in lapide poſito in terra, ſuper quo ambulantes calcare poſſint pedibus, pœna mortis contrafacientibus impoſita. *l.1. cum gloſſ. C. nemini licere ſignum Saluatoris.* Alex. *conſil.223. Ponderatis, nu.6. ver. nam*
2 *contra talem, lib.6.* † Extende; quia male faciunt, qui in ſepulchris, quæ pedibus calcantur, inſcribunt ſignum ſanctæ Crucis, & puniri poſſent. Alex. *d. conſ.233. num.6. lib.6.*

Culpa multiplex lata, leuis, & leuiſſima. Concluſ. 1092.

1 CVLPA † alia lata eſt, quæ dolo æquiparatur, alia leuis, alia leuiſſima. Vide, *Dolus, culpa, lata, leuis, & leuißima qualiter differant, & obligent. Concluſ. 576.* † Lata culpa eſt ignorare iura.
2 Alexan. *conſil.65. Habita ſuper, num.8. lib.1.* & eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam communiter habent homines eiuſdem conditionis & profeſſionis. Bart. *in repet. l. quod Nerua. ff. depo. nu-*
3 *mer.17.* † Et lata culpa dicitur magna negligentia. Rota Roman.
4 *deciſ.701. num.7. parte 1.* † Regulam facias, quod in contractibus, qui fiunt gratia dantis, recipiens ſolum tenetur de dolo, & lata culpa, prout in depoſito; ſi vero gratia vtriuſque, tenetur de dolo,
5 lata, leui, & leuiſſima culpa, Franc. Marc. *dec.521. num.7. & ſeq.* † Declara melius, vt per Bart. *in l. quod Nerua, in repet. ff. depoſi. num.30. &*
6 *ſeq.* vbi, quid in mandato, quid in tutela, & aliis. † Vide etiam eundem Franc. Marc. *deciſ.61. nu.6. parte 1.* vbi aliter diſtinguit, vt ſi contractus ſit ſolum gratia dantis, vt in depoſito venit dolus, & lata culpa ſolum ex parte dantis; ſi fiat contractus gratia ſolius recipientis, tenetur de dolo, lata, leui, & leuiſſima culpa, prout in commodato; ſi vero fiat gratia vtriuſque, tunc venit dolus, lata, & leuis ex parte vtriuſque, vt in locato, niſi quis aliter ſe obligaſſet, vel ſuſ-
7 cepiſſet periculum. † Appellatione culpæ in dubio intelligitur de leui. Alex. *conſ.45. num.2. lib.1.* vbi apoſtilla *in ver. culpæ, & conſ.74. Vi-*
8 *ſo titulo, in princ. lib.6.* vbi apoſtilla. † Et leuis culpa dicitur, quando quis adhibet minorem diligentiam rebus alienis, quam ſuis, de qua late Bartol. *in l. quod Nerua, num.26. ff. depoſ.* vbi, quando eſt circa res communes, ſi vero eſt circa res alienas, eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſ-
9 dem conditionis & profeſſionis. † Et vbi agitur de ſola negligentia, quæ non afferat lucrum negligenti, ſemper eſt leuis culpa. Fulgoſ. *conſ.25. Spectabil's miles, num.3. ver. an autem dolus.* Alex. *conſ.47. nu.*
10 *6. lib.1.* † Leuis culpa non venit in actu commiſſo arbitrio alicuius.
11 Alex. *conſ.47. num.8. lib.1.* † Negociorum geſtor, licet teneatur ſolum de dolo, lata, & leui, non de caſu fortuito, tamen ſecus eſt, ſi
12 eſt geſtor negociorum pupilli, Rom. *conſ.413. num.10. & ſeq.* † Reſtringe, quia hæres tutoris, ſeu adminiſtratoris pupilli non tenetur de leuiſſima, neque leui culpa, & idem, ſi erat adminiſtrator, quia res erat communis, & ideo non tenetur. Roman. *d. conſ.413. num.13.*
13 † In ſocietate incidenti, quia res ſit communis, tenetur ſocius de dolo lata culpa, & leui, non de leuiſſima. Alex. *in conſ.74. Viſo titulo,*
14 *in princ. lib.6.* † Idem in negociorum geſtore, quia tenetur ſolum
15 de dolo, lata, & leui culpa. Roman. *d. conſ.413. num.10. & ſeq.* † Probatur culpa leuis, quæ conſiſtit in negligendo, eo ipſo, quod ſocius, qui debuit lucrari, & negociari, non eſt lucratus id, quod alii ſunt lucrati communiter. Bart. *in l. ſi cum venderet, §. fin. cum ſeq. ff. de pi-*
16 *gnor. actio.* Alexan. *conſ.47. Circa primum, in princ. lib.1.* † Contrarium, quod imo debeat conſtare, quod ſocius in rebus communibus nõ adhibuit eam diligentiam, quam in rebus propriis, tenet Alex. *con-*
17 *ſil.47. num.7. ver. fortificantur, lib.1.* & melius, *num.12.* † Leuiſſima culpa eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam habent homines diligentiſſimi eiuſdem conditionis & profeſſionis. Bart.
18 *d. l. quod Nerua, num.27. ver. ſeptimo, ff. depoſ.* † Leuiſſima culpa tenetur quis actione legis Aquiliæ ad emendationem damni. Alex. *con-*
19 *ſil.50. Viſis, & opportune, n.3. ver. tertio videtur, lib.1.* † Declara, dummodo culpa ſit leuiſſima in faciendo, ſecus ſi negligendo. Alex.
20 *d. conſ.50. num.9. ver. nec obſtat ad hoc, lib.1.* † Extende in commodatario, & ſimilibus, quia etiam tenentur de leuiſſima culpa. Alex.
21 *d. conſ.50. col. penult. num.10. ver. ſecundo reſpondeo, lib.1.* † Et idem eſt in cuſtode caſtri ſtipendiato, quia tenetur de leuiſſima culpa, Ol-
22 drad. *conſ.92.* † Idem eſt in cuſtode carcerum. Floria. *in l. ſi vſusfructus, §. cum igitur. de vſufr.* plenius Maſcard. *Concluſ.469. Cuſtos, num.3.*
23 *& ſeq.* † Extende in omni perſona, quæ ex induſtria perſonæ eligitur ad vendendum, vel aliud faciendum, quia debet eſſe diligentiſſimus, & de leuiſſima culpa tenetur. Angel. Aretin. *conſil.135.*
24 *Intellecto, col. fin. ver. venio ad vltimum.* † Extende in contractu locationis, in quo interdum venit leuiſſima culpa, *l. qui mercedem, ff. loca-*
ti. Alex. *d. conſ.50. col. penul. num.10. ver. ſecundo reſpondeo, lib.1.* † Idem 25
eſt, ſi eſſet conuentum, quod leuiſſima culpa veniret. Anch. *d. con-*
ſil.348. num.2. † Extende, quia quod dicitur incendium præſumi 26
culpa habitantium, procedit, quando tenetur de leuiſſima, non autem, quando de dolo, lata, & leui culpa, Alex. *conſ.74. num.3. verſ.*
ſed præmiſſis, lib.6. vbi apoſtilla citat Alex. *conſ.50. lib.1.* † Extende 27
idem in filio, qui non ſuccurrit parentibus feſtinanter, quia tenetur de negligentia leuiſſima, quæ eſt culpa, & dicitur ingratus, & poteſt exhæredari, quia text. requirit feſtinantiam, & diligentiam. Rota Rom. coram domino Cantuccio *deciſ.94. parte 2. per totam.* Extende † idem in depoſitario, & cuſtode, maxime quando eſt ſala- 28
riatus; quia tenetur de leuiſſima culpa, Grat. *conſ.94. num.29. & ſeq.*
lib.2. † Reſtringe, quia in actione locati non venit leuiſſima cul- 29
pa. Alex. *d. conſ.50. num.3. lib.1.* Anchar. *conſ.348. Conductor, num.2. ver.*
in contrarium. † Reſtringe in venditione, quia non venit leuiſſima
culpa, Alex. *d. conſ.50. col. penult. num.10. verſic. nec ad hoc obſtat, lib.1.* vbi 30
ponit ſub dubio. Vide aliquid per Maſcard. *Concluſ.467. num.12. &*
ſeq. † Generaliter culpa non poteſt imputari alicui, ſi non facit il- 31
lud, quod factum non profuiſſet. Rota *in parte 1. deciſ.521. num.3. in*
nouiſſimis, vbi in princ. quod culpa non præſumitur, nec poteſt imputari ei, qui actum facere non obligatur. Vide plenius, *Dolus, lata,*
leuis, & leuiſſima culpa quando obligent. Concl.577. & Concluſ. ibi proxima
præced.

Culpam allegans probare quando debeat, vel non. Concluſ. 1093.

REGVLA † eſt, quod allegans culpam debet illam probare. 1
Grat. *conſ.94. num.37. lib.2.* † Et maxime, quando is, qui argui- 2
tur de culpa, eſt bonæ conditionis, & habet famam pro ſe. Grat.
conſ.95. num.21. lib.2. † Amplia; quia culpa non præſumitur, niſi al- 3
legans culpam probet; quia ſemper ſumenda eſt interpretatio, quæ excludit culpam. Maſcard. *Concluſ.467. Culpa an præſumatur.* vbi limitat multis modis; primo in iis, quæ ſine culpa non conſueuerunt committi, prout in incendio, & furto, vbi allegat contraria; ſecundo, in cuſtode rei, tertio, quando dubium verſatur, an ſit dolus, quia potius culpa præſumitur: quarto, in prouocante præſumitur culpa: quinto, ex negligentia eius, quod quis facere tenetur, præſumitur culpa, & poteſt applicari ad infinitos caſus. † Li- 4
mita, quando culpa præcedit caſum, & eſt ordinata ad caſum, quia tunc probatur culpa eo ipſo & contra culpoſum præſumitur, & tenetur de caſu, ſecus ſi non eſſet ordinata ad caſum. Patri. *d. con-*
ſil.156. num.3. lib.4. & nunquam præſumitur culpa ordinata ad ea-
ſum Grat. *conſ.94. num.39. lib.2. & conſ.100. num.7. eod. lib.* † Et quod 5
culpa debeat eſſe ordinata ad caſum, vt noceat. Bart. *in l. ſi vt certo.*
§. ſi interdum, ff. commod. Ruin. *conſ.65. in fin. lib.5.* Crauett. *conſ.247. co-*
lum. fin. † Declarat Menoch. *de arbitrar. caſu 184. num.59.* † Decla- 6
rat Grat. quia non tenetur cuſtos, vel depoſitarius etiam ſalariatus de caſu fortuito, maxime inſolito, vt eſt furtum per feneſtram altam à terra, & quando non potuit hoc cogitari, quia non euenit, plene Grat *conſ.94. num.39. & ſeq. per totum, lib.2.* Vide plene, *Dolus,*
lata, leuis, & leuiſſima culpa quando obligent. Concluſ.577.

Cumana ciuitas, ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia eius. Concluſ. 1094.

CIVITAS † Cumana habet ſtatutum, quod ingredientes mo- 1
naſterium fœminæ, & profitentes, nihil ipſæ, neque monaſteria petere poſſint à parentibus, vel fratribus, vel ſororibus, vel agnatis ſuis vltra data, vel donata, aut promiſſa, nec per Poteſtatem, & iudices reddatur ius contra prædicta, & ſi certa quantitas non eſt data, vel promiſſa, non poſſit habere de hæreditate, & bonis paternis, vltra libras ducentas. Bald. *conſ.247. Præmiſſo ſtatuto, libr.1.*
vbi, quod tale ſtatutum excludit à bonis, & hæreditate materna, & *conſ.246. Monialis cum authoritate, ver. ſecundo quæritur.* dicit, quod eſt contra libertatem Eccleſiæ, & non valet, *eodem lib.1.* † Item, 2
quod quicquid repertum fuerit, conſequi, & habere poterit ex bonis fugitiui, vel quæ tenebat, & poſſidebat tempore fugæ vel per ſex menſes ante, compartiantur æqualiter inter omnes creditores, ſiue ſint creditores, vel eſſe appareant per chartam publicam, vel condemnationem, quantum ad bona fugitiuorum inter tales creditores non ſit cauſa, vel temporis priuilegium. Bald. *conſ.*
485. Statuto ciuitatis, lib.1. vbi, quod non habet locum, vbi adeſt hypotheca expreſſa. † Item, quod minoribus dentur in curatores, 3
proximi attinentes, & tutores. Bald. *conſil.146. Præmiſſis verbis, libr.2.*
vbi, quod ſi detur non proximior ſine diſcuſſione, datio & decretum eſt nullum, tanquam ex falſa cauſa, quia appellatio proximi intelligitur de proximiori. † Item ſtatutum, quod falſarius 4
condemna-

condemnatus perpetuo sit exclusus ab omni fide in iudicio. Signor. *cons.5. Cum inter Gabrielem, in princ.* maxime *num.2.* vbi, quod repellit etiam illum, qui obtinuit rescriptum à principe, si non narrauit falsitatem, & condemnationem. † Item, quod stantibus agnatis venientes per lineam fœmininam repellantur. Signor. Homod. *cons.* 14. *Super infra scriptis, num.3.* vbi, quod tale statutum corrigens successionem, corrigit etiam tutelam. † Item, quod nullus Notarius audeat rogare, conficere, vel scribere aliquod instrumentum, nisi sit scriptus in matricula, quod statutum nō habet locum in secundo Notario, qui debet adhiberi; quia est casus omissus. Signorol. *consil.* 43. *In quæstionibus missis, in princ.* † Item, quod nulla donatio præsumitur, neq; valeat inter sponsum & sponsam, neq; morte confirmetur. Signorol. Homod. *cons.49. In quæstione vertente, col.2. ver. in oppositum,* vbi, quod quicquid habet vxor de iocalibus mariti, dicitur debitum vxoris compensandum cum dote; quia non præsumitur donatio, neque valet. † Item, quod minor 25. annis non possit obligari ex aliqua causa sine consensu patris, quod non habet locum in ijs, quæ veniunt in sequelam alterius obligationis; ideo mulier minor recipiens iocalia à marito obligatur in consequētiam matrimonij. Signorol. *d.cons.49. col.2. in fin. ver. item non obstat, si opponatur.* vbi, quod etiam extat statutum, quod minor ex ista causa obligetur. † Item, quod nulla donatio præsumatur inter sponsum & sponsam, nec valeat, neque morte confirmetur, quod est validū, licet sit contra ius commune. Signorol. *d.cons.49. col.2. ver. in oppositum.* † Item statutū contra homicidas confiscationem bonorum imponit reseruata parte filijs, quod in consequentiam facit tales bannitos intestabiles. Signorol. *cons.119. per totum.* † Item, quod periurus seu iurans falsum perdat causam. Signorol. *cons.142. in fin.* vbi, quod crimen falsi à statuto efficitur publicū; quia quilibet potest accusare. † Item in ciuitate Cumarum est statutum, quod præscribatur debitum ex chirographo, si per 12. annos steterit creditor, quod non petierit, prout etiam est Mediolani, & valet. Cuman. *cons.177. Suppositis statutis, per totum,* vbi, quod inducit præsumptam solutionem. † Quod debitor, qui fugam fecerit, obliget fratres stantes ad eundem panē & vinum, quod intelligitur de vere, & cum effectu stante ad eundem panem & vinum, non autem per fictionem, & est odiosum statutum, & debet taliter intelligi, vt euitetur absurdum. Cuma. *cons.* 146. *Simon & Helias, per totum,* vbi late in causa fratris decocti consulit. † Quod valeat renunciatio filiarum nuptarū, & dotatarum tàm hæreditati paternæ, quàm maternæ, & tale statutum tollit effectum, *l.fin. C. de pact.* Signorol. *cons.153. Quæstio talis. n.5. & seq.* † Statutum circa successionem excludit matrem, & auiam à successione filij, & nepotis; item auum maternum, & alios ex latere materno, & vocat agnatos, super quo plene Signorol. *cons.153. numer.7. & seq.* & dicit, quod non excludit filias, neq; descendentes ex eisdem, maxime, quando legata ex testamento nullo debentur, vide eum; quia subtiliter declarat. † Item, quod non possit dici de nullitate sententiæ, nisi semel, quod statutum non habet locum, si is, qui dixit nullam, semel fuit exclusus; quia libellus erat ineptus; quia poterit iterum dicere. Signorol. *cons.142. nu.4. ver. venio ad secundum.* † Item, quod iurare debenti assignetur terminus, quod statutum non habet locum in arbitris, seu arbitratoribus. Signorol. *cons.223.* † Item, quod aduersus laudum non possit appellari, reclamari, supplicari, querelari, neque de nullitate dici, vel reduci ad arbitrium boni viri, vel alio modo infringi, quod non tollit restitutionem minoris; quia miserationis causa conceditur, & non est sublata, nisi in specie sit dictum. Signorol. *cons.134. per totum, vbi in fin. est statutum.* † Item, quod Potestas possit inquirere, & procedere singulis diebus, & horis, quod non habet locum in accusatione, & intelligitur de diebus, qui non sint feriati in honorem Dei. Signorol. *cons.241. In quæstione accusæ, in princ.* vbi tollit contraria, & *cons.244. in prin.* † Contrarium per plura Leonar. de Ceruis *inter consilia Signorol.242. num.10. & seq.* † Declarat Signor. *cons.244. in princip.* vt possit inquisitio fieri, & etiam certis casibus atrocibus procedi propter periculum imminens. † Item statutum, quod iurans falsum ad delationem iudicis, vel partis, non habet locum, quando pars solum obtulit, non autem detulit iuramentum; item, quando iudex detulit extra terminum sententiæ; item, quando iuramentum est super vno falso, & vno vero coniunctim positis; quia licuit totum negare; item non habet locū, quando factum est qualificatū, prout delatum fuit; quia non probatur. Signorol. *cons.240. In quæstione, per totum.* † Contrarium tenet Leonardus de Ceruis *inter consilia Signor.242. nu.6. & seq.* vbi per totum confutat Signorol. † Decretum iudicis Mediolani disponit, quod exempti pro duodecim filijs in ciuitate Cumana, sint exempti solum ab oneribus personalibus, & extraordinarijs impositis à Communi; secus, si à principe. Bald. *cons.310. Si de iure communi, libr.3. per totum,* vbi quod non sunt exempti à refectione murorum ciuitatis. † Vallis Clauena cum sua Rocha, & castris fuit ex imperiali rescripto effecta de ciuitate Cumarum & eius Episcopatu, quæ vallis olim fuit in controuersia, & data vltimo Co. Lutherio de Rusconibus. Castillio. *cons.18. Sequitur tenor per totum.*

Cumulatio multiplex, & quando habeat locum, vel non. Concluſ.1095.

CVMVLATIO † causæ præiudicialis ad causam prohibetur de iure, *ff. de exceptio. l. fundum.* Bald. *cons.187. Super quæstione, nu.4. ver. si prohibetur cumulatio. lib.1.* † Et ideo causa ciuilis, & criminalis in eodem libello cumulari non possunt, & cumulatio vitiat libellum, ita vt dari debeat absolutoria. Dynus *consil.48. In quæstionibus, in princip.* Vide, *Criminalis causa differt à ciuili in multis. Concl.1086.* † Extende, vt imò multo magis prohibeatur cumulatio eiusdem causæ in seipsam; & ideo, quod pendet per exceptionem, non potest cumulari per viam actionis. Bald. *d.cons.187. nu.4. ver. si prohibetur, li.1.* † Amplia; vbi ius vel statutum dat electionem actori, nunquam habet locum cumulatio; quia electio actionum etiam in casu, in quo esset licita cumulatio, excludit cumulationem. Signorol. *cons.192. in fin.* vbi loquitur in statuto Nouariæ dante electionem creditori agendi, vel contra debitorem, vel hypothecaria contra tertium possessorē; quia non potest contra vtrumque agere. † Rei vendicatio potest cumulari cum petione hæreditatis. Castrens. *cons.138. col.1. ver. sed hoc non obstante, lib.2.* † Regula est, quod cumulatio plurium actionum semper est permissa, nisi reperiatur prohibita; & ideo qui dicit cumulationem prohibitam, docere debet. Crauet. *cons.845. In iudicio hypothecario, nu.6. & seq.* & prius dixit Roma. *cons.240. Viso themate, colu.3. in princ. ver. sexto quia.* vbi dicit communem, * & ibi apostil. in *ver. reprobata,* dat plures concord. † Possessorium adipiscendæ cum petitorio cumulari potest, licet non possessorium retinendæ; quia contraria sunt. Crauet. *cons.845. num.6.* † Personalis & hypothecaria simul in eodem libello cumulari possunt. Roman. *cons.240. Viso themate, nu.3. ver. secundo dubitatur,* vbi apostil. in *ver. possunt,* dat concord. † Condictio furtiua, & rei vendicatio, licet ex diuersis oriantur, & ad diuersa, tamen possunt cumulari, quando facto aduersarij possidentis actor redditur incertus. Roman. *cons.245. num.3. ver. quo ad id.* vbi, quod debet Dynus declarari, & intelligi in *c. nullus pluribus, de regul. iur. in 6.* † Et hypothecaria actio contra plures in eodem libello potest cumulari; quia cumulatio plurium actionum, vel eiusdem actionis contra plures prohibetur, ne plus debito exigatur, vel exequutio fiat vltra debitum, quod non potest cadere in actione hypothecaria. Alexand. *cons.58. Viso, & perlecto, in princ. lib.5.* plenius in *ver. libellus.* † Declara; quia cautela est, vt actor conueniens plures obligatos eadem actione in eodem libello declaret, quod vnica solutione erit contentus, & ita seruatur in practica. Bart. *in l.1. C. si plures vna sent.* † Via ordinaria & via exequutiua possunt cumulari in eodem libello. Alexa. *cons.58. Viso, num.3. lib.5.* contrarium tenet Io. de Imol. *cons.112. num.5. & 6.* vbi, quod sunt actiones contrariæ; ideo non possunt cumulari, nisi adsit clausula, *omni meliori modo,* quæ operatur, quod euentualiter censentur cumulatæ, & ita concordantur. Vide, *Libellus contra plures reos ex diuersa causa non valet, & quando secus. Concl.312.* † Declara plenius; quia cumulatio actionum fit diuersimode; quia quandoque cumulatur actio actioni, quandoque exceptio exceptioni, interdum actio exceptioni, & interdum exceptio actioni. Bald. *cons.187. in fin. nu.7. ver. materia autem cumulationis, lib.1.* † Primus casus est, quando cumulatur actio actioni, & vtraque est æqualiter principalis, & habent locum dicta Dyni in *cap. nullus pluribus, de reg. iur. in 6.* Bald. *d. consil.187. in fin. libr.1.* † Aut cumuiantur plures actiones cōpatibiles eodem libello, & potest fieri cumulatio; quia non est dare rationem, cur magis vna actio sit expedienda, quàm alia. Alex. *cons.104. in princ. lib.6.* † Aut cumulatur accessoria principali prius intentatæ, & non potest, *l. fundum, ff. de exceptio.* præterquam in hypothecaria. Bald. *d.cons.187. in fi. lib.1.* † Et quod possit hypothecaria, licet sit accessoria, personali cumulari intentando eam contra tertium possessorem, etiam si personalis sit intentata contra principalem debitorem, plene Signorol. *cons.192. In quæstione.* vbi limitat stante statuto Nouariæ dante electionem. † Aut cumulatur principalis actio accessoriæ prius intentatæ, & hoc fieri potest. Bald. *d.cons.187. in fin. lib.1.* † Aut cumulatur iudicium præparatorium principali iudicio; & si vtraque actio nata est, vel nasci speratur ex negligentia, vel contumacia, & cumulatio procedit; aut vna non est nata, neque nasci speratur pendente iudicio, & non fit cumulatio; quia sine actione quis experiretur. Roma. plene *cons.392. Circa primum, nu.12. & seq.* † Secundus casus est, quando cumulatur exceptio exceptioni, & habet locum *l. nemo ex ijs, ff. de exceptio.* † Tertius casus, quando cumulatur actio exceptioni, & si

ni, & si sunt eiusdem naturæ, non procedit cumulatio. Bald. *d. consil.* 187. *in fin. lib.* 1. † Quartus casus, quando accumulatur exceptio actioni, & is est de natura iudicij, opponi potest. Bald. *d. cons.* 187. *in fin. lib.* 1. † Declara totam istam materiam, vt per Alexand. *cons.* 104. *Plura, in princip. libr.* 6. quia ea, quæ veniunt ex eadem actione, prout res, & pœna, prout actio vi bonorum raptorum, quia in quadruplo inest simplum, & si petuntur eodem libello, non est cumulatio; si vero plures sunt actiones diuersæ, & possunt eodem libello cumulari; quia non est dare rationem, cur primo vna, quàm alia expediatur; si autem diuersæ actiones in eodem iudicio vna post aliam cumulatur in diuersis libellis, & obstat exceptio cumulationis; quia pendente prima actione non mutatur iudicium per aliam actionem, & apostilla ad Alexand. ibi in *ver. impediens.* dat remedium contra exceptionem, vt declaret augere conclusiones libelli in eadem instantia, & per eadem media in ea deducta, & dicit ita practicari. † Declara totam istam materiam cumulationis, vt ex pluribus remedijs illud censeatur intentatum, quod ex libello & verbis libelli magis conuenit. Alexand. plene *consil.* 184. *Viso processu, num.* 6. *& sequent. ver. præterea non est intentata, lib.* 5. † Item, quod sicuti cumulantur actiones plures ex eadem causa, prout in furto quadruplum continet simplum, sic in morates continet interesse, Alexand. *consil.* 104. *in princ. libr.* 6. † Cumulatio libellorum contrariorum non procedit; ideo si actor & reus dant libellos contrarios, qui non differunt, nisi quia actor affirmat, & reus negat, libellus actoris impedit libellum rei, ne diuersas sententias ferri contingat. Bald. *consil.* 187. *num.* 6. *ver. simul amplius, libr.* 1. vbi, quod non est materia cumulationis, sed contrarietatis. Anchar. *cons.* 146. *quæstio tacitus, num.* 3. *& 4.* † Extende; quia pendente iudicio, quis sit hæres, & an in totum, vel pro parte, vt quia actor dicit se in totum, reus non potest dare libellum, quod sit ipse hæres pro parte, neque interim potest intentare missionem in possessionem, Anchar. *consil.* 146. *ubi mer.* 2. *& 3.* † Extende; quia neque admittitur cumulatio exceptionum in secundo iudicio, quæ sunt ad eundem finem discussæ in primo iudicio. Anchar. *d. cons.* 146. *num.* 4. † Declara restrictionem, nisi esset iam lata sententia super prima causa. Bald. *d. consil.* 187. *num.* 6. *lib.* 1. † Restringe, nisi causa contraria, & rei esset præiudicialis, & maior, quo casu supersederetur in prima, Bald. *d. cons.* 187. *num.* 6. *lib.* 1. † Amplia, quia pœna adiecta in contractu in casu rescissionis non potest peti simul cum sorte principali; quia ea, quæ electione tolluntur, non possunt inuicem cumulari. Bald. *cons.* 383. *In hac materia, ver. secundo probatur, lib.* 4. vbi, quod si duo tolluntur, quia vno soluto alterum cessat, non possunt simul peti, vbi, quod libellus ineptus est continens cumulationem contrariorum. † Extende, quia pœnale, & criminale iudicium ad pœnam non potest cumulari cum iudicio ciuili ad interesse. Angel. *cons.* 399. *Datus est terminus. in fin. ver. secundo considero.* Vide, *Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita. Conclusio. proxima seq.* † Cumulatio plurium nullitatum admittitur, & sufficit alteram, seu vnam probare veram. Bald. *cons.* 293, *Donatio causa mortis, num.* 4. *ver. libellus continens, lib.* 3. † Amplia, quia cumulatio plurium nullitatum admittitur, etiamsi vna tendat ad declarandum actum nullum, alia ad rescindendum actum, quia possunt cumulari, & quatenus contraria dici possent debent exponi, vt conueniant, videlicet, dum dicitur actum rescindi, videlicet rescissum ostendi. Bald. *cons.* 292. *Factum sic proponitur, num.* 4. *& seq lib.* 3. vbi ponit multa exempla. † Cumulatio non fit in criminalibus, quando primus accusatus non est præsens in iudicio, & vult in absentia accusare suum accusatorem, quia præsumitur ex calumnia, & non debet audiri, ita Clarus in *praxi crimin. quæstio.* 14. *numer.* 13. *ver. apud nos autem.* † Si verò est præsens, tunc distinguitur, quia si nomen est receptum inter reos, vt quia lis est contestata, & tunc potest accusare suum accusatorem de maiori crimine, & quemcunque alium, de minori secus, & hæc est *communis opinio, vt per Clarum *d. quæstio.* 14 *numer. ver. postquam autem*, sed dicit non seruari; quia recipitur accusatio de maiori, de æquali, & minori, & Iudex ex officio potest procedere super vtraque accusatione. † Tamen dicit, quod si sunt delicta ex eodem facto, quod cumulantur, & Iudex procedit super omnibus, & pronunciat super omnibus; si verò sunt diuersa, vel vnum maius altero, maius facit silere minus; vel si diuersa ex diuerso facto, Iudex potest ex arbitrio procedere, vel supersedere, recipiendo cautionem, maxime si subesset calumnia, vel timor calumniæ, quod fieret accusatio ad impediendum accusatorem, ita dicit Clarus *d. quæst.* 14. *num.* 13. *ver. Sed si secunda.* vbi, quod in Regno Neapolis hodie nulla causa criminalis dicitur præiudicialis alteri. Vide supra, *Criminalis causa quando præiudicet ciuili. Conclusio.* 1087. *numer.* 31. *& seq.*

* *
*

Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita, & quando secus. Conclus. 1096.

DVo † iudicia petitoria simul cumulari non possunt eodem tempore. Bald. *consil.* 317. *Quando est vnum, in fin. ver. item est sciendum, lib.* 1. † Declara totam materiam, quia in permissis semper cumulatio censetur facta; secus in prohibitis. Castrens. *cons.* 164. *In casu præmisso, in fin. lib.* 1. † Amplia, vt idem sit in duobus iudicijs possessorijs contrarijs, quia simul cumulari non possunt eodem tempore, Bald. *d. cons.* 317. *in fin. lib.* 1. † Amplia, quia neque potest cumulari possessorium contrarium petitorio, vel è contra. Bald. *d. consil.* 317. *in fin. lib.* 1. † Amplia, quia actiones cumulari non possunt, quando exequutio facta in vna, impedit exequutionem in alia. Ægid. Bella. *cons.* 29. *num.* 12. *ver. præmissa tamen.* † Amplia; quia regula est, quod cumulatio non datur in ijs, in quibus sententia lata absolutoria in vno parit exceptionem rei iudicatæ in alio, siue sit idem libellus, siue diuersi libelli, *l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptio.* ita Roman. *consil.* 392. *Circa primum, num.* 19. *vers. primo quia.* vbi pariter è conuerso ponit regulam affirmatiuam, quando non parit exceptionem vna quoad aliam, & *consil.* 240. *Viso themate, colum. fi. ver. secunda, quia.* vbi apostilla, in *ver. ab alia.* † Extende, quia vbicunque concurrunt duo libelli in hypothecaria, vnus habens priorem hypothecam, & alius habens posteriorem hypothecam ad eandem rem, quæ non sufficiat pro ambobus, non datur cumulatio, sed reijcitur libellus posterioris hypothecæ, quia sententia lata pro primo creditore parit exceptionem rei iudicatæ contra secundum. Roman. *d. cons.* 204. *in fin. ver. secunda, quia.* vbi apostilla in *ver ab alia.* Vide, *Contraria allegans non auditur. Conclus.* 1005. † Restringe, quia speciale est, quod hypothecaria, & personalis actio possunt intentari in eodem, vel pluribus libellis, contra eandem personam Castrens. *d. cons.* 447. *Ad primum, num.* 2. *ver. ad secundum, lib.* 2. † Declara, quia si libellus esset ineptus quoad vnum reum, vt quia cumulatio fieri non posset quoad eum, quoad alium sic; sustinetur in parte valida, licet nullus reddatur in parte nulla. Roman. *d. consil.* 392. *num.* 21. *& sequent. ver. ex præmissis.* † Limita, quia cumulatio plurium actionum in eodem libello admittitur, quando non sunt actiones contrariæ, quarum vna electa, aliæ tolluntur. Bald. *consil.* 292. *Factum sic proponitur, colum.* 2. *ver. quoad primum, & numer.* 3. *lib.* 3. & ista est *communis opinio, de qua Ægid. Bellam. *consil.* 29. *num.* 9. *ver. tertius vero.* † Limita in pluribus actionibus cumulatis, quarum aliquæ tendunt, vt actus declaretur nullus; aliæ verò quod rescindatur tanquam per metum, vel in fraudem vsurarum, aut per simulationem celebratus; quia ex quo omnia tendunt ad annullandũ, non dicuntur contraria, & quatenus rescissio præsupponat actum aliquem esse, debet exponi rescindi, videlicet rescissum ostendi. Bald. *cons.* 292. *num.* 4. *ver. ad secundam de contrarietate cum seq. libr.* 3. vbi ponit multa exempla, & idem Bald. *cons.* 293. *num.* 4. *ver. libellus continens, lib.* 3. † Limita, quia euentualiter possunt cumulari contrariæ actiones, & in dubio etiamsi nõ fit dictum, euentualiter censentur intentatæ actiones contrariæ, late Ægid. Bellam. *cons.* 29. *per totum.* Vide, *Appellatio an possit cumulari cum nullitate. Conclusio.* 394. Vide, *Libellus alternatiuus. Conclusio.* 313. † Limita, quia ratione incertitudinis procedit cumulatio plurium actionum contrariarum subalternatarum. Ægid. Bella. *cons.* 29. *num.* 8. † Contrariũ idem Ægid. *d. cons.* 29. *num.* 16. quia actor debet semper esse certus. † Limita in iudicio vniuersali; quia potest quandocunque addi causa ante sententiam. Ægid. *d. cons.* 29. *num.* 2. † Declara, dummodo fiat nona petitio. Ægid. *d. cons.* 29. *col. pen. ver. nec obstat, quod hoc iudicium.* † Limita, quia si non adest legitimus contradictor, possunt cumulari diuersæ, & contrariæ actiones. Aegid. *d. cons.* 29. *num.* 11. † Declara; quia potest iudex ex officio repellere. Aegid. *d. cons.* 29. *in fin. ver. nec obstat, quod iste non est legitimus.* † Limita, quia plures actiones, prout petitio hæreditatis, rei vendicatio, & plubliciana, possunt cumulari ad eundem finẽ, & si opponitur, tenetur declarare, quã eligat, alias non audiretur; si non opponirut, procedit libellus, & ex clausula, *omni meliori modo*, obtinebit in ea actione, quæ magis sibi expedit. Castrens. *consil.* 391. *In causa, quæ vertitur, colum.* 2. *lib.* 2. † Contrarium, quod non possunt cumulari. Alexand. *cons.* 184. *Viso processu, num.* 2. *ver. & petitio, lib.* 5. & iterum, *num.* 6 *ver. item si diceretur.* † Limita, quia actio ordinaria, & exequutiua possunt cumulari eodem libello. Alexand. *cons.* 58 *num.* 3. *lib.* 5. † Contrarium, quod iudicium ordinarium, & exequutiuũ, non possit eodem tempore cumulari, est text. in *l.* 1. *C. de exequut. rei iudic.* † Declara, quia si adest clausula, *omni meliori modo*, vel clausula, *super quibus, &c.* censetur eo casu ordine successiuo. Alexand. in simili *consil.* 34. *Viso processu, colum.* 2. *num.* 3. *lib.* 3. Corne. *cons.* 218. *Videtur, colum* 2. *num.* 3. *lib.* 3. † Limita, quia hypothecaria & Saluianum interdictum bene possunt cumulari in eodem libello, & vide vtilitatem

tatem infra *ver. Saluianum, quando & ex quibus dicatur intentatum. Conclus.19.* Vide, *Actio mixta hypothecaria, & contra quos, & quibus detur. Concl.105.* † Limita; quia actio personalis & hypothecaria possunt cumulari eodem tempore. Guido Papæ *decis.108.*

Cura quid sit, & vnde dicatur. Conclus. 1097.

1 CVRA † factum hominis requirens dicitur quasi cor vrens.
2 Oldrad. *consil.227. De toto, num.10. ver. cura autem.* † Et ideo cura dicitur; quia cor vrit reddendo habentem curam sollicitum circa administrationem eorum, de quibus curam habet, vt inquit Abb. in *c. de multa, in fin. num.24. ver. quoad primum, de præbend.* qui loquitur de cura animarum.

Cura animarum eiusdem Ecclesiæ an possit esse penes plures intitulatos, & qualiter. Conclus. 1098.

1 CVRA † animarum parochialis si sit solita committi duobus, qui instituuntur in eadem Ecclesia perpetuo ad exercitium curæ, non dicitur esse penes eos, neque sunt Prælati; ideo non habent locum disposita in *c. de multa, de præbend.* & in *c. licet canon, de elect. in 6.* ita Oldrad. *consil.67.* vbi multa hinc inde, & concludit, quod ipsi solum habent exercitium iurisdictionis, seu curæ, quæ competit Prælato, qui est Episcopus, alio non reperto, quod consilium est Pe. Hispani, & Oldrad. Petr. Anchar. *consil.59. num.3.* vbi refert, & sequitur Oldradum. Vide, *Beneficiati plures ad eundem titulum, & eandem*
2 *Ecclesiam, an esse possint, & quomodo. Conclusio.60.* † Declara; quia aliquando dantur capellani perpetui intitulati pro exercitio curæ interdum subrogati. Vide omnino in *ver. Prælati inferiores non constitu-*
3 *unt Vicarios, & quando secus. Conclusio.497.* † Amplia, vt nec curam habere dicatur Præpositus, vel alia dignitas, cui ex statuto spectet iurisdictio vacante sede Episcopali, vel Archiepiscopali, vt est in Ecclesia Tarraconen. Oldr. *consil.102. Factum tale est, statutum.* vbi, quod *extrauag. execrabilis*, non habet locum in tali dignitate, vel of-
4 ficio habente curæ exercitium ad tempus. † Declara, quia quamuis Capellanus perpetuo deputatus ad curam, & exercitium curæ non dicatur habere titulum Ecclesiæ, vel curæ; tamen dicitur habere quasi titulum, & propterea non potest sine causa amoueri. Anton. de Butr. *consil.3. in princip.* quod duplicatur *consil.51.* vbi per to-
5 tum loquitur de subrogatis perpetuo, vel ad tempus ad curã. † Amplia, quia regulares, & religiosi licet decimas, & primitias alicuius parochiæ percipiant, non tamen dici possunt curati, gloss. in *extra-*
6 *nag. execrabilis circa fin. in ver. de consuetudine.* † Amplia in tantum Ecclesiam collegiaram non dici parochialem, licet habeat curam animarum, vt imò dignitas ipsa non dicatur habere curam, sed ministri, & collegium habent curam. Calder. *consil.239. ver. non obstat si dicatur.*
7 alias 18. *de præbend.* Vide, *Ecclesia collegiata curata non dicitur parochialis. Conclusio.25.* † Limita in vicario perpetuo deputato ad curam animarum; quia in omnibus æquiparatur rectori Parochialis, & in eo habent locum iura loquentia de rectore, apostilla ad *consil.51.* Anton. de Butr. in *ver. Vicarij*, vbi multa adducit, per quæ forte dicta de duobus Capellanis ad curam institutis possent reddi dubia, vel sal-
tem vicarij perpetui esse dicantur. Vide, *Parochia vna potest habere plures curatos. Conclusio.96.*

Curatus quis dicatur, & appellatione curati quis veniat. Conclus. 1099.

1 CVRATVS † vicarius dicitur ille, qui habet perpetuam vicariam; quia vicarius temporalis non potest dici curatus, Gemin.
2 *consil.86. in princip. num.2. ver. nam si ibi.* † Amplia; quia omnis rector parochiæ, vel curatæ Ecclesiæ dicitur habere curam animarum videlicet fori pœnitentialis, non fori contentiosi. Card. Zabarel. *con-*
3 *sil.30. In hac dubia, in princip.* † Extende, vt procedat in omni rectore Ecclesiæ curatæ, etiamsi habeat vicarium perpetuum, vel temporalem; quia ille dicitur nihilominus curam habere quoad omnes effectus, præterquam, quod non efficitur execrabilis. Card. Zaba-
4 rel. *consil.30. in princip.* † Declara, nisi Ecclesia curata habens vicarium perpetuum ad curam sit vnita; quia tunc habens Ecclesiam, cui est vnita curata, non habet curam, sed vicarius perpetuus Cardin. Zabarel. *d. consil.30. in princ.*

Cura animarum habet multa specialia. Conclus. 1100.

1 COMMISSIO † curæ animarum licet sit iurisdictionis, & non ordinis Episcopalis, & omnia, quæ sunt iurisdictionis, possint

præscribi ab inferiore, tamen secus est in cura animarum committenda, quia non potest præscribi ab aliquo inferiore, & si est præscripta, tenetur committere tanquam vicarius Episcopi, non autem iure suo, Zabarel. *consil.47. circa fin.* & plene *consil.131. numer.2. ver. ad secundum.*

Curatum beneficium quando dicatur, vel non, & qualiter probetur. Conclus. 1101.

CVRATVM † non dicitur beneficium, nisi habeat curam per 1
petuam; ideo habens curam temporalem, vt puta vacante Cathedrali Præpositus Tarraconen. habet iurisdictionis exercitium vel curam Episcopalem, non dicitur habere propterea beneficium curatum taliter, vt in eo habeat locum execrabilitas, Oldrad. *consil.* 227. *numer.7. ver. certum est*, quia qui alieno nomine aliquid habet, debet attribuere illi, à quo habet, idem Oldrad. *consil.102. Factum tale est, statutum.* Vide, *Beneficia curata quæ dicantur, & quæ simplicia. Conclusio.64.* † Amplia; quia plebs curata habitu, sed non actu 2
quia nullos habet parochianos, non dicitur cadere sub dispositione, *cap. de multa. de præbend.* neque *c. licet canon, de elect. in 6.* Feder. de Sen. *consil.80. numer.2. ver. item non obstat, quod dicitur habere. & consil.135. per totum*, Abb. in *cap. de multa, in fin. de præbend.* vbi allegat etiam contraria, sed dicit, quod hæc pars sibi magis placet. Aegid. Bellam. *consil.32. numer.26. ver. puto contrarium.* † Amplia; quia curatum 3
non dicitur beneficium licet habeat ius baptizandi, & chrisma. Feder. de Sen. *d. consil.80. num.2. ver. item habere baptismum, & consil.135. in fin.* Zabarel. in *clem.1. quæstio.4. de baptism.* Vide, *Baptismus non facit beneficium curatum. Conclusio.21.* † Extende; quia solutio, & exactio 4
primitiarum, & solutio Cathedratici non inferunt necessario Ecclesiam esse curatam, Anchar. *consil.162. colum. fin. ver. non obstant allegata.* † Amplia, quod non dicitur curatum beneficium, etiamsi denominetur præpositura, etiamsi alias fuerit parochialis, etiamsi habeat cœmiterium, & in eo sepeliantur mortui, etiamsi habeat ius baptizandi; quia si non habet parochianos, nec locum designatum, in quo exerceat parochialia iura, non dicitur beneficium curatum, vt cadat sub *c. de multa, de præbend.* Feder. plene *consilio 135. Casus talis est, quidam habens, per totum.* vbi, quod ius sepeliendi, & baptizandi potest competere beneficio simplici de consuetudine, vel licentia Episcopi. † Amplia; quia regulariter plebania non dicitur habere cu- 6
ram animarum, etiamsi sit dignitas. Calder. *consil.239.* alias 18. *de præbend. per totum.* Feder. de Sen. *d. consil.80. num.2.* & late *consil.132. num.2.* Vide, *Plebania quæ dicatur, & quid sit. Conclusio.361.* † Extende, vt 7
idem sit in Aachipresbyteratu; quia non dicitur habere curam, nisi sit in Cathedrali. Feder. de Sen. *consil.135. per totum.* † Contrarium, 8
quod imo plenania, & omnis dignitas caput collegij, prout dignitas principalis, in collegiata dicatur habere curam animarum, tenet Cardin. Zabarel. plene *consil.30. In hac dubia. in princip. & per totum.* † Amplia; quia Ecclesia, quæ fuit curata, si longo tempore fuit ten- 9
ta tanquam non curata, non erit curata. Deci. *consil.126. in princip.* Rebuff. in *tract. at. nominat quæst.16. princip. num.23.* & sufficit tempus 40. annorum, secundum Anchar. *consil.162. In quæstione Eccles. per totum.* † Amplia; quia deficientibus in totum parochianis desinit esse pa- 10
rochialis. Anton. de Butr. in *c. de multa. de præbend. nu.9.* vbi de * com- *
muni. Rebuff. *d. tract. de nominatio. quæstio.16. num.23.* vbi de * com- *
muni. Ægid. Bellam. *d. consil.32. nu.26. vers. puto contrarium.* † Contra- 11
rium dicit Card. Zabarel. quod beneficium dicitur curatum, quando habet potestatem fori pœnitentialis, etiamsi actu, & non habitu, vel facto, vt quia recesserunt omnes parochiani, *num.1.* † Amplia; 12
quia multiplicatæ collationes factæ per Episcopum de Ecclesia, vti de simplici beneficio inducit statum, vt sit sine cura; ideo si extant hinc inde coniecturæ pro statu beneficij est pronunciandum. Anchar. *d. consil.162. circa fin. ver. non obstant allegata.* † Amplia; quia priora- 13
tus habens curam animarum, quæ regitur per vicarium perpetuum, non dicitur curatus, neque habitu; quia residet in monasterio, neque actu; quia residet in vicario perpetuo; ideo non dicitur curatũ, & potest conferri habenti minorem ætatem, quàm requirat curatum. Aegid. Bellam. plene *consil.32. num.26. ver. Venio ad quartum, vsque in fin.* vbi pro vtraque parte, & quod maior pars Rotæ hanc tenuit. Vide, *Prioratus an sit dignitas, & quam ætatem requirat. Conclu-*
sio.707. † Limita; quia parochialis Ecclesia dicitur habere curam 14
animarum. Vide, *Parochialis Ecclesia quæ dicatur. Conclus.93.* † Et di- 15
citur curatum officium parochialis; ideo habens expectatiuam ad dignitatem, vel officium etiam curatum, potest habere parochialem Ecclesiam, & maxime, quando gratia est motu proprio facta; quia late interpretatur. Aegid. Bellam. *consil.33. nu.5. in fin. cum seq. ver. secunda conclusio.* † Limita; quia curatum dicitur beneficium, si habet cu- 16
ram animarum, siue in foro contentioso, siue in foro pœnitentiali,

17 text.& ibi Innoc. in *c. dudum, il. secondo de electio.* † Declara; quia cura fori contentiosi, vt suspendere, excommunicare, & absoluere non est proprie cura, sed est cura illa, quæ respicit forum pœnitentiæ,
18 Card. Zabarel. *cons.* 48. *Quidam nobiles ver. respondeo.* † Extende, vt proprie beneficium dicatur curatum, quando rector tenetur administrare Sacramenta, & alij tenentur recipere, Abb. *in c. de multa. in fin.*
19 *ver. quoad primum, numer.* 24. *de præbend.* † Declara tamen, quod Monasteria, quæ conferunt Sacramenta volentibus, vt quia possunt prædicare, confessiones audire, & Sacramenta conferre volentibus. non habent curam, nisi teneantur accedere parochiani, vel certi,
20 Abb. *cap. de multa, in fin. num.* 24 *ver. & ideo, de præbend.* † Limita; quia omnis collegiata Ecclesia dicitur habere curam animarum, quæ residet in habente primam dignitatem, seu principalem, Card. Zabarell. *consil.* 30. *in princip.* Roman. *cons.* 325. *Quoad primum, num.* 3. *ver. sed*
21 *cum Ecclesia.* † Et si est parochialis Ecclesia collegiata, non debet denominari parochialis, sed dignitas. Cardin. Zabarel. *d. cons.* 30. *nu.* 1.
22 *ver. tertio adidem.* † Restringe tamen, quia licet sit curata Ecclesia collegiata; tamen non necessario infertur, nisi exprimatur; ideo debet exprimi, Cardin. *d. consil.* 30. *per totum num.* 5. *& seq.* vbi, quod expectans dignitatem in collegiata, vel collegiatæ Ecclesiæ, si non expressit de cura animarum, non potest obtinere. Vide omnino Mascard. *Conclusio.* 468. *curam animarum.* vbi, quod habens beneficium cum iurisdictione administrationis Sacramentorum, dicitur habere curam animarum; & idem, si habet contentiosam iurisdictionem excommunicandi, licet non proprie habet curam, qui habet potestatem ligandi, & soluendi nomine proprio, & exiure baptizandi, & sepeliendi non probatur cura animarum, vide eum.
Vide, *Beneficia curata quæ dicantur. Conclus.* 64.

Curatores esse qui possint, vel non. Conclus. 1102.

1 MATER † potest esse curatrix filiorum suorum, Deci. *consil.* 575. *colum.* 1. *num.* 4. vbi etiam loquitur de curatrice bonorum absentis filij. Alexand. *cons.* 221. *Ponderatis, num.* 6. *& 7. ver. & aduerte, lib.*
2 6. vbi dicit *communem. † Limita; quia regulariter mulier non potest esse curatrix propter infirmitatem sexus, *l. cuius bonis, ff. de cu-*
3 *rat. furios.* Alex. *d. consil.* 221. *num.* 6. *lib.* 6. † Extende; quia non potest etiam esse mulier curatrix bonorum absentis. Alex. *consil.* 221. *Ponde-*
4 *ratis, num.* 6. *lib.* 6. † Limita; quia minor vigintiquinque annis non potest esse curator, Alex. *d. cons.* 221. *n.* 6. *ver. & aduerte, lib.* 6.

Curator quibus dari potest, & quibus non, & qualiter detur. Conclus. 1103.

1 CVRATOR † non potest dari maiori viginti quinque annis, & datio facta ei, qui dicit se minorem ex solo aspectu, non citato debitore, qui opponit de ætate legitima non transfert onus probandi in aduersarium, quia probatio incumbit minori, maxime, si constat de alia confessione eiusdem minoris, qui asseruit se maiorem,
2 Bald. *cons.* 1. *lib.* 4 *per totum.* † Extende in tantum non posse dari curatorē maiori, vt datio facta maiori 25. annis sit nedum nulla, sed etiā sententia super hoc lata sit ipso iure nulla, Signorol. *cons.* 238. *In quæ-*
3 *stione, nu.* 1. *ver. & quia dictus.* † Extende; quia stante statuto, quod ætas legitima sit 20. annorum, huiusmodi ætas dicetur subrogata loco ætatis 25. annorum, & non valet datio curatoris habenti ætatem 20. annorum, siue detur à testatore, siue à Iudice; quia nulla, prout etiam nulla est prohibitio administrationis post ætatem legitimam.
4 Castr. *cons.* 131. *Videtur dicendum, lib.* 1. † Extende; quia etiam si detur curator minori, qui reuera erat maior, sententia erit nulla, licet error non sit expressus in sententia. Signor. *d. cons.* 238. *n.* 1. *ver. item, quia cu-*
5 *rator.* † Amplia; quia curator non potest dari etiam minori, & impuberi ad adeundam hæreditatem. Signorol. *cons.* 214. *In quæstione vertenti, num.* 4. *ver. item obiicitur*, quod dicta hæreditas, allegat *l. cum in vna ff. de appell.* Alex. *cons.* 122. *Videtur prima facie, in princ. vers. tertio pro*
* *hoc libr.* 1. vbi dicit magis *communem, & est ratio; quia est de illis actibus, qui requirunt solemnitatem, & loquitur in impubere, qui*
6 debet habere tutorem. † Declara nisi interuenerit decretum Iudicis quod supplet auctoritatem tutoris. Signorol. *d. cons.* 214. *nu.* 8. † Re-
7 stringe; quia saltem sufficit de facto datio curatoris ad adeundum cum additione facti. Signorol. *d. cons.* 214. *num.* 8. *vers. Item non obstat,*
8 *quod dicitur.* † Amplia; quia habenti curatorem non datur alius curator, *l. curatorem habenti, C. de dat. tuto. vel curat.* Abb. *cons.* 91. *Quoad*
9 *primum, numer.* 6. *lib.* 1. † Extende, vt procedat in tantum, quod si detur curator habenti curatorem, per Iudicem etiam ignorantem, quod alium haberet, datio est nulla, & processus factus cum tali curatore dato est nullus; sicut est nullus factus cum falso procuratore.

Abb. *consil.* 43. *col.* 3. *in princ. ver. non obstat, lib.* 2. † Amplia; quia regula- 10
riter impuberi non datur curator, sed tutor; ideo datio non valet, sed tamen valebit gestum à tali curatore, si interuenit decretum Iudicis. Signorol. *cons.* 214. *numer.* 8. *vsque in fin.* † Ratio, quare non da- 11
tur curator infanti, est; quia debet peti ab eo, cui datur, *Pedemont. decis.* 89. *num.* 4. sed dat cautelam, quod petant consanguinei, vel creditores, & valebit, & eandem rationem reddit Alex. *cons.* 122. *Videtur*
prima facie, in fin. lib. 1. † Restringe; quia potest dari curator impuberi 12
etiam in patria potestate existenti, quando pater nollet adire. *decis. Pedemont.* 89. *nu.* 4. *& per totam*, vbi, quod debet dari ad illum actum; videlicet, ad adeundum, sed si esset datus personæ, debent verba impropriari, vt ad negotium sit datus, videlicet, curator datus pupillo, videlicet, ad vtilitatem pupilli. † Amplia; quia adulto non po- 13
test dari curator ad litem, nisi ipse adultus petat. Bart. in *l. qui habet, § si pupillus. ff. de tutel.* qui loquitur in lite cum tutore. Vide infra *num.*
42. *& seq.* † Restringe; quia potest dari curator adulto etiam non pe- 14
tenti, imo inuito, quando fuit citatus ad comparendum instante creditore ad videndum sibi prouideri de curatore; quia si compareret, & petat, datur ille, quem petit, si contumax datur per Iudicem ex officio iuxta formam *l. 1. C. qui pet. tuto.* vt late per Afflict. *decis.* 256. Maranta in suo *specul. in* 4. *parte, in* 16. *distinct. num.* 36. Alexand. *consilio* 122. *libr.* 1. † Non tamen potest testator adulto dare curatorem, & 15
datio non valet, nisi à Iudice confirmetur. Castren. *consilio* 131. *col.* 1. *in fin. lib.* 1. † Amplia quia curator non potest dari pupillo habenti 16
tutorem non impeditum, *l. curatorem, ff. de tuto. & curat. datis.* Bart. in *l. curator, eod. tit.* vbi etiam Alexand. in apostil. Affl. *decis.* 256. Roman. *cons.* 454. *In re præsenti. n.* 19. *ver. regulariter.* Abb. *cons.* 43. *col.* 2. *in princip.*
ver. sed iù non obstantibus, lib. 2. † Restringe; quia potest dari curator 17
pupillo habenti tutorem, quando tutor non est idoneus ad defensionem, Roma. *consil.* 454. *numer.* 19. *ver. fallit.* † Restringe, vbi tutor 18
esset absens, ita quod pupillus ab eo defendi non posset. Roman. *d. consil.* 454 *num.* 19. *ver. item vbi tutor.* † Declara; quia in omnibus casi- 19
bus in quibus pupillo habenti tutorem, vel non debet dari, vel potest dari curator, necesse est, vt ipse petat, vel constet eum petere nolle, alias iudicium agitatum cum tali curatore petito ab alio, esset nullum. Roman. *d. consil.* 454. *nu.* 19. *ver. præterea.* † Restringe, quia si 20
non habet tutorem; potest dari curator pupillo præcedente legitimo mandato, seu præcepto, & citatione, quod compareat ad petendum sibi curatorem dari iuxta tradita in *l.* 1. *C. qui pet. tuto.* Affl. *decis.*
256. †. Et vnica citatio non sufficit, quando non est certum ex rela- 21
tione nuncii, an domi vel personaliter eum citauerit, quia huiusmodi citatio dicitur nulla, vt per Bart. in *l.* 4. *§. prætor. vers. sed quid debet, ff. de damno infecto*, sequitur Ant. de Butr. in *c. causam de dolo, & contum.*
Maria. Soci. in *tract. de citatio. art.* 13. † Restringe quia potest Iudex 22
dare curatorem pupillo habenti tutorem ad instantiam creditoris, quando requisitus ad producendum tutelam solemnem ad hoc, vt iudicium valeat, neglexit producere, vt per Affl. *decis.* 256. vbi notabiliter respondet ad tex. in *l. qui habet, § si pupillus, ff. de tutel.* qui videtur velle contrariū. † Restringe; quia pupillo habēti curatorem po- 23
test alius curator ex causa dari, *l. propter, cum gl. C. in quibus caus. hab. curat. l. ventri. ff. de tut. & curat. dat. ab ijs.* † Restringe; quia iudex potest 24
ex causa legitima vni ex plurib. curatoribus tantum decernere administrationem, *l. testamēto duos, cum l. seq. ff. de testam. tutel. l. si plures, la prima. ff. de admin tuto.* † Amplia; quia curator infanti dari nō potest, sed 25
debet peti dari tutorem Afflict. *decis.* 262. *nu.* 4. *& 5. ver secundo dicitur.*
† Extende; quia curator ad litem non potest dari, nisi petatur, *l. qui* 26
habet, § si pupillus. ff. de tutel. Alex. *consil.* 22. *in fi. lib.* 1. Bald. *in c.* 1 *de milite vasal. qui contumax est*, & ideo si detur infanti, datio est nulla; quia nō potest petere curatorē sibi dari, cum talis ætas quicquid videt, ignoret; sed cautela est, quod repetantur omnia acta eo maiore infantia facto, & quomodo, vide Afflict. *decis.* 262. *col. fi.* † Restringe, quando 27
tutor non reperietur, vel quando bona infantis starent in periculo. Bald. *in c.* 1. *colum.* 6. *in fin. de milit. vasal. qui contum.* vbi, quod tunc debet dari curator cum interuentu consanguineorum pupilli. † Am- 28
plia; quia curator bonis, vel liti dari non potest adulto existenti sub patria potestate, si pater, prout præsumitur, velit ipse administrare. Anton. de Butr. *cons.* 18 *in princ. ver. aduertendum*, vbi, quod datio facta aliter est nulla, & gesta in iudicio cum tali curatore sunt nulla. Vi-
de, *Filiusfamilias non potest agere, & conueniri sine consensu patris. Conclusio.* 361. † Extende; quia procedit ampliatio, etiamsi pater postea la- 29
ta sententia ratificaret gesta à tali procuratore; quia nō conualidantur sententia, & acta nulla, neque persona adulta reintegratur; quia requiritur consensus certo tempore præstandus per patrem. Anton. de Butr. *d. consil.* 18. *numer.* 2. *ver. concludo.* † Declara hanc extensio- 30
nem; quia in ijs, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, non etiam requiritur consensus patris; in ijs vero, in quibus patri acquiritur vsusfructus, etiam requiritur consensus patris, & an sufficiat in

quacun-

quacunque parte iudicij, dicas, quod sunt opiniones, aliqui, quod tempore litis contestatæ, aliqui in quacunq; parte iudicij; imò quod sufficiat etiam consensus generalis in omnib. causis, late Afflict. *decis.* 180. *Filius familias*, vbi in fi. quod consilium tenuit in quacunq; parte
31 iudicij. † Restringe, quando pater præstitit consensum; quia potest dari curator bonis minoris filij familias, nō autem personæ, ita Alexand. *consil.* 59. *Viso processu*, *nu.* 2. *& nu.* 4. *lib.* 2. † Restringe; quia si pater
32 est absens, vel legitimo impedimento impeditus, valet datio curatoris facta adulto in potestate patris. Ant. de Butr. *d. consil.* 18. *in princ. ver. aduertendum.* & isto casu valent gesta. † Amplia; quia in omnibus
33 casibus, in quibus non potuit dari curator, & fuit nulliter datus, iudicium agitatum cum tali curatore erit nullum, vt de curatore dato filiofamilias existente patre administratore sine cōsensu patris. Ant. de Butr. *cons.* 18. *num.* 2. *& seq.* de curatore dato infanti. Afflict. *decis.*
34 262. *numer.* 4. *& seq.* & de alijs. † Sanari tamen potest talis processus nullus ex datione legitime faciendā furoris, vel curatoris, si cum eo repetantur omnia acta etiam vnico actu, prout, *do libellum, excipio, contestor litem, iuro de calumnia, repeto acta, concludo, &c.* ita plene Afflict. *d. decis.* 262. *circa fin. ver. Domini de consilio.* vbi dicit istud esse notandum, vel quod detur restitutio in integrum, & repetantur omnia,
35 vt supra. Decius *consilio* 549. † Amplia; quia curator dari non potest in testamento, sed dari debet à iudice ad petitionem adulti, An-
36 gel. *consil.* 50. *Testator quidam, in princ. ver. & nunquam fuit.* † Et quod curator in testamēto dari non possit à patre, & datus non possit administrare, nisi confirmetur à iudice ordinario, est tex. in *l. i. ff. de confirmat. tuto. in fin.* Alexand. *cons.* 3. *In causa & lite, col. fin. nu.* 7. *& 8. ver. vltimo puto aduertendum, lib.* 2. † Extende; quia sententia contra minorem lata interueniente curatore testamentario dato à patre, & non confirmato à iudice, est nulla, licet si esset ad fauorem minoris, valeret. Alex. *d. cons.* 3. *In causa. & cte, n.* 7. *& 8. ver. vlt. puto, libr.* 2. vbi quod talis curator non nocet pupillo, sed admissus bene eum releuata cō-
38 tumacia, & potest fauorabilia obtinere. † Et quod minor habens curatorem datū à patre in testamento non impediatur facere actum sibi proficuum sine tali curatore. Alex. *cons.* 114. *Viso processu, nu.* 7. *ver.*
39 *nec obstat, lib.* 6. † Et propterea non valet etiam datio curatoris facta per patrem in testamento filio suo, etiam furioso, nisi confirmetur à iudice, & ante confirmationem non valebit interdictio administrationis facta à testatore; quia solum potest fieri à iudice. Castrens. *consilio* 131. *Per totum, lib.* 1. vbi *numer.* 1. *in fin.* quod est maior auctoritas
40 iudicis in hoc, quam testatoris. † Et quod iudex possit interdicere alienationem prodigo, & ea facta non admittatur exceptio, quod non constet de prodigalitate. Castrens. *consil.* 106. *numer.* 3. *lib.* 2. vbi,
41 quod statur interdictione. † Extende hoc in tantum esse verum, vt licet pater relinquat matrem tutricem, & pro tempore curatricē, & ipsa susceperit tutelam solemniter, & cum decreto; tamen cum primum filij impleuerint 14. annum, ea non potest aliquid adminis-
42 trare. Angel. *d. consil.* 50. *in princ.* † Amplia; quia regulariter curator non datur minori inuito de iure communi; quia imo datur ipsi præsenti, & stipulanti, & ipse hoc petere debet, non alius, nisi daretur ad litem; quia tunc datur inuito. Abb. *cons.* 91. *Quoad primum, in prin-*
43 *cip. lib.* 1. *supra n.* 13. *& seq.* † Restringe, nisi extet statutum loci, quod detur minori curator ad instantiam consanguineorum iurantiū expedire; quia propter verba clara statuti datur etiam inuito minori,
44 vt statutum operetur. Abb. *d. cons.* 91. *in princip. lib.* 1. vbi est casus. † Et procedit restrictio, vt statutum Florentiæ mandans dari curatorem minori ad instantiam cōsanguineorum iurantium, vt si minor obtineret sibi dari alium post petitionem consanguineorum, datio esset nulla. Abb. *d. cons.* 91. *n.* 4. *& seq. ver. venio ad secundū, lib.* 1. vbi plura pro
45 vtraq; & hanc tuetur. † Plus dicit, quod curator datus minori ad instantiam proximiorū vigore dicti statuti Florentiæ nō potest per minorem reuocari, & quod durat, vsq; quo sit effectus maior. Abb. *d.*
46 *cons.* 91. *col. pen. n.* 8. *ver. Venio nunc ad tertiū, lib.* 1. † Limita; quia curator specialis pōt dari pupillo, siue habeat curatorem, siue non, & siue litē sit habiturus cum tutore, siue cum alio, & siue ipse pupillus agat, siue conueniatur; quia licet non reperiatur iure cautū, nisi quando est habiturus litem cum tutore; tamen habet locum etiā in alijs casibus ex eadem ratione. Alex. plene *cons.* 122. *Videtur prima facie per tot.*
47 *lib.* 1. vbi pro vtraq; parte, hanc tuetur. † Extende; quia potest dari curator particularis, tàm ad lites, quàm ad negotia, & poterit omnia
48 facere cum decreto. Alex. *d. consil.* 122. *num.* 3. *& seq. lib.* 1. † Declara; quia si quis relinquat curatorem alicui ex testamento, licet non valeat; tamen confert exercitium meri facti. Angel. *d. cons.* 50. *in princip.*
49 † Limita; quia curator potest dari furioso, dementi, & mente capto; quia isti æquiparantur; modus autem dandi est, quod consanguinei instent dari curatorem probata dementia, & iudex debet interloqui talem mente captum, & illi dare curatorem, qui debet dare fideiussorem, facere inuentarium, & suscipere administrationem ex decreto iudicis. Fulgos. *consil.* 79. *Quidam ser Ventura, nu.* 2. *ver. dabitur autem curator.* Vide, *Furiosus caret consensu, ideo actum non potest gerere, vbi consensus requiritur. Concl.* 538. † Et lex non dat curatorem legiti 50
mum, videlicet proximiorem agnatū, nisi furioso, & prodigo, Alex. *consil.* 221. *Ponderatis. nu.* 5. *Ver. super* 2. *lib.* 6. † Quid si coram iudice lai- 51
co petatur, & pro interesse debet citari clericus, vel Ecclesiastica persona. Dec. *cons.* 700. *In causa Antonij.* vide eum. † Solemnitas in dan- 52
do curatore furioso est in *l. fin. C. de curat. furio.* & in *l. de creationibus. C. de Episc. audient.* & debet seruari in omnibus, præterquam, quoad præsentiam Episcopi, & trium primatum; quia de consuetudine hoc nō est vsu receptum. Bart. *cons.* 144. *Iudex Communis, lib.* 1. vbi apostill. in *ver. Iudex*, dat concor. sed in quantum Bar. dicit, quod huic solemnitati Episcopi, & primatum est derogatum per institutiones posteriores, per *§. furiosi. Institut. de curat. furio.* non bene dicit, & reprobatur ibi per apostillam. † Extende; quia curator potest dari non so- 53
lum furioso, & mente capto, sed etiam ventri, & minori, ac liti, & causæ, & ista cura cessat cessante furore, vel ventre, vel minori ætate, vel causa, ita Ægid. Bellam. *cons.* 12. *num.* 2. *ver. tertio, quod licet.* Vide, *Curator vt detur furioso, qua præcedere debent. Conclus.* 1110. † Decla- 54
ra; quia curator vt detur, debet præcedere inquisitio, causæ cognitio, & decretum; & est ratio; quia vnus potest esse idoneus curator vni minori, qui non esset idoneus alteri, & decretum non potest applicari ad incerta, & futura, Ægid. *consil.* 12 *num.* 8. *& sequen.* vbi late. Vide, *Conclus. proxim. sequen. num.* 21. *& multis seqq.* † Limita; 55
quia prodigo dari potest curator, & per solam dationem curatoris prodigo factam censetur interdicta administratio bonorum. Castrens. *consil.* 131. *ver. in contrarium, lib.* 1 *& cons.* 106. *num.* 2. *in fin. & n.* 3. *ver. sed vlterius, libr.* 2. † Extende; quia idem est, quando esset datus 56
curator prodigo minori; quia licet curator datus sit, tanquam minori, si facta fuit interdictio tanquam prodigo, est pronisum sufficienter. Castrens. *d. cons.* 106. *circa fin. ver. ad tertium, lib* 2. † Extende, vt 57
procedat, etiamsi datio curatoris sit facta ad tempus; quia durante illo tempore durat interdictio. Castrens. *d. consil.* 106. *in fi. ver. ad aliud. lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiamsi talis datio curatoris sit facta sine 58
causæ cognitione, quando fuit in præsentia, & de consensu eorum, qui habere possunt interesse. Castr. *d. cons.* 106. *in fi. ver. ad aliud. libr.* 2. † Extende, vt procedat, etiamsi curator non confecisset inuentariū, 59
neq; cœpisset administrare; quia hoc non refert, ex quo erat interdictus prodigus. Castr. *d. cons.* 107. *in fin. lib.* 2. † Extende, etiamsi cura- 60
tor esset datiuus, quando legitimus fuit præsens dationi, & fideiussit; quia censetur consensisse dationi, & quando legitimus esset in mora, valet datio extranei, & sic datiui, Castrens. *d. consilio* 106. *numer.* 4. *lib.* 2.

Curator bonis dari quando possit, vel non, & quæ requirantur. Concluſ. 1104.

CVRATOR † bonis nunquam datur, nisi necessitate cogente, & 1
debet dari ex causa, aliàs non valet datio, neq; valent gesta à tali curatore, Bal. *cons.* 327. *Visa serie, n* 1. *ver. & ratio est. lib.* 5. † Est autē reme- 2
dium extraordinariū; ideo quamdiu est locus viæ ordinariæ, nō deuenitur ad curatorem, qui non datur, nisi in casibus à iure expressis. Fulg. *cons.* 113. *nu.* 2. *ver. considera.* † Fauorabilis est datio curatoris ab- 3
senti; ideo non competit ei, qui latitat, vel qui contumax est voluntarius; quia aliàs ex contumacia fauorem reportaret. Fugos. *cons.* 114. *nu.* 3. † Duplex datur cura; vna specialis ad certam litem, aut certū 4
negocium absentis; alia generalis. Castrens. *d. cons.* 143. *nu.* 2. *lib.* 1 vbi, quando, & quomodo plures dari possunt. † Specialis curator ad 5
certam litem, si est datus, & litem non est contestatus, potest dari alius, & per dationem secundi reuocatur primus; ideo iudicium factum cum primo nullum est, tanquam cum reuocato; si vero datur secundus post litem contestatā cum primo, secunda datio non valet sine causæ cognitione, & iudicium factum cum secundo est nullum. Castrens. *d. consil.* 143. *num.* 2. † Generalis curator si est datus, non 6
valet datio alterius secundi generalis curatoris sine causæ cognitione. Castrens. *consilio* 143. *numer.* 2. *libr.* 1. *ver. secundo casu principalt.* † Tria requiruntur; causa vera, de qua debet constare; item insti- 7
tia, vt quia debet peti à maiori parte creditorum, vel dari ex inquisitione in casibus, in quibus dari potest; item solemnitas; quia debet promittere defendere absentem sine citatione, & suscipere administrationem ex decreto Iudicis, Angel. *consilio* 103. *Datus fuit curator per totum.* † Causa autem debet esse vtilitas bonorum, vi- 8
delicet, vt bona conseruentur, non autem; quia vrgeat æs alienum. Bald. *consil.* 327. *nu.* 1. *ver. & est ratio, lib.* 5. † Item causa est, si Do- 9
minus longe abest, vel captus est ab hostibus, vel si Dominus cessit bonis, & similes causæ, quas ponit Bal. *d. cons.* 327. *n.* 1. *in pr. lib.* 5. Fulg. *cons.* 113. *in princip. & per totum.* † Et debet de causa absentiæ constare 10

a'liter, quàm per verba enunciatiua, Angel. *consil.* 103. *Datus fuit curator, in princip. & cons.* 96. *Iam sunt octuaginta, colum.* 3. *ver. quarto peccat.*
11 † Et idem, si causa reipublicæ abesset, vel aliàs, ex causa necessaria, vel iusta, & probabili abest. Fulgo. *cons.* 113. *in princip. ver. aut non latitat*, & infra *num.* 42 *& seq.* † Amplia; quia curator nunquam datur
12 bonis illius, qui est præsens, & nisi de causa, propter quam datur curator bonis, constet. Bald. *d. cons.* 327. *circa med. ver. quando autem reus, lib.* 5. vbi, quod aliàs, si de causa non constat in iudicio, datio est ipso iure nulla, & omnia gesta à tali, & cum tali curatore sunt nulla, &
13 hanc esse regulam tradit Fulgo. *consil.* 113. *in princ.* † Et dicitur præsens, qui est in territorio, vel in loco, in quo scitur, etiamsi latitet, & potest citari. Fulgo. *consil.* 113. *Nicolaus, & consil.* 114. vbi, quod non valet datio curatoris ad instantiam vxoris contra maritum tanquam vergentem ad inopiam, si poterat citari, & procedi in contumaciam; ideo citatio illi facta cum clausula, *quod aliàs deputabitur curator*, non
14 validat curatoris datione m. † Restringe in furiosò, prodigo, & similibus, qui propter accidentale vitium alieno gubernio subiicimilibus
15 untur, Fulgos. *consil.* 114. *colum.* 2. *ver. Hanc existimo.* † Restringe, nisi persona esset illustris. Fulgos. *consilio* 113. *in princip. vers. Sed fallit,*
16 *& cons.* 114. *num.* 2. † Amplia; quia curator bonis non datur ad instantiam vnius creditoris tantum, nisi alij citentur. Bald. *d. cons.* 327. *circa med. ver. debet etiam dari, lib.* 5. & idem putat verum Alexand. *con-*
17 *sil.* 221. *Ponderatis, in fin. num.* 9. *ver. satis etiam putarem, lib.* 6. † Extende; quia datio curatoris facta ad instantiam creditorum est nulla si non interuenit consensus maioris partis creditorum. Angel. *consil.* 193. *num.* 4. *ver. videamus igitur.* Angel. *consil.* 103. *ver. secundo ex defectu,*
18 Bald. *cons.* 327. *circa med. ver. debet etiam, lib.* 5. † Contrarium, quod imò ad instantiam cuiuscunque creditoris, quando nō est adita hæreditas, possit dari. Alexand. *cons.* 4. *videtur, num.* 12. *ver. vnde aut Lipus,*
19 *libr.* 2. † Imò, quod Iudex ex officio possit dare curatorem hære-
20 ditati iacenti. Alexand. *cons.* 100. *Discussis, in fin. lib.* 5. † Declara; quia potest dari ex officio bonis defuncti, vel bonis absentis, quando non latitat. Angel. *d. cons.* 103. *nu.* 2. *ver. veritas est.* & sic per inquisitionem.
21 † Amplia; quia requiritur solemnitas, videlicet, quod promittat defendere absentem sine citatione. Angel. *cons.* 103. *num.* 2. *ver tertio*
22 *ex defectu.* † Item debet suscipere administrationem ex decreto Iudicis, aliàs non administrat. Angel. *cons.* 106. *num.* 2. *ver. nunc videamus.*
23 † Imò etiam requiritur ad hoc vt detur curator bonis absentis valide, quod fiat edictum, & citatio, tàm contra absentem, quàm contra quemcunque habentem mandatum ab eo, vt veniat ad defendendum, aliàs non valeret datio curatoris bonis absentis; quia posset adesse procurator, qui haberet mandatum; quo casu non esset locus dationi curatoris. Castrens. *cons.* 143. *in princ. lib.* 1. *ver. præterea.* Vi-
24 de, *Conclus. prox. præced. num.* 54. † Triplex est datio curatoris; quia quandoque datur bonis personæ præsentis, quandoque bonis personæ absentis, quandoque bonis personæ mortuæ. Angel. *cons.* 193.
25 *Mortuo debitore, in princip.* † Et diuersæ sunt formæ, & diuersæ solemnitates, & vna non confunditur cum altera; ideo datus curator bonis vacantibus, seu mortui non potest sùbstineri; si debuit dari bonis absentis; quia diuersa solemnitas est. Castrens. *consilio* 143. *Vi-*
26 *sis & ponderatis, in princip. lib.* 1. † Bonis personæ præsentis datur tribus casibus. Primus est, si filiofamilias delata est hæreditas, vel legatum, & pater nō vult adire, vel acceptare; & isto casu potest filiusfamilias adire prætorem, & obtinere, quod sibi decernatur curator, cum cuius auctoritate poterit adire, & acceptare legatum. Angel.
27 *d. cons.* 193. *in princip.* † Auctoritas huius curatoris consistit solum in extrajudicialibus circa gubernium bonorum; quia quoad iudicialia, filiusfamilias agit, & excipit cum auctoritate curatoris. An-
28 gel. *d. consil.* 193. *in princip. ver. cuius autem curatoris potestas.* † Secundus casus est, quando aliquis cessit bonis, nam tunc siue sit præsens, qui cessit, ex quo non agit ad instantiam creditorum, datur curator, qui possit distrahere bona eius, qui cessit, & satisfacere creditori-
29 bus, Angel. *d. consil.* 193 *in princip. ver. dari etiam potest.* † Auctoritas huius est solum circa deputationem, & causam, vt vendat bona, & satisfaciat. Angel. *d. consil.* 193. *in princip. ver. & huius curatoris potestas.*
30 † Tertius casus est, quando aliquis est vere debitor clarus, vel decoctus, huius bona sunt vendenda; quia datur curator bonis etiam
31 isto casu, Angel. *d. consil.* 193. *in princip. ver. datur etiam curator.* † Idem, quando debitum est liquidum; quia pro bonis vendendis datur cu-
32 rator, Fulgos. *consil.* 113. *circa princ. ver. ex quo primo.* † Auctoritas huius est solum circa causam, vt vendat bona, vt supra. Angel. *d. consil.*
33 193. *colum.* 2. *in princip. ver. vnde eius potestas.* † Bonis absentis datur curator, quando absentia est vera, prout si captus sit ab hostibus absens; secus si latitaret; quia non de omni absentia fit prouisio curatoris ad beneficium absentis, sed solum de absentia impediti legitimo impedimento. Angel. *consil.* 193. *colum.* 2. *in princip. ver. dixi secundo.*
34 Fulgos. *consil.* 113. *& 114. per totum.* † Et debet absentia probata esse in datione, nec sufficere assertio. Ang. *consil.* 143. *in princ. & consil.* 196. *Iam sunt, colum.* 3. *circa med. ver. quarto peccat.* † Contrarium, quod 35
imò, si non probatur clare de absentia, & de vita, possit dari curator bonis absentis quia satis est, quod dubitetur, an viuat, vel sit mortuus, Alber. in *l. ab hostibus, ff. ex quibus causis maio.* quia satis est, quod eius hæreditas stante incertitudine mortis non potest adiri, gloss. in *d. l. ab hostibus. & in l. idem priuilegiū. ff. de priuileg. credit.* † Et quod possit 36
dari curator bonis absentis, est glos. 1. in *l. 2. ff. de curat. bon. dand.* Ang. *cons.* 103. *& cons.* 193. *colum.* 1. *ver. dixi secundo.* † Imo Alber. in *l. ab hosti-* 37
bus, ff. ex quibus causis maior. ex solo arbitrio iudicis potest dari curator bonis absentis, etiam quod non fuerit petitus ad instantiam creditorum, vel aliorum prætendentiū interesse. † Duplex est datio cura- 38
toris bonorum absentis; vna est, quæ fit ad beneficium absentis, ne eius bona dissipentur; & ista datio fit etiam nemine petente. Angel. *d. consil.* 193. *colum.* 2. *in princ. ver. dixi secundo.* † Authoritas huius cura- 39
toris dari bonis absentis ad beneficiū absentis cōsistit in cura bonorum, ne dissipentur; ideo poterit omnia, quæ occurrunt, ne bona dissipentur; quia eius potestas regulatur à causa, & nihil potest, quod non respiciat conseruationem bonorum. Ang. *d. consil.* 193. *n.* 2. *ver. potestas ergo*, vbi dat exempla eorū, quæ potest, nempe quia age-
re, & tueri potest in iudicio. Vide, *Curator datus quid possit, & ad quæ* ¶
obligetur. Conclus. 1106. † Item distrahet etiam non peritura, si vr- 40
geat æs alienum, ne crescat debitum. Angel. vbi supra. † Alia est, & 41
secunda; quia datur etiam curator bonis absentis non principali fa-
uore absentis, sed tertij puta creditorum. Angel. *d. cons.* 193. *nu.* 2. *ver. quandoque autem dator.* † Extende; quia dari potest etiam, quando 42
quis est absens ex causa iusta, vel necessaria Reipublicæ causa, curator specialis; quia etiam datur curator, vbi debitum non est liquidum, sed liquidandum; quia ex quo non est, qui contestetur litem, neque qui iuret de calumnia, neque cum quo possit ferri diffinitiua, potest dari curator specialis, citatis amicis, & coniunctis illius, cuius bonis curator est dandus. Fulgos. *d. cons.* 113. *in princip. ver. datur etiam curatur.* † Multo magis, si debitum est liquidum pro 43
bonis vendendis. Fulgos. *d. cons.* 113. *in princip. ver. sed si datur.* † De- 44
clara; quia si est præsens, & latitat, vel absens ex delicto, vel potest citari, & scitur, vbi sit; tunc non datur curator, sed proceditur ad primum & secundum decretum in eius odium; quia non habet priuilegium aliquod, nisi sit illustris persona, vel prodigus, vel furiosus, aut minor, ita concludit Fulgos. *consilio* 113. *& 114. per totum*, vbi late examinat, & hoc per multa concludit. † Sed est differentia; quia 45
quandoque tertius est creditor, qui agit ad satisfactionem, quandoque est tertius, prout fideicommissarius, qui agit ad conseruationem bonorum, & secundum intentionem, & causam regulatur potestas curatoris. Angel. *d. consil.* 193. *numer.* 2. *& sequent. ver. sed si eius potestas.* † Et idem, si esset filia; quia ratione spei successionis 46
daretur curator bonis patris absentis ea instante. Ang. *consil.* 103. *ver. secundo ex defectu*, & idem, si essent consanguinei absentis. † Autho- 47
ritas huius curatoris regulatur à causa; quia si est datus cum potestate limitata, vel ex causa limitata, puta ad vendendum bona, vel aliud expressum, non potest vltra causam expressam. Angel. *d. consilio* 193. *numer.* 2. *ver. quandoque autem.* † Si verò datur generalis cura- 48
tor bonis absentis, authoritas qualis sit, variæ sunt opiniones, de quibus Angel. *d. consil.* 193. *numer.* 2. *ver. sed si eius potestas vsque in fin.* vbi recitat quatuor opiniones, primam Azonis, secundam Accursij, tertiam Alga. quartam Bartol. quas videas, vbi elicit sequentes conclusiones tanquam extra controuersiam. † Prima opinio est, quod 49
actiones passiuas sustinet, & exercet, & ista est Azonis, Angel. *d. consilio* 193. *numer.* 2. *vsque in fin.* † Secunda est, quod omnes actiones 50
actiuas tempore perituras, & idem tenet Angel. *consil.* 103. *in fin.* vbi dicit contraria procedere in curatore bonis defuncti. † Tertia est; 51
quia quando imminet æs alienum, vel alia necessitas, potest actiuas, & passiuas actiones exercere, & ista est Alga. Angel. *d. consilio* 193. † Quarta est; quia si est datus ad instantiam creditorum, vt eis satis- 52
fiat; & tunc poterit omnes actiones, & omnia facere, quæ tendunt ad satisfactionem celerem creditorum; si verò est datus ad instantiam tertij, prout fideicommissarij, cuius interest bona conseruari, non poterit, nisi ea, quæ tendunt ad conseruationem, ista est Bartol. Angel. *d. cons.* 193. † Si vero curator datus est bonis absentis ad in- 53
stantiam coniunctorum, non creditorum, non potest intentare actiones tempore non perituras, vt per Specul. *tit. de curat. § fin.* & ibi Ioan. Andr. & Bartol. in *l. creditori, ff. de bon. auth. iud. possid.* Angel. *consil.* 103. & 193. Alexand. *cons.* 4. *lib.* 2. Socin. *cons.* 234. *lib.* 2. † Et de ista 54
potestate curatoris restricta ad curam & gubernium rerum, ne dissipentur; & ideo possit solum agere ad istum finem, ne actiones pereant, est text. in *l. inter. ff. de admin. tuto.* & ibi gloss. Bart. in *l. 1. ff. de cura. bon. dand.* Vide ad ista omnia, *Curator datus quid possit. Conclus.* 1106. ¶
† Et iste curator aliquando bonis defuncti datur vniuersalis, vel ge- 55
neralis,

neralis, quando de præsenti nullus est, qui velit adire, veluti si obtinens primum gradum successionis repudiet. Angel. *d.consil.* 193 *colum penult. in fin. ver. quandoque hæreditas.* † Extende, quando maxime sunt necessarij, prout datur bonis à principe, vel habentibus facultatem, ne facultates pereant, prout quando mercator decedit in partibus orientalibus; quo casu Baiulus nationis Florentinæ pro debito sui officij vigore legis artis lanæ tenetur dare curatores, & quãdo sunt plures, tenentur in solidum. † Declara; quia debent citari illi, quos tangit prima causa succedendi, si volunt esse hæredes, vel non, & citatio debet esse specialis, & de ea debet iudici constare, nec sufficit proclama generale, ex quo certi sunt, qui debent citari. Angel. *d.consil.* 193. *num.* 4. *ver. secundo requiritur.* † Extende in tantum, vt decretum curatoris factum ex falsa causa non citatis proximioribus, vel si hæreditas non erat iacens, dicatur nullum, & non valeant gesta ab isto curatore. Angel. *d. consil.* 193. *in fin. ver hoc etiam probatur.* † Administratio huius curatoris est ampla; & ideo potest exercere actiones omnes actiue, & passiue etiam non perituras. Ang. *d. consilio* 193. *colum. pen. in fin.* & idem dicit Angel. *cons.* 103 *in fin.* & vt supra, *num.* 47. *& sequen.* Vide, *Curator hæreditati iacenti à quo eligi, vel dari debeat. Conclus. proxima seq.* † Aliquando & bonis defuncti datur curator, quando aliquis est hæres institutus sub conditione non potestatiua; quia interim, donec conditio purificetur, dari potest curator bonis defuncti. Angel. *d. consil.* 193. *colum. penult. ver. Sed si causatur.* Vide, *Curator hæreditati iacenti à quo eligi, & dari debeat, & quid possit. Conclus.* 1105. † Restringe; quia non datur curator bonis, quando nullus est hæres, neque speratur esse; quia tunc non dicitur hæreditas iacens, sed bona iacentia, quorum administratio spectat ad fiscum, Angel. *d. cons.* 193. *colum penul. ver. restat igitur.* & quod sint bona vacantia, Angel. *cons.* 334. *num.* 2. *ver si autem.* plenius Castrens. *cons.* 143. *Visis, & ponderatis in princip. lib.* 1. vbi, quod debet præcedere proclama, quod si quis vult esse hæres, compareat; quia ante diligentiam non possunt dici vacantia. † Idem est, quando hæreditas non habet successorem, vel hæredem de præsenti, sed de proximo speratur; quia non datur curator bonis, sed statuitur tempus ad adeundum hæredi futuro. Ang. *d. consil.* 193. *col. penult. ver. quandoque dicta bona.* † Idem est, quando ex malitia futuri hæredis dubitatur, quod diu hæreditas possit vacare; quia statuitur tempus ad adeundũ, non autem datur curator. Angel. *d. cons.* 193. *colum. penul. ver. quandoque dubitatur.* † Et debet præcedere proclama generale, postquam constat de morte, & fuerunt citati proximiores, vt compareant ad declarandum, an velint esse hæredes, & si repudiauerint, citatio fit generalis, si qui sunt, vel esse velint hæredes, aliàs non posset constare, quod non sit, qui velit adire, & non esset locus curatori, Castrens. *d. consil.* 143. *In princip. ver. Præterea, lib.* 1. † Administratio huius curatoris dati etiam ad instantiam creditorum non extenditur ad actiones non perituras. Angel. *d. cons.* 193. *circa fin. colum. penul. ver. Sed sit autem.* † Aliquando etiam datur curator, quando absenti est delata hæreditas, & ignoratur, vbi sit; quia isto casu triplex est modus dandi curatorem bonis, seu hæreditati iacenti; primus; quia quilibet coniunctus intra quartum gradum potest petere dari curatorem bonis, seu hæreditati consanguinei iacenti, & Iudex potest dare ipsum consanguineum, & quem voluerit, qui exercebit solũ actiones tempore perituras, ita Alexand. *consil.* 4. *Videtur, colum.* 3. *num.* 4. *ver. vnde poterit alio suffragio, lib.* 2. & ita loquitur. Alexand. *cons.* 221. *Ponderatis, num.* 5. *ver. Super* 2. *lib.* 6. vbi apostilla in *ver. curatore*, dat concord. † Secundus modus est, quod ipsi absenti ad instantiam cuiuslibet creditoris statuatur terminus centum dierum, secundum aliquos, vel anni secundum alios, vel arbitrio Iudicis, quando est hæres simpliciter, secundum magis* communem, de qua Alexand. *cons.* 4. *nu.* 5. *ver. vel tutius erit, libr.* 2. vbi, quod poterit exercere omnes actiones. † Tertius modus est, quod ad instantiam maioris partis creditorum Iudex deputet, vt supra hac conclusione, *num.* 17. † Quartus modus est, quod Iudex ex officio det curatorem bonis ex suo arbitrio, supr. *numer.* 24.

Curator hæreditati iacenti à quo eligi, & dari debeat, & quid possit. Conclus. 1105.

CVRATOR † hæreditati iacenti decocti, vel falliti debet eligi à creditoribus, sed dari debet à iudice Angel. *cons.* 78. *Plures creditores, in princ.* aliàs per errorem numeri est 77. *l.* 2. *ff. de curat. bonis dando. l. fin. in princip. ff. de bon. auth. iud. possid.* † Et ex consensu maioris partis creditorum constituti debet, per Alex. *cons.* 221. *prope fin. lib.* 6. *l. fin.* vbi Salycet. *C. qui bon. ced. poss.* † Et vbi maior pars non conuenit in vno, debet curator constitui arbitrio iudicis, *l.* 1. *§. eligitur*, & ibi Docto. antiq. *ff. de ventre in possess. mitten.* Alexand. *d. cons.* 221. *in fin. lib.* 6. † Imo potest Iudex ex officio illum dare. Alex. *cons.* 100. *Discussis, in fin. lib.* 5. † Maior pars consideratur; primo loco respectu calculi, & quantitatis debiti; secundo loco respectu numeri personarum creditorum, *l. fin.* & ibi Salycet *in princip. C. qui bonis cedere poss.* † Et quinque requiruntur, vt detur valide curator: Primum, quod ad instantiam creditorum detur, & maior pars concurrat: Secundum, quod nominatim citentur illi, quorum prima causa est successionis: Tertium, quod non statuatur hæredi extraneo minus tempus deliberandi centum dierum: Quartum, quod curator faciat inuentarium: Quintum, quod fideiubeat, vide plen. Capic. *decis.* 87. † Et si creditor certus; prout vxor defuncti, non fuit citata, potest dicere de nullitate curatoris dati, citatis aliis creditoribus ad instantiam prætensi fideicommissarij; quia curator hæreditatis iacentis debet eligi à maiori parte creditorum ex decreto iudicis. Angel. *consil.* 193. Odofred. in *tractat. de curat. n.* 18. Alex. *cons.* 221. *in fin. lib.* 6. & debet subesse causa iusta, videlicet, ne bona dissipentur, & debet probari ab asserente. Angel. *consil.* 103. *colum.* 1. *in fin.* & debet constare, quod creditores vrgeant. Angel. *cons.* 193. *colum.* 1. *ver. secundo ex defectu*, item requiritur, quod postulantes succedere ab intestato hoc postulent. † Potest Iudex ex officio per inquisitionem dare curatorem hæreditati iacenti. Angel. *consilio* 103. *Datus fuit curator, num.* 2. *ver. veritas est.* † Et potius dandus est coniunctus, qui amet hæreditatem, & faciat pro amore, quàm persona extranea, quæ non habet aliam affectionem, nisi ad mercedem suam. Odofred. in *tractat. de curat. bonis dand. num.* 19. † Amplia; quia valet datio curatoris facta hæreditati iacenti, etiamsi extet hæres, qui nondum adiuit, dummodo fuerit citatus ad opponendum, & contradicendũ, & nihil deduxerit; quia non debuit citari ad videndum præfigi terminum ad adeundam hæreditatem. Angel *cons.* 192. *Quæritur, an de iur., in princip.* Vide supra *Conclus. proxima præcedente. num.* 60 *& seq.* † Contrarium videtur tenere Ang. *cons.* 193. *num.* 4. *ver. secundo requiritur.* vbi, quod debet citari ad adeundam hæreditatem, aliàs ad videndum dari curatorem. † Declara; quia si hæres petat dilationem ad deliberandum, debet dari terminus, qui non sit minor centũ dierum, aliàs potest appellare. Angel. *d. cons.* 192. *in princ.* vbi, quod discretus Iudex non debet procedere festinanter ad dationem curatoris. † Dupliciter datur curator hæreditati iacenti; quia quandoque datur vniuersaliter ad certos actus, quandoque datur vniuersaliter. Angel. *cons.* 192. *nu.* 2. *ver. secundo quæritur.* † Amplia; quia Ecclesiæ vacanti, quam quis conuenire vult, datur curator videlicet, inferiori Ecclesiæ datur per Episcopum, Ecclesiæ verò Cathredali datur per Papam, Gig. *de pensio. quæstio.* 65. *num.* 4. *& seq.* † Amplia; quia licet statutum Florentiæ, sub *rubrica* 29. *lib.* 2. *ver. hæreditas vero iacens*, permittat conueniri posse hæreditatem iacentem sine datione curatoris, seruata forma, de qua ibi; non tamen prohibet dationem, & quando petitur, debent citari illi, ad quos proxima causa successionis spectat, etiam quod citatus non comparuerit, nec aliquid opposuerit ad hunc effectum, prout declarat Angel. *d. consil.* 193. *colum fin. ver. secundo requiritur.* † Limita; quia citari debent creditores, vel illi, quos prima causa tangit, ad hoc, vt valide dari possit curator bonis, absentis, vel hæreditati iacenti, plene congerit Crauet. *consil.* 651. *per totum*, vbi, quæ requirantur. † Et si non essent citati nominatim in datione curatoris hæreditati iacenti illi, qui sunt proximiores defuncto, cura est nulla, & omnia ab eo gesta, nec citatio generalis releuat, *l.* 1. *§. denunciari, ff. de ventre inspici.* Bartol. in *l. si diu. ff. ex quibus causis in poss. eatur, & in l. si quis hæres instituatur, §. item si edictum. ff. de hæred. inst. & in l.* 1. *numer.* 3. *ff. de cura. bonis dan.* Aretin. *cons.* 110. *colum.* 1. † Limita; quia hæreditati iacenti non valet Florentiæ vlla datio curatoris, nisi fuerit notificata Dd. officialibus montis intra decem dies, iuxta formam legis aditæ 1438. † Restringe; quia d. lex edita de anno 1438. respectu dictæ notificationis faciendæ, vsu non fuit recepta, vt fere omnes causidici attestantur; & quia Iudex potuit se informare de stylo, & practica, ad Barr. in *l. lex Iulia, in fin. ff. de testi.* Bald. in *l vnica, in fin. C. vt quæ desunt aduoc.* Alexand. *consil.* 81. *Viso processu, colum.* 2. *numer.* 7. *vol.* 3. *& cons.* 14. *Viso processu, numer.* 1. *lib.* 5. Natta *consil.* 294 *numer.* 5. *& cons.* 318. *num.* 3. *colum. fin.* & lex vsu non recepta attendi, & obseruari non debet. glo. *in cap.* 1. *de treuga & pace.* Deci. *consil.* 11 *numer.* 12. Alexand. *consil.* 6. *Viso themate, numer.* 2. *libr.* 1. vbi, quod statutum vsu nunquam receptum nullas vires obtinet, & *cons.* 132. *Visa facti, n.* 1. *vol.* 1. *& cons.* 39. *Visis. nu.* 1. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 143. *num.* 2. *li.* 3. Paris. *cons.* 105. *nu.* 8. *lib.* 4 *& cons.* 104. *nu.* 69. *lib.* 1. *& cons.* 50. *nu.* 2. *lib.* 3. † Nec obstat, quod lex non tollatur per non vsum; quia est verum, sed tollitur per contrarium vsum, Alexand. *d consil.* 132. *colum fin. in princip. numer.* 4 *lib.* 1. Neuiza. *cons.* 58. *n.* 9. † Et ad inducendam cõsuetudinem contra legem sufficiunt decem anni secundum* communem, de qua Alex. *d. cons.* 132. *colum.* 2 *& d. cons.* 6. *n.* 2. Vnde cum vltra centum anni sint elapsi, & nunquam fuerit vsu recepta, sequitur, quod non sit attendenda. † Et licet aliqui quandoq; fecerint dictam notificationẽ, non refert; quia attenditur

quod magis fuit frequenter obseruatum. Bart. *in l. de quibus, col. 6. ver. Item quæro. quid si. ff. de legib.* sequitur Decia. *consil. 11. num. 12. ver. secundo*
23 *respondetur.* † Non obstat, quod non est probata scientia & patientia Principis; quia non videtur necessaria in vsu diutissime seruato. Alexand. *dict. consil. 6. col. pen. ver. & secundum eum. & ver. ad idem. & dict. consil. 132. num. 2. lib. 1.* quia ex lapsu tanti temporis præsumitur scien-
24 tia & patientia. Alex. *consil. 36. in fin. lib. 2.* † Non obstat, quod stylus curiæ non possit inducere derogationem legis, sed tantum declarationem. Alexand. *d. consil 36. col. fin. in princ. & consil. 212. num. 21. lib. 6.* quia respondetur, quod non sumus in stylo, sed in consuetudine per centum annos, & milliès seruata, quæ differt à stylo, vt per Alexand. *d. consil. 212. num 21. lib. 6.* & est maioris auctoritatis, quam stylus, *l. 2. C. quæ sit longa consuet.* Ideo non videtur ab ea recedendum. Deci. *consil.*
25 *11. num. 12.* † Contra dictam restrictionem, quod imo datio curatoris non facta notificatione sit nulla non seruata forma legis, faciunt tradita per Bald. *in l. ambiguitates. C. de testam.* & ibi Alexand. Deci. *consil. 110. col. 2. & consil. 455. col. 2. & consil. 532. col. 1.* Iaf. *consil. 97. lib. 4.* Ripam *resp. 90. Visis & diligenter.* † Nec obstat legem fuisse sublatam
26 per contrariam consuetudinem; quia non fuit probata contraria consuetudo, prout debuit probari, Bart. & alij *in l. de quibus. ff. de legi-*
27 *bus.* † Et nihil releuant fides, & attestationes causidicorum attestantium de consuetudine, & stylo, quia sumus in decisoriis, quo casu consuetudo debet plene probari. Socin. *consil. 36. num. 11.*
28 *lib. 4.* Deci. *consil. 402. & 483 col fin.* † Limita; quia curator hæreditati iacenti non potest dari, quando hæres est scriptus in testamento, etiam donec stat in suspenso, an adeat, vel recusset hæreditatem; tunc enim admittuntur substituti, ad quorum instantiam hæredes interrogari debent, an velint esse hæredes, quasi ipsi sint parati adire. Dec. *consil. 509. col 2. ver quandoque dubitatur, quod hæreditas.* facit *cons. Alexan. 4. lib. 2.* eo magis, quia hæredes scripti possunt quandocunque adire, seu saltem cedere substitutis, adeo, quod in omnem euentum nō potest esse locus curatori. Ang. *cons. 193. col. 2. ver. restat videre.* sed debet curari, quod per Iudicem assignetur terminus 90. vel centum
* dierum, vel arbitrio, secundum * communem ad deliberandum, an velit adire, nec ne, ab intestato vero dantur quinque dies secundum
☞ statutum Florentiæ. Vide, *Ius deliberandi quandiu duret ex præfixione*
29 *termini facta à Iudice. Conclus. 584.* † Extende; quia curator hæreditati iacenti non potest dari, vbi datus est exequutor. Capel. Tholos. *quæst. 89.* quia videtur cessare tacitus curator, ex quo testator sibi expresse prouidit. argum. *l. cum ex filio, §. 1. ff. de vulg. & pupil.* Alexan. *cons.*
30 *51 col. fin. ver. tunc secundum eos. lib. 7.* † Extende; quia non potest dari curator, vbi est procurator. Io. de Prato veteri *in l. 1. ff. de procur.* refert, & sequitur Bertach. *in suo repertorio in ver. curator.* hic & alias habenti tutorem non datur alius tutor, *§. interdum. Instit. de curato.* & ces-
31 sat datiuus, vbi est testamentarius, *Instit. de Atilia. tuto. in princ.* † Extende; quia dari non potest curator hæreditati iacenti, quando est adita, vel etiam, si non est adita, quando adest suus hæres; quia existentia sui hæredis operatur, quod curator dari non potest hæreditati iacenti, & gesta cum tali curatore sunt nulla. Bald. *consil. 308. in prin.*
☞ *lib. 1.* Vide, *Sententia contra pupillum, & minorem ex multis nulla, & quan-*
32 *do secus. Conclus. 148.* † Extende; quia licet hæreditati iacenti possit dari curator per Iudicem ad instantiam creditoris; tamen procedit, dummodo constet de credito, & de datione fideiussoris, & de aliis requisitis iuxta *consil. Angel. 192. & 193.* Deci. *consil. 401. numer. 1. in fine.* vbi consuluit Florentiæ, & *consil. 344. numer. 1. in fine. & consil. 509.* Bald. *consil. 35. col. 1. ver. datur etiam curator, vbi debitum non est liquidum, lib. 1.* Fulgos. *cons. 113. col. 1. ver. datur & curator.* Alexan. *consil. 4. num. 4.*
33 *num. 4. in fin. ver. vel tutius erit, & num. 22. lib. 4.* † Limita; quia curator datus hæreditati iacenti ad instantiam creditorum cum concordia, quod non possit molestare certos creditores hæreditarios, non ligatur ex concordia creditorum, neque eo mortuo, creditores compelluntur stare tali remissioni, quæ etiam non valet, si excedat 500. aureos sine insinuatione, Angel. *cons. 78. per totum*, maxime *in fin. ver. aut*
34 *sensserunt.* & per errorem numeri est 77. † Compromittere potest curator datus hæreditati iacenti bona fide in arbitrum de lite vertente contra hæreditatem, & valebit tale compromissum, Angel. *consil.*
☞ *192. n. 2. ver. secundo quæritur.* Vide, *Curator quid possit, & ad quæ obligetur.*
35 *Concl. prox. seq.* † Extende; quia potest etiam transigere bona fide, & valebit transactio. Angel. *d. cons. 192. n. 2. ver. item pro vtilitate.* Exten-
36 de; † quia multo magis poterit compromittere ex necessitate statu-
37 ti. Angel. *d. cons. 192. n. 3. ver. illud tamen sine dubio.* † Restringe; quia non potest compromittere in arbitratorem de facto. Angel. *dict. cons. 192.*
38 *num. 2. ver. secundo quæritur.* † Amplia; quia curator datus hæreditati iacenti potest intentare omnes actiones pro hæreditate consequēda, & bonis hæreditarijs, & petere se immitti in possessionem bonorum defuncti, vt per Bart. *in l. creditore. ff. de bon. auct. iudi. possid. & in l. si duo. ff. ex quibus caus. in possess.* per Angel. *in l. 2. ff. de curat. bon. dand.* Alex.

cons. 4. Videtur, col. 4. in princ. num. 5. ver. vel tutius. lib. 2. Deci. *cons. 401. & cons. 509.* & maxime datus ad instantiam creditorū; quia debet posse recuperare bona, vt illis satisfaciat. † Declara; quia curator datus 39
bonis absentis ad instantiam coniuncti, qui potest etiam esse coniunctus ipse, potest intentare solum actiones tempore perituras, vel quæ tendunt ad conseruanda bona, ne præscribantur; datus vero ad instantiam creditorum potest indistincte omnes actiones intentare, siue tempore essent perituræ, siue non. Alexan. *d. cons 4. Videtur. col. 3. & seq. nu. 4. & seq. ver. vnde poterit alio suffragio. lib. 2.* † Et quod possit cu- 40
rator datus bonis absentis, seu hæreditati iacenti ad instantiam creditorum intentare remedium, *l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen.* facta summaria probatione, quod defunctus possidebat. Alex. plene *cons.*
4. n. 12. ver. Vnde aut Lipus. lib. 2. vbi dicit * communem. Vide conclu- *
sionem proxime præcedentem, vbi, quid possint singuli curatores, & quid possit generalis curator. Vide ibi *num* 47. & multis sequent.
Vide, *Hæreditati iacenti quando curator dari possit, vel non. Conclus. 23.*

Curator datus quid possit, & ad quæ obligetur. Conclus. 1106.

CVRATOR † non dicitur habere administrationem bonorum 1
minoris, sed eius officium est auctoritatem præstare; ideo non tenetur conficere inuentarium ex generali obseruantia. Bald. *cons.*
146. Præmissis verbis, n. 2. ver. sed posito, lib. 2. vbi, quod procedit, siue sit generalis, siue particularis. † Et curator principaliter datur bonis, & 2
secundario personæ, ideo principaliter curam habet bonorum ad differentiam tutoris, qui principaliter datur personæ, secundario bonis Alexand. *cons. 44. num. 17. versicul. Nam videmus, lib. 5.* † Amplia; 3
quia curator dicitur habere auctoritatem à Iudice; ideo tenetur fines mandati sui seruare, & datus ad vnum agendum non potest aliud agere. Signor. *d. cons. 214. In quæstione vertente, numer. 8. vsque in fin.*
† Amplia; quia curator non potest alienare bona pupilli, & minoris 4
sine decreto. Bart. *cons. 70. Reuerendissime Domine, in princip. lib. 1.* † Ex- 5
tende; quia neque bona mobilia, quæ seruando seruari possunt, potest alienare sine decreto. Bart. *d. cons. 70. in princ. ver. remanet ergo,*
lib. 1. † Restringe in pecuniis; quia sine decreto possunt alienari, Bart. 6
d. cons. 70. num. 2. versiculo item præmitto, lib. 1. † Amplia; quod datus cu- 7
rator ad certos actus non potest auctoritatem præstare, quoad alios actus, & præstita non substinet actum, Bald. *d. cons. 146. nu. 4. ver. se-*
quitur videre, lib. 2. Vide, *Curator specialis non authoratur extra suam spe-*
☞ *cialem deputationem. Conclus. prox. seq.* † Amplia; quia auctoritas cura- 8
toris præstita in actu nullo, vel damnoso, non facit valere actum, Bald. *consilio 146. nu 6. ver. item & illud, lib. 2.* † Limita in curatore dato 9
existenti in potestate patris, quando pater negligeret; quia si datur, quia ille poterit facere omnia, ad quæ est datus, *l. fin. 6. sin autem pa-*
tre recusante, vbi glo. *in verb. hæreditati, C. de bonis, quæ liber.* † Limita in 10
curatore dato bonis ex causa legitima, quia potest vendere bona, & omnia facere necessaria, Bald *cons. 327. Visa serie facti. num. 1. ver. & ra-*
tio est, lib. 5. † Limita; quia curator potest constituere procuratorem, 11
seu actorem ad iudicia, post litem contestatam, alias secus, iuxta not. in *l. neque tutores C. de proc.* † Limita; quia curator pupilli, & hæ- 12
reditatis iacentis potest bona fide compromittere, vel transigere, dummodo non compromittat in arbitratorem, Angelus *consilio*
192. Quæritur, an de iure, versicul. secundo quæritur, numero 2. per totum.
Extende; † quia curator habet legitimam administrationem, *l. 2. ff. de* 13
curat. bon. dan. † Extende; quia maxime potest compromittere ex 14
necessitate, si statutum mandat fieri compromissum. Angel. *d. consil.*
192. in fin. ver. illud tamen sine dubio. Deci. *consil. 22. Et pro tenui, col. 2. ver.*
secundo non obstat. Vide Conclusionem proximam præced. *n. 34. &* ☞
seq. † Restringe; quia non potest facere compromissum voluntarij. Ang. *cons. 193. col. fin.* vbi q. potest necessarium facere, & procedit, 15
etiam si in decreto curatoris diceretur, quod posset compromittere; quia debet intelligi de necessario, non de voluntario, per iura supradicta. † Restringe; quia nihil potest, quando esset datus non 16
citatis nominatim illis, quos tangit prima causa successionis, vel nisi maior pars creditorum interuenerit, quando ad instantiam creditorum datus fuit; quia cum sit nulliter datus, non valet compromissum ab eo factum. Angel. *cons. 193. per totum*, maxime *in fin. numer. 4.*
& consil. 103. in princip. † Limita, quia curator hæreditatis potest 17
opponere vxori defuncti reperenti dotes suas, quod fuerit satisfacta in bonis emptis constante matrimonio, licet sub nomine suo, quia præsumuntur ex pecuniis mariti ad euitandum turpem quæstum illa bona empta, iuxta *l. Quintus. ff. de don. inter virum, & vxorem*, quia excipere potest hoc hæres, & singularis successor, & pariter creditores possunt. Paris. *consil. 42. libr. 1. numero 18.* ex mente Alexand. *consilio 51. numero 16. libr. 6.* Curt. *consilio 23.* Decian. *consilio 237.* Alciat. *de præsump. reg. 2. præsumpt. 26. in 14. declaratione.*

Exten-

18 Extende,† vt idem possit curator datis bonis absentis. Bar. remissiue *in l. de curatore, nu. 2. ff. de curat. bon. dand.* & est ratio; quia talis curator potest exercere actiones perituras, & nō perituras. Bart. *in l. creditore,*
19 *ff. de bon. auth. iud. possid.* † Restringe in curatore bonis absentis dato; quia potest solū intentare actiones tempore perituras, vt supr. *Curator bonis quando dari possit. Concl. 1104. n. 38. & seq.* & alias fuit iudicatū, curatorem bonis datum non esse audiendum, & per eum non posse agi ad recuperationem quorundam bonorum, cum ad hoc non potuerit constitui, & ideo cum non haberet legitimam personam, iudicium erat nullum, *l. 1. C. qui legit. perso. l. licet. C. de procur.* Vide, quid possit curator datus præsenti & bonis, supra, *Curator bonis quando dari*
20 *possit. Concl. 1104. num. 26. & seq.* Datus vero absenti, ibi *nu. 33. cum multis seqq.* † Curator furiosi, & mente capti tenetur satisdare, inuentarium facere, & administrationem ex decreto iudicis suscipere. Fulgos. *cons. 79. Quidam ser Ventura. num. 2. ver. dabitur autem.* Vide, *Tutores & curatores tenentur facere inuentarium, & quando secus. Concluſ. 429.*
21 Extende; † quia ante confectum inuentarium non potest administrare. glos. & ibi Bart. *in l. 1. ff. de curato. bon. dand.* Aretin. *consil. 110.*
22 *col. 1.* † Extende; quia inuentarium debet fieri apud acta. Bald. per
23 illum text. *in auth. si omnes, in fin. C. si min. ab hæred. se abstin.* † Satisdare tenetur curator. Alexand. *cons. 221. Ponderatis, num. 8. vers. satisdare tenebitur, lib. 6.*

Curator specialis non authoratur extra suam specialem deputationem. Concluſ. 1107.

1 CVRATOR † specialis datus ad vnum actum non potest authoritatem interponere extra illum actum; & ideo datus ad actum
2 2. † Amplia; quia curator datus ad litem æquiparatur procuratori; ideo non potest ea, quæ requirunt mandatum speciale, si nō sunt
3 mandata, sicuti nec procurator potest sine speciali mandato huiusmodi Bald. *consil. 277. num. 3. ver. præterea curator, lib. 5.* † Amplia; quia curator datus ex certa causa, puta ne bona dilapidentur, vel vt bona vendantur, vel vt liti assistat, nihil potest extra causam, ad quā est datus; ideo eius potestas regulatur à causa. Angel. *consil. 193. Mor-*
4 *tuo debitore, per totum.* † Amplia; quia curator datus impuberi ad iudicia non potest aliquid circa negocia, *l. curatorem. ff. de author. curator.* Vide, *Curator datus quid possit. Concl. proxima præced.*

Curator ad litem satisdat, & pariter si datur ad alia negocia. Concluſ. 1108.

1 CVRATOR † datus ad certa bona, vel certam litem tenetur satisdare, prout alij tutores, & curatores simpliciter dati. Oldra.
2 *cons. 59. in fin.* † Extende in curatore furiosi, & mente capti; quia tenetur satisdare, & inuentarium facere, & administrationem ex decreto iudicis recipere. Fulgos. *consil. 79. Quidam ser Ventura. num. 2. ver.*
3 *dabitur autem.* † Extende; quia vt curator legitime constitutus dicatur, tenetur satisdare, & inuentarium facere. Angel. *consil. 193.* Capi.
4 *decis. 87.* † Extende in curatore tam generali, quam speciali ad certum actum; quia tenetur satisdare, & alia necessaria facere, videlicet promittere, quod defendet pupillum, alias nulla erit cura, plene Alex. *consil. 163. Alias consultus, lib. 5. per totum.* Vide, *Tutores, & curatores omnes debent fideiubere. Concluſ. 428.*

Curator tenetur reddere rationem, & ad multa alia. Concluſ. 1109.

1 CVRATOR † datus hæreditati iacenti tenetur finita cura, & administratione reddere rationem, & reliqua restituere actione negociorum gestorum, *l. vbi finita. & l. cum adhuc. ff. de tutel. & ratio. dis-*
2 *trahen. l. ratione. & l. aduersus. C. de admin. tut.* † Et pro tali ratione reddēda omnia eius bona sunt obligata, & hypothecata, *l. officio. C. de ad-*
3 *min. tutor.* † Restringe; quia è conuerso bona pupilli non sunt hypothecata curatori pro administratione; quia non reperitur iure cautum. Papien. *in formula libelli, quo agitur ad reddendam rationem tutelæ.*
4 Limita; † quia ante finitam curam non tenetur reddere rationem, & dicitur finita, quando hæres adiuit hæreditatem, *l. 2. & l. rationes. C. de admin. tut.* Vide, *Administrator quilibet tenetur reddere rationem. Concluſ. 203.* Vide, *Administrator de quibus rationem reddere teneatur. Concluſ. 204. cum seq. Concluſ.* Vide, *Tutor tenetur de male administratis, & neglectis. Concluſ. 441.* Vide, *Tutores, & administratores in quo loco rationem reddere debeant. Concluſ. 443.*

Curator vt detur furioso, quæ præcedere debeant. Concluſ. 1110.

CVRATOR † si detur furioso per inquisitionem, datur petitio 1
seu libellus, & si fiat mentio de persona, de cuius præiudicio agitur, illa est citanda, alias non. Alexan. *consil. 86. Visis dubitationibus, in princ. lib. 2.* vbi, quod sufficit, quod reuera sit furiosus ille, cui datus est curator, vt valeat, licet non sit citatus neque probatum fuerit. Ratio est; † quia in istis extraiudicialibus, seu voluntariæ iurisdictio- 2
nis magis attenditur veritas, quam quod tempore actus gesti non constaret. Alex. *d. consil. 86. num. 2. lib. 2.* & ideo satis est, quod sit furiosus, licet non vocatus, neque probatum fuerit, quod talis sit. † Ra- 3
tio, respectu non citati, de cuius interesse potest agi, est; quia præiudicium, quod fit in consequentiam, nam requirit citationem, sicuti nec citatio requiritur, quod quale quale præiudicium facit tertio. Alexand. *d. cons. 86. num. 3.* vbi dicit * communem, *lib 2.* † Causæ cognitio requiritur, videlicet, vt aliquo modo constet de furore, est tex. *in l. obseruare. ff. de curat. furio.* vbi Bald. quod debet iudex adhibere medicos, qui hoc cognoscant. † Declara; quia si fuisset datus curator 5
furioso, vt tali, & non esset talis, non vitiaretur datio. Alexan. *consil. 86. num. 6. ver. præterea, lib. 2.* vbi apostill. *in ver. curatoris.* dat concord. Restringe; † quia si fuit datus curator furioso sine causæ cognitione, 6
quando reuera est furiosus, licet non constiterit, valet datio; quia non est falsa causa. Alexand. *d. consil. 86. num. 6. ver. præterea. lib. 2.* Restringe; † quia is, cui datur curator tanquam furioso, vel prodigo, 7
non est ex necessitate citandus. Alexand. *d. consil. 86. num. 6. ver. quod autem. lib. 2.* vbi apostilla *in ver. præallegata.* dicit, quod * omnes itate- * 8
nent etiam in prodigo. † Potest tamen etiam curator dari furioso 8
ex inquisitione, vel cum inquisitione. *Instit. de curato. §. furiosi.* tamen etiam sine inquisitione dari potest. Alex. *d. consil. 86. num. 7. ver. non obstat. libr. 2.* Vide, *Curator quibus dari possit. Concluſ. 1103. num. 49. & seq.*

Curatores plures quando teneantur in solidum. Concluſ. 1111.

CVRATORES † plures quando sunt dati à testatore, vel à iu- 1
dice nulla facta diuisione, quilibet tenetur in solidum, *l. 2. §. fin. cum lege seq.* incip. *si plures, ff. de curat. bonis dand.* & ibi Bartol. *l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutel. & ratio. distrahend.* idem Bart. *in l. 1. C. de transact.* & ibi fere omnes. idem Bart. *in l. 1. §. si plures. ff. de exercitor.* † Extende, 2
vt procedat, siue omnes gesserint, siue nullus. Bart. & ibi Castr. *in l. cum alicui. ff. de neg. gest.* latius Alexan. post alios *d. l. 1. C. de transact.* Declara; † quia illi, qui non administrauerunt, habent beneficium or- 3
dinis, vt primo conueniendi sint, qui administrauerunt, & in subsidium alij, qui se non immiscuerunt in gestu, & administratione, *l. tutores. §. in eum. ff. de admin. tuto. l. 2. C. si tut. non gess.* Bar. *in l. tres tutores. col. 1. in princ. ff. de admin. tuto.* Azo. *in summa. C. de diu. tut. col. 2.* glos. Bartol. & Doctor. *in d. l. 1. C. de transact.* Corne. *consil. 323. col. 3. lib. 1.* Iatius Aret. *consil. 29. col. 6.* † Amplia; quia curatores necessarij tenentur in soli- 4
dum, prout quando moritur mercator in partibus orientalibus; quia ex lege artis lanæ tenetur baiulus nationis dare curatorem, vel plures curatores, & sunt plures, tenentur in solidum vigore dictæ legis, & etiam de iure communi, *l. 2. §. si plures. & §. fin. cum l. seq. ff. de curat. bonis dand.* Vide, *Tutores plures quando tenentur, & vnus pro alio. Concluſ. 437.*

Curatoris datio quandiu duret. Concluſ. 1112.

CVRATORIS † datio minori durat, donec minor effectus sit 1
maior. Abb. *consil. 91. Quo ad primum, col. pen. in fin. num. 8. ver. vēnio nunc ad tertium. lib. 1.* vbi, quod non potest reuocari ab ipso minore. † Extende in curatore dato ex causa, puta ob dementiam, vel 2
prodigalitatem; quia eius officium durat, donec durat dementia, vel prodigalitas. Abb. *d. consil. 91. col. fin. ver. secundo moueor, lib. 1.* † Ex- 3
tende; quia tutela, quæ datur impuberi, durat, vsquequo peruenerit impubes ad pubertatem. Abbas *d. consil. 91. in fin. ver præterea, lib. 1.* Limita; † quia curatoris datio adiunctitutori finitur finita tutela, & sic 4
adueniente pubertate impuberis, *l. 1. C. quando tutor vel curat.* vbi Bart. Abb. *d. cons. 91. in fin. ver. 4. facit lib. 1.* † Limita; quia iudex ex offi- 5
cio suo potest ex causa curatorem datum amouere, & alium dare, Abb. *consil. 91. num. 6. ver. Præterea, lib. 1.* † Declara, dummodo con- 6
stet iudici apertissimis argumentis curatorem esse suspectum. Abb. *d. consil. 91. col. pen. num. 7. ver. non obstat argumentum. lib. 1.*

Curia officialium quid sit. Concl.1113.

1 CVRIA † alicuius officialis est locus, in quo examinantur, & diffiniuntur causæ. Oldrad *cons.*187. *Primum dubium, num.5.ver. item dicitur in eadem compositione. & in princip. ver. sed in contrarium*, vbi 2 curia, id est, certus locus determinatus, in quo redditur iustitia. † Et dicitur curia à cura intellectuali, quam habet reddere debens iustitiam, vt per eundem Oldrad. *cons.*187. *in princ. ver. sed in contrarium.* 3 † Constituere potest Episcopus sibi nouam curiam in certo, & quocunque loco suæ diœceseos in quo ius reddat; quia istud nullibi reperitur prohibitum. Oldrad. *cons.*187. *per totum.* qui loquitur in Epi- 4 scopo Pictauen. † Curia est verbum vniuersitatis, sicut Castrum, territorium, & districtus. Castrens. *cons.*418. *Quod dicti redditus, colum.* 5 2. *in princip. lib.*1. † Et quando fit mentio de fructibus curiæ, necessario infertur de fructibus iurisdictionis, & sic de pœnis damnorum 6 datorum. Castrens. *d. cons.*418. *colu.2. ver. tertio, ex verbo curiæ, lib.*1. † Et nomen curiæ, vel curtis est nomen, sub quo principaliter comprehenditur iurisdictio loci, & postea dominium rerum, *cap. cum Bertoldus, de re iudic. in ver. cum vniuersitate*, & quod significet iurisdictionem in loco, patet; quia curia est locus extra Castrum, quod defenditur ab hominibus Castri; & ideo dicitur locus pertinens ad protectionem, & iurisdictionem Castri. Franc. Aretin. *consil.*15. *Reuer. Pater, in* 7 *princip.* vbi, quod significat iurisdictionem, & ius vniuersale. † Curia sumitur etiam pro habitatione, Abbas *cons.*8. *Primo videtur, colu.*1. *in princip. lib.*1.

Curia Romana quid sit. Concluſ. 1114.

1 CVRIA † est vnum corpus repræsentatum ex multorum maiorum aggregatione collectum, *l. mortuo. ff. de fideiuss.* ibi, sicut municipium, & curia. Oldrad. *cons.*211. *numer.4. ver. circa primum, & ver. circa secundum*, vbi, quod Curia dicitur à cura, & illi potissimum curiales, qui curam reipublicæ habent, & *consilio* 293. *numer.*3. *ver. quod vero dicitur. & cons.*321. *numer.3. ver. dicta est enim.* vbi, quod curia dicta est à cura. Franch. in *cap.*1. §. *verum, num.3. ver. Quid autem sit curia, de statu regul. in.6.* dicit ex mente Ioan. Andr. ad reprehensionem curiarum, Curia curarum genitrix nutrixque malorum; Ignotos notis, inhonestis æquat honestos: & dicit, quod Lap. ibi refert, quod Philosophus interrogatus, quid esset curia, respondit esse lo- 2 cum determinatum ad decipiendum. † Et appellatione curialium, & curiam sequentium comprehenduntur Cardinales, nec excluduntur propter excellentiam status, sicut nec Imperator excluditur ab ordine Senatorum; nec à numero commilitonum. Oldrad. *cons.* 211. *num.5. ver. Circa secundam. & cons.*293. *ver. secundo consuevit, num.*2. *& seq. & cons.*321. *nu.*2. vbi, quod appellatione populi veniunt sena- 3 tores, & appellatione familiæ venit paterfamilias. † Amplia, vt multo magis veniant familiares Cardinalium appellatione curialium. Oldrad. *cons.*211. *ver. circa tertium, & cons.*293. *num.5. ver. & per* 4 *hoc.* † Et curia proprie quandoque accipitur pro curia principum, quandoque pro iure vniuersali comprehendente sub se iurisdictionem loci, & dominia rerum, vt in *cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Nic. Super. in *addit. ad Franch. in cap.*1. §. *verum, in ver. Curia, de statu monach.* 5 *lib.*6. † Assimilari curiam Romanam Paradiso, vel inferno dicit Prob. in *additio. ad Ioan. Monachi in cap. inquisitores, il secundo, numer.*7. *de* 6 *hæret.* quia quod semel recipit, nunquam dimittit. † Fontem iuris esse curiam Romanam dicit Zabarell. *cons.*136. *in princip.* eo magis; 7 quia in ea residet summus princeps. † Et eam debent imitari omnes, maxime in decisionibus circa probationes. Clarus in *praxi crim.* ☞ *quæst.6. num.*14. *ver. & hæc optimo.* Vide, *Curia officialium quid sit. Concluſio. prox. præced.*

Curiales Vrbis non subsunt parochianis de consuetudine. Concluſ.1115.

1 CVRIALIS † de consuetudine præscripta, & rationabili, ac confirmata à Sede Apostolica in Ecclesia Romana, accipiunt Sacramenta à fratribus S. Antonij de Vienna, qui debent interesse sepulturæ Curialium, & præsunt Gubernio Hospitalis dictorum curialium. Oldrad. *consil.*211. *per totum.* vbi, quod etiam Cardinales comprehenduntur appellatione curialium hoc casu, & *consil.*295. *per totum.* vbi idem dicit, & quod Cælestinus Papa fecit super hoc declaratoriam.

Curialium facta, & mores. Concluſ. 1116.

1 CAMERARII † Cardinalium quandoque alicui subtrahunt prandium, vel cœnam. Oldrad. *consil.*227. *De toto, in fin. numer.*13. *ver. nam proprie.* † Curiales potius suum stylum sequuntur, quàm 2 ius scriptum, vt asserit Lap. *allegat.*52. *in princip.* vbi, quod hoc reprehenderet, si hoc non esset ponere os in cœlum; quia stylus modo niger, modo albus, & melius est adhærere iuri scripto, quàm consuetudini variabili Rom. Curiæ.

Custodia quid sit, & qualiter probetur. Concluſ. 1117.

CVSTODIA † est actus corporalis, nec solo verbo explicatur 1 nisi sequatur effectus; & ideo deputatio Castellani ad custodiam castri facta per Principem nō facit eum custodem, nisi probetur capta & tradita corporalis possessio. Bald. *cons.*493. *Tenor quarundam, per totum*, maxime *num.*4. *lib.*5.

Custos animalium quando teneatur de interitu, vel non. Concl. 1118.

CVSTOS † si relinquat animalia in pascuis, & lupus ea interfe- 1 rit, non tenetur ad damnum, quando est consuetudo ea relinquendi in agris, gloss. in *l. si negocia, in ver. si solitus, C. de ne. gest.* Petr. & Cyn. in terminis in *l.*3. *C. de Episc. audiend.* sequitur Crauett. *cons.*233. *in fin.* Corne. *consil.*28. *In hac consultatione, numer.*9. *lib.*3. † Probari 2 tamen debet talis consuetudo. Boer. *cons.*8. *colum.*1. *numer.*8. † Ex- 3 tende; quia custos animalium, & quilibet custos non tenetur de casu fortuito absque sui culpa eueniente, *l. qui mercedem*, & ibi Castren. *ff. locati. l. cum duobus*, §. *damna. ff. pro socio*, & raptus lupi adscribitur casui fortuito. Corne. *consil.*28. *in princip. libr.*3. vbi vult, quod probet custos abesse culpam, alias præsumitur contra eum. † Declara; 4 quia vt custos non teneatur de morte animalium, non solum debet probare abesse culpam, sed etiam identitatem animalium mortuorum, vt sint eadem, quæ habebat ad custodiam. Ioan. Andr. in *c. auditis, de præsumpt.* quem ibi omnes * sequuntur. Iason in *l.* 1. *in fin.* * *C. de bono. possess. secundum tabul. & in l. eum qui.* §. *in popularibus, num.*16. *ff. de iureiur.* Alex. *cons.*118. *col. fin. & cons. seq. colum. ver. penult. pro hoc adduco, volum.*1. *& cons.*20. *colum penul. in fin. volum.*6. *& cons.*217. *colum.*2. *volum.*7. Corne. *consil.*144. *num.*12. *lib.*4. Vide Mascard. *Concluſio.* 239. *Bouem. & Concluſ.* 265. *Caprarius.* Vide plenius. *Mors qualiter* ☞ *probetur, & quis probare debeat. Concluſ.*400. *numer.*18. *& seq.* † Li- 5 mita; quia custos tenetur de morte, furto, vel perditione animalium; quia præsumitur culpa custodis, si ipse non probat abesse culpam Corne. *d. cons.*28. *per tot. lib.*3. † Et quod custos teneatur probare 6 adesse culpam, aliàs non excusatur, est text. in *l. si quis ex argentariis*, §. *penult*, & ibi Bartol. * & omnes. *ff. de eden.* Bald. *cons.*476. *numer.*5. *lib.*1. * Corne. *consilio.*136. *colum.*1. *in fin. libr.*1. Ruin. *cons.*33. *colu.*4. *ver. secundo principaliter. lib.*4. Contrarium vide in *ver. Mors qualiter probetur, &* ☞ *quis probare debeat. Concl.*400. vbi pro vtraque parte. Vide Mascard. ☞ *Concluſ.*469. *Custos, qui tenetur.* vbi, quod tenetur de interitu nisi probet casum; quia habet præsumptionem pro se, & tenetur deuissima culpa, quæ requirit diligentiam probari.

Custodiam habens fortalitij quid possit, & ad quæ teneatur. Concluſ. 1119.

DOMINVS † Rocchæ, vel fortalitij si committat custodiam 1 alicui, & faciat illi tali iurare fidelitatem, non tamen acquirit custos aliquod ius reale; quia dicitur habere quasi in depositum, vnde non possidet, sed habet solum detentationē asininam ad placitum Domini Angel. *cons.*35. *Quidam nobilis.* † Potest custos red- 2 dere ius, & apponere in loco, quem habet in custodiam, milites stipendiatos expensis Domini. Angel. de Petru. *d. cons.*35. *circa fin.* vbi, quod censentur commissa omnia, quæ spectant ad custodiam, & quod æquiparatur commendatario beneficij qui nihil lucratur pro se. † Tenetur custos castri nedum de dolo, lata, & leui culpa, sed 3 etiam de leuissima. Oldrad. *cons.*92. † Amplia quia tenetur eodem 4 modo, quo custos carcerū, & valet argumentum de iuribus loquentibus de custode carcerum ad custodem castri. Mascard. *Concluſio.* 469. *num.*9. *ver. quinto.*

Custos carcerum non potest multa, & obligatur ad multa. Concluſ. 1120.

CVSTOS † carcerum non potest retinere carceratum habentem 1 mandatum de excarcerando prætextu expensarū de iure communi, sed de consuetudine non seruatur. Clar. *in praxi crimin.* §. *fin. quæst.*62. *in fi. ver. sed hic incidenter.* † Et dicitur depositarius carcerata- 2

rum per-

rum personarum; quia eidem, sicut depositario, committitur custodia carceratorum; sicut depositario custodia rerum depositarū. Bartol. *in quæst. 6. Lapus, nu. 4. ver. nono sic probatur.* † Obligatur custos carcerum ad denunciandum iudicibus singulo mense omnes carceratos cum nominibus, cognominibus, causis carcerationis, & à quanto tempore sint carcerati sub pœna 20. librarum auri, & si iudex fuerit negligens, punitur in decem libris auri, *l. si. C. de custo. reorum.* Clar. *in § fi. quæst. 46. n. 4.* † Loco huius resignationis Mediolani singulo mense vnus ex Senatoribus visitat carceres, carceratos ex leui causa liberare potest, ex graui vero se informat, & refert Senatui. Clar. *in praxi, § fi. quæst. 46. n. 4. ver. scias etiam.* † Et iste modus seruatur Bononiæ, vbi singulo mense fit in publico visitatio, in qua interuenit Illustrissimus Legatus, vel Gubernator, Illustris Vexillifer, omnes iudices Ciuitatis, & Rota, item duo Senatores. † Romæ verò fit amplior visitatio singulo mense, quæ habet supremam principis auctoritatē excarcerandi, liberandi, condemnandi, & quolibet die Iouis fit visitatio ordinaria carceratorum in vno ex tribus carceribus, in qua interueniunt Reuerendiss. Dd. Gubernator Vrbis, Auditor Cameræ, vnus clericus Cameræ, & isti tres sunt superintendentes, & alij omnes iudices, & Locatenentes, Fiscalis, Procuratores pauperum: in carceribus verò Capitolinis interueniunt prædicti omnes, & Illustriss. Dd. Senator Vrbis, & Conseruatores Vrbis, & propter prætensam præcedentiam cum Senatore Auditor Cameræ non solet interuenire, sed ipsius officiales.

Custos carcerum quando teneatur de fuga carceratorum. Concluſ. 1121.

1 CVSTOS † carcerum tenetur soluere debitum carcerati, qui aufugit, quando carceratus erat legitime carceratus, aliàs secus. Bald. *consil. 177. In ista captura, & consil. 178. In præsenti materia, per totum, lib. 2.* vbi, quod ad legitimam carcerationem quatuor requiruntur, causa, videlicet, quod sit debitor, iurisdictio, videlicet, quod de mandato iudicis competentis, ordo, videlicet quod non sit de facto
2 captus, & forma, videlicet quod conster, pro quo debito. † Contrarium, quod incompetentia, neque ordo requiratur, etiamsi debitum non sit probatum, neque possit probari, teneatur custos soluere, si dolo aufugere fecit carceratum; quia posset probari ex cōfessione, si non relaxasset; ideo nisi reducat in carcerem, tenetur. Ioan. de
3 Anan, *consil. 53. nu. 4.* † Amplia; quia nedum tenetur ipse custos carcerum, sed etiam tenentur illius fideiussores, maxime, quando fideiussio fuit præstita notario pro omnibus, quorum interest, vel interet. Bald. *d. consil. 177. in fi. & 178. in fi. lib. 2.* † Amplia; quia custos carceris tenetur ad interesse parti læsæ, si relaxauit carceratū suspectum de fuga sine iudice, etiamsi esset iniuste captus; quia sine iudice non potest ipse relaxare, etiam stante statuto, quod iniuste carceratus relaxetur, quia intelligitur per iudicem. Anchar. *consil. 340. Viso themate, nu. 4. ver. venio ad tertium, & consil. 341. ver. super tertio, nu. 4.* Io. de Anan.
5 *consil. 53. in fi. num. 4.* † Extende, etiamsi captus esset mandato iudicis Ecclesiastici, & obligatio custodis sit de carceratis officialis ciuitatis; quia venit quicunq; officialis, siue secularis, siue Ecclesiasticus; quia omnes sunt officiales ciuitatis. Anchar. *d. consil. 340. & 341. per totum.*
6 † Extende; quia custos, qui relaxauit sine iudice captum, pro fuga adeò tenetur ad interesse, vt licet creditor non possit probare creditum; tamen stetur suæ assertioni ex quo forsan carceratus confessus fuisset, & nisi reducat eum in carcerem, potest condemnari; quia per eum factum est, quod non potest habere confessionē. Io. de Anan.
7 *consil. 53. in fi.* † Extende; quia custos relaxans carceratum etiam iniuste, & sine causa absq; mandato iudicis tenetur de suo. Angel. *de malefic. in ver. fama publica, ver. & isto casu,* vbi, quod debet apparere mandatum iudicis in scriptis; ideo aduertit custodem, vt sine bulletino iudicis nō relaxet. Anch. *d. consil. 341. Viso.* Io. de Anan. *consil. 53. Visis.* se-
8 quitur Marsil. *in praxi crim. in ver. attingam, n. 17. & seq.* † Amplia; quia custos tenetur de fuga carcerati, si fuit in negligentia. Bald. *in l. 3 ff. de offic. præfect. vigil.* tex. *in l. milites. ff. de custo. reorum, & in l. carceres, eod. tit. l. iudices, C. de anno. & tribut. lib. 10.* Bar. *in l. congruit, ff. de offic. præsid.* Flo-
9 rian. *quæst. 2. in vlt. dubi. nu. 4. ver. confirmatur.* † Extende quia tenetur etiam de leuissima culpa. Floria. *in l. si vsusfructus, § cum igitur. ff. de vsu-*
10 *fruct.* † Extende, etiamsi vltra custodem familia iudicis pariter stetisset pro custodiendo cum eodem custode; quia non propterea li-
11 beratur. Bart. *in l. si vt certo, § si de me. ff. commod.* † Amplia; quia si custos fuit in dolo, & carceratus, qui aufugit, erat pro pœna capitali, debet custos eadem pœna puniri capitaliter; si vero non erat puniendus pœna capitali is, qui aufugit, sed alia pœna, eadem pœna puniri debet custos dolosus, *l. ad cōmentarienses. ff. de custo reorum, & in d. l. mi-*
lites, § fin. eod. tit. Clar. *in § fi. quæst. 68. num. 8. ver. custos,* vbi dicit *com-*
12 munem. † Et qua pœna puniatur custos, qui aufugit cum carcerato, quodq; puniantur ambo tanquam effractores. Bartol. *in l. in eos, ff. de custo. reorum.* † Si verò is, qui aufugit, erat pro causa ciuili, tenetur 13
custos, ex cuius dolo aufugit ad debitū creditori, iuxta not. *in l. quoties, C. de exact. tribut. lib. 10.* Specul. *in tit. locati, §. postquam, ver. quid si locauit,* Clar. *d. §. fin. quæst. 68. num. 8.* vbi dicit *communem.* † Am- *14
plia, quia semper custos præsumitur in culpa nisi probet abesse culpam. Iaf. *consil. 27 lib. 3.* Florian. de Sancto Petro *quæst. 2. in vlt. dubio, in fin.* † Restringe, quando custos non bene custodisset carceratum de 15
proximo relaxandum, gl. *in l. si pecuniam,* vbi Bart. & Rom. *§. si susceperit. ff. de cond. ob caus.* & ad excusationem custodis. Vide *consil. 10. de Venafrio. 27.* Florian. *in 2. qu. in vltimo dubio, num. 2. ver. hoc etiam confirmatur,* allegat glos. *in l. si pecuniam, §. sed si acceperit, in fin. ff. de cond. ob caus.* † Restringe, quando carceratus erat senex, vel infirmus, & 16
non erat verisimilis fuga, gloss. in *l. si vt certo. § nunc videndum, ff. commod.* † Restringe, quando aufugit cum famulo custodis, vel vno 17
custode, quia alij non tenentur, *l. pen. §. 1. de custo. reorum.* Bart. & Bald. *in l. filio, §. eius. ff. de iniusto rupt. testa.* quod est notandum secundum Aretin. *de malefic. in ver. fama publica,* vbi dicit semel fuisse de facto in ciuitate Castelli, & ibi sequitur Arimin. in apostil. Roma. *Singul. 30. si dicit. statutum,* vbi apostill. dat concord. & idem Roman. *consil. 395. Vtres clarior. num. 4. ver. secundum ad idem.* † Et quod licet, custos ex 18
negligentia sua in custodiendo carceratum pro crimine capitali, si aufugiat, teneatur eadem pœna; istud tamen procedit, quando est negligens in ipso actu custodiæ; secus si fuit negligens in deputando famulum, qui non custodiuit, vel aufugit cum carcerato, vide plene Clar. *in §. fin. quæstio. 68. numer. 8.* † Amplia, quia custos carcerum 19
punitur ex sola leui culpa in non custodiendo. Floria. *qu. 2. dubio vlt. num. 5.* vbi, quod eo ipso, quod non facit id, quod diligens homo faceret, est in culpa; & ideo saltem pœna extraordinaria puniri debet. † Amplia, quia lata culpa in custode æquiparatur dolo, etiam, vt pu- 20
niatur pœna mortis. Floria. *d. quæst. 2. dubio fin. in princ. ver. & secundum hoc.* Vide plene Mascard. *Concluſ. 469. Custos qui tenetur,* vbi, quod habet præsumptionem contra se, & tenetur de leuissima, & ita punitur custos ex sola culpa pœna ordinaria, sicut alios ex dolo, nisi probet adhibuisse omnem diligentiam, & teneatur etiam de omni nocumento immisso in carcere. † Limita, quia custos negligens 21
in actu custodiæ punitur; sed si solum fuit in culpa deputandi custodem substitutum, qui fuit negligens, non punitur. Grammat. *voto 29.* Clar. *in §. fin. q. 68. num. 8. in fin.* † Et vide plura ad excusandum 22
custodem per Bald. *consil. 32. lib. 3.* Ioan. de Amic. *consil. 28.* Clar. *d. §. fin. quæst. 68. num. 8. in fin.*

Custos carcerum delinquens punitur multis modis. Concluſ. 1122.

CVSTOS † carcerum cognoscens carnaliter mulierem carcera- 1
tam, etiam meretricem, punitur pœna capitis. Ioan. Fabri. *Insist. de public. iud. §. item lex.* † Vide omnino Clar. in *§. fornicatio, num.* 2
24. ver. cum carcerata, vbi, quod fustigatur custos carcerū cognoscens meretricem carceratam. † Bene verum est, quod si mulierem car- 3
ceratam cognosceret; quæ esset honesta, puniretur pœna vltimi supplicij Clar. *d. §. fornicatio, num. 24.*

Custos carcerum quando teneatur, vel non, de morte carcerati. Concl. 1123.

CVSTOS † carcerum tenetur de morte carcerati, nisi ipse do- 1
ceat, quod non culpa sua, vel dolo obierit. gloss. in *l. cum res, §. species, ff. de leg. 2.* Aretin. *in tractat. malefic. in ver. fama publica, ver. secundo quæro,* & ibi August. Arimin. *in addit.* allegat Angel. in *l. si quis ex argentarijs, § prætor. in fin. ff. de eden.* Marsil. in *praxi, in ver. attingam, nu. 51.*
† Et ideo cautela carcerum custodis est, quod mortuo carcerato ad- 2
hibeat medicum, qui referat mortem fuisse ex causa naturali, vel antequam moriatur, faciat fieri visitationem, & confici instrumētum, ita Arimin. *in addit. ad Angel. de malefic. d. ver. fama publica. ver. secundo quæro.* Alex. *consil. 137. vol. 2.* Aret. *de malefic. in ver. qui iudex carcerari, ver. quæro aliquis.* † Restringe, quia licet custos carceris teneatur; non 3
tamē tenetur iudex, *l. quemadmodū, § magistratus. ff. ad leg. Aquil.* † Am- 4
plia, quia tenetur custos subministrare alimenta necessaria carceratis, & si moritur carceratus fame, tenetur custos pœna mortis, *l. 1. in fi. C. de custo. reorum.* Guido Papæ *decis. 211. & decis. 448.* † Limita, quia 5
non tenetur, quando adhibuit medicum, qui facit fidem de infirmitate; quia si moritur, non tenetur exhibere, sed vide Clarum, qui meliorem cautelam dat, quod moneat iudicem, vt fidem habeat à medico, & eo mortuo faciat eum recognosci per Notarium causæ, & fieri instrumentum, ne fiat fraus, ita Clar. in *§. fi. quæst. 46. num. 5. ver. sed in hoc proposito.*

Custos

Custos carcerum habet multa priuilegia. Conclusio 1124.

1 PRo † alimentis liberato carcere per sententiam, non habet custos retentionem carcerati de iure, sed debet illum relaxare, & petere; tamen de consuetudine contrarium seruatur, quod non relaxatur, donec soluerit custodi id, quod debet pro alimentis. Guido Papæ *decis.* 448. Clar. §. *fin. quæstio.* 62. *in fin.*

* *

D.

DALMATIÆ PROVINCIA, ET eius statuta, & consuetudines. Concluſ. 1.

1 DAlmatiæ † statutum disponit circa successionem, vt proximiores de parentela succedant, & intelligantur proximiores illi, vnde bona defuncti exiuerunt. Angel. *cons.* 268. *Statutum Dalmatiæ*, vbi, quod tale statutum extenditur vsque ad Tritauum; quia parentela hoc significat, à Tritauo supra vocantur maiores, & statutum non
2 habet locum. † Prouincia Dalmatiæ est de Regno Vngariæ, & cum fuissent captæ à Venetis multæ Ciuitates, quas nominat Anchar. *consil.* 204. *Punctum vnius instrumenti*, tandem de anno 1381. inita pace Veneti restituerunt Regi Vngariæ Iadram, Stardonam, Sibinicum, Tragurium, Spalatum, Ragusium, & multas alias Ciuitates, & loca.

Damnati ad mortem quid perdant, vel retineant. Concluſ. 2.

1 CONdemnati † ad mortem efficiuntur serui pœnæ, *l. qui vltimo. ff. de pœn.* Bald. *cons.* 408. *Quidam ciuis. in princ. lib.* 1. *cons.* 204. *Longum thema, nu.* 3. *vers. venio ad tertiam, lib.* 3. Paris. *cons.* 46. *nu.* 11. *lib.* 3.
2 Bart. *qu.* 1. *verb. econtra. nu.* 14. *vers. quarto, probatur sic.* † Contrarium, quod licet sit obnoxius pœnæ; non tamen sit seruus pœnæ. Bald. *cons.* 382. *in princ. libr.* 1. allegat glos. *in l. si quis filio exhæredato, §. sed & si*
3 *quis. ff. de iniusto testam.* † Declara; quia postquam sunt damnati, si exequutio sententiæ fiat, ita vt non superuiuant, sunt serui pœnæ, & non possunt testari. Angel. *cons.* 357. *Dominus Gregorius, in princ.* & ita loquitur Bald. *d. cons.* 408. *lib.* 1. qui consuluit in eodem casu Angel. quando sententia fuit exequuta, & duplicatur per Angel. *consil.* 356.
* *Quidam, Ciuis Florentinus*, & hanc communem * dicit Clar. in §. *testa-*
4 *mentum, quæst.* 21. *in princ.* † Declara plenius per Bart. *d. q.* 1. *Lucanæ Ciuitatis in solutione, in princ. num.* 1. *vers. contrarium dico*, quia si sententia damnationis ad mortem suspenditur per aliquam conditionem, siue tacitã, siue expressam, veluti, si dicatur, quod si deuenerit in fortiam Curiæ, morte moriatur, licet sit tacita conditio, quæ ineat, & exprimitur, tamen durante conditione non efficitur seruus pœnæ, & potest testari; & idem est, quando non est in fortijs Curiæ; secus si esset præsens; & exequutioni posset mandari sententia; quia tunc di-
5 citur seruus pœnæ, & non potest testari. † Amplia; quia non possunt testari; quia carent bonis, & statu libertatis. Bal. *cons.* 382. *Dicit lex, in princ. lib.* 1. vbi, quod licet vna ex istis rationibus cesset, non tamen cessat dispositio, & *cons.* 448. *in princip. quæritur inprimis, libr.* 1. & *consil.* 244. *Proponitur, quod quidam, lib.* 5. plene Paris. *cons.* 46. *nu.* 10. &
* 11. *lib.* 3. vbi, quod omnes * ita tenent. Corne. *cons.* 278. *n.* 2. & *seq. lib.* 4.
6 † Declara, vt procedat secundum vnam opinionem simpliciter, si efficiatur seruus pœnæ; si vero non efficitur seruus pœnæ, ita demum procedit, si bona confiscantur, aliàs non; ideo cessante vna ratione sufficit alia; sed si ambæ cessarent, dispositio non procederet, neque ampliatio. Bald. *d. cons.* 382. *per totum, lib.* 1. & *cons.* 408. *in princ. lib.* 1. & idem dicit *cons.* 244. *per totum, lib.* 5. vbi, quod seruus pœnæ, vel qui
7 bona non reliquit; quia sunt confiscata, non potest testari. † Extende, vt nec possint testari ad pias causas iure testamenti, neque iure codicillorum. Bald. *d. cons.* 382. *in princ. lib.* 1. vbi, quod ita tenet Io. Andr. in *c. quamquam, de vsur.* & quod ita fuit obtentum. Bald. *d. cons.* 448 *nu.* 2. *vers. & in personis, lib.* 1. & *cons.* 204. *Longum thema, nu.* 4. *ver. considerate, lib.* 3. & *cons.* 244. *per totum, libr.* 5. & 462. *Testamenta, & relicta, lib.* 5. vbi, quod ita tenent Legistæ & Canonistæ, & est com-
* munis * opinio, vt per Clar. in §. *testamentum, quæst.* 5. *nu.* 5. imò magis
* communem * dicit Alex. *cons.* 182. *Super eo, de quo quæritur, nu.* 5. sequi-
* tur P. Fich. in *tract. commun.* * *opinio lib.* 2. *tit. qui testa. facer. poss. num.* 36.
8 Castrens. *cons.* 319. *in fin. lib.* 1. † Extende; quia damnatus ad mortem cum confiscatione bonorum nedum non potest testari, sed etiam si esset testatus, antequam damnaretur, sequuta damnatione, & confiscatione, rumpitur testamentum etiam ad piam causam. Bal. *d. con-*
☞ *sil.* 244. *in princ. lib.* 5. Vide, *Confiscatio bonorum oper. &c. Concl.* 718.
9 † Restringe, vt non procedat, quando sententia cõdemnatoria esset ipso iure nulla. Bald. *d. cons.* 382. *num.* 1. *in fi. vers. sciendum est etiam, lib.* 1.
† Idem est, si à iudice carente iurisdictione esset damnatus, ita Bart. 10
& ibi apostil. in *l. qui vltimo. ff. de pœn.* Corne. *cons.* 278. *per totum. libr.* 4.
† Idem est, si sententia esset lata non formato legitimo processu, vel 11
si non constaret de delicto; quia ad hoc, vt nõ possit testari, vel rumpatur testamentum, requiritur, quod sit formatus processus legitimus, & quod constet de delicto per testes, vel confessionem, aliàs non rumpitur testamentũ. Bald. *d. cons.* 244. *lib.* 5. † Restringe, quan- 12
do esset appellatum, vel penderet tempus ad appellandum; quia pendente appellatione, vel termino ad appellandum, non est intestabilis condemnatus. Bald. *d. cons.* 382. *in princ. ver. sed hic est considerandum, lib.* 1. vbi, quod si interim moritur condemnatus pendente appellatione, vel durante tempore ad appellandum, potest testari. Alexand. in *apostill. ad Bart. in l. qui vltimo. ff. de pœn. in* 1. *apostill.* † Declara, 13
vt non procedat restrictio, quando esset sublata appellatio à lege, vel statuto; quia statim efficitur intestabilis per condemnationem. Bald. *d. consil.* 382. *in princip. sub num.* 1. *in fin. ver. si autem esset casus, lib.* 1.
vbi dicit * communem. † Restringe, vt non procedat, quando in- * 14
tra decem dies ad appellandum fieret exequutio, vel pendente appellatione; quia non propterea efficitur intestabilis, etiam si non appellet, dummodo duret tempus ad appellandum, cui renunciare nõ
potest. Bald. *d. cons.* 382. *num.* 2. *ver. & prædicta apparet, lib.* 1. † Restrin- 15
ge, quando sententia fuit lata contra formam statutorum; quia tunc valet testamentum damnati ad mortem nulliter. Bald. *consil.* 433. *Factum, super quo, per totum, lib.* 2. † Declara vltimam restrictionem, vt 16
non procedat, quando sententia non appareret lata, seruato processu, & essemus in sententia antiqua faciente mentionem de actis, & processu. Bald. *cons.* 204. *Longum thema, num.* 4. *vers. & licet fuerit. lib.* 3.
† Item, quando esset lata contra formam statuti, & sine processu, 17
quia valeret, quando periculum publicæ vtilitatis erat in mora; quia valet condemnatio, & confiscatio contra rebellem facta vno die. Bald. *d. cons.* 204. *num.* 3. *ver. venio ad tertiam, lib.* 3. vbi *num.* 4. *vers. & licet fuerit*, declarat, dummodo adsit confessio rei. Vide Socin. in
reg. 1. *Damnatus ad mortem*, vbi ponit regulam negatiuam, quod damnatus ad mortem non potest testari, & limitat octo modis. Vide
in ver. Banniti an ponsint testari. Concluſ. 10. & iterum in *ver. Banniti quando habeantur pro mortuis. Concl.* 12. *nu.* 19. *& seq. per tot.* † Amplia; quia 18
damnatus ad mortem per talem sententiam, nedum efficitur intestabilis, sed rumpitur testamentum factum, ita quod intestatus decedit. Angel. *cons.* 159. *Conradus Alberti, col.* 3. *vers. de secundo.* Paris. *consil.*
46. *num.* 10. & 11. *lib.* 3. vbi, quod omnes * ita tenent. Cur. Iun. *consil.* *
100. *per totum.* Clar. *in §. testamentum, quæstio.* 21. vbi latissime. † Ex- 19
tende, vt procedat maxime in crimine læsæ maiestatis; quia cõdemnatus nedum efficitur intestabilis, sed rumpitur testamentum factũ, Curt. Iun. *cons.* 100. *num.* 5. † Amplia; quia damnatus ad mortem 20
pro delicto, quod vbique est delictum, non potest testari, etiam alibi extra iurisdictionem de bonis alibi sitis. Castrens. *cons.* 319. *col. fin. nu.* 4. *vers. super* 2. *lib.* 1. † Amplia, vt procedat etiam in carcerato pro 21
delicto, pro quo pœna mortis venit imponenda. † Restringe, in 22
carcerato, vel condemnato in quacunque alia pœna, quàm mortis naturalis; quia non efficitur seruus pœnæ, vt in *authent. de nupt. §. quod autem, col.* 4. & *in auth. sed hodie. C. de donat. int. vir. & vx.* Bart. *in l. qui vltim. ff. de pœn. & in l. eius, qui. §.* 1. *ff. de testam. & in l. si quis mihi bona, §.* 1. *ff. de acquir. hared.* vbi Alexand. & Ias. & ideo tales sunt testabiles, & possunt de bonis suis disponere. Aret. *de malefic. in ver. caput. à spatulis. ver. & bene nota.* vbi etiam August. Ariminen. *in additio.* † Amplia; quia 23
etiam si fiat condemnatio ad mortem vigore statuti; tamen nõ potest testari in territorio, & de bonis in territorio statuentium sitis, siue sit facta confiscatio, siue non. Iul. Clar. *in §. testamentum, quæstio.* 19.
nu. 1. *vers. aut vero*, vbi dicit * communem. † Declara, vt procedat, * 24
si deueniat in fortijs Curiæ, aliàs secus. Clar. *d. §. testamentum, qu.* 21.
in fin. † Amplia, vt procedat, etiamsi condemnatus ad mortem, an- 25
tequam fiat exequutio, aufugiat; quia adhuc nõ potest testari, & testamentum non valet. Clar. *d. §. testamentum, quæstio.* 21. *nu.* 2. Bart. & ibi apostill. *in l. qui vltimo, in princ. ff. de pœn.* † Extende etiam in eo, qui 26
est in triremibus; quia licet aufugiat; tamen testari non potest, nec succedere, vel testari, etiamsi restituatur, in 2. *vol. commun. opinio. tit. de sent. passis, num.* 39. allegat Burs. *cons.* 48. *num.* 3. *lib.* 1. attestantem de
communi. * † Declara tamen, quia non potest testari, neq; valet te- * 27
stamen-

ſtamentum quoad bona illius territorij, quando vigore ſtatutorum fuit condemnatus, ſi vero de iure communi eſt condemnatus & aufugiat, quia eſt ſeruus pœnæ, non valet teſtamentum ſecun-
* dum communem. * Clar. *d. §. teſtamentum, quæſtio. 21. num. 2.* Amplia † in condemnato ad perpetuos carceres, quia non poteſt
* teſtari, neque ſuccedere. Iodoch. *in 3. vol.* * *commun. opinio. fol. 588.*
ſingul. incip. carcer incarceratus. † Amplia, quia damnatus ad mortem, ſi efficitur ſeruus pœnæ, perdit etiam iura gentium, ideo non poteſt contrahere, neque acquirere. Bartol. *dict. quæſt. 1. Lucanæ Ciuitatis, num. 14. ver. quarto probatur.* † Limita de conſuetudine generali, quæ quaſi vbique obſeruatur, quia damnati ad mortem teſtantur. Clar. *in §. teſtamentum, quæſtio. 21. in princip.* vbi dicit ſeruandam conſuetudinem. † Limita, quia licet damnatus ad mortem cum confiſcatione bonorum non poſſit habere hæredem; tamen ſecus eſt, ſi poſt mortem reſtituatur, licet fuerit condemnatus in crimine læſæ maieſtatis, in quo condemnatio trahit confiſcationem bonorum, quia ſicut poteſt contra mortuum procedi hoc caſu, ita poſt mortem reſtitui. Bald. *conſil. 143. Quidam nobilis, lib. 1.* Menoch. *conſil. 223. num. 22. & ſequent.* Vide, *Reſtitutio facta per principem extenditur. Concluſ. 300.* † Limita, niſi data eſſet licentia à Principe teſtandi. Menoch. *conſil. 223. num. 22. & ſeq.* † Limita, quia damnatus ad mortem, licet non poſſit teſtari etiam ad pias cauſas imo teſtamentum factum rumpatur, quando condemnatio ad mortem eſt cum confiſcatione bonorum, tamen ſecus eſt quoad relicta pro reſtitutione male ablatorum, quia valet teſtamentum quoad hoc, dummodo ſine fraude leget pro male ablatis. Bald. *dict. conſil. 244. per totum, lib. 5.* maxime *num 2. verſ. vnde aperte, & conſil. 462. lib. 5.* vbi, quod non præſumitur fraus, ſed tamen non creditur confeſſioni, ſi fiat poſt confiſcationem. † Et quod legatum non dicatur pro male ablatis, ſed potius debitum, ideo damnatus ad mortem poſſit teſtari pro male ablatis. Roma. *conſil. 164. num. 4.* & plenius *conſil. 199. num. 8.* † Declara, dummodo leget pro male ablatis ante cõdemnationem, ſecus ſi poſt, quia non poteſt in prę-iudicium fiſci poſt condemnationem legare, & fiſcus non tenetur ei credere. Bald. *conſil. 462. num. 2. lib. 5.* † Limita, quando filius condemnati ad mortem, vel alius hæres, non obſtante condemnatione, vel poſt condemnationem poſſediſſet bona condemnati per longum tempus, quia præſcribit, ita quod ſuccedent proximiores hæredes, non autem fiſcus. Bald. *dict. conſil. 244. circa fin. ver. ſed quia dictus, lib. 5.* Vide, *Præſcriptio contra fiſcum multiplex. Concluſio. 569.* † Limita, quando condemnatio, & confiſcatio eſſet facta in contumaciam, vel ob contumaciam, quia non poteſt imponi pœna mortis in contumaciam. Bald. *conſil. 245. Viſis dictis ſtatutis, lib. 5.* Vide, *Contumax condemnatus non dicitur condemnatus ob delictum, & quando ſecus. Concluſ. 1022.* † Declara, vt per Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 19. num. 1. ver. aut vero.* quia ſi deuenit in fortiam iuſtitiæ, com-
* munis * opinio eſt, quod non poteſt teſtari, & teſtamentum non valet, ex quo fit exequutio, alias ſecus, & *quæſt. 21. in fin.* vbi lata. † Extende limitationem, vt procedat, quando proceſſus non eſſet rite formatus, vel quando non conſtaret de delicto per teſtes vel confeſſionem, quia ad hoc vt condemnatio ad mortem, & confiſcatio probetur legitima, debet conſtare de delicto ex confeſſione, vel ex teſtibus. Bald. *dict. conſil. 244. in princip. & conſil. 245. lib. 5.* † Limita, quando proceſſus eſſet nullus, puta quia factus ad inquiſitionem, & ſtatutum prohibet poſſe inquiri de illo crimine; quia ex quo inquiſitus non tenebatur comparere, condemnatio non valet. Bald. *conſil. 245. per totum, lib. 5.* † Limita, quando eſſet damnatus ad mortem, quæ eſſet à iure prohibita, puta nouum genus mortis prohibitæ; quia non perdit factionem teſtamenti. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 21. num. 3.* † Limita, quando feciſſet teſtamentum de iure communi, & condemnatio ad mortem eſſet
* ſecundum ſtatuta, quia valeret teſtamentum de iure * communi factum, ſecus, ſi de iure ſtatutario. P. Fich. *in 2. vol. commun. opinio. tit. qui teſt. face. poſſ. num. 35.* † Limita, quia licet non poſſit facere teſtamentum damnatus ad mortem, tamen poteſt confiteri, vel contrahere, & conſtito de veritate contractus valet. Bald. *dict. conſil. 462. libro quinto*, qui loquitur in damnato ad mortem cum effectu exequtionis. † Limita, quia licet damnatus ad mortem non poſſit teſtari; quia ſeruus eſt pœnæ; tamen ſi teſtatus ſit, & filius vel hæres longo tempore bona tenuit, præſcribit. Bald. *conſil. 244. lib. 5. circa fin. ver. ſed quia dictus.* Vide, *Banniti & relegati quorum actuum ſint capaces, vel non. Concluſ. 13.* Vide, *Banniti poſſunt impune offendi, & quando. Concluſ. 19.* Vide, *Teſtari non poſſunt multi ex propria culpa. Concluſio. 105.*

Damnati in metallum qui dicantur, & qui æquiparentur deportato. Concluſ. 3.

DAMNATVS † in metallum dicitur effectus ſeruus pœnæ, & 1
eſt de iure gentium; ideo non habet ſtatum, & ei non poteſt legari, vel donari, etiam ſi quis habeat liberam facultatem à principe donandi, cui voluerit, ſecus eſt in deportato, quia licet non habeat ſtatum, tamen illud eſt de iure ciuili, quod eſt ſublatum per liberam facultatem conceſſam donandi. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur, num. 7. ver. ſi vero per verba,* allegat text. *in l. neque eius, §. ſi deportati, § ſeruum pœnæ, & §. ſeruum proprium, ff. de teſtam. milit.* † Et hodie ſuccedit condemnatio ad triremes, & non poſ- 2
ſunt teſtari, neque ſuccedere, quia habentur pro mortuis, tamen quia receſſit ab vſu deportatio in metallum, & ſucceſſit pœna triremium, receſſit etiam pœna factionis teſtamenti, & ſucceſſionis ab aula. Vide, *Deportationis pœna quæſit. Concluſ. 197. num. 20. & ſeq.* Æquiparantur † damnato in metallum cõdemnati Clerici ad per- 3
petuos carceres; quia iſta eſt maior pœna, quæ poſſit imponi de iure canonico, excepta degradatione, quæ fit actu, quando Clericus traditur Curiæ ſeculari. Bald. *conſil. 448. Quæritur in primis, in princip. lib. 1.* idem dicit Ioan. de Anan. *conſil. 1. in princip.* vbi, quod eſt maior pœna, quæ detur de iure canonico, & *num. 10.* quod ſuccedit loco pœnæ damnatorum in metallum. † Et quod condemnatus per- 4
petuo in monaſterio ad pœnam, dicatur capitaliter condemnatus & habeatur pro mortuo. Cald. *conſil. 2. de procurat.* alias *104. circa fin.* vbi declarat. † Æquiparantur damnato in metallo quoad ſuc- 5
ceſſionem monachi mendicantes. Feder. de Sen. *conſil. 26. numer. 5. ver. iſte autem.* vbi, quod æquiparantur damnato in metallum. Vide de hac materia plene *in ver. Banniti noſtri temporis quibus æquiparentur. Concluſ. 11.* maxime *num. 29. & ſeq.* Vide, *Deportationis pœna quæſit, & quibus imponatur. Concluſ. 197.*

Damni appellatione quid veniat, & quis dicatur dare damnum. Concluſ. 4.

DAMNVM † proprie, & ſtricte loquendo eſt diminutio pa- 1
trimonij. Bald. *conſil. 82. Locata fuit, in princip. numer. 2. ver. in hac quæſtione, lib. 1. l. 3. & l. Proculus. ff. de dam. infect.* † Item eſt deperdi- 2
tio iam quæſitorum non ſubiectorum caſibus, ſed in re præſenti. Bald. *dict. conſil. 182. num. 4. in fin. ver. ſecundum vero eſt damnum, lib. 1.* Et † expenſæ litis dicuntur damnum, *l. 3. ff. de dam. infect.* Alexand. 3
conſil. 34. in fin. lib. 3. Dec. *in c. cum M. num. 3. ver. præterea, de conſtit. & in c. in nomine Domini, num. 15. de teſtib. & in c. vt debitus, de appellat. num. 3.* Et ideo † inferens alicui diminutionẽ patrimonij dicitur dare dam- 4
num. † Et filius dicitur pati damnum, ſi priuatur hæreditate paterna, vel materna. Caſtren. *conſil. 339. col. 2. lib. 2. ante num. 2.* † Am- 6
plia, quia is, qui impedit alicui lucrum debitum ex publico, dicitur inferre damnum; quia qui illicite facit quem perdere lucrum, damnum dare videtur. Bald. *d. conſil. 182. ver. & vt ſciamus, lib. 1.* † Et 7
quando lucrum eſt radicatum, iudicatur de eo, ſi aufertur; ſicut de damno. Alexand. *conſilio 89. Viſo puncto, numero duodecimo, in fi. & 13. ver. & eo ipſo, lib. 2.* vbi plena apoſtilla *in ver. radicatum*, dat concord. † Extende, vt procedat ampliatio etiam in eo, qui impe- 8
dit lucrum proueniens ex priuato, quando lucrum proueniret ex re propria, vel ſibi debita pleno iure, ſi tale lucrum erat in apparatu, & ordine lucrandi, quia impediens tale lucrum dicitur dare demnum. Bald. *d. conſil. 182. numer. 3. ver. aut eſt lucrum proueniens ex priuato, lib. 1.* † Extende, quia quis dicitur pati damnũ, etiam ſi amit- 9
tat lucrum iam quæſitum, etiam ſi acquiſitio ſit ex præſcriptione, vel alias. Alex. *conſil. 69. Circa primum, num. 18. & ſeq. lib. 5.* † Exten- 10
de in lucro proueniente ex contractu celebrato ſimul cum impediente, quando impediens facit per dolum, vel fraudem, quia dicitur inferre damnum. Bald. *d. conſil. 182. num. 3. ver. aut eſt lucrum proueniens ex contractu, lib. 1.* † Declara ſecus eſſe, quando iure licito, 11
& ex tenore contractus impediretur lucrum, quia tunc impediens non dicitur dare damnum, neque tenetur ad aliquid. Bald. *d. conſil. 182. num. 3. verſ. aut facit iure licito, lib. 1.* † Extende, vt damnum in- 12
ferre dicatur impediens lucrũ proueniens ex contractu celebrato ſimul cum impediente, quando dubium eſt, an impedimentum fuerit illicitum, vel licitum, ſi lucrum impeditum iam erat factum ſecus eſſet, quando lucrum eſſet in fieri; quia non dicitur inferri damnum Bald. *d. conſil. 182. num. 3. ver. aut intentio contrahentium, lib. 1.* vbi, *num. 4.* quod ſpes non formata non cadit ſub damno. † Re- 13
ſtringe; quia lucrum, ſi accedit ad eum, à quo damnum procedit lucri cauſa, non iudicatur à pari cum damno, gloſ. ſi in fine *in l. ſi ita ſtipulatio. ff. de verb. obligat.* vbi Bartol. & alij, apoſtil. ad Alex. *conſil. 89. Viſo puncto, num. 13. lib. 2. in ver. radicatum, in fi.* † Limita quia locator, 14

qui promisit conductori reficere damnum, in euentum, quod rem locatam alteri donaret, non tenetur ad lucrum, quod erat in fieri, & non erat radicatum, prout in ijs, quæ futuris in tẽporibus posset sperare; quia solum venit damnum præsens, prout segetes, & me-
15 lioramenta. Bal. *d. consil. 182. per totum*, vbi est casus, *lib. 1.* † Extende limitationem, quia non tenetur ad lucrum, quod percipi posset in futurum, & à remotis, vel extra rem, prout in conducẽdis recollectibus alio, & extrafichis; quia differt lucrum à damno, & ad posi-
16 tionem vnius excluditur alterum. Bal. *d. consil. 182. per tot. lib. 1.* † Limita, quia is, qui in suo vtitur aliquo ex bona fide, & sine fraude, non dicitur inferre damnum, Bal. *consil. 182. n. 2. ver. sciendum est, lib. 1.*
17 Amplia, † quia amissio lucri nondum acquisiti non pertinet ad damnum. Alex. *consil. 114. Super eo, in pr. lib. 3.* Ias. *consil. 54. Circa dubium, num. 5. lib. 1.* quia amittens spem lucri non dicitur proprie pati dam-
18 num. Bal. *d. consil. 182. num. 4. & num. 7. lib. 1.* Vide, *Lucrum cessans & damnum emergens in quibus diuersa. Conclus. 453.* † Restringe, quia is, qui tractat de non perdendo lucro quæsito, dicitur tractare de damno vitando. Alex. *consil. 164. Præsuppono, num. 4. ver. & quando tractatur, lib. 5.* vbi apost. *in ver. damno.* & loquitur Alex. in legato facto tutori, quod non reddat rationem administrationis, & si contingat reddere, quod legat omne, quod erit debitum, quia dicit esse legatũ etiam, quod debet ex dolosa administratione, & sic vult, quod patiatur damnum, si perdat legatum eorum, quæ debet ex dolosa administratione; quod non puto verum, ex quo dolus futurus non-
19 potest remitti. † Limita; quia damnũ magis stricte sumitur, quam interesse; ideo appellatione damni non venit pretium rei venditæ, sed bene venit appellatione interesse. Alex. *consil. 67. Viso themate,*
20 *num. 2. lib. 2.* † Limita, quia is, qui remittit damnum, non remittit
21 ius vindicandi. Alex. *cons. 168. Requisitus, in pr. lib. 2.* † Extende, quia appellatione damni non venit res derobata, ablata, vel furto subtracta, quia proprie damnum consistit in deuastatione, & deterioratione rei, non autem in asportatione, plene Alex. *d. cons. 168. in pr. ver. hoc probatur, lib. 2. cum seq.* vbi, quod si quis asportauit de vinea granum, vel ligna iam recondita, nõ dicitur dedisse damnum proprie, sed fecisse furtum, secus si granum, vel ligna incidisset, & ibi apost. *in ver. damnum*, quæ dat concord. Paris. *consil. 158. num. 11. lib. 4.*
22 Extende, † quia statutum, quod credatur, vel stetur iuramento damnum passi, non habebit locum in eo, qui passus est furtum, & ablationem rerum, quia licet sit damnum; non tamen proprie dicitur damnum, prout statutum requirit. Alex. *d. consil. 168. in princ. & quasi per totum, lib. 2.* vbi apostil. *in ver. damnum*, dat concord.

Damnum differt à furto, & qualiter reficiatur. Conclusio 5.

1 DAMNVM † non dicitur dare, qui asportat fructus ex agro meo; ideo incidit potius in actionem furti, quæ diuersa sunt, quia ex asportatione inducitur contrectatio rei alienæ, & sic furtum sine asportatione non potest esse furtum; quia cessat contre-
2 ctatio. Cuma. *consil. 42. Viso processu, in princ.* † Extende, quia damnum & furtum sunt diuersa, vt per Doct. *in l. si familia, ff. de iurisd. om.*
* *iud.* Paris. *consil. 158. col. 1. & 2. vol. 4.* vbi attestatur hanc magis * com-
3 munem, quod nota pro statutis. † Et ideo si quis incidat ligna in agro meo, vel aliud sine asportatione, tenetur de damno illato: quatenus vero asportat, incidit in crimen furti. Florian. *in l. si seruus seruum, § si oliuam. ff. ad leg. Aquil.* Bald. *in l. si pater. num. 3. C. de vsufruct. &*
4 *in l. ait prator. la prima. ff. de iureiuran.* † Restringe, quia actio damni & non furti oritur ex incisione lignorum, licet ligna ab alijs asportata; vel deperdita sint culpa damnificantis, si pertinent ad accusantem damnificatum. Ias. *in l. cum quis, numer. 3. C. de iur. & fact. ignor.*
5 Alexand. *in l. cum prator. ff. ad l. Aquil.* † Et vbicunque damnum est illatum ex incisione arborum absque asportatione, oritur actio damni dati, per text. *in d. l. si seruus, § si oliuam. ff. ad l. Aquil.* Bald. *consil. 463. Statuto Communis, colum. 1.* ibi, *secus si sylua non esset cædua, lib. 3.* Calca. *consil. 100. num. 6. vers. secus vero esset*, vbi dicit, quod *dict. § sioliuam*, extenditur propter identitatem rationis ad syluam, & ad omnes
6 fructus. † Reficitur damnum ad emendam iuxta æstimationem, ideo incidens querculos, & alia signa, condemnatur ad damnum
7 iuxta æstimationem. Bart. *in l. 1. § inter dictum, ff. vti possid.* † Et testes deponentes de æstimatione damni de iudicio suo, puta ascendit damnum ad tantum, licet regulariter non probent Alexand. *consil. 74. colum. 3. lib. 1.* Dec. *consil. 256. numer. 5.* Curt. Iun. *consil. 165. volum. 2.* tamen, quando fuerunt præsentes incisioni, & asportationi lignorum, probant. Socin. *consil. 144. colum. 2. lib. 1.* & multo magis, quan-
8 do deponunt verisimilia, & sciant tamquam vicini. † Contrarium, quod testes deponentes per verbum, *iudicio suo*, non probent damnum, etiamsi adijciant, *se pro certo credere.* Alex. *consil. 56. num. 11. lib. 2. & consil. 166. num. 6. lib. 6.* quod procedit, etiam si dicant se practicos, & peritos, quia non creditur eis.

Damnum causans ipsum damnum dedisse videtur. Conclusio 6.

QVI † dat causam damni, damnum ipsum dedisse videtur. *l. 1*
qui occidit, §. *penultim. ff. ad l. Aquil.* Christoph. Castillion. *consil. 1. num. 5.* Abb. *consil. 21. in princip. & per totum, lib. 2.* Socin. *consil. 256. Pro fundamento, num. 2. lib. 2.* Corne. *consil. 38. quamuis, num. 18. lib. 2. cap. fin. de iureiuran.* & text. *in l. quod si nolit*, §. *Pomponius ait. ff. de ædil. edict.* Extende, † etiam si sit in leuissima culpa, tam de iure ciuili, *l. 2*
lege Aquila. ff. ad leg. Aquil. quam de iure canonico, *c. fin. de iniuri.* Imo etiam in foro conscientiæ. Ioan. Andr. *in c. quanquam. de vsur.* Cald. *in proœm. decretal.* Abb. *in c. fin. in primo not. & in c. ingressus, de iniur.* licet hoc vltimum de foro conscientiæ non sit sine scrupulo. Innocen. & Felin. *in c. sicut dignum, de homicid.* Dec. *in c. quoniam contra, numer. 38. de probat.* † Declara extensionem, quando culpa est in faciendo, 3
secus in omittendo; quia solum de leui tenetur. Bartol. *in l. qui bona. § qui inter. ff. de damn. infect.* Alexand. *consil. 10. vers. non obstat, si dicatur, lib. 1.* Socin. *consil. 54. colum. fin. lib. 4.* Cravet. *consil. 97. num. 2.* † Am- 4
plia, quia damnum datum in bonis vxoris ab inimicis mariti, dicitur datum ab ipso marito, *l. in his rebus, in princip.* vbi Bartol. *ff. solut. matrimon.* † Et idem est in damno dato in re communi ab ini- 5
micis socij. Bald. *consil. 62. circa fin. versicul. vlterius, lib. 2.* † Extende, 6
vt procedat, etiam si inimicitia sit sine culpa mariti. Bartol. *dict. leg. in ijs rebus, in princip.* vbi dicit tenendum menti. *ff. solut. matrimon.* & communem * dicit Christoph. Castillion. *consil. 1. in princip.* *
vbi loquitur in colono, & pro hac parte plures citat Alexand. *consil. 168. vers. nec obstat, lib. 2.* † Restringe, quando socius fuit de- 7
prædatus in Ciuitate à particularibus, prætextu, quod esset rebellis, quia damnum est casus fortuitus, quando impune non poterat deprædari. Bald. *dict. consil. 61. numer. 4. versicul. quartum dubium, libro secundo*, vbi, quod socius deprædatus eo casu liberatur. Declara † extensionem, vt procedat, quando aliqua culpa le- 8
uis, vel leuissima potest imputari marito, ita declarat Barthol. Salycet. *consil. 61. In illa quæstione, circa fin. versicul. item illud dictum, inter consilia Bald. libro secundo*, & ita per plura Alexand. *dict. consil. 168. numero decimo, lib. 2.* vbi Apostil. *in ver. absque culpa*, quæ dat concordan. † Restringe, vt imo damnum datum causa inimicitiæ sit 9
casus fortuitus, quando inimicitia non præcessit damnum, sed ex damno causatur inimicitia. Bald. *consil. 62. Alia via, in fin. versicul. vlterius sciendum, libro secundo.* † Restringe, quando damnum esset 10
datum ab inimicis meis incidenter, quia ego non teneor, veluti, si inimici mei incendium fecerunt in domo mea, & ex illo incendio domus vicini est combusta; quia ego non teneor, licet mea inimicitia dederit causam remotam, seu mediatam. Angel. *consil. 197. Incendium est ortum, colum. 2. versicul. quinto facit.* † Declara 11
totam istam materiam; quia si duo socij possident castrum, & propter odium alterius occupatur castrum à potente, non tenetur socius, cuius odio castrum est occupatum, si ipse non dedit causam odij, & sic absque culpa sua, maxime, quando etiam post odium iniustum adhibuit maiorem custodiam, quam esset solitus, ita Alexand. plene *consil. 168. Requisitus, numer. 8. & seq. versicul. vltimo in quantum, vsque in fin. libro secundo*, vbi citat pro vtraque, & *num. 10.* apostil. *in ver. absque culpa*, dat concordan. † Amplia 12
idem in colono, cuius inimici exciderunt arbores, vt dicatur ipse dedisse damnum. Bald. *dict. consil. 61. numer. 5. vers. & primo facit, libro secundo.* † Extende, siue inimicitia sit cum culpa, vel sine culpa 13
coloni. Christoph. de Castillion. *consil. 1. in princip.* vbi dicit communem. * Amplia † in socio procuratore, & alio quocun- *14
que ministro etiam habente liberam, quia si promittit scribere mercatori in Anglia, vel alibi pro pecunia soluenda socijs cum nauibus illuc accedentibus pro mercibus, & non scripserit, tenetur ad omnia damna etiam lucri cessantis, & non excusatur, quod ipse haberet liberam, & potuerit pœnitere, & non scribere, quia debuit notificare re integra, alias esset dissipare, quod non venit in libera, plene Alexand. *consil. 41. Viso puncto. per totum. lib. 3.* & duplicatur *lib. 6. consil. 52.* † Amplia in eo, qui iniuste fecit se- 15
questrare merces mercatori, quæ pendente sequestro effectæ sunt deteriores; quia tenetur ad damnum prouenientes, tanquam datum causa sua. Bal. *cons. 249. Quidam mercator, lib. 3. & cons. 106. Quidam D. Iacobus, lib. 3.* vbi declarat, quando non probauit aliquid, secus, si dubium ius suum fuisset. † Extende in eo, qui fecit carce- 16
rare suum debitorem prætextu mandati iudicis, quod non habebat; quia nedum tenetur ad damna & interesse carcerati, sed etiam pœna stellionatus puniri debet, imo pœna falsi, si iudex habet merum imperium. Bald. *consil. 212. Quædam prætensio. per totum, lib. 3.*

Amplia

37 Amplia † in locatore domus, vel vicino, qui dimiserunt de nocte portam apertam, per quam vicinus, vel conductor fuit derobbatus; quia tenentur ad damnum illatum. Bald. *consil.* 152. *Quidam*
18 *locauit*, *lib.* 5. † Amplia, quia si quis capiatur propter represalias concessas contra omnes de certo loco ob debitum, vel delictum certi hominis, ille tenetur reficere damnum sua culpa causatum. Angel. *consil.* 197. *col. fi. vers. non obstat, quod domus.* vbi, quod captura recte facta de vno propter factum alterius debet ab eo emendari,
19 qui causam dedit. Abb. *consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. † Restringe, vt non procedat, quando captura esset iniqua, & de facto propter delictum alterius, quia non tenetur ad damnum datum inique ille, cuius causa iniquitas causatur, veluti si inimici mei caperent hominem de mea patria, quia non teneor. Ang. *d. consil.* 197. *col. fin. ver.*
20 *non obstat, quod domus.* † Declara, quia si quis deposuit penes mercatorem Venetijs pecunias, & propter factum deponentis compellitur auctoritate publica depositarius soluere, liberatur, quia attenditur, cuius contemplatione hoc fiat, etiam si depositarius suscepisset in se periculum. Cuma. *consil.* 185. *Ser Laurentius, per totum.*
21 Amplia † in eo, qui dat causam damni ex facto suo, quia etiam si damnum sit iniustum, tenetur ad emendationem. Abb. *consil.* 21. *lib.* 2. vbi, quod si facto tuo fui pignoratus in libris, & alijs perditis
22 teneris ad damnum. † Extende in eo, qui coactus fuit soluere odio certæ personæ à tyranno, quia consequitur ab eo, cuius odio
23 factum est. Abb. *d. consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. † Extende, quia conductor, si ex iniusto bello Communis passus est damnum, repetit à
24 Communi. Abb. *d. consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. † Amplia, quia habens pignus cum facultate vendendi, si viliori pretio vēdat, quam posset vendi, tenetur reficere damnum gl. *in l. mater. in gloss. magna, vers. Item si tu vendidisti paruo, C. de rei vend.* quam ibi sequuntur Bartol. & alij, & est ratio, quia qui causam damni dat, &c. *c. fin. de iniur. & dam.*
25 *dat.* † Amplia multis casibus, quia dans causam damni, vel casus fortuiti semper tenetur in omni materia, quia licet per iniuriam quis compellatur soluere; tamen illud factum iniustum nocet ei, qui fuit causa illius facti. Cuma. *dict. consil.* 185. *per tot.* vbi dat multa
26 exempla. † Extende, vt idem sit in mora committenda, quia licet non committatur mora sine interpellatione, in obligatione conditionali, tamen secus est, quando facto obligati conditio efficitur impossibilis. Bald. *consil.* 112. *Præmisso quodam, in princ. vers. &*
27 *ad primum, lib.* 3. † Amplia, quia obligatus aliquid manutenere ex causa etiam superuenienti vigore laudi, vel transactionis, non obligatur, si proueniat caducitas rei facto ipsius, cui est facta obliga-
28 tio. Cuman. *consil.* 187. *Dominus Consignorius.* † Amplia, quia author principalis rixæ, in qua causatum est homicidium, tenetur de homicidio etiam facto ab alio de rigore iuris, *l. quoniam multa, C. ad l. Iul. de vi publi.* Iul. Clar. *in* §. *homicidium, nu.* 39. Placa *in Epit. delict. c.* 12. *num.* 3 infinitos allegat Rol. à Valle *consil.* 63 *in princ. lib.* 2. plures ci-
29 tat Moron. *de treuga & pace, quæst.* 122. *num.* 10. *& seq.* † Sed tamen
30 dicit Clar. vbi supra, de facto, & consuetudine non seruari. † Et author violentiæ, quod teneatur vltimo supplicio, & non appellet, tenet Anch. *consil.* 158. *num.* 5. vbi allegat text. *in l. quoniam multa,*
☞ *C. ad l. Iul. de vi public.* Vide, *Homicidium in rixa commissum qua pœna pu-*
31 *niatur. Concluſ.* 149. † Extende, quia Caporalis, & qui erat principalis, & coadunauit homines, tenetur de delicto eorum. Rolan.
32 *d. consil.* 63. *lib.* 2. *in princ.* † Extende, etiam si author ex leui offensa
33 fuerit. Moron. *de treuga & pace, quæst.* 168. *num.* 3. † Extende in bello illicito; quia tenetur principalis, & faciens bellum illicitum ad omnia damna. Anch. *consil.* 158. *num.* 3. vbi, quod incendia, rapinæ, &
34 calamitas belli in authorem redundant. † Extende, quia author controuersię, ex qua pax est rupta, tenetur. Moron. *quæst.* 122. *& seq.*
35 vbi plura similia adducit. † Extende, quia procedit *dict. l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi public.* etiam si non habeat animum de-
36 lictum committendi. † Restringe, quia nō habet locum in mandante capi possessionem, sicut in capiente, quando adest resistentia, quia est exorbitans, & non debet extendi. Ita plene Cæpol. *consil.* 36. *num.* 6. *per totum, vers. non obstat vltimo.* vbi multum insistit, quod saltē mandans non teneatur pœna ordinaria delicti sequuti.
37 Extende, † quia generale est, quod dans causam damni etiam sine dolo, tenetur de damno. *c. fin. de iniur.* Spec. *in tit. de iud.* §. 30. *col. penult. & fin.* Corn. *consil.* 38. *num.* 18. & 20. *& consil.* 282. *num.* 17. Doct.
38 *in c. de cætero, de homicid. & in c. imputari, de reg. iur.* † Extende, vt procedat etiam contra consulentem damnum; quia tenetur ad emendationem damni. Felin. *in c. sicut dignum, num.* 13. & 14. *& in c. tua nos.*
39 *extra de homicid.* Bald. *in l. cum quis. ff. de dolo.* † Amplia, vt procedat etiam in eo, qui sibi ipsi damnum infert; quia de alio conqueri non
40 potest, *l. quod quis ex culpa, ff. de reg. iur. c. damnum. cod. tit. in* 6. Roma. *consil.* 475. *num.* 2. vbi apostil. *in ver. debet.* † Extende, quia qui est in mala electione, ex qua sibi causatur damnum, sibi imputare debet
Rom. *d. consil.* 475. *in princip.* † Amplia, quia promittens aliquem 41 a
per viam securam ducere, si per viam inusitatam duxit, & derobatus fuit, tenetur, & quando non. Vide Socin. *reg.* 47. *promittens ali-* ☞
quem per viam securam, vbi limitat quinque modis. † Limita, quia 42
si is, qui damnum passus est, prout emptor, cui fuerunt vendita animalia pro oneribus præteritis spectantibus ad venditorem, quia potuit impedire venditionem suorum animalium, quæ non erant obligata, *l. à diuo Pio*, §. *si super rebus, ff. de re iudic.* tenetur dans damnum, seu venditor, cuius causa facta est venditio solum ad pretium, pro quo facta est venditio, non ad aliud, quia cum potuerit impedire, & noluerit, videtur consensisse in illam æstimationem. † Limita in eo, qui fregit ostium domus alicui ex iniuria, 43
quia non tenetur, si ex fractura sequutum fuit furtum, quando non eo animo fregit, & ignorauit furtum fieri posse. *l. qui iniuria. in princ. ff. de furt.* † Declara secus esse, si sciuit posse sequi furtum, 44
vel à certa, vel incerta persona, vel quando præparaui gentes ad hoc armatas. Alexand. *consil.* 103. *Videtur, num.* 9. *ver. tertio non obstat, lib.* 1. † Limita in eo, qui iure permittente aliquid fecit, quia si ex 45
illo facto sequitur damnum, non tenetur, prout in eo, qui expulit animalia ex suo fundo damnum dantia, quia si sunt deperdita non tenetur ad deperditionem. Bald. *consil.* 146. *alio die, lib.* 4. Vide, ☞
Author principalis dans causam delicto puncturo de omni, & quod sequitur. Concluſ. 567. Vide, *Causa causans est causa causati. Concluſ.* 138. Vide, *Contemplatione alterius factum quomodo probetur, & quid operetur. Concluſ.* 966. Vide, *Damnum reficitur ab illis, quorum contemplatione causatur. Concluſ. prox. seq.*

Damnum reficitur ab illis, quorum contemplatione causatur. Concluſ. 7.

DOMVS † destructa ad euitandum, ne ignis progrediatur vl- 1
terius, debet refici à dominis domorum conseruatarum, non autem à dominis domorum combustarum, nisi eorum culpa incendium sit causatum. Io. de Anan. *consil.* 71. *in fi.* vbi plene Bologn. ita decidit. *num.* 6. *vers. & ad id prædicta accedat.* † Multi, qui pro pa- 2
tria vadit ad bellum, si ipsi interficiatur equus, debet damnum refici à republica patriæ, cuius contemplatione fuit ad periculum. Bologn. *in addit. ad consil. Io. de Anan.* 71. *in fin.* † Passus iniuste dam- 3
num propter factum Titij, potest agere contra Titium, vt reficiat damnum passum, Bart. *in l. Nam & Seruius, ff. de neg. gest.* Abb. *consil.* 21. *In quæstione, col.* 2. *lib.* 2. *ver. etiam præsupposito.* † Et ideo captus pro- 4
pter represalias in odium Titij relaxatas consequi debet releuationem à Titio, cuius causa fuit captus. Abb. *d. consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. Contrarium † Abb. *consil.* 49. *num.* 5. *lib.* 2. vbi hoc admittit, quan- 5
do sunt iustæ, alias secus, licet in fine dicat verius esse, quod reficiatur, etiam si sunt iniustæ. Vide, *Represaliæ si concedantur propter fa-* ☞
ctum, vel delictum, aut debitum certæ personæ. Concluſ. 201. † Et emens 6
pedagium à ciuitate, si propter guerram ab eadē ciuitate motam passus est, debet consequi damnum passum à ciuitate, cuius causa fuit illatum, Abb. *d. consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. † Et debitor, qui iniuria 7
creditoris compellitur soluere non creditori per tyrannum, consequitur liberationem, ac si vero creditori soluisset, vt conseruetur sine damno. Abb. *consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. † Declara tamen, quia si 8
quis compellitur soluere indebitum à tyranno pro Titio, qui non est in aliquo debitor, non consequitur à Titio aliquid, quia iniuria vni facta alteri non præiudicat. Abb. *consil.* 7. *Tria, col.* 1. *in fin. lib.* 2. sed si est debitor, bene consequitur liberationem. Abb. *consil.* 21. *num.* 2. *lib.* 2. † Restringe, seu declara, quando factum damnosum ordina- 9
tur ad hoc, vt in odium debitoris fiat aliquid contra alium, quia is tenetur, secus autem, si illud factum non ordinatur ad hoc. Ita Abb. *consil.* 49. *In quæstione, num.* 5. *ver. secundo principaliter, lib.* 2. † De- 10
clarat Rom. *consil.* 508. *nu.* 4. *ver. hoc quidem primo.* quia soluens compulsus pro alio, etiam malefactore, si eum non liberat, non potest prætendere releuationem, secus, si eum liberat, & ideo concludit, quod communitas condemnata, quia non cepit malefactorem, nihil consequitur à malefactore, qui non liberatur ex tali solutione, & addit aliam rationem, quia communitas ex propria negligentia tenetur. Vide, *Contemplatio multa operatur. Concluſ.* 965. Vide, *Dam-* ☞
num causans, Concluſ. prox. præceden. & iterum *in ver. Damnum reficere, qui teneantur. Concluſ. prox. seq.* † Limita, quia villa, quæ tenetur cape- 11
re malefactores, alias tenetur ad pœnam, & ad damnum, non capiens non habet regressum contra malefactorem, quia ex propria negligentia incurrit pœnam Rom. *consil.* 508. *Præsens consultatio, col.* 2. *in prin. ver. secundo probatur*, vbi, quod neq; potest obtinere sibi cedi iura à fisco. Vide, *Damnum, vel robariam, qui* ☞
emendare teneantur. Concluſio. 15.

Damnum reficere, qui teneantur. Concluſ. 8.

1 COLONVS † partiarius, vel conductor tenetur reficere domino damnum illatum, puta in arboribus oliuarum. *l. ſi merces* §. *conductor. ff. locat.* Bart. & Caſtrenſ. *in l. & hac diſtinctio*, §. *in fundum, ff.*
2 *eod.* per Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſam*, §. *res pignori, ff. ſi cert. petat.* † Reſponſalis in ciuitate Lugduni ſi partem mercium conſignat Delphino ad ſoluendas alias merces, tenentur omnes domini mercium, quæ ſaluæ factæ ſunt, concurrere ad damnum paſſum pro rata, ſicut dicimus de rebus proiectis tempore fortunæ, & de domibus diruptis ad ſaluandas alias ab incendio; quia concurrere debent domus ſaluæ factæ pro rata. Caſtrenſ. *conſil.* 220. *Proponitur in facto, lib.* 1.
3 Ambaſciator † captus debet redimi à ciuitate, vel principe, cu-
4 ius erat Ambaſciator. Caſtrenſ. *conſil.* 220. *in fin. lib.* 1. † Domus diruptæ ad ſaluandas domos vicinas ab incendio debent reficiab
5 alijs, quæ ſaluæ factæ ſunt. Caſtrenſ. *d. conſil.* 220. *lib.* 1. *in fi.* † Occidentes animal alienum tenentur non ſolum ad pretium, & valorem beſtiæ, ſed etiam ad damnum, & intereſſe animalis occiſi, late
☞ Plot. *in l. ſi quando, num.* 699. *&* 702. *C. vnde vi.* Vide duas proximas
6 præcedentes Concluſ. † Mercator mittens aliquens miniſtrum ſuum in negocio, ſi capiatur, & imponatur talea, tenetur liberare miniſtrum à talea impoſita, vide plene Ægid. Bellam. *conſil.* 22. *Quidam mercator*, vbi in princip. dicit in ſocio hoc procedere ſine dubio, & allegat multa pro affirmatiua, quod mandans aliquid tenetur reficere impendia contingentia pro exequutione mandati, & *num.* 14. dicit, quod eſt regula iuris, quod mandans tenetur ad impendia omnia mandatario gratuito, quia damnum debet ſequi
7 eum, qui lucrum percepturus erat. † Contrarium dicit in contractu locationis, quia non venit caſus fortuitus, neque in mandato, neque in alio actu, quando paſſus caſum fortuitum percipie-
8 bat ſalarium. Ægid. *d. conſil.* 22. *num.* 2. *& ſeq.* † Declara, quia aut miniſter ſe obtulit cauſa lucri principaliter, & dominus mittens non tenetur, ſecus ſi miſſus, & ſollicitatus, ire, forte oppoſuit de periculo, quia tenetur mittens, & idem eſt, quando negocium eſt commune, quia ambo tenentur pro rata. Ægid. *dict. conſil.* 22. *num.* 5. *ver. aliqui diſtinguunt, & num.* 7. dicit teneri ex æquitate, quia ſi mit-
9 tens fuiſſet per ſeipſum, maiora damna paſſus eſſet. † Extende, ſeu declara ſecundo, quia ſi periculum erat paratum, & potuit præuideri, tenetur mandans, prout de eo, qui rogatur venire ad bellum, ſi perdidit equum, rogans tenetur ad impendia, ſecus, ſi periculum non erat paratum, neque potuit præuideri; quia non tenetur mittens, niſi miſſus parere debuiſſet mittenti, prout ambaſciator, vel niſi periculum contigiſſet ſuper re, de qua principaliter
10 cõtrahebatur. Ægid. *d. conſ.* 22. *n.* 8. *ver. ego autẽ ſemel.* † Extende, quia vbicunque æquitas ſuadet, q̃ mandans teneatur, debent refici omnia impendia, vt quia mandans erat omne lucrum percepturus.
11 Ægid. *d. conſil.* 22. *num.* 10. *& ſeq. ver. hodie autem.* † Limita; quia filius non poteſt accuſari pro damno illato à patre in bonis accuſantis, quia lex diuina dictat, quod filius non portabit iniquitatem patris. Socin. *conſil.* 271. *colum. fin. lib.* 2. & lex ciuilis exclamat iniquum eſſe, vt filius odio patris prægrauetur, *c. non debet de reg. iur. in* 6. *l. ſi quis teſtamento*, §. *leges, C. de in offic. teſtamen.* cum pœna non debeat egredi ſuos authores, *l. ſancimus, Cod. de pœn.* imo eſt rubr. & ibi
12 text. clarus, *C. ne filius pro patre.* † Limita, quia mittens aliquem in negocio non tenetur ad caſus fortuitos contingentes miſſo; fallit primo, quando ipſe affectaſſet ſe mitti; ſecundo, ſi culpa caſum præcedentem commiſiſſet, tertio, ſi res non neceſſarias pro exequutione mandati perdidiſſet; quarto, ſi mercedem recepiſſet à mittente vltra impenſam neceſſariam, Ægid. *d. conſil.* 22. *num.* 8.

Damnum qualiter reficiat dominus animalium, & quæ actio competat. Concluſ. 9.

1 DOMINVS † non tenetur regulariter ad damnum illatum per ſua animalia vltra valorem animalium, ideo ſi conſignat
2 animal pro noxa liberatur, *l.* 1. *ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dicatur.* † Extende, quia ſi bos meus etiam cornupetens occidit equam tuam in paſcuis, dominus bouis debet condemnari alternatiue ad emendam equæ mortuæ, vel ad tradendum bouem pro noxa, *l.* 1.
☞ *ff. de noxal. & l.* 2. *C. eod. tit.* Vide, *Animalia bruta quæ ſint & in quibus de-*
3 *linquendo obligent dominum. Concl.* 332. † Limita, quando etiam dominus eſſet in culpa, vt quia ſciebat animal ſuum eſſe vitioſum, & non cuſtodiuit, quia tunc non ſufficit dare animal pro noxa, ſed tenetur in ſolidum, ſecus, ſi ignorabat, vel animal non erat ſoli-
4 tum eſſe vitioſum. Abb. *in c. ſi bos, de iniur. & damn. dat.* † Extende, quia ſi aſinus Titij vulnerauit Seium, & debilitauit, licet dominus non teneatur de vulnere; tamen tenetur ad impenſas per vulneratum factas, & etiam tenetur ad operas amiſſas per vulnera-
tum. Roma. *conſil.* 278. *Hic Dominicus*, vbi poſtil. dat concord. *in ver. factas.* † Actio de paſtu pecoris competit contra dominum, 5
quando immiſit animalia ſua in agro alieno; ſi vero animalia per ſe ſine domini facto vadunt in agro alieno, datur actio in factum, text. eſt & ibi Alber. *in l. qui ſeruandarum*, §. *ſi glans, ff. de præſc. verb.* text. cum gloſſ. & ibi Bald. *in l. fin. C. ad l. Aquil.* † Et quando anima- 6
lia inuenit dominus in agro ſuo, poteſt ea expellere ſine damno animalium, *l. Quintus*, §. *quamuis, ff. ad l. Aquil.* † Amplia; quia poteſt 7
etiam longius expellere, ne reuertantur de facili ad damnum. Bal. *conſil.* 146. *Alio die, circa fin. lib.* 4. † Extende in tantum, vt etiam ſi 8
animalia deperdantur ex tali expulſione, non teneatur expellens ad damnum deperditionis, quando maxime ſignificari fecit domino, vt iret pro animalibus expulſis. Bald. *conſil.* 146. *per totum, libro* 4.

Damni actio quibus competat. Concluſ. 10.

ACTIO damni illati alicui officiali competit tam ei, qui paſ- 1
ſus eſt damnum, vel iniuriam, quam domino ipſius iniuriati. Caſtrenſ. *conſil.* 424. *Quia ſcio, in princip. lib.* 1. vbi, quod damnum datum à Carolo Zeno Veneto, Ioanni Gubernatori Regio Ianuæ, poteſt peti tam ab ipſo Gubernatore, quam à Communitate Ianuæ, & Rege domino, vbi ponit exempla. † Extende, quia ſi 2
damnum infertur in vna re, quæ pertinet ad plures, poteſt vnuſquiſque pro rata ſui intereſſe agere. Caſtrenſ. *d. conſil.* 424. *in princip. ver. præterea quando damnum, lib.* 1. † Extende, quia imo ſi delictum 3
committitur in pluribus rebus ad eundem pertinentibus pro ſingulis competit proſequutio, quia tot ſunt delicta, quot res. Caſtr. *dict. conſil.* 424. *in princip. verſ. præterea quando, lib.* 1. † Declara, quia 4
actio pro damno dato non competit, niſi poſſeſſori, quia præſumitur dominus, & ſi inferatur quæſtio, quod non ſit dominus, debet docere de dominio incidenter. Caſtr. *conſil.* 56. *in princip. lib.* 2. Vide, ☞ *Accuſare qui poſſint de damno dato. Concluſ.* 161. Vide, *Colonus non ſuo, ſed nomine domini poſſidet. Concluſ.* 462. Vide, *Conductor non agit ad conſequutionem rei locatæ multis caſibus. Concluſ.* 611. Vide, *Damnum accuſans debet probare ſe dominum. Concluſ.* 12.

Damni actio contra quos detur. Concluſ. 11.

ACTIO † damni datur contra inuaſorem, & damnum dan- 1
tem ſine dubio. Caſtrenſ. *conſil.* 424. *Quia ſcio, num.* 3. *lib.* 1. Extende † etiam, ſi habeat is, qui damnum dat, vel inuaſionem fa- 2
cit, mandatum ſpeciale ab alio; quia per hoc non eximitur. Caſtr. *d. conſil.* 424. *num.* 3. *ver. tertio videndum, lib.* 1. † Extende, quia contra 3
quemcunque, ad quem res furata deuenit, poteſt damnum paſſus agere. Caſtrenſ. *d. conſil.* 424. *num.* 3. *in fin. ver. & generaliter, lib.* 1. Amplia, † quia imo ſine mandato, dominus tenetur pro damno, & 4
maleficio ſuorum officialium, ſiue nomine proprio delinquat, ſiue etiam nomine domini, dummodo in officio ſibi commiſſo delinquat. Caſtrenſ. *conſil.* 424. *num.* 3. *ver. ſed dubitatur, lib.* 1. † Am- 5
plia, quia imo dominus tenetur ex delicto ſubditi ſui, quando ſcit, & poteſt prohibere, ſed non prohibet, quia tenetur ſuo nomine, & ex ſua propria perſona. Caſtr. *conſil.* 424. *num.* 3. *verſ. præterea ex delicto, lib.* 1. † Extende, ſiue dominus ſciat, & non prohibeat, ſed 6
patiatur ante, vel poſt damnum, prout ſi portat ſciente domino rem deprædatam, & dominus permittit, quia cenſetur ratum habere. Caſtrenſ. *conſil.* 424. *num.* 3. *verſ. ſed hic licet communitas, lib.* 1. Extende † etiam, ſi ſubditus deprædatur in territorio alieno, quia 7
ſi dominus ſcit, & patitur, quando poteſt prohibere, tenetur pro eo. Caſtr. *d. conſil.* 424. *num.* 3. *ver. præterea ex delicto. lib.* 1. ſecus, ſi non poteſt prohibere, ibi *nu.* 6. *ver. Item non obſtat.* † Extende ex noua 8
contrectatione, quia ſi ſubditus extra domini territorium deprædatur, vel furetur, & ſciente domino portat prædam, & furtum in territorio domini ſcientis, & non prohibentis, ipſe dominus obligatur. Caſtr. *d. conſil.* 424. *num.* 3. *ver. ſed hic iſta prædatio, lib.* 1. Vide, ☞ *Dominus quando teneatur ex damno, vel delicto ſubditi ſui. Concluſ.* 615. Vide, *Pœna debet tenere ſolos delinquentes. Concluſ.* 212. Vide, *Accuſari qui* ☞ *poſſunt, vel non, & an ſemel accuſatus poſſit iterum accuſari. Concluſ.* 163.

Amplia † multis modis, contra cuſtodes, operarios, & 9
alios, vt *in ver. Accuſare qui poſſint, vel non, de damno dato. Concluſio.* 161.

Damnum

Damnum allegans probare debet, & qualiter probetur. Conclusio.

VIDE Mascard. *Conclus.* 470. *Communia damni*, vbi, quod allegans debet probare, & quod probatur per testes, etiam stante statuto, quod debitum non probetur, nisi per instrumentum, tamen si emanat à contentis in instrumento probatur per testes, limitat, quando est datum post litem cõtestatam, & debetur officio Iudicis, quia iuramento probatur idem in expensis litis: Limitat in damno illato per dolum, vel violentiam, quia probato dolo per testes probatur damnum per iuramentum, vbi declarat, vide eum, an habeat locum in vi ablatiua, compulsiua, & turbatiua, & plenius *Conclusione* 471. *numero* 5. *& seq.* vbi pro vtraque parte.

Damnum probatur per iuramentum eius, qui damnum passus est. Conclusio.

VIDE Mascard. *Conclus.* 471. *Damnum an probetur*, vbi ponit hanc regulam, & reddit rationem propter difficilem probationem, & in odium damnum dantis: ampliat; quia de iure ciuili non appellatur, secundo in omni genere violentiæ, si damnum datur, vbi pro vtraque opinione, item ampliat in causa syndicatus, item transit etiam ad hæredes informatos; Item contra hæredes damnum dantis; Item, si debetur ex contractu; Item, si damnum prouenit à furto; Item contra conductorem, limitat 13. modis: Primo, si cessat dolus, damnum dantis: Secundo in eo, qui tenetur ex delicto alterius, & declarat: Tertio, nisi prius constet de damno in genere: Quarto, debet iurari de tempore damni illati: Quinto, si sola culpa interuenit: Sexto, si iurans non esset persona honesta: Septimo, secundum qualitatem personæ: Octauo, cessante difficultate probandi: Nono, nisi probetur contrarium, vbi declarat: Decimo, si agitur criminaliter: Vndecimo, si Iudex videret, quod iurans deuiaret: Duodecimo, coram Iudice habet iurare: Decimotertio, non habet locum in damno, sed in quantitate damni. Vide plenius. *Statutum circa damnum, quod stetur dicto damnum passi, quando habeat locum, vel non. Conclus.* 501.

Damnum accusans debet probare se dominum, & quando. Conclus. 12.

1 IVS † accusandi pro damno dato competit domino; ideo accusans damnum datum in prædio, debet probare se dominum prædij, *l. item Mela, §. legis, & §. sed & si seruus bona fide. ff. ad leg. Aquil.* ita
2 Specul. *de probat. §. videndum. ver. sed pone statutum.* † Extende, quia colonus, vel conductor non accusat de damno, quia non est dominus, neque possessor. Vide, *Damni actio quibus competat. Conclus.* 10.
3 Extende † ad quasi dominum bonæ fidei, Alexand. *consil.* 137. *Viso processu, in princip. lib.* 7. *l. dominus seruis, ff. ad l. Aquil.* & dicit Alex. vbi supra, quod sufficit, quod is, qui accusat damnum, probet titulum suum, ex quo præsumitur bona fides, & possessionem.
4 Contrarium, † quod imo sufficiat probare possessionem, quia actio damni dati competit possessori de iure communi. Alexand. *consil.* 88. *num.* 3. *lib.* 5. Papiens. *in forma libelli pro turb. possess. §. hodie.* De-
5 clara, † quia accusans de damno sufficit, quod sit dominus, vel possessor rei, in qua damnum est datum; secus, si non esset dominus, vel quasi, neque possessor, & ideo is, qui dicit rem, in qua damnum est datum, ad se pertinere, nec dicit iure dominij vel quasi, neque iure possessionis, debet succumbere, quia verbum, *pertinere*, potest verificari etiam in obligatione personali; igitur cum eo iure non possit accusare, succumbit accusator. Bart. ple-
6 ne *consil.* 15. *Visa accusatione, in princip. lib.* 2. † Amplia, quia nedum accusans de damno dato debet probare se dominum, vel quasi, vel possessorem, sed etiam in accusatione debet exprimere, quod res, in qua est damnum datum, ad eum spectat iure dominij, vel possessionis, alias succumbit, Bartol. *d. consil.* 15. *in princip. lib.* 2. Vide, *Accusare qui possint, vel non, de damno dato. Conclus.* 161.

Damnum præsumitur illatum ab inimico, vel à vicino malæ conditionis, & probatur per confessionem extraiudicialem, & alijs modis. Conclus.

VIDE Mascard. *Conclusio.* 472. *Damnum in dubio præsumitur illatum.*

Damnum qui sentit, debet & sentire lucrum, & è contra. Conclus. 13.

QVI † sentit commodum & lucrum, debet sentire incommo- 1
dum, & damnum prouenions ex eadem re, vel eadem causa, quæ affert commodum & incommodum, & istud est de iure naturæ. *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* † Amplia, quia commoda, & 2
priuilegia ex parte vna, & incommoda, seu onera ex altera se habent ad inuicem, tanquam correlatiua, vt vbi sunt prima, sint & secunda, & è contra. Castr. *consil.* 307. *num.* 2. *ver. secunda ratio, lib.* 2. vbi plura. † Extende, quia propterea receptus ad ciuilitatem cen- 3
setur receptus quoad onera, & commoda, quia non fit separatio. Castr. *d. consil.* 307. *ver. secunda ratio.* † Declarat tamen extensionem 4
nisi ciuilitas sit concessa ad merum fauorem, prout scholaribus, quia intelliguntur ciues quoad cõmoda, ne quod fauore introducitur odium operetur. Castr. *consil.* 307. *col.* 2. *ver. tertio ad idem, lib.* 2. Amplia, † quia ista naturalis ratio, quod qui sentit commodum, 5
debeat etiam sentire damnum, procedit etiam contra infantem, & impuberem. Rom. *consil.* 282. *In casu præsuppositio, in fin.* † Et ideo 6
Episcopus, qui præest passioni, & oneri, debet præesse consolationi. *c.* 1. *de sepult.* Rom. *consil.* 514. *In quæstione, num.* 2. *ver. tertio quia*, vbi, quod subueniri debet ijs, qui curam, & sollicitudinem Ecclesiatũ habent, & rebus Ecclesiarum. † Et qui altari seruit de altari vi- 7
uere debet. Vide, *Altari seruiens de altari viuere debet. Conclus.* 312. Extende, † quia is, qui negociatur cum periculo proprio, debet ha- 8
bere lucrum, secus, si cum periculo alieno, quia semper est verum, quod lucrum sequitur periculum, & è contra. Rom. *consil.* 475. *n.* 7. *ver. illud enim.* † Amplia, quia à quo remouetur officium oneris, 9
remouetur officij præmium. *l. Nesenius, ff. de excus. tuto.* Rom. *consil.* 477. *In causa, n.* 19. *ver. quarto prob.* † Extende, quia Episcopus, qui 10
non substinet onera iurisdictionis, non debet habere emolumenta eiusdem iurisdictionis, Rom. *consil.* 514. *In quæstione, in princ.* Amplia, † quia à pari procedunt per omnia, quod pro qua rata socius 11
vel quicunque obligatur ad damnum, pro eadem debeat sentire lucrum, & è conuerso, pro qua rata debet sentire lucrum, eadem ratione debeat sentire damnum, Alex. *consil.* 139. *Perspectis, num.* 4. *ver. quatenus autem, lib.* 5.

Damnum vt euitetur, magis est fauendum, quam vt lucrum capiatur. Conclus. 14.

ERRANS † in iure nunquam excusatur, vt lucrum capiat, sed 1
bene excusatur, vt damnum euitet, Feder. de Sen. *consil.* 112. *Amice charissime, n.* 3. *ver. sed quæritur, & n.* 4. & mulierẽ ignorantia iuris excusat, quando tractat de damno vitando. Bald. *cons.* 151. *Casus, quædam mulier, in fi. lib.* 1. secus, si tractat de lucro captãdo, nisi in casibus à iure expressis. Fulg. *cons.* 89. *In quæstione Ioannis, n.* 4. Alex. *cons.* 17. *Ponderatis, n.* 6. *& seq. ver. Sed in proposito, lib.* 3. † Et error etiam in 2
facto proprio dicitur tolerabilis, & excusat, quãdo agitur de damno vitando, secus, si de lucro captando. Alex. *cons.* 69. *n.* 17. *ver. probatur etiam, lib.* 5. *& cons.* 69. *In causa, n.* 3. *& 4. ver. Non obstat, lib.* 3. † Im- 3
peditus admittitur ad probandum impedimentum solo suo iuramento, quando tractat de damno euitando. Gem. *cons.* 152. *nu.* 3. *ver. & quia tractatur.* † Regula generalis est, quod semper in pari causa 4
melior est causa tractantis de damno vitando, quam de lucro captando. Rom. *cons.* 179. *Amplissime Doctor, n.* 17. *ver. & ad hoc.* † Læsus 5
ex ignorantia iuris si tractat de damno vitando, ne obligetur, excusatur, secus si tractat de lucro captando. Bal. *cons* 384. *Proponitur, quod frater, circa med. ver. Præterea considerandum, lib.* 1. *& cons.* 227. *Proponitur, quod post med. ver. sed opponо, lib.* 2. † Et procedit etiam in rusti- 6
co, & in ijs, qui alias excusarentur, quia si tractant de lucro, non excusantur ex ignorãtia statuti, secus, si tractant de damno. Alex. *cons.* 7. *Attentis, in fi. lib.* 7. † Ratio legis, vel statuti licet cesset, non tamen 7
cessat lex, quando verba non deficiunt, contra eum, qui tractat de lucro captãdo, secus, si tractat de damno vitando. Soc. *cons.* 1. *In casu supra narrato, n.* 17. *ver. præterea, lib.* 1. † Æquior & benignior est o- 8
pinio, quæ confouet huic regulæ, quod melius est aliquem indebite lucrum perdere, quam alium indebite damnum pati. Castr. *cons.* 241. *In quæstione, quæ vertitur, in fin. lib.* 1. † Et admittitur error et- 9
iam in facto proprio, quando errans tractat de damno vitando, quod non admitteretur, si tractaret de lucro captando, Bal. *cons.* 231 *In causa nobilium, lib.* 2. † Minorem comprehendit dispositio statu- 10
ti loquens de præscriptione, quando minor tractat de lucro captando, secus, si tractat de damno vitando, Bart. *in l. fin. C. in quibus caus. restit. in integ. non est necess.* licet Alex. *cons.* 119. *Quoniam, num.* 35. *ver. idem tenuit.* dicat * communem contra Bart. & aliam distinctionem * affert. † Sic mulier & rusticus, licet excusentur in multis, tamen 11

non excusantur, quando tractant de lucro captando, ideo si statutum dicat, quod non producens pacem intra octo dies, non gaudeat beneficio pacis, nō excusatur fœmina & rusticus, qui nec ex-
12 cusatur ignorantia, Alex. *d. consil. 119. nu. 38. ver. decimo, lib. 6.* † Sic si non fecit mulier, vel rusticus hæres inuentarium, non excusantur, quin si adiuerint, teneantur, quia tractant de lucro captādo; Alex.
13 *d. consil. 119. n. 39. vers. ad hoc, quod lib. 6.* † Probatio leuior sufficit ad excludendum aliquem à lucro captando, quam tractaret de damno euitando, ideo probatur homicidium factum à marito in personam vxoris per famam, & fugam mariti, vt non consequatur lucrum quartæ partis, Bal. *consil. 254. Proponitur quod vxor, per totum*, ma-
14 xime *in fi. lib. 2.* † Et è conuerso, qui agit pro lucro captando contra iuramentum prætextu erroris non probat errorem ex probatione quod res aliter se habeat, quæ probatio esset sufficiens, si tractaret
15 de damno vitando. Alex. *consil. 17. Ponderatis, n. 6. & 7. lib. 3.* † Statutū generaliter loquens licet non extendatur ad casus omissos contra ius commune, tamen quando is, qui agit, vt statutum restringatur, tractat de lucro captando, nunquam fit restrictio. Bald. *consil.*
16 444. *In nomine Domini, Amen. Anno Domini, in fin. lib. 2.* † Restitutio in integrum datur minori aduersus contractum iuratū, si non fuit certioratus de beneficio restitutionis, quando tractat de damno vitando. Dyn. *consil. 5. Quæstio talis est, quidam nomine, per totum*, maxime *num. 7. vsque in fin.* vbi quod facilius datur isto casu, quam si tra-
17 ctaret de lucro. † Et quod non detur restitutio minori, vt capiat lucrum, quando alius tractat de damno. Crauet. *consil. 271. num. 6.*
18 *& 7.* Vide, *Restituto in integrum non releuat, nec datur multis casibus. Conclusio. 295.* † Item minor non restituitur contra minorem; quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio. *l. fin. ff. ex quib. caus. maior.* quod fallit, quando petens tractat damno, al-
ter de lucro, text. & ibi Bartol. *in l. fi. §. Item quæritur, ff. de minor.* Vide, *Restitutio in integrum datur minoribus multis casibus, & quando secus Concl.*
19 284. † Dolus & delictum si versatur in contractu ex parte vtriusque, is, qui agit de damno vitando, auditur, qui alias non audiretur, si tractaret de lucro, etiam si agat, ex quo actio sapit defensionem, ideo agens ad rescissionem obligationis contractæ ex turpi causa, vel delicto, auditur in pari causa turpitudinis. Bal. *consil. 114. Factum tale est, Pica, in fi. num. 4. lib. 4.* † Ignorantia non ita præsumitur, quando aliquis tractat de lucro, prout si tractaret de damno,
21 quia tractans de lucro tenetur inuestigare id, quod alij sciunt. Bal. *consil. 484. Casus talis est, in fin. lib. 4.* † E conuerso licet actus ignoratus non releuet ignorantem, tamen si agitur, vt ignorans patiatur damnum, attenditur veritas actus, non ignorantia, vt releuetur à
22 damno; Alexand. *consil. 36. Viso themate, in fin. lib. 4.* † Turpitudinem suam licet quis allegare non possit, tamen fallit, quando allegans tractat de damno vitando, alius de lucro captando, Riminald. Iun. *consil. 62. & numer. 29. & seq. lib. 1.* Alexand.
consil. 59. lib. 1. in fin. Vide, *Turpitudinem, vel dolum suum allegans non auditur, & quando secus. Conclus. 404.* † Extende, quia non potest quis
23 impugnare sententiam latam ad fauorem sui auctoris, vt lucrum capiat, quia allegaret turpitudinem; secus, si impugnaret, vt damnum euitet, Alex. *consil. 69. num. 8. lib. 3. & consil. 63. Stantibus, num. 22.*
24 *& 23. ver. non obstat insuper, lib. 4.* † Et agens de simulatione, quia tenetur exprimere causam, & speciem simulationis, siue agat, siue excipiat, vt repellatur, si dolum, & tupitudinem suam allegat, tamen si ipse agens, vel excipiens tractaret de damno vitando, alter, contra quem tractaret de lucro, audiretur, quia fauorabilior est causa tractantis de damno in pari causa turpitudinis. Alexand.
25 *consil. 111. Viso superiore, num. 2. ver. & quamuis, lib. 3.* † Mora irregularis, quia causatur ipso iure ad fauorem minoris, non habet locum contra alium minorem, maxime, quando creditor ex tali mora percipere vellet lucrum, alter vero damnum pateretur. Fulgos.
26 *consil 124. Egregius miles, circa fin.* † Imo mora irregularis non habet locum in lucro captando, quæ tamen releuat in damno vitando.
Ruin. *consil. 55. num. 11. lib. 2.* Vide, *Interesse non debetur multis casibus.*
27 *Conclus. 309. num. 49. & seqq.* † Priuilegiatus, qui non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, eo vtitur, quando tractat de damno vitando, & pariter priuilegiatus de lucro captando. Petr. de Anchar. *consil. 37. Contra Ioannem, in princip.* Roma. *consil. 179. Amplissime Doctor, num. 16. vers. quia clarum*, allegat tex. *in l. verum, §. fin. ff. de*
28 *min.* & apostil. ibi *in ver. captando, & in ver. damno*, citat plurimos. † Interesse debitum officio iudicis mercenario, quod peti non potest soluta sorte principali, potest peti, si is, qui recepit sortem, tractat de damno, alter de lucro captando. Cephal. *consil. 485. num. 113. &*
29 *seq.* † Amplia, quia procedit regula etiam contra Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, quia si tractant de lucro, & laicus de damno, in pari causa, præfertur laicus, vt euitet damnum. Petr. de Anch.
consil. 49. De viribus professionis, in fin. vbi loquitur in eo, qui emit à professo, qui publice habebatur pro mere laico sciente superiore suo, vt si monasterium agat contra emptorem, succumbat; quia tractat de lucro. † Extende in resignatione etiam rei spiritualis, 30
quia si resignati beneficium Titio, vel officium reseruata mihi pensione, si Titius dicat non posse sustineri pensionem, debet restituere beneficium, vel officium, quia resignans tractat de damno, resignatarius de lucro, & in pari causa melior est conditio eius, qui tractat de damno vitando. Anch. *consil. 313. Nisi legibus,*
per totum. † Opiniones si sunt controuersæ inter Doctores, bo- 31
na est distinctio, vt si vnus tractat de damno, & alius de lucro, præualeat opinio illa, quę fauet tractanti de damno. Zabarel. *consil. 74.*
in fin. vbi, an notariatus probetur ex quasi possessione, vel requiratur priuilegium, quod est controuersum, & ideo præualet opinio, quæ fauet tractanti de damno vitando. † Si vero ambo tra- 32
ctant de damno, & diminutione patrimonij, tunc fauendum est illi, qui habet præsumptionem pro libertate, vel alio fauore. Rom.
consil. 241. num. 12. ver. vltimate. † Bonæ fidei dicitur errans in iure, 33
puta si emit rem prohibitam alienari, sed credidit potuisse pro legitima alienari, quando agit de damno vitando, puta quod deducat melioramenta in re empta facta, secus si agat de lucro captando, puta, quod valeat alienatio, vel lucretur fructus, quia erit malæ fidei. Castrens. *consil. 247. In causa, quæ vertitur, col. pen. numer. 7. ver.*
venio ad tertium, lib. 1. vbi dicit eum bonæ fidei quoad fructus consumptos, si non est factus locupletior, secus, si esset factus locupletior, † Latior fit interpretatio liberationis ex causa onerosa, 34
quam ex causa lucratiua. Fulgos. *consil. 89 In quæstione, in fi.* † Scien- 35
tia præsumitur in eo, qui tractat de lucro captando, & quod dicitur obliuionem præsumi, procedit in eo, qui tractat de damno, non autem si de lucro tractatur. Crau. *consil. 271. nu. 8.* † Quod tibi 36
non nocet, & alteri prodest, facile concedi potest. Vide, *Prodesse*
omnibus & obesse nemini obligamur. Conclus. 863. † Extende, quia 37
alijs prodesse non compellimur, sed compellimur non nocere, *l. 2.*
§. item Varus, ff. de aqua pluuia arcen. † Amplia, quia replicatio eui- 38
tatoria damni contra exceptionem lucrosam debet admitti. Incertus author post regulas Socin. *regul. 2. Replicatio euitatoria*, vbi ponit duas fallentias, prima est, nisi replicatio agentis de damno tangeret personam, & non causam; secunda, quando non esset replicatio de eodem facto. † Limita, quia vbi agitur de modico præiu- 39
dicio, non consideratur, quis damnum, vel lucrum capiat. Alex.
consil. 113. Viso & diligenter, nu. 10. ver. quia si quis, lib. 4. † Limita, quia 40
si sunt in pari causa, vt qui, vel ambæ partes tractant de lucro, vel de damno, fauendum est reo. Castrens. *consil. 136. Visis, col. fi. num. 6.*
in fi. lib. 1. † Dicitur autem de lucro tractare mater, quæ petit hæ- 41
reditatem filij, & non petijt tutorem intra annum; ideo non excusatur. Fulg. *consil. 89. In quæstione Ioannis, num. 4.* Vide plenius *in ver.*
Lucrum dicitur multis modis. Conclus. 450. † Idem est, si tractat succe- 42
dere mediante persona filiorum, quia dicitur tractare de quasi lucro, quod in hac materia æquiparatur lucro, vt dicit Alex. *consil. 17.*
Ponderatis, num. 7. lib. 3. † Extende, quia in donatione reciproca, 43
quando neuter soluit gabellam, & statutum annullat contractus non soluta gabella certo termino, neuter agit ad nullitatem, quia vterque delinquit, & agens, vt donatio non obseruetur, dicitur potius tractare de lucro, quam alius, qui pro obseruātia agit, quia licet sit donatio, non tamen est gratuita. Anch. *consil. 291. Super pluribus, num. 10.* Vide, *Conditio melior cuius sit in pari causa. Conclus. 603.*
Vide, *Lucratiua causa minus priuilegium habet, quam onerosa. Conclus. 451.*
Vide, *Lucrum cessans & damnum emergens multiplex. Concl. 452. & Concl.*
ibi proxima sequente, vbi in quibus differant.

Damnum, vel robariam qui emendare teneantur. Conclusio 15.

COMMVNITAS † Villæ, vel Castri tenetur emenda- 1
re robariam, vel furtum in suo territorio commissam, quando sciuit, & prohibere potuit, alias non. Bartol. *in l. ne quid*
numer. 2. ff. de incend. ruina, naufrag. vbi, quod tenentur in simplum. Et † quando tenetur Villa, vel Castrum, condemnari debet 2
eo modo, quo delinquens ad omnia damna & interesse, prout de principali. Plot. *in l. si quando, C. vnde vi, numer. 699. & 702.* & de subrogato idem per regulam. *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio.*
Dec. *consil. 3.* † Amplia, quia etiam domini prædiorum parti- 3
cularium tenentur, si sciuerunt, & potuerunt, quia tenentur simpliciter, & ciuiliter in simplum. Bartol. *dict. leg. ne quid, ff. de*
incend. rui. naufrag. † Amplia, quia in tantum tenentur domi- 4
ni, & Communitates prohibere, vt si sciant, & non prohibeant valentes, si non compellantur pro iustitia facta diligentia coram superiore possint impetrari repressaliæ. Cuman. *d. consil. 151. num. 4.*

&

5 *& seq.* † Amplia, quia princeps, vel Episcopus, & alius quilibet tenetur de robaria, & furtis factis p suos familiares, & subditos, qui-
6 bus potuit prohibere. Anch. *cons.* 158. *Ex narratis, n.* 3. *& seq.* † Extende, quia omnis, qui potest prohibere delictum, & malum, & non prohibet, tenetur ad damnum; imo non caret suspitione occultæ societatis. Anch. *cons.* 158. *nu.* 4. vbi, quod schismaticus appellatur.
☞ Vide, *Officiales quando teneantur ex delicto familiæ suæ vel non. Concluſ.* 99.
7 † Extende, quia officialis tenetur pro delicto suæ familiæ; quia est in mala electione, & potuit prouidere. Bald. *cons.* 335. *circa fin. lib.* 1.
8 † Declara, vt per Bart. in *l.* 1. §. *familiæ, & §. fin. ff. de publica.* quia exhi-
9 bendo liberatur, vt ibi declarat. † Extende; quia Ecclesia non resistens delictis sui administratoris, si potest, videtur particeps in delictis, & tenetur ad damna illata. Anch. *d. cons.* 158. *nu.* 6. vbi in Capi-
10 tulo Ecclesiæ Bremen. † Extende in omnibus assistentibus officio, quia debent resistere, quantum possunt suo superiori, ne quid agat
11 iniuste. Anch. *cons.* 158. *n.* 16. † Extẽde etiam in subditis; quia si possunt, debent resistere suo superiori, alias tenentur. Anchar. *d. cons.*
12 158. *n.* 16. † Extende, vt multo magis procedat in superiore, vel ciuitate, si non phibent subditos à delictis; quia ipsi tenentur. Anch.
13 *cons.* 158. *n.* 18. † Contrarium tenet Oldr. *cons.* 315. *nu.* 3. vbi, quod non
14 tenentur, nisi habentes dominicam, vel patriam potestatem. † Declarat Anch. *d. cons.* 158. *n.* 16. *v. ad hoc dico.* vt in actibus momẽtaneis, prout est homicidium, & similia, non teneantur; in actibus vero successiuis, prout est bellum, deprædatio, & similia, teneantur.
15 † Declara secundo, quia in Ecclesia & Vniuersitate sit rigor; ideo teneatur, quatenus locupletior est facta. Anch. *d. cons.* 158. *n.* 19. quia etiam hæres tenetur ex delicto defuncti, in quantum est locuple-
16 tior factus. † Amplia, quia tenentur Capitulum, & Canonici tueri iura suæ Ecclesiæ ab omni bello, iniuria, & vsurpatione, alias debent deponi, & excommunicari, & tenentur ad damna. Anch. *cons.* 158. *nu.* 19. *ver. per prædicta patet.* vbi, quod tenentur ad quadruplum.
17 † Extende, vt idem sit in clero, & clericis Ecclesiæ, quia si vident Ecclesiam propriam spoliari, debent de facto resistere, etiam vltro
18 se opponentes. Anch. *cons.* 158. *nu.* 21. *& seq.* † Extende in coniunctis, quia tenentur propulsare iniuriam coniuncto factam, si possunt,
19 alias videntur delicto consentire. Anch. *d. cons.* 158. *nu.* 22. † Extende in omni recognoscente feudum, vel aliud beneficium, quia tenetur iuuare dominum resistendo, alias priuatur. Anch. *d. cons.* 158. *nu.*
20 23. † Limita, quia Communitas loci non tenetur emendare damnum, furtum, vel robariam, nisi vel exigat pedagiũ, vel nisi habeat iurisdictionem in territorio. Cuma. *cons.* 151. *In causa vertente, per tot.*
21 qui loquitur ex sola scientia. † Limita, quia non tenetur Communitas, quando constat de delinquentibus, qui possunt conueniri. Cuman. *d. cons.* 151. *in fin.* & idem Bald. *cons.* 445. *ver. circa causam, lib.* 4.
22 † Extende, etiam si plene nõ constat, dummodo per præsumptiones constet, veluti si dans damnum extra iudicium confessus sit se dedisse, & concurrat præsumptio inimicitiæ, ideo tunc Communitas non tenetur. Castrens. in casu, quem ponit post *cons.* 174. *lib.* 1.
23 † Limita, quia si damnum fiat de nocte, non obligatur Communitas. Castr. post *cons.* 174. in casu ibi posito, *lib.* 1. vbi loquitur de Cõ-
☞ munitate Burgi sancti Sepulchri. Vide ad ista plenius in *ver. Statutum circa damnum emendandum. Concluſ.* 449. † Qualiter autem dam-
24 num soluatur per Vniuersitatem, dicas, quod pro quantitate patrimonii vnusquisque debet concurrere, non autem æqualiter debet pauper soluere, quantum diues. Rom. *cons.* 89. *n.* 3. *v. tertio, quia,*
25 vbi apostil. in *ver. patrimonii*, dat concord. † Extende, quia similiter reperto malefactore, si recuperatur ab eo id, quod solutum est, debet distribui inter eos, qui soluerunt pro rata, quam soluerunt,
26 & non aliter. Roma. *d. cons.* 89. *n.* 3. † Qualiter Communitas probet
☞ fecisse diligentiam, Vide Mascard. *Concl.* 518. *Diligentia.* Vide, *Negligentia quid sit, & qualiter probetur, vel non. Concl.* 32. Vide, *Statutum, quod castrum vel villa teneatur emendare damnum. Concl.* 500.

Dare verbum importat *dominium transferre*, & de verbis, *dedit, vendidit, & tradidit*, & similibus. Concluſ. 16.

1 DARE † proprie importat facere accipientis, & sic dominium transferre. Bald. *cons.* 98. *Bertonus de Couo, in prin. n.* 3. *ver. secundum verbum est, lib.* 1. Soci. *cons.* 93. *Circa primum, n.* 16. *ver. confirmatur etiam,*
2 *lib.* 1. † Declara, dummodo exprimatur causa habilis ad dominii translationem, alias nuda traditio non importat dominii translationem, *l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin.* Roma. *cons.* 337. *quoad primum, n.* 4. & ideo qui dat sine expressione causæ, si res est modica, præsumitur donatio, si vero est magna, præsumitur mutuũ, vel commodatum, aut depositum, prout res est proportionata. Rom.
3 vbi supra *num.* 3. *in fin.* † Et verbum, *dedit*, intelligitur cum effectu.
4 Bald. *cons.* 44. *Iste dominus, num.* 2. *ver. & considera, lib.* 2. † Restringe, quia non importat translationem dominij, quando constat, quod possessio non fuit data, neque tradita; & tunc intelligitur respectu
5 pignoris. Soci. *cons.* 93. *Circa primum, nu.* 2. *& seq lib.* 1. † Amplia; quia verbum, *dedit*, exponitur, ideſt, *tradidit.* † Restringe, vt nõ procedat, 6
quando constat, quod traditio non fuit facta. Soci. *cons.* 93. *n.* 2. *ver. nec etiam potest, lib.* 1. † Amplia; quia verba inculcata, *dedit, vendidit,* 7
tradidit, si sunt dicta in præsentia rei, important dominij translationem; si in absentia, important facultatem accipiendi propria authoritate. Rom. *cons.* 509. *Circa propositam, nu.* 23. *& seq. ver. quo vero ad res corporales.* vbi, quod præsentia non præsumitur rei, nisi adsint verba, quæ hoc importent, prout, *exhibitionem fecit*, & alia similia; quia cum hoc importent, statur verbis; sicuti si instrumentum dicat, quod facta fuit promissio per stipulationem; quia præsentia partium præsumitur; quia stipulatio hoc importat. † Extende, vt 8
idem sit, quando fit confessio de recepto, quia si præsenti pecunia, importat veram numerationem. Bartol. in *l. prædia. ff. de acquir. possess.* vbi plenissime. Declara, vt in *ver. Traditio quid sit. Concl.* 339. ☞ Vide, *Dominium rerum qualiter transferatur. Concl.* 602. *nu.* 24. *& seq.* Vide, *Clausulæ contractuum diuersæ, & earum importantia. Concluſ.* 294. † Limita; 9
quia verbum, *tradere*, non importat dominii translationem, neq; quod faciat rem accipientis; ideo venditor tenetur ad traditionẽ, non ad dandum rem venditam, *l.* 1. vbi Castr. & alii, *C. de actio. empt.* & plenius in *Lex empto. ff. eod.* Vide tamen in *ver. Venditor obligatur emptori. Concluſ.* 54. vbi inest hæc promissio tradendi in venditione. ☞
† Extende; quia idem importat præstare, quod tradere Castrens. 10
d. l. ex empto, num. 4. *ff. de actio. empti.* † Limita; quia verbum, *dare*, in 11
contractu pignoris non importat dominium transferre; quia repugnat naturæ contractus. Alex. *cons.* 156. *Viso instrumento, num.* 5. *ver. nec obstat, lib.* 6. † Limita in venditione, quia verbum, *dedit, tradidit,* 12
&c. non importat translationem dominij, quia venditor non tenetur ad transferendum dominium, *l. ex empto, in princ. ff. de actio. empti*, ita Alexan. *cons.* 156. *num.* 6. *ver. nam cum de natura, lib.* 6. vbi, quod propterea stat impropriè. † *Do*, exponitur *restituo* aliquando, & 13
importat *donare, perdere.* Roman. *cons.* 509. *Circa propositam, num.* 8. *ver. & sic intelligantur*, vbi apostil. in *ver. pro, do.* † Et de verbo, *detur, consi-* 14
gnetur, vel concedatur, quod sint verba generalia apta comprehendere omnes contractus, & omnes causas, late Alex. *cons.* 7. *Attentis, num.* 12. *ver.* & ibi, dum dixit, *detur, consignetur, vel concedatur, lib.* 7. & plenius *n.* 14. † *Concedo*, licet importet dominij translationem; ta- 15
men est verbum æquiuocum, & secundum materiam subiectam accommodatur. Socin. *cons.* 93. *Circa primum, num.* 4. *lib.* 1. † Item im- 16
portat donationem. Soc. *d. cons.* 93. *nu.* 17. *lib.* 1.

Dare alteri nemo potest id, quod ipse non habet Concl. 17.

NEMO † dat, quod non habet. *l. traditio. ff. de acquiren. rer. domin.* 1
Anchar. *cons.* 318. *In quæstione, n.* 4. & 5. plene Ægid. Bellam. *cons.* 10. *num.* 10. vbi dicit * communem. Flor. de sancto Petro *cons.* 7. *n.* 2.
† Et habens medietatem rei non potest totam transferre; quia so- 2
lum partem suam transfert, *l. serui electione, §. cum fundus, ff. de legat.* 1.
† Et datum à non habente facultatem dandi habetur pro non da- 3
to. Abb. *cons.* 3. *Nitar. n.* 4. *in fi. ver. venio ad quintam, lib.* 2. † Et nemo po- 4
test plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat, *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* Io. de Anan. *cons.* 86. *Pro expeditione*, Ægid. *d. cons.* 10. *num.* 10. vbi * de communi. Flor. de sancto Petro *cons.* 8. *nu.* 2. † Et hære- *
di suo ius adeundi non transmittit, quando ipse hæreditatem nul- 5
lo iure consequi potuit Roma. *cons.* 442. *Vt decisionem, in fi.* † Et hæ- 6
redi suo maius cõmodum defunctus non relinquit, quam ipse haberet, *l. nemo plus commodi, ff. de reg. iur.* Io. de Anan. *cons.* 86. *in pr.* Rom. *cons.* 159. *in princ.* vbi argumentum sumit ex hoc, quod alias induceretur absurdum. † Declara speciale in *l. fi. C. de domesti. & protecto. lib.* 7
12. † Extende etiam si per plures manus fiat traditio; quia vltimus 8
non potest habere plus iuris quam habeat primus tradens. Io. de Anan. *d. cons.* 86. *in princ.* † Regula est, quod propterea resoluto iure 9
datoris, resoluitur etiam ius accipientis. Vide, *Resoluto iure datoris.* ☞
Concl. 272. † Amplia in feudo, quia feudum antiquum habens, si 10
illud alienat, eo mortuo sine filiis, agnati per ius accrescendi illud reuocant ab emptore, quia dicitur resolutum ius datoris per mortem. Bald. *cons.* 38. *circa med. ver. in contrarium, lib.* 1. † Amplia, quia 11
nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat, ideo creditor emphyteutæ etiam anterior non potest præferri domino in vtili dominio in casu caducitatis, quia emphyteuta, vel habens liuellum non potest plus iuris transferre in creditorem, quam ipse habeat. Io. de Imol. *cons.* 8. *num.* 6. † Amplia, quia effe- 12
ctus regulatur à sua causa. Vide, *Effectus à causa regulatur. Concluſ.* 49. ☞
† Amplia, quia vsufructuarius, qui non habet dominium pro- 13
prietatis, neque possessionem ciuilem non potest donando, vel constituendo in alium transferre, quia quod ipse non habet, alteri

14 tradere non potest. Anchar. *cons.* 318. *nu.* 4. & 5. † Extende in hærede qui ex sola additione non acquirit possessionem sine apprehensione; quia constituendo se tenere non transfert in alium possessio-
15 nem, quam non habet. Anch. *d. cons.* 318. *num.* 4. & 5. † Extende in quocunque non habente dominium; quia alteri tradere non po-
16 test. Castr. *cons.* 332. *Visa supradicta, num.* 3. *ver. constat etiam, lib.* 2. † Amplia, quia vendens ius aquarum, si ante venditionem passus est sententiam inducentem seruitutem aquarum non potest plus iuris transferre in alium, quam habeat. Io. de Imol. *cons.* 40. *per totum.*
17 † Et si quis vendat aquam pro molendino, non potest emptor plus iuris habere, quam venditor; quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat; ideo vel debet docere de dominio vendentis, vel docere, quod bona fide præscripserit. Castr. *cons* 133.
18 *Iste Martinus, lib.* 2. † Extende idem in laudo, vel confessione authoris, quia præiudicat singulari successori, vt plus iuris non conse-
19 quatur, quam habeat tradens. Imol. *d. cons.* 40. Vide, *Confessio authoris quando noceat successori, vel non. Concl.* 663. † Amplia, quia vendens rem alienam non transfert dominium, neque ius in emptorem, quia nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat. Flo-
20 rian. à sancto Petro *consil.* 7. *numer.* 2. † Amplia; quia hæres non habet ius patronatus in Ecclesia fratrum Mendicantium ædificata à defuncto, quia defunctus habere non potest; ideo nec alteri transferre potuit, quod ipse non habebat. Io. de Anan. *cons.* 86. *in princip.*
21 † Amplia quia is, qui caret iurisdictione, subdelegare alterum non potest, quia carentia iurisdictionis inducit carentiam iuris subdelegandi, *l.* 1. C. *qui pro sua iurisdict.* ita Rom. *cons.* 330. *Circa primum. n.* 3.
22 *ver. secundo, quia.* † Amplia, vt procedat etiam in eo, qui constituit procuratorem generalem, & cum libera; quia tale mandatum non potest continere maiorem authoritatem in mandatario, quam haberet mandans; ideo non potest talis procurator inuestire ignobilē de feudo nobili, quod principalis habebat ab Ecclesia. Castr.
23 *cons.* 336. *Laudatio, & inuestitura. per totum, lib.* 1. † Amplia etiam in rebus incorporalibus, & spiritualibus, quia nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat; ideo patronus dotans Ecclesiam, qui solam præsentationem acquirit, non potest transferre, neque sibi reseruare collationem pleno iure, & non valet etiam præscriptio; quia est sine titulo, in iis, quæ sunt contraius. Ægid. *cons.* 10. *num.*
24 10. *& seq.* vbi plene. † Amplia; quia vasallus, & feudatarius non potest habere maiorem iurisdictionem in feudo, quā habeat do-
25 minus, qui inuestiuit. Rolan. à Valle *cons.* 46. *n.* 52. *lib.* 3. † Extende, quia Comes Palatinus, qui non habet facultatem derogandi legibus habentibus clausulam derogatoriam, licet ipse in legitimatione deroget etiam in specie; tamen nihil agit. Castren. *cons.* 125.
26 *Dubitatur primo. in* 3. *dub. vers. tertio, dubitatur, lib.* 2. † Extende; quia
☞ non est seruus maior domino suo, vt dicitur in Euangelio. Vide, *Inferior non potest factum superioris iudicare, & quando secus. Concluſ.* 120.
27 † Amplia in populo comitatus recipiente comitem in suum superiorem; quia talis receptio facta ab eo, qui non habet potestatem conferendi, vel dandi, nihil tribuit, sed habet vim exequutionis, prout in Capitulo recipiente prouisum à Papa, vel superiore de canonicatu; quia pro non dato habetur, quod datur à non habente potestatem dandi. Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.* 4. *in fin. cum seq. nu.* 4. *&* 5. *ver. venio ad quintam, lib.* 2. vbi *nu.* 5. quod talis receptio potest etiam
28 fieri ab excommunicato. † Extende maxime, quando comitatus esset feudalis; quia non possunt vasalli prorogare iurisdictionem, & dando de facto comitatum non inuestito committeret popu-
29 lus crimen læsæ maiestatis. Abb. *d. cons.* 3. *col.* 5. *num.* 5. *lib.* 2. † Restringe, nisi populus esset liber, vel ex consuetudine posset sibi eligere
☞ Comitem. Vide, *Populus quando possit sibi eligere principem. Concluſ.* 383.
30 † Limita; quia licet nemo possit in alium transferre plus iuris, quam ipse habeat; tamen potest transferre plus iuris in modo procedendi contra eum; quia si mulier missa in possessionem ventris nomine reperitur non pregnans, potest expelli ab hærede sine ordine iuris; secus, si alteri tradidit; quia via iuris ille alter expelli
31 debet. Bald. *cons.* 362. *Quanquam super prædicto, lib.* 3. † Extende; quia licet filia teneatur imputare sibi dotem habitam à patre in legitimam, si tamen nepotes habent dotem, vt hæredes matris, non te-
32 nentur imputare. Castren. *cons.* 145. *Visis, col.* 2. *ver. si vero lib.* 1. † Extende; quia licet hæres, qui semel possedit rem hæreditariam, non possit agere petitione hæreditatis, tamen hæres dicti hæredis, qui nunquam possedit ipsam rem, potest agere petitione hæreditatis, iurando rem illam esse in hæreditate. Alexan. *cons.* 89. *Viso puncto, in*
33 *princ. lib.* 2. † Extende in malæ fidei possessore, quia non potest vnquam præscribere, & licet vitium malæ fidei transeat in hæredem vniuersalem, tamen potest ex sua bona fide incipere nouam præ-
☞ scriptionem. Vide, *Mala fides defuncti, vel authoris quando noceat hæ-*
34 *redi, vel successori. Concl.* 22. † Extende in eo, qui potest publiciana conueniri, & vinci, quia si non Dominus, & malæ fidei, alteri rem tradit titulo habili, ille, cui tradidit, maius ius habebit ex titulo, & bona fide, quam tradens, quia non poterit conueniri publiciana, prout poterat suus author. Alexan. *cons.* 118. *In causa, & lite, num.* 12. *ver. præterea, lib.* 2. † Limita, quia priuati, qui nullam habent iuris- 35
dictionem, per prorogationem illam extendunt, & tradunt iudici, cui non subsunt. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *num.* 43. † Limita in casu 36
notabili, quia minor, qui non potest alienare sine certa solemnitate statuti, poterit alienare, si testator iussit alienationem, etiam si testator, qui iubet minori alienationem in testamento, sit ipse minor. Alexand. *consil.* 215. *Ponderatis, in princip. lib.* 7. Sicque minor sanat minorē ætatem in alio minore, quam ipse non habet, & ratio est propter vltimam voluntatem. † Limita, quia licet delegatus 37
non possit mittere in possessionem, tamen potest pronunciare esse mittendum in possessionem. Signorol. *consil.* 45. *Compromissum factum, circa med. ver. nam videmus.* † Extende in arbitro, quia licet 38
non possit restituere in integrum, tamen non potest pronunciare aliquem esse restituendum, & valet arbitramentum, siue laudum. Signorol. *d. cons.* 45. *per totum.* vbi, quod ita de facto obtinuit. † Li- 39
mita, quia licet nemo possit esse sibi obligatus, ramen potest alteri se facere obligatum etiam ex facto suo, ideo licet dominus gabellæ gabellam soluere non teneatur; si tamen eam locat cum verbis vniuersalibus, tenebitur soluere conductori. Bart. in *cons.* 226. *Cauetur statuto, per totum*, maxime *in fin. lib.* 1. & sic plus iuris contra se ipsum transfert in alium, quam ipse habeat. † Limita, quia licet 40
non habens dominium in alium non possit illud transferre, tamen transfert vsucapiendi conditionem, seu ex tali titulo potest præscriptione acquiri. Castren. *d. cons.* 332. *in fi. lib.* 2. † Limita, quia licet 41
Abbatissa Monasterii habentis curam animarum, non possit curā exercere, quia non cadit in muliere, tamen potest curam alteri committere. Rota Bisign. *dec.* 21. *d. præb.* sequitur Felin. in *c. dilecta, de maio. & obedien. num.* 1. † Extende, quia licet imbreuiatura, & origi- 43
nale Notarii non probet in iudicio, neque habeat exequutionem paratam, tamen ex tali imbreuiatura sumi potest authenticum, quam probabit in iudicio, & habebit exequutionem paratam, *l. contractus*, & ibi Bart. C. *de fid. instrum.*

Data gratiæ secundæ reualidatoriæ quando trahatur ad datam primæ gratiæ. Concl. 18.

GRATIA † Papæ secunda reualidans primam, vel faciens 1
mentionem de cōtentis in prima, non trahitur ad datam primæ gratiæ in præiudicium tertii. Ægid. Bellam. *cons.* 34. *nu.* 23. *ver. ad decimum*, & plene Castrens. *cons.* 345. *In præsenti casu, num.* 2. *lib.* 1. vbi reddit rationem, quia non potest trahi retro per fictionem, quia extrema non sunt habilia. † Amplia, quia etiam si non sit gratia re- 2
ualidatoria, sed sint duæ gratiæ principales, quia si primo signauit Papa gratiam vni, illa dicitur perfecta, & si signat postea aliam gratiam pro altero cum data anteriori non valet, quia non potest retro trahi per fictionem, ex quo extrema non sunt habilia, stante in medio alia gratia signata. Castr. *cons.* 345. *n.* 2. *& per tot. lib.* 1. † Decla- 3
ra totam istam materiam, vt in *ver. Gratia si neutri. Concluſ.* 58. † Am- 4
plia, quia gratia conditionalis anterior non præfertur gratiæ po- ☞
steriori puræ, sed bene è conuerso. Vide plene Ant. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de præben. Concluſio.* 2. *Gratia purè facta.*

Datæ tempus attenditur. Concluſio 19.

DATÆ † tempus attenditur, si sit concessa vna gratia, vt intra 1
quinquennium quis conferat beneficia, & concedatur secunda similis non facta mentione de prima, quia secunda incipit à die datæ Oldr. *cons.* 50. † Amplia, vt idem sit in dispensatione de 2
non promouendo concessa ad septennium, iuxta *c. ex eo, de electo. in* 6. vt non currat septennium à die, quo habuit beneficium curatū non promotus, vel debuit promoueri; sed à die datæ dispensatio- 3
nis. Oldr. *cons.* 203. *ver. ad secundam quæstionem.* † Amplia, quod tem- 5
pus datæ attenditur ad iudicandum, an gratia sit nulla, vel annullanda, & an sit obreptitia. Oldra. *cons.* 216. *ver. ad tertium.* † Extende, 4
vt idem sit, an gratia sit subreptitia, vel non. Gemin. *cons.* 99. *in fi. nu.* 10. *ver. Sed ad hoc respondetur*, & idem, an beneficium vacet de iure, vel de facto, ad hoc, vt gratia sit subreptitia. Lap. *allegat* 104. alias 105. *nu.* 3. *ver. est etiam sciendum, vsque in fin.* † Amplia inter habentem 5
mandatum de prouidendo de beneficio vacaturo, quod quis intra mensem acceptaret, & habentem similem gratiam, quia attenditur datæ tempus, non prouisionis, vel acceptationis. Lap. *allegat.* 85. *nu.* 6. *ver. Quæro, quidam Clericus.* † Amplia, quia litteræ beneficia- 6
les debent iudiciari nā valeāt, vel ne à tempore datæ, videlicet an

tunc

tunc impetrans esset excommunicatus, vel tacuerit beneficia, quę tunc obtinebat, vel an expresserit exprimenda; quia licet postea fuisset excommunicatus, vel beneficia, quæ tunc obtinebat, promisisset, attēditur semper tempus datæ. Fed. de Sen. *conſ.* 290. *Quia in præſenti, n.* 7. *ver. ſequitur videre de tertio.* † Amplia, vbicunque agitur de prælatione gratiarum, vt quis impetrans præferri debeat; quia tunc etiam inſpicitur tempus datæ, vt habens datam priorem præferatur, *c. duobus de præben. in* 6. Fed. de Sen. *d. conſ.* 290. *n.* 7. *ver. ſi autem loquimur, c. eam te, de reſcript.* Ægid. Bella. *conſ.* 33. *nu.* 17. *ver. ſeptima concluſio.* Vide, *Expectantes plures ſi ſunt eiuſdem datæ & gratiæ, quis præferatur. Concl.* 605. † Extende etiam, quando vterque, videlicet, primus in data, & ſecundus habēt clauſulas, præuentiuas, *& anteferri*; quia primus ſemper præfertur ſecundo. Ægid. *d. conſ.* 33. *n.* 17. *& ſeq.* † Declara tamen multis modis; primo, niſi ſecundus, & poſterior habeat prærogatiuam, vt præferri debeat; puta, clauſulam, *anteferri.* Vide, clauſula, *anteferri*, qualis, & quid operetur. *Concluſio.* 314. † Itē niſi ſecundus expectans dignitatem, & præbendam occaſione dignitatis præferatur, prout præferri debeat primo expectanti ad præbendam, quia ſi vacat præbēda annexa dignitati, debet ſecundus præferri. Fed. de Sen. *conſ.* 290. *n.* 7. *v. ſi autem non apparet.* † Item, niſi præbenda eſſet ſacerdotalis, & primus expectans non eſſet in ætate legitima; quia ſecundus præfertur habens ætatem legitimā. Fed. de Sen. *d. conſ.* 290. *n.* 7. *ver ſi autem non apparet.* † Item reſtringe; quia primus expectans non præferatur ſecundo, quando fuiſſet negligens in acceptando; quia ex culpa ſua ſibi præiudicat. Fed. de Sen. *conſ.* 290. *n.* 7. *v. ſi autem non apparet.* † Item, quando primus impetrans non feciſſet mētionem de reſeruatione ſpeciali, vel generali, & ſecundus ſic; quia præfertur ſecundus. Cald. *conſ.* 30. *in princ. & per totum.* alias 7. *de reſcr.* Vide, *Reſeruatio Papæ operatur, vt etiam collatio facta a per Papam non valeat. Concl.* 235. † Declara tamen, quod ſecundum ſtylum Cancellariæ, quando reſeruatio eſt ſpecialis, non attenditur mentio facta de ea, quia præfertur habens datam anteriorem, ita Cald. *d. conſ.* 30. alias 7. *de reſcr. in princ.* † Contrarium tenet idem Cald. quia ſiue ſpecialis, ſiue generalis ſit reſeruatio, præfertur, qui de ea facit mentionem, in *d. conſ.* 30. alias 7. *de reſcr. ver. deciſio non videtur.* † Item, quādo gratia concurrentis eſſet ſubreptitia; quia tacuit expectatiuam, vel aliam gratiam, quia tunc non admittitur concurſus talis gratiæ nullius. Gemin. *conſ.* 11. *in prin.* † Amplia; quia tempus datæ attenditur ad hoc, vt impetrans præferatur inferiori collatori, ſeu prouiſo ab inferiore collatore. † Extende, & declara, ſi agatur inter expectantem habērem expectatiuam, & dicentem præbendam eſſe affectam, quia quando ex litteris Papæ afficitur prębenda; tunc attenditur data, quando vero afficitur ſolum ex præſentatione litterarum, vel inhibitione; tunc attenditur tempus inhibitionis, vel præſentationis. Fed. de Sen. *d. conſ.* 290. *nu.* 7. *ver. ſi autem eſſet quæſtio*, & de hac materia diſtingue, vt in *ver. beneficium affectum quando dicatur.* quia attenditur tempus afficiens. † Amplia etiam in gratia, *ſi neutri*, quia attenditur tempus datæ ad hoc, an beneficium vacet, vel non, ita tenuit Rota in vna Aretina Parochialis coram Tholomæo, vt ipſe atteſtatur, *deciſ.* 69. † Amplia, quia attenditur tempus datæ ad iudicandum, an narrata ſint vera, & an beneficium vacet de iure, & de facto, an de facto tantum. Oldrad. *conſ.* 319. *nu.* 4. Lap. *alleg.* 104. alias 103. *n.* 3. *ver. eſt etiam ſciendum, vſque in fin.* † Extende, quia ad conſiderandam validitatem collationis beneficii, quando duo contendunt, ſemper attendimus datam priorem, ſiue ſimus in collatione fienda. *c. eum cui, de præben. in* 6. ſiue in collatione iam facta, *c. ſi à ſede, de præben. in* 6. Gemin. *conſ.* 141. *in pr.* † Amplia, vt tempus datæ attendatur, quādo agitur de qualitate, quæ faciat qualificatum præferri; quia ſi illa qualitas nō adeſt tempore datæ, non eſt conſiderabilis. Bald. *conſ.* 491. *Petrus de Seſſa n.* 3. *v. ſecundo nota, lib.* 1. † Amplia; quia datæ tempus attenditur in gratia facta de percipiendo fructus in abſentia per biennium, vel aliud tempus, non autem incipit gratia à die præſentationis. Oldra. *conſ.* 56. *incip. Tulius.* † Amplia; quia in gratiis, & litteris ad beneficia datæ tempus attenditur, in preſcriptis ad lites tempus præſentationis. Anch. *conſ.* 188. *Viſis conſiliis, n.* 8. † Declara, quia in gratia, *ſi neutri*, eſt controuerſum, an attendatur tempus gratiæ, vel non. Vide, Gratia, *ſi neutri*, quid ſit. *Concl.* 58. † Limita in litteris, & reſcriptis ad lites, quia attenditur tempus præſentationis, & non tempus datæ. Anch. *d. conſ.* 188. *n.* 8. † Limita ſex modis, de quibus plene Felin. in *c. eam te. n.* 18. *& ſeq. ver. data tempus, de reſcript.* primo in conſideranda habilitate impetrantis, ſecundo, vbi agitur de cognoſcenda negligentia; vel inobedientia, tertio in computando anno ad vtendum reſcripto, quarto, vbi agitur de attendenda collatione, vel iuriſdictione, quinto in attendenda qualitate beneficii, ſexto, vbi litteræ habent clauſulam derogatoriam ad primam gratiam. † Limita multis caſibus, vt intra Datæ tempus non attenditur. *Concluſ. prox. ſeq. per totam.* † Declara totam hanc materiam, quando habens primam datam, vel ſecundam præferatur, vel ne, vt in *ver. Collatio ſi facta pluribus præualet data anterior. Concl.* 446. Vide, *Actus quando principio, & quando fini attribuitur. Concl.* 153. Vide, *Principium quando attendatur. Concl.* 702. *& Concl. ibi proxima ſeq.* Vide, *Finis quando attendi debeat. Concl.* 375.

Datæ tempus non attenditur. Concluſ. 20.

DATÆ † tempus non attenditur, quando mandatum de prouidendo de primo vacaturo vſque ad certam ſummam conceditur, & euenit vacatio, & ſubſequens prouiſio; nam ſi tempore vacationis beneficium cadit ſub ſumma in mandato comprehenſa, illud tempus attenditur, non tempus datæ prouiſionis, quia licet creuerit valor tempore datæ prouiſionis, tamen debetur beneficium. Oldr. *conſ.* 58. Feli. in *c. eam te, ver. tempus datæ, in* 5. *limit. de reſcript.* Caſſad. *deciſ.* 18. *ſuper regul. in ſi.* † Amplia, quia non attenditur tempus datæ in mandato de prouidendo, ſed tempus præſentationis litterarum collatori. Innoc. in *c. mandatum, in princip. ver. & eſt ratio, de reſcript.* vbi, quod in tantum eſt verum, quod habens gratiā cum clauſula, dummodo pro alio non ſcripſerimus, ſi alius anterior non præſentauit ſuam gratiam ante iſtum, talis clauſula ipſi non obſtat. † Amplia in omni gratia expectatiua cum clauſula, *quam duxeris acceptandam*, quia cum ſit conditionalis, attēditur tempus acceptationis, & ſic exiſtentis conditionis an cadat ſub gratia, non autem tempus datæ. Oldr. *conſ.* 229. *Hæc ſunt dubia, num.* 4. *ver. ad quartum.* Caſſad. *deciſ.* 3. *de præben. incip. Super gratia, nu.* 24. *ver. item ſuceßiue.* † Amplia in gratiis expectatiuis, per quas non afficitur beneficium, niſi per inhibitionem, vel præſentationem litterarum, aut per prouiſionem, quia in illis caſibus non attenditur data expectatiuæ, quando agitur inter expectantem, & inferiorem collatorem, qui alteri contulit. Fed. de Sen. *conſ.* 290. *n.* 7. *ver. ſi autem eſſet quæſtio.* Vide, *Beneficium affectum quando dicatur. Concl.* 78. † Amplia in mandato dato ad confirmandam electionē canonice factam, quia licet tempore electionis electus eſſet inhabilis, ſi tamen tempore confirmationis obtinuit diſpenſationem, pōteſt confirmari, quia attendi debet, an ſit canonica tempore confirmationis. Cald. *conſ.* 47. *An confirmatio*, quod eſt primum, *de electio.* & eſt Gaſpar. Calder. † Contrarium ibi tenet Io. Cald. in fine *d. conſ.* 47. *v. Contrarium conſuluit.* † Amplia in gratia, *ſi neutri*, quæ eſt conditionalis, & reſpicit futurum euentum, ibi, *ſi per euentum litis*, quia non attenditur tempus datæ, ſed tempus collationis. Gemin. *conſ.* 79. *nu.* 9. *ver. nec obſtat, ſi dicatur, vſque in fin.* ſequitur Gomez. ſuper *regul. de publican. qu.* 16. *in ſi.* vbi, quod ita fuit tentum in Rota. † Contrarium, quod imo attendatur tempus datæ, quia ſi beneficium non vacat tempore datæ, ſed poſt ex negligentia, nō debeatur, tenuit Rota in vna Aretina Parochialis, vt atteſtatur Tholom. *deciſ.* 69. *incip. Aretin. parochialis.* † Amplia, in gratia variabili ex negligentia, quia non attenditur tempus datæ, ſed tempus collationis, vt ſi beneficium conferatur primo vacaturum ad collationem Epiſcopi, nam licet tempore datæ beneficium eſſet ad collationem inferioris collatoris, ſed per negligentiam efficiatur ad collationem Epiſcopi, gratia capiet tale beneficium. Gemin. *d. conſ. ſeptimageſimonono. in fin. ver. & idem eſt.* † Amplia in omni reſcripto, vel gratia quæ non poteſt notare de ſubreptione, quia tunc attenditur tempus collationis, & non tempus datæ. Gemin. *d. conſ.* 79. *numer.* 10. *verſic. ſed ad hoc reſpondetur*, & idem repetit *conſ.* 90. *n.* 2. *ver. ſufficit enim*, vbi, quod reſpectu prælationis expectantium ſufficit circumſcripta ſubreptione, quod qualitas, quæ inducit prælationem, adſit tempore vacationis, vel prouiſionis beneficii, & idē repetit *conſ.* 113. *Super dubio præmiſſo*, vbi, loquitur in Auditore Rotæ effecto, vt quoad expectatiuam, antequam eſſet Auditor, gaudeat in prælatione priuilegio Auditorum. † Amplia in gratia expediendi gratis, quia attenditur tempus expeditonis gratiæ, an expediens ſit officialis. non autem an ſit officialis tempore datæ, ita deciſum fuit per dominum Thomam de Tanis Rotæ auditorem, qui fuit longo tempore Sammiſtæ ſubſtitutus, & ita fuit exequutum per Cancellariam, vt eſt notatum in libris Cancellariæ, & in regeſtro coram R. P. D. Sanuitali, & ita etiam fuit deciſum per concordiam de anno 1477. inter Camerarium & Vicecancellarium. † Contrarium videtur tenere, & mirātur de hac deciſione Rotæ coram Reomano Mandoſ. ſuper *reg. de ætate qu.* 12. *nu.* 17. ſed non conſtat, per quæ iura, neque quod fuerit receſſum. † Amplia multis caſibus, de quibus in Concluſ. proxima præcedente in limit. ibi *nu.* 26. *& ſeq.* † Limita multis modis ſupra Concl. prox. præceden. *Datæ tempus attenditur.* Vide, *Collatio facta pluribus. Concl.* 446. Vide, *Data in concurſu eadem. Concluſio. proxima ſeq.*

Data

Data in concursu eadem si est pluribus concessa, quis præferatur. Concl. 21.

1 GRATIA † collationis beneficii facta per Papam duobus sub eadem data præferri debet præsens in Curia absenti, quia præsumitur anterior. Gemin. *cons.11. in princ. in casu incip. Lite pendente, sub* 2 *nu.1.* † Amplia; quia graduatus præfertur non graduato, cæteris pa- 3 ribus, ex regula Cancellariæ. Gemin. *cons.11. in fi.* † Amplia in impetrantibus sub eadem data, quia præfertur ille, qui primo litteras impetrationis præsentauit ordinario Collatori, non autem qui præsentauit exequutori, late Gemin. *cons.34. per totum*, vbi reprobat Rota. *decis. 58. de rescript. in antiq. Nota, si vnus*, alias 403. quæ duplicatur *decis.5. de præben. in nou.* alias 100. & *in c. duobus, nu.8. de rescript. in 6.* dicit, quod pro ista parte consuluerunt Anchar. & Zabarel. & idem dicit apostill. ad *decis.5. de præben. in nou.* sequitur Franc. in 4 *c. duobus, nu.10. & cons. Anchar. est 55. vltra prædicta subtiliter.* † Contrarium tenet in Rota in *dictis decisio.5. de præben. in nou. & 58. de rescript. in antiq.* quod præfertur ille, qui primo præsentauit exequutori. 5 † Amplia in expectantibus; quia datur prælatio inter eos in con- 6 cursu. † Extende, quia si reperitur facta acceptatio in partibus per procuratorem, & in Curia per principalem sub eadem data, præsumitur prius facta acceptatio per procuratorem, quam per principalem, non obstante, quod maior diligētia præsumatur in principali, quam in procuratore; quia ex quo est procurator in loco, & fecit sibi post acceptationem prouideri, actus validus præsumitur prior quam actus nullus; quia dominus post acceptationem non fecit sibi prouideri. Roma. *cons.153. Quoad primum in princ.* vbi prima 7 apostil. dat concord. † Amplia, quia præfertur in data concurrenti, vt prior præsumatur is qui possidet. Ant. de Bart. *cons.62.* vbi, quod si capiatur possessio, postquam alius erat in possessione, competit restitutio, *c. si à Sede Apostolica. de præb. in 6.* Alex. *cons.19. Admodum præ-* ☞ *clare, in princ. lib.2.* Vide, *Vendens rem duobus, præfertur emptor, cui res prius* 8 *fuit tradita. Concl.64.* † Extende, vt procedat etiam in instrumentis diuersis factis eadem die, puta cessionis iuris tertio factæ, & liberationis debitoris; quia debitor, qui possidet, præsumitur prior in 9 data. Bal. *cons.274. circumued. ver. proponitur, quod, lib.2.* † Extende; quia si duo habent datam diuersam, & ambo possident, præferatur habens datam priorem etiam in possessorio; quia præsumitur primo possessionem habuisse, & hæc præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. Alex. *cons.92. n.12. & cons.109. Viso processu, n.6. li.5.* 10 † Amplia, vt procedat, etiam si tam prior, quam posterior habent gratias cum clausulis, *anteferri*, & præseruatiuis; quia semper prior præfertur secundo. Ægid. Bellam. *cons.33. nu.16. & seq. ver. supradicta* 11 *Conclusio, videlicet septima.* † Amplia; quia in pari data prouisorum, ꝓ- uisus à Papa, vel à Legato, præfertur prouiso ab ordinario sub ea- 12 dem data, *c. si à sede, de præb. in 6.* † Declara, vt per Crauet. *cons.171.* vbi 13 plene de intellectu *d.c. si à sede.* † Declara, vt non procedat, ꝙ præferatur alteri prouiso, quando gratia Papæ, vel Legati esset nulla; puta facta personæ inhabili, vel de beneficio, aut Hospitaliiuris 14 patronatus etiam ex præscriptione. † Extende in simili, quia si exhibentur duæ scripturæ in iudicio contrariæ; vna ab actore; altera à reo sub eadem data, quę attendi debeat; dic, quod dignior, videlicet publica præfertur priuatæ, & si ambæ sunt æquales, præfertur scriptura rei, quia actor debet plene probare, alias nō obtinet. ☞ Alex. *d. cons.19. Admodum præclare, in prin. lib.2.* Vide, *Instrumenta si sunt* 15 *diuersa & repugnantia ab eodem Notario, sunt suspecta. Concl.249.* † Limita, quia, ꝓuisio Legati, vel Papæ, siue æqualis, siue anterior de Hospitali, vel beneficio iuris patronatus etiam ex præscriptione quæsiti non valet contra patronos, & prouisionem ad præsentationem patronorum; quia neque Legatus, neque ordinarius possunt tollere ius quæsitum ex præscriptione. Ant. de Butr. *cons.62. Hic de duo-* 16 *bus, n.3.* † Declara; quia solitus Papa potest derogare huic iuri quæ- 17 sito ex præscriptione. Ant. de Butr. *d. cons.62. n.3.* † Limita; quia prouisio Legati, vel ordinarii non valet facta de Hospitali clericorum, vel laicorum, in concursu, quando contulit minori 14. annis; quia non potest dispensare super ætate contra Concilium, sed solus Pa- 18 pa. Ant. de Butr. *d. cons.62. n.4. vsque in fi.* † Limita, quia gratia subreptitia, quia prouisus non fecit mentionem de expectatiua, non admittitur in concursu, sub eadem data cum alia, quia est nulla. Gemin. *d. cons.11. in princ. n.1. v. Christi nomine inuocato*, quod est principiū 19 consilii post casum. † De hac materia, quando collatio de eodem beneficio fuit facta à diuersis sub eadem data quæ præualeat, vel non. Vide, *Collatio à diuersis facta. Concl.445.* Vide, *Expectantes plures si* ☞ *sunt eiusdem data, quis præferatur. Concl.605.* Vide, *Expectans prior in data quando præferatur, vel non. Concl.606.* Vide, *Gratiæ duæ de eadem re eidem personæ possunt valere, & quādo. Concl.59.* Vide. *Pares in cōcursu q.s præferri debeat. Concl.83.* Vide, *Scripturæ plures in concursu, q̄ præferatur. Concl.83.*

Data quando præsumatur fraudulenta, & in quibus. Concluſ. 22.

DATA † præsumitur fraudulenta, quando est in scriptura pri- 1 uata non subscripta trino teste, & cōcurrit cum instrumento, quia præsumitur, quod scripta sit antedata, & ideo non admittitur *l. scripturas. C. qui potio. in pign.* † Amplia, vt procedat, etiam si talis 2 apocha sit facta à procuratore habente mandatum anterius, & apparens per publicum instrumentum, quia nihilominus præsumitur antedata, vt concurrat cum instrumēto in præiudicium tertii. Petr. de Anch. *cons.28. Rationes inductæ per totum, & cons.29. Ego Franciscus.* † Amplia, quia data collationis Episcopi, sine instrumento, & 3 testibus in concursu cum data Papæ præsumitur antedata, quia alias fieri possent fraudes. Ægid. *decis.321. In causa D. Guilelmi, & decis.* 441. *Sicut littera ordinaria, & in antiq. decis.17. tit. de probat.* alias 701. ☞ † Limita, quia si constat de data Papæ ex litteris, illa attenditur, 4 nec admittuntur coniecturæ in contrarium, quia sicuti instrumētum non tollitur coniecturis, quādo apparet legitime confectum nisi reprobetur per sufficientem numerum testium, ita etiam data litterarum Papæ. Roman. *cons.340. Circa primum, nu.8. ver. nec est dicendum, cum seq.* vbi allegat, quod præsumptio cedit veritati, & quod in claris non statur coniecturis.

Datio in solutum quid sit & qualiter fiat. Concluſ. 23.

DATIO † in solutum est duplex, quia vna est, quæ fit in iudicio, 1 & à Iudice, quæ etiam adiudicatio appellatur, & quid requirat ad sui validitatem, Bald. plene *cons.122. Vtrum dictus processus. lib.3.* Vide, *Adiudicatio, & in solutum datio quæ requirat, vt valeat. Concluſ.198.* ☞ † Contrarium tenet Alex. *cons.52. Viso themate, in princ. lib.1.* quia da- 2 tio in solutum, quæ fit in iudicio, proprie est adiudicatio. † Decla- 3 ra, quia datio in solutum extraiudicialis, vel iudicialis, quæ dicitur adiudicatio, sunt paris potentiæ, Deci. *cons.592. nu.4.* & infra *num. 6. & seq.* vide plenissima Traquel. *de retract. lignag. §.1. glos.14. num.8. & seq.* vbi pro vtraque, & hanc tuetur. † Declara alio modo, quia 4 ex communi vsu loquendi siue sit facta in iudicio, siue extra iudicium, dicitur in solutum datio, seu in solutum adiudicatio. Alex. *cons.52. in princ. lib.1.* † Et hæc datio in solutum iudicialis fit cum de- 5 creto Iudicis, & est firmior, & minus suspecta, quam sit datio in solutum voluntaria. Alex. *cons.52. nu.1. lib.1.* vbi dicit magis * commu- * nem. † Alia est datio in solutum, quæ fit extra iudicium à debitore 6 spontaneo, & ista est vere, & proprie datio in solutum, quia iudicialis dicitur adiudicatio. Alexand. *cons.52. Viso themate. in princ. lib.1.* vbi in fine dicit *num.4.* quod iudicialis non est voluntaria, sed coacta. † Sunt tamen paris potentiæ datio in solutum vel adiudica- 7 tio, quia sicuti datio in solutum non potest reuocari, etiam si debitor intra biennium offerat pretium, *l. si finita, §. postea autem, ff. de damn. infect.* quicquid contrarium tenuerit Bar. in *§. Iulianus*, ibi, qui reprobatur, vt dicit Alex. ita non potest reuocari adiudicatio facta per Iudicem. *l. successores. C. de solutio. l. cum dominam, C. de pignor.* quæ iura licet loquantur in datione in solutum habent locum in adiudicatione; quia factum Iudicis dicitur factum partis, Bald. in *l. si ob causam. C. de euictio.* plura Deci. *cons.592. num.4.* † Et quod adiudica- 8 tio bonorum facta per Iudicem transferat dominium & possessionem bonorum in creditorem, sicut si esset datio in solutum facta à debitore, quia factum Iudicis censetur factum partis glo. fin. in *§. fin. Instit de offic. Iudi.* vbi Aretin. Bart. in *l. prætorii, in princ. ff. de damn. infect. & in l. si finita, §. Iulianus, ff. eod. tit.* Decian. *cons.35. num.42. lib.2.* † Et datio in solutum facta de nomine debitoris per debitorem 9 suo creditori acceptanti inducit liberationem pro ea parte, pro qua nomen debitoris datum in solutum ascendit, *l. inter causas. §. abesse. ff. mand.* & tacite facta est nouatio, ex quo est facta permutatio debitoris, vt per Bart. in *l. delegare, ff. de nouatio. & in l. singularia, nu.19. ff. si cert. petat.* vbi dicit, quod quoties creditor acceptat nomen debitoris sui debitoris, quod talis debitor dicitur liberatus, & quod creditor solum habet regressum contra dictum nomen debitoris per ipsum acceptatum, per text. in *l. si pupilli, §.1. ff. de solut.* & cum Bart. transit Angel. in *l. singularia*, sequitur etiam Bald. in *l. pro debito, num.2. ver. extra quæritur, C. de bon. auth. Iud. possid.* Cur. Sen. *cons.7. videtur iterato, num.1.* Socin. *cons.37. num.4. lib.4. & cons.267. lib.2.* Decian. ☞ *cons.107. num.1. & cons.421. num.16. & 17.* Vide ad prædicta, quod ex datione in solutum vel adiudicatione inducatur liberatio, in *ver. Creditor agens ad venditionem bonorum debitoris, quæ possit. Concluſ.1060.* † Contrarium, quod requiratur etiam, quod illud nomen debi- 10 toris delegatum creditori se obliget, Alexand. *consil.173. Visis depositionibus, num.3. & seq. lib.7.* † Declara, quia ex sola datione in solu- 11 tum acceptata per creditum fit nouatio ope exceptionis, quando

vero

vero interuenit etiam obligatio ipsius nominis delegati, tunc fit nouatio simpliciter, ita Io. de Imol. *consil. 37. in fin. vers. Item aduertendum*, vbi dicit * communem. Vide, *Delegatio debitoris facta à creditore an liberet creditorem delegantem. Concluſ. 144.* † Extende in tantum liberari debitorem poſt aſſignationem nominis debitoris factam creditori, & per eum acceptatam, vt ſi aſſignetur conductor bonorum debitoris, periculum caſus fortuiti ſpectet ad creditorem, qui acceptauit, ideo ſi debet debitor aſſignatus 100. pro affictu, & debeat ſibi fieri reſtaurum, obtinebit contra creditorem, qui acceptauit, non contra debitorem, qui aſſignauit. Alexand. in *l. ſi cum emptor, col. 3. ver. ſed mihi non placet, ff. de pact.* Declara tamen, vt infra *num. 14. & ſeq.* † In dubio ſi fiat mentio dationis in ſolutum, intelligitur de voluntaria, & ideo ſi ſtatutum diſponens aliquid ſuper datione in ſolutum debet reſtringi ad voluntariam, & extraiudicialem, vt minus ius commune corrigatur. Alexand. *d. conſil. 52. per totum, lib. 1.* † Fit quandoque iſta datio in ſolutum de rebus pro pecunia; & tunc dicitur emptio & venditio, in qua habent locum iura loquentia de emptione & venditione. Bald. *conſil. 289. Antonia de Matiis, lib. 2.* Vide. Concluſ. prox. ſeq. † Et quod datio in ſolutum facta à parte, ſeu adiudicatio facta à iudice habeat vim venditionis, & receptio in ſolutum habeat vim emptionis, eſt * text. in *l. ſi. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. ſi prædium. C. de euictio.* vbi * omnes, & clarius dicit text. in *l. eleganter, ff. de pignorat. actio.* vbi Battol. * Bald. & * omnes dicunt, quod idem iudicamus de datione in ſolutum facta à parte, vel à iudice; quia eſt adinſtar emptionis & venditionis, quando datur ſpecies pro pecunia, alias ſecus, vide pleniſſime Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. in princ.* vbi pro vtraque infinitos allegat, quod æquiparetur venditioni, vel non, & *num. 7. & ſeq.* declarat. † Declara tamen, quod licet operetur idem datio in ſolutum de re pro pecunia, quod facit venditio, non tamen quoad omnia; quia ſi res data in ſolutum euincatur, remanet viua actio prima, ſi vult is, cui facta eſt datio in ſolutum, maxime quando eſt actio de dote; ideo poteſt velle agere ex prima, vel ex ſecunda, ad intereſſe. Bald. *conſil. 300. Statuto cauetur. in princip. lib. 1.* † Si vero non eſt actio de dote, extinguitur prima actio, niſi ſit expreſſe dictum, quod viua maneat, ita Bart. & * omnes in *d. l. eleganter, in princ. ff. de pignorat. actio. & in l. ſi prædium, C. de euict. & in l. libera, C. de ſenten. & interloquut. omn. iudic.* licet Alb. ibi teneat contrarium. † Quandoque fit datio in ſolutum pecuniæ alienæ in genere pro pecunia debita, & iſto caſu remanet ſola actio prima viua, ſi iſta pecunia data in ſolutum euincatur. Bald. *d. conſ. 300. nu. 2. ver. Sed ſi vult agere, lib. 1.*

Datio in ſolutum an differat à venditione, & in quibus. Concluſ. 24.

DATIO † in ſolutum facta de re pro pecunia licet dicatur, & æquiparetur venditioni; tamen differt in hoc; quia euicta re data in ſolutum poteſt creditor vel agere ex prima actione, vel etiam ex ſecunda, quatenus ſua magis interſit, ſi res eſt talis, ex qua cadat intereſſe; ſi vero eſt pecunia pro pecunia data, & ſequatur euicto; tunc agitur ſolum ex prima actione. Bald. *conſ. 300. Statuto cauetur, in princip. lib. 1.* † Contrarium, quod æquiparetur venditioni datio in ſolutum rei pro pecunia Fulgoſ. *conſ. 190. col. 3. ver. ſecundo principaliter.* Idem Fulgoſ. *conſil. 136. num. 2.* vbi, quod eſt quædam emptio, & oritur actio ex empto. Vide, *Datio in ſolutum quid ſit. Concluſ. proxima præced. n. 12. & ſeq.* † Amplia; quia ſtatutum loquens de datione in ſolutum non habet locũ in venditione; & ideo ſi diſponat, quod debitor, vel proximiores de parentela intra annum poſſint redimere rem datam in ſolutum, non habet locum, ſi res eſt vendita iure creditoris tertio, qui ſoluit debitum. Bald. *d. conſ. 300. in princ. num. 2. ver. ſi autem, lib. 1.* † Amplia; quia differt datio in ſolutum à venditione; quia ſi creditor cedit iura ſua, & accipiat dationem in ſolutum pro maiori pretio, quam ſit creditor, perdit data in ſolutum, & debitor perdit ius ſuum in re data in ſolutum; ſecus in venditione, quia valet, etiam ſi fiat pro pretio non debito. * Apoſtil. ad Roma. *conſ. 450. in ver. ex contractu*, vbi dicit * communem, allegando Pariſ. *conſ. 81. Conſultus, num. 36. lib. 1.* & alios. † Contrarium tamen tenere Ruin. *conſil. 136. Primo videndum, numer. 5. lib. 1.* aſſerit eadem apoſtil. ad Roma. *d. conſ. 450. in ver. ex contractu.* vbi dicit * communem. † Limita quia datio in ſolutum habet vim venditionis, *l. ſi prædium. C. de euictio. l. eleganter in princ. ff. de pignorat. action.* † Extende, quia ſicuti facta traditione in venditione transfertur dominium, ita in datione in ſolutum. Decian. *conſ. 308. num. 9.* Afflict. *deciſ. 268. numer. 2.* † Extende, quia ſicut non licet recedere à venditione; ita neque à datione in ſolutum, *l. ſucceſſores eius, C. de ſolutio.* Deci. *conſ. 308. & conſil. 558.* † Extende, quia ſicut in venditione habet locum euictio; ita etiam in datione in ſolutum, Anton. de Butr. *conſ. 6. n. 4. v. Item ex hoc*, vbi Gaſp. Gabell. in apoſtil. in *verb. euictionis*, vbi allegat text. in *l. ſi prædium. C. de euictio.* & multa iura. † Extende; quia datio in ſolutum ita habet vim venditionis, & creditor, qui accepit ipſam dationem, fingitur accepiſſe pecuniam ſibi debitam breui manu, & cum ea emiſſe à debitore. Caſtr. *conſ. 326. in fin. num. 3. lib. 2.*

Datio in ſolutum ex quibus nulla vel valida. Concluſ. 25.

DATIO † in ſolutum facta à iudice pro maiori ſumma petita, quam deberetur, eſt nulla in totum. Fulgoſ. *conſil. 190. Viſis toto proceſſu, in princip. colum. 3. ver. nec quicquam moueat*, plenius *conſil. 136. Quia ex facto ius oritur, in princip.* & idem in *conſil. 172. Viſo proceſſu, colum. 3. verſicul. vnde in toto corruit.* Caſtrenſ. *conſil. 165. Viſis, & ponderatis. numer. 5. vſque in fin. lib. 2. & conſil. 225. Pro euidentia, num. 3. ver. ex his patet, lib. 2.* & eſt communis * opinio, late Cantuc. in *deciſ. Rota nouiſſ. par. 2. deciſ. 33. num. 6. & ſeq.* vbi infinitos citat, & Roman. *conſ. 450. Præſens, in fin. ver. vbi autem foret ex ſententia.* † Extende; quia etiam quoad fructus perceptos reuocatur, & repeti poſſunt fructus, etiam ſi non ſit factus locupletior, Fulgoſ. *conſil. 190. colum. 3. ver. illud autem.* vbi loquitur, quando erat in mala fide is, qui recepit in ſolutum. † Imo etiam tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, & ad damna & intereſſe ad rationem quantiplurimi, ſi bona alienaſſet poſt dationem in ſolutum. Fulgoſ. *conſil. 136. ver. ad ſecundum.* † Extende, etiam ſi ipſa datio haberet pro ſe ſententiam interloquutoriam, quæ tranſiuiſſet in iudicatum; quia falſa cauſa vitiat interloquutoriam. Fulgoſ. *d. conſil. 190. num. 2. & conſil. 136. in princip.* Alexand. *conſil. 69. In cauſa, num. 3. lib. 3.* vbi, quod non vitiat diffinitiuam, quæ profertur per verbum, *abſoluo, & condemno.* † Ratio eſt ſecundum Roma. *conſ. 450. Præſens dubitationis, in fin.* quia ſententia vnicum capitulum continet ceſſionis; ideo non poteſt pro parte valere & pro parte non; quia hoc caſu ſententia eſt indiuidua, & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, & ita debet intelligi Bart. in *l. ſi non ſortem, §. ſi certum, ff. de cond. indeb.* & repetit Roman. *conſil. 454. num. 12. ver. quia imo.* † Ratio eſt, quia datio in ſolutum eſt ſententia interloquutoria ad quam peruenitur lite non conteſtata, ideo ſicut ſententia interloquutoria eſt nulla in totũ, ſi cauſa eſt falſa, ita etiam datio in ſolutum, quæ eſt interloquutoria. Fulgoſ. *d. conſ. 136. n. 1.* † Rationem aliam aſſignat Caſtre. *conſ. 165. Viſis & ponderatis, numer. 5. vſque in fin. lib. 2.* quia cum datio in ſolutum fiat iudicialiter, & iudicium ſit vnicum, non poteſt valere quoad partem & quoad partem non, & loquitur, quando ſunt plures in eadem cauſa, quia ſi eſt nulla quoad aliquos, eſt nulla etiam quoad omnes, & dicit ſecus, ſi fieret extra iudicium. † Amplia etiã ſi datio in ſolutum ſit facta per ſententiam iudicis, & ex cauſa dotis, de qua apparebat confeſſio per inſtrumentum; quia ſi conſtat, quod non debuit tantum conſequi, datio in ſolutum eſt nulla Fulgoſ. *d. conſil. 136. in princip.* † Amplia, etiam ſi fiat venditio per iudicem ob æs alienum tertio bonæ fidei poſſeſſori, quia adhuc ſi fiat pro maiori ſumma, quam debeatur, eſt nulla. Fulgoſ. *d. conſil. 136. num. 1. in fin. ver. & ex præmiſſis, & num. 2.* † Amplia, quia non curit præſcriptio ad fauorem habentis dationem in ſolutum ex cauſa, quæ non ſit in totum vera, & ſic pro maiori quantitate, quam eſſet creditor. Fulgoſ. *conſil. 136. in fin. ver. ad tertium.* † Contrarium tenet Afflict. *deciſ. 178. numer. 5.* vbi, quod ita fuit iudicatum, quando per viam agendi, ſecus per viam excipiendi. † Amplia, quia datio in ſolutũ pro maiori ſumma, quam eſſet debitum, in iudicio facta in tantum eſt nulla in totum, vt habens dationem, nedum non lucretur fructus, ſed ſi vendidit bona data ſic in ſolutum tenetur ad damna & intereſſe ad rationem quantiplurimi, & ad reſtitutionem pretii habiti. Fulgoſ. *conſ. 136. ver. ad ſecundum & ver. ad tertium.* † Extende; quia imo contra eum tanquam doloſum iuratur in litem, ex quo recepit pro maiori quantitate, quam deberet conſequi. Fulg. *d. conſ. 136. ver. ad tertium.* † Amplia, quia datio in ſolutum eſt nulla, ſi fiat de bonis defuncti debitoris, non probato prius, quod bona tempore mortis debitoris eſſent in eius bonis, & illa ſaltem poſſideret. Caſtre. *conſ. 165. Viſis & ponderatis in princ. lib. 2.* † Extende, vt procedat, etiam, ſi nuncius in exequutione refert bona fuiſſe defuncti; quia in hoc ipſi non creditur, vt ſufficiat pro liquidatione. Caſtr. *d. conſ. 165. n. 2. ver. nec in hoc ſtatur, lib. 2.* † Amplia; quia datio in ſolutum eſt nulla, ſi eſt facta habenti mandatum ab aliquibus ex creditoribus, quibus facta fuit, & ab aliquibus non, quia in totum eſt nulla, ex quo indiuidua, & pro maiori ſumma eſt facta, q̃ debeatur cõparentibus legitime. Caſtr. *conſ. 165. Viſis & ponderatis,*

17 *de ratis, nu. 4. & per totum, lib. 2.* † Extende, vt procedat, etiam si pro creditore, cui facta est datio in solutum, comparuit coniuncta persona; quia non potest exigere, neque in solutum accipere pro con-
18 iuncto. Castren. *d. cons. 165. nu. 4. lib. 2.* † Amplia; quia datio in solutum, seu adiudicatio ex secundo decreto facta de re possessa à tertio ipso tertio non citato, vel sine causæ cognitione est nulla. Rom. *cons. 158. Circa articulum, in princip.* vbi plena apostil. in *ver. cognitione,*
19 dat concord. † Extende, quia est nulla facta contra hæreditatem iacentem; quia licet contra hæreditatem iacentem detur missio ex primo decreto; non tamen potest dari missio ex secundo decreto, duplici ratione; prima; quia hæreditas iacens repræsentat defunctum, & contra defunctum non datur sententia; secunda; quia vt deueniatur ad secundum decretum requiritur latitatio, quæ non cadit in hæreditate iacente; ergo nulla. Roma. *d. cons. 158. Circa*
20 *articulum, in princ. ver. secundo, quia.* † Limita, quia si datio in solutum fieret extra iudicium, licet esset nulla quoad partem, nõ erit nulla in totum. Castrens. *cons. 165. in fi. ver. & ex his, lib. 2.* Roman. *cons. 450.*
21 *Præsens, per totum.* † Limita, quando adiudicatio esset super pluribus capitulis separatis; quia substinetur in summa debita. Cantuc.
☞ *decis. 33. part. 2. in nouiss.* Vide, *Adiudicatio & in solutum datio quæ requirant. Conclus. 198.*

Datio & gabellæ an permissa, vel prohibita, & à quibus imponi possint. Concl. 26.

1 DATIA & gabellæ regulariter sunt permissa; ideo datiarii dicuntur habere fundatam intentionem de iure communi. Io.
2 de Anan. *cons. 35. Reuerende domine, in princ.* † Et datia præsumuntur indicta auctoritate superioris. Mascard. *Conclusio. 473. Datia.* vbi,
☞ quod fraudari nõ possunt tuta conscientia. Vide, *Pedagium quid sit,*
3 *& an prohibitum, vel permissum. Conclusio. 203.* † Et ideo testes probant datium consuetum, licet de titulo non deponant, quando examinantur non ad probandum datium, sed ad indictum datium pro-
4 bandum. Io. de Anan. *cons. 35. nu. 3. & seq.* † Amplia, quia is, qui non vadit per itinera solita, præsumitur velle fraudare, nisi metu hostium, vel alio iusto impetu fecerit. Mascard. *d. Conclusio. 473. num. 3.*
5 *& seq.* † Limita quoad datia & gabellas nouas quia ex quo non possunt imponi, nisi per supremum Principẽ, generaliter sunt prohibita, ita Io. de Anan. *d. cons. 35. nu. 2. l. 1. & per totum, C. noua vectig. im-*
* *poni non posse,* vbi dicit Io. de Anan. * communem. Vide, Pedagia à
☞ quibus possunt imponi, & exigi. Conclusio. 204. Vide, Vectigalia noua imponi non possunt nisi à Principe supremo. Conclusio. 32.

Datium, vel gabellam qui soluere teneantur, vel non. Concluſ. 27.

1 PORTANTES † mercantias, & vectigalia ad exercitum causa proprii commodi, & causa mercantiarum, soluere tenentur datium, siue gabellã; secus si portant ex necessitate, vel iussu
2 Principis, Bald. *cons. 495. Rerum, quas, lib. 2.* † Amplia in tantum datium & gabellam debere solui ab omnibus, vt nullus excipiatur, sicut nec à tributo aliquis eximitur. Bald. *cons. 256. Præmittenda sunt,*
3 *ver. tertio est præmittendum, lib. 4.* † Limita nisi per statuta inducatur exemptio certis temporibus, prout tempore nundinarum; quia exemptio est seruanda. Bald. *cons. 253. licet istæ allegationes, lib. 4. &*
4 *cons. 256. circa princ. vers. quarto est præmittendum, lib. 4.* † Limita, nisi portarentur victualia ad exercitum, vel alia necessaria iussu Prin-
5 cipis, quia gabella solui non debet. Bald. *d. cons. 495. lib. 2.* † Extende in tantum exemptionem concedi rebus pro necessitate exercitus portatis, vt neque Princeps teneatur conductori aliquid com-
6 pensare pro tali exemptione. Bald. *d. cons. 495. lib. 2. cir. fin.* † Limita: quia non debetur datium de iure communi pro rebus, quæ quis portat pro vsu victus, ideo pro sale non soluitur gabella de iure
7 communi. Bald. *cons. 241. Punctus super quo, lib. 4.* † Limita multis locis ex consuetudine, quia non soluitur datium tempore, quo fiunt incantationes datiorum, vt videtur velle Bald. *cons. 243. Tempore ad extrahendas, lib. 4.* vbi quod saltem excusatur pœna, licet non
☞ inducatur exemptio. Vide, *Gabellam non tenentur soluere Principes, fiscus, & alij. Conclusio. 2.* Vide, *Gabella de quibus contractibus solui debeat, vel non. Conclusio. 4.* Vide, *Gabella & pedagium quid sit, & est de regalibus. Conclusio. 1. nu. 2. & seq.*

Datiarius an possit præiudicare fisco, & in quibus succedat loco fisci, Concluſ. 28.

1 DATIARIVS † in quærendis potest præiudicare fisco, secus in quæsitis. Bald. *cons. 79. Dauanti da voi, numer. 6. versicul. quarto,*
quæritur, lib. 2. Vide Mascard. *Conclus. 473. nu. 5. & seq.* vbi, quod non ☜ potest præiudicare in iure iam quæsito, secus in quærendo. Vide, plenius, *Gabellarius an possit remittere gabellam & pœnam. Conclusio. 23.*
† Datii conductor, siue emptor succedit loco fisci in rebus, quæ 2
eadunt in commissum. Bald. *cons. 256. Præmittenda sunt, in princ. lib. 4.*
† Amplia; quia pœna fraudantium gabellam est, quod res incidat 3
in commissum, quæ applicatur fisco, vel datiario, qui repræsentat fiscum. Bald. *cons. 256. lib. 4. in princ.*

Datium & gabella quando præcessori, vel successori debeatur. Concluſ. 29.

DATIVM † debitum pro bonis conductis in suburbiis intra 1
corpora Sanctorum, prout est Papiæ, ibi mansuris, statim debetur, quod bona destinate conducuntur in suburbiis animo, vt ibi remaneant; & ideo si statutum dicat, quod pro bonis conductis in suburbiis soluatur certa gabella, & nihil plus, & si bona prædicta postea introducantur in ciuitatem, sint exempta, si vero à principio conducantur in ciuitatem, soluatur eadem gabella, & nihil pro transitu in suburbiis, euenit, quod quis conduxit bona in suburbiis, & ibi exonerauit tempore vnius datiarii, postea facto alio datiario eadem bona induxit in ciuitatem, vterq; vult gabellam, dicit Bald. *cons. 472. Statuto Communis Papiæ, lib. 1.* quod debetur primo gabellario, propter exonerationem in suburbiis. † Amplia, 2
quia gabella debetur eidem gabellario antiquiori, cuius tempore dies obligationis, & solutionis cessit. Bal. *d. cons. 472. n. 1. v. ad euidentiam, lib. 1.* † Amplia; quia si datiũ soluitur in portu, debetur primo 3
datiario, qui habebat datium tempore, quo res peruenit in portu; si vero soluitur datium in porta, debetur ei, qui erat datiarius tempore, quo res est peruenta in porta. Bald. *d. cons. 472. num. 1. ver. Ad hoc autem, lib. 1.* † Amplia, quia datium & gabella debetur, quando 4
res peruenit ad locum destinatum, & ad terminum motus, quando debet solui solum in vno loco, vbi destinatur, & in dubio dicitur destinata, quando non intendit ducens vlterius progredi. Bald. *d. cons. 472. ver. modo ego facio, lib. 1.* † Extende, quia si debetur 5
gabella eo ipso, quod quis ingreditur territorium, sufficit, quod cespitem territorii sit ingressus portans res mercales, ad hoc, vt debeatur gabellario, qui tempore ingressus erat datiarius, Bald. *d. cons. 472. num. 7. ver. Considerandum etiam, lib. 1.* † Declara tamen, & 6
restringe; quia si requiritur inuentio, & cerca; tunc debetur gabella inuentori, qui præfertur ei, qui non perquisiuit, & ideo isto casu potior est conditio inuentoris. Bald. *cons. 472. num. 8. versic. est verum, lib. 1.* Vide, *Iudex finito officio quæ commoda consequatur, & quæ* ☜ *ad successorem spectent. Conclus. 431.* † Amplia, quia datium debetur 7
primo datiario, cuius tempore merces sunt emptæ, & cæptæ extrahi, licet propter impedimentum extractio fuerit impedita fieri. Alexand. *dict. consil. 7. per totum,* vbi allegat *l. Cæsar, ff. de publican.* & not. in *c. 2. de constit.* & dicit * communem, *lib. 2.* † Extende mul- *
tis modis, vt per Alexand. *dict. cons. 7. nu. 4. & seq. & in fin. lib. 2.* vbi, 8
quod negotium cæptum habetur pro perfecto, ne quis incidat in pœnam, neque teneatur iterum soluere, si per eum non stetit. † Li- 9
mita in datiario olei Veronæ, quia solui debet datium secundo conductori, non primo, puta, si tempore, quo datium extrahitur finita est locatio primi, etiam si dicat sibi fuisse factam solutionem durante prima locatione; quia ne aperiatur via fraudibus, non excusatur, quia hoc modo posset supplantare secundum conductorem Cast. *cons. 310. Deportationibus, lib. 2.* † Declara tamen, quia si ex- 10
tractio olei probaretur, quod debuit fieri durante prima locatione, & quod soluit primo conductori, sed propter aliqua impedimenta, vel infortunia non potuit in tempore extrahere, hoc probato, gabella esset primi conductoris, qui exegit. Cast. *d. cons. 310. in fi. li. 2.* & idem consuluerunt in datio vini Cesenæ Io. de Imol. *cons. 26. nu. 5.* & Alex. *cons. 7. Viso themate, lib. 3. per totum,* vbi est statutum, quod pro omni vegete vini, quæ extrahitur, soluantur solidi 40. Vnus emit plures vegetes extrahendas per mare conduxit illas in portu tempore vnius datiarii, cui soluit, propter infortunium maris compulsus est morari, vsq; ad tempus alterius datiarii, dicunt, quod primo debetur propter impedimentum.

Datium, vel gabellam fraudans qua pœna puniatur. Concluſ. 30.

OMITTENS † soluere datium non incidit in commissum, si 1
probabili ignorantia non soluit, quia requiritur dolus fraudantis datia. Cuman. *cons. 5. Non reuocando, in prin.* & ideo is, qui non soluit ex simplicitate, non cadit in pœnam. Bald. *cons. 229. Proponitur, in facto, in fi. lib. 5.* vbi, quod attẽdenda est consuetudo. † Et ideo 2
quæli-

quælibet iusta credulitas excusat, Bald. *consil.243. Tempore ad extrahendas, in fin.lib.4. & cons.253. Licet istæ allegationes, per totum*, maxime
3 *in fin.lib.4.* † Amplia; quia nauta transiens cum mercibus si fecit vocare datiarium, vt solueret pro quantitate mercium, & datiarius dixerit nolle recipere datium pro quantitate mercium admissa in aliis locis; quia sint maioris ponderis, & nauta recedere cæperit, postea vocatus, bona dicantur in commissum cecidisse, excusatur nauta; quia non dolose recessit, & præsumitur contra
4 publicanum. Cuma. *d.cons.5. per totum*, vbi est casus. Vide, *Publicanorum audacia, & vitia. Conclusio.639.* † Amplia; quia nauta, vel vehens rem alienam, non potest facere cadere dominum, vel merces in commissum in præiudicium domini, quia non habet mandatum
5 ad hoc Cuman. *d.cons.5. numero 4. versic. tertio quia.* † Extende ampliationem, vt procedat, etiam si extet statutum, vel consuetudo, quod res cadant in commissum, cuiuscunque sint, quia intelligitur, dummodo tale statutum sit communiter in aliis locis, vel sit conforme iuri communi, alias non ligat forenses ignorantes. Cu-
6 ma. *cons.5. in fin. vers. & dato, quod statuto.* † Amplia, quia is, qui habet iustam causam credendi, quod non teneatur, non incidit in pœnâ veluti, si vendantur merces, sed est conuentum, quod non tradantur, nisi in tempus nundinarum, quia licet solui debeat gabella excepto tempore nundinarum, alias res cadant in commissum, tamen excusatur non soluens hoc casu, quia credidit probabiliter se exemptum, Bald. *cons.253. licet istæ allegationes, li.4. & cons.256. Præ-*
7 *mittenda sunt, lib.4.* † Contrarium tenet Bald. *cons.254. In quæstione is-*
8 *ta, lib.4.* vbi, quod alias aperiretur via fraudibus. † Amplia, quia is, qui cecidit in commissum, si soluat datium, & datiarius sciens recipiat, censetur remittere pœnam, si habet facultatē Bal. *cons.256.*
9 *n.6. lib.4.* † Extende, quia si quis cecidit in commissum, & tenetur ad pœnam, & datium, si datiarius concordat cum eo, qui cecidit in commissum, & exigit aliquid plus, quam importet datium, non potest postea petere pœnam, quia censetur remisisse pœnam. Bal.
10 *cons.229. circa med. ver. in contrarium, lib.5.* † Amplia, quia mercator non incidit in pœnam statuti, si denuncians merces sericas pro laneis, quando in termino ad denunciandum reuertitur, & purgare vult moram. Bald. *cons.34. statuto, seu capitulo, lib.5.* vbi pro vtraque parte, ita distinguit in contingentia Fauentini datii, vbi mul-
11 ta. † Limita in fraudante dolose, quia de iure communi duplicatum datium soluere tenetur, & propterea res non cadit in commissum de iure communi. Cuman. *dict. cons.5. in princip. ver. secundo,*
12 *quia.* † Quandoque tamen publicatur etiam nauis ob fraudem commissam contra gabellam, *l. cum proponas C. de nauti. fæno.* Bal. *cons.*
13 *229. in princip. lib.5.* † Limita, nisi adsit statutum, vel consuetudo, quod res cadant in commissum. Cuman. *d. cons.5. in fi.* vbi qualiter intelligatur; quia statur consuetudini interpretatiuæ statuti. Bald.
14 *cons.229. Proponitur in facto circa fin. lib.5.* † Imo videtur tenere Bald. *cons.256. Præmittenda sunt, in princip. lib.4.* quod res incidant in commissum, & perdantur; tamen quia meminit etiam de pœna statuti, non bene concluditur contrarium, quod de iure perdantur merces sed tamen hoc innuere videtur, quod istud sit de iure commu-
15 ni. † Limita in exempto, qui licet nihil teneatur soluere; tamen debet ostendere bona datiario, ne incidat in pœnam propter præsumptas fraudes, quæ possent committi. Bald. *consil.79. Dauanti da*
16 *voi, num.4. ver. secundo quæritur, lib.2.* † Declara, quia si statutum imponit pœnam 50. librarum pro fraude commissa in quolibet centenario, eadem pœna debet distribui pro rata, si committatur fraus in minori quantitate centenarii. Bald. *d.cons.229. circa med. ver.*
in contrarium, lib.5. Vide, *Gabella non soluta si res perdatur, cuius damno cedat. Conclusio.14.* Vide, *Gabellæ pœna quando incurratur, vel non. Conclusio.12.*

Datum ex causa quando possit repeti cessante causa. Concluſ.31.

1 EMPTOR, † qui soluit pretium rei emptæ venditori, seu creditoribus venditoris ex causa venditionis, potest repetere non sequuta venditione; quia dicitur solutum sine causa; ideo com-
petit condictio sine causa Castr. *cons.347. respondendo, nu.2. ver. ad se-*
2 *cundum, lib.2.* † Extende, vt procedat, etiam si venditor recepto pretio bonorum venditorum ipsa bona vendita tradidit emptori ex causa permutationis; quia adhuc pretium solutum ex causa emptionis repeti potest condictione sine causa, ne venditor habeat rem, & pretium. Castr. *d.cons.347. num.2. lib.2.* vbi, quod imo potest retinere bona permutata per exceptionem, donec restituatur pre-
3 tium. † Amplia; quia datum ob causam dotis sponso nomine sponsæ, si non sequatur matrimonium, potest repeti, quia cessat causa propter quam datum fuit. Abb. *cons.48. Attingam, col.2. ver. circa ter-*

tium, lib.1. vbi dicit * communem. † Declara tamen; quia si frater * 4
soluit dotem, vel partem dotis pro sorore sponsa censetur de suo proprio soluere, ideo non sequuto matrimonio ipse repetit; quia licet censeatur donare, intelligitur sequuto matrimonio, ideo non sequuto matrimonio qui dedit de suo, repetit, si vero dedisset de bonis mulieris vere, vel præsumptiue, vt quia administrabat bona sororis; tunc repetitio fit per mulierem, & non per soluentem, plene Abb. *d.cons.48. col.2. ver. sed refero nunc dubium, lib.1.* Vide, *Cessante causa cessat effectus. Conclusio.202.* Vide, *Indebiti condictio, vt habeat locum Concluſ.84. & concluſ. seq. ibi prox.*

Datum simpliciter ex causa magis verisimili præsumitur datum. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concluſ.474. Datum aliquid.* vbi ponit multa exempla, quæ videas. Vide plenius, *Verisimile quid sit, & verisimilitudo attendenda in omnibus. Conclusio.161. & concluſ. prox. seq. ibi.*

Debet, quando hoc verbum inducat præceptum, vel peccatum, aut non. Concluſ.32.

LEX † aliquid præcipiens per verbum, *debet, vel non debet*, inducit 1
regulariter præceptum, per quod contrafaciens incurrit peccatum mortale, glos. in *clem. attendentes, de stat. regular.* super *ver. Debeant*, Calder. *cons.220. circa princip. ver. quinto probatur*, alias *c. vnic. de vit. & honest. Clericor.* † Extende; quia dicto, *debet*, importat neces- 2
sitatem, Io. de Anan. *cons.85. Intentio D.P. in princ.* vbi, quod descriptus in libro censuali Ecclesiæ, *Petrus debet soluere*, importat necessitatem, & obligationem. † Limita, quia verbum, *debet*, importat 3
quandoque vrbanitatem, vt *debet*, id est, *potest*, glos. in *l.3. in ver. debent. C. de pignor.* Vide, Dictio, *potest*, quid importet. *Conclusio.335.* Vide Dictio, *debet*, importat necessitatem, & quando secus. *Conclusio.262.* Vide, *Potest*, quid importet, & quando inducat necessitatem. *Conclusio.464.*

Deberi potest eadem res eidem personæ ex pluribus causis. Concluſ.33.

DEBERI † potest eadem res eidem personæ ex pluribus causis. 1
l. non est nouum, ff. de actio. empt. Oldrad. *cons.50.* vbi, quod in lucratiuis vna solutio quandoq; satisfacit pluribus obligationibus. Vide plenius, *Titulus potest multiplicati, & quando secus. Conclusio.321.*

Debitor dicitur multis modis, & de differentia multipliciti. Concluſ.34.

DEBITOR † quis dicitur, vel esse potest conscientialiter, & 1
sic vere secundum naturam, vt qui vere recepit mutuo pecuniam. Bal. *cons.485. Debitor dupliciter, lib.2.* † Alio modo dicitur quis 2
debitor artificialiter, seu iudicialiter, puta ex confessione; vel alio modo ciuili Bald. *d.cons.485. lib.2.* † Extende; quia debitor dicitur 3
etiam condemnatus ex delicto, vel maleficio. Bart. *cons.169. Statuto ciuitatis, in princip. lib.1.* vbi plena apostill. *in versic. statutum.* dat concord. † Declara tamen; quia multum refert, an quis con- 4
ueniatur ad pœnam, vt condemnetur; & tunc aut condemnationem causa dicitur criminalis, & forte non erit debitor, aut fuit lata sententia, & condemnatus in pœnam pecuniariam, licet fisco; & tunc bene potest debitor ciuilis; quia fiscus debet agere coram Procuratore Cæsaris, *l.1. C. vbi cauſ. fiscal.* Bart. *d.cons.169. n.3. ver. è con-*
tra, lib.1. † Differunt autem inter se; quia præscriptio non liberat 5
debitorem verum, & naturalem, sed bene liberat debitorem ciui- 6
lem; quia præscriptio est à iure ciuili. Bald. *d. consil.485. per tot. lib.2.*
† Debitum dicitur, quod à legatario præstādum est implendæ cō- 7
ditionis causa. Fulgos. *cons.202. col. penul. ver. sed & illud.* † Aliquis dicitur debitor stricte, & proprie, prout debitor purus, à quo possum 8
inuito velle satisfieri. Alex. *cons.2. n.17. lib.4.* † Et importat debitum esse purum, etiam si debitor cōfitetur habuisse pecuniam, licet reuera non habuerit, quia licet habeat, si conueniatur exceptione non numeratæ pecuniæ, tamen interim debitum est proprium, & nata est obligatio, *l. si pecuniam*, vbi glos. & Doctor. *ff. si cert. petat.* secus, si quis confitetur centum sibi numerata, vel numerandos; quia isto secundo casu debitor est sub conditione, & non est nata 9
actio. Alex. *d.cons.2. n.18. v. nec prædictis obstat, lib.4.* † Alius debitor dicitur in diem, sed proprie nō est debitor. *decis. tanuens.156. n.5. & seq.* 10
† Et iste dicitur debitor large non solum quoad etymologiam, sed etiam quoad essentiam, quia nata est obligatio licet in diem. Alex. 11
d.cons.2. nu.15. & seq. lib.4. † Alius est debitor sub conditione, & iste non est debitor neque stricte, & proprie, neq; large, sed secundum

etymologiam Alex. *d.conſ.2.Ex narratis,nu.15.& ſeq.lib.4.* vbi, quod iſte non poteſt conueniri ,quia non eſt nata obligatio neque actio
12 ante purificatam conditionem. † Etis, qui facit ſe debitorem in ſcutis centum ſibi numerandis, vel quæ ſibi numerabuntur, dicitur ſub conditione debitor, quia ſicuti relatiuum iunctum verbo futuri temporis facit conditionem ; ita etiam participium futuri temporis, Alex. *d.conſ.2.nu.15.& ſeq.lib.4.* vbi *nu.18.* conſtituit differentiam, an quis confiteatur ſub ſpe futuræ numerationis habuiſſe centum, quæ reuera non habuit; & iſto caſu dicitur debitor purus, ſed ſi conueniatur, poteſt excipere infra tempus de non numerata pecunia; ſi vero confitetur habuiſſe centum ſibi numerandos, vel quæ numerabuntur, & iſto caſu eſt debitor in diem. Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Debitor quis dicatur, & appellatione debitoris de quo intelligatur. Concluſ. 35.

1 DEBITORIS † appellatione intelligitur de vero debitore, & ideo delegans, vel promittens dare tot debitores, &c. intelli-
2 gitur de veris debitoribus. Bal. *conſ.442. Verba ita dicunt, lib.1.* † Amplia, quia debitoris appellatione intelligitur de debitore liquido, & claro, ideo ſtatutũ diſponens, quod bona debitoris poſſint dari in ſolutũ creditori, intelligitur, ſi debitum eſt liquidum, alias non.
3 Bal. *conſ.133. Mandatum dicitur, lib.2.* † Amplia; quia appellatione debitoris veniunt etiam illi, qui habent inter ſe beneficium diuiſionis, prout ſunt tutores ; quia nihilominus quoad totum dicuntur
4 debitores. Cuman. *conſ.24. circa fi. ver. vnde quamuis.* † Declara, quia licet ille, qui tenetur conſignare tot nomina debitorum, teneatur conſignare veros debitores; non tamẽ adſtringitur conſignare tales, qui ſint ſoluendo, niſi poſt moram conſignare debentis effecti fuerint non ſoluendo, vel niſi haberet alios exigibiles, quos poſſet conſignare. Bal. *conſ.72. Si quæritur, lib.3.* vbi etiam excipit niſi aliter
5 ſit conuentum. † Amplia; quia fideiuſſor dicitur debitor. Bart. in *l.*
6 *1.ff.ſi cert.pet.at.* Barba. *conſ.86. Illud, col.3. lib.3.* † Amplia; quia proprie dicitur debitor, à quo inuito exigi poteſt, *l.fideicommiſſa, §.ſi rem, ff.de leg.3. l.ſi ex cautione,* vbi glo. & Docto. *C.de non numerat.pecun. l.debitor, & l.creditor, ff.de verb.ſignif.* Alex. *conſ.12. Viſo themate, n.4. v.quarto, lib.*
7 *2.* † Amplia; quia debitor in diem dicitur etiam debitor ante diem; ſecus in debitore ſub conditione ; quia ante conditionem non eſt debitor. Alex. *conſ.2.n.16. lib.4.* Iacob. Butriga. in *l.1.ff.ſi cert.pet.at.* vbi quod ille, cui aliquid eſt promiſſum ſub conditione extitura, dicitur creditor ſolum quoad etymologiam vocabuli, ſed debitor in diem dicitur debitor etiam ante diem, eſt ergo creditor etiã quo-
* ad effectum obligationis, & actionis, quæ nata eſt, & dicit * com-
☞ munem, *nu.15.* Vide, *Debitor in diem, vel ſub conditione an poſſit conueniri.*
8 *Concl.52.* † Alia differentia inter debitum in diem, & ſub conditione; quia in diem poteſt nouari, & ſtatim fit transfuſio ; ſecus ſi ſub
9 conditione. Alex. *d.conſ.2.n.16. lib.4.* † Alia; quia debitor in diem dicitur debitor large, non proprie, debitor ſub conditione dicitur debitor ſecundum etymologiam, non autem large, neq; proprie.
10 Alex. *d.conſ.2.n.16.& 17. lib.5.* † Reſtringe; quia debitor ſub conditione non eſt vere debitor. Alex. *conſ.1. Ex narratis, n.14.& ſeq. v.tertio eſt videndum, lib.4.* vbi quis dicatur in diem, & quis ſub conditione; nam ſub conditione dicitur, qui promittit ſoluere ducẽtos ſibi numerandos; quia participium futuri temporis inducit conditionem, ſicut relatiuum iunctum verbo futuri temporis. Alex. ibi *n.15. & ſeq.* vbi, quod ita impeditortum obligationis, ſicut expreſſa con-
11 ditio. † Limita, quia nõ eſt proprie debitor obligatus actione reali.
12 Bald. *d.conſ.133. circa princ.ver.& hic eſt conſiderandum, lib.2.* † Extende idem eſſe in eo, qui poteſt conueniri rei vẽdicatione; quia proprie non eſt debitor, neq; proprie obligatus, ſed large bene poteſt dici
13 debitor, & obligatus. Alexan. *conſ.102. in princ.lib.6.* † Declara; quia debitor proprie, & obligatus proprie, licet non veniat in ſimplici diſpoſitione obligati, & debitoris; tamen quando fit mentio de debitore, & obligato ex quauis cauſa, vel ex quacunque cauſa, vel ratione, bene venit debitor, & obligatus actione reali, vel etiam debitor, & obligatus rei vendicatione. Alex. *d.conſ.102. Viſo themate, in princ.* maxime *nu.2.& ſeq.lib.6.* vbi ponit multa ſimilia, quia appellatione actionis non venit officium iudicis ; quia proprie non eſt actio, ſed ſi cedatur quæcunque actio, bene venit propter verbum vniuerſale; ſic appellatione partis venit dimidia, ſed ſi dicatur quælibet pars, venit omnis pars, ſic euictio promiſſa non comprehenditur, ſi per laudum, & compromiſſum ſequatur euictio;
14 ſecus, ſi eſt promiſſa quæcunque euictio. † Contrarium facit; quia liberatio & quietatio generalis per verba vniuerſalia non extenditur ad ea, quæ poſſunt vendicari. Alexan. *conſ.46.num.3.& per*
☞ *totum, lib.2.* vbi apoſtil. in *ver.vendicari,* dat plurimos concord. Vide, *Liberatio generalis ex certa cauſa non comprehendit aliam cauſam, & quando ſecus. Concluſio.326.num.46.& multis ſeq.* vbi *num.61.* declaratur.
† Reſtringe in perſonis idiotis, quia verba groſſo modo ſunt intelligenda, & idem inter mercatores, qui ſunt idiotæ. Alexan. *conſ.* 15
102.num.11.& ſeq.ver.Præſertim, lib.6. † Reſtringe; quia large dici- 16
tur debitor is, qui actione reali tenetur, licet proprie non poſſit dici debitor, neque proprie obligatus. Alexand. *conſ.102. Viſo themate, in princip.& per tot.lib.6.* † Limita; quia non eſt proprie debi- 17
tor tutus exceptione fauorabili peremptoria. Cuman. *conſ.24. Teſtator filio, circa fi.* † Extende; quia non eſt debitor proprie, qui ex- 18
ceptione perpetua ſe defendere poteſt. Fulgoſ. *conſ.202.colu.penul. circa fin. ver. non enim dicitur.* † Reſtringe in exceptione compenſa- 19
tionis, quia vere debitor eſt, quia qui compenſat, ſoluit. Alexan. *conſ.12. Viſo themate, num.12. ver.non obſtat quartum, lib.2.* † Limita; 20
quia ceſſionarius non eſt proprie creditor debitoris ceſſi, quia illius fidem non eſt ſequutus, eo quod partim ſuo, & partim procuratorio nomine experiri debet. Anchar. *conſ.222. Subtiliter, nu.4.* Contrarium Vide, *Ceſſionarius vtitur eodem iure, quo vteretur cedens. Concluſio.213. per diſcurſum.*

Debitum qualiter dicatur purum, vel non. Concluſio 36.

DEBITVM † non eſt purum, ex quo imminet euictio rei, pro 1
qua debitum eſt contractum. Angel. *conſ.121. Nicolaus vendidit, num.2.ver.Sed hoc debitum.* Vide, *Certum quando dicatur. Concluſ.200.*
† Amplia, quia debitum in diem, vel ſub conditione expreſſa non 2
eſt purum. Angel. *d.conſ.121.nu.2.* Vide, *Debitor quis dicatur. Concluſ. præced.num.7.& ſeq.pag.præced.* † Amplia; quia ſi ineſt dilatio inhæ- 3
rens ex natura rei debitum non eſt purum. Angel. *d. conſ.121.nu.2.* 4
† Amplia, quando ineſt tacita conditio ex natura contractus, vt ſi pure eſt promiſſa; quia expectat matrimonium, licet pure ſit promiſſa, Angel. *d.conſ.121.nu.2.* † Amplia; quia debitum cauſa condi- 5
tionis implendæ non eſt proprie purum debitum, ſed quaſi debitum Fulg. *conſ.202.col.pen.ver.ſed & illud.* † Amplia, quia debitum 6
cauſatiue non eſt proprie debitum, quia compelli non poteſt præciſe. Fulg. *d.conſ.202.col.pen.ver. Eſt namque debitum.* † Limita, quan- 7
do debitum eſt purum, licet poſſit per conditionem, & euentum illius reſolui, Iaſ. in *l.pecuniam, numer.8.* vbi dicit * communem. *ff.*
* *cert.pet.at.* vbi, quod igi poteſt interim. † Extende; quia creditor ex 8
inſtrumento de centum, cum clauſula, *ſaluo veriori calculo,* dicitur quoad centum purum, & habet exequutionem, prout alia credita liquida ex inſtrumento, quia inſpecto præſenti ſtatu eſt purum, licet inſpecto futuro tempore poſſit minui Bar. & Doct. in *l.Iultanus verum debitorem, in fin.* & Iaſo. in *l.ſufficat.in 6.not.ff.de condict.indeb.* Caſtren. *conſ.178. In cauſa, quæ vertitur Lucæ.col.fin.in antiq.* Socin. in *l.*
quibus diebus. §.quidam Titio, in fin.ff.decon.d.& demonſtr. † Extende; 9
quia debitor in centum plus, & minus, quoad centum dicitur purus debitor, ſed quoad plus, & minus, niſi aliter verificetur, illa clauſula, nihil operatur, Alexand. *conſil.8. Videtur.in fin.numer.*
11.lib.4.

Debitum alternatiuum ante electionem non eſt debitum. Concluſ.37.

DEBITVM † alternatiuum ante electionem, & declarationem 1
non poteſt dici debitũ, ex quo eſt in facultate ſoluere, debentis, ideo non efficitur debitum, niſi per litis conteſtationem, quia tunc electio extinguitur in iis, quorum vnum eſt in obligatione, aliud in facultate ſoluendi, *l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ff.de ſolutio.* vbi Bart. & alii, Bart. plene *conſ.70. Reuerendiſſime, prope fin.lib.1.*
Vide, *Alternatiua dat electionem debitori. Conclu.316.* † Declara tamen, 2
quia in debito quando vnum eſt in obligatione, aliud in facultate ſoluendi, bene ceſſat quod eſt in facultate per litis conteſtationem, vt ſupra, ſecus, quando debitum eſt mere alternatiuum, quia eſt obligatio alternatiua, tunc debitor etiam poſt ſententiam poteſt variare. Bartol. *d.conſ.70. in fin.lib.1.* allegat *l.eum, qui certarum, §.1.ff.de verb.obligat.* † Amplia, vt idem ſit in legato con- 3
ditionali collato in electionem legatarii, quia licet legatum habeat hoc ſpeciale, quod transfert dominium ; tamen antequam legatarius elegerit, non dicitur translatum. † Amplia, quia li- 4
cet res empta ex pecunia Eccleſiæ acquiratur Eccleſiæ, vel pupillo, tamen intelligitur, ſi Eccleſia potius voluerit rem, quam pretium, ex quo eſt in facultate, & electione Eccleſiæ, ideo antequam eligat, non acquiritur præciſe. Bald. *d. conſilio 299. Dicunt Petrus, & Cynus, numer.5. verſicul. quid enim ſi emptio, lib.1.* 5
† Declarat tamen, quod conſenſum, vel diſſenſus præſumitur

prout

prout vtile, vel damnosum est consentienti; quia vbi agitur de vtilitate, facile quis consentit, vbi agitur de damno, facile dissentit, Bald. *d. cons. 299. nu. 5. ver. Item contractus emptionis, lib. 1.* † Limita; quia debitor obligatus consignare tot nomina debitorum ad electionem creditoris, bene dicitur vere debitor, & eo ipso, quod conuenitur, valet iudicium, etiam si non præcedat electio, quia potest renunciare creditor huic electioni, nec iudicium potest reddi nullum, quia inducta ad fauorem creditoris, non debent odium operari, vt per Deci. *cons. 333. ad fi.* Corne. *cons. 299. Littera R. lib. 3.*

Debitor quando, & ex quibus debitum agnouisse probetur. Concluſ. 38.

1 DEBITOR † soluens aliquid ad bonum computum talis debiti, dicitur approbare debitum. *l. indebitum, C. de cond. indebit. l. sed Iulianus, § fin.* & ibi glos. fin *ff. ad Maced. l. si fideicommissum, § si. ff. de iudic.* Vide, *Legatum cum onere non obligat legatarium agnoscentem legatum, vltra valorem legati, & quando secus. Concluſ. 69. & Conclusio. ibi proxima seq.*

Debitorem alienum acceptans periculo suo facere dicitur, & quando secus. Concluſ. 39.

1 NOMINA † debitorum sibi accolans censetur acceptare periculo suo; quia verbum, *accollare*, hoc importat, vt legitur apud Marcum Varronem, *lib. 3. de re rustica*, & apud Suetonium *in vita Claudij Imperatoris, c. 10.* & apud mercatores ita intelligitur, vt probatur ex practica, & attestatione mercatorum, à qua non est recedendum ex iis, quæ Tiraquel. *de retract. lignag. § 2. glos. 7. num. 5. &* 6. Paris. *cons. 96. num. 5. & 40. lib. 3.* Vide, *Accollatio facta in se de aliquo credito, vel negotio, quid sit, & operetur. Concluſ. 84.* Vide supra, *Debitor*
2 *quis dicatur. Concluſ. 35.* vbi plura, quod de vero intelligitur. † Administrator alterius, qui liberatur consignando debitores creatos ex administratione, tenetur curare, vt debitores se obligent domino cui tenetur illos assignare, secundum communē vsum loquendi, & practicam inter mercatores, & licet verbum, *consignare*, vel *assignare*, aliquando importet translationem dominii. Bartol. in *l. si constante in princ. ff. solut. matrimo.* aliquando depositum Tiraquel. *de retract. § 7. glos. 3. num. 6. cum seq.* tamen in casu isto de iure communi debet importare translationem dominii, & iuris, Bald. in *l. 2. num. 7. C. commun. de legat.* Alexand. *cons. 40. Super eo, num. 5. lib. 4.* Et in hac materia, in qua liberatur quis à debito, & in cambium debet consignare debitores, debet intelligi ita, vt se obligent ei, cui fit consignatio, prout fit in delegatione, quæ non fit, nisi ille, qui delegatur, se obliget ei, cui fit delegatio, vt not. in *l. singularia, ff. si cert. petat.* vbi Deci. *num. 25. & num. 27.* & non sufficit, quod cedantur iura,
3 quia per cessionem non dicitur consignasse. † Limita; quia cedens debitorem suum suo creditori acceptanti, si cessus non soluit, non erit liberatus cedens. Bart. in *l. singularia, num. 19. ver. ex hoc apparet. ff. si cert. petat.*

Debitor quando teneatur in foro poli, vel non. Conclusio 40.

1 DEBITOR † tenetur satisfacere suo creditori tam in foro fori, quam in foro poli, & sic in foro conscientiæ. Bald. *cons. 20. lib.*
2 *2.* † Limita; quia bene potest debitor licite, & in foro poli retinere totum debitum, donec creditor sibi impleat plene id, ad q tenetur, *l. si non sortem. § si centum, ff. de cond. indebit. l. si necessarias. § si pignori, ff. de pignor. actio. l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. fact.* Vide, *Retentio rei alienæ datur multis casibus. Conclusio. 307.*

Debitor soluens de alieno obligatur domino, cui præiudicare non potuit. Concluſ. 41.

1 DEBITOR † Titii, qui fuit missus à Seio in partibus orientis cum mercibus, fuit captus ad instantiam Titii, vti suspectus, qui dixit merces esse alienas, sed tamen, vt liberaretur, dedit partem in solutum Titio, postea moritur debitor cessans, tenetur Titius restituere merces, si extant, alias pretium Seio domino, non attenta consumptione propter malam fidem, quia sciuit merces alienas; secus si non sciuisset, Afflict. *decis. 369.*

Debitor soluens non domino quando liberetur, vel non. Concl. 42.

1 DEBITOR † soluens non domino, vel falso Prælato non liberatur. Vide, *Putatiuus hæres, vel Prælatus quid possit, & ad quæ obliga-*

tur. Concluſ. 982. Vide, *Soluens debitum non vero domino non liberatur, & quando secus. Concluſ. 336.* † Et quid in debitore absentis; qui soluit 2
coactus alteri vigore legis; vel præcepti iudicis seu superioris, Vide Bart. in *l. creditor, ff. de solutio.* vbi late distinguit, latius Ias. *cons. 26. lib. 3.* latissime Afflict. *decis. 150.* vbi dat plures casus, & inter alios dicit, quod oportet, quod debitor non sit in mora soluendi vero domino ad hoc, vt liberetur, & quod oportet, quod vere soluerit, non autem concordauerit, vel facta fuerit confessio de recepto, sed debet constare de vera solutione. Decia. *cons. 407. visis, & diligenter*, vbi late. Vide, *Præceptum iudicis excusat obedientem. Conclusio.* 480. † Contrarium tenet Christophorus Castillio. *consil. 1. per to-* 3
tum. quia soluens tyranno compulsus in odium creditoris electi liberatur, etiam si debitor esset in mora; quia illud, quod dicitur de mora debitoris, vt non liberetur à casu fortuito, procedit, quādo casus fortuitus est sine leui culpa creditoris, vt quia in odium suum: ratio est, quia vltima mora attenditur; vnde si voluisset debitor offerre creditori, non poterat. † Declara tamen; quia non 4
liberaretur debitor morosus, quando mora debitoris fuisset parata ad hunc finem, vt solueret tyranno, vt quia sciret creditorem electionem passurum. Castillion. *d. cons. 1. circa fi. ver. non obstat aliud motiuum.* † Amplia, quia hæres putatiuus exigens non liberat 5
soluentem regulariter. † Declara, quia putatiuus hæres con- 6
trahens censetur nomine hæreditario, & acquirit hæreditati, si verus hæres ratum habet, si vero hæres putatiuus transigit acquirendo etiam vt hæres, proprio nomine censetur acquirere, etiam vero hære de ratam habente. *l. imperatores, § fin.* vbi glos. Bartol. Angel. Castrens. Ias. & alii *ff. de transactio.* Vide, *Apparenter aliquid esse, quando sufficiat, licet non existenter. Conclusio. 346.* Vide, *Opinio, & reputatio communis multa operatur. Concl. 157.* Vide, *Putatiuus hæres, vel Prælatus quid possit, & ad quæ obligetur. Concluſ. 982.* Vide, *Veritas quando contra opinionem, & mentem attendatur. Concluſ. 168.* † Limi- 7
ta in debitore condemnati compulso soluere à fisco, qui liberatur. Vide, *Debitor condemnati soluens fisco. Concluſ. prox. seq.* † Limita, quando verisimiliter potuit credere illum fuisse dominum, & fuit in 8
bona fide. Franc. Aret. *cons. 63. In præsenti cōsultatione*, vbi allegat pro, & contra, quod conductor non possit habere bonam fidem; quia non possidet, tandem *n. 6. v. modo proposito* tenet contrarium, quod ex quo conduxit per 10. annos potuit credere esse dominum, & est liberatus conductor, qui soluit Abbati, non vero Prælato, ex quo per tantum tempus inducitur bona fides. † Limita in condu- 9
ctore soluente locatori, quia liberatur etiam si locans esset prædo iniquissimus, quando conductor ignorauit, & fuit in bona fide, *l. si Vrbana*, vbi Ias. *in tertio not. ff. de cond. indeb.* Vide, *Conductor soluens locatori, etiam non domino liberatur. Concl. 618.* † Extende, quia is, qui 10
mutuo accepit à monacho, vel seruo, licet acquirant monasterio, vel domino, tamen qui contraxit cum eis, non potest quæstionem inferre, sed soluens eis liberatur. Alex. *cons. 104. In causa, & lite n. 7. & 8. ver. confirmo. lib. 4.* † Extende, quia licet bona Iudæorum bapti- 11
zatorum quæsita ex vsuris fiant pauperū, tamen is, qui debet soluendo Hæbræo baptizato liberatur, & nō potest molestari. Alex. *d. cons. 104. n. 6. & seq. v. secundo respondeo, lib. 4.* vbi, quod Ecclesia venit appellatione pauperum, ideo si esset professus in monasterio, solutio facta monasterio est legitima. † Imo si fur deponat rē furti- 12
uam penes tertium, ille tertius nō potest inferre quæstionem, sed reddere tenetur, & reddendo liberatur. Alex. *d. cons. 104. n. 6. & seq. li. 4.* vbi, quod nullus potest inferre quæstionem dominii ei, à quo rem habet. † Limita, quia debitor defuncti soluēs hæredi proprie- 13
tario vniuersali liberatur, licet vsusfructus sit alteri legatus, & ad eum spectent credita hæreditaria ad vsumfructū, & sit in hoc procurator hæredis in rem suam. *l. 1. § fi.* vbi Doctor. *ff. de noui oper. nunciat.* & debet vsufructuarius petere solutum ab hærede, qui exegit, non à debitore. *l. 1.* & ibi glos. *C. de vsufruct.* † Extende in debitore 14
defuncti soluente hæredi grauato fideicommisso, quia liberatur. *l ante restitutam. ff. de solutio.* vbi glos. Bart. & Doctor. *l. 1. § si hæres, ff. ad Trebellian.* & licet non possit alienare, *l. fi. § fin autē auaritia cum auth. ibi seq. C. commun. de legat.* Tamen illa iura loquuntur in alienatione voluntaria, nos sumus in receptione quantitatis, quam hæres necessario tenetur recipere. *l. reos, cum l. seq. ff. de solutio.* Vide plene Anton. Gabriel. *lib. 3. titul. de solutio. Conclusio. 11. Debitor à quo.* Vide, *Soluens debitum non vero domino non liberatur, & quando secus. Concl. 336.*

Debitor condemnati soluens fisco quando liberatur, vel non. Concluſ. 43.

DEBITOR † priuati cuius bona fisco confiscata sunt, compul- 1
sus soluere fisco liberatur à tali creditore. Bald. *consil. 28. Factum tale proponitur, lib. 2.* Anchar. *cons. 64. num. 9. ver. de secundo.* vbi lo-

quitur in Othone tyranno Parmæ, Castillio. *cons.*1. *per tot.* Vide, *Præceptum iudicis excusat obedientem. Conclusio* 480. † Amplia, vt procedat, etiam si debitor iurasset soluere Titio suo creditori, cuius bona sunt confiscata, quia soluendo fisco liberatur. Fede. de Sen. *consilio* 281. *nu.*2. *ver. ad quod etiam facit*, & *cons.* 239. *in princip.* licet in fi. videatur recitare Hosti. tenentem contrarium, & pro prima parte, quod procedat etiam in contractu iurato, Ruin. *cons.* 167. *n.* 8. *vers. & prædicta habent locum, lib.*4. Vide, *Iuramentum debet impleri in forma specifica. Conclusio.*527. † Amplia, etiam si non compulsus soluisset; quia si soluit fisco, postquam bona creditoris erant confiscata, liberatur, ita quod non potest vlterius compelli soluere. Baldus *consilio* 145. *Præsupposito quodam, in fi. ver. quarto quæritur, libro* 2. *& consilio* 128. *in princip.* vbi, quod si bona sunt confiscata, siue compellatur, siue sponte soluat fisco, liberatur. † Amplia, quia debitor soluens tyranno exigenti in odium creditoris liberatur; quia culpa creditoris non debet nocere debitori soluenti sine culpa sua. Christophor. Castillion. *consilio* 1. *per totum*, vbi dicit communem. Anchar. *consilio* 64. *In causa, quæ vertitur, numer.*9. *vers. de secundo*, late Ruin. *consilio* 167. *numero* 7. *& sequent. libro* 4. vbi dicit communem. Vide, *Tyrannorum gesta, & exactiones factæ quando valent, vel non. Conclusio.*305. Extende, etiam si debitor esset in mora soluendi, quia si culpa creditoris compellitur soluere, liberatur. Castillioneus *d. cons.*1. vbi est casus Afflict. *decis.* 150. & 328. vbi Vrsil. dat concord. † Extende ampliationem, quod debitor liberatur soluens præcepto superioris sibi facto odio creditoris, etiam si creditor non sit subditus præcipienti, quia sufficit, quod is, qui debet, teneatur parere præcepto, vt liberetur. Ruin. *cons.* 167. *num.*8. *lib.*4. † Restringe, vt non procedat, quando mora debitoris in non soluendo fuisset in culpa, vt quia sine culpa creditoris, sed casu fortuito, vel alias res periisset, vel si est res, quæ perire non potest, quando creditor casu contingente damnum passus esset, quia tunc mora debet nocere moroso. Christophor. Castillio. *d. cons.*1. *num.*7. *verfic. non obstat.* † Restringe, quando mora debitoris fuisset ordinata ad hoc, vt quia distulit soluere, vt tyrannus, vel princeps postea solueret, quia tunc non liberatur. Christophor. Castil. *cons.*1. *circa fi. ver. non obstat aliud.* † Declara, quia si exactio fiat per tyrannum, vel ciuitatem odio creditoris liberatur soluens, si odio debitoris non liberatur, si vero simpliciter, quia non apparet, cuius odio, si debita est species liberatur, si genus, vel quantitas, non liberatur, prout neque liberatur, quando exigitur à priuato, ita Bart. in *l. creditor, nu.*2. *ff. de solutio.* Bald. vero in *l. falsus. num.*30. & 31. *C. de furt.* aliter distinguit, quia si exigitur à tyranno, vel ciuitate, nec apparet, cuius odio, si opposuit se, ne solueret, liberatur, etiam si debeat genus, vel quantitatem, si nihil opposuit, videtur sponte soluere, & non liberatur, & idem dicit Castrens. in *l.* 3. *in fi. princ. ff. de iud.* sequitur Decian. *cons.*407. *num.* 2. *in fin.* sed tamen distinctio Bart. est communis. Deci. *cons.*25. *in princ.* † Probatur, quod odio debitoris, vel creditoris soluerit, si superior hoc exprimit. Ruin. *cons.*167. *num.*6. *ver. sed prædictis, lib.*4. vbi, quod sufficit etiam assertio superioris extraiudicialis. † Item probatur præceptum, & quod odio creditoris, si extat ordinamentum, vel statutum, aut edicta pœnalia. Ruin *d. cons.*167. *num.*7. *lib.*4. † Item in dubio odio creditoris præsumitur, licet adsint, qui contradicant. Ruin. *d. cons.*167. *nu.*7. *lib.*4. † Item quando, præceptum superioris continet, quod debitor nedum soluat fisco, vel ciuitati, sed etiam, quod non debeat soluere creditori; tũc in odium creditoris præsumitur. Ruin. *d. cons.*167. *nu.*7. *circa fi. lib.*4. † Limita, quando bona creditoris non erant confiscata; quia debitor sponte soluens fisco non liberatur. Bald. *d. cons.*128. *in princ. ver. si vero bona debitoris, lib.* 2. *& cons.*145. *in fin. ver. quarto quæritur, lib.*2. † Extende, etiam si coactus à priuata persona soluat, quia non liberatur. Bald. *d. cons.*128. *in princ. ver. aut debitor, lib.*2. Bart. in *l. creditor, nu.*2. *in fi. ff. de solutio.* † Restringe, quando debitor fuisset compulsus à Communitate, vel publica persona; quia liberatur. Bald. *d. cons.*128. *in princ. ver. aut fuit compulsus, lib.*2. † Et dicitur compulsus, quando facta fuerunt bannimenta publica, quod omnes soluerent Communi. Anchar. *d. cons.*64. *in fi.* † Limita in debitore quantitatis, quia non liberatur soluendo ex iniusto præcepto iudicis sine odio, vel culpa creditoris. Ruin. *d. cons.*167. *n.*8. *in fi. v. non obstat. lib.*4. Vide Conclusionem proximam præcedentem, & Concluſ. prox. sequentem.

Debitor soluendo creditori sui creditoris quando liberetur. Concluſ. 44.

DEBITOR soluens iussu, vel rogitu sui creditoris, creditori creditoris liberatur, etiã si ille, cui facta est solutio, teneatur aliis creditoribus communicare de iure; quia debitor per solutionem est liberatus Angel. *cons.*58. *Commune Florentiæ, circa med. ver. secundo quia, vsque in fi.* † Amplia, quia debitor soluens inuitus creditori sui creditoris liberatur ipso iure, alias ope exceptionis. Ange. *cons.*70. *Ioannes olim, circa fi. ver. constat autem.* † Amplia; quia si quis legat etiam in causam piam nomen sui debitoris, & ille debitor soluat creditori testatoris, liberatur à soluendo causæ piæ. Angel. *d. cons.*70. *per totum.* † Extende, vt procedat etiam, quando ille debitor legatus cœpisset soluere causæ piæ, vel se obligasset de soluendo ex causa legati; quia si compelliatur via iuris soluere alteri creditori testatoris liberatur. Ang. *d. cons.*70. *per totum.* † Restringe, vt non procedat, quando debitor legatus animo nouandi se obligasset legatario, quia si non oppositum de nouatione contra alium creditorem agentem, illi est imputandum de rigore Angel. *d. cons.*70. *ver. hoc præmisso.* † Amplia; quia solutio facta creditori sui creditoris per debitorem, liberat ipsum debitorem, soluentem. Bart. & Doct. in *l. solutum, §. solutum, ff. de pignorat. actio. & in l. si opera, ff. de dol. except.* etiam ipso iure liberatur, vbi nomen debitoris est obligatũ creditori creditoris † Extende, quia multo magis liberatur, si soluit coacte in vim sententiæ, vel præcepti iudicis; quia imo tunc soluens etiam non creditori liberatur. Bart. & Doct. in *l. creditor, ff. de solutio*, argument. *l. Paulo Callimacho, in fi. ff. de legat.*3. & *l. liberto. §. Lucius, ff. de annuis legat.* † Declara, nisi tale præceptum, vel talis coactio esset facta respectu debitoris, quia tunc non liberatur; secus si respectu creditoris; quasi casus fortuitus, cui iniusta sententia comparatur, adscribendus sit ei, cuius contemplatione accidit, inxta not. in *l. si merces, §. culpæ. ff. locati, & l. penul. in princ. ff. solut. matrim.* † Limita, quia inuitus exigi non potest debitor debitoris, nisi principalis debitor sit condemnatus. Roma. *cons.*224. *nu.*7. Vide, *Debitor debitoris qualiter exigi possit. Concluſ. prox. seq.*

Debitor debitoris qualiter exigi possit. Concluſ. 45.

DEBITOR † debitoris inuitus exigi non potest, nisi præcedat condemnatio contra primum debitorem, & excussio dicto primo debitore. Bald. *cons.*214. *In causa nobilis. in fi. lib.*3. Roman. *cons.*224. *Ista captura, nu.*7. vbi ponit dicta duo, & tertium, quod debitor debitoris confiteatur debitum, secus si neget, & idem dicit Roma. quod ista tria sunt necessaria *cons.*141. *Eximie Doctor, col.*2. *ver. secundo principaliter*, & idem Roma. *cons.*416. *Pro dilucidatione, in princip.* † Extende, quia imo tria debent concurrere ad hoc, vt debitor debitoris possit inuitus exigi: Primo, quod principalis debitor sit condemnatus: Secundo, quod contra eum sit facta excussio: Tertio quod debitor debitoris non neget se debitorem, plene Rom. *cons.*416. *Pro dilucidatione, in princip.* Cyn. & Bald. *in l.* 2. *C. quan. fiscus, vel priua.* Bar. in sua *quæstio.*3. *in fi. princ. ver. Vndecimo, num.*11. † Vel si neget debitor debitoris se debere, debet constare, vel probari illius debium versus debitorem meum per testes, vel instrumenta, Bart. in *l. cum proponas. C. de bon. autho. Iudi. possid.* facit *l. fi. §. vt autem*, ibi *certum suum debitorem faciat. C. eod. tit.* & cum sit fundamentum intentionis actoris, ipse debet probare, *l. actor. C. de probat.* † Vel debet constare, quod fuerit condemnatus *l. si debitum, & l. seq.* vbi Salycet. *C. quando fisc. vel priuat.* † Restringe, seu declara, quia si agitur personali ad nomen debitoris, tria requiruntur, si vero agatur contra debitorẽ debitoris super re corporali, tertium requisitum non requiritur, quia licet neget, Iudex adhibet summariam cognitionẽ cum semiplena probatione, & exequitur, si est exequutio dãda. Cast. *cons.*143. *Visis, & ponderatis, nu.*3. *lib.*1. † Declara, quia quando nomen debitoris non est hypothecatum creditori creditoris, verum est, q requiruntur ista, quod is, qui agit, vt consequatur nomen sui debitoris, debet prius condemnari sibi facere talem primum debitorem & sibi constituere in pignus prætorium ipsum nomen debitoris, vt postea experiatur cum debitore debitoris. Fulgos. *cons.*181. *In causa Antonii in princ.* vbi ponit modum experiendi, quia si nomen debitoris confiteatur, contra eum agitur via exequutiua, si neget agitur via ordinaria. † Si vero ipsum nomen debitoris est hypothecatum, tunc non requiritur constitutio pignoris prætorii, vel iudicialis, ex quo adest pignus conuentionale, sed obtenta exequutione contra primum debitorem poterit prosequi iudicium cum debitore debitoris ad nomen adiudicatum Fulg. *d. cons.*181. *in pr.* vbi idem dicit consentiẽte, vel delegante primo debitore; & tunc agi poterit eo modo, qno posset primus debitor condẽnatus, vel consentiens. † Extẽde quia creditor habẽs generaliter obligata bona, & iura sui debitoris, habet etiam obligatum officium iudicis cõpetens suo debitori, & ideo si debitor meus habet condemnatum suum debitorem in expensis, quarum taxationem iudex sibi reseruauit, possum ego comparere coram iudice, & vigore meæ hypothecæ implorare officiũ iudicis, & obtinere taxationẽ expẽsarum,

ad quas

ad quas debitor mei debitoris fuit condemnatus. Bart. plene *conſ.*
9 95. *Et themate, in princ. lib.* 1. † Amplia, quia non valet laudum, neque ſententia adiudicationis, quod debitor debitoris mei mihi teneatur ſoluere niſi dicta tria concurrant, quod debitor ſit condemnatus, quod ſit facta excuſſio contra eum, & quod debitor debito-
10 ris ſit confeſſus. Roma. *d. conſ.* 141. *col.* 2. *ver. ſecundo principaliter.* † Vide omnino Roma. *ſingul.* 559. *Debitor meus*, vbi, quod non poſſum liberando meum debitorem in centum, compellere eum, vt liberet
11 ſuum debitorem in aliis centum. † Et quod excuſſio contra principalem debitorem ſit facienda, antequam creditor agat contra nomina debitorum ſui debitoris, Bald. in *l. ſi debitum. C. quan. fiſcus, vel priuat.* Roma. *conſ.* 416. *Pro dilucidatione in princ. & conſ.* 224. *Iſta ca-*
12 *ptura. num.* 7. & 8. vbi apoſtil. in *ver. excuſſio.* dat concord. † Reſtringe Florentiæ; quia ex forma ſtatutorum, *lib.* 2. *cap.* 59. eſt reiecta ſolemnitas excuſſionis. † Contra reſtrictionem. Rom. *d. conſ.* 224. *nu.*
13 8. *& per totum*, vbi loquitur in ſtatuto Florentiæ, quod debitor de-
14 bitoris capi poſſit, & dicit prius requiri diſcuſſionem. † Reſtringe in cauſis ſummariis; quia cum excuſſio ſit de apicibus iuris, reiicitur in cauſa ſummaria. gloſ. & Bart. in *l. ſi mancipium. ff. de euicto.* ſequi-
15 tur Socin. *conſ.* 24. *viſis ac diligenter, num.* 48. *lib.* 1. † Et an exequutio ſententiæ debiti liquidi poſſit fieri contra debitorem debitoris liquidum, Vide Doctor. in *l. à diuo Pio. § ſic quoque. ff. de re iudic. & in l.* 2.
16 *C. quan. fiſc. vel priuat.* quod ſic. † Et quod requiratur condemnatio principalis debitoris ad hoc, vt poſſit creditor agere contra debitorem debitoris. Fulgoſ. *conſ.* 181. *in princ.* Roma. *conſ.* 416. *in princ. &*
17 224. *num.* 7. *& conſ.* 141. *Eximie Doctor, colu.* 2. *verſic. ſecundo principaliter.* † Amplia, quia poteſt quiliber creditor Titij prohibere debitori Titii, ne ipſi Titio ſoluat, quod intellige per viam iudicij, & cum cauſæ cognitione, alias ſecus. Roman. *conſil.* 141. *Eximie Doctor, circa ſi. ver. Quoniam licet tertia perſona.* & ibi apoſtil. in *ver. non reddatur.*
18 & iſtud eſt, quod dicimus vulgariter ſequeſtrum. † Amplia, quia debitor debitoris poteſt conueniri, & habens cauſam ab ipſo debitore debitoris vniuerſalem; ideo ſi debitor debitoris offerat ſe, & bona ſua Hoſpitali, vel monaſterio, debitor efficitur Hoſpitale, vel monaſterium, & poteſt eo modo conueniri, quo poterat oblatus. Roma. *d. conſ.* 416. *num.* 2. *ver. Quoad ſecundum vſque in fin.* vbi
19 apoſtil. in *ver. ſecundum* dat concord. † Extende, vt procedat, etiam ſi oblatus obligaſſet omnia bona ſua Hoſpitali, vel monaſterio, quia adhuc poteſt conueniri, tanquam habens cauſam à debitore debitoris in perſonali; quia ex quo hypotheca tollitur propter dominium ipſo iure translatum, non obſtat, neque excludit agentem in perſonali contra debitorem debitoris. Roma. *d. conſ.* 416. *in*
20 *fin. verſic. nec aliquid refragatur.* † Reſtringe, quia agens perſonali non poteſt conuenire habentem hypothecam bonorum in bonis debitoris ipſius debitoris. Roman. *d. conſil.* 416. *in fin.* à contrario
21 ſenſu. † Limita, quia poteſt creditor hypothecarius agere contra debitorem ſui debitoris vtili hypothecaria. Signorol. *conſil.* 65. *in princip.* quod intellige, ſequuta condemnatione contra principalem debitorem, vel ſaltem relaxata exequutione, vel facta adiudicatione. Fulgoſ. *d. conſ.* 181. *in princ.* vbi, quod talis adiudicatio potuit fieri non vocato debitore debitoris ad effectum contra
22 eum ordinarie agendi. Docto. in *l.* 1. *C. quando Fiſc. vel priuat.* † Declara, quia ad effectum, vt debitor debitoris poſſit via exequutiua conueniri debet vocari in primo iudicio in quo ſi confiteatur, vel condemnetur, tunc contra eum ſummarie, & exequutiue agitur, ſi vero non fuit vocatus, debet contra eum agi via ordinaria, quatenus neget, ſi vero confiteatur; quia confeſſus habetur pro condemnato, poteſt etiam contra eum agi via exequutiua. Fulgoſ.
23 plene *conſ.* 181. *in princ.* † Extende, quia adiudicatio nominis debitoris valet etiam non citato ipſo nomine debitoris, quando fit, vel de conſenſu primi debitoris, vel ipſo condemnato. Fulgoſ. *d.*
24 *conſ.* 181. *in princ.* † Extende, quia poteſt agere hypothecaria, vt ſupra. etiam ſi debitor debitoris fuiſſet delegatus à primo debitore alteri, quia non potuerunt præiudicare primo creditori. Signorol.
25 Homod. *d. conſ.* 65. *per totum.* † Extende limitationem, maxime quando alia bona non ſunt in bonis primi debitoris; quia tunc vtili actione agere poteſt contra nomen debitoris hypothecatum.
26 Fulgoſ. *d. conſil.* 181. *col.* 2. *verſic. ceterum.* † Extende, vt procedat nedum reſpectu debiti ſortis principalis, ſed etiam reſpectu debiti luctorum. Signorol. Homod. *d. conſil.* 65. *nu.* 8. *verſi. redeo ad ſecundum*
27 † Et quod creditor habens obligata bona, & iura ſui debitoris poſſit actionibus perſonalibus, realibus, & mixtis illi directo competentibus vtiliter vti, & agere, ac experiri contra debitorem debitoris, iuxta not. in *l. conuenerit. ff. de pignorat. actio.* vbi Caſtrenſ. hoc tradit, & in *l. nomen*, vbi Bartol. *C. quæ res pigno. oblig. poſſ.* Alexand. in *l. à Diuo Pio, § ſi. ad ſi. ff. de re iudic.* Socin. *conſ.* 158. *Viſis proceſſibus in pen. colum. verſic. præterea domini.* Bartol. poſt gloſ. in *l. egregie,*

§. cum pignori. ff. de pignor. Caſtrenſ. *conſil.* 120. *Viſo quodam proceſſu, colu.* 2. *lib.* 1. *an antiq.* Neguſ. *de pignor. in* 3. *membr.* 2. *part. numer.* 24. *& in* 1. *membr.* 8. *part. num.* 19. Doctor. in *l.* 3. *C. de hared. actio.* Benedictus Barzius *de gnarentigia in* 1. *part. qu.* 9. † Ratio eſſe videtur; quia 28
creditori dictum nomen eſt obligatum; quia in generali obligatione bonorum veniunt etiam nomina debitorum, *d. l. nomen*, vbi Bartol. *C. quæ res pigno. oblig. poſſ.* & late in *l. Quintus, §. argento. ff. de aur. & argen. legat.* Bartol. in *l. vxori, l. vlt. ff. de vſufruct. legat.* Neguſ. *de pignor. in* 3. *membr.* 2. *part. num.* 24. *in* 4. *ampliat.* † Extende, quia iura, & 29
nomina debitorum veniunt etiam in tacita obligatione bonorum, prout in expreſſa, & ſic in tacita hypotheca. Bartol. Bald. & Salycet. in *l. hærede, C. de hared. vel actio.* text. in *l. ſi res in fin. ff. de euictio.* Bartol. in *l. Iulianus. in fin. verbis. ff. de verb. obligat.* † Extende, quia cre- 30
ditor poteſt ſibi conſulere ex iure vtili contra legitimam debitam ſuo debitori, pro quanto non fuerit principalis debitor eam conſequutus, & eſt eidem creditori obligata, tanquam nomen debitoris, *l. nomen debitoris, C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* nam legitima dicitur nomen debitum filio. Alexand. *conſ.* 82. *lib.* 4. Bald. in *l. filium, quem habentem, C. famil. herciſc.* Affli. *deciſ.* 162. *n.* 3. licet Corne. *conſ.* 182. *col.* 2. *lib.* 1. tenuerit, quod non ſit proprie debita, ſed quaſi debita. † Re- 31
ſtringe, quia debitor debitoris poteſt conueniri ab eo, qui habet illud nomen obligatum eo modo, quo poterat conueniri ab eo, qui obligauit, & eſt creditor, & non alias. Bartol. in *l.* 2. *ff. de actio. & obligat.* Iaſ. in *l. ſi cum emptore, nu.* 4. *ff. de pact.* ita quod poteſt proſequi iudicia, & exequutiones cæptas à ſuo debitore. Vide, *Creditor an poſſit exigere à debitore debitoris. Concl.* 1062. Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Debitor tenetur portare ad domum creditoris rem debitam, & quando ſecus. Concluſ. 46.

DEBITOR † eiuſdem fori reſpectu alicuius rei, & pro aliqua 1
re, quando debitum eſt ad certam diem ſoluendum ſub pæna, tenetur portare rẽ debitam ad domum creditoris, vt pœnam euitet, prout in emphyteuta. Bart. in *l. item illa, num.* 9. *verſic. ſi vero in obligatione. ff. de conſtit. pecun.* ſecus, ſi ſunt diuerſi fori. Signorol. *conſ.* 141. *numero* 2. Bald. in *l. acceptam, quæſt.* 12. *C. de vſur.* Corne. *conſil.* 70. *lib.* 2. † Et ideo emphyteuta eiuſdem fori tenetur portare ca- 2
nonem ad domum Domini, vt euitet caducitatem, & moram. Alex. *conſil.* 120. *Ponderatis in ſi. verſ. & poſtremo non obſtat, lib.* 5. *numer.* 12. † Extẽde, quia etiam ſi ſint diuerſi fori, tenetur emphyteuta por- 3
tare canonem domino extra forum ſuum, quando res emphyteutica eſt in foro creditoris, alias ſecus. Iaſ. *conſ.* 8. *per totum. lib.* 1. † Ex- 4
tende; quia etiam ſi ſunt diuerſi fori, tenetur emphyteuta obligatus ſoluere, ſed non portare extra ſuum domicilium, ſaltẽ proteſtari in domicilio tempore, quo faciẽda eſt ſolutio, quod eſt paratus ſoluere, ſi eſſet, qui reciperet. Alex. *d. conſ.* 120. *in ſi. li.* 5. † Con- 5
trarium, quod dicta proteſtatio ſit ad bene eſſe non autem neceſſaria. Alex. *conſ.* 92. *n.* 11. *& 12. li.* 1. vbi plura allegat. † Declara, quan- 6
do ſunt eiuſdem fori, puta, quia habitant in eadem Ciuitate, vel loco, alias non tenetur facere debitor expenſas pro eundo ad domum creditoris, prout ſi vnus habitet in Ciuitate, alter in Villa. Bal. in *l. acceptam in* 12. *q. C. de vſur.* Imol. & Alex. in *l. cũ filius, § ſi. ff. de verb. obl.* idem Bald. in *l. ſi. C. de condit. inſert.* late Abb. in *c. ſignificante, de pignor.* Iaſ. in *l.* 2. *n.* 94. *C. de iur. emphyt.* † Et quando dicantur eiuſ- 7
dem, vel diuerſi fori. Iaſ. in *d. l.* 2. *quæſt.* 37. *& ſeq.* vbi late de hac materia. † Amplia; quia debitor, qui vult acquirere actionem ex con- 8
tractu vltro citroque obligatorio debet ire ad domum creditoris, & offerre realiter. Petr. Anch. *conſ.* 86. *Pro faciliori, per totum.* † Ex- 9
tende, etiam ſi creditor ſit alieni fori, & territorii; quia debet debitor volens acquirere ius ex ſolutione portare ad domum creditoris in Ciuitate, vel loco, vbi reſidet, & ſi recuſat recipere, tunc debet offerre pecunias, & deponere. Bald. in *l. item illa, in princ. ff. de conſtit. pecun. col.* 2. *nu.* 9. *&* 10. vbi prædicta omnia dicit, & allegat text. in *l. cum quidam. ff. de condi. inſert. & in l. penult. in ſi. ff. de condit. & demonſtr.* Canoniſtæ in *c. ſignificante, de pignor.* † Ratio poteſt eſſe; 10
quia actor non purgat moram, quando tractat de acquirenda actione; ſecus ſi de quæſita conſeruanda, communem dicit Signorol. *conſ.* 195. *nu.* 3. & magis* communem Iaſ. in *l. ſi ita, §. Seia ait, in ſi.* * *ff. de verb. obligat.* † Amplia; quia vbicunque debitor, vel creditor 11
agit de purganda mora, debet ire ad domum eius, qui debet recipere, vt purget moram, etiam ſi eſſent diuerſi fori. Bart. in *l. item illa, num.* 10. *de conſtit. pecun. ver. ſed quid ſi reus.* † Limita; quia credi- 12
tor, qui tenetur recipere creditum in certo loco, debet ſe conferre ad locum ſolutionis. Bartolus *dict. l. item in illa. ff. de conſtit. pecun.* Deci. *in l. vinum. n.* 10. *ff. ſi cert. petat.* Alexand. *conſ.* 92. *Perſpectis, colum. penult. vol.* 1. *& conſil.* 41. *Viſis, volum.* 4. Abb. in *c. ſignificante de pignor. &*

13 *cons.*120.*in fi.lib.*5. † Extende, quia si creditor vult redarguere debitorem de negligentia, & mora in dicta die præfixa ad soluendum debet docere, quod eadem die fuerit in loco promptus recipere. Alexand. *consil.*90.*Viso processu, col.fi.lib.*5. quod est *lib.*6.*cons.*33. vbi aliquid in simili, & *cons.*206.*Viso, & examinato, col.fin.lib.*7. Corne. *cons.*79.*Viso processu, ad fin.lib.*3. qui etiam loquitur in fortioribus
14 terminis. Alexand. *cons.*120. *Ponderatis, in fi.lib.*5. † Limita; quia hæres obligatus ad annuum legatum grani, vini, & similium, non tenetur portare ad domum legatarij; quia non tenetur ad expensas conductuæ; ideo soluere debet in agro, & de grano, vino, & aliis, quæ nascuntur in hæreditate. Bald. *consil.* 255. *Confirmans consilium*
15 *meum, lib.*2. † Extende; quia vbicunque requiritur impensa, vt quia res debita, non potest deferri ad domum creditoris sine expensa, tenetur creditor ire ad domum debitoris. Castrens. *d.l.item*
16 *illa in fin.princip.ff.de constit.pecun.* Bald. in *l. acceptam, C.de vsur.* † Limita, quando debitor & creditor sunt diuersi fori, & diuersi territorij; quia sufficit reo, quod sit paratus soluere in loco destinatæ solutionis, & si ibi actor non reperitur, qui recipiat, non constituitur in mora. Io.de Anan. *consil.*5. *Visa narratione, numer.*6. *versic.*2. *istud*
* *clare*, vbi dicit communem. * Bartol. in *l.item illa in princ.ff.de constit. pecun.* Signorol. *consil.*141. *num.*2. *& seq.* Corne. *consil.*328.*lib.*1. Alex. *consil.*213.*col.*2.*lib.*2. plene Ias. *cons.*8.*lib.*1. Henrich. Boich. *c.significante, §. super eo, il secondo, de pignorib.* Guido. Pap. *consil.*206. *Honorabilis vir.*
17 † Extende, etiam si in loco actor habebat procuratorem ad lites; ex quo sibi solui, & offerri non poterat, non incurrit debitor *moram.* Io.de Anan. *cons.*5.*numer.*7. *versicul. procuratori vero*, vbi Ludoui.
18 Bologn. *num.*8. *versic. item dato.* † Imo procedit extensio, licet obligatio cantaret in persona creditoris, vel procuratoris; quia de legitimo intelligi debet, & habente facultatem. Ludoui. Bologn. in apostil. ad *d.cons.*5. *Ioan.de Anan. circa fin. versicul. præterea debet intelligi.*
19 † Extende, etiam si debitor non fecit diligentiam suam scribere cum protestatione; quod erat paratus, vt dicit Bartol. in *l. item illa. ff.de constit. pecun.* quia est pro cautela, sed non pro necessitate, ita Ioan.de Anan. *d.consil.*5.*num.*7. *ver. Procuratori.* & ibi Bologni. in apo-
20 stil. *num.*8. *ver. nec obstat Doctrina Bart.* † Extende multo magis, quando fecit interpellationem, quod erat paratus soluere, in loco destinatæ solutionis, & creditor non iuit ad locum. Signorol. *consilio*
21 141. *num.*2. *& seq. per totum.* † Extende multo magis, quando creditor contradixit protestationi, & dixit non posse vel non velle ire ad locum & prohibuit debitorem, ne posset ire ad locum; quia est
22 in dolo. Signorol. *d.cons.*141. *num.*4. *& seq.* † Extende, etiam si sit præfixum & lapsum tempus ad soluendum extra locum domicilii creditoris; quia nisi debitor iterum interpelletur, non constituitur in mora per lapsum termini. Castrens. post Bartol. in *d.l. item illa, nu.*12. *ff.de constit.pecun.* Alexan. *consil.*92. *lib.*1. *& cons.*210. *lib.*6. *& cons.* 90. *lib.*5. Decian. *cons.*566. Aretin. late *consil.*161. Ias. in *l. ad diem. ff. de verb. obligat.* & quod debitor debeat protestari non procedit ex necessitate, sed ad cautelam. Bart. in *l. item illa. ff.de constit. pecun.* Rom. in *l. mora. ff.de verb. oblig.* Iaso. in *l. si ex legati causa. ff.eod.* Bauer. *tract. de*
23 *mora, in* 2. *parte princip. col.*1. † Declara, vt per Guid. Pap. *d.cons.*206. vbi ponit plures casus: primus est, quando in obligatione non est apposita dies certa tacite, neque expresse, ex quo debitor non potest dici morosus, interpellatio debet fieri in personam, vel ad do-
24 mum debitoris, *l si dictum, §.1. & fi. ff.de euictio.* † Si vero in obligatione est apposita dies solutionis tacite, vel expresse; & tunc si debitum est ex re certa, tenetur deferre ad domum creditoris, *l. forma, §. si agrum. ff.de censib. l.*2. *§. fi. C.de iur. emphyt.* & hoc est intelligendum, si sunt eiusdem fori per superius allegata; si vero sunt diuersi fori, secus. Bartol. & alii *d.l. item illa ff. de constit. pecun.* ita Guid. Pap.
*d.decis.*206. late Ias. *d.l.*2. *C.de iur. emphyt. qu.*37. vbi etiam, quando
25 dicantur eiusdem fori, vel non. † Extende, vt prædicta procedant, quod debitor tenetur portare ad domum creditoris, si sunt eiusdem fori, siue debitor sit in ciuitate, siue etiam si fuit absens; quia incurrit moram, ex quo se absentauit, & hoc, quando debitori erat præfixum tempus ad soluendum. Bart. *d.l. item illa. ff.de con-*
26 *stit. pecun.* † Extende etiam, quando debitor & creditor sunt eiusdem fori, & est præfixum certum tempus ad soluendum, si solutio esset destinata in tertio loco, in quo non morantur; quia tunc necesse est, quod creditor die constituta sit in loco ad recipiendum, alias reus non dicitur in mora, *l. arbitror, qui Kalendas. ff.de arbr.* Bar. in *l. item illa. ff.de constit. pecun. ver. eadem ratione quæro*, vbi subdit, quod hoc non probato per actorem remanet obligatio, ac si esset sine termino, & opus est noua interpellatione, vt in mora constituatur, idem tenet Alex. *cons.*172. *nu.*2. *& nu.*4. *lib.*2. *& cons.*90. *lib.*5. repetit
*cons.*33. *lib.*6. sequitur Deci. in *l. vinum, num.*10. *ff. si cert. petat.* facit *cons.*
27 *Ruin.*32. *lib.*3. † Interpellatio autem facienda, vt constituat in mora debitorem, debet continere expressionem diei, in qua vult creditor recipere solutionem, alius reus non constitueretur in mora, *l. aut qui aliter, §.1. ff. quod vi, aut clam, l. fi. C.de iur. dot.* Alexan. *d.cons.*90.
*circa fi.lib.*5. † Imo debet nedum diem, sed specificum locum loci 28
debet continere. Bart. in *l. cum filius, §. fi. ff.de verb. obligat.* † Restringe 29
in emphyteuta; quia licet sit diuersi fori; tenetur tamen portare canonem ad domum domini creditoris, quando bona sunt sita in foro creditoris, & sic domini, alias secus, ita pulchre Ias. *cons.*8. *lib.*1. vbi reddit rationem, & in *l.*2. *qu.*37. *C.de iur. emphyt.* vbi in *seq. qu.* de-
clarat quando dicantur eiusdem fori, vel diuersi. † Restringe, vt 30
non procedat, quando debitor non fecit protestationem, quod est paratus soluere, si adesset creditor, qui reciperet; quia si non protestatur, non excusatur à mora, licet ibi non sit creditor ad recipiendum. Bart. in *l. item illa de constit. pecun.* Bald. *d.l. acceptam, qu.*12. *C.de vsur.* Castr. & Alex. in *l. ad diem, ff.de verb. obligat.* Bart. in *l. si reus paratus, in fi ff.de procurat.* sequitur Negus. *de pignor. in* 2. *part.*3. *membri* 5. *partis princ. in vlt. col. post prin. ver. octauo requiritur.* Alex. *cons.*206. *Viso. & examinato puncto, lib.*7. Alex. *cons.*120. *in fi. lib.*5. & idem in emphyteuta, qui tenetur certo loco soluere, tenet Ias. in *l.*2. *qu.*37. *C.de iur. emphyt.*
† Contrarium tenet Aret. *cons.*163. *Verum est.* Alex. *cons.*92. *Perspectis* 31
his, quæ in themate, in 4. *col. nu.*10. *& seq. lib.*1. licet non faciat mentionem de Paulo Castrense, nec de se ipso in *d.l. ad diem*, & hæc opinio firmatur ratione; quia si non adest creditor, qui recipiat, non potest imputari debitori, & mora cum mora compensatur, & quælibet causa etiã iniusta, & minima excusat à pœna, vel delicto, & ita Deci. *cons.*566. *Promisit*, vbi, quod prima est cautela. † Declara; quia 32
prima opinio potius est de consilio, quam de necessitate; ideo procedit ante factum; secunda vero post factum, ita declarat Ias. *d.l. ad diem, ff.de verb. obligat.* & ita Deci. *d.con.*566. † Restringe, quando de- 33
bitor vellet consequi aliquid à creditore, vel acquirere actionem; quia tunc bene tenetur absolute accedere ad domum creditoris, etiam diuersi fori, & offerre, & deponere. Bart. *d.l. item illa, ff.de constit. pecun. col.*2. Vide supra *nu.*8. *ver. Amplia.*

Debitor, qui tenetur portare rem debitam ad domum creditoris, an expensis suis, vel non. Concluf. 47.

REGVLARITER † debitor non tenetur ad expensas vecturæ pro concedenda re ad domum creditoris. Bart. in *l. item illa, in fi. ff.de constit. pecun.* vbi Castr. & alii. Bald. in *l. acceptam, C.de vsur.* 1
Vide, *Debitor tenetur portare ad domum creditoris rem debitam, & quando secus. Concluf. prox. præced.* † Extende; quia non tenetur debitor sol- 2
uere gabellam, quatenus debeatur pro re debita, sed creditor obligatur; quia est expensa, quæ spectat ad creditorem. Bart. & Castr. *d.l. item illa, ff.de constit. pecun.* idem Bart. in *l.*4. *ff.de alim. legat. & in l. si hæres damnatus, ff. vin. tritic. & oleo legat.* Bald. in *l. fi. C. de condit. insert. & in l. acceptam, C.de vsur. qu.*15. Imol. & Alex. in *l. cum filius, §. fi. ff. de verb. obligat.* Vide, *Gabella circa contractus, & alia, quando & per quem solui debeat. Concluf.*6. † Contrarium, quod imo gabella debeat solui per 3
hæredem debitorem; quia est onus, quod soluitur propter rem. Bald. in *d.l. acceptam, C.de vsur.* pariter dicit, quod est onus annexum rei; & ideo colonus, qui non est partiarius, tenetur ad gabellam.
† Declara; quia si in loco, in quo res est soluenda, debetur gabella, 4
spectat ad debitorem, secus, si non debetur in loco, vbi res est soluenda, sed in loco contractus, quia debetur tunc per creditorem, & ita seruatur.

Debitor quando possit carcerari vel non, pro debito ciuili. Concluf. 48.

CARCERARI † nemo potest pro debito ciuili, quando habet 1
bona sufficientia pro satisfactione debiti. Bal. *cons.*312. *In causa Baptistæ, in fi.lib.*5. Vide tamen, quia facta exequutione reali potest
creditor procedere ad capturam, & è contra. Vide, *Creditor potest exequi facere contra debitorem multis modis. Concluf.*1063. † Amplia, quia 2
nemo potest carcerari pro debito ciuili, quando creditor fuit missus in possessionem bonorum debitoris etiam extra territoriũ existentium, quia talis missio est loco cautionis. Bal. *cons.*312. *n.*4. *v. super alio, lib.*5. † Amplia, quia quando debitor non potest satisfare, 3
& habet bona in territorio diuerso, sed sub eodem principe, non potest carcerari. Bald. *d.cons.*312. *circa fi. ver. sed nec est omittendum, lib.*5.
† Declara, nisi consuetudo contraria extaret, quia attendenda est 4
consuetudo. Bald. *d.cons.*312. *in fi.lib.*5. † Amplia, quia quod dicitur 5
debitorem habentem bona stabilia, vel fideiubentem non posse carcerari, procedit, etiam si esset carceratus, quia debet relaxari. Bal. *cons.*312. *n.*4. *v. super alio lib.*5. † Amplia, quia personæ, quæ nõ te- 6
nentur facere, nisi in quantum possunt, non possunt carcerari, pro
aliqua obligatione. Vide, *Captura personæ in ciuilibus quando licita, vel non. Concluf.*70. Vide, *Carcerari nemo potest pro debito ciuili. Concluf.*80.

† Limita

7 Limita † ſtante ſtatuto prout Anconæ; quia tunc poteſt capi debitor etiam non facta citatione contra eum, quando ita mandat ſtatutum. Alexand. *conſil.115. Viſa ſcriptura, in fin.num.10.ver.poſtremo*
8 *non omitto, lib.7.* † Declara, quia tale ſtatutum mandans capi poſſe debitorem pro debito ciuili, etiam abſque citatione, habet locum, ſi debitum eſt liquidum, & inſtrumentum habens exequtionem paratam, intelligitur, ſi debitum eſt liquidum, & contra nominatos in inſtrumento, & ad inſtantiam nominatorum in inſtrumento; ideo non habet locum in hærede, neque contra hæredem vel ceſſionarium, niſi liquidato prius, quod ſit talis. Alexand. *conſil.115. in fi. lib.7.* vbi, quod interim captus non facta liquidatione non poteſt detineri, ſed debet relaxari. Vide, *Statutum circa capturam debitoris. Concluſ.479.*

Debitor quando poteſt compelli ad faciendum inſtrumentum de debito. Concluſ. 49.

1 DEBITOR † poteſt ad inſtantiam creditoris compelli de debito, quod non conſtat per inſtrumentum, vel ſcripturam, facere inſtrumentum, vel obligationem in ſcriptis. Vide, *Inſtrumenta non tenentur facere debitores, & alij, & quando ſecus. Concl.258.* Vide, *Liberationem generalem quis facere non tenetur, & quãdo ſecus. Concl.*
2 *327.* † Extende in venditore, quia tenetur ſe obligare de euictione per inſtrumentum, licet non ſit actum. Vide, *Obligare ſe quando quis compellatur. Concluſ.46.* Vide, *Venditor obligatur emptori ad multa. Concluſ.54.* † Amplia, vt procedat etiam, quando conſtat de
3 debito per vnum teſtem, de quo dic, vt per Io. And. *in addit. Spec. tit de inſtrum. editio. § .poſtquam, ver. quid ſi.*

Debitum probatur per teſtes, etiam ſtante ſtatuto, quod non poſſit probari, niſi per inſtrumentum. Concluſio.

VIDE Maſcard. *Concluſ.479. Debitum.* Ampliat etiam, vt probatione facta per teſtes compellatur facere inſtrumentum; item dat cautelam ad probandum, vt habeat teſtes ſecretos; ſecundo ampliat, etiam ſi de debito fuit factum inſtrumentum, quod fuit amiſſum; item ampliat, etiam ſi teſtes eſſent ſingulares tendentes ad idem, ſecus, ſi ſingularitas eſſet obſtatiua, ampliat etiam ſi eſſet factum pactum, quod non poſſet debitum probari, niſi per inſtrumentum, etiam ſi pactum eſſet iuratum. Vide plenius, *Statutum circa probationem quando valeat, vel non, & prohibens probationem per teſtes. Concluſ.638.*

Debitum probatur per taciturnitatem, & confeſſionem extraiudicialem, & quando ſecus. Concluſio.

VIDE de primo Maſcard. *Concluſ.480. Debitum*, vbi, quod recipiens litteras, quod ſit debitor, & non contradicens fatetur, & ponit cautelam, limitat, quando proteſtaretur etiam poſt arbitrio iudicis; item, quando continerent litteræ calculum; item, ſi tempore receptionis eſſet mortuus ſcribens. Vide plenius, *Litteras recipiens. Concl.374.* & de confeſſione extraiudiciali, quod probet debitum, ſed non obligationem, Vide Maſcard. *Concluſ.481.* Ampliat etiam abſente parte, limitat in præiudicium tertij. Vide plenius, *Confeſſio extraiudicialis abſente parte facta non valet, neque probat, & quando ſecus. Concluſ.638.*

Debitor quando poſſit compellere creditorem ad faciendam quietantiam de receptis. Concluſ. 50.

1 DEBITOR † poteſt compellere creditorem, qui fuit ſatisfactus ad faciendam ſibi quietationem etiam per inſtrumentum publicum, & ſi quæ inſtrumenta debiti apparent, poteſt obtinere illorum caſſationem Bald. *conſil.230. Quidam nobilis, in fi. ver. vlterius quæritur, lib.2.* Guid. Pap. *dec.417.* † Et qualem quietantiam
2 teneatur facere creditor debitori, qui ſoluit. Capel. Tholoſ. *q.307.*
3 & in apoſtil. † Amplia in tantum, vt poſſit debitor negare velle ſoluere, niſi ſibi fiat quietantia per inſtrumentum, vel cancellato
4 ſuæ obligationis. † Reſtringe, vt non procedat ampliatio, quando vni ex hæredibus eſt prælegatũ reſiduum debitoris; quia ſi petat reſiduum à debitore, & debitor opponat, quod vult quietantiam ab omnibus hæredibus de eo, quod ſoluit teſtatori, & aliqui hæredes recuſent facere quietantiam; tamen non retardabitur ſolutio reſidui, ſi recipiens ſit paratus quietare. Bald. *conſil.230. Quidam nobilis*, vbi ponit formam quietationis, *lib.2.* † Amplia, quia
5 debitor ſoluens creditori ſuo poteſt compellere creditorem ad ſibi reſtituendum inſtrumentum obligationis ſoluto pretio, Capel. Tholoſ. *deciſ.47.* per Abb. & latius Fel. *in c. accedens, il primo, vt lit. non conteſt.* Bart. Bald. & alij *in l. diſſolutæ. C. de cond. ex lege.* † Declara ta- 6
men, & limita, vt per eundem Fel. vbi ſupra, late apoſtill. ad *deciſ. Thol.47.* † Amplia, quia creditor recipiens ſuum creditum à debi- 7
tore, ſi amiſit inſtrumentum crediti, prout ſuo iuramento affirmat licet non compellatur eo caſu cancellare inſtrumentum amiſſum, bene cogitur facere aliud inſtrumentum debitori, per quod debitorem quietet, & promittat ſe non vſurum dicto inſtrumento, ſi reperiretur, & quod vult illud haberi pro caſſo. Bal. *in l. pecuniæ, in fi. C. de ſolutio.* Doct. *in l. diſſolutæ. C. de conduct. ex lege* Paul. de Caſt. *conſ.1.* Vide, *Cancellatio quando probet ſolutionem, vel non. Concluſ.22.* † Ex- 8
tende, quia ſi creditor moleſtat debitorem, qui ſoluit, quia inſtrumentum quietantiæ amiſit, & quia nõ potuit probare ſolutionem fuit condemnatus ad ſoluendum, ſi exinde reperiat ſolutionem, poſtquam adeſt res iudicata, non poteſt reuocari condemnatio, *c. ſubortæ, de re iud. l. ſub prætextu, C. de tranſactio.* ſed bene illi ſuccurritur ſecundum modum, quem tenet Ioan. And. *in addit. Spec. tit. de inſtru. editio. § .poſtquam ver. quid ſi ſolui.* † Limita in quietantia generali; quia 9
nemo compellitur facere generalem quietantiam. Bartol. *in l. cum Aquil.* vbi * omnes. *ff. de tranſact.* Bal. *in l. pactum in 16. quæſt. C. de collat.* * plene Ial. *conſil.9. col. fi. lib.1.* Extende, † quia neque valet laudum, 10
in quo condemnatur pars ad faciendum quietantiam generalem. Corn. *conſil.52. In hac conſultatione, num.3. & ſeq. lib.2.* † Limita, quia 11
non poteſt compelli facere duas quietantias; quia incideret in periculum, quia qui fecit duas quietantias debitori ſuo per inſtrumentum, præſumitur bis exegiſſe, & tenetur reſtituere. Rom. *ſing. 553. Debitor debebat centum.* allegat *l. ne caſum, C. de diſcuſſ. lib.10.* Vide, *Debitor quando poſſit compelli ad faciendum inſtrumentum de debito. Concl.* 49. Vide, *Inſtrumenta non tenentur facere debitores, & alij, & quando ſecus. Concluſ.258.* Vide, *Obligare quando quis compellatur, & inſtrumentum facere. Concluſ.46.*

Debitor non poteſt compellere creditorem ad recipiendum ante tempus, & quando ſecus. Concluſ. 51.

DEBITOR † volens ſoluere ante tempus granum, vinum, vel 1
aliud, quod poteſt curſu temporis deteriorari, non poteſt compellere creditorem ad recipiendum, ſi recuſat recipere; quia ſua intereſt non recipere Ial. *in l. qui Romæ. col.1. poſt med. ff. de verb. oblig.* Marſ. *ſing.146. Creditor.* Alex. *in apoſtill. ad Bart. in l. fideiuſſor creditoris, in 1. apoſtill. ff. de fideiuſſ.* Dec. *in l. cum tempus, col.2. circa med. ff. de reg. iur.* Amplia, † quia pari ratione fideiuſſor, qui promiſit aliquem re- 2
præſentare Curiæ ad omne mandatum Domini, non poteſt compelli ante mandatum domini, & ita neque ipſe poſſet repreſentare, vt liberet ante requiſitionem, ſeu mandatum; quia non faceret congruo loco & tempore. Roma. *conſil.137. Iſta promiſſio.* † Li- 3
mita, quia imo regula eſt in contrarium, vt per Socin. *reg.2.* debitor enim ſe à creditore liberare poteſt per *l. ſtipulatio iſta, §. Si quis dolum, ff. de verb. oblig.* vbi limitat duobus modis, quando res ſoluenda poteſt corrumpi, & quando intereſſe poteſt creditoris.

Debitor ante diem, vel ſub conditione an poſſit conueniri. Concluſ. 52.

DEBITOR † ante diem non poteſt conueniri, & ſi conuenia- 1
tur, habet duo remedia; quia debet abſolui ab inſtantia iudicij, vel debent ſibi induciæ duplicari. Bald. *conſil.169. In primis ſciendum, in princip. lib.3.* vbi dicit, quod ſi lis non eſt conteſtata, datur abſolutio, ſi eſt conteſtata dantur duplicatæ induciæ, & quod non propterea actor perdit actionem, & quod duplicantur induciæ, ſi agat, vt ſoluatur ante diem, vide Vrſil. *in addit. ad Afflict. deciſ.279. in princ.* vbi allegat Cuman. *conſil.146. col. fi.* Alex. *conſil.83. num.4. lib.6.* & quando, & qualiter hoc procedat, plene Alex. *in l. pecuniam. ff. ſi cert. pet. numer.7. & ſeq. verſ. in gloſſ. fin. & conſ.95. In cauſa, colum. fin. verſ. præterea dico, lib.1.* iuncta apoſtilla ibi *in ver. pœnam*, quæ tenet duplicationem induciarum non deberi, quando petijt eueniente die, etiam ſi pars oppoſuit. † Contrarium, quod detur actio credito- 2
ri in diem, ſed bene poſſit exceptione ſubmoueri, tenet gloſſ. *ſi. in l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod.* vt ibi eam intelligunt Petr. & Cyn. licet ipſi teneant contrarium. † Declarat Alex. *conſ.95. In cauſa &* 3
lite, in princ. lib.1. quia ſi conſtat ex inſtrumento, quod agitur ante diem, & pars oppoſuit exceptionem ad impediendum proceſſum debet iudex pronunciare non eſſe procedendũ ad vlteriora ſuper dicta petitione, & abſoluere reũ; quia actor male egit petẽdo ante diem. † Ratio eſt, quia debitũ in diem ſiue ex inſtrumento, ſiue ex 4

sententia, siue alias dicitur tacitum pactum de non petendo ante diem, & sicuti non valet petitio contra pactum de non petendo parte opponente, ita neque petitio ante diem, Alexand. *d. consil. 95. in princip. num. 1. vers. per hoc patet, lib. 1.* † Æquiparari debitorem in diem, vel sub conditione, dicit Decian. *consil. 2. numer. 147. lib. 1.*
6 Contrarium † dicit tex. *in l. cedere diem. ff. de verb. sign.* vbi dies dicitur cessisse, sed non venisse in debitorem quoad diem, sed quoad de-
7 bitorem sub conditione, nec cessit, nec venit dies. † Amplia, quia debitor in diem, & sub conditione potestatiua, licet veniat conditio tamen non potest petere ante diem, *l. in illa stipulatione, si*
8 *Kalendis. ff. de verb. oblig.* Anchar. *consil. 394. Dubium est, num. 5.* † Amplia, quia actiones tunc demum dicuntur esse in bonis nostris, cum natæ sunt, ita quoad exercitium deduci possint re ipsa, & cum effectu, non autem dum pendent in spe sub aliquo futuro euentu. Bal.
9 *consil. 202. lib. 2. & consil. 234. eod. lib.* † Et ideo emptor ante sequutam euictionem non agit contra venditorem, quia ante sequutam
10 euictionem non est nata actio. Alex. *consil. 106. in princ. lib. 5.* † Amplia, quando dies est appositagratia debitoris. Anch. *d. consil. 394.*
11 *num. 6.* per *l. qui hoc anno. ff. de verb. obligat.* † Amplia, vt procedat etiam stante statuto tribuente exequutionem paratam instrumentis publicis, prout habent sententiæ, quia non intelligitur de instrumentis in diem, quia antequam dies aduenerit, nō potest agi, alias creditor consequeretur plus debito. Alex. *d. consil. 95. in princ. num. 1.*
12 *vers. & licet statutum, lib. 1.* † Extende, etiam si statutum reijciat omnes exceptiones procedentes ex eodem fonte, & sic ex eodem instrumento, vel libello. Alexand. *consil. 95. in princip. numero secundo, vers. Pro hoc etiam facit*, at iterum plenius *consil. 119. Viso*
☞ *processu, numer. 2. vers. ad idem, quod not. lib. 1.* Vide, *Exceptiones, quæ nunquam dicuntur excluse, etiam si in genere omnis exceptio tollitur. Concluſ. 381.*
13 Amplia, † quia fideicommissarius sub conditione extitura non potest agere, donec conditio extiterit. Alex. *consil. 65. Omissis argu-*
14 *mentis, in prin. lib. 5. & consil. 195. col. 2. lib. 1.* † Contrarium, quod imo fideicommissarius post mortem Titij possit agere nunc pro tunc aduenientemorte ad fideicommissum. *Pedemont. decis. 130. in fi. & per*
15 *totam.* † Extende idem in dote restituenda, quando nondum venit casus, quia dicitur debita sub conditione, ideo non potest peti
16 ante conditionem. Alex. *consil. 65. numer. 4. & seq. lib. 5.* † Extende in filio, cui debetur Trebellianica aduenientecondition fideicommissi, quia non agit ante conditionem, & idem Bald. *in l. sube-*
17 *mus, num. 35. C. famil. hercis.* Marzar. *in Epit. fideicom. quæst. 61.* † Extende in tantum creditorem sub conditione non posse experiri ante conditionem, vc. ante diem, vt non sit nata actio, & iudex possit repellere, etiam si reus vellet pati, quod ageret. Alexan. *consil. 136. num. 9. lib. 2.* sequitur Dec. *consil. 54. num. 8. lib. 2.* plenius Alexan. *cons.*
18 *166. num. 3. & 4. lib. 6.* vbi apostil. † Contrarium Iaſ. *in l. si Titius, nu. 3. vers. circa tertiam. ff. de verb. oblig.* vbi, quod parte volente potest agi.
19 Declara, † quia magna est controuersia, vt refert Afflict. *decis. 279.* vbi *numer. 5.* dicit Cyn. *in l. 1. C. vt actio. ab hæred. & contra hæred.* tenere primam per 17. argumenta, & contrarium per 14. argumenta, & quod seruatur, quod potest agi, vt aduenientedie soluat debitor.
20 Tu † dicas melius, aut debitor est in diem certam, & procedit *decis. Afflict. 279.* vt possit conueniri aduenientedie, aut in diem incertam sub conditione; & tunc, quia non est nata obligatio neque actio, non potest agi parte opponente, gloss. & Doct. *in l. non quemadmodum. ff. de iud.* Bartol. & alij *in l. de pupillis, § si pluribus. ff. de noui oper. nunciat.* Alex. *consil. 95. In causa, num. 3. vers. præterea, lib. 1.* Cagnol. *in l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur.* Are. *in l. continuus, § cum ita. ff. de verb. obligat.* vbi dicit indubitanter verum, quando actio orta non est.
21 Declarat † Alex. *d. consil. 95. num. 2. & seq. lib. 1. vers. Tamen circa hoc.* vbi sic distinguit, quod si sumus in debito annuo, ne compellatur creditor singulo anno agere, potest creditor in diem agere etiam parte opponente, vt ex nunc, quando venerit dies, sit condemnatus, in alio creditore non annuo distinguit *in vers. præterea moueor*, quia si certum est actionem competere, potest creditor obtinere pronunciari actionem competere, videlicet, reum condemnari, & ex tali sententia fit exequutio, idem, si est incerta actio, quia ex arbitrio boni viri debet certificari, vel quia pendet ex declaratione debitoris, quia potest agi nunc, alias si actio est omnino incerta, & non potest debitor vexari ante diem, si opponat exceptionem, secus, si non opponat, quia tunc potest condemnari in diem, videlicet, vt aduenientedie soluat, & sic est in potestate rei, non autem, actoris, & ita videtur apostil. ibi Alex. *in ver. deduci.* attestari de stylo
22 seruari Parisijs. † Et procedit declaratio, quod non possit ante diem agere parte opponente, etiam si creditor præmisit narrationem, quod debitor se iactat non teneri, quia ista diffamatio non est sufficiens, vt debitor ante diem conueniatur. Alexand. *d. consil.*
23 *95. colum. fin. vers. & licet dictus, lib. 1.* † Restringe, quia imo, quando debetur aliquid ad idem certam, nata est actio mero iure, & agitur, sed bene obstat exceptio, quia ante diem, secus esset, quando debetur ante diem incertam, tunc non est nata actio, ita declarat Iaſon. *in l. certi conditio, num. 37. & 38. ff. si cert. pet.* † Declara, 24
quia si omnino, & in totum deficit actio, etiam si pars rea consentiat, non potest agi, si vero erat nata, sed extincta, bene potest agi reo volente, vel non opponente. Iaſ. *dict. l. si Titius, num. 3. & seq. ff. de verb. oblig.* † Declara, quia nisi subsit causa legitima, non potest a- 25
gere ante diem, etiam, vt declaretur aliquid pro tunc, quia actio non est matura, si vero subest causa, secus ita Arius *1. part. 3. num. 78. vers. nec ius admittit has intempestiuas petitiones, Cod. de bon. quæ liber. fol.* 365. † Amplia, vt idem sit, si dies, vel conditio ex sententia con- 26
demnatoria proueniat, quia adhuc non oritur actio ex sententia, nisi aduenientecondition, ideo tempus quadrimestre, quod datur condemnatis, incipiet currere à die euenientis conditionis, non à die sententiæ. Iaſ. *in l. si se non obtulit. § si quis condemnatus. ff. de re iudic. num. 2.* Alexand. *dict. consil. 95. In causa, & lite, in princip. vers. & licet statutum. lib. 1.* † Amplia, in tantum debitum sub conditione 27
non esse debitum, donec conditio venerit, vt si ante conditionem soluatur, licet non repetatur, tanquam indebitum, bene repetitur, si conditio deficiat. Ruin. *consil. 46. Super eodem, num. 5. lib. 5.* Restringe, † quando debitum est purum, sed conditio est ap- 28
posita exequutioni, quia si soluitur, simpliciter censetur remissa conditio exequutioni adiecta. Ruin. *dict. consil. 46. numer. 3. & per totum*, vbi casus, *lib. 5.* † Amplia; quia sicut debitor inuito non potest exigi ante diem, vel ante conditionem, ita è conuerso credi- 29
tor in diem incertam non potest soluere inuito creditori. Iaſ. *in l. stipulatio ista habere, § inter certam, in princip. ff. de verb. oblig.* † Exten- 30
de, etiam si debitum sit in diem certam, quia non potest debitor soluere inuito creditori, quando dies est apposita fauore creditoris. Iaſ. *d. l. stipulatio, § inter certam, num. 3. ff. de verb. oblig.* † Extende, 31
quando non interest debitoris, quia non compellitur creditor ante tempus Marsil. *singul. 146. Creditor non potest*, vbi, quod non compellitur creditor recipere ea, quæ possunt deteriorari, prout oleum, vinum, & similia. † Restringe, quia bene potest debitor ad diem certam compellere creditorem recipere ante diem, quia 32
in dubio dilatio præsumitur fauore debitoris, cui potest renunciare. Iaſ. *dict. l. stipulatio, § inter certam, in princ. ff. de verb. oblig. l. eum, qui* *
Kalend. § fin. ff. de ver. oblig. vbi Iaſ. & cæteri. † Et ideo hæres mariti 33
potest soluere dotem consistentem in pecunia, vel mobilibus statim, & euitabit alimenta, ad quæ tenetur intra annum concessum miserationis causa hæredi, vel marito. Iaſ. *dict. l. stipulatio, § inter certam, num. 1. ff. de verb. obligat.* † Imo singulariter dicit ex mente 34
Bald. ibi *num. 1.* quod etiam deducere potest soluens ante tempus interusurium anni, vel temporis, pro quo soluit ante, quod est notabile. † Amplia, quia licet possit agere ante diem, vt aduenien- 35
te die soluat, non tamen potest ante diem carcerari, nisi sit effectus deterioris conditionis, & fugæ suspectus, & conueniant alia requisita, & tunc est speciale, quod debitor in diem possit carcerari, & non alias, gloss. *in l. quæsitum, ff. de pignor.* quam extollit Iaſ. *in l. si ab initio, vers. item aduerte. ff. qui satisd. cogan. & in l. vinum, in 3. not. ff. si cert. petat.* Ripa. *in l. 2. num. 34. ff. solut. matrim.* † Amplia, quia debi- 36
tor in diem, vel sub conditione, non compellitur soluere ante diem, vel ante conditionem, etiam si creditor velit cauere de releuando indemnem. Abb. *consil. 80. Breuiter. circa med. lib. 1.* † Am- 37
plia; quia donatio facta in diem, vel sub conditione, antequam veniat dies, vel conditio, non est nata actio, ita Petr. Fulgos. & alij, quos citant *in l. quoties, C. de donat. quæ sub mod.* Marsil. *singul. 355. Debitor in diem.* † Contrarium tenet gloss. fi. *in d. l. quoties*, prout ibi de- 38
clarat Salycet. *ff. de donat. quæ sub mod.* † Limita, quia debitor in 39
diem potest conueniri ante diem, licet ipsi competat exceptio, quod non venit dies, ideo potest condemnari ad soluendum aduenientedie, si non opponat exceptionem. Iaſ. *in § actionum. num.* 130. *Instit. de actio.* vbi apostil. *vers. hoc idem.* vide infra. *numer. 59. in pen. limitat.* Afflict. *decis. 279.* Bart. *in l. edita, C. de eden.* per *l. fundum, & in l. fundi. ff. de exceptio.* Aretin. *in § hodie, & in § appellantur Institut. de exc.*
Extende, † quia imo, etiam si opponat exceptionem, potest 40
agere ante diem, vt aduenientedie sit condemnatus, quia cum sit nata actio, licet impediatur exactio, & exercitium, intelligitur ad hoc, soluat ante diem. *Pedem decis. 130. per totam*, vbi adducit iura, & authoritates. Vide Socin. *reg. 12. Pecunia ante terminum*, vbi ponit regulam, quod ante diem peti non potest, limitat tribus modis, primo, quando maritus vergit ad inopiam; secundo, quando debitor fugit; tertio, quando est suspectus de fuga. † Limita, quan- 41
do obligatio est pura, sed soluenda in diem, vel sub conditione, quia interim agi potest secundum communem, * de qua Iaſon. *
in l. pecuniam, num. 8. ff. si cert. petat. † Limita in Fisco; quia agit ante 42
diem

diem Alex. *in l. pecuniam, nu. 9. vers. item limita. ff. si cert. pet. at*, vbi, quod
43 procedit fauore publicæ vtilitatis. † Limita in hærede grauato fideicommisso vniuersali; quia si soluit debita hæreditaria, vel legata, aut fecit impensas funeris, vel alia deducenda tempore restitutionis fideicommissi; potest tamen etiam ante restitutionem petere à iudice separari & adiudicari sibi tot bona, de quibus possit testari, quę sufficiant pro creditis suis, ita pulchre Marzar. *consil. 37. num. 37.* vbi, quod ita obtinuit, & extendit ad alios casus similes.
44 Limita, † quia debitum in diem, puta, pecunia data in societate contracta ad triennium, si debetur ante triennium, si morte socij prius sit dissoluta societas. Anch. *consil. 394. per tot.* vbi multa adducit, quod cessante causa principali cessat effectus, & sublato
45 contractu societatis cessat dilatio in instrumento apposita. † Extende, quando dies est apposita fauore debitoris; quia tunc debet expectari, si vero fauore vtriusque, secus est Anch. *d. consil. 394. n. 6.*
46 & allegat *l. hoc iure. ff. de verb. obligat.* † Limita fauore fisci, & reipublicæ; quia debitor ante diem compellitur soluere ante diem. Ias. *in l. in diem, num. 4. ff. de cond. indeb.* plene Marsi. *sing. 355. Debitor in diem.*
47 Declara † tamen; quia antequam compellatur, debet deduci interusurium medij temporis. Ias. *d. l. in diem, numer. 2. & 3. ff. de cond in-*
48 *deb.* Marsil. *d. singul. 355.* † Extende limitationem, quia fiscus compellit etiam ante diem debitorem sui debitoris soluto interusurio
49 ita Marsi. *d. sing. 355. in fi.* † Extende, quia fiscus ne dum ante diem, sed etiam ante conditionē petit & exigit, si ineſt necessitas publica.
50 Vide Soc. *d. reg. 12. Pecunia ante terminum, in fi.* † Limita in depositio in quo est speciale, quod deponens etiam cum termino quatuor annorum non petendi potest pœnitere, & petere statim. Alex. *cons.*
51 80. *num. 13. lib. 3.* per *l. 1. §. pen. ff. depos.* † Declara tamen, quia si depositum esset factum penes campsorem ad fauorem tertij, nō potest restitui depositum deponenti, nisi tertius, ad cuius fauorem
52 cantat, consentiat restitutioni. Ruin. *consil. 132. n. 2. & seq. lib. 5.* † Limita; quia bene potest creditor in diem agere, vt adueniente die sit tutus, & sic ad cautionem præstandam. Rebuff. *in l. cedere diem, col. 2. fol. 928. vers. ad hoc in omnibus. ff. de verb. sign.* Rom. *sing. 646. Lex in omni-*
53 *bus.* plene Afflict. *decis. 279. nu. 4.* † Et quod debitor in diem, si est suspectus de dilapidatione, possit compelli satisdare adueniente die, Ang. & alij *in l. in omnibus ff. de iud.* Alex. *in l. si finita, §. eleganter. ff. de*
54 *damn. infect.* Afflict. *decis. 108. in fi.* † Restringe, nisi fuisset suspectus tempore obligationis. Baue. *sing. cautio. fol. 366. n. 3.* vbi *n. 4.* restringit
55 etiam in dilatione inter viuos. † Declara, nisi debitor in diem posset pœnitere, tunc enim non compellitur cauere, Rebuff. *d. l.*
56 *cedere diem, vers. limitatur, in fi.* Roman. *d. sing. 646.* † Limita, quia si creditor egit contra debitorem annuum pro vna paga, & tempore sententiæ pagæ petitæ maturauerit, alia paga, potest pro ambabus condemnari, licet tempore moti iudicij dies non venisset, *l. quod si in diem. ff. de petitio. hared.* Rebuff. *d. l. cedere diem fol. 928. ver.*
57 *ad hæc. ff. de verb. sign.* Capel. Thol. *q. 30.* vbi apost. † Extende, quia creditor conuentus pure, qui est sub conditione, potest condemnari, si pendente iudicio conditio purificetur. Mathes. *sing. 9. n. 50.*
58 Extende, † quia imo est speciale in debito annuo, ne cogatur creditor singulo anno agere, quia potest conuenire debitorē annuum & obtinere condemnationem pro toto tempore ex nunc adueniente die. Alex. *cons. 95. In causa, n. 3. vers. sed respondeo, lib. 1.* vbi loqui-
59 tur etiam parte opponente. † Limita, quia ad exemplum cautionis præstandæ per debitorem in diem, vt adueniente die creditor sit securus, poterit etiam eadem ratione agere, vt adueniente die sit condemnatus ad soluendum, *l. in omnibus, cum ibi not. ff. de iud.* plene Afflict. *decis. 279. Plures per Dominos*, maxime in fi. vbi, quod ita tentum fuit, & practicatur, & ibi Vrsil. dat concord. quod in omnibus contractibus hoc admittitur, licet agatur ante diem, dummodo, vt solutio fiat adueniente die, plenissime Osasch. *decis. Pede-*
60 *mon. 130. per totam*, Capella Thol. *q. 30.* vbi apostil. † Et quod debitor in diem possit vt nunc condemnari, dummodo solutio differatur in diem conuentum. Bart. *in l. lecta, col. 4. vers. exempli gratia*, & ibi Alex. & Ias. *ff. si cert. pet. at. §. temporales. Inst. de act.* Bart. & alij *in l. eum, qui ita, §. qui ita, il primo. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. ex prædijs, Cod. de euictio.* Rom. *consil. 42. Visis. col. 2. vers. tertio, hoc idem probatur*, vbi de nullitate
61 apparente loquitur. † Extende maxime, quando aliquid remanet debitor de præterito; quia tamen agit ad præteritum, & etiam ad debitum in diem, vt adueniente soluatur, & qualiter fiat exequu-
62 tio. Vrsil. super *dec. Afflict. 279. n. 2.* † Limita, quia debitor in tribus pagis, & dilationibus cum iuramento, si deficiat in prima, potest cogi pro omnibus pagis, licet non maturatis. Mathes. *singul. 50. n. 2.*
☞ vbi apostil. 2. in fine dat plures concord. Vide, *Fides non seruatur, ei qui eandem fidem fi angit. Conclusio. 336.* Vide plenius, *Actio non datur sine obligatione, & nemo experitur sine actione. Conclusio. 109.*

Debitor quando potest soluere id, quod est in obligatione, vel in facultate soluendi. Concluſ. 53.

DEBITOR † obligatus ad decem in melle, potest soluere de- 1
cem, quæ sunt in obligatione, & etiam potest soluere mel quod est in facultate soluendi, dummodo ante litem contestatam Bart. & alij *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solutio.* vbi omnes, * & vide quæ ibi posui ad Bart. Corn. *consil. 132. & 215. lib. 4.* * quem refert Crauet. *consil. 187. num. 4.* † Extende, quia procedit 2
conclusio, etiam si species posita in facultate soluendi esset æstimata, & posset interesse creditoris magis velle speciem, quam pecuniam, quia nihilominus semper est in facultate soluendi. Angel. *dict. l. si stipulatus fuerit decem in melle, num. 1. vers. in ea, vsque in fin. ff. de solutio.* quem sequitur Castrens. in fin. † Contrarium, quod si illud 3
quod est in facultate soluendi, si non est taxatum, non sit in obligatione, sed si esset taxatum, & posset interesse creditoris magis velle mel, vel speciem taxatam. Bartol. *in d. l. si stipulatus fuerit decem in melle numero tertio, euers. sed si poneremus. ff. de solutio.* Bald. *c. quanto. numero octauo, de iureur.* Ruin. *consil. 134. numero quinto, lib. 4.* Declara, † quia licet species non sit in obligatione, sed in facul- 4
tate soluendi, tamen non potest soluere speciem deteriorem, vel pessimam, sed talem, quod possit consequi suum creditum. Bald. *consil. 338. lib. 5.* † Extende, vt procedat, etiam si esset facta obli- 5
gatio ad decem super melle; quia adhuc mel est in facultate soluendi. Socin. *consil. 214. in princip. lib. 2.* Curt. Iun. *in l. fi. §. fin. ff. de contrahen. emptio.* Crauet. *dict. consil. 187. numer. 4. & 5.* † Extende 6
etiam in legato 300. super certis bonis, quia bona sunt in facultate soluendi volente legatario, non alias. Angel. *consil. 295. in princip.* † Declara tamen, quia si in facultate soluendi essent plu- 7
ra bona, puta, mercantiæ, tunc de singulis intelligitur facultas prorata. Crauet. *d. consil. 187. num. 5.* † Declara etiam, quia conclusio 8
procedit, quando pecunia est in obligatione, bona in facultate soluendi, vel è contra; non tamen potest obligatio esse in facultate soluendi. Bald. *consil. 194. lib. 5.* † Extende, quia procedit etiam 9
in dote, quia potest esse vnum in obligatione, aliud in facultate soluendi, & procedit regula Bald. *d. consil. 194. lib. 5.* Cephal. *cons. 351. num. 15.* quæ loquitur, quando pecunia est in obligatione, bona in facultate, & in casu conuerso. Ruin. *consil. 134. nu. 5. lib. 4.* † Exten- 10
de, quia procedit etiam in obligatione relatiua ad aliam obligationē, in qua erat vnum in obligatione, aliud in facultate soluendi. Grat. *consil. 13. num. 12. & seq. lib. 1.* vbi, quod licet facultas sit in secunda obligatione, ineſt, prout facultas. † Extende, vt procedat 11
etiam si id, quod est in facultate soluendi, esset species pecuniæ, veluti promittis mihi centum aureos in tot florenis; quia adhuc floreni sunt in facultate soluendi Grat. *consil. 13. num. 27. & seq. lib. 1.* vbi dicit * communem. Brunus *in tract. de augmento, in 8. fallentia*, vbi * dicit magis * communem. Contrarium † dicit Bart. *in d. l. si quis* * 12
stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solutio. num. 3. ver. facit l. qui Romæ. Restringe, † quia licet maritus posuerit dotem promissam in pe- 13
cunia, in facultate soluendi in bonis, tamen adueniente casu restitutionis tenetur ipse soluere in pecunia, neque liberatur cedendo actionem. Cast. *cons. 470. Præmittendum, lib. 1.* † Et qualiter forme- 14
tur libellus, quando vnum est in obligatione, aliud in facultate soluendi. Vide, *Libellus alternatiuus procedit, & quando. Concluſ. 313.* De- ☞
clara, † quia ab euentu illud, quod soluitur, dicitur fuisse debi- 15
tum; & ideo si pecunia est in obligatione, stabilia in facultate soluendi, minor creditor si cessit talem actionem sine decreto, valide dicitur cessisse, quatenus contingat solui pecuniam, quæ est in obligatione; quatenus vero soluantur bona stabilia, non valet. Bart. *cons. 70. Reuerendißime domine, n. 4. Per totum. lib. 1.* † Amplia; quia ob- 16
ligatus ad pecuniam propter speciem, soluendo speciem liberatur *l. si fundum per fideicommissum. ff. de legat. 1. l. si vero, §. fi. ff. solut. matr.* Rom. *sing. 197. inci. Tu audisti*, & ibi apost. *in ver. adde, quod.* † Amplia, quan- 17
do vnum est in dispositione debitum, & respectu alterius in conditione; tunc licet id, quod est in dispositione, possit diuidi, ita quod si debentur decem, & soluantur quinque, remanet obligatio ad quinque; secus respectu eius, quod est in conditione; quia semper debetur totum. Bart. *cons. 107. Visis omnibus, col. fin. ver. quando vnum, lib. 1.* dat exemplum. Condēnatus ad centū si nō soluit, intra mensem, condemnatur ad triremes; licet soluerit 99. debet condemnari ad triremes; quia centum sunt in conditione respectu alterius. Vide, *Solui non potest aliud pro alio inuito creditore, & quando secus.* ☞
Concl. 354. † Limita; quia si obligatio est alternatiua, hoc vel illud, 18
vtrunq; est in obligatione, Bar. Ias. & alij *in l. 1. §. pen. n. 23. ff. de verb. ob.* Limita, † quia per contestationem litis extinguitur facultas so- 19
luendi, Bart. *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, num. 2. ff. de solutio.* Restringe, † quando id, quod est in facultate soluendi, est ex dis- 20
positione

positione hominis, secus, si ex dispositione legis, quia non tollitur per litis contestationem. Ias. *in l. serui electione, numer. 19. ff. de legat. 1.* Bartol. *d. l. si quis stipulatus. circa fin. num. 6. ff. de solut.* Reddit rationem,
21 quia mitius agit lex, quam homo. † Restringe in vltima voluntate; quia etiam post litem contestatam potest solui alternatiue debitum, etiam quod vtrunque non sit petitum. Bart. *in l. si quando.*
22 *§. 1. circa fin. ff. de legat. 1.* † Restringe, quando creditor peteret decem in melle, quia conseruatur facultas soluendi in melle sine dubio, ex quo sententia debet esse conformis libello & sententia confirmat illud, quod est in obligatione, & in facultate soluendi, Bart. *d. l. si quis stipulatus fuerit decem, num. 5. ver. si enim illud, ff. de solut.* sequitur Ioan. Fabr. *Instit. de actio. §. huic. numer. 5. ver. verbi gratia,* & ibi Aretin. *in §. præterea, num. 2. ver. Pone, quod.* Hercul. *in l. miles, §. decem,*
23 *colum. fin. in princip. ff. de re iudic.* † Idem, si creditor alternatiue peteret sibi dari rem, vel speciem, quæ est in facultate. Castr. *d. l. si quis stipulatus fuerit, in princip. ff. de solutio.*

Debitor, qui non habet in ære, luit in corpore. Concluſ.

VIDE Socin. *reg. 6. Debitor non habens, vnde soluat,* vbi ampliat & limitat quatuor modis. Vide, *Corporalis pœna quando imponenda, vel non, pro pecuniaria. Concluſ.* 1034. Vide plenius, *Statutum circa pœnam pecuniariam, nisi soluat, puniatur in corpore. Concluſ.* 620.

Debitores plures quando teneantur in solidum, vel pro rata. Concluſ. 54.

1 DEBITORES † si sunt plures in mille, tenentur singuli pro rata, quando sunt plures rei debendi, §. *plures, Instit. de fideiussor.* vbi gloss. Vide, *Rei plures quando in solidum obligantur, an inuicem sint fi-*
deiussores. Concluſ. 109. Vide, *Obligatio respiciens plures personas, & res,*
2 *qualiter distribuatur. Concluſ.* 32. † Amplia, quia si duo debitores etiam sese obligauerint in solidum, si tamen tota pecunia ad vnum tantum deuenit, debet primo excuti is, ad quem pecunia deuenit; quia alter est fideiussor. Ioan. de Anan. *consil.* 60. latius Marsil. *sing.*
2. rub. C. de fideiussor. Vide, *Rei plures,* supra proxime. † Limita, nisi
3 se obligauerint in solidum; quia tunc tenentur omnes pro toto.
4 Vide, *In solidum fieri, quid importet. Concluſ.* 201. † Restringe, quia plures obligati in solidum, si conueniantur in iudicio omnes in solidum, non facta declaratione, & protestatione, quod vnica solutio sufficiat, & iudex simpliciter condemnauerit, censetur facta condemnatio pro rata singulorum, non pro tota summa, secus si
5 facta fuisset dicta protestatio. † Declara restrictionem, vt non procedat, quando essent quatuor obligati in solidum, puta, pro centum, & creditor conueniret solum duos ex eis, quia licet petat ab ipsis duobus, & singulo eorum totum, ita quod vna solutio sufficiat, & iudex simpliciter condemnauerit, censetur condemnasse pro rata solum, ita Cast. *in l. 1. C. si plures vna sententia,* Afflict. *decis.* 215. vbi, quod est conclusio mentis tenenda per text. *in l. si qui separatim, §. quoties, ff. de appell.* quia actio ex iudicato semper est pro rata, nisi sit dictum, quod in solidum.

Debitor quando liberetur per oblationem, & depositum. Concluſ. 55.

1 DEBITOR † qui offert soluere suo creditori, qui recusat recipere, potest citato creditore in iudicio ad recipiendum, alias videndum deponi, offerre, & si non acceptat, potest deponere, & tale depositum habet vim solutionis, & liberat debitorem. *l. acceptam, C. de vsur. l. obsignatione, C. de solution.* Vide, *Depositum vim solutio-*
2 *nis habet. Concluſ.* 201. † Extende vt procedat nedum, si fiat per ipsum debitorem, sed etiam si fiat per quemcunque extraneum
3 pro eo, *l. qui decem §. 1. ff. de solutio.* † Amplia; quia condemnatus debitor ad soluendum residuum administrationis, vel quid aliud, quod non est liquidum, sed debet liquidari, liberatur deponendo aliquid, & dando fideiussorem pro residuo facta liquidatione. Capic. plene *decis.* 18. *num.* 5. vbi per totam decisionem, quod pro debito non liquido, & fructibus non liquidatis non datur exe-
quutio. Vide plenius, *Oblatio debiti quando, & qualiter debet fieri. Con-*
4 *cluſ. 19. cum multis. Conclusionibus ibi seqq.* † Amplia, quia si creditor est in mora, & pereat species, perit periculo morosi. Vide, *Mora contracta operatur multa. Concluſ.* 381.

Debitor speciei perempta specie ante moram liberatur. Concluſio.

VIDE incert. auth. post regulas Soc. *reg. 1. Debitor speciei,* vbi ampliat tribus modis, & limitat duobus modis. Vide supra Concluſio. prox. præcedentem in fine.

Debitor quando liberetur cedendo actiones. Concl. 56.

REGVLARITER † debitor pro causa propria non liberatur 1
cedendo actiones, *l. nam & seruus, §. si. ff. de nego. gest.* † Limita, 2
quando actio competit contra debitorem ex certa causa tantum, puta; quia debitor habet actionem contra certam personam; quia tunc bene sufficit cedere actionem contra illam personam. Alex. *consil. 133. Venio ad primum, numer. 2. in fin. ver. patet, quod non obstat, lib. 2.* Extende † in marito quoad dotem promissam, & non exactam, 3
etiam si esset confessus eam habuisse spe futuræ numerationis, vel quia fuit deposita; quia cedendo actiones liberatur. Vide & de-
clara plenius *in vers. Dos marito promissa quando posit ab eo repeti. Concluſ.* 773.

Debitum legale quando voluntarium, vel necessarium. Concluſ. 57.

DEBITVM † legale dicitur largo modo, & voluntarium, quod 1
debetur ex legato à primo testatore, quia licet dici possit vltima voluntas lex; tamen quia causatur ex aditione hæredis, dicitur voluntarium. Corn. *consil. 292. Circa primum, in princ.* maxime *num. 4. lib. 1.* Vide, *Legatum factum creditori an præsumatur animo compensandi.*
Concluſ. 141. † Amplia, quia dicitur debitum voluntarium, quan- 2
do causatur à lege facto præambulo debitoris ex contractu, vel quasi. Corn. *d. consil. 292. num. 5. lib. 1.* † Limita, quia necessarium 3
dicitur debitum legale, quando causatur à lege, non facto præambulo, seu præambula voluntate debitoris, ex contractu, vel quasi. Corn. *d. consil. 292. num. 5. lib. 1.*

Debitor donans suo creditori quando animo compensandi, vel non. Concluſ. 58.

DEBITOR † ex dispositione hominis, & non legis, si donat 1
suo creditori, non præsumitur animo compensandi. Alexand. *consil. 12. Viso themate, nu. 5. ver. sed præmissis, & per tot.* vbi plena apostil. *in ver. compensandi,* citat infinitos concord. *lib. 2.* † Extende, maxi- 2
me, quando donatio est de bonis, & debitum est in pecunia; quia in istis non cadit compensatio. Alex. *dict. consil. 12. num. 5. ver. & tanto minus, lib. 2.* † Extende, maxime, quando extant verba, *libere, pure* 3
donauit, vel fuit dictum, *sine onere,* vel alia verba, vt quia dixit, *quod voluit donata cedere lucro donatarij,* vel alia similia, ex quibus constat de mente. Alex. *d. consil. 12. num. 5. & 6. lib. 2.* & item, si grauauit donatarium, quoad quædam onera; quia in reliquis bona, videtur voluisse esse libere data, & donata. † Amplia; quia quod dicitur 4
de donatione, idem est in legato facto creditori; quia non animo compensandi, quando creditum est ab homine, non à lege, & in hoc à pari procedunt donatio & legatum; quia legatum est donatio. Alex. *d. consil. 12. numer. 5. & seq. ver. sed præmissis non obstantibus, lib. 2.* Vide plenius, *Legatum factum creditori an præsumatur animo compensandi. Concluſ.* 141.

Debitum solutum petens qua pœna puniatur. Concluſio 59.

PETENS † scienter plus debito, seu debitum solutum, puni- 1
tur pœna stellionatus. Gemin. *consil. 149. in fin. ver. item huiusmodi quantitas.* † Limita in eo, qui petit ante diem, vel ante condi- 2
tionem; quia licet dicatur petere plus debito, tamen non perdit actionem, sed ante litem contestatam debet absolui debitor ab obseruatione iudicij, post litem contestatam debent ipsi concedi duplicatæ induciæ. Bald. *consil. 169. In primis sciendum, lib. 3. in princ.*

Debitum per diuturnam solutionem probatur. Concluſio.

VIDE Socin. *reg. 7. Debitum per diuturnam solutionem,* vbi limitat tribus modis. Vide plenius, *Obseruantia diuturna operatur multa. Concluſ.* 59.

Decanatus & præpositura an sit dignitas. Concluſ. 60.

DECANATVS, † vel præpositura est nomen speciale dignita- 1
tis, *c. cum illis vero, §. illis. de præben. in 6.* † Declara, quod deca- 2
natus & præpositura, licet sit, vel esse possit dignitas, tamen non semper importat dignitatem, quia sunt etiam importantia aliorum, quæ non sunt dignitates. Oldrad. *consil. 281. num. 2. vers. non ob-*
stant iura. † Et quando sit dignitas Decanatus, vel Præpositura, 3

vide

vide per Feder.de Sen.*consil.*86.vbi concludit, quod si non habet collegium, vel non habet præeminentiam in Cathedrali, vel collegiata, non dicitur dignitas, vbi quod isti Decanatus & Prioratus rurales non dicuntur habere dignitatem, & in eis habet locum *c. licet canon de electio. in 6.* & idem Fed.*consil.*94. Vide, *Prioratus an sit dignitas, & quam ætatem requirat. Concluſ.*707. † Amplia, quia Decanatus nedum est dignitas, sed quandoq; est sola dignitas in cathedrali, & tunc de consuetudine est loco Archidiaconi, & Archipresbyteri, vt in Ecclesia Bellunen. Card. Zabar. *consil.*62. *Sigillatim ad præmissa dubia in princ.* vbi quod consuetudo attenditur circa dignitates. † Limita, quia si sunt curati, & habent Collegium, dicuntur habere dignitatem; & idem, si non habent collegium, sed habent Capellas sub se ad collationem suam, vel habent in eis iurisdictionem. Fed. *d. consil.*86. † Extende pariter dignitatem esse, si vltra nomen, quod sonat in dignitatem, de consuetudine ita esset; quia tunc etiam sine collegio, sine præeminentia, & sine capellis de consuetudine posset esse dignitas. Fed. *consil.*80. *num.*2. *vers. considerantur ergo.* † Potest tamen Decanatus esse quandoque in Cathedrali dignitas, & quandoque in collegiata principalis dignitas Gemin. *consil.*131. *nu.*5. *vers. expressit de decanatu.* vbi, quod si est dignitas principalis in collegiata, non incurrit pœnam, si ordinetur, nisi præcedente monitione; secus, si est dignitas non collegiata per Concilium Constantiense. Vide, *Præpositura an sit dignitas, & quando secus. Concluſ.*520.

Deceptio quando permissa, vel prohibita. Conclusio 61.

CONTRAHENTES † possunt se inuicem decipere vsque ad dimidiam de iure ciuili, *l. in causa, § fin. ff. de minor.* † Extende in minore, si iurauit. Alexand. *consil.*125. *num.*8. *vers. & dicit expresse, lib.*1. Amplia, † quia emens potest decipere venditorem vsque ad dimidiam iusti pretij, dummodo non dolo & fraude decipiat. Castr. *consil.*250. *Quod ista fuit, vers. constat autem, lib.*1. † Extende maxime, quando res, quæ emitur, est incerta; quia æstimatio debet fieri secundum dubium euentum rei. Castrens. *d. consil.*250. *vers. constat, lib.*1. † Limita, quia licet læsio permittatur in pretio, & valore, non tamen permittitur in mensura. Ioan. de Anan. *consil.*98. *circa fi. vers. & potißime.* † Limita in venditione actionis, quia non potest deceptio fieri, seu pretium rei cessæ minui, nisi in eo, quod important expensæ necessariæ in exigendo credito, alias esset simulata cessio. Castrens. *d. consil.*250. *circa med. vers. & si dicatur, lib.*1. † Declara, quia limitatio procedit quoad ementem ius cessum, & eum, contra quem fit cessio; quia non potest emptor pro minori pretio habere cessionem, nisi in quantum expensæ ascendunt, sed quoad ementem, & vendentem possunt se decipere vsque ad dimidiam, dummodo non dolo, neque fraude. Castrens. *d. consil.*250. *circa med. vers. & si dicatur, per totum, lib.*1. † Limita, quia deceptis, & non decipientibus iura subueniunt, etiam si decipiens sit minor, mulier, vel priuilegiatus, *l. quod sine. ff. ad Velleian.* Alex. *consil.*109. *Viso processu, num.*10. *& seq. vers. plus dico, lib.*4.

Decima quid sit, & quo iure debeatur. Concluſ.62.

DECIMA † est bonorum mobilium licite quæsitorum pars Deo debita constitutione diuina. Card. Zab. *consil.*26. *Casus, super quo, in princ.* † Et dicit Ægid. Bella. *consil.*40. *num.*29. *in fin. vers.*1. *Deus, cum seq.* quod Deus dedit nobis omnia, & decimam, ac primitiam à nobis recipere dignatus est, non pro se, sed Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, quod est votum Ioan. de Alzeno. † Helias vero de Elgallo in eodem *cons. Ægid.*40. *num.*28. in fine dicit, quod sunt à Deo institutæ, *c. Parochianos de decim.* videlicet, in signum vniuersalis dominij, *c. tua, eodem tit.* & quod Ecclesia nihil magis proprium petere potest; quia sunt decimæ tributa egentium animarum. † Iure diuino debetur decima *Numer. c.*18. vt esset cibus sacerdotibus in domo Domini, & licet cesset causa; quia aliunde habent clerici, tamen debentur, & non soluentes peccant, neque excusantur à tolerantia Papæ, secundum communem * opinionem de qua Anch. *consil.*196. *Magnifice, & illustru, in princip.* Ægid. Bellam. *consil.*40. *num.*45. *vers. circa primam,* quod est votum Roberti de Freta, & dicit, quod de iure diuino debentur Clericis, & Ecclesiasticis & maxime prædiales. † Et quod iure diuino debeantur ex lege Mosaica, Prophetica, & Euangelica, & Canonica, ostendit Ægid. Bellam. *consil.*40. *num.*28. *vers. posito etiam.* † Amplia, in tantum debitas de iure diuino, vt Io. Andr. *in c. ad apostolicæ, de reiud. in 6.* dicat nos non habere pacem in terris ex pluribus causis expressis, inter quas pro sexta ponit, quia non seruamus præcepta Dei, & decimas nonsoluimus, prout refert Ægid. *d. cons.*40. *n.*28. *vers. & ideo Io. Andr.* Plus † dicit, quod licet ad euitandum scandalum quandoq; tacenda sit iustitia; secus est, vbi agitur, vel quando agitur de nouo, vel veteri testamento, prout si agatur de furto, de decimis, & similibus. Ægid. *d. cons.*40. *n.*28. *vers. posito etiã.* † Amplia, quia propterea non tolluntur etiam de consuetudine decimæ prædiales, & cõsuetudo non soluendi in eis non habet locum Ægid. Bellam. *d. cons.*40. *n.*45. vbi dicit, etiam si nouitas nõ soluendi, vel consuetudo sit vetusta. † Et non præscribuntur ab eo, qui eas tenetur soluere. Ægid. Bellam. *d. cons.*40. *n.*30. *& n.*45. † Amplia; quia non possunt laici in aliquo statuere super decimis, quia eisdem laicis manet necessitas obsequendi, non authoritas imperandi. Ægid. *d. cons.*40. *n.*31. quod est votum Io. de Alzeno, & *n.*45. quod est votum Roberti de Fret. Vide, *Decimæ non cadunt in laicum. Coucluſ.*72. † Amplia, quia imo Papa non potest per modũ constitutionis generalis præcipere, quod non soluantur decimæ, licet possit particulari personæ hoc ordinare. Ægid. Bella. *cons.*40. *n.*45. † Contrarium tenent Beatus Thomas, & alij Theologi, & religiosi, quod prædicta omnia procedant, quando Clerici non habent aliunde, sed quia hodie habent prædia, & sufficientes redditus, & ideo valet consuetudo, quod non debeantur, & non soluentes non peccant. † Declara, quia opinio Theologorum per Ecclesiam Romanam damnatur; ideo omnino debentur decimæ, tam prædiales, quam personales ex sententia Beatorum Hieronymi, Ambrosij, & Augustini, Alex. *cons.*60. *Romana Ecclesia, lib.*4. vbi allegat *c.*1. *de decim. in 6.* & plurimas decisiones, quod etiam in locis, in quibus non soluuntur ex consuetudine, & non prædicantur, sunt debitæ, & debent prædicari.

Decimarum multæ sunt species, & quæ. Concluſ.63.

DECIMÆ † aliquæ dicuntur prædiales, quia debentur ex fructibus prædiorum, & ex istis non deducuntur expensæ, sed soluitur ipsa decima non deductis expensis. Gemin. *consil.*85. *super primo, in prin.* & de istis prædialibus loquitur Abb. *consil.*58. *In quæstione, lib.*1. vbi, an debeantur Ecclesiæ matrici baptismali, an vero Parochiæ, quæ exhibet alia sacramenta. † Personales dicuntur, quæ soluuntur de luctis personalibus, & in istis deducuntur expensæ. Gemin. *d. cons.*85. *nu.*2. *vers. quædam.* † Spirituales dicuntur decimæ, quando proueniunt à iure spirituali, & istæ laicis concedi non possunt. Bal. *cons.*419. *Ad euidentiam, ante med. vers. Item decimæ, lib.*1. Temporales † decimæ dicuntur, quæ non sunt proprie decimæ, sed decimationes, quæ descendunt à iure temporali, & istæ cadunt in laicum, & dantur per Principes seculares, vt si concedatur decima pars territorij, vel quid simile Bal. *d. cons.*419. *ante med. ver. itẽ decimæ, lib.*1. vbi, q. hoc procedit, etiam si Ecclesiæ sit concessa, quia præter id, quod Ecclesiastica est, tamen est temporalis. † Decimæ Papales, seu beneficiales, sunt, quæ leuantur de mandato Papæ, *clem.*2. *de decim.* Gem. *cons.*85. *n.*3. *vers. quædam sunt,* vbi, quod licet sint diuersæ ab alijs, tamẽ deducuntur expensæ, prout in personalibus. Decimæ † animalium, aliquando soluuntur pro animalibus intra Parochia, aliquando pro animalibus extra Parochiam. Cast. *cons.*346. *Circa primũ, col.*2. *n.*3. *vers. super*2. *lib.*1. vbi, quod si Parochiani sunt soliti soluere decimas pro animalibus pascentibus extra territorium & componant super decimis, talis compositio intelligitur facta solum pro eo, quod soluere soliti sunt aliter. † Quatuor fuerunt genera decimarum tempore legis diuinæ, hodie vna est decima tantum Car. Zab. *d. cons.*26. *n.*2. † Diuiditur decima de iure cõmuni in quatuor partes; vna debetur Episcopo; secũda sacerdoti; tertia fabricæ; quarta pauperibus, & Episcopi consueuerunt concedere suam quartam Ecclesijs baptismalibus. Car. *cons.*26. *n.*3. † Restringe, † nisi contraria sit consuetudo, q̃ valet. Car. *cons.*26. *n.*3. Restringe, nisi præscriptio aliter induxerit, quæ requirit titulum, vel immemorabile tempus. Car. *d. cons.*26. *in fi.* † Decima etiam potest constitui in censu, & in emphyteusi, vt soluatur singulo anno decima pro censu, vel canone, & hæc differt à decima fructuum, quæ non respicit proprietatem, vt per Alexand. *consil.*14. *Viso, & considerato, numero quarto, & seq. versicul. tamen prædictis non obstantibus, libro*2.

Decimæ prædiales, quibus, & qualiter debeantur. Conclusio 64.

DECIMÆ † prædiales debentur de iure communi parochiæ baptismali, *c. Ecclesiæ*16. *quæst.*1. *& seq.* Calder. *cons.*140. *in princip.* alias 1. *de cauſ. possess. & proprie.* & latius *consil.*385. alias 2. *de decim.* quod est Petr. de Anchar. vbi quod debentur matrici Ecclesiæ, videlicet,

videlicet, parochiæ baptismali. Castr. *consil.* 38. *Dico dictum emptorem.*
2 *lib.* 1. *in princ.* † Amplia, vt imo decimæ prædiales debeantur etiam capellæ, vel Parochiæ nouiter constructæ in parochia baptismali, quando habet assignationem certi territorij, quia ius parochiale censetur assignatum integrum, secus, si sunt assignatæ personæ. Pet. de Ancha. *d. consil.* 385. *ver. sed contra secundum.* quod est inter consilia. Cal. alias 2. *de decim. vsq; in fi.* vbi dicit hanc veriorem, & allegat Io. Cald. & Io. de Lign. *in c. cum contingat, de decim.* & Paul. de Eleaz. & Guil. *in clem. 1. eo. tit.* eandem opinionem tenet Card. Zab. *consil.* 26. *Casus, super quo per totum,* maxime *n.* 3. *ver. præmitto etiam vsq; in fi.* Abb. plene *consil.* 58. *In quæstione, per tot. lib.* 1. vbi pro vtraq; allegat iura, &
3 authoritates, & ita distinguit. † Declara, quia decimæ debentur Ecclesiæ Parochiali, & baptismali propter ministrationem sacramentorum; ideo si cessat ministratio sacramentorum, vt quia Ecclesia sit dirupta, & non extent aliqui parochiani, non debentur decimæ Ecclesiæ, neque ab Ecclesia debentur Episcopo. Ca-
4 strens. *d. consil.* 38. *per totum. lib.* 1. † Declara, quia multi sunt text. dicentes, quod debentur Ecclesiæ matrici baptismali indistincte; quia per creationem capellę intra limites Ecclesię matricis pro administratione sacramentorum, nō debet matrix priuari iure suo & pro hac parte sunt plures Doct. in contrarium, q̄ imo debeantur prædiales decimæ Ecclesiæ parochiali constructæ intra limites Ecclesiæ matricis, sunt plures tex. aperti, & plures Doct. ita tenentes, quos Abb. plene recitat *consil.* 58. *In quæstione, lib.* 1. Tamen declarat primo loco standū esse cōsuetudini, vel prescriptioni, & in hoc
5 nullus discrepat. † Cessante consuetudine debentur parochię de nouo constructæ intra limites matricis, quando Episcopus cum consensu Capituli in erectione nouæ parochiæ illi assignauit decimas prædiales cum certis finibus datis parochiæ nouæ. Abb. *d. cons.*
6 58. *col.* 2. *vers. secunda opinio, lib.* 1. † Imo, etiam si Episcopus cū consensu Capituli solum erexisset parochias, vel capellas intra limites matricis Ecclesiæ baptismalis, p̄ sacramētis fidelium, eo ipso, quod assignati sunt certi limites, tenentur prædia intra limites assignata ad prædiales parochiæ, non autem matrici, ita Abb. *d. consil.* 58. *col.* 2. * *& 3. vers. tertia opinio, lib.* 1. vbi dicit communem * modernorum, si vero Parochiæ nouæ nō habent certos limites, tunc debentur Ec-
7 clesiæ matrici. † Declara, quia ad hoc, vt debeantur Ecclesiæ matrici baptismali, oportet, q̄ ipsa Ecclesia baptismalis sit antiquior, quia si in territorio magno plurium parochialium erigeretur vna Ecclesia matrix baptismalis, non tamen sibi deberentur prędiales. Abb. *d. consil.* 58. *col.* 2. *circa fin. ver. tertius est quando, lib.* 1. & idem dicit, quando esset dubium, an plebania matrix sit anterior, vel parochia
8 quia semper debentur parochiæ in dubio. † Amplia, nisi omnes parochiales essent sine baptismo à principio, sed vna tantum erecta esset baptismalis; quia tunc omnibus debetur decima prędialis intra suos limites; quia vna non est matrix aliarum. Anch. cuius est *consil. Cald.* 385. *vers. tertius, in princ. & in fi.* alias 2. *de decim.* † Amplia,
9 quia debentur etiam parochiæ non baptismali, seu capellæ nouiter constructæ intra parochiam baptismalem, quando Episcopus in creatione capellæ expresse illas assignauit, alias secus. Calder. *d. consil.* 385. *in prin. ver. secundus, quando,* quod est 2. *de decim.* 2. Card. *dict.*
10 *consil.* 26. *in fin.* † Extende, vt imo etiam debeantur capellæ, seu parochiæ non baptismali, vbicunque in creatione assignatur certum territorium, etiam si nihil sit dictū de decimis, secus si solum esset assignatæ personæ. Anch. *d. consil.* 358. *Inter consilia Cald.* alias 2. *de decim. ver. sed contra secundum,* vbi allegat Io. Cald. & Io. de Lign. *in c. cum contingat, de decim.* Paul. & Guil. *in cle. 1. eod. tit.* & dicit veriorem.
11 Amplia, † quia decimæ prædiales de iure communi debentur parochiæ, sub qua sunt bona. Abb. *consil.* 71. *Videtur prima fronte, lib.* 2.
12 *in princ.* † Declara, vt omnes parochiales, & aliæ Ecclesiæ habentes decimas prædiales teneantur in signum subiectionis soluere quartam Episcopo, Cald. *consil.* 140. alias 1. *de cauſ. possess.* Car. *d. consil.* 26. *in fin. ver. ex pradictis infertur.* Vide, *Decimæ quæ debeantur Episcopo de*
13 *iure communi. Concl.* 77. † Amplia, quia præscriptione possunt decimæ deberi, & qualiter procedat præscriptio, & an cōpleta quoad partem extendatur ad totum, & quando non, plene Abb. *consil.*
☞ 71. *Videtur prima fronte, per totum, lib.* 2. Vide, *Præscriptio quoad aliqua non*
14 *se extendit quoad alia, & quando secus. Concl.* 540. † Limita, nisi consuetudo esset in contrarium, quod deberentur alteri, quam parochiæ, vel baptismali. Cald. *consil.* 140. alia 1. *de cauſ. possess. & consil.* 385. quod est 2. *de decim. in princip.* Card. *consil.* 26. *num.* 3. *& per totum,* maxime in fin. vbi idem dicit in præscriptione.

☞ Vide, *Decimæ possint consuetudine deberi. Concluſ.* 76.

Decimæ prædiales per quem solui debeant. Conclusio 65.

DECIMÆ † prædiales sequuntur rem, & debent solui à pos- 1
sessore rei, quæ remanet obnoxia pro decimis non solutis. Feder. de Sen. *consil.* 81. *Laicus,* vbi est casus, & ponit, quæ actio competat, & quod est onus reale, & est * communis opinio gloss. Po- *
test † tamen rector Ecclesiæ agere contra eum, qui non soluit; 2
quia remanet adhuc obligatus, ita quod est in electione Ecclesiæ, agere contra quem maluerit. Feder. *d. consil.* 81. *per totum.* † Amplia 3
vt sit in decimis fructuum, quia si fructus alienentur ante solutionem decimæ debitæ potest compelli emptor, & contra eum agi pro decima non soluta. Feder. *dict. consil.* 81. *num.* 3. *in fin. ver. sed video.* Amplia; † quia prædiales decimæ solui debent à quibuscunque 4
habentibus prædia intra parochiam, ideo Episcopus, etiam soluit decimas pro suis prædijs, quæ habet in parochia sibi subiecta. Car. Zabarel. *consil.* 88. *num.* 4. † Extende, quia etiam Patriarcha, vel 5
Archiepiscopus, si habet prædia intra parochiam sui suffraganei, tenetur ad decimas, prout alij tenentur. Card. Zabarel. *d. consil.* 88. *per totum,* vbi casus, maxime in fin. † Limita, quia decimæ non de- 6
bentur ex prædijs, quæ Episcopi, vel Abbates colunt pro se, & suis conuentibus Zabarell. *consil.* 88. *num.* 4. † Limita, quia decima 7
non debetur ex fundo dato libero Ecclesiæ ad ædificationem Ecclesiæ *c.* 1. *de censibus* † Declara, vt procedat, si constat de traditio- 8
ne fundi liberi; secus, si non constat de libertate; quia transit cum suo onere. Zabarel. *d. consil.* 88. *in fin.*

Decimæ prædiales ex quibus & qualiter soluendæ. Conclusio 66.

DECIMÆ † prædiales sunt, quæ debentur ex fructibus præ- 1
diorum, & ex istis non deducuntur expensæ, sed de omni fructu soluitur decima libera ab expensis. Gemin. *consil.* 85. *super* 1. *in princip.* † Limita; quia bene deducuntur ea, quæ ad alios spectant; 2
vnde si quis soluens decimas non percipit, nisi certam quotam, non soluet decimam prædialem, nisi pro illa quota, quam percipit, non autem soluet pro toto. Gemin. *consil.* 85. *numer.* 7. *& seq. vers. & idem est dicendum.*

Decimæ personales cui parochiæ ex pluribus solui debeant. Concluſ. 67.

DECIMA † personalis solui debet illi parochiæ, à qua soluens 1
percipit sacramenta; ideo existens in studio, licet animum habeat reuertendi, & non transtulerit domicilium, debet soluere decimas personales parochiæ studij, non parochiæ originis. Feder. de Sen. *consil.* 253. *in quarta addit.* quæ incipit, *nisi tamen scholaris, & in 6. additio,* allegat *c. cum quis, & c. fin. de paroch.* † Amplia, vt proce- 2
dat etiam in impubere, qui si dimittat domum suam, & habitet in domo tutoris alienæ parochiæ, dicitur parochianus parochiæ, in qua moratur, etiam quod habeat animum reuertendi ad domum suam; & idem in eo, qui propter bellum, vel aliquod exercitium conduxit domum in aliena parochia; quia dicitur de parochia, sub qua habitat. Feder. de Sen. qui ponit exempla, *consil.* 253. *ver. viso supradicto themate, vsque in fin. & consil.* 254. *à num.* 5. *ver. cum maiori labore, vsque in fi.* vbi ponit multa exempla, quod per solam habitationem ius parochiale habeat locum. † Contrarium tenet Fed. de Sen. 3
d. consil. 254. *in princ.* & sunt allegationes D. Corradi, quem impugnat Feder. † Declara tamen, quoad ius sepulturæ, quia potest 4
quis quoad sepulturam subesse vni parochiæ, & quoad decimas alteri; quia ita de facili parochia sepulturæ non videtur derelinqui; tamen quoad canonicam portionem, semper solui debet illi parochiæ, cui debentur decimæ personales, Feder. de Sen. *d. consil.* 253. *numer.* 3. & in qua cadauer sumitur, & in qua de facto quis habitabat, & percipit, seu percipere debuit diuina. Vide, *Quarta fu-* ☞
erunt cui parochiæ ex pluribus debeatur. Concluſ. 26. † Amplia; quia ex 5
pluribus parochialibus decimæ soluendæ sunt Ecclesiæ matrici, & habenti baptismā, prout est plebs, quæ si habet parochias capellas sub se, decimæ soluendæ sunt matrici, nisi aliæ bona fide præscripserint. Cuman. *consil.* 149. *In quodam castro.*

Vide, *Decimæ quibus non debeantur de iure communi. Conclusio.* 78. ☞

Decimæ

Decimæ personales de quibus, & qualiter soluendæ. Concl. 68.

1 DECIMÆ † personales sunt, quæ soluuntur de lucris personalibus, & in istis deducuntur prius expensæ, ex eo, quod restat, deductis expensis, soluitur decima. Gem. *cons.* 85. *in prin. n.* 2. *ver. quædam sunt.* † Extende, vt etiam deducendæ sint expensæ nedũ quærendorum, colligendorum, & conseruandorum fructuum, sed etiam expensæ custodiendorum fructuum, & bonorum, in quibus enumerantur expensæ procuratorum, & aduocatorum. Gemin. *d. consil.* 85. *per tot.* maxime *à princip. vsque ad num.* 18.

Decimæ qualiter soluendæ, & de quibus. Concl. 69.

1 DECIMÆ † sunt soluendæ, videlicet, vna pars de omni vndecima, ideo in his, quæ non sunt diuisibilia, non soluitur decima, nisi excedat numerum quinq;, exemplum est in ieiunio, quia decima de tempore est concedenda ad ieiunandum, vt pro omni die vndecimo vnus ieiunetur, & sic 36. dies faciunt decimam, licet supersint alii quinque dies, pro quibus decima non soluitur, quia ieiunium non dimidiatur. Gemin. *cons.* 37. *nu.* 2. *ver. Nam vbi debetur,* 2 *& in fi. ver. Nec obstat.* † Soluendæ sunt decimæ de omnibus reditibus, etiam de fœno. *c. peruenit, de decim.* Castr. *cons.* 17. *In casu decimali. in princ. lib.* 2.

Decimæ animalium quando, & quomodo soluendæ. Concluſ. 226.

1 DECIMA † agnorum, seu hædorum si soluatur, licet obligatio sit pura, tamen solutio differtur in tempus, quo nascuntur, ita tamen, quod æquitas seruetur, nec soluere debens cogatur differre, nec subministrare expensas, nec ita festinanter soluat statim, quam nati sint, vt sit inutilis solutio. Old. *cons.* 236. *Circa propo-* 2 *sitam quæstionem, per totum.* † Adde, quod decimum animal natum, siue bonum, siue malum, si potest discerni, venit soluendum, sin minus, mediocre soluitur, vt nec melius, nec deterius soluatur. Oldrad. *consil.* 236. *n.* 2. *vers. Si vero.* † Decimæ animalium aliquando 3 soluuntur ex consuetudine solum de animalibus, quæ pascuntur extra diœcesim, vel territorium loci, aliquando de his, quæ intra territorium. Castr. *cons.* 364. *Circa primum, num.* 3. *ver. super* 2. vbi, quod compositio simpliciter facta de decimis animalium ex mente, intelligitur de animalibus, pro quibus soluitur. Crauet. *cons.* 111. *n.* 7. & Rolan. à Vall. *cons.* 1. *nu.* 47. *lib.* 2. † Et possunt decimæ spatio 4 30. vel 40. annorum præscribi, vt soluantur solum de animalibus pascentibus extra territorium. Castr. *d. consil.* 364. *num.* 3. *ver. præterea licet à princ. lib.* 1.

Decimas soluere recusans delinquit. Concl. 71.

1 REGVLANS † soluere decimas debitas sacrilegium cõmittit, & æternæ dãnationis periculũ incurrit. 16. *q.* 7. *c.* 1. Ægid. Belam. 2 *cons.* 40. *n.* 29. *in prin.* † Amplia, quia tardius soluere decimas peccatum est, multo magis soluere recusantes, ex quo iure diuino debentur. Ægid. *d. consil.* 40. *n.* 29. *in fin.* quod est votum Io. de Alzeno. 3 † Extende, quia imo recusantes dare decimas rem inuadunt alienam, & ideo per laicum non dantem nunquam præscribuntur. 16. *q.* 1. *c. reuertimini.* Ægid. *d. cons.* 40. *num.* 30.

Decimæ probantur per testes singulares. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concl.* 483. *Decimæ an probentur,* vbi citat tenentes contrarium, & admittuntur etiam rectores Ecclesiarum pro- ☞ uinciæ ad probandam consuetudinem negatiuam. Vide, *Testes singulares, quando & in quibus probent, vel non. Concl.* 265.

Decimæ non cadunt in laicum. Concluſ. 72.

1 LAICVS † non est capax decimarum, *c. ad hæc,* & ibi gl. & Doct. 2 *de decimis.* † Extende in tantum, vt præscriptio immemorabilis non sufficiat sine titulo, quia cum sit laicus, incapax non potest 3 præscribere. Cardin Zabar. *consil* 88. *in prin. ver. si autem laicus.* † Amplia, vt decimæ etiam si sint solitæ infeudari in laicum, & reuertantur ad Ecclesiam, aliquo modo non sunt effectæ alienabiles, prout alia bona, ideo non possunt iterum concedi in feudũ. Cald. 4 *cons.* 317. alias 14. *de feud.* quod duplicatur 384. alias 1. *de decim.* †‖ Amplia, quia ad hoc, vt laicus possit manuteneri in possessione decimarum, non sufficit possessio, sed requiritur titulus. Bald. *cons.* 44. *in fin. lib.* 1. † Restringe tamen secundum Bald. nisi soluens decimas 5 feciſſet obligationem, & recognouisset se debitorem, quia debet compelli soluere. Bald. *d. cons.* 44. *in fin. lib.* 1. vbi dicit, quod eo casu soluere debens non debet retardare solutionem, & *consil.* 462. *per tot. lib.* 1. vbi quod existens in possessione debet manuteneri, etiam si inuestitura sit facta post Concilium Lateranense, si in ea enunciatur, quod sunt solitę ante Concilium concedi ab immemorabili tempore citra. † Amplia; quia decimę post Concilium Latera- 6 nense non possunt concedi laico. Bald. *consil.* 462. *Præsupposito, quod post Lateranense, lib.* 1. & ideo debet laicus etiam se defendens ab Ecclesia vendicante decimas probare se illas possedisse ante Concilium Lateranense. Hostiens. *in c. cum Apostolica, de iis quæ fiunt à Prælat.* & eum sequuntur Archidiac. & Io. Monachi *in c.* 2. *de decim. in* 6. † Contrarium, quod imo sufficit, quod laicus probet se possedisse 7 à tanto tempore, quod initii memoria non est in contrarium cum fama, quod ante Concilium Lateranense sunt sibi concessæ, ita Io. Andr. Io. Imola, Abbas, & alii, *d. c. cum Apostolica, de iis quæ fiunt à Prælat.* † Declarat plenissime Mascard. *Concl.* 483. *Decimæ, num.* 6. *& seq.* 8 *vsque in fin.* vbi ponit pro vtraque, & dicit quod sufficit, quod laicus probet possedisse ab immemorabili tempore, si allegat ante Concilium Lateranense possedisse, & dicit * hanc communem, vbi ci- * tat infinitos. Vide in simili plenius, *Seruitus realis aliqua continua, ali-* ✠ *qua discontinua. Concluſ.* 224. *num.* 13. *& sequent.* † Restringe nisi es- 9 sent tales decimæ, quæ essent solitæ infeudari ab immemorabili tempore. Bald. *consil.* 462. *lib.* 1. vbi, quod si narretur, quod sunt solitæ infeudari, talis enunciatio sufficit, donec probetur contrarium, sed tamen loquitur respectu manutentionis contra soluentes. † Idem, quando esset consuetudo, quod concederentur in 10 feudum, quia valet consuetudo, & valeret concessio. Bald. *consil.* 274. *Non reuocando in dubium, in princ. lib.* 5. Angel. Aretin. *consil.* 29. *Quantum ad primum, per tot.* † Amplia, quia decimæ si concedan- 11 tur per Episcopum laico, non potest inuestitus vendere, & si vendat, ille, qui emit, non præscribit etiam soluendo seruitium per 30. annos, quia vocati ex inuestitura recuperabunt. Cuman. *consil.* 64. *Titius & Sempronius,* vbi etiam, quod dicitur emptor malæ fidei posse ſſor, ideo non præscribit. † Limita; quia licet laicus 12 sit incapax decimarum Ecclesiasticarum iure proprietatis, vel dominii, potest tamen esse conductor decimarum, & fructuum Ecclesiasticorum. Bald. *cons.* 44. *Ad euidentiam, in princ. lib.* 3. † Et ideo li- 13 cet decima sit spiritualis, quæ non cadit in laicũ, bene cadit commoditas decimæ in laicum. Ang. Aret. *cons.* 29. *Quantum ad primum, n.* 27. *v. sed tamen iis non obstantibus.* † Limita; quia præscriptio imme- 14 morabilis valet, quod quis non teneatur ad decimas, vel quod laico sint licite concessæ. Cuma. *consil.* 84. *Quia causa decimalis, per totum,* maxime in fi. vbi loquitur etiam post Lateranense Conciliũ, quia præsumitur priuilegium. Alex. *cons.* 6. *num.* 5. *ver. pro quo adduco, lib.* 1. vbi, quod est communis * opinio, quod non tenetur docere, * quod ante Concilium sit vsus, vel immemorabilitatẽ, vbi apostil. in *ver. laicus.* † Extende; quia nec requiritur probatio famæ concef- 15 sionis, vel infeudationis, apostil. ad Alex. *d. cons.* 6. *n.* 5. *ver. laicus, lib.* 1. † Limita, quia licet decima non possit alienari, neque pacto re- 16 mitti, vel præscribi in præiudicium Ecclesiæ; secus est in præiudicium laici, cui concessæ sunt in feudum, quia liberius, quam Ecclesia disponit. Zabar. *cons.* 146. *Præsupposito, quod per tot.* † Extende, 17 quia propterea non valet compromissum de decimis Ecclesiæ in laicum, tanquam de re spirituali, quæ non cadit in laicum, licet valeat compromissum in laicum super decimis iam infeudatis in laicos compromittentes, & maxime quando laudum fuit ratificatum, quia valet in vim pacti. Ang. Aretin. *cons.* 29. *Quantum ad primum, num.* 24. *& seq. ver. quantum ad tertium.*

Decimarum causa est spiritualis, & fori Ecclesiastici, & quando secus. Concluſ. 73.

CAVSA † decimarum est spiritualis, & ad forum Ecclesiasti- 1 cum spectat cognitio, vbi agitur, an debeatur, vel non debeatur decima de aliqua re, & quomodo, & qualiter, quia cum decima sit res spiritualis, cognitio qualitatum ipsius est spiritualis, Fed. de Sen. *cons.* 96. *Apparet, circa fin. ver. sed vbi petitur,* & idem tenet *cons.* 245. *Domino Andreæ, in princ.* vbi ponit opiniones pro vtraque parte, & in fi. distinguit concor. Calder. *cons.* 129. *in princ.* alias 15. *de iud.* vbi quod causa est spiritualis, vbi agitur de iure decimarum. Cuman. *cons.* 84. *Quia causa decimalis, in princ.* Ægid. Bellam. *consil.* 40. *nu.* 2. & *seq. ver. primam conclusionem,* & nullam subesse difficultatem, dicit Iunianus Thomasius Auditor Rotæ *d. cons.* 40. *Ægidij, nu.* 31. *& seq.* † Contrarium indistincte tenet Fed. quod ex quo fauorabile est 2

Ecclesiis habere duos iudices, videlicet Ecclesiasticũ, & secularẽ, quod indistincte procedat iudex, videlicet qui prœuenit, ita te-
3 net Feder. *in fine d. consil. 245. vers. ic. tamen non est magnum.* † Declara, quia decima est fori Ecclesiastici, nisi esset facta concessio feudalis, vel alias laico, quia tunc ratione commoditatis temporalis iudex potest esse laicus. Cuman. *consil. 84. numero 3. vers. circa quæ*
4 † Contra declarationem tenet Zabarel. *consil. 92. numer. 8. in fin.*
5 *ver. insuper nec compromissum.* † Amplia in tantum causam decimarum esse fori Ecclesiastici, vt etiam si agatur de dicimis inter laicos, causa sit Ecclesiastica, & spiritualis, prout dicimus de matrimonio, nec iudex secularis potest se intromittere. Fulgos. *cons. 166 In quæstione, quæ vertitur, numer. 3. ver. quinto quia, & colum. penult. ver. rursus, & si ea fuisset*, vbi, quod Respublica Venetorum non potest se intromittere in causa decimarum etiam inter laicos. Ægid. Bel-
6 lam. *cons. 20. nu. 3. & sequent.* † Extende in tantum, vt etiam si laici negent, & sint in possessione non soluendi, adhuc tamen causa spectat ad forum Ecclesiasticum, quia spiritualis est, & laici in hoc subsunt Ecclesiastico. Ægid. *d. cons. 40. num. 2. & sequent. & nu.*
7 18. quod est votum Galhardi. † Amplia quia causa decimarum nõ
8 potest compromitti in laicum, & laudum latum per laicum erit nullum. Zabarel. *cons. 92. nu. 8. in fin.* † Extende, etiam si agatur de
9 successione laicorum in feudo decimarum, quia adhuc causa est spiritualis. Zabarel. *d. cons. 92. num. 8. in fi.* † Limita, quando lis esset non super decimis, quia de eis non controuertitur, sed de illarum mera solutione, vt quia soluere debẽs dicit se soluisse, vel sibi deberi aliquid compensari, & tunc, quia cognitio, & causa est mere ciuilis, potest cognosci etiam per iudicem secularem, Feder. de Sen. *d. cons. 96. num. 3. ver. sic dicam de causis decimarum*, & idem Feder. *consil. 245. in fin. ver. sine præiudicio veritatis*, vbi, quod si compulsio est facti, & non super iure decimarum, spectat ad secularem, & ad Ecclesiasticum. Calder. *cons. 129. ver. secundo casu*, alias 15. *de iud.* vbi quod si agitur solum de solutione decimarum, causa non est spiritualis.

Decimarum priuilegia, & specilia multa circa exactionem, & alia. Conclus. 74.

1 ECCLESIA † pro decimis exigendis potest agere rei vendicatione, quando fructus sunt separati a solo, vel quando
2 decima esset in fundo segregata ab aliis fructibus. Gemin. *consilio 72. numero 3. ver. videtur, quod reali.* † Amplia, quia potest rector Ecclesiæ petere, vt fructus non colligantur per Dominum fundi, nisi præsente eius nuncio, quia pro decima habet partem in fundo, & fructibus. Gemin. *dicto consilio 72. numero 4.*
3 *vers. pro hoc facit*, Zabarell. *consil. 146. in princip.* † Restringe, nisi consuetudo approbata per superiorem sit in contrarium, quia
4 est seruanda nisi præbeat occasionem subripiendi alienum. Zabarell. *dicto cons. 146. in princip.* † Restringe, quia bene potest rector Ecclesiæ ad viram suam dare normam, qualiter soluenda sit
5 decima, sed non præiudicabit talis conuentio Ecclesiæ. Zabarell. *consilio 146. numero 2.* † Restringe in decimis concessis laico in feudum, quia liberius potest de illis disponere, ideo valet pactum perpetuo circa solutionem; quomodo soluantur, item consuetudo, ideo si solutæ sunt certo modo ab immemorabili tempore, valet talis vsus, &, maxime, si est contradictum, inducitur
6 consuetudo in præiudicium laici. Zabarell, *dicto consil. 146. numero 2. & sequent. per totum.* † Amplia, quia licet non præcesserit contractus inter Ecclesiam & debentes decimas, tamen tenẽtur soluentes ex quasi contractu, & consequenter etiam exempti possunt conueniri coram ordinario pro decimis, prout possent, si contraxissent in loco non exempto, vel deliquissent, iuxta *c. 1. de priuil. in 6.* Gemin. *cons. 72. num. 2. ver. restat descendere, vsque in fi.* vbi
7 est casus. † Et delinquere dicitur non soluens decimas, quia de-
8 cimæ prædiales sunt de præcepto diuino. Gemin. *d. cons. 72. num. 6. ver. includuntur.* Amplia, quia soluens decimam tenetur illam portare ad horreum beneficiati, cui soluitur. Gemin. *cons. 72. nu. 8. ver. quia de iure communi.*

Decima non potest alienari per Episcopum. Conclus. 75.

1 EPISCOPVS † non alienat decimas sibi debitas. Vide, *Alienatio bonorum est prohibita regulariter. Conclusio. 273.* † Am-
2 plia, quia decimæ debitæ Episcopo non transeunt etiam in alienatione feudali, vel alias cum vniuersitate bonorum, quia si concedat mihi Castrum cum territorio, sub ista vniuersitate veniunt solum temporalia, & decimæ propterea non includuntur. Baldus *consilio 32. Quidam nobilis. numer. 3. in fin. ver. si autem Episcopus, lib.* 1. † Amplia, quia imo Episcopus potest vendicare omnes deci-3
masin feudum concessas, vel alienatas, si non doceatur de inuestitura ante Concilium Lateranense. Fulgos. *d. cons. 226. per totum.*
† Extende, quia imo etiam vendicabit à tertio, qui spoliauit in-4
uestitum etiam ante Concilium, quia sibi agenti non obstabit
5 ius spoliati, & inuestiri. Fulgos. *d. consil. 226. in fin.* † Amplia, quia imo Episcopus potest facere edictum, quod omnes habentes inuestituras, vel feuda decimarum debeant docere de inuestitura, alias priuati sint, si intra annum non receperint nouam inuestiturам, & contra tales negligentes potest agere rei vendicatione. Fulgos. *d. consil. 226.* vbi est casus. † Limita, quia bene possunt 6
locari etiam laico. Bald. *consil. 44. Ad euidentiam, in princip. lib. 3.*
† Limita, quia bene possunt concedi in feudum, si extat consue-7
tudo hoc admittens. Bald. *cons. 274. Non reuocando, lib. 5. in princip.*
† Extende, quia etiam in feudatus de decimis potest facere com-8
promissum super decimis, quas tenet in feudum cum eo; qui soluere debet, & valet compromissum, quia super sola commoditate decimarum censetur factum compromissum. Bald. *consil. 274. in princip. lib. 5.* Vide, *Alienatione prohibita quid sit prohibitum. Conclus. 261.* 9
† Restringe quia à Concilio Lateranensi citra ampliusnõ possunt concedi in feudum laicis, neque alienari, *c. cum apostolica, de iis, quæ fiunt à Prælat. sin. consen. Capit.* quod concilium fuit de anno 1129. vt inquit Fulgos. ex mente aliorum *consil. 226. numero 1.* † Declara, 10
quia qui dicit habere inuestituram ante Concilium Lateranense, debet hoc probare. Fulgos. *cons. 226. Præsupposito iure communi, in princip.*

Decimæ possunt consuetudine deberi. Concl. 76.

1 DECIMA † debita parochiæ matrici, & baptismali potest consuetudine introduci, vt debeatur alteri Ecclesiæ, cui de iure communi non competit. Calder. *consil. 385. alias 2. de decim. in princip.* quod est Petri de Anchar. † Amplia, quia parochia, & aliæ 2
Ecclesiæ, quæ tenentur soluere quartam decimarum Episcopo, possunt de consuetudine præscribere, & introducere, vt imo pro se retineant, iuxta not. in *c. cum contingat, de decim.* Calder. plene cõ-
silio 140. alias 1. *de caus. possess.* † Amplia, vt imo Ecclesia possit de 3
consuetudine habere ab alia Ecclesia quartam debitam Episcopo de decimis. Calder. *consilio 140. alias 1. de caus. poss.* Vide, *Consuetudo circa decimas. Conclusio 847.* † Limita, quia licet possint consuetudi-4
ne induci, non tamen possunt consuetudine tolli. Ægid. Bellam. *consilio 40. numero 45.* vbi dicit, etiam si consuetudo sit vetusta. Vide, *Decimæ prædiales quibus, & qualiter debeantur. Conclusio 54. num. 13. & sequent.*

Decimæ quæ debeantur Episcopo de iure communi. Concl. 77.

1 EPISCOPO † debetur quarta pars decimarum prædialium, quas exigunt parochiales Ecclesiæ, & aliæ Capellæ de iure communi, & soluuntur Episcopo in signum subiectionis, quas tamen capit de manibus rectorum. Calder. *consilio 140. alias 1. de caus. poss. ff. verficul. & quod quarta.* Castrens. *consilio 38. Dico dictum emptorem, lib. 1.* Rota in *nouiss. decis. 31. p. 2. numero 5.* vbi dicit * com-*
munem, & quod habet intentionem fundatam. † Amplia in 2
tantum Episcopum debere capere decimarum quartam partem de manibus rectorum, vt si parochialis destruatur, & parochiani non extent, nihil debeat habere, quia sicuti parochiani illas non soluunt rectori, ita Episcopus non possit illas habere à parochianis. Castrens. *dict. consilio 38. Dico dictum emptorem, libr. 1.* Imo 3
in Episcopatu Feltrensi Episcopus habet intentionem fundatam ex fama antiqua, quod omnes decimæ ad illum spectant, & omnes ab eo in feudum recognoscunt. Fulgos. *consil. 226. per totum*, vbi, quod ex ista opinione fundata cum iure communi potest vendicare decimas ab omnibus. † Limita, nisi sit per alium infe-4
riorem præscripta, vel de consuetudine alteri debeatur, vel etiam ipsi Ecclesiæ, quæ illam soluere deberet. Calder. *d. consilio 140. alias 1. de caus. possess.*

Decimæ quibus non debentur de iure communi. Conclus. 78.

1 DECIMÆ † de iure communi non debentur parochiæ, nisi sit baptismalis. Cald. *cõs. 140. in princ. alias 1. de caus. poss.* quiloqui-
tur de

2 tur de prædialibus. Cuman. *consil.* 149. *In quodam Castro.* † Amplia vt nec Episcopo debeantur decimæ prædiales, quia de iure communi habet solam quartam decimarum. Calder. *d. consil.* 140. *vers. & quod quarta*, alias 1. *de cauſ. poſſ.* Vide Conclusionem proximam præced. † Limita, nisi in erectione parochiæ vel Capellaniæ essent assignatæ decimæ, vel quando certum territorium habet Ecclesia etiam non baptismalis. Petr. de Anchar. *inter consilia Calder.* 385. alias *secundo de decim.* Vide, *Decimæ prædiales quibus, & qualiter debeantur. Conclusio.* 64. † Limita, nisi consuetudo introduceret decimas contra ius commune, quia valet. Calder. *d. conſ.* 140. alias 1. *de cauſ. poſſ.* Vide, *Decimæ possunt consuetudine deberi. Conclusio.* 76. † Limita, quando Capellæ, vel Ecclesiæ non habentes baptismata bona fide per 40. annos præscripsissent contra plebem, & Ecclesiam matricem. Cuman. *consil.* 149. *per totum*, vbi intelligit concurrentibus bona fide, possessione, titulo, vel immemorabili, aut quod petitæ fuerint per Ecclesiam matricem, & negatę, alias præscriptio non valet. † Restringit in quartesiis, quæ loco decimarum soluuntur, quia non sunt de iure communi, & sufficit bona fides, & possessio 40. annorum lapsorum à die, quo negata sunt quartesia. Cuma *d. conſ.* 149. *in princ.*

Decimas habere non possunt religiosi. Concluſ. 79.

1 DECIMAS † exigere, & habere non possunt religiosi, & sibi
2 appropriantes incurrunt pœnas, *clem.* 1. *de decimis.* † Limita, nisi habeant priuilegium concessionis decimarum à Papa, quia tunc licite eas exigunt. Oldrad. *conſ.* 109. *Nicolaus*, vbi loquitur de priuilegio Conuentus Cluniacen. super decimis exigendis infra eorum parochias.

Decimæ ab infidelibus soluendæ. Concluſ. 80.

1 DECIMAE † debent solui à Saracenis & Paganis de terris ab eis possessis. Oldrad. *conſ.* 91. vbi, qualiter sint compellendi ad faciendum solutionem per principes seculares.

Decimæ Papales ex quibus causis imponendę sunt. Concluſ. 81.

1 DECIMAE † licite imponendæ sunt pro bello contra infideles faciendo. Old. *conſ.* 12. *in fin.*

Decimæ Papales de quibus, & qualiter solui debeant. Concluſ. 82.

1 DECIMAE † Papales, quæ appellantur beneficiales, & leuantur de mandato Papæ, solui debent adinstar decimarum personalium, videlicet deductis expensis, quæ fiunt gratia fructuum quærendorum, percipiendorum, & conseruandorum. Gemin. *conſ.* 85. *num.* 3. *& sequent. vers. quædam sunt*, vbi allegat glos. *in clem.* 2. *de decim.* super *versic. taxationem*, quæ dicit ita fuisse declaratum per
2 Papam, vbi est casus consilij. † Declara tamen, quia decimæ Papales soluuntur, & imponuntur super beneficiis, & fructibus Ecclesiasticis, ideo quæ non veniunt appellatione beneficiorum, vel fructuum Ecclesiasticorum, non tenentur ad decimas. Gemin.
3 *consil.* 85. *num.* 21. *versic. si ergo.* † Amplia, quia solui debent etiam de distributionibus quotidianis, glos. *in clem.* 2. *de decim.* quæ dicit,
4 quod Papa ita declarauit. † Contrarium circumscripta declaratione tenet Gemin. *consil.* 85. *n.* 18. *& seq. ver. quoad quotidianas*, vbi, quod ista declaratio Papæ non reperitur, sed si reperiretur, illi standum esset.

Decimæ Papales qualiter, & in quo loco solui debeant. Concluſ. 83.

1 DECIMAE † Papales soluuntur adinstar collectarum, videlicet, quia imponuntur personæ pro rebus, debent solui per membra in loco, vbi est caput, ideo monasterium habens diuersa membra in diuersis diœcesibus debet illas soluere etiã pro mẽbris in loco, vbi est monasterium principale. Feder. de Sen. *conſ.* 151. *The-*
2 *ma tale est, monasterium. per totum*, vbi est casus. † Amplia, vt multo magis procedat respectu possessionum, quia Ecclesia vnius diœcesis habens possessiones in alia diœcesi non tenetur soluere decimas Papales, neque collectas in loco possessionum, sed in loco beneficii. Feder. de de Sen. *d. conſ.* 151. *nu.* 5. *vers. consilia, & allegationes*, quia attenditur locus, vbi est principale beneficium, cuius sunt
3 bona. Gemi. *conſ.* 29. *n.* 3. *ver. sed quantum ad considerationem.* † Amplia, vt idem sit, si exigeretur decima, vel collecta Papalis de armentis animalium Ecclesiarum, quia non sunt soluendæ in loco, vbi sunt animalia ad pascendum, sed vbi est Ecclesia. Feder. de Sen. *conſ.* 151. *col. fi. ver. ad hoc etiam facit.*

Decimæ soluendæ per manum beneficiati, non autem pensionarii. Concluſ. 84.

DECIMA, † quæ debet solui ex pensione assignata super be- 1
neficio, cum onere, quod diminuatur, quando occurrunt decimæ, debet, & dicitur solui per beneficiatum & non per eum, cui pensio debetur. Oldrad. *consil.* 168. *Ad primam, versic. ad quartam.* Vide Concluſ. proximam sequentem, & duas proxime præcedentes.

Decimæ Papales à quibus solui non debeant. Concluſio 85.

DECIMAS † Papales soluere non tenentur Hospitalia, neque 1
loca pauperibus deputata. Feder. de Sen. *consil.* 101. *Quæstio talis est, in fi. ver. item bona ipsorum* vbi alleg. extrau. Bonifac. VIII. & idem *consil.* 111. *in princip. versic. ad idem facit.* † Amplia, quia neque beneficia 2
pauperrima, seu debilia, quæ non excedunt in annuo redditu scuta septem, soluunt decimam. Paul. de Eleaza. in *clem.* 2. *de decim.* vbi dicit ita fuisse declaratum per Papam Bonifacium VIII. † Contra- 3
rium tenet Gemin. circumscripta declaratione Papæ, quæ non apparet *conſ.* 85. *nu.* 25. *ver. de habentibus*, vbi, quod est arbitrarium iudici, quando beneficium sit pauperrimum, vel non, sed tamen si appareret declaratio Papæ, illi standum esset, vbi tenet, quod sunt pauperrima, si non suppetunt redditus ad sustinenda onera ministrorum, & alias incumbentia. † Amplia in monasteriis monia- 4
lium, & aliorum regularium, quorum fructus non suppetunt sine mendicatione, quia isti decimam Papalem soluere non tenentur, & ita fuit per Papam declaratum. Gemin. *conſ.* 85. *n.* 26. *& seq. ver. super alio dubio.*

Declaratio nihil de nouo confert, & quid operetur. Concluſ. 86.

DECLARATIO † facta à principe non confert aliquod ius de 1
nouo, *l. adeo*, §. *cum quis ff. de acquir. rer. domi.* Oldr. *conſ.* 224. *n.* 10. *ver. præterea nõ obstat*, sed solum ius, quod competit, manifestat Old. *d. conſ.* 224. *n.* 20. *ver. nec verbum declaramus.* idem Old. *conſ.* 318. *in fi. ver. ad articulos*, vbi, quod qui de nouo dat non declarat; quia effectus declarationis est, verbum obscurum clarius explicare. † Et non o- 2
peratur, nisi à tempore suæ editionis, quia quod non est, operari non potest, sed tamen postquam fuit, operatur etiam de præterito. Ægid. Bellam. *conſ.* 33. *nu.* 39. & 40. † Et ideo excluſus ab aliquo 3
actu faciendo de nouo non est excluſus ab actu dubio declarando, seu interpretando. Oldrad. *conſ.* 263. *Dominus Aegidius, n.* 2. *vers. secundum est.* vbi de iudice, qui pronunciauit, vt possit sententiam obscuram declarare. Roma. *consil.* 45. † Declara, dummodo stet in pu- 4
ris terminis declarationis, quia si adderet, vel minueret, diceretur noua dispositio, plene Roma. *conſ.* 45. *per totum*, vbi apostil. dant concord. † Amplia in tantum, vt is, qui declarat, nihil de nouo det 5
vt declaratum trahatur retro, & videatur inesse à principio actui declarato. Oldrad. *conſ.* 263. *nu.* 2. *& seq. vers. & aduertendum est*, vbi inquit, quod declaratio est dependens, implicita, & consequens ad declaratum, ita vt respondens positioni declaratæ censeatur etiam ipsi declarationi respondidisse, & quod declaratio nihil de nouo conferat, & trahatur retro. Petr. de Anchar. *conſ.* 7. *In quæstione agitata, n.* 3. *& seq. vers. non obstat, quod declaratio.* Aegid. Bellam. *conſ. consi.* 33. *num.* 40. & 41. & late etiam *n.* 39. dicit, quod non admittit probationem in contrarium. Roma. *conſ.* 482. *In casu, n.* 9. vbi apost. in *ver. emanasse.* dat conc. † Extende, quia declarare est aperire, seu 6
manifestare sensum dubiũ legis, vel dispositionis obscuræ. Castr. *conſ.* 341. *Venio nunc, in princip. lib.* 1. *vers. non obstantibus prædictis*, vbi, quod ex declaratione non sequitur ius nouum quia qui declarat, nihil dat. † Et ideo iudex, vel arbiter, qui declarat aliquem debi- 7
torem ex instrumento, non inducit nouam obligationem, sed veterem detegit; ideo non potest agi ex laudo declarante. Florian. à S. Petro, *conſ.* 17. *n.* 8. *in fi. cum seq. vers. secunda ratio.* † Extende, quia iu- 8
dex, qui taxat expensas per modum declarationis, videtur facere tempore primæ sententiæ, licet faciat post sententiam. Signorol. *consilio* 227. *numer.* 8. † Et declaratio ostendit, quid actum fuerit à 9
principio, *l. ait Prætor*, §. *si iudex, ff. de reiud.* Socin. *consilio* 156. *num.* 17. *lib.* 2. † Extende, quia licet hæreditas non detur codicillis, data ta- 10
men

men declaratur,& declaratio trahitur ad testamentum,& dispositionem, non ad declarationem. Signorol. *d.consil.227.num.8. vsque in fin.* † Restringe, quia declaratio non trahitur retro, quando in præteritum lex declarata fuit obseruata aliter, quam sit declarata. Iaſ. *in l.non dubium, num.11. Cod.de legib.* † Secundo, quando declaratio adijceret pœnam, quia quoad pœnam non trahitur ad præterita. Iaſ. *d.l.non dubium, num.12. Cod. de legib.* † Tertio, quando præterita sunt decisa, quia declaratio non respicit præterita decisa. Iaſ. *d.l.non dubium, num.14.C.de legib.* † Amplia in lege antiqua, quæ si extenditur per modum declarationis à lege noua, dicitur eademmet lex, non autem noua, ita vt habeat locum lex noua etiam tempore legis antiquæ, & declaratæ, est tex. *in cap. statutum, il secondo, de hæret.* vbi glos. *in verb. inane*, & *in verb. volumus*, & melior tex. *in c. constitutionem, de regul. ib. 6.* vbi glos. *in verſic. prorogamus*, & quod declaratio legis antiquæ facta per Papam habeatur pro Canone. Gemin. *consil. 46. num. 1. in fin. verſic. contrarium tenet, & num.2.* Ægid. Bellam. *conſ.33.num.40.* vbi plene. † Et ideo lex noua disponens idem, quod ius antiquum trahitur retro, & dicitur respicere præterita. Ægid. Bellam. *d. conſ.33. num.40.* † Declara tamen secus esse, si lex noua extendat legem antiquam, vel illam proroget, etiam quia subsit eadem ratio, quia nihilominus dicitur lex noua, nec trahitur retro, nec facit, quod lex antiqua de se comprehenderet casum, imo operatur contrarium, *d. c. constitutionem, de regul. in 6.* & per Feder. de Sen. *consil.25.num.2. verſic. respondeo, illa constitutio*, & in responsione ibi, quæ incipit, *non loquitur Clemens, in principio.* vbi Io. Andr. in consilio suo ibi inserto, in fin. † Amplia, quia declaratio non ampliat gratiam, & nihil de nouo addit, sed solum in casu interpretato loquitur. Calder. *conſ.237. in principio.* alias 16. *de præb.* † Amplia in tantum, vt si Princeps declarat actum validum, qui erat nullus, non censetur voluisse dispensare, ideo nihil confert. Gemin. *conſ.33. in fi. nu.15.* vbi loquitur in Papa declarante matrimonium validum, vt si erat nullum defectu confessus, vel alias, non censeatur dispensare, quia nihil confert ex declaratione. † Amplia, quia vbicunq; sit aliquis contractus, vel alia dispositio, quæ habet à principio conuentiones, & conditiones declarandas, vel postea faciendas, licet fiat postea, tamen trahuntur retro, & fingitur tempore primæ conuentionis, vel dispositionis. Petr. de Anchar. *conſ.7.num.3. & ſeq. verſ. non obſtat, quod declaratio.* † Amplia in tantum declarationem nihil de nouo conferre, vt licet substitutio pupillaris facta in codicillis semper sit fideicommissaria, quia directa substitutio non potest fieri in codicillis, si tamen dubia substitutio est facta in testamento, potest declarari directa in codicillis, & valebit declaratio. Bald. *conſ.439. & 440. lib. 2.* † Amplia in tantum cum; qui declarat, nihil de nouo facit, vt potius illud, quod inest, detegat, sicuti ille, qui excutit granum ex spicis, quia nouam speciem non facit, sed illam, quæ inerat, detegit. Fulgos. *conſ. 147. Viſa quadam ſupplicatione, in fin. verſic. ad ſecundum.* Anchar. *conſil.65.num.3.* Rota, vt per Ægid. *deciſ.746. licet obſeruet, col.2. verſic. ideo talis dicitur propria declaratio*, & est duplicata *in nouiſ.27. de reſcript.* Angel. Aret. *conſ.102. In caſu, & themate, nu.15. & ſeq. v. ſed tamen iis nõ obſtantibus*, allegat, ad hoc tex. *in l. adeo § cum quis, ver. videtur tamen mihi. ff. de acq. rer. dom.* quia qui declarat quod inest, nihil addit. † Extende, quia licet Notarius non possit addere, vel corrigere errorem suum, postquam dedit instrumentum authenticum parti, & est productum, fallit, si declarat, quod inest, puta, instrumentum dicit eisdem anno, & indictione, prout in protocollo, si declarat Annum, & indictionem relatiuas potest, quia detegit, quod inerat, non autè corrigat. Ang. Are. *d. conſ.102. per totum*, maxime, *n.15. & ſeq.* † Regulam facias, quia proprie declaratio vera illa est, quæ sit de re dubia, quia tunc videtur inesse à principio primæ dispositioni, si vero est de re non dubia, non est proprie declaratio, & habet vim nouæ dispositionis. Ruin. *conſ.76.num.5. lib.5.* Rimin. Iun. *conſ.399.nu.76.* Vide omnino Castrens. *conſ.22. circa fin.* melius *conſ.339. Qui exceptiones, nu.2. & conſ.341. Præmiſſis allegationibus, in prnc. lib.1.* vbi declarat, quæ sit propria, & quæ impropria, sequitur Tiraquel. *in l. ſi nunquam, verſ. libertis, num.12. & ſeq. C. de reuoc. donat.* apostil. ad Deci. *in c. fin. de conſtitut. num.13. in verſic. dubium.* Roman. *conſil.45. Super eo*, vbi, quod iudex post latam sententiam addens causam dicitur declarare, quando addit causam, quæ inerat de iure, prout quod lata sit, ex quo non est probatum, & est mera declaratio, quæ inest à principio, secus si addit, vel detrahit aliquid. † Et Doctoratus est quædam declaratio peritiæ in illa professione, ideo qui recipit gradum nihil addit, nisi quia declarat id, quod inest, videlicet se idoneum, & peritum in illa arte. Anchar. *conſil.441. Oritur dubium.* † Amplia, quia exequutor testamentorum declarans, vel exequens mentem testatoris nihil de nouo facit, sed perinde est, ac si testator elegisset. Anchar. *conſil.329. Arnoldus, num.3.* Vide, *Exequutores teſtamentarij quid poſſint. Concluſio.537.* † Amplia, quia in tantum qui declarat, nihil dat de nouo, vt neque ex declaratione inducatur confirmatio actus declarati. Bald. *in l.1. numer.2. Cod. de manumiſſ. teſtament.* † Amplia, quia actus declaratus retinet suam naturam præcedentis actus, & dispositionis declaratæ, ideo omnes conditiones, & pacta, quæ sunt in prima dispositione, sunt etiam in declaratione facta. Castrens. *conſil.339. Quia exceptiones, colum. fin. num 5 verſ. quinto quæritur, lib.1.* † Limita, quia Papa, vel Princeps declarans ius extrauagantis temporalis, etiam ad iustantiam particularis personæ durare, vel esse perpetuum censetur quoad omnes facere ius perpetuum, ita Rom. *conſil.260. In propoſito caſu, in fin.* vbi apostil. in fi. *in verb. obtinuerit.* † Limita in iudice declarante alicui actionem competere contra conuentum, quia perinde est, ac si condemnasset reum. Alex. *in l. ſi finita, §. elegant. ff. de damn. infect.* Iaſ. *in l. petens, C. de pact.* Vide plenius per Ant. Gabriel. *lib. 6. titul. de regul. iur. Concluſio. 3. Declarans nihil de nouo facit*, vbi plene, quis possit declarare, & quando, & quomodo.

Declaratorium quando dicatur ius, & an potius disponat. Concluſ. 87.

IVS † dicitur declaratorium, & nihil disponit, vbi emauauit non ad dispositionem noui iuris, sed ad declarationem iuris veteris, etiam si vtatur verbis, *diffinimus, vel decernimus*, aut aliis verbis, quia talia verba imponunt nomen, vt sit constitutio, vel decretum declaratorium nihilominus. Gemin. *conſil.72. Quia punctus, circa princ. verſic. contrarium credo*, vbi quod *cap. 1. de priuil. in 6.* est mere declaratorium iuris, & priuilegiorum antiquorum, circa exemptiones. † Extende, quia ius nouum concordans cum iure antiquo dicitur declaratorium iuris antiqui, & trahitur retro. Ægid. Bellam. *conſil. 33. num. 4.* † Amplia, quia si Papa in casu particulari declarat regulam de infirmis resignantibus non annullare resignationem, sed solum annullare prouisionem, quando resignans moritur infra 20. dies, talis declaratio licet sit in casu particulari, facit ius declaratorium quoad omnes. Roman. *conſil. 342. Quoad primum, colum. 2. verſic. cæterum hoc vlterius.* † Amplia, quando ius canonicum, vel ciuile est dubium inter opiniones Doctorum, quia potest Papa, & Imperator, imo quilibet Princeps declaratorium ius facere, & si Princeps est vniuersalis, vniuersaliter attendi debet, si Princeps particularis, in suo statu seruabitur, & prævalebit opinionibus Doctorum. Vide, *Ius canonicum in quibus præualeat iuri ciuili. Concluſio. 579. numero 16. & ſequent.*

Declaratio mentis debet fieri ſuper dubio, alias non releuat. Concluſ. 88.

FACTVM † dubium proueniens à pluribus non reducitur per declarationem vnius ad certitudinem, ideo declaratio non releuat hoc casu. Bald. *conſil.146. Titulus principis, in fin. num.9. verſic. ſi pater, lib.1.* vbi quod legitimatio incerta, quia pater habebat habebat duos spurios eiusdem nominis, non potest à solo Patre declarari, quia interuenit factũ Principis. † Amplia, quia declaratio non valet in his, quæ non pendent à potestate declarantis, ideo producens scripturam simpliciter, quæ sibi præiudicat, non potest declarare, quod ad alium finem producit, quia non est in facultate sua hoc facere. *Pedemon. deciſ.39. n.28.* † Extende, quia hæres, qui adiuit omni meliori modo, declarãdo postea q̃ adiuit ex secundo testamento, non ex primo, quod secundum postea declaratur nullum, non definit esse hæres, ex quo valuit aditio semel facta omni meliori modo, & sic non est in facultate ipsius, etiam ad sui incommodum tollere, quin sit hæres. Anchar. *conſ.203. Factum ſuper quo, num.5. verſ. non obſtat.* † Amplia; quia pẽdente lite non valet declaratio, seu ratificatio, per quam ius partis aduersæ fit deterius. Anchar. *conſil.318. numero 6. in fin.* † Amplia, quia declaratio mentis non potest fieri nisi semel. Angel. in *l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic.* Ancha. *conſ.357. numer.5.* † Limita, quia declarare potest mentem suam dubiam in libello expressam is, qui diuerso iure potuit agere, & declaratio trahitur retro ad tempus libelli. Angel. *conſilio 367. In quæſtione vertente, numer.7. verſic. declarare igitur potest.* † Extende, quia in his, quæ pendent à voluntate vnius, prout in mandato, valet declaratio mentis etiam post ius quæsitum, vel re non integra, & trahitur retro. Rimin. Iun. *conſ.201. num.67. & ſeq. verſic. ſecundo reſpondeo.* † Et ideo licet verba ambigua contractus interpretentur contra proferentem, secus in mandato procuræ, &

actu

actu ab vno dependente, quia ipsi statur. Alex. *cons.146. In causa, &*
9 *lite, num.24. vers. nec obstat, lib.5.* † Extende quandoque in Papa, quia
per declarationem in beneficialibus tollit ius quæsitum tertio me-
10 dio tempore Rimin. Iun. *consil.201. num.69. & consil.131. n.9.* † Ex-
tende maxime, quando Papa iuste declarat, puta, prouisionem in-
ferioris nullam de beneficio stante reseruatione, quia tunc nō tol-
lit ius quæsitum, cum non potuerit quæri. Anchar. *consil.399. in fin.*
11 † Limita, quia reus, qui confessus est crimen, quod abduxit mulie-
rem libidinis causa, potest declarare suam confessionem ex inter-
uallo, dummodo confessionem ex toto nō perimat, & ideo potest
exponere & declarare libidinis causa secundario, sed principali-
ter, vt in vxorem haberet, secundario libidinis causa. Alex. *cons.1.*
12 *col.1.nu.31. & seq. ver. accedit declaratio, lib.3.* † Extende, quia reus con-
fessus simpliciter se fecisse homicidium, de quo inculpatur, potest
ex interuallo declarare confessionem, quod illud fecit ad sui de-
fensionem. Alex. *d. cons.1.n.31. in fi. & n.32. ver. fortius dixit Bald. li.3.* Vi-
de, *Declaratio nulla dicitur ex multis. Concluſ.90.*

Declaratio mentis dubiæ sumitur ex multis. Conclu-sio 89.

1 MENS † contrahentis matrimonium qualis fuerit, sumitur ex
litteris contrahentis, scriptis amicis, seu alijs personis. Alex.
2 *cons.146. In causa, & lite, n.22. ver. tamen attentis, li.5.* † Testatoris mens
dubia declaratur ex dictis à testatore extra testamentum. Alex. *d.*
cons.146. n.23. lib.5. vbi apostil. *in ver. dixisset*, maxime quando post te-
3 stamentum. † Vna scriptura declaratur per aliam. Alex. *d. cons.146.*
nu.23. lib.5.

Declaratio nulla ex multis. Concluſ. 90.

1 DECLARATIO † non valet in casu claro, quia solum fit in casu
dubio, ideo erit noua dispositio, vel correctio, quādo res erat
clara, & fit contraria declaratio, ideo non valet. Castr. *cons.22. col. fi.*
ver. præterea dictæ declarationi, lib.1. & n.5. sequitur apostil. ad Deci. *in*
c. fi. de constit. nu.13. in ver. dubium. vbi plurimos concord. allegat. Ti-
2 raqu. *in l. si vnquam, verſic. libertis, num.15. C. de reuoc. donat.* † Et natura
declarationis est, quod quando sit de re dubia, valet, & trahitur
retro, & præiudicat, si vero fiat super claris, vel super his, quæ non
sunt dubia in iure, non præiudicat tertio, nec tollit ius quæsitum.
Rimin. Iun. *cons.399. num.76. & seq.* & tunc dicitur noua dispositio.
Deci. *cons.114. in fin.* Vide, *Declaratio mentis debet fieri super dubio, alias*
3 *non releuat. Concl.88.* Vide Concluſ. proxim. sequentem. † Amplia,
quia declaratio est nulla, quando est contra notorium, sicut sen-
tentia Castr. *d. cons.22. nu.5. lib.1.* vbi ponit plura exempla, quod sic-
uti sententia est nulla condemnans Titium de homicidio in per-
4 sonam Mæuii, qui viuat. † Amplia, quia est nulla propter erro-
rem iuris, vt si scriptura cantat de mutuo, declaratur, quod sit ven-
ditio, quia etiam sententia esset nulla. Castrens. *d. cons.22. in fin. lib.1.*
5 † Amplia, quia si declaratio non fiat de re dubia, non valet in præ-
iudicium tertii. Deci. *consil.114. Et pro tenui, in fi. verſic. ad abundantem*
6 *tamen, & consil.229. Stante constitutione, in fi.* † Restringe, quando age-
7 retur de modico præiudicio. Ruin *consil.76. num.11. lib.5.* † Amplia,
quia declaratio est nulla, si fiat de his, quę non sunt in facultate de-
clarantis, puta, si priuatus facit declarationem contra legem. *Pede-*
8 *mont. decis.139. num.27.* † Extende, quia semel hæres non potest desi-
nere esse hæres, ideo si adiuit simpliciter omni meliori modo in-
stitutus in duobus testamentis, quo casu aditio valuit, non potest
postea declarare aditionem esse factam ex secundo testamento,
ex qua desinat esse hæres, quia testamentum redditur nullum.
Anch. *consil.203. in princip.* quod est subscriptum à sex Doctoribus,
9 & Angel. *consil.183. in prin.* † Extende, quia declaratione semel fa-
cta non potest declarans ab ea recedere, & variare. Deci. *consil.35.*
10 *num.8.* † Imo in tantum est verum, quod semel facta declaratione
non possit variare declarans, vt etiam hæres non possit variare in
casu in quo defunctus potuisset. Deci. *d. consil.35. nu.10. verſic. postre-*
11 *mo.* † Limita, quia declaratio mentis probatur etiam ex actu nul-
lo. Fulgos. *consil.99. Quidam A. veniens circa fin.* vbi loquitur in legato
facto hæredi, quia licet sit nullum tamen mens testatoris ex eo de-
claratur, vt prælegata non veniant in fideicommissum. Vide, *Actus*
12 *nullus nullum producit effectum, Concluſ.139.* † Extende, quia quantitas
dotis confessatæ in vltimo testamento declaratur ex priore testa-
mento reuocato, & nullo. Alexand. *consil.45. num.7. verſic. forti-*
13 *ficantur, lib.1.* † Extende, quia declaratio mentis probatur ex
verbis enunciatiuis etiam quoad præiudicium tertii. Deci. *consil.*
35. Præstantissime Doctor, num.5. vbi, quod non requiritur partis præ-
sentia.

Declaratio Papæ, vel principis super quibus fieri possit, vel non. Concluſ. 91.

PAPA † in beneficialibus potest declarare mentem suam fuisse 1
aliter, quam sonent verba primæ prouisionis, quia quatenus
verba sunt dubia, erit declaratio, quatenus videātur clara, erit
modificatio primæ gratiæ. Angel. *cons.274. Bonifacius Episcopus, per to-*
tum. † Extende, vt procedat etiam si verba primæ gratiæ declaratæ, 2
vel motificatæ non essent expressa, dummodo adsit clausula, *etiam*
si prima gratia sit eo modo, vel sub quacunque alia verborum forma
concepta, quia habet vim expressi. Angel. *d. consil.274. num.2. verſ.*
nec obstat. † Amplia, quia vbi gratia principis est dubia, potest per 3
principem declarari, & valet declaratio. Angel. *d. consil.274. in prin.*
& ita intelligi debet quod dicitur de declaratione, quia si non es-
set res dubia, declaratio non valet in præiudicium tertii. Deci. *cons.*
114. Et pro tenui, in fin. verſic. ad abundantem tamen & consil.229. Stante
constitutione, in fin. & ita declarat Ruin. *consil.76. num.5. lib.5.* Rimin.
Iun. *consil.399. num.76.* Deci. *consil.51. in fin.* † Extende, quia etiam 4
successor princeps potest declarare ratione dignitatis mentē prę-
decessoris. Rimin. Iun. *consil.481. num.67. & 68.* † Declara, quia de- 5
claratio propria potest fieri etiam parte non citata, quia nihil au-
fertur, declaratio vero impropria, per quam ius alteri aufertur,
non valet non citata parte. Castren. *consil.339. lib.1. in princ.* vbi pro
vtraque, & ita declarat, & si fiat vtraque declaratio citata parte
valebit, quatenus dubium declarat, & non valebit, quatenus au-
fert ius tertii, quia sunt separata capitula. † Restringe, quia dispe- 6
satus Mediolani, vt possit testari secundum ius commune, si testa-
mentum in loco potest fieri coram tribus testibus iste dispensatus
pariter testabitur secundum statutum. Deci. *d. consil.114. num.4.*
† Amplia, quia declaratio principis non admittit probationem in 7
contrarium. Ægid. Bellam. *consil.33. num.41.* quia ipsa declaratio
ostendit, declarat, & probat. † Amplia, quia si Papa declarat fa- 8
cultatem latissimam legati non comprehendere collationem be-
neficiorum reseruatorum, & ita fuisse suæ intentionis, illi statur
etiam in præiudicium habentis priorem collationem à Legato, ne
Papa redargui possit de mendacio. Ægid. Bellam. *consil.19. num.3.*
verſic. secundo supponitur, vbi pro vtraque parte, quod sit restringen-
da declaratio ad tempus declarationis tantum; non in præiudi-
cium iuris quæsiti, tamen maior pars Rotæ absolute contrarium
tenuit, quod valeat, & illi standum sit. † Amplia, quia contra de- 9
claronem Papæ non datur de subreptione. Ægid. *consil.19. col.*
fi. ve. item verum declaratio. † Declara, quia imo in omni declaratione 10
facta non citata parte, & in præiudicium tertii, & non subditi de-
clarantis potest dari de subreptione, quod si fuisset informatus de
effectu gratiæ, vel de confirmatione facta in iudicio, non ita de-
clarasset. Alexand. *consil.11. Alias consului, num.16. verſic. alia principali*
ratione, cum sequent. lib.7. vbi *num.19. cum seq. verſic. præterea dato*, dicit
hoc procedere, etiam si postea causa inducens subreptionem ces-
sasset, quia sufficit, quod adesset tempore declarationis. † Limi- 11
ta, quando gratia non est dubia, vel res, quæ declaratur, non est
dubia, quia non valet declaratio, quæ tertio præiudicat, vel ei,
cui est ius quæsitum. Deci. *consil.114. in fin. & consil.229. in fi.* & tunc
si non est dubium de iure id, quod declaratur, non trahetur retro
in præiudicium tertii. Rimin. Iun. *consil.399. nu.76.* Ruin. late *cons.*
76. nu.5. lib.5. vbi, quod valet, vt noua dispositio, idem dicit Deci.
consil.114. Pro tenui, in fi. & quod sit noua dispositio, non declaratio
proprie. Deci. *in c. fi. de constit. num.13.* vbi apostil. dat plurimos con-
cord. *in ver. dubium.* Io. de Imol. *consil.67. in fin.* vbi, quod non est
declaratio, sed noua dispositio, quæ valet, vt nunc, Castrens. *cons.* 12
339. in princ. & num.2. lib.1. † Extende, quia declarationi locus est,
quando res est dubia, alias si res est clara, non est declaratio, sed
potius noua constitutio, vel correctio. Castrens. *cons.22. col. fi. verſ.*
præterea, lib.1. Anchar. *cons.127 nu.7. verſ. non obstat.* Io. de Imol. *cons.*
67. in fi. † Extende in tātum, quia si procurator meus ad emendum 13
pro me cum pecunia mea emerit nomine suo, licet declaret, vel
confiteatur nomine meo emisse, nō ex hoc efficior dominus, quia
dominium est penes eum, nisi tradat. Ias. *in l. si ita quis, §. Seia, num.*
4. ff. de verb. obligat. † Idem est in eo, qui emit nomine suo, & pro per- 14
sona nominanda, quia si declarat emisse nomine Titii, & de pecu-
nia Titii, non est declaratio, sed noua qualificatio, quia certus est
contractus, ideo declaratio, quod de pecunia Titii emit, est noua
dispositio, & valet, vt nunc, & vt noua dispositio, non vt decla-
ratio. Anchar. *consil.127. n.7. verſic. similiter.* † Extende, quia emens 15
pro persona nominanda, acquirit sibi & suis hæredibus, si non fiat
declaratio, vel etiam si fiat, acquisiuit sibi vsque ad declaratio-
nem, à die vero declarationis acquisiuit personæ nominatæ, ideo
est noua dispositio. Deci. *consil.543. In casu proposito, num.3. & 4.* † Re- 16
stringe,

ſtringe, niſi eſſemus in beneficialibus, quia declaratio Papæ etiam ſuper gratia non dubia valet, & præiudicat. Dec. *in l. edita, col. 11. ver.*
17 *& ex his infert, C. de edendo.* Ang. *d. conſ. 224. in prin.* † Limita, quia Papa non poteſt declarare ſuam intentionem fuiſſe in præiudicium iuris tertio quæſiti, vel contra ius, veluti ſi dedit literas pro familiaritate abſentis, qui illas non acceptauit, non poteſt declarare poſt obitum talis, quod ſuæ mentis fuit reſeruare beneficia illius abſentis tanquam familiaris, quia non valet talis declaratio contra prouiſum ab ordinario. Anchar. *conſ. 398. Dominus R. in fi.* vbi, quod non eſt credendum Papæ in hoc ſequitur Gomez. *in reg. de iure quæ-*
18 *ſito, q. 13 prope fi.* per Crauett. *conſ. 338. n. 20.* † Declara, quando declaratio fit de verbis dubiis, quia non poteſt eſſe ius quæſitum. Rim.
19 Iun. *conſ. 481. n. 69. & ſeq.* † Declaratio tribus modis fit, vno modo proprie, quando Papa, vel alius declarat illud, quod eſt dubiũ in iure, & iſta eſt mera declaratio, quæ trahitur retro, quia non facit nouum ius, ſed factum declarat, ſecundo modo declaratio fit de certo per modum correctionis, tertio modo, per modum modificationis, & iſtis duobus caſibus dicitur noua conſtitutio, non autem declaratio. Caſtr. *conſ. 341. Præmiſſis allegat. lib. 1. in princ.* ſequitur apoſt. ad Deci. *in c. fi. n. 13. de conſtit. in v. dubiũ.* Caſtr. *conſ. 339. Quia exceptiones, n. 2. v. pro declaratione, lib. 1.* Anch. *conſ. 127. Ad dubia elicita, n. 7. v. non obſtat.* Io. de Imol. *conſ. 67. in fi.* Alex. *conſ. 11. Alias conſului, n. 12. cũ ſequent. verſic. non obſtat etiam, iuncto num. 14. & 15. verſic. tertio reſpondeo, lib. 7.* vbi, quod quando princeps modificat gratiam, non dicitur declarare, ideo non valet, niſi citata parte, & ibi apoſtil. *in verſic.*
declaratio, citat plures pro vtraque parte. Vide, *Princeps quando poſſit*
20 *non citato præiudicare. Concluſ. 689.* † Prima differentia eſt, quia mera declaratio trahitur retro, impropria ſecus. Caſtren. *d. conſil. 339. nu.*
21 *2. & 341. in princip.* vbi, quod declaratio impropria eſt noua diſpoſitio, *lib. 1.* † Secũda differentia, quia in propria declaratione non requiritur citatio partis, ſecus in impropria. Caſtr. *conſ. 339. n. 2. & 3. & per totum, lib. 1.* Alex. *conſ. 11. Alias conſului, nu. 14. & ſeq. ver. tertio reſpon-*
* *deo, lib. 7.* vbi dicit * communem, & ibi apoſtil. *in verſic. declaratio.*
22 † Tertia differentia, quia propria declaratio non requirit partis præſentiam. Anchar. *conſ. 127. num. 3.* impropria vero, ex qua aliquid quæritur ex contractu, requirit præſentiam eius, pro quo ſit.
23 Anchar. *d. conſ. 127. n. 6. & ſeq.* † Quarta, quia facilior eſt declaratio propria alicuius dubii, quam impropria, quæ fit ad diſponendum qualificate, vel alio modo. Anchar. *d. conſil. 127. num. 7. verſic. non obſtat.*

Declaratio contractus, & mentis dubiæ ad quem ſpectat. Concluſ. 92.

1 DONATIO † ſi redditur dubia, quid & quantum comprehendat, vt quia donatarius dicit corpora ſeparata cõprehendi, quia pertinentię rei donatæ ſint, donans dicit contrarium, & res eſt hinc inde dubia, ſtatur declarationi donãris. Crauet. *conſ.*
2 *234. Ex datione, nu. 4.* † Extende, quia ſi priuilegium, vel exemptio conceſſa ſit dubia, ſtatur declarationi concedentis. Deci. *conſ. 51.*
3 *Pro tenui, in fi.* † Extende in facultate legitimãdi conceſſa à principe quia ſi eſt dubia, declaratur per ipſum principem concedentem.
4 Alex. *conſil. 11. Alias conſului, nu. 12. & ſeq. ver. non obſtat etiam, lib. 7.* † Extende in conceſſione ſalui cõductus dubii, quia ſtatur declaratio-
5 ni concedentis. Deci. *d. conſ. 51. in fi.* † Extende in legato. Alex. *conſ.*
6 *54. in fi. lib. 3.* † Extende in reſcripto, vel priuilegio principis, quia ad eum recurritur, qui conceſſit, quando oritur dubietas indigens declaratione, de quo per Felin. & alios *in c. cum venilſent, de iud.* vbi
7 declarant. † Extende in mãdato, & reſcripto. Felin. *in c. cauſam quæ,*
8 *n. 6. in fi. de reſcript.* † Amplia in reſcripto, mandato, & gratia, quia ſi dubia, ſtatur declarationi concedentis, vel mandantis. Felin. *in c.*
cauſam quæ, nu. 6. in fi. ver. prædicta declara, de reſcript. Vide, *Interpretatio rei dubiæ à quo ſit adhibenda. Concluſ. 329.* Vide, *Priuilegium vel reſcriptum principis à quo debet interpretari. Concl. 737.* Vide, *Reſcripta qualem inter-*
9 *pretationẽ recipiant. Concl. 211. in fi.* † Extende, quia declaratio & interpretatio canonum ſpectat ad Papam, *c. inter alia, de ſent. excomm. circa med.* ibi, *vt igitur vnde ius prodyit, interpretatio quoque procedat*, & clarius *in l. fin. C. de legib.* ſi enim in præſenti leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt, & leges interpretari ſolo dignum imperio eſſe o-
10 portet. † Amplia, quia verba dubia teſtamenti declarantur ex codicillis, etiam ſi codicilli ſint nulli, quia ex actu nullo etiam impugnato mens declaratur. Roma. *conſil. 179. Ampliſſime Doctor, nu.*
11 *11.* vbi apoſtil. *in verſic. voluntatem*, dat concord. † Amplia, quia declaratio mentis dubiæ defuncti ſpectat ad hæredem, *l. ſi quis à filio, §. ſi quis plures, ff. de legat. 1.* Bart. *quæſt. 10. Debitor, in princip. numero*
12 *3. verſic. quinto ſic.* † Limita, quia in contractibus perfectis, prout, quod cedens aliquid confiteatur, vel declaret contra ceſſionarium abſentem, ipſi non creditur, Maſcard. *Concl. 174. per totam.* Vide, *Confeſſio authoris quando noceat ſucceſſori, vel non. Concl. 663.* † De- 13
clara, quando contractus eſt clarus, quia tunc non ſtatur dicto cedentis, vel ceſſionarii. Pariſ. *conſ. 58. nu. 8. lib. 1.* † Secus, ſi contractus 14
eſt dubius, quia qua mente ſit geſtus, ſtatur declarationi cedentis, vel ceſſionarii ſecundum coniecturas veriſimiles. Alexand. *conſ.*
52. nu. 25. lib. 4. Grammat. *conſ. 105. num. 6.* Riminald. Iun. *conſ. 599. n.*
4. tum ſequent. Pariſ. *d. conſ. 58. num. 11. & ſeq.* Ias. *in l. qui filiabus col. 1. ff. de legat. 1.*

Declaratio mentis teſtatoris probatur per duos teſtes, etiam ſi eſſent mulieres. Concluſio.

VIDE Maſcard. *Concl. 485. Declaratio*, vbi extendit, quod etiam probetur per vnicum teſtem quando teſtator ita mandauit, dummodo cum iuramento, & non requiritur citatio partis, limitat, quia procedunt prædicta in legato obſcuro, ſecus ſi ſit nullum, quia eadem ſolemnitas requiritur. Vide, *Teſtamentum multis modis*
probatur, & qualiter. Concl. 99.

Declaratio an requirat partis præſentiam. Concluſio 93.

DECLARATIO † mentis dubiæ, & alia, quæ conſiſtunt in 1
animo, poſſunt fieri etiam abſente parte. Petr. de Anch. *conſ.*
23. Verba ſtipulationis, nu. 9. verſ. non obſtat, quod in tali, & conſ. 127.
Ad dubia elicita, num. 3. Deci. *conſ. 35. Præſtantiſſime Doctor, num. 5.* vbi, quod probat quoad omnes etiam facta per verba enunciatiua.
† Et quod requiratur partis citatio in mera declaratione. Caſtrenſ. 2
conſil. 339. num. 2. & 3. lib. 1. Roma. plene *conſil. 482. num. 6. & ſequent.* vbi ponit multa ſimilia, quod non requiratur tanta ſolemnitas in declaratione, quæ in actu declarato, ſic teſtis non probat, niſi cum iuramento, & citata parte, & tamen poteſt declarare dictum ſuum obſcurum ſine citatione, & ſine iuramento, & valet, quia declaratio nihil noui facit, ſed factum detegit, & præſumitur, ſeu fingitur facta tempore actus. † Extende, quia fauore dotis pater 3
poteſt declarare abſente parte, & valet talis declaratio, etiam in præiudicium tertij. Deci. *d. conſil. 35. num. 5.* † Reſtringe, quia decla- 4
ratio alicuius articuli dubii requirit partis citationem, vt noceat. Caſtrenſ. *conſil. 22. num. 3. ver. reſtat nunc videre, lib. 1.* † Et idem, vbi agi- 5
tur de declaratione in forma iuris, quod quis ſit priuatus, quia niſi fiat citata parte non valet, & habetur pro non facta. Zabarell.
conſil. 132. num. 3. Requiritur præmiſſa declaratio. † Reſtringe, quia quan- 6
do acquiritur perſonæ incertæ declarandæ, acquirens debet declarare perſonam, pro qua acquiſiuit ipſa præſente, alias illi non acquiritur, quia iſta eſt regula generalis, quod ſine nuncio, & epiſtola non acquiritur abſenti. Anchar. *conſ. 127. num. 6. & ſequent. ver.*
quibus non obſtantibus, & conſil. 318. In quæſtione, in fin. † Reſtringe, ni- 7
ſi fieret declaratio in præiudicium non ſubditi, & poſtquam in iudicio res eſt deducta, quia requiritur citatio partis. Alexand. *d. conſ.*
11. Alias conſului, num. 12. & ſequent. verſic. non obſtat etiam, lib. 7. † Re- 8
ſtringe, quia vbicunque declaratio fit circa ſubſtantiam actus, requiritur præſentia partis, contra quam fit declaratio, ſecus ſi reſpicit circumſtantias, ita Io. de Anan. *conſil. 84. Videndum eſt, circa*
princip. verſic. præterea licet. † Declara, quia ſi agatur de vltima volun- 9
tate, ex qua acquiritur abſenti, valet declaratio facta abſenti, vt ſibi acquiratur, ſi vero agatur de acquiſitione ex contractu, tunc requiritur præſentia eius, pro quo fit declaratio, vt ſibi acquiratur. Anchar. *conſil. 127. num. 6. & ſequent. & num. 8. & d. conſil. 318. in*
fin. vbi confirmat dicta in prædicto *conſil. 127.* † Imo dicta decla- 10
ratio non valet, ſi fiat ratificatio poſt morem eius, qui declarauit. Anchar. *d. conſil. 127. num. 4. & 5. & conſil. 318. num. 8.* vbi, quod nec valet, ſi ratificatio fiat pendente lite. † Amplia etiam in Im- 11
peratore, & Papa & quocunque principe, quia ſi vult declarare aliquid contra alium, & ſic præiudiciale, neceſſe eſt, quod pars, cui fit præiudicium, citetur, & poſſit ſe tueri, plene Alexand. *conſ.*
11. Alias conſului, in princip. lib. 7. allegat tex. *in cap. 1. de cauſ. poſſ. & propriet.* vbi Papa inquit, *nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus*
diffinire. † Extende, maxime quãdo princeps facit non inſerta clau- 12
ſula, quod certa ſcientia, neque inſerta eſt ſcriptura, quã declarat, neque extat alia clauſula ſuppletoria de poteſtatis plenitudine. Alexand. *d. conſ. 11. num. 2. verſic. nec talis clauſula, lib. 7.* vbi apoſtil. *in*
verſ. inſerta, dat concord. plurimos. † Extende, vt neque ſufficiat, ſi 13
princeps dicat, *viſis litteris priuilegij*, quia poteſt de alio priuilegio intellexiſſe, maxime, quando non conueniunt narrata in totum diſpoſitioni priuilegii, quod dicitur viſum, & fuit declaratũ. Alex.
d. conſ. 11. n. 3. ver. & licet in dicta declaratoria, lib. 7. & iterum *nu. 13. in fi.*

† Declara

14 Declara † prædicta procedere inter subditos, sed inter non subditos clausulæ, *ex certa scientia, & plenitudine potestatis*, nihil operantur. Alex. *d. consil. 11. num. 8. & seq. ver. posset etiam aliter responderi, lib. 7.* vbi loquitur in Imperatore declarante inter subditos Ducis Mediolani non citatos; quia declaratio nulla est ex quo Dux Mediola-
15 ni est in possessione non recognoscendi superiorem. † Imo, quod contra non subditum non stetur assertioni principis, *vidisse, &c.*
16 Alex. *d. consil. 11. num. 14. ver. secundo respondeo, lib. 7.* † Restringe, quando ageretur de mera, & simplici declaratione verbi ambigui positi in priuilegio principis; quia bene spectat ad principem hoc declarare, & potest facere talem declarationem non citata parte; dummodo tamen exprimat priuilegium, & verba ambigua in eo, & illorum declaratio. Alex. *d. consil. 11. num. 12. & seq. ver. non obstat etiam prædictis, lib. 7.* vbi apostilla *in ver. tenorem*, citat Curt. Sen. *consil. 47. col. 17.*

Declaratio quam probationem, & solemnitatem requirat. Concl. 94.

1 DECLARATIO † requirit eandem solemnitatem probationis, quam requirit principalis dispositio declarata, quando declaratio dat spiritum dispositioni nulli; quia tunc non est propriè declaratio, sed additio, vel mutatio substantiæ. Ægid. *decis. 746. Licet obseruet, col. 2. ver. pro parte contraria*, quæ duplicatur *in nou. de rescr. decis. 27.* Cassad. *decis. 33. super regul.* † Amplia, quia declaratio, vel quæuis graria reualidatoria, quæ est sub diuersa data à prima dispositiua reualidata requirit eandem solemnitatem, & probationem ad sui substantiam, quam requirit principalis dispositio. Ægid. *d. decis. 746. col. antepenult. ver. nec facio differentiam.* Cassad. *decis. 33. in fin. super regul.* & Rota *in nou. decis. 27. de rescript.* quæ est eadem cum decisione Cassad. Gemin. *consil. 11. per totum, & consil. 128. Super primo dubio, num. 3. ver. quoad secundum.* Ant. de Butr. *consil. 2.* quod du-
3 plicatur, *consil. 49 num. 2.* † Amplia; quia licet declaratio communiter nihil tribuat de nouo, & non requirat partis præsentiam, neque solemnia, quæ requirit principalis dispositio; tamen istud est verum, quando fit circa circumstantias; si vero fiat circa substantiam actus; tunc requirit præsentiam partis, & eandem solemnitatem, quam requirit actus principalis. Io. de Anan. *consil. 84. circa prin-*
4 *cip. ver. præterea licet.* † Limita igitur, quando declaratio non viuificat primam dispositionem, sed solum tollit impedimentum, quo mediante posset reddi inualida; quia tunc non requiritur tanta solemnitas, sed minor, quam in dispositione principali. Ægid. *d. dec. 746. col. 4. ver. tertio fortius, & per totam*, vbi ponit plura exempla, &
5 duplicatur *in nou. decis. 27. de rescript.* † Limita, quando esset declaratio mentis declarantis; quia sufficit etiam facta per verba enun-
6 ciatiua. Dec. *consil. 35. num. 5.* † Extende; quia imo declaratio simplex non requirit eandem solemnitatem, quam requirit actus de-
7 claratus. Roman. *consil. 482. num. 7. ver. & pro hoc.* † Extende in dicto testis; quia non valet, sine citatione partis, & sine iuramento; & tamen si declarat dictum suum dubium, valet declaratio sine citatione, & sine iuramento. Roman. *d. consil. 482. num. 8. ver. item videmus*, sequitur Boss. *tit. de oppositio. contra testes, num. 35.*

Declaratio vbi de necessitate requiritur, debet esse pura. Concluſ. 95.

1 PRODVCENS † instrumentum, quod pars aduersa intendit arguere de falso, potest compelli ad declarandum, an velit vti dicto instrumento; & eo casu declaratio debet esse pura, & simplex, quod velit vti, vel non vti; non autem potest esse conditionalis, quod velit vti, quatenus verum, & quatenus falsum, secus. Lap. vbi multa allegat ad hoc *alleg. 120. Quæro, Pone*, vbi reprobat Spec. contrarium tenentem, & allegat Bart. *in l. diuus, ff. de falsis.* Vide, *Producens*
2 *testes qui dicuntur falsi. Conclusio. 877.* † Contrarium tenet Specul. *in*
3 *tit. de instrument. editio. §. videndum restat, ver. quod si velis, num. 3.* † Declarat Lap. *d. allegat. 120. numer. 4.* primam partem allegatam per Specul. procedere in excipiente; quia ex quo excipiens non fatetur, si quis excipiendo producat instrumentum, non tenetur eo ca-
4 su declarare simpliciter. † Amplia, vt idem sit in principali; qui tenetur declarare, an possessio capta per assertum procuratorem nomine suo, quæ dicitur attentata fuerit capta de suo mandato, vel ne, & an velit eam ratam habere, nec potest conditionaliter declarare, quatenus iusta sit, ratam habet, quatenus iniusta, secus. Lap. *d. allegat. 120. Quæro, pone, num. 4. ver. Sed huiusmodi occasione.*
5 † Amplia in responsione ad positiones, & interrogationes, quas pro indaganda veritate iudex facit; quia responsio debet esse certa, & non conditionalis, neq; dubia, Lap. *d. alleg. 120. n. 6. & 7.* Amplia, † vt idem sit in actore, qui parte non opponente in libello 7
proposuit actiones contrarias, qui libellus licet procedat; tamen parte instante, & iudex ex se debet compellere cum ad eligendum alteram ex actionibus contrariis, & declarare, in qua velit persistere, vt de iudice ponunt Angel. *in l. fin. C. de Codicill. numer. 4.* vbi Cast. *num. 4. ver. pone ergo*, quia debet pure eligere, & declarare, vt ibi per eos, dum dicunt, quod consulat aduocatos, ne malam actionem eligat. † Limita; quia declaratio contra feudatarium, vel emphyteutam, qui prætendit non posse succedere, vel non soluisse, potest fieri sub conditione; sed tamen non afficit, nisi conditio purificetur, & si constat de contrario, nihil operatur; quia imo conseruat ius feudatarii, etiam si alius fuerit inuestitus. Io de Anan. *consil. 84. circa princ. ver. Sed rest at nunc.*

Declaratio iudicis necessaria multis casibus. Concl. 96.

IVDEX † non potest procedere contra fideiussorem indemnita- 1
tis, nisi discusso principali, etiam si constet principalem non esse soluendo, nisi super hoc præcedat declaratio iudicis. Roman. *consil. 241. Spectabiles domini, num. 7. ver. plane si dicatur*; vbi apostil. *in ver. declinatoria*, dat concord. & dicit * communem. † Declara; quia * 2
quando esset oppositum, & cognitum super hoc, & iudex ad vlteriora processisset, censeretur tacite per processum ad vlteriora declarasse; secus, si non esset oppositum, neque cognitum, Roman. *d. consil. 241. num. 7. ver. vltimo si dicatur.* Vide, *Processus iudicis ad vlteriora quando reiciat exceptiones oppositas. Conclusio. 804.* † Amplia; quia de- 3
claratio iudicis requiritur contra eum, qui ipso iure est excommunicatus, vel priuatus, & requiritur citatio partis, secundum * *
communem, de qua plene Io. Bapt. Ferret. *consil. 84. Iudex.* Vide, *Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum. Concl. 98.*

Declaratio non requiritur multis casibus. Concluſ. 97.

DECLARATIO † non requiritur, vbi quis illæsus ipso iure 1
conseruatur, pura à lapsu initantiæ, & similium; quia cum aduersarius agat, potest excipere. Oldrad. *consil. 216. Circa primum in fin. ver. ad aliam quæstionem.* † Amplia in rebellione, & læsa maiestate, 2
& aliis delictis notoriis. Vide Ant. Gabriel. *lib. 7. tit. de criminal. Concluſ. 11. crimen rebellionis, seu læsæ maiestatis, an sententiam requirat.* † Amplia; quia in casu claro non requiritur declaratio. Vide, *Decla-* 3
ratio nulla ex multis. Concluſ. 90.

Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum, & an possit amoueri à possessione ante. Concluſ. 98.

PRIVATVS † ipso iure, & sic per solam sententiam iuris, non 1
potest amoueri à beneficio, quo priuatus est, antequam sit crimen probatum, & declaratum per sententiam hominis, alias potest agere priuatus spolio. Oldrad. *consil. 227. num. 4. ver. secundo obiicit.* Anchar. *in simili consil. 189. Tribus de causis, num. 3. & 4.* vbi dicit esse notabile, quod in permissis priuatis actu permisso, prout Notarius, ne possit rogare instrumenta, etiam si priuatio sit ipso iure, non amouetur ab exercitio, donec sit citatus, & declaratus priuatus. Vide plene *in ver. Confiscatio bonorum operatur multa. Con-* 1
clusio. 718. † Extende, vt procedat, nedum in beneficialibus, sed 2
etiam in profanis; quia si emphyteuta alienauit emphyteusim irrequisito domino, & cecidit ipso iure, licet dominus absque alia sententia iudicis. Castrens. *consil. 68. circa med. & per tot. lib. 2.* † Contra- 3
rium tenet Lap. *allegat. 128. num. 7. ver. ad sextam*, vbi; quod priuatus ipso iure beneficio in casu *cap. eum qui, de præben. in 6.* non est citandus, sed tale beneficium potest libere conferri absque alia declaratione, quia hoc est incidens, super quo non pronunciatur, quia si priuatus se opponat, replicabitur de priuatione. † Exten- 4
de contrarium, quia vasallus priuatus feudo ipso iure, non impedit inuestiri alium. Socin. *consil. 167. num. 23. lib. 2.* Signorol. *consil. 251. in princ.* Roland. à Vall. *consil. 2. n. 171. & seq. lib. 1.* vbi ponit alia exempla. † Declara, quia Papa bene confert beneficia non promoti 5
tanquam vacantia, & talis collatio est declaratio, quæ cum fundetur in iure super facto probato, facit ius, & inducit priuationem, ne dicatur Papam in iure errasse, Anchar. *consil. 393. Vltra alia, in princ. & per totum.* † Declara, vt plene per Bald. *in c. 1. in princ. de feudo sine* 6
culpa non amitt. quia ad essentiam priuationis non requiritur declaratio, sed bene ad essentiam exequutionis, dicit tamen quod exequutio facta sine declaratione non est contraria iuri. † Citari 7
tamē semper debet priuatus, siue ipso iure, siue per sententiā ante-

quam amoueatur de possessione, Cardin. Zabar. *cons.* 74. *num.* 2. &
8 *seq. ver. Hoc præsupposito.* † Contrarium per plura Roman. *cons.* 499.
* vbi apostill. magna citat pro vtraque; & dicit hanc magis * com-
9 munem, licet contraria sit communis. † Declata, vt per Ruin. *con-*
sil. 181. *num.* 8. & 9. *lib.* 1. Quia in pœna legali semper requiritur de-
10 claratio, in conuentionali secus. † Imo non releuat citatio gene-
ralis per edictum, sed debent nominatim citari priuati, & amo-
uendi. Zabarel. *dict. cons.* 74. *num.* 3. & *seq.* vbi late. Vide, *Proclama ge-*
11 *nerale quid operetur. Conclusio.* 807. † Declara, vt plene per Ruin.
cons. 4. *num.* 20. & *seq. lib.* 5. Quia licet fieri non debeat executio
ante declarationem factam, tamen substinetur, si fiat iustificatio
12 delicti commissi, licet dicat, quod potest appellari. † Declara,
quia vbi agitur de commodo bursali ficiante exequutionem re-
quiritur declaratio, secus, si agitur de offendendo rebellem vel a-
lio delicto, quia sufficit iustificare quandocunque. Ruin. *d. cons.* 4.
13 *in fin. lib.* 5. † Declara, quia aut priuatio ipso iure inducitur natura-
liter ex contractu ob solum cursum temporis, & non requiritur
declaratio iudicis, aut ob feloniam, aut delictum, & si controuer-
titur, requiritur declaratio iudicis, ita Bald. *consil.* 101. *in princ.* maxi-
14 me *num.* 5. *in fi. lib.* 1. vbi, quod ita seruatur de consuetudine. † De-
clara, quod est priuatus, ita quod potest conferri beneficium ipso
prius non declarato, neque citato, sed bene antequam collatio fa-
cta per priuationem exequatur, debet vocari priuatus, & modus
est, quod sententia contra eum declaratoria feratur, tanquam su-
per notorie priuato à iure, ita Lap. *alleg.* 128. *in fin.* vbi allegat Specul.
& pro hoc facit Oldrad. *cons.* 227. dum dicit, quod sententia iuris
pendet ex probationibus faciendis; igitur debet post collationem
probari delictum, declarari, & pro quo facta est priuatio, & no-
ua collatio, & ita debet intelligi Roman. *cons.* 212. *Quoad primum, in*
princ. dum vult, quod si emphyteuta cecidit ob non solutum ca-
nonem, potest nouus emphyteuta inuestiri absque citatione primi
priuati, sed non exequitur quoad priuationem possessionis. Abb.
15 *cons.* 67. *colum.* 2. *ver. Nec etiam habet obstare. lib.* 2. † Declara secundo,
quia iudex ordinarius, & qui habet potestatem puniendi, & co-
gnoscendi, potest procedere contra condemnatum ipso iure ad
exequutionem, si sibi constat de crimine absque alia declaratio-
ne; secus, si iudex non habet cognitionem illius criminis. Gemin.
cons. 146 *in fin. ver. Non obstat.* Vide, *Collatio beneficii vacantis de iure, &*
non de facto quando valet. Conclus. 430. Vide, *Possessor beneficii non potest*
18 *amoueri sine citatione, & quomodo. Conclus.* 436. † Amplia, vt idem sit
in confiscatione bonorum hæretici, quæ licet fiat ipso iure; tamen
antequam sequatur declaratio hominis, non mandatur exequti-
oni *c. cum secundum. de hæretic. lib.* 6. Calder. *cons.* 95. *num.* 3. *in fin. ver. est*
etiam iustum. alias 1. *de treug. & pac.* vbi text. *in* § *confiscationis*, & ibi te-
* nent omnes maxime * Gem. & Franc. qui ponunt duas limitatio-
nes: Primam, si factum est notorium; Secundam, quando qualitas,
super qua fienda esset declaratio, præcessit: Tertiam ponit Gemin.
cons. 146. *in fin.* quando constat iudici de crimine. Roman. *d. cons.* 211.
Allegationes, num. 4. *ver. secundo moueor*, vbi apostill. *in ver. singulari*, dat
plurimos concord. Vide, *Hæreticus qua pœna puniatur. Conclus.* 102.
17 † Extende, quia vbicunque aliquid ipso iure incurritur propter
præxistentiam, semper est verum, quod requiritur declaratio, vt
illud factum sequatur. Roman. *cons.* 211. *allegationes, num.* 4. *vers. secun-*
18 *do moueor*, vbi apostill. *in ver. singulari.* dat concord. † Amplia in de-
claratione domini contra feudatarium, vel emphyteutam; quia
cum sit semper necessaria ad hoc, vt constet de voluntate, debet
semper præcedere caducitatem. Bald. *consil.* 301. *num.* 9. *in fin.* & *nu-*
mer. 10. *lib.* 1. *ver. Præterea aliquid esse.* Roman. *consil.* 212. *Quoad primum,*
num. 7. *ver. quoad tertium*, & *nu.* 8. vbi apostil. *in ver. requiritur*, & idem
Roman. *cons.* 211. *num.* 4. *ver. secundo moueor*, vbi apostill. *in ver. singula-*
ri, dat concord. Vide, *Declaratio contra emphyteutam requiritur vt ca-*
19 *dat, & quando secus. Conclus.* 99. † Amplia; quia ad hoc, vt fideiussor
teneatur pro principali tanquam non soluendo, requiritur ne-
dum, quod constet hoc iudici, & iudicialiter, sed etiam quod se-
quatur super hoc declaratio. Roman. plene *consil.* 211. *Allegationes,*
num. 3. & 4. *ver. secundo, quia non sufficit*, vbi apostill. *in ver. declaratoria.*
* & *in ver. excussione*, citat infinitos, & de * communi pluries attesta-
20 tur. † Amplia in eo, qui est priuatus ipso iure facultate eligendi
propter formam non seruatam; quia donec sit declaratus, valide
eligit cum aliis. & computatur inter maiorem partem, Innoc. *in*
c. quia propter, de electio. num. 7. & *seq. in ver. priuentur*, Lap. *alleg.* 132. *n.* 4.
21 *circa fin. ver. Non obstat.* † Contrarium videtur velle Feder. de Sen.
22 *consil.* 3. *num.* 2. *ver. præterea ista videntur esse paria.* † Amplia, quia in o-
mnibus criminibus Ecclesiasticis est necessaria declaratio Iudicis.
Cald. *cons.* 95. quod est *vnicum, de treug. & pac. num.* 3. *ver. est etiam iu-*
23 *stum.* † Imo, quod in omnibus priuatis ipso iure, vt requiratur
sententia declaratoria, ad hoc, vt priuatio iuris habeat effectum.

Bero. *in c. super litteris, num.* 11. *de rescript.* Anchar. *consil.* 189. *num.* 3. &
4. † Amplia in omni confiscatione, & pœna pecuniaria, seu bono- 24
rum apprehensione facta à iure, quia eius exequutio non debet
fieri, nisi præcedat declaratio iudicis. Calderin. *d. cons.* 95. *num.* 3. *in*
fin. vers. Idem enim puto, alias *vnic. de treug. & pac.* † Amplia, quia in 25
omni priuatione legis, quando quæstio est facti, vt quia vnus dicit
reum cecidisse in cõmissum, & reus negat, requiritur declaratio
hominis, & iudicis. Baldus *consil.* 301. *Proponitur, quod Petrus, in prin.*
lib. 1. † Extende etiam in priuatione conuentionali, & hominis, 26
quod lapso certo termino, si non præstitit fideiussorem sit priua-
tus, quia etiam si non præstitit fideiussorem in termino, licet is,
ad cuius fauorem fit priuatio acquirat actionem, non tamen exe-
quutionem, nisi sequuta declaratoria iudicis. Angel. Aretin. *cons.*
3. *Videtur, num.* 4. *versic. Quid plura. iuncto versic. ex quo infert, num.* 20.
& sequent. † Amplia in desertione appellationis, quia licet lapsa 27
sint fatalia, tamen sententia non habetur pro re iudicata, nec ap-
pellatio pro deserta, sed debet appellans citari, ratio est, quia po-
test habere iustam causam iustum impedimentum. Bald. *d. cons.* 301.
num 2. *ver. Idem videmus, lib.* 1. † Amplia in feudatario priuato per fe- 28
loniam, quia necessaria est sententia, Bald. *d. cons.* 301. *nu.* 2. *ver. Item*
quis dicitur priuatus, lib. 1. † Amplia generaliter in omni priuato ipso 29
iure, quia requiritur declaratio ante exequutionem, non vt con-
demnetur, sed vt declaretur ante iam priuatus, & ista declaratio
nihil dat de nouo, vel disponit. Bero. *consil.* 20. *nu.* 18. & 19. *lib.* 3. &
cons. 191. *num.* 7. & *seq. eod. lib.* vbi, quod requiritur citatio, & *consil.*
176. *num.* 90. & *seq.* vbi ponit limitationes, vbi, quod declaratio fit
super delicto commisso tantum, *num.* 5. Felin. *in c.* 2. *num.* 2. *de spon-*
sal. non super pœna à lege ipso iure incursa, plene Abb. *in cap. peruenit il prime, de appellat. num.* 5. & *seq.* vbi, qualiter fiat hæc declaratio,
& quod ab ea appellatur, Angel. Aretin. *cons.* 3. *videtur, num.* 2. & *seq.*
† Amplia etiam in priuationibus ipso iure factis; quia si dubite- 30
tur, vel oriatur controuersia, requiritur declaratio iudicis, Bald.
d. consil. 301. *num.* 3. *ver. Præterea, lib.* 1. † Extende in crimine læsæ ma- 31
iestatis; quia vt sit infamis, & repellatur, requiritur confessio in
iudicio, vel sententia, Anchar. *d. cons.* 189. *num.* 3. vbi, quod non suf-
ficit probatio criminis. † Extende, in homicida, de, quo *in clem.* 32
pro humani, de homicid. † Extende in excommunicato ipso iure; 33
quia non priuatur sepultura, si non est declaratus, Anch. *consil.* 189.
num. 3. & 4. † Extende in infamia, siue contracta ipso facto siue 34
per sententiam, siue ex genere pœnæ; quia si dubitatur, vel ne-
getur, requiritur declaratio, Bald. *d. cons.* 301. *num.* 3. *ver. præterea, libr.* 1.
† Extende in filio præterito; quia licet testamentum sit ipso iure 35
nullum; tamen requiritur declaratio, alias possessor non expelli-
tur. Bald. *d. cons.* 301. *num.* 3. *ver. Sic, & testamentum, lib.* 1. † Et ab ista 36
declaratione datur appellatio. Vide, *Appellatio à sententia iuris non*
admittitur. Conclus. 405. † Amplia, siue quis priueturipso iure per 37
ius commune, siue per constitutionem synodalem. Anchar. *cons.* 65.
in princ. & consil. 189. *num.* 3. & *seq.* † Declara; quia declaratio po- 38
test fieri etiam contra mortuum, quando ipso iure est priuatus
per legem, vel constitutionem; quia qui declarat, nihil de nouo
facit, Anchar. *cons.* 65 *in princ.* Vide omnino Felin. *in c. Rudolphus, nu-*
mer. 37. *in prima limit. & sequen. de rescript.* & plenius *in ver. Mortuus non*
potest inquiri, &c. Conclus. 396. † Amplia, quia si conductor est pri- 39
uatus ipso iure, licet non possit amoueri à locatione ante declara-
tionem; tamen locator pendente locatione potest alteri locare
sub conditione, finita prima locatione, *l. nemini, C. locat.* Socin. *con-*
sil. 167. *num.* 23. *lib.* 2. † Extende idem in emphyteusi concessa, quia 40
potest alteri concedi finita emphyteusi, vel postquam finita erit.
Socin. *d. cons.* 167. *num.* 23. *lib.* 2. † Extende in feudo concesso ali- 41
cui; quia potest concedi alteri, postquam erit finita prima inue-
stitura, vel sub conditione, quando erit finita. Socin. *consil.* 167. *nu-*
mer. 24. *lib.* 2. vbi dicit * communem. Vide, *Feudum apertum, & deuo-*
lutum quando alteri concedi potest. Conclus. 101. † Extende; quia sic- 42
uti dominus potest contra emphyteutam exercere expulsionem
propria auctoritate, quando cecidit ipso iure; ita etiam potest ce-
dere istud ius expulsiuum, seu exequutiuum nouo inuestito. So-
cin. *d. cons.* 167. *num.* 25. *lib.* 2. † Extende; quia feudum alienatum si- 43
ne licentia domini, quod deuoluitur ipso iure, potest concedi al-
teri per dominum, & valebit concessio. Signor. *consil.* 251. *in princip.*
† Amplia; quia declaratio est necessaria contra testem, quod sit
periurus ad hoc, vt tanquam infamis repellatur, quando non est 44
notorium, neque agitur cum teste, sed cum parte. Cardin. Zaba-
rell. *cons.* 35. *num.* 7. † Limita, nisi is, qui priuatus est ipso iure op- 45
poneret titulum suum contra prouisum non ad processum, sed
ad effectum iustitiæ, quia tunc super priuatione iuris non esset
pronunciandum, tanquam super incidenti, sed solum pronuncia-
tur super prouisione iusta, vel non facta per priuationem; secus,
si titu-

si titulus priuati opponatur ad processum; quia debet tunc super eo pronunciari. Lapus *d. alleg.* 128. *num.* 7. *ver. ad sextam.* qui ita debet intelligi, licet ipse non distinguat per not. per Bart. *in l.* 1. *C. de ord. iud. in fin.* Vide, *Incidens quid sit, & qualiter super eo pronuncietur.*
46 *Conclus.* 70. † Limita, quando qualitas, super qua esset ferenda sententia declaratoria, præcederet litem, & prius esset declarata.
47 Franch. *d. cap. cum secundum, §. confiscationis, de hæret. in 6.* † Limita in priuato ipso iure, quando crimen est notorium; quia potest procedi contra eum ad exequutionem absque alia declaratione. Gemin. *consil.* 146. *in fin. ver. pro hoc.* Bald. *consil.* 250. *ad euidentiam præmittendum, lib.* 2. Franc. *in c. cum secundum, §. confiscationis, de hæret. in 6.* vbi dubitat; quia in notoriis requiritur sententia. Bald. *consil.* 260. *Guil. colum.* 2. *circa med. lib.* 2. Crauet. *cons.* 373. *num.* 15. & 16. Ægid. Bellam. *consil.* 40. *num.* 8. *& seq.* qui loquitur in excommunicato ipso iure, vt possit declarari sine citatione, si factum, ex quo surgit excommu-
48 nicatio, est notorium, vel manifestum. Vide, *Notorium, an requirat citationem, & sententiam. Conclus.* 111. † Limita, quando id, super quo est ferenda declaratoria, constat, iudici; quia si potest cognoscere, & exequi super illo crimine absque declaratione exe-
49 quitur. Gemin. *consil.* 146. *in fin. ver. Nec obstat.* † Contrarium videtur velle Anchar. *consil.* 189. *num.* 3. & 4. vbi, quod non sufficit quod sit facta probatio; quia requiritur declaratio, vel confessio in iudi-
50 cio. † Limita in excommunicato, vel suspenso, qui est priuatus ipso iure, ne possit eligere, & tamen licet non sit declaratus, neque publicatus talis; si tamen constat eum esse talem, electio non valet
51 Feder. de Sen. *consil.* 5. *in fin. ver. hinc est.* † Limita in teste criminoso, & infame; quia de iure canonico repellitur sine declaratione. Feder. de Sen. *d. cons.* 5. *num.* 2. *ver. præterea ista videntur*, vbi, quod secundum canones non refert, an quis per sententiam sit condem-
52 natus, vel possit per exceptionem conuinci. Vide, *Ius canonicum admittit simplicitatem. Conclusio.* 578. † Limita in clerico, qui traxit alium clericum coram iudice seculari in causa spolii; quia cecidit ab omni iure suo sequuta declaratione. *cap. si diligenti, de for. compet.* & tamen si agat postea coram Ecclesiastico, poterit conuentus excipere, quod cecidit à iure suo, & exceptio admittitur ante declarationem. Feder. de Sen. *cons.* 91. *per totum*, maxime *num.* 3.
53 *vsque in fin.* vbi pulchre loquitur. Vide, *Excipiendo quando quis possit consequi condemnationem. Conclus.* 413. † Limita in feudatario, qui non petiit inuestituram intra annum; quia est priuatus ipso iure, nec requiritur sententia declaratoria iudicis. Bald. *cons.* 301. *Proponitur, quod Petrus, in princip. lib.* 1. vbi est casus, & dicit ita seruari de
54 consuetudine. Vide, *Feudatarius quando teneatur petere nouam inuestituram. Conclus.* 124. † Contrarium Zabarell. *cons.* 74. *in princ.* † Li-
55 mita in emphyteusi deuoluta ob non solutum canonem; quia potest dominus propria auctoritate expellere sine sententia iudicis,
56 Bald. *d. cons.* 301. *num.* 4. *ver. Præterea illud est, quod est licitum, lib.* 1. † Limita, vbicunque iure contractus, & à solo cursu temporis priuatio naturaliter inducitur; quia non requiritur sententia iudicis.
57 Bald. *dict. consil.* 301. *num.* 5. *ver. Præterea priuatio, lib.* 1. † Limita, quando lex, vel statutum priuans aliquem ipso iure procederet etiam vlterius dicendo, absque alia condemnatione; quia debet intelligi absque alia declaratione, ex quo condemnatio non requiritur
58 Bero. *consil.* 191. *num.* 7. *& seq. lib.* 3. † Extende, vt idem sit, etiam si vltra priuationem ipso iure statutum tribueret ius fisco. Bero. *con-*
59 *sil.* 191. *num.* 9. *lib.* 3. † Extende in notoriis, quia absque alia declaratoria fit exequutio. Bero. *consil.* 176. *num.* 96. *lib.* 1. vbi loquitur in manifesto vel notorio, plene Abb. *in cap. peruenit, il primo, num.* 6. *de appell.* vbi, quod iudex tunc simpliciter exequitur, & auditur appellans, vbi Præposit. *num.* 6. qui dicit, quod notorium habet vim rei iudicatæ; & ideo iudex exequitur remota appellatione. Franc.
60 ibi, *num.* 5. *& seq. & in fin.* & supra, *num.* 47. † Extende, vbi ex atrocitate criminis fit confiscatio, vel priuatio ipso iure, prout in læsæ maiestatis crimine, quia ipso iure sine declaratione bona transe-
61 unt in fiscum. Bero. *d. consil.* 176. *num.* 96. *& seq.* † Extende quatuor
62 modis, de quibus Felin. *in cap.* 2. *de sponsal. num.* 2. † Et citari debet declarandus, vt per Felin. & omnes *in c.* 2. *de sponsal.* Abb. *in c. peruenit il primo. de appell.* vbi Præpos. & Franc. & est * communis opinio.
63 Vide, *Excommunicatio ferri non potest canonica monitione non præmissa, & quando secus. Conclus.* 446. † Restringe multis modis, vt per Fe-
64 lin. *d. cap.* 2. *num.* 3. & 4. *de sponsal.* Vide plene Anton. Gabr. *lib.* 6. *de crimnal. Conclus.* 11. *Crimen rebellionis, & conclus. seq.* Appellari potest ab hac declaratione, quod menti tenendum dicit Abb. *in cap. peruenit, num.* 6. *el primo, de appel.* vbi apostill. *in ver. tenementi.* Felin. *in cap.* 2. *de sponsal. num.* 4. plene Deci. *in cap. reprehensibilis, num.* 20. *& seq. de appel.* vbi, quod licet non appelletur à sententia excommunicationis, vt suspendatur, bene appellatur à declaratoria, quod quis sit à iure excommunicatus, plenius per Felin. *in cap. Rudolphus, nu-*
mer. 43. *de rescript.* vbi declarat, nisi esset factum notorium, vel periculum in mora, Roman. *cons.* 482. *In casu præmisso, num.* 9. vbi apostil. *in ver. pœnæ*, dat concordantes. † Declara, vt non procedat in no- 64
toriis, Abb. *d. c. peruenit, num.* 7. *de appel.* vbi Franc. *num.* 5. *& in fin.* Vide, Clausula, *ipso iure, & facto quid operetur. Conclus.* 355. Vide, *Nullum ipso iure non præstat impedimentum, qualiter procedat. Conclus.* 140. Vide, *Pœna quando ipso iure committatur, vel incurratur. Conclus.* 238. Vide, *Priuatio ipso iure quando, & ex quibus verbis inducatur. Conclus.* 719. Vide, *Sententia quando necessaria, vel non. Conclus.* 120. Vide plene Ant. Gabriel. *lib.* 7. *tit. de criminal. Concl.* 12. *Declaratoria requiritur in pœnis, quæ ipso iure inferuntur.*

Declaratio contra emphyteutam requiritur, vt cadat, & quando secus. Concl. 99.

DECLARATIO † domini directi requiritur, quæ appareat, 1
ad hoc, vt emphyteuta propter alienationem, vel alium casum caducitatis priuetur emphyteusi. Bart. *in l.* 2. *C. de iure emphyt.* Bald. Ang. & Salyc. ibi, & idem Bart. *in l.* 1. *ff. si ager vectigal.* Alex. *consil.* 92. *Viso, in* 3. *vol.* late Deci. *consil.* 185. *incip. Vlterius reuocatur*, vbi idem dicit in feudo, & quod in feudo requiritur sententia declaratoria, & loquitur, vbi erat dies & verba, quod ipso iure caderet, allegat Corne. qui idem dicit *consil.* 115. *lib.* 1. *per totum.* Idem Deci. plenius *cons.* 138. vbi loquitur, quando verba erant geminata. Restringe, † quia non requiritur sententia declaratoria iudicis, quia 2
imo potest dominus expellere emphyteutam propria auctoritate, quando cecidit propter cursum temporis, Bald. *consil.* 301. *numer.* 4. * *ver. Præterea, lib.* 1. & ista est * communis, & magis communis opinio, * Abb. *consil.* 67. *In causa, quæ vertitur in princ. lib.* 2. Vide, *Emphyteuta debet declarari, vt sit locus caducitati. Conclusio.* 190. † Sufficit autem de- 3
claratio facta verbo, vel facto, ideo si Prælatus Ecclesiæ locat alteri, censetur etiam declarare primam locationem finitam. Castrens. *consil.* 2. *Visis omnibus, num.* 5. *Præterea posito, lib.* 1. † Et quod sequuta 4
caducitate emphyteutæ, qui non soluit Ecclesiæ per biennium, sufficiat declaratio tacita, quia dominus, vel Ecclesia alteri concessit, quia in dubio vt actus valeat, præsumitur ex illa causa caducitatis facto declarasse. Abb. *cons.* 67. *In causa, quæ vertitur, colum.* 2. *in princ. ver. Nec obstat. si dicatur, lib.* 2. † Declara tamen, quia si ex li- 5
bris domini constaret, quod ignorauit caducitatem, & recepit pensiones præteritas, & futuras eo modo, quo prius, & renouare credidit inuestituram hæredi, vel alias constat de mente domini, tunc inuestitura alteri facta non præiudicat vero emphyteutæ hæredi. Abb. *d. cons.* 67. *colum.* 2. *& fin. ver. Sed in casu nostro, lib.* 2. vbi, quod liber domini probat etiam contra tertium non directe, sed quoad mentem domini. † Restringe, quia ex renouatio- 6
ne inuestituræ facta nunquam potest cauari declaratio caducitatis, quia renouatio præsupponit primam inuestituram durare, non autem esse finitam. Abb. *consil.* 67. *colum.* 3. *& seq. ver. Nec obstat, si dicatur, lib.* 2. vbi dicit procedere, etiam si post renouationem dominus declararet emphyteutam cecidisse, & ita intellexisse, quia non valet, nisi caducitas sit inducta post renouationem cum receptione pensionum. † Restringe, seu declara, quia de- 7
claratio super caducitate ob non solutum canonem, vel alias debet esse certa, & ambigua non releuat, quia vt emphyteuta priuetur, est pœna, quia diminuitur eius patrimonium: igitur materia est odiosa: ideo restringenda, nisi quatenus sit certa. Abb. *dict. consil.* 67. *colum.* 3. *num.* 4. *ver. præterea Abbas sancti Thomæ. lib.* 2. † Duplex 8
est declaratio contra feudatarium, vel emphyteutam, quando ceciderunt, vna est declaratio mentis domini directi, per quam appareat de mente sua, quod velit deuolutioni esse locum, & ista semper est necessaria. Bald. *consil.* 301. *num.* 9. *in fin. ver. Præterea aliquid esse. lib.* 1. alia declaratio est iudicis, de qua ibi, quæ semper non est necessaria. † Et ideo, licet feudatarius ob offensam, vel fe- 9
loniam in dominum possit priuari per sententiam, tamen si felonia, vel offensa est notoria, non requiritur declaratio, neque sententia. Bald. *consil.* 250. *Ad euidentiam præmittendum in fin. lib.* 2. † Am- 10
plia, quod in deuolutione feudi pariter requiritur declaratio ad hoc, vt feudatarius cadat à iure suo, imo requiritur sententia declaratoria. Deci. *consil.* 185. *In appendice*, quæ incipit, *Vlterius reuocatur in dubium.* Vide, *Feudi deuolutio quando fiat ipso iure, vel per sententiam. Conclusio.* 200. † Extende, quia etiam requiritur senten- 11
tia iudicis, quando feudatarius ob feloniam caderet, si sit controuersia. Bald. *consil.* 301. *num.* 2. *ver. Item quis dicitur, lib.* 1. † Limita 12
in declaratione iudicis, quæ non requiritur contra feudatarium, qui cecidit ob non petitam inuestituram intra annum, quia non requiritur declaratio iudicis. Bald. *consil.* 301. *Proponitur, quod Petrus, in princip. lib.* 1. vbi est casus, & dicit seruari de consuetudine.

† Limita,

13 Limita, † quia non requiritur declaratio, quando verba sunt geminata, quod cadat ipso iure, & nullum ius habeat. Cephal. *consil.*
14 133. *num.* 113. *cum seq. lib.* 1. † Contrarium Deci. *d. cons.* 138. *num.* 3. & *seq.* vbi erant verba geminata, & tenet contrarium.

Declaratio exequutoris qualiter fiat, & an ei stetur, vel non. Concluſ. 100.

1 EXECVTOR, † cui testator dedit facultatem declarandi alimenta legata vxori, non potest illa declarare, nisi citato hærede, vel parte, quia cum alimenta requirant discussionem, vt debeantur secundum facultates, & qualitatem personarum, requiritur citatio, alias est nulla, Anchar. *consil.* 383. *Primo, & ante omnia,*
☞ *in princip.* Vide, *Alimenta relicta ad declarationem alterius qualiter de-*
2 *beantur. Concluſ.* 298. † Extende, etiam si testator mandauit stari declarationi in conscientia faciendæ, quia adhuc non valet, ni-
3 si sit secundum iura, & æquitatem. Anchar. *cons.* 383. *in princ.* † Contrarium tenet Roman. *consil.* 482. *In casu præmisso, num.* 5. & *seq.* vbi, quod exequutor gratiæ propter clausulam, *contradictores, &c.* potest declarare excommunicatos, qui de facto contrauenerunt, quia licet in excommunicatione requiratur citatio personalis, secus tamen est in declaratione, quia qui declarat, nihil de nouo facit, licet in discussione causæ requiratur. Vide, *Excommunica-*
☞ *tio ferri non potest canonica monitione non præmissa, & quando secus. Con-*
4 *cluſio.* 446. † Amplia, quia iudex non tenetur sequi talem declarationem factam non citata parte. Anchar. *d. consil.* 303. *num.* 1. *in fin. & num.* 2.

Declaratio an possit fieri post mortem, & per quos, & quomodo. Concluſ. 101.

1 DECLARATIO † si est remissa in arbitrium certæ personæ, mortuo eo, qui debet declarare, vel mortuo eo, qui compromisit ante declarationem, euanescit talis potestas in contractibus, Bald. *cons.* 184. *Præsupposito, quod statutum, in princip. lib.* 1. *& consil.* 415. *Super puncto præmisso, lib.* 3. *& cons.* 117. *Præmisso statuto, in princip.*
☞ *lib.* 4. Vide, *Compromissum quando dicatur purum, vel conditionale. Con-*
2 *cluſ.* 522. † Contrarium, quia mortuo eo, qui debuit declarare, non facta declaratione, succedit iudex. Anchar. *cons.* 383. *Primo, &*
3 *ante omnia, num.* 3. † Declara contrarium, vt procedat, quando quis deberet declarare ad commodum proprium, & ad damnum alterius, quia semper succedit iudex. Abb. *cons.* 80. *in fin. lib.* 2. Re-
4 stringe, † quando facultas arbitrandi, vel declarandi accedit obligationi, quia transit ad successorem. Abb. *cons.* 80. *num.* 5. *lib.* 2. Bal.
5 & Salycet. *in l. fin. C. de contrahen. emptio.* † Amplia etiam in vltimis voluntatibus, quando adest expressa conditio, si declaratio facta fuerit, quia per mortem euanescit actus conditionalis, nec transmittitur; secus est, si actus non est expresse conditionalis in vltima voluntate; quia transmittitur. Bald. *d. cons.* 184. *per tot. lib.* 1. *& consil.*
☞ 415. *in princ. lib.* 3. quod est quasi idem, *& d. cons.* 117. *lib.* 4. Vide, *Trans-*
6 *mitti quæ possint, & quæ non. Concluſio.* 369. † Extende in his, quæ pendent à iudicio & voluntate defuncti; quia non transeunt ad hæredem; quia personalia sunt diuersa hæredis & defuncti, Abb.
7 *cons.* 80. *colum.* 2. *in princ. ver. circa secundum, lib.* 2. † Extende, quia legatum factum Titio, si voluerit, & declarauerit, sibi non debetur ante declarationem, & si moritur, antequam declarauerit, euanescit legatum. Angel. *consil.* 293. *Punctus est*, vbi, quod facultas
8 declarandi non transit in alium. † Restringe; quia si quis legat Titio vnum ex seruis suis, quem elegerit tertius, puta, Seius, mortuo Seio electio spectat ad Titium legatarium, *l. fin. C. communia de*
9 *legat.* † Amplia; quia si hæres non declarauit, ex quo testamento velit adire, & consequenter non potuit transmittere, hæres hære-
10 dis non potest declarare. Anchar. *cons.* 357. *circa fin.* † Amplia, quia regula est, quod ius declarandi non transit ad hæredes. Bartol. & alii *in l. inter stipulantem*, §. *si Stichum*, vbi Ias. *num.* 6. *ff. de verbor. obli-*
* *gat.* dicit * communem, prout etiam communem * dicunt Gabr.
* *de reg. iur. concluſ.* 3. *num.* 74. *& seq.* & Rimin. Iun. *consil.* 254. *num.* 35. &
* *seq.* plenius *consil.* 591. *num.* 12. *& seq.* vbi *num.* 15. quod * à communi
* non est recedendum, quicquid dicat Ias. in contrarium, & * communem dicit, & tenetur Cagn. *in l. edita. C. de ed. end. num.* 151. Ias. *in l. Si*
* *stipulatus fuerim, num.* 3. *ver. Limita, ff. de verb. obligat.* vbi dicit * com-
11 munem. † Contrarium videtur velle text. *in l. veteris. C. de contrahen. vel committen. stipulat.* Socin. *consil.* 228. *In causa, lib.* 2. † Declara;
12 quia *l. veteris*, non habet locum in facto conditionali, & personalissimo; ideo ampliatio procedit, quando factum est conditionale, vel personalissimum, ita declarat Angel. *d. l. veteris, C. de contrahen.*
13 *vel committen. stipulat.* † Extende, quia non sequuta declaratione, videtur per mortem voluisse declarare, vt per Rimin. *d. consil.*
591. *num.* 26. *in fin.* † Extende, quia vbicunque declaratio pendet 14
à facto non à iure, nunquam transit ad hæredem, neque ad successorem in dignitate, plene Crauet. *cons.* 976. *num.* 22. *& seq.* † Ex- 15
tende; quia in actibus viuentium non receditur à persona circa ea, quæ sunt substantialia contractus; secus, si sunt accessoria. Natt. *cons.* 390. *num.* 4. sequitur Crauet. *cons.* 976. *num.* 20. vbi si facto contractu conuenitur, quod si bona vendita reperiantur emphyteutica, stetur declarationi Titii, mortuo Titio reuertitur ad iudicem, & sic receditur à persona, quia non respicit declaratio substantiam, & ita Ias. plene *in l. si post dotem, num.* 50. *ff. solut. matr.* Anchar. *cons.* 127. *num.* 3. Ias. *cons.* 148. *Nobilis, col. pen. in fin. ver. secundo principali, lib.* 2. late Tiraquell. *in l. si vnquam, ver. Reuertatur, num.* 302. *C. de reuoc. donation.* Deci. *cons.* 492. *Testator vxori, in princ.* † Extende; quia e- 16
mens pro se, & persona nominanda, si moritur ante factam nominationem, non potest hæres nominare, *l.* 4. *ff. locati, l. si ita expressum, ff. de condit. & demonstr.* Bald. *cons.* 384. *Duo sunt videnda, lib.* 1. & in puncto Alex. *consil.* 232. *Ponderatis, num.* 4. *lib.* 6. † Extende; quia ius de- 17
clarandi, & exprimendi ius alterius dicitur personalissimum, & non potest per aliam personam explicari, nisi habeat speciale mandatum, gloss. & Doctor. *in l. idem Pomponius scribit*, §. *fin. ff. de rei vendic.* plura congerit Ias. *in l. inter stipulantem*, §. 1. *ff. de verb. obligat.* † Re- 18
stringe, quando agitur de declaranda voluntate defuncti dubia, an adiuerit, vel non. Bartol. *d. quæst.* 10. *Debitor in diem. in princ. num.* 3. *ver. quinto sic*, & licet Bartol. ibi simpliciter loquatur; tamen in fin. quæstio. videtur, quod magis spectet declaratio aditionis ad hæredem, quam ad alium. † Restringe, quando declaratio nemini no- 19
ceret. Gabr. *d. concluſ.* 3. *de reg. iur. num.* 75. Ias. *in d. l. inter stipulantem*, §. *si Stichum, num.* 7. *ff. de verb. oblig.* † Restringe in contractibus, & vlti- 20
mis voluntatibus, in quibus hæres declarat intentionem defuncti. Gabr. *d. concluſ.* 3. *de reg. iur. num.* 76. † Restringe, quia potestas de- 21
clarandi voluntatem ad effectum, vt tertius possit dare de iure tertii, transit etiam ad singularem successorem. Gabr. *d. concluſ.* 3. *de reg. iur. num.* 77. † Restringe, quando agitur de sola exequutione 22
collata in voluntatem alterius, quia transit ad hæredes. Gabr. *dict. concluſ.* 3. *de reg. iur. num.* 78. † Restringe, quando voluntas declaran- 23
di veniret accessoria ad contractum. Gabr. *d. concluſ.* 3. *de reg. iur. numer.* 79. † Restringe in facultate eligendi in alternatiuis, quia trans- 24
it ad hæredes. Ias. *d. l. inter stipulantem*, §. *si Stichum, num.* 6. *ff. de verb. obligat.* † Restringe, quando concurrunt coniecturæ, quia declara- 25
tio transit ad hæredem, puta, si pendente termino moritur morte violenta, qui debuit declarare. Crauett. *cons.* 420. & ita Rimin. Iun. *cons.* 591. *num.* 25. & 26. † Restringe in facultate iuris declarandi, 26
quando competit ratione alicuius iuris præambuli pro sui defensione. Ias. *in l. si stipulatus fuerim, num.* 3. *ver. secundo limita, ff. de verb. oblig.* Abb. *consil.* 80. *Pro decisione, colum.* 2. *ver. circa secundum magis dubitabilem, vol.* 2. quem sequitur Ias. *in l. si quis à filio*, §. *si quis plures, num.* 6. *ff. de*
☞ *legat.* 1. Vide, *Arbitrorum iurisdictio quantum durat. Concluſ.* 450. maxi-
me *num.* 12. *& seq.* † Limita, quia omnis pactio, siue consistat in 27
dando, siue in faciendo, siue sit mixta, transit in hæredem, ne iudicium defuncti per varias simultates corruat, & omne, quod potest ita per hæredem, sicut per defunctum impleri, transit in hæredem Abb. *consil.* 80. *Pro decisione, colum.* 2. *num.* 1. *ver. sed contrariam, lib.* 2. † Extende, quia declaratio, vel arbitrium circa accessoria
contractus iam perfecti & transitorii ad hæredes pariter transit 28
ad hæredes, prout si facta est locatio A. pro se, & suis hæredibus pro certo pretio, & rempore, cum pacto, quod A. conductor possit intra certum tempus nominare socios, mortuo A. illius hæres potest nominare intra tempus socios, quia est circa accessoria contractus. Abb. *d. consil.* 80. *colum.* 2. *ver. circa secundum. per totum, lib.* 2.
† Extende, quia si arbitrium, vel declaratio assumitur super con- 29
tractu celebrando mortuo eo, qui debet arbitrari non transit ad hæredem, secus, si assumitur super contractu iam celebrato, videlicet, super accessoriis, Abb. *d. consil.* 80. *num.* 5. *vers. pro hoc facit theorica, lib.* 2. † Limita igitur, quia dispositio in vltima voluntate in arbitrium alterius potest declarari post mortem eius, ad cui- 30
us fauorem emanauit dispositio, veluti si statutum excludens fœminas illis prouidet de dote declaranda per tres consanguineos, si fœmina decidat ante declarationem, transmittit hoc ius ad matrem, quia licet quantitas sit incerta, tamen ius est purum ad incertam quantitatem. Bald. *consil.* 184. *lib.* 1. & 415. *lib.* 3. *& consil.* 117. *lib.* 4. *per totum*, quia vt ibi in fin. aliud est conditionem inferre substantiæ actus, aliud declarationem quantitatis in arbitrium alterius committere. † Extende, quia vbicunque agitur 31
de interpretanda voluntate defuncti, licet regula sit, quod non transit ad hæredes, fallit tamen, vbi ex illa declaratione nemo venit condemnandus, vel damnificandus, licet forte posset per interpreta-

terpretationem restringi lucrum. Bart. *in l. si quis à filio, §. fin. ff. de legat. 1.* Abb. *d. cons. 80. col. 2. ver. Præterea ad hanc sententiam, lib. 2.* vbi si testator legat Stichum, & plures habeat, potest hæres dare illum,
1 quem vult.

Declaratio per quem fieri possit, & an per procuratorem. Concius. 102.

1 DECLARATIO † libelli obscuri, vel alterius mentis dubiæ potest fieri per principalem, *l. si quis intentione ambigua, ff. de iud.*
2 *cum tibi not.* † Limita; quia procurator non potest declarare libellum dubium etiam à se productum sine speciali mandato. Angel. *in l. si quis intentione ambigua, ff. de iud.* Alexand. *consil. 78. lib. 1.*
3 † Extende idem in confessione facta per reum in criminali iudicio; quia licet posset fieri declaratio per procuratorem; tamen requiritur speciale mandatum. Alex. *consil. 1. colum. fin. num. 31. ver. Accedit, declaratio, lib. 3.*

Declaratio differt ab actu declarato in multis. Conclusio 103.

1 APPELLATIO † non datur ab excommunicatione, vel priuatione facta ipso iure per legem; tamen datur appellatio à declaratione, quod sit excommunicatus, vel priuatus facta per hominem in exequutionem legis. Rom. 482. *In casu præmisso, n. 9.* apostil. *in ver. pœnæ.* dat concord. Vide, *Declaratio an requiratur contra ipso*
2 *iure priuatum. Concl. 98.* † Sententia excommunicationis lata post appellationem est nulla; sed tamen declaratio excommunicationis est valida, *c. pastoralis, in fin.* prout tenet Rom. *cons. 482. n. 9. ver. se-*
3 *cundo quia.* † Et lata sententia excommunicationis sine ordine est timenda, licet iniusta, sed non nulla; secus in declaratione. Franc.
4 Aret. *cons. 163. n. 12.* † Reuocari non potest declaratio vti attentata, prout alia sententia. Rom. *d. cons. 482. in fin. ver. vnde non potest.* allegat *dec. Rotæ in nou. 59. de appel.* alias 424. *in fin.*

Declarare, seu nominare, aut eligere habens quãto tempore obligetur. Concl. 104.

1 ELECTIO † rei legatæ si est commissa in arbitrium tertii, debet eligere intra annum, alias electio transfertur in legatarium, dummodo rem eligat mediocrem, *l. fin. §. sed & si quis, in princ.* & ibi
2 Bart. *C. commun. de legat.* † Extende, vt procedat etiam, quando electio est commissa duobus, quia altero latitante poterit vnus eligere, apostil. ad Bart. *in d. l. fin. §. 1. in ver. in legatarium. C. commun. de legat.*
3 † Declara tamen, vt procedant præmissa, quod post annum electio deuoluatur in legatariũ, quando electio relinquitur certæ rei legatę cõsistentis in specie; si vero electio relinquitur circa quantitatem æstimandam; tunc deuoluitur ad arbitrium boni viri.
4 Bart. *d. l. fin. §. 1. C. commun. de legat. num. 2. ver. oppono.* † Limita, vt non procedat in contractibus; quia licet in vltimis voluntatibus eligere, seu nominare habens perdat tale ius lapso anno; tamen secus est in contractibus. Bart. *d. l. fin. §. 1. num. 1. ver. Nota, quod in lega-*
5 *tis. C. commun. de legat.* † Contrarium tenet Bald. *cons. 150. Casus talis, Vagnolus, circa med. ver. Quarta ratio, lib. 1.* vbi, quod procedit, etiam in contractib. in quibus si quis debet nominare personam, ad cuius commodum fit contractus, quod talis nominatio expirat per
6 lapsum anni. † Limita in electione personarum, quibus aliquid legatur; & tunc per lapsum anni non perditur ius eligendi personas incertas, puta, pauperes eligendos, vel quid simile. Bart. *d. l. fin. §. 1. in fin. num. 3. ver. Item oppono, C. commun. de legat.*

Decoctorum & fallitorum vitia. Concl. 105.

1 DECOCTI † falliti sunt infames, & antiquo tempore creditoribus laniandi assignabantur. Bald. *consil. 249. Super libris*
2 *thesauriæ, lib. 1. numer. 1. circa fin. ver. Item quia sunt infames.* quod duplicatur, *lib. 5. consil. 396.* † Mentiuntur, & decipiunt de facili; & ideo illis in iudicio solemniter examinatis non creditur; igitur nec extra iudicium. Bald. *d. cons. 249. num. 1. ver. æquitas etiam naturalis, lib. 1. & consil. 396. lib. 5.* vbi duplicatur, & *consil. 250. in fin. num. 16.*
lib. 1. quod valet argumentum; est fallitus: ergo fraudator, in tantum, quod non excusatur volens probare contrarium, & duplica-
3 tur *consil. 382. lib. 5.* † Et ideo decoctus, si confiteatur ad fauorem creditoris, cui confert hypothecam bonorum, non potest præiudicare aliis creditoribus chirographariis, & nisi constet de priori promissione, prout in dote, præsumitur confessio simulata, & hy-
4 potheca simulata. Bald. *consil. 432. Casus talis est, lib. 1.* † Fraudem committunt de facili falliti, ideo si aliquid ante fallimentum faciunt in damnum creditorum, non creditur eis. Bald. *d. cons. 249. lib. 1. in princ.* quod duplicatur, *lib. 5. cons. 396.* vbi per tot. limitat. nisi aliter constet de veritate. † Et quod mercator ruptus præsuma-
5 tur fraudator, Rota Ianuen. *decis. 83. numer. 12.* † Testes esse non
6 possunt in criminali causa, neque in ciuili ardua, secus in ciuili non ardua. Vide plene Mascard. *Concl. 738. Falliti an repellantur à testimonio.*

Decoctorum & fallitorum pœnæ diuersæ. Concl. 106.

MEDIOLANI † est decretum mercatorum contra fallitos, 1
quod nullus possit eos receptare, etiam si pater, mater, frater, & quicunque alios sub certa pœna. Bald. *consil. 250. In quæstione domini Milani, num. 7. ver. Verba autem statuti, lib. 1.* vbi, qualiter intelligatur tale statutũ, & *lib. 5. cons. 382.* † Adde, quod falliti appellan- 2
tur fraudatores, & ista præsumptio, super qua fundantur pœnę, & statuta contra fallitos, est tantæ potentiæ, vt probatio in contrarium eos non excuser, quin pœnas patiantur, etiam si velint docere de non fraude. Bald. *cons. 250. in fin. num. 14. & seq. ver. Sed adhuc restat, lib. 1. & lib. 5. cons. 382. num. 18.* † Florentiæ denegatur audien- 3
tia fallito, seu cessanti per statuta, vt etiam attestatur Aret. *cons. 84. num. 4.* & ideo cum ista exceptio impediat litis ingressum. Bald. *in l. postquam liti, C. de pact.* Bart. *in l. omnes, C. de fundis patrimon. lib. 11.* non potest audiri fallitus etiam in causa tactus, vel capturæ parte opponente, nisi soluat ex præmissis, ad quæ facit Deci. *consil. 275. col. 1.*
& 2. † Extende; quia vigore legis de anno 1498. denegatur hæc 4
audientia, etiam parte non opponente, quo casu processus est ipso iure nullus. Alex. & Ripa, *in l. 1. §. sublata, ff. ad Trebellian.* late Deci. *consil. 275.* † Restringe, nisi talis cessans obtinuisset licentiam à do- 5
minis sex mercantiæ virtute eiusdem legis; quo casu potest agere nedum in illa curia, sed etiam in quacunq; alia, quia lex indistincte loquitur, & debet indistincte intelligi, *l. de pretio, ff. de publica, l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstan.* Doct. *in l. quamuis, in fin. ff. de in ius vocan.*
† Restringe; quia procedit lex, vt cessans non audiatur agens via 6
ordinaria, per ea, quæ tradit Bart. *in l. intra, ff. de re iudic.* quia agi dicitur litem contestando, *l. amplius non peti, ff. rem rat. hab.* & est gloss. *in l. si postea. in gloss. 1. ff. de pecul.* quam singularem notat Bald. *in c. quoniã contra falsam, col. 7. de probat.* Vnde non procedit in eo, qui petit exequutionem sententiæ, quæ fecit transitum in rem iudicatam, maxime, quando distulit opponere de hoc post multum tempus calumnioſe, de quibus ego dubito. Vide, *Fallitorum & cessantium pœnæ* ✠
diuersa. Concl. 10. Vide, *Statutum circa fallitos, & decoctores qualiter intelligatur, vel habeat locum. Concl. 548.*

Decoctus cui æquiparetur, & quæ possit, vel non. Concl. 107.

DECOCTVS † æquiparatur fonti aquis exsiccato, de quo *in l. &* 1
Athilicinus, ff. de seruit. rustic. præd. sed tamen potest præscribere decoctus, licet actio sit inanis contra eum, quia præscribens æquiparatur soluenti. Bald. *consil. 180. Præmissis verbis, num. 1. in fin. ver.*
non obstat, lib. 1. † Limita, quia decoctus non potest ex sua confes- 2
sione inducere hypothecam, etiam si confiteatur dotem sibi promissam ante matrimonium: Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis. 402. num. 6.*
in fin. & num. 7.

Decoctorum remedia & priuilegia. Concl. 108.

DECOCTIS † concedere possunt creditores pro maiori parte 1
dilationem quinquennalem etiam inuita minori parte, si concurrant ista, quod sint omnes congregati, vel quod sit maior pars habito respectu ad maiorem quantitatem virorum creditorum, item, quod interueniat decretum superioris, videlicet iudicis. Angel. *consil. 213. Simon & Iacobus, per tot.* quod est collegii Perusini. † Extende, vt procedat, etiam si alii creditores habeant in- 2
strumenta, vel credita habentia exequutionem paratam ex forma statutorum, Angel. *d. cons. 213. per tot.* Vide, *Cessio bonorum quibus per-* ✠
missa, & quomodo & quando fieri possit. Concl. 218. Vide plenius, *Maior pars multa operatur. Concl. 14.* Vide, *Moratoria qualiter concedenda debitoribus. Concl. 383.*

Decoctorum non sufficere bona, & qualiter distribuenda. Concl. 109.

REGVLARITER † bona decoctorum sunt distribuenda inter 1
creditores æquales per æs & libram, *l. pro debito. in fin. ff. de bon.*
auth.

2 *auth. iud. possid.* † Amplia, quia imo Florentiæ extat statutum de cessantibus, *lib. 3. rubr. 10. tit. de creditoribus cessantium*, per quod disponitur, quod omnes creditores sint æquales, & concurrant per æs & libram, non obstante quocunque priuilegio hypotheca, & anterioritate, exceptis dotibus, & debitis, ex causa tutelæ, vel curæ. † Declara tamen; quia tale statutum est correctorium, & dicitur odiosum; & ideo in exceptis conseruantibus ius commune
3 dicitur fauorabile, & recipit ampliationem, vt etiam creditum fisci seu reipublicæ, & alia æquiparata doti & tutelæ sint excepta; quia in æquiparatis idem iudicium, & ita iudicatum alias
4 fuit, vt in additione ad meum statutum. † Extende; quia creditor, qui obtinuit sequestrum, & confirmationem sequestri, adhuc concurrit cum aliis creditoribus, quando non fuit facta executio sententiæ; quia per eam non est translatum dominium.

Vide, *Sequestrum à iudice incompetenti inducit spolium, à iudice vero competenti priuat, & aufert aliquando dominium, aliquando non. Conclusio* 5206. † Limita, quando exactiones fuerunt factæ à republica ex arbitrio, non per æs & libram; quia si mandatur satisfieri creditoribus, potest solui plus vni, quam alteri; sicuti exactio fuit maior ab vno, quam alio, vt contrariorum sit eadem disciplina. Io de
*6 Anan. *consil. 34. num. 2.* vbi dicit * communem. † Qualiter autem probetur bona decocti, vel debitoris non esse sufficientia pro satisfactione creditorum. Vide Mascard. *Concl. 737. facultates alicuius non sufficere, vbi*, quod eo ipso, quod quis dicit non extare, nisi talia bona, qui dicit plura extare, probare debet, vbi declarat; item probatur per famam; item per librum æstimi; item per instrumenta; & testes; item per discussionem: item per affines, & coniunctos, & vicinos.

Decretum Canonicum Gratiani, an sit liber authenticus. Concluſ. 110.

1 DECRETVM † canonicum fuit compilatum primo loco ab Iuone Carnotense Episcopo, & in scholis erat in vsu, sed demum emendatum, & compilatum à Gratiano monacho sodinis sancti Benedicti Ettuscho ex Ciuitate Classensi, dum esset Bononiæ in monasterio sancti Felicis, fuit comprobatum, & confirmatum à Sixto III. summo Pontifice. Gratianus floruit tempore Henrici IV. anno Domini 1120. vt in vita Gratiani hæc omnia habenˢ 2 tur. † Et decretum Gratiani, licet dicatur liber priuatus, tanquam à priuato compilatus, quia tamen legitur in scholis, & communiter à populo approbatur, valet, & allegatur licite ad decisionem causarum, & dicitur approbatus ab Eugenio Papa, vt dicit Maranta *in praxi in 3. dist. num. 34. & seq.* vbi plura, sed hodie sine dubio probat, quia Gregorius XIII. illud approbauit, dum in Bulla sua impressoribus concessa illud cum Decretalibus, Sex-
3 to, & Clementinis appellat Corpus Iuris Canonici. Vide tamen Præpositum Alexand. qui in prin. proœm. dicit, quod Gratianus fuit de anno 1150. eo tempore in Ciuitate Bononiæ, & in monasterio sancti Proculi compilauit decretum, quod Innoc. III. legebat ibi in Theologia, & quod fuit editum sub Eugenio III. & non est confirmatum, sed bene vsu immemorabili receptum, præterquam quoad leges abrogatas, & opinionem Gratiani, quæ non
4 est authentica. † Melius dicas. Epistolæ decretales Summorum Pontificum scripræ super diuersis negociis fuerunt primo loco compilatæ ab Isidoro per modum ordinis temporum, quo emerunt nullo alio ordine dato. Vnde maximum erat volumen: Secundo loco ab Iuone Episcopo Carnotense breuiori compendio in volumen decreti sunt redactæ, & sic est secunda compilatio: Tertia vero est Gratiani, quam habemus, qui multas declarationes addidit ex suo capite, quæ forsan veræ non sunt, neque admittuntur, ita Ægid. Bellam. *in præmissis, quas fecit ad lectu-*
5 *ram decreti, num. 12.* † Et vltima compilatio facta à Gregorio IX.
6 fuit de anno 1222. vt per Marant. *in 3. dist. iudicio, num. 39.* † Dominicus à S. Geminiano facit sex esse compilationes decreti: Prima fuit Isidori, qui compilauit omnes decretales epistolas per ordinem temporum, nullo alio ordine adhibito: Secunda fuit Iuonis, qui fuit Episcopus Carnotensis, qui opus prolixum ad certum ordinem reduxit, & multas sanctorum Patrum sententias inseruit: Tertia fuit Hugonis Cathelani, qui abbreuiauit per compendium summæ: Quarta fuit compilatio Fulgentii Diaconi Carthaginensis, quæ appellabatur abbreuiatio canonum Fulgentii: Quinta fuit Procardi Episcopi Guarmacen. de qua habetur 73.
7 *dist. c. In nomine, in princip.* & hac compilatione vtebatur magistri: exta fuit Gratiani, ita Gemin. *in proœm. decreti, num. 8.* † Decretum fuit compilatum per magistrum Gratianum Theologum monachum sancti Proculi in Tuscia, ideo non est liber authenticus, quia non reperitur approbatus à Papa, continet auctoritates Patrum, & in hoc est authenticus, in eo autem, quod continet auctoritatem solius Gratiani, vel Paleæ, fuit discipuli, vel legum ciuilium, non probat, licet in scholis vbique legatur, & quasi tacite censetur approbatus, fuit compilatus anno Domini 1150. hæc omnia late Marant. *in praxi. in 3. part. num. 34. num. 40.* Feder. de Sen. *consil. 76.* dicit, quod est approbatus ex vsu scholastico non autem omnia, quæ sunt in illa compilatione, allegat *25. distin. per totam, & 16. q. 3. §. Præscriptionum. cum simil.* † Diuiditur in tres partes prin-8 cipales. Prima est distinctionum 101. in quibus de ministris Ecclesiæ, & officiis eorum: Secunda est causarum 36. in quibus de negociis Ecclesiæ tam clericorum, quam laicorum: Tertia est de Sacramentis, quæ quinque aliis distinctionibus terminatur, ita Archid. *in proœm. num. 9.* Bellam. *num. 10.* Gemin. *num. 11.* & plenius *num. 4.* Præposit. Alexan. *num. 6.* † Alia diuisio magis distincta est, 9 quod distinctiones continent septem partes: in prima quæstio est vsque ad 21. tract. de iure, & speciebus iuris, & differentia specierum ad inuicem: Secunda est à 21. vsque ad §. nunc autem 25. dist. in qua tractat de officiis Ecclesiasticis, & vnde habuerunt originem, quare sic appellantur, & de examine promouendorum: Tertia est, à 25. vsque ad 50. de ordine Episcopali, quæ requirantur in Episcopo, & de continentia Clericorum, à 50. vsque ad 60. tractat de lapsis in hæresim, quomodo possint reparari, & an ordinari possint, & de impedimentis ordinandorum: Quinta est, à 60. vsque ad 81. tractat de gradibus ordinationum, & quia per electionem fit ordinario, tractat de electionibus: Sexta est ab 81. vsque 93. vbi sunt capitula, & decreta 13. Quæ sunt Apostolorum: Septima à 93. vsque in fin. tractat de obedientia, quam debent minores maioribus, ita Archid. *in proœm. num. 9.* Bellam. *nu. 10.* Gemin. *nu. 4.* & Præposit. Alexand. *uum. 6.* † Leges ciuiles inserræ in decreto 10 non habentur pro decretis, quia auctoritas Gratiani non potuit hoc facere. Fed. de Sen. *consil. 76. ver. Non obstat.* † Hodie tempori-11 bus nostris fuit approbatum decretum, & contetain eo sunt leges canonicæ effectæ, vt in Bulla fel. recor. Gregorii Papæ XIII. qui magna diligentia multa corrupta, & mutilata corrigi, & suppleri fecit, & nihil addi, vel detrahi posse in futurum sanxit pœna excommunicationis, & ad sinceram, & suam naturalem veritatem reduci fecit, & Corpus iuris canonici simul cum Decretalibus, Sexto, & Clementinis appellauit. Vide, *Ius canonicatus in quibus præualeat iuri ciuili. Concl. 579.* Vide, *Lex ciuilis in quibus præualet legi Canonicæ, & econtra. Concluſ. 277.*

Decretum primum quid sit, & quando interponendum. Concluſ. 111.

1 DECRETVM † primum est quædam sententia interloquuto-ria, & quid requirat, vt sit validum. Vide plenissime *in ver. Missio in possessionem ex primo, vt valeat, quæ requirantur. Concluſ. 283.* † Extende, quia etiam confirmatio primi decreti est interlo-2 quutoria, & ideo contrario imperio potest reuocari. Bald. *consil. 65. Præmittendum est, in fin. ver. Nunc videndum, lib. 4.* † Datur purum de-3 cretum, seu immissio in possessionem ex primo decreto contra contumacem, & sic ratione contumaciæ solum in actione personali, vel reali, vt tædio affectus compareat contumax, hoc videtur velle Feder. de Sen. *consil. 170. circa fin. ver. præterea si fuisset præsens.* & quæ requirantur, vt dari possit. Vide, *Missio in possessionem contra contumaces quando facienda, vel non. Concluſ. 287.* † Amplia, quia decre-4 tum primum potest dari contra minorem. Abbas *consil. 43. in princip. lib. 1.* Vide, *Sententia contra minorem, & pupillum ex multis nulla, & quando secus. Concluſ. 148.* † Extende, quia potest dari contra hære-5 ditatem iacentem. Roman. *consil. 158. Circa articulum. in princip. vers. secundo quia.* † Extende, quia primum decretum potest dari et-6 iam contra absentem causa reipublicæ, etiam si à nemine defendatur, *l. ignorare, C. de restitut. minor.* Abb. *consil. 43. Ex omnibus, in princip. lib. 2.* & reddit rationem, quia primum decretum est modici præiudicii. † Extende, quia contra Ecclesiam indefensam potest7 dari primum decretum, & valet, *cap. 2. & 3. de eo, qui mitt. in possess.* Abb. *d. consil. 43. in princip. lib. 2.* † Amplia, quia valet primum de-8 cretum datum super citatione facta domi eius, qui patitur missionem. Abb. *consil. 43. num. 2. lib. 2. ver. Nam ex citatione.* † Restrin-9 ge, quia imo etiam in primo decreto personaliter citari debet is, contra quem facienda est missio, prout si est in prouincia, vel in ciuitate, & districtu. Abb. *d. consil. 43. ex omnibus, colum. 2. ver. secundo moueor, lib. 2.* Vide, *Citatio ad domum quando sufficiat, vel non. Conclusio.* 249. † Contra restrictionem, quod imo sufficiat citatio ad do-10 mum, quando citandus absens est à sola ciuitate. Bartol. *in l. 4. §. Prætor ait, ff. de damn. infect.* † Declarat Abb. quod si minor, vel hæres 11

nunquam

nunquam habitauit domum patris; quia semper stetit cum tutore in villa, & sic in Comitatu, citatio facta ad domum non valeat, alias secus. Vide, *Missio in possessionem ex primo decreto, vt valeat, quæ requirantur. Conclus.283.* † Operatur primum decretum solam custodiam bonorum ad fauorem immissi; ideo non impedit translationem dominii in alium, neque confiscationem bonorum. Abb. *cons.84. arbitror, col.2. num.3. lib.2.* † Fructus suos non facit missus in possessionem ex secundo decreto; quia actio est personalis; ideo, si missus percepit, non facit eos suos, sed tenetur restituere. Abb. *cons.84. col.fin.lib.2.* Vide plenius *in ver. Missus in possessionem, ex primo decreto, an faciat fructus suos. Conclusio.284.* † Florentiæ appellatur tenuta, quæ datur cuicunque creditori, vt lucretur quinque pro centenario. Vide, *Tenuta seu missio in possessionem ex primo decreto. Conclusio.43.*

Decretum primum quid operetur, & eius effectus. Concl. 112.

1 PRIMVM † decretum operatur, quod missus dicitur habere custodiam rei, in cuius possessionem missus fuit; sed tamen talis missio non impedit translationem dominii in alium, neque 2 confiscationem. Abb. *cons.84. arbitror, colum.2. num.3. lib.2.* † Extende maxime, quando missio est facta in bonis mobilibus. Alex. 3 *cons.205. Visa, in fin. num.5. lib.7.* † Restringe, quando missus in possessionem esset persona suspecta; quia non habet custodiam, & fit 4 sequestratio. Alex. *d. cons.205. in fin. lib.7.* † Amplia; quia primum decretum in reali, operatur, vt lapso anno habeat vim secundi decreti, *l. si quis emptionis, C. de præscript. 30. anno. § pen.* Feder. de Sen. *consil.170. num.2. ver. Item alia ratione.* vbi, quod post annum præbeat causam præscribendi, seu vsucapiendi, & competit directa vendi- 5 catio, vel publiciana ex eo. † Declara; quia ante annum non facit missus in possessionem fructus suos, post annum vero lucratur fructus. Vide, *Missus in possessionem ex primo decreto, an faciat fructus suos. Conclus.284.*

Decretum secundum quid sit, & quibus casibus interponatur, vel non. Concl. 113.

1 DECRETVM † secundum est secunda aggrauatio in odium contumaciæ, quod fundatur super præexistentia primi; ideo si primum est nullum, etiam secundum est nullum. Roman. 2 *cons.454. In re præsenti, numer.15. ver. quo autem ad secundum.* † Decretum secundum non est sententia; ideo ex falsa causa interpositum est nullum. Fulgos. *cons.163. In causa, & quæstione, colum. pen. in princ. ver. sed & supposito.* Alexand. *consil.207. Domine Alexander, num.7. & seq.* 3 *ver. circa prædicta, lib.7.* † Imo, quod sit sententia interloquutoria, quæ non transit in iudicatum, quoad iudicem, & potest reuocari. Abb. *cons.43. colum. fin. ver. quinto, & vltimo, lib.2.* Bald. *cons.65. Præmittendum est, in fin. ver. Nunc videndum, lib.4.* vbi, quod est confirmatio primi, & est sententia interloquutoria, & contrario imperio potest reuocari, plenissime Roman. *cons.454. num.20. ver. primo, quia.* vbi comprobat tribus rationibus: Prima, auctoritate gloss. *in l. præsenti, 8. cum autem, in ver. admodum. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Secunda; quia contra minorem indefensum valet, non autem, si es- 4 set diffinitiua: Tertia; quia potest fieri lite non contestata. † Et quod secundum decretum possit ab eodem iudice ex iusta causa reuocari, puta, si latum sit pro maiori summa, quam esset debita, vel si cum defensore pupilli illegitimo. Roman. *cons.454. num.20.* 5 vbi apostil. *in ver. Dilecto.* dat concord. † Contrarium, quod imo sit sententia diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ, tenent plures, quos pro vtraque parte citat apostill. ad Roman. *dict. consil.454.* 6 *numer.20. in ver. interloquutoriam esse.* † Declarat plene Alexand. *consil.208. Præstantissime. numer.6. ver. Nec obstat, lib.7.* vbi, quod est interloquutoria, etiam si haberet verba, *diffinitiue sententiamus*, & est decretum, sed tamen habet vim diffinitiuæ respectu articuli, 7 quem diffinit, & sic dici potest de omni diffinitiua. † Datur secundum decretum de iure canonico etiam in realibus actionibus, vt per Feder. de Sen. *cons.170. in princ. ver. Item opponitur.* secus inquit 8 de iure ciuili. † De iure ciuili est controuersum; quia aliqui, quod solum detur primum decretum: tamen distinguitur, quia si agitur contra tertium possessorem in hypothecario non datur secundum decretum, si contra principalem debitorem habentem dominium rei potest deueniri ad secundum decretum, ita Alex. *cons.208. Præstantissime, num.4. ver. quo autem ad illud. lib.7.* sed tamen, *num.5.* dicit magis * communem esse, quod etiam in reali detur, & quod est v- 9 tile, quod detur. † Amplia, quia datur secundum decretum contra pupillum pro credito contra defunctum in reali, secus in per-

Bald. *cons.124. Citatio facta, ver. quoad punctum, num.2. vsque in fin lib.4.* † Et valet secundum decretum contra minorem & pupillum etiam citatum sub nomine appellatiuo hæredis, quando constat de credito contra defunctum, Bald. *d. cons.124. per totum, lib.4.* † Decretum secundum ad hoc, vt valeat, plura requirit: primo, quod constet de credito, pro quo debet secundum decretum interponi, quia cum agatur de magno præiudicio, debet hoc liquere, vt pro mensura debiti possit interponi decretum. Bald. *cons.259. Viso dicto puncto, num.2. ver. ad secundum autem, lib.2.* † Extende, quia secundum decretum ex falsa causa obreptum est nullum: ideo debet causa constare vera. Bald. *dict. consil.259. post med. ver. & dicendum est, lib.3.* Fulgos. *consil.163. colum. penult.* vbi dicit hoc esse, siue causa sit in totum falsa, siue in parte. † Declara tamen, quia si causa est vera, licet non sit probata, valet secundum decretum, quando super causa non est aliquid oppositum, quia sufficit eo casu causam esse veram, secus si esset controuersum de causa, quia debuit probari, Bald. *dict. consil.259. post med. ver. & dicendum, lib.3.* † Amplia, quia decretum secundum requirit, quod is, contra quem est datum, latitet: ideo si non latitat, est nullum, latitare autem in hac materia dicitur, qui iussioni iudicis non obedit fraudandi creditoris gratia: ideo latum contra non citatum legitime non potest dici contra latitantem: ideo est nullum. Abb. *dict. consil.43. colum.2. in fin. ver. secundo non valuit, lib.2.* & plenius *consil.84. numer.3. lib.2.* vbi, quod is, qui abest propter crimen capitale, non dicitur latitare ad fraudem creditorum. † Et quod secundum decretum non valeat, nisi sit latum contra latitantem. Roman. *cons.454. In re præsenti, num.16. ver. secundo, quia.* vbi, quod ista est regula, & ibi apostil. *in ver. interpositum*, dat concord. & *numer.17.* quod latitatio non est aliud, quam turpis sui occultatio fraudandi creditoris causa. *l. Fulcinius. § quid sit latitare, ff. ex quib. caus. in poss. eat.* vbi apostil. *in ver. creditoris*, citat Roman. *Singul.589. In hoc consulu.* Vide, Incertum authorem post regul. Socin. *reg.2. Decretum primum & secundum non potest interponi, nisi reus latitet*, vbi limitat tribus modis. 16 † Restringe, quia etiam datur contra non latitantem, puta, furiosum, vel prodigum, si vrgeat æs alienum, & dilatio sit allatura damnum creditoribus. Roman. *dict. consil.454. num.16.* † Idem 17 in adulto ex causis prædictis. Roman. *d. cons.454. num.16. ver. secundo in adulto.* † Idem in absente causa reipublicæ ex causis præ- 18 dictis. Roman. vbi supra. † Idem in pupillo ex causis præmissis, 19 vel si expedit pupillo non habere bona, in quibus sit missio ex secundo decreto. Roman. *d. cons.454. num.16. ver. quarto.* † Idem et- 20 iam in quolibet maiore non latitante, prout supra. Roman. *d. consil. 454. num.16. ver. vltimo.* vbi apost. *in ver. secundum decretum*, dat pluri. concord. † Amplia, quia secundum decretum datum super pri- 21 mo decreto nullo est pariter nullum, quia de sui natura fundatur super primo. Abb. *consil.43. Ex omnibus, colum.2. in fin. ver. venio ad secundum, lib.2.* & plenius *consil.84. Arbitror, num.3. ver. & primo causatur, eod. lib.2.* Roman. *dict. consil.454. In re præsenti, numer.15. ver. quo autem ad secundum.* † Extende, quia latum contra non citatum legitime 22 est nullum. Abb. *dict. consil.43. colum.2. ver. secundo moueor, lib.2.* vbi, quod citatio debet fieri personaliter, si potest fieri, vel ad domum habitationis, ita quod non sufficeret citare ad domum defuncti, in qua hæres nunquam habitauit. Roman. *d. cons.454. num.4. & seq.* vbi loquitur in primo nullo, igitur & in secundo, & *num.18.* † Item citatio ad domum non sufficit, nisi citandus sit absens à 23 Ciuitate. Abb. *d. consil.43. colum.2. ver. secundo moueor, lib.2.* Roman. *d. consil. 454. num.5. & seq.* vbi apostil. † Idem minor, seu pupillus 24 habentes tutorem, vel curatorem non dicuntur legitime citati, si tutor, vel curator non fuit citatus, alias dicitur omnino indefensus, & tam primum, quam secundum decretum est nullum. Abb. *d. consil.43. colum.2. in princip. ver. sed his non obstantibus, lib.2.* Roman. *dict. consil.454. in princip. ver. his tamen non obstantibus.* † Imo, 25 quod plus est, si minor, vel pupillus habens curatorem esset citatus, & ei datus alius curator ad litem, cum quo factus est processus, & latum secundum decretum, adhuc esset nullum, quia cum falso curatore, ex quo habenti tutorem, vel curatorem non datur curator, etiam si iudex ignoraret. Abb. *dict. consil.43. colum.2. in fin. & colum.3. in princ. ver. secundo non valuit, lib.2.* Roman. *d. cons.454. num.18. & seq.* † Extende, quia secundum decretum est nullum, si est la- 26 tum à iudice, qui non erat informatus de meritis causæ, prout requiritur etiam in sententia Abb. *d. cons.43. col. fin. ver. tertio principaliter, lib.2.* Roman. *d. cons.454. num.23. ver. vltimo quia*, vbi apostilla *in ver. non validum*, citat concord. † Extende, quando est latum pro 27 maiori summa, quam esset debita, quia est ex dolo petentis. Abb. *d. cons.43. col. fin. ver. quarto non valuit, lib.2.* Rom. *cons.454. num.9. & seq. ver. tertio principaliter*, vbi apostil. qui loquitur in primo, quod est nullum, ergo & secundum. Vide, *Datio in solutum ex quibus nulla vel valida*

28 *valida. Concluſ.* 25. † Amplia, quia ad hoc, vt ſecundum decretum valeat contra eum, qui poſt primum decretum effectus eſt bannitus cum confiſcatione bonorum, neceſſe erat, quod daretur curator bonis vacantibus. Abb. *conſ.* 84. *colum.* 2. *ver. præterea, & ſecundo,*
29 *lib.* 2. † Extende, quia imo facta publicatione, ſeu confiſcatione bonorum poſt primum decretum, quæ fieri potuit; quia primum decretum ſolum dat cuſtodiam bonorum, quæ non impedit translationem dominii in fiſcum, vel alium, non potuit iudex deuenire ad ſecundum decretum; quia datur ſolum in bonis contumacis; ideo ceſſat iuriſdictio facta confiſcatione, quia fiſcus non potuit citari, ex quo habet ſuos iudices. Abb. *d. conſ.* 84. *num.* 3. & 4.
30 *lib.* 2. † Amplia, quia ex omnibus cauſis, ex quibus ſecundum decretum eſt nullum, ex eiſdem cauſis miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto nullo non facit fructus ſuos. Abb. *conſ.* 43. *Ex omni-*
31 *bus, circa finem, ver. venio ad tertium, lib.* 2. † Declara, vt per Abbatem *conſ.* 84. *in fin. ver. circa perceptos, lib.* 2. qui dicit, quod propter bonam fidem miſſi ex ſecundo decretum, maxime in muliere, videtur, quod fecerit fructus ſuos; quia licet error iuris impediat vſucapionem; tamen non impedit, quin poſſeſſor bonæ fidei faciat fructus ſuos, & maxime, ſi ſunt conſumpti; tamen dicit, quod ex quo locupletior facta eſt, per iudicis officium compellitur reſtituere ex
32 æquitate, *l. ſi me & Titium, ff. ſi cert. petat.* † Amplia; quia ad hoc, vt ſecundum decretum valeat contra hæredem, neceſſe eſt, quod conſter ipſum; contra quem interponitur, eſſe hæredem, & non ſufficit probatio coniecturalis à communiter accedentibus, vt quia ſit frater defuncti, & poſſeſſor bonorum, quando fuit exce-
33 ptum vel oppoſitum; quia debuit conſtare de hoc. Bald. *conſ.* 359. *num.* 2. *ver. & indubitanter ſi eſſet, lib.* 3. † Declara; quia licet decretum allegetur nullum; tamen interim miſſus debet manuteneri, imo eiectus debet reſtitui, & ſufficit, quod oſtendat poſſeſſionem ex ſecundo decreto; quia præredens nullum decretum debet comparere coram iudice, & via iuris obtinere reuocationem. Bald. *d.*
34 *conſ.* 259. *circa finem, lib.* 3. † Limita, quia non requiritur probatio, quod res, ſuper qua petitur ſecundum decretum, probetur eſſe debitoris; quia ſufficit poſſeſſio. Bald. *d. conſ.* 259. *num.* 2. *verſ. non tamen oportet, lib.* 3.

Decretum primum, vel ſecundum quando valeat, vel non. Concl. 114.

1 REGVLA † eſt, quod nō præſumitur pro interloquutoria iudicis delegati, ex quo non apparet proceſſus; ideo primum decretum ſine citatione, & proceſſu interpoſitum non valet, niſi doceatur de proceſſu. Feder. de Sen. *conſ.* 170. *Quæſtio talis, num.* 2. *ver. in*
2 *primo dubio.* † Limita; quia valet ſecundum decretum contra minorem, & pupillum etiam citatum, ſub nomine appellatiuo hæredis, quando conſtat de credito contra defunctum. Bald. *conſil.* 124. *Citatio facta, per tot.* maxime *ver. quoad punctum, lib.* 4.

Decretum irritans ad quid inuentum, & ex quibus inducatur. Concl. 115.

1 DECRETVM † irritans inuentum fuit, & apponitur in gratiis ad finem remouendi obſtacula impedientia exequutionem actus, ſuper quo decernitur, *c. ſi eo tempore, de election. libr.* 6. Ge-
2 min. *conſ.* 143. *num.* 1. *ver. decretum enim.* † Amplia; quia inuentum fuit pro obſeruatione conſtitutionum, & legum; quia partes non poſſunt illis renunciare etiam de conſenſu, obſtante decreto, vel prohibitione. Rom. *conſ.* 402. *In propoſita conſultatione, per tot.* vbi apoſtil.
3 *in ver. & non aliter.* Capic. *deciſ.* 9. *in fin.* † Item fuit adinuentum decretum irritans, vt liget manus inferioris, & ne inferior ſe intromittat. Put. *deciſ.* 391. *lib.* 3. qui dicit procedere in reſeruatione, etiam ſi is, ad cuius fauorem fit, non vtatur, neque acceptet, & idem
4 dicit *deciſio.* 90. *libr.* 2. † Extende; quia etiam ligat manus Papæ, quando exprimitur; & tunc requiritur derogatio. Put. *deciſio.* 236. *lib.* 1. maxime, ſi dicitur, *etiam per nos.* Put. *deciſio.* 418. *in princip. libr.* 2.
5 † Imo etiam ſi ſit conceptum per verba generalia à quoquam, ligat Papam. Caſſad. *deciſion.* 5. *de conceſſ. præbend.* Put. *libr.* 1. *deciſione* 396. vbi, quod indultum Cardinalis cum decreto irritanti an-
6 nullat gratiam Papæ, ſi non eſſet derogatum. † Contrarium, quod bene comprehenditur authoritas Apoſtolica Legatorum, & aliorum, ſed non Papæ, quando per ſe facit contra; quia non continetur in decreto ipſius irritanti, & ita ſeruare Rotam dicit
7 Robuſter. *deciſ.* 106. *par.* 1. *in notiſſ.* & allegat iura; quia perſona loquentis non continetur. † Declara tamen, quia eſt differentia; quia ligantur manus inferioris, etiam ſi expectans, vel habens decretum non accepter, manus vero Papæ ita demum ligantur, ſi acceptet, alias non, & ita diſtinguit Put. *deciſion.* 418. *per totam, lib.* 2.
8 † Item quia in decreto irritanti quoad Papam, etiam ſi loquatur quoad ſe ipſum; tamen ſemper euitatur, ſi non eſt præciſum, vel incertum. Fab. *deciſ.* 283. *lib.* 2. *in* 3 *part. num.* 5.
9 † Decretum irritans inducitur per illa verba, *irritum quoque, & inane, &c.* Cardin. Zabarell. *conſil.* 30. *In caſu, ver. præterea.* Capic. *deciſ.* 9. *in fin.* Alexand.
10 *conſ.* 97. *Conſideratis, num.* 4. *lib.* 5. † Extende, quia verba, *& non aliter fiat, alias actus ſit nullus,* inducunt decretum irritans, apoſtill. ad Roman. *conſil.* 402. *in verſ. & non aliter*, vbi refert Loffred. & Pariſ. tenere, quod ex ſolis verbis, & non aliter fiat iudici decretum irritans, ſed ipſe reprobat, quod requiruntur verba etiam annullantia actum expreſſe, pro hoc Roman. *conſ.* 66. *circa fin.*
11 † Amplia, quia decretum irritans inducitur, quando actus prohibetur fieri, & factus contra prohibitionem annullatur; quia partes nihil poſſunt conſentiendo, vel renunciando. Alexand. *conſil.* 116. *colum. fin. lib.* 6. Socin. *conſil.* 87. *Viſis inueſtituris, colum.* 5. *ver confirmantur, lib.* 3. Ial. *conſ.* 85. *Quando habemus, colum.* 2. *lib.* 3. Vide, *Ius publicum pactis priuatorum tolli non poteſt. Concluſ.* 623.
12 † Amplia; quia clauſula *ſublata, &c.* cum inhabilitate perſonarum ad aliter faciendum, vel contrahendum, operatur, etiam ſi non opponatur. Ial. poſt Alex. & alios *in l.* 1. § *ſublata, in princ. & per totum,* vbi Ripa. *ff. ad Trebell.*

Decretum irritans quando incipiat ligare, & quid operetur. Concluſ. 116.

DECRETVM † interpoſitum irritans in regulis Cancellariæ 1
non ligat, donec regula fuerit publicata; quia ſicuti regula ante non ligat; ita nec decretum factum ad finem validitatis regularum. Gemin. *conſ.* 92. *num.* 5. *ver. ſecundo etiam ſi eſſet reſeruatum.* Put. 2
deciſ. 281. *lib.* 1. † Amplia; quia decretum irritans ſuper regulis non operatur, niſi à die productionis regulæ, ſed tamen facta productione annullat actum factum in præteritum contra decretum. Caſſad. *deciſ.* 12. *ſuper regul.* † Amplia; quia decretum irritans non 3
ligat ante publicationem extrauagantis, ſuper qua eſt poſitum. Put. *deciſ.* 281. *lib.* 1. vbi, quod neque à die punctatæ conditionis. † Amplia; quia decretum irritans ſuper conſtitutione, vel lege 4
tanquam acceſſorium legi, & conſtitutioni, non ligat, niſi prout lex; ideo non ligat ante duos menſes, nec ligat, niſi ſcientes; quia iſtud eſt de natura conſtitutionis, & legis, ita Roman. *conſil.* 330. *Circa primum, num.* 11. *& 12. ver. quoad tertium.* † Limita; quia decretum 5
irritans ligat ſtatim, & ignorantes, & non expectantur duo menſes, vt incipiat ligare. Lap. *in clem.* 1. *de elect.* quod declarat Roman. *conſil.* 330. *num.* 11. *& 12. verſic. quoad tertium,* vt procedat, quando adiicitur certæ diſpoſitioni, quæ ſtatim valet, & nullam conditionem habet tacitam, vel expreſſam. Vide Concluſ. prox. ſequent. vbi plenius. Vide plene Ant. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de clauſulis. Concluſ.* 3. *Clauſula decreti irritantis quid operetur.*

Decretum irritans ligat etiam ignorantes. Concluſ. 117.

DECRETVM † irritans Papæ, vel principis ſupremi ligat et- 1
iam ignorantes. Oldrad. *conſ.* 136. *Quod ex productis, num.* 2. *in fin. ver. & decretum appoſitum. & conſ. fin. quod eſt poſt conſilia* Oldrad. *in fin. ſuper extrauag. Matthæus,* & idem tenet Feder. de Sen. *conſ.* 290. *num.* 4. *ver. imo plus dato.* Cardin. Zabar. *conſ.* 18. *Diebus elapſis, col.* 1. *Circa fin. ver. primo ex præmiſſis, & conſil.* 28. *Quidam frater in fin.* Capic. *deciſ.* 9. *in fin. c. ſi eo tempore, vbi gloſſ. de elect. c. dudum, & cap. penult. de præben. cap.* 1. *& cap. ſi ſoli, de conceſſ. præben. in* 6. Caſſad. *ſuper regul. de reſeruat. deciſ.* 3. *in princip. & deciſ.* 1. *de reſtit. ſpoliat. num.* 8. plenius *ſuper regul. deciſ.* 12. vbi dicit eſſe text. *in c. ſi ex eo tempore, de election. in* 6. *numer.* 5. & quia habet oculos retro, vt tunc, non vt nunc, & *numer.* 7. dicit eſſe communem *, & quod Rota ita ſeruat. Put. *deciſ.* 281. *lib.* 1. & latiſſime Mandoſ. *ſuper allegatio. Lap.* 14. *in ver. decretum.* Ægid. Bellam. *conſil.* 33. *num.* 41. *verſ. tertio probatur.* Alex. *conſ.* 90. *Omiſſis, numer.* 2. *lib.* 7. vbi, quod in legato, & inferioribus non ligat ignorantes, niſi ſit Papæ, vel principis. † Contrarium, quod imo nullum decretum, & nullum edictum citatorium ligat ignorantes. Oldrad. *conſ.* 233. *Credo de iure, ver. ſecundo attendendum.* & quod decretum inſinuatum vni collatori non liget manus alterius, cui inſinuatio non eſt facta, & ſic non liget ignorantes. Lap. *allegat.* 80. *Innocentius Papa, numer.* 1. *ver. ad prædicta per ordinem.* Felin. *in cap. caterum. de reſcript. in ver. prima reſtrictio.* vbi, quod videtur habere clauſulam, *ſi pars vti voluerit,* ideo non ligat, niſi poſt vſum. † Declara, vt 2
in cap. de conceſſ. præbend. lib. 6. vt ſi eſt ſuper incerto corpore, non liget ignorantes, item æquitate ſuadente ligat ignorantes, quando dirigitur alicui ſimpliciter, quod non poſſit excommunicari, &c

ri, & quando in specie adimitur potestas ab ordinario aliquid faciendi, alias secus, & ideo non ligat ordinarium, ne conferat, licet Papa mandet alteri prouideri, si non est facta notificatio, vide illum text. quia declarat subtiliter hanc materiam per responsiones hinc inde factas, quæ inseruntur in text. Mandos. ad *d. alle-*
3 *gat. Lap.* 14. *ver. decretum.* † Declara, quia decretum irritans ligat ignorantes, quando est conceptum sub verbis, *scienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Lap. *allegat.* 85. *numer.* 8. *ver. sed quid si Epi-scopus*, vbi, quod hoc procedit, quando habet certum tempus, puta, mensis, & pro hoc facit *consil. Oldrad.* 306. *num.* 4. 5. *&* 6. quia quando adest mensis, non habet tacitam conditionem, si is, pro quo conceditur, vti voluerit, & hoc etiam videtur velle Feder. *dict.*
4 *consil.* 290. *num.* 4. *in fin. ver. imo plus dico.* † Imo etiam si non adest mensis, nec certum tempus ligat inferiores, vt non valeant gesta contra decretum, quando verba dicunt scienter, vel ignoranter
5 attentari. Ant. de Butr. *consil.* 43. *in princip. ver. nunc respondeo.* † Declara secundo, quia decretum irritans ligat ignorantes, quoad hoc, vt gesta post decretum sint nulla, non autem vt incurratur pœna ex contrauentione, si ignorantes fuerunt. Gemin. *consil.* 33. *Pro examinatione, num.* 12. *ver. nam qua ratione, & num.* 13. vbi dicit procedere, si constat de intentione Papæ, quod velit decretum suum ligare statim, & ita etiam declarat Castrens. *cons.* 199. *Licet ista sit, in fin. ver. item non obstat tertium, libr.* 1. & ita etiam Cassad. *dict. de-cis.* 3. *de reseruat.* Put. *decis.* 281. *libr.* 1. Robuster. *in decis. nouiss.* 578. *numer.* 5. *parte* 1. vbi late, quod Rota semper tenuit operari, quoad nullitatem actus, secus quoad pœnam, & quod nullitas actus non est pœna, & idem tenet Mandos. super *allegatio. Lap.* 14. *ver. decretum*, vbi, quod non ligat quoad pœnas, & censuras, secus quoad nul-
* litatem actus, & hanc communem * dicit apostilla ad *consil. Anton. de Butr.* 43. *in verb. ignorantes*, plene apostilla ad Lap. *allegatio.* 14. *in ver. decretum.* ideo non ligat quoad censuras, & pœnam, sed quoad
6 nullitatem actus. † Declara, quia decretum irritans super certo corpore ligat ignorantes, vt ius aliquod acquirere non possint contra decretum, ideo si Papa attestatur reseruasse suæ dispositioni monasterium, antequam vacaret, cum decreto irritanti, electio, & prouisio facta contra decretum nullum ius tribuit, etiam si ignorauerit decretum. Fulgos. *consil.* 148. *num.* 2. *ver. post hoc*
7 *vero.* † Declara, quia decretum irritans Papæ ligat ignorantes, sed decretum irritans legati non ligat ignorantes, commu-
* nem * dicit Socinus *consil.* 112. *Quod collatio, ante finem, libr.* 3. sequitur apostil. ad Roman. *consil.* 228. *num.* 8. *in ver. sanctæ Crucis*, & pro decreto Papæ, quod liget ignorantes quoad nullitatem actus, non quoad pœnam, apostilla ad Lap. *allegat.* 14. *in ver. decre-tum.* vbi late docet hoc indubitatum, de decreto vero Legati ibi *in ver. Legati*, allegat plurimos pro vtraque parte, & tenentes communem * vtranque, quod liget, & non liget ignorantes, & tan-
* dem magis * communem, quod non liget. † Declara, vt plene
* 8 per Cassad. super *regul. decisio.* 12. quia operatur quoad ignorantes, quando producitur, quia habet clausulam, *ex nunc*; ideo annullat sententiam latam, antequam produceretur, quia habet oculos retro: secus, si non producatur, & ita debet intelligi, quod dicitur de vsu, vt non liget ante vsum, quia valent gesta, quatenus non vtatur pars, sed post vsum annullat gesta ante, etiamsi igno-
9 ranter. † Declara, quia ligat ignorantes à die publicationis regulæ, vel legis, super qua est ipsum decretum, non ante, item à die pu-
10 rificatæ conditionis, non ante, vt per Put. *decis.* 281. *lib.* 1. † Declara plenius, vt per Roman. *consil.* 330. *Circa primum, num.* 11. *& seq. ver-sic. quoad tertium. & num.* 16. vt decretum irritans Papæ, vel Concilii statim liget ignorantes, non expectata dilatione duorum mensium, quando est super certo corpore, & adiicitur dispositioni, quæ statim tenuit, & nullam conditionem tacitam, vel expressam habet annexam: secus est, si non valet, vel super incerto corpore, vel habet conditionem tacitam, vel expressam, vel adiicitur dispositioni legis, vel constitutionis, quia assumit naturam legis, vt sicuti lex non liget ignorantes, & nisi post duos menses à die publicationis, ita etiam decretum irritans accessorium, ita plene Roman. vbi supra, & ibi apostilla *in verb. puto*, vbi citat plurimos concordantes, & dicit * communem, & quod ita tenet Ro-
* ta Romana, quod sicuti priuilegio ipotest renunciari, ita etiam decreto irritanti in priuilegio, quia est accessorium, & ha-
11 bet eandem naturam. † Alexand. vero *consil.* 97. *Consideratis, per totum*, clare dicit, quod quæcunque commissio non præsentata Papæ, vel superiori non ligat ordinarium inferiorem ignorantem commissionem, quia nemo tenetur diuinare, si vero habet decretum irritans, etiam cum clausula, *ex nunc irritum decernimus, &c.* si est super gratia pura, ligat ignorantes, si super gratia conditionali non ligat ante præsentationem litteratum,

& notificationem, siue dirigantur tertio, siue ei, cuius factum nullum decernitur, & maxime *numer.* 4. *vsque in fin. lib.* 5. † Am- 12
plia, quia decretum irritans ligat ignorantes quoad nullitatem actus gesti contra decretum, etiam si actus sit gestus ante decretum, quando decretum annullat actum præteritum. Gemin. *dict. consil.* 33. *per totum.* maxime *num.* 12. *&* 13. vbi vult, quod matrimonium contractum vigore dispensationis subreptitiæ sit nullum, ex quo Papa dispensationem reuocauit cum decreto nullitatis matrimonii. † Amplia, quia bene decretum irritans 13
cum appositione mensis in expectatiua positum ligat etiam ignorantes. Gemin. *consil.* 34. *Super præmisso, numer.* 7. *ver. non obstat, si dicatur.* Feder. *consil.* 290. *numer.* 4. *in fin. ver. imo plus dico.* Oldrad. *consil.* 306. *numer.* 4. 5. *&* 6. vbi ponit rationem, quia appositio mensis decretum omnino ligat, nec habet tacitam conditionem, si is, pro quo decernitur gratia, vti voluerit. Gemin. *consil.* 78. *in fin.* vbi, quod de stylo hodierno semper apponitur cum mense. † Re- 14
stringe ampliationem vno casu, quia etiam decretum cum appositione mensis, nedum non ligat ignorantes, sed imo nihil operatur in casu, *cap. duobus, de rescript. in* 6. quando duo expectantes concurrunt ad idem beneficium, quoad omnia, quia ordinarius potest gratificare, & conferre isto casu. Gemin. *dict. consil.* 34. *num.* 7. *vers. non obstat, si dicatur, vsque in finem.* † Amplia, quia ligat igno- 15
rantes, & annullat gesta contra decretum, etiam si partes non allegent decretum. Capic. *decis.* 9. *in fin.* † Contrarium, quod 16
imo si tertius habet gratiam anteriorem, cum decretum non impediat prouisionem alteri factam, nisi habens decretum illo vtatur, & gratiam suam cum decreto ad effectum velit producere, tenet Mohed. *decis.* 255. *Domino Rainaldo*, allegat Innoc. & alios, *in cap. præterea, de appellat.* & alia iura. † Amplia, quia ligat etiam 17
minores ignorantes, maxime, quando est super materia ad euitandum fraudes. Put. *decis.* 453. *lib.* 1. † Amplia etiam in decreto 18
irritanti Legati, in casibus, in quibus potest reseruare. Cardin. Zabar. *in clem.* 1. *in* 6. *not. de conces. præben.* vbi dicit * communem, quam *
etiam tenet Lap. *alleg.* 14. vbi apostill. *in ver. legati*, citat plurimos, & dicit * communem. † Contrarium verius esse, & commu- *19
nius * dicit Cassad. *dict. decis.* 3. *super regul. titul. de reseruat. numer.* 6. *&* *
per totam. vbi, quod ita maior pars Rotæ tenuit, & pro vtraque parte multa allegat, & tandem in inferiore à Papa hoc firmat, quia inferior non potest ligare ignorantes, item, quia auctoritas legati est restringenda, tanquam extraordinaria, & derogans ordinariæ, & hanc partem tuetur Alexand. *consil.* 90. *Omissis & re-secatis, libr.* 7. *per totum.* vbi tollit contraria, & in fin. dicit magis * *
communem. Roman. *d. consil.* 228. *num.* 7. *vers. tertio*, vbi apostil. *in ver. S. Crucis.* dat concord. & hanc, recitatis opinionibus pro vtraque, dicit apostil. ad allegat. Lapi *in ver. legati*, esse veriorem, & communiorem *. Alexand. *consil.* 97. *num.* 4. *in fin. lib.* 5. vbi, quod est *
dubium. † Declara, quia sine dubio est, quando agitur de reser- 20
uatione, quæ est odiosa, & quando concurrit odium duplex, re-
seruatio, & annullatio actus, & quod ignorans ligetur, ita Cassad. *d. decis.* 3. *num.* 7. *& seq.* † Declara, quia si deuentum est ad inhibi- 21
tionem, bene annullatur actus ordinarii, ex quo sciuit. Alex. *d. consil.* 90. *lib.* 7. *num.* 3. *& seq.* † Vide omnino Roman. *cons.* 228. *Pro plena* 22
discussione, num. 7. *vers. tertio ad idem*, vbi, quod solus Princeps potest decreto suo ligare ignorantes, non alius, vbi apostil. *in ver. S. Cru-cis.* dicit communem * esse, quod Papa potest ligare ignorantes, *
sed in legato dicit, quod non potest ligare ignorantes, & minus Episcopus, etiam si vellet, vt dicit ibi Rom. quia huiusmodi de- *
cretum est contra ius commune. * Vide Conclusionem proxi- *
mam præcedentem. Vide plenissime Ant. Gab. *lib.* 6. *tit. de clausul. Concl.* 3. *Clausula decreti irritantis quid operetur.* † Limita igitur in de- 23
creto Principis, & Papæ super lege, vel constitutione, quia assumit naturam legis, vel constitutionis, vt non liget ignorantes, quia lex non ligat, nisi post duos menses à die publicationis, quia hoc est de natura legis: ergo de natura decreti accessorii ad legem. Roman. *d. consil.* 330. *Circa primum, num.* 11. *& seq.* vbi plena apostil. *in ver. puto.* dat concordan. & dicit * communem. † Contra li- *24
mitationem facit, quia imo decretum irritans in priuilegio, vel constitutione inducente aliquod priuilegium bene ligat statim eum, contra quem fit priuilegium, etiamsi ignoret, *cap.* 1. *ver. nam si alicui. & in ver. similiter, de conces. præbend. lib.* 6. † Declarat Roman. 25
consil. 330. *numer.* 18. *vers. ad hæc respondetur*, quod non habet locum *dict. cap.* 1. & sic contrarium in decreto alterius, quam Papæ, item non habet locum contrarium in decreto etiam Papæ, quando est super lege, vel constitutione, secundum gloss. singularem *in proœm. clement. super verb. de cætero*, vbi apostill. *in ver. singula-ris*, dat concordan. ad gloss. † Contra gloss. prædictam, quod imo 26
decretum irritans super lege, vel constitutione liget ignoran-

27 tes est text. *in l. diuæ memoriæ, ad fin. C. de Decur. lib. 10.* † Declarat alio modo Roman. *d. consil. 330. num. 18. in fin. & num. 19. vers. respondetur secundo.* quod licet decretum in lege, vel constitutione priuilegiante liget statum eum, in cuius odium conceditur priuilegium, etiam si ignoret; tamen requiritur certitudo eius, ad cuius fauorem inductum est priuilegium cum decreto; quia licet absenti possit conferri priuilegium; tamen non habet effectum, nisi à die
28 scientiæ priuilegiati. † Extende, quia annexum vnius naturæ alicui principali alterius naturæ, semper perdit suam naturam, & sequitur naturam sui principalis, cui est annexum; ideo decretum irritans sequitur semper naturam sui principalis, vt liget, vel non secundum principalis naturam; plura cumulat Roman. *d. consil. 330.*
29 *num. 12. & seq. vers. hoc quidem secundo.* † Operatur decretum irritans, vt ex eo sit inducta forma substantialis. Roman. *consil. 66. Vidi*
30 *eximie, circa fin.* vbi apostil. *in ver. formam.* † Limita in Episcopo; quia eius decretum non ligat ignorantes; quia non potest contra ius commune statuere. Alex. *d. consil. 90. num. 2. ver. benefacit, lib. 7.*
31 † Limita in delegato Apostolico; quia eius decretum non ligat
32 ignorantes. Alex. *d. consil. 90. num. 2. lib. 7.* † Declara; quia solus Papa & Princeps potest facere decretum, per quod ligantur ignorantes; alii vero inferiores non possunt; quia non possunt contra ius statuere; quia non possunt pœnam ignoranti imponere, prout est annullatio actus, nisi faciant per modum solemnitatis; quia tunc annullatio actus non est pœna; secus, si annullatio actus inducitur extra solemnitatem. Alex. *d. consil. 90. num. 3. lib. 7.* vbi apostil. dat concord.

Decretum irritans super incerto corpore non ligat, & quando secus. Concluſ. 118.

1 DECRETVM † irritans super incerto corpore non ligat manus ordinarii. Oldrad. *consil. 175. Thema tale est, Titius, num. 2. vers. præterea*, & est ratio secundum Oldrad. *consil. 307. num. 2. vers. Item*
2 *dies.* quia quando incertus resultat effectus æquipollet conditioni. Ægid. Bellam. *cons. 33. num. 8. vers. quarta conclusio.* † Amplia, vt magis procedat, quando est super gratia conditionali; quia tunc non purificata gratia non ligat, & nihil ponit inesse. Oldrad. *consil.*
3 *175. vers. præterea, num. 2. & cons. 229. num. 4. vers. ad quartum.* † Extende; quia super alternatiua Episcopi dicitur super incerto corpore;
4 ideo non inficit Cassad. *decis. 2. de reseruatio.* † Amplia, quod propterea decretum irritans cum inhibitione super gratia conditionali acceptandi, vel eligendi, non operatur contra collatorem ordinarium, nisi sit facta acceptatio, vel electio; quia dicitur super incerto corpore. Ægid. Bellam. *consil. 33. num. 8. vers. quarta con-*
5 *clusio.* † Extende, vt idem sit, si plures sint gratiæ similes; quia vna non impedit aliam, nisi fiat purificatio conditionis. Ægid. *d. consil.*
6 *33. num. 8. in fin. & num. 9.* † Limita, nisi decretum irritans habeat annexum mensem, vel aliud tempus certum; quia tunc ordinarius habet ligatas manus. Oldrad. *consil. 175. d. ver. præterea, num. 2.* & latius *cons. 304. numer. 10. vers. illud etiam mirabiliter*, late Oldrad. *consil.*
307. in princ. vbi reddit rationem; quia pendente termino certo
7 non debet quis posse supplantari. † Declara hanc limitationem, quod licet decretum irritans cum tempore certo liget manus ordinarii; non tamen ligat manus exequutorum. Oldrad. *consil. 304. num. 12. vers. non obstat, si dicatur.*

Decretum irritans quando non ligat, neque operatur. Concluſ. 119.

1 DECRETVM † irritans sine mense habet tacitam conditionem, si is, cui conceditur, eo vti voluerit, seu gratia vsus sit, & negligens non fuerit, *cap. tibi qui gratiam, de rescript. & cap. quia cunctis de concess. præben.* Oldrad. *consil. 198. in fin. num. 9. vers. & si dicatur, & consil. 304. numer. 10. vers. illud etiam mirabiliter.* Calder. *consil. 56. Quod*
est primum de translat. Prælat. numer. 2. vers. ad idem facit. Vide, *Expe-*
2 *dans cum mense quid operetur mensis appositio. Concluſ. 619.* † Amplia vt habeat tacitam conditionem prædictam, etiamsi habeat mensem. Oldrad. *consil. 305. Licet allegationes in princip.* vbi idem in decreto le-
3 gis mortuæ, decreto testatoris, & aliis similibus. † Contrarium tenet idem Oldrad. *consil. 306. num. 4. & 5. & 6.* vbi late hoc reprobat, & est consilium responsorium præcedenti. Card. *cons. 18. Diebus elapsis, circa princ.* vbi, quod mensis non suspendit effectum decreti.
4 † Declara, quia decretum irritans appositum in expectatiua beneficii certi valoris intra mensem acceptandi, cum clausula, *quod etiam possit acceptare beneficium minoris valoris*, non ligat ordinarium, nisi expectans declarauerit velle acceptare beneficium minoris valoris, & ante declarationem expectantis non ligat ordinarium. Calder. *consil. 237. circa med. vers. præterea, quod solum*, alias 6
de præben. † Amplia; quia decretum irritans intelligitur modificatum secundum modificationem gratiæ; ideo si gratia non ob- 5
stat, neque obstabit decretum exequutiuum gratiæ. Gemin. *consil. 143. numer. 1. vers. decretum enim.* † Extende, etiam si decretum 6
irritans in parte exequutiua contineret verba apta concludere casum diuersum, vel maiorem. Gemin. *consil. 143. numer. 1. vers. decretum enim.* † Extende, quia decretum irritans in gratia condi- 7
tionali non operatur ante conditionem purificatam. Cardin. Zabarell. *consil. 18. circa princ.* vbi excipit solam conditionem mensis; quia operatur etiam ante acceptationem intra mensem faciendam. Roman. *cons. 330. Circa primum, num. 17. vers. secundo principaliter.*
† Amplia, quia decretum irritans super gratia nulla, vel subre- 8
ptitia nihil operatur; quia annullata gratia annullatur decretum irritans. Cardin. Zabarell. *cons. 30. In hac dubia quæstione, in fin.* † Am- 9
plia; quia decretum irritans super gratia conditionali, puta, *quam duxeris acceptandam*, non ligat, neque operatur, nisi in euentum purificatæ gratiæ. Put. *decis. 236. in princip. & per totam.* & ideo valet prouiso Papæ medio tempore facta, vbi, quod dictio, *ex nunc*, operatur solum à die acceptationis, & purificationis, & idem Put. *decis. 418. lib. 2.* † Amplia, quia decretum irritans gesta in contra- 10
rium hactenus non operatur ante datam decreti Ægid. Bellam. *consil. 33. num. 41.* vbi limitat, quando decretum esset super declaratione, quæ trahitur retro ad præterita. † Amplia; quia decretum 11
irritans non operatur, si is, ad cuius fauorem est factum, illi renunciauit, & ideo si habens priuilegium cum decreto irritanti renunciat priuilegio, centetur eriam renunciasse decreto irritanti apostil. ad Roman. *consil. 330. num. 11. in ver. puto*, vbi dat concord. † Am- 12
plia in decreto irritanti legati; quia non ligat ignorantes. Alexand. *consil. 90. Omisso, & resecatis, in princ. lib. 7.* vbi declarat, & in fin. dicit hanc magis * communem. Vide, *Decretum irritans ligat ignorantes.* * *Concluſ. 117.*

Decretum irritans quando inficiat titulum, & possessionem, vel non. Concluſ. 120.

DECRETVM † irritans Papæ inficit titulum, & possessionem 1
prouisi contra formam decreti, quando est super reseruatione, & certo corpore beneficii. Cassad. *decis. 2. de reseruatio. in princip.* & super *regul. decis. 11. num. 5.* vbi dat concord. † Extende in accessu 2
& regressu, & in coadiutoria cum futura successione. Cassad. *d. decis. 2. de reseruat. in princ.* † Declara; quia decretum irritans super re- 3
seruatione inficit titulum & possessionem, quando vel est in Corpore iuris, vel super certo corpore, alias non discolorat titulum inferioris in spolio Put. *decis. 180. lib. 3.* † Amplia in tantum, vt tale 4
decretum tollat omnem probationem, quæ fieri potest ad effectum tituli beneficialis contra decretum. † Declara, quod non 5
tollit, neque inficit probationem tituli factam, non ad effectum canonizationis titul., sed ad effectum obtinendi super incidenti, vel super reuocatione sententiæ latæ super beneficio contra reum possessorem prouisum ab ordinario contra decretum; quia cum non agatur principaliter de titulo approbando, decretum non obstat. Gemin *cons. 57. n. 5. ver. Non obstat, si dicatur.* † Amplia, quia nedũ 6
inficit titulum & possessionem, sed etiam tollit omnem iuris effectum, quem actus irritus habere posset. Cantuccius *in nouiss. par. 2. decis. 189.* plenius *decis. 24. ead. par. n. 5.* † Amplia, quia decretum ir- 7
ritans, quando est super certo corpore beneficii vacaturi, inficit titulum, & prouisionem; secus si super vacanti, vide plene Cassad. *decis. 2. de restit. spol. per totam.* vbi quærit de ratione, quare de vacaturo, & non vacanti, & nescit reperire rationem concludentem, licet multas adducat, & in vacaturo etiam loquitur Ant. de Butr. *cons.*
43. n. 1. vbi, quod inficit inferiorem collatorem, etiam ignorantem; quia ligat ignorantes, & ibi apostil. *in verb. Ignorantes.* dicit, quod inficit quoad nullitatem actus non quoad pœnam. † Et ita inficit 8
decretum iuris, sicut hominis. Cassad. *d. decis. 1. n. 3. de restit. spoli.* Amplia, † quia decretum irritans super constitutione Papæ inficit titu- 9
lum & possessionem ab initio à die publicationis, & annullat omnia, quæ sequuntur, etiam si sit contra ius commune. Cantuc. *in 2. vol. nouiss. decis. 149.* vbi in resignatione facta contra Bullam Pii V. habentem decretum, vt sit nulla omnino. † Amplia, quia tollit 10
effectum sententiæ latæ contra decretum, quando cunque producatur, & impedit exequutionem. Cassad. *decis. 12. super regul. per tot.* maxime in fine. † Limita, quia decretum irritans super gra- 11
tia beneficii, quando vacauerit per priuationem ob homicidium, non extenditur, quatenus vacet per renunciationem; quia decretũ non operatur vltra intentionem concedentis, neq; vltra modum expressum. Ant. de Butr. *d. cons. 43. n. 1. vers. Aduertendum, & num. 2.* vbi

late

12 late. † Limita; quia decretum super incerto corpore non inficit titulum & possessionem. Cassad. *d. decis. 2. de restit. spoliat. in princip.* vbi, quod propterea non inficit decretum super alternatiua Episcopi; quia est super incerto corpore, plenius Put. *decis. 30. num. 2.*
13 *lib. 1.* † Contrarium, quod imo siue decretum reseruationis sit super certo, siue incerto corpore, semper inficiat titulum & possessionem, tenuit pluries Rota, vt per Cassad. *decis. 1. de restitut. spoliat. in princip.* licet ipse contrarium teneat, & hanc partem Cas-
14 sadori vltimo tenuit Rota, vt per Put. *decis. 180. num. 2. lib. 3.* † Declara; quia inficit, & operatur super incerto corpore, quando Papa vult, quod retrotrahatur, ac si à principio pure mandasset pro-
15 uideri, alias secus. Anton. de Butr. *cons. 43. num. 1. vers. Nec obstat.* † Limita; quia decretum irritans ad fauorem impetrantis, ita demum operatur, si is, ad cuius fauorem impetratum est, illo vti vo-
16 luerit, alias non, clare Put. *decis. 8. lib. 2.* † Limita; quia decretum irritans circa vnum non operatur circa aliud; ideo si opponitur circa implementum, alias vacet beneficium, non extenditur ad possessionem; quia licet inficiat titulum, non tamen possessio-
17 nem. Palæott. *decis. 632. par. 3. lib. 3. in nouiss.* † Limita; quia non inficit titulum, neq; possessionem, quando est in indulto, & possidens habet ab ordinario. Fabius *decis. 56. lib. 2. in 3. par. in nouiss.* † Et quod
18 non afficiat; quia indultum non est super certo corpore, neque est notorium. Rota *in nouiss. par. 3. lib. 1. decis. 72.* quæ innuit esse secus, si
19 decretum sit notorium, vel super certo corpore. † Limita, quando res non est notoria; quia decretum irritans in regula de beneficio famil. Card. non inficit titulum, neque possessionem, quando
20 non est clara familiaritas, *decis. Fabii 122. lib. 2. in 3. par. in nouiss.* † Limita; quia non inficit nouam prouisionem Papæ, quia si quis habens facultatem recipiendi resignationes reuocata facultate cum decreto irritanti, si post reuocationem admittat resignationem, est nulla, sed si resignatarius obtinet à Papa nouam prouisionem, valet; quia decretum non loquitur hoc casu Rot. *decis. 247. lib. 2. par. 3. in prin. in nouiss.* & latius *lib. 1. decis. 75.* vbi Rota fuit diuisa.

Decreto irritanti quando sit necessaria derogatio, vel non. Concluſ. 121.

1 DECRETO † irritanti non est necessaria derogatio, quando est in genere super incerto corpore; secus, si in specie, & super certo corpore. Mohed. *decis. 255. in fin.* plenius Put. *lib. 1. decis.*
2 *236. num. 6. & 7.* † Si vero est speciale, vel super certo corpore, requiritur derogatio individua, & specialis. Cassad. super *regul. decis. 10. num. 3.* vbi dicit, quod si est accessorium gratiæ, si derogatum est gratiæ, censetur etiam derogatum decreto, Put. *d. decis. 236. numer. 6. & 7. lib. 1.*

Decretum quid sit, & quid auctoritas, & in quo differat à sententia. Concluſ. 122.

1 DECRETVM † differt ab auctoritate; quia auctoritas non requirit causæ cognitionem, decretum secus, licet quandoque vnum pro alio assumatur. Innoc. *in cap. dudum, de reb. Eccles. non alie-*
2 *nan.* † Et decretum irritans semper habet inhibitionem, & inhibitio semper habet decretum irritans; ideo æquiparantur. Cassad.
3 *de restit. spoliat. decis. 2. num. 6. & seq.* † Decretum æquiparatur sententiæ, quando est factum à magistratu diffinitiue; & ideo habet
4 parem vim cum sententia. Doct. *in l. 1. C. de ordi. cognitio.* † Differt tamen; quia semper, quod iudex vtitur verbo, *absoluo, vel condemno*, dicitur sententia diffinitiua. Alexand. *cons. 69. In causa mota, num. 3.*
5 *vers. Sed his non obstantibus, lib. 3.* † Quandoque est dispositiuum, &
6 tunc operatur. † Quandoque accessorium, vt quando est in clausulis exequutiuis; & tunc si non operatur gratia, neque decretum operatur. Cassad. *decis. 5. de conces. præben.*

Decretum non potest interponi super incerto, & quando secus. Concluſ. 123.

1 DECRETVM † regulariter super iure quærendo non potest interponi, nisi sit certum, & specificum, alias non valet; ideo prosequens plures electiones debet vnam eligere, nec releuat, si electus dicat decretū interponi super altera, vel vtraque, vel ea, quæ est validior; quia debet consentire in vnam, super qua possit decretum interponi. Calder. *consil. 53.* alias *7. de electio. ver. Dico*
2 *igitur, vsque in fin.* Lap. *allegat. fin. num. 2.* † Amplia, vt idem sit in præsentato; quia non potest se fundare super pluribus præsentationibus, nisi tendant ad eundem finem, & idem ius; quia ex quo agitur pro iure acquirendo, debet specifice eligere, vt possit decretum interponi. Lap. *alleg. 8. per totam.* † Amplia, quia a- 3
ctor ad lites futuras pro minore non potest constitui, quia decretum super incerto & futuro non potest interponi, ideo debent causæ specificari. Feder. de Sen. *cons. 100. num. 4. vers. & actor.* Vide, *Sententia, vel decretum non fertur super incerto, & non liquido. Concluſ. 109.*
† Restringe, quia licet decretum iudicis non trahatur regulari- 4
ter ad futura, tamen hoc fallit, quando futura veniunt in consequentiam, veluti si tutor incipiat inuentarium, & iudex interponat decretum, & decernat administrationem, quia huiusmodi decretum extenditur, & trahit suam exequutionem etiam ad perfectionem inuentarii postea factam. Bald. *cons. 383. Quæritur, an signum, in fin. lib. 1.* † Amplia, quia decretum iudicis super aliena- 5
tione non operatur quoad hypothecam solam, & ideo non extenditur etiam ex maioritate rationis, & sic super eo, quod plus est, non extenditur ad illud, quod est minus. *l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eor.* Roman. *singul. 217. an in decreto*, vbi pulchra apostil. reddit rationem, quia super eo, quod non est cognitum, non trahitur. † Amplia, quia decretum super cura, vel tutela necessa- 6
rium non potest trahi ad incerta & futura. Ægid. Bellam. *consil. 12. num. 8. vers. Nam prædicta.* † Limita, quia valet decretum iudicis 7
super incerto, quando iudex, si sciuisset illud, quod ignorauit, nihilominus decretum interposuisset, secus è contra. Signorol. *consil. 214. In quæstione vertente, num. 2.*

Decretum in alienatione bonorum minoris nihil operatur, & pro eo non præsumitur, & quando secus. Concluſ. 124.

DECRETVM † iudicis super alienatione bonorum minoris 1
ex causa æris alieni conualidat alienationem, si subest causa vera, si vero interponatur præsuppositā causa, quæ non esset vera, decretum nihil operatur. Oldrad. *consil. 260. quod vnio. in princ. ver. Sicut videmus.* vbi, quod in his, quæ habent obuium ius commune, inspicitur veritas, & loquitur in decreto vnionis, & alienationis minoris. Gemin. *consil. 48. Pro examinatione, numer. 6. vers. Sed ad hoc respondetur.* vbi multa similia de licentia, & de sententia ex falsa causa, quod sit nulla. † Et quod decretum interpositum 2
ex falsa causa sit ipso iure nullum, Calder. *consil. 457. circa fin. ver. & ad prædicta facit*, alias *vnico de baptis.* vbi loquitur in alienatione Ecclesiæ. Gemin. *dict. consil. 48.* quia error in facti causa semper vitiat decretum, siue adsit scientia, siue ignorantia eius, qui facit interponere decretum. Bald. *consil. 308. Vtrum possit dari, lib. 1. & consil. 146. præmissis verbis, numer. 1. in fin. & numer. 6. ver. Item dubius, lib. 2.*
* communem dicit Roland. à Vall. *consil. 7. num. 84. & seq. lib. 3.* Angel. Aretin. *consil. 92. In casu supradicto, num. 26. ver. Nec obstant allegata.* *
Vide plenius, *Decretum super alienatione rei immobilis, vel contractu minorum, quando nullum. Concluſ. prox. seq. num. 8. & seq.* † Declara tamen, 3
quia is, qui allegat falsam esse causam expressam in decreto, debet hoc probare. Mascard. *Concluſ. 486. Decretum iudicis in princ.* † Am- 4
plia, quia præsumitur interpositum ex falsa causa, quando tutor alienauit bona minoris stabilia pro minori pretio, quam essent posita in inuentario, quando in eo erant descripta bona mobilia, & pecuniæ, quia si non probatur consumptio & discussio facta per iudicem, non præsumitur pro decreto, sed est nullum. Bald. *consil. 376. Quæstio, super qua, lib. 1.* vbi est casus. † Diffe- 5
runt tamen licentia alienandi, & decretum super alienatione rerum minoris, quia licentia requitit decretum in alienatione, quæ postea fit. Paris. *consil. 100. numer. 24. libr. 1.* † Amplia, quia decre- 6
tum iudicis super contractu minorum, Ecclesiæ, vel vniuersitatis debet esse super re certa. *l. item eorum. ff. quod cuiusque vniuersit. clemen. cum ei, quem. de conces. præben.* & ideo non potest interponi super re futura, & hæc est ratio, quare actor ad lites futuras non constituitur, quia requiritur decretum, quod super incerto non cadit. Fed. de Sen. *cons. 100. n. 4. vers. & actor.* Vide, *Sententia & decretum non fertur super incerto. Concl. 109.* † Amplia, quia decretum iudicis su- 7
per contractu minoris non extenditur, nisi ad ea, quæ nominatim coram iudice exposita sunt, quia super eo, quod bona fide non exponitur, iudex decretum interponere non videtur. Bald. *consil. 371. Factum sic proponitur, num. 4. ver. sed videamus, cum seq. lib. 3.* vbi, quod decretum super refutatione filiæ quoad legitimam pro certa summa non potest supplere insinuationem, quod filia donauerit, ex quo iudex hoc ignorauit. † Extende, quia non valet decretum, 8
etiam si subsit causa iusta, quando super ea non est factum decretum, sed super alia, quæ non erat vera. Castr. *cons. 38. lib. 2. per totum.*
† Et ideo decretum ex falsa causa est nullum. Fulgos. *consil. 172. col. 3. ver. Vnde in totum corruit.* † Amplia, quia decretum nihil operatur, 9
neque pro eo præsumitur, quando non constat aliunde de dili-

gentia, quæ debuit adhiberi, quia non sufficit, quod narretur, quãdo eodem actu non potuit expediri, prout est æstimatio bonorum
11 minoris. Castrens. *con. 378. lib. 2.* † Extende idem in alienatione bonorum Ecclesiæ circa tractatum; quia debet constare de tractatu, alias non præsumitur, quia non potuit interuenire in ipso actu.
12 Castrens. *dict. consil. 38. lib. 2. in fin.* † Amplia, quia decretum interpositum in donatione facta à minore est nullum, & nihil operatur, etiam si donatio fiat matri. Castrens. *consil. 343. Considerandum*
13 *est, colum. 2. in fin. num. 2. lib. 1.* † Extende, quia licet præsumatur pro decreto, illud procedit, quando non extat vrgentior præsumptio contra decretum, prout si minor donasset, quia etiam si constaret de inquisitione diligenter facta, adhuc præsumitur fictitia, & affectata, & contra decretum, quia eo ipso, quod donat etiam sorori, læditur. Castrens. *consil. 433. Cum statutum, per totum, libr. 1.* vbi tollit contraria, quia dicit duo requiri copulatiue vt valeat decretum, quod sit vtile minori, & quod facta fuerit inquisitio.
14 † Amplia, quia nunquam præsumitur pro facto superioris vel decreto, quando non seruauit solemnitates vel iuste non apparet interpositum, ideo institutio facta de præsentato non facta citatione generali, de qua *in c. fin. de election. in 6.* non valet, neque dat
15 fomentum. Cardin. Zabarell. *consil. 31. in princip.* † Extende etiam, si in eo pronuncietur, quod prædicta fecit citatis citandis, quia cum ista non possint interuenisse in actu constitutionis, non pro-
16 bat decretum. Cardin. Zabarell. *consil. 31. in princip.* † Restringe regulariter, quando factum superioris est legitimum, quia bene facit præsumi habilitates instituti, vt præsumatur idoneus clericus in ætate, &c. ita Socin. *consil. 258. num. 2. ver. secundo infertur, lib. 2.*
17 † Imo, quod ex solo instrumento præsumatur habilitas contrahentium, nisi contrarium probetur. Mandos. *in regul. 18. de ætate,*
18 *numer. 5. & 6.* † Amplia, quia decretum debet præstari in actu contractus, & antequam sit finitus, vel perfectus, alias nihil operaretur. Roman. *consil. 50. Idem in præfata consultatione, in princip.* Re-
19 stringe † in confirmatione superioris, quia illa bene potest ex interuallo fieri, & sequi, licet fiat ad validandum contractum.
20 Roman. *dict. consil. 50. in princip.* vbi apostil. *in ver. sequi potest.* † Limita, quia bene præsumitur in dubio pro decreto iudicis, vel superioris, quod interuenerint omnes solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ, vel minoris. Gemin. *consil. 48. Pro examinatione, num. 6. ver.*
* *Sed præmisse conclusioni obstat*, & quod præsumantur pro decreto iudicis, est communis * opinio, vt per Bald. *consil. 499. numer. 4. libr. 5.* Alexand. plene *consil. 125. Visis & consideratis, numer. 5. ver. tertio posset, lib. 1.* vbi, quod ita consueuit tenere etiam legendo, & ibi plena apostil. dat plurimos concordan. quod præsumatur omnes aliæ solemnitates ex decreto, pleniſſime Io. de Imol. *consil. 88. numer. 9. & sequen.* vbi tollit omnia contraria. Corne. *consil. 71. numer. 8. lib. 3.* Alexand. *consil. 80. colum. 2. vol. 5. & consil. 103. Visis, num. 4. libr. 2.*
21 † Declara, vt limitatio procedat, quando constat, quod fuit seruata solemnitas à iure requisita in alienatione bonorum minoris, alias non præsumitur pro decreto ita declarat Bald. *consil. 184.*
Ad intelligentiam quæsitorum, libr. 2. in princip. Castrens. *consil. 38. Super*
22 *eo, quod quæritur, libr. 2.* † Contrarium quod imo præsumatur seruata, quando interposuit decretum cum causæ cognitione, vel omni meliori modo, quia tunc si statutum, prout Ferrariæ, vult, quod iudex suppleat absentiam consanguineorum, præsumuntur fuisse absentes, & quod iudex suppleuerit, nisi contrarium probe-
23 tur, plene Alex. *consil. 80. Visis, num. 4. & seq. lib. 5.* † Declara, quia limitatio est vera, quod præsumitur pro decreto, & quod seruata fuerit omnis solemnitas, quando decretum fuit factum cum causæ cognitione, & hoc exprimitur, vel extat clausula, quæ hoc importet, prout clausula, *omni meliori modo*, & quando solemnitas potuit tempore contractus interuenire ex causæ cognitione, plene Alexand. *d. consil. 80. Visis themate, num. 4. & seq. lib. 5. auncto num. 10. &*
24 *seq. vers. Non obstat.* † Extende limitationem, vt præsumatur pro decreto super subhastatione iudiciali facta de re minoris, etiam si minori pretio sit facta subhastatio, quam res fuerit æstimata. Baldus *consil. 285. Casus coram, circa med. vers. Item oppono, quod res pluris, lib. 2.* quia decretum & solemnis subhastatio operantur, quod non potest venditor dicere se deceptum, quantumcunque strangu-
25 latus vendiderit. Angel. *consil. 142. Tut. pupill. in fin. ver. super 2.* Vide, *Subhastatio quando valida, vel non, & quid operetur. Conclusio. 715.* † Extende, quia si agatur inter emptorem & venditorem de rescissione contractus, quia minor, qui iurauit, dicat se fuisse pupillum, & emptor dicat fuisse adultum, si extat decretum super contractu à iudice interpositum, præsumitur, quod esset adultus, quia pro iudice, & decreto præsumitur. Baldus *consil. 66. Factum tale est, num. 3.*
26 *ver. quoad vltimum*, & latius *num. 5. ver. secundo quæritur, lib. 5.* † Extende in contractu venditionis celebrato per ciuitatem, quia si extat decretum, præsumitur pro eo, & præsumuntur omnes solemnitates enunciatæ interuenisse propter decretum, pro quo præsumitur. Baldus *consil. 314. Vtrum dictus contractus, lib. 5.* † Sicut è con- 27
uerso, si non extat decretum in alienatione facta per ciuitatem, redditur nulla. Bald. *consil. 503.* quod est vltimum *circa fin. lib. 5.* Extende † in inuentario hæredis, quia præsumitur solemne, & præsu- 28
muntur omnia bona descripta, si fuit interpositum decretum iudicis. Bald. *cons. 499. Ad euidentiam, num. 4. lib. 5.* vbi dicit communem. **
† Extende idem in liberatione generaliter facta per tutricem, 29
quia restringitur ad summam receptam, & decretum iudicis nihil operatur, quando est sine causæ cognitione, quoad reliqua. Abb. *cons. 97. Viso instrumento, col. 1. ver. tertio facit, lib. 2.* † Restringe, quia 30
decretum in alienatione rei minoris sine causæ cognitione nihil operatur. Roland. à Vall. *consil. 7. num. 63. lib. 3. ver. quia respondetur. cum seq.* vbi *num. 66.* dicit * communem. Anchar. *consil. 330. num. 10.* vbi qualem causæ cognitionem debeat adhibere. Castr. *174. col. 2. lib. 1.* † Et non sufficit assertio notarii, vel etiam iudicis, quod 31
cum causæ cognitione fecit, quia requiritur inquisitio, & quod constet per instrumentum ad partem. Roland. *d. cons. 7. num. 67. & seq. lib. 3.* † Declara, quia non creditur assertioni notarii in his, 32
quæ non potuerunt interuenire tempore contractus, sed debent probari, ita Alexand. *consil. 80. Visis num. 10. & 11. ver. quia ad hoc respondeo, lib. 5.* † Et requiritur, quod nominatim necessaria enunci- 33
antur, alias non præsumitur causæ cognitio enunciata. Roland. *d. cons. 7. num. 72. cum seq. lib. 3.* & clarius idem Roland. à Vall. *consil. 33. num. 15. lib. 1. & num. 16.* vbi, quod debent enunciari in specie omnia necessaria interuenisse, alias non præsumitur pro decreto. † Et id- 34
eo si minor facit mandatum ad alienandum bona certa, quæ erant prohibita alienari, & non narratur, quod sint prohibita alienari, decretum est nullum, quia nõ potuit adhiberi causę cognitio circa non narrata. Alex. *consil. 103. num. 18. ver. non obstat, quod debent poni, lib. 2.* † Declara tamen, quia imo præsumitur pro decreto, quan- 35
do non narratur contrarium. Alexand. *d. consil. 80. num. 11. ver. & sic dato, lib. 5.* † Imo contra prædicta, quod ex decreto etiam statim 36
interposito præsumatur causæ cognitio adhibita, & asserta per tutorem, vel curatorem vera, quia decretum hoc operatur, ex quo sumus in extraiudicialibus, & potuit iudex aliunde moueri, & per prius habuisse notitiam, plene Io. de Imol. *consil. 88. numer. 6. & seq.* vbi respondet ad omnia contraria. † Declara, quia si iudex e- 37
nunciat saltem in genere, quod causa cognita interponit decretum sufficit. Deci. *consil. 351. In casu proposito, numer. 7.* † Idem, si in 38
decreto est clausula, *quod omni meliori modo*, quia intelligitur cum causæ cognitione. Alexand. plene *consil. 80. Visis themate, numer. 4. & seq. libr. 5.* Vide circa præmissam limitationem extensiones, & restrictiones aliquas per Mascardum *dict. Conclusio. 386. numer. 3 & seq.* vbi ponit tres ampliationes, quæ sunt extensiones, limitationis, & septem limitationes, quæ sunt restrictiones in casu isto, quas videre poteris: Prima limitatio seu restrictio est, quod non præsumitur pro decreto. † Quando decretum ex abrupto fuit inter- 39
positum, *num. 9. & 10.* vbi, quod si momento ex breuitate temporis dicitur ex abrupto, nisi sit materia facilis, vel informatio sit habita prius: Secundo limitat in iudicibus minoribus, & pedaneis: Tertio, quando inesset error manifestus: Quarto, quando iudex esset idiota, & illiteratus: Quinto, quando non fuit à parte informatus: Sexto, quando non interuenit causæ cognitio vera, licet enunciata, vbi pro vtraque, & declarat: Septimo, quando probatio contraria apparet vrgentior. † Restringe, quan- 40
do constat de subreptione decreti, vt quia non fuerint narrata, quæ debuerunt, puta, extare mobilia, vel quid simile. Roland. à Vall. *dict. consil. num. 73. & seq. lib. 3.* vbi ponit casus inducentes subreptionem. † Restringe, quia non præsumitur pro decreto iudi- 41
cis minoris, & indocti, secus pro magistratibus maioribus. Roland. à Vall. *consil. 33. numer. 17. & seq. lib. 1.* † Restringe, quando ex 42
falsa causa fuit interpositum decretum. Roland. à Vall. *dict. cons. 7. num. 84. & seq. lib. 3.* Vide Conclusionem proximam seq. *num. 8. & seq.* † Restringe, quando ex abrupto fuit interpositum, nec appa- 43
ret, quod aliqua discussio habita fuerit super his, quæ allegabantur. Castrens. *d. colum. 174. colum. 2. ver. Nec obstat, lib. 1.* Alexand. *consil. 80. Visis, num. 10. ver. non obstat etiam, lib. 5.* † Declara, quando ne- 44
gocium est tale, quod potuit statim causæ cognitio adhiberi, apostil. ad Alexand. *dict. consil. 80. numer. 10. libr. 5. in ver. statim*, allegat Purpurat. *in rubric. de offic. assessor. num. 134.* † Restringe, quan- 45
do constat de euidenti læsione. Roland. *dict. consil. 7. num. 89. & seq. lib. 3.* Anchar. *cons. 330. num. 10. & 11.* Castren. *cons. 174. Contra superius consulta, col. 2. ver. Nec obstat, lib. 1.* † Restringe, quia si decretum ha- 46
bet præsumptionem, quod causa cognita sit interpositum, illud procedit, quando in eo hoc exprimitur, alias secus Castrens.

d. cons.

47 *d. consil. 174. colum. 2. ver. præterea, lib. 1.* † Restringe, quando decretum interponitur ante contractum, quia debet interponi in contractu,
48 vel post contractum, Rolan. à Vall. *d. consil. 7. num. 92. lib. 3.* † Contrarium, quod imo possit interponi ante contractum per modum licentiæ, & valeat, tenet Alexand. *d. consil. 80. Visis, n. 9. ver. Præterea potuit, lib. 5.* vbi allegat tex. *in l. 2. C. si propter publicæ pensitatio.* vbi, quod
49 est melior text. qui sit de iure in hac materia. † Restringe, quando non est interpositum sedendo, Roland. *dict. consil. 7. num. 93. ver. vl-*
50 *timo dicitur, lib. 3.* † Limita in tantum præsumi pro decreto iudicis, vt si interponitur decretum, tanquam in alienatione facta à minore, probetur minoritas. Alexand. plene *cons. 92. Viso, num. 13. & 14. lib. 5.* vbi apostil. *in ver. decreto.* Vide, *Minor non præsumitur, sed maior,*
51 *& quando secus. Conclusio. 266.* † Limita multis casibus, de quibus glos. *in rubr. Cod. quan. decret. opus non est.* Primus, quando prouocatur ad diuisionem, secundus, quando de damno non cauetur, tertius, quando defunctus permisit, quartus, quando Princeps concessit, quintus, si iurauerit, sextus; quãdo defunctus obligauit rem, quia minor succedens sine decreto alienat in eundem, *l. magis, puto, §. sed si Pater. ff. de reb. eor. qui sub tut.* septimus vestes, & animalia su-
52 peruacua, vltimus, quia obligantur bona occasione litis. † Limita, quia præsumitur pro decreto iudicis cum causæ cognitione etiam in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. Alex. *d. consil. 80. num. 8.*
53 *vers. pro quo etiam facit, lib. 5.* † Contrarium tenent aliqui, vt dicit Ale.
54 *d. cons. 80. num. 8. lib. 5.* † Declarat. Alex. *d. consil. 80. num. 8. in fin. versic. quia de facili, lib. 5.* quia in casu contrario non interuenit decretum.
55 † Limita, quia decretum in alienatione rei Ecclesiasticæ interpositum operatur præsumptionem vtilitatis Ecclesiæ, ideo incumbit onus probandi non vtilitatem Ecclesiæ, si vero cessat decretum, incumbit onus probandi emphyteutæ. Alex *cons. 79. num. 7. lib. 1.* late Tiraquel. *de legib. connub. glos. 8. num. 64.* plene Ias. *cons. 54. n. 3. in fin. lib. 1. & cons. 92. Perspectis, num. 34. & seq. versic. videndum est nun-*
§ *quid, lib. 6.* Vide, *Alienatio bonorum Ecclesiæ quando præsumatur in vtilita-*
56 *tem, vel non. Concl* 280. † Extende, vt idem sit in alienatione minoris facta cũ decreto, quia incumbit onus probandi minori, quod non interuenerint causa, neque solemnia, maxime, quando lapsum est longum tempus. Io. de Imol. *cons. 98. In causa, quæ vertitur, num. 9. & seq. & cons. 99. num. 6.* Deci. *cons. 403. Quamuis in casu proposito.* pulchre Corne. *cons. 109. Videtur prima facie num. 5. & sequent. lib. 3.* † Extende,
57 quia si decretum iudicis hoc operatur, multo magis in decreto Principis facto maxime ex certa scientia, & sic in decreto confirmationis Papæ super transactione Ecclesiæ & vniuersitatis, super bonis Ecclesiæ, quia conualidatur transactio, & suppletur solemnitas, & tollitur præsumptio læsionis. Alex. *cons. 92. Perspectis, num. 30. & sequent. vers. & posito, & num. 34. & seq. vers. videndum est, lib. 6.* vbi
58 latissime. † Secus, si non interuenit decretum, quia emptor debet probare causam & solemnitatem. Corne. *consil. 109. lib. 3. in princip.*
59 † Declara, quia pro decreto præsumitur, & quod vera sint enunciata, quod iudex sumpserit informationem, ideo decretum trãsfert onus probandi in pupillum. Corne. *d. cons. 109. num. 5. & 6. lib. 3.*
60 † Et maxime stante longa possessione sequita post venditionem.
61 Corne. *dict. cons. 109. in fin. lib. 3.* Io de Imol. *consil. 68. circa fin.* † Extende, quia solemnitas præsumitur interuenisse, quando est enunciata per Commissarium in alienatione rei Ecclesiæ; & post enunciationem interponit decretum, etiam si tempore decreti non potuit interuenire, dummodo sequuta fuerit confirmatio, & decre-
62 tum. Deci. *in c. quoniam contra, de probatio.* † Maxime stante diuturnitate temporis. Deci. *cons. 222. col. pen. & d. cons. 341.* Ias. *cons. 54. lib. 1.* incipit, *Circa dubium, colum. 4. versicul. tertio principaliter.* Socin. *consil. 266. In causa, lib. 2.* Deci. etiam *cons. 36. col. pen. vers. non obstat, & consil.*
63 *409. versicul. non obstat illud, in quo videtur difficultas.* † Restringe declarationem, vt procedat solum, quando in decreto causa expressa est in specie, secus si in genere. Ruin. *cons. 63. num. 3. lib. 1.* Paris. *d. cons. 98. num. 13. & sequent. lib. 1.* Roland. à Vall. *cons. 33. num. 16. lib. 1.*
64 † Declara, quia distinguitur inter authoritatem superioris & decretum, quia auctoritas non supponit causæ cognitionem, decretum secus, ideo si Prælatus locat, & recipit pensiones anticipatas etiam cum authoritate & decreto superioris, non probatur versum in vtilitatem Ecclesiæ, sed differt, quia si sola authoritas interuenit, tenetur hæres Prelati, & in subsidium conductor, si interuenit decretum cum causę cognitione, licet non presumatur versum & teneatur hæres, non tamen conductor. Abb. *in 3. quæstio, col. 14. &* 15. vbi late. Vide Conclusiones duas proxime sequẽtes, vbi latius

Decretum super alienatione rei immobilis minorum quando, & ex quibus nullum. Conclus. 125.

1 DECRETVM † iudicis super alienatione bonorum minoris facta per tutorem est nullum, si pro modico debito minoris distraxit rem magni valoris, quia in eo, in quo exceditur pretium rei venditæ, decretum est nullum, & alienatio nulla, *l. magis puto, §. item Prætor, ff. de reb. eorum.* † Extende, quia decretum iudicis ob- 2
reptum non conualidat alienationem minoris, quæ nulla est, & dicitur obreptum, quando causa est vera, pro qua interponitur, sed non conuertitur in eam causam, quæ aliunde soluitur, sed soluì potest. Corne. *consil. 207. lib. 3. in princip.* Deci. *consil. 403. Quamuis, num. 19.* vbi si causa non est iustificata, supplicatio, & decretum est nullum, quod etiam tenuit Roman. *consil. 321. numer. 3.*
† Restringe, quando aliæ res pupilli minoris valoris non adessent, 3
quia tunc valet alienatio facta pro scutis trecentis; vt soluantur scuta centum, quando aliter non est consultum. Baldus *consil. 75. Quidam tutor per totum, lib. 1.* † Amplia, vt procedat etiam, quan- 4
do tutor alienauit bona stabilia pupilli; & pro minori pretio, quam essent in inuentario æstimata bona, maxime, quando in inuentario erant descripta bona mobilia pupilli, & peguniæ, quæ præsumuntur extare, & ideo decretum est nullum, neque pro eo præsumitur hoc casu, in quo fortior præsumptio insurgit contra decretum. Baldus *consil. 376. Quæstio, super qua, per totum, libro 1.*
† Extende, vt procedat maxime, quando non apparet facta dis- 5
cussio de vendendis primo mobilibus, quia cum ista discussio non potuerit fieri tempore decreti, pro ea non præsumitur. Bald. *dict. consil. 376. circa fin. versicul. præterea in venditione rei minoris, lib. 1.*
† Amplia, quia decretum super datione curatoris hæreditati ia- 6
centi est ipso iure nullum, si extat infans suus hæres, siue sciat, siue ignoret illum extare is, qui obtinet dari curatorem; tanquam hæreditati iacenti, quæ debuit dari tutor pupillo. Bald. *consil. 308. Vtrum possit dari, lib. 1. in princ.* Vide, *Hæreditati iacenti quando curator dari possit. Conclus. 23.* † Extende idem, quando iam adita erat hære- 7
ditas. Fulgos. *consil. 190. num. 2. vers. sed ex alio, col. penul.* Castrens. *cons. 393. Vt attingamus, colum. 2. in princip. lib. 1. versicul. ex quibus.* † Amplia, 8
quia decretum interpositum ex falsa causa est ipso iure nullum. Calderin. *cons. 457. circa fin. vers. & ad prædicta facit* alias *vnic. de baptis.* vbi loquitur in alienatione rei Ecclesiasticæ. Roman. *cons. 160. num. 26. lib. 2.* Fulgos. *d. consil. 190. num. 2. versicul. cum itaque.* Castrens. *consil. 201. Visis, & consideratis, in princip. lib. 1.* Roman. *consil. 69. Viso, num. 9. versic. quanimo,* vbi apostil. *in ver. falsa,* dat concord. *& consil. 454. In re præsenti, numer. 12. versicul. tertio ex regula,* vbi plenissima apostil. *in ver.*
nullum citat infinitos, & dicit * communem Alexand. *cons. 63. num.* *
18. *lib. 4.* † Idem in alienatione bonorum minoris, quia si decretum 9
ex falsa causa interpositum est ipso iure nullum. Oldrad. *cons. 260. Quod vnio, in princip. vers. sicut videmus.* Castrens. *cons. 38. Super eo, quod lib. 2.* plene Roland. à Valle *consil. 7. num. 84. & sequent. lib. 3.* vbi dicit * communem. † Idem, si tutor alienauit stabilia pro minori *
pretio, & quando in inuentario aderant mobilia, quæ non appa- 10
rent consumpta, quia decretum est nullum. Bald. *cons. 376. Quæstio, super qua, lib. 1.* † Item decretum, seu adiudicatio facta ex falsa cau- 11
sa, puta pro debito non vero, super quo nulla alia præcessit diffinitiua sententia, est ipso iure nullum, & nulla. Alexand. *consil. 147. Viso themate, in princip. lib. 7.* vbi apostil. *in ver. decretum,* dat concord.
† Extende, quia propterea decretum nullum non potest transi- 12
re in iudicatum, & verba statuti loquentia de decreto non habent locum in decreto nullo, quia verba non conueniunt. Alex. *dict. consil. 147. in princip. numer. 2. lib. 7.* † Idem in vnione facta, 13
quia decretum ex falsa causa est ipso iure nullum. Oldrad. *d. consil. 260. in princip.* † Idem in secundo decreto, & adiudicatione, quia 14
ex falsa causa interpositum decretum est nullum ipso iure Fulgos. *consil. 163. colum. penul. in princip.* Roman. *consil. 321. numer. 3. & consil.*
452. *numer.* 12. vbi apostil. *in ver. nullum* dicit * communem, & ci- *
tat plurimos. Alexand. *consil. 63. Stantibus, numer. 18. versicul. Item non obstat lib. 4.* vbi apostil. *& consil. 69. num. 3. lib. 3.* & ibi apostil. citat Alex. *cons. 147. in princ. lib. 7.* † Idem in datione curatoris, quia si de- 15
buit dari proximior consanguineus ex forma statuti, & fuit datus alius non proximior, decretum tanquam ex falsa causa factum, est nullum. Bald. *consil. 146. Præmissis verbis, numer. 1. lib. 2. versic. & quia primo.* † Vel si datus sit curator hæreditati iacenti, quæ non iace- 16
bat, quia ex falsa viriat. Angel. *consil. 193. Mortuo debitore, in fin. vers. hoc etiam probatur.* Fulgos. *consil. 190. numer. 2. versicul. sed ex alio.* † Idem 17
in omni materia, quia si fertur sententia, vel decretum ex falsa causa, est ipso iure nullum. Gemin. *consil. 48. Pro examinatione, numero 6. versicul. sed ad hoc respondetur.* plenissime Menoch. *consil. 41. num. 40. & sequent. lib. 1.* vbi de nullitate multorum, videlicet, vnionis, iuramenti, diuisionis, &c. ex falsa causa decreti, & in sententia interloquutoria. Fulgos. *consil. 190. numer. 2. versicul. cum itaque*
† Idem in renunciatione minoris facta de bonis paternis pro- 18
pter dotem, quia si filia est dotata solum de bonis maternis propriis filiæ renunciantis, renunciatio est nulla, & decretum tan-

quam ex falsa causa est iniustum. Bald. *cons.* 328. *per totum*, maxime
19 *in fin. vers. item non obstat, lib.* 3. † Idem in transactione, quia si ex causa litis super fideicommisso, quod non poterat inducere litem, quia casus non venerat, fiat remissio fideicomissi hinc inde, decretum est nullum ex falsa causa. Cuman. *cons.* 115. *numer.* 4. & 5. vbi late quia dicitur ex errore, cum causa sit friuola. Castren. in simili
20 *cons* 343. *Considerandum, colum. penult. in fi. vers. & si dicatur, li.* 1. † Idem in alienatione bonorum Ecclesiæ, vel minoris, ex causa necessaria concessa, quia si fiat vltra necessitatem, in totum redditur nulla.
21 Decis. *cons.* 404. *numero* 20. & 21. † Item, si alienatio bonorum minoris fiat ex adiudicatione iudiciali. Roman. *dict. consilio* 321. *num.* 3.
22 † Idem in tenuta data, quia si decretum est ex falsa causa, redditur nullum Castrens. *cons.* 201. *in princ. lib.* 1. Roman. *cons.* 454. *numero* 12.
* *verficul. tertio, ex regula*, vbi plena apostil. dat conc. & dicit * com-
23 munem. † Idem in liberatione facta tutori ex falsa causa, Castren. *cons.* 343. *Considerandum, per totum.* maxime, *col. penult. & fi. vers. & si di-*
24 *catur, lib.* 1. † Idem in datione curatoris hæreditati iacenti, quando erat adita, quia falsa causa vitiat ipso iure. Castrens. *cons.* 393. *col.* 2.
25 *vers. ex quibus lib.* 1. *in prin.* † Idem in missione in possessionem ex primo decreto, quia falsa causa vitiat. Roma. *cons.* 69. *n.* 9. *vers. quinimo* vbi apostil. in *ver. falsa causa*, & sic loquitur Rom. etiam *cons.* 454. *n.* 9. & *seq. vers. tertio principaliter*, maxime *num.* 12. Alex. *cons.* 207. *nu.* 7.
26 *vers. circa prædicta, lib.* 7. *cum seq.* † In decreto vero totum contrarium quia non est necesse, quod falsa causa sit expressa in eo, neque quod se referat ad acta, quia sufficit, quod constet de falsa causa extra decretum, & sic ex actis, vel aliter, vt sit nullum, ita Alex. *d.*
* *cons.* 207. *n.* 7. & *seq. vers. circa prædicta, lib.* 7. vbi dicit * communem.
27 † Declara, quia refert, an simus in sententia diffinitiua vel decreto interloquutorio, quia vt sententia dicatur nulla ex falsa causa, oportet, quod sententia contineat expresse falsam causam in se, vel per relationem expressam ad acta, & non sufficit, quod aliquid ex actis exprimatur, nisi ex eisdem actis appareat esse falsum, ita Alex. *cons.* 207. *Domine Alexander, n.* 5. & *seq. vers. secundo, quia lib.* 7. vbi etiam *nu.* 6. quod error, quando est partis, & non iudicis, non red-
28 dit sententiam nullam. † Idem in mandato procuræ ad alienandum bona, & loca montium non vacabilia, quando non fuit facta mentio, quod erant prohibita alienari, prout erant, quia decretum est nullum. Alexand. *consil.* 103. *Visis scriptis, num.* 18. *vers. non*
29 *obstat. quod debent. lib.* 2. † Extende ampliationē, vt procedat, siue adsit scientia, vel ignorantia eius, qui fecit interponere decretum, quia est ipso iure nullum, quando causa facti est falsa. Bal. *cons.* 308.
30 *Vtrum possit dari, li.* 1. † Extende, etiam si decretum esset ex causa vera pro parte, & pro parte falsa, quia in totum est nullum. Ias. *in l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. indebit.* latius *in l. si us, ad quem, num.* 17. *ff. de acquir. hæredit.* Ruin. *dicto consil.* 160. *numer.* 27. *lib.* 2. Curt. Iun. *consil.* 170. *in princip. lib.* 2. Fulgos. *consil.* 190. *numer.* 2. *ver. cum ita que, & versic. sed ex alio.* Curt. Iun. *consil.* 118. *numer.* 20. Deci. *consil.* 403. *numer.* 20. & 21. Afflict. *decis.* 218. *num.* 1. & *numer.* 4. Roman. *consil.* 454.
31 *num.* 9. & *sequent. versic. tertio principaliter.* † Declara ista omnia, quia si error interuenit in decreto circa id, quod si iudex sciuisset, non decreuisset, procedunt præmissa, quia decretum est nullum, si vero error interuenit circa ea, quæ si sciuisset, nihilominus decretum interposuisset, valet. Signorol. Homod. *consil.* 214. *In quæstione vertente, num.* 1. *versic. vel potest dici*, vbi loquitur in decreto super deputatione curatoris impuberi facta, extante matre tutrice, quia
32 valet, licet iudex ignorauerit matrem extare tutricem, quando non receperat administrationem. † Intellige hanc declarationem, vt per Castrens. *consil.* 201. *Visis, & consideratis, lib.* 1. *in princip.* vt non procedat, quando iudex non dedisset eo modo, prout si
33 decreuit tutorem habenti tutorem absentem, tanquam quod non haberet, quia licet dedisset, nō tamen eo modo. † Declara, vt per Ias. *in l. iuste possidet, nu.* 9. *ff. de acquiren. poss.* vt valeat, quando iniustitia, & falsa causa non est ex parte actoris, sed rei, & *in l. si non sortem, §. si centum ff. de condic. indebit. in princip.* ponit aliam declarationem, vt non procedat, quando falsa causa non est in quantita-
34 te petita, sed in valore rei, & reincidit cum prima. † Extende, quia nedum est nullum decretum, sed etiam omnia, quæ pendent à decreto. Castr. *consil.* 393. *colum.* 2. *in princip. versic. ex quibus, lib.* 1.
35 † Extende, quia decretum ex falsa causa est nullum, etiam si suberat causa vera, quæ non fuit allegata. Castrens. 201. *in princip. lib.* 1.
36 † Extende, quia nedum decretum ex falsa causa nullum est, sed neque potest ex probationibus alijs verificari, etiam si essent instrumenta, quia non recipit probationem ex omissis. Crauett.
37 *consil. Pro genero, num.* 156. & *sequent.* † Declara, vt per Castrens. *consil.* 74. *In facto isto, in fin. lib.* 1. vt ex nouis non iustificetur decretum circa extranea, secus, si iustificatio non esset ex causa extra-
38 nea. † Extende, quia est nullum ex falsa causa super liberatione facta per minorem ad fauorem tutoris non facto calculo, & non reddita ratione administrationis, quia licet illam fateatur, iudex non debuit interponere decretum, si aliunde non sciuit. Anchar. *consil.* 330. *num.* 10. † Restringe, quia decretum super pluribus 39
interpositum, quorum aliqua sunt vera, aliqua falsa, restringitur ad vera, & ad licita, & honesta. Ruin. *consil.* 109. *num.* 21. *lib.* 4.
† Restringe, vt non sit in totum nullum, etiam si pro parte falsa 40
sit causa, quando fit officio mercenario deseruiente actioni, & post litem contestatam. Capicius *decisio.* 51. vbi late in princip.
† Restringe, quia attenditur causa principalis, & finalis vera, 41
non autem aliæ causæ secundariæ, quia illarum falsitas non vitiat.
Castrens. *consil.* 201. *in princip. lib.* 1. † Restringe, quia licet de- 42
cretum sit indiuiduum, procedit, quando est respectu eiusdem personæ, vel rerum indiuiduarum, secus, quando sunt diuersæ personæ, vel res diuiduæ. Bartol. *in leg. pœnales, §. Iulianus, numero* 3. *ff. ad leg. Falcid.* Alexand. *in leg. iuste possidet, numero* 22. *ff. de acquiren. possess.* nam licet decretum sit indiuiduum, *leg. in hoc iudicio. ff. famil. herciſc.* Afflict. *decision.* 218. tamen intelligitur, quando est in vna, & eadem persona. Baldus *in leg. ordo, in pen. quæst. Cod. de exequut. rei iudic.* Vide, *Adiudicatio bonorum facta quid sit, & quando valeat, vel non. Conclusio.* 197. † Declarat Menoch. *consilio* 91. *numero* 56. *lib.* 1. 43
quia aut inter volentes, aut inter contendentes, vt primo casu minor cognitio requiratur, & ita de facili nullitas non inducatur. † Declara, quia si perfunctorie auctoritas & decre- 44
tum interponitur, & constat de præiudicio minoris, tunc decretum est nullum, ita Baldus *consil.* 450. *in princip. lib.* 2. Petrus de Anchar. *consil.* 83. *Per totum.* † Amplia, quia decretum interposi- 45
tum super diuisione facta inter nepotem minorem & patruum, in qua bona stabilia obuenerunt patruo, & credita obuenerunt minori, est nullum, tanquam ambitiosum, quia constat de damno minoris. Bald. *d. consil.* 146. *num.* 6. *versic. item dubium, lib.* 2. † Ex- 46
tende, quia decretum interpositum super renunciatione pupillæ minoris facta de hæreditate, & bonis paternis per filiam dotatam in bonis propriis maternis est nullum, quia iniustum, & ideo rescindendum. Bald. *consil.* 328. *Quædam puella, circa fin. versic. item non obstat. lib.* 3. † Amplia, quia decretum super alienatione 47
bonorum stabilium minoris est nullum, si alienatio stabilium facta fuit sine necessitate, etiam si adesset vtilitas minoris, multo magis, quando causa necessaria non aderat, nec fuit iustificata, sed nec allegata. Castrens. *cons.* 105. *Si non interuenisset, in princip. lib.* 2. † Amplia, quia decretum est nullum, si interponitur, quando 48
petitur sine causæ præcognitione. Ias. *in l. is apud quem, num.* 16. *C. de eden.* Crauett. *in consil. Pro genero, nume* 155. vbi late. Anchar. *consil.* 83. *Visis diligenter, num.* 3. qui loquitur, quando illico datur curator, & fit venditio, vel obligatio minoris. Castrens. *consil.* 38. *Super eo, lib.* 1. Anchar. *cons.* 83. *per totum.* † Extende, vt si eadem die fit interpo- 49
situm, præsumatur sine cognitione. Marc. *decis. Delphin.* 248. *in fin.* sed tamen contrarium vbique seruatur. † Contrarium tenet Hier. 50
Gabriel. *consil.* 23. *num.* 8. 9. & *sequent.* vbi, quod sufficit, quod non constet, impossibile esse eodem die decretum interpositum fuisse, quia potuit informari de facili, vel quando omnia sunt narrata, vel extat enunciatio, vbi allegat Alexand. & alios. † Amplia 51
etiam in decreto iudicis interposito super alienatione bonorum debitoris maioris, quia si alienatio fiat ad instantiam creditoris pro maiori summa, quam ipse debeat consequi, adiudicatio est nulla, etiam ex dolo petentis plus, quam consequi debeat, quia decretum ex falsa causa in totum est nullum. Fulgos. *consil.* 172. *Visis processu, colum.* 3. *vers. vnde in toto corruit.* Vide. *Falsa narratio, seu falsa causa quando vitiet, vel non. Conclusio.* 62. † Extende in datione in 52
solutum facta pro maiori pretio, quam debitor consequi debet, quia ex falsa causa facta est nulla, quia est decretum, & interloquutoria. Fulgos. *d. consil.* 172. *colum.* 3. Vide, *Datio in solutum ex quibus nulla, vel valida. Conclusio.* 25. *num.* 22. † Idem in adiudicatione bono- 53
rum minoris non iustificata causa, quia est nulla, licet causa sit vera, quia debuit iustificari, & probari ante adiudicationem. Roma. *consil.* 321. *num.* 3. † Amplia, quia decretum super locatione bono- 54
rum Ecclesiæ interpositum die feriata in honorem Dei est ipso iure nullum. Anchar. *consil.* 116. *Secundum ordinem, num.* 8. † Amplia 55
in tenuta data vigore statuti Florentini de disgumberando, quia si est ex falsa causa, omnino est nullum, licet causa vera subesset, quæ non fuit expressa. Castrens. *cons.* 201. *Visis & consideratis, in princ. lib.* 1. † Declara, vt procedat, quando falsa causa est in decreto, 56
quia vitiatur decretum ipso iure, si vero est in sentētia diffinitiua, valet sententia mero iure, sed non habet effectum. Castrens. *d. consil.* 201. *in princip. lib.* 1. † Amplia, quia decretum iudicis super li- 57
beratione facta per minorem ad fauorem tutoris, & administratoris, cum auctoritate curatoris, est nullum, si non constat aliter,

quam

quam per confessionem, quod factus fuerit calculus, & reddita ratio, quia iudex non debuit credere assertioni, sed se informare, & videre. Anchar. *consil.* 330. *Visis facti, numero* 10. vbi multa cum sequent. vbi, quod debet adhibere causæ cognitionem; & qua-
58 lem. † Amplia, quia decretum interpositum super alienatione bonorum minoris per iudices Castrorum, & villarum non valet, & est nullum, & est idem in tutelis. Angel. *in authent. vt differ. iudic.* §. *si tantum collat.* 9. † Amplia, quia si detur curator minori ad im-
59 plendum contenta in laudo, & narretur laudum continere debita, & credita ad fauorem minoris, & eius, cum quo debet contrahere, licet adsit clausula generalis, *cum pactis, liberationibus, &c.* decretum non extendit, neque cura, vt possit gratiose remittere minor sibi debitum, ideo clausula illa generalis intelligitur accesso-
60 ria. Anchar. *consil.* 180. *Visa diligenter, numero* 8. *& sequent.* † Amplia, quia adiudicatio facta, quia dicitur decretum, non valet errata in nummo, & sic ex falsa causa. Vide plenissime, *Adiudicatio quid sit, &*
61 *quando valeat, vel non. Conclus.* 196. † Amplia, quia decretum iudicis secularis est nullum, quando interponitur super alienatione facta à Clerico minore, vide Rotam in nou. *decis.* 7. *de iudic. nu.* 3. *in addit. vlt.* vbi, quid in insinuatione, & quid in decreto, & quando valeat,
62 vel non super tutela, vel cura, & alijs. † Limita, quia licet decretum ex falsa causa sit nullum ipso iure, non tamen sententia diffinitiua, quia valet mero iure, sed non habet effectum. Castrens.
63 *consilio* 201. *Visis, & consideratis in princip. lib.* 1. † Limita, quando causa falsa non est principalis, & super ea decretum principaliter non fundatur, sed est accessoria, & secundaria, quia non vitiatur decretum Castrens. *dicto consilio* 201. *colum. secunda. verficulo breuiter,*
64 *libro* 1. † Extende, quia causa falsa non vitiat decretum, quando, etiam si non fuisset falsa, decretum factum fuisset, veluti si fiat decretum super tenuta, puta bonorum maternorum, quia non extant filii, quia licet falsa sit, quia imo extant filii, licet non capaces successionis, per hoc non vitiatur, quia nihilominus decretum ita debuit fieri, si esset narratum extare, sed non succedere. Castrens. *consilio* 201. *colum.* 2. *circa med. verficulo sic ergo non obstant, lib.*
65 1. † Declara tamen, quia licet dandus sit tutor habenti auum, quando abest ipse tutor, tamen dari debet ad tempus, ideo si dandus est ad tempus alius tutor sub falsa causa, quod non haberet tutorem, valet datio, quia si causa falsa cessaret, & esset dictum, quod habebat, sed erat absens, debuit dari alius ad tempus, & sic non vitiat falsa causa, sed si simpliciter alius esset datus, non valet, quia non debuit dari eo modo, si vera causa esset nar-
66 rata. Castrens. *dicto consil.* 201. *colum.* 2. *versic. sic ergo, lib.* 1. † Limita, quando minor pubes iurasset non contrauenire, quia iuramentum obligat minorem, ne possit contrauenire. *Auth. sacramenta*
67 *puberum, Cod. si aduers. vendi.* vbi Bartol. & alij. † Extende, vt idem sit in impubere proximo pubertati, quia iuramentum de non veniendo contra repellit eum, ne possit agere. Bartol. *d. auth.*
* *sacramenta puberum. Cod. si aduers. vend. numero* 9. vbi dicit * commu-
68 nem. † Contrarium Fulgos. *cons.* 237. *Vinus Guidonis, colum.* 2. *circa med. ver. licet Bart.* vbi dicit non esse verum, quod Bart. asserit *in d. auth.* quia est speciale, vt impubes doli capax obligetur iuramento de operis præstandis patrono, *l. fin.* §. *fi. ff. de liber. al. caus.* & idem ostendit Castrens. *cons.* 105. *an prin. li.* 2. vbi eundem Bart. sibi contrarium,
69 & alios citat. † Qualiter agere debeat minor, seu impubes ad recuperationem rei male alienatæ, vide Castrens. *cons.* 105. *nu.* 2. *ver. super secundo, lib.* 2. vbi, quod non debet agere rei vendicatione propter difficultatem dominij probandi, sed officio iudicis, vt declaret nullum contractum, quia non poterit aduersarius inferre quæstionem dominij, cum habeat causam à minore, quia non fundat se minor super dominio sed super causa contractus. † Vide Conclu-
☞ sionem proximam sequentem.

Decretum iudicis super contractu multa operatur. Concl. 126.

1 DECRETVM † iudicis super validitate contractus interpositum ad instantiam partium operatur, quod instrumentum & contractus potest exequi tanquam sententia. Bald. *cons.* 447. *Con-*
2 *trahentes, in princ. lib.* 1. † Amplia, quia exceptio, quod Notarius non esset Notarius, qui fuit rogatus de instrumento, non retardat exequutionē, quia nihil opponitur contra negociū, sed dicitur instru-
3 mentum non probare. Bal. *d. cons.* 447. *in princ. lib.* 1. † Amplia, quia nō potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Bal. *d. cons.* 447.
4 *ver. secundo quæritur, lib.* 1. † Amplia, quia non potest opponi, quod
5 contractus sit dolo initus. Bal. *cons.* 447. *ver. tertio quæritur, li.* 1. † Amplia, quia decretum iudicis semper est vile in omnibus contractibus, ideo magis nocet contractus cum decreto, quam sine contrahenti. Bald. *cons.* 448. *Quæritur in primis, in fin. ver. dubitatur, lib.* 1. vbi quod pater habens vsumfructum si transigat causa litis, & cum decreto, præiudicat etiam filio in proprietate. † Amplia, quia decre- 6
tum iudicis super contractu tollit præsumptionem contractus simulati, & vsurarii. Bald. *d. cons.* 39. *n.* 3. *li.* 3. † Amplia, quia decretum 7
iudicis super contracto, vel inuentario inducit præsumptionem, quod omnia fuerint solemniter gesta. Bald. *cons.* 499. *num.* 4. *lib.* 5.
* vbi dicit * communem. Io. de Imol. late *cons.* 88. *num.* 8. *& seq. per* *
tot. † Restringe, vt non procedat quoad ea, quæ non potuerunt in- 8
teruenire in actu illo, prout subhastationes, & alia, quæ in illo actu non potuerunt expediri, quia pro eis non præsumitur. Ruin. *consil.* 69. *Circa processum, numer.* 5. *ver. non obstat igitur, lib.* 1. † Restringe, vt 9
non procedat quoad extraiudicialia, quæ incumbunt officialibus tanquam tutoribus potius, quam iudicibus. Ruin. *dicto consilio* 69. *numer.* 6. *in fin.* † Restringe, quod præsumitur pro decreto & solem- 10
nitate inter contrahentes tantum, secus quo ad tertium. Ruin. *d. consil.* 69. *num.* 7. *ver. quarto etiam respondetur, lib.* 1. † Amplia, quia li- 11
cet impuberi dari debeat tutor, non autem curator, si tamen detur curator, valent gesta ab eo, cum decreto iudicis; quia decretum supplet pro tutore. Signorol. *consil.* 214. *In quæstione vertenti. n.* 8.
† Amplia, quia inducit præsumptionem vtilitatis minoris. Mazol. 12
cons. 16. *num.* 10. *& sequent.* † Extende, vt idem sit in decreto aliena- 13
tionis bonorum Ecclesiæ, quia si decretum superioris interuenit, præsumitur alienatio vtilis Ecclesiæ. Ias. *in l. pacta nouissima, num.* 3. *C. de pact.* † Amplia, quia decretum iudicis sufficit, & supplet pro 14
authoritate tutoris, vel curatoris in casibus, in quibus minor cum solo tutore, vel curatore posset, prout est in liberatione facta soluenti. Castrens. *in l. si curatorem, num.* 7. *in princip. Cod. de in integr. restit. minor.* † Extende, vt idem sit in actu obligatorio adulti, quia 15
siue habeat curatorem, siue non, potest cum decreto iudicis voluntarie obligari; quia sicuti posset iudex alium curatorem dare; ita potest pro curatore supplere. Castrens. *d. l. si curatorem, numer.* 7. *versiculo aut loquimur, C. de in integr. restit.* Paris. *cons.* 33. *numer.* 26. *lib.* 1.
† Restringe, vt non procedat in iudicialibus, quia ex quo iudex est 16
necessarius non potest supplere pro duobus. Castrens. *d. l. si curatorem, circa fin. ver. quod autem dixi, C. de in integr. restit. mino.* & hoc, siue habeat curatorem, siue non. † Restringe, quia non potest iudex ex 17
decreto suo supplere authoritatem tutoris in actu voluntario obligatorio, quando haberet tutorem; quia ex quo habenti tutorem alius non datur, prout in curatore contrarium fieri potest; ideo sicuti non potest iudex alium tutorem dare, ita pro eo non potest supplere in actibus obligatoris ex voluntate. Castrens. *d. l. si curatorem, circa si. ver. an habeat, C. de in integr. restit. mino.* † Declara, 18
quia in omnibus casibus, in quibus decretum iudicis supplet pro tutore, vel curatore, intelligitur, si iudex ea intentione hoc faciat, vt quia sciat. Castrens. *d. l. si curatorem, in fin. C. de restit. in integr. mino. in fin.* Cassad. *decis.* 7. *de appell. verficul. alia pars.* Anchar. *cons.* 314. *in fin.* Castrens. *cons.* 324. *num.* 3. *lib.* 2. † Imo, quando iudex potest aliquid 19
facere dispensatiue, non sufficit factū iudicis, sed requiritur, quod sciat, & faciat ex certa scientia dispensatiue. Anchar. *d. cons.* 314. *nu.* 4. † Declara, vt per Castrens. *cons.* 324. *Quæritur primo, lib.* 2. *per totum,* 20
vbi, quod ad hoc, vt decretum iudicis suppleat pro authoritate tutoris, vel curatoris, plura requiruntur, quod iudex adhibuerit causæ cognitionem super contractu, an expediat pupillo, vel non, quod fuerint vocati attinentes minoris, & quod ex certa scientia supplere voluerit, alias non supplet, & ideo dicit, quod repudiatio hæreditatis facta per matrem tutricem, quæ non renunciauit secundis nuptiis cum pupillo coram iudice, & cum præsentia consanguineorum, est nulla; quia tutela est nulla, & iudex credens validam non potuit habere animum supplendi. † Imo 21
quod sit necesse, quod etiam exprimat, quod supplere intendit defectum curatoris, alias non sufficit. Angel. Areti. *cons.* 87. *In casu, & themate, numer.* 52. *& 53. vers. nec dicatur.* † Restringe in decreto su- 22
per obligatione, vel compromisso facto à mente capto, quia lex prouidet de curatore legitimo, ideo datiuo non est locus. Anchar. *cons.* 314. *Videtur prima facie per tot.* † Amplia, quia decretum iudicis 23
super contractu inducit præsumptionem causæ cognitionis, etiam si statim sit interpositum. Ioan. de Imol. *consilio* 98. *numer.* 9. *& seq. ver. nec obstare habent.* † Amplia, quia decretum iudicis bene sup- 24
plet defectum proueniens à iure renunciato, vt quia ius sit conditionale, quod sine iudice non potest renunciari, cum iudice secus. Castrens. *cons.* 324. *col.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 2. vbi secus dicit in defectu proueniente ab impotentia contrahentis, nisi concurrant causæ cognitio, certa scientia, & quod voluit ea intentione supplere.
† Amplia, quia decretum iudicis inducit præsumptionem, quod 25
omnia sint solemniter, & rite acta. Mascard. *Conclus.* 488. *Decretum,* extendit etiam, quia tollit dolum & fraudem, & contra illud spo-

lio agi

lio agi non potest, nisi sit ex abrupto, & iuris ordine non seruato, limitat, quando decretum est ante contractum, item, quando in 26 instrumento non apparet. † Limita, quia non tollit exceptionem, quæ arguit peccatum, vt quia excipitur contractum esse vsurarium, & simulatum factum in fraudem vsurarum, quia hæc exceptio semper admittitur, etiam si contractus esset iuratus, obtenta ta- 27 men absolutione. Bald. *d. consil. 447. ver. quarto quæritur, lib. 1.* † Contrarium videtur tenere Bald. *consil. 39. Proponitur, quod, n. 2. & 3. lib. 3.* vbi, quod iuramentum iuncto decreto censetur iudiciale, & conuentionale simul, & propterea perimat actionem, & impediat 28 processum. † Limita, quia decretum iudicis positum super deputatione curatoris minori facta ad litem contra Seium non operatur talem præsumptionem, vt ille sit minor non citato Seio, vt si secus excipiat, non sit probanda minoritas. Bald. *consil. 1. in fin. lib. 4.* 29 † Contrarium tenet Socin. *consil. 258. num. 2. ver. secundo infertur, lib. 2.* vbi quod institutio facta in beneficio per superiorem, facit, quod præsumitur habilitas, & quod sit idoneus in ætate, & clericus, 30 idem dicit Mandos. *in reg. 18. de ætat. qu. 3. nu. 5. & 6.* † Declara, quia si factum iudicis, vel superioris est iustum, & legitime factum, tunc procedat opinio, quod pro eo præsumatur, si vero non est legitime factum, secus est, quia pro eo non præsumitur. Roland. à Valle * *consil. 7. nu. 63. & seq. lib. 3.* qui dicit * communem. Vide duas Conclusiones proximas præced.

Decretum præsumitur interuenisse ex antiquitate temporis, & quando secus. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concl. 487. Decretum*, vbi limitat quatuor modis, primo, quando agitur de magno præiudicio, secundo, quando interuenit scientia superioris, cuius decretum requiritur, quod intellige, si præiudicat principi, item, quando non est lapsum tempus immemorabile, tertio limitat, nisi pars confitetur, quarto, nisi contrarium appareat ex instrumento. Vide *Solemnitas præsumitur, & quanto tempore Conclusio. 322. cum duabus Conclusionibus ibi proximè seqq.*

Decuriones, Antiani, Priores Ciuitatum, qui sint, & eorum priuilegia. Concluſ. 127.

1 DECVRIONES † sunt, qui gubernabant Vniuersitates, & isti habebant administrationem rerum Vniuersitatis, & poterant constituere procuratorem, & loco eorum sunt hodie Consiliarij, non autem Antiani, vel Priores, quia isti non possunt constituere procuratorem, quia non habent administrationem, neque sunt loco Decurionum. Alexand. *consil. 17. in princip. lib. 6. & consil. 186. num. 8. & sequent. lib. 2.* & idem tenet Bart. *in rubr. C. de decurion. lib. 10.* Vide, *Vniuersitas ex facto consulum obligatur, & quando secus. Concl. 260.*
2 † Et erant Decuriones Consiliarij Ciuitatis, seu Reipublicæ, glos. *in rubr. Cod. de Decur. lib. 10.* & propterea priuilegiati erant in multis, & eorum priuilegio non censetur derogatum per clausulas generales, quia censentur concessa ob publicam vtilitatem. Rom. 3 *consil. 483. In casu, num. 15. & 16. ver. secunda ratio.* † Potestatem habebant decuriones deputandi tutores, cum vacat officialis, appellationes admittendi, & alia, sed tamen ista prioribus non competunt, quia limitatã habent habent facultatem à statutis, ideo consilium generale retinet hæc priuilegia. Roma. plene *consil. 501. num. 15. & 16.* vbi apostillæ dant concord. † Priores appellantur in multis locis, & Aretii habent ex priuilegio, ne durante officio eorum conueniant alios, neque conueniri ab aliis possint, quo casu illis non currit tempus appellandi, neque petendi restitutionem in integrum, & Florentiæ tempore Reipublicæ appellabantur Priores, vt per Hier. de Tortis post consilia Antonii de Butr. in consilio suo, per totum. † Extende, & quia etiam est de iure, quod iu- 5 dex ordinarius, & magistratus non possint conueniri, quod amplia, & limita, vt per Ias. *in l. 2. ff. de in ius voc.* Vide, *Iudices & magistratus conueniri non possunt durante officio, & quando secus. Conclusio. 386.*
6 † Defensores ciuitatum exercent ea, quæ sunt meri & mixti Imperii in multis ciuitatibus, & maxime in Lombardia vigore pacis Constantiæ Federicus Imperator hoc concessit illis ciuitatibus, quæ fuerunt in dicta pace, adeo quod habent intentionem fundatam in castris, & villis dd. ciuitatum quando ciuitates sunt in posse ssione, secus si alii infeudati possident, nisi constet, quod de tempore pacis ciuitas posslideret, vel saltem, quod locus sit de territorio. Alexand. *consil 16. In causa, & lite, in princ. lib. 5.* vbi apostil. *in* 7 *ver. ciuitatem*, dat concord. † Potestas Decurionum non se extendit 8 contra statuta totius populi. Curtius Iun. *consil. 240. in princip.* † Extende, quia data nullitate diuturna obseruantia non releuat. Curt. *d. consil. 240. num. 9. & sequent.* † Extende, etiam si princeps confir- 9 masset in forma communi. Curt. vbi supra. † Amplia, quia datur 10 restitutio in integrum aduersus factum læsiuum communitatis. Curt. Iun. *d. consil. 240. num. 16. & sequent. ver. aggredior igitur.* † Amplia, 11 quia licet Decuriones totum populũ repræsentẽt, *l. nominationum, C. de Decur.* tamen non possunt stauere aliquid in reseruatis principi, ideo non restituunt natalibus illegitimum. Castrens. *consil. 467. col. 4. ver. ex his autem, & colum. 7. ver. sexto ad diem, lib. 2.* † Limita, quia 12 Decuriones habent multa priuilegia, de quibus Bart. *in rubr. C. de Decur. lib. 10.* Vide, *Vniuersitas ex facto Consulum obligatur, & quando secus. Concluſ. 260.*

Deductio quid sit, & in quo differat à compensatione. Concluſ. 128.

DEDVCTIO † proprie est extrahere, *l. 1. ff. arbor. furtim cæsar.* vbi 1 glo. *in ver. deducat*, licet importet multas alias significationes, & ibi Doct. hinc dicimus, *deductis expensis, & deducto ære alieno*, cum similibus. † Et propterea dicimus fructus considerari deductis ex- 2 pensis, quia solum fructus ascendunt ad id, qui reuera deductis expensis liquidi remanent, *l. fructus, ff. solut. matr.* vbi glos. restringit ad expensas gratia fructuum. † Idem in fideicommisso, hæredita- 3 te, & omnibus vniuersalibus, quia ascendunt ad tantum, quantum deducto ære alieno ascendere dicuntur. † Deducit debitor peculii 4 cum creditore peculii agente contra eum, omne, quod esset consequuturus de peculio, quia fingitur tantum debere, quantum supereſt penes eum facta deductione eius, quod pro peculio expendit, *leg. quoties, §. non tantum, ff. de pecul.* Vide, *Fructus intelliguntur deductis expensis. Conclusio. 499.* Vide, *Æs alienum debet semper deduci. Concluſ. 333.*

Defensio multiplex, & quando dicatur factum ad defensionem, vel non. Concluſ. 129.

DEFENSIO † est duplex, alia est naturalis, & ista non est licita de 1 per se, veluti si grassator viarum alium itinerantem aggreditur, qui se tuetur contra aggressorem, nam ille aggressor quoque dicitur se tueri ab aggresso, & naturaliter defendere. Bald. *consil. 286. Et primo per Ioannem, prope fin. ver. præterea defensio dicitur, libro 3.*
† Alia est defensio naturalis, & ciuilis, & hæc est licita, quando 2 aliquis facit mere ad suam defensionem, vt quia aggressus ab inimico licite se defendit. Bald. *consil. 286. circa fin. ver. præterea, lib. 3.*
† Tria requirit defensio, vt dicatur impunis, & facta cum mode- 3 ratione inculpatæ tutelæ, vt non fiat cum excessu in quantitate, si aliter tuitio potest fieri, ideo si quis percutiat manu vacua, eodem modo tueri debet. Baldus *consil. 312. Factum, super quo, nu. 2. ver. secundo est præmittendum, lib. 4.* & ideo Lap. *allegat. 52. in princip.* dicit, quod dici consueuit, ensis ense, pede pes, cuspide cuspis repellitur.
† Declara tamen, quia si quis excedat, puniri debet solum de ex- 4 cessu, non autem de totali delicto. Bald. *consil. 107. Qui mortem, circa med. ver. porro si excedatur, lib. 4.* plene Alex. and. *consil 76. Visa inquisitione, lib. 1. per totum*, plene Hier. Tort. *consil. suo post consilia Ant. de Butr. n. 17. ver. sed quid fortius*, vbi extendit, etiam si agatur de pœna spirituali, & dicit * communem. Vide, *Defensio licita aduersus omnes. Con-* * *cluſ. 131.* Vide, *Excedens modum inculpatæ tutelæ tenetur de excessu tantum. Concluſ. 430.*
† Secundo, quod defensio sit coniuncta offensioni ab 5 aduersario illatæ, vel timore vlterioris inferendæ, quia si fiat ex interuallo, dicitur vltio, & non defensio. Bal. *d. consil. 312. n. 2. ver. secundo vt defensio, lib. 4.* Alex. *consil. 119. Viso processu, nu. 11. ver. & quamuis defensio, lib. 7.*
† Imo potest prævenire is, qui videt inimicum cum gladio 6 venientem contra se, vt præueniat, quia non tenetur expectare, quod percutiatur. Bald. *consil. 107. in fin. ver. imo certe, lib. 4.* Hieron. Tort. *consil. suo post consil. Ant. de Butr. num. 15. & 16. in fin.* † Et qualiter 7 dicatur incontinenti, plene idem Hiero. Tort. *d. consil. num. 16.* vbi, quod facta in flagranti sunt incontinenti, & aliquando secundum subiectam materiam, etiam intra biduum, & vltra. † Tertio, quod 8 causa defensionis sit iusta ex materia, quia causa, siue materia est dux mentium, & talis est mens in præsumptione, qualis est causa. Bald. *d. consil. 312. num. 2. ver. tertio, vt causa, lib. 4.* & ideo licet grassator, qui alium aggreditur, si ponatur ipse in necessitate tutelæ, dicatur se defendere, tamen causa deficit, vt tutela dici possit inculpata. Bald. *d. consil. 286. prope fi. ver. præterea defensio dicitur, lib. 3.* † Ag- 9 gressor & insultans alium non excusatur, neque dicitur facere ad suam defensionem licitã, si aggressus & vulneratus eum insequitur, & ipse aggrediens repercutiat, & interficiat, ideo pœna homicidii puniri debet talis aggressor, qui repercussit etiam se defendendo, & interficit. Bal. *consil. 286. Et primo per Ioannem. per totum, lib. 3.*

† Extende,

10 †Extende, quia is, qui aggreditur alium, licet deueniat in necessitatem, vt faciat ad suam defensionem, tamen non dicitur licita, neque impunita defensio. Bald. *consil. 237. Ad euidentiam, nu. 2. ver. modo transeo, lib. 2.* Hiero. Tort. *cons. suo post cons. Anto. de Butr. nu. 13. &*
11 *seq.* †Declara, quia si aggressio fuit sine armis postea aggressus cum armis vulnerat aggredientem, & aggrediens accipiat arma, vel habens arma repercutiat, & interficiat aggressum ad defensionem suam, licet non sit exemptus à pœna, tamen propter variam probationem arbitrarium est iudici. Bald. *cons. 312. per totum*, maxime,
12 *in fin. libr. 4.* †Amplia, quia qui vulnerat, vel interficit causa vlciscendi, & hoc fatetur, non dicitur, facere ad sui defensionem, quando est aggressor. Bald. *cons. 286. post med. ver. præterea Petrus, lib.*
13 3. †Amplia, quia aggressus si insequatur aggredientem fugientem, & vulneret, vel interficiat, non dicitur ad defensionem fecisse. Bald. *cons. 312. num. 6. ver. secundo propter lib. 4.* vbi dicit, quod omnes
** Doctor. ita determinant. †Declara tamen, quia tenetur solum*
14 de excessu, non autem puniri debet pœna ordinaria, sed mitiori, quia inest calor iracundiæ. Hier. Tort. *dict. consil. post consil. Anton.*
15 *de Butr. numer. 17. verficul. sed quid fortius.* †Amplia, quia is, qui ex interuallo, postquam percussus fuerat, & ad actus extraneos digressus reuertitur, & percutit, vel causam rixæ præbet, non dicitur facere ad suam defensionem, nisi faciat incontinenti. Bald. *cons. 312.*
num. 2. ver. secundo, vt defensio, lib. 4. & numer. 5. ver. quinto considerandum.
16 †Restringe, quando percussus in capite soporatus extra se stetisset, & tandem reuersus ad se repercussit illico, quia dicitur facere ad defensionem, & incontinenti, si timebat repercuti, alias non. Bald. *cons. 312. num. 5. ver. quinto considerandum, lib. 4.* vbi secus dicit, si ceptor rixæ se absentasset, quia tunc reuersus ad se nouam in-
17 ciperet rixam, & puniretur, quia cessat timor repercussionis. †Limita, quia aggressus ab alio, si percutiat, vel interficiat aggressorem, dicitur facere ad suam defensionem, multo magis, si primo fuit vulneratus. Bald. *cons. 286. numero 2. ver. in contrarium videtur, lib.*
3. & consil. 91. De ista quæstione, libr. 3. vbi, quod dummodo aggressus faciat incontinenti, dicitur facere ad suam defensionem, & *consil.*
107. Qui mortem aliter, lib. 4. per totum. Alexand. *cons. 76. in fi. versic. & etiam, quia de iure, lib. 1.* vbi plena apostilla in *ver. defensam*, dat concord. Hieron. de Tort. *consilio suo, quod est post consilia Ant. de Butr. numer. 13. & sequen.* Bart. *cons. 2. Visa inquisitione, lib. 2.* vbi *numero 4.* dicit, quod præsumitur incontinenti fecisse, nisi contrarium probetur, & sic tempore licito. vbi apostil. in *ver. in dubio.* † Et eo ipso, quod
18 quis cum gladio venit contra me, statim probata est mea defensio, si eum percussi. Bart. in *l. sed & si quicunque alium, in princip. ff. ad*
l. Aquil. Hieron. de Tort. *dict. consilio numer. 16. in fin.* Vide, *Præuenire*
19 *melius est, quam præuenti. Conclusio.* 648. † Extende, quia nemo est, quem arma & gladius euaginatus non terreant, ideo timor iustus est, si quis cum gladio est aggressus ab aggressore, quia potest interficere aggressorem, ex quo iustus est timor in aggresso. Baldus
20 *cons. 107. lib. 4. circa princip.* Hieron. de Tort. *dict. consil. numer. 13.* † Extende, vt procedat in tantum, quod licitum est aggresso timenti præuenire, & interficere aggressorem, quia nemo debet expecta-
21 re, quod percutiatur Bald. *d. cons. 107. in fin. lib. 4.* †Extende, vt procedat, etiam si extet statutum præcisum, quod interficiens aliquem morte puniatur, quia debet intelligi, dummodo non fece-
22 rit ad defensam. Bald. *d. consil. 107. per totum, lib. 4.* †Limita, quia aggressus dicitur facere ad suam defensionem etiam occidendo, licet posset fugere incolumis, quia quis fugere non tenetur, quia quis iniuriam patitur ex fuga, ideo non tenetur iniuriam pati. Bar.
in *l. 1. C. vnde vi, numer. 8. ver. ex hoc determino*, cuius opinionem com-
* muniorem * dicit Alex *cons. 109. Visis, & vt oportet, colum. 4. numer. 4.*
* *ver. quinimo secundum magis * communem, libro 4.* † Extende, limita-
23 tionem, vt quando fuga esset periculosa, & proximam mortem, vel percussionem haberet, quilibet etiam tartarus, etiam diabolus potest se reuoltare, & percutere quocunque modo etiam impune, tam de iure humano, quam diuino. Baldus *dict. cons. 312. num.*
24 *4. ver. quarto est præmittendum, lib. 4.* †Restringe, vt nõ procedat limitatio, quando fuga esset eligibilis apud graues, & sensatos viros, veluti si aduersarius non est prope, neque à tergo, ita quod sit periculum, quia euitare rumores est de prouidentia naturali. Baldus
consil. 312. Factum super quo, numer. 3. ver. ego dico, libr. 4. vbi dicit hoc procedere, maxime in personis mediocris conditionis, secus in viro strenuo, & milite, seu Barone, quia istis eligibilius est mori,
25 quam vilipendi. † Limita, quia imo dicitur quis facere ad suam defensionem, qui alias iniustam personalem patiebatur, vel passurus erat. Alexander *consilio 76. numer. 2. & per totum, libr. 1.* vbi
26 plura similia adducit. †Limita, quia quando inualuit seditio contra Magistratum & Rempublicam licitum est seditiosos interficere, & factum dicitur ad defensionem ciuitatis, quia propter metũ
periculi, & scandali licitum est iura transgredi. Hiero. Tort. *consil. suo post cons. Ant. de Butr. nu. 14.* † Limita, quia licet ex solis minis non 27
liceat percutere minantem, secus est, quando immineret periculum ex mora, vt quia expectaret minans socios venientes ad offendendum minatum, quia tunc dicitur facere ad suam defensionem. Hiero. Tort. *d. cons. nu. 15.*

Defensio est de iure naturali, & nec potest tolli; & quando. Concluſ. 130.

DEFENSIO † est de iure naturali, ideo non tollitur per quam- 1
cunq; exceptionem, siue vsurariam, siue cuiuscunq; criminis,
clem. pastoralis de re iud. Lap. *alleg. 55. nu. 5. ver. de quarto.* Vide, *Vim vi re-*
pellere quando liceat. Concluſ. 213. † Amplia, quia in causa quantum- 2
cunque summaria simpliciter, & de plano, & sine figura iudicij, legitimæ defensiones sunt saluæ, *clem. pastoralis, in fin. de re iud.* Feder.
cons. 55. in prin. ver. sed certum est. † Amplia, quia etiam in his, quæ fiũt 3
in actu visitationis, debent admitti defensiones legitimæ. Fed. de
Sen. *dict. consil. 55. numer. 2. verb. quid plus, vsque in fin.* Vide, *Visitatores*
quam iurisdictionem habeãt, & quid possint. Concluſ. 216. † Amplia, quia
4 statutum tollens, vel prohibens posse dici de nullitate non comprehendit nullitatem, quæ prouenit ex defensione, puta, quia non fuit citatus, vel quia de iure naturali sibi competit exceptio. Calderin. *consil. 138. quod est 6. de dilatio.* & duplicatur 204. alias 8.
de re iudic. † Declara, quia licet statutum non possit tollere appella- 5
tionem, vel nullitatem euidentem, quia tolleret defensionem, tamen potest distinguere, vel modificare, non tollendo absolute, sed assignando certum terminum ad proponendum, quo elapso bene tollitur. Alexand. *consil. 105. Ponderatis, numer. 8. & 9. lib. 5.* Vide, *Inferior non potest dare legem superiori. Concluſ. 119.* † Amplia, quia 6
defensio facti est de iure naturali, ideo vnicuique licitum est se tueri, quia natura hoc docet pueros & bruta, Bald. *consil. 312. Factum, super quo, in princip. & per totum*, vbi pulchre declarat, *lib. 4.*
† Amplia, quia licitum est pro sui defensione interficere impune 7
aggressorem, quia quando imminet timor mortis, quilibet impune potest liberare se, quocunque modo. Bald. *cons. 107. Qui mortem aliter, per totum, lib. 4.* † Amplia, quia statutum non potest tol- 8
lere necessariam defensionem, ideo quantũcunque loquatur indistincte, & præcise, debet glossari, ne tollat defensionem, ideo statutum puniens homicidam debet intelligi, dummodo non interfecerit ad defensam. Baldus *consil. 107. Qui mortem aliter, per*
totum, lib. 4. † Amplia, quia citatio in his, quæ iudicialiter tra- 9
ctantur, respicit naturalem defensionem, ideo non potest per principem etiam supremum tolli, alias sententia est nulla. Hiero. de Tort. *consil. suo, quod est post consilia Antonij de Butr. num. 21. & sequ.*
ver. nunc satis tempestiuum, vbi infinita allegat, & maxime in causa statuts, & criminali non potest omitti. Vide, *Citatio an possit omitti per*
principem. Concluſ. 270. † Extende, quia inquisitio & indagatio veri- 10
tatis, & causæ cognitio, circumscripta illa, quæ est ordinis iudiciarii, quæ est iuris positiui, est de æquitate inris gentium, & naturalis, & non potest tolli etiam per principem in causa criminali, vel statuts. Hiero. de Tort. *d. cons. nu. 22 & sequent.* † Limita, quia statutum, 11
quod bannitus possit impune occidi, tollit defensionem, & ideo bannitus aggressus, vt interficiatur, si se defendendo occidat aggressorem, punitur pœna homicidii ordinaria. Claud. *in l. vt vim.*
num. 23 ff. de iustit. & iur. † Contrarium, quod sit dura opinio, tenet 12
Clar. *in §. homicidium, nu. 71. ver. in hoc etiam, in fin.* vbi, quod defensio est de iure naturæ, & non potest tolli per legem humanam, ideo pœna extraordinaria puniri posset, non ordinaria. † Limita, quia 13
licet defensio naturalis non possit tolli per legem humanam, vel statutum, quia non valeret, tamen illud intelligitur, quando esset mera defensio naturalis, secus, si esset defensio obliqua, & non propria, ideo valet statutum, quod nullitas actus debeat proponi intra certum terminum, alias non audiatur. Alexand. *consil. 225.*
Ponderatis, num. 6. in fin. cum sequent. ver. si qua ergo, lib. 6. vbi, quod non est tollere exceptionem, vel defensionem, sed mutare modum, & modificare, vbi *num. 9.* dicit magis * communem. † Extende, quia 14
non valet statutum tollens appellationem, quia tollere defensionem, & est communis * opinio, tamen valet de consuetudine, & * 15
ita seruatur in practica. Clar. *in §. fi. quæst. 94. num. 3. ver. cæterum in hoc*
Ducatu. † Extende; quia si non est mera defensio directa tolli po- 15
test, veluti lata est sentẽtia contra me non citatum, non potest fieri lex, quod valeat, & tollat mihi defensionem excipiendo, sed si vellem ego agere, vt declaretur nulla bene potest statutũ tollere actionem, vel limitare, ne quis, prout bannitus; vel contumax audiatur agẽdo, prout dicimus in excommunicato. Alex. *cons. 225.*
n. 10. & seq. lib. 6. vbi quod agere & accusare non est mera defensio.

† Exten-

16 † Extende, quia bannitus prohibitus agere, vel excommunicatus non prohibetur excipere ad defensionem, sed si excipiat opponendo compensationem, quia dicitur facere reconuentionem, & sic agere, non audiretur. Alex. *d. consil. 225. num. 11. lib. 6.*

Defensio licita aduersus omnes, & quando secus. Concluſ. 131.

1 DEFENSIO † est licita aduersus quemcunque, tam pro persona propria, quam pro consanguineo, imo etiam pro extraneo, & rebus propriis, ideo etiam homicidium pro defensione commissum est impunitum. Clar. *in §. homicidium, n. 24. & seq. ver.*
2 *excusatur.* † Extende etiam aduersus officialem volentem offendere quia pro defensione potest officialis percuti, & interfici. Riminal. *consil. 44.* quem citat. & sequitur Clar. *in 5. homicidium, n. 30. v.*
3 *præterea.* † Extende, quia nedum aduersus Clericum impunita est defensio, sed etiam aduersus principem, & etiam aduersus Papam licita est defensio, & potest interfici pro defensione necessaria, quod tamen intelligit verum Clar. quando Papa, vel Imperator contra omne ius vellent offendere priuatum, & ipse priuatus aliter effugere non posset, Clar. *d. §. homicidium, nu. 3. ver. quinimo.* † Extende aduersus Archiepiscopum. Hier. Tort. *cons. suo post cons. Ant. de Butr. nu. 15. & seq.* vbi late, imo & aduersus Cardinalem. Ang. *consil.*
5 *376. in princ.* † Amplia, quia etiam potest interfici is, qui me non offendit, neque vult offendere, quando est mihi impedimento, vt non possim aliter euadere aggressorem. Clar. *in §. homicidium, nu. 31.*
* 6 *ver. adde quod non solum,* vbi dicit * communem. † Extende, vt imo defendens se possit impune quemcunque vulnerare, & occidere, etiam si quocunque modo se defendat. Clar. *d. §. homicidium, nu. 31.*
7 *in fi. ver. quin imo.* † Amplia quia insultatus potest alium interficere se defendendo impune, etiam si potuisset aufugere, nulla habita distinctione, an sit ei dedecus, vel non, aufugere, quia nullus tenetur fugere. Clar. *d. §. homicidium, n. 32. ver. atq; adeo,* vbi dicit * com-
8 munem. † Amplia, quia imo, qui occidit aggressorem fugientem, non punitur de homicidio doloso, sed de culposo. Hieron. Tort.
* *d. cons. suo in fine post consil. Ant. de Butr. num. 17.* vbi dicit * communem.
9 † Amplia, quia imo aggrediens alium sine armis animo percutiendi eum cum alapa, si aggressus non potest aliter euadere alapam cum dedecore, nisi interficiat aggressorem, licitum est homicidium tanquam factum ad defensionem, si vero poterat aggressus euitare alapam sine homicidio, & tunc tenetur de homicidio, si dubitatur. an potuerit, vel non, tunc attenditur, an aggressus esset robustior, & præsumitur, quod potuerit euadere, aut debilior, & secus. Alexand. plene *consil. 14. Ponderatis, num. 10. ver. Benefa-*
10 *cit, lib. 3.* † Amplia, quia non tenetur aggressus cum armis aufugere, maxime si aggressus fuit percussus, vel quando erat ad præsentiam, quia quantumcunque aufugisset, tantumdem aggressor insequutus fuisset, quia non est ratio, cur magis fugiens potuisset euadere, quia homines æqualis conditionis præsumuntur æqualiter incedere, & saltem cum esset dubium, non tenetur se discrimini certo credere. Bar. pulchre *cons. 16. Vannuccius, nu. 4. & seq. ver. ex prædictis apparet responsum, lib. 2.* & ibi apostil. *in ver. quod gladio.*
11 † Declara quia vbicunque quis de nocte ingreditur domum alienam, potest interfici, quando suspicari potest, quod animo interficiendi, vel offendendi dominum, vel famulum, aut aliquem de familia, secus si ingressus esset animo derobandi res, quia nisi resistat cum telo, ne capiatur, non potest interfici. Alexand. *consilio*
12 *140. Videtur in casu, numero 7. versiculo Superest videre libro 2.* † Amplia, quia defensio adeo est de iure naturali, vt natura animantibus dederit rostra auibus, quibusdam ora rigida, aliis dentes, aliis cornua, aliis tibias, & crura ad fugam ordinata; item de iure Ciuili, & Diuino. Florian. de S. Petro *quæstion. 2. Varia, & diuer-*
13 *sa. in princip.* † Extende, quia detentus in carcere si fugiat sine fractura, prout quando indutus vestibus muliebribus, vel alia caliditate licite fugam fecit, si mortis timor imminebat. Florian. *quæstion. 2. vsque ad num. 3.* vbi probat de iure diuino, naturali, cano-
14 nico, & ciuili. † Contrarium concludit, quod si iuste detinebatur, non licuerit aufugere vllo iure, & hanc tenet per plura fundamen-
15 ta, *num. 3. & seq. vsque ad num. 10.* † Limita, quia quod dicitur defensionem esse licitam, & ex ea excusari ab homicidio, & delicto, intelligitur, dummodo sit cũ moderamine inculpatæ tutelæ, quod quidem moderamen circa tria consistit, videlicet circa modum,
* tempus, & causam, ita * omnes Doctor. vt dicit Clar. *d. §. homicidium, n. 34. ver. Scias tamen.* Bologn. *cons. 36. col. 6. ver. Verum si dicatur.* Vide,
16 *Vim vi repellere licet, & quomodo, & quando secus. Concl. 213.* † Declara, quia non consideratur, quod insequẽs habeat pugionem, vel gladium curtum fugiens armam hastatam, quãdo insequens erat robustior, quia potuit impune vulnerare insequentem, & interficere Angel. Areti. *d. cons. 85. Quoniam nu. 32. & seq. ver. Nunc viso, vsque in fin.*
† Alias si aggressus excedat modum, veluti si quis me aggreditur 17
cum baculo, non est licitum percutere cum gladio, si aliter poteram me defendere, ita communiter * tenet Doctor. Gramm. *consil.* *
63. n. 2. & 3. sic etiam circa tempus, si post sedatam rixam vulneratus ex interuallo insultum facit in vulnerantem, dicitur excedere modum circa tempus, secundum * communem. vt per Cæpol. *cons.* *
43. circa prin. Clar. *d. §. homicidium, n. 34. ver. scias tamen.* † Intellige, nisi 18
aggrediens sit robustior, & aggressus debilior, quia tunc potest aggressus pugnis licite gladio percutere. Alex. *cons. 119. Viso processu, nu. 5. & seq. lib. 7.* † Bene verum est, quod excedens moderamen incul- 19
patæ tutelæ non debet puniri pœna ordinaria, sed extraordinaria pro excessu tantum, & sic mitiori pœna arbitrio iudicis, & hoc nõ solum, si excessit modum culpa, sed etiam si ex dolo, communem
* dicit Socin. Iun. *cons. 36. nu. 10. lib. 2.* plenissime de communi circa *
omnia * Clar. *d. §. homicidium, num. 34. ver. scias tamen.* Alex. *consil. 76. in* *
princip. lib. 1. vbi apostil. Vide, *Defensio multiplex. Concluſ. 129.* † Et est 20
regulare, & semper verum, quod aggressus, seu insultatus, si occidat aggressorem, nunquam punitur pœna ordinaria homicidii, & sic non tenetur de occiso, sed debet mitius puniri. Clar. *in §. homicidium, n. 34. in fi. ver. sed in omnem casum,* vbi dicit esse receptissimam
* omnium opinionem. † Imo neque punitur in aliquo de excessu, 21
quando constat, quod fuit aggressus, & fugiebat, & aggrediẽs insequebatur aggressum cum gladio, quia potest interficere insequentem, nec tenetur isto casu de aliquo excessu. Angel. Areti. *d. cons. 85. Quoniam, nu. 61. & seq. vsque in fin. ver. quantum ad vltimum.* Vide, *Defensio multiplex & quando dicatur factum ad defensionem. Concluſ. 129. nu. 3. & seq.*

Defensionis causa multa admittuntur. Concluſ. 132.

1 DEFENSIONIS † causa multa admittuntur de iure contra volentes in alieno aliquid facere. Oldrad. *consil. 82. per totum,* vbi, quod parochus potest tollere cruces fratribus volentibus incedere processionaliter in parochia sine illius licentia. Vide, *Vim vi repellere licet, & quomodo. Conclusio. 213.* † Amplia, quia defensio- 2
nis causa licitum est fabricare ad æmulationem, quia non dicitur facere perperam, qui facit ad defensionem. Baldus *consilio 188. Dicitur, quod opus, numero 5. versiculo præterea, libro 2.* † Amplia, quia 3
defensionis causa effusio sanguinis est permissa. Bald. *consil. 188. numer. 5. ver. nam effusio sanguinis, libro 2.* † Extende, quia licitum 4
est hostem veneno interficere secundum ius fori, extra causam defensionis, secus de iure poli. Baldus *consilio 188. in fin. libro 2.*
† Amplia, quia defensionis causa licitæ sunt ligæ & confœderatio- 5
nes, quæ alias essent prohibitæ. Angel. *cons. 376. Nobiles viri, in princ.*
† Extẽde, quia defensionis causa licitum est offendere etiam Car- 6
dinalem. Angel. *cons. 376. in princ.* † Amplia, quia defensionis causa 7
licitum est Principi auferre Castrum in confinio, & ædificare fortalitium in eo, etiam si sint sui feudatarii, à quibus auferre non potest regulariter. Vide, *Feudum non potest renocari, neque alterari, & quando secus. Concluſio. 110. num. 80. & seq.* Vide, *Necessitas non habet legem,* vbi plurima exempla. *Concluſ. 19.* † Extende, quia imo potest etiam 8
incastellare Ecclesiam, & fortalitium in ea facere defensionis causa, Innoc. *in c. cum Ecclesia, extra, de immunit. Eccles.* Roman. *consil. 52. num. 2. ver. tertio ad hoc,* vbi apostil. *in ver. Innoc.* dat concord. † Am- 9
plia, quia licet in multis sit prohibita actio, puta, vt quis sit solicitus de hæreditate viuentis, vel quando spes est remota, tamen licita est defensio. Castr. *cons. 383. Dubitatio, num. 2. lib. 1.* † Amplia, quia 10
frater licet non sit idoneus testis pro fratre, secus, si ad defensam in causa inquisitionis inducitur, quia probat. Alex. *consil. 119. Viso processu, num. 6. ver. nec obstat, lib. 7.* vbi apostilla *in ver. defensionem,* dat concord. † Amplia, quia defensio est permissa nedum personę, sed 11
etiam bonorum, ideo licitum est interficere furem, siue nocturnum, siue etiam diurnum, quando facit resistentiam, & non vult bona, quæ abstulit, restituere. Alex. *cons. 138. Visa copia, n. 11. ver. & deponit, lib. 6. & cons. 119. Viso processu, nu. 5. ver. nam si hoc licet, lib. 7.* † Ex- 12
tende, vt procedat, etiam si non sit latro, quia potest interfici, si resistat, & non velit res suas domino restituere. Alexand. *d. cons. 138. n. 11. lib. 6.* † Declara extensionem, vt procedat, quando pro defen- 13
sione rerum adesset probabile periculum vitæ, non alias, ita apostil. ad Alexand. *d. cons. 138. num. 11. lib. 6. in ver. rerum,* vbi citat plures.
† Amplia, quia frater potest impune percutere alium pro defen- 14
sione fratris. Alex. *cons. 119. Viso processu, n. 10. ver. num. quis impune, lib. 7.* † Amplia, quia defensionis causa licitum est præuenire, vt ca- 15
piatur etiam Cardinalis per ciuitatem non hostiliter, sed ne Papa caperet mercatores ciuitatis, quæ Cardinalem detinuit, quia sic-

ut patet

ut pater potest vendicare filium; sic ciuitas potest vendicare ciuem. Hier. de Tortis *cons. suo post cons. Ant. de Butr. n. 18. in fi.* Vide, *Præuentre melius est, quàm præueniri. Concl. 648.* Vide, *Defensio multiplex*, sup. 16 *Concl. 129. nu. 17. & seq.* † Extende, quia licitum est offendere innocentem, quando imminet offensio propria, nisi innocens offenda- 17 tur. Hier. de Tort. *d. cons. n. 19.* † Limita seu declara, quia is, qui irritauit alium, licet deueniat in necessitate ob rixam ab eo causatã, si interficiat, non dicitur facere ad necessariam defensionem. Bald. 18 *cons. 237. Ad euidentiam, n. 2. ver. modo transeo, lib. 2.* † Imo puniretur pœna homicidij, quia non facit ad necessariam defensionem licitam, ideo si interficiat etiam se defendendo ab aggresso, punitur pœna mortis. Bald. *cons. 286. Et primo per Ioannem, per totum, lib. 3.* Vide, *Testes ad defensam habent specialia. Concl. 256.*

Defensio admittit auxilium alienum etiam infidelium. Conclus. 133.

1 DEFENSIO † est permissa etiam cum auxilio infidelium, etiam interficiendo, quando aliter quis non potest se tueri. Oldra. *cons. 71.* vbi multa ad hoc. Vide in *ver. Infideles possunt vocari in auxilium ad defensam, & quando secus. Concl. 123.* post Cacher. in *disput. sua* 2 *post decis. impressa.* † Adde, quia defensio nedum est permissa per se, sed etiam offensio illi annexa, quæ fit ad defensam. Bald. *cons. 343. Examinanda sunt, in princ. ver. dimittamus ista, lib. 1.*

Defensio qualiter probetur, vel præsumatur. Concl. 134.

1 DEFENSIO † probatur per testes dicentes se vidisse talẽ vulnerasse ad suam defensionem. Bald. *consil. 312. Factum, super quo, circa fin. vers. sexto propter testium, lib. 4.* vbi, quod Bart. ita consuluit, & reuera Bart. *cons. 110. Quidam Massiolus, lib. 1.* vbi apostil. in *vers. sicri vidit*, dat concord. & iterum Bart. tuetur idem *consil. 16. Vannuccius, lib. 2.* & quod non sit necesse, quod exprimant causam defensio- * nis in specie. Deci. in *l. vt vim, ff. de iustit. & iur.* Clar. *§. homicidium, nu. 33. vers. sed quomodo*, vbi dicit * communem. Florian. de sancto Petro *cons. 23. num. 10.* Deci. *cons. 54. num. 5. & cons. 272. num. 3.* Alexand. *cons. 109. Visis, nu. 5. in fi. & nu. 6. ver. non obstat, quod non est probatum, lib.* 21. † Contrarium, quod imo sit necessaria probatio necessariæ de- * fensionis in specie, idem Clar. *d. §. homicidium, n. 33.* vbi dicit * communem, licet primam teneat, aliquos citat Alexand. *cons. 109. Visis,* 3 *in princ. vers. tum quia, lib. 1.* † Declara, quia verior est prima opinio, quia licet testes deponentes in genere non probent, secus est ad effectum defensionis, & innocentiæ, & plures citat Mascard. *Conclus. 490. Defensio, num. 6. vers. tertio amplia, & num. 15. & 16.* vbi ita de- 4 clarat, & dicit communem. † Et probatur, etiam si testes non dicant, quod aliter euadere non poterat, sed sufficit, quod dicant, quod aliter iniuriam personalem effugere non poterat. Bart. in *l.* 5 *1. C. vnde vi, num. 8. vers. non enim habent.* † Amplia, quia testes probãt defensionem, & aliquem fuisse in periculo vitæ eo ipso, quod probant aduersarium contra eum venisse cum armis, gloss. in *l. 1. in* * *vers. moderatione, C. vnde vi*, quam communiter approbatam * dicit Bertran. *cons. 128. num. 3.* Rimi. *cons. 13. num. 30. & cons. 23. post nu. 12. ver.* * *vnde succedit*, & communem * etiam dicit Clar. qui plures citat, §. *homicidium, num. 33.* vbi, quod non tenetur expectare, quod percu- * tiatur, & dicit etiam communem. * † Extende, vt idem sit, quan- 6 do quis interfecit minantem facto, secus, si minatur verbis, quia 7 est iusta causa timoris. Clar. *d. §. homicidium, nu. 33. in fin.* † Amplia, quia testes deponentes de crudelitate probant, quod quis fecerit ad sui defensionem, dummodo exprimat causas tendẽtes ad hoc. Alex. *consil. 76. Visa inquisitione, in fin. lib. 1.* vbi apostil. in *ver. credulitatis.* allegat eundem Alexan. *cons. 109. num. 6. ver. non obstat, quod testes, lib. 1.* & expresse hoc dicit Bart. in *cons. 16. Vannuccius Petri, in fin. lib. 2.* vbi apostil. in *ver. se credere*, dat plurimos concord. Mascard. *Concl.* * *490. n. 4. & 5.* vbi dicit * communem, & plenius *Concl. 491. n. 10. &* 8 *sequ.* Vide, *Testes de credulitate non probant, & quando secus. Conclus. 65. & seq.* † Extende, quia apostil. ad Bart. *d. cons. 16. in vers. se credere, in fin. lib. 2.* dicit quod ex illo consilio Bart. elicitur regula, quod ad probandam defensionem admittitur probatio dubia, & à suspectis 9 personis. † Et quod testis deponens, quod credit Titium vulnerasse, & interfecisse ad sui defensionem, probet defensionem, si addat causam, quia vidit, & quia præsens fuit. Alexand. plene *cons.* 10 *109. Visis, nu. 6. & seq. ver. non obstat, quod isti testes, lib. 1.* † Et semper, quod verba testis deponentis de credulitate causantur à sensu inferente credi debere, probant, vt dicit Alex. *cons. 119. nu. 9. vers. præterea illi, qui, lib. 7.* vbi apostilla in *ver. credi*, dat concord. Mascard. *d.* 11 *Concl. 491. n. 10. & sequ.* † Amplia, quia probari potest defensio, etiam si reus primo negauerit simpliciter fecisse homicidium, nam si conuincitur, potest probare, quod ad sui defensionem fecit, & hæc est * communis opinio. Boer. *decis. 164. n. 12.* plene Clar. *d. §. ho-* * *micidium, n. 33. ver. sed hic occurrit.* † Amplia, quia is, qui alium aggre- 12 ditur cum armis, præsumitur animo interficiendi facere. Alex. *cons.* 109. *Visis, & vt oportet, col. 3. in fin. n. 2. lib. 1.* quem ad hoc citat apostilla prima ad Bart. *cons. 16. Vannuccius, in ver. Vannuccius, lib. 2.* vbi etiã Bar. in *d. cons. in prin.* hoc tenet. † Extende, quia is, qui cum gladio alium 13 aggreditur, vel percutit, præsumitur animo interficiendi facere, Bart. *d. cons. 16. in princ. lib. 1.* Alex. *d. cons. 109. col. penul. n. 7. in fi. ver. præterea hoc in terminis, lib. 1.* † Et ideo eo ipso, quod quis aggressus cum 14 armis ab alio interficit aggressorem, dicitur fecisse ad sui defensionem, si incontinenti interficit, & ideo non tenetur de homicidio. Alex. *d. cons. 109. Visis, col. 3. post med. ver. non possum ergo non admirari, lib.* 1. vbi apostilla in *ver. defensio*, citat eundem Alex. *cons. 76. n. 4. lib. 1. & cons. 119 lib. 7.* & idem Alex. *cons. 14. Ponderatis, nu. 9. & 10. lib 3.* Vide, *Aggressor in dubio præsumitur in dolo, & culpa. Concl. 246.* Vide Mascard. *Concl. 71.* vbi, quod aggressor præsumitur animo occidendi, quãdo data opera, nisi probet contrarium, & an stetur iuramẽto. † Am- 15 plia, quia solis indicijs probatur defensio secundum arbitrium iudicis, apostil. ad Bart. *d. cons. 2. lib. 2. in ver. indicijs*, vbi dicit notatu dignum, & dat cõcord. † Amplia, quia sufficit probatio facta, quod 16 interficiens aggressus fecit ad suam defensionem, licet non dicat necessariam defensionẽ. Alex. *cons. 109. Visis, col. 5. n. 5. in fi. & n. 6. ver. non obstat, quod non est probatũ. li. 1.* Clar. in *§. homicidium, n. 33.* vbi, quod est communis * opinio, plene Ang. Areti. *cons. 85. Quoniam, in princ.* * † Extende, quia non est necesse, quod probetur, quod alias inter- 17 ficiens non poterat euitare mortem, quia sufficit, quod non poterat euitare iniuriam. Alex. *d. cons. 109. n. 3. ver. ex quo infero*, lib. 1. Ang. Aretin. *d. cons. 85. n. 41. & seq. ver. nunc restat respondere.* † Extende, quia 18 etiam si potuisset aggressus aufugere, non tenebatur, quia periculum est in casura, & nemo debet se exponere periculo. Alex. *d. cons.* 109. *n. 4. ver. quinimo, li. 1.* vbi dicit magis * communẽ, & ibi apostil. * in *ver. fugere*, dat concor. Ang. Are. *d. cons. 85. n. 42. & seq. ver. nũc restat.* † Contra extensionem tenent Cyn. & aliqui, quod si est persona, 19 cui esset ignominiosum fugere, non tenetur fugere, alias secus. Alex, *d. cons. 109. n. 4. ver. licet, Cyn. lib. 1.* † Declara, quia si aggressus est 20 in loco angusto, in quo non poterat aufugere, non tenetur fugere, sed potest percutere, & interficere, quia facit ad sui defensionem. Alex. *cons. 119. Viso processu, n. 15. ver. non obstat etiam, lib 7.* † Item 21 declara, quia non tenetur fugere, etiam si posset, sed potest se defendere aggressus impune, maxime, quando est nobilis persona, & bonæ conditionis, secundum magis * communem opinionem. * Alex. *d. cons 119. n. 15. lib. 7.* maxime, quia fugiendo posset cadere, & esset in discrimine. Corne. *cons. 107. nu. 5. lib. 1.* † Item, declara, quia 22 si aggressus, qui vulnerauit, & interfecit aggressorem, erat debilior, non tenebatur fugere, etiam si posset, imo si interfecit, nõ puitur de homicidio, sed pœna extraordinaria, non in personam; quia tunc præsumitur, quod aliter non posset euadere. Alex. *consil.* 119. *in fi. n. 6. ver. item quando vnus. lib. 7.* vbi apostil. in *ver. præsumi.* dat concor. † Declara, quia extensio est magis * communis, tamen et- 23 * iam secundum contrarium distinguitur, quia si periculum est in fuga, vt quia inimicus est ad spatulas, non tenetur fugere, secus, si à longe sine periculo. ita Alex. *d. cons. 109. n. 4. ver. vel secundum Bald. lib.* 1. & plenius *cons. 119. Viso processu, n. 15. lib. 7.* vbi dicit magis communem. * † Declara, quia si agitur de homicidio in personam aggres- * soris facto per aggressum, dicitur ad sui defensionem fecisse, etiã 24 si non esset in discrimine, neq; ad necessitatem fecerit, si vero agitur de homicidio contra tertium, puta, non aggredientem, tunc requiritur, quod fecerit ad necessariam defensionem, vt quia esset in discrimine, ita pulchre Ang. Aret *d. cons. 85. n. 43. & seq. ver. vel secundo.* † Amplia, quia defensio probatur ex præsumptionibus, & 25 coniecturis arbitrio iudicis, item per testes etiam consanguineos, domesticos, & qui non admitterentur, extendit, etiam si agatur de probanda innocentia, etiam si tales testes deponant per verbum, *credo*, vel per publicam famam, extendit *num. 14. & seq.* etiam si non reddant rationem, nisi quia viderunt, & *n. 17. & seq.* quod vnus testis in causa principali, & alter in causa appellationis sunt sufficiẽtes; imo quod vnus solus probat ad effectum, ne sit locus pœnæ ordinariæ, sed tamen limitat prædicta, seu declarat, vt procedant in simplici defensione, vel innocentia; secus, si fiscus probasset a- 26 liquid in contrarium. † Amplia, quia licet confessio extraiudicialis absente parte facta non probet; tamen probat innocentiam, & maxime adminiculata. Alex. *cons. 24. Animaduertis, n. 40. vers. non obstat etiam, lib. 2.* vbi apostil. in *ver. §. fi.* quę dat concord. † Præsumitur 27 defensio ex eo, quod is, qui interfecit, probatur primo aggressus. Bald. *cons. 312. n. 6. ver. quinto, lib. 4.* Alex. *cons. 76. in fi. n. 4.* vbi apostil. in *ver. defensam, lib. 1.* dat plurimos concordantes. Bart. *cons. 16. Vannuccius in prin.* & ibi apostil. prima in *ver. Vannuccius*, citat plurimos,

*lib.*2. Alexand. *consil.*109. *Visis, col.*3. *ver. dico igitur, lib.*1. Angel. Aretin. plene *consil.*85. *Quantum, num.*9. *& sequent. versic. sed dictus Talianus*, Alexand. *consil.*14. *num.*10. *lib.*3. Vide, *Insultus quid sit, & quis dicatur facere insultum Concluſ.*263. † Extende, quia fuga arguit fugientem, ſi percutiat, feciſſe ad ſui defenſionem. Bald. *d. conſil.*312. *num.*6. *verſic.* 29 *5. lib.*4. Angel. Aretin. *d. conſil.* 85. *num.*10. *& ſequent.* † Et maxime procedit, quando aggrediens eſt cum armatis pluribus, & quando inſequitur aggreſſum fugientem, quia ſi fugiens ſe reuoluat, & interficiat, dicitur feciſſe ad defenſionem, & non eſt in dolo, plene Angel. Aretin. *d. conſil.*85. *in princip.* vbi *num.*29. *& ſequent.* dicit, quod inſultus dicitur duplex, & reiteratus, quando proſequitur fugien-
30 tem, ergo magis probat defenſionem. † Extende, quia eo ipſo, quod probatur, quod offenſus, vel interfectus fuit primus, qui venit armatus contra interficientem, dicitur probata defenſio, quæ præſumitur. Clar. *d.* §. *homicidium, num.*33. *verſic. hinc infertur*, vbi di-
* cit communem; * quia non debet expectare, quod prius ab alio percutiatur. Bart. *d. conſil.*16. *lib.*2. *num.*2. vbi allegat text. in *l. ſi quis percuſſorem, C. ad l. Corn. de Sicar.* ibi, *ſi quis percuſſorem ad ſe venientem gla-*
31 *dio repulerit non tenetur de homicidio, quia fuit defenſor propriæ ſalutis.* † Extende, quia imo ſi quis mortem minetur alteri, ille alter minatus poteſt illum percutere, & dicitur feciſſe ad ſui defenſionem. Clar.
* *d.* §. *homicidium, num.*33. *verſic ſed ſi ille*, vbi dicit * communem, vbi etiam refert Afflict. dicentem in contingentia facti fuiſſe abſolutum quendam, qui minatus ab alio ipſum minantem interfecit. Alexand. *d. conſil.*14. *Ponderatis, num.*9. & 10. *verſ. præterea apparet, lib.*3.
32 † Declara, quia ſi minæ ſunt facti, procedit extenſio, ſecus, ſi verbis ſolis, quia non debet expectare percuſſionem. Alexan. de Næ-
* tio *inter conſilia crimin. conſil.*77. *num.*4. vbi de * communi, prout
33 eum ſequitur Clar. *d.* §. *homicidium, num.*33. *circa fin.* † Imo etiam ſi ſunt verbales minæ, quando imminet aduentus ſociorum minan-
34 tis. † Extende, vt idem ſit in eo, qui præparabat ſe armis ad alium offendendum, quia ſi interficiatur, præſumitur ad ſui defenſionem feciſſe, Clar. *d.* §. *homicidium, num.*33. *in fin.* vbi, quod ita fuit iu-
35 dicatum. † Extende, quia ſi mortuus erat armatus cum filijs, vel ſocijs, præſumitur prius ipſe inſultaſſe viuentem, & ſi viuens eſt vulneratus, præſumitur prius mortuus vulneraſſe viuentem, & ſic eum feciſſe ad defenſionem. Alexand. *conſil.*14. *num.*9. *verſic. præter-*
36 *ea cum ſequent. lib.*3. † Extende in prouocato, & inuitato, quia præſumitur cauſa defenſionis interfeciſſe. Clar. in § *fin. quæſt.*60. *num.*
18. *verſic. nunc quæro*, vbi, quod non excuſatur in totum, licet præ-
37 ſumatur ad defenſionem, ideo mitius punitur. Vide, *Homicidium ex quibus excuſatur à pœna mortis. Concluſ.*143. † Et quod is, qui fuit inſultatus, offendat inſultantem, præſumatur ad ſui defenſionem feciſſe. Hiero. Tort. in ſuo *conſil. pro Communi Florentiæ poſt conſil. Ant. de Butr. num.*13. *& ſequent.* vbi plura, vbi, quod inſultans alium cum armis præſumitur prius percuſſiſſe, & inſultatus, qui repercuſſit, præſumitur incontinenti repercuſſiſſe ad ſui defenſionem, & eſt Bart.
38 Andr. de monte Vrbano, & Franc. Tigr. † Extende, quia imo ex ſolis minis licitum eſt præuenire, & percutere minantem, nec debet expectare, quod minanti ſuperueniat auxilium, à quo nõ poſſet ſe tueri. Hiero. Tort. *d. conſil. num.*15. *& 16. verſic. ſed quid fortius.*
39 † Et ſemper quod is, qui occidit aggreſſorem robuſtiorem, dicitur feciſſe ad neceſſariam defenſionem; quia aliter euadere non poterat, & non tenetur aufugere. Alexand. *conſil.*119. *Viſo proceſſu in-*
40 *quiſitionis, num.*16. *lib.*7. † Et eo ipſo, quod quis eſt aggreſſus ab alio cum armis, dicitur conſtitutus in vitæ periculo, ita quod ſi interficiat eum, dicitur feciſſe ad ſuam neceſſariam defenſionem. Bart. *d. conſil.*16. *num.*2. *& ſequent. lib.*2. vbi maxime hoc verum dicit,
41 quando incontinenti fecit. † Vide plene per Maſcard. *Concl.*490. *Defenſio*, vbi firmat hanc regulam, quod eo ipſo, quod apparet aliquem vim paſſum, quicquid fecerit, inde vim paſſus præſumitur ad defenſam, ampliat inſultato cum armis, item in veniente contra eum ſtricto enſe; item, ſi ſine armis volebat manu vacua percutere, item, ſi vis illata eſſet in bonis, item, ſi pro patre inſultato filio, & coniunctis, item, ſi contra eum, qui lædit honorem, officiũ, vel dignitatem, & non ſolum contra inſultantem, ſed contra auxilium præſtantes, limitat, quando vulneravit fugientem; item, quando inquiſitus confitetur homicidium, licet dicat feciſſe ad
42 defenſionem. Vide, *Teſtes ad defenſam habent ſpecialia, & quando præ-ferantur teſtibus ad offenſam. Concl.*256.

Defenſionis verbum quid importet. Concluſ. 135.

1 VERBVM † *defenſio*, eſt generale aptum comprehendere quãcunq; tuitionem, & conſeruationem iurium, ſiue petendo, agendo in iudicio, accuſando, excipiendo, aut extra iudicium retinendo. Alex. *conſ.*163. *Alias conſultus, n.*3. *ver. quia ad hoc reſpondeo, lib.*5.
2 † Extende, quia vnaquæq; excuſatio, ſiue in iudicio, ſiue extra, dicitur defenſio. Alex, *d. conſ.*163. *n.*3. *lib.*5. † Extende, quia applicatur 3
defenſio generaliter, ſiue ſit iuris, ſiue facti. Alex. *d. conſ.*163. *n.*3. *lib.*
5. † Amplia, quia ſiue negotium ſit generale, ſiue particulare, id 4
quod tenentur tutores, vel curatores, ſiue generales, ſiue particulares, inueſtigare, proponere pro vtilitate pupillorum, vel ſuorum principalium, dicitur defenſionis cauſa fieri, Alex. *d. conſ.*163. *nu.*3.
*ver. modo in propoſito, lib.*5.

Defenſor litis alienæ nemo idoneus eſt ſine ſatisdatione, & quando ſecus. Concluſ.

VIDE Socin. *reg.*8. *Defenſor alienæ litis*, vbi limitat tribus modis. Vide plenius, *Procurator quando teneatur cauere. Concl.*825.

Defendere obligatus ad quid teneatur. Concluſ. 136.

PROMISSIO † defenſionis generalis, & de euictione operatur, vt ſequuta moleſtia promittens teneatur ad duo, videlicet ad euictionem, & ad defenſionem, hoc eſt, iudicium in ſe ſuſcipere, & reum defendere, *l. ſi plus*, §. *mota, ff. de euictio. d. qui rem, & l. ſiue libertate, & l. ſi poſt perfectam*, & vbique gloſſ. *C. de euict.* Caſtrenſ. *conſil.*207. *num.*4. *lib.*1. † Extende, quia tenetur ad damna & intereſſe, 2
videlicet, ad expenſas litis, *l. minoribus 25. annis ſubuenitur, ff. de minor.* gloſſ. in §. *neq; tamen hereditas. Inſtit. de author. tuto. in verſ. neque vllum.* Deci. in *c. cum M. num.*3. *ver. præterea, de conſtit. & in c. in nomine Domini, de teſtib. num.*15. *& in c. vt debitus, num.*3. *de appellat.* Vide, *Euictione obligatus ad quæ teneatur facta ſibi denunciatione. Concl.* 355. † Extende, 3
quia obligatus de euictione, ea ſequuta tenetur ſoluere, & vſq; ad finem iudicij perſiſtere, nec ſufficit oblatio, quod eſt paratus defendere. Roman. *conſil.*169. *Magiſter Paulus, nu.*4. *ver. neq; enim.* † Vide 4
Bart in *l. de pupillo*, § *fin. ff. de nou. oper. nunciat. n.*3. vbi, quod tribus modis capitur defenſio, largiſſime, large, & ſtricte, & in *l. ſtipulatio iſta, in princ. ff. de ver. obligat.* in quæſtione illius, qui promiſit defendere de iure, & de facto, primo, ſi res euincatur de iure, & de facto, ſecundo, vt de facto in iudicio aſſiſtat; tertio de iure, & de facto, videlicet, armata manu, ſed vltimus modus non conuenit in materia contractuum, dicit Abb. *conſ.*49. *In quæſtione, col.*1. *in ſi. verſic. ſed hic non obſtantibus, lib.*2. † Amplia, quia obligatus defendere aliquem 5
ab omni moleſtia per quemcunq; inferenda, multo magis tenetur defendere ab ea, quæ infertur ab ipſo obligato. Bald. *conſ.*145. *Præſuppoſito, in princ. lib.*2. † Amplia, quia venditor, qui promiſit defen- 6
dere, obligatur etiam ad tradendum ex natura contractus. Vide, *Venditor obligatur emptori ad multa. Concluſ.*54. † Limita, quia non te- 7
netur ſe offerre liti, licet ſciat illam motam, niſi ſibi denuncietur, prout in venditore obligato defendere emptorem, quia niſi fiat ſibi denunciatio, non obligatur, etiam ſi ſciat, quia intimatio non fit ad finem ſcientiæ, ſed ad finem explendæ defenſionis. Abb. *conſil.*49. *In quæſtione, nu.*2. *ver. certum, eſt, lib.*2. vbi dicit communem, * *
vbi dat ſimile de obligato adiuuare, vt intelligatur, ſi requiratur, vt in *c.*1. *de noua fideli. forma*, vbi dicit Bald. notandum.

Defenſor neceſſarius poteſt aſſiſtere liti inuito actore, & reo. Concluſ. 137.

VENDITOR † rei, qui tenetur de euictione, & eſt defenſor 1
neceſſarius tanquam author, ſi moueatur lis cõtra emptorem ſuper re vendita, poteſt aſſiſtere liti, & omnia facere tanquam habens cauſam communem inuito actore. Feder. de Sen. *conſil.*261. vbi dicit * communem opinionem. Bald. *conſil.*3. *Titius vendidit, circa med. ver. amplius tractare, lib.*1. † Extende, quia poteſt venditor 2
tanquam neceſſarius defenſor etiam nulla ſibi facta intimatione pro intereſſe ſuo ſuſcipere iudicium, & admitti inuito actore, quãdo non animo nouandi. Bart. poſt Dyn. in *l. ſolutionem, ff. de ſolut.* Caſtrenſ. in *l.*1. *circa princ. C. vbi in rem actio.* Doctor. in *l. ſed ſi lege*, §. *ſi. ff. de petit. hæredit.* Bart. plene *conſil.*219. *Agitur contra. lib.*1. vbi apoſtil. dat concord. in *ver. agitur.* † Declara, quia venditor ſi vult tanquam 3
neceſſarius defenſor ſuſcipere litem in ſe, non animo nouandi, hoc eſt animo liberandi poſſeſſorem conuentum, poteſt tanquam procurator, & habens mandatum in facto ſuo velle ſuſcipere litem, etiam inuito, & contradicente actore. Bart. *d. conſ.*219. *per tot. lib.*1. Vide, *Euictione obligatus ad quæ teneatur facta denunciatione. Concluſ.* 355. Vide plenius, *Colluſio ne fiat, datur aſſiſtentia liti. Concluſ.*471. † Li- 4
mita, quia non poteſt venditor neceſſarius defenſor inuito actore ſuſcipere iudicium animo nouandi, vt ſolum cum eo agatur. Bald. *d. conſ.*3. *ver. amplius tractare, lib.*1. Bart. *d. conſ.* 219. *per tot. lib.*1.

Defen-

Defensio noua quando concedenda, vel non, condemnato. Concl. 138.

1 CONDEMNATVS † in contumaciam pro crimine, si vult se constituere, & probare suam innocentiam, solet princeps cõcedere literas, quod admittatur ad nouas defensiones, & hæc gratia à solo principe potest concedi. Clar. in *praxi. crim. §. fi. q. 94. n. 12. vers. est etiam alius modus*, vbi, quod Senatus Mediolani habet hanc
2 facultatem concedendi, & denegandi has nouas defensiones. † In statu Ecclesiæ sine alia concessione intra annum potest reus se cõstituere, & auditur super innocentia, si vult eam probare absq; alia admissione ex gratia, post annum debet obtinere ex gratia, & in hoc aduertẽdum est, an distulerit malitiose, quia fisco perierint probationes, vel non, & semper, quod conceduntur literæ, apponitur clausula, *sine præiudicio inditiorum ex processu resultantium, & sine præiudicio bonorum fisco incorporatorum*, maxime, si distulit, & permisit
3 bona incorporari. † Concedenda est hæc gratia regulariter, nisi quando adeo vrgentia essent inditia contra reum, quod resultaret calumnia, vel præsumptio, quod nisi pro falso testis, &c. possit docere de sua innocentia, ita Clar. *d. q. 94. num. 12. ver. regulariter autem.*
4 † Assignatur certus terminus, intra quem debeat se constituere, & Mediolani ex decreto constitutionum assignantur dies 10. vt dicit Clar. *d. q. 94. n. 12. ver. & ideo ex stylo*, vbi, quod non solet dari prorogatio in statu Ecclesiæ; solet tamen aliquando secũdum malam qualitatem petenti adhiberi cautela, quod fideiubeat de veniendo recto tramite intra certum tẽpus, & hoc ne vagetur, & in partí-
5 bus deterreat testes, & alios, qui sunt pro fisco. † Amplia, quia istæ literæ admissionis ad nouas defensiones conceduntur, etiã quando condemnatus in contumaciam stante statuto fuit habitus pro confesso de delicto in contumaciam, ita Clar. *d. q. 94. n. 12. vers. hanc*
6 *autem admissionem*, citat Nattam *cons.* 444. & alios. † Amplia, etiam si fuit captus condemnatus in contumaciam, quia si indicia sunt leuia, debet fieri recognitio personæ, & si neget fecisse delictum, torqueri debet, & si petat admitti ad nouas defensiones, admitti debet, vel pœna extraordinaria puniri. Clar. *d. §. fi. q. 96. n. 4. vers. sed*
7 *nunquid debet iudex, circa fin.* † Limita, quia tales literæ nunquam cõceduntur, nisi petantur. Clar. *d. q. 94. in fin.* † Declara, quia imo aliquando conceduntur non petentibus ex causa; imo si princeps possit suspicari, quod expediat, illas transmittit non petentibus ex causa aliqua, vt plura exempla ponit Clar. *d. q. 94. in fin. ver. regulariter autem.*

Degradatio clerici quid sit, quotuplex, & à quo fiat. Concl. 139.

1 DEGRADATIO † est depositio, quæ fit ab ordinibus susceptis, & fieri debet à superiore Ecclesiastico, & non imponitur hæc pœna, nisi à iudice Ecclesiastico. Clar. § *fin. q. 74. in princ.* & non potest fieri actualiter, sed neq; verbaliter, nisi à principe Ecclesiastico, videlicet, Episcopo, quia inferior non potest degradare, apo-
2 stil. ad Clarum *d. §. final. q. 74. in princ.* † Et hæc degradatio licet auferat omnia priuilegia clericalia, *c. 2. de pœn. in 6.* tamen non aufert characterem ordinis, nec votum continentiæ; ideo degradatus nõ poterit contrahere matrimonium, si erat in sacris; & multo minus
3 depositus ab ordine, ita apostil. ad Clar. *d. §. fin. q. 74. in princ.* † Duplex est degradatio, verbalis, per quam iudex Ecclesiasticus sententialiter priuat clericum ordinibus, & priuilegio clericali, & mandat actu degradandum; & hæc appellatur depositio, non degradatio, licet multi dicant esse degradationem verbalem, formã relatiue ponit Clar. *d. §. fi. q. 74. in princ.* & vide summam Syluestr. in
4 *ver. degradatio.* † Actualis depositio bene est vera degradatio; quia actu exuitur vestibus, raduntur loca sacra, & omnino degradatur,
5 & qualiter fiat, relatiue Clar. vbi supra in *d. §. fin. q. 74.* † Ortum habet degradatio, & traditio curiæ seculari de iure diuino *Exodi*, vbi mandat tales euelli de altari, hoc est, degradari, vt moriantur. ita
6 Anchar. *consil. 158. num. 8. & seq. versic. certum est.* † Forma degradationis actualis est, quod si Episcopus est degradandus, requiruntur duodecim Episcopi, si sacerdos, sex Episcopi, si Diaconus, tres Episcopi, si Clericus, proprius Episcopus, licet ex forma sacri Concilij Tridentini hodie sufficiat Episcopus cum Prælatis suis. Clar. *§. fin. quæstio. 74. num. 4.* vbi, quod si agatur de sola verbali, solus Episcopus potest, plenius summa Syluestr. *ver. degradatio.* Arnald. in
7 *c. quoniam, q. 14. de hæret.* † Et hæc degradatio solet fieri etiam in Doctoribus, militibus, & alijs in honore constitutis, quia antequam tradantur morti, spoliantur cingulo dignitatis. Clar. *d. §. fi. q. 74. in*
8 *fin.* † Facta degradatione, & traditione curiæ seculari per Ecclesiasticum de iure, non potest secularis mortem imponere tradito, sed tamen contrarium seruatur de consuetudine, quia vltimo supplicio afficiuntur. Iul. Clar. in *praxi, §. fin. q. 36. nu. 42. ver. sed an iudex.* 9
† Verbalis vero degradatio est illa, quæ appellatur depositio, & solo verbo fit, videlicet, sententia, & appellatur degradatio verbalis, licet reuera non sit degradatio, sed depositio, quia iste sic depositus, seu degradatus verbo, non traditur curiæ seculari, neque potest à iudice seculari puniri. Clar. *d. praxi. crim. §. fi. q. 36. n. 35. & q. 74. in princ.* † Ab Episcopo fit degradatio, & quandoq; à Vicario, 10
& inquisitore loquendo de verbali. Arnal. Alberti in *c. quoniam, de hæret. in 6. q. 7. in fi.* † Item Episcopus electus nondum consecratus 11
potest verbalem facere degradationem. Arnal. *d. c. quoniam, de hæret. in 6. q. 6.* † Vide plene Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 5. cas. 414.* vbi 12
plene, quid sit degradatio, qualiter fiat, & quando sufficiat verbalis, vel realis requiratur.

Degradatio Clericorum in quibus casibus, & pro quibus delictis fiat, vel non. Concluſ. 140.

REGVLA † est secundum Iul. Clar. *d. §. fin. quæst. 36. n. 36.* quod 1
non fit degradatio, nisi in tribus criminibus, falsi commissi in literis Apostolicis, hæresis, & conspirationis in proprium Episcopum, & dicit * communem, & quod etiam si interfecisset summũ *
Pontificem, vel aliud crimen enormissimum commisisset, non debet degradari, si paratus est se corrigere, & ideo debet detrudi in perpetuum carcerem, vel perpetuo in monasterium, & dicit * cõ- *
munem. † Contrarium tamen dicit seruari idem Clar. *d. q. 36. n. 36.* 2
in fin. & nu. 40. ver. contrarium, vbi de magis * communi, & quod ita *
seruatur. † Declara, quia duplex est degradatio, vna verbalis, alia 3
actualis. Clar. in *§. fin. q. 74. & q. 36. num. 35.* vbi dicit, quod verbalis nõ operatur, quod iudex secularis possit punire degradatum, nisi etiam tradatur curiæ seculari, alia autem degradatio actualis bene operatur, quod absq; actuali traditione potest puniri per iudicem secularem. † Et hæc degradatio verbalis fieri solet contra de- 4
linquentes etam in crimine læsæ maiestatis, & atrocibus delictis; sed tamen non possunt tradi curiæ seculari, nisi data incorrigibilitate. Curt. Iun. *consil. 159. num. 1.* vbi de * communi, quem sequitur *
Iul. Clar. *d. § fi. q. 36. n. 27. ver. quæro, nunquid*, vbi circa fin. dicit Abb. communiter damnari, qui tenuit contrarium, & plenius *num. 35.* vbi dicit, quod * omnes ita fatentur, & *num. 36.* vbi, quod etiam si *
Clericus interfecisset summum Pontificem, licet sit degradandus, si tamen vult se corrigere, non traditur curiæ seculari, sed detruditur perpetuo in monasterium, vel carcerem, & *num. 37.* vbi dicit * *
communem. † Contrarium, quod etiam non data incorrigibilitate in atrocioribus & enormibus possit tradi in sacris constitutus 5
curiæ seculari, tenet idem Clar. *d. §. fi. q. 36. num. 27. in fi.* & quod non seruetur in practica, idem Clar. ibi *num. 36. in fi. n. 40.* vbi dicit magis * communem. & in practica seruari. † Declara, quia statur ar- *6
bitrio Ecclesiastici, vt possit tradere, & non tradere, non expectata incorrigibilitate. Clar. *d. § fin. q. 36. num. 40. in fi.* † Et quod iudex 7
Ecclesiasticus, qui potest deponere, & degradare existentem in sacris in casibus à iure expressis, & tradere curiæ seculari, semper intelligatur, dummodo sit incorrigibilis, plene idem Clar. in § *fin. q. 36. nu. 37. & seq.* vbi ponit plura exempla, per quæ ita debet intelligi, & quãdo dicatur incorrigibilis. † Vide, *Incorrigibilis quis dicatur. Concluſ. 82.* † Casus, in quibus in specie fiat degradatio, not. per gl. 8
& alios, in *c. abolendam, de hæret.* † Degradatio fit, quando Presby- 9
ter, vel in sacris constitutus tantum deliquit, quod in profundum 10
malorum deuenit, & tunc traditur curiæ seculari, *c. cum non ab homine, deinde.* Anchar. *consil. 158. Ex narratis, num. 7.* & declara, quando in profundum dicatur, vt ibi *num. 12. vers. Non obstat.* † Alia regula sit, 11
quod in omnibus casibus, in quibus de iure ciuili est locus pœnæ mortis naturalis, de iure canonico est locus degradationi, & consignationi curiæ sæculari. Anchar. *d. consil. 158. nu. 8. ver. In contrarium*, vbi dicit, quod quando de iure ciuili est locus, vt quis damnetur ad bestias, de iure Canonico est pœna carceris perpetui. † Contra- 12
rium, quod licet sit locus degradationi verbali, non tamen est locus traditioni curiæ sæculari, nisi degradatus sit incorrigibilis. Vide supra *n. 5. & seq.* † Falsificans literas Papæ degradatur, & traditur 13
curiæ sæculari. Anch. *d. consil. 158. nu. 10. ver. Præterea ista pœna.* † Sigil- 14
lum Regis falsificans degradatur, *c. ad audientiam, de crimin. falsi.* Anchar. vbi sup. *nu. 11.* † Contumeliam faciens Episcopo proprio de- 15
gradatur. Ancha. *d. cons. 158. n. 10.* † Inobedientes Episcopis suis, & 16
contra eos conspirantes degradantur. Anch. *d. cons. 158. n. 24.* † La- 17
trones clerici degradantur, & in arctis monasterijs detruduntur. Anch. *d. cons. 158. n. 12.* † Vide tamen Deci. *lib. 2. crim. lib. 9. c. 29. nu. 9.* 18
& seq. vbi, quod sunt diffidati, possunt interfici, & extrahi de Ecclesia, ergo videtur, quod curiæ tradi possint clerici latrones via-

rum. † Incorrigibilis degradatur, vt supra Anch. *d. cons.* 158. *num.* 12.
† Et isti incorrigibiles bene traduntur curiæ seculari, vide Clar.
in §. *fin. quæst.* 36. *nu.* 35. † In crimine læsæ maiestatis fit degradatio
in Regno Neapolis, Capic. *decis.* 130. *in fin.* vbi dicit procedere etiã
ex sola conspiratione. † Amplia, quia pro homicidio proditorie
commisso potest clericus degradari, & tradi curiæ seculari. Abb.
* in *c. at si clerici, nu.* 39. *de iudic.* * communem dicit Guliel. de Bened.
in *c. Raimutius, nu.* 40. *extra de testam. in quæst. de homicid.* Carrer. in *prax.*
fol. 240. *num.* 6. Foller. in *prax. crimin. in rubr. & si confessi fuerint, num.*
23. & ita seruatum pluries dicit Diaz. in *praxi, cap.* 90. quos omnes
Clar. in §. *fi. q.* 36. citat. † Contrarium, quod nisi sit incorrigibilis,
non possit tradi curiæ seculari, est text. in *c. cum non ab homine, de iud.*
glos. fi. in *c. ad abolendam, in versic. relinquatur, de hæret.* Aretin. *d. c. cum non*
ab homine, n. 80. Couar. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 7. Clar. *d. q.* 36. *vers.*
Hinc infertur. † Declara, quia si vltra proditionem extant spoliatio
& derobatio, potest tradi curiæ seculari. Abb. *d. c. at si clerici, nu.* 34.
de iudic. † Declara; quia proditorie intelligitur, si alterum de duo-
bus interuenit, quod sub fide publica vel spe amicitiæ, quia licet à
tergore, vel post terga, vel in insidijs vulnerauit, non dicitur pro-
ditorie, Bart. in *l. respiciendum, §. delinquunt, n.* 1. *ff. de pœn.* Bald. *cons.* 361.
nu. 3. *lib.* 4. Alex. *consil.* 145. *num.* 5. *lib.* 7. Decian. in *crimin. lib.* 7. *c.* 29. *nu.*
24. Vide plene per Socin. in *reg.* 16. *clericus incorrigibilis*, vbi ponit re-
gulam, quod semper clericus delinquens etiam incorrigibilis, de-
bet puniri per Ecclesiasticum, & degradari, nisi fuerit ter monitus,
limitat quinque modis, in quibus facta degradatione traditur cu-
riæ seculari.

Degradatio clerici quando necessaria, vel non, vt secularis eum punire possit. Concluſ. 141.

REGVLA † est in clerico simplici, quod debet degradari, an-
tequam per iudicem secularem possit corporali pœna puniri.
Alex. *consil.* 8. *circa princ. ver. quinimo, lib.* 1. vbi, qualiter fiat degrada-
tio. † Extende, quia degradatio clerici, maxime in sacris constitu-
ti, est necessaria ad hoc, vt iudex laicus possit eum punire pœna
corporali. Iul. Clar. in *prax. crimin. §. fin. q.* 36. *n.* 33. *& nu.* 35. *& seq.* vbi,
quod degradatio fit verbo, vel facto. † Extende in Episcopo. Anch.
cons. 158. *Ex narratis per totum.* † Limita in clerico assassino, quia non
requiritur solemnis degradatio. Iul. Clar. in *praxi. §. fi. quæst.* 36. *num.*
29. *& seq.* vbi de * communi, & plures citat Couar. *lib.* 2. *variar. reso-*
lut. cap. 20. *nu.* 10. *ver. sexto deducitur*, plene Arnal. in *c. quoniam de hæret.*
lib. 6. *q.* 11. vbi latissime comprobat, & tollit contraria. † Extende,
quia non requiritur, quod assassinus clericus sit incorrigibilis, vt
* tradatur curiæ seculari, * communem dicit Clar. *d. q.* 36. *n.* 32. † Re-
quiritur tamen declaratio per iudicem secularem, quod sit assassi-
* nus clericus secundum communem. * Iul. Clar. *d. q.* 36. *nu.* 31. *versic.*
bene verum, vbi, quod in Ducatu Mediolani non seruatur, quia se-
cularis ipse in condemnatione facit hanc declarationem, & ita ser-
uari Neapoli, vt per Capic. *decis.* 112. *nu.* 4. *& decis.* 155. *nu.* 2. Grammat.
vot. 8. *& vot.* 11. † Limita, quia effectum degradationis habet diffi-
datio, quia ponit diffidatum extra communem protectionem iu-
dicis Ecclesiastici. Gemin. & alij in *cap.* 1. *de homicid. in* 6. vnde facta
declaratione per iudicem ecclesiasticum, quod sit talis, potest sine
degradatione alia puniri, Silues tr. in *verb. degradatio. q.* 5. vbi, quod
licet possit per iudicem; ita etiam per priuatum possit interfici,
quia eo ipso, quod est diffidatus, & potest impune offendi, est et-
iam degradatus, & per iudicem secularem potest puniri, ita Lap. *d.*
c. 1. *quod incip. pro humani. de homicid. in* 6. vbi etiam Franc. Paris de Pu-
teo *de Syndica. §. dicit constitutio, nu.* 13. *in* 7. *vol. tract. fol.* 274. plene Ro-
land. à Vall. *consil.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. Iul. Clar. *d. q.* 36. *nu.* 29. *& seq.* vbi,
quod licet de iure requiratur ista declaratoria; tamen de consue-
tudine contrarium seruatur, quod iudex secularis ipse in conde-
mnatione declarat. Couar. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 20. *nu.* 10. vbi dubitat,
& relatiue distinguit. † Declara, quia non sufficeret sola accusatio
contra assassinum prætensum, quia nisi constet clare, non dicitur
degradatus, neq; secularis potest procedere. Roland. à Vall. *d. cons.*
24. *nu.* 61. *lib.* 1. † Limita secundum aliquos, quando deprehenditur
in atrocissimis, & enormibus, quia statim potest puniri etiam vlti-
mo supplicio sine degradatione. apostil. ad Alexand. *consil.* 8. *col.* 3.
ver. Fortius, lib. 1. *in ver. admonitione*, plene Iul. Clar. in §. *fin. q.* 36. *n.* 40.
* vbi recitatis opinionibus dicit hanc magis * communem, & quod
seruatur in practica, & pro ea multas auctoritates allegat, & *n.* 36.
in fine dicit ita seruari. † Contrarium ibi tenet Alex. *d. consil.* 8. *col.* 3.
ver. fortius lib. 1. *& n.* 3. *ver. Petr. de Anchar.* vbi, quod antequam iudex
se possit intromittere in puniendo clerico etiam deprehenso in e-
* normibus requiritur degradatio, & hæc est opinio * communis,
vt per Clar. *d. §. fin. q.* 36. *n.* 4. *ver. Pariter etiam.* † Declara, quia standũ
est arbitrio indicis Ecclesiastici degradantis, an debeat, & velit fa-
cta degradatione consignare degradatum curiæ seculari, non ex-
pectata incorrigibilitate, ita Clar. *d. §. fin. q.* 36. *nu.* 40. *in fin. ver. Ego in*
huiusmodi, & ita etiam Couar. *variar. resolutio. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 7. vbi si
crimen turbat statum publicum, potest tradi considerata qualita-
te delicti, loci, temporis, & similibus. † Limita, quia degradatio
non est necessaria, quando clericus in sacris vere est incorrigibilis,
* communem dicit Clar. *d. §. fin. q.* 36. *n.* 33. † Extende idem, quan-
do clericus incorrigibilis non potest puniri ab Ecclesia, quia po-
test comprimi à iudice seculari, absq; alia degradatione, commu-
nem * dicit Clar. *d. q.* 36. *n.* 33. † Vide omnino Menoch. *de arbitr. lib.*
2. centur. 5. cas. 414. vbi declarat plene, quid sit degradatio, qualiter
fiat, & quando sufficiat verbalis, & quando realis.

Delegatio debiti, vel debitoris quid sit, & operetur, & in quam causam facta censeatur. Concluſ. 142.

DELEGATIO † est actus iuris, seu nomen iuris; prout stipula-
tio, & ideo sicuti testis non probat stipulationẽ, si dicat, quod
Titius stipulatus fuit, sed debet deponere factum, ex quo resultat
stipulatio; ita etiam in delegatione; quia non probat, nisi reddat
causam scientiæ, etiam non interrogatus. Alex. *consil.* 183. *Visis depo-*
sitionibus. num. 7. *ver. & dico testis iste, lib.* 7. † Delegatio est ficta solu-
tio, & ideo si facta est de debitore ex certa causa, pro qua tenetur
delegans suo creditori, in illam causam censetur facta, non autem
in causa extranea, veluti si debeo centum ex causa datij conducti,
& delego debitorem meum ex causa datij conducti, talis delega-
tio censetur facta in causam datij conducti, etiam si debeam ex a-
lijs causis eidem meo creditori. Bald. *cons.* 115. *Factum sic tale se habet,*
lib. 3. † Et quod sit ficta solutio, & habeat vim solutionis. Surd.
consil. 145. *num.* 3. vbi plurimos allegat, *lib.* 1. Cephal. *consil.* 218. *num.*
25. † Imo, quod ita liberet, & tollat obligationem, sicut vera so-
lutio. Surd. *dict. consil.* 145. *num.* 14. *& seq.* plenius *consil.* 269. *num.* 15. *&*
seq. lib. 2. Bero. *consil.* 178. *num.* 5. *& 6. lib.* 1. † Et inducit nouationem,
& liberationem ipso iure, quando est facta formaliter, videlicet,
mandante debitore, alias secus, quia esset accumulatiua obliga-
tio, quæ non nouat, neque liberat. Castrens. *cons.* 181. *Viso puncto, nu.*
4. *lib.* † Amplia, vt procedat, etiam si fuisset factum pactum, quod
ego ex pecunijs datij exigendi primo loco soluere promiserim lo-
catori, in causam anteriorem expressam; quia nihilominus dele-
gatio simpliciter facta censetur in causa datij, si delegatur debens
datium; quia cum delegatio sit ficta solutio, & pactum de soluen-
do in aliam causam sit factum in solutione vera, non comprehen-
dit delegationem, & sic solutionem fictam, Bald. *dict. cons.* 115. *per to-*
tum, vbi est casus. *lib.* 3. † Et delegare est soluere. Cephal. *consil.* 218.
nu. 25. *lib.* 2. & quod delegans dicatur soluere, & inducat nouatio-
nem, si interuenit stipulatio. Riminal. Iun. *consil.* 365. *nu.* 5. *& seq. lib.*
3. Amplia, quia delegatio dicitur, quando creditor delegat suo
creditori vnum debitorem suum, & ista est propria delegatio, per
quam inducitur nouatio secundum * communem, de qua Franc.
Aretin. *consil.* 5. *In causa, & puncto. num.* 1. *ver. secunda dubitatio, & per tot.*
Alexand. *consil.* 60. *Viso titulo, nu.* 2. *ver. Nec potest dici. lib.* 6. † Et quod
sit species nouationis hoc casu Cardinal. Zabarell. *consil.* 59. *Ad pri-*
mum, in princip. ver. In casu autem nostro. Castrens. *dict. consil.* 181. *num.* 4.
lib. 1. vbi, quod promissio delegati habetur loco solutionis. † Ex-
tende, quia fit delegatio, quando ego delego campsorem haben-
tem meas pecunias, & ipse acceptat. Alex. *d. cons.* 60. *Viso titulo, in fin.*
lib. 6. *& cons.* 173. *lib.* 7. † Extende, vt idem sit, quando debitor de-
legat alium sibi non debitorem suo creditori, quia nihilominus
etiam ista dicitur delegatio. Areti. *dict. consil.* 5. *nu.* 1. *& per tot.* vbi tue-
tur hanc partem contra impugnantes larissime, & * communem *
dicit, quia non est vis, quod is, qui delegatur à me meo creditori,
sit meus debitor, vel non, vbi *num.* 4. vult quod ista delegatio ita
liberat delegantem, quando est acceptata, sicut prima, & Aretin.
sequitur Afflict. *decis.* 353. *num.* 3. vbi dicit pariter * communem. *
† Contrarium tenet Socin. in *l. qui vsumfructum, num.* 19. *& 20. ff. de*
verbor. obligat. vbi, quod quando quis delegatur, qui non est debi-
tor delegantis, non fit nouatio, quia est quædam accessio, & fide-
iussio, sed loquitur, quando datur mandatum tertio vt soluat id,
quod mandans debet, quia est fideiussio, & reprobat Aretin. *dict.*
consil. 5. Mandel. *consil.* 2. *nu.* 13. vbi dicit * communem, quod ne- *
cesse est, vt fiat delegatio, quæ inducat nouationem, quod dele-
gatus sit debitor delegantis, & se obliget vt debitor. Alexand. *cons.*
10. *lib.* 2. repetit *cons.* 173. *lib.* 7. *num.* 4. & * communem dicit Vrsil. *
additio. ad Afflict. *decis.* 353. *num.* 6. vbi infinitos allegat, quod nisi
etiam delegatus sit debitor delegantis, non fit nouatio. Castrens.
in *l. delegare. ff. de nouatio. & in l. quamuis, §. si mulier. ff. ad Velleian.* Alex.

cons. 60.

13 *conſ.60.per totum*, lib.1. † Declarat Alex. *conſ.60. Viſo titulo, n.2.verſ. Nec poteſt dici, vſq; in fi.lib.6.* quia delegatio eſt cum ſtipulatione, quãdo ille, qui eſt debitor Titij, ſe obligat Seio loco Titij, vel vice Titij, & iſto caſu fit nouatio, & extinguitur prima obligatio Titij cũ Seio; ſecus ſi quis, qui nõ eſt debitor Titij debitoris, ſe obligat pro Titio verſus Seium per ſtipulationem, quia tunc non eſt nouatio, ſed fideiuſſio; & pariter erit delegatio, quando delegatio fit à me de campſore, qui habet meas pecunias, & obligat ſe per ſtipula-
14 tionem, & repetit *conſ.173.n.2. & ſeq.lib.7.* vbi latiſſime. † Declara, quia delegatio proprie requirit iſta extrema, quod fiat delegatio per verba, delego tibi creditori meo Titium debitorem meũ, & quod Titius tanquam debitor delegantis per ſtipulationẽ ſe obliget, & promittat ſoluere, quia tunc eſt formalis delegatio, alias ſi deficiat vnum de iſtis, non eſt delegatio, quæ libereat delegantem, ſed potius eſt acceſſio, vel fideiuſſio. Alex. *conſ.173. Viſis depoſitioni-*
* *bus, nu.2. & ſeq.* maxime *nu.4. lib.7.* Et hanc eſſe veram, & * communem opinionem, dicit Vrſill. in additio. ad Afflict. *deciſ.353. num.6.*
15 † Declara, quæ requirantur, vt fiat delegatio, vt per Gabriel. *conſ.*
16 *155.n.13.lib.1.* † Declara, quia vt fiat nouatio, requiritur vel delegatio formalis, quod quis delegauerit ſuum debitorem creditori, qui tanquam debitor per ſtipulationem ſe obligauit, vel quod tertius, qui ſe obligat pro Titio, dicat, ego me obligo pro Titio, & creditor Titij acceptet. Alex. *conſ.173.n 3.lib.7.* & ita Surd. *conſ.145. nu.4.lib.1.* vbi, quod alias non eſt delegatio, quæ libereat delegantẽ, allegat Socin. *conſ.37.n.6.lib.4.* Pariſ. *conſ.107.n.21.lib.3.* Bero. *conſil.*
* *197.nu.2.lib.1.* Alba. *conſ.2.n.13.* vbi dicit * communem, reprobato Areti. *d.conſ.5.* & quod requirantur iſta, Bero. *conſ.178.n.6.lib.1.* Deci. plene *conſ.421.plene & ſubtiliter.nu.15. & ſeq.* vbi, quod ſi delegatur abſens, oritur ſolum actio mandati, & non fit nouatio, & poteſt
17 reuocari re integra, ſecus ſi delegatur præſens, & acceptans. † Cõtrarium, quod ſufficiat, quod alius loco debitoris acceptetur in debitorem, vt fiat nouatio ſaltem ope exceptionis dicit Io. de I-
* mol. *conſ.37.in fi.verſ.item aduertendum*, vbi dicit * communem. So-
☞ cin. *conſ.64.lib.3.circa fin.* Vide plene, *Datio in ſolutum quid ſit & quali-*
18 *ter fiat. Concl.23.n.7. & ſeq.* † Et quod iſtud contrarium ſeruetur de conſuetudine Florentiæ, quia ſufficit, quod debitor aſſignet creditori vnum debitorem, & creditor illum acceptet, & in ſuo libro deſcribat illum delegatum ſibi debitorem, tunc erit liberatus debitor principalis, qui delegauit, & ita etiam tenet Rota Ianuen. *deciſ.45. & deciſ.48.* vbi, quod imo acquiritur actio abſenti contra
19 debitorem debitoris, qui promiſit. † Declara, quia hoc cõtrarium procedit ſolum de iure, ſeu conſuetudine mercatorum; ſecus de iure communi, quia non fit nouatio interuentu nouæ perſonæ ſe obligantis, quando non eſt debitor delegantis, neque ope exce-
* ptionis ſecundum communem, * de qua Vrſil. in addit. ad Afflict.
* *deciſ.253.nu.6.* & communem * dicit Deci. *conſ.400. in princ.num.2.* Socin. *conſ.21.lib.1.* & plene Alex. *conſ.13. Viſis, & conſideratis, n.6.lib.2.*
20 vbi pleniſſima apoſtil. in *ver. verius.* † Intelligas declarationem, ni-
* ſi virgentes coniecturæ ſint in contrarium, communem * dicit Deci. *d.conſ.400. in fin.* & ideo, quando creditor liberauit debitorem, eſt facta nouatio. Afflict. *deciſ.353. nu.5.* & idem ſi dixit, pro decem, quæ debet talis, promitto 15. vel è contra. Alex. *d.conſ.13. nu.8.lib.2.*
21 † Declara, quia bene fit etiam delegatio, licet delegatus nõ ſit debitor, quando diceret, quod promitteret loco Titij debitoris eandem ſummam. Alex. *conſ.173. nu.3.lib.7.* & alijs modis ſupra proxi-
22 me. † Declara, quia imo acquiritur abſenti ex tali libera, prout ſi ego ſcribo meo debitori vel mercatori, quod ſe obliget ſoluere cẽtum Titio, quia ſi ſe obligat, acquiritur Titio abſenti. *Deciſ. Ianuen.* 45. & plenius 48. vbi extendit etiã in ſimplici apocha ſcripta tertio,
23 vt dicat Titio, quod debet tot. † Limita igitur, quia non eſt delegatio, quæ libereat delegantem, ſed eſt fideiuſſio, quando debitor ſe obligat, quod Titius eius debitor ſe obligabit ſoluere ſummam debitam intra certum tempus, quia etiam ſi Titius ſe obliget, non liberatur principalis debitor. Alex. *conſ.173. nu.2.lib.7.* quod duplicatur *conſ.10. lib.2.* & quod interuentus tertiæ perſonæ ſe obligantis, quæ non ſit debitor debitoris, non extinguat primam obligationem, neq; inducat nouationem. Bart. *conſil.99. Tertius promittit, lib.2.* Afflict. *deciſ.353. nu.2.* & licet ibi teneat Afflict. contrarium, tamen Vrſill. in addit. *n.6.* dicit contrarium eſſe communiter receptum contra votum Afflicti, quod procedit de iure mercatorio
24 tantum. † Extende, quia ſi campſor meus pro me ſe obligat creditori meo, cenſetur tanquam fideiuſſor. Alex. *d.conſ.173.n.3.* vbi apoſtil. in *ver. niſi, lib.7.* Afflict. *deciſ.353, n.2.* vbi, quod ita tenuerunt DD. licet ipſe ſit ibi in voto contrario, pleniſſime Bero. *conſ.197. in princ.*
25 *lib.1.* vbi plures allegat. † Contrarium, quod imo ſi campſor de mandato meo promiſit tibi illud, quod tibi debeo, talis promiſſio cadat ſolutionis, & liberet debitorem. Bart. in *l. ſingularia, n.14. verſ.*

ex hoc apparet, ff. ſi cert.pet. Franc. Aretin. *conſil.5. & conſ.37. col.fi.* † De- 26
clara, quia ad hoc, vt dicatur facta nouatio & delegatio, quæ libereat debitorem, & habeat vim ſolutionis, requiritur, quod campſor ſit debitor debitoris delegantis, & quod interueniat ſtipulatio, alias autẽ ſi campſor, vt dicit Bart. ſcribit, quod promittit mihi pro meo debitore, erit fideiuſſio, non autem nouatio, ita plene Alex. *d.conſ.173. Viſis depoſitionibus, nu.2. & ſeq. ver. ſed premiſſis, lib.7.* vbi apoſtil. in *ver. niſi.* dat plurimos concord. quibus addæ Bart. ſibi contrarium *conſ.99. Tertius promittit, lib.2.* Afflict. *dec.353. nu.3.* plene Mandel. *conſ.2.nu.13.* vbi dicit communem * quod neceſſe eſt, quod is, *
qui ſe obligat, ſit debitor debitoris, & quod ſe obliget, vt talis, & Surd. *conſ.145. n.4. & ſeq.lib.1.* † Declara, quia, vt opinio Bart. habeat 27
locum, & contrarium procedat, neceſſe eſt, quod concurrant aliæ coniecturæ pro delegatione, alias non erit liberatus primus debitor, ita Curt. Sen. *conſ.7.* late Soc. *conſ.267. lib.2. & conſ.37. lib.4.* quos citat apoſtil. ad Alex. *d.conſ.173. in princ. lib.7. in ver. Bart.* † Extende, 28
etiam ſi campſor ſe obligauit in ſolidum ſoluere; quia erit fideiuſſor. Bero. *d.conſil.197 nu.4.lib.1.* † Contrarium tenet Afflict. in vo- 29 *
to ſuo, quod dedit in ſcriptis *deciſ.353.* licet dicat, quod alij Domini ex conſcientia tenuerunt contrarium, vbi, quod delegatio ſit etiam aſſignando pro debitore eum, qui non ſit debitor delegantis, & dicit communem, * *nu.3.* & quod ſi decoquat mercator, erit *
periculo recipientis, non delegantis, & ita videtur tenere Caſtr. *conſ.181. Viſo puncto, lib.1.n 4.* vbi videtur tenere, quod fiat quaſi delegatio, quæ inducit nouationem, quando de mandato debitoris tertius ſe obligat, ſecus, ſi tertius ſe obligat ſine mandato, quia eſt acceſſoria obligatio, & fideiuſſio, quæ non liberat; & quia promiſſio campſoris eſt loco ſolutionis, & repetit *conſ.182. col.2.verſ. tertio videtur, lib.1.* † Declara, quia ſi creditor liberauit debitorem, & ac- 30
ceptauit campſorem, tunc ſtante liberatione bene fit nouatio, licet delegatus non ſit debitor, ita Afflict. 353. *nu.5. & per totam.* † Cõ- 31
tra declarationem, vt procedat, quando is, qui ſe obligauit, erat debitor debitoris, & fuit facta liberatio. Barbat. *conſ.37. nu.19.lib.1.* quem ad hoc allegat Vrſill. in additio. ad Afflict. *d.deciſ.353. num.6.*
† Declara totam hanc materiam, vt pleniſſime per Gabriel. *conſil.* 32
155.lib.1. vbi *num.20.* dicit, quod ſi mercator promittat ſoluere pro alio, non fit nouatio, niſi dicat, quod ſuſcipit onus ſoluendi pro debitore animo eum liberandi, & dicit *num.21.* quod differt iuſſus factus mercatori, vt promittat ſoluere, quia ſemper eſt fideiuſſor, licet promittat in ſolidum, & hoc caſu mercatores ſolent ſcribere ad partem in libro memorialium, ſe promiſiſſe, ſeu ſchedulam feciſſe pro tali, & hoc dicit, *nu.22.* & idem dicit in literis cambij, antequam ſit facta ſolutio, quia ſimplex promiſſio, quæ fit in littera, non eſt ſolutio, & dicit, quod licet fiat nouatio, quando conſtat de mente, non tamen fit delegatio, niſi adſit ſtipulatio, & quod ſit facta de debitore debitoris. Vide, *Nouatio, ex quibus & quando indu-* ☞
catur, vel non. Concluſ.119. † Si vero iuſſus ſit, vt ſoluat, non vt pro- 35
mittat, quia mercator iſto caſu fecit creditorem eum, cui iuſſus eſt ſoluere, & debitorem facit iubentem, & iſto caſu fit nouatio, non delegatio, ita Gabriel. *d.conſ.155. num.21. & 22.* † Declara etiam per 34
multos caſus, quos idem Gabriel *d.conſ.155. num.25. & ſeq.lib.1.* ponit, quẽ omnino videas. † Declara, niſi campſor meus iuſſu meo, 35
& tanquam debitor meus habens penes ſe paratam pecuniam ſe obligaret creditori meo, quia tunc bene eſſem liberatus. Alex. *d. conſ.173. num.3.verſ. & hoc etiam, lib.7.* ſecus, ſi non habet pecuniam meam penes ſe, quia tunc cenſetur vt fideiuſſor ſe obligare, & idẽ dicit Bero. *d.conſ.197 num.3. lib 1.* vbi, quod requiritur iuſſus, & ſtipulatio, quæ non ſufficit in apocha per verbum, *promitto.* Vide Cõ- ☞
cluſ. prox. ſequentem, *num.6. & ſeq.* & ſupra hac concluſione, *num.* 11. *& ſeq.* † Extende, quia ſi ego dedi creditori meo meum debito- 36
rem, qui ſe obligauit meo creditori tanquam meus debitor; per ſtipulationem non eſt facta delegatio, ſi non ſum vſus verbis, *quod delegabam.* Alex. *d.conſ.173. num.4. lib.7.* † Extende, quia ſi delegaui 37
debitorem meũ Titio, & debitor meus ſcripſit in ſuo libro, quod ſe obligabat meo creditori, non ſum liberatus, neque eſt facta delegatio, niſi ſcripſerit, quod promiſit, vel niſi aliter conſtet de ſtipulatione. Alex. *d.conſ.173. nu.5.lib.7.* † Declara, quia ſemper quod 38
quis ſe obligat pro alio, puta, Titius ſe obligat pro Seio in dubio videtur fideiuſſor, & non eſt delegatio, etiam ſi promittens ſit debitor eius, pro quo ſe obligat, quia requiritur mandatum creditoris, ſi vero Titius ſe obligat pro Seio creditore ſuo, & de mandato eius ſoluere Sempronio creditori ſui creditoris; tunc bene eſt delegatio, & non fideiuſſio. Alex. plene *conſ.159. Circa primum, nu.2. & 3.ver. & ſi diceretur, lib.2.* & plenius, *conſ.173. Viſis depoſitionibus, nu.2. & ſeq. ver. ſed premiſſis, lib.7.*

Delegatio requirit stipulationem, & quando secus. Concluſ.143.

1 DELEGATIO † non fit, niſi ſtipulatione, vel litis conteſtatione. Signorol. *conſil.65. Quidam nomine, num.2.* plene Gabriel. *conſil.155.num.12.& ſeq.* Socin. *conſil.267.lib.2.in princ.* Riminal. Iun. *conſ.365.num.5.& ſeq.lib.3.* Gabriel. *conſ.155.num.19.lib.1.* Alex. *conſ.173.Viſis,num.4.in fin.lib.7.* vbi quod omnes * ita tenent. † Sufficit tamen
2 ſtipulatio interpretata, vel præſumpta, veluti ſi ſcripſit, delegatus in ſuo libro, *quod promiſit*, quia verbum, *promittere*, in ſcriptis redactum importat ſtipulationem. Alexand. *conſil.173.num.5.lib.7.* † Et
3 * quod requiratur ſtipulatio, alias non ſit facta delegatio, communem * dicit Alexand. *d.conſil.173.num.4.in fin.lib.7.* † Declara, quia quando obligatio fit in ſcriptis per verbum, *promitto*, ſemper ineſt
☞ ſtipulatio. Alex. *conſil.60. Viſo titulo, in princ. lib.6.* Vide, *Promitto importat ſtipulationem, & quando ſecus. Concluſ.910.* † Reſtringe, quia de
4 iure canonico fieri poteſt delegatio etiam pacto nudo, ſi conſtat de mente, vel agatur, quia partes velint, ex pacto fieri nouationē, Gabriel. *d.conſ.155.num.13.* † Duo igitur ſunt neceſſaria ad delegationem, quod is, qui delegatur, ſit debitor delegantis; item quod
5 interueniat ſtipulatio, vt per Gabr. *d.conſ.155.num.15.& ſeq.* vbi de-
☞ clarat, *lib.1.* Vide Concluſionem prox. præced. *num.35.& ſeq.* † Et
7 quando ſit acceptatio mandati, niſi ſequatur ſolutio, non liberatur mandans Salycet. in *l.ſi filius, la ſeconda, num.2. verſ. ſed dubitari poteſt, ff. ad Macedon.* Caſtrenſ. in *l.delegare, num.4.verſ.vnum ſcias, & in l.ſi debitorem, num.3. ff. de nouatio.* Cagnol. in *l.ſingularia in 1. lectura, num.165.verſic.non obſtant modo*, & ibi Bolognin. *num.89. ff.ſi cert.pet.at.* Rota in vna Bononien. pecuniaria 13. Ianuarij 1581. coram Illuſtriſſimo Lancellotto. † Stricti iuris eſt delegatio, & ſtricte interpretanda. Cephal. *conſ.284.num.11.lib.2.*
8

Delegatio debitoris facta à creditore an liberet creditorem, & quando. Concluſ.144.

1 ECCLESIA † habens debitorem, ſi illum delegauit alteri creditori ſuo abſenti, non poterit Eccleſia exigere ab ipſo debitore delegato, poſtquam creditor abſens, cui facta eſt delegatio, ratum habuit, quia talis ratificatio habet vim liberationis ad fauorem Eccleſiæ. Dynus *conſ.17. Thema tale eſt, quædam Eccleſia per totum*, maxime in fin. ſequitur Aretin. *conſ.5. In cauſa. & puncto. num.4. verſic. aduertat etiam*, vbi allegat Ioan. Andr. citantem Dyn. in hoc conſil.
2 † Declara, vt per Gabriel. *conſil.155. num.19. & ſequent.* vbi dicit *
* communem eſſe opinionem, quod inducatur nouatio, eo, quia videatur conſtare de mēte partium, ſed dicit, quod nullo modo poteſt eſſe delegatio, quia non habet ſtipulationem, imo *num.20. & ſeq.* dicit, quod neque inducit nouationem, niſi adſint verba, *quod ſuſcipit in ſe obligationem*, & hoc de iure communi, ſed de ſtylo mercatorio ſecus, vide Vtſil. ſuper *deciſ. Afflict.353.* vbi, quod communis
* opinio * de iure eſt, quod non fit nouatio, ſed de ſtylo mercatorio ſecus. Vide pleniſſime Alexand. *conſil.94. Viſo puncto*, quod eſt Bar-
3 bat. *li.3.* vbi ſi debitor, † qui delegat alium, eſt obligatus facere, & curare, quod ſuus creditor habebit ab ipſo debitore, vel ab alio ſuo nomine ſummam promiſſam, tunc ſi delegat alium, qui promittat, ſecunda obligatio regulatur à primo contractu, & ab eo declaratur, & ideo ſi delegatus non ſoluit, debitor delegans non liberatur, quia dicta in primo contractu præparatorio ſunt repeti-
4 ta in ſecundo, & ideo non liberatur. † Amplia, vt procedat, quia delegatio debitoris facta apparenter, & exiſtenter præſenti liberat debitorem ab ipſo delegante, quia cenſetur facta nouatio. Bald. *conſ.396. In libris Theſaurarij, num.7. verſic. quando ergo, lib.5.* quod
5 duplicatur, *lib.1. conſil.249.* † Extende, vt idem ſit, quando fit delegatio procuratori abſentis, quia fit nouatio. Surd. *conſil.145. in princ.*
* *lib.1.* vbi, quod ita gloſſ. * communiter approbata in *l.1. C. de nouat.*
6 † Declara, vt non procedat ampliatio, quando delegatio fuiſſet facta apparenter, ſed non exiſtenter, vt quia eſſet actum inter primum & poſteriorem ſtipulātem, quod ad primum ſpectaret, quia tunc non eſt liberatus debitor à primo. Bald. *conſil.249.lib.1.num.2. verſic. quando ergo ſit nouatio.* quod duplicatur *lib.5. conſ.396. num.6.*
7 † Imo, quando non durauit, quia debitor delegatus ſit euictus; adhuc tamen inducatur liberatio, pleniſſime Surd. *d. conſil.145. nu.*
8 *14. & ſeq. per tot. lib.1.* vbi eſt caſus conſilij. † Extende, quia delegatio facta per creditorem, vt quia ipſius debitor, vel campſor fecit ſe debitorem alterius, & ſcripſit in libro ſuo ſe debitorem alterius nomine ſui creditoris, inducit nouationem. Franc. Aretin. *conſil.5.*
☞ *In cauſa, & puncto.* Vide, *Nouatio ex quibus, & quando inducatur. Concluſ.*
9 *119.* † Amplia, quia is, qui delegat debitorem ſuum ſuo creditori acceptanti, etiam ipſe liberatur à ſuo creditore, ita vt non poſſit amplius ab eo conueniri. Franc. Areti. *conſ.5.nu.1. & per totum.* † Ex- 10
tende, quia debitor delegans ſuo creditori nedum liberatur, ſi delegat ſuum debitorem proprium, ſed etiam ſi delegat extraneum, qui acceptatur, quia etiam iſto caſu liberatur, ex quo facta dicitur nouatio. Aretin. *d.conſil.5. per totum*, vbi eſt caſus. † Contrarium So- 11
cin. in *l. qui vſumfructum, nu.19. & 20. ff. de verb. obligat.* quia ſi ille, cui datur mandatum, vt ſoluat, non eſt debitor, non fit nouatio, quia eſt potius acceſſio, & fideiuſſio, & dicit * communem, & magis *
communem. † Declara, quia duo ſunt termini diuerſi, & vnus nō 12
infert ad alium; nam ſi mando mercatori debitori meo, quod ſoluat Titio, quod mihi debet, & mercator acceptet, & ſcribat Titiꝰ ſuum creditorem loco mei, & notificet Titio, qui acceptat, fit nouatio & delegatio inter mercatores, & de ſtylo mercatorio. Gabr. *d.conſ.55.nu.18. & ſeq.* & idem ſi hoc fiat alteri debitori, quia poteſt induci nouatio, ſed non delegatio. † Si vero præcedat iuſſus pro- 13
mittendi ſoluere mercatori, vel alteri debitori meo, & ille acceptet, & promittat, non fit nouatio, neq; delegatio, neq, tunc liberatur iubens, & eſt differentia, an ſit iuſſus de ſoluendo, & quod promittat ſoluere, quia primo caſu iuſſus ſcribit debitorē ſe quoad promiſſionem in memoriali; in ſecundo caſu facit ſe debitorē ſimpliciter in libro currenti, vide plene Gabriel. *d.conſ.155.nu.18. & ſeq.* vbi plene declarat, & *n.25. & ſeq.* diſtinguit multos caſus. † Am- 14
plia, quia delegatio debitoris facta creditori acceptanti, ita inducit nouationem, & liberationem, ſicut vera ſolutio, quia delegatio eſt ſolutio. Surd. *conſil.145.nu.14. & ſeq.lib.1.* & plenius *conſil.269. num.15. & ſeq.leb.2.* Bero. *conſil.178.n.6.lib.1.* Alex. *conſ.10.lib.2. & conſ. 95.lib.3.* † Extende, quia ſi campſor dedit literas cambij ad merca- 15
torem ſuo creditori acceptanti, poſtquam mercator acceptauit literas, inducitur liberatio, ita vt ſi mercator decoqueret, illud eſſet riſico, & periculo creditoris. Bald. in *l.pro debito, in fin. C. de bon. auth. iudi. poſſid.* ſequitur Surd. *conſ.145.num.19. verſic. tertio.* † Contrarium 16
Gabriel. *conſil.155.num.23.lib.1.* vbi, quod per illum iuſſum litteræ cambij, & acceptationem ſubſequutam bene inducitur obligatio mercatoris, vt ſoluere teneatur, ſed tamen donec ſoluerit mandans non liberatur, quia iuſſus ille, & promiſſio de ſoluendo non habetur pro ſolutione, quod nota. † Declara, quia in multis locis 17
extenſio procedit, etiam de approbata conſuetudine, prout Florentiæ, affirmat Angel. in *l.qui vſumfructum, ff. de verb. obligat.* Imol. in *l.penult.incip. Valerianus, ff. de prator. ſtipulat.* Caſtr. *conſ.181. In cauſa quæ Lucæ, n.4.lib.1.* † Declara, vt non procedat, ſi delegans ſciuit mer- 18
catorem decocturum. Surd. *conſ.145.num.10.lib.1.* Vrſill. ad Afflict. *deciſ.353. in fi.* Bero. *conſ.197. in fin lib.1.* qui dicit præſumi ſcientiam, quando cito decoxit. † Extende, vt procedat, etiam ſi ſine litteris 19
debitor habens pecunias ſuper banco mercatoris eidem mandet, quod ſoluat Titio ſuo creditori acceptanti, quia debitor erit liberatus, quia eſt facta nouatio. Bar. in *l.ſingularia*, vbi Ale. Iaſ. & alij, *ff. ſi cert. pet. at.* & creditori dicitur ſatisfactum, quocunque modo ſit ſatisfactum, *l.ſi rem, §. omnis, ff. de pigno. l.ſolutum, §. ſolutum, eod. tit.* & quod interueniente delegatione debitor liberetur, tenet Alex. in *l.qui vſumfructum, ff. de verb. obligat.* Socin. *conſ.167. Præſens conſultatio, in princ. lib.2.* Tria autem ſunt neceſſaria ad delegationem formalem, primum, quod delegatus ſit debitor; ſecundum, quod delegatus promittat per ſtipulationem, tertium, quod tanquam debitor promittat, ita Caſtrenſ. in *l.quamuis, §. ſi mulier, ff. ad Velleia. & in*
☞ *l.delegare. ff. de nouat.* Vide, *Delegatio debiti, vel debitoris, quid ſit. Concluſio.* 142. *n.10. & ſeq.* † Et ideo, ſi debitor habet pecunias ſuper banco, & 20
mercator iuſſu habentis pecunias promittat ſoluere creditori acceptanti iubentis, talis promiſſio habet vim ſolutionis, & iubens debitor liberatur, *l.ſi pupilli. §.1. ff. de ſolut.* Bart. & alij in *l.ſingularia, ff. ſi cert. pet. at. & in l.qui vſumfructum. ff. de verb. obligat.* In tantum, quod licet mercator fiat fugitiuus, vel ceſſans, debitor non poteſt moleſtari, & ita de conſuetudine obſeruari Florentiæ, atteſtatur Angel. in *d.l.qui vſumfructum, ff. de verbor. oblig.* Imol. in *l.penult.incip. Valerianus, de prator. ſtipulat.* Caſtrenſ. *conſ.181. In cauſa, quæ vertitur Lucæ, nu.4.lib.1* † Extende, vt procedat, etiam ſi creditor, vel res data in 21
ſolutum euincatur. Surd. plene *conſ.145. num.20. & ſeq. per tot.* vbi, quod non agitur primæua actione nouata. † Idem ſi delegatio ſit 22
doloſa. Surd. *d.conſ.145.n.20. & ſeq. & conſ.269.n.16.* † Extende etiā 23
in cauſa dotis. Surd *conſ.269.num.16. & ſeq.lib.2.* † Extende, quia ex 24
delegatione debitoris inducitur duplex nouatio; vna quoad delegantem; quia liberatur ab eo, cui fit delegatio, alia quoad delegatum, quia liberatur à delegante. Surd. *d.conſ.269.n.16.lib.2.* Caſtr. in *l.delegare. ff. de nouatio.* Alex. *conſ.10.lib.2.col.2. & conſ.95.lib.3.* Deci. *cōſ.107.* Afflict. *deciſ.353.* vbi loquitur in mercatore delegato. † Am- 25
plia, quia delegatio facta debitoris liberat delegantem, etiā ſi fiat per modum ceſſionis, licet ſimplex ceſſio non liberet cedentem.

Surd.

26 Surd. *cons.* 269. *n.* 23. *& seq. lib.* 2. † Extende, quia delegatione facta periculum debitoris spectat ad eum, cui facta est delegatio, nō ad
27 delegantem. Surd. *d. cons.* 269. *nu.* 16. *lib.* 2. † Limita, quia delegatio facta de persona fallita, seu decocta non releuat delegantem, quādo sciebat eum esse talem, quia inest dolus in delegante, etiam si creditor acceptauit. Alex. *cons.* 94. *Viso puncto, nu.* 4. *ver. contraxi cambium, lib.* 3. quod est Barbatiæ, & *cons.* 95. *n.* 6. *eod. lib. vers. accedat.* quod
28 est Alexandri. † Limita, quando delegans erat obligatus facere, & curare, quod satisfiat creditori cum effectu, quia per delegationē etiam formalem non liberatur; quia prima obligatio informat secundam, & nisi sequatur solutio, non liberatur delegans. Alex. *d. consil.* 94. *per totum, lib.* 3. *& consil.* 94. *eod. lib. in princ.* vbi, maxime, quādo fit absente creditore delegatio, & loquitur in dote, cuius solutio fuit delegata marito, vt solueretur à tertio, quia vxori non præ-
29 iudicat. † Limita, quia delegatio facta per creditorem tertio non fit præiudicium creditori ipsius creditoris delegantis, quin possit agere contra debitorem debitoris sui delegatum, etiam si delegatio fuit facta præsente debitore delegato; quia non possunt præiudicare principali creditori. Signor. Homod. *cons.* 65. *Quidam nomine, per tot.* Vide, *Debitor debitoris qualiter exigi possit. Conclusio.* 45. † Li-
30 mita in eo, qui habet facultatem recipiendi solutionem pro alio, qui acceptando delegationem etiam formalem non præiudicat suo principali absenti, quia non potest nouare in eius præiudiciū. Alexand. *consil.* 95. *Ponderatis, in fin. lib.* 3. vbi loquitur in marito recipiente delegationem pro dote vxoris, quia licet promittat dotem conseruare, non præiudicat vxori, quin possit agere ad dotes con-
31 tra delegantem, quando non fuit dos soluta. † Limita, quando Ecclesia reuocaret delegationem, antequam creditor, cui est facta delegatio, ipsam acceptasset, quia tunc posset exigere. Dyn. *d. con-*
32 *sil.* 17. *in princ.* † Limita, quia sola cessio facta alicui de debitore absente, vel etiam facta cessio de debitore præsente, & promittente procuratori creditoris habentis mandatum ad exigendum non præiudicat, nisi interuenerit præsentia, & acceptatio delegantis, delegati, & eius, cui fit delegatio, & quod interueniat stipulatio, alias autem per solum constitutum non fit liberatio, neq; nouatio. Alex. *cons.* 96. *In præsenti*, quod est Vincentij Palæotti, *lib.* 3.
33 vbi late, *iuncto cons.* 95. *in fin. lib.* 3. † Limita, quando facta esset delegatio absenti, qui non esset creditor delegantis, quia licet delegatus scripsisset in suo libro se debitorem eius, cui est facta delegatio, & ipse, ad cuius fauorem esset facta delegatio, illam acceptasset, tamen adhuc delegans posset exigere à delegato quandocunque ante veram traditionem, & solutionem, ita videtur elici posse ex *cons. Dyn.* 17. *per tot.* vbi tenet contrarium, quando fit delegatio creditori propter liberationem, quam consequitur delegans ex ratificatione eius, cui facta est delegatio, alias secus. Signor. Homod. *consil.* 65. *Quidam nomine, in princip.* vbi, quod remaneat directe
34 penes delegantem. † Limita, quando testator legaret alimenta super bonis A. fratris sui præsentis, & consentientis ad fauorem B. absentis, quia B. legatarius non habet actionem contra A. ex quo non fuit præsens, quando consensit, neque A. consentiens fuit honoratus à testatore. Bart. *consil.* 211. *Quidam sibi filios, per totum*, maxime, *num.* 2. *vers. concludo ergo, lib.* 1. vbi, quod bene hæres poterit repetere actione mandati à fratre, qui consentit, ex quo videtur hæ-
35 res grauatus, quia frater testatoris consensit. † Extende, quia si pater instituit filios duos hæredes, & filiabus legat certam summam pro dote soluendam ab A. filio suo, & deinde fratres diuidant debita, & B. se obliget pro medietate, filiæ legatariæ, non habent actionem contra B. se obligantem, sed contra A. Bene verum est, quod A. potest compellere B. ad soluendum ratam, pro qua se obligauit. Signor. Homod. *consil.* 3. *A. Pater fecit testamentum.*
36 *per totum.* † Limita, quia si debitor ad instantiam creditoris sui scribit alicui campsori literas cambij, quod soluat creditori tot pecunias, non est liberatus debitor, donec ille capserius literas acceptauerit. Angel. *consil.* 370. *Creditor volens, num.* 1. *in fin. vers. licet alias debitor.* Vide, *Cambiator qualiter teneatur ad pecunias receptas. Con-*
37 *clusio.* 12. † Extende, siue ille capserius sit debitor delegantis, siue non, quia facta acceptatione inducitur nouatio, & liberatio delegantis. Franc. Aretin. *consil.* 5. *num.* 1. *vers. secunda dubitatio, vsque in fin.*
38 † Restringe, nisi esset actum, quod creditor esset contentus litera, quam pro solutione habuit. Angel. *d. cons.* 370. *nu.* 2. quia tunc ex
39 sola litera liberatur. † Declara totam istam materiam litterarum cambij, vt per Bald. in *l. pro debito, C. de bonis auth. iudi. possid.* quem refert, & sequitur Barbatia inter consilia Alex. *consil.* 94. *Viso puncto, nu.* 4. *& seq. vers. contraxi cambium, lib.* 3. & ibi apostill. citat Alex. in *l. si cum dotem, §. cum mulier, ff. solut. matri.* vbi, si Pisis dedi pecunias mercatori, vt mihi daret literas cambij Venetijs, si præsentaui litteras mercatori Venetiarum, qui acceptauit, postea aufugit, liberatus est mercator Pisarum; quia facta est nouatio & permutatio debitoris, quod fallit, nisi primus scribens promisisset se facturū, quod mihi satisfieret, item fallit, nisi scribens fuisset conscius decoctionis futuræ mercatoris Venetiarum, & apostil. ad Alex. in *ver. facturum*, dat concord. † Limita, quia delegatio facta non liberat delegantem, quando creditor, cui ea fiebat, protestatus est, quod non intendebat liberare debitorem delegantem, si ibi non soluebatur. Ruin. *cons.* 45. *Viso, & perlecto. lib.* 5. *in princ.* † Declara, & restringe, 41
quia si is, cui facta est delegatio prædicta, fuit in mora exigendi, vt quia delegatus erat soluendo tempore delegationis, & deinde effectus non soluendo delegans remanet liberatus. Ruin. *d. cons.* 45. *num.* 3. *& seq. lib.* 5.

Delegati iudices esse qui possint. Concluſ. 145.

DE † iure canonico non possunt esse iudices delegati, nisi illi, 1
qui habent Ecclesiasticam dignitatem; ideo habentes officiū non possunt esse delegati, & processus coram eis factus est nullus. Alex. *cons.* 77. *In causa, & lite, n.* 4. *& seq. lib.* 2. † Extende, vt procedat 2
etiam in sub delegatis, quia non possunt esse, nisi sint in dignitate Ecclesiastica. Alex. *d. cons.* 77. *n.* 5. *ver. & idem habetur, lib.* 1. † Extende, quia neque 3
partiū consensus aliquid operatur. Alex. *d. cons.* 77. *nu.* 5. *ver. Nec partes, lib.* 2. † Extende, etiam si essent iudices inter laicos, Alex. *consil.* 4
77. *n.* 6. *ver. Nec obstat. lib.* 2. Castr. *d. cons.* 66. *n.* 4. *lib* 1. † Extende, etiam 5
si delegatio fiat à legato. Alex. *d. cons.* 77. *n.* 6. *col.* 3. *ver. præterea aduertatur, lib.* 2. † Restringe, nisi delegatus communi opinione iudica- 6
retur esse in dignitate, licet non esset. Alex. *cons.* 77. *n.* 6. *ver. Nec prædictis obstat, lib.* 2. † Restringe, nisi Papa hoc faceret, quia potest sim- 7
plici clerico causam delegare. Alex. *d. cons.* 77. *nu.* 6. *vers. Præterea aduertatur, lib.* 2. † Restringe, & declara, quia inter laicos, quādo causa 8
esset criminalis, bene possit delegatio fieri non existenti in dignitate Ecclesiastica. Alex *d. cons.* 77. *nu.* 6. *lib.* 2. † Restringe in Tuscia, 9
quia Plebanis committuntur causæ; quia de consuetudine habere dicuntur dignitatem. Castr. *cons.* 66. *Dubia supradicta, num.* 3. *ver. ad tertium, lib.* 1. † Declara, quia procedit quoad causas Ecclesiasticas 10
tantum, itē procedit in Papa, & eius delegato; secus in Episcopo, vel Legato, aut alio exercente suam iurisdictionem ordinariam. Bero. plene *cons.* 109. *in fi. lib.* 3. vbi, quod ita distinguitur. † Restrin- 11
ge, quia valet delegatio facta per Papam de causa Ecclesiastica laico, quando Papa facit ex certa scientia, prout censetur facere, quādo habet notam personam, & quando non appellauit eum clericum, neq; magistrum, prout solet de stylo. Abb. *cons.* 62. *Illud de iure, col. fi. ver. dico, quod delegatio, lib* 1. vbi, quod non requiritur expressio, quod ex certa scientia committat. † Idem, quando adesset clau- 12
sula, *supplentes omnes defectus, &c.* Abb. *d. cons.* 62. *col. fi. vers. dico, quod delegatio, cum seq. lib.* 1. † Limita, quia etiā Prælato regulari potest cau- 13
sa delegari. Vide, *Religiosi & Sacerdotes quando possint esse delegati, vel non Concl.* 150. † Limita, quia bene potest causa delegari canonico 14
cathedralis Ecclesiæ, licet non sit canonicatus dignitas, *c. statutum, in prin. & in §. in nullo. de rescript. in* 6. vbi, quod causę non possunt delegari, nisi habenti dignitatem, vel personatum, vel canonico in cathedrali; vnde habenti officium non fit delegatio causæ Ecclesiasticæ. Abb. *cons.* 93. *in princ. lib.* 2. † Declara tamen, quia non requi- 15
ritur, quod fiat expressio canonicatus, dummodo tempore rescripti, persona, cui fit cōmissio, esset reuera canonicus, quia licet desierit esse canonicus tempore præsentati rescripti, vel prosequutæ litis, valet processus, & delegatio. Abb. *d. cons.* 93. *In quæstione, col.* 2. *in fin. ver. Nec habet obstare, lib.* 2. vbi, quod commissio non fit canonicatui, sed personæ habenti canonicatum. † Extende, quia commis- 16
sio dicitur facta canonico, licet nomē canonici non sit expressum, sed facta fuerit, puta, tali thesaurario, quando thesauraria non esset dignitas, neq; personatus, sed obtineri non posset, nisi per canonicum. Abb. *cons.* 93. *col. fi. in princ. ver. Mouetur secundo, lib.* 2. † Ex- 17
tende, quia substineri debet delegatio, etiam si esset expressum id, quod non releuat, dummodo concurrat qualitas canonicatus, vel dignitatis, vel personatus. Abb. *d. cons.* 93. *col. fin. num.* 3. *ver. tertio optime*, vbi dat plura similia, *lib.* 2.

Delegari quæ causæ possint, vel non, & à quibus. Concluſio. 146.

DELEGARI † possunt omnes causæ ciuiles & criminales, quæ 1
nō sunt meri, vel mixti imperij, hoc esse sine difficultate, dicit Iul. Clar. in *§. fin. q.* 41. *in princ.* † Amplia, quia etiam reseruata ptin- 2
cipi, prout facultas legitimandi, & alia similia reseruata possunt alteri demandari, & delegari. Alexand. *consil.* 138. *Opportune conside-*

ratis, in princip. lib. 1. Vide, *Legitimatio illegitimorum per quem fieri possit*, 3 *vel non. Concluſ.* 218. † Extende; quia etiam priuato potest princeps delegare facultatem legitimandi, & alia sibi reseruata. Alexand. *d.* 4 *cons.* 138. *in plinc. lib.* 1. † Extende, vt possit talis facultas legitimandi concedi etiam cum facultate præiudicandi legitimis & naturalibus. Alex. *d. cons.* 138. *in princ. ver. & potest etiam, lib.* 1. vbi, quod si data est talis facultas, legitimati admittentur cum legitimis & naturali- 5 bus. † Imo etiam si non adesset talis facultas præiudicandi filijs legitimis & naturalibus, si facta esset legitimatio per Comitem Palatinum habentem generalem facultatem legitimandi, tales legitimati non perdunt suam legitimationem, etiam si postea nascantur legitimi & naturales. Alexand. *d. consil.* 138. *in princ. ver. quinimo. lib.* 1. Vbi apostil. citat eundem Alexan. *consil.* 187. *col. penult. lib.* 5. 6 † Limita, quia causæ meri & mixti Imperij regulariter non possunt delegari, vel subdelegari, ideo ordinarius non potest delegare; quia constetur electa industria personæ; ideo conceduntur ma- * ioribus iudicibus, * communem opinionem, & communem rationem dicit Clar. in §. *fin. q.* 41. *in princ. versic. aut loquimur in inferiore.* 7 † Extende in delegato ab inferiore, quia non potest subdelegare causas meri, vel mixti imperij. Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 41. *num.* 2. vbi vi- 8 detur declarare. vt non procedat post litem contestatam. † Declara tamen; quia in casibus, in quibus possunt delegari causæ meri & mixti fori, delegatus potest imponere pœnam vltimi supplicij se- * cundum * communem. Clar. *d.* §. *fin. quæstio.* 41. *num.* 4 *vers. Sed nunquid*, vbi dicit tutius, & melius esse, quod certiorem prius faciat 9 delegantem. † Restringe in principe, quia omnes causas meri & * mixti Imperij potest delegare, * communem dicit Clar. *d.* §. *fin.* 10 *quæstio.* 41. *in princip.* † Restringe de generali consuetudine, quia omnes causæ meri & mixti imperij, etiam si agatur de vltimo sup- 11 plicio, delegantur. Clar. *d. quæstio.* 41. *num.* 1. *in fin.* † Restringe in de- * legato à principe, quia potest subdelegare, * communem, & magis communem dicit Clar. *d.* §. *fin. quæstio.* 41. *num* 3. *versic. in delegato* 12 *autem.* † Contrarium, quod imo censeatur electa industria per- * sonæ delegati à principe, ita vt alium subdelegare non possit, * communem, & ita seruari in Ducatu Mediolani dicit Clar. in §. *si.* 13 *quæstio.* 41. *num.* 3. *ver. Contrariam.* Vide Socin. *reg.* 9. *Delegari non possunt ea, quæ meri, seu mixti imperij sunt*, limitat quinque modis. † Limita, quia nō potest Episcopus delegare laico causas criminales cle- ricorum. Clar. in §. *fin. quæstio.* 41. *num.* 5. *versic. Quæro, nunquid*, vbi di- * cit * communem. † Extende, quia nec potest illas delegare cle- 14 rico, & laico simul, & est * communis opinio, vt idem Clar. *d.* § *fin.* * *quæst.* 41. *num.* 5. *in fin.* † Extende, quia neque potest delegare cle- 15 rico coniugato, quia reputatur in omnibus laicus, præterquam * quo ad duo, vt not. in *c. decernimus*, vbi Ripa *num.* 64. *de iudic.* * com- 16 munem dicit Clar. in §. *fin. quæst.* 41. *num.* 7. *versic. Sed an poterit.* † Extende, quia Episcopus non potest etiam deputare laicum ad tor- * quendum clericum in casu, in quo de iure possit torqueri, * communem dicit Clar. in §. *fin. quæstio.* 64. *num.* 25. *versic. sed hic quæro*, vbi, 17 quod non seruatur de consuetudine. † Restringo in Papa, quia bene poterit delegare causas criminales clericorum laico, Clar. *dict.* * *quæstio.* 41. *num.* 6. *versic. Sed quid dicendum*, vbi dicit * communem. 18 † Declara tamen, quia neque Papa posset delegare vniuersaliter clericorum causas principibus secularibus secundum * communem. Clar. *d.* § *fin. quæst.* 41. *num.* 8.

Delegari non possunt multa. Concluſ. 147.

1 MVLTA † possumus regulariter per nosmetipsos, quæ per alios facere non possumus, Angel. Aretin. *cons.* 137. *nu.* 13. *versic.* *multo minus, cum seq.* Vide, *Faciens per alium quando per se ipsum facere di-* 2 *catur. Concluſ.* 7. † Et ideo ea, quæ commissa sunt alicui in conscientia, vel in quibus electa est industria personæ, alteri delegari non possunt. Vide, *Conscientia quid sit, & qualiter regulanda. Conclusio.* 142. Vide, *Industria personæ quando dicatur electa, vt per alium fieri non possit, Conclusio.* 105.

Delegatus à principe habet multa priuilegia. Conclusio. 148.

1 DELEGATVS † à principe subdelegat etiam in his, quæ sunt meri, & mixti imperij. *l.* 1. *C. qui pro sua iurisd.* Bartol. & alij in 2 *l.* 1. *ff. de offic. eius*, vbi late Iaso. Vide, *Delegatus quas causas possit sub-* *delegare. Conclusio.* 150. † Maior dicitur quocunque ordinario in causa sibi commissa. Federic. de Sen. *consil.* 216. *num.* 2. Vide, *Iudex* 3 *delegatus maior ordinario, & qualiter. Conclusio.* 436. † Sententia lata per delegatum principis non potest retractari, vel reuideri, nisi partes adeant principem delegantem. Bald. & alij in *l. si vt proponis. la prima. C. quomod. & quand. iud.* Rota *in nouis decis.* 341. *Dubitatum*, *vtrum.* Deci. *cons.* 699. *n.* 13. Felin. in *c. quoniam Abbas, de offic. deleg.* † Ex- 4 tende, vt procedat etiam in causa connexa, & dependente ab ea, quæ fuerat principaliter commissa. Deci. & Felin. in *cap. ex tenore, de rescript.* Gabriel. *de iudic. concluſ.* 3. † Exequitur suam sententiam, & 5 sic est iudex exequutionis. Bart. in *l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudic.* vbi dicit esse de hoc tex. in *l. fin. C. de iud. & in c. significasti, de offic. deleg.* Io. Andr. Anchar. Abb. Feli. & Deci. ibi, & cum Bar. transeunt Angel. Imol. Alexan. in *d. l. à diuo Pio*, & licet ibi Ias. *num.* 10. conetur respondere iuribus allegatis per Bart. subdit tamen de mente Imolæ, Cuma. & Alex. quod cum de iure canonico sit de hoc text. expressus, & de iure ciuili non sit contrarium dispositum, licet sit apud Doctores ciuiles dubium, standum est iuri canonico, vt not. in *c. licet, de for. compet. & in c. per venerabilem, qui filij sint legit. & in cap.* 1. *de noui oper. nunciat.* & ita * communem esse opinionem Doctorum * in *d. l. à Diuo Pio.* attestatur Ruin. *cons.* 113. *num.* 10. *lib.* 3. & est text. in *c. quærenti* 26. *de offic. deleg.* Marant. *de ordin. iudic. in* 4. *part. in* 5. *dist. nu.* 43. *decimo octauo differunt.* † Extende multo magis in delegato princi- 6 pis, quia ipse exequitur suam sententiam sine dubio. † Declara, 7 quia delegatus potest exequi suam sententiam intra annum, non autem post. Io. de Imol. *consil.* 127. *num.* 3. Roma. *cons.* 160. *Breuiter, in fin.* † Restringe in curia Romana, quia nullus delegatus exequitur 8 suam sententiam sine noua commissione. Ægid. Bellam. *cons.* 18. *n.* 11. *in fin. & nu.* 12. † Non arctat ordinibus, & normis iuris positiui, 9 quando pronunciat, ac procedit vt delegatus principis, quia potest procedere, & pronunciare, prout posset princeps. *c. in nostra*, & ibi Canonistæ. *de sepult.* † Appellari debet ad delegantem, & non 10 ad alium superiorem, si quis grauatur à sententia delegati. *l.* 1 *ff. qui & à quo appell. l. Imperatores*, §. 1. *ff. de appell.* & ibi glo. alia gl. in *l. præcipimus*, §. *hæc si, C. de appell.*

Delegatus à principe cum clausula, omnesque alios, &c. quid possit. Concluſ. 149.

DELEGATVS † in specie contra N. & in genere omnesque alios sua interesse putantes, nullam habet iurisdictionem, nisi 1 contra N. & alios, qui prius coram eo specificati fuerint; & ideo nisi coram eo specificentur, vigore illius clausulæ in citatione facienda, licet coram exequutore fiat specificatio, nō valet processus, *c. pastoralis, in fin. de rescript.* plene Roman. *consil.* 342. *Quoad primum, col.* 3. *num.* 2. *in fin. & seq. ver. quoad tertium.* † Extende, quia talis 2 delegatus vigore clausulæ, *omnesque alios, &c.* dicitur habere solum iurisdictionem habitu, sed non actu, antequam coram eo sit facta specificatio, & ideo si iudex citat certos specificatos, & omnes alios, & exequutor ipse sub clausula, *nominatim*, aliquos citat, nulliter facit, quia excedit mandatum. Roman. *d. cons.* 342. *num.* 5. *versic. postremo illud clarissime*, vbi allegat Rotam *decis.* 18. *si impetretur, tit. de de dol. & contum. in nou.* licet numerus sit corruptus, & ibi apostil. dat concord. † Contrarium tenet illa *decisio.* 18. *de dol. & contum. in nou.* 3 vbi maior pars tenet contrarium, quod imo citatio emissa per delegatum contra certos, & cum clausula, *omnesq; alios*, possit per exequutorem exequi contra certos, & valet talis citatio, & concord. Cassad. *decis.* 2. *de del. & contum. versic. Nec obstat. bo. me. Palaot. decis.* 199. *prope fin.* † Declarat eadem *decisio* 18. *in nouis, de dolo, & contum.* quod 4 contrarium procedit, quando citaretur intrusus, qui continebatur sub clausula, *omnesque alios*, item dicit contrarium procedere in curia propter distantiam, quia ita bene sciri non potest veritas, & extensio procederet in partibus, & in fine decisionis datur cautela, quod obtineatur sanatoria.

Delegatus quas causas potest subdelegare, vel non. Concluſ. 150.

IVDEX † delegatus à principe potest subdelegare causas meri & mixti imperij, & sic tam per se, quam per substitutum cognoscere de crimine, & causa criminali sibi demandata, & hoc de iure canonico. *c. venerabili, de offic. deleg.* Feder. de Sen. *consil.* 216. *Domino Federico. in princip.* Vide, *Delegari quæ causa possint, vel non, & à quibus, Conclusio.* 146. † Et delegatus dicitur à principe, si est delegatus 2 à populo habente iura imperij, prout Florentini. Castrens. *consil.* 118. *Quod dicti domini, in versic. breuiter, lib.* 1. † Extende, quia de- 3 legatus à principe si habet facultatem procedendi summarie, & sine figura iudicij, subdelegando dicitur subdelegasse etiam quo ad summariam cognitionem, quia qui potest subdelegare, potest quoad omnia, & si non reseruat sibi aliqua, subdelegatio censetur quoad omnia. Castrens. *consil.* 66. *Dubia supradicta, n.* 3. *ver. ex quibus infertur, lib.* 1. † Restringe, quia delegatus à principe semel tantum, 4 potest subdelegare, etiam antequā sit functus officio. Cast. *cons.* 118.

ver. præ-

5 *ver. praterea, lib.1.* † Declara, vt non procedat restrictio, quando delegatus in rem suam est delegatus, prout si fiat delegatio in dignitatem, vel officium, quia dicitur in rem suam habere mandatum, quia sicut procurator in rem suam constitutus potest substituere
6 absolute, ita delegatus. Castr. *d. cons. 118. col. 2. in princ. lib. 1.* † Idem, si esset delegatus ad negocium vniuersale non inter certas personas, sed inter incertas, quia tunc dicitur potius ordinarius, qui potest subdelegare. Castrens. *d. cons. 118. num. 2. versic. sed in præfatos, lib. 1.*
7 † Declara, quia delegatus ad certum negocium intra quinquennium, si tale negocium perficiat ad biennium, & deleget alios pro eodem negocio per residuum quinquennij, non dicitur functus officio, neque ex primo actu dicitur consumpta delegatio, sed bene concurrentibus duobus, videlicet, eo, quod perficit, & delegatione, quæ fit eodem instanti. Castrens. *cons. 118. in fin. versic. nec obstat,*
8 *lib. 1.* † Restringe, quia delegatus à principe, licet possit subdelegare, intelligitur, quod possit subdelegare articulum non iurisdictionalem; quia articulum iurisdictionalem alteri committere nõ potest, ita Abb. *cons. 61. col. 2. ver. secundo dicta sententia*, allegat Innoc. in *c. cum Bertoldus, de re iudic.* & glossam in *auth. de defens. Ciuit. prope fin.*
9 † Amplia, vt idem sit etiam de iure ciuili nouissimo. *auth. de collatio. § ad hoc prohibemus, vers. ante quod, &c.* Feder. *d. consil. 216. in princip.*
10 † Declara tamen, quia sicut delegati debent esse in dignitate Ecclesiastica, vt supra *Concluſ. 145.* ita etiam subdelegati. Castrens. *con-*
11 *sil. 66. n. 4. versic. ad tertium, lib. 1.* † Amplia, quia delegatus à principe
12 potest subdelegare solus, secus, si est delegatus ab inferiore. † Amplia etiam in reuocatione, quia delegatus subdelegando quoad aliqua potest semper, etiam re non integra, reuocare subdelegatũ. Franc. *d. c. quamuis, num. 2. de offic. deleg. in 6.* vbi, quod potest fieri reuocatio expressa, & tacita. Bald. *cons. 449. in princ. lib. 1.* Vide, *Procu-*
13 *rator reuocatur multis modis. Concl. 860.* † Extende, vt procedat etiam in delegato, qui ad totam causam alium subdelegauit; quia potuit re integra reuocare subdelegatum, secus, si res non sit integra.
14 Franc. *d. c. quamuis, n. 2. lib. 6. de offic. deleg.* † Extende, quia in casibus, in quib. delegatus potest reassumere iurisdictionem, ijsdem casibus potest etiam appellari ad ipsum delegatum, qui subdelegauit.
15 Bald. *d. cons. 449. per tot. lib. 1.* † Extende, quia si delegatus subdelegauit alium, donec duxerit reuocandum, potest reuocare, & non censetur subdelegasse exequutionem; ideo ad eum poterit appellari. Franc. in *c. si delegatus. nu. 6. ver. in ea gl. de offic. deleg. in 6.* vbi plene.
16 † Restringe, quando delegatus subdelegauit non in totum vices suas, quia lata sententia per subdelegatum post annum expirat tã iurisdictio subdelegati, quam subdelegantis delegati. Io. de Imol. *cons. 127. In casu præmisso nu. 3.* ideo si iudex subdelegatus scribat pro exequutione sententiæ, quæ sit nulla, ipsi non rescribitur, neque delegato, qui subdelegauit; quia iurisdictio amborum per lapsum
17 anni expirauit. † Restringe in delegato, vel exequutore dato ad prouidendum; quia si subdelegat alium ad prouidendum cæpto negocio per subdelegatum dicitur functus officio suo, in tantum, quod non potest alterius se immiscere, nec ad eum potest appel-
18 lari. Bald. *d. cons. 449. circa finem ver. & ideo quando, & in fin. lib. 1.* † Restringe, vt non procedat, quando delegatus Principis subdelegasset totam suam iurisdictionem, tam in iudicando, quam in exequendo, quia non potest iurisdictionem reassumere, quando subdelegatus cæpit procedere. Bald. *consil. 449. Delegatus domini Papæ,*
19 *ver. & ad declarationem, li. 1.* † Limita in subdelegato à Principe, quia non potest alium subdelegare, *l. à iudice C. de iud. cum ibi not.* Franc. in *c. quamuis. in princip. de offic. deleg. in 6.* vbi hoc ampliat, etiam si delegatus subdelegaret cum facultate alterum subdelegandi per sub-
20 delegatum, quia non potest. † Extende, quia subdelegatus à delegato principis non potest committere Notario examen, & de-
21 lationem iuramenti testium, *c. cum causam, de appell.* † Declara, quia licet subdelegatus à delegato principis non possit subdelegare, & sic non possit committere examen, & iuramentum testium alteri, si tamen pars aduersa fuit præsens delationi iuramenti factæ à Notario conualidatur, quia licet præsentia non requirat citationem, sed solum declarationem animi iudicis, tamen si præsentia est deliberata, ad illum actum sufficit. Franc. Aretin. *cons. 13. Viso diligenter,*
22 *num. 18. & seq. ver. sed obijcitur.* † Imo quod si subdelegatus à principis delegato possit nudum ministerium examinis testium Notario committere, quando ipse vidit articulos, & interrogatoria, & ad-
* misit, * communem dicit idem Franc. Aretin. *d. cons. 13. nu. 21. ver.*
23 *secundæ obiectioni respondetur*, vbi tollit contraria. † Plus dicit idem Franc. Aret. *d. cons. 13. n. 21.* quod etiam merus exequutor deputatus ad nudum ministerium examinis testium potest alium subdelegare, licet alleget Specul. pro contraria, sed hanc tuetur vti veriorẽ,
24 & respondet ad contraria. † Limita in delegato ab alio, quàm à principe, quia non potest subdelegare. Petr. de Anch. *cons. 36. in fin. nu. 10. ver. super eo, quod quæritur.* Abb. *consil. 61. In causa, col. 2. ver. secundo dicta sententia, lib. 1.* † Declara, quia bene potest delegatus dari ab
25 inferiore cum potestate subdelegandi, & valet. Franc. Aretin. *cons. 13. Viso diligenter num. 19. ver. & adeo hoc est verum*, allegat glo. in *c. is cui. de offic. deleg. in 6.* † Imo delegatus ab ordinario, licet non possit
26 subdelegare; si tamẽ subdelegauit, & subdelegatus nulliter exercuit subdelegationem sciente & patiente ordinario, videtur dedisse facultatem necessariam, vt valeant gesta. Alex. *cons. 84. Super consultatione, nu. 2. ver. pro hoc. lib. 5.* † Extende in arbitro & arbitratore, quia non subdelegat, ex quo non est à principe. Fulgo. *cons. 144.*
27 *in princ.* † Extende vt duo delegati non à principe non possint alter alteri vices suas committere, & sententia erit nulla lata ab altero habente vices alterius. Abb. *d. cons. 61. In causa, col. 2. circa fin. ver.*
28 *secundo dicta sententia, lib. 1.*

Delegatus quando dicatur ab homine, & quando à lege. Concluſ. 151.

DELEGATVS † à iudice ordinario allegato suspecto dicitur
1 delegatus à lege, vel statuto, quando vigore legis, vel statuti delegatio est facta; & ideo valebit, etiam si delegans faceret delegationem in causa, in qua habeat interesse. Bald. *cons. 365. In causa, quæ vertitur, nu. 2. ver. in contrarium, lib. 3.*

Delegatus ad vniuersitatem causarum loco ordinarij habetur. Concluſ. 152.

IVDEX † delegatus ad vniuersitatem causarum, & personarum
1 in certo loco habetur loco ordinarij iudicis. Alexan. *cons. 12. Viso processu, num. 4. lib. 6.* Ias. in *l. more, nu. 19. ff. de iurisd. omn. iudic.* vbi apostil. in *ver. vniuersitatem*, quod æquiparatur ordinario. † Extende,
2 quia potest sua iurisdictio prorogari à partibus. Alex. *d. cons. 12. Viso processu, num. 6. & 7. ver. tertio responderi potest, lib. 6.* † Extende, quia
3 potest sua iurisdictio confirmari per pronunciam, quod sit competens, & si non appellatur, valet pronuncia. Alex. *dict. cons. 12. num. 5. versic. secundo respondetur, lib. 6.* † Declara tamen, quia Vicarius fora-
4 neus Episcopi, qui delegatur ad vniuersitatem causarum, non dicitur Vicarius Episcopi, neque facit idem tribunal cum Episcopo, prout Vicarius generalis; ideo ab isto Vicario foraneo appellatur ad Episcopum; quia delegatus est ab Episcopo, Alexan. *d. consil. 12.*
num. 4. ver. nec etiam lib. 6. Vide, *Vicarius & officialis Episcopi faciunt idem auditorium cum Episcopo. Conclusio. 186.* † Restringe, quia non appel-
5 latur à subdelegato ipsius delegati ad vniuersitatem ad eum, prout in iudice ordinario subdelegante. Ias. *d. l. more num. 19. circa med. versic. & ideo respondendo. ff. de iurisd. omn. iudic.* † Restringe, quia sua
6 iurisdictio per mortem delegantis expirat re integra, prout in delegato. Ias. *d. l. more, num. 19. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi in fin. dicit * com- *
munem. † Restringe, quia recusatur, vt suspectus, prout delega-
7 tus, quod non est in ordinario. Ias. *d. l. more, num. 19. ver. Istud etiam patet, ff. de iurisd. omn. iudic.*

Delegatus ad causam appellationis ab articulo, seu ab interloquutoria, quando cognoscit de negocio principali. Concluſ. 153.

IVDEX † delegatus in causa appellationis ab articulo potest co-
1 gnoscere de negocio principali absque alia commissione, quando pronunciauit bene appellatum, & male iudicatum, gloss. in *c. vt debitus*, quæ est pen. in *ver. alioquin, de appellat.* vbi Innoc. *num. 5.* &
Hostien. & alij, & hanc communem * dicit ibi Deci. *num. 2. col. an-* *
tepen. ver. in gloss. penul. † Verum, quia Io. Andr. in *d. c. vt debitus*, reas-
2 sumit materiam hanc distinguendo per multa capita, & latius exorditur Feder. de Sen. *cons. 192. rubr. de appell. per totum.* quod est consilium Lap. Abb. sancti Miniati, ideo clarius ex mente illorum pone hos casus. † Primus casus, iudex delegatus in causa appella-
3 tionis ab articulo, seu grauamine, & sic ante diffinitiuam cognoscit causam negocij principalis, quando pronũciauit bene appellatum, & male iudicatum, super grauamine, si vna cũ appellatione est commissum negocium principale, quia nõ dicitur functus officio per pronunciam super articulo; & iste est primus casus in dubitatus. Fed. de Sen. *d. cons. 192. in princ.* † Amplia, vt etiam in eo ca-
4 su prox. possit idem facere iudex delegatus ipsius iudicis ad quẽ, vt per Fed. *d. cons. 192. in prin. ver. si appellat.* † Secundus casus est, quã-
5 do in appellatione iudicis, ad quem non includitur commissio negocij principalis; & tũc si per se ipsũ cognoscit, & appellatio est legitima, & iustificata, potest post pronunciam super articulo etiã

pronun-

pronunciare super negocio principali, & non dicitur functus officio. Fed. *d. conſ. 192. in princip. ver. Si vero non includitur*, & iſte eſt caſus
* dubitabilis, ſed tamen * communis eſt, quod poſſit cognoſcere, vt
6 per Deci. *d. cap. vt debitus, num. 22. de appellat.* † Amplia, vt etiam delegatus à iudice ad quem poſſit cognoſcere de negocio principali iſto ſecundo caſu, quando partes in ipſum conſentirent, vt procederet poſt articulum etiam in negocio principali. Fed. de Sen. *d. conſ. 192. verſic. Si vero non includitur, in princ.* quod intelligit ibi, ſi modo cauſa ſit de temporalibus, cuius iuriſdictio poſſit prorogari, vel
7 ſi delegans expreſſe non inhibuiſſet in negocio principali. † Amplia, vt procedat, quod iudex appellationis ante diffinitiuam interpoſitæ poteſt procedere in negocio principali, quando fuit iudicatum, bene appellatum, etiam quod iudex à quo non haberet iuriſdictionem in negocio principali. Feder. de Sen. *conſil. 192. in fin. verſic. Item, quia illa etiam.* † Limita, niſi cauſa negocij principalis eſſet de maioribus, vel ſpiritualis, & talis, quæ ex prorogatione
8 partium non poſſet cognoſci, quia tunc non poteſt cognoſcere, niſi delegatus expreſſe conſentiat, quod cognoſcat de negocio principali. Feder. *d. conſil. 192. in princip. verſ. ſecundo caſu, ſcilicet cum non*
9 *inhibuit.* † Limita, niſi delegans inhibuiſſet quoad negocium principale, quia tunc nec de conſenſu partium poſſet cognoſcere de negocio principali. Feder. de Sen. *d. conſil. 192. in princip. verſic. Si au-*
10 *tem.* † Tertius caſus eſt, quando appellatio ab articulo, & ſic ante diffinitiuam commiſſa eſt non legitima, & an tunc iudex ad quem poſſit cognoſcere de negocio principali, & delegatus eius, & di-
11 ſtingue, quia. † Iudex appellationis interpoſitæ ante diffinitiuam, etiam antequam appellatio ſit legitima declarata, etiam ſi ſit illegitima, poteſt cognoſcere de negocio principali, duobus concurrentibus, videlicet, quod iudex à quo haberet iuriſdictionem in negocio principali, & quod ipſum negocium principale ſit cõmiſſum iudici ad quem. Feder. de Sen. *conſil. 192. verſic. ſecundo membro principali, col. 1. in fin.* allegat *c. cum appellationibus friuolis, de appell. in* 6. vbi, quod cognoſcet, ſi non vigore appellationis, quia non legi-
12 tima, ſaltem vigore delegationis. † Quartus caſus, quando iudex à quo defert appellationi non legitimæ. Feder. de Sen. *d. conſil. 192.*
13 *num. 2. verſ. ſecundo membro principali.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi iudex à quo habens iuriſdictionem appellanti dederit apoſtolos refutatorios, quia ſi commiſſum eſt expreſſe negocium principale, de eo poteſt cognoſcere iudex ad quem, vt ſup. idem Fed. *conſil.*
14 *192. n. 2. ver. ſecundo caſu principali.* † Amplia, vt idem ſit, ſi appellans obtulit ſe probaturum cauſam appellationis, nõ friuolam coram iudice à quo, & non fuit admiſſus, quia etiam ante iuſtificationem poteſt iudex ad quem cognoſcere de negocio principali, vt ſupra.
15 Fed. de Sen. *d. conſil. 192. nu. 2. ver. & idem erit, in princ. col. 2.* † Amplia, vt in caſibus prædictis, in quibus iudex appellationis delegatus cognoſcit de negocio principali, vt etiam committere poſſit alte-
16 ri. Feder. de Sen. *d. conſ. 192. num. 2. ver. ſecundo membro principali.* † Amplia, vt procedat, nedum ſi iudex à quo detulit expreſſe, vel tacite ipſi appellationi, puta, denegando, vel non reſpondendo de apoſtolis, Feder. de Sen. *d. conſ. 192. n. 2.* dummodo tamen, ſi diſtulit dare apoſtolos, fuerit requiſitus legitime, & non fuerit impeditus, alias ſecus, *c. vt ſuper, de appellat. c. ab eo. eod. tit. in 6. & clem. quamuis rigor, eod. tit.* & credo hanc ampliationem procedere, etiam ſi non ſit commiſſum negocium principale, dummodo iudex deferat, & habeat iuriſdictionem; quia ex iſtis duobus defertur, & deuolui-
17 tur negocium principale ad iudicem appellationis. † Limita, quando iudex à quo non haberet iuriſdictionem in ipſo negocio principali, quia tunc nec etiam iudex appellationis poteſt eſſe iudex, nec in eum transfertur negocij principalis cognitio. Feder. de Sen. *d. conſil. 192. nu. 2. col. 2. in princip. verſic. ſecundo caſu*, vbi reddit rationem; quia per delationem in alterum, non transfert, quod ipſe
18 non habet. † Declara hanc limitationem, vt non procedat, ſi tempore appellationis iudex eſſet in quaſi poſſeſſione dictæ iuriſdictionis negocij principalis; quia tunc licet verè non haberet iuriſdictionem in negocio principali; tamen ratione quaſi poſſeſſionis deferendo appellationi transfert etiam cognitionem negocij principalis. Feder. de Sen. *conſil. 192. num. 2. col. 2. verſic. in tertio, & vl-*
19 *timo caſu.* † Declara ſecundo, quia delatio appellationi deuoluit negocium principale ad iudicem ad quem, etiãſi iudex à quo non haberet iuriſdictionem in negocio, dummodo iudex ad quẽ ſit talis, qui poſſit adiri per partes, per viam ſimplicis querelæ. Fe-
20 der. de Sen. *d. conſil. 192. in fin. verſic. Item, quia illa.* † Declara tertio hanc limitationem, vt non procedat, quando partes ipſæ conſentirent in iudicem ad quem, & eſſet talis, qui poſſet adiri per ſimplicem querelam à partibus, quia tunc licet primus non haberet iuriſdictionem à quo, poterit tamen iudex ad quem cognoſcere.
21 Feder. *d. conſil. 192. col. 2. verſic. in tertio, & vltimo caſu.* † Quintus caſus, quando iudex à quo non defert, veluti, quando eſſet appellatio ante ſententiam non legitima, nec iuſtificata interpoſita ante ſententiam à iudice habente iuriſdictionem, quæ deuoluit negocium principale ad iudicem appellationis, licet iudex à quo non detulerit, quando iudex ad quem pronunciauit negocium deuolutum, & tam partes, quam iudex à quo ſciuerunt, & non appellauerunt. Feder. de Sen. *dict. conſil. 192. col. 2. verſic. Si autem non detulit.*
† Declara hanc ampliationem, vt procedat, niſi appellatio inter- 22
poſita iudici, ad quem, & cuius vigore pronunciauit, negocium deuolutum, eſſet manifeſte friuola, quia tunc pronunciatio non nocet veritati. Feder. *d. conſil. 192. colum. 2. verſic. Si vero non appellatur.*
† Contrarium, quod imo declaratio ſuper deuolutione nego- 23
cij operetur deuolutionem, ſi non eſt appellatum, non attento, quod prima appellatio ſit friuola, vel ne, videtur notare. Lap. in apoſtil. in *d. conſil. Feder. 192. col. 2. in fin. verſic. caue.* † Amplia hunc 24
quintum caſum, vt etiam ſi non ſit pronunciatum ſuper deuolutione appellationis, & negocij principalis, poſſit iudex ad quem cognoſcere de negocio, ſi partes conſentiunt. Feder. *d. conſil. 192. col. 3. in princ. verſic. Si autem non pronunciat.* † Sextus caſus eſt, dum- 25
modo cauſa ſit talis, quæ per prorogationem poſſit cognoſci, & dummodo iudex ad quem poſſit per ſimplicem querelam adiri. Feder. *d. conſil. 192. col. 3. verſic. Si vero eſt appellatio*, & ſupra in ſecundo caſu, in prima limitatione. † Amplia, vt in omnibus caſibus præ- 26
dictis, in quibus iudex appellationis poteſt cognoſcere de negocio principali, poſſit etiam eius delegatus concurrente commiſſione negocij principalis, & concurrentibus alijs ſupradictis, de quibus idem Feder. *conſil. 192. num. 2. in fin. verſic. Si vero eſt appellatio.*
† Primus caſus igitur eſt repetendo clarius, quando appellatio eſt 27
iuſtificata, vt quia pronunciatum eſt, bene appellatum, & male iudicatum, & ſi in commiſſione expreſſe commiſſum eſt negotiũ principale cum articulo grauaminis; & tunc ſine dubio iudex grauaminis cognoſcere poteſt de negocio principali, & etiam ſuus delegatus. Feder. de Sen. *conſil. 192. Rubr. de appell. in princip.* ex mente Ioan. Andr. in *c. vt debitus de appellat.* † Secundus caſus eſt, quando 28
ante ſententiam appellatur, & ſimpliciter eſt commiſſa cauſa, nec eſt expreſſum negocium principale, & ſiquidem appellatio eſt legitime pronunciata, vt quia iudex appellationis pronunciauit, bene appellatum, & male iudicatum, non eſt functus officio, quia poteſt etiam ſuper negocio principali pronunciare, quia ex natura appellationis cenſetur deuolutum. Feder. de Sen. *conſil. 192. in princip. verſic. Si vero non includitur*, & * communem dicit, Deci. in * *c. vt debitus, num. 22. col. penult. verſic. in gloſſ. penult. de appellat.* † Tertius 29
caſus eſt, quando appellatio ante diffinitiuam non eſt legitima, & tunc etiam deuoluitur ad iudicem ad quem indiſtincte, ſiue iudex à quo detulerit, ſiue non, quando duo concurrunt, videlicet, quod iudex à quo haberet iuriſdictionem ſuper negocio principali, & quod ipſum negocium principale ſit expreſſe commiſſum; quia ſi non valet deuolutio in vim appellationis, valet in vim delegationis, & commiſſionis, *argument c. cum appellationibus friuolis, de appellat. in* 6. Federic. de Sen. *dict. conſil. 192. num. 2. verſicul. ſecundo membro principali, in princip. colum. 2.* † Quartus caſus eſt, quan- 30
do appellatio ante diffinitiuam non eſt legitima, neque commiſſum fuit negocium principale, quando duo alia concurrunt, videlicet, quod iudex à quo haberet iuriſdictionem ſuper negocio principali, vel ſaltem eſſet in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, & detuliſſet appellationi expreſſe, vel etiam tacite denegando apoſtolos, vel non admittendo appellantem volentem probare cauſam appellationis legitimam, iſtis concurrentibus negocium principale deuoluitur, & iudex appellationis de eo poteſt cognoſcere. Feder. de Sen. *dict. conſil. 192. num. 2. d. verſic. ſecundo membro principali, vſque ad verſ. Si autem non detulit.* † Quintus caſus eſt, quando 31
appellatio ante diffinitiuam non eſt legitima, nec eſt commiſſum negocium principale, nec iudex detulit appellationi, vt nihilominus deuoluatur negocium principale, & iudex appellationis de eo cognoſcat, quando concurrunt duo, quod iudex à quo haberet iuriſdictionem, & iudex ad quem pronunciaſſet negocium deuolutum ſciente iudice à quo, & partibus, & non eſſet appellatum. Feder. de Sen. *dict. conſil. 192. col. 2. verſic. Si autem non detulit.* † Sextus 32
caſus eſt, quando eſt appellatum ante diffinitiuam, licet appellatio non ſit legitima, neq; commiſſum negocium principale, neq; iudex à quo detulerit, neq; iudex ad quem ſuper deuolutione negocij principalis pronunciauerit; tamen poterit cognoſcere de negocio principali, ſi partes conſentiant, dummodo iudex ſit talis, qui per ſimplicem querelam à partib. adiri poſſit, & cauſa ſit talis, quę poſſit per prorogationem cognoſci prout eſt prophana cauſa. Fed. de Sen. *d. conſ. 192. col. 2. ver. ſi autem non detulit, vſq; ad nu. 3. verſ. ex hoautem.* † Amplia; quia nedum iudex appellationis poteſt in illis 33

casibus

casibus cognoscere negocium principale, sed etiam delegatus ipsius idem posset, concurrentibus tamen omnibus, de quibus in vnoquoq; ex casibus prædictis respective, & quod iudex appellationibus consentiat, ita Feder. de Sen. *d. consil. 192. col. 3. ver. si vero est appellatio illegitima.* Vide, *Iudex appellationis à grauamine quando procedat in negocio principali, vel non. Concl. 458.*

Delegato, & alijs non creditur, nisi constet de delegatione, & quando secus, & qualiter probetur delegatio. Concluſ. 154.

1 IVDEX † delegatus tenetur mittere copiam suæ delegationis in præcepto vel citatorio per eum emanato, alias ei impune nõ paretur, *c. 2. de dilatio.* Feder. de Sen. *cons. 251. in princ.* vbi quod alias citatus non tenetur comparere. Angel. *cons. 182. Mandatum principis, in princip.* vbi dicit hoc esse verum in inferioribus. Castrens. *cons. 81. In causa, quæ vertitur, vol. 4. ver. est etiam alius, lib. 2.* Angel. Areti. *cons. 6. In casu, nu. 16. & seq. ver. non obstat tertium.* Vide, *Iudici aliquid attestanti supra suam facultatem non creditur, & quando secus. Concluſ. 477.* † Extende, quia non creditur iudici asserenti se delegatum, & commissarium Sereniſſ. Ducis, si non docet de sua delegatione, Canon. in *c. eum super. de offic. deleg.* plene Feli. in *c. super litteris, de rescript. & in c. subvorta, de re iudic.* quia delegatio non præsumitur, nisi probetur, *c. cum in iure*, & ibi gloss. & Doct. *de offic. deleg.* Alexand. *cons. 71. num. 7. lib. 7.*

3 Roma. *cons. 336. Circa propositam, num. 4.* † Extende, quia litteræ delegationis debent iudici delegato, & exequutori originales præsentari, nec sufficit transumptum. Roman. *d. cons. 336. nu. 5. ver. cæterum*, vbi apostil. in *ver. originale*, dat concord. allegat simile de intimatione appellationis extraiudicialis, vel alterius actus explicandi; quia debet intimatio fieri cum instrumento appellationis au-

4 thentico, alias non erit legitima, vt ibi apostil. in *ver. illegitima.* † Extende, quia debet iudex delegatus custodire suam delegationem, sicut pupillam oculi sui, quia sibi non creditur, etiam si in sententia dicat, *visis litteris nostræ delegationis*, & sententia sit lata partibus præsentibus, & non appellantibus; quia adhuc erit nulla, nisi constet de delegatione. Ange. Areti *d. cons. 6. in casu prædicto, num. 7. & 8.*

5 *cum seq. per tot.* maxime *num. 16. & seq. ver. non obstat tertium.* † Et imo antequam sibi fuerint præsentatæ litteræ suæ delegationis, nõ potest exercere iurisdictionem. Vide, *Iudex delegatus non habet iurisdictionem, antequam præsententur litteræ delegationis. Concluſ. 435.* † Amplia, vt idem sit in exequutore, vel subexequutore, quia si non cõstat de facultate sua, non potest procedere, & ei non paretur, & valet appellatio interposita ab eo, & eius processu. Feder. de Sen. *cons. 251, Casus talis est, Iacobus, in princip.* & irrita est exequutio aliter facta,

7 non ostensa delegatione. Roma. *cons 336. num. 4.* † Amplia idem in arbitro & arbitratore asserentibus in eos factum compromissum.

8 Vide, *Arbitris in quibus credatur, vel non. Concl. 469.* † Amplia, vt procedat in quocunque nuncio, misso, & alio destinato ad aliquid, vt sibi non credatur, nisi doceat se habere potestatem ab eo, qui potest dare. Feder. de Sen. *d. cons. 251. in princip. num. 1. ver. non enim debet.*

9 † Ratio est in promptu, quia quilibet posset sibi confingere delegationem, & quia posset expirasse talis delegatio; & quia posset esse non vera. Feder. de Sen. *d. cons. 251. in princ. ver. & quare verba sun-*

10 *duntur.* † Et propterea debet etiam citare partem ad dicendum contra delegationem, quicquid vult, &c. Castrens. *consil. 81. colu. 4.*

11 *ver. est etiam alius, lib. 2.* † Amplia, vt idem sit in iudice ordinario, quia sibi non creditur in multis. Vide, *Iudici aliquid attestanti supra*

12 *suam facultatem non creditur, & quando secus. Concluſ. 447.* † Amplia in tantum, vt hæc exceptio, quod non constat de delegatione, possit opponi, etiam in actu exequutionis, *c. pia, de except. lib. 6.* Feder. *d. con-*

13 *sil. 251. in princip.* † Amplia, quia non creditur iudici literas scribenti super aliqua delegatione sibi facta, nisi mittat litteras delegationis. Angel. *cons. 217. num. 7. versic. item, quia idem dominus Comes.*

14 † Amplia, quia non creditur iudici in ijs, quæ pertinent ad conualidandum acta per eum gesta. Signorol. Homod. *cons. 36. In quæ-*

15 *stione vertente, num. 6.* † Amplia, vt procedat, etiam si delegatus sit iudex solum ad sententiam proferendam, quia non potest proferre sententiam, nisi primo citauerit cum insertione delegationis ad dicendum contra delegationem, quicquid vult, potest, & intendit, alias sententia est nulla, quia non tenetur citatus aliter comparere. Castrens. *cons. 81. col. 4. ver. est etiam alius, lib. 2.* vbi, quod non

16 potest responderi huic argumento. † Amplia, quia iudex delegatus, licet in sententia dicat se delegatum præsentibus partibus, ipsi non creditur, nisi doceat de literis suæ delegationis. Ang. Aret. *cons. 137. Quoniam à me, per totum*, vbi pro vtraque, & hanc tuetur, & tollit contraria, quæ procederent, quando alias ille delegatus fuisset ordinarius, & iurisdictio potuisset prorogari, maxime *nu. 17. & sequ. ver. nec obstat.* † Extende, vt possit sententia dici nulla per viam 17
actionis, & exceptionis, quando non constat de delegatione. Angel. Aret. *d. cons. 137. n. 8. & seq.* & erit lata à priuato, vt ibi in fi. † Ex- 18
tende, vt imo etiam si constaret de delegatione, sententia sit nulla, si delegatio est facta ab eo, qui nullam habet iurisdictionem, & non posset per se cognoscere, prout si inquisitor Florentiæ delegat Priorem sancti Dominici Bononiæ ad causam ciuilem; quia non potest cognoscere, nisi de hæresi, & crimine principaliter, & de bonis incidenter. Angel. Areti. *d. cons. 137. per totum*, vbi est casus consilij. † Amplia, quia omnes iudices Commissarij, qui de Pro- 19
uincia ad Prouinciam mittuntur, debent præsentare litteras suæ facultatis Præsidi Prouinciæ, antequam exercere incipiant, alias posset eis resisti. *auth. de coll. at. § eos, collatio. 14* Bart. in *l. prohibitum*; vbi etiam Bald. *C. de iur. fisc. lib. 10. & in l. 1. C. de superindict. eod. lib. 10.* & ibi Alex. in apostil. probat, clare tex. in *l. 1. C. de mandat. princ.* † Declara 20
tamen, quia si coram iudice ordinario vocatur forensis, vel is, qui prætendit se exemptum; quia constat eum esse iudicem, sed solum dubitatur, an in personam citati sit iudex, debet cognosci per eũdem iudicem, an sit iudex, si vero agitur de iudice commissario; tunc literæ præsentantur præsidi, *l. si quis ex altena, ff. de iud.* per quem text. ita Bald. in *d. l. prohibitum, vers. iuxta hoc quæro. C. de iur. fisc. lib. 10.*
† Qualiter probetur delegatio, Vide plene Masc. *Concl. 491. De-* 21
legatio an probetur, vbi *num 5. & seq.* ponit Regulam in Papa, & Imperatore, quod requirantur literæ, quia, vt supra, non creditur delegato, nisi litteras ostendat, ampliat in Cardinale delegato, vt ipsi non credatur, adducit contraria, quod imo credatur Cardinali, declarat, quando nõ agitur de præiudicio tertij circa ea, quæ principi sunt seruata, & vide eum circa hoc. † Limitat in inferioribus 22
à Papa, & Imperatore, quia probari potest delegatio per testes, Mascard. *d. Concl. 492. n. 14. & seq.* secundo limitat, quando fuit ostensum, & postea deperditum; tertio, quãdo pars nihil opposuit.
† Limitat etiam, quia probatur delegatio per literas alienas, quan- 23
do sunt sigillatæ sigillo principis, dummodo persona delegata sit honesta, vel habitet cum eo, cuius se facit delegatum. Mascard. *d. Concl. 491. in princ.* † Limita in delegato maiori, prout in Legato de 24
latere vel Cardinali, quia in ijs, quæ directo non sunt in præiudicium tertij, ipsi creditur, prout in dispensationibus factis non ostenso mandato. Angel. *d. cons. 182. per totum*, vbi ita distinguit. † Li- 25
mita, quando princeps est præsens in loco, quia præsumitur pro iudice, & statur eius dicto, quod sibi à principe fuerit commissum id, quod publice facit. Roma. *cons. 59. Ad discutiendum, nu. 6. ver. quarto videndum*, vbi apostil. in *ver. commissum*, quæ dat plurimos concor. vide apostil. ad Bart. in *l. 1. C. de mandat. princip.* Vide pro limitatione Masc. *Concl. 492.* vbi dicit veram limitationem, sed tamen allegans scientiam, & præsentiam seu patientiam principis debet illam probare, si negetur. † Limita, quando consuetudo, quod cre- 26
deretur, esse in loco. Rom. *d. cons. 59. n. 6. ver. secundo quia.* Vide, *Arbitris in quibus credatur, vel non. Concl. 469.* Vide, *Asserenti quando standum est, & an debeat iurare. Concl. 536.* Vide, *Cardinalis assertioni quando standum est. Concluſ. 103.* Vide, *Legato creditur, licet non ostendat suam facultatem, & quando secus. Concl. 160.* Vide, *Nuncio non creditur extra officium, & quando secus. Concl. 155.*

Delegatus reuocatur multis modis. Concluſ. 155.

DELEGATVS † iudex reuocatur, si ratione dignitatis sit facta 1
delegatio, & ipse mutet, vel amittat dignitatem, quia delegatio transit ad eum, qui in dignitate succedit, ita Ægid. Bellam. *cons. 6. n. 8.* † Amplia, quia etiam reuocatur tacite delegatus, vel subde- 2
legatus, si delegans, vel subdelegans cognoscit de causa. Cald. *cõs. 80. An delegans*, alias 7. *de offic. deleg. & cons. 69.* quod est 2. *de offic. Vicar. in fi.* † Amplia, quia morte mandantis re integra expirat iurisdictio 3
delegati etiam ad vniuersitatem causarum. Ias. in *l. more, n. 19. & seq. ff. de iurisd. omn. iud.* † Amplia, quia si functus est officio, licet enim 4
possit sententiam suam exequi, si meretur exequutionem, tamen illud est intra annum. Vide, *Exequutor quanto tempore duret. Concl. 512.*

Delegandi facultas quomodo, & qualiter probetur. Concluſ.

VIDE Mascard. *Concl. 492. Delegatio, n. 4. & seq.* vbi, quod probatur per literas, per sigillum, & probata consuetudine, quod possit delegare, vel subdelegare, vbi etiam an subdelegans possit esse testis in causa subdelegata, vide eum.

Deliberatio quid sit. Concluſ. 156.

DELIBERATIO † hominem refrenat, & à malo iudicio retra- 1
hit, quæ est pars consilij. Oldr. *cons. 209. n. 11. ver. tertio nõ fuit seruata for-*

2 *uata forma.* † Et festinatio præceps non præbet præmium; imo damnatur. Oldra. *cons.*307. *in princ.* & dicitur præceps festinatio, quæ non negligentem præcurrit, vt ibidē, quod intellige, quando non negligens vtiliter agit, alias admittitur præoccupatio ab alio. Oldra. *cons.*313. *nu.*2. *& seq.* Vide, *Repentina festinatio reprobatur, & quando*
3 *secus. Concl.*185. † Amplia, quia diu considerata, & festinata non habent eandem gratiam etiam apud sublimes animos; quia festinantia non idem operatur, quod deliberatio. Bald. *cons.*23. *Super alio, in fin. lib.*2. vbi quod Bart. non bene ponderauit propter festinantiam
4 casum decisum festinanter; ideo reprehenditur. † Extende, quia qui male examinat, male loquitur, inquit Bald. contra Pulgos. *consil.*374. *Quæritur, si est renunciatum, circa med. ver. amice charissime, lib.*5. Vide, *Diligentia quando prodest, & quando noceat. Concl.*448. Vide, *Tarditas bona, & quando. Concl.*19.

Deliberatio præsumitur in parente circa dispositionem in filios proprios; ideo non requiritur rogitus testium in testamento inter liberos; quia voluntas semper præsumitur deliberata. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concl.*493. *Deliberatio.* Vide plenius, *Testes debent esse rogati, & quando secus. Concl.*291.

Delicta puniri publice interest. Concluſ.157.

1 INTEREST † publicæ vtilitati, quod delicta puniantur, *l. si ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. circa fin. extrauag. ad reprimen. in princ.* vbi Bart.
2 in *vers. impunita.* † Et prohibetur transactio, & pax super delicto, in quo non ingeritur pœna sanguinis, ne delicta remaneant impuni-
3 ta. Clar. in §. *fi. qu.*58. *n.*15. *&* 16. *ver. secunda regula.* † Et maleficia fieri malum est propter exemplum aliorum, *l.*3 *ff. de sicar.* §. *sed & Senatusconsultum*, & pœnas inferri contra delinquentes bonum est propter exemplum, vt vnius pœna sit metus multorum, ita Bart. in *extrauag. qui sunt rebelles, in ver. transit*, quia oderunt peccare mali formidine pœnæ, *l.*1. *ff. de iustit. & iur.* vbi gloss. in *versic. metu pœnarum.*
4 † Et placatur Deus, quando delicta puniuntur. Signor. *consil.*242.
5 *in fin.* quod est Leonardi de Ceris. † Et ne delicta remaneant impunita, potest iudex domicilij etiam ex officio punire delinquentem extra suum territorium; quia debet mundare Prouinciam
6 malis hominibus, ita Abb. *consil.*24. *Rodulphus, num.*2. *lib.*1. † Et multa prohibita conceduntur, ne delicta remaneant impunita; ideo de iure non permittitur denunciatio maleficiorum, nisi deputatis ex publico; tamen in practica quilibet admittitur, ne delicta remaneant impunita. Clar. in *praxi crim. qu.*7. *nu.*7. *ver. alias supra, & nu.*
7 2. *in fi. ver. publice enim interest.* † Et licet regula sit, quod nemo possit puniri, nisi constet de delicto aliter, quam per confessionem delinquentis; tamen fallit in occultis, & multis casibus, ne delicta
8 impunita remaneant. Clar. in *praxi crim. q.*4. *n.*3. *vers. scias tamen.* † Et inquisitio, quæ non est permissa, nisi in subsidium, cessante accusatione, permittitur de iure canonico, & de consuetudine ob publicam vtilitatem, ne remaneant delicta impunita. Clar. in *praxi.*
9 *quæst.*3. *num.*3. *in princ.* † Et licet sit opinio controuersa, an accusatio sit actio, vel officium iudicis, tamen expedit, quod sit officium iudicis; quia si esset actio, qui non posset agere, non posset accusare, & expedit, quod omnes possint accusare, ne delicta remaneant impunita; ideo poterit etiam non valens agere accusare, quia non
10 excluditur ab officio iudicis implorando. Clar. *quæst.*12. *num.*3 † Et licet nemo sine actione experiri possit; tamen quando ad vindictam publicam applicatur pœna, sufficit officium iudicis, quia nō ex obligatione agitur. Bart. in *extrauag. qui sint rebelles, in ver. meretur.*
11 † Et furtum licet sit priuatum delictum, & non possit à quocunque accusari, sed ab eo, cuius interest; si tamen pro eo imponitur pœna fisco applicanda, vel afflictiua, potest tanquam publicum crimen accusari, & super eo ex officio procedere, ne delicta remaneant impunita, ita Clar. *d. praxi crim. quæst.*17. *num.*3. *ver. ego vero di-*
12 *co.* † Et testes infames, & alias inhabiles, qui non admitterentur in causa criminali, bene admittuntur in subsidium, quando non extant aliæ probationes, ne delicta remaneant impunita. Iul. Clar. *d.* §. *fin. quæst.*24. *num.*19. *&* 20. vbi extendit, etiam si sit negocium, in quo alij testes adesse potuerint; quia sufficit, si non adfuerunt.
13 † Amplia, quia ex delicto commisso acquiritur Reipublicæ, quod à priuato remitti non potest; ideo furtum committens debet puniri non, attento, quod dominus rei furatæ diceret fuisse de suo consensu, & non esse furtum, Roman. *cons.*506. *In re præsenti, num.*7. *& sequent. versic. quoad secundum*, vbi dicit hoc procedere, ne delicta
14 impunita remaneant, vbi apostill. dat concord. † Vide Felin. in *cap.*1. *num.*18. *& sequent. de præsumpt.* vbi ponit contraria exempla, & pro vtraque allegat, & dicit esse standum coniecturis & verisimilitudinibus. † Amplia, quia si plures rixantur, nec constet, quis
15 fuerit primus, licet si agatur de pœna corporali, incertitudo inducat, quod omnes absoluuntur, secus tamen est, si agatur de pœna pecuniaria, quia omnes condemnantur fisco, ne delicta remaneant impunita. Clar. in §. *fin. quæst.*47. *nu.*10. *in fin. versic. sed hic quæro*, & plenius *quæst.*60. *num.*31. *versic. vidi ego.* Vide, *Homicidium in rixa commissum qua pœna puniatur. Concluſ.*149. † Extende, quia iudex ori-
16 ginis & domicilij potest punire delinquentem extra suum territorium, ne delicta impunita remaneant. Clar. in §. *fin. quæst.*39. *num.*
4. *circa fin.* † Amplia, quia ne delicta remaneant impunita, quia
17 publice interest, iudex supplet de facto, examinat testes ex officio, etiam si procedatur per accusationem, & probant. Bart. in *quæst.*14. *iudex malefiziorum, per totam*, maxime in *vers. contra, colu.*2. *versic. quarto hoc probat*, & plenius in *ver. solutio, in princip.* Vide, *Publica vtilitas habet multa specialia. Concluſ.*960. † Amplia, quia non valet propterea
18 tolerantia, vel gratia super delicto futuro, quia est contra publicam vtilitatem. Cornel. *consil.*159. *In hac consultatione, num.*5. *lib.*3.
† Extende, quia non valet iuramentum præstitum per officialem
19 de non recipiendo arbitrio circa delicta punienda. Roman. *consil.*
466. *Videtur prima fronte, num.*2. *& sequent. versic. secundo aduertendum.*
† Amplia, quia nedum Reipublicæ interest delicta puniri, sed et-
20 iam, quod innocens non puniatur. Castrens. *consil.*168. *Super primo, col.*2. *nu.*6. *versic. super quinto, lib.*1. † Amplia, quia ex hoc, quod Rei-
21 publ. interest, delicta puniri, statutum etiam pœnale efficitur fauorabile, vt loquens de faciente extendatur ad mandantem, vel ratum habentem, quia si moti sunt principaliter, vt delicta puniātur, materia efficitur fauorabilis. Roma. plene *cons.*105. *Viso themate, col.*2. *in fi.* vbi apostil. in *ver. quemadmodum*, dat plures concord. † Li-
22 mita quoad delinquentem; secus, si contra tertium pro eo etiam obligatum. Non. *consil.*95. *nu.*9. Vide, *Pax non dicitur rupta, neq; commissa pœna multis casibus. Concl.*183.

Delicta vt inquirantur, quæ sint præmittenda. Conclusio 158.

DELICTA † aliqua sunt, quæ non possunt committi, nisi vno 1
modo, veluti, reperitur quis iugulatus, vel occisus vulnere, & tunc delictum est certum, & etiam certus est in genere delinquens. Bald. *cons.*77. *Ad euidentiam, n.*3. *ver. sed ego præmitto, lib.*3. &
in istis indicia magis attenduntur. Vide, *Delictum debet constare vt delinquens puniatur. Concluſ.*171. † Et quæ debeant præcedere constito 2
de delicto, vt procedi possit. Vide, *Confessio in criminalibus quando sufficiat ad condemnandum. Concluſ.*676. Vide, *Delictum per modum exceptionis, vel incidenter probatum non punitur. Concl.*175. Vide, *Inquisitio vt formari possit, quæ sint necessaria. Concl.*180. † Aliqua vero sunt delicta, 3
quæ possunt committi plurib. modis, vt in eo, qui reperitur suffocatus in flumine; quia potuit à fortuna, & impetu fluminis, item à se ipso natando, item ab inimico proiectus, & in isto genere delictorum iudex magis est incertus; ideo debet inuestigare de inimicitia mortui, an esset solitus ire ad natandum, an adessent in partibus facinorosi, & sic de singulis, quia hoc casu delinquēs magis est incertus. Bald. *cons.*77. *nu.*3 *vers. sed ego præmitto, lib.*3. † Et de reperto 4
mortuo in puteo. Iul. Clar. in *prax. crim. q.*4. *n.*5. *ver. hæc autem omnia.*
† Et de mortuo habente signa veneni, idem Clar. vbi supra, qui di- 5
cit posse esse propinatum arte, vel à seipso, vel naturaliter procedere ex morbo. † Aliqua vero sunt, quę quandoq; à fortuna, quan- 6
doq; ab hominibus ex malitia, vel negligentia, aut ioco, prout in incendio proueniunt, & pariter incertitudo causæ non ità de facili admittit indicium ad torturam. Bald. *cons.*77. *per totum*, vbi casus, quod sola fama non faciat indicium, maxime, quando non cōstat, à quibus ortum habeat. *lib.*3. † Dicit tamen Clar. in *praxi crim. q.*7. 7
*num.*6. *ver. quinimo*, quod ista delicta, & mortes violentæ, quæ casu contigisse dicuntur, prout si quis in flumine reperitur suffocatus, si quis ex tecto cadat, plerunq; dolose commissa solent casui imputari. † Amplia, quia non sufficit aliquem esse interfectum, nisi pro- 8
betur, quod scelere fuit interfectus, *l.*1. § *item illud, ff. ad Syllanian.*
† Et non sufficeret, quod præsumptiue constaret de scelere, sed 9
debet plene constare, *d. l.*1. §. *item illud, ff. ad Syllanian.* Bald. in *l. si quando, in ver. patefacta. num.*2. vbi Ias. *num.*1. C. *vnde vi. in* 4. *not.* Foller. in *praxi crimin. in ver. capiat informationem, num.*18. Cacher. *cons.*66. *nu.*
20. † Et procedunt prædicta maxime, quando ex relatione peri- 10
torum, quibus standum est, constaret, quod mors potest esse causata ex accidenti, vel à natura, non à scelere. Foller. in *praxi crimi. in versic. capiat informationem, num.* 4. *& in versic. item quod suffocauit vxorem, n.*16. *& nu.*59. † Extende, quia vbicunq; mors potest venire ex 11
scelere, & non scelere, præsumitur in dubio ex non scelere. Bart. in
l. fin. §.

l.fin.§.de illo. ver.quæro,quando.ff.de bon.eor.qui mort. Corne. *cons.*261. *De duobus.n.15.lib.*4. Cravet. *cons.*18. *in fin.* Foller. *d.praxi crimin.in ver. quod suffocauit vxorem.n.*9. *&n.*27.

Delicta quando plura, vel vnum. Concluſ. 159.

1 LOCVS † & tempus diuerſum conſtituunt diuerſitatem delictorum; ideo vulnus illatũ vno loco, vel vno tempore, non poteſt eſſe idem cum vulnere illato alio loco, vel alio tempore. Ancha. *conſil.*147. *Super alia querela, in princ. ver. contrarium dico.* † Extende; quia pluralitas factorum pluralitatem delictorum inducit. Anchar. *conſil.*
2 158.*n.*2. Vide, *Actus vnus plura facta continens, an vnus, vel plures. Concl.*131. Vide, *Capitula ſeparata, & diuerſa, diuerſam faciunt diſpoſitionem. Concluſ.* 60. † Limita in delicto continuato; quia in his, quæ reſpiciunt continuationem, vnicum eſt delictum. Vide, *Delictum continuatum, ſeu reiteratum, an vnum, vel plura. Concl.*169.

Delicta ex propoſito diſtinguuntur. Concluſ. 160.

1 DELICTA † ex voluntate & propoſito diſtinguuntur, *l. diuus. ff. de ſicar.* Oldr. *conſ.*200. *in princ. ver. ſecundo obiciens.* & ideo iudicium & iniuria ſecundum eum conſideratur ex animo, & propoſito *conſ.*53. plene Marſil. *Singul.*176. *voluntas & propoſitum.* Alexan. *conſ.*
2 144. *Poſt redditum.n.*8. *lib.*2. Vide, *Iniuria quid ſit, & facta vni, quando alios afficiat. Concluſ.*150. † Amplia, vt voluntas & propoſitum animi attendatur multo magis circa ſpiritualia, & quoad Deum in delictis, & bonis operibus. Oldra. *conſ.*76. *Quæritur de illo.* vbi is, qui facit eleemoſynam falſo quæſtori credens conſequi indulgentiam, illam non conſequitur vere, ſed tamen habet meritum quoad Deum propter propoſitum. Vide, *Veritas attenditur in ſpiritualibus. Concluſ.*167. Am-
3 plia; † quia percutiens clericum in habitu laicali repertum, quem credidit percutiens eſſe laicum, non incidit in canonem. Lap. *allegat.*
4 90. *num.*10. *in fin.* Vide, *Percutiens Clericum incidit in pœnam canonis, & quando ſecus. Concl.*274 † Amplia; quia operarius conductus ad incẽdendum, vel incidendum ſyluam alicuius, ſi incidat ſyluam alienam, non tenetur pœna turbationis; quia error & propoſitum excuſat. Bald. *conſ.*144. Vide, *Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. Concluſ.*125. Vide, *Intento agentium regulat omnes actus. Concluſ.*
5 269. † Et ideo dolus requiritur, vt delinquens puniatur, plene Marſil. *ſingul.*176. *voluntas.n.*2. vbi citat infinitos. † Extende in homicidio, falſitate, & multis exemplis. Marſil. *ſingul.*287. *Tetigi.* plene Flo-
7 rian. *conſ.*23. *per totum*, maxime *nu.*5. *& ſeq.* † Contrarium; quia imo committens homicidium præſumitur ex dolo, & dicens verba iniurioſa præſumitur animo iniuriandi; in aliis autem, in quibus ius non præſumit, tunc quod minus eſt attendimus. Bar. *conſ.*42. *Statuto ciuitatis, per tot. lib.*2. Vide, *Iniurioſa verba quando animo iniuriandi, vel non.*
8 *Concluſ.*159. † Declarat plene Alex. *conſ.*144. *Poſt redditum.n.*6. *& ſeq. vſque in fin. ver. non obſtat, quod ſtatutum, vſque in fin. lib.*2. vbi, quod iuſta cauſa excuſat; quia omnis diſpoſitio debet ſic interpretari, vt non contineat iniquum; ideo aliquando iuſta cauſa excuſat in totum, quando quis aufugit de carcere, tanquam carceratus, vel tortus indebite; quia quis interfecit ad defenſionem, vel quia alias excuſatur à iure, aliquando iuſta cauſa minuit pœnam; quia intentio & voluntas diſtinguunt maleficia, prout ſi quis adhibuit quidem dolum ad delictum, vel homicidium, ſed habuit aliquam iuſtam cauſam impellentem; quia minuitur pœna; ſic qui cum ſaxo, vel alio inſtrumento non habili ad homicidium occidit, pœna ordinaria non punitur, vbi apoſtill. allegat Marſil. *in praxi §. diligenter.n.*58. quod iniuſte tortus occidens iudicem non punitur pœna ordinaria. Vide, *Ex-*
9 *cuſatio à pœna, & dolo ex quibus inducatur. Concluſ.*467. Vide, *Homicidium ex quibus excuſatur à pœna mortis. Concluſ.*143. † E conuerſo multa, quæ non ſunt delicta efficiuntur delicta ex propoſito; nam ſtimulare equum calcaribus, non eſt delictum; tamen poteſt eſſe præambulum ad delictum, ſecundum propoſitum. Bald. *conſ.*443. *Coram vobis. in princ. lib.*4. vbi, quod ſi equus currens aliquem percuſſit ſine pro-
10 poſito domini non tenetur. † Item facere foueam non eſt delictum; tamen facere in loco tranſitus gentium, ſi quis læditur, eſt delictum; prout idem in eo, qui putat arborem, non eſt delictum, ſed ſi ſecus viam, & aliquis offendatur, tenetur. Bald. *conſil.*443. *in princ. lib.*4. vbi ponit exemplum de nauigante velociter, qui non punitur, niſi aliam nauem offendat ex propoſito.

Delicta quæ magis grauia eſſe dicantur. Concluſio 161.

1 PERIVRIVM † eſt grauius delictum, quam ſit homicidium, vel adulterium. Gemin. *conſ.*105. *n.*7. *ver. primum*, allegat tex. *in c. in illa*

22. *q.*5. † Declare ſecundum Bart. *conſ.*217. *Ad declarationem per tot. lib.* 2
1. quia ſi attendimus ius ciuile, tunc periurium eſt grauius homicidio, quando ille, contra quem falſum, & periurium committitur, pœna mortis veniret puniendus, alias non; ſi vero attendimus ius diuinum ſolum, ſemper periurium grauius eſt homicidio; quia periurare eſt Deum mentientem facere; quia iuramentum vocat Deum in teſtem, allegat Beat. Thomam 2. *ſecundæ, q.*97. † Homicidium eſt 3
grauius adulterio. Gemin. *conſ.*105. *n.*8. *verſ. ſed homicidium.* † Adul- 4
terium, & ſtuprum grauius furto. Alex. *conſ.*24. *Animaduerſis.n.*35. *ver. cum ſtuprum.* † Delictum commiſſum ſub ſpe veniæ grauius eſſe di- 5
citur, quam ſi ſimpliciter committatur. Gemin. *conſ.*106. *n.*2. *ver. quarto contra.* † Vulnerans cum ferro dicitur grauius delinquere, quam 6
ſi vulneret cum lapide, vel baculo. Bald. *conſ.*425. *Præſuppoſito, quod. in princ. lib.*5. † Læſæ maieſtatis crimen enorme, & graue dicitur; quia 7
grauitas conſideratur ex qualitate pœnæ; & ideo cum ſit capitalis pœna, dicitur de atrocioribus. Alex. *conſ.*13. *Conſideratu.nu.*13 *ver. ſeptimo. lib.*6. † Pœna maior, vel minor facit diſtinguere, quod ſit gra- 8
uius, & minus graue delictum: incert. auth. *de crimin læſæ maieſtat. q.*11. plenius Clar. *in §. blaſphemia.n.*9. Bart. *conſ.*217. *nũ.*2. *ver. nunc ad propoſitum. lib.*1. † Et grauia dicuntur delicta, vel minora ratione temporis, 9
loci, perſonæ, & quantitatis; ideo iudex ex cauſa auget, & minuit pœnam. Couar. *var. reſolut. lib.*2. *c.*9. *nu.*8. † Et eſt arbitrarium iudici, 10
quæ ſint crimina, vel delicta grauiora, ſeu atrociora, inter quæ connumerantur furtum, periurium, adulterium, & homicidium. Alex. *d. conſ.*13. *n.*13. *in fin. lib.*6. † Vide plene Farinac. *q.*18. *tit. de delict.* vbi po- 11
nit octo diſtinctiones delictorum, & proſequitur ſingulas ſpecies.
Publica † delicta ſunt grauiora, quam occulta, & clandeſtina, propter 12
ſcandalum; ideo grauius puniuntur, vt in furto manifeſto. Alexan. *conſ.*1. *n.*22. *&* 23. *ver. quia reſpondeo lib.*3. Vide, & declara, vt *in ver. Clandeſtinitas ſapit dolum, & quando dicatur. Concl.*285. † Adde, quod deli- 13
cta quædam ſunt leuia, quædam grauia, quædam atrocia, & quædam atrociſſima. Iul. Clar. *in §.*1. *n.*9. vbi de ſingulis. † Et atrocia delicta, 14
quæ etiam dicuntur crimina, excepta ſunt ex relatione Senatus Mediolani, licet certa regula dari non poſſit: Rebellio, læſa maieſtas, homicidium ex propoſito, falſa moneta, homicidium tertium, vulnerans proditorie, ſonſatio tertia monetarum, raptus virginis honeſtis parentibus natæ, vſus venereus cũ ſacra virgine, ſodomia, graſſantes ad vias publicas, falſificatio ſigilli Principis vel Senatus. Clar. *in §.*1 *n.*9. vbi dicit, quod omnia crimina, in quibus imponitur pœna mortis, dicuntur atrocia. Vide, *Atrox delictum, & iniuria quando dica-* 15
*tur. Concluſ.*550. † Atrociora, ſeu atrociſſima delicta ſunt, quando vltra pœnam mortis delinquentis, qualificatur, ſeu extenditur pœna in eum, vel alios pro eo, prout ſi mandatur in fruſta diuidi equuleo, mortuus dimitti, vel quando, prout in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis, filij puniuntur, vel quando aliquid diſponitur ſpecialiter, prout in raptu virginum. Clar. *d.§.*1. *n.*9. *ver. atrociorã.* vbi affert vtilitatem; quia lex concedit latiores habenas iudicibus animaduertendi in delinquentes tam in procedendo, quam in condemnando, licet adſint, qui teneant, quod in procedendo non poſſit iudex excedere, ſequitur Farinac. *d.q.*18. *n.*89. *& ſeq.* Vide, *Delicta grauiora, & excepta,* 16
ſeu atrociora grauius puniuntur. Concluſ. prox. ſeq. † Proſper vero Farinacius *q.*10. *de inquiſit. n.*29. dicit aliqua eſſe atrocia, & excepta; quia in eis non datur aliqua præſcriptio, ſed perpetuo viuente delinquente poteſt puniri, & per quinquennium poſt mortem, prout ſunt, partus ſuppoſitus, parricidium, hæreſis, læſæ maieſtatis, apoſtatatus, aſſaſſinij, falſæ monetæ, ſimoniæ, concuſſionis, abortus, & alia ſimilia excepta, & enormia. † Excepta delicta ſunt, quæ ſub generali legis 17
diſpoſitione non continentur, ſed ſemper excepta dicuntur, prout hæreſis, læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, ſimoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati cenſus dilapidationis, ſodomiæ, famoſi furis, ſacrilegij, maleficij, & ſimilia. Farinac. *dict. quæſtion.*18. *num.*60. vbi, quod arbitrio iudicis grauitas, & atrocitas delicti committitur, & *quæſtio.*56. *num.*7. ſtrictius enumerat, videlicet, hæreſis, læſæ maieſtatis, ſimoniæ, ſacrilegij, fraudatæ annonæ, dilapidationis bonorum Eccleſiæ, fraudati cenſus, & perduellionis. † Gigas vero *in tract. crimin. læſæ maieſt. lib.*2. 18
*rubr. quomodo, & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur. q.*15. *nu.*16. dicit, quod excepta crimina ſunt læſæ maieſtatis, hæreſis, ſacrilegij, ſimoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati cenſus, dilapidationis, & ſimilium, quos etiam enumerat Corrad. *in breuiar. fol.*226. *n.*9. † Excepta vero, 19
& grauia ad effectum, vt immunitas eccleſiaſtica non tueatur confugientem ad Eccleſiam, ſunt expreſſa in Bulla Gregorij XIV. ſuper hoc edita. † Excepta, & grauia ad hoc, vt Clericus debeat degrada- 20
ri, & tradi Curiæ ſeculari, ſunt, videlicet, ad effectum degradationis, hæreſis, falſi commiſſi in literis Apoſtolicis, & conſpirationis in Epiſcopum. Clar. *in §. fin. q.*38. *nu.*36. vbi, quod pro aliis criminibus non degradatur, neq; traditur Curiæ ſeculari puniendus, ſi eſt paratus ad pœnitentiam, etiam ſi interfeciſſet ſummum Pontificem, niſi ſit in-

corrigibilis; quo casu pro delictis grauibus bene degradatur, & tra-
21 ditur Curiæ seculari. † Grauissimum quoad Deum est delictum idololatriæ. Bar. *d. cons. 217. n. 2. lib. 1.* allegat B. Thomam *2.2. quæst. 97.*
22 † Limita; quia cogitationis delictum de iure ciuili minimum est; quia non punitur *l. cogitationis. ff. de pœn.* Bar. *cons. 217. Ad declarationem.*
23 *in princ. lib. 1.* † Prout etiam delictum attentatum, cuius effectus non est sequutus, quando ipsum attentatum non est graue. Bart. *d. consil. 217. in princ. lib. 1.* Vide, *Crimina leuia, vel grauia quando, & ex quibus dicantur. Concl. 1077.*

Delicta grauiora excepta, & atrocia grauius puniuntur, & habent multa specialia. Concluſ. 162.

1 ET † quod magis de facili concedatur captura in delictis enormibus, & atrocibus, quam in aliis. Iul. Clar. *in §. fin. q. 28. n. 2. in fin.*
2 *vers. quinimo.* † Et quod iudex possit facere edictum, & proponere præmium capienti delinquentem magis de facili, quando est atrox
3 delictum, idem Clar. *d. §. fin. q. 29. n. 6.* † Et quod licet iudex secularis non possit punire clericum in sacris, nisi præuia degradatione, & traditione curiæ seculari; tamen secus est, si se immiscet enormibus, & atrocioribus delictis. Iul. Clar. *in §. fin. q. 36. n. 23. circa fin. & n. 27. in*
* 4 *fin. & n. 36. in fin. & n. 40.* vbi de magis * communi. † Et quod propter enormitatem, & atrocitatem delicti liceat iura transgredi, plene Iul. Clar. *in lib. 5. §. 1. n. 9. circa fin. ver. vtilitas.* & delictum atrox seuerius pu-
5 nitur. Clar. *q. 60. in fin.* † Et in atrocibus deuenitur ad torturam, licet indicia non sint sufficientia in totum; item licet non sint plene probata; item non data copia indiciorum. Iul. Clar. *in §. 1. lib. 5. n. 9. in fin. ver. vtilitas autem.* sed quod requirantur indicia etiam in atrocissimis.
6 Clar. *§. fin. q. 64. nu. 9. in fin.* † Et punitus coram vno iudice, licet non possit de eodem delicto puniri; tamen propter atrocitatem delicti amittitur, quod plures iudices puniant. Iul. Clar. *in §. fin. qu. 57. in fin.*
* 7 vbi dicit * communem. † Et propter frequentiam, & immanitatem delicti (licet sit licita transactio, vbi ingerit pœna sanguinis) nõ licet ingeratur pœna sanguinis. Clar. *in §. fin. q. 58. n. 11. ver excipitur.* licet dicat hanc non esse rationem communem, sed aliam, vt ibi per eum.
8 † Et in atrocioribus potest reus torqueri die feriato in honorem Dei etiam in die Pascatis; secus in non atrocioribus. Clar. *§. fin. q. 64. n. 34. ver. quæro, an tortura.* vbi, quod debent iudices timentes Deum abstí-
9 nere. † Et magis de facili deuenitur ad torturam in atrocibus, prout in causa veneni. Alex. *cons. 77. n. 5. lib. 1.* plenius Mandel. Alba. *cons. 72.*
10 vbi, quod causa veneficij est de atrocissimo delicto. † Et tortura gra-
11 uior infertur, quando delictum est atrox. Clar. *d. §. fin. q. 64. n. 33.* † Et tortus, qui sustinuit, licet esset conuictus, non punitur pœna ordinaria, quando sine protestatione; secus in atrocioribus. Vide Clar. *d. q. 64. n. 38. in fin. ver. quinimo.* vbi, quod Parlamentũ Parisiense ita seruat, licet dicat Mediolani non seruari, sed ad triremes perpetuos destinã-
12 tur à Senatu. † Et licet mandatum superioris excuset à delicto; tamen
* non excusat, si delictum sit atrox: communem * dicit Clar. *in §. fin. q.*
13 *60. n. 16. ver. scias etiam.* † Præscriptio delicti, seu antiquitas, vltra decem annos, quæ operatur, quod delinquens non potest puniri pœna mortis, sed commutanda est pœna in mitiorem, nõ procedit in atrocibus delictis, sed in leuib. Clar. *§. fin. q. 60. n. 32. ver. præterea.* vbi, quod bene etiam in atrocibus diuturnitas delicti facilitat gratiam Princi-
14 pis, etiam si delinquens fuit contumax. † Et delictum atrox seue-
15 rius punitur. Clar. *d. §. fin. q. 60. in fin.* † Testis frater admittitur in causa ciuili, & criminali, licet non sit integer, sed in atrocibus criminib. nullo modo admittitur. Signorol. *cons. 243. in fin. n. 10. & seq. vers. item*
16 *non est verum.* † Et quod semel absolutus à crimine, non possit amplius accusari, nisi accusator fuisset ignorans absolutionis, & suam, vel suorum iniuriam prosequeretur, procedit in atrocioribus criminibus; secus, si delictum non sit atrox; quia nullo modo potest iterum accusari, ita Clar. *in §. fin. quæst. 57. numer. 4. versic. sed pone, in fin.* &
*17 est * communis. † Imo punitus semel propter atrocitatem delicti
18 potest iterum de eodem delicto puniri. Clar. *d. §. fin. q. 57. in fin.* † Accusatio in atrocioribus facta excusat accusantem à prætensa calumnia, licet plene non probauerit accusationem. Menoch. *de arbitr. cas. 321. n. 26.* vbi declarat, qualiter procedat, vide licet in socio criminis deferente, vel quando illud delictum atrox, prout falsa moneta in
19 abscondito credebatur; secus si in publico. † Et accusare non possunt multi, quando non prosequuntur suam, vel suorum iniuriam; tamen secus est in atrocioribus, & exceptis; quia quilibet potest accusare, excepto capitali inimico. Conrad. *in Breuiar. fol. 226. n. 9. in fin.*
20 † Pœna mitior in delictis semper est eligenda; quia in dubio semper
☞ æquitas præfertur rigori; secus in atrocioribus. Vide, *Pœna mitior*
21 *quando eligenda, vel secus. Concl. 219.* † Consulens alias facturo non tenetur eadem pœna; secus si non erat facturus sine consilio. Dec. *in c. 1. de offic. deleg. n. 43.* secus est in atrocioribus; quia consulens alias fa-
cturo tenetur eadem pœna, neque minuitur. Deci. vbi supra, *nu. 45. & seq.* multa, quando obliget, vel non. Vide alia plura similia *in ver. Assassinium quid sit. Concl. 531. n. 17. & multis seqq.*

Delicta etiam remissa aggrauant delinquentem de nouo, & quando secus. Concluſ. 163.

1 COMMITTENS † tertium furtum debet suspendi secundum statutum, si quis commisit duo furta extra territorium, & tertium in territorio, debet suspendi; quia reuera est tertium furtũ. Clar.
2 *in §. furtum. num. 10. vers. sed pone.* vbi, quod ita seruatur de consuetudine, quam seruant feroces iudices, & quod est communis * opinio, *
& quod cumulentur omnia furta ad pœnam irrogandam, apostil. ad Alexand. *consil. 110. num. 4. in vers. accumulari.* quæ citat plures. *libr. 4.*
Vide, *Delictum continuatum seu reiteratum an sit vnum, vel plura. Concluſ.* ☞
169. Vide, *Statutum circa furta. Concluſ. 561.* † Declara; quia si statu- 2
tum disponat, quod pro tribus furtis quis suspendatur, non debet suspendi, qui facit duo extra territorium, & tertium in territorio; secus si statutum non respicit pœnam, sed tertium furtum, communem * dicit Clar. *d. §. furtum. num. 10.* † Declara; quia accumulatio 3 *
furtorum præcedentium fit secundum statuta; quia aliquando cumulantur quando sunt vsque ad summam 25. librarum, alias non; at in statuto Parmæ loquitur Alex. *consil. 110. Stante statuto nu. 4. lib. 4.*
vbi apostill. *in ver. accumulari.* dat concord. † Extende; quia si statu- 4
tum dicat, quod famosus fur, vel publicus suspendatur, semper furta extra territorium computantur. Clar. *d. §. furtum. num. 10. circa fin. vers. cæterum.* † Extende; quia si pro tertio furto quis debet suspen- 5
di, habet locum nedum, si duo sunt extra territorium commissa, sed etiam si pro illis fuit punitus; quia debet pro tertio suspendi; & idẽ, si sit publicus, vel famosus fur, ita Clar. *d. §. furtum. num. 11. vers. quæro*
autem. † Amplia, vt procedat, etiam si fuit absolutus pro primis 6
furtis; quia etiã furta remissa aggrauant, vt debeat pro tertio suspendi, & computantur. Clar. *d. §. furtum. num. 12. vers. sed quid.* vbi dicit
* communem, vbi, quod bene necesse est, quod sint distincta, & in- *
telligas de absolutione per viam gratiæ, non autem si per viam iustitiæ; quia non esset fur. † Amplia; quia idem est, si sunt plura, pu- 7
ta, tria furta impropria, prout tres expilationes hæreditatis; quia iungantur, prout tria furta; imo etiam si duo sint furta, & vna expilatio. Bald. *in l. de his, qua. C. de furt. in fin.* vbi, quod computantur de similibus ad similia, & de minoribus ad maiora, seu de positiuo ad comparatiuum per locum à minori, vt possit famosus furca suspendi.
† Contrarium consuluit Cæpol. *consil. 71. num. 8. & per totum.* vbi re- 8
probat Baldum; quia in pœnalibus non fit extensio etiam ex maiori ratione, & dixi plenius in particulari consilio meo. † Declarat Bos- 9
sius, quod licet per subtilitates iuris actio rerum amotarum & expilatio hæreditatis non sint furta; tamen cumulantur ad pœnam furcarum, & quod ita Senatus Mediolani iudicauit, *tit. de furt. num. 23.*
& seq. † Declarat Bero. *consil. 195. num. 16. & seq. lib. 3.* quod plura de- 10
licta eiusdem speciei cumulantur ad aggrauandam pœnam, prout plura homicidia, plura furta, non autem furtum ad homicidium, vel è contra. Syluan. *consil. 50. nu. 12. vers. accedit præmissis.* † Contrarium 11
verius credo; quia homo facinorosus in multis delictis etiam diuersis aggrauatur apud iudicem, vt possit pœnam augere, secundum qualitatem criminum multiplicium. † Declara tamen; quia sem- 12
per in dubio, vbi agitur de pœna maiori, vel minori imponenda, interpretatio sumitur, quæ minorem continet pœnam. Alexand. *consil.*
110. Stante statuto. num. 4. lib. 4. vers. confirmatur. † Amplia; quia pro- 13
cedit in omni delicto, siue eiusdem speciei, siue non; quia semper perseuerans in delictis grauius punitur. text. cum gloss. fin. *in l. 1. C. de superexact. lib. 10.* vide Bonacoss. *in concluſ. incip. furtum. in fin.* vbi extendit in omni delicto multiplicato; nam per consuetudinem delinquendi pœna augetur. † Limita multis casibus, de quib. per Mar- 14
thesil. *singul. 17. nota, quod quandocunq;.* vbi, quod in multis contumax, & absens est melioris conditionis, quam præsens, & non contumax.
† Limita; quia plura crimina eiusdem speciei, non autem diuersa, 15
cumulantur ad aggrauandum, sed non procedit, quando fuit absolutus. Bero. *consil. 195. numer. 16. libr. 3.* plene Sylu. *consil. 50. numer. 12.*
† Contrarium dicit Clar. *in §. furtum. numer. 13. & 14.* vbi, quod si est 16
absolutus per gratiam, adhuc computatur; secus si per viam iustitiæ, vbi, quod imo etiam si soluisset pœnam, adhuc computatur ad aggrauandum, & dicit * communem, sed non videtur contrarium;
quia imo loquitur de pluribus furtis, & sic de similibus *
delictis, licet sit contrarium quoad
delicta remissa.
*

Delicta paria mutua compensatione tolluntur. Conclusio.

VIDE Socin. *Reg.11.Delicta paria.* vbi limitat duobus modis. Vide plenius, *Compensatio in quibus fiat, vel non, & quando. Concl.489. num.15. & seq.*

Delictum quando publicum, vel priuatum. Concluſ. 164.

VIDE, *Crimina publica, quæ dicantur, & ſpecialia eorum. Concluſio. 1076.*

Delictum non præſumitur, & quando ſecus. Concluſ. 165.

1 DELICTVM † in dubio non præſumitur; ideo actus, qui poteſt ſonare in delictum, & non delictum, ſemper interpretatur, vt abſit delictum. Vide, *Verba dubia interpretari debent, vt delictum excludant. Concluſ.107.* † Idem eſt in fraude, quod non præſumatur.
2 3 Vide, *Fraus non præſumitur, & quando. Concluſ.476.* † Et delictum, quod potuit impune fieri certo loco & tempore, in dubio præſumitur commiſſum loco & tempore permiſſis. Alexan. *conſ.24. Animadueꝛſis, nu.23. ver. præterea dato, lib.2.* vbi dicit* communem. Vide plenius, *Interpretatio rei dubiæ qualiter facienda. Concluſio. 330.*
4 Extende; † quia ſi ex forma ſtatuti quis poteſt impune offendere repertum de nocte in domo, præſumitur offenſus in domo, vt tempore & loco licito facta præſumatur offenſio. Alex. *conſ.30. Ex allegatis n.8. verſ.*
5 *quarto reſpondeo. lib.7.* † Sic ſi poteſt impune offendi bannitus, & quis de menſe Maio vulnerauerit Titium, ſi probat vulnerans, quod de menſe Maio erat Titius bannitus, neq; conſtat, an bannum, vel vulnera præceſſerint, præſumitur bannum præceſſiſſe, vt factum ſit licitum. Alex. *d.conſ.30 n.8. lib.7.* late Felin. *in c. auditis de præſcriptio.* Sic
6 ſi † ſtatutum prohibet nobiles poſſe ingredi Palatium, niſi tempore conſilij generalis, & probatur nobilis ingreſſus Palatiũ menſe Maio, ac ipſe probat de menſe Maio fuiſſe conſilium generale, præſumitur ingreſſus palatium die conſilij generalis. Alex. *conſ.30. n.9. lib.7.* Sic
7 etiamſi † ſum accuſatus, quod vulneraui Titium, & confeſſus ſum ſimpliciter ſine tempore vulneraſſe; poſtea probo, quod Titium vulneraui ad meam defenſionem, præſumitur vulnus defenſionis eſſe idem, quod ſum confeſſus; quia pluralitas delictorum non præſumitur. Alex. *conſ.30. n.10. & ſeq. ver. quinto, reſpondeo, lib.7.* vbi apoſtil. dat
8 concord. † Et conſilium datum, quod poteſt ſe habere ad bonum & malum intelligitur ad bonum ſecundum declarationem conſulentis, & etiam ſecundum legis præſumptionem. Alex. *conſ.128. nu.3.*
9 *lib.4.* † Amplia; quia delictum ex facto non præſumitur, quando factum poteſt interpretari in bonum & malum; ideo religioſus repertus amplecti mulierem, præſumitur potius eam amplecti in bonã partem, quam in malam, & ſic eam benedicere. Alex. *conſ.127. Viſa*
10 *inquiſitione. n.12. ver. & propterea. lib.4.* † Extende; quia in dubio ſemper fit interpretatio, quæ excludit delictum. Alex. *d conſ.127. nu.12. & ſeq. lib.4.* allegat tex. *in l. merito. ff. pro ſocio.* vbi *n.14.* dicit, quod eſt nobilis præſumptio, quæ admittitur ad liberationem, non autem ad con-
11 demnationem. † Extende; quia furtum rei communis non cadit, niſi quando malo animo fit ſubtractio; & ideo in dubio malus animus &
12 dolus non præſumitur. Alex. *d.conſ.127. n.13. & ſeq. lib.4.* † imo etiam quod delinquens confiteatur, quod doloſe, & appenſate fecit furtũ, non nocet, ſi conſtat, quod non erat furtum. Alex. *d.conſ.127. nu.6. &*
13 *ſeq. & n.15. ver. accedat. lib.4.* † Extende; quia concurrentibus duabus cauſis, quarum vna eſt delictum, alia non, iudicatur non delictum. Alex. *conſ.129. Pulchre. in princ. lib.4.* quod eſt Antonij de Prato veteri.
14 Imo † ſi concurrant duæ cauſæ, vna licita, alia minus licita, præſumi-
15 tur ex cauſa licita geſtum. Alex. *d.conſ.129. in princ. libr.4.* † Infertur, quod vxor viduata, quæ remanſit in domo, & habuit bona mobilia, non cenſetur voluiſſe expilare, vel amouere, vt delinquat, ſed vt re-
16 tineat pro iuribus dotalib. Alex. *d.conſ.129. n.2. li.4.* † Item, q; filiusfamilias habens artẽ, & adminiſtrans bona paterna, ſi acquirit nomine ꝓprio, licet bona acquiſita deſcribi fecerit ad eſtimum patris, ꝓſumit acquiſiuiſſe ex arte, non ex bonis patris; quia induceretur delictum.
17 Alex. *conſ.113. Stantibus iis. n.5. & 6. ver. modo ſit. lib.7.* † Extende; quia in generali mandato non venit delictum, neq; in quacunq; generali
18 diſpoſitione. Alex. *d.conſ.129. n.3. lib.4.* † Extende; quia verba, quæ poſſunt interpretari, vt noceant, vel non, aut minus noceant, ſemper intelliguntur, vt nõ noceant, vel minus noceant. Alex. *d.conſ.129. n.7.*
19 *lib.4.* † Amplia; quia ſi concurrunt veritas & opinio communis contrariantes in delicto, ſemper attenditur id, quod tollit delictum, vel minuit delictum; & ideo ſicuti, quando veritas eſt cauſa delicti, licet opinio non attendatur; ita è conuerſo, ſi ex parte opinionis eſſet delictum, ex parte veritatis non, attendi debet veritas. Alex. *d.conſ.129. n.7. ver. item aut veritas. li.4.* † Reſtringe duobus caſibus, primo, quando ex parte tam veritatis, q̃ opinionis eſſet delictum; item ſecundo in caſu *l. ſi quis ſeruo. C. de furt.* Alex. *d.conſ.129. n.7. ver. ſi autem. lib.4.* Declara; † quia ſi habẽt ſe veritas & opinio, vt exceſſus, & exceſſa; tunc ſi veritas excedit opinionem, illa attenditur opinio, ſi in diuerſis delictis; ſi in eodem delicto, in diuerſis perſonis, conſideratur opinio, ſi in eadem perſona conſideratur veritas; ſi vero opinio excedit veritatem, ſemper conſideratur opinio. Alex. *d.conſ.129. n.7. ver. ſi vero habẽt ſe. li.4.* Vide Maſcar. qui ponit hanc regulã, quod delictum non præſumitur. *Concl.495. Delictum.* vbi limitat, quod iſta præſumptio non releuat ad condemnandum aliquem, & ſic in præiudicium tertij; ſecundo in iis, quæ ſunt de genere ꝓhibitorum; tertio in foro cõſcientiæ; quarto, quando delictũ eſt fauorabile delinquenti; quinto, quãdo prima facie maior ſpecies mali, q̃ boni; ſexto, quando non probat cauſa, quæ facit actum licitum; ſeptimo, quando delictum conſtat, præſumitur malo animo, vbi declarat; octauo, quando poteſt reus abſolui, ſi præſumitur delictum; nono in ſolito delinquere; decimo in dicto teſtis dubio fit interpretatio, vt noceat ꝓducenti. † Limita;
22 quia licet conſulens delictũ non teneatur pœna ordinaria, ſi delinquens erat alias facturus; tamen in dubio, ſi nõ adſunt indicia, quod eſſet facturus, tenetur conſulens, prout mandans; quia cum conſtet de facto, in delictis præſumitur contra delinquentem in dubio. Bal. *in l. ob hæc verba. n.3. quid in dubio. ff. de his qui not. infam.* Vide, *Præſumitur malum in dubio multis caſibus. Concl.617. & Concl. ibi prox. ſeq.* † Limita;
23 quia culpa præſumitur in eo, qui tenetur adhibere cuſtodiam rei pignoratæ, ꝓut in Iudæo, niſi probet abeſſe culpam in his, quæ non ſolent ſine culpa accidere, prout incendium, furtum, & ſimilia. Abb. *conſ.82. Illud de iure, n.2. li.2.* Vide, *Dolus, lata, leuis, & leuiſſima culpa quando obligent. Concl.577.* † Declarat tamen ſecus eſſe in iis, quæ culpam
24 præſumptam annexam nõ habent, prout in incurſu hoſtium, ruina, & ſimilib. Abb. *d.conſ.82. n.2. li.2.* † Limita; quia licet furtum ſit con-
25 tractatio rei alienæ inuito domino; tamen non creditur domino excuſanti furẽ. quod ipſo volente fecerit, niſi concurrant aliæ præſumptiones ꝓ aſſertione domini. Clar. *in §. furtum. n.21. ver. item excuſatur,* vbi dicit communem,* & ita ſeruari de cõſuetudine. † Limita; quia *26
non præſumitur delictũ in dubio, niſi quando delictum affert commodum delinquenti, ſeu facienti. Alex. *conſ.127. Viſa, n.12. lib.4.* Limita; † quia ſi periti referant mortuum ex vulnere, alij ſecus, potius
27 creditur, q; deceſſerit ex vulnere in dubio. Bald. *in c.1. quib. can. feud. amitt.* Felin. *in c. presbyterum col.1. de homicid.* late Marſil. *in l.1. §. Diuus. n.*
28 *31. & ſeq. de ſicar.* vbi alios citat. † Extende; quia confeſſio, quæ poteſt habere ſe ad delictum, & non delictum, interpretatur, vt delictum
29 comprehendat. Io. de Anan. *in c. cum dilecti. col.2. de accuſat.* † Contra limitationem, & extenſionem, tenet Bal. *conſ.195. An vulnus. lib.1.* & alij, quos citat idem Marſil. *in d.l.1. §. Diuus. ff. de ſicar. n.39.* vbi declarat regulam eſſe pro contrario, & quod caſus in limitatione ſint ſpeciales. Vide plenius per Ant. Gab. *li.7. tit. de criminal. Concl.2. Delictum non præſumitur.* Vide, *Delictum debet conſtare, vt delinquens puniatur. Concl.171.*

Delictum quando dicatur conſummatum, & quando attentatum, & quando vtroque, vel neutro modo. Concl. 166.

CONSVMMATVM † dicitur delictum, quando eſt perfectum 1
quantum ad delinquentem, & nihil reſtat agendũ, quod ſit de eſſentia delicti. Bal. *conſ.294. Ad euidentiam præmittendũ eſt, lib.1. in princ.* Et † ideo datur duplex principium in delictis, videlicet remotum, & 2
proximum ſubſtantiale, veluti quando quis deuenit ad actum delinquendi, & per eum non ſterit, veluti, ſi quis dedit venenum alteri; quia licet non ſit mortuus; tamen delictum eſt conſummatum, & pœna ordinaria imponi debet. Bald. *d.conſ.437. Cicchus confecit, in prim. lib.3.* Anania *conſ.1. num.10.* Vide, *Veneficus qua pœna teneatur. Concl.69.*
Contrarium † tenet Bald. in eo, qui fecit omnem conatum per me- 3
dia, vt adulteraret; quia ſi non conſumpſit, & non adhibuit violentiam, non punitur tanquam adulter. Bald. *conſ.27. lib.4.* Sed dic, quod hic non fecit omnem conatum; & ideo ſtetit in principio remoto.
Attentatum † dicitur delictum, quod imperfectum eſt, & requirit 4
poſt ſe conſummationem delicti. Bald. *conſ.294. in princ. lib.1.* † Et 5
idem, quando non eſt deuentum ad actum proximum, niſi verbis; quia dicitur attentatum. Fulgoſ. *conſ.149. n.4. verſ. ſuperest de tertio.* Et
ideo † omne delictum, quod explicatur per nuntium, vel epiſtolam, 6
dicitur attentatum, ſi non eſt exequutum per mandatarium, licet quoad mandantem ſit completum; ideo arbitraria pœna puniri debet. Bald. *d.conſil, 294. circa fin. verſ. hic ergo præmiſſis, lib.1.* † Et idem in 7
eo,

eo, qui totundit monetas excrescentes; quia si ex tonsura remanent ad pondus, non dicitur consummasse delictū. Alciat. *cons.* 14. *Trium*
9 *inquisitorum n.* 6. 7. 8. 12. 13. *& seq lib.* 7. † Pœna delicti attentati est arbitraria, secundū qualitatem facti attentati, vt minor pœna imponatur pro facto attentato remoto, quam proximo. Bal. *d. cons.* 294. *circa prin. ver. item circa ipsa attentata. lib.* 1. Vide Concl. prox. seq. † Tertia species
10 delicti est; quia quandoq; delictum est consummatū secundum intentionem delinquentis, sed non secundum intentionem, & diffinitionem legis. Bald. *cons.* 294. *in princ. ver. tamen quandoque. lib.* 1. † Pœna huius tertiæ speciei est; quia si est consummatum apparenter, sed nō existenter, punitur tota pœna, prout si existenter esset consummatū,
11 Bal. *d. cons.* 294. *in princ. ver. & tunc distinguitur. lib.* 1. † Si vero nec apparenter, nec existenter est consummatum, licet secundum intentionem delinquentis sit consummatum; tunc punitur pœna arbitraria, prout punitur solum attentatum, & hoc propter animum doli committendi, vt quia delictum consilio fuit consummatum, licet non habuerit effectum. Bal. *d. cons.* 294. *in princ. ver. aut nec apparenter.*
12 *lib.* 1. † Quarta species est delicti deliberati; nam si punitur deliberatus animus, prout Mediolani; tunc tale delictum habetur pro perfecto, si constat de animo deliberato, veluti si quis mandat fieri homicidium; quia licet non fiat, punitur tamen vt homicidium, & ad gratiam non admittitur, nisi habita pace; idem in exonerante sclopetum animo deliberato occidendi; quia licet nō percutiat; tamen tenetur, prout in aggressore insultante euaginante animo deliberato.
13 Amplia; † quia delictum consummatum non dicitur, sed nec attentatum licet sit ceptum, quando statutum aliquid disponit incipiendo à permisso, veluti si statutum dicat, quod mercatores possint augere pretium pannorū sericorum, dummodo diminuant in tantundē pannos lanæ. si mercator auxit pannos serici, & inquiritur, potest velle minuere alios pannos lanæ, & euadere pœnam; quia statutum est permissiuum; secus si esset prohibitiuum. Castrens. *cons.* 24. *Dubitatio istius negocii, lib.* 1. sed valde dubito de veritate propter fraudem adinuentam; quia si non punitur, non minuet, si punitur, euitabit semper pœnam.

Delictum consummatum & attentatum qualiter puniatur. Concluſ. 167.

1 DELICTVM † consummatum apparenter, & existenter punitur pœna imposita; quia vbiq; est verum delictum. Vide, *Pœna*
2 *mortis ob delictum non consummatum. Concl.* 227. † Amplia in crimine læsæ maiestatis; quia delictum attentatum habetur pro consummato, & punitur, ac si consummatum esset propter atrocitatem criminis.
* Clar. *§. læsæ maiest. atis. nu.* 15. *vers. nescias autem.* vbi dicit * communem, & communiter ita seruari, quādo deuentum est ad actum proximū.
3 Extende; † quia imo sciens, & non reuelans punitur, tanq; reus huius
4 criminis. Clar. vbi supr. *n.* 15. *in fin.* Vide, *Scientia sola non nocet, & quando secus. Concl.* 67. † Extende; quia solus animus, vel solum consilium absq; exequutione sufficit in crimine læsæ maiest. vt puniatur. Alex.
cons. 13. *Consideratis. n.* 6. *ver. tertio præsuppono, lib.* 6. *& n.* 16. vbi, q; in gra-
5 uioribus attenditur animus, non effectus. † Declara; quia in crimine læsæ maiestatis in supremo principe, & sic in primo capite, punit sola scientia deducta ab extra, videlicet, saltem ad sacramentum, vel tractatū cum amicis; in aljs inferioribus, in quib. habet locum solum in secundo capite, nō sufficit sola scientia, vt supra, sed secundū regulas
6 iuris communis ꝓceditur. Castillio. *cons.* 10. *In facto, in fin.* † Amplia in delicto attentato, quod per fictionē habetur ꝓ consummato de iure communi; quia pœna iuris communis imposita habet locum, ꝓut in vero delicto consummato, & dicit haberi ꝓ consummato, vbicunq; punit principaliter attentans. Bal. *cons.* 131. *Quidā plebanus. circa fin. ver.*
7 *vnde aliqui. lib.* 4. † Extende; quia sunt certi casus speciales, ꝓut in cōspiratione, & congregatione cum armis, vt irruant in Ecclesiam ad præiudicium alterius, vel ad effectum deponendi prætorē; quia licet non fecerint; tamen ꝓ attentato est pœna mortis. Alex. *cons.* 111. *Pon-*
8 *deratis. col. fin. ver. Nec prædictis. lib.* 1. † Restringe in pœnis statutorum.
9 Marsil. *in l. qui falsam. ff. de fals. n.* 23. † Declara; quia certa regula dari nō
10 potest secundū Marsil. *d. l. qui falsam. in pr. ff. de fals.* † Amplia; quia multi sunt casus, in quibus attentatū delictum punitur, sicut, si esset consummatum, quos enumerat Marsil. *in l. qui falsam. ff. de fals.* Primus est, quando lex considerat solum affectū: Secundus in accommodante domum ad adulterandū: Tertius in eo, qui locat operas ad pugnandum cum bestijs: Quartus in eo, qui tentauit corrumpere seruum: Quintus in casu, *l. si à seruo. ff. de cond. ob turp. caus.* Sextus in eo, qui impetrauit ius iniquum, vt retorqueatur, licet non sit vsus: Septimus in eo, qui tentauit corrumpere iudicem: Octauus, si quis eleuat manū, vt det alapam, licet non dederit; tenet de iniuria: Nonus, in atrocioribus: Decimus, in pœna tractatus: Vndecimus, *in l. is qui cum telo. C. de*
ficar. & in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleric. & de falsitate commissa in corrumpendo testes; quia punit, licet nō vtatur testib. corruptis. Boer. *decis.* 319. *n.* 6. † Declara, nisi cōsuetudo sit contraria, vt p
11 Bar. & alios, *in l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicar.* vbi, quod non seruat de cōsuetudine generali. † Restringe, quia delictum attentatū, licet
12 de iure communi puniat certis casibus; tamen fallit octo casibus, de quib. plene Socin. *in reg.* 31. *Attentatio punitur, licet aliud sequutum non sit.* Amplia † in mandante fieri assassinū; quia licet pœniteat re integra;
13 tenetur tamē ex solo mandato ad pœnam ordinariā. gl. *in c.* 1. *de homic. in* 6. *in ver. mandauerit.* q̄ defendit Marsil. *in l. qui falsam. nu.* 7. *&* 8. *ff. de fals.* † Contrariū tenet se corrigendo, idem Marsil. *in l. is qui cum telo. n.*
14 82. *C. de sicar.* vbi melius examinat, & dicit, quod cogitur se corrigere. Amplia † in assassinio, qui deuenit ad actū proximum; quia licet non
15 interfecerit, neq; vulnerauerit, punit pœna mortis, secundum communem, * de qua Clar. *in §. assassinium. n.* 7. vbi de magis * communi, * &
16 idem dicit Corrad. *in Breu. tit. de assas. n.* 3. *§. tertio.* Vide, *Assassinum quid sit, vel assassinus, & multa specialia. Concl.* 531. † Contrarium Clar. §.
17 *fin. q* 92. *col.* 2. *in pr.* & quæ pœna imponatur. † Extende in parricidio; quia solus conatus, & voluntas punitur, *l.* 1. *in si ff. de parric.* vbi Bar. &
18 Marsil. late Corrad. *d. §.* 3. *tit. de parricid. n.* 8. † Extende in atrocissimis delictis; quia in illis punitur affectus, seu conatus, licet non sequatur
* effectus, communē * dicit Feli. *in c.* 1. *n.* 2. *ver. limita secundo. de offic. deleg.* Couarr. *in clem. si furiosus. nu.* 9. *fol.* 276. vbi tenent hoc in crimine læsæ maiestatis, simoniæ, oppugnatæ patriæ, & veneni. Clar. *in §. fin. q.* 92. *n.*
2. allegat Boer. *de seditio. in* 7. *præsump. n.* 42. attestantē de communi, & q̄ si deuenit ad actū proximum, puniat in crimine læsæ maiest. Clar.
19 * *in §. læsæ maiestatis. n.* 15. vbi dicit * communem. † Contrarium tenent
20 alij, quos citat Clar. *d. §. fin. q.* 92. *col.* 1. *in fin.* † Extende, in latronibus, &
grassatoribus, & veneficis, & in eo, qui consanguineum carentem liberis voluit occidere, vt ei succederet, & in aggressore mandato alterius volente interficere, quæ exempla ponit Clar. *d. §. fin. q.* 92. *num.* 2.
21 Declara, † vt infra proxime, vel alias secundum Clar. *in §. fin. q.* 92. vbi
* ꝓ vtraq; parte allegat * communem, & tandem distinguit sic, si lex, vel statutum disponit, quod puniatur conatus, illam serua. † Si vero
22 nil disponit, seruanda est consuetudo, quod non puniatur, & hęc est tutior; tamen iudex potest q̄ partem velit in atrocioribus. sequi, inspecta qualitate personarum & delictorum. Clar. *d. §. fin. q.* 92. *in fin. & in*
§. 1. *n.* 9. vbi ponit casus atroces, & atrocissimos, & Menoch. *cas.* 360.
23 *n.* 22. *&* 23. † Vel per modum consilij in atrocioribus, quando punit conatus, vel affectus, id intelligitur, si ad actum proximum deuenit,
24 * secundum * communē. Clar. *d. q.* 92. *in fin.* † Et quando dicatur actus proximus. Vide, *Actus proximus quis dicatur in eo, qui attentat delinquere. Concl.* 150. † Extende in eo, qui procurauit, & attentauit rebellionem
25 Terræ Romanæ Ecclesiæ; quia si deuenit ad actum acclamationis, & violentiæ, cum armatis, licet non potuerit obtinere; tamen dicitur consummasse delictum attentando; ideo punitur, vt verus rebellis;
quia per eum non stetit. Bal. *cons.* 131. *Quidam Plebanus, lib.* 4. vbi, quod dicitur consummatum, vbicunq; principaliter punitur attentatum. Extende † in eo, qui ꝓditorie intulit vulnus lethale cū sclopo rotato;
26 quia delictum dicitur consummatum, & tenetur pœna mortis, & ordinaria, licet non moriatur vulneratus. Clar. *in §.* 1. *num.* 9. † Exten-
27 de in eo, qui emisit sagittas, vel lanceas in mortem alterius. Bald. & Abb. *in c.* 1. *de præsumption.* Bald. *in l. non ideo minus. C. de accusat.* quos
28 citat Menoch. *de arbitra. cas.* 360. *num.* 36. *in fine,* † Extende in simili in eo, qui commisit falsum in scriptura non nocibili, puta, quæ non probabat; quia non punitur pœna falsi directa, sed extraordinaria; si tamen talem scripturam produxit in iudicio, & in se fecit, quantum potuit, vt noceret, punitur pœna ordinaria. Marsil. *consil.* 70. *numer.* 2. sequitur Clar. *§. falsum. num.* 44. *ver. secundus est casus.* Socin.
consil. 62. *num.* 3. *lib.* 1. † Extende in eo, qui exonerauit archibusium
29 ad interficiendum; quia punitur, ac si percussisset. Vulpell. *consil.* 67. *num.* 5. *& consil.* 82. *in princ. & in tract. de promission. de non offendendo. quæst.* 99 *&* 101. Moron. *de fid. treug. & pac. quæst.* 172. *in fin.* & pro hac parte facit Clar. *in §. fin. quæstion.* 60. *num.* 21. *ver. sui quandoque.* vbi, quod licet pœnitentia ante delictum excuset à pœna; tamen illud procedit, quando pœnituit; quia noluit delinquere; secus est, si pœnituit; quia non potuit, quo casu non excusatur. † Declara; quia
30 minori pœna punitur affectus solus. Cæpol. *consil.* 80. *numer.* 5. plenissime Grammat. *decisio.* 2. *per totam.* vbi, quod nunquam fit punitio etiam in atrocioribus, nisi delictum sit consummatum, sed extraordinaria pœna arbitrio iudicis imponitur, & dat exemplum in simonia, in falsa moneta, in veneno, & atrocissimis attentatis, & quod
31 mitior pœna imponatur pro attentato. Afflict. *decis.* 276. *in fin. ver. Item quia.* Imo † quod exonerans sclopū animo deliberato interficiendi, si
licet non percutiat, non admittat ad gratiam sine pace, sicuti homicida, tenet Iul. Clar. *in §. fin. q.* 59. *nu.* 4. *circa fin. ver. Sed hæc omnia. & in*
§. 1. *nu.* 9. vbi, quod exonerans sclopū animo deliberato interficiendi, ꝓ punitur etiam

ordina-

ordinaria pœna, licet effectum non fecerit, & §. *fi. quæst. 92. per totam* vbi dicit * communem pro vtraque parte, & dat etiã exempla multa pro vtraque parte, in quibus quandoq; pœna ordinaria, quandoque nõ, sed extraordinaria fuit imposita, postea distinguit, & sequi videtur humaniorẽ sententiam, tanquam tutiorem, licet dicat pœnã extraordinariam actiorẽ imponendã. † Tu vide pro vtraq; parte Marsil. in *l. vnic. C. de rapt. virg. n. 254. & seq.* vbi allegat multa, quod rapiẽs mulierem, licet non cognouerit, puniri debet pœna mortis, ac si cognouisset, postea arguit contrarium, & tandem distinguit, quia si nõ cognouit; quia non potuit, & per eũ non stetit, debet puniri pœna mortis ordinaria; si vero non cognouit; quia ipse noluit, & destitit, non punitur pœna ordinaria. † Et eundem Marsil. plenius in *l. is, qui cum telo. n. 69. & seq. C. de sic.* vbi, an assassinus possit puniri ex solo affectu, non sequuto effectu, in pœnã mortis, & à *n. 69.* vsq; ad *n. 75.* & à *n. 75.* vsq; ad *n. 82.* tenet contrarium, & ponit plura exempla, & auctoritates pro vtraq; parte; tandem *n. 82. ver. & quia negari.* ponit distinctionem prædictam, vt si assassinus nõ fecit, quia non potuit, & punitur, aut quia noluit, & pœnituit, & non punitur pœna ordinaria mortis, vide omnino eum. † Contrarium videtur velle Clar. in *§. raptus, n. 4. vers. sed quod, in fin.* vbi, quod is, qui non cognouit raptam; quia noluit, non punitur; qui vero non cognouit; quia non potuit, punitur, sed pœna extraordinaria citra mortem, licet graviori secundum qualitatem facti. † Declara alio modo, aut attentatum in atrocioribus non hab[illegible] fectum; quia non fuit deuentum ad actum facti, & non punitu[illegible] œna ordinaria; aut fuit deuentum ad actum facti, & punitur pœna ordinaria, quando per eum non stetit. Bald. in *l non ideo minus, in 6. quæst. C. de accusat.* Felin. quem citat Marsil. in *d. l. is, qui cum telo, n. 81. C. de Sicar.* † Franch. vero in *c. pro humani, n. 7. de homicid. in 6.* distinguit alio modo; quia si delictum non est consummatum; quia noluit, & parcitur ei, regulariter fallit in mandante fieri homicidium per assassinium; secundo in læta maiestate; tertio in hæresi; quarto in eo, qui conscius criminis, sibi mortem conciuit; quinto in extrahente de Ecclesia fugientem. † Si vero non perfecit; quia non potuit ex impedimento iuris, punitur, ac si perfecisset. Franch. *d. ca. de homicid. in 6. numer. 7. in fin.* † Si vero impedimentum fuit facti, & sumus in atrocioribus, si deuenit ad actum remotum facti, seu ad actum verbi, & punitur extra ordinem tantum, si peruenit ad actum proximum, punitur pœna ordinaria; fallit hoc vltimum in sequentibus casibus, quando pœna est statuti; secundo, quando pœna ipso iure imponitur; tertio, si consuetudo sit in contrarium. Franch. vbi supra, *numer. 7. & 8.* † Alios casus, etiam in quibus non requiritur consummatio delicti, vt sit locus pœnæ, quia sola voluntas sufficit, ponit idem Marsil. *d. l. qui falsam, n. 10. & seq. ff. de falsis*, primus est in matrimonio, secundus in foro conscientiæ, tertius, quando pœna ponitur in genere. † Amplia quoad excommunicationem, quæ pœna medicinalis est, & ita imponitur ex attentato, sicut ex consummato, quando attentans fecit, quicquid potuit, sed non perfecit; quia fuit impeditus. Ægid. Bellam. *cons. 40. n. 4. ver. prima propositio.* † Extẽde idẽ in mandante, qui fecit, quantũ potuit, & in eo, qui participat de delicto. Ægi. *d. cons. 40. n. 4. & 5. ver. secunda propositio.* † Limita, quia imo delictum attentatum, quantumcunq; atrocissimum, sit, etiam veneni dati etiam assassinii, non punitur pœna mortis, neque pœna ordinaria. Bart. Tegius *tract. crim. in fi tit. de euentu, in princ. tract. vol. 11. par. 1. fol. 22.* † Contrarium Alexand. *consil. 13. Consideratis, num. 15. in fin. li. 6.* Vide Conclusionem proximam precedentem, vbi plura similia.

† Limita in delicto non consummato, sed attentato, quando pœna imponitur à statuto prouinciali, vel municipali, vel decreto, quia talis pœna nõ trahitur ad delictum per fictionem, sed pœna debet esse arbitraria; quia fictio non habet locum in statutis, sed tamen pœna non debet deesse delinquenti. Bald. *cons. 294. Ad euidentiam præmittendum, vers. secundo præmittendum. lib. 1.* Bald. *cons. 27. Punctus super quo, & cons. 30. lib. 4.* Alexand. *cons. 111. Ponderatis verbis, colum. penult. numero 2. verficulo idcirco videndum, libr. 1.* Vide, *Statutum circa pœnas non extenditur, & quando secus. Conclusio. 613.* † Extende, etiam si attentans fecit, quantum potuit, vt committeret adulterium, quia non punitur pœna adulterii. Bald. *consil. 27. libr. 4.* qui loquitur, quando solum media adhibuit, non tamen conatum fecit. † Restringe secus esse de consuetudine, quia integra pœna imponitur. Bald. *d. cons. 294. numer. 2. vers. dico ergo, lib. 1.* Vide, *Consuetudo circa pœnas imponendas, Conclusio. 918.* † Declara, quia si pro delicto attentato est pœna certa imposita, illa debet imponi, si solum est in delicto consummato imposita, in attentato semper debet minui, & extraordinaria imponi, ita quod iudex non potest arbitrari pœnam mortis, nisi qualitas delicti, & circumstantiæ sint tales, quod de iure communi, vel consuetudine sit pœna mortis imponenda. Alexand. *consil. 111. Ponderatis, numer. 2. & 3. lib. 1.* vbi dicit communem * vbi apostill. *in ver. minus*, & *in ver. arbitrio.* † Declara limitationem, vt procedat cum distinctione arbitrii; quia si delictum attentatum fuit per processum ad actum remotum, leuior pœna imponitur; si ad actum proximum, grauius puniri debet. Bald. *d. cons. 294. n. 1. ver. item in ipsa attentata. lib. 1.* † Limita in delicto consummato quoad mandantem, sed non exequuto per mandatarium; quia cum sit delictum attentatum, pœna statuti contra delinquentem tali delicto non debet imponi. Bal. *d. cons. 294. per tot. circa fin. ver. iis ergo præmissis. li. 1.* vbi est casus. † Limita; quia non dicitur consummatum adulterium, licet cupiens adulterari adhibuerit mediatores, & quantum in eo fuit, attentauit, quicquid potuit. Bal. *cons. 27. lib. 4.* † Limita, quando pœna imponitur ipso iure; quia delictum attentatum, & non consummatũ non punitur pœna mortis. Franch. *in c. 1. de homicid. in 6. n. 7. & 8.* plenius infra *n 57. & seq.* † Contrarium, quod imo quando pœna ipso iure imponitur, tunc delictum attentatum puniatur, sicut consummatum. Afflict. *decis. 276. nu. 3.* vbi late. Limita † etiã de iure communi; quia delictum attentatũ non punitur pœna ordinaria, put si esset consummatũ, maxime de consuetudine. Fulgos. *cons. 149. n. 4. ver. superest de tertio.* vbi, q̃ punit pœna extraordinaria, & nõ tanta, quanta, si delictũ esset consummatũ. Clar. *§. homicidium. in fin. nu. 74. ver. vltimo quæro.* vbi, q̃ de iure communi punitur attentatum delictũ; licet non sit consummatũ, sed secus est de generali consuetudine, & q̃ ista consuetudo sit per totam Italiam, imo per totum orbem, & non indigeat probatione Clar. *in § fin. q. 92. in princ.* vbi citat infinitos, & attestatur esse hodie communem * opinionem, de qua Barbat *cons. 33. lib. 2.* Grammat. *vot. 8. n. 15.* Alex. *cons. 111. Ponderatis verbis. col. pen. n. 2. & seq. ver. pro hoc bene facit. lib. 1.* † Extende, maxime, quando non est deuentum ad actum proximum, nisi verbis. Fulgos. *d. cons. 149. n. 4. ver. superest de tertio, & quis dicatur actus proximus.* Extende; † quia imo etiam si esset deuentum ad vulnus animo interficiendi, si non interficiat, non tenetur de homicidio, sed tantum de vulnere, nisi essemus in latronib. grassatoribus. Clar. *d. § homicidium. in fin.* † Restringe de iure communi; quia delictum attentatum puniebatur pœna ordinaria mortis, licet effectus non esset sequutus. *l. is, qui cum telo. C. ad leg. Corn. de sicar.* & est communis * opinio, Io. de Ligna. *cons. 20. n 15. inter cons. crim. lib. 1.* sed hodie de generali consuetudine non seruatur. Clar. plenissime *d. § fin. q. 92. in princip.* vbi citat ad hoc infinitos. Ægid. Bellam. *cons. 40. n. 4.* vbi, quod pœnæ temporales, & corporales non imponuntur. † Limita; quia vbicunq; lex imponit pœnam ipso iure, delictum nunquam punitur attentatum, sed debet esse consummatum, vt sit locus pœnæ impositæ ipso iure. Roma. *cons. 427. In proposito, n. 5.* Franch. *in c. 1. n. 7. & 8. de homicid. in 6.* & est tex. *in c. prope tuæ de election. in 6.* † Extende, vt procedat, etiam si pœna ipso iure imposita consistat in mandando; quia licet quis mandauerit fieri delictum, non incurritur pœna, si mandatarius non perfecit loquendo de pœna ordinaria delicti; quia sumus in attentato. Ioan. Andr. & Paul. de Eleazar. *in clem. Si quis suadente. in ver. mandauerit, de pœn.* Ægid. Bella. *cons. 40. n. 7. ver. sed oppones.* † Contrarium tenet apostil. ad Roma. *d. cõs. 427. n. 5. in ver. sufficit.* vbi dicit, quod imo sufficit attentatũ delictum, vbi pœna imponit ipso iure, & q̃ deficit negatiua, allegat Tiraqu. *in l. si vnquam. C. de revoc. donatio. in ver. reuertatur. n. 334.* Afflict. *decis. 276. n. 3.* † Declara; quia quoad pœnam excommunicationis, quæ medicinalis est, bene incurritur ex attentato, licet sit ipso iure. Ægid. Bellam. *cons. 40. n 4. ver. prima propositio. & n. 7. ver. sed oppones.* † Alios etiam casus, in quibus requiritur consummatio delicti, ponit idem Marsil. *d. l. qui falsam. n. 16. ff. de fals.* primus est, quando conatus cum actu propinquo non venit ad delictum; quia destitit; secundus, quando conatus cum effectu non nocet; tertius, quando conatus stetit in sola voluntate; quia non habet actum exteriorem; quartus, quando imponitur pœna ipso iure; quintus, in delictis non atrocibus; sextus, in excommunicatione; septimus, quando agitur ciuiliter; octauus, in pœnis statutorum. Vide, *Conatus non punitur, nisi sequatur effectus. Concl. 544.* Vide, *Pœna mortis ob delictum non consummatum quando imponatur. Concl. 227.*

Delictum in vno loco cœptum, & in alio consummatũ, in quo loco dicatur commissum. Concluſ. 168.

DELICTVM † commissum per exemptum in loco exempto existentem contra existentem in loco non exempto, an possit puniri per ordinarium, tanquam quod deliquerit in loco non exempto, vt si exemptus ex loco exempto, *iaciat lapidem extra locum exemptũ percutiendo alium*; dic, quod sic. Gemin. *cons. 72. n. 9. ver. fuit ergo.* contrarium videtur de exonerante balistam in loco exempto, & percutiente existentẽ in loco non exempto, vt non possit puniri tanq̃ deliquerit in loco non exempto. Bal. *cons. 154. Proponitur, quod quidam. in prim. ver. in contrarium videtur. li. 1.* quod duplicat *cons. 461. li. 3.* Extende, † vt licet ordinarius non possit punire exemptos delinquentes in loco exẽpto; si tamẽ eorum delictũ redundat, & quouis modo cõsumitus

mitur extra locum exemptum, poſſunt puniri, vt ſi ſonarent campanas in oratoriis exemptis, quas habere non poſſunt; quia ex quo ſonus campanarum turbat ordinarium, & exit locum exemptum, puniri debent tanquam delinquentes in loco nõ exempto, *c. parentibus, de priuil. cum glos. 2.* & ſequitur Gemin. *d. conſ. 72. nu. 10. verſ. & de*
3 *hoc videtur.* † Extende; quia vbicunque factum debet impleri in certo loco, & ex non implemento talis facti reſultat delictum, delictum dicitur factum, & commiſſum in loco, in quo fieri debuit; & ideo exemptus dicitur delinquere in loco nõ exempto, quando aliquid tenetur facere in loco non exempto, & nõn facit. Gem. *d. conſ. 72. nu.*
4 *6. & ſeq. ver. nec obſtat. ſi dicatur.* † Idem eſt in eo, qui tenetur denũciare maleficia officiali, quia ſi nõ denunciat, delinquere dicitur in palatio officialis, non autem in loco, vbi eſt, dum negligit. Bart. in *l. li-*
5 *bellorum, de accuſat.* Gemin. *d. conſ. 72. n. 7. ver. & ideo.* † Reſtringe, quãdo delictum eſt conſummatum in vno loco, vt effectum producat in alio loco, quia poteſt ſolum puniri in loco delicti conſummati, non in loco effectus deſtinati, puta, Panni Mantuani ſunt banniti Rauennæ, mercator in ciuitate Mantuæ apponit ſigna falſa, quod Panni Mantuani prohibiti, ſint Veronenſes permiſſi, vt introducat, prout fecit, in ciuitatem Rauennæ, non poterit Rauennę puniri, ſed Mantuæ. Alex. *conſ. 216. Ponderatis, n. 10. cum ſeq. ver. ſuper alio dubio, li.*
6 *6.* † Reſtringe; quia ſtatutum puniens ſagittantem contra aliquem, & aliquis exiſtens in certo loco ſagittauit Titium exiſtentem in alio loco, debet puniri, & attendi locus, vbi erat ſagittans. Alex. *conſ. 216. Ponderatis, n. 10. v. vnde ſi ſtatutum, li. 6. & conſ. 24. n. 27. lib. 2.* vbi apoſtil.
7 dat concord. † Reſtringe; quia ſi quis fuit captus in territorio Peruſii, & ligatus, poſtea ſpoliatus in territorio Cortonæ, poteſt puniri pro toto delicto capturæ, & ſpoliationis factæ extra territoriũ; quia per capturam in territorio Peruſii captus amiſit libertatem; & ideo totum delictum attribuitur capturæ. Alex. plene *conſ. 216. n. 11. & ſeq. ver. illam quæſtionem etiam reaſſumpſit, lib. 6.* vbi ponit multa ſimilia de
8 capto ab hoſtibus; & quia inſpicitur animus delinquentis; & quia initium attenditur. † Contra reſtrictionem tenet Bald. *in c. 1. §. iniuria. de pace iuram. firm. in 5. col. ver. quæſiuit Iacob. Butrig.* quem citat Alex. *d. conſ. 216. n. 11. ver. vnde etiam Bal. lib. 6.* vbi, quod cum delictũ habeat plures partes diuiſibiles, & iuriſdictio, & pœna diuiſionẽ recipiant, quod iudex loci capturæ inquirer de captura, alter vero de ſpoliatio-
9 ne capti. † Declarat apoſtil. ad Alex. *d. conſ. 216. nu. 11 ver. recipiuni, lib.* 6. quod iſta contentio prouenit à quæſtu; quia contendunt pro quæ-
10 ſtu iudices; ideo qui præuenit, obtinet de iure communi. † Declarat Alex *d. conſ. 216. nu. 12. ver. nec obſtat, lib.* 6. quia aut is, qui incipit, vel deliberat delinquere in alio loco, non facit actum, quod per ſe ſit delictum, prout in eo, qui mandat Florentiæ fieri homicidium Peruſij, ſi ſequitur homicidium Peruſij, debet condemnari Peruſij, vbi delictum fuit ordinatum, & conſumptum Florentiæ, vbi mandauit, non; quia non tenetur ex mandato, ſed ex delicto, & ſi teneretur ex mandato, tanquam ex delicto, tunc poſſet etiam Florentiæ puniri,
11 ibi, *n. 13.* † Et procedunt reſtrictiones non obſtante qualiber prorogatione facta; quia in criminalib. non fit prorogatio, maxime quando proceditur per inquiſitionẽ. Alex. *d. conſ. 216. in fin. n. 16. ver. non ob-*
12 *ſtat, lib. 6.* † Amplia; quia etiam dominus loci, in quo eſt deliberatum delictum, licet in alio loco fuerit conſummatũ, poteſt punire pœna extraordinaria, quando ſunt diuerſa territoria; quia tunc præparatoria non cõfunduntur; ſecus ſi ſunt eiuſdem domini; quia ſufficit punire in loco commiſſi delicti. Bal. *conſ. 154. ver. ſolutio, circa med. vſque in fin. lib. 1. & conſ. 461. lib. 3.* qui loquitur in furib. Bologn. *conſ. 8.* qui loquit in aſſaſſinio. Vide, *Delinquens extra territoriũ quando & qualiter puniri poſſit. Concl. 181.* Vide, *Delinquens & mandans delinqui an idem maleſi-*
13 *cium cõmittant. Concl. 184.* † Imo indiſtincte dominus loci, in quo delictum eſt deliberatum tractatu, & conſilio, poteſt punire. Bald. *conſ.* 311. *in conſ. 2. inſerto*, in cip. *An poſſit, lib* 4. licet contrarium teneat per totum conſilium, & in ſpecie *in ſeq. ver. ſed Chriſti.* vbi totum cõtrarium.
14 Extende † ampliationem; quia dominus domicilij delinquentium poteſt punire delinquentes, qui in alio deliquerunt territorio, quãdo deliberarunt delictũ in loco domicilij. Bal. *conſ. 311. cum duob. ſeqq.*
15 *lib.* 4. vbi, qualiter, & ex quib. conſtituatur domiciliũ. Vide, *Domicilium quando quis ſortiatur per habitationẽ. Concl. 596.* † Reſtringe; quia ſi quis deliberat in territorio Lucano interficere aliquem extra territorium, & interficiat extra territoriũ, non poteſt puniri in territorio Lucano ex ſola deliberatione, niſi in ipſo territorio Lucano deueniſſet ad actum proximũ, puta, ad aggreſſurã, plene Bart. *q. 15. ſtatuto ciuitatis. per tot.* vbi arguit, ꝙ imo poteſt, quod non, deinde ſic ſoluit; quia ſufficit, quod puniatur in loco delicti, & licet bona non confiſcentur, dicit non curandum de iis, quæ veniunt in conſequentiam, & loquitur in caſu ſtatuti, ꝙ ſi quis deliberauit in territorio, vel ciuitate aliquẽ interficere, & ſequatur effectus, nõ poteſt puniri; quia ſtatutum intel-
16 ligitur, ſi in territorio ſequatur effectus. † Declara; quia aut illi, qui tractarunt delictũ, fuerunt ijdem, qui perfecerunt; & tunc non poſſunt puniri, niſi in loco delicti, quando non habent domiciliũ in loco tractatus, aut ſunt diuerſi, qui tractarunt in loco, & diuerſi, qui alibi conſumpſerunt delictum, & tractantes in loco tractatus, perficientes in locõ conſumpti delicti puniri debent. Bal. *conſ. 313. Præfati excellentiſſimi, n. 3. ver. circa tertium, lib.* 4. allegat Bar. *in l. & ſi amicis. ff. de adulter.* † Reſtringe, vt non præcedat, quando in loco, à quo receſſerunt 17
delinquentes euntes ad alium locũ, in quo commiſerunt delictum; non habebant domicilium; quia licet in eod. loco reuerſi fuerint; tãmen nõ poſſunt puniri ſecundum ſtatuta loci, à quo receſſerant, ſed ſecundum ſtatuta loci delicti ſunt puniendi. Bar. *in l. quia ait. §. fin. ff. de adulter.* quẽ ſequitur Bald. *conſ. 393. Punctus talis poſt med. ver. vnum non omitto. lib. 1. & conſ. 311. Quæſtio ſuper quã.* quod eſt Petr. Albitij de Piſis, *cum duob. ſeqq. lib.* 4. † Declara reſtrictionem, vt imo neq; quis per in- 18
quiſitionem poſſit puniri in loco, in quo non commiſit delictum, ſi ibi non habet domicilium, ſed ſolũ poteſt puniri per accuſationem ſecundum * antiquos, licet moderni Dd. teneant contrarium. Bal *d.* *
conſ. 393. in fi. lib. 1. Vide, *Inquiri ex quibus delictis poſſit ex officio. Concl. 185.* ✍
Declara † ſecundo; quia poteſt delinquens in alio loco capi in loco, 19
in quo habitat, licet ibi non habeat domicilium, & captus remitti ad locũ delicti. Bald. *d. conſ. 393. circa med. ver. ex iſtis apparet.* vbi, quod iſtæ remiſſiones de conſuetudine hodie non fiunt, *lib. 1.* † Amplia; quia 20
emittens ſagittam ex vno territorio, & interficiens in alieno territorio exiſtentem, poteſt ab vtroque iudice puniri; ſed tamen eſt locus præuentioni, communem * dicit Clar. *§ fin. qu. 38. nu. 9. ver. item pone.* *
Amplia; † quia ſi delinquentes in platea, vel palatio maiori pœna 21
puniuntur, & vnus exiſtens in platea percuſſit ſaxo exiſtentem extra plateam, qua pœna puniatur. Bar. *in l. liberorum. ff. de accuſat. ver. vltimo quæro.* diſtinguit; quia ſi ſtatutũ punit ſagittantem, & punitur, ſicuti ſi in platea deliquiſſet, alias non, ſequitur Alex. *conſ. 24. Animaduerſis. n.* 27. *ver. faciunt pro hoc. lib.* 2. vbi apoſtil. *in ver. extra.* dat plures concord. Alex. *conſ. 216 n. 10. ver. ſuper alio. lib.* 6. † Declara totã iſtam materiam, 22
vt per Bar. per illum tex. *in l. & ſi amicis. §. ſed & ſi. ff. de adulter.* quia ſi quis Romæ deliberat interficere alium extra territorium, & interficiat extra ſtatum Papæ, nõ poteſt puniri per officiales Papæ; quia ſolus cogitatus nõ punitur; item quia ſi idem, qui deliberauit, perfecit, pœna tractatus tollitur per homicidium, prout dicimus, ꝙ pœna inſultus tollitur per homicidiũ; licet dicat, quod ſi in loco delicti non poteſt puniri; quia eſt abſens, quod propterea, ne remaneat impunitus, poteſt puniri de tractatu in loco deliberationis. † Contrarium, ꝙ 23
nullo modo poſſit puniri in loco, vbi deliberauit, tenet Bar. *in qu. 15. Statuto ciuitatis.* vbi *in fin. prin. ver. vndecimo.* arguit *del, & ſi amicis ff. de adulter.* & ſimilibus, ſed *in fin. q. ver. non obſtat vndecima, cum ſeq.* vbi, quod ſufficit, quod in loco delicti poſſit puniri de iure communi, & licet non puniatur in bonis, non eſt curandum; quia eſt pœna, quæ venit in conſequentiam; & quia licet *l. & ſi amicis*, non habet locum, quando pro ſe ipſo tractauit; tamen ſecus eſt, ſi pro aliis accommodauit domum pro tractando adulterio, vel ſtupro; quia etiam ſi alibi ſequat, tenetur, & ꝓ iſta parte plene Alex. *conſ. 216. Conſideratis. n. 12. li. 6.*
Si vero † tractauit, vel deliberauit cũ aliis hic Romæ, ꝙ interficerent 24
alibi hominẽ, poteſt puniri, & in loco commiſſi delicti, & in loco tractatus. Bar. *d. l. & ſi amicis. § ſed & ſi. ff. de adulter.* ſequit Bal. *in conſ. 313. in fi. lib.* 4. Declarat † Bal. *conſ. 393. lib. 1. & 311. li.* 4. vt poſſit puniri in loco 25
tractatus cũ aliis, qui exequuti ſunt, & fecerunt homicidium, ſi ille tractans habebat domicilium in loco tractatus, alias non. † Idem, 26
quando ex ſolo mandato inducitur pœna; quia in loco mandati puniri poteſt. Alex. *d. conſil. 216 num. 13. lib. 6.* † In eo vero, qui mandat 27
alteri, quod fiat homicidium, quod factum eſt, an poſſit puniri in loco mandati. Bar. *in l. non ſolum. §. ſi mandato ff. de iniur.* † Limita, quan- 28
do is, qui tractauit Mediolani de occidendo aliquo extra dominium, fuit ipſemet ad executionem homicidij præſens; quia non punitur in loco tractatus, ſed in loco delicti, ita Senatus Mediolani iudicauit contradicente Claro, vt ipſe dicit, *§ fin. q. 38. n. 8.* † Limita, quan- 29
do vterque locus, & conſummati, & tractati delicti, eſſet ſub eodem principe; quia attenditur locus delicti, ex quo præparatoria confunduntur cum delicto eo caſu; ſecus, ſi ſunt diuerſa territoria, & diuerſi domini. Bald. *conſil. 154. lib. 1. in fin.* quod duplicatur *conſil. 461. lib. 3.* Limita; † quia imo ſolus dominus loci delicti punire poteſt, non au- 30
tem dominus loci habitationis, quando habitans in loco non contraxit domicilium; quia delictum conſummatum eſt principale, & delictum ordinatum, ſeu deliberatum eſt acceſſorium. Bald. *conſ. 311. in princ. & in 3. conſ. inſerto.* incip. *Sed Chriſti, per tot.* quod eſt Philippi de Caſalis. † Declarat Alex. *d. conſ. 216. Ponderatis. n. 14. ver. nam delinquens.* 31
cum ſeq. lib. 6. quia licet is, qui habet domicilium in loco, poſſit puniri in loco cõmiſſi delicti, & in loco domicilij; ſecus tamẽ eſt, ſi ſolum conuerſaretur in loco ſine domicilio, etiam ꝙ conuerſatio eſſet frequẽs; quia ſolum poteſt conueniri ꝓ commiſſis in loco, vbi conuerſatur.

Exten-

32 † Extende, vt procedat, etiamsi in loco extaret statutum, quod officialis loci posset inquirere ex officio; quia intelligitur contra habentes domicilium, vel contra incolas delinquentes in loco, & in territorio; secus, si extra territorium delinquerent. Bald. *d. consil. 311. in fi.* 33 *ver. sed supposito, lib. 4.* † Limita; quia si quis insultatus in territorio Senatum persequitur insultantē in territorio Florentino, & eum ibi interficit, non potest puniri ab officiali Senarum, sed ab officiali Florentiæ. Fulg. *consil. 149. n. 4. ver. rursum cum dictus.*

Delictum continuatum, seu reiteratum an vnum sit, vel plura. Concluſ. 169.

1 DELICTVM † pluries commissum, seu reiteratum tot inducit delicta, quot sunt reiterationes, & ideo tot etiam requiruntur purgationes, & tot pœnæ imponendæ sunt. Gemin. *consil. 106. lib. 5. ver. quinto.* Vide, *Actus vnus plura facta continens, quando dicantur plures actus, vel è contra. Concluſio. 131.* † Extende in tantum, vt exequtor deputatus ab absoluendum non possit absoluere reiterationem commissam post datam gratiæ, seu litterarum exequtoris; quia rescripta non trahuntur ad futura separata. Gemin. *consil. 106. numer.* 3 *5. ver. Si ergo iteratio.* † Contrarium tenet idem Gemin. *d. consil. 106. numer. 7. & 8. ver. tertio arguitur*, vbi ponit multa exempla, vt in hæretico, concubinario execrabili, & similibus, qui licet pluries in eodem delicto continuent; non tamen nouum delictum quotidie cō-
4 mittere dicuntur. † Declara, vt idem Gemin. *d. consil. 106. num. 7. & seq.* quod dicitur delictum continuatū effici plura, quando interuenit medio tempore, vel absolutio, vel alia prouisio, seu respectu pœnæ, etiam quod sit idem delictum, & non pluta, & clarius, *n. 9. in fin.*
5 *ver. Vel dic melius.* † Declara, vt infra in secunda limitatione; quia in his, quæ habent reiterationē, & non respiciunt titulū precedentem, vt in adulterio, homicidio, & similibus, reiteratio inducit nouum
6 delictū, aliàs secus. Petr. de Anch. *consil. 4. per tot.* † Limita in dispensatione super retentione beneficij facta per longū tempus ab excōmunicato; quia si obtineat vnicam dispensationem, sufficit, nec requiruntur plures, ex eo, quod diutius continuauerit in eadem illici-
7 ta detentione. Gemin. *consil. 106. nu. 8. ver. Ad idem de clerico.* † Limita in ijs, quæ non sunt reiterabilia, vel in his, quæ respiciunt aliquem titulum præcedentem; quia in istis non inducitur reiteratio delicti ex continuatione, ita pulchrè Petr. de Anchar. *consil. 4. Statuto cauetur. per tot.* vbi vult, quod si extat statutum quod lapso quinquennio quis non possit puniri de delicto, & extet statutū, quod habens vxorem si contrahat cum alia, & consummet matrimonium, puniatur pœna vltimi supplicij; si quis contraxit cum secunda, & habuit rem cum ea, & lapso quinquennio, in quo non fuit inquisitus, continuet rem carnalem, non committit de nouo delictum; quia punitur contractus secundi matrimonij cum copula, & non fit reiteratio ex continuatione; quia copula respicit titulum præcedentē,
8 maxime *num. 11. ver. Concludo ergo.* † Limita in ijs, quæ respiciunt cōtinuationem; quia eorum terminus & principium est vnū, & idem; quia in istis non intrat nouum delictum ex continuatione, prout in cōtinuatione rei semel furto subtractæ, vel possessionis inuasæ; quia continuando non fit nouum delictum propter principium vnicū,
9 Petr. de Anchar. *consil. 4. circa finem, num. 12. ver. vel potest dici.* † Limita in eo, qui cōmittit plures falsitates tendentes ad eundem finem, veluti si producat plures testes; falsificet plures partitas, & plura instrumenta ad eundem finem; quia pro vnica falsitate puniri debet, non pro pluribus, vt per Doctores in *l. nunquam plura. ff. de priuat. de-*
* *lict.* & hanc * communem dicit Socin *consil. 62. In præsenti consultatio-*
10 *ne, numer. 8. & sequent. ver. circa secundam, lib. 1.* † Declara tamen, vt non procedat limitatio, quando diuersis temporibus multa delicta fuerunt commissa; quia contraria opinio Doctorum loquitur de delictis ad eundem finem continuatis, vt si eodem tempore plures testes, & plura instrumenta falsa producuntur, vel plura vulnera inferantur; secus, si diuersis temporibus, ita Socin. declarat *d. consilio 62. n. 8. & sequent. ver. Sed vt excitem, libr. 1.* vbi tamen non affirmat
11 pro absoluto. † Limita in ijs delictis, quæ se habent inuicem, vt vnum dicatur præparatorium ad aliud; quia etiamsi fiant diuersis temporibus, sequuto effectu maius delictum operatur consumptionem præparatorij; secus, si non sunt præparatoria, sed diuersa; quia si diuersis temporibus committantur; tunc plures pœnæ sunt imponendæ. Socin. *d. consil. 62. num. 10. ver. Quod etiam, & tertio. lib. 1.*
12 † Limita in delicto continuato, antequam diuertatur ad extraneos actus, prout in furto; quia si quis furatus sit plura auferendo bona in pluribus vicibus ex domo, vel alio loco, dcitur vnicum furtum commisisse ad effectum statuti punientis furca eum, qui tria furta commiserit, quia requiritur, quod sint tria furta diuisim facta, videlicet diuerso tempore, & in diuersis rebus, Bald. *consil. 48: Super vni-*
tate furtorum, in princip. lib. 3. & consil. 247. Ad euidentiam præmittendū; lib. 5. Boer. *decis. 219.* Menoch. *de arbitr. cas. 295. numer. 20.* Vide, *Continuatio actus, vel delicti multa operatur. Concluſ. 978.* Vide. *Delicta quando plura vel vnum. Concluſio. 159.* Vide, *Pœna vnica pro eodem delicto multiplicato. Concluſio. 209.* Vide, *Statutum circa furta, & fures. Concluſio. 561.*

Delictum vnicum quando in pluribus locis possit puniri, vel non. Concluſ. 170.

DELINQVENS † in confinio duarum ciuitatum, vel locorum, 1
ita quod nescitur, super quo territorio commissum sit delictū, puinri potest per iudices vtriusque loci, & locus est præuentioni de iure communi. Clar. in §. *fin quæstio. 38. numer. 11. ver. præterea.* Vide, *Pœna vnica, & non plures pro eodem delicto. Concluſio. 209.* † Contra- 2
rium seruari de consuetudine, dicit idem Clar. *d. quæstio. 38. numer. 11.* quod imo vterque iudex procedit, & vterque potest exequi suam sententiam. † Amplia in furto, quia commissum, & punitum; vel 3
etiam remissum aggrauat sequentia furta, vt possit suspendi, non quod illud delictum remissum iterum puniatur, sed vt ex perseuerantia sequens delictum grauius repræsentetur. Clar. in §. *furtum. nu.* 12. & 13. vbi de * communi. † Et quando delictum sit vnicum ex * 4
eodem facto, vel plura, Vide, *Actus vnus plura facta continens. Concluſio. 131.*

Delictum debet constare, vt delinquens puniri possit. Concluſ. 171.

IVDEX † non debet procedere ad aliquem actū, tanquam contra 1
delinquentem, nisi prius constet de delicto, Iul. Clar. in *praxi crimin. quæstio. 4. in princip.* vbi loquitur etiam ad effectum inquirendi, vel torquendi. Marsil. in *praxi*, §. 1. *numer. 5.* per *l. 1.* §. *Illud. ff. ad Syllania.* plene Farinac. *quæstio. 2. per totum.* Gandi. *tit. de indic. num. 6. ver. Aliud etiam.* Boss. *de delict. num. 2.* Foller. *in prax. ver. capiat informationem, num. 3.* August. de Angel. *ver. fama publica, numer. 108.* Blanch. in *praxi. in princip. nu. 6. & seq.* Vide, *Delicta vt inquirantur, quæ sint præmittenda. Concluſio. 158.* † Contrarium, quod imò ad effectum inqui- 2
rendi sufficiat sola denunciatio, vel querela. Clar. vbi supr. *nu. 2.* vbi, quod aliàs iudex potest puniri, sed ad effectum torquendi, vel condemnandi, bene debet prius constare de delicto, & plenius *quæstio. 64. ver. Debet autem, & quæstio. 66. circa princip.* † Extende, vt proce- 3
dat etiamsi reus fateatur delictum; quia nisi constet de delicto aliter, quam per confessionem rei, non potest condemnari. Iul. Clar. in *praxi quæstio. 4. in princip.* & plenius *quæstio. 55. nu. 10. ver. potest etiam.* & quia soli confessioni standum non est. Alexand. *consil. 19. Circa primum, in princip. lib. 7.* vbi apostill. *in ver. Modernos*, citat in finitos concord. † Contrarium vult, seu restringit Alexand. *d. consil. 19. nu. 2.* 4
& sequ. libr. 7. non procedere contra sponte confitentem; quia sola confessio spontanea delinquētis sufficit ad condemnandum in criminali, & ità dicit Perusij seruatum fuisse per Nicolaum de Torellis de Prato. † Declara; quia confessio si esset spontanea, & de cer- 5
to homine; quia potest reprobari, si viueret, statur confessioni, & pōt puniri; sed si esset de homine incerto, & non posset haberi probatio, secus esset, ita Alexand. plene *consil. 19. nu. 3. & seq. ver. confirmo per ea, lib. 7.* alio modo declarat; quia si reuocat confessionem, non potest puniri, aliàs secus; tertio modo declarat, vt pœna extraordinaria puniatur, non autem pœna ordinaria ex sola confessione: Quarto dicit ad condemnandum non sufficere, sed in iam condemnato iudicem non posse puniri pœna ordinaria, neque Doctorem consulentem; quia nō sunt in dolo, ex quo est opinio controuersa. † Et an- 6
tequā reus torqueri possit, debet constare de delicto, licet male iudices hoc seruent. Clar. in §. *fin. q. 64. nu. 3. ver. debet autem.* † Modus 7
faciendi constare, est, quod iudex vadat, vel mittat ad visitandum cadauer, & inspiciat, & describat qualitatem cadaueris, effigiem, ætatem, vestitum, vulnera sigillatim, quæ mortalia, quæ non, in quibus partibus, & an punctim, vel per admentationem, & cum quo genere armorum, & sic in incendio, & ruina, & alijs, & faciat recognosci cadauer, si potest recognosci. Clar. *d. praxi crimin. quæst. 4. numer. 4. ver. statim igitur.* vbi dicit hanc esse communem practicam, & communem * opinionem, & quod hoc modo constare dicitur de * 8
delicto. † Ratio est pro bono publico. Farinac. *quæstio. 2. in principp.* Guido Pap. *decis. 216. iudex.* Capic. *decis. 47. n. 7. ver. nec etiam.* Alexan. *consil. 19. in prin. lib. 7.* dicit, q; ratio est; quia nemo est Dominus membrorum suorum, vt ex sola confessione moriatur. † Vide omnino 9
Alexand. *consil. 19. lib. 7. .. per totum*, maxime *num. 4. in fi. cum seq. ver. non obstat.* vbi dicit, quod tex. *in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllania.* procedit, quando non constat de homicida; quia vt possint serui, & suspecti

torqueri, sit visitatio, & probatio corporis delicti, sed quando ex confessione delinquentis constat de homicidio, licet sit melius etiã facere cõstare de corpore delicti; tñ ille tex. non loquitur hoc casu, & per totũ consilium ostendit, q̃ puniri põt saltem pœna extraordinaria, allegat ita Bononiæ fuisse obseruatum, & q̃ iudex in syndicatu non tenetur; quia non est in dolo vero, neq; præsumpto propter varias opiniones Doctorũ, & sequitur Alex. Gabr. *cons.* 174. *n.* 11. *lib.* 1. licet Iul. Clar. § *fi. q.* 55. *n.* 11. dicat, quod fuit in maximo discrimine ille Doctor, pro quo consuluit Alex. sed tamen Alexandrum sequitur Boer. *decis.* 164. *nu.* 10. & eum refert, & sequitur Masc. *Concl.* 354. *nu.* 6.
10 *in limit.* † Imò Ruin. *cons.* 80. *Puto, quod omnino, col. pen. ver. nec obstat, n.* 6. *& seq. li.* 4. dicit, quod regula illa, quod cõstens non potest damnari de delicto confessato ad mortẽ, nisi constet de corpore delicti, non procedit in furto; item non procedit in homine malæ cõditionis; item non procedit, quando confessio est specialis de certo homine occiso in tali loco; quia debet omnino puniri, aliàs homines peruersi malignarentur; quia ipsi debent omnino castigari, & pœna ordinaria puniri. Vide Masc. *Conclus.* 496. *Delictum.* vbi, quod siue procedatur per accusationẽ, siue inquisitionem, debet constare de delicto, & confecturæ non sufficiunt, nisi in casibus à iure expressis, & quando difficilis est probatio; & idem de identitate rei dicitur, in
11 qua dicitur commissum delictũ, & sufficit probatio per testes etiam domesticos, & birruarios, q̃n alij testes haberi non possunt. † Amplia; quia non dicitur constare de delicto accessorio, quãdo non cõstat de principali. Bald. *cons.* 497. *De accessorio delicto, in pr. lib.* 1. Petr. de
12 Anch. *cons.* 216. *Nos Bartolus, in fin.* Marsil. *cons.* 49. *num.* 11. † Extende; quia imo neq; constat de accessorio delicto, licet constet de principali, quando probationes super principali sunt receptæ absente, & nõ vocato eo, qui accessorie dicitur deliquisse; quia res est inter alios acta Bal. *d. cons.* 497. *lib.* 1. *per tot.* Vide, *Res inter alios acta tertio non præ-*
13 *iudicat. Concl.* 265. † Amplia; quia etiamsi extat statutũ, quod contumax habeatur pro confesso de delicto, intelligi debet, dummodo
14 de delicto constet. Decia. *cons.* 96. *nu.* 19. *lib.* 3. vbi latissime. † Amplia in tantũ, vt sententia lata in contumacia. vel aliàs sit nulla, & exequi non possit, si non constat de corpore delicti. Gramm. *consil.* 1. *n.* 21. *& seq.* quod est post decisiones Foller. *in pract. crim. ver. & si confitebuntur, nu.* 4. Bona cos. *in ver. contumax in suis opin. crim.* Cartar. *de exequu. sent. contumac. cap. fi. n.* 164. imò etiam lata ex vera confessione, si non cõstat de corpore, non valet. Marsil. *in l. 1. n.* 33. *de qu.* Blanc. *in praxi, n.* 23.
15 *in pr.* † Extende; quia ista nullitas non solum põt opponi intra annũ, sed etiã post annum, & quandocunq; non obstant. constitutionibus, quod contumax non audiatur post annũ; quia intelliguntur constitutiones, quod non audiatur circa delictũ; tamen secus est quoad nullitatẽ sententiæ, & banni. Bossi. tit. *de banni nullit. n.* 2. Nellus *de bannit. in* 2. *par.* 2. *temp. q.* 64. *in fi.* Cephal. *cons.* 770. *n.* 15. Bertaz. *consil.* 333. *n.*
5. Cart. *de exeq. sent. contum. circa fi. n.* 87. plenius in casu motus proprij Pij V. Cartar. *de exequut. sent. circa fin. n.* 67. *& seq.* vbi, quæ sint indicia
16 legitima. † Extende, etiamsi iudex haberet libertum arbitriũ; quia dicitur iniquus, si omittat substantialia à lege inducta. Gandi. *tit. de quæstio. num.* 41. *ver. quid autem.* Marsil. *in praxi,* § *constante, nu.* 27. Grat. *consil.* 74. *numer.* 8. *lib.* 2. Bossi. tit. *de inquisit. nu.* 23. vbi etiamsi princeps
17 hoc mandat. Roland. à Vall. *consil.* 94. *num.* 11. *lib.* 4. † Amplia; quia non dicitur constare de delicto, licet reus confiteatur illud delictũ commisisse, si constat, quod non potest esse tale delictum ex facto. Angel. *consil.* 22. *in fin.* quem sequitur Felin. *in cap. sedes, de rescript. nu.* 5.
m 6. *declarat. ver. similiter dicit Angel.* Vide, *Confessio in criminalibus an*
18 *& quando sufficiat ad condemnandum. Conclus.* 676. † Extende, etiamsi lex induceret pœnam, vel iudex in sententia super delicto, quod nõ est tale, puta, si dicatur, quod cõdemnatur in pœnam falsi; quia falso commisit homicidium, vel in pœnam furti; quia derobauit rem suam, ita Lap. *alleg.* 55. *quidam coram iudice, in fin.* Feli. *d. c. sedes,* vbi supr.
19 † Amplia; quia non dicitur constare de delicto, licet plures testes deponant de eo, nisi sint examinati citata parte. Curt. Iun. *consil.* 237.
numer. 28. *libr.* 3. Vide, *Testes examinati sine citatione partis non probant.*
20 *Concl.* 163. † Amplia in tantum, vt si non constet de delicto, & corpore delicti rante inquisitionem, vel saltem ante sententiam, ipsa sententia erit nulla. Marsil. *in* § *post quam, num.* 48. *& seq.* Roland. à Vall.
21 *consil.* 41. *numer.* 22. *lib.* 1. † Contrarium videtur tenere idem Marsil. in § *secunda, in praxi,* vbi pro vtraq; parte, & dicit hanc veriorẽ; quia attenditur veritas, quandocunque appareat, licet in fine concludat pro extensione, sed vide omnino Bald. *in l. bello, in fin. ff. de excusat. tutor.* vbi pro vtraque parte, & concludit, quod vulnerans mortifere potest condemnari de homicidio, licet non sit adhuc mortuus, &
22 sententia iustificatur ex morte sequuta. † Declara, vt per Boer. *decis.* 323. *num.* 6. *in fin.* quod licet possit condemnari de homicidio vul-
23 nerans ad mortem; melius tamen est expectare mortem occisi. † Declara; quia valet statutum, quod quis possit puniri de homicidio, vel alio delicto, licet non constet de corpore delicti. Bal. *in c.* 1. § *iniuria, ver. quæro, vtrũ valeat statutũ. de pac. iura. firma.* vbi allegat alios, & dicit ita seruari de facto. Marsil. *d. praxi.* § *postquam. num.* 48. *ver. vide tamen.*
† Declara; quia si reus confitetur occidisse illum, quem vulneravit, 24
sufficit, quod postea vulneratus moriatur, & dicitur constare de corpore delicti tempore confessionis, licet non esset mortuus, glos. *in l. qui seruum. ff. de confess.* quam ibi * omnes sequuntur, videlicet * Bartol. *ver. ideo glos. ff.* & Angel. ibi in fin. dicit glos. perpetuo menti tenendam. eam sequitur Bal. *in c.* § 1. *iniuria, de pace iuramen. firma. ver. pone ergo.* sequitur Alexand. ad Bart. *d. l. qui Stichum.* vbi Cuman. in fin. dicit glossin hoc sibi placere, & hoc est verum de iure cõmuni; secus ex forma statuti. Bart. *in l. damni.* § *Sabini. num.* 6. *& 7. ff. de dam. infect.* sequitur Felin. *in cap. significasti. il secondo. colum.* 2. *an princip. de homicid.* † Contrarium Bald. *in l. huic scripturæ.* § *si seruus. ff. ad l. Aquil.* 25
& hanc partem tenet Boer. *decis.* 323. *n.* 6. vbi latissime. Fel. *de significasti, il secondo. col.* 2. *ver. aduerte tamen. de homicid.* vbi, quod non potest condemnari de homicidio ante mortem. † Et antequam constet de 26
corpore delicti, ligatæ sunt manus iudicis ad procedendum, Marsil. *cons.* 35. *Misericordia. n.* 12. *& cons.* 18. *num.* 4. *& cons.* 14. *nu.* 13. † Amplia; 27
quia statutum puniens dantem auxilium bannito, vel magnati, vt puniri possit is, qui dedit auxilium, necesse est, quod constet illum sciuisse fuisse bannitum, vel magnatem; ideo in inquisitione apponuntur illa verba, *scienter & dolose.* Iul. Clar. *in praxi.* § *fin. quæst.* 51. *nu.*
12. *ver. scienter. & dolose.* † Amplia; quia plene debet cõstare de deli- 28
cto regulariter, vt quis puniri possit. Alexand. *cons.* 27. *Consideratis numer.* 5. *ver. vbi autem ageretur, lib.* 7. † Amplia; quia verum est, quod in 29
omnibus delictis, in quibus signum remanet exterius, debet de delicto constare, antequã contra delinquentem procedatur, prout in falsitate monetæ, quæ semper oculis inspicitur, *l.* 1. § *Idem illud,* vbi Bart. & alij. *ff. ad Syllania.* Bart. *in l. si ff. de quæstion.* Bossi. *titul. de delict.* & hoc est caput, & fundamẽtum totius iudicij criminalis. Ant. Gomes. *cap.* 9. *delict. de captur. reor. num.* 1. Ludou. Car. *consil.* 9. *tom.* 1. *criminal. diu.* Bursat. *consil.* 166. *numer.* 2. Cephal. *cons.* 741. *num.* 17. *lib.* 5. Clar. *in* § *fin. q.* 4. *nu.* 4. *ver. Quando vero.* † Extende in specie, quando agitur de 30
falsa moneta; quia prius de delicto constare debet. Curt. Iun. *consil.* 237. *n.* 27. *& seq. lib.* 3. Ceph. *cons.* 230. *n.* 12. Bursat. *d. consil.* 166. *in pr.* vbi, quod absolui debet etiam confessus fecisse monetã, si non constat de delicto. † Et non sufficit sola fama; quia illa facit indiciũ, & non 31
probationem in criminalib. Clar. *d.* § *fi. q.* 21. *ver. fama.* Rom. *singu.* 345. Benintend. *decis.* 67. *nu.* 8 *& seq.* Nart. *consil.* 170. *n.* 2. *lib.* 1. Rimin. Iun. *consi.* 182. *n.* 21. *lib.* 2. & ita in crimine falsæ monetæ. Curt. Iun. *cons.* 237.
nu. 27. *lib.* 3. & Bursat. *d. consil.* 166. *n.* 4. † Extende in homicidio, incen- 32
dio, & similibus, in quibus signum remanet ab extra; quia ex quo est delictum permanens, & durans, non potest condemnari reus ex sola confessione, nisi constet de delicto. Clar. *d.* § *fin. quæst.* 55. *num.* 11. *ver. Aut est delictum.* vbi, quod male posset defendi sententia D. Nicolai Torelli, qui fecit suspendere nõnullos diffamatos de assassinio, qui cõfitebãtur se interfecisse tres incognitos, & illos proiecisse in mare.
† Restringe; quia posset confitens certum homicidium certi homi- 33
nis pœna ordinaria puniri, licet non constet de corpore, quando ille amplius non reperitur, vel sanguis in loco homicidij confessati, vel aliud signum reperitur. Clar. *d.* § *fin. quæst.* 55. *n.* 11. *in fine, ver. bene verũ.*
† Restringe in delictis, in quibus signũ exterius non remanet, prout 34
in adulterio, furto, & similibus; quia licet non constet de delicto; tamen sola partis querela operatur, quod possit procedi. Clar. *d.* § *fi. quæst.* 55. *nu.* 11. *circa princ. ver. Si vero.* † Vide Farinac. *quæst.* 2. vbi ponit 35
regulam cum ampliat. & 9. limitat. quas videas. † Amplia; quia de- 36
bet constare de maleficio etiam in accusatione damni dati; quia si deficit locus, vel tempus, vel probatio, non potest constare de maleficio. Bartol. plene *consil.* 209. *Viso processu. per totum. lib.* 1. vbi, quod si permittitur alicui pascere in montibus certo loco, & certo tempore, si non probatur, quod pascebat extra locum, & tempus permissum, non constat de maleficio, & debet dari absolutoria, & ibi apostill. in *ver. Condemnatio.* Vide, *Tempus, quando est de substantia,* ¶
debet probari. Conclusio. 35. † Amplia; quia reus conuictus de deli- 37
cto, vt possit condemnari, debet constare de corpore delicti. Clar. *§. fin. quæstio. 66. in princip.* † Extende in tantum, vt licet testes de- 38
ponant se vidisse Titium interficientem Seium, non constito, quod Seius sit mortuus; tamen non potest Titius condemnari. Clar. *d.* § *fin. quæst.* 66. *in princip.* † Declara tamen, nisi essemus in ijs, quæ 39
sunt difficilis probationis, prout in furto; quia si apparet, quod Dominus est conquestus, & famulus aufugit, vel fractura ostij, vel quid simile, dicitur constare de delicto sufficienter, Clar. *d.* § *fin. quæst.* 66. *in princip. ver. bene verum est.* † Amplia; quia nemo potest tor- 40
queri, nisi constet de corpore delicti, pro quo torquetur. vide plene Anton. Gabriel. *lib.* 7. *tit. de criminal. Conclusio.* 17. *Ad torturam de-*
ueniri non potest. † Limita in delictis, quæ solo animo committun- 41
tur, vt

tur, vt hæresis, vel etiamsi in facto consistat; tamen non remanent vestigia, prout adulterium, & alij coitus, qui sine fractura committuntur, vel prout furtum, vel in quibus vestigia non remanẽt, prout alapa, & similia, sine liuore; quia proceditur in eis licet non cõstet de delicto, ne impunita remaneant. Iul. Clar. in *praxi crimin. quæstio.* 42 *num. 3. scias tamen.* & plenius *quæst. 55. num. 11.* † Limita in reperto in flagranti, & qualiter puniri possit, Vide, *Delinquens repertus in fla-* 43 *granti qualiter puniatur. Conclus. 185.* † Limita; quia confessus delictum, de cuius corpore non constat, non potest puniri pœna ordinaria, sed bene pœna extraordinaria, ita Oldrad. *cons. 108. numer. 50.* * vbi citat plures, & dicit * communem, & ita Bononiæ seruatum di- 44 cit Alexand. *cons 19. numer. 4. vers. hoc etiam videtur esse, lib. 7.* † Declara, & fortè melius, vt per Clar. *§. fin. quæst. 55. numer. 10. & 11. versic. potest etiam.* vbi, quod in his, in quib. solus animus sufficit, prout hæresis, sola confessio sufficit; in his verò, in quibus non remanent vestigia, sufficit querela, prout furtum, adulterium, vbi remanent vestigia, si non constat aliquo modo, debet absolui, maxime, quando 45 in genere confitetur, quando in specie sufficerent indicia. † Limita; quia etiam in delictis, quæ habent factum permanens, quandoque proceditur, licet de eo non constet, saltem vt suspectus caueat, & fideiubeat de se præsentando toties quoties, Clar. *d. quæst 4. n. 4.* 46 *vers. ego tamen.* † Limita; quia si quis confitetur interfecisse hominem, proiecisse in mare sufficit probatio per famam, quod ille fuerit mortuus, videlicet, quod non reperitur, ita Marsil. *cons. 49. num.* 47 *10. & sequen.* † Limita; quia in occultis, puta, si homo sit interfectus, qui non reperitur, quandoq; Senatus Mediolani iussit procedi contra eos, qui cum interfecto visi sunt. Clar. *d. quæst. 4. num. 4. ver-* 48 *sic. Vidi etiam.* † Limita in delictis, in quibus non remanet signum ab extra. Burs. *consilio 166. n. 4.* Curt. Iun. *consil. 237. n. 27. lib. 3.* Clar. 49 *dict. §. fin. quæst. num. 3.* † Limita; quia delinquens, licet ignoretur nomen interfecti, & nomen interficientis, si constat de delicto, & delinquente, puniri debet. Iul. Clar. vbi supra, *num. 4. vers. & dicit Bald.* vbi, quod delinquens fuit suspensus, licet ignoraretur nomen 50 interfecti. † Extende; quia hæc exceptio, quod non constet de nomine interfecti, nihil releuat. Clar. in *d. §. fin. quæst. 52. in fin.* vbi dicit * 51 * communem. † Limita; quia imò fur potest puniri, si contra illum de furto cõstat, licet non appareat, quod contra mentem Domini subtraxerit. Iul. Clar. qui dicit notandum *d. praxi crimin. quæstio. 4.* *vers. quinimo dicit Angel.* Vide, *Furtum potest esse quoad furem, & ta-* 52 *men non erit furtum quoad Dominum. Conclus. 554.* † Extende; quia imò passim pro furtis, & alijs delictis occultis procedunt iudices etiam ad torturam, licet non constet de delicto. Clar. *in §. fin. quæstio. 64. numer. 3. versic. debet.* vbi quod male faciunt, & miratur de Senatu Mediolani, quod ita seruari fecerit contra Hebræum, qui imputabatur, quod cognouisset Christianam, & ne posset probari, illam occidisset; quia licet non constaret de cadauere, iussit Hebræum torqueri. Vide omnino Nattam, *consilio 407. num. 4. & sequen.* vbi, 53 quod probandum. † Declara; quia imo potest fur puniri, si constat de furto commisso, licet ignoretur, cuius esset res furata. Alexan. 54 *consil. 23. Viso processu, num. 2. lib. 6.* † Limita, quando est dubium de delicto, prout in mortuo reperto in puteo, & alijs casibus; quia licet id possit esse casu, vel fortuna, vel ex delicto causatum, licet non constet, quod processerit ex delicto; tamen iudex debet procedere, & informationes sumere, non tanquam de delicto, sed vt se informet, & si postea constet de delicto, procedat. Clar. *dict. praxi* 55 *quæst. 4. in fin.* † Vide tamen; quia similia delicta, quæ casui applicantur, plerumque dolose commissa sunt. Clar. *quæst. 7. num. 6. ver-* 56 *sic. quinimo.* † Limita in stupris illatis; quia eo ipso, quod per peritos in arte refertur cum iuramento adesse fracturam, satis dicitur constare de delicto. Clar. *dict. quæst. 4. num. 4. in fin. versic. & hæc, quæ dicta* 57 *sunt.* † Declara; quia in delictis, quæ facto committuntur, si quis confiteatur in genere aliqua, vel plura homicidia, vel furta commisisse; tunc non præiudicat confessio in genere, nisi constet de corpore delicti, & non potest confitens condemnari. Clar. *§. fin. quæstio. 55. num. 11. versic. quomodo autem.* vbi dicit hoc non habere difficultatem, & ibi, *versic. & ideo iudices.* vbi, quod debent iudices scribere litteras, vel mittere nuncios ad loca, in quibus delicta commissa dicuntur, alias iudices essent in magno periculo, vt per Alexand. *con-* 58 *sil. 19. lib. 7.* † Extende etiam in crimine hæresis; quia si quis fateatur se hæreticum, confessio non nocet; quia nomen iuris est, nisi constet de specie hæresis. Crauet. *consilio 262. per totum.* maxime *nu-* 59 *mer. 3.* vbi late. † Limita, seu declara; quia multa facta excusantur, & tenent, quæ fieri non permittuntur; ideo fortè ad excusandum iudicem in syndicatu prædicta admitti debent; secus vt ita supine debeant prædicta admitti, quod non constito de corpore delicti, quis ex sola confessione damnetur, & sic vere loquitur Alexand. ad excusandum iudicem, *dict. consil. 19. num. 10. & sequen. libr. 2.* & in simili etiam loquitur Brun. *de iudic. part. 2. quæstio. 5. in fin.* vbi, quod in faciendo est cauendum, sed in iam facto excusandum. † Sic etiam è conuerso statutum Perusij vult, quod bannitus ex vul- 60 nere illato cum sanguine possit impune interfici, fuit quis bannitus eo, quod percusserit in personam cum gladio cum sanguine, & nihil de vulnere dictum est, & fuit vti bannitus ex forma statuti impune interfectus. Bartol. *consil. 109. Contra Titium.* dicit, quod satis constat de vulnere, ex quo percussio in personam cum sanguine, non potest esse, nisi vulnus cum sanguine. Vide plene Gabriel. *dict. libr. 7. titul. de criminal. Conclusio. 17. Ad torturam.* Vide Mascardum. *Conclusio. 354. Confessio facta in iudicio de occisione hominis, qui non apparet.* vbi ponit tres limitationes, & *Conclusio. 496. Delictum.* vbi ampliat multis modis & limitat multis modis, quos videas, maxime, quando non sunt examinati citata parte etiam torti, si reus se defendit.

Delictum probatur cum difficultate Concluſ. 172.

PROBATIO † delicti est difficilis; quia pauci volunt deponere ad offensam alterius. Iul. Clar. in *praxi criminal. quæstio. 6. nu-* 1 *mer. 11. versic. sed quoniam.* Vide, *Crimen non probatur ex præsumptione, sed debet clare probari. Conclus. 1081.* Vide, *Criminalis causa claras* *requirit probationes. Conclusio. 1085.* Vide, *Probatio plena requiritur in criminali. Conclus. 789.* † Amplia; quia volentes delinquere, si pos- 2 sint, in secreto, & in occulto delinquunt, vel sub figmento, ne possit probari. Vide, *Probatio per coniecturas quando, & in quibus sufficiat.* *Conclusio. 795. cum duabus Conclusio. ibi proxime sequent.* † Et an instru- 3 mentum probet delictum: Vide, *Delictum an probetur per instrumenta, & testes. Conclusio. 174.* † Et an pax, vel remissio probet delictum, Vide, *Delictum ex quibus probetur, vel non. Conclusio. proxim. se-* 4 *quent.* † Et an confessio in precibus, & supplicatione probet delictum, Vide, *Confessio nocet confitenti in multis. Concluſ. 646.* † Limi- 5 ta; quia delictum probatur ex confessione extraiudiciali, & alijs in- 6 dicijs simul iunctis. Clar. *d. §. fin quæst. 55. num. 4.* vbi extraiudicialis parte præsente acceptata non sufficit ad condemnandum, sed cum alijs indicijs bene sufficit.

Delictum probatur ex confessione extraiudiciali, & ex alijs, & ex quibus probetur, vel non. Conclusio 173.

DELICTVM † probatur ex confessione extraiudiciali ad effe- 1 ctum vt sit locus torturæ, non autem ad effectum pœnæ ordinariæ. Vide Mascar. *Concl. 497. Delictum an probetur ex confessione extra-* *iudiciali.* Ampliat, vt etiam talis confessio facta ad fauorem accusati sufficiat ad exculpationem. Ampliat conclusionem in confessione minoris, & clerici etiam coram seculari, licet in hoc contrarium sit verius, vt ibi *num. 8.* † Ampliat etiam in confessione facta parte 2 præsente de delicto, quando pars præsens non acceptauit, quia probat solum ad effectum torturæ. contrarium tenentes allegat, quod etiamsi non sit acceptata, sufficiat præsentia partis. Mascard. *d. Con-* *clusio. 497. numer. 9. & sequent.* † Declarat Mascard. *dict. Concluſ.* 3 *497. nu. 14. & seq.* quod confessio extraiudicialis probat delictũ plene, si est in iudicio deducta & probata, & per duos testes, vel geminata; sed tamen semper est verum, quod etiamsi plene probetur, non potest condemnari in pœna ordinaria, sed in extraordinaria. † Am- 4 plia; quia fuga carcerati inducit confessionem delicti, pro quo erat carceratus; idem in fuga magistratus, & officialis causis repetundarum pecuniarum; quia isti habentur pro confessis; secus in alia fuga delinquentium; quia non probat delictum, vt possint condemnari, etiã stante statuto, nisi essent manifesta delicta contra fugientem, sed bene facit fuga indicium ad tortuã, exceptis certis casib. de quibus omnibus Masc. *Concl. 498. Delictum an probetur ex fuga.* Vi- de, *Fuga & contumacia non probat delictum, & quando secus. Concluſ. 519.* 5 † Amplia; quia pax & remissio facta probat delictũ, quando aliquid fuit solutum pro pace obtinenda à delinquente. Decia. *cons. 56. n. 14.* *lib. 1.* † Amplia; quia delictum probatur ex trãsactione in casibus, in 6 quib. licitũ est transigere, quod fallit, quando transactio fit cum protestatione animo redimendi à vexatione; item, quãdo transactio est gratuita, imò etiamsi aliquid solutum sit, vt liberetur à vexatione; item in casibus, in quib. non est licita trãsactio. Vide Masc. *Concl. 500.* *Delictũ an probetur ex trãsactione.* † Amplia; quia confessio facta in sup- 7 plicatione pro gratia obtinenda probat delictũ confessatum. Gabr. plene de confessione *Concluſ. 4.* vbi ponit 8. ampliationes, & 13. limitationes. Vide, *Confessio nocet confitenti in multis. Conclusio. 646.*

Vide,

Vide, *Supplicatio sola an probet gratiam. Concluſio.* 903. † Limita; quia
8 pax gratuita non probat delictum, etiamſi fiat remiſſio offenſarum,
9 & homicidiorum, Decian. *conſ.*56.*n.*14.*lib.*1. †Extende; quia negans delictum non conuinciture x inſtrumento pacis ſuper eodē delicto; quia ſtant ſimul, quod ex abundanti voluerit pacem. Decian. *conſ.*56.
10 *nu.*15.*lib.*1. † Limita; quia petens veniā non probat delictum Deci.
11 *d.conſ.*56.*n.*14.*lib.*1. †Declara; Maſc. *Concluſ.*501. *Delictum an præſumatur.* vbi, quod petitio veniæ nō inducit præſumptionem delicti, niſi
12 petatur in iudicio ſolemniter. † Limita; quia vbi vere non eſt furtū,
confeſſio partis non poteſt illud inducere. Vide, *Confeſſio in criminalibus quando ſufficiat ad condemnandum. Concl.*676.*n.*12.*cum ſeq.*

Delictum an probetur per inſtrumenta, vel teſtes. Concluſ. 174.

1 DELICTVM † ſeu crimen non probatur per inſtrumenta regulariter, *c.cum in Eccleſiis, de maior. & obed.* vbi Felin. ponit regulam cum octo Fallent. Oldra. *conſ.*199. *Pro fundamento, n.*4. *verſ. non obſtat,*
* *quod dicitur*, & eſt * communis opinio, Curt. Iun. in *auth. ſi quis in ali-*
* *quo, n.*34. *ver. quarto aduerte, C. de eden.* & ſequitur atteſtando de * communi Clarus in §. *fi.qu.*54. *in princ.* vbi alios citat. Vide, *Crimen quando*
2 *poſſit probari ex inſtrumento, vel non. Conc.*1082. † Amplia, quod nec probatur per teſtes. Compoſtel. in *d.c.cum in Eccleſiis, de mai. & obed.* quem
3 refert, & ſequitur Oldra. *d.conſ.*199. *numer.*4. *ver. non obſtat.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi maleficium eſſet, vel diceretur notorium; quia adhuc non probatur bene per teſtes, vel inſtrumenta. Innoc. in *c. ſta-*
4 *tuimus, de offic. deleg. in princ. nu.*2. *ver. ſed quid ſi per teſtes.* † Amplia; quia neque confeſſio partis probat delictum, niſi conſtet aliter eſſe delictum; ideo ſi confitetur furtum in re ſua, vel contractum vſurarium, niſi ſit verum, & conſtet, non ipſi præiudicat confeſſio in iis, quæ iuris ſunt. Crauet. *conſ.*48.*n.*7. vbi late ponit exempla, plene Rom. *conſ.*
113.*n.*4. *& ſeq.* vbi poſtil. dat concord. & idem in eo, qui confitetur
5 ſe hæreticum, vel vſurarium. Crauet. *conſ.*262.*n.*2. vbi plura. †Extende; quia aſſertio mulieris, quod commiſerit adulterium, non probat adulteriū, ſi probatur, quod maritus eius habetur pro mortuo; ideo non poteſt confeſſio partis facere, quod fornicatio ſit adulterium.
6 Feder. de Sen. *conſ.*167. *Qualiter accuſata. per totum.* † Amplia; quia teſtes non probant delictum, ſi dicunt aliquem hæreticum, furem, vſurarium; quia ſunt nomina iuris, & non ſpectat ad eos iudicare.
7 Crau. *d.conſ.*262.*n.*3. *& ſeq.* †Limita idem eſſe in poſſeſſione, vel ſpolio; nam poſſeſſio facti probatur, videlicet, detentio, ſed effectus iuris, an ſit legitima poſſeſſio, vel illicita, non probatur, ſed bene infertur poſtea per iudicem ex poſſeſſione facti probata ad poſſeſſionem iuris, niſi contrarium probetur. Oldrad. *d.conſ.*199.*n.*5. *ver. ſecundo ve-*
8 *ro.* †Limita, quod ſpolium probatur ex inſtrumento. Io. And. in *c.cum ad ſedem, in ver. inſtrumenta, de reſt. ſpoliat.* vbi, quod violentia probatur ex inſtrumento, & ibi Bald. in apoſtilla adducit concord. qui per prædicta intelligendi ſunt quoad merum factum, & ita loquitur Faſtol.
*dub.*1. vbi de hoc, qui allegat cōtraria, quæ procedunt circa effectum
9 iuris. †Limita, quod dicitur delictum non probari per inſtrumenta, vel teſtes, non procedere quoad rude factum delicti, ſed bene quoad iuris diſpoſitionem ex facto reſultantem; quia illa reſidet in iudicare debente. Oldrad. qui pulchre declarat *d.conſ.* 199.*nu.*5. *ver. quod autem dicitur*, vbi inquit non probari delictum quoad iuris effectum; quia ſi quis interfecit hominem, probari poteſt factum, id eſt, homi-
10 cidium, ſed quod punibile ſit delictum, nō probatur. † Limita; quia delictū poteſt probari per indirectū, videlicet, per demonſtrationes facti, & qualitates. Bart. in *l. in Senatusconſult. ff. ad Turpil.* vbi Alex. in a-
11 poſtil. & melius Io. Andr. in *reg. ſemel malus, li.*6. †Limita, quod delictum etiam directe probatur per inſtrumentum, quando eſſet cōfectum de conſenſu partium; quia confeſſæ eſſent partes delictum, ita Bart. *d.l. in Senatusconſ. ff. ad Turpillian.* vbi Alex. in apoſt. in *v. inſtrumen-*
12 *tum.* †Extende; quia delictum probatur, ſi adeſt inſtrumentum pacis cōfectum ſuper illo delicto per delinquentē; quia probatur delictū ex obſeruantia Mediolani, vt dicit Clar. in §. *fi.q.*21.*n.*38. *v. ſed certe apud nos*, vbi dat cautelam, quod fiat pax omnibus intereſſe habētibus, & quod nullus nominetur; quia releuabit ſine periculo confeſſio-
13 nis. † Declara tamen ibi, quod in caſu, in quo licita eſt tranſactio ſuper delicto; tunc non noceat pax, ne faciat indicium ad torturam; ſecus, ſi eſt ſuper delicto, in quo tranſactio non eſt permiſſa. Clar.
14 *d.q.*21.*n.*38. † Extende; quia ſupplicatio obtenta gratia probat deli-
ctū contra ſupplicantem. Vide, *Confeſſio nocet confitenti in multis. Con-*
15 *cluſ.*646. Vide, *Supplicatio ſola an probet gratiam. Concl.*903. † Limita; quia delictum non probatur ex inſtrumento, quando conſiſtit in facto, prout homicidium, furtum, & ſimilia; ſecus ſi conſiſtat in animo, prout hæreſis, & ſimilia; quia bene probatur ex inſtrumento, ſi in eo quis aſſereret aliquid hæreticum. Clar. in §. *fin. quæſt.*54. *in*
princip. verſic. hoc tamen intellige. † Extende idem eſſe, quando delictum ratificaretur in inſtrumento; quia probatur ratificatio, quæ eſt 16
delictum. Clar. *d.* §. *fi. quæſt.*54. *in princip. ver. idem, ſi quis ratificet.* †Ex- 17
tende idem, ſi delictum eſſet incorporatum cum ipſo inſtrumento, prout vſura. Clar. *d.* § *fin. quæſt.*54. *num.*1. *in fin.* Vide, *Crimen quando poſſit probari ex inſtrumento, vel non. Concl.*1082. Vide, *Probatio eorum, quæ ſunt iuris, non ſit per teſtes, neque per inſtrumenta. Concl.*785.

Delictum probatum per modum exceptionis, vel incidenter, non punitur, & quando ſecus. Concluſ. 175.

DELICTVM, † ſeu crimen probatum per modum exceptio- 1
nis, non venit puniendum. Oldrad. *conſ.*78. *An crimen.* & eſt magis communis * opinio, Clar. *in praxi crimin. q.*19. *num.*2. *ver. per excep-* *
tionem, §. *ſi.* † Extende idem eſſe, quando crimen incidenter eſt cō- 2
feſſatum; quia puniri non poteſt ex illa confeſſione, puta, teſtis examinatus. Clar. *d.q.*19. *in fin. nu.*4. *ver. vltimo non eſt omittendum.* † Re- 3
ſtringe; quia nō poteſt puniri ex illa probatione, ſed bene poteſt iudex ſuper illa probatione inquirere de illo crimine, & condemnare faciendo nouum proceſſum; quia aperit viam ad inquirendum illa probatio. Clar. *d. quæſt.*19. *num.*2. *ver. per exceptionem*, & clarius *num.*4. *ver. vltimo non eſt omittendum.* Afflict. *deciſ.*176. & ibi plenius Vrſill. in addit. † Declara tamen; quia reſtrictio procedit, quando delictum 4
eſt probatum per confeſſionem, vel probationem in cauſa ciuili factam; quia tunc ſolum aperit viam ad inquirendū criminaliter, & fit nouus proceſſus criminalis, & dantur defeſiones reo; ex proceſſu aūt ciuiliter facto nō poterit condemnari confeſſus, vel cōuictus de crimine, neq; pœna ordinaria, neque extraordinaria, ſecundum magis
* communem, de qua Clar. *d. quæſt.*19. *nu.*2. *ver. per exceptionem.* † Et * 5
declaratio procedit, ſiue iudex cauſæ ciuilis ſit etiam iudex criminalis, ſiue non; quia ſi habet ſolā ciuilem iuriſdictionē, iudex criminalis poterit ſuper confeſſis, & probatis ſibi exhibitis ad accuſationem criminalem procedere, vel etiam ex officio, quatenus tale ſit delictū, per quod ex officio poſſit procedi; ſi verò habet iuriſdictionem ciuilem & criminalem, incipiet nouum proceſſum criminalem, vt ſupra, ita Clar. *d* §. *fi.q.*19. *ver. vnum tamen. iuncto ver. per exceptionē.* Vide, *Differentiæ, quod aliquid via actionis, vel exceptionis proponatur. Concl.*414.
† Si vero cauſa eſſet criminalis, & criminaliter intentata ſuper vno 6
crimine, puta, furto, & reus confiteatur aliud delictum incidenter, ſuper quo non procedebatur, etiamſi proceſſus ſuper furto eſſet per inquiſitionem, vel accuſationem, adhuc debet illa confeſſio incidēter facta aperire viam nouæ inquiſitioni, & debent dari defenſiones confitenti, ita Afflict. *deciſ.*176. *quadam mulier.* & ibi Vrſil. in apoſtill. ſeu additio. dat concord. allegat Luc. de Penna *in l.*1. C. *de numerar. lib.*
12. *col. fi. verſ ſed pone, aliquis.* vbi late hoc probat; q; non poteſt cōdemnari; quia condemnatio fieret ſine inquiſitione, ſine litis conteſtatione, & denique ſine iuriſdictione, ex quo accuſatio, vel inquiſitio eſt reſtricta ad certum delictum. plene Bart. *in l.*2. §. *ſi publico, nu.*20. *ff. de adulter.* vbi prædicta omnia. † Extende; quia quod dicitur con- 7
feſſum per viam exceptionis, vel incidenter in cauſa criminali non poſſe condemnari, quando ſpecialis inquiſitio præceſſit; ſecus, ſi generalis, vel delicta confeſſata ſunt contingentia, procedit, etiamſi inquiſitus tortus confiteatur alia crimina; quia eadem diſtinctio ſeruatur. Luc. de Pen. *d.l.*1. *col. fin. de numerar. col fin. verſ. ſed pone aliquis, libr.*12. Vide Maſcard. *Concluſ.*383. *Confeſſio incidenter facta an probet.*
† Reſtringit tamen Luc. de Pen. *d.l.*1. *col. fi. C. de numerar. lib.*2. Primo, 8
niſi eſſet inquiſitio, vel accuſatio generalis, prout ſit cōtra famoſum de multis criminibus; quia tunc bene poſſet cōdemnari pro alio delicto confeſſato, & ita eum ſequitur Vrſil. in addit. ad Affl. *deciſ.*176. *in pr.* † Reſtringe ſecundo, quando crimen confeſſatum incidenter, 9
vel per exceptionem contingens eſſet cum crimine, de quo præcedit ſpecialis inquiſitio. Luc. de Pen. *d.l.*1. *col. fi. C. de numerar. in pr. lib.*12. Vrſill. addit. ad Afflict. *d. deciſ.*176. *in pr.* & hanc magis * communem * dicit Iul. Clar. *in praxi crimin.* §. *fin. quæſt.*55. *nu.*6. *verſ. poſſet etiam dicere.* Bart. *d.l.*2. §. *fi publico, num.*20. *ff. de adult.* allegat text. *in c.*1. *&* 2. *de excep-*
tio. qui hoc dicit clare. † Reſtringe, quando crimen opponitur per 10
viam exceptionis criminaliter coram iudice habente iuriſdictionē criminalem, veluti ſi opponitur, quod teſtis eſt falſus, vel inſtrumentum falſum, & peritur non ſolum falſum pronunciari, ſed de falſo puniri; quia tunc iſta eſt accuſatio, ſeu loco accuſationis, & ſi interuenit inſcriptio, & alia neceſſaria ad accuſationē, iſto caſu poteſt etiam puniri pœna ordinaria. Clar. *d.qu.*19. *nu*3. *verſ. criminaliter autem.*
† Reſtringe; quia imo ſi ſocius criminis interrogatur de alijs, vel de 11
ſe ſponte alium accuſat, non præcedentibus indicijs, non nocet nominato etiā in caſibus, in quibus poteſt de ſocijs interrogari. Gram-
mat. *deciſ.*28. *per totam.* maxime *nu.*10. *& ſeq. & nu.*14. loquitur in ſodomia,

domia, & exceptis, & dicit esse notandum, & non potest esse alia ratio, nisi quia non præcedentib. indicijs, dicitur incidenter facta probatio, vel confessio. Vide plene, *Confessio in criminalibus quando sufficiat ad condemnandum, vel non. Concluſ.676.nu.37.& multis ſeqq.* Vide plenius. *Excipiendo quam quis conſequi poſſit condemnationem contra actorem. Concluſ.*413. † Pœna ordinaria an possit imponi ex processu facto super confessione delicti incidenter facta, seu per modum exceptionis, videtur, quod sic, maxime in aliquibus casibus, de quibus Bero. *in c.at ſi Clerici, nu.*33.*& ſeq. ver.& hæc vera.* † Contrarium tenet Matsil. *in l.*1. §. *Diuus Antoninus, nu.*10.*verſ. poſſet tamen huic dicto, ff. de quæſtio.* vbi plurimos citat, & ista videtur regula secundum Bero. *d.c. at ſi Clerici, n.*33.*de iud.* † Declara; quia ex processu facto ad vnum finem super certo delicto, si probetur aliud delictum incidenter, non potest imponi pœna ordinaria, sed duntaxat extraordinaria; secus, si illud crimen incidenter confessum, vel probatum esset cõtingens ad illam causam; quia tunc ordinaria pœna punitur, vt est tex. *in c.*1. *de exceptio.* † Idem, si in causa ciuili ad effectum ciuilem probatur crimen, puta, contra testem, vt repellatur; quia non poterit condemnari pœna ordinaria criminis probati, vel confessati, est tex. *in c.cum dilectus, circa fin. de ord. cognit.* vbi glos. *in ver. reſtitutio faciendo.* declarat, nisi crimen detegatur in causa inquisitionis, vel accusationis, & sit contingens, & ita etiam Rota in *antiquis deciſ.*1.*de imur. in fin.* quæ duplicatur in nou. *deciſ.*1.*de libell. oblatio.* † Idem, quando confessio esset incidenter facta super processu nullo propter ineptitudinem libelli, ita Bero. *d.c.at ſi Clerici. n.*44.*ver. quinta Concl. cum ſeq.* maxime, *nu.*46. vbi, quod solum punitur pœna extraordinaria, quod ibi etiam tenet Dec. in *7.limit. nu* 33. vbi hoc fir. nat, *n.*36.

Delictum probatum ex quibus non excusetur, neque tollatur. Concluſ.176.

FVRTVM † probatum, quod quis rem alienam subtraxerit, regulariter non tollitur neq; excusatur, licet Dominus compateat, & dicat de suo consensu abstulisse, nisi cõcurrant coniecturæ, vt quia res sit parui momenti, vel quia auferens erat amicus. Alexan. *conſ.*24. *Animaduerſis, n.*14. *in fin cum ſeq. verſ. probatur, & tertio, libr.*2. & repetit *conſ.*1.*num.*15.*verſ. quinimo. lib.*3. † Extende; quia licet stuprum non excuſetur ex sola assertione repertorum, seu conuictorum de stupro, quod prius contraxerant matrimonium; tamen concurrentibus alijs indicijs tollitur, & excusatur stuprum. Alex. *d.conſil.*24.*nu.*15. *verſ. & pro hoc facit. libr.*2. vbi apostill. *in ver. excuſabuntur*, dat plures concord. & iterum Alexan. *conſ.*1.*n.*19.*lib.*1. † Extende; quia si vulneratus exculpat Titium, quod ipse non vulnerauit, qui Titius erat indiciatus ad torturam, ex tali exculpatione vulnerati tollitur indicium, ne possit torqueri. Alex. *d.conſ.*24.*num.*15.*verſ. fortifico, lib.*2. & plenius *conſil.*1.*ſub nu.*16.*lib.*3. vbi plena apostil. *in ver. exculpatio.* dat plurimos concord. † Extende; quia stante statuto, quod rapiens mulierẽ, vel abducens eam contra voluntatem mulieris, vel parentum suorum, puniatur pœna capitis, si mulier cõfitetur de consensu suo, & parentes concurrẽtibus coniecturis, non potest puniri pœna statuti. Alex. *conſ.nu.*14.*& ſeq. verſ. quinimo, maxime n.*16.*verſ. ergo cum Dominica. lib.*3. † Extende; quia stante statuto, quodliceat ingredientem de nocte in domo aliena Domino domus vulnerare, & interficere impune, si quis inquiritur de vulnere, & morte, & ipse allegat in domo sua impune de nocte potuisse interficere, & excusatur, si vulneratus confessus est extra iudicium, etiam absente parte, se de nocte vulneratum in domo vulnerantis, in qua de nocte ingressus fuerat, concurrentibus coniecturis. Alex. *d.conſ.*24.*per totum. lib.*2. maxime *num.*15.*ver. in propoſito.* vbi, quod præiudicat talis cõfessio Reipublicæ, vt tollat delictum. Vide, *Delinquens conſentire dicitur in pœnã, & non excuſatur, & quando ſecus. Concluſ.*189. † Limita multis modis, *in ver. Delinquentes puniri non poſſunt multis caſibus, ſed excuſantur multis modis. Concluſ.*188.

Delictum in omittendo leuius est quam in committendo. Concluſ. 177.

DELINQVENS † in omittendo minus delinquit, quàm in committendo; ideo leuissima culpa in omittendo non punitur, in committendo secus. Bald. qui loquitur circa incendia *conſ.*132. *Niſi probetur culpa, lib.*4 Bart. *in l. qui bona, §. qui inter. ff. de damn. infect.* Alex. *conſil.*10.*ver. non obſtat. ſi dicatur, lib.*1. Socin. *conſ.*54.*colu. fin. lib.*4. Crauett. *conſ.*97.*num.*2. Afflict. *deciſ.*57.*num.*8. Roland. à Vall. *conſil.*95.*nu.* 39.*lib.*2. qui plures citat. Alex. *conſ.*219.*lib.*2. Ias. *in l.*2. *C. de iur. emphyt. num.*61.*&* 62. *& in l. ſi quis maior, colum.*1. *C. de tranſact.* vide regulam, extensiones, & limitationes per Ias. *in l. ſi mora, nu.*22. *ff. ſolut. matrim.*

† Et ideo is, qui dat causam damni in faciendo, tenetur etiam de leuissima; secus, si in omittendo; quia tenetur solum de leui. Alexan. *in l. domos hæreditarias. ff. de legat.*1. & alij, supra proxime. † Extende; quia sicut maius est delictum continuatum, quàm delictum semel commissum; ita maius est delictum in committendo, quàm in omittendo. Anchar. *conſil.*158. *numer.* 13. sequitur Osasch. *deciſ. Pedemont.* 71.*num.*38. † Restringe; quia culpa leuissima punitur in custode carceris salariato. Oldrad. *conſil.* 92. † Item in tutore, qui negligit vtilia pupilli facere; quia si non exigit creditores, obligatur ipse, quatenus efficiantur deterioris conditionis. Socin. *conſil.*2.*numer.*8.*& ſeq. ver. quia imputatur.* vbi, quod negligentia dicitur peccatum mortale in tutore, & administratore, & tenentur de leui, & leuissima culpa. Vide, *Actum gerens, vel acceptans cenſetur ſe obligare ſecundum leges de illo actu diſponentes. Concluſ.*151. Vide, *Conſequens includit ſuum neceſſarium antecedens, & è conuerſo. Concluſ.*757. † Amplia; quia statutum, vel lex tribuens impunitatem delicti, quod consistit in facto, censetur multo magis concedere impunitatem delicti, quod est in omisso; quia leuius est. Angel. *conſ.*72.*n.*2.*in fin. ver. quærò, quia ſtatutũ.* † Amplia; quia statutum aliquid disponens super delicto, vel offensa, quæ consistat in faciendo, non procedit in eo, quod consistit in omittendo, maxime quod dispositio loquitur per verbum facti. Angel. *d.conſil.*72. *in princ.* maxime; quia in statutis non admittitur extensio interpretatiua. † Amplia; quia, emphyteuta cadit propter deteriorationes factas in emphyteusi absolute sine monitione, quando consistunt, & procedunt ex facto, puta, quia incidit arbores viridis fructiferas, vel ædificia dirupit; secus, si in negligendo consistunt, & sic in omittendo; quia requiritur monitio, vt cadat. Roma. *in l. diuortio, §. ſi funditus. ff. ſolut. matrim.* † Amplia quia minor 25. annis, qui deliquit in omittendo, non incurrit pœnam, sed conseruatur indemnis, & illæsus ipso iure; si vero deliquit in committendo, tunc indiget restitutione in integrum. Castrens. *conſil.*147. *Vltra ea, in prin. lib.*2. † Amplia; quia minor annis 14. qui punitur ex delicto in committendo extra ordinem, non punitur vnquam, quando delictum est in omittendo. Clar. *in § fin. q.*60. *in princ.* vbi dicit * communem. † Extende; quia prodigus, qui in delictis non excusatur in cõmittendo, bene excusatur in omittendo. Clar. *d.q.*60.*n.*11.*ver. vlterius quæro, in ſi.* vbi dicit * communem. † Amplia; quia is, qui deliquit ignorans, sed temen nõ adhibuit diligentiã se informando, dicitur delinquere in omittendo, & sic non dicitur in dolo, sed in lata culpa; ideo minus punitur. Cravet. *conſil.*6.*n.*74.*&* 75. † Amplia; quia criminaliter non punitur, qui delinquit in omittẽdo, nisi lex faciat mentionẽ de delicto in omittendo. Castr. *in l.*1.*n.*9. *ff. de legib.* Osasch. *deciſ. Pedemont.* 71. *n.*37.*&* ſeq. vbi citat alios. † Extende; quia dolus in omittendo semper est præsumptus, & nõ punitur pœna stellionatus, nisi sit in faciẽdo. Boss. *tit. de crim. ſtellio. in fi.* Soc. *conſ.*159.*n.*8.*lib.*2. Rol. à Val. *conſ.*49. *n.*55.*lib.*1. Menoch. *de arbitr. caſu* 209.*num.*39.*lib.*2. Paris. *conſ.*49.*nu.*35. *lib.*1. Menoch. *de recuper. remed.*15.*num.*135. † Extende; quia fiscus, qui aufert hæreditatem ab indigno, licet non possit agere ciuiliter petitione hæreditatis, nisi prius egerit criminaliter, illud erit in delicto in omittendo, prout in eo, qui neglexit vendicare necẽ defuncti; quia lapso quinquennio liberatur; secus in eo, qui deliquit in faciendo, vt quia prohibuit defunctum testari; quia grauius est. Alex. *conſ.*172. *Super caſu, in fi. lib.*5. † Limita; quia negligentia, quæ inducit contemptum iudicis, vel partis, dicitur potius respicere factum, & esse delictum in faciendo, quã in omittendo. Angel. *conſ.*72. *Statuto antiquo, nu.*2.*& ſeq. ver. tertio, quia negligentia.* vbi ponit multa exempla. † Limita in eo, qui potest prohibere delictũ, ne committatur; quia habetur pro delinquẽte, & quasi præsumitur societas, vt teneatur pro facto, & saltem tenetur emendare damnum. Anch. *conſ.*158. *Exnarratis. n.*3.*&* 4. Vide, *Prohibere qui poteſt malũ, & non prohibet, quando teneatur, vel non. Concl.*894. † Limita in delicto contumaciæ; quia licet sit in omittendo; tamen habetur pro delicto in committendo, vt videtur velle Anch. *conſ.*158.*n.*17. iunctis ijs, quæ dicit idem Anch. *conſil.*148. *Apud antiquos, in pr.* vbi, quod contumacia est contemptus iudicis. † Limita; quia imo non factum æquiparatur facto; quia non facere promissa, est facere contrarium eius, quod fuit promissum, *l.* 2. *§. ſi.* & ibi Cuman. & Castrens. *ff. de verb. oblig.* † Vide tamen Ias. *d.l.* 2. *§. ſi. num.*4. *de verb. oblig.* vbi, quod non respicimus verba quomodo sint concepta, sed effectum, vt inducat factum, vel non factum. Vide, *Pœna leuior in omittendo, quàm in committendo, & quando ſecus. Concluſio.* 257.

Delictum habens originem à contractu non punitur; & quando secus. Concluſ.178.

DELICTVM, † seu maleficium habens originem ex cõtractu, si est purgabilis mediante actione descẽdente ex eodem contractu, non potest criminaliter puniri. Bald. *conſ.*14. *in fin. & conſil.*15. *in prin.*,

*princ.lib.*1. Crauett.*cons.*6.*num.*105. Roland.à Vall.*cons.*75.*nu.*31.*volum.*1. sequitur Natta*cons.*588.*n.*10.*&* 11. Bertazol.*cons.*129.*nu.*13.*lib.* 1.*criminal.* plenius Castrens.*cons.*412.*Viso facto,num.*4.*lib.*1.vbi,quod actio criminalis de dolo non datur, quando ex cõtractu purgari po- 2 test ciuiliter. † Extende; quia vsuræ promissæ ex contractu non patiuntur pœnam ordinariã, vel extraordinariam; quia potest dolus purgari actione ex contractu, vt fiat restitutio, late Roland.à Vall. *cons.*75. *per totum.libr.*1.maxime *num.*26.*&* 31.*cum seq.* Crauett.plene 3 *d.cons.*6.*n.*104.*& seq.* † Contrarium,quod imò sit in electione actoris agere ex contractu, vel ex delicto, sed bene tollatur contractus per actionem ex delicto,vel è contra,est text.*in l.si is,cui, ff.de fur.& in* 4 *l.*1.*C.eod.* † Declara in dolo; secus, quando actio particularis ex do- 5 lo datur, prout actio furti, talli,& similium. † Declara fortè; quia ista contraria loquuntur quoad actionem partis, quæ vtroque casu est ciuilis, licet sit actio furtiua; quia per procuratorem potest exerceri, vt est text.*in l.aduersus eum. C.de furt.* quia si esset criminosa, pro- 6 curator non admitteretur,& requiritur subscriptio,*l.fin.ff.eod.* † Amplia; quia licet causa dicatur criminalis, quando pecuniaria est, & applicatur fisco; tamen si habet pœna pecuniaria originem à contractu,non potest dici causa criminalis vllo modo.Clar.in §.*fin.quæst.*1. & declarat Corne.*cons.*51.*In hac consultatione,num.*19.*libr.*1. quia tunc agit fiscus ex contractu, non ex delicto; secus, si ageret ex delicto. 7 † Amplia maxime in actione ex dolo, quãdo agitur crimine stellionatus; quia tunc bene verum est, quod talis actio non datur, nisi in subsidium,*l.*1.§.*ait prætor,ff.de dol.l.eleganter,in prin.ff.eod.*ita Castrens. 8 *d.consil.*412.*num.*4.*lib.*1. quem citat Crauett.*consil.*6.*nu.*105. vbi plures concord.allegat. †Amplia; quia propterea Mediolani extat cõstitutio,*in quibus causis criminaliter*, quæ disponit, quod vbi res habet originem à contractu,non possit procedi criminaliter,de quo plene Plot.*in l.si quando.nu.*269.*& seq.*vbi,quod habet locum etiam in con- 9 tractu nullo, sine dolo,*C.vnde vi.* † Et quod tale decretum sit cõforme iuri communi,tenet idem Plot.*in l.si quando. C. vnde vi.nu.*289. *& seq.* vbi ponit plura exempla,*nu.*280.*& seq.* in hærede,in legatario,& alijs, qui ex testamento nullo errantes occuparunt bona aliena, ne teneantur,qui cessante contractu tenerentur, & in socio occupante 10 vltra partem suã,*nu.*312.*& seq.* † Extende idem,quando sapit naturã contractus, prout est decretũ iudicis etiam nullum; quia non potest procedi criminaliter.Plot.*d.l.si quando.nu.*306. *C.vnde vi.* vbi allegat 11 plures,& plenius *n.*318. † Restringe;quando fieret contra naturam contractus.Plot.*d.l.si quando,n.*314.*C.vnde vi.* vbi *nu.*315. declarat,nisi 12 adesset colorata causa. †Restringe,qñ contractus esset nullus,& resisteret lex,vel statutum tali contractui. Plot. vbi supr. *nu.*319.*& seq.* 13 †Declara restrictionẽ,*nu.*321.*& seq.* vbi ponit quinq; declarationes. 14 †Amplia;quia licet furtum sit contrectatio rei alienæ,& cadat in cõmodato,locato,& pignore,vt *l.si mandauero.*§.*si tibi centũ.ff.mandat.l. si pignore.ff.de furt.* tamen si res traditur, vt aliquid reddatur in eadem specie,quæ recipiat functionem,prout in pecunia numerata,nõ erit furtum.Iaf.*in l.eius, qui in prouincia.* §.*quas vero.ff.si cert.petat.* & idem, si est restitutio facienda in genere, prout si trado argentum, vt facias candelabra,vel vas; quia tunc non competit actio furti propter contractum,per quem Dominium transfertur,*l.in naue.ff.locati.*

Delictum quandoque affert commodum delinquenti. Concluſ.149.

1 FORNICATOR, † qui habuit rem cum pluribus mulieribus,non efficitur bigamus, & tamen qui cõtraxit, vel cum vidua,vel cum corrupta,vel habuit duas vxores, efficitur bigamus, & promoueri non potest,*c.quia circa.de bigam.* vbi glos.& Doctor.quod maius priuilegium habet fornicatio,quàm castitas,ex quo caste viuit,qui ma- 2 trimonialiter viuit. † Et præsumptio ex facto dubio excludit semper delictum, nisi quando delictum afferret commodum facienti. 3 Alexand.*cons.*127.*Visa inquisitione,num.*12.*lib.*4. † Amplia, vt idem sit in religiosis sepelientibus parochianos alienos, vt teneantur versus parochiam ad quartam portionem; quando verò tempore interdicti religiosi sepeliunt contra interdictum Ecclesiasticum, & sic delinquunt,non soluunt quartam.Feder.de Sen.*cons.*154.*num.*2.*ver.* 4 *nunc quæritur.* † Ratio ampliationis est; quia cessante interdicto fit iniuria parochiæ,& in recompensam soluitur quarta; tempore vero interdicti cessat iniuria; quia in parochia non debebat, nec poterat sepeliri; item quia parochia non diuidit male recepta,nec participat 5 de illicitis.Feder.de Sen.*d.cons.*154.*num.*3.*vers.nunc quæritur.* † Amplia; quia si extat statutum, quod de omni contractu solui debeat gabella intra certum tempus, si quis vendat rem recepto pretio, & gabella non sit soluta, licet pars gabellæ spectet ad venditorem, & non soluerit; tamen potest agere rei vendicatione propter contractus nullitatem resultantem ex publica vtilitate; secus, si nullitas non esset ex publico. Bald. *cons.* 227. *Quod non possit per totum.libr.*4. † Amplia; quia contumax est melioris conditionis, quàm is, qui 6 non est contumax; quia contra eum non fertur sententia ex solo termino præfixo instantiæ; item positiones non pronunciantur pro confessis, prout contra comparentem. Mathesil. *singul.* 17. *Nota, quod.* vbi plenà apostill. dat concord. † Extende; quia contumax 7 condemnatus si moritur,pœna non transit ad suum hæredem pecuniaria; quia morte extinguitur; secus,si non fuit contumax,& litem fuit contestatus.Bartol.*cons.*91.*Factum tale proponitur,lib.*2. † Amplia; 8 quia si mulier nupta patitur se extra virum carnaliter cognosci, punitur de adulterio, si verò est meretrix prostituta, non tenetur de adulterio, & sic plus consequitur priuilegij ex delicto, quàm ex honesta vita. glos.fin. in *l.si ea, C.de adulter.* vbi Bartol. & alij, licet ibi dicant saluando, quod non punitur propter libertatem à legibus,vt tanquam vilis, & impudica sit licentiata. †Amplia, quia mater, 9 quæ tenetur petere tutorem filijs suis infantibus, aliàs priuatur successione,si intra annum non petierit, sentit lucrum,& commodum ex delicto non petendi tutorem hoc modo,puta,mulier habet duos filios impuberes,quorum alter decessit intra duos menses à die obitus patris,alter post annũ,& mater nemini petijt tutorem,dicit Bart. *cons.*97.*Factum proponitur, lib.* 2. quod mater succedit primo filio impuberi; quia non est in mora, nisi post duos menses, alteri post annũ decedenti non succedit; sed tamen dicit,quod mater succedit in totum primo,quæ non succederet,nisi in medietate, si fuisset petitus, & datus tutor,qui saltem sciuisset mortem primi; sed quia non fuit petitus à matre tutor,neq; datus, mater succedit in totũ primo; quia secundus,qui ignorauit,& habuit tutorẽ, non transmittit ad hæredes,& apostil.1.allegat Barb.*in additio.ad Bart.in auth.cessante.C.de legi. hared.* Vide, *Contumax in multis est melioris conditionis.Concluſ.*1029. †Limita,& ista est reg.*in ver. Delinquens non debet esse melioris conditio-* 10 *nis,quam non delinquens. Concl.*190.

Delinquens quotuplici actione teneatur. Concluſio 180.

DELINQVENS, † qui puniri potest solum ad vindictã publicam, 1 tenetur vnica actione criminali,prout hæreticus, simoniacus, & similes Clar.*in praxi.quæst.*1.*num.*2.*vers.ego tamen.* † Si verò delic- 2 tum respicit publicam vtilitatem, & priuatam,prout homicidium, furtum,& similia; tunc duplici actione conueniri potest,publica ad fauorem fisci,& priuata ad fauorem offensi.Clar.*d praxi crimin.quæstio.*1.*ver.Ego tamen pro clariori.* †Declara tamen; quia ex delicto,ex quo 3 oritur duplex pœna,publica,& priuata,potest accusans, vel vtramque, vel alteram tantum, videlicet, publicam, & criminalem, vel ciuilem,& priuatam intentare. Clar.*in prax.crimin.qu.* 1.*ver.Item scias.* † Intelligas,dummodo non æque principaliter vtramque intentet, 4 sed publicam principaliter, & priuatam secundario, & consequenter; quia non datur cumulatio ciuilis & criminalis æque principaliter.Clar.*in praxi crimin.qu.*2. *in princ.* vbi dicit * communem, & dicitur in consequentiam, quando petit puniri iuxta formam iuris & statutorum cum condemnatione damnorum, & expensarum. † Et 5 procedunt prædicta,siue procedatur ex officio,ex inquisitione,siue ad accusationem partis.Clar.*d.praxi crimin.quæst.*2.*num.*2.*in fin ver.& illud,quod dictum est.* vbi dicit * communem. † Oritur etiam ex delicto pœna ordinaria,puta,quæ ex lege,vel statuto inducitur;item extraordinaria,quæ nõ requirit fiscũ,neq; priuatum, prout,quod quis priuetur officio,vel beneficio. Iul. Clar. *d. prax. crimin.quæstio.*1.*vers. scias etiam.* † Limita; quia potest etiam proponi,non vt puniatur pœ- 7 na ordinaria, sed extraordinaria, puta ad alium finem, ne quis probet.Clar. *d.quæst.*1.*ver.item scias.*

Delinquens extra territorium quando, & qualiter puniri possit. Concluſ.181.

FVRTVM † committens extra territorium certi dominij potest 1 puniri pœna ordinaria furcarum,quando furtũ contrectauit, & portauit in territorio illius Domini. Bald. *cons.* 154. *Proponitur, quod quidam socij,in pr.ver.solutio.lib.*1.quod duplicatur *lib.*3.*cons.*461. Bart. *in l.si dominium.numer.*2.*ff.de furt.* Anan.*cons.*11.*vers.quinto principaliter.* Vide, *Delinquens in vno territorio an sit tutus in alio. Concluſ.*183. †Con- 2 trarium,quod imò non possit puniri,& opinio Bartol. non sit vera, tenet Fulgos. *consil.*149.*Super inquisitione.ver.de secundo.*vbi dicit habere consilium bon.mem.Io.de Lignano magnæ authoritatis, & plurium Doctorum Bononiæ, qui contrarium tenent. Cæpol.*cons.*58.*n.* 26.*& seq.* vbi magis * communem dicit contra Bar.prout etiam cõmunem * contra Bart.dicit Boss. in sua *praxi, tit.de furt.nu.*18. †Am- 3
plia; quia etiam possunt puniri fures, & latrones in meo territorio, licet

licet furati sint in alieno territorio, & contrectauerint furta in meo territorio, neq; aliquid deliquerint in meo; quia pœna extraordinaria puniri possunt, puta, fustigationis. Bald. *d. cons. 154. vltra med. ver. si* 4 *verò res non fuerunt. lib. 1.* & duplicatur *cons. 461. lib. 3.* † Extende ampliationem, etiamsi in territorio, in quo deliquerunt, fuissent banniti. Bald. *d. consil. 154. vers. si verò, lib. 1.* quod duplicatur *cons. 461. libr. 3.* 5 † Extende ampliationem, vt procedat, etiamsi à principio delictum fuisset deliberatum in territorio meo, & consummatum in alio; quia solũ pœna extraordinaria potero punire, quando territoria sunt diuersi dominij; quando verò sunt eiusdẽ dominij; tunc sufficit, quod in vno loco puniatur delictum; quia præambula confunduntur eo 6 casu. Bald. *d. cons. 154. in fin. libr. 1.* & duplicatur *cons. 461. lib. 3.* † Amplia; quia habens domicilium in vna ciuitate, & committens homicidium in alia ciuitate, etiamsi exulauerit ab ea, in qua cõmisit homicidiũ, potest puniri in loco domicilij secundum statura loci delicti cõmissi, & hoc, si accusatur secundum antiquos, non aũt per inquisitionem. Bald. *cons. 393. Punctus talis, circa fin. ver. concludo ergo. libr. 1. &* 7 *consil. 311. Quæstiõ. super qua, cum duobus consilijs seqq. lib. 4.* idem tenet Signor. *consil. 128. Factum dicitur sic.* † Extende, quod quilibet subditus delinquens extra territorium potest puniri per iudicem originis, in * quo habitat, & est vera, & communis * opinio, vt dicit Anchar. Regien. *q. 7. lib. 3. n. 19. & seq.* vbi, quod iudex originis potest puniri subditum vbiq; delinquentẽ & non reperitur arctata suâ iurisdictio, & Boss. *in praxi tit. de for. compet. nu. 182.* vbi, quod non habet aliquâ difficultatem, quando ad accusationem procedit, & idem dicit Clar. *in praxi, §. fi. q. 39. nu. 4.* quod est sine difficultate, & quod ita seruatur * 8 in praxi, licet vtraq; sit * communis. † Extende ampliationẽ, vt imò procedat etiam per inquisitionem secundum modernos, vt refert Bal. *d. consil. 393. circa fi. lib. 1.* vbi dicit tutiorem viam esse, quod per accusationem, & *consil. 124. Quidam Cagnus, nu. 2. vers. nec obstat*, vbi dicit * communem, *lib. 5.* cõmunem * dicit Bologn. *cons. 57.* August. Arim. ad Angel. *de malefic. in ver. hæc est quædam inquisitio.* & plenissime Anchar. Regien. *d. quæst. 7. lib. 3. num. 15.* vbi allegat plures de communi attestantes, & quod practica hoc obtinuit, & Cagnol. *in l. fin. ff. de* * *iurisd. omn. iud. num. 53. vsque in fin.* dicit veriorem * communem, & in practica seruari, & quod ita obseruauit allegando dictum Euangelij; 9 *Et qui vidit testimonium perhibet.* † Contrarium, quod non possit procedi per inquisitionem contra subditum delinquẽtem in alieno territorio, tenet Marsil. qui plurimos alleg. in *prax. §. constante, n. 90.* vbi * dicit magis * communẽ, sequitur Gram. *decis. 26. n. 9.* vbi de magis cõ- * muni *. Alex. *cons. 111. Ponderatis verbis, col. 3. ver. plus voluit*, vbi plures 10 citat, *lib. 1.* † Declara; quia subditus, vel ratione originis, vel domicilij potest puniri de iure communi; ita tamen, vt in procedendo seruetur statutũ Ciuitatis originis, in decidendo ius cõmune, vel statutũ loci delicti, qñ statutum nihil disponit de pœna, neq; qualiter puniatur. Bart. *in l. 1. C. de summ. Trinit. num. 48. ver. mihi autem videtur.* 11 † Declara; quia si quis esset solum solitus conuersari in ciuitate, non põt procedi per inquisitionem, nisi ibi reperiatur, vbi habet habitationem. Angel. *cons. 27. Quidam Victor, n. 2.* sequitur Gramm. *decis. 16.* 12 *nu. 9.* † Declara; quia de iure Canonico potest iudex domicilij punire delinquẽtem in alieno territorio sine difficultate, & de iure ciuili est controuersia, quod non possit per inquisitionem, sed solum per accusationẽ, sed tamen Hostien. & Bar. quos sequitur Abb. *cons. 24. Rodulphus Ciuis, col. 2. ver. tamen ratione domicilij. lib. 1.* dicunt, quod sic, & Abb. ibi reddit rationem; quia debet purgare prouinciam malis ho- 13 minibus. † Vide pro plenori declaratione Alex. *d. consil. 111. Põderatis verbis, col. 2. circa med. ver. nec ad hoc obstat, li. 1.* vbi recitata opinione Bar. & Ang. contrariantiũ; quia Bart. vult, q̃ statutũ ligat Ciuem delinquentem extra territoriũ, & possit puniri pœna statuti, si statutũ est speciale, q̃ pro tali delicto talis pœna imponatur. Angel. verò, quod imò sit vera conclusio, quod non punitur; etiamsi statutũ loquatur generaliter, dummodo secum exequutionẽ pœnæ non trahat. Alex. * vero dicit, quod communis * opinio est, quod pœna statuti nõ puni- 14 tur, sed pœna iuris cõmunis. † Declara extensionẽ, vt procedat, maxime, qñ statutum disponit, q̃ possit inquiri de delictis etiam extra territorium commissis, prout est Aretij. Bald. *d. cons. 393. in fi. lib. 1. &* 15 *d. consil. 124. n. 2.* vbi dicit * communem, *lib. 5.* † Declara; quia ad accusationem res est clara, & idem per inquisitionẽ, quando potest de iure communi inquiri de illo delicto, ita Boss. *in prax. tit. de for. compet. num.* 182. vbi dicit, quod etiam per inquisitionem potest puniri secundũ * communem *, quæ seruatur in practica, & idem dicit Clar. *in prax. §.* 16 *fi. q. 39.* † Restringe, quando is, qui cõmisit homicidium extra territorium habitationis, non habet domicilium in loco habitationis; quia ibi nõ potest puniri, sed captus debet remitti ad locũ delicti cõmissi. Bal. *cons. 393. circa med. ver. ex istis apparet.* vbi, quod istæ remissiones de consuetudine non fiunt, *lib. 1.* & quod non possit puniri, si non habet 17 domicilium. Ang. *consil. 27. nu. 2.* † Contra restrictionem tenet Bald. *cons. 311.* in secundo consilio ibi inserto, quod tamen reprobatur per tertium consilium ibi insertum, *lib. 4.* secundum consilium incipit, *An positis ipsos.* † Declara; quia vagabundus puniri potest vbicunque 18 reperiatur, sed in eo, qui solum habet incolatum in loco, non potest puniri pro delicto extra territorium commisso. Angel. *cons. 27. nu. 2.* † Imo ampliã restrictionem in tantum non posse procedi contra in- 19 colas, qui deliquerunt extra territorium, vt si non habuerint domicilium, non possit contra eos inquiri, etiã stante statuto, quod possit Potestas ex officio inquirere; quia intelligitur contra habentes domicilium vel delinquentes in loco. Bald. *cons. 311. in 3. cons. inserto, in fi. ver. sed supposito, lib. 4.* † Declara, vt procedat ista præcedens ampliatio, 20 si statutum loquitur de inquisitione contra subditos facienda, alias secus. Bald. *cons. 313. Præfati Excellentissimi. nu. 2. ver. circa secundum lib. 4.* 21 quod est Franc. Baldi. † Restringe ampliationem, vt non procedat quando in ciuitate, in qua commissum est delictum, præuentum est in exequutione; quia si quis cõmisit homicidium Fulginei, & ibi est in contumaciam condemnatus, & pariter condemnetur Interamnæ vbi homicida habet domicilũ: si tamen Potestas Fulginei fecit exe- 22 quutionem in bonis mobilibus primo loco, postea homicida fuerit captus Interamnæ, & in vtroq; loco est pecuniaria pœna, sequuta absolutione per Potestatem Fulginei, qui præuenit, non potest molestari Interamnæ. Bald. *cons. 124. Quidam Cagnus, li. 5. per tot.* † Amplia; 23 quia ciuis potest puniri ex delicto extra territorium cõmisso quando delictũ punitur de iure communi. Bar. *in l. cunctos populos, n. 44. & seq. in 8. quæst. C. de sum. Trin. maxime n. 48.* † Extende etiam, quando non 24 posset puniri eo modo de iure communi; quia si pœna diuersificatur sed pro delicto punibili de iure communi valet statutũ, & ligat subditum extra territorium. Signor. *cons. 89. n. 4. ver. præterea hoc euidenter.* † In hac materia duæ sunt difficultates; prima est, an possit puniri, & 24 an ad accusationem tantum, vel etiam per inquisitionem, vt late supra deductum est; secunda est, quæ pœna sit imponenda, scilicet, an iuris communis, vel statuti loci commissi delicti, vel pœna statuti loci originis; & quia materia est intricata, & controuersa, constituendi sunt plures casus, secundum Iul. Clar. in *praxi crimin. §. fi. quæst. 85.* vbi per tot. plene examinat. † Primus casus est; quia si delinquat in 25 loco originis, res est sine difficultate, quod punitur secundum leges & statuta loci delicti & originis. Clar. *d. q. 85. in princ. ver. primus casus.* † Secundus casus, quando delinquens est forensis, & si in loco deli- 26 cti nõ est pœna statuti, sed sola pœna iuris communis; & iste casus est de indubitato, quod punitur pœna iuris communis. Clar. *d. q. 85. n. 2. ver. secundus casus.* † Si verò adest statutum, & pœna particularis in loco 27 delicti an liget forensem; & multi tenent simpliciter, quod sic, & ista est cõmunis opinio. Fel. in *c. fi. n. 24. de foro compet. & in c. à nobis. il primo, n. 1. de sent. excom.* & alii, quos refert Clar. in *d. q. 85.* † Bart. verò *in l. cũctos* 28 *populos. n. 21. & seq. C. de sum. Trin.* distinguit; quia si pœna statuti est super prohibitis à iure cõmuni, & forensem ligat; aut super nõ prohibitis à iure communi, & non ligat forensem ignorantem; secus, si sciat, vel nisi esset in ignorantia supina, & hanc communem, & æquiorem dicit Ias. ibi in *1. lect. num. 30. & seq.* † Extenditur hæc opinio Bart. et- 29 iam in prohibitis non de iure communi, sed ex generali obseruantia statutorum prouinciæ, prout est extractio bladorum sine licentia; quia potest forensis puniri, & est communis * opinio, vt attestatur * Cor. *consil. 64. in fin. lib. 3.* Imol. *in l. fin. §. licet quis ff. de public.* † Decla- 30 rat Clar. *d. q. 85. num. 3. ver. ego tamen*, vt materia sit arbitraria, & cum possit iudex se informare, an sciuerit consuetudinem, vel non, tutior erit hæc opinio, & saltem mitigare poterit pœnam. † Restringe 31 hunc casum secundum in pœna excommunicationis, & spirituali, quæ nunquam ligat ignorantem, & ita seruatur, & est communis * * opinio. Clar. *d. q. 85. num. 2. in fi. ver. hoc tamen.* † Tertius casus, quando 32 subditus deliquit extra territorium, an debeat puniri pœna iuris cõmunis tantum, an pœna statuti loci, in quo deliquit, an potius pœna statuti loci originis, & domicilii, & licet dicat Clarus *d. §. fi. q. 85. n. 4. ver. tertius est casus*, quod est controuersa, & indigeret declaratione Cæsarea; tamen distinguitur, si statutũ loci originis punit delinquentem extra territorium, pœna dicti statuti habet locum, & est communis opinio. Socin. *consil. 302. num. 4. in fi. lib. 2. Si* vero statutum simpliciter loquitur, puniri debet pœna iuris communis *, & ista est com- * munis * opinio. Alex. *cons. 111. post n. 1. ver. & cum sit, lib. 2.* infinitos ci- * tat Clar. *d. q. 85. num. 4.* † Dicit tamen Clar. *d. q. 85. nu. 4. in fi. ver. & ideo* 33 quod non est recedendum à dicta distinctione, licet dicat, quod Marian. Socin. in *c. postulasti. n. 16. de for. compe.* tenet quod generaliter pœna statuti loci originis sit imponenda, & quod hæc est communis * opinio. † Amplia; quia homicida animo deliberato, & ex insi- * 34 diis vbique potest puniri pœna mortis. Bernad. Plot. *inter cons. crim. lib. 1. cons. 133. per totum*, & plenius Io. Bapt. Plotus *cons. 78. per totum*, vbi quod neque valet gratia, neque saluus conductus factus homicidæ animo deliberato. † Extende, etiam si extat statutum (prout Bono- 36

niæ (quod nõ possit puniri; quia nõ valet statutũ, tanquam quod sit contra ius diuinũ, idem Bernard. Plot. *cons.* 133. *nu.* 44. *& seq. inter cons.*
36 *crim. lib.* 1. † Amplia; idem in eo, qui cõmittit furtũ, vel homicidium in confinio animo se tuendi in vicino territorio; quia ibi quoq; dici-
37 tur deliquisse. Bern. Plot. *d. cons.* 133. *n.* 22. *& seq. inter crim. lib.* 1. † Amplia; quia statutũ, q̃ delinquens et extra territorium puniposſit, cõprehendit ciuem delinquentem extra territoriũ, & valet, Anch. *q.* 7.
38 *in pr.* 3. *& seq. lib.* 3. † Extende, etiamsi statutũ non loquatur præcise extra territoriũ, sed generaliter loquatur, q̃ de quocunq; delicto commisso puniatur; quia debet intelligi etiam territorium, coẽm * dicit
39 Anch. Regien. *q.* 7. *n.* 8. *& seq. lib.* 3. † Extende, etiamsi statutum punit delictũ de iure communi punibile; quia tunc si generaliter loquitur, habet locũ in subdito delinquente extra teritorium, ita Anchar. Re-
40 gien. *d. q.* 7. *lib.* 3. *n.* 12. *& seq.* † Imo idem procedit, q̃n est statutũ super delicto punibili ex forma statutorũ vniuersaliter, prout super extractione bladorũ; quia habet locum etiã, prout si delictum esset de iure communi in omnib. tanquam q̃ sciuerint. Boss. *in prax. tit. de pœn. n.*
41 20 † Exteſide, etiamsi sit præuentũ per iudicem delicti; quia si est in contumaciã, non auditur volens allegare præuentionẽ; imò etiamsi non esset contumax, vel si pro eodẽ delicto in duobus locis in contumaciã condemnaretur; quia sibi imputet; quia hoc est, ne delicta remaneant impunita. Bart. *in l. sepulchri. ff. de sepul. violat.* plene Gram.
42 *decis.* 26. *n.* 10. Anch. *d. q.* 7. *lib.* 3. *nu.* 21. vbi alios allegat. † Amplia; quia Præses Prouinciæ põt punire ex officio, & per inquisitionem delinquentẽ, qui est de vna Ciuitate Prouinciæ, & deliquit in alia Ciuitate; quia tota Prouincia est de territorio Præsidis. Abb. *d. cons.* 24. *Ro-*
43 *dulphus, n.* 2. *lib.* 1. *ver. item sicut interest.* † Amplia; quia hæreticus, raptor virginis officialis, qui aufugit ab officio, cõcussiones facientes, & vagabundi possunt vbiq;, & per quemcunq; iudicẽ puniri. Soc. *reg.* 12.
44 *Delicta extra territoriũ.* † Amplia; quia imò de iure cõmuni delinquẽs extra territoriũ in subditum põt puniri, vide Anch. Regienſ. *q.* 7. *nu.* 19. *& seq. lib.* 3. clarius ponit Iul. Clar. *in prax. q.* 39 *n.* 4. *ver. sed quæro.* vbi
* ponit pro vtraq; parte iura, & authoritates, & dicit vtramq; opinionem * esse communem, sed in practica seruatur, quod subditus de-
45 linquens extra territoriũ potest puniri, ne delicta sint impunita. † Extende; quia si ad accusationem partis proceditur, res est sine difficultate, quod põt puniri, sed an inquiri sine accusatione possit, est du-
46 bium. Clar. *d.* §. *fi. q.* 39. *n.* 4. vbi latissime disputat. † Amplia; quia delinquens in exercitu Mutinensi, etiamsi exercitus sit in agro Bononiensi, poterit puniri per Prætorem Mutinæ, ita Clar. *in prax.* §. *fin. q.*
47 38. *n.* 4. † Extende; quia miles etiã forensis delinquens extra territoriũ eius, sub quo militat põt puniri pro delicto, licet nõ sit subditus,
48 notabile dicit Clar. *d.* § *fi. in prax. q.* 38. *n.* 4. † Amplia; quia Papa & Imperator possunt punire delinquentes oẽs indistincte, licet extra eorũ territoriũ deliquerint: alij verò inferiores secus. Vide plene Soc. *reg.* 12. *Delicta extra territoriũ.* vbi limitat sex modis, quib. delinquẽtes ex-
49 tra territorium possunt vbiq; puniri, qui sunt casus speciales. † Limita in mandante fieri homicidiũ extra iurisdictionem; quia non punitur in loco mandati, sed in loco delicti. Clar. *d.* § *fin. q.* 38. *n.* 6. vbi *n.* 7. idem, si mandatum oriatur ex ratificatione homicidij; secus, si fecit
50 tractatũ. † Limita; quia delinquens in alieno territorio si non asportauit res furatas, neq; incepit tractatũ delicti in territorio, vbi reperitur, nõ debet puniri sine licentia domini ipsius territorii, in quo existit, & in quo nihil deliquit. Bal. *d. cons.* 154. *lib.* 1. quod duplicatur *cons.*
51 461. *lib.* 3 *per tot.* † Extende; quia statutũ (quale est in Ciuitate Astensi) quod cõmittens tria furta suspendatur furcis, non habet locum, si Astensis cõmisit tria furta, sed non omnia in territorio Astensi; quia licet ordinarie puniri possit parte instante pro furto extra territoriũ; non tamen statutum habet locum. Bald. *cons.* 348. *Viso themate, lib.* 5.
52 † Extende, quia imò fur, qui furatus est in vna ciuitate, & transtulit se ad aliam Ciuitatem cum rebus furatis, non poterit puniri in Ciuitate, ad quã se contulit cum rebus. Clar. *in* §. *fin. q.* 38. *n.* 16. *ver. sed certe.* vbi dicit * coẽm veriorem, & æquiorem de iure, & hodie magis
* communem *, vbi infinitos pro vtraq; parte allegat, & hanc tenet.
53 † Contrarium, quod imò puniri debeat; quia dicitur etiam in Ciuitate furari, ad quã se contulit cum rebus furatis; quia furtũ est contrectatio rei alienæ inuito Domino. Clar. *d.* §. *fi. q.* 38 *nu.* 16. *ver. tu scis.* vbi, quod ista est opinio Bar. quæ obseruatur per totum mundũ, & quod opinio Bar. fecit suspendere cẽtum mille homines, & quod est com-
*54 munis * opinio. † Declarat Clar. *d. q.* 38. *n.* 16. *in fin.* quod expellendi sunt tales fures, sed non suspendendi, & puniendi pœna aliqua cum
55 restitutione rerum. † Limita in eo, qui fraudauit gabellam, vel pedagium; quia extra territorium non possunt bona capi, tanquam quod ceciderint in commissum, etiamsi sint territoria diuersa sub eodem Domino. Bald. *cons.* 340. *Sipater filio circa fi. n.* 3. *ver. sed nunquid postquã,*
6 *lib.* 5. † Limita; quia insultatus in vno territorio si persequitur insultantem in alio territorio, & eum interficiat, non potest puniri in territorio, vbi causatur insultus, sed in territorio, vbi consumitur, & cõmittitur homicidiũ. Fulg. *cons.* 149. *n.* 4. *ver. rursus cum dict.* Vide, *De linquens in vno loco non potest puniri in alio loco pro eodem delicto. Concl. prox. seq. & alia Concl. prox. subseq.* Vide, *Statutum non habet locum contra subditos delinquentes extra territorium, & quando secus. Concl.* 544.

Delinquens in vno loco non potest puniri in alio loco pro eodem delicto. Concluſ. 182.

PERVSINVS † interficiens Perusinum in territorio Assisij, si fuit 1
cõdemnatus condigne in loco delicti; non potest puniri in Ciuitate Perusij, etiamsi extet statutum, quod Perusinus offendens Perusinum extra territorium possit ibi puniri; quia intelligitur, nisi sit sufficienter punitus in loco delicti, & ideo si iudex delicti præuenit in condemnatione, & exequutione, non potest alter molestare pro eodẽ delicto. Bal. *cons.* 28. *Factum tale est, lib.* 4. Bald. *consil.* 124. *Quidam Cagnus, lib.* 5. vbi idem de Interamnate, qui deliquit Fulginei; quia si Fulginei est sufficienter punitus, & est præuentũ in parte exequutionis, non põt puniri Interamnæ. Vide plenius, *Cõdemnatus semel pro eodem delicto non põt vlterius condemnari. Concl.* 571. † Extẽde, vt procedat, 2
etiamsi delinquens fateatur delictũ, sed dicit extra territorium iudicis procedentis esse cõmissum; quia ante omnia debet iudex cognoscere, an deliquerit in suo territorio, vel extra. Iul. Clar. *in* § *fin. q.* 38. *n.*
12. *ver. vlterius quæro.* † Extende, vt procedat, etiamsi iudex loci deli- 3
cti præuenerit solum in exequutione partis, iudex & loci domicilij postea habuertt reum captum; quia si vtraq; condemnatio est pecuniaria, cessare debet posterior captura, q̃n loca sunt sub eodem principe; secus, si essent diuersorum dominorum; quia de consuetudine, & de facto quilibet exequitur suas sententias. Bald. *consil.* 124. *per tot.*
maxime *in fi. lib.* 5. † Extende in incola, & habitante Anconæ; quia 4
si cõmisit homicidium in Castro Ficardi extra territoriũ Anconæ, vbi fuit condemnatus, non põt puniri Anconæ, Angel. *consil.* 27. *Quidam Victor.* sequitur Gram. 26. *decis.* 26. *er tot.* maxime *num.* 9. † Restringe 5
fortè, quando in loco commissi delicti nõ esset punitus sufficienter, vt quia ibi non habet bona, & est absens, ita videtur velle Bart. *in l. & si amicus,* §. *sed & si, in fin. ff. de adult.* † Contrarium tenet idem in *quæst.* 6
15. *statuto Ciuitatis, in fin. ver. non obstat vndecima, cum seq.* vbi, quod sufficit, quod pœna iuris communis imponatur. † Declara; quia imò, 7
quando est condemnatus in contumaciam, & sic remanet impunitus, potest puniri in loco domicilij. Grammat. *decis.* 26. *circa fin. ver. postquam remissionem,* qui hoc non affirmat, sed bene se corrigit propter doctrinam Bartol. *in l. sepulchri. ff. de sepul. viol.* † Amplia, vt 8
procedat, etiamsi homicida, vel delinquens conseqeretur gratiam per pecuniam à pœna capitali in loco, vel à magistratu, qui præuenit; quia non poterit alibi conueniri. Bald. *d. consil.* 28. *lib.* 4. † Am- 9
plia; quia hodie in Italia delinquens in vna Ciuitate, vel territorio, & fugiens ad aliam, quæ non sit sub eodem principe, de consuetudine est tutus; quia non fiunt remissiones. Clar. *in* § *fin. quæst* 38. *nu.*
20. *ver. sed certe, in fin.* Castrens. *consil.* 309. *De iure communi, lib.* 2. † Ex- 10
tende in tantum, vt si delinquens in territorio Paduæ fugiat in territorium Vicentiæ, licet ambæ Ciuitates sint sub eodem dominio Venetorũ, sit tutus; quia Veneti permiserunt, quod delinquens in vna Ciuitate fugiẽs ad aliam sit tutus, nisi esset bannitus, & requireretur à iudice delicti, & si caperetur non bannitus, & sine requisitione, deberet relaxari pristinæ libertati. Castr. *cons.* 309. *De iure communi, lib.* 2.
vbi, quod pristina libertas intelligitur extra territorium. † Amplia; 11
quia si quis fuit inquisitus de homicidio in loco delicti, & ibi fuit cõdemnatus pecunialiter, quia fuit admissus procurator, qui probauit homicidiũ casu fuisse commissum, & soluit pœnam pecuniariã, non poterit corã Gubernatore Prouinciæ iterum inquiri, & puniri prætextu, quod fuerit admissus procurator in causa criminali, & capitali; quia cum constet de innocentia, & quod ab effectu debuit admitti, dicitur satis punitus, & absolutio parit exceptionem rei iudicatæ. Bald. *cons.* 415. *Punctus quæstionis, lib.* 4. † Amplia; quia is, qui frau- 12
dauit pedagium in vno territorio, non põt pignorari in alio territorio, etiamsi sint territoria sub eodẽ principe. Bal. *cons.* 340. *Sipater filio, circa fin. n.* 3. *ver. sed nunquid postquã, lib.* 5. † Amplia, vt quod dicitur de 13
homicidio, habeat locũ etiam in vulnere; quia pro eodem vulnere, pro quo fuit condemnatus semel, & soluit in loco delicti, nõ potest in loco originis puniri; secus, si nõ esset idem vulnus, vel haberet diuersam qualitatẽ. Ang. *cons.* 190. *Titius fuit inquisitus, per tot.* † Amplia, 14
etiamsi delictum sit commissum in territorio, vel ciuitate confœderata; quia adhuc extra locum delicti non poterit ab alia ciuitate confœderata puniri. Bald. *in l. excusatorem nu.* 32. *C. de exeq. rei iudic.* Clar. *in*
§. *fin. quæst.* 38. *nu.* 10. *ver. successiue.* vbi quod ita seruatur in practica, reprobato Bar. contrarium tenente. Vide, *Confœderatus ad quæ teneatur, & quid possit. Concluſ.* 632. *cum Concluſ. ibi prox. seq.* † Contrarium Marsil. 15
cons.

16 *conſ.121.n.10.& ſeq.* vbi late. † Declara, niſi capitula cõfœderationis aliter diſponerent. Clar.*d.§.fi.q.38.nu.10.in fi.& q.71.ver.quæro modo*, 17 *n.11.* † Limita in caſu cõtrario; quia delinquens in caſtro Carnarij de territorio Aſſiſij, ſi puniatur & condemnetur in caſtro, & in ciuitate Aſſiſij, locus eſt præuẽtioni, & in dubio locus delicti præualet; ideo poterit fieri exequutio in caſtro, & loco delicti, non obſtante gratia, & ſolutione obtenta in ciuitate Aſſiſij. Bal. *conſ.292. Punctus ſic proponitur.lib.4.* vbi pro vtraq; parte allegat, & tenet locũ delicti attendi, ſi præuenit, maxime, quando in alio loco non eſt condigna punitio 18 facta, ſed obtenta gratia in parte. † Limita, quando pœnæ veniunt applicandæ diuerſo fiſco; quia ſi inquiſitus in pluribus locis patitur ſe condemnari à pluribus iudicibus concurrentib. in inquiſitione; eo caſu propter effectum rei iudicatæ poterit vterq; iudex ſuã ſententiam exequi. Bal.*conſil.430. Circa primũ, n.2.ver. ſuper ſecundo.lib.4.* 19 vbi dicit ſecus eſſe, quando fuiſſet oppoſitũ de præuentione. † Imo etiam ſunt caſus aliqui, in quibus pro vno delicto apud plures condemnatur etiam facta oppoſitione. Vide, *Delictum vnicum quando in* 20 *plurib.locis puniri poſſit. Concl.170.* † Declara; quia limitatio procedit, quando locus delicti, & locus domicilj ſunt diuerſorũ dominorum; quia de conſuetudine, & de facto vnuſquiſq; exequitur ſuam condemnationem; ſecus, ſi ſunt ſub eodem principe; quia eſt locus præ- 21 uentioni. Bal.*conſil.124 per tot.* maxime *circa fin.lib.5.* † Limita in caſibus, in quib. fiunt remiſſiones hodie, videlicet, qñ ciuitates ſunt ſub eodem Principe; quia tunc non eſt tutus delinquens in vna, ſi fugiat ad aliam: item, qñ ſumus in atrocibus; quia ſolent Principes facere remiſſiones; & ideo cautela eſt, vt obtineatur ſaluus cõductus, quia tunc erit tutus, nec fiet remiſſio. Clar.*in § fin.q.38.n.21.ver. hæc tamen.* 22 vbi late. † Limita in delicto continuato in plurib. territorijs. Vide, *Continuatio actus, vel delicti multa operatur. Concluſ.978.* Vide, *Delinquens in vno territorio an ſit tutus in alio territorio. Concluſ. prox.ſeq.& Concluſ.prox.præced.* Vide, *Præuentio multa operatur, & quæ, & quando ſecus. Concluſ.646.*

Delinquens in vno territorio an ſit tutus in alio territorio, vel non. Concluſ.183.

1 DELINQVENTES † in vno territorio, & aufugiẽtes ad aliud territorium olim ad requiſitionẽ iudicis delicti capiebantur, vbi inueniri poterant, & remittebãtur ad locum delicti; hodie verò iſtæ remiſſiones non fiunt de cõſuetudine, & conſequenter neq; delinquentes capiuntur. Bal.*conſil.458. Iſti ſacrilegi.lib.4.* Fulg.*conſil.109. Super inquiſitione, nu.1. verſ. Illud namque, & nu.2.* vbi adducit rationem, quare tunc fiebant remiſſiones; quia omnes Ciuitates erant ſubiectæ populo Romano, hodie verò non fit remiſſio, quando ſunt li- 2 beræ iuriſdictiones; quia vna non ſubeſt alteri. † Amplia; quia delinquens in vno territorio, ſi aufugiat ad aliud territorium francũ, non poteſt ibi puniri. Bal.*conſ.401. Super facto Domini, in fin.lib.5.* Fulg.*conſil.149. Super inquiſitione, in princip.* vbi, quod ita obſeruat conſuetudo in terris liberis, quæ non ſunt ſuppoſitæ alteri Ciuitati, prout dat exemplum de Florentia, & Senis, & Caſtrenſ.*conſtil.309. De iure commun.* & plenius *conſ.315. Præſuppoſita.lib.2.* vbi reddit rationem; quia cum ibi non deliquerit, neque ſortiatur forum ratione originis, neque 3 domicilij, non poteſt ibi puniri. † Extende in tantum capturam eſſe nullam, vt debeat priſtinæ libertati relaxari; quia fuit violentia ablatiua propriæ libertatis. Caſtrenſ.*d.conſil.309. colum.2.* vbi allegat Bart. in ſua *quæſt.6.* quæ incipit, *Lapus.* & plenius idem Caſtrenſ.*conſ.* 4 *315.per tot.lib.2.* † Extende in tantum, vt quicquid iudex loci, in quo non deliquit, fecerit, ſit nullum, ita vt ſi captus confiteretur delictũ, 5 confeſſio eſſet nulla. Caſtrenſ.*d.conſ.315.lib.2.* † Imò quod plus eſt, ſi iudex conſignaret captum iudici loci, in quo deliquit, & coram eo confiteretur, adhuc non poteſt puniri, ſed debet priſtinæ libertati prius dimitti tanquã ſpoliatus, nec admittitur exceptio proprietatis, videlicet confeſſio, & quod cõſtat de delicto; quia prius debet relaxari priſtinæ libertati, quæ importat, vt libere dimittatur extra terri- 6 torium, ita vt ſit tutus. Caſtrenſ.*d.conſ.315. per tot.* maxime *in fin.* † Extende; quia prædicta procedunt etiam in ciuitatibus ſub eodem dominio & iuriſdictione, quando adeſt forma ſtatuti diſponens, quod debeat fieri captura ad literas iudicis loci delicti, quando delinquẽs fuit bannitus; quia ſi iſta forma non eſt ſeruata, captura, & inde ſequuta ſunt nulla, & debet relaxari. Caſtrenſ.*d.conſil.309.& 315.lib.2.* vbi loquitur de delinquẽte in territorio Paduæ, capto in territorio Vicentiæ, ſed iſta non admitterentur; quia ſunt ſubtilia, & reipublicæ intereſt delicta puniri. Vide, *Continuatio actus, vel delicti multa ope-* 7 *rantur. Concl.978.* † Declara, niſi delinquens aſſecuratus in territorio libero de nouo delinqueret, vel tractatum faceret de delinquendo 8 extra territorũ; quia poſſet puniri. Bal.*conſ.401.in fi.lib.5.* † Extende, vt procedat, etiamſi ciuitas ſit cõfœderata alteri ciuitati, in cuius territorio ſit commiſſum delictum; quia nõ poterit puniri in territorio alterius ciuitatis cõfœderatæ, in quo non deliquit; quia bannitus ex vno territorio, puta Florentiæ, non eſt bannitus à territorio Senarũ, licet ſint confœderatæ, quando ſunt liberæ. Fulg.*d.conſ.149.in princ.* † Amplia; quia is, qui interfecit hominem extra territorium Anco- 9 næ, & tàm homicida, quam interfectus erant forenſes, ſi homicida reperitur Anconæ, nõ poteſt ibi puniri de homicidio etiam ad accuſationem partis, niſi ibi conſtituerit domicilĩ, vel niſi ſit vagabundus, ſed debet remitti ad ſuũ iudicem. Angel. de Perus.*conſ.27. Quidam Victor.per tot.* † Amplia in tantũ eſſe verum, quod delinquens nõ 10 poteſt puniri, niſi à iudice, in cuius territorio deliquit, vel à iudice, in cuius territorio domicilium habeat, ita Alex.*conſ.166. Videretur in pr. ver. tamen iſtis non obſtan.nu.2.& ſeq.lib.7.* vbi tollit contraria, de *l.1.C. vbi de crim.agi oport.* dum dicit, vbi reperiuntur, videlicet domicilium, vel forum habentes, vel loquitur in vagabundo. † Extende, vt pro- 11 cedat, etiamſi in loco plurimũ conuerſatur; quia ibi poterit puniri, licet aliqui teneant, quod requiratur conuerſatio per decennĩ, quia tanto tempore domicilium conſtituiſſe præſumitur, vt Alex.*d.conſil.* *166. Videretur, n.4.ver. poſſet etiam lib.7.* tamen apoſtil. ibi in *verb.decem.* dicit, quod non requiritur tantum tempus, & allegat multas authoritates. † Contrarium dicit Alex.*conſ.216. Ponderatis.num.15.lib.6.* vbi 12 quod ſolum poteſt inquiri, & puniri de ijs, quæ cõmiſit in loco, vbi conuerſatur, & dicit non obſtare, quod etiamſi non conuerſaretur in loco, quilibet delinquens fortitur forum in loco delicti; quia dicit ipſe, conuerſans in loco, prout ſcholaris, non conuenitur, niſi pro iis, quæ in loco fecit. † Declara; quia contrarium procederet forte in ci- 13 uilibus, non in criminalibus; vel melius; quia non poterit puniri de ijs, quæ extra locum commiſit delinquẽdo, niſi de eis accuſetur, & ibi reperiatur. Vide, *Delinquens extra territorĩ quando, & qualiter pu-* *niri poſſit. Concl.181.* † Amplia, vt procedat, etiamſi delinquens eſſet 14 vagabundus; quia delinquens in vno territorio, non punitur in alio territorio libero; quia in alio territorio eſt ſecurus, & ita ſeruari de conſuetudine, dicit Fulgoſ.*d.conſ.149.in princip.ver.ſuper primo*, licet Alexan.*conſ.166.nu.3.ver. nec obſtat, lib.7.* videatur tenere contrariũ, quod vagabundus vbique puniri poteſt. † Amplia, vt procedat et- 15 iam in eo, qui eſt originarius vnius loci, & tranſtulit domicilium ad alium locũ; quia ſi in alio loco delinquat, vbi habet domicilium, nõ punitur etiam in loco originis; quia non offenditur iuriſdictio, quãdo extra territorium cõmittitur delictum. Fulgoſ.*d.conſ.149.n.2.verſ.* *nam ſi quis.* † Extende, etiamſi non tranſtulit domicilium; quia ſi 16 originarius Sonzini, qui eſt locus territorij Cremonæ, delinquat in agro Brixienſi, non poteſt inquiri per officialem Sonzini, ſed bene ad accuſationem partis poteſt puniri de iure. Signorol.*conſ.128. Factum dicitur.* † Amplia; quia licet bannitus ab vna Ciuitate Ducatus 17 ſit bannitus à toto Ducatu; ſi tamen illa ciuitas, à qua eſt bannitus ſeparetur à Ducatu; tunc non erit bannitus à Ducatu. Clar.*in praxi,* *§.fi.q.71.n.11.verſ.quæro modo.* † Amplia; quia delinquens in loco non 18 põt puniri in alio loco confœderato, niſi capitula fœderis aliter diſponant. Clar.*d.§.fin.q.71.n.11.* & plenius *qu.38.n.10.* vbi apoſtil. dat concor. † Amplia; quia imo ſi delinquens in vno territorio fugiat 19 in aliud territorĩ, & ibi capiatur per officialem loci cõmiſſi delicti, tanquam ſpoliatus debet reſtitui priſtinæ libertati. Bald.*conſil.209. Quidam ſubditus.per tot.li.2.* Vide, *Captus in alieno territorio an reſtituendus. Concluſ.62.* Vide, *Delinquens in vno loco non poteſt puniri in alio loco pro* *eodem delicto. Concluſ.182. quæ eſt proxima præcedens.* † Limita in delin- 20 quentib. circa atrociora, prout ſunt derobatores Eccleſiarum; quia non eſt præbendum auxilium ſimilibus ſceleratis; ideo capi debent, & remitti, vel ſaltem puniri vbique. Bald.*d.conſil.458.libr.4.* Vide, 21 *Delinquens extra territorium quando, & qualiter puniri poſſit. Concluſ.181.* † Limita in territorio eiuſdem Principis diuerſo ſtante decreto, quod bannitus ex vno loco ſit bannitus ex alio; quia tunc dicitur bannitus in alijs locis ſtatus eiuſdem Domini. Signor.*conſ.89. col.3.n.* *4.ver.redeo ad ſecundum.* † Limita, quando territoria ſunt quidem 22 diuiſa, ſed ſub eodem dominio; quia tunc delinquens in vno punitur in alio territorio eiuſdem Domini; quia fit remiſſio, prout fiebat iure Romanorum, *l.1.C.vbi de crimin. agi oport.* & ita declarat Fulgoſ. *dict.conſ.149.nu.1.ver.illud namque, & num.2.* † Reſtringe quoad ca- 23 pturam; quia vnus officialis vnius ciuitatis non capit delinquentem in territorio alterius ciuitatis, aliàs captura eſſet nulla, *ſup.n.19.* † Li- 24 mita in aſſaſſino; quia vbique puniri poteſt, & debet, *cap.1.de homic.* *in 6.cum ibi not.* quia vbique eſt diffidatus. † Declara tamen; quia 25 limitatio procedit, quando fuit declaratus aſſaſſinus, qui vbique punitur, ſed an requam ſit declaratus, licet mandatarius prætenſus fateatur; tamen prætenſus mandans ex ſola confeſſione mandatarij in loco, vbi non haber domicilium, neque deliquit, non poteſt inquiri vel puniri, ita plene Alex.*d.conſil.166. Videretur, per tot.* maxime *nu.* *5.& ſeq.lib.7.* vbi eſt caſus conſil. † Limita, niſi delinquens proroga- 26

ret iurisdictionem; quia tunc bene vbique potest de delicto puniri, Alex.*d.consil.166.nu.4.ver.posset etiam lib.7.*

Delinquens & mandans delinquiant idem maleficium committant, vel non Concluſ.184.

1 DELICTVM † facientis, vel fieri facientis homicidium, vel assassinium dicitur idem. Bald.*consil.103.Non est pœna mortis, lib.2.circa med.* Alex.*cons.65.Visa quadam, in princ.lib.4.* vbi allegat plurima argumenta, licet postea declaret, sed Apost. ibi *in ver.mandante.* dicit, quod imò mandans vere dicitur Princeps, & author delicti. *l.in hoc iudicio.ff.de seruo corrupt.* & vere, & principaliter delictum ipse committit, & consilium Alexand. est Vincent. Palæot. vbi plura cumulat, quomodo mandans fieri dicatur facere vere, vel non, & *nu.9.* allegat plures tenentes hanc partē, quod mandans fieri homicidium
☞ teneatur de homicidio. Vide, *Mandatum ad delictum non probatur, ni-*
2 *si constet de mandatario, & quando secus. Concluſ.35.* † Extende, vt procedat etiamsi post mandatum ex longo interuallo sequatur homicidium. Alexand. *d consil.65 numer.9.in fin. & 10.ver.quinimo, libr.4.*
3 † Contrarium, quod ille, qui mādat aliquid fieri, non dicitur vere facere, sed interpretatiue, *l.1.§.deceisse.ff.de vi, & vi arm.* Alexand. *d. cons.65.num.11.ver. sed his non refragantibus. libr.4.* quod est Vincentij Palæotti; & ideo statutum non comprehendit casum fictum, & non
4 verum, & maxime *nu.12.* † Declara; quia si statutū loquitur per verba denotantia actum mediatū, prout si statutū dicat, *si quis commiserit homicidium*; & tunc mandans teneatur pœna homicidij; si vero loquatur per verba denotantia actum immediatum secus, prout si dicat statutū, *si quis occiderit*, ita Alex.*d.cons.65.n.9.ver.hanc sententiam, lib.4.* † Declara, & est eadem quasi declaratio; quia si statutum loquitur in rem, puta, *homicida, vel homicidium committens*; & comprehendit mandantem, aut loquitur in personam, videlicet, *qui occiderit*; & non comprehendit. Alex.*d.cons.65.n.13.& 14.cum seq.lib.4.* vbi po-
6 nit plura exempla. † Declara; quia mandans aliquid fieri, quod de se licitum est, dicitur vere facere; secus, si mandatur aliquid illicitū fieri, prout furtū, & homicidium; quia vere non facit, sed interpretati-
☞ ue. Alex.*d.consil.65.n.13.& num.17.vsq; in fi.4.* Vide, *Faciens per alium*
7 *quando dicatur facere per se ipsum. Concluſ.7.* † Ratio est; quia mandans non punitur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum. Clar.
8 *in §.fin.quæst.38.nu.6.* & plenius *qu.89.ver.scias autem.* † Differentia tamen est; quia delinquens dicitur causa proxima, mandans fieri deli-
☞ ctum dicitur causa remota. Natt.*consil.79.n.11.lib 1.* Vide, *Homicida*
9 *quis dicatur, & de multiplici homicida. Concl.147* † Amplia; quia statutum puniens homicidam, vel delictum committentē, ita comprehendit illum, qui facit homicidiū, quàm illum, qui mandat fieri; ita cōmuniter obseruari, & magis communē dicit * esse opinionem Gandi. in
* *tit.de transact.in fin.* quem refert, & ita obseruari dicit Alber. *in 3.part.*
10 *stat.44.num.15.* † Declara, quia imo si statutum loquitur in personā, videlicet, *qui occiderit*, non comprehendit mandantem; si verò loquitur in rem, videlicet, *pro homicidio ponatur pœna talis*, tunc comprehendit mandantem, hanc opinionem tenet Bartol. *in l. sed si vnius, §.seruus, numer.2. & seq.ff.de iniur.* quam communem, * & magis
* communem dicit Iul. Clar. *in §.fin.q.89.num.2.ver.sed quæro.* vbi plures allegat; quia mandans non dicitur proprie facere, sed interpreta-
11 tiue. † Extende; quia si statutū prohibet fieri pacē pro aliquo delicto, nedum cōprehendit principalem delinquentē, sed etiam mandan-
* tem, ita Clar.*d. §.fin.q.58.n.2.vers.vnum autē.* vbi dicit * communem.
12 † Amplia; quia mandans fieri delictum puniri debet in loco delicti, prout ipse delinquens; quia mandans non punitur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum. Clar.*in §.fin. quæstio.38.nu.6.ver.item*
* 13 *quæro.* vbi dicit * communem. † Extende, vt idem sit in eo; qui non dedit mandatum à principio ad perpetrandum homicidium, sed factum homicidium pro sua cautione Florentiæ, ratificauit Senis; quia debet puniri Florentiæ, vbi delictum est commissum, non autem Senis, vbi ratificauit. Clar.*d.§.fin.quæst.38.numer.7.*
* 14 *vers.sed pone.* vbi de * communi. † Restringe in eo, qui Mediolani fecit tractatum de interficiendo aliquo extra statum; quia sequuto homicidio potest puniri Mediolani in loco tractatus, licet sit forensis, & ita fuisse decisum per Senatum, dicit Clar.*d.§.fin. quæst.38.nu.8.*
15 *ver.vidi aliquando.* † Declara restrictionem, quando is, qui tractauit homicidium in dominio, non perpetrauit à se ipso delictum, sed illud extra statum commissum fuit ab alio; secus, si à se ipso; quia tunc tractatus transfunditur in delictum homicidij, ita dicit Clar. iudicatum fuisse per Senatum, ipso contradicente, & pro contrario, quod imò possit puniri, licet ipse interuenerit homicidio, allegat Bolog.
16 *cons.8 in 2.dub.* & ego addo Bal.*cons.154 lib.1.& cons.46.lib.3.* † Limita; quia si mādans & mandatarius corā diuersis iudicib. conueniantur, nō possunt petere se remitti ad eundem iudicē, quod notandum dicit Clar.*d.§.fin.q.38.n.6.ver.dicit tamen* Bal. vbi, quod contrarium seruaretur, si iudices diuersi essent eiusdem Principis. Vide, *Mandans & mandatarius ad delinquendum qualiter puniantur. Concluſ.36.* Vide, *Mandatum ad delictum ex quibus probetur, vel non. Concluſ.34.*

Delinquens repertus in flagranti qualiter puniatur. Concluſ.185.

REPERTVS † in flagranti crimine potest inquiri per iudicem, & 1
contra talem potest procedi vsq; ad sententiam iuris, ordine nō seruato. Iul. Clar. *in prax. crimin. quæst.8. in princip.* † Quis autem 2
dicatur esse repertus in flagranti, dicas, quod is, qui in ipso actu delicti deprehenditur, dicitur esse in flagranti repertus. Farinac. *qu.21.nu.148.ver.aduerte tamen.* & dicitur fere in flagranti etiā is, qui circa præparatoria furti, & delicti deprehenditur, prout in fure, fuga ex loco, & quando quis est in loco vicino latitans; secus, si post delictum reperiatur ibi, *nu.151.& 156.* † Extende; quia potest torqueri repertus 3
in flagranti; quia non facit plenā probationē, vt possit condemnari, sed vt possit torqueri. Clar.*d.q.8.n.2.* † Contrariū infra in limitatio- 4
ne, *n.21.& seq.* † Extende; quia non debet dari copia processus & in- 5
diciorū, neq; terminus ad faciendū suas defensiones reperto in flagranti, quando etiā aliter constet de delicto, & quod ita practicatur, Clar.*d.q.8.nu.3.ver.sed nunquid.* † Declarat Iul. Clar. *d.praxi qu.8.ver.* 6
ergo si reus; quia si est repertus, & confessus; tunc dicit praxim bonam esse, quod expediatur, nec detur copia, vel terminus; idem si repertus est, & cōuictus per testes, aliàs secus. † Extende; quia non requi- 7
ritur sententia cōtra talem deprehensum in flagranti, secundū communem; * sed tamen quod requiratur saltem decretum exequutio- *
nis, dicit Clar. vbi supr. *q.8.n.4.ver.quæro.* † Extende; quia nec appel- 8
lat, qñ est confessus, & deprehensus in flagranti, etiamsi non ratificauit; quia delictum est notorium. Gram. *decis.36.nu.30.& seq.* vbi *nu.* 35. quod non est suspendenda exequutio per talem appellationem, quando captus in flagranti est confessus, & *n.69.* vbi, quod dum reus instat, quod exequutio protrahatur, debet interfici, postea inquiri. † Amplia; quia Clericus repertus in flagranti delicto sine habitu pōt 9
puniri per iudicem seculare; quia perdit priuilegiū. Iul. Clar. in *§.fin. q.36.n.19.* vbi recitatis opinionib. hinc inde, dicit * vtramq; communem, sed quod ita seruatur in Ducatu Mediolani, nisi esset beneficiatus Clericus, & in possessione beneficij. † Amplia; vt procedat et- 10
iam in Clerico in sacris constituto etiam presbytero; quia si se immisceat in criminib. enormib. & deprehendatur in flagranti sine habitu pōt puniri per seculare, etiamsi non sit ter monitus. Iul. Clar. in *d.§.fi.q.36.n.23.* vbi dicit arduam esse quæstionē, & vtramq; opinionē *communē, & ita vidit seruari in enormibus, etiam non data perse- *
uerantia, & enormia sunt, homicidium proditorium, falsa moneta, læsa maiestas, & similia. † Extende; quia Clerici reperti in flagranti 11
portantes arma contra bannimenta possunt spoliari armis, & pœna pecuniaria puniri; non tamen corporali, sed in Francia seruatur cōtrarium, quod etiam pœna corporali puniuntur. Iul. Clar. *d.§.fi.q.38.* *
n.26.vers. vlterius quæro. vbi, quod magis cōmunis * opinio est, quod etiam clerici ligentur, aliàs turbaretur quies ciuitatis, saltem quoad pœnam pecuniariam. † Amplia; quia probatur quis in flagranti de- 12
prehensus, si in actu delicti deprehenditur. Farinac. *q.21.n.155. & seq.* Gram. *decis.36.* Decian. *in 2.vol.crim.lib.8.c.4.in pr.n.4.* prout etiam de fure reperto in flagranti, Clar. *in §. homicidium.nu.47.* † Et æquipa- 13
rantur ista duo, quod delictum sit notorium, vel quod sit de prehensus delinquens in ipso delicto, glos. & Doctor. *in c.cum non ab homine. in ver.deprehensus, de iudic.* plene Gramm. *decis.36.n.8.* Farin. *vol.1.q.21. nu.133.* † Amplia, quia Clericus repertus in flagranti per iudicem se- 14
cularem, imo per priuatum quēcunq; potest capi, vt consignetur iudici Ecclesiastico. Iul. Clar. *in §.fi.q.28 num.6.* † Amplia; quia licet in 15
captura personali requiratur mandatum speciale; tamen secus est in ijs, qui reperiuntur in flagranti; quia capi possunt sine mandato etiā à priuatis, vt ad iudicem conducantur. Iul. Clar. *in praxi.§.fi.q.28 n.7.*
† Amplia; quia reus carceratus, qui in flagranti fuit repertus, non re- 16
laxatur sub fideiussione, qui aliàs relaxaretur, si non esset in flagranti, Arimin. *in addit. ad Ang. ver. fama publica, ver. Tu autē in hac materia.* plenius Marsil. *in prax. ver. attingam.* vbi plura adducit. † Amplia; quia 17
fur, & adulter reperti in flagranti possunt impune interfici, cum distinctione, de qua plene Clar. *in §. homicidium, num.47.& 48.* † Li- 18
mita; quia non dicitur repertus in flagranti, quem iudex videt delinquere; ideo non poterit iudex, videns illum delinquere, condemnare, nisi aliter constet clare, quod deliquerit. Clar. *d. quæst.8.nu.5.ver.* *sed pone.* † Extende; quia nec potest torquere; quia si hæc concede- 19
rentur iudici, posset multa mala facere. Clar. vbi supra. † Restringe; 20
quia solum potest inquirere, & probationes sumere absq; denuncia, vel alia diffamatione, sed tamen copiam dare debet. Clar. *d.q.8. in fi.*
† Limita; quia repertus in flagranti crimine non potest condemnari; 21

quia

quia deprehensio in flagranti non probat plene; & ideo iudex debet aduertere, ne procedat statim ad exequutionē, nisi aliter constet de
22 delicto. Clar. *d. prax. crim. q. 8. n. 2.* † Et ideo dicit ibi Clar. quod cauti iudices captum in flagranti examinant, & si cōfitetur, exequutionē faciunt, si negat, ponunt ad torturā illico; & dicit, quod licet reperiatur innocens, iudex non tenetur; monet tamen iudicem, vt torqueat tanquam homo discretus, ne aliàs incidat in punitionē, & ser-
23 uare debet qualitates personarum delictum, &c. † Extende; quia neq; debet torqueri, nisi adsint indicia sufficientia; quia licet repertio in flagranti operetur, quod possunt negari indicia, & procedi ad torturam; tamen intelligitur, extantibus indiciis legitimis quia non est standū nuncio referenti, vel birrtuarijs vilibus, & interessatis. Decian. in 2. *volum. crimin. lib. 8. cap. 4. num. 6. & seq.* quod etiam admit-
24 tit Farinac. *quæst. 21. nu. 156. & seq.* † Restringe in leuibus; quia reperti in flagranti ponuntur adȷ catenam, vel berlinam absq; processu; & idem de furantibus vuas, ducuntur ad Palatium ad catenam cum vuis ad collum. Clar. *d. quæstio 8. numer. 2. vers. cæterum in leuibus.* vbi lo-
25 quitur etiam in vilibus personis. † Idem est in repertis cum armis; quia compelluntur soluere pœnam, & dicit, quod etiam nobiles quandoque deprehensi cum armis fuerunt posti ad ictus funis, & quod non est mala practica, ita Clar. dicit *quæst. 8. nu. 2. in fin. ver. bene*
26 *vidi.* † Restringe etiam in arduis, quando periculū esset in mora, puta, tumultus populi, vel seditio; quia tunc posset fieri exequutio cōtra repertum in flagranti, & licet voces vanæ populi non sint exaudiendæ; tamen illud est, vt non innocens puniatur, sed vt merens
* puniatur, & potest accelerari exequutio ad voces populi, ita Clar. *d. qu. 8. n. 5. in fin. ver. bene verum est*, vbi dicit * communem.

Delinquentes plures an teneantur in solidum, vel pro rata. Concl. 186.

1 DAMNVM † illatum à pluribus coadunatis à certo caporali, seu capite, debet refici ab ipso coadunante in solidum, & in totum etiam pro aliis; secus est quoad coadunatos, qui tenentur solum pro facto suo, glos. in *l. 2. § si quis non homines*, vbi Bart. *ff. vi bonor. raptor.* vbi ponit exemplum de Comite Alberto, vt non teneatur ad damnum illatum à bannitis Bononiensibus; quia ipse nō adunauit.
2 † Contrarium tenet Bald. quoad particulares, vt imo teneantur omnes in solidum, siue sint caporales, siue sequaces; quia si omnes cōcurrunt ad vnum delictum, prout ad incendium, ad furtum, ad homicidium, tenentur omnes in solidum, si vero se diuidunt, vt quia aliqui ad vnum delictum, alii ad aliud delictum; tunc non tenentur, nisi per modum delicti singularis. Bald. *cons. 140. Factum se habet, vi-*
3 *gente guerra, n. 2. vers. super 2. li. 4.* † Declarat plene Bart. *cons. 24 Ex facto, col. 2. ver. modo restat videre, vsque in fin. lib. 2.* vt licet teneantur in solidum, prout plures rei inuicem fideiubentes; tamen hæc tacita, & consequens fideiussio non producit inter eos officium obligationis; quia si vnus soluit in solidum, non repetit à correo per actionē mandati; & hoc est verum; quando vnus quisque percussit; quia non tenentur sibi inuicem de auxilio, ex quo omnes tenentur de principali delicto, ne ex eodem delicto duo effectus resultēt; sed si plures sunt principales delinquentes, & ex facto plurium consummatur delictū quod per alterū solum consummari nō poterat, omnes principaliter
4 tenentur in solidū, non accessorie. † Amplia in magistratibus delinquentibus ex dolo; quia quilibet delinquens tenetur in solidum; secus, si cesset dolus; quia solum tenetur pro rata delicti. Bald. *cons. 329.*
5 *Quidam Priores, li. 4.* Vide, *Magistratus delinquentes quando teneantur omnes in solidum. Concl. 2.* † Amplia; quia plures delinquentes contra vnū
* tenentur, omnes in solidum, communem * dicit Natt. *cons. 79. n. 10. li.* 1. & sequitur de communi attestando Iul. Clar. in *praxi crim. § fi. quæst.*
* 84. *in fi.* & hanc esse regulam communem * dicit Franc. Aret. *cons. 14.*
6 *Viso & diligenter, n. 15. in fi.* † Extende in pluribus inferentibus metum contrahenti; quia tenentur omnes in solidum. Franc. Aret. *d. cons. 14.*
7 *n. 15. in fin.* † Limita; quia omnes tenentur in solum expresse pro delicto consummato per omnes quod per partem non potuisset cōsummari, veluti si ad homicidium committendum tres fuerunt contra vnum; quia licet per vnum ex tribus sint illata vulnera, aliis duobus præstantibus auxilium, omnes in solidum tenentur expresse de homicidio, *l. ita vulneratus, § cum plures. ff. ad l. Aquil.* sic declarat Bart. *cons.*
8 *24. Ex facto, circa finem, n. 3. v. sic, & in proposito, li. 2.* † Restringe, quando, puta, decem percusserunt duos, videlicet, quinque percusserunt Titium, & alii quinque percusserunt Seium, ex quo omnes percusserūt, & tenentur de delicto principali; non tamen tenentur de auxilio, quod venit in quandam consequentiam, ne ex eodē delicto plures effectus inducantur; & quia quando adest delictum principale in omnes, non attenditur delictum in consequentiā; & quia dato, quod dici posset, quod tenerentur in solidum, tenentur tanquam plures correi inuicem fideiubentes; quia vno soluente totum non repetitur ab aliis actione mandati, sic declarat idem Bart. *d. cons. 24. col. 2. vers. modo restat, vsque in fin. li. 2.*

Delinquens semel quando semper sit delinquens, vel non. Concl. 187.

NOMINA, quæ † sunt significatiua delicti, semel acquisita, assi- 1
duitatem non requirunt, prout cessans, fugitiuus, latro, & similes. Rom. *cons. 404. In casu proposita, nu. 2. & 3.* vbi, quod qualitates semel influxæ malæ non cessant, licet recedatur à malo, allegat Bar. in *l. legatis seruus, in pr. ff. de legat.* † Contrarium tamen tenet ipse Rom. *d.* 2
cons. 404. nu. 4. per tot. vers. his tamen non refragantib. per totum consiliū. vbi apost. in *ver. amplector*, dat plurimos concordantes; quia imò cessante causa cessat effectus; ideo si cessans efficitur diues, non amplius est cessans, & dat plura similia, & à cessante ratione cuiusdam constitutionis Perusinæ, vt ibi.

Delinquentes puniri non possunt multi, & quando, & ex quibus excusentur. Concl. 188.

MINOR † ætas excusat à delicto, videlicet, infantes absolute, 1
impuberes à delicto in omittendo, vel etiam in committendo quando sine dolo, & si cū dolo semper excusantur à pœna mortis, & mutilationis membrorum, alii minores excusantur, vt pœna minor, quam ordinaria imponatur. Clar. *§. fi. qu. 60. in prin.* Grammat. plene *decis. 23. n. 11. & seq.* Vide, *Ætas minor excusat in multis. Concl. 345.* Vi- 1
de, *Minor excusatur in multis, & quantum duret excusatio. Conclusio 242.*
† Senectus excusat in hoc à delictis, quod mitius punitur senex, se- 2
cundum magis * communem. Clar. *d. § fin. quæst. 60. numero 6. versic.* *
successue quæro, qui dicit non vidisse obseruari; nisi in delictis leuibus.
† Antiquitas etiam delicti commissi, veluti si vltra decem annos ex- 3
cusat, ne pœna mortis puniatur, sed mitior pœna imponitur. Clar. *d.*
§. fi. quæst. 60. n. 32. vbi dicit * communem, sed dicit in leuibus suffra- *
gari, non in atrocibus, neque si quis fuit contumax. † Furor excusat 4
furiosum à pœna delicti; quia quicquid agit, ignorat, & satis furore suo torquetur, communem dicit * Clar. *d. §. fin. qu. 60. nu. 7. ver. item* *
quæro, vbi limitat certis casibus, & extendit, quos videas. Vide, *Furio-* 1
sus delinquens non punitur, & quando secus. Concl. 546. † Ira, seu iracundia 5
dicitur breuis furor; & ideo excusat in delictis, vt delictum calore iracundiæ commissum minuat pœnam delicti, communem * dicit * Clar. *d. §. fi. quæst. 60. n. 9. vers. est etiam ira.* vbi declarat, quod si ira prouenit ex iusta causa, excusat, vt mitius puniatur, prout in viro, qui occidit vxorem repertā in flagranti, aut ex iniusta causa, & in aliquo non excusatur, & dicit * communem, licet quandoque etiam fuisse *
minutam pœnam, licet ex iniusta causa. † Amor est species furoris; i- 6
deo excusat, vt pœna minuatur, plura exempla ponit idem Clar. *d. §.*
fin. quæst. 60. num. 10. vers. est, & amor. licet etiam alleget Grammat. *de-*
cis. 36. vbi amor in nihilo excusauit, sed ibi ob atrocitatem, & frequentiam delicti, vt ipsemet Grammat. declarat. † Ebrius, seu ebrie- 7
tas excusat à dolo; & ideo mitius punitur. Clar. *d. § fin. quæst. 60. n. 12.*
vers. præterea quæro. vbi, quod ebrius sine sui culpa, (quia aliqui socij misso sale in vino illum ebrium reddiderint) excusatur in totū à pœna, licet etiam subiungat, quod vidit plures prætextu ebrietatis non euasisse impunitos, & ibi apostil. *in ver. ebrius.* dicit, quod etiamsi propria culpa sit ebrius, nō potest puniri pœna ordinaria vltimi supplicij. Vide, *Ebrius & ebrietas multa operatur. Concl. 1.* † Dormiens pari- 1
ter nō punitur, si deliquat in somnijs; ideo iudicatur de eo, tanquā 8
de furioso. Iul. Clar. *d. § fin. quæst. 60. numer. 13. ver. quæro etiam.* vbi declarat, quod procedit, quando dormienti talia euenire non solent, alias secus; quia debet præcauere, vt solitus delinquere in somnijs, non delinquat, claudendo ostium, amouendo arma; ideo pœna extraordinaria propter culpam puniri debet. Vide, *Dormiens non de-* 1
linquit. Concl. 716. † Ignorantia excusat delinquentem, etiamsi 9
sit iuris ignorantia, in ijs, quæ non sunt de iure prohibita, communem * dicit Clar. in *§. fin. quæstio 60. nu. 14. ver. quæro, nunquid.* † Me- *10
tus & minæ excusant secundum arbitrium iudicis à delicto. Bertazol. *consil. 172. num. 8. & seq.* vbi apostill. † Metus excusat à delicto, 11
secundum communem, * de qua Clar. *d. fin. quæst. 60. nu. 17. vers. quæ-* *
ro modo. vbi, quod si quis committat homicidium metu, non punitur pœna ordinaria, sed mitiori. Vide, *Metus operatur multa. Concl. 222.* 1
† Mandatum alterius excusat à delicto, & pœna, quādo illud, quod 12
fit ad mandatum alterius, non est de genere prohibitorum, prout in operarijs missis ad incidendum ligna in alieno à tertio, qui dicebat esse sua; quia excusantur, nisi sciuerint, vel nisi post inhibitionē, vel nisi de nocte inciderint. Iul. Clar. *d. § fin. quæst. 60. nu. 15. ver. solet dubi-*
tari. vbi dicit * communem. † Prouocatio licet non excusset delin- *13

quentem; tamen operatur, quod mitius punitur, * communem dicit Clar. *d.* § *fin. quæst.* 60. *num.* 18. *ver. nunc quæro.* vbi dat exempla, quod ita fuit obseruatum. Gram. *decis.* 23. *in princ.* Vide, *Prouocatio qualiter prouocatum. Conclus.* 953. † Incertitudo deliquentis excusat, vt si duo rixantur, & feriuntur, ignoratur tamen aggressor; quia si agatur de pœna corporali, absoluendi sunt propter incertitudinem, si agatur de ciuili, ne delicta impunita remaneant, vterque punitur. Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 60. *numer.* 31. *vers. vidi ego.* Vide, *Incertitudo multa operatur. Conclus.* 67. † Dubietas, n si delictum, vel non, operatur, quod in dubio delictum excluditur. Vide, *Verba dubia interpretari debent, vt delictum excludant. Conclus.* 107. † Iustus dolor non operatur, vt delinquẽs impunitus euadat, sed tantum operatur, quod pœna delicti minuitur, vt in marito interficiente vxorem repertam in adulterio. Clar. *d.* §. *fin. q.* 60. *nu.* 19. *ver. sed hic quæro.* vbi, quod debet probari causa iusti doloris, & quod ex illa causa motus sit delinquens. † Minoræras excusat delinquentem, vt mitiori pœna puniri possit, & debeat. Farin. *q.* 11. *nu.* 33. Bertaz. *cons.* 208. *nu.* 27. *& seq.* vbi, quod pœna corporali non potest puniri, & dicit * cõmunem. Vide, *Minor qualiter posit inquiri, & condemnari. Concl.* 256. † Clandestinitas, videlicet, quando delictum est secretum, minuit pœnam; quia is, qui publice blasphemat, vel publice delinquit, maiori pœna punitur, quã is, qui secreto blasphemat, vel delinquit. Clar. *d.* §. *fin. qu.* 60. *n.* 20. *ver. sed an fortè.* vbi declarat hoc procedere in ijs, quæ semper sunt delicta illicita: in ijs verò, quæ possunt esse delicta, & non delicta, prout, quod tutor contrahat cum pupillo, quod cõtractus sit simulatus, vel non; tunc magis grauatur is, qui facit actum occultum, quàm publicum, quia clandestinitas arguit dolum eo casu. Vide, *Clandestinitas sapit dolum, operatur multa. Concl.* 285. † Confessio spontanea delinquentis inducit diminutionem pœnæ de iure communi, secundum communem *, de qua Iul. Clar. *d.* § *fi q.* 60. *n.* 34. *ver. non desunt.* qui tamẽ dicit non vidisse seruari; quia iudices non curant. † Pœnitentia in crimine hæresis eximit à pœna, non aũt in alijs delictis; quia post commissum delictũ sera est pœnitentia ad euitandã pœnam. Clar. *d.* §. *fi. q.* 60. *n.* 21. *ver. fui quandoq.* vbi declarat; quia si pœnitentia est ante delictum cõmissum, vt quia pœnituit, & noluit delinquere, excusatur: si verò pœnitentia ante delictum sit; quia non potuit delinquere, non excusatur, & dicit * communem. † Iusta credulitas, & iusta causa excusat à pœna, & à dolo, * communem dicit Clar. *d.* § *fi. quæst.* 60. *n.* 22. *ver. & generaliter.* vbi, imò quod quælibet causa, etiam iniusta, excusat à dolo, & à pœna, & dicit * cõmunem, vbi etiam declarat in fin. quod in delictis, quæ requirunt dolum, prout falsitas, periurium, & similia, & iusta causa excusat, & etiam iniusta: si vero delicta non requirunt de substantia dolum, iusta causa excusat à dolo, & culpa; iniusta verò excusat solum à dolo, sed non à culpa, & dicit * communẽ. Vide, *Excusatio à pœna, & dolo ex quib. inducatur. Cõcl.* 467. † Fama bona, & conditio bonarei probata elidit indicium malæ famæ, cõtra eum probatum, per quod posset torqueri; non tamen elidit alia indicia super delicto probata; * cummunem dicit Clar. *in* § *fin. quæstio.* 60. *num.* 23. *ver. frequens.* vbi, quod propterea est vtilis hæc bona condi-tio probata ad multa. Vide, *Fama bona, & conditio bona inquisiti multa operatur. Conclus.* 69. † Nobilitas & dignitas personæ, licet non releuet ad pœnam pecuniariam; quia imò grauiori pœna pecuniaria plectuntur; tamen secus est in personali pœna; quia nobiles non suspenduntur furcis, nisi certis casibus, de quibus plene Clar. *d.* §. *fin. q.* 60. *n.* 24. *ver. prodest etiam.* Gram. *decis.* 23. *n.* 9. *& seq.* Vide, *Nobilitas habet multa priuilegia. Concl.* 49. † Egregietas in milite valoroso, & vtili Reip. excusat. Clar. *d. q.* 60. *n.* 25. † Incidens probatio facta de delicto minuit pœnam in eadem instantia. *c. dilectus, de ord. cogn.* Vide, *Delictũ probatum per modum exceptionis, vel incidenter non punitur, & quando secus. Conclusio.* 175. † Insignis artifex, qui in aliquo exercitio alios excellit, excusatur à pœna, *l. ad bestias. ff. de pœn.* communem * dicit Clar. *d.* §. *fi. quæst.* 60. *num.* 26. *ver. pariter etiam.* vbi, quod non habet locum post condemnationem, nisi de licentia principis, neque ante condemnationem, quando sunt iudices inferiores; quia debent de licentia principis, vel maioris magistratus absoluere; & dicit, quod quandoque non seruatur, quod euadant pœnas. † Benemerita delinquẽtis in Principem, vel Remp. operantur quandoq; remissionem pœnæ delinquentis, * communem dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 60. *n.* 27. *ver. vtilis etiam.* † Amicitia delinquentis cum Iudice inducit diminutionem pœnæ. Clar. *d.* §. *fi. q.* 60. *n.* 35. *ver. legitur.* vbi hoc admittit absolute in Principe, & in Iudice circa pœnam arbitrariam, aliàs secus. † Fortuitum delictũ, & præter intentionem delinquentis non punitur pœna ordinaria; quia quando sine dolo committitur, minuitur pœna. Clar. *d.* §. *fi. q.* 60. *n.* 28. *ver. sunt etiam aliæ.* vbi allegat alios casus remissiue, ex quib. excusatur, vel minuitur pœna delinquenti, & dicit * cõmunem. † Pater præsentans filium delinquentem operatur, quod filius ad mortem condemnari non potest. Clar. *d.* §. *fi. q.* 60. *n.* 29. *vers. solet etiã.* vbi dat exempla obseruãtiæ, licet dicat difficile esse obtinere. † Multitudo delinquentium causat, quod parcatur, vel pœna minuatur, si scandalum est futurum ex seueritate pœnæ, aliàs secus, * communem dicit Clar. *d.* § *fin. quæstio.* 60. *ver. allegatur etiam.* vbi aliter distinguit, quod vbi strages multorum fieret, puniantur soli principales, & caporales delictorũ, & seditionis. † Carceratio longa minuit pœnam delinquenti. Bertazol. *cons.* 208. *in fi.* † Amplia multis aliis modis, de quibus in sequentibus conclusionibus per discursum. Vide, *Defensio multiplex, & quando dicatur factum ad defensionem, vel non. Conclus.* 129. Vide, *Excusatio à pœna, & dolo ex quibus inducatur. Conclus.* 467. Vide, *Homicidium ex quibus excusatur à pœna mortis. Concl.* 143. Vide, *Insultus quid sit, & quis dicatur facere insultũ. Concl.* 265. † Limita multis modis, de quibus, in *ver. Delictum probatũ ex quibus non excusetur. Conclus.* 176. Vide, *Pœna potest minui per iudicem ex causa. Concl.* 255.

Delinquens consentire dicitur in pœnam delinquentibus impositam, & non excusatur, & quando secus. Conclus. 189.

DELINQVENS, † qui scit delictum, & pœnam, puniri debet omnino. Bal. *in l. venia, in 2. notab. C. de in ius vocan.* † Et stuprans virginem, qui scire debet, *c. 2. de adulter.* vt teneatur eam ducere in vxorem, aliàs punitur, vt ibi dicitur, compellitur cauſatiue, & est cõsensus; quia videtur se obligasse ad matrimonium propter stuprũ, ita Io. de Anan. *d. c. 2.* † Extende, vt idem sit, quãdo delinquens scit delictũ; licet ignoret pœnam delicti; quia delinquendo censetur se obligare ad pœnam implicite; quia in eam consentit. Bal. *d. l. venia, nu. 2. C. de in ius vocan.* Vide, *Actum gerens, vel acceptans dicitur obligari secundum leges de illo actu loquentes. Concl.* 151. Vide, *Consequens includit suum necessarium antecedens. Concl.* 757. † Declara procedere extensionẽ, quando pœna prouenit ab intrinseca qualitate; secus, si ab extrinseca, prout in eo, qui percuit Clericum vestibus laicalibus vestitũ, quem ignorat propter qualitatem extrinsecam. Bald. vbi supr. † Extende; quando nõ est certus de delicto, neq; de pœna, sed tamen naturalis ratio est cõtra eum, & punitur, etiam si sit rusticus; quia debuit consulere peritiores Bal. vbi supr. *n.* 2. † Restringe, quãdo naturalis ratio nõ est cõtra eum; quia ex quo ignorauit delictũ, & pœnam, parcitur rustico, & mulieri; si tñ allegant errorem; quia lex nunquã admittit errorem, nisi allegetur. Bal. *d. l. venia, n.* 2. *C. de in ius vocan.* † Restringe, quando quis nõ est certus de crimine, neq; de pœna, neq; tenetur se certiorare, & sibi parcitur. Bald. vbi sup. *n.* 2. † Declara totam hanc materiã, vt plene per Couar. *1 par. relect.* § 10. *n.* 8. *& seq. fol.* 412. vbi late recitat tenentes, quod delinquens censetur consentire in pœnam, quæ pro eo delicto imponitur, & tenentes contrarium & concludit, quod reuera non consentit, sed bene obligatur naturali obligatione, si sciat factum prohibitum, licet non pœnam. † Amplia in præstante opem facienti delictũ; quia qualitas facientis aggrauans delictum operatur, quod præstans opem tenetur, & aggrauatur. Dec. *in c. 1 nu.* 70. *ver. postremo, de offic. deleg.* vbi, quod præstans opem nobili, qui maiori pœna tenetur, pariter grauatur, & idẽ in eo, qui præstat opem fragenti pacem; quia tenetur de pace fracta, cõmunem dicit * Clar. in §. *fi. q.* 90. *in pr. vers. quinimo.* plene Fel. *in c. sicut dignũ. col.* 2. *vers. nota ex* §. *de homic.* Bart. *cons.* 67. *Ad declarationem, in fi. lib.* 1. Vide, *Qualitas necina attẽditur, non quæ iuuat. Concl.* 13. † Extende; quia non subditus, qui nõ committit crimen læsæ maiestatis, si præstat opem subdito in crimine læsæ maiestatis, obligatur. Decius *d. c. 1 n.* 71. *de offi. deleg.* † Extende, etiamsi dans opem ignoret qualitatem aggrauantem, quando qualitas respicit delictũ; secus, si respiciat personam, prout, quod nobilis minori pœna dignus adiuuet plebeium; quia tunc non grauatur, sed retinet qualitatem personæ suæ. Dec. *d. c. 1. n.* 71. *de offic. deleg. & nu.* 72. vbi plures citat, licet ipse teneat contrarium. Fel. *d. c. sicut dignum, col.* 2 *de homic.* † Contrarium, q; imo ignorantia excuset delinquentẽ, verius dicit Dec. *in d. c. 1. n.* 72. & ibi apost. *de offic. deleg.* & * cõmunem, * quod requiratur scientia. Clar. *d.* § *fin. qu.* 90. *in pr. vers. quinimo.* plene Corn. *cons.* 8. *n.* 5. *lib.* 3. † Declara, vt per Bart. *in l. si is, qui opem ff. de furt.* Fel. *c sicut dignũ. col.* 2. *vers. nota ex* § *de homic.* Bar. *cons.* 66. *Ad declarationẽ, in fi. lib.* 1. vbi, q; qualitas, quæ est in maleficio, & persona cõmittentis aggrauat delictũ in persona auxiliantis, *l. vtrũ. ff. ad L. Pomp. de parricid.* contraria loquuntur in qualitate, quæ obuenit ex maleficio ex post facto, vt si capiatur, & hæc est * cõmunis opinio, qñ præstans auxiliũ * sciebat pacẽ, aliàs non. Clar. *in prax. crim.* § *fin. qu.* 90. *in pr.* † Declara fortè melius; quia si pœna ex qualitate grauante est de iure cõmuni, prout in parricidio; tunc tenetur, nec excusatur ex ignorantia iuris; secus, si qualitas grauatur ex particulari statuto, vel cõuentione; quia ignorans excusatur. Vide plene Masc. *Concl.* 159. *Auxilium delinquenti, n.* 20. *& multis seqq.* † Restringe; quia si principalis minori pœna punitur, non tamen minuitur pœna auxilianti, ita Dec. *d. c. 1. nu.* 73. *ver.*

tertio

16 *tertio limitatur. de offic. deleg.* † Amplia; quia is, qui facit homicidium cum alio, qui habet pacem cum interfecto, pariter dicitur fractor pacis. Volpel. *q.* 42. Vide, *Pax fracta dicitur multis casibus, licet pœna conuentionalis non debeatur. Conclus.* 190. Vide, *Pax non dicitur rupta, neque* 17 *commissa pœna multis casibus. Concl.* 182. † Declara plenius per multa exempla pro vtraq; parte per Couar. *par.* 1. *relect.* §. 10. *n.* 12. *& seq.* Vide, *Delictum probatum ex quibus non excusetur, neque tollatur. Conclus.* 176. Vide, *Delinquentes puniri non possunt multi, & quando, & ex quibus excusentur. Concl.* 188.

Delinquens non debet esse melioris cõditionis, quam non delinquens. Conclus. 190.

1 DELINQVENS † non debet esse melioris conditionis, quam is, qui non deliquit. Feder. de Sen. *consil.* 216. *Domino Federico, in* 2 *fin. ver. præterea.* allegat *c. contingit. de dol. & contum.* † Amplia; quia licet vsurarius mercator non gaudeat priuilegiis mercatorum; tamen patitur, & subsistinet odia, & pœnas mercatorum; quia delinquens non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens. Bald. *cons.* 250. *In quæstione domini Milani. in fin. n.* 13. *ver. subsequenter sui interro-* 3 *gatus. lib.* 1. *& cons.* 382. *n.* 17. *ver. subsequenter. lib.* 5. † Extende in excommunicato, qui licet nõ possit agere; tamẽ potest conueniri, ne ex delicto suo commodum sentiat. Bald. *d. cons.* 250. *n.* 13. *lib.* 1. *& cons.* 382. *n.* 4 17. *lib.* 5. † Amplia; quia morosus non debet esse melioris conditionis, q̃ soluens; ideo stante statuto, quod maritus lucret̃ tertiam partẽ dotis perceptæ per mortem vxoris, lucretur, etiam si non sit exacta, quando lapsus est terminus, & soluere debens est in mora, ne sit melioris conditionis ex mora. Bar. *cons.* 133. *Statuto. circa fin. lib.* 1. duplica- 5 tur *lib.* 2. *cons.* 101. † Amplia; quia non debet quis consequi præmiũ ex delicto, sed pœnam; ideo obuiat iuri publico, q̃ quis inuiteturad delinquendum, vel ex delicto præmium consequat̃. Signorol. *cons.* 110. 6 *Testator in testamento. numer.* 8. † Extende; quia constitutio non minus ligat facientem actum iniustum, & illicitum, quam si licite faceret 7 illum actum. Petr. Ancharan. *consil.* 109. *Contra fratres. num.* 3. † Amplia; quia culposus & negligens non debet ex culpa & negligentia sua reportare commodum loco pœnæ. Alexand. *consil.* 117. *Stan-* 8 *tibus verbis. num.* 8. *vers. ideo sibi imputet. lib.* 3. † Amplia in contumace; quia non debet esse melioris conditionis, q̃ sit is, qui comparet. An- 9 char. *cons.* 272. *plene, & subtiliter.* † Amplia; quia bannitus desinit esse Ciuis quoad commoda, & honores; secus quoad onera, & incommoda; quia compellitur ad omnia onerosa, & si non potest per se ipsum, compellitur per substitutum. Roman. *cons.* 73. *Circa primum. per totum à n.* 2. *vsque in fin.* vbi apostilla dat concord. Vide, *Banniti & relegati quorum actuum sint capaces, vel non. Concl.* 13. *n.* 52. *& seq.* Vide, *Statu-* 10 *tum simpliciter loquens comprehendit bannitos in odiosis. Concl.* 473. † Amplia; quia industria non debet pœnas desidiæ soluere, *l. fin. C. depos.* 11 Decian. *cons.* 25. *n.* 70. *lib.* 1. † Amplia; quia lex inducens priuilegium non datur delinquentibus, sed lex inducens pœnam, *auth. quib. mod.* 12 *natur. effician. sui.* §. *pen. ver. nam si hoc.* vbi gloss. *in ver. legem.* † Amplia; quia is, qui obtinuit expectatiuam ad Canonicatum, si narrat habere aliud beneficium actu non curatum, & probetur, q̃ erat curatum, expectatiua redditur subreptitia, & nulla, etiam si primum beneficium nõ teneret cum titulo, sed esset in eo intrusus, ne intrusus sit melioris conditionis, quam habens titulum. Abb. *cons* 38. *In quæstione, in princ.* 13 *ver. nec obstat. lib.* 2. † Amplia; quia magis fauendum est ei, qui nititur iure ordinario, & communi, q̃ ei, qui nititur iure extraordinario, & particulari; quia non debet esse melioris conditionis imprudens, & 14 insipiens, quam peritus. Roma. *cons.* 483. *n.* 3. *ver. quis autem.* † Extende; quia melioris conditionis esse debet, qui seruat legẽ, & solemnitatem legis, q̃ is, qui non seruat. Roma. *d. cons.* 483. *n.* 4. *ver. secundo.* vbi, quod ex culpa sua quilibet deteriorem facit conditionem suam, non 15 meliorem. † Amplia; quia lex, quæ imponit pœnam actui legitime facto, multo magis censetur imponere pœnam actui eidem nulliter, & illegitime facto, si subest eadem ratio. Roman. *cons.* 483. *n.* 5. *ver.* 16 *tertio; quia videmus.* vbi apostil. *in ver. nulliter actũ.* † Extende; quia Clericus beneficiatus, qui priuatur beneficio, si contrahit matrimonium legitimum, pariter priuatur beneficio, si contrahat matrimonium nulliter, puta cum consanguinea; quia quoad ipsum fecit, quantum in eo fuit. Roma. *d. cons.* 483. *n.* 5. *& 6. ver. istud demonstratur.* vbi apostil. *in ver. consanguinea.* vbi idem dicit, si contrahit cum minore 12. annorũ, & sic nulliter, & alia apostil. *in ver. contraxisset.* quæ citat plurimos, *17 & dicit hanc* communem. † Declarat eadem apostil. ad Roman. *d. cons.* 483. *in ver. contraxisset. in fine.* vt procedant extensiones, quando Clericus cum consanguinea contraxisset ignoranter; secus si scienter, allegat Deci. *cons.* 166. *Ego Philippus.* post Imol. *in c. gratia. n.* 25. *de re-* 18 *script.* † Contrarium videtur dicendum ex præmissis; quia si delinquens non debet esse melioris conditionis, non subest ratio, quod contrahens scienter cum consanguinea non priuetur beneficio, si contrahens ignoranter priuatur. † Extende in beneficiato in sacris 19 contrahente nulliter matrimonium; quia priuatur beneficio. Roma. *d. cons.* 483. *n.* 6. *ver. secundo ad idem.* vbi apostil. *in ver. contrahentem.* quæ dicit, quod si Episcopus Galliæ contraheret matrimonium, potest Rex alium nominare ad Episcopatum. † Extende; quia bigamia, 20 quæ contrahitur ex matrimonio cum duabus vxoribus, contrahitur etiam si matrimonia sint nulla. Roman. *dict. consil.* 483. *numer.* 6. † Extende; quia *c. scriptum. de election.* quod electio facta à maiori 21 parte tertiæ partis, valet, quando concurrit numerus postulantium, quia vna cum eligentibus faciunt maiorem partem, licet loquatur, quando postulatio est valida; multo magis, quando est inualida; quia eorum vota nulla accedunt eligentibus, ne sint melioris conditionis. Roma. *d. cons.* 483. *Dubitatur, in princ. per totum.* maxime *num.* 2. *seq. ver. nec refragatur.* Vide, *Contumax est deterioris conditionis in multis. Conclus.* 1029. Vide, *Dolus & culpa non debet patrocinari doloso. Conclus.* 581. Vide, *Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari. Conclus.* 103. Vide, *Mora debet nocere moroso. Conclus.* 380. † Limita 22 multis modis, qui ponuntur supra, *Delictum quandoque affert commodum delinquenti. Conclus.* 179. Vide, *Legis beneficium non consequitur, qui legem non seruat. Concl.* 270..

Dementia qualiter probetur, & quæ signa sint dementiæ & furoris. Conclusio.

VIDE Mascard. *Conclus.* 502. *Dementia.* vbi, quod sensu corporis non percipitur, & octo signa ponit denotantia demẽtiam, ampliat, limitat, & declarat. Vide plenius, *Furor & dementia qualiter probetur, & per quæ signa. Conclus.* 539.

Demonstrationis causa, vel causa disponendi qualiter cognoscatur. Conclus. 191.

REFERT † multum, an dispositio facta sit sub vnica oratione, 1 an vero diuisa; quia si est disposita vnica oratione, *lego decem corbes grani ex tali fundo*, videtur inducta restrictio dispositionis, vt debeatur granum talis fundi; vnde si non extat, non debetur; secus, si duplex sit oratio, veluti, *lego decem corbes grani, quas volo dari ex redditibus talis fundi*; quia isto casu dispositio est libera, & simplex, & sequentia sunt dicta demonstrationis causa, pulchre Castrens. *cons.* 338. *Quia exceptiones, quæ opponuntur. num.* 3. *vers. quæritur igitur subsequenter, lib.* 1. est text. *in l. quidam testamento, in princ. ff. de leg.* 1. plene Bald. *consil.* 151. *lib.* 5. vbi melius declarat, sequitur Deci. *consil.* 323. *Consuluit accurate, in princip. & per totum. & consil* 182. *In controuersia. in princip. & consil.* 568. *num.* 3. † Restringe quando adderetur gerundium, videli- 2 cet, *dando, & soluendo*; quia regitur à principali verbo, vt sit adiectum dispositioni Bald. *consil.* 164. *lib.* 4. † Amplia; quia multum refert, 3 an qualitas, vel conditio adiiciatur substantiæ, an exequutioni. Bald. *consil.* 285. *Super primo. num.* 4. *& versic. super tertio. lib.* 3. Vide, *Dispositio omnis inspicitur & interpretatur, prout verba diriguntur. Conclusion.* 497. † Quia quando verba adiiciuntur verbo dispositiuo, censentur causa demonstrationis; si vero adiiciuntur verbo exequutiuo; tunc qualificant necessario, ita Alex. *cons.* 20. *Viso processu. n.* 7. *ver. nec prædictis obstat, lib.* 2. vbi apostil. *in ver. exequutiuo.* dant concordantes; & tunc qualitas intelligitur secundum tempus verbi, ponit exemplũ in marito, qui reliquit dotem famulæ, si steterit ad seruitia cum vxore sua, donec serua maritet̃, illa verba, *steterit cum vxore*, stant qualificatiue, donec vxor erit vxor, videlicet, vidua; vnde si recessit, postquã secundo nupsit, debet habere legatũ; quia verba non stabant demonstratiue. † In dubio verba potius demonstrationis causa, quam animo dispo- 5 nendi dicta censentur. Grat. *cons.* 82. *n.* 19. *& cons.* 107. *n.* 10. *lib.* 2. Deci. *cons.* 323. *Consuluit accurate. n.* 1. plenius *consil.* 182. *In controuersia. in princ. & 568. num.* 3. *d. fin.* §. *Titia. ff. de liber. legat.* Bart. *in l. cum pater.* §. *mense. nu.* 8. *ff. de leg.* 2. Crauett. *consil.* 301. *num.* 5. Cephal. *consil.* 137. *nu.* 37. † Re- 6 stringe nisi constet de mente ex coniecturis. Deci. *d. consil.* 323. *num.* 1. vbi, q̃ præcedens conclusio procedit in dubio; secus, si extant coniecturæ in contrariũ. † Amplia; quia actus factus sub nomine plurium 7 dignitatum, censetur factus nomine illius dignitatis, quæ facit actũ validum; aliæ vero dignitates censentur expressæ causa honoris, vel demonstrationis, plene Rom. *cons.* 343. *Ex proposito, n* 9. *& seq.* vbi plura cumulat. † Amplia; quia etiam verba personalia, & personalissi- 8 ma demonstrant personam restrictiue de sui natura, prout si dicatur, *concedo Titio, & hæredibus eius, quibuscunque, vel quibus ipse Titius dederit feudum*; quia dictio, *ipse*, est restrictiua ad Titium, plene Roland. à Vall. *consil.* 55. *num.* 27. *& sequ. versic. vltimo non obstat.* sed tamen in fine *n.* 54. *versic. similiter*, concludit contrarium, *libr.* 3. quod verba illa non stant restrictiue, sed demonstratiue; quia non valet consequentia, Titio fuit data facultas alienandi; ergo fuit negata hæredibus, allegat Deci. *consil.* 380. *nu.* 8. Ias. *cons.* 64. *in fin. lib.* 3. Nat. *cons.* 322. *per totum.* & est tex. *in c.* 1. *de feud. non haben propr. natur. feud.* vbi loquitur in clausula,

* *vel ipse dederit*, & tamen etiã ad hæredes extenditur, & istis adde Bec-
9 cium *conf.88.num.38.cum seq.* vbi dicit * communem. † Declarat Ro-
lan. à Vall. *d. conf.27. in fin. lib.3. ver. vlterius dicitur.* quod pronomina
demonstratiua, & personalia, quando non sunt in industrialibus,
stant demonstratiue tantum, & non restrictiue, iuxta illud Euange-
lij; *Et tibi dabo claues Regni cœlorum.* quia non excluduntur successores
10 Petr. Becc. *d.conf.88.n.38.& seq.* † Item declaratur, nisi verba sint ge-
minata, *tu, tu*; quia bene tunc stant restrictiue; secus, si sint simpliciter
prolata. Roland. à Vall. *d.conf.27. in fin. lib.3.* vbi, quod paucis est
11 notum, dicit Ias. quem allegat. † Declara; quia dictio, *ipse*, est restri-
ctiua, nisi adsit ratio ampliandi, idem Rol. à Vall. *conf.27. in fin. lib.3.*
Becc. *d.conf.88.n.38.& seq.*

Demonstratio falsa quomodo probetur vera, & substineatur. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concl.503. Demonstratio.* vbi, quod sufficiunt duæ
demonstrationes verificatæ, licet aliæ non verificentur, & con-
tradicant, & qualiter procedat. Vide plenius, *Confinia quot deduci, &
probari debeant. Concl.696.*

Denunciatio maleficiorum quotuplex, & per quem fiat. Conclus.192.

1 DENVNCIATIO † est accusatio quædam sine conclusione, &
potest dici narratio, & sic pars libelli accusatorij; differt autem
ab accusatione; quia accusatio conclusionem continere debet. Bal.
2 *conf.394. Statuto ciuitatis Perusii. n.2. ver. & ad hoc.* † Bene verum est,
* quod denunciatio est modus ordinarius procedendi, secundum * o-
mnes Dd. sed tamen non est modus separatus ab inquisitione; quia
denunciatio nihil aliud operatur, nisi quod succedit loco diffama-
tionis, vel querelę, & sic aperit viam iudici ad inquirendum ex officio,
alias non posset procedi, non præcedente accusatione, vel diffama-
* tione. Clar. *in praxi, q.7. in princ.* vbi * dicit, quod ita communiter ser-
3 uatur. † Et ideo facta denunciatione iudex super ea assumit infor-
* mationes, & indicia, & format inquisitionem, & ita * communiter
4 seruatur, vt idem Clar. *d.q.7. in princ.* † Et propterea recte dicimus,
quod alia est inquisitio, quam facit iudex ex officio motu suo; alia,
quam facit ad denunciationem, vt *l. Diuus. ff. de custod. reor.* Bart. *in ex-
5 trauag. ad reprimendum. in ver. per accusationem. n.25. in fin.* † Duplex est
denunciatio; priuata, quæ de iure ciuili nullum habet effectum, nisi
transeat in accusationem; alia est publica, quæ viam præparat accu-
sationi, & ista fit per officialem, & hæc sola est cognita de iure ciuili.
6 Bald. *d.conf.394.n.2.ver. & ad hoc.lib.1.* † Et isti denunciatores regu-
lariter debent probare suam denunciationem, sed de consuetudine
non seruatur; quia imo solum denunciant factum, assignant infor-
matos, & maxime, quando ex publico sunt deputati, prout syndici,
Consules, Massarij saltuarij, & similes. Mascar. *Concl.505. Denunciato-
7 res.* † Vide plenius per Corrad. *in Breuiar. §.3. tit. de denunciat. fol.235.*
vbi late, quotuplex sit denunciatio, à quo sit facienda, de quibus de-
8 lictis, & quid operetur denunciatio. † Denunciatio maleficiorum,
quæ est facienda per syndicum Communis, non potest alteri dele-
gari; ideo per substitutum fieri non potest, quando est tale crimen,
quod in accusatione non admitteretur procurator. Bald. *consil.165.*
Proponitur, quod. lib.5. in fin. Vide, *Procurator in capitalibus, & aliis causis
9 non admittitur, & quando secus. Concl.818.* † Regula igitur est, quod de-
nunciatio facta per syndicum, vel officialem deputatum ad hoc, a-
perit viam ad inquirendum de maleficio, quando facta est in actis
contra aliquem. Clar. *in praxi, q.7. in princ.* vbi, quod est loco diffama-
tionis, & querelæ; & intelligas de inquisitione ad assumendas infor-
mationes, & indicia, non autem vt transmittatur inquisitio forma-
10 ta. Bald. *conf.394. Statuto Ciuitatis, n.2. ver. & ad hoc, li.1.* † Et multo ma-
gis, quando est super delicto, & dicit alios esse informatos; quia eius
dictum nihil operatur, nisi ad inquirendum, vt supr. Clar. *d.q.7. nu.3.*
11 *ver. aut vero non deponit.* † Extende, vt procedat etiam in denunciatio-
ne facta à quocunque; quia sufficit ad inquirendum, videlicet, vt iu-
dex possit formare inquisitionem assumendo informationes, & in-
dicia contra denunciatum, non autem, vt possit transmitti inquisitio
* contra denunciatum. Iul. Clar. *d.q.7.n.3.* vbi dicit * communem. Ex-
12 tende, † seu declara; quia si denunciatio fiat à priuato, vel etiam ab
offenso, non sufficit, nisi ad sumẽdas informationes, & indicia; secus,
si ille denuncians esset vulneratus, & moreretur ex illo vulnere; quia
tunc posset etiam transmitti inquisitio denunciato ex sola denuncia
mortui, & ita seruari dicit Clar. *d.q.7.n.3. ver. aut sit per tertiam personã.*
Vide Socin. *Reg.14. Denuncianti bus de iure non creditur.* vbi ponit regu-
lam, quod non creditur denunciatori, restringit quatuor modis. Re-
13 stringe † igitur, quando offensus denunciat, & perseuerat vsque ad
mortem; quia moritur ex offensa; nam talis denunciatio operatur,
quod possit inquiri, & transmitti inquisitio denunciato, absque alia
informatione, vel iustificatione, & ita seruari dicit Clar. *d.q.7.nu.3.* &
plenius *qu.21. ver. assertio vulnerati.* † Restringe, quando denunciatio 14
syndici, seu officialis publici esset certa contra delinquentem; & red-
deret causam scientiæ cum iuramento; quia probaret tanquam vnus
testis, & posset inquisitio transmitti. Clar. *d.qu.7.n.3. ver. aut vero sit per
syndicum.* † Et maxime, quando denunciator se examinaret, vt testis. 15
Corrad. in *Breuiar. fol.235. in fin. num.12.* Vide, *Denunciatio maleficiorum
qualiter fiat, & super ea procedatur. Concl.194.* Vide Mascard. *Concl.506.*
Denunciatio, vbi, quod non creditur denunciatori, nisi probet & non
facit indicium ad torturam, sed bene aperit viam ad inquirendum,
bene facit indicium, si concurrit fama, vel si fuit examinatus, vt testis
non super denunciatione, sed super inquisitione, limitat in Euange-
lica denũciatione, vel stante statuto. † Limita, quando syndicus, vel 16
denunciator esset deputatus ad custodiendum agros, vel passus, aut
fraudantes gabellas, vel deferentes arma; quia tũc ipsi creditur pro-
pter iuramentum præstitum in principio, & facit etiam plenã proba-
tionem ad condemnandum, nisi probetur contrarium. Clar. *d.q.7.n.*
3. ver. bene verum est. Vide, *Statutum circa damnum quod fletur dicto de-
nunciatoris. Concl.502.* † Declara, vt procedat in causis leuibus; secus, si 17
ageretur de causa graui, & criminali, ex quo isti custodes sunt viles
personæ. Clar. *d.q.7.nu.3. in fin. ver. cæterum.* † Adde tamen, quod de- 18
nunciatio perperam facta nõ aperit viam ad inquirendum, & inqui-
sitio super ea facta non valet. Marsi. *in praxi, §. quoniam, n.46.* Corrad.
in *Breuiar. §.3. fol.235. n.5. v. declara etiam.* † Limita stante statuto, quod 19
credatur denunciatori, licet possit probari contrarium; item nisi es-
set denunciator infamis; vel blasphemus; quia etiam ratione officii
non crederetur stante statuto. Mascard. *d. Conclus. 506. numero 14. &
sequent.*

Denunciare delicta, & maleficia qui possint, & teneantur. Conclus.193.

LICET † denunciare non possint regulariter, & de iure, qui non 1
possunt accusare. Bart. in *l. Diuus, nu.7. ff. de custod. reor.* † Tamen 2
contrarium seruatur in practica; quia isti, qui hodie deputantur ad
denunciandum, sunt personæ viles, & pauperes, & forte infames, &
tamen admittuntur, & super eorum denuntiis fiunt inquisitiones.
Iul. Clar. in *praxi crimin. qu.7.n.2. ver. quæro igitur*, vbi dicit, quod esset
ridiculum, si exciperetur contra tales denunciantes. † Declara; quia 3
si sumus in terminis iuris communis, vel statutum, aut consuetudo
dicter, quod de maleficio non possit procedi, nisi ad instantiã partis;
& tunc vera est opinio Bart. alias si ex officio potest procedi, secus,
ita Clar. vbi supra *n.2 v. Tu igitur dic.* vbi, quod admittitur denuncia-
tio, siue fiat ab officiali, siue ab alio; quia publice interest, ne delicta
remaneant impunita. † Declara melius; quia de iure ciuili denun- 4
ciatio non potest fieri, nisi per officialem ad hoc deputatũ, *l. Diuus, ff.
de cust. reor.* de iure canonico quilibet potest denunciare ad euitandũ
peccatũ, præcedente monitione charitatiua, & vltimo loco in crimi-
ne læsæ maiestatis, per *extrauag. ad reprimend.* fuit inductũ, quod qui-
cunq; possit denũciare, & accusare, siue sint serui, siue infames, viles;
vel mulieres, vt de accusatoribus Bart. *d. extrau. ad reprimend. in ver. per
accusationẽ*, & de denunciatoribus, vt supra in eadem *extrau. in ver. per
denunciationem, in prin.* † Et isti syndici, qui antiquitus deputabantur 5
ad denunciandum delicta, solebãt esse magistratus, & officiales; ho-
die vero deputantur per parochias, siue castra. Iul. Clar. *q.7.n.4. ver.
scias autem. & n.3. in fi. ver. cæterum*, dicit, quod hodie sunt viles perso-
næ, & infames, & birruarii, seu berlandetti. † Et quod infames, & vi- 6
les personæ admittantur ad denũciandum, & sufficiat iuramentum
præstitum in susceptione officii. Corrad. in *Breu. fol.236. nu.9. & seq.*
† Amplia quia nedum officiales deputati ex publico possunt denun- 7
ciare, sed etiam alii priuati admitti debent ad denunciandum male-
ficia, ne delicta remaneant impunita, & super talibus denunciis su-
muntur per iudicem informationes, & procedit ad inquisitionẽ.
Clar. in *praxi crimin. q.7. nu.7. ver. dixi supra.* Corrad. in *Breu. fol.235. n.6.*
† Et hodie in crimine læsæ maiestatis est dispositum, quod quilibet 8
denunciator priuatus admittatur Bart. in *extrauag. ad reprimen. in ver.
denunciationem, in princ.* † Extende; quia etiam monachus potest de- 9
nunciare proprium Abbatem in forma iudicii, alios autẽ secus; quia
non potest denunciare, nisi extraiudicialiter, & ad pœnitentiam se- 10 *
cundum communem * de qua Clar. *d.qu.7.nu.8. ver. item quæro.* † Ex-
tende; quia laicus licet non possit denunciare clericum de crimine;
tamen potest parochianus laicus denunciare suum prælatum, & cõ-
munem * dicit Clar. in *praxi crimin. d.qu.7.nu.9. ver. quæro etiam.* † De- 11 *
clara tamen; quia isti denunciatores priuati habent vim cuiusdam
mandatoris, seu instigatoris; ideo si desistunt, incidunt in Turpillia-

num

num.l.1.§.invidit.ff.ad Turpillian. imo iudex potest desinere procedere desistente denunciatore, quando est nominatus in procedendo, alias secus. Bart.*in extrauag.ad reprimend.in ver.denunciationem.in princip.ver.*
13 *item scias.* † Amplia; quia multi sunt casus, in quibus denunciatores priuati admittuntur ad priuatam vtilitatem, & iudex procedere debet, etiam si tales agere nō possent, prout si seruus à domino opprimatur; item ad denunciationem patris conquerentis de filio, vel liberto; item quando homines humiles opprimuntur à potentibus; quia iudex facta denunciatione inquirit, & procedit, & cautionem exigit. Bart.*d.extrauag.ad reprimend.in ver.denunciationem.n.4.ver.ad priu-*
33 *atam.* † Amplia; quia alia est denunciatio priuati ad priuatam vtilitatem, quæ dicitur Euangelica, quando quis denunciat peccatum occultum motus ex proprio interesse, & priuato commodo principaliter,*c.constitutus.in* 2.§.*fin.de appell.* Foll.*in praxi*, 2.*part.in ver.denun-*
14 *ciatione facta*,*n.*27. † Limita; quia birruarij, de quorum interesse agitur, non admittuntur ad denunciandū, & super sola eorum denunciatione non potest transmitti inquisitio; quia esset sine indiciis. Alciat.*reg.*3.*præsump.*14.*n.*7. Boss.*de denunciat.n.*12. Clar.§.*fin.q.*7.*ver.habes igitur.* quia non creditur birruariis. Menoch. *de arbitr.cas.*112.*n.*12.

Denunciatio maleficiorum qualiter fiat, & quomodo super ea procedatur. Concluſ. 194.

1 DENVNCIATIO † maleficij debet fieri per syndicum deputatum in iudicio specificando, quod tali die fuit commissum tale maleficium à Titio, & quod sunt informati tales, & tales, & talis denunciatio sufficit. Iul.Clar.*in praxi crim.q.*7.*n.*10.*ver.quæro nunc.* vbi, quod iudex debet statim inquirere de delicto contra delinquentem examinando testes super delicto, & contra delinquentem, & prædi-
2 cta, quandō denuncians scit delinquentem. † Et non tenetur denuncians iustificare suam denunciationem, sed sufficit, quod deseri-
3 bat testes informatos. Clar. vbi supra *nu.*10. † Et non tenetur ad expensas, licet denunciatus absoluatur, & ita de consuetudine seruari, ex quo facit ex necessitate officij, attestatur Clar. *d. qu.*7.*nu.*12.*ver.sed*
4 *certe.* † Contrarium tamen ipse dicit esse de iure communi, & esse
* 5 communem* opinionem,*n.*11.*ibidem.* † Declarat idem Iul.Clar.*in praxi crimin.qu.*7.*in fin.ver.quod tamen.* vbi dicit teneri ad expensas, si reus absoluitur, quando apparet de vera calumnia, vel quando esset
6 denunciator voluntarius, & non ex necessitate officij. † Si vero denuncians ignoret delinquentem, sufficit delictum, & nominet eos, à quibus intellexit; quia tunc debet iudex inquirere ab offenso, & sumere indicia, & etiam potest mandare denuncianti, vt se informet
7 melius, ita Clar. *d.qu.*7.*nu.*10.*ver.Si vero.* † In scriptis debet fieri hæc denunciatio, & debet continere expressionem delicti, locum, tempus, & personas; non tamē tenetur se inscribere ad pœnam talionis, ita seruari attestatur Clar.*in praxi crimin.q.*7.*n.*11.*ver.vlterius quæro.* vbi,
8 quod etiam sufficit, quod per Notarium redigatur in scriptis. † Contrarium, quod etiam debeat se subscribere ad pœnam talionis, tenent plures, quos ibi Clar.*n.*11. vbi etiam attestatur de obseruantia sic fa-
9 ciendi. † Non tamen debent denunciari delicta omnino occulta, vt dicit Conrad.*in Breuiario fol.*235.*n.*5.*ver.Declara tamen.* Vide, *Denunciatio maleficiorum quotuplex. Concl.*192.*n.*9.*& seq.*

Denunciare obligatus ex contractu qualiter satisfaciat obligationi, vel non. Concluſ. 195.

1 OBLIGATVS † denunciare Potestati loci certum damnum, vt consequatur restaurum promissum ex contractu, dicitur impleuisse, si denunciauit Vicario Potestatis. Bald.*cons.*93.*In quodam con-*
2 *tractu.in fin.lib.*1. † Amplia; quia in denunciationibus faciendis sufficit, quod per quæcunque verba fiat, dummodo aperte fiat, nec forma verborum seruanda est. Bald. *cons.*314.*Vtrum dictus.nu.*2.*vers.circa*
3 *tertium.lib.*5. † Dicas, quod de iure communi isti syndici non tenent*
* denunciare, nisi delicta notoria, secundum* communem opinionē. ita Iul.Clar. *d.q.*7.*in prax.crimin.n.*5.*ver.Scias etiam.* vbi plures citat de
* 4 communi* attestantes. † Contrarium tamen dicit seruari de consuetudine, & ex forma statutorum; quia omnia delicta etiam occulta
5 denūciare tenent. Clar. vbi sup.*n.*5.*ver.Sed quicquid sit de iure.* † Declara; quia ea delicta, quæ sciri non possunt; quia omnino occulta sunt, denunciare non tenentur, licet Iul.Clar. *d.q.*7.*nu.*5.*ver.Nisi forte.* non determinet, sed tamen dicit, quod senatus excusat tales syndicos, quando cessat in eis dolus, vel culpa, prout si delictum esset in loco
6 remoto, vel occulto. † Limita; quia tenentur denunciare etiam delicta non punibilia, prout si interficitur bannitus; quia ad eos non spectat iudicare, ita seruari dicit Clar.*d.q.*7.*num.*6.*vers.Sed quæro, nun-*
7 *quid.* † Extende; quia tenentur etiam denunciare delicta casu commissa, prout mortes in flumine; quia licet plerunque casu eueniant, tamen dolose etiam commissa dici possunt. Clar. vbi supra *nu.*6.*vers.Quinimo.* † Limita; quia officiales obligati denunciare maleficia 8
intra triduum sub pœna, excusantur, si in termino non denunciarunt maleficia commissa de nocte, vel in loco occulto, vel commissa in multitudine hominum; quia sunt difficilis probationis, plene Alexand.*consil.*24.*Animaduersis.num.*8.*& seq.secundo præsuppono, lib.*2 Paris de Put.*tract.de syndicatu,*§ *syndicus.cap.*2.

Denunciatio Euangelica quę sit, & in quo differat à iudiciali, vel canonica. Concluſ. 196.

DENVNCIATIO † triplex est, Euangelica, iudicialis, & cano- 1
nica, & de singula earum, & qualiter fiat, vide Mascard. *Concluſ.*504.*Denunciatio quotuplex.* † Denunciatio Euangelica est priuata, 2
& habet locum solum de iure Euangelico, & in foro Ecclesiastico,*c.nouit.de iudic.* & est quotidiana, & per eam multa destituta à iure ciuili recuperantur, Bar. in *Extrauag ad reprimendum.in ver.denunciationem, num.*5.*ver.est & alia*, vbi apostil. † Denunciatio Euangelica concludit 3
tria contra denunciatum, oris confessionem, cordis contritionem, & in consequentiam operis satisfactionem, quæ fit per extrinsecam restitutionem. Calder.*cons.*483.alias 5.*de accusat.* † Et requiritur mo- 4
nitio, antequam procedi possit ad denunciationem euangelicam, videlicet, vt is, qui vult denunciare, prius monuerit iuxta formam.*c.si peccauerit*,2.*q.*1. Abb. in 2.*quæst.in fin.* videlicet: Primo, inter se, & denunciatum solum, videlicet, quod detinet talem rem indebite & restituat, & exeat de peccato: Secundo, iterum adhibito vno teste, vel duobus: Tertio, dicat Ecclesiæ in foro ecclesiastico, petendo, quod licet monitus fuerit sic; & sic iuxta euangelicam doctrinam, non tamen curat exire de peccato in periculum animæ suæ; ideo implorat officium, vt ad pœnitentiam cogat, vt in *c.nouit, de iudic.* Bar. plene in *extrauag.ad reprimendum, in ver.denunciationem.n.*5 *& seq.ver.est & alia.* † Differt à iudiciali in multis nomine; quia qui denunciat iudiciali- 5
ter expressa denunciatione iudiciali, non dicitur denunciationem euangelicam facere; item quia concluditur in iudiciali sola restitutio rei principaliter, in alia secus, item quia in denunciatione euangelica sufficiunt duæ monitiones; in iudiciali requiruntur tres, se-
cundum* communem opinionem. Calder.*cons.*483.alias 5.*de accusa-* *
tio.in fin. † Et in ista denunciatione offertur libellus, lis contestatur, 6
& fertur sententia in scriptis. Bar.*d.extrauag.ad reprimend. in ver. denunciationem.num.*7.*ver. Super hac*, vbi, quod proceditur de plano. † Lo- 7
cus est denunciationi euangelicæ, vbicunque quis est in peccato; tutus tamen est in foro fori; veluti si quis nititur ex statuto, vel lege nutritiua peccati; quæ tamen de facto seruatur, prout quod debitor negligentia creditoris præscribat etiam cum mala fide; quia nihilominus creditor habet remedium euangelicæ denunciationis cōtra debitorem; secus, si statutum induceret præsumptionem solutionis, vel simulationis contractus; quia cum non foueat aperte peccatum, hoc casu non daretur denunciatio. Cuma.*cons.*67.*Statuto ciuitatis circa fin.*
ver.Superest videre. † Item, quando princeps supremus non recogno- 8
scens superiorem de facto non vult seruare contractum à se initum, vel ea, quæ sunt iuris gentium, quia contra eum potest fieri denunciatio Euangelica, & etiā recurri potest ad Papā via iudicii. Abb.*cons.*
3.*Nitar.col.fi.in princ.lib.* † Item si deceptus iurauit non petere absolu- 9
tionem à iuramento, certe licet propter periurium excludatur, ne detur absolutio; non tamen excluditur ab Euangelica denunciatione; quia illi etiam cum iuramento non potest renunciari. Abb. in *q.*
2.*stante statuto, in fi.* † Item hæc denunciatio habet locum in omnibus 10
causis, in quibus iudex secularis non potest reddere ius, quia de iure ciuili non datur actio, prout in pacto nudo in acquisitione, vel stipulatione pro absente, vbi agitur de sola naturali obligatione, quæ oritur ex consensu, non autem sine consensu, vel ex maleficio; item generaliter, vbi ex quacunq; lege, vel statuto, aut causa prohibetur secularis ius dicere, vel ipse iudex negat facere iustitiam; quia omnes istæ causæ per denunciationem Euangelicam ad forum Ecclesiasticum spectant. Bart.*d.extrauag.ad reprimendum. in ver.denunciationem.n.*
9.*& 10.ver.contra ipsam.* † Extende, vt etiam sit locus denunciatio- 11
ni euangelicæ contra eum, qui præscripsit, quando præscriptio non tollit naturalem obligationem; secus si tolleret. Bart.*d.extrauag.ad re-*
*primen.in ver.denunciationem.n.*11.*ver.sed quid.* † Item contra sententiā, 12
& rem iudicatam habet locum denunciatio contra eum, qui obtinuit rem iudicatam, & fit coram iudice Ecclesiastico, quando præsupponitur peccatum ex parte eius, qui obtinuit sententiam, si co-
stat, quod sit iniusta, vel probari potest, Alex *cons.*83.*Interrogatus sum,*
*lib.*5.*n.*2.*& seq.* vbi apostil.*in ver.confessionē.* † Item, quando conuentus, 13
& condemnatus coram iudice seculari recurrit ad Ecclesiasticum prætextu, q̄ contractus, super quo fuit condemnatus, sit vsurarius; quia vt detegatur peccatum, potest ad Ecclesiasticum recurri, & per viam

denun-

denunciationis iudicialis peccatum emendari. Alexand. *d.conſ.*83.*n.*
14 2.*& ſeq. per totum. lib.*5. † Declara; quia talis denunciatio iudicialis facta poſt rem iudicatam non impedit exequutionem rei iudicatæ; quia præſumitur ex dolo facta, ſed ſi ex confeſſione partis, quæ obtinuit ſententiam, conſtaret de iniuſtitia ſententiæ, vel etiam eſſet notoria; tunc impediret exequutionem. Alex. *d.conſ.*83.*n.*2.*& ſeq. per tot. lib.*5. vbi apoſtil. *in ver. confeſſionem.* dat concord. licet ſine ratione di-
15 cat ſimpliciter non retardari exequutionem. † Et quod non impediat exequutionem laudi ſtante iuramento præſtito ſine abſolutione; imo ſi prius contrauenit iuramento, quod neq; abſolutione obtenta retardari debeat exequutio. Alex. *d.conſ.*83.*nu.*7.*ver.& poſtea non ſuffragaretur. lib.*5. & ibi apoſtil. *in ver. incidit.* dat concord. licet fatue di-
*16 cat non ſeruari, & Alex. ibi dicit eſſe magis * communem. † Limita; quia non eſt locus denunciationi Euangelicæ, quando fuit lata ſententia, quod contractus non ſit vſurarius, quando is, prætendebat vſuras ſoluiſſe, non ſolum non appellauit, ſed imo ſententiam expreſſe approbauit, & terminum ſuſcepit cum iuramento; quia cenſetur remiſiſſe ex conſenſu vſuras, & conſequenter peccatum. Abb. *conſil.*
60. *In caſu, & quæſtione. col.*2. *nu.*3. & maxime *in fin. verſic. quinimo. lib.*2.
17 † Declara ſecundum Socin. *in Reg.*13. *Denunciatio ſuper ea obligatione, quæ per ius, vel ſententiam eſt ſublata.* vbi ponit quatuor reſtrictiones.
18 † Extende; quia non eſt locus denunciationi euangelicæ, quando clare non conſtat, quod denunciatus agit contra conſcientiam; ideo hæres vſurarij non poteſt denunciari; quia in eo non cadit mala conſcientia, & multo minus, quando habet rem iudicatam pro ſe.
19 Abb. *d.conſ.*60. *col.*2. *nu.*4. *ver. allego aliam rationem. lib.*2. † Extende; quia non habet locum contra eum, qui præſcripſit, quando præſcriptio non tollit naturalem obligationem. Bar. *d.extrauag. ad reprimend.*
20 *ver. denunciationem num.*11. *ver. ſed quid.* vbi apoſtil. *in ver. à iudice.* † Extende; quia non habet locum contra eum; qui eſt tutus exceptione rei iudicatæ; quia non poteſt cognoſci amplius. Bar. pro vtraque, & hanc tuetur, *d.extrauag. ad reprimend. ver. denunciationem, nu.*15. *ver. quid de tuto.* Socin. *in Regul.*3. *Denunciatio.* vbi limitat quatuor modis. Idem
21 eſt † in tuto exceptione iuramenti deciſiui. Bart. vbi ſupra proxime,
22 *num.*16. *ver. ſimiliter.* † Extende; quia exceptio excommunicationis contra petentem denunciationem impedit. Bart. vbi ſupra, *nu.*8. *ver.*
23 *& contra perſonas.* † Declara; quia exceptio, quod agens ſit infamis, vel in peccato mortali, non obſtat, ſed bene exceptio, quod ſit cor-
*24 ruptus crimine, ſecundum * omnes. Bart. vbi ſupra *nu.* 8. † Reſtringe multis modis per Socin. *dict. Regul.*13. *Denunciatio ſuper ea obligatione.*
25 † Limita; quia hæc denunciatio non habet locum, vbicunq; poteſt haberi recurſus ad iudicem ſecularem in cauſa ad cognitionem ſecularis ſpectante; quia eſt remedium in ſubſidium iuſtitiæ; ſed in cauſis, quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum, poteſt habere locum, veluti ratione pacis, vel iuramenti, vel quando crimen eſt notorium, vel quando non auditur in iudicio ſeculari, vel quia eſt obligatio naturalis tantũ, vel quando miſerabilis perſona, vel depreſſa denunciat, vt *d.c.nouit, de iud.* ita Bart. *d.extrauag. ad reprimendum. ver. denunciatio-*
26 *nem. num.*9. *& ſeq. ver. contra ipſam.* † Limita, etiam ſi naturalis extet, quando exceptio obſtat deſcendens ex maleficio, vel dolo, contra agentem, veluti contra eum, qui eſt tutus exceptione Macedoniani, vel contra mulierem, quæ eſt tuta exceptione Velleiani; quia exceptio oritur propter imbecillitatem, vel in pupillo ſe obligante; quia competit reſtitutio, & generaliter vbi exceptio oritur ex maleficio, vel dolo contra petentem, vel exceptio ob naturalem æquitatem, vel ob imbecillitatem ſexus, vel poteſt competere reſtitutio, non eſt locus denunciationi euangelicæ. Bart. *d.extrauag. ad reprimendum. in*
27 *ver. denunciationem. num.*12. *& ſeq. ver. quid de filiofamilias.* † Probare denuncians, quæ debeat, vide Bart. *d.extrauag. ad reprimendum. in ver. denunciationem. n.*17. *ver. modus probandi.* vbi, quod primam denunciationem probare non tenetur; quia ſibi creditur, ex quo præcipitur interte, & ipſum ſolum; ſecunda debet probari per vnum, vel duos teſtes, & ſe ipſum; quia coram tot fieri præcipitur; tertia, dic Eccleſiæ, probatur per libellum, vel denunciationem in actis porrectam; quarta probatio, quod denunciatus peccet in denunciantem, probari debet probando legitime, quod eſt ſibi debitor, vel quod detinet rem ſuam, vbi apoſtill. ad Bart. *in ver. hæc autem probatio.* dat concord. In-
28 noc. Abb. Barbat. Decia. & Felin. *in c. nouit. de iudic.* † Contraria probatio denunciati qualis eſſe debeat, vide Bart. *d.extrauag. ad reprimendum. in ver. denunciationem. n.*17. *& ſeq. ver. hæc autem probatio.* vbi recitatis opinionibus contrariis, quod ſufficiat, quod denunciatus neget ſe indebite tenere; quia vlterius Eccleſia non procedit, niſi eſſet peccatum notorium, & quod non ſufficit; quia denunciantis probatio inducit præſumptionem peccati, tandem diſtinguit, aut denunciatus à principio negauit nunquam fuiſſe debitorem, & fuit probatum, licet dicat reſtituiſſe, non ſibi creditur: ſi vero confitetur habuiſſe, & reſtituiſſe, & aliunde non probatur, quod habuit, niſi ex confeſſione, & probatur reſtitutio; ſi autem probatur aliunde, quod habuit; quia potuit confiteri; quia ſciebat poſſe probari, prout fuit, probatur, & ſtatur coniecturis ex qualitate perſonarum, quantitate debita, & veriſimilitudine maiori. † Si vero denunciatus allegat cauſam pen- 29
dentem ab alio, vt quia hæres ſit, vel ſucceſſor, an releuetur, eſt arbitrarium iudici conſideratis circumſtantiis, quas adducit Bart. vbi ſupra, *n.*18. *ver. ſed ſi cauſa.* † Sententia autem ſuper denunciatione fer- 30
tur, quod exire debeat de peccato ſub pœna excommunicationis. Bar. *d.extrauagan. ad reprimendum. ver. denunciationem. in fin. ver. ſententia autem.*

Deportationis pœna quæ ſit, quid operetur, & à quibus imponi poſſit. Concluſ. 197.

DEPORTATIO † eſt pœna capitalis, qua quis damnatur ad o- 1
pus publicum, non in metallum, & iſti perdunt ciuitatem, non libertatem. Cuman. *conſ.*139. *n.*6. vbi, quod hodie bannum eſt loco deportationis. † Contrarium, quod deportationis loco non ſucce- 2
dat bannum, ſed carcer perpetuus. Bologn. *in addit. ad conſil.*1. *Ioan. de Anan. n.*18. *in fin.* Vide, *Pœnarum capitalium maior quæ dicatur, & quot ſint capitales. Concluſ.*223. *n.*4. *& ſeq.* † Declara; quia bannitus, etiam 3
qui poteſt impune offendi, non æquiparatur deportato. Bart. *in ſua quæſt.*1. *Lucanæ ciuitatis. in ſolutione, n.*2. *ver. ſecundo videamus.* vbi citat pro vtraq; parte plura; ſed tamen dicit, quod iſta eſt communis * opinio * modernorum, & quod ita fuit diſputatum Bononiæ per Federicum de Scalis, & adducit Bart. tres differentias, per quas non poſſunt æquiparari; quia Præſides prouinciarum non poſſunt deportare; item non poſſunt gratiare deportatos, ſed ſolus Princeps, & Senatus; ſecundo, quia efficiuntur deportati infames; imo perdunt omnem famam; tertio, quia non poſſunt offendi, quæ omnia ſunt contraria in bannito, qui poteſt impune offendi, non efficitur infamis, & poteſt banniri per Præſidem, & Rectorem Ciuitatis gratiari. † Et per- 4
dunt ea, quæ ſunt iuris ciuilis, non ea, quæ ſunt iuris naturalis; ideo ſuum ſtatum dicuntur mutare; ſecus in damnato in metallum; quia non retinet reliquias ſtatus ſui. Caſtrenſ. *conſil.*152. *col. pen. ver. eſt ergo. lib.*1. † Et quod deportatio afficiat perſonam; quia aufert ea, quæ 5
ſunt iuris ciuilis. Signoro. *conſ.*89. *num.*2. & quod non poſſint deportati facere teſtamentum, neq; aliis ſuccedere, eſt communis * opinio * de qua Clar. *in §. teſtamentum. q.*22. † Quod banniti æquiparentur de- 6
portatis. Cuman. *d.conſ.*139. *n.*6. Bald. *conſ.*284. *Præmiſſis verbis. n.*1. *in fin. ver. confirmantur prædicta, lib.*1. *& conſ.*341. *in princ. lib.*4. quod eſt duplicatum *eod. lib. conſ.*36. Signorol. *conſ.*207. *In quæſtione. num.*3. Alex. *conſ.*
26. *Circa primum. in princ. lib.*1. Capic. *deciſ.*153. *per totam.* Gabriel. *conſil.*
174. *n.*17. † Præſides Prouinciarum licet poſſint imponere pœnas 7
vltimi ſupplicij ſine licentia ſuperioris; tamen non poſſunt deportare. Fulgoſ. *conſ.*1. *nu.* 2. vbi, quod bene Præfectus Prætorio, & Vrbis poſſunt. Bar. *in l. q. Lucanæ ciuitatis, in ſolutione, n.*2. *ver. contrarium credo.* † Extende idem in Prætore; quia non poteſt deportare. Bald. *conſil.* 8
284. *n.*1. *in fin. lib.*1. Alexan. *conſ.*26. *col.*2. *ver. ſed præmiſſis. lib.*1. vbi, quod Prætor Ferrariæ non poteſt deportare, & ſi non poteſt Præſes Prouinciæ, multo minus poteſt Prætor vnius ciuitatis. Bart. *q.*1. *in ſolutione. nu.*2. *ver. contrarium credo.* Vide, *Banniti noſtri temporis quibus æquiparentur. Concl.*11. *n.*4. *& ſeq.* † Hæc pœna deportationis imponitur rei, 9
qui fecit vim publicam adunando armatos, vt alium offendat, *l. qui dolo. in fin. vbi gloſſ. ff. de vi public. Inſtit. de public. iudic. §. item lex Iulia de vi.* † Infamis efficitur deportatus. Bar. *d.q.*1. *in ſolutione. n.*2. *ver. præterea fa-* 10
ma. vbi, quod nedum ſit infamis, ſed fama ſua in totum tollitur. Sententia † deportationis non poteſt ferri in abſentem. Bar. *d.q.*1. *in ſolu-* 11
*tione. n.*2. *ver. contrarium.* allegat *l. in abſentem. C. de accuſat.* † Deportatus 12
igitur non habet hæredem, ſed nudus exulat, & cenſetur alius homo, quam eſſet ante deportationem, & ideo filij concepti, dum eſt deportatus, non excludunt ſubſtitutũ; quia teſtator de eis non cenſetur cogitaſſe. Caſtrenſ. *conſ* 152. *col. pen. ver. item nec obſtat. lib.*1. quod limitat, vt ibi, niſi reſtituatur. † Perdit ea, quæ ſunt iuris ciuilis, *l.*2. 13
ff. de pœn. Bar. *conſil.*17. *Viſo quodam.* vbi dicit, quod poteſt eſſe arbitrator. *lib.*2. † Confiſcantur bona deportati, ſi non habet filios ſaltim 14
conceptos ante deportationem; quia concepti poſt non attenduntur, neque recuperant à fiſco, *l. ex facto. ff. ad Trebell.* per quem tex. ita decidit Alex. *conſ.*185. *Viſo titulo. n.*13. *ver. ſexto probatur. lib.*2. † Imo fi- 15
lii deportati patris, ſi ſunt concepti poſt deportationem, non excludunt ſubſtitutum, quem excluderent, ſi eſſent concepti ante deportationem, in illo caſu ſubſtitutionis filio, *ſi deceſſerit ſine filiis*; quia licet habeat filios poſt deportationem; non tamen eis reſeruatur ius legitimæ ſucceſſionis. Alexand. *conſ.*185. *n.*2. *ver. quarto videtur. lib.*2. † Ra- 16
tionem aſſignat Alex. *d.conſ.*185. *n.*17. *ver. Non obſtat quinto. lib.*2. quia deportatus fingitur alius homo; ideo ex eo nati nõ dicuntur nati ex vocato libero, & per conſequens non ſunt vocati, prout diſpoſitio cantat.

17 cantat. † Restituere, & gratiare deportatum nemo potest, nisi solus Princeps, & Senatus. Bar. *d.q.1. in solutione, num.2. ver. Praeterea deporta-*
18 *tum nemo potest.* † Deportatus non succedit, sed habetur pro mortuo, & aliis aperit viam, vt ipsi post eum succedere debentes succe-
* dant. Alexand. *consil.26. circa primum, in princ.* vbi dicit magis * communem, *lib.1.* & est communis opinio. Iul. Clar. *in §. testamentum. q.22.*
19 † Relegatus tamen habet testamenti factionem, consequenterque
☞ succedit de iure. Ita Clar. *d. §. testamentum. q.2. in fin.* Vide, *Relegatio*
20 *quid sit, & quis possit relegare. Conclusio.130.* † An condemnatus ad triremes dicatur deportatus, vel relegatus; dic, quod est potius relegatus; quia est poena incognita à iure, & potius vsu inducta, maxime in Italia, prout dicit Clar. *in §. fin. in praxi quæst.7. nu.5.* & ideo sicuti poena carceris perpetui incognita non priuat factione testamenti; quia non dicitur deportatus, ita Clar. *§. testamentum. quæst.23.* idem videtur dicendum in condemnando ad triremes sine banno, & confiscatione bonorum. † Tu dicas, quod dicitur imo plus, quam deportatus; quia dicitur damnatus in metallum, & ex quo hæc poena amplius non est in vsu, successit poena triremium; ideo secundum hanc declarationem non haberet successionem, neque factionem testamenti. Capic. *decis.153. nu.3.* sequitur Gabriel. *consil.174. num.17.* Car-
22 rer. *in praxi crimin. in vltima parte. num.121. & sequ.* † Declara; quia imo damnati in metallum non perdunt factionem testamenti; quia est correcta illa priuatio libertatis, vt per Bar. *in l. qui vltimo, num.3. ff. de*
23 *pœn.* ergo habebunt factionem testamenti, & consequenter bona. † Declara; quia condemnatus ad triremes ad tempus sine confiscatione bonorum, dicitur potius relegatus, quam deportatus; si vero perpetuo est deportatus ad triremes; tunc habetur pro condemnato in metallum; & in hoc secundo casu procedit Capic. *decisio.135.* in primo casu est locus postliminio reuersis, qui dum sunt in manibus hostium, habentur pro mortuis, dum reuertuntur, habentur
24 semper ꝙ viuis, & sic pendet ab euentu. † Vide tamen Boss. *in praxi, tit. de extraord. crim. n.3.* vbi videtur velle, ꝙ pro pœna ordinaria deportationis; quia non est in vsu, succedat hodie pœna triremium, vti pœna arbitraria condigna, & quod pœna arbitraria hodie sit loco deportationis, dicunt plures, quos citat Decian. *in tractat. crimin. libr.8. c.17. num.19.* Clar. *§. fin. quæst.83. num.6. ver. osculum.* Vide, *Damnati in*
☞ *metallum qui dicantur, & qui æquiparentur deportato. Concl.3.*

Depositum quid sit, & quotuplex, & eius natura. Concl. 198.

1 DEPOSITVM † est, quando pecunia commendatur alicui reddenda in specie ad nutum deponentis; quia tunc est proprium depositum. Roman. *consil.500. Summarius, in princip. vers. Pri-*
☞ *mus, quia.* allegat *l. Lucius. la prima. ff. depos.* Vide, *Mutuum an præsu-*
2 *matur in dubio, vel non. Conclusion.442.* † Bonæ fidei supremæ est contractus depositi; ideo de apicibus iuris non est disputandum in
3 contractu tali. Bal. *cons.256. Actum fuit depositi, in fin. lib.1.* † Non cadit depositū in rebus stabilib. nisi vno casu, quando possessio sequestrat, vt sit in depositum, sed proprie depositum cadit in rebus mobilibus.
4 Zabar. *cons.115. n.2.* † Triplex est depositum, proprium, vt quando pecunia deponitur obsignata; quia ex quo non est actum tacite, neque expresse, quod is, penes quem est factum depositum, possit vti, si vteretur, committeret furtum. Bald. *consil.352. Quidam A. deposuit, num.2. in fin. & num.3. verific. aut non est data, lib.3.* & appellatur hoc depositum in specie certa, ita quod liberatur depositarius ex casu fortuito. Bald. *consil.236. Viso instrumento, in fin. lib.5.* & dicitur in specie, quando idem corpus pecuniarum debet restitui. Bald. *cons.219. Præmittendum est, in princip. lib.5.* vbi, quod depositarius liberatur per in-
5 teritum rei depositatæ. † Et quod propria natura veri depositi sit, quod fiat in sacculo obsignato, & depositarius eo vti non possit.
6 Deci. *consil.116. col.1.* † Improprium est, quando deponitur pecunia numerata; quia tunc censetur tacite habere potestatem vtendi, & in hoc exceditur natura depositi. Bald. *dict. consilio 352. numer.2. libro 3. verfic. aut potestas vtendi.* per *l. Lucius, circa med. ff. deposit.* & dicitur tale depositum in genere factum; & ideo cum genus non possit perire, non liberatur depositarius proprer casum fortuitum. Baldus *dict. consil.236. numer.5. verf. quinto vtrum. libr.5.* Bald. *dict. consil.219. verf.*
7 *primo casu, libr.5.* vbi idem Roman. *consil.500. Summarius. numer.7.* & plenius *consil.520. circa propositam, in princip.* † Magis obligatur ad casum fortuitum recipiens pecuniam numeratam propter vsum,
8 quam recipiens obsignatam. Cuman. *consil.185. numer.1.* † Commutabile est, quando deponitur pecunia numerata, & agitur, quod possit illa vti, si voluerit is, penes quem deponitur; quia si vtatur, efficitur mutuum; si non vtatur, restat depositum, *l. certi condictio, §. final. ff. de rebus cred. cum l. sequen.* Bald. *dict. consil.352. numer.2. libr.3.* & adde Cephal. *consil.603. per totum.* vbi, quod est mutuum, non depositum, & concord. vide apud Rimin. Iun. *consil.60. n.36.* licet ipse contrarium teneat, & repetit *cons.152. n.38.* vbi dicit magis * communē, * licet ipse teneat contrarium distinguendo, vt ibi per eum. Vide, *Depositum potest cedi, & an ex deposito possit vsura percipi. Conclus.202. numer.*
☞ *4. & sequen.* † Contrarium Rimin. Iun. *consil.60. per totum*, & ma- 9
xime *numer.36. & seq.* vbi dicit imo depositum huiusmodi ex confessione verum esse, & habere omnia sua priuilegia, & repetit *consil.152. numer.31. & seq. libr.2.* † Aliud est depositum, quod fit ad effectum, 10
vt depositarius inuestiat pecuniam depositatam, & facta inuestitura non competit actio depositi, sed actio præscriptis verbis. Bald. *consil.315. Ad euidentiam præmittendum, post med. ver. considerandum est, lib.3.* † Aliud est depositum dubium, puta, quia deposita est pecunia, & 11
non est actum, quod eadem reddatur, neque quod possit ea vti; & istud depositum regulatur secundum speciale depositum; quia non venit, nisi dolus & culpa in hoc, sicut in speciali depositō. Baldus *dict. consil.219. Præmittendum est, per totum, libr.5.* vbi, quod casus fortuitus liberat depositarium. † Aliud est depositum participans de 12
alio contractu, quando est factum correspectiue, & incontinenti post alium contractum, & non habet proprie naturam depositi, veluti si mutuaui tibi centum, & statim tu deposuisti eadem centum penes me; nam licet in depositō non admittatur compensatio; tamen isto casu ex æquitate admittitur de mutuo ad depositum; quia sunt correspectiui contractus, & depositum videtur participare de mutuo. Bald. *consil.315. Ad euidentiam præmittendum, per totum, libro3.* plene Socin. *consilio 143. numero 13. & sequent. versic. Sed posito, libr.1.* vbi pleniſſime, *numero 14.* † Et quod admittatur exceptio compen- 13
sationis, vel alia, quando depositum est correspectiuum. Crauett. *consil. 924. numer.3. & 4.* allegat Corne. *consil.61. libr.3.* † Extende; 14
quia si facio depositum ducentorum scutorum penes tertium, vt tibi soluantur ex causa certi contractus, puta, donationis, si non impleſ ex parte tua, potest excipi de dolo, nec debet depositum solui; quia videtur conditionale, plene Ancharan. *consil.360. Ex serie pacti,* vbi latissime. † Extende; quia depositum potest retineri per de- 15
positarium, quando correspectiue pro alia obligatione fuit factum, seu pro cautione depositatj. Socin. *consil.143. num.14. libr.1.* † Item 16
aliud est depositum ciuile, quod fit ex sola confessione; ideo possum habere depositum ex tua confessione, licet mihi deberes ex causa afflictus, ex quo per stipulationem potuit conuerti in causam depositi. Cuman. *consil.160. Ioannes & Gerardus.* vbi, quod non admittitur exceptio, quod sit simulatum depositum isto casu, Socinus *consil.143. num.15.* & plenius Castrens. *consil.170. Viso puncto, in princip. lib.2.* vbi, quod est verum depositum, ex quo non deficit obligationis substantia, & per stipulationem vna causa conuerti potest in aliam. Vide, *Depositum qualiter probetur. Conclusio. proxima sequent.*
☞ † Et tale depositum non habet priuilegia depositi veri, & naturalis. 17
Socin. *consil.143. n.15. & seq. lib.1.* & plenius *nu.14. per totum.* vbi idem 18
in depositō correspectiuo. † Contrarium Rim. Iun. *cons.60. per tot.* ꝙ habet omnia sua priuilegia. † Aliud est depositum improprium, pu- 19
ta, quando conuertitur in mutuum, vel ex confecturis apparet esse mutuum, quia attenditur potius effectus, quam denominatio. Cephal. plene *cons.603 per totum*, & maxime *n.14. & seq.* † Aliud est na- 20
turale, quod fit ex vera, & actuali numeratione, seu depositione, vt per Bald. *cons.28. In quadam, in princ. & cons.256. Actum fuit, in pr. lib.1.* & vide Concl. seq. † Præsumitur autem naturale, vbicunque post con- 21
fessionem est renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ. Bal. *cons.236. Viso instrumento, n.4. ver. quarto vtrum, lib.5.* † Vide tamen; 22
quia imo depositum vnicum est, videlicet naturale tantum; quia bene mutuum est naturale, & ciuile, sed depositum est semper naturale ideo confessio in depositō magis probat veram numerationem. Bal. *cons.269. Quidam nomine, in fi. lib.1 & cons.455. num.6. in fi. eod. lib. & cons.*
256. per totum. lib.1. Socin. *cons.143. num.3. lib.1.* † Iudiciale est depositum, & extraiudiciale, iudiciale debet fieri ex ordine Iudicis, extra- 23
iudiciale secus. Tiraquel. *§. 4. gloss. 7. numer.11. de retract. conuention.* Roland. à Vall. *cons.63. num.32. lib.1.* Curt. Iun. *consil.28. col.1. in princip.* Vide Mascard. *d. conclus.509. Depositum quid sit, num.5. & 6.* vbi, quod depositum non nisi vno modo recte contrahitur, videlicet re, & hoc siue confessione, siue verbis, aut chirographo fiat; secus est in mutuo.

Depositum qualiter probetur, & eius specialia. Concl. 199.

DEPOSITVM † verum & naturale probatur ex instrumento, 1
in quo depositarius confitetur ad instantiam Seii præsentis, & deponentis habuisse, &c. quia illa verba, *præsentiū, & deponentis*, non possunt referri, nisi ad verum depositum, & naturale, Bald. *cons.28. In quodam instrumento, libr.1. in princip. & consil.256. Actum fuit, per totum, libr.1.* † Amplia; quia depositum ex sola confessione probatur; quia 2

in

in eo non est necessaria numeratio. Bart. *d. consil. 28. num. 2. ver. Item in deposito. lib. 1. & cons. 256. per totum. eod. lib. 1.* & quod sola confessio probet depositum verum, Natta latissime *consil. 438. Super proposita.* vbi ampliat procedere, etiam si vsus depositi concedatur depositario, & * hanc * communem dicit Rimin. Iun. *consil. 152. num. 32. & sequ. libr. 2.*
3 † Contrarium videtur velle Bald. *consil. 218. Præsuppositostatuto. in fine. ver. quartus articulus. lib. 1.* Quia depositum confessatum non est verũ depositum, si non constat de vera numeratione, sed tamen loquitur de confessione probata per testes. Crauett. qui alios citat *consil. 924. in princ.* Cuman. *consil. 160. Ioannes & Gerardus.* Socin. *consil. 143. numer. 14. & sequ. libr. 1.* † Declara; quia confessione depositum non contrahitur, sed iam contractum probatur ex sola confessione; ideo agens contra alium, tanquam depositarium ex instrumento, in quo dicitur, quod A, dedit in depositum decem B, prout B confitetur habuisse, & recepisse, debet obtinere. Bald. plene *consil. 256. Actum fuit depositi, per totum. lib. 1.* maxime inquit in fin. quando agitur inter miserabiles personas, & quando confessio est per publicum instrumentum, & Castrens. *consil. 434. Visis omnibus, col. 3. ver. iis visis. lib. 1.* Vide Mascard. *Conclus. 509. Depositum quid sit.* vbi, quod probatur confessione in præiudicium confitentis, sed non in præiudicium tertij; quinimo depositum confessionatum non habet priuilegia veri de-
5 positi. † Declara; quia si non defuit obligationis substantia, vt quia mihi debes, vel ex causa mutui, vel alia causa vera, & reali, & illa causa conuertitur in depositum, & sic debitum ex vna causa cõuertitur in aliam per fictam traditionem; tunc est verum depositum, ac si vera numeratio interuenisset, siue pecunia sit parata solutioni, siue nõ; quia sicuti vera possessio, & verum dominium transfertur ex constituto, & sic ex ficta traditione; ita verum efficitur depositum ex ficta solutione subsistente vera causa obligationis transfusæ. Castrens. *consil. 170. Viso puncto. in princ. lib. 2.* secus dicit, si depositum ex pacto
6 fieret; quia non potest fieri, nisi pecunia sit parata solutioni. † Idem, quando adest iuramentum; quia præsumitur naturale, & habet exe-
7 quutionem paratam. Boer. *decis. 295. nu. 9.* † Extende; quia si campsor confessus est recepisse, importat de sui propria significatione, quod actualiter receperit, & pecunias ad se traxerit, *l. cæpisse, cum ibi not. ff. de verb significat.* Alexand. *consil. 76. in fin. lib. 2. & consil. 167. col. 1. eod. lib.* quod comprobatur; quia in dubio potius præsumitur depositum fuisse verum, & actuale, quam confessionatum iuxta tradita
8 per Boer. *decis. 295. num. 7.* Bald. *consil. 236. lib. 5.* † Declara, vt procedat, quando mercator est, qui deponit, & qui recipit; quia inter amicos consueuit accommodari nomen, quando sunt mercatores. Cor-
9 ne. *cons. 262. n. 13. lib. 4.* † Extende; quia depositum verum, & actuale probatur etiam ad fauorem absentis, quando campsor in libris suis scripsit se habere in depositũ ad fauorem Titij tot scuta; quia ex quo talis scriptura probat contra scriptorem, & constat de ea, plene pro-
10 bat Castrens. *cons. 434. col. 3. circa fin. ver. His visis. lib. 1.* † Restringe; quia extensio non procedit, quando scriptura mercatoris non est manu ipsius scripta, sed manu tertij. *l. nuda.* & ibi Bartol. & alij *ff. de dona-*
11 *tion.* † Declara; quia restrictio procedit, quando tertius sine commissione campsoris scripsit, secus si de eius commissione, vt quia deputatus fuit ad hoc. Castrens. *dict. consil. 434. colum. 3. in fin. versic.*
12 *Sed respondeo. lib. 1.* † Amplia; quia in depositio possunt concurrere stipulatio cõformis, & numeratio, videlicet, si depono nomine meo, stipulor nomine meo, & idem, si depono nomine alieno, & etiam stipulor nomine alieno; quia vtrumq; valet. Bald. *cons. 416. Præmit-*
13 *tendum est. lib. 2. in princ.* † Extende; quia etiam difformis stipulatio potest concurrere cum numeratione, & vtrumq; valet, veluti si depono nomine meo, & stipulor alteri reddi, vel econtra, si depono nomine alieno, & stipulor mihi reddi, vtiq; valet vtrunque; quia est speciale in depositio, mutuo, & donato, vt alteri stipulari possim super
14 re mea non duratura mea. Bald. *d. cons. 416. in princ. lib. 2.* † Amplia; quia probatur depositum per testes, qui dicunt vidisse pecuniam deponi, vel pecuniam numerari; imo si vnus dicat vidisse deponi, & alter, quod vidit numerari, probant depositum; secus si dicant depositum confessum fuisse, vel factum in sacculo; quia non probant
15 quantitatem. Mascard. *Conclus. 510. Testes deponentes.* † Limita; quia depositum non probatur, donec de eo est controuersia. Cephal. qui ponit plura similia *cons. 617. n. 12. & per tot. lib. 5.*

Depositum quæ priuilegia, & specialia habet. Conclus. 200.

1 DEPONENS † præfertur omnibus aliis creditoribus; quia depositum habet hoc priuilegium, vt præferatur. Bald. *consil. 276.*
2 *Super facto. lib. 2.* † Et quod deponens præferatur aliis creditoribus
3 in bonis cessantis. Castrens. *in l. Si hominem. §. quoties. ff. depos.* † Et inter plures creditores ex causa depositi ille præfertur, cuius pecunia reperitur non consumpta. Bald. *consil. 432. circa med. versic. tamen in causa. lib. 1.* † Restringe, quando depositum esset vsurarium; quia non habet priuilegium prælationis. Bald. *dict. consil. 276. lib. 2.* & dici- 4
tur vsurarium, quando pro eo soluitur aliquid. *l. si hominem. §. quotiens. ff. depositi.* vbi Bart. Angel. & alij. Decian. *consil. 109. num. 81. lib. 2.* † Et 5
quod non sit licitum percipere aliquid pro pecunia depositata. Crauet. *consil. 924. num. 16. & seq.* Vide, *Vsura omni iure prohibita. Conclus. 337. num. 36. & seq.* vbi plenius. Vide in contrarium infra, *Depositum potest cedi. Conclus. 202. num. 3. & seq.* † Amplia; quia tenetur depo- 6
sitarius restituere pecuniam suam deponenti, etiam quod deponens pecuniam depositam furatus fuisset, & soluendo liberatur. *l. bonæ fidei. ff. depositi.* vbi Curt. Sen. *in repet.* Bald. *in rubric. C. depos.* † Extende; quia tenetur etiam repræsentanti scripturam depositi illud præ- 7
cise restituere, quando ita est conuentum, *l. 1. §. si conueniat. ff. depositi.* † Extende; quia etiam cessionario, qui succedit in ius cedentis, de- 8
bet restituere. *l. emptor.* vbi Bald. *C. de hæred. vel actio. vendi.* not. *in l. ex pluribus. C. de admin. tuto.* quia est verus creditor cessionarius. Bald. *in l. 1. num. 5. in fin. ff. si cert. petat.* quem cæteri sequuntur, vt ibi per Decia. *num. 31.* Roman. *cons. 142. & 202.* Vide, *Creditoris appellatione quis contineatur. Conclus. 1055.* † Declara; quia deponenti etiam prædoni 9
debet restitui depositum, si dominus non petit, alias secus. Bald. *consil. 480. Ista quæstio. in princ. lib. 4.* allegat *l. bonæ fide. §. incurrit. ff. depositi.* † Amplia; quia si depositum sit factum pro certo tempore præfixo; 10
potest tamen depositarius compelli soluere ante terminum, si deponens velit. *l. 1. §. penult. ff. depositi.* Alexand. *cons. 80. Circa primum. numer. 13. versnec obstat. lib. 3.* † Amplia; quia exequutionem paratam 11
habet depositum. Bart. & Angel. *in l. penult. C. depositi.* † Restringe 12
in confessionato, Rimin. Iun. *consil. 152. num. 39. & seq. libr. 2.* quia est contractus, qui re contrahitur, hoc est numeratione. Bald. *consil. 218. Præsuppositio statuto, num. 5. & consil. 269. Quidam nomine, nu. 6. lib. 1.* Boer. *decis. 295. Primo præsuppositio, n. 8.* † Declara restrictionem; quia si est 13
renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, præsumitur naturale, & verum, vt inquit Bald. *consil. 236. Viso instrumento depositi, num. 4. versic. quarto, vtrum præsumatur. lib. 5.* facit; quia per actum ciuilem, videlicet, per confessionem, quæ est de iure ciuili, non inconuenit probari numerationem, quæ est de iure gentium, necest nouum, quod per verba enunciatiua confessionis probetur veritas depositi, quando confessio non disponit, sed dispositum inuenit, vt per Baldum. *consil. 256. Actu fuit depositum. num. 2. lib. 1.* vbi, quod depositum est supremæ bonæ fidei, & in eo non conuenit de apicibus iuris disputari, sed bonum & æquum tueri, refert, & sequitur Boer. *consil. 25. Viso appellationis processu, numer. 7. & sequen.* vbi pulchre loquitur, refert etiam Socinus *consil. 143. Diu profecto anceps. num. 2. versic. aliud præterea, lib. 1.* Angel. Aretin. *in §. sequens. num. 9. Instit. de action.* Vide Conclus. prox. præced. *n. 2. & seq.* † Idem est, quando adest iuramen- 14
tum; quia habet exequutionem paratam. Boer. *decision. 295. numer. 9.* † Amplia; quia compensationem non admittit depositum. Natt. 15
cons. 438. Super proposita. Zabar. *cons. 83. in princip.* per *l. fin. C. de compens.* †Extende; quia depositarius compellitur præcise restituere depositum deponendi, non obstante exceptione doli, vel compensationis vel alterius similis, ne contractus bonæ fidei ad perfidiam reducatur. *l. si quis. vel pecunias. C. depositi. l. 1. §. est autem. ff. eod.* †Extende, etiam, si sit 17
confessionatum; quia adhuc non perdit priuilegium. Natt. *d. cons.* 18
438. *in prin.* Rolan. *cons. 17. nu. 6.* †Contrarium tenent Bald. *cons. 384. Duo sunt videnda, lib. 1.* Veron. *cons. 44. nu. 2. & cons. 46. nu. 6.* Socin. *cons.* 19
143. nu. 15. lib. 1. & cons. 171. li. 2. Crau. late *cons. 924. in prin.* †Restringe, vt non procedat, quando depositum participaret de alio contractu, veluti si ego mutuaui tibi centum, tu illa centũ apud me deposuisti, si petas depositum, & ego peto mutuum ex æquitate, fit compensatio; quia ex quo sunt correspectiui contractus, depositum videtur participare de mutuo. Bal. *cons. 315. Ad euidentiam præmittendum, lib. 3.* plene Rimin. Iun. *cons. 152. n. 38. & seq. lib. 2.* † Amplia; quia exceptio 20
non numeratæ pecuniæ non admittitur contra depositum. †Exten- 21
de etiam in confessionato depositio. Hip. Rimin. *cons. 152. n. 31. & seq. lib. 2.* vbi late hoc comprobat, & tollit contraria. †Amplia; quia fauo- 22
rabilis dicitur causa depositi ex parte deponentis, periculosa ex parte depositarii differentis restituere depositum; ideo exceptio nulla admittitur, quæ respiciat tertium, Anch. *cons. 192. In auxilium veritatis.* †Amplia; quia exceptio tertii non iuuat depositarium. Anchar. *cons.* 23
192. *in princip.* †Extende; quia neq; sequestrum iudicis impedit resti- 24
tutionem depositi, quando depositarius iurauit non opponere sequestrum; quia magis Deo, quam iudici debet obedire. Anchar. *d. cons. 192. in prin. & in fin. nu. 12. ver. non obstat etiam sequestratio.* Bart. *quæst. 6. Lapus num. 4. ver. nono sic probatur.* Imo etiam si depositum allegare- 25
tur in fraudem creditorum factum; illud tamen adhuc retinet priuilegium prædictum, vt non possit impediri, sed agendum est reuocatoria. Ancharan. *dict. consil. 192. in fin.*

Restrin-

26 Restringe, quia † depositum factum ex turpi causa, puta, quis compellitur deponere, vt se liberet à proditione, potest sequestrari facere, & valebit sequestrum ad instantiam deponentis. Zabar. *consil.83.cir.med.ver.ad aliud ergo*, quod est collegij Paduani, & ibi,
27 quod non compellitur soluere, nisi data cautione. † Restringe, quia confiscatis bonis delinquentis actio depositi impeditur respectu eius, qui passus est confiscationem Zabarel. *d. consil.83.in fin.*
28 Restringe, † quia si tertius est dominus rei depositatæ, ita quod possit vendicare, tunc impedit depositum restitui non domino. Zabarel. *consil.83.numer.2.* Bartol. *in quæst.6.Lapus, numer.8.versic. nono.*
29 Amplia, † quia deponens remanet dominus rei depositatæ, ideo agere non potest rei vendicatione ad rem depositatam. Bald. *consil.379.Retentis aliis, num.2.circa med.ver.at depositum remanet, lib.5.&*
30 *cons.105.lib.1.* vbi duplicatur. † Amplia, quia tenetur depositarius de dolo tantum, non tamen de leui, aut leuissima culpa. Zabarel. *consil.115.numer.2.* vbi, quod non defertur iuramentum in supplementum, neque in litem, nisi probato dolo. Zabarel. *consil.115.*
31 *num.2.& per totum.* † Amplia; quia deponens ex conuentibus creditoris penes certam personam liberatur ab omni periculo contingente, ideo periculum spectat ad creditorem si depositarius efficeretur non soluendo. Bart. *in l.prætoria, ff.de prætor.stipul.* vbi Alex.
in apostill. dat concord. gloss. *in l.si pro parte.§.versum.ff.de in rem ver-*
32 *so, iuncto tex. in l.maritus.ff.pro socio.* Afflict. *decis.172.* vbi late. † Restringe, quando culpa, vel facto deponentis non duraret depositum, quia deponens tenetur. Bart. & Doctor. *in l.si fideiussor, §.meminisse.ff.de legat.1.& in l.inter Castellianum, de arbitr.* sequitur Afflict.
33 *decis.172.* † Amplia, quia depositum habet vim solutionis; ideo cautela est, quod pro summa liquida fiat depositum, pro liquidanda oblatio, & non potest quis dici morosus, vt detur fideiussor. Ang. *in l.4.§.ait prætor.ff.de re iud.* Vide, *in ver. Administrator condemna-*
tus ante liquidationem qualiter releuetur. Concluſ.210. Vide plenius, *De-*
positum habet vim solutionis, & quando secus. Concluſ.201. quæ est proxi-
34 ma seq. † Restringe, vt non procedat in eo, qui simpliciter est obligatus, vel qui habet rem iudicatam contra, quia per depositum non liberatur. Corn. *consil.262.in fin.lib.4.* vbi, quod debet sol-
35 uere, & si prætendat non teneri, repetat. † Restringe, quia à communiter contingentibus deposita fiunt apud amicos, qui restituunt pecuniam, & sunt fictitia; ideo simpliciter debitor non euitat exequutionem rei iudicatæ, licet deponat. Corn. *d. consil.262. num.13.*
36 *lib.4.* vbi quod maxime inter mercatores hoc seruatur. † Idem, si fiat depositum pecuniæ per instrumentum, quia si deponens postea secum reportauit pecuniam depositatam, nihil releuat instrumentum depositi; quia potius attenditur veritas, quam instrumentum. Paris. *consil.54.num.80.lib.1.* Socin. *consil.143. Diuprofecto,*
37 *lib.1.* † Amplia, quia iuratur in litem contra depositarium recusantem restituere rem depositam quando probatur depositum, sed non quantitas. & negauit depositarius vtrumque. Io. de Imol.
38 *consil.2.* † Extende, quia imo potest torqueri depositarius, quando non esset locus iuramento, puta, quia iudex esset deponens.
39 Ioan. de Imol. *d. consil.2. per totum.* † Amplia, quia depositarius vtens re depositata committit furtum quando depositum erat in sacculo; secus si erat in quantitate, *l.si depositi, C. depos it.* Bal. *consil.352.*
40 *Quidam A. deposuit, lib.3.* vbi late. † Limita, quia depositum ex causa turpi, & illicita non habet priuilegia, veluti si quis compellitur deponere taleam ex turpi causa, & proditorie causatam, quia au-
41 ditur deponens contra depositum. Zab. *consil.83. per totum.* † Limita, quia licet non admittat depositum exceptionem aliquam etiam stante statuto, tamen admittit exceptionem vsurariam, & simulationis, ita quod iudici ecclesiastico est remittenda causa. Zabar. *consil.120. per tot.*

Depositum habet vim solutionis, & quando secus. Conclusio 201.

1 DEPOSITVM † est solutio, & habet vim solutionis, quando causa soluendi subest, quia potest deponi, vt causa sequatur. Crauett. *consil.705.num.7.& 8.* Vide, *Depositum quæ priui-*
legia habet. Concluſ.prox.præced. per totam. Vide, *Debitor quando liberetur*
2 *oblatione, & depositio. Concluſ.55.* † Et legitime factum parit liberationem, *l.obsignatione. C.de solut.* Negus. *de pign.in 3.membr. quintæ part.*
num.27.ver.quia per oblationem, & quod habeat tunc vim solutionis, quando factum est seruatis seruandis, & non alias. Bartol. *in l. Item*
libertus. per illum text. ff.quib.mod.pig.vel hypot.soluit. l.obsignatione, vbi gl.
3 & Bald. *C. de solutio. & in l.acceptam, Cod. de vsur.* † Et quod habeat vim veræ solutionis, est text. *in l.creditor*, & ibi Bartol. *C. de pignor.l.1.* & ibi Bartol. *Codic. qui potio. in pignore habeant. l. si debitor offerat, ff. de solut.* & ideo omnia iudicia debent esse absolutoria, *Insiit. de per-*
pet. & temp. actio. in fine. † Amplia, quia depositum habet vim so- 4
lutionis, vbicunque operatur eundem effectum, Crauet. *d. consil.*
205. *num.8. ver. secundo respondetur.* † Extende; quia quando cre- 5
ditor recusat recipere, si debitor deponat id, quod debet citato, vel præsente creditore liberatur, *l.si fundus, §. in venditione, ff. de pign.* & idem in tertio possessore offerente creditoti hypothecario, & deponente, *l.creditor, & ibi not. C. de pign.* Bartol. *in l. Aristo. in prima*
quæstio. ff. quæres pignor. oblig. poss. † Et bona hypothecata liberan- 6
tur, *l.obsignatione, C. de solutio. l.acceptam, C. de vsur.* † Declara, quan- 7
do depositum est integrum congruis loco & tempore factum. *l.si*
solutionis, ff. de solutio. † Amplia, quia etiam contra dotem habet 8
vim solutionis; ideo si mulier agit pro dote sua in quantitate consistente contra tertium possessorem, & ipse offerat dotem, si mulier recusat recipere, & in contumaciam, vel ea recusante deponat liberatur, & actio de dote transfunditur in depositum, *d. l. obsignatione, C. de solutio. l.acceptam, C. de vsur.* † Amplia, quia depositum 9
resoluit tenutam mulieris pro dote quantumcunque anteriori factum per creditorem posteriorem. *l. qui potior, §. qui paratus, ff. qui po-*
tior. in pignor. l. fin. C. si antiq. credi. l. mulier, Cod. qui potior. in pignor. Bald.
consil.40. volum.1. in fin. Vide, *Oblatio habet multos effectus. Concluſ.25.*
Extende, † quia per tale depositum, vel actualem oblationem, se- 10
cundus creditor succedit in ius primi creditoris absque alia cessione, not. *in l.1. Cod. qui potior. in pignor.* & cauetur per statutum Florentiæ, *sub rubr. de præcept. de disgumb.* & in muliere, *in statuto, quod nul-*
la mulier. † Amplia, quia depositum factum citata parte ex decreto 11
iudicis habet vim solutionis, & implementi ex parte deponentis, in tantum, quod periculum est eius, contra quem tale depositum fuit factum. Alex. *consil.75. In causa, & lite, num.5.& seq. ver. circa secun-*
dum principale, lib.7. † Declara, dummodo sit integrale, & con- 12
forme conuentioni, alias non releuat. Alex. *d. consil.75. num.6. & seq.*
ver. Quia ad hoc pluribus modis respondeo, lib.7. † Limita, quia depo- 13
situm non habet effectum solutionis verę, vbi solutio vera, & simplex, sine causa fieri debet, ita Crauet. *d. consil.705. nu.1. & 8.* † Li- 14
mita in casu iurato. Rolan. à Vall. *consil.53. num.42. lib.1.* vbi, quod habet vim satisfactionis, sed non solutionis. † Limita, quia de- 15
positum conuentum fieri super vno banco non releuat, si fiat in alio licet æque idoneo, quia non potuit mutari depositarius concordatus, *l.si mandato meo, §.1. in ver. aut si nolit creditor mutare, ff.*
mandat. & satis constat de interesse partis, si non confidit de alio, prout de conuento, gloss. & Bart. *in l.2. ff. qui satisd. cog.* Nec obstat, quod loco fideiussoris oblati alius æque idoneus possit dari, *l. qui*
autem, §. sed, & si quis certam, ff. de constitut. pecun. quia procedit, quando persona, quæ debebat fideiubere, recusabat, vel erat mortua, & debitor non est in culpa, neq; mora, quia ex æquitate aliis admittitur, ita Ias. *consil.41. lib.3.* Vide, *Solut non potest aliud pro alio, &*
quando secus. Concluſ.354. † Limita, quando campsor se obligat in 16
forma depositi, quia non habet vim solutionis, nec fit delegatio sed habetur pro fideiussore. Vide *supra in ver. Delegatio debiti, vel de-*
bitoris, quid sit, & operetur. Concluſ.142. † Limita; multis modis, de 17
quibus supra Concl. proxima præcedente, *num.33.& seq.*

Depositum potest cedi, & an ex deposito possit vsura percipi. Concluſ.202.

CEDI † potest depositum alteri in totum, vel in parte. Bald. 1
consil.352. per tot. lib.3. † Vide tamen Soc. *consil.143. in fin. lib.1.* 2
vbi, quod cessio præsumitur simulata, si pro deposito dubio & litigioso soluitur, quantum importat depositum. † Amplia, quia 3
valet cessio tot librarum facta ab eo, qui est creditor occasione depositi in tot florenis, quando depositum non erat obsignatum, quia ex quo potest is, cui factum est depositum, vti deposito, propterea valet cessio in alia specie, quam sit factum depositum. Bald.
d. consil.352. per tot. lib.3. vbi est casus. † Depositum factum penes 4
numularium, qui soluat certum quid, non est vsurarium stante consuetudine. Crauet. *cons.924. Non possum sententia, numer.16.& seq.*
vbi multos allegat, sequitur Dec. hanc conclusionem, & illam extendit *consil.170. col.pen. ver.& iste contractus.* Vide, *Vsura omni iure pro-*
hibita. Concluſ.337. num.36.& seq. † Extende, quia imo vsura non 5
est etiam ex mutuo, quando ille, qui consequitur aliquid, tantundem fuisset lucratus. Grat. qui dicit ita * omnes tenere, *consil.49.* *
num.9.& seq. lib.2. † Contrarium, quia licet consuetudo excusare 6
possit à pœna, non tamen facit, vt licita sit vsura, & prædictos reprobat apostil. ad Dec. *d. consil.170.* † Declara, vt plene per Rom. 7
cons.500. per tot. vbi, quando pro deposito possit aliquid solui, vel non. † Imo quando depositum est datum ea mente, vt vtatur 8
depositarius, minus licitum est lucrum, quia dicitur depositum irregulare, & transit in mutuum. Alex. *consil.80. ver. confirmo, col.1.*

9 vol.3.& consil.116.sequitur Rimin.Iun.consil.152.num.44.lib.2. † Et maxime nullam debet deponens percipere vtilitatem,quando est factum in pœnam deponentis.Ang.Aret.consil.66.nu.5.& per totum.

☞ Vide, *Deponere obligatus in pœnam. Concluſ.219.* Vide, *Depoſitum quæ priuilegia,& ſpecialia habeat.Concluſ.200.num.4.& ſeq.*

Depoſitum contentioſum vt releuet, quæ requirantur. Concluſ.203.

1 DEPOSITVM † vt releuet deponentem,& afficiat eum,contra quem deponitur, debet eſſe integrum, alias non releuat, quod intellige tam reſpectu veræ ſortis,quam fructuum,l.2.Cod.de vſur.Alex.conſil.75.num.8.lib.7.Cagnol.in l.7.num.111. C. de pact.inter empto.& vendit.cum ſeq.Aymo.conſil.106.in princ.Curt.Iun.conſil.28. in princ.Bald.in l.acceptam, num.14.ver.quarto quæro, C.de vſur. Neguſ.
2 de pignor.in 5.part.princ.in 3.membr.num.10.ver.tertio requiritur. † Extende; quia depoſitum,vt releuet,debet eſſe integrum tam reſpectu ſortis principalis, quam reſpectu intereſſe recompenſatiuum, ſeu fructuum.Ang.& Doct.in l.acceptam,C.de vſur.& eſt tex.in l.2.C. debit.vendit.pign.imped.non poſſe,& l.obſignatione,C.de ſolut.Doct.in l.quidam exiſtimauerunt,ff.ſi cert.pet.at.cum alijs per Tiraq.de retract.conuent.
3 §.4.gl.6.nu.23. † Et quod depoſitum debeat eſſe integrum,alias non releuet,eſt tex.in l.tutor.§.Lucius,ff.de vſur.l.obſignatione, cum gl.C. de ſolutione.l.acceptam,C.de vſur.Doct.in l.qui Romæ, in princip.ff. de verb. obligat.Alex.in l.ſi mora,col.3.ff.ſolut.matrim.& conſil.75.In cauſa,& lite,col.fin.lib.7.Neguſ.de pign.in 3.membr.5.part.princ.numer.17. Tiraq. de retract.conuent.§.4.gloſſ.4. Cæpol. conſil.46.Iaſ.in auth.qui rem,C.de
4 ſacr.Eccleſ. † Extende, vt procedat,etiam ſi deficeret vnus num-
5 mus.Tiraquell.de retract.conuentio.§.4.gloſſ.6.num.23.& 24. † Extende; quia ſufficit,quod deficiat nummus.Gozad.conſil.57.nu.15.
6 Menoch.d.caſ.232.num.7.Anch.Iun.q.51.num.36.par.3. † Et quod debeat conſtare, quod integralis ſit numerus, vt releuet. Fulgoſ.
7 conſil.138.colum.2.in fin. † Et non dicitur integrum,quando eſt ſolum pro ſorte principali, & deficiunt acceſſiones, puta, quinque pro centenario à die tenutæ, vigore ſtatuti Florentiæ de diſgumbrando; quia ſunt certa per relationem ad acta; ideo non releuat
8 depoſitum.Neguſ.de pignor.in 3.membr.2.part.nu.4.in 3.limit. † Reſtringe, niſi is, contra quem depoſitum non integrum eſt factum, partem,vel totum acceptet;quia tunc releuat,ac ſi integrum eſſet dummodo ſuppleatur,quod deficit. Crauet. conſil.106.per tot.vbi loquitur in eo,qui habuit pecunias depoſitas prætextu mutui,&
9 reportauit,vt ſibi præiudicet. † Reſtringe, quando debitum nõ eſt liquidum;quia ſufficit ad euitandam exequutionem,quod debitor deponat aureum cum fideiuſſione de ſoluendo eo,quod fuerit liquidatum; quia ſufficit depoſitum partis hoc caſu. Benin. deciſ.77.Vide, *Adminiſtrator condemnatus ante liquidationem qualiter releuetur.Concluſ.210.* Vide, *Depoſitum muſcale, & non integrum quando*
☞ 10 *releuat, vel non. Concluſ.211.* † Reſtringe; quia licet depoſitum debeat eſſe integrum; ſi tamen deponens partem aliud reſiduum compenſaſſet, ſufficeret; quia ita depoſitum, ſicut compenſatio hoc caſu habet vim ſolutionis,Neguſ.de pignor.in 5.part.in
11 tertio membr.num.164. per text.in l.inuicem, C.de compenſatio. † Reſtringe;quia ſi fuit factum depoſitum de pluribus, & diuerſis ſummis,& cauſis,& in vna ſumma non ſit integrum, in alia ſumma ſuperabundat,illud,quod deficit in vna,ſuppletur ex alia, & fit coaceruatio ſummarum pro ſubſtinendo valido depoſito.Azo.in ſumma.C.depoſiti.Angel.in l.ſi plures,§.fin.ff.de pact. vbi etiam Alexand. &
* alij * communiter,Iaſ.in l.ſi idem cum eodem,§.fin.ff.de iuriſd.omn.iud. vbi etiam Curt.Iun.idem Iaſ.in l.iuriſgentium,§.fin.in fine, num.18.ff.
12 de pact. † Et reſtrictio maxime procedit, ſi idem deponens poſt depoſitum factum pro omni eo, quod creditor habere, & conſequi poſſet cauſa contractus prædicti,depoſuit alias pecunias, cum
† clauſula;*non ſolum modo prædicto,ſed omni alio meliore modo*,talis clauſula operatur, quod dictum depoſitum ſubſtineatur eo modo, quo valere poteſt, vt nõ ſit defectuum, ſed reintegretur ex vltima pecunia.Alexand.conſil.80.Viſis,num.7.lib.5.Dec.conſil.14. Et pro tenui,
13 num.3.Gozad.conſil.45. Viſis allegationibus,numer.26. † Amplia ad hoc, vt interpellatio & depoſitum releuet, debet eſſe impleta conditio conuenta,pro cuius exequutione fit depoſitum, & non ſufficit, quod ſit impleta in parte, niſi in totum, & totaliter ſit impleta.Alexand.conſil.75.In cauſa,& lite in fi.num.8.& 9.ver.4. reſponde-
14 tur,lib.7.vbi plena apoſtil.in ver.releuat, dat concord. † Amplia; quia purum debet eſſe depoſitum, non conditionale, vt relcuet. Iaſ.d.conſil.9.num.15.lib.1.Rom.conſil.321.num.4.Socin.conſil.80.nu.3. ver.ſed ad cautelam,lib.3.Menoch.de arbitr.caſ.232.num.4. Hieronym. Gabr.conſil.56.num.vlt.Alexand.conſil.7.numer.9.lib.2.Bald.in l.acce-

ptam.num.14.verſ.quarto quæro, C.de vſur. Neguſ.de pignor.in 3.membr. quintæ part.num.10.ver.tertio requiritur.Iaſ.conſil.9.lib.1. Franc.Curt. conſil.99.Viſis.col.3.Alex.conſil.26.lib.2. † Extende in dote oblata 15
ſub conditione,quod mulier renunciet;quia ſi non tenetur, oblatio non releuat tanquam conditionalis.Alex.conſil.7.numer.9.lib.2. Extende; † etiam ſi conditio ſit intrinſeca,& talis,quæ de iure in- 16
erat.Caſtrenſ.in l.acceptam,num.12.verſ.ſi vero ſub conditione, C.de vſur. Alex.conſil.78.num.29. & ſeq.lib.5. † Extende; etiam ſi conditio 17
ſit per ablatiuos abſolutos, puta ſeruata certa forma. Alex.d.conſil. 78.num.29.lib.5.† Extende, etiam ſi is, contra quem fuit factum 18
depoſitum conditionale,quod debuit eſſe purum,non cõtradixit;quia ſi conſtat aliter, ꝙ non conſentiebat, & ſciebat ius ſuum durare,nõ cenſetur conditionem acceptaſſe. Alex.d.conſ.78.n.30. lib.5. † Et quod oblatio & depoſitum non recipiat conditiones 19
extrinſecas.Neguſ.de pign.in 3.membr.5.part.n.10.verſ.tertio quæro,vbi quod ſi in oblatione, & depoſito apponitur conditio extrinſeca, tale depoſitum nullum effectum habet, tanquam incongruum, puta,ſi dicatur,quod aduerſarius teneatur facere aliquid,ad quod non obligatur.Curt.conſil.39.col.3.verſ.nec obſtat.quod conſilium eſt etiam repetitum inter conſilia Alexan.conſ.7.lib.2.& conſ.88.lib.6. Reſtringe, † quando conditio ineſt ex obligatione; quia illæ 20
conditiones,quæ inſunt ex parte eius, cui debet fieri ſolutio, poſſunt apponi,& non vitiant.Crau.conſ.705.n.13.vbi late. Vide, *Oblatio debiti quando ſufficiat generalis vel ſub conditione, & quando debet eſſe*
☞ *pura,vel ſpecialis.Concluſ.21.* † Reſtringe;quia poteſt habere condi- 21
tiones contractus,quarum implementum debet præſtare is, cõtra quem ſit depoſitum. Crauet.conſ.705.numer.13. quia conditio intrinſeca,quæ eſt ex natura contractus,poteſt apponi.Bal.in d.l.acceptam,C.de vſur.in 4.quæſt. † Amplia; quia oblatio eſt neceſſaria,vt 22
debitor offerat creditori pecuniam,illamq; coram teſtibus numeret,d.l.acceptam,C.de vſur.Iaſ.conſ.9.n.15.lib.1.Curt.Iun.d.conſ.28.col.1. Amplia; † quia numerationem requirit depoſitum ad hoc, vt 23
releuet,alias non valet,& parte citata ad recipiendum.Rol.à Val. conſ.63.n.29.lib.1.Bal.in l.acceptã,in 1.not.vbi Caſt.C.de vſur.Cur.Iun. d.conſ.28.in pr. † Declara;quia ſi in ſacculo offertur,ſufficit,ꝙ pro- 24
betur per teſtes, quod fuerit numerata, quando fuit poſita in ſacculo.Capic. deciſ.19.nu.2.Bart.in l.cum ſeruus,ff.de cond.& demonſtrat. vbi, quod rutius eſt, quod numeretur coram teſtibus in iudicio, poſtea in ſacculo ponatur & offeratur. † Declara; quia ſufficit 25
oblatio,vel diſpoſitio cum ſacculo,quando is,cui debet fieri ſolutio,negat recipere.Capic.d.deciſ.19.n.2.& ſeq.Alex.in l.mora, nu.5.ff. ſolut.matr. † Dicitur autem recuſare,ſi negat, vel tacet; quia niſi 26
offerat recipere,recuſat. Neguſ.de pign.membr.3.par.5.n.9. † Amplia; quia citatio,vel præſentia partis requiritur ad hoc, vt depoſitum iudiciale valeat.Rol.à Val.d.conſ.63.num.31.lib.1.Curt.Iun.d. conſ.28.in pr.Neguſ.d.tract.in 5.part.2.membr.n.27.Anch.conſ.443.n. 4.in fin. † Reſtringe, quando certa dies, & certus locus ex pacto 28
eſſent conuenti; quia ſufficit, quod tali loco & die fiat diligentia de reperiendo,& ſi non reperitur is,qui debet recipere, poteſt deponi ſine citatione.Anch.d conſ.fin.n.14.in fi.verſ.ad id,quod de citatione. † Amplia;quia coram iudice debet fieri depoſitum contentio- 29
ſum,l.acceptam,C.de vſur.l.ſi reus par.atus,ff.de procurat. Alexan.conſ.75. In cauſa,& lite.num.6.ver.nec ad hoc obſtat,lib.7. † Amplia; quia ele- 30
ctio depoſitarij debet fieri per iudicem,quando eſt iudiciale,alias non valet.Roland.à Valle conſil.63.num.32.lib.1. Curt.Iun. d.conſil. 28.in princip. vbi, quod extra iudiciale penes ædem ſacram.Tiraq. de retract.conuent.§.4.gloſſ.7.numer.11. Alexand.conſil.75.colum.fin.in principi.lib.7. † Declara; quia ſuſtinetur electio partis deponen- 31
tis, quando elegit perſonam de qua omnes confiderent. Neguſ. d.tract.in 5.par.memb.2.num.26.verſ.ſeptimo requiritur, prout eſt ædes ſacra,vel publicus numularius.Tiraq.de retract.conuentio.§.4.gloſ.7. num.11. † Declara; quia iudex eligit depoſitarium contentio- 32
ſum, quando partes diſcordant in præiudicium tertij; ſi vero in præiudicium partium, & ſuum; tunc iudex non ſe intromittit. Angel.Aretin.conſilio 66. Primo videtur,numero decimo, & ſequen. ver. nec obſtant allegata,vbi dicit ita loqui text.in l.in venditione, §.fin.ff.de 33
bon.auth.iudi.poſſid. † Intellige; quia ſemper, quod iudex debet eligere depoſitarium, debet facere cum cauſæ cognitione, & ſi petatur conſilium ſapientis. ex forma ſtatuti debet dari, alias nulla eſt lectio facta ſine conſilio. Angel.Aretin. dict. conſil.66.per totum. † Item, ſi eligatur depoſitarius,qui ſoluat quid annuum 34
ex pecunia,electio eſt vſuraria, & nulla.Angel.Aretin.d.conſil.66. per totum, maxime num.6. & ſeq.ver. tertio hoc manifeſte. † Amplia; 35
quia obligatio depoſitarij eſt neceſſaria ad hoc, vt depoſitum ſit legitimum, alias non valet.Roland.à Vall.conſil.63.in fin.numer.33. lib.1. † Et quod obligatio eius,qui recipit depoſitũ,requiratur de 36

reſtituen-

restituendo, alias non dicitur legitimum. Bart. & alij *in l. si reus paratus, ff. de procur. in fin.* Cagn. *d. l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit. n. 113.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 9. gloss. vlt. num. 4.* late Ias. *consil. 9. num. 15. ver.*
37 *quarto, lib. 1.* Rol. *consil. 63. num. 33. lib. 1.* † Amplia, quia obsignatio depositi requiritur ad inducendam liberationem, & de multiplici effectu, & quando sit necessaria obligatio, plene Negus. *de pign. par.*
38 *par. 5. membr. 3. per totum*, maxime *in fin.* † Dicitur autem fieri obsignatio, quando pecunia numerata & oblata ponitur in sacculo, & sigillatur, & nō sufficeret obsignare, & deponere, nisi oblatio præ-
39 cederet, plene Negus. *de pign. in 5. part. membr. 2. num. 12. & 13.* † Effectus obsignationis est multiplex; quia nō transfert dominium in depositarium, item periculo deponentis stat pecunia, depositarius non potest vti pecunia obsignata, late Negus. *d. tract. in 5. par. memb.*
40 *2. num. 13. & 14. cum seq.* † Amplia; quia depositum vt releuet, debet deponens ex causa implementi contractus vltro, citroque obligatorij, si vult acquirere actionem, primo ire ad domum eius, cui debet offerre realiter, & si recusat recipere, tunc citato eo coram iudice deponat, alias non releuat. Petr. Anch. *consil. 86. Pro facilitori so-*
41 *lutione, per totum.* † Extende maxime, quando oblatio debet fieri mulieri honestæ, quia non sufficit prima interpellatio, & deposi-
42 tum in iudicio. Anch. *d. consil. 86. num. 3. & seq.* † Amplia, quia depositum vt releuet, debet habere suas partes implementi, ideo si quis est obligatus vendere sub cōditione aliqua exhibendi instrumentum, non valet depositum non exhibito instrumento. Alex. *consil. 75. In causa, & lite, num. 6. ver. quia ad hoc pluribus modis, lib. 7.* Item
43 debet † constare, q̄ persona sit legitima, alias non releuat. Alex.
44 *d. consil. 75. num. 8. ver. quarto respondetur, lib. 7.* † Amplia, quia mandatum debet constare tempore oblationis, si oblatio, vel depositum fiat per procuratorem, alias non releuat. *Pedemont. decis. 175. n. 3.*
45 Amplia; † quia requirit depositum ponderationem, quia sicut requiritur numeratio in ijs, quæ consistunt numero, ita ponderatio in ijs, quæ consistunt in pondere. Fulg. *consil. 138. In quæstione, &*
46 *causa, ver. opponitur quoque, col. 2. in fi.* † Declara, quod dicitur depositum requirere ponderationem, esse satis scrupulosum, quando id, quod deponitur, communiter eiusdē ponderis æstimatur, quia præsumitur esse eiusdem ponderis. Fulg. *d. consil. 138. in fin. ver. illud autem minus scrupulosum.* vbi excusat liuellarium deponentem spatulas porci sine pondere, quando debuerunt esse certi ponderis; quia dicit omnes spatulas porci communiter esse eiusdem ponderis in illo casu taxati, ideoque præsumi esse depositum legitimum, maxime cum agatur de caducitate, & pœna incurrenda, si non es-
47 set tanti ponderis. † Amplia, & limita multis modis, vt per Neg. *d. tract. de pign. in 5. part. membr. 2. num. 17. & seq.* Vide, *Depositum quando non releuat. Concluſ. 212.* Vide, *Depositum muſcale, & non integrum quando releuet. Concluſ. 211.*

Depositum cuius periculo stare debeat. Concluſ. 204.

1 DEPOSITVM † factum ad commodum deponentis perit etiam periculo illius, quia depositarius tenetur solum de dolo,
2 *l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commod. l. 1. C. depositi.* † Amplia, quia si duo litigantes conueniunt, quod fiat compromissum, & laudo lato teneatur debitor deponere scuta mille super banco Titij, qui lato laudo deposuit, postea procedente tempore depositarius decoxit, deponens erit liberatus; quia nulla culpa ei potest imputari; ideo perit periculo creditoris consentientis. Bart. *in l. prætoria. ff. de stipul. seruo.* & ibi Alex. in apostil. gl. *in l. si pro parte, §. versum. ff. de in*
3 *rem verso, sunctio tex. in l. maritus, ff. locati.* Afflict. *decis. 172.* † Extende, quia neque tenetur respectu dictæ summæ depositatæ, sed neque potest in alijs bonis molestari vigore laudi pro dicta summa Affli-
4 *d. decis. 172. in fi.* † Limita, quia bene periculum esset deponentis, quando facto suo, vel culpa sua perijsset. Bar. & Doct. *in l. si fideiussor, §. meminisse, ff. de legat. 1. & in l. inter Castellianum. ff. de arbitr.* Afflict. *de-*
5 *cis. 172.* † Limita, quia depositum semper perit ad damnum deponentis, quando depositum fuit contentiose in iudicio, & non habebat actionem, puta, quia factum fuit compromissum per monasterium Cistertiense, & per laicum, & fuit laudatum, quod monasterium debebat vendere laico certa bona, & laicus citato monasterij procuratore ad vendendum deposuit pretium, & depositum cundum statutum Lucanum fuit præscriptum. Abb. *consil. 56. Videtur primo, lib. 1. per totum*, dicit, quod perijt in damnum deponentis; quia compromissum fuit nullum, & non oritur ex eo actio; quia requiretur consensus ordinarij, si monasterium non est exem-
6 ptum, & si exemptum, consensus Papæ. † Extende, quia depositum contentiosum factum de mandato iudicis incompetentis semper perit damno deponentis; quia non est legitime factum.
Abb. *d. consil. 56. in fin. lib. 1.* Vide, *Depositarius de quibus teneatur, & quibus casibus fortuitis liberetur. Concluſ. proxime seq.*

Depositarius de quibus teneatur, & quibus casibus fortuitis liberetur. Concluſ. 205.

DEPOSITARIVS † tenetur solum de dolo & lata culpa; & 1
ideo si soluat deponenti, etiam postquam deponēs cessit iura depositi alteri personę, liberatur. Bal. *consil. 364. Tribus rationibus, in pr. lib. 2.* † Et quod solū de dolo teneatur. Zab. *consil. 115. n. 2. per totum.* 2
Declara, † vt procedat, quando depositum est gratia deponentis solum; secus si gratia vtriusque, *§. præterea, Instit. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. C. depos.* cum adductis per Dec. *consil. 473. col. 1.* quia isto secundo casu tenetur de leui, & leuissima culpa. † Declara, quia 4
depositarius præsumitur in dolo, si dicit perdidisse res depositatas quando ipsius res propriæ apparent conseruatæ. Mascard. *Concluſ. 508. Depositarius*, vbi extendit etiam, quando restituit rem depositā apertam vel sine signo, quæ erat clausa, vel signata. † Amplia, quia 5
non tenetur depositarius de casu fortuito, *l. 1. C. depositi. l. contractus, ff. de reg. iuris.* † Extende, maxime quando nullam vtilitatem 6
percipit depositarius, sed operam gratuitam præstat. Paris. *consilio 131. numero 21. libro 4.* † Extende, etiam si depositarius pro 7
deposito recepisset mercedem pro custodia, quia adhuc excusatur à casu fortuito. Grat. *consil. 154. lib. 2.* † Limita, quia non liberatur 8
depositarius in genere, puta, quia habuit pecuniam depositatam simpliciter, non autem in sacculo, licet casu fortuito amittat, puta, quia latrones derobarunt terram, vbi depositarius habitabat, quia cum sit in genere, & genus non pereat, tenetur de suo. Bald. *consil. 236. Viso instrumento, lib. 5. num. 5. ver. quinto vtrum*, ita Bero. *consil. 194. num. 39. lib. 1.* † Extende idem, quando depositarius non habet 9
pecunias in custodiam, sed in lucrum, vt participet tam ipse, quam deponens; quia tenetur de omr periculo. Bero. *d. consil. 194. nu. 38. & seq. lib. 1.* † Restringe, vt non procedat, quando depositum es- 10
set in certa specie, puta, in pecunia signata in sacculo, quia cum dicatur depositum in certa specie, si eueniat casus insolitus derobationis, vel fortuitus, per quem perdatur res depositata, liberatur depositarius. Bald. *d. consil. 236. in fi. lib. 5.* Bero. *consil. 194. num. 39. lib. 1.* Vide, *Depositum cuius periculo stare debeat. Concluſ. proxima præcedente.* Vide, plene per Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de reb. credit. Concluſ. 2. Pecunia ad numerum consignata*, vbi late, *quid si depositum fuit in pecuna numerata*, vbi pro vtraque parte allegat.

Depositum conditionale transit cum sua conditione & causa. Concluſ. 206.

DEPOSITVM † ad fauorem mariti sub conditione reinue- 1
stiendi pro cautione emptoris deponentis, licet sit hypothecatum vxori pro dotibus, & sequuta morte viri possit in eo satisfieri, tamen tenebitur seruare conditionem ad fauorem tertij, ita Beccius *consil. 87. num. 17.* Vide, *Oblatio debuit quando sufficiat generalis, & sub conditione, & quando debeat esse pura, & specialis. Concluſ. 21.*

Depositum quibus casibus sit necessarium, vel non. Concluſio 207.

DEPOSITVM † semper est necessarium, quando agitur ex 1
contractu innominato ad actionem acquirendam; quia non sufficit oblatio verbalis, ex quo actio non datur, nisi implemento sequuto. Crauet. *consil. 331. Videtur prima ratione, in princip.* Roland. à Vall. *consil. 53. num. 34. lib. 1.* Boer. *decis. 124. num. 2.* † Extende, etiam 2
si aduersarius negaret velle recipere, quia adhuc debet fieri depositum in contractu innominato. Crauet. *d. consil. 331. num. 4.* vbi excipit casum, quando agitur de actione quærenda. † Restringe, 3
quando quis ageret ex vltima voluntate ad actionem consequendam, quia videtur sufficere oblatio verbalis in iudicio. Boer. *d. decis. 124. nu. 23.* † Restringe, speciale esse in pacto de retrouendendo, quia sola oblatio verbalis pretij sufficit absque pecunia præ- 4
senti, & absque deposito, ita Socin. *consil. 80. In quæstione, quæ vertitur num. 3. ver. quinto satis erat, lib. 3.* sequitur Marsil. *Sing. 479. oblatio ad hoc, in fi.* vbi dicit multum notabile, sequitur etiam Crau. *consil. 331. n. 3. ver. alia ratio*, vbi alios concord. allegat, & multos allegat Boer. *decis. 124. num. 27. ver. quare cum in casu nostro*, vbi, quod ita fuit iudicatum, cum seq. † Contrarium tenet Anch. *consil. 80. in princ.* vbi 5
loquitur in contractu vltro citroque obligatorio, & specifice in pacto de retrouendendo, vt teneatur deponere pretium, qui petit retrouendi, alias inepte agit. Anch. *consil. 331. in princ.* † Declara, 6
quia si pactum de retrouendendo diceret, quod soluto, vel depositato pretio res sit inempta, tunc quia agitur, vt contractus resoluatur, requiritur depositū, si vero agitur solum ad implementum pacti, vt retrouendere cōdemnetur, sufficit verbalis: ita distinguit

7 ex infinitis, quos allegat Boer. *decis.* 124. *n.* 25. *& seq* vbi late. † Amplia, quia vbicunque agit quis, vt actionem consequatur debet offerre pro parte sua pecuniam præsentem, & sic depositum facere, *l. si reus paratus, ff. de procur.* Gozad. *consil.* 57. *numer.* 5. *ver. tertio in forti-*
8 *ribus.* † Extende, vt procedat, siue velit acquirere actionem, siue exceptionem, quia quomodocunque agat, vt acquirat, debet offerre, & deponere. Aret. *consil.* 161. *Verum est, quod Comicius noster, num.*
9 1. *ver. aliquando quis vult*, sequitur Gozad. *d. consil.* 57. *num.* 5. † Extende, vt procedat in tantum, quod non sufficit oblatio realis cum pecunia in bursa, nisi etiam extrahatur, & numeretur coram testi-
10 bus. Roland. à Vall. *consil.* 53. *num.* 36. *lib.* 1. † Amplia, quia in omnibus casibus, in quibus verbalis oblatio sufficit, nunquam sufficit sed requiritur depositum, quando reus interpellatus dicit se para-
11 tum recipere. Boer. *d. decis.* 124. *nu.* 30. † Amplia in contractu vtro, citroque obligatorio; quia non sufficit oblatio verbalis ex parte volentis agere, sed requiritur integrale implementum, ita quod si deficeret in nummo, non audiretur. Roland. à Vall. *consil.* 53. *numer.*
12 27. *& seq. lib.* 1. † Extende, quando oblatio fit ad finem soluendi & obligandi aduersarium ad aliquid; quia tunc requiritur oblatio
13 realis & sic depositum. Boer. *decis.* 124. *num.* 24. *sed quando.* † Limita, quia si offerens, vel agens non intendit quærere actionem, sed quæsitam conseruare, & reus recuset recipere, non tenetur deponere, frustratorium enim tunc est depositum. Crauett. *consil.* 331.
14 *nu.* 4. *& seq.* maxime *num.* 5. † Extende idem, si is, cui debuit solui, non est in loco, vel impedimentum facto recipere debentis prouenit, quia tunc non requiritur depositum. Gozad. *consil.* 57. *num.* 5. *vers. aut nos loquimur.* Aretin. *consil.* 161. *col.* 2. *num.* 1. *& seq.* † Extende,
15 vt neque oblatio requiratur, si constat, quod is, cui debet offerri, nullo modo vult pecuniam recipere. Crauett. *d. consil.* 331. *numer.* 5.
16 Limita, quia † semper verbalis oblatio sufficit, quando pars, contra quam facta est, non perijt pecuniam, vel depositum, & nihil
17 opposuit. Boer. *decis.* 124. *num.* 30. *vers. præterea est aliud.* † Limita, quia vbi necessaria est oblatio, & necessarium depositum, si reus, cui debet fieri, recusat velle recipere, ex quo non interest recusantis, habetur pro facto. Crauet. *consil.* 301. *num.* 12. *vers. sed deponi pecu-*
niam. Socin. *consil.* 199. *in causa tacta, num.* 3. *vers. item oblatio, lib.* 2. Crau.
* *consil.* 428. *num.* 19. *& 20.* & est communis * opinio, Roland. à Vall. *consil.* 53. *num.* 26. *& seq. lib.* 1. Ruin. *consil.* 70. *numer.* 4. *lib.* 1. *& consil.* 113.
* *Ex pluribus, num.* 1. *lib.* 1. vbi dicit communem, * & quod ab ea in iu-
18 dicando non est recedendum. Boer. *decis.* 124. *num.* 26. † Contrarium tenet Socin. *consil.* 118. *num.* 5. *lib.* 4. & idem Socin. & Aret. *in l.*
19 *qui Romæ, in princ. ff. de verb. obligat.* † Extende in tantum, vt si fiat depositum minus legitimum, non propterea vitiatur in casu, in quo depositum non erat necessarium Crauet. *d. consil.* 331. *numer.* 14. *& seq.* Socin. *consil.* 80. *num.* 3. *ver. & si non esset, lib.* 3. Crauet. *consil.* 428.
20 *num.* 19. *& seq.* † Extende, etiam si deponens rehabuit; quia non potest hoc obijci ab eo, qui recusauit. Crauet. *d. consil.* 331. *num.* 18. *&*
21 *seq. & consil.* 428. *num.* 19. *&* 20. † Restringe, nisi is, qui recusauit recipere pœniteat, quia potest pœnitere, & velle depositum; & tunc debet fieri, & consignari, & restitutio facta deponenti non liberat depositarium. Rom. *consil.* 287. *In proposita consultatione.* Re-
22 stringe, † vt non sufficiat oblatio verbalis in fideiussore, licet pars aduersa recuset; quia debet adduci, & quod sit paratus se ob-
23 ligare. Boer. *d. decis.* 124. *num.* 32. *& seq.* † Declara, quia quando est causa conseruandi iuris, ne incidat in moram, vel pœnam, sufficit
* oblatio, communem * dicit idem Socin. *dict. consil.* 118. *in fin. lib.* 4.
24 Restringe, † quando creditor non recusauit, sed tacuit. Rolan. à
25 Vall. *d. consil.* 53. *num.* 37. *lib.* 1. † Restringe, quando recusatio fieret ex iusta causa, vt quia lapsum esset tempus, vel incongruo loco fieret oblatio. Roland. à Vall. *d. consil.* 53 *num.* 38. *lib.* 1. Boer. *decis.* 124.
26 *num.* 29. *vers. quod limitat.* † Restringe, quando oblatio esset generalis, puta, offert se paratum facere omnia, ad quæ tenetur, quia
27 non releuat. Roland. à Vall. *dict. consil.* 53. *num.* 41. *lib.* 1. † Restringe, quando iurasset soluere; quia in casu iurato oblatio non est solu-
28 tio. Rol. à Vall. *d. consil.* 53. *in fin. num.* 42. *& seq. lib.* 1. † Limita, quando agitur de caducitate, & pœna, quia tunc sola oblatio sufficit, si reus recusat recipere, nec requiritur tunc depositum. Socin. *consil.*
29 * 118. *Circa præsentem, in fin. lib.* 4. vbi dicit * communem. † Limita, quando oblatio fit ad implendam conditionem ei, qui ex illo implemento nihil perdit, neque implens conditionem obligatur,
30 quia sufficit verbalis oblatio. Boer. *decis.* 124. *num.* 24. † Limita, quando is, qui debet soluere, in iudicio citari fecit creditorem ad videndum sibi offerri coram iudice; quia tunc oblatio sine consignatione sufficit, licet alias requireret depositum. Boer. *decis.* 124.
31 *n.* 29. † Declara, quando talis citatio, & oblatio fieret ante litem contestatã; secus si post, quia tunc requiritur depositũ. Boer *d. decis.*
124. *nu.* 29. Vide, *Oblatio debiti quando sufficiat verbalis, vel non. Concl.* 20.

Depositum factum à pluribus vni, cui, vel quibus restituendum. Concluſ. 208.

DEPOSITVM † factum per patrem & filiam ad effectum in- 1
uestiendi in bonis nomine amborum, vel solius filiæ de voluntate patris, non est restituendum soli filiæ patre mortuo, cui filia noluit esse hæres; quia declaratio limitans contractũ non transit ad hæredem, sed pro dimidia filia poterit recuperare. Bald. *cons.* 384. *Duo sunt videnda, num.* 1. *vers. quæstiones aliæ, lib.* 1. † Amplia; vt 2
procedat, etiam si quis deponat pecuniam alienam, & depositum sibi restitui stipuletur, quia sibi, & non Domino debet restitutio fieri. Bald. *consil.* 384. *in princ. vers. etiam si tota pecunia, num.* 3. *in fin. lib.* 1. vbi, si fiat depositum pecuniæ vnius, & deponatur à duobus, & sibi reddi stipulentur, ambobus reddi debet, & non vni tantum. Amplia, † quia depositum factum, & restitui promissum in cer- 3
tum casum, & certam causam, non debet restitui in alium casum, neq; in aliam causam. † Restringe, nisi causa esset redacta ad non 4
causam, puta, quia euanuisset causa; nam tunc debet restitui depositum, etiam si causa non sequatur. Bald. *d. consil.* 384. *num.* 1. *vers. ta-*
men ex hoc, lib. 1. † Amplia, quia si duo hæredes deponant aliquid 5
diuiduum, prout mobilia, pecunias, & similia, restitutio fit pro dimidia tantum vtrique, non autem vni tantum. Zab. *cons.* 115. *in prin.* Extende, † in socijs, vel etiam non socijs, quia si duo faciunt de- 6
positum, restitutio fit vtrique pro parte, non vni totum Zab. *consil.* 115. † Extende, etiam si res depositata esset tota vnius deponen- 7
tis, quia si à pluribus deponatur, non attenditur, cuius sit, quando dominus cum alio deposuit nomine amborum. Zab. *d. consil.* 115. *in princ.* † Limita, quando aliquis deposuisset pecuniam suam alte- 8
ri hypothecatam, & nomine alieno deposuisset, quia habens hypothecam præferri debet illi, cuius nomine fuit depositata. Bald. *consil.* 416. *Præmittendum est, nu.* 3 *vers. pone, debitor meus, lib.* 2. vbi, quod suspicio hoc operatur, & iustior causa. † Extende idem, & multo 9
magis, quando concurreret dominus pecuniæ, vel rei depositatæ, cum deponente; quia domino reddi debet depositum via iuris, & non deponenti. *l. bona fides, ff. depositi,* §. 1. Vide Conclusionem proximam sequentem.

Depositum factum penes vnum, vel plures, à quibus, & qualiter restituendum. Concluſ. 209.

DEPOSITVM † factum penes plures depositarios, qui se ob- 1
ligarunt, debet repeti ab eis pro rata, quia habent beneficium diuisionis. Crauet. *consil.* 924. *Non possum, num.* 9. *ver. quæsitum etiam.* Restringe, † nisi renunciauerint huic beneficio, quia tenentur 2
in solidum, & non habent beneficium diuisionis. Bald. *consil.* 236. *Viso instrumento, in pr. lib.* 5. † Amplia, quia si quis deponat aliquid 3
sub conditione alteri consignandum, debet restitui deponenti, si conditionis tempus expirauit. Bald. *consil.* 379. *Retentis alijs. lib.* 5. & duplicatur *lib.* 1. *consil.* 105. † Extende, etiam sit sit factum ex turpi 4
causa; quia melior est conditio deponentis, qui potest agere rei vendicatione in pari causa turpitudinis. Bald *d. consil.* 379. *circa med.*
vers. cui non obstat, lib. 5. & duplicatur, *lib.* 1. *consil.* 105. † Amplia, quia 5
si depositum consignetur ei, pro quo est factum, ipse debet implere, & seruare omnes cõditiones depositi etiam leues. Dec. *cons* 356.
n. 4. Ripa *in c. ex parte, n.* 66. *de restr.* Rol. *cons.* 45. *n.* 9. *& seq. lib.* 1. † Am- 6
plia; quia depositum factum pendente lite, finita postea lite debet restitui, cui de iure, *l. is. penes quem, C. de posit.* & ibi Bal. & alij, facit *l. Lu-*
cius, la prima, in fi. ff. eod. † Amplia, quia creditori, ad cuius commo- 7
dum factum est depositum, datur vtilis actio depositi, & vtilis in
rem, gl. *in l. acceptam, C. de usur.* cum qua transeunt Bart. & alij. † Ex- 8
tende, quia contra depositarium potest agi exequutiue, etiam si esset clericus. Neguſ. *depig. in* 3. *membr. quintæ partis, nu.* 29. Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Deponere obligatus in pœnam quãdo dicatur, & tale depositũ non debet esse deponẽti lucrosum. Concl. 210.

SI is, qui † vendidit bona ad vsum, vt sibi soluatur certum quid, 1
& partem libere alienauit Titio cũ onere inuestiendi lib. 400.
in bonis stabilibus intra sex annos pro cautione emptoris, alias lapso sexennio possit empor citato venditore deponere lib. 400. & liberetur à solutione vsus, dicitur depositum subrogatum in pœnam non inuestientis, prout se obligauit, ideo non debet is, in cuius pœnam introducitur, sentire commodum. Angel. Aret. *cons.* 66.
Primo videtur, num. 5. *& seq. vers. secundo, & principaliter.* † Extende, 2
quia huiusmodi depositum in pœnã non debet esse lucrosum ei, in

cuius

cuius pœnam fieri debet; & quia si ex depósito pecuniæ soluere-
tur, pecunia esset vsurarium depositum. Angel. Aretin. *d. consil. 66.*
numer. 5. & per totum. vbi, quod isto casu electio depositarij non spe-
ctat ad iudicem, sed ad eum, qui debet deponere. Vide, *Depositum*
cedi potest, & an ex eo vtilitas percipi possit. Concluſ. 202. numer. 9.
& seq.

Depositum muscale, & non integrum quando releuat, vel non. Concluſ. 211.

1 OBLIGATVS † ad aliquid incertum, & non liquidum, libe-
ratur deponendo aliquid, & dando fideiussorem pro omni
eo, quod liquidabitur; ideo euitat pœnam, & moram. Alexan. *in l.*
si mora, num. 4. ff. solut. matrim. Ias. *in l. Prætor, §. sin autem, in fin. ff. de noui*
2 *oper. nunciat.* Benintend. *decis. 77.* † Extende etiam, quando solu-
tio prout refectio expensarum in eadem causa impediret litis in-
gressum; quia si non sunt liquidæ, sufficit depositum muscale cum
fideiussione. Vide, *Expensarum refectio quando impediat litis ingressum,*
3 *vel non. Concluſ. 624.* † Extende; qui ad euadendam exequutio-
nem sufficit depositum iulij cum fideiussione residui eius quod li-
quidabitur. Benintend. *decis. 77.* Vide, *Administrator condemnatus ante*
4 *liquidationem qualiter releuetur. Concluſ. 210.* † Extende, etiam si de-
bitor sit pro certa summa, & pro incerta simul, quia soluendo cer-
tam summam releuatur ab incerto deponendo aliquid, & præ-
stando fideiussorem de soluendo residuo facta liquidatione, glos.
& Doctor. *in l. obsignatione, C. de solutio. & in l. quidam existimauerunt, ff.*
5 * *si cert. petat.* vbi * omnes. Bart. Castrens. & Alexand. *in l. solutionem.*
ff. de solutio. vbi, quod eo modo liberatur debitor, & compellitur
partem recipere. † Vide tamen Angel. *in l. 4. §. ait Prætor, ff. de re*
6 *iudic.* vbi, quod pro summa non liquida sufficit alternatiue, vel
quod fiat oblatio, vel quod detur fideiussor. Alexand. *consil. 197. in*
fi. num. 4. & seq. lib. 7. † Contrarium tenet Alexand. *consil. 24. In-*
specto processu, num. 9. ver. posset etiam, lib. 4. vbi, quod debet offerre, vel
deponere quid certum, pro eo, quod non est liquidum, & secum
ducere fideiussores, & dicere, si apparebit me plus debere, ecce
fideiussores pro residuo, qui se obligant. Bart. *in l. penul. ff. de distract.*
pignor. Corn. *consil. 85. lib. 4.* Cæpol. *cautel. pen. ver. nota, quod vbi debitum*
7 Ias. *in l. 1. col. 1 ff. qui satisd. cogant.* † Et quod sufficiat, quod debitor
incertæ summæ, duo faciat, videlicet, offerat se paratum ad omnia
ad quæ de iure tenetur, & adeat iudicē, & petat citata parte eligi
calculatores, qui liquident, tenet Aretin. plene *consil. 142. in fin. nu.*
8 *24. ver. aut dubitat.* Bartol. & alij *in l. quod te, ff. si cert. pet.* † Extende,
quia etiam huiusmodi depositum scuti cum fideiussione de sol-
uendo residuo facta liquidatione liberat pignus ab expensis, & in-
teresse non liquidis. Alexand. *consil. 24. num. 9. lib. 4.* Ias. *in l. Prætor ait,*
§. sin autem, in fin. ff. de nou. oper. nunciat. vbi alios citat per tex. *in l. si resti-*
9 *duum, C. de distract. pignor.* † Declara tamen, quia si fideiussor datus
esset effectus non soluendo, debet alius præstari, *l. si arbitro,* vbi late
10 Ias. *ff. qui satisd. cogan.* † Extende, quia releuat depositum muscale
ad euitandam pœnam, tam in obligato ex dispositione hominis,
quam in obligato ex dispositione legis; quia præter nullitatem a-
ctus mitius agit lex, quam homo. Angel. Aretin. *consil. 78. Pro deci-*
11 *sione, numer. 18. ver. si ergo.* † Extende in matre tutrice, quæ vult
transire ad secunda vota, quia si eius administratio nō est clara, an,
& quantum debeat, sufficit, quod deponat aliquid minimum, of-
ferat residuum, quod constabit ipsam debere, & quod det fideius-
sionem. Angel. Aretin. *consil. 78. Pro decisione, numer. 15. ver. secundo hoc*
probatur, cum seq. vbi, quod sufficit etiam, quod contutor asserat
ipsam non administrasse, & ipsum velle teneri pro ea, vt euitet pœ-
12 nam priuationis à successione filiorum. † Extende, quia obliga-
tus reddere rationem intricatam liberatur præstando, seu depo-
nendo certum quid, & pro reliquo fideiubendo, & est perinde, ac
si reddidisset rationem cum reliquorum restitutione, vt per Dyn.
in l. cum statuliber rationum, ff. de statuliber. Corn. *consil. 262. numer. 14.*
13 *lib. 4.* † Extende; quia is, qui promisit de rato pro alio, & voluit
teneri de suo lapso tempore; quia obligatur ad interesse, quod si
est certum, debet soluere. Alexand. *consil. 5. lib. 2.* Ruin. *consil. 42. lib.*
1. Si vero est incertum, & dubitet tangi, vel contra eum fieri exe-
quutionem, cautela est ad euadendum tactum, & exequutionem,
quod deponat aliquid cum obligatione soluendi residuum, facta
liquidatione, & det fideiussorem; quia non poterit molestari. Bart.
14 & alij *in l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iudic.* Ias. *in l. 1. ff. qui satisd. cogan.* † Re-
stringe, vt releuet huiusmodi depositum, quando sit formiter ci-
tata parte, prout requiritur *d. l. acceptam,* vbi Bal. Curt. Iun. *consil. 28.*
col. 2. Roland. à Vall. *consil. 63. num. 3. & 4.* Menoch. *de arbitr. cap. 9. lib.*
15 2. Bursat. *consil. 112. numer. 14.* † Et quando sit in iudicio, potest
fieri, imo debet in manibus depositarij electi, vel confirmati à iu-

dice. Alexand. *consil. 75. col. fin. in princ. lib. 7.* Curt. Iun. *d. consil. 28. col. 2.*
Limita, † quia depositum muscale non habet locum, etiam si 16
summa sit incerta, quando offerens tractat de auferendo, & libe-
rando pignore; quia contraria procedunt, quando agitur, vt euitet
exequutionem, pœnam, vel moram; secus si velit à creditore redi-
mere pignus; quia debet liquidare, & integre soluere. Negus. *de pi-*
gnor. in 3. memb. 3. part. princip. num. 3. & quod non liberet pignus, neq;
hypothecam. Alexand. *in l. si mora, numer. 4. ff. solut. matrim.* Ias. *in l.*
Prætor, §. sin autem, in fi. ff. de noui oper. nunciat. Aretin. *cons. 142. num. 24.*
Ruin. *consil. 26. num. 14. lib. 2.* & Afflict. *decis. 205.* Negus. *de pignor. in 3.*
membr. 2. part. num. 4. in 3. limitat. † Limita, quia si summa debita 17
est liquida, requiritur solutio, & non sufficit depositum muscale,
l. item liberatur, §. qui paratus, vbi Barto. *ff. quib. mod. pign. vel hypothe. sol-*
uitur. Castrens. *consil. 170. num. 3. lib. 2.* per tex. *in l. si is, à quo, ff. vt in poss.*
legat. Alexand. *in l. si mora, ff. solut. matrimon.* † Limita, quia quando 18
deponens agit de excusando se à pœna, vel mora, releuatur per ta-
le depositum; secus, si agat de acquirendo aliquo iure. ita Negus.
de pignor. in 2. part. 3. membr. 5. part. princip. numer. 5. ver. secundo modo. &
est de mente Aretin. *consil. 142. Ex facto proponitur, ad fin.* & est text.
in l. si residuum, C. de distract. pignor. vbi quod fit liquidatio prius, & so-
lutio. Bart. *in l. si creditor, ad fin. ff. eodem.* † Limita, quia non sufficit 19
oblatio verbalis, videlicet, sum paratus cauere, sed fideiussio est
effectualiter præstanda. Bartol. *in l. Prætor ait, §. si quis paratus,* & ibi
Angel. Imol. & Castrens. *ff. de noui oper. nunciat.* Alexand. *consil. 24. In-*
specto, lib. 4. quia vbi est opus facto, verba non sufficiunt, *l. 1. §. hæc au-*
tem verba, & ibi Ias. *in 4. not. ff. quod quisque iuris,* plene Marsil. *in l. qui*
falsam, col. 8. ver. vltimo, ff. de fals. Vide, *Factum vbi requiritur, non suffi-*
ciunt verba. Concluſ. 22. † Limita in obligato de euictione, quando 20
fuit sequuta; quia non admittitur depositum muscale, quia do-
ctrina Angel. admittentis hoc depositum *in l. si mora, ff. solut. matrim.*
& ibi Imol. & alij debet intelligi, quando iuris & facti dubia intri-
catio foret, & sic esset omnino incertum quid, & quantum, prout
exemplificant Doctor. in redditione rationis perplexę & difficilis;
non sic in euictione, in qua pretium est certum, & fructus de faci-
li sunt certi. Vide, *Depositum contentiosum vt releuet, quæ requirantur.*
Concluſ. 203. Vide, *Depositum quando non releuat. Concluſ. 212.*

Depositum quando non releuat. Concluſ. 212.

DEPOSITVM † nihil releuat, quando non est integrum, non 1
purum, sine numeratione pecuniæ, non citata parte, non ele-
cto depositario à iudice, quando est contentiosum. Vide requisita
plura, vt releuet, *in ver. Depositum contentiosum. Concluſ. 203.* † Ex- 2
tende, quia si meliorameṅta sunt certa, non releuatur quis per de-
positionem dictę quantitatis pro consequenda possessione bono-
rum, nisi omnia requisita de iure obseruauerit, videlicet, primo
quod ante depositum præcedat oblatio, & obsignatio, & requiri-
tur numeratio coram Notario, & testibus, vt sint certi de quanti-
tate: item debet fieri de integra summa, & non releuat, si de parte,
l. tutor, §. Lucius, ff. de vsur. l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. gloss. *in l. ob-*
signationem, in ver. totius, C. de solutio. Bald. *in l. pen. colum. 3. in princ. C. de*
condit. insert. & vltra numerationem debet pecunia claudi in sacco-
lo signo, vel sigillo obsignato, item debet fieri penes ædem sacram
vel penes eum, quem iudex elegerit, vel eo recusante penes ali-
quem, de quo omnes eligentes confidunt, item quod sit purum,
liberum, & expeditum, & sine conditione, puta, quod nisi credi-
tor receperit intra certam diem, debeat restitui deponenti, quia
tunc fingitur nunquam fuisse factum. Vide, *Meliorameṅta dant re-* 3
tentionem rei, & quando secus. Concluſ. 182. † Amplia, quia depo-
situm non releuat, & habetur pro non facto, quando statim depo-
nens illud rehabuit. Bart. *in l. per diuersas, col. 2. in fin. C. mandat.* Iason
consil. 172. Relatio magnificorum. col. 2. lib. 2. & Tiraquell. *de retract. con-*
uent. §. 4. in gloss. 10. num. 1. & seq. † Extende, quia licet ad validita- 4
tem depositi sufficiat adesse sacculum, seu marsupium, in quo as-
seritur adesse quantitas, quæ deponitur, *l. statuliberos. §. si plusquam. ff.*
de stat. liber. quem tex. ad hoc notat Aretin. *in l. mora, col. 4. ver. item vi-*
de, ff. solut. matrim. l. si. ff. de lege commiss. tamen quando probatur per
testes deponentem illico rehabuisse marsupium cum pecunijs, ha-
betur pro non facto. Soc. in terminis *consil. 143. Diu profecto, vol. 1.* &
instrumento attestanti contrarium stari non debet, quando veri-
tati aduersatur. Paris. *consil. 54. num. 80. lib. 1.* Vide, *Depositum conten-* 5
tiosum vt releuet, quæ requirantur. Concluſ. 203. † Limita, quando de-
bitum non est liquidum, quia sufficit. Vide, *Depositum mu-*
scale, & non integrum quando releuat, vel non. Concl.
prox. præced.

Depositum factum pro absente quando possit reuocari, vel non. Concluſ. 213.

1 DEPOSITVM † factum ab vno solo sine consensu vtriusq; partis re integra reuocari potest, quando non fuit acceptum neq; facta stipulatio per personam publicam. Bald. *consil.* 104. *Sex sunt, quæ habent, in princ. ver. modo dico, lib.* 1. *& consil.* 105. *per tot. eod. lib.* 1. Am-
2 plia, † vt maxime procedat, quando est factum ex causa turpi; quia turpitudo non obstat deponenti, quin recipiat, & recuperet suum depositum, quia valenti agere rei vendicatione non obstat turpitudo. Bald. *d. consil.* 105. *Verbo dicunt, ante med. ver. item istud pa-*
3 *ctum, lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 5. *consil.* 379. † Amplia, quia depositum factum per me penes camsforem pro securitate dotis meæ vxoris, aut quod inuestiatur ad fauorem Titij absentis, potest reuocari, & depositarius restituit illud deponēti iuridice, antequam sibi fuerit aliquid denunciatum per habentes interesse. Bald. *in l. acceptam, col.* 2. *ver. item si acceperit, C. de vsur.* Doctor. *in l. si pecuniam, ff. de cond. ob caus.* & in terminis in casu contingenti Florentiæ consuluit Dec. *consil.* 98. *Iuridicam, colum.* 1. sicuti in debitore cesso, qui potest soluere cedenti, antequam sibi per cessionarium sit denunciatum, vel interuenerit vnum de tribus, de quibus *in l.* 3. *Cod. de nouatio.* vt per Alexand. *consil.* 17. *Attentis supra narratis, volum.* 7. Socin. *consil.* 18.
☞ *colum.* 5. *ad fin. lib.* 1. Afflict. *decis.* 335. *Pro decisione, numer.* 32. nec sufficit sola scientia debitoris, quod huiusmodi debitum fuerit alteri ces-
☞ sum. Angel. *consil.* 258. *In primo, & secundo dubio.* Vide, *Cedens iura quan-*
4 *do possit exigere à debitore, vel non Concluſ.* 185. Extende, † quia non potest depositarius argui de dolo, ex quo debuit inuestiri pro cautione alterius, quia dolus non præsumitur, nisi probetur, *l. quoties,*
☞ *§. qui dolo, ff. de probation.* Vide, *Dolus non præsumitur, & quando secus.*
5 *Concluſ.* 573. † Contrarium tenet Castrens. *consil.* 432. *Visis omnibus, col. fin. ver. & primo, lib.* 1. vbi, quod absenti acquiritur, quando quis facit pactum in traditione rei suæ, quæ remanet sua, vbi dicit, quod præsentia non requiritur, quando interuenit traditio, & quod reuocari non potest, quando fit ad commodum alterius.
6 Limita, † in deposito facto fauore animæ, puta, pro vsuris restituendis, quia licet sit factum parte absente, & non fuerit acceptatum à persona publica, neque ab eis, pro quibus est factum, tamen non potest reuocari. Bald. *consil.* 83. *In primis videndum est, libro primo, & consil.* 67. *factum proponitur, & consil. seq. libro tertio,*
7 Extende † in deposito facto penes aliquem pro dote mulieris, quia mulieri absenti acquiritur pro dote, & fit irreuocabile, *l. quoties, C. de donatio. quæ sub mod. l. si ego, in princip. suncto* §. 1. *ff. de iur. dot.* ma-
8 xime, quando dos est pia causa. † Contrarium est verius per regul. *l. si pecuniam, ff. de cond. ob caus.* vbi DD. & *in l. qui Romæ,* §. *Flauius, ff. de verbor. oblig.* vbi Doctor. respondent ad *l. quoties,* & iura contraria, vt habeant locum in donatione, in qua transfertur dominium illico, ex quo est contractus nominatus, *l. eum, qui,* & ibi Bart. *ff. de donatio.* secus in depositō, in quo non transfertur dominium, sed remanet penes deponentem, *l. licet, ff. depositi.* ita quod semper licet pœnitere deponenti re integra, *l.* 1. §. *si depositum, ff. eod.* item, quia text. *in d. l. quoties.* procedit in hærede donantis, qui potest pœnitere, quando donans perseuerauit; secus in ipso donante, si pœniteat, vt declarat Saly c. *in d. l. quoties,* & idem tenet Bart. *in d.* §. *Flauius circa fin.* dum quærit, an is, qui donauit alicui fundum, vt post certum tempus esset Ecclesiæ, vel pij loci, an possit in præiudicium Ecclesiæ remittere, & reuocare, & dicit, quod sic, per text. *in l.* 3. *de seruo export.* qui loquitur in libertate, & pia causa, & est locus pœni-
* tentiæ, & est communis * opinio, vt per Alex. ibi, qui dicit communem, & ad *l. si ego, ff. de iur. dot.* quæ loquitur in dote, respondet Castr. *in d. l. si pecuniam, in* 3. *col. ff. de cond. ob caus. & in l.* 2. §. *si pecuniam, ff. de donat.* ex mente gloss. *in d. l. si ego,* quod procedit in hærede constituentis dotem, vt non possit reuocare; secus in constituente. Iaſ. *in l.* 3. §. 1. *col.* 2. *ff. de cond. ob caus.* post Roma. ibi, qui dicunt non habere locum in depositō; quia à deponente potest re integra semper
☞ reuocari. Bald. Nouell. *de dot. in* 6. *part. priuil.* 51. Vide, *Absenti non ac-*
9 *quiritur. Concluſ.* 38. *numer.* 141. *& seq.* † Extende, quia imo depositum factum ad fauorem tertij etiam absentis non potest reuocari; quia pactum appositum in traditione rei suæ, quæ remanet sua, acquirit actionem absenti, & non requiritur præsentia, & quod dicitur, depositum potest reuocari, procedit, quando est factum gratia deponentis, secus si gratia tertij. Castrens. *consil.* 434. *col. si. ver. &*
☞ *primo, per totum, lib.* 1. Vide Conclusionem proximam sequentem.

Depositarius restituens depositum quando liberetur, vel non. Concluſ. 214.

1 DEPOSITARIVS † restituens depositum deponenti liberatur, nisi alius habens meliora iura depositum in iudicio consequi contendat. Bald. *consil.* 364. *Tribus rationibus, in princip. lib.* 2.
Amplia, † vt procedat, etiam si deponens iura sua cessisset alteri 2
quia adhuc ei solui potest, & liberatur. Bald. *d. consil.* 364. *num.* 2. *ver. secundo propter generalem naturam, lib.* 2. † Amplia, quia etiam 3
prædoni potest restitui depositum, quando dominus rei depositæ non petijt; secus si petijsset. Bald. *consil.* 480. *Ista quæstio, in princip. lib.* 4. † Amplia; quia depositarius liberatur, si compellitur au- 4
thoritate publica soluere, ex causa, quæ sit contemplatione, vel odio deponentis; secus si odio, vel contemplatione depositarij. Cuman. *consil.* 185. *Ser Laurentius, per tot.* † Limita, quando fuit 5
sequestrum factum depositario, quia non potest illud restituere, non reuocato sequestro, vel nisi iudex hoc mandet, data cautione, alias non liberatur. Felin. *in c. cum M. Ferrariensis, numer.* 41. *& seq. de constit.* vbi idem dicit, quando fuit facta protestatio iudicialis depositario, ne soluat. † Limita in casu conuerso; quia si depositarius soluit deponenti pecuniam, quam tenebatur inuestire creditor, quia non liberatur, & potest agere condictione indebiti contra accipientem, vt sibi pecunia restituatur ad text. *in l.* 1. *cum ibi not. & tot. tit. ff. de cond. indebit.* † Extende, quia si depositarius mo- 7
lestaretur ab ijs, ad quorum commodum pecunia debebat inuestiri, potest agere pro conseruatione suæ indemnitatis contra recipientem, *l. si vnus,* §. *ante omnia, ff. de pact. & in l. non debet,* vbi gloss. & Doctor. *ff. de reg. iur.* † Limita, quia depositarius restituens depo- 8
situm iudiciale deponenti non liberatur, imo remanet obligatus, quia non potest ius quæsitum ex depositō tollere. Crauett. *consil.* 428. *n.* 20. *& seq. & consil.* 331. *n.* 10. *& seq.* Roma. *consil.* 287. *In proposita consultatione,* vbi, quod restitutio non liberat depositarium, nisi faciat talem restitutionem de licentia iudicis, & citata parte, alias tenetur ad interesse, & ibi apostilla *in ver. licentia.* † Contrarium, 9
quod imo depositum non releuet, si factum, & deinde restitutum sit; quia præsumitur simulatum. Crauet. *consil.* 585. *numer.* 6. vbi plures allegat. † Declara, vt per Roma. *d. consil.* 287. *In proposita consul-* 10
tatione. quia non liberatur, si restituat à se ipso; secus si ex decreto iudicis citata parte. † Extende, quia depositum non integrum si 11
accommodetur ei, ad cuius commodum fuit factum, censetur illud acceptare, etiam si non sit integrum, & restitutio non releuat. Crauett. *consil.* 106. *numer.* 2. *& per totum,* vbi multa similia, & quod non fuit in facultate depositarij ius quæsitum ex depositō auferre. † Extende; etiam si debitor prius obtulit creditori, & 12
creditor dixit nolle recipere, & propterea fuit factum depositum iudiciale; quia potest creditor, qui dixit in iudicio non velle recipere, moram purgare, & pœnitere, & petere, & si depositarius restituit sine citatione creditoris, & sine decreto iudicis, non liberatur, sed tenetur ad interesse de suo in subsidium, si debitor non est soluendo. Roma. *d. consil.* 287. *per totum.* † Limita, quia imo de- 13
ponens valisiam vel cistellam signatam, si deponenti restituitur sine signo, vel si consignata clausa restituitur aperta, statur iuramento deponentis circa bona deficientia. Mascard. *Concluſ.* 507. vbi limitat, quando constat, quod depositarius non amouit, sed alius, secundo, quando depositarius esset vir probus; tertio, quando deponens non esset legalis persona; quarto, si depositarius vult probare contrarium, vide etiam eundem Mascard. *Concluſ.* 508. *num.* 2. *& seq.* vbi plenius. Vide plenius, *Furtum præsumitur, & contra*
☞ *quos. Concluſ.* 558.

Derogare qui possit legibus, & iuri communi. Concluſio 215.

NON † possunt derogare legibus, & iuri communi prohibi- 1
tiuis inferiores principes, ideo non poterunt domini della Scala patroni Veronæ condere statutum, quod habenti instrumentum de re, quę appareat sua, detur possessio non citato possessore. Bald. *consil.* 135. *Articulus, siue casus, lib.* 3. *per tot.* maxime *num.* 5. *ver. quinimo.* Vide, *Inferior non potest dare legem superiori. Concluſ.* 119. † Am- ☞
plia, quia licet laici, videlicet, populus possit condere statuta con- 2
tra ius commune; secus in clericis; quia non possunt contra ius canonicum statuere, Felin. *in c. quod super his, num.* 3. *de maior. & obedien.* quia ius canonicum non permittit ius statuendi clericis, sicut leges permittunt laicis, vide eum; quia rationes adducit, & declarat. Vide, *Episcopus non potest contra ius. Concluſ.* 285. Vide, *Statutum à quibus* ☞
fieri possit. Concluſ. 430. † Limita, quia ex causa potest legatus de- 3
rogare iuri communi. Felin. *in c.* 1. *numer.* 2. *in fin. vers. quinto declara, de rescript.* dummodo de causa appareat. Vide, *Legatus potest multa con-* ☞
tra ius commune. Concluſ. 163. † Extende, idem in Episcopo, qui li- 4
cet non possit facere statutum contra canones; tamen potest ex causa vrgenti, ita Felin. *in c. quod super his, num.* 4. *ver. Fallit primo de maior. & obed.* vbi ponit regulam cum fallent.

vide eum.

De-

Derogatio legibus, & aliis in genere facta non sufficit, & quando secus. Concluſ. 216.

1 DEROGATIO † facta in genere per principem non obstante aliqua lege, an sufficiat, & sit bona, an vero requiratur indiuidua, & quod in legitimatione; quia lex prohibit reſcriptum, requiratur ſpecialis derogatio talis legis, Oldrad. *conſ. 648. Factum tale eſt, quidam Rex, num. 3. ver. ad tertium*: vbi, quod non ſufficit derogatio in genere. Corne. *conſ. 93. Primo aſpectu, in fin. lib. 2.* Fulgoſ. *conſ. 170. Super eo, de quo. in fi.* vbi, quod ſpecialis derogatio requiritur, vbi lex derogata reſpicit ſolemnitatem, & hoc in ſtatutis, & teſtamentis admittir, non in aliis, vt ibi in fin. late Caſtren. *conſ. 358. Dicendum videtur*, vbi, quod non ſufficit generalis in gratia facta ad inſtantiam partis, quia pars videtur in dolo, & hanc partem tenet gloſ. in *auth. quib. mod. nat. effic. ſui. § ſi. in ver. Participium. & in auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. in ver. Indigni.* & Lud. Sard. *tract. de natur. liber. rubr. de* * *legitim. per reſcriptum, in princ.* dicit omnes * Doctores ita tenere, & idem in *rubr. requiſita in legitimatione, quæſt. 12. numer. 15.* vide omnino Bartol. in *l. fin. C. ſi contra ius.* vbi plena apoſtil. in *ver. generaliter*, gloſ. fin. in *auth. licet, C. de natur. liber.* & plene Salycet. in *d. l. fin. numer. 4.*

2 *ver. circa primum.* † Et quod derogatio requiratur in ſpecie, quando fit actus contra ius commune diſponens aliquid non poſſe, vel non debere fieri, vide pleniſſime Cruet. *conſ. 126.* vbi pro vtraq; parte citat infinitos, & pro hac parte Iaſ. *conſil. 121. Viſo themate, lib.* * *4. col 3. ver. Sed præmiſſis non obſtantibus.* vbi dicit magis * communem, allegat Calder. *conſil. 11. de priuil. incip. Habet ordo ſanctæ Clarę.* Feder. de Sen. *conſil. 233. Caſus talis eſt, monaſterii cuiuſdam.* Zabar. *conſil. 51. D. Gregorius Papa.* Roman. *conſil. 327. Iſtæ ſunt rationes num. 8. ver. ad hoc multipliciter*, vbi apoſtill. in *ver. dictum.* citat eundem Roman. *conſil. 436. Quod indultum Petri, numer. 9. & ſeq. & conſil. 498. numer. 15. & ſeq.* plene Gozadi. *conſil. 9. numer. 26. ver. quo caſu dico.* vbi citat ſupradi- * ctos, & Iaſo. *d. conſil. 121. lib. 4.* & dicit * communem Decian. *conſil. 142. pro tenui, numer. 8. verſic. & in ſimili.* vbi, quod requiritur ſpecificatio, & non ſufficit haberi pro expreſſo, & *conſil. 164. Viſo tenore,* * *col. 3. verſicul. Non obſtat, quod imo videatur*, vbi, quod eſt * communis opinio, & ita ſtatuunt Doctor. maiores numero, & auctoritate, & * ſi eos vidiſſet Io. de Anan. *conſil. 56.* non dixiſſet contrariam * communem, & iterum *conſ. 167. Reuerende Pater, col. 2. ver. ſecundo reſpondetur.* vbi de communi, & *conſil. 373. in fin.* Mandel. *conſ. 185. num. 32.* * plene Brunus *conſ. 12. num. 172. & ſeq.* vbi *nu. 174.* dicit magis * communem, citat Io. de Selua. *tract. de benefi. in 3. parte, quæſt. 14.* Corne. *conſ. 136. Viſis actis, col. 3. ver. adhuc autem, lib. 4.* late Grammat. *deciſ. 20.* * vbi citat pro vtraque, & hanc tuetur vti * communem Brun. *conſ. 12. numer. 174.* vbi dicit magis communem, Iaſ. inter conſ. Brun. in *conſ. 8. nu. 35.* Ægid. Bellam. *conſ. 33. num. 58. & ſeq. verſi. tertio dubitatur*, quem ſequitur Felin. in *c. ad audientiam. numer. 3. de præſcript.* & hanc partem tenet Ægid. Bellam. in *c. non liceat Papæ 12. quæſt. 2.* Iaſ. *conſil. 233. col. 6. ver. octauo facit, lib. 2.* Caſtrenſ. *conſil. 180. num. 2. ver. ſecunda ratio, lib. 1.* Alexand. *conſil. 60. Viſa legitimatione, num. 22. lib. 2. verſicul.*

3 *tertia ratio*, vbi, quod alias eſt ſubreptitia. † Et hanc partem, quod non cenſeatur derogatum *c. quia ſæpe, de elect. to in 6. & clem. ſtatutum. eodem tit.* per clauſulam generalem, *non obſtante*, niſi dicatur in ſpecie, per plura tradit Alexand. *conſil. 160. Adeo grauis, numer. 7. ver. &*

4 *per hoc confirmari poteſt, lib. 6.* † Contrarium, quod ſufficiat derogatio in genere, quia tantum operatur generalis derogatio, quantum ſpecialis. Anchar. *conſil. 335. num. 3. ver. non obſtat.* Caſtill. *conſ. 20.* * *in fi. ver. quod autem vltimo.* & Cuma. *conſ. 168. in fi. eod. ver.* dicunt * communem, & quod ſufficit ſpecialis, non indiuidua, & Alber. in *l.* * *quoties. C. de precib. Imper. offer. in fin.* dicit ita * communiter ſeruari, licet pro vtraque alleget Fulg. in *l. fi. C. ſi contra ius*, vbi dicit communem, quod ſufficit in genere, non obſtante aliqua lege, & Soc. *conſ. 47. in fin. lib. 4.* Marzar. *conſ. 37. num. 86. & ſeq.* plura Alex. *conſ. 111. nu.*

5 *16. & ſeq. & conſ. 155. per tot. lib. 6.* † Et quod ſufficiat generalis derogatio, non obſtantibus legibus imperialibus plene Alexand. *conſ. 187. Videretur, num. 19. & ſeq. verſic. poſtremo, lib. 5.* vbi citat plurimos, & apoſtil. in *ver. generalis*, citat pro vtraque, & Alexand. ibi *num. 22.* * dicit * communem, in fin. & per totum conſilium, vbi reſpondet ad omnia contraria, & dicit, quod ita ſeruat curia Romana, & plenius Alexand. *conſ. 111. Perſpectis, num. 19. & ſeq. ver. plus voluit, lib. 6.* vbi, quod ita ſeruat curia Romana, & tollit, quod dicitur de *l. ſi quis, in princ. ff. de legat. 1.* quia ibi in priuato diſponente ad vtilitatem

6 ſuam, hic in Principe ad vtilitatem tertii. † Idem quando non agitur de præiudicio tertii, quia ſufficit derogatio generalis ſecun- * dum magis * communes concluſiones. Alexand. *conſilio 111. Perſpectis. numer. 13. verſic. & confirmo, lib. 6.* † Idem, quando agitur de derogatione conſtitutioni, vel extrauaganti, quæ eſt contra ius; quia non eſt dubium, quod magis de facili illi derogatur, etiam ſi habet clauſulam derogatoriam, quam ſi eſſet conformis iuri communi; ideo generalis derogatio ſufficit. Alex. *d. conſ. 111. nu. 11. & ſeq. v. accedit ad confirmationem, lib. 6.* † Idem quando conſtat de mente, 8
quod princeps voluit derogare, quia ſufficit derogatio generalis, ſecundum * communem, de qua Alexand. *d. conſ. 111. num. 13. in fin.* *
cum ſeq. lib. 6. vbi apoſtil. in *ver. ſufficiet*, citat Alexan. *conſ. 7. lib. 4.* † De- 9
clara plene per Cruet. *conſ. 126. per tot.* vbi dicit, quod iſta eſt quæſtio ardua propter varias Doctorum opiniones, & allegat pro vtraque, quod requiratur ſpecialis, & indiuidua, & quod ſufficiat generalis, & tandem dicit, quod ſi conſtat de mente, quod voluerit, ſufficiat derogatio generalis, alias ſecus, & probat multis authoritatibus, *num. 4 & ſeq.* conſtare dicit de mente, quando princeps facit ex certa ſcientia, & dicitur etiam facere in ſpecie, quando in indiuiduo derogat. vel quando in genere eum clauſula, *etiam ſi talia forent*, vel quãdo habet pro expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum, vide eum. Rota in *nouiſſ. par. 1. deciſ. 137.* vbi, quod tota materia pendet à voluntate, quæ menſuratur ex clauſulis primæ gratiæ, & ſecundæ, & ex veriſimili mente. † Declara; quia ſi agitur de tollenda 10
conſtitutione, quæ eſt correctoria iuris communis, licet habeat clauſulam derogatoriam; tamen facilius tollitur, quam ius commune, & ſufficit generalis derogatio; ſi vero eſt conformis iuri communi, ſecus. Alex. *conſ. 111. Perſpectis. nu. 11. & 12. ver. accedit ad confirmationem, lib. 6.* † Declara, quia ſi agitur de præiudicio tertii, de- 11
rogatio debet fieri ſpecialis ſi vero non agitur de præiudicio tertii, ſufficit generalis, etiam per clauſulam, *ex certa ſcientia*, quæ importat derogationem Alex. *d. conſ. 111. nu. 13. ver. & confirmo, cum ſeq. lib. 6.* vbi dicit * communem, & magis * communem. † Idem, quando ** agitur de aliquo præiudio tertii, ſed non magno, quia tunc etiam 12
ſufficit generalis, ſecus, ſi agitur de magno præiudicio; quia requiritur ſpecialis derogatio. Alex. *d. conſ. 111 nu. 18. ver. ſecundo modo poteſt reſponderi. lib. 6.* † Declara, ſiue ſimus in contractu, priuilegio, reſcri- 13
pto, conſtitutione, vel alio termino, ſemper quod poteſt conſtare de mente principis, qui poterat derogare, quod voluerit tollere præcedentia, quæ obſtarent, quia tunc ſufficit nedum generalis derogatio, ſed etiam clauſula, quæ importat generalem derogationem. Alex. *d. conſ. 111. col. fin. num. 22. ver. ita bene conſonat, lib. 6.* † De- 14
clara, quia in terris Eccleſiæ legitimatio ſpurii facta per Papam valet cum derogatione in genere, quia leges ciuiles pro forma non ligant Papam. Anchar. *d. conſ. 335. in fi.* Alex. *conſ. 187. Videretur, num. 19. & ſeq.* maxime, *num. 21. ver. tamen cum ſimus, lib. 5.* † Contrarium 15
videtur velle Alex. *conſ. 87. In cauſa mota, in fi. lib. 3.* vbi, quod requiritur ſemper ſpecialis derogatio, quando legitimatus eſt exoſus, prout ſpurius natus ex religioſo, vel adulterio, aut inceſtu; quia cum iſtis Eccleſia difficulter diſpenſat. † Declara, quia quando lex 16
habet clauſulam derogatoriam, non cenſetur illi derogatum ſufficienter, niſi expreſſe dicatur, *non obſtante tali lege*, vel ſaltem niſi dicatur, *non obſtante aliqua lege, in genere*, ita Feli. plene in *c. nonnulli, in princ. in ver. fallat ſecundo, de reſcript.* vbi ponit tres declarationes, & dicit * communem & magis * communem, quod ſufficiat in genere ** derogatio, & communem * dicit Curt. Iun. in *l. cauſas. & lites, C. de* * *tranſact.* plene Caſtrenſ. *conſ. 125. Dubitatur, num. 2.* vbi pro vtraque, & diſtinguit, ſi lex habet derogatoriam, requiritur ſpecialis derogatio, & dicit eſſe ſpecialẽ derogationem, etiam ſi dicatur, *non obſtante quacunque lege habente derogatoriam*, vide omnino Mand. in 10. *regul. qu. 9.* vbi pro vtraque, & quando gratia derogans non tendit in vtilitatem certæ perſonæ, non requiritur indiuidua derogatio. † Vide omnino Decia. *conſil. 164. Viſo tenore. per tot.* quia pro vtraq; 17
parte allegat, quod ſufficiat generalis derogatio, & quod imo requiratur ſpecialis, & tandem diſtinguit, quod ſi derogatio eſt motu proprio, ſufficit generalis, ſi ad inſtantiam partis, ſecus, & idem, ſi agatur de derogatione priuilegii inſerti in Corpore iuris, vel conceſſi miſerationis cauſa, vide Roma. *conſ. 498. In caſu, num. 15. & ſeq.* vbi dat plures declarationes, quando ſufficiat in genere, vel non, & plenius *conſ. 436. nu. 19. & ſequen.* vbi latiſſime, & apoſtilla. † De- 18
clara, quia tres ſunt opiniones, vna, quod ſufficiat generalis derogatio, *non obſtante aliqua lege*, & hæc eſt * communis, vt dicit Fulgoſ. * in *l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. in fin.* † Alia, quod nulla requi- 19
ratur derogatio, quando reſcriptum emanauit à Curia Romana. Alex. *conſ. 111. n. 16. ver. & hoc fortius, lib. 6.* vel quando princeps ſciuit, ibi *nu. 19.* imo *nu. 10.* quod ſufficit cogitatus in genere. † Alia, quod 20
ſufficiat generalis ſimpliciter non obſtante quacunque exceptione, vel quod adſit clauſula, *ex certa ſcientia*, ſola, vel quod ſit facta derogatio in aliquo caſu ſpeciali, cum clauſula generali ſubſequẽte, ita Alex. *conſ. 111. Perſpectis, num. 6. & ſeq. ver. non obſtat, id quod lib. 6.* vbi tamen *num. 9. & ſeq.* declarat, quod clauſula ſola, *ex certa ſcientia*, habet vim derogationis, quando non agitur de præiudicio tertii. † Alia, quod requiratur indiuidua, & ſpecialis mẽtio, *non obſtante* 21

22 *tali lege*, glos. in *d. auth. licet, in vers. beneficio, C. de natur. liber.* † Alia, quod sufficiat specialis, sed non indiuidua. Crauett. *d. cons. 226. col. 2. ver. & quod non requiratur.* Calcan. *cons. 78. n. 7. & 8. ver. secundo prin-*
23 *cipaliter*, & idem in testamẽto loquitur. Alex. *cons. 7. col. 2. lib. 4.* † Alia, quæ dicitur tertia fuit opinio Bar. in *d. l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public.* quod non sufficiat generalis, *non obstante aliqua lege*, quod non requiratur indiuidua mentio, & quod dicatur, *non obstante tali lege*, sed sufficiat specialis mentio, *non obstante aliqua lege in contrarium faciente*, & ita declarat eum Fulg. ibi *n. 5.* vbi arguit, ꝙ videtur requiri indiuidua derogatio; quia apud Iuristas species sumitur pro indi-
* uiduo: sed tamen hanc communem * dicit Castrens. *ibi num. 3.* dicit opinionẽ Bart. veram, sed non requiri illa verba, in *contrarium faci-*
* *ente*, quia subintelliguntur, & quod sit magis * communis opinio, dicit Socin. *cons. 47. in fin. lib. 4.* vbi Doctor. dicunt non sufficere generalem, sed requiri specialem, non autem declarant, quæ sit spe-
24 cialis, quia non intelligitur de indiuidua. † Vide omnino casum, in quo derogatio indiuidua non operatur in alienatione bonorũ Ecclesiæ nulla; quia sit sine causa; nam derogatio *c. non liceat Papæ. 12. q. 2.* debet intelligi, quatenus alienatio sit cum causa, vt tollatur, quod non fecerit contra conscientiam, & peccatum mortale, ita sentit Ægid. Bellam. *in cons. 33. incip. Quod si ad personas, num. 59. ver. vel*
25 *aliter possum*, sequitur Felin. in *c. audientiam, num. 3. de præscript.* † Declarat Castrens. *d. l. fi. C. si contra ius, vel vtilit. public. col. pen. ver. dico ergo.* quod si impetratur rescriptum contra ius habens tacitam clausulam derogatoriam, prout habent omnes leges; tunc sufficit generalis derogatio, *non obstante aliqua lege*; si vero lex habet specialem, & expressam derogationem, quod non possit impetrari rescriptũ, tunc requiritur nominata derogatio, *tali lege non obstante*, allegat Io. Andr. in *c. 1. de excessib. prælat. lib. 6.* Corne. idem tenet in *l. causas, C. de transact. in fin.* & ista fuit distinctio Salycet. in *d. l. fi. nu. 4.* vbi etiam limitat tribus modis, quod generalis derogatio non valeat, vide eum: vel requiritur, quod dicat, *non obstante quacunque lege, & verbis derogatoriis in ea*, ita Riminal. Iun. *cons. 46. nu. 122.* allegat Ruin. *cons.*
80. num. 8. & cons. 95. nu. 8. lib. 3. Cephal. *cons. 111. circa fin.* idem Rimi-
26 nal. *cons. 79. num 30. & seq.* † Et quod non sufficiat clausula, *non obstante generali*, cum clausula, *etiam habendo exprimenda pro expressis*, quãdo lex, vel statutum derogatoriam habet clausulã contrariam plene Rimin. Iun. *cons. 79. nu. 35. & seq.* vbi dicit * communem, *n. 38.* latissime, Simon de Prætis *cons. 73. nu. 5. & seq.* vbi latissime, quod in reuocatione testamensi habentis clausulam derogatoriam nõ sufficit dicere, *non obstante quocunq; testamento*, nisi addatur, *habente clausulam derogatoriam*, quia nõ esset specialis derogatio. Natta. *cons. 531.*
27 *nu. 38. & 39.* † Vel nisi fiat mentio in derogatione, quod derogat, etiam si de eis mentio specialis esset facienda. Natta. *cons. 657. in fi.* allegat Alex. *cons. 155. Videtur, col. pen. lib. 6. nu. 12. ver. plus dicit.* Angel.
28 Maluadiceus *cons. 35. num. 11.* vbi late allegat plurimos. † Declarat Roma. *cons. 327. Istæ sunt rationes, num. 8. in fi. ver. secundo respondeo*, vt si derogatio fiat motu proprio, licet non sit specialis, operetur; si vero ad instantiam partis, & in præiudicium tertii, secus, vbi apost. in
* *ver. prioribus*, citat plurimos, & dicit * communem distinctionem, & idem tenet Deci. *cons. 164. per tot.* maxime *in fi. ver. item, & priuilegium.* Gozad. *cons. 9. num. 25.* vbi, quod non dicitur motus proprius, licet ita dicatur, quando ad petitionem partis factum apparet. De-
29 cian. *cons. 142. nu. 8.* plene Curt. Iun. *cons. 310. nu. 81. & seq.* † Declara; quia concessum priuilegium personæ, vel loco, alias priuilegiatis, nunquam censetur sublatum, nisi expresse mẽtio personæ, vel loci fiat, per dictum Cyn. in *l. vnica, C. quando super inter pupill. vel vid.* quem refert, & sequitur Rom. *cons. 327. nu. 8. ver. secundo respondeo*, vbi apostil. in *ver. dictum*, citat plurimos concordan. quos videas, & idem Roma. *cons. 436. nu. 11. ver. quinta principalis ratio.* & plenius *cons. 498.*
nu. 7. ver. tertia ratio, vbi extendit, etiam si in derogatione essent ver-
30 ba, *etiam si specialis mentio esset facienda.* † Item vbicunque quis priuatur potẽtia aliquid faciendi, si obtinet contrarium, debet specialis derogatio fieri statuto, vel dispositioni, quæ negabat potentiam,
31 ita. Curt. Sen. *cons. 73. nu. 30. ver. septimo principaliter.* † Item, quia generalis clausula derogatoria non extenditur ad non verisimilia. Roma. *cons. 436. Quod indultum, nu. 9.* vbi apostil. in *ver. non extenditur*,
32 dat plurimos concordan. & *cons. 498. num. 18. ver. quarta ratio.* † Item non sufficit ad tollendum priuilegium ex causa onerosa concessum, sed bene ad tollendum priuilegium ad nutum concedentis
33 reuocabile. Bero. *cons. 146. nu. 46. ver. tertio dictæ clausulæ, lib. 3.* † Item, quia priuilegium quantumcunque generale alicui, etiam pio loco ad priuatam vtilitatem concessum, nũquam includit id, quod derogaret publicæ vtilitati. Roma. *d. cons. 436. num. 10. ver. secundo quia.* vbi, quod ex præfatione probatur ex causa publicæ vtilitatis, & apostill. in *ver. vtilitati* dat concord. Zabarel. *cons. 142. nu. 3. ver. quoad*
34 *secundum.* Roma. *cons. 498. In casu, num. 16.* † Et procedit conclusio, quod non censetur derogatum priuilegio ex causa publicæ vtilitatis concesso per generalem derogationem, etiam si ipsa derogatio sit in genere, & in specie, ita idem Roma. *d. cons. 436. col. pen. in fin. ver. præmisse vero.* † Item priuilegium pluries confirmatum non tol- 35
litur per clausulam, *non obstante*, nisi fiat mẽto specifica. Deci. *d. cons. 164. circa fi. ver. & ista conclusio maxime.* citat Roma. *cons. 327. Istæ sunt rationes, in princ.* plena apostil. ad Roma. *cons. 436. nu. 14. in ver. confirmatis.* Brun. *cons. 12. n. 36. & seq.* † Item; quia priuilegium concessum 36
cum derogatione generali amplissima nunquam derogat priuilegio concesso Collegio Decurionum, vel gratia publicæ vtilitatis. Roma. *d. cons. 436. num. 10. ver. tertia principalis*, vbi apostil. in *ver. iuxta intellectum.* citat plurimos, & *cons. 498. nu. 15.* Bero. *cons. 146. num. 43.*
ver. adduco etiam, lib. 3. † Et quando agitur, quod secundum priuile- 37
gium deroget primo ex causa publicæ vtilitatis concesso, semper expectanda est secunda instio principis, nisi secundum priuilegiũ esset motu proprio concessum. Roma. *d. cons. 436. num. 11. ver. quarta principalis*, vbi apostilla in *ver. sit concessa.* † Item à maiori non cense- 38
tur derogatum priuilegio concesso Collegio Cardinalium; quia sunt consiliarii Papæ, & vniuersalis Ecclesiæ. Roman. *cons. 498. nu.*
15. & seq. vbi late. † Extende idem in priuilegio Auditoribus Ro- 39
tæ concesso; quia ex generali derogatione, non censetur illi derogatum; quia est concessum ratione publicæ vtilitatis. Rom. *cons.*
436. *Quod indultum.* † Item non derogatur priuilegio qualificato, 40
puta, iurato, nisi fiat expressa mento iuramenti. Brun. *cons. 8. nu. 44.* plene Sylua. *tract. de benef. part. 3. quæst. 13. num. 22.* Roma. *consil. 436. n.*
14. *ver. tertio idem probatur.* vbi idem, quando fuit pluries firmatum, seu confirmatum, & vide apostil. in *ver. confirmatis.* Decian. *cons. 164.*
num. 3. ver. & ista conclusio. Roma. plenius *consil. 393. Præsens consultatio, num. 13.* vbi plena apostill. in *versic. firmatas.* citat plurimos, & dicit
* communem. † Item statutum iuratum non potest tolli non facta * 41
mentione de iurato, imo Papa, qui iurauit, licet posse tollere statutum à se iuratum intelligitur, dummodo ex iusta causa tollat. Felin. *c. 1. de constit. num. 33.* sequitur Mandel. *cons. 185. num. 27.* † Item 42
non tollit priuilegium, quod transiuit in contractum. Rom. *d. cons.*
436. *num. 14. & seq. ver. septima principalis ratio.* vbi apostil. in *ver. irreuocabilia.* † Item clausula derogatoria quantumcunque prægnans, 43
& generalis, non extenditur ad ea, quæ in specie derogans non apposuisset manum in specie. Roma. *cons. 498. nu. 18. & cons. 436. nu. 9.* vbi apostil. in *ver. non extenditur.* quæ dat concord. † Item deroga- 44
tio generalis non comprehendit priuilegia in Corpore iuris clausa. Rom. *cons. 498. In casu, quo quæritur, num. 14. in fin. & num. 15. ver. quo vero ad secundum caput.* Deci. *cons. 164. num. 4.* † Item non tollit priui- 45
legia concessa miserationis causa. Decia. *d. cons. 164. num. 5.* vbi apostil. in *ver. miserationis*, dat concord. † Item per clausulas quantum- 46
cunque generales non censetur derogatum priuilegiis confirmatis ex certa scientia. Rom. *cons. 436. Quod indultum, n. 11. vers. sexta principalis.* & maxime *num. 12. & 13. ver. secundo probatur.* vbi apostil. in *ver. confirmatis.* citat eundem Roma. *cons. 393. Præsens consultatio, num. 13.*
vbi plena apostil. in *versic. confirmatas.* dat concord. † Item de- 47
rogatio generalis non præiudicat, neque tollit priuilegium ex causa alimentorum. Roman. *consil. 436. Quod indultum, numer. 19.*
versic. octauo principalis. † Item generalis derogatio non tollit 48
priuilegia habentia clausulas derogatorias, nisi fiat de illis specialis mentio. Roman. *d. consil. 436. numer. 20. versic. Nona, & vltima*, vbi allegat plurima iura pro vtraque. † Declarat idem Roma. *d.* 49
cons. 436. nu. 21. in fin. ver. respondeo, vt derogatio generalis non sufficiat contra priuilegia habentia derogatoriam, nisi de ea fiat mentio specialis, vel nisi derogatio generalis sit in lege, vel constitutione generali; secus si in rescripto speciali. † Declara, quia semper, quod 50
est dubium, an censeatur derogatum primo priuilegio, in dubio iudicandum est, quod non Rom. *cons. 498. In casu, quo quæritur, numer. 20. ver. vltima ratio.* Deci. *consil. 164. Viso tenore col. penult. in princip. vers. vnde in dubio*, allegat Feder. de Sen. *d. cons. 233. circa fin. ver. Sed in*
dubio, sequitur Crauet. *cons. 21. in fin.* † Declara, quia derogationes 51
latissime dantur in Curia de stylo Curiæ, ideo non attenduntur, vt operentur quasi ex intentione Papæ. Ias. *cons. 121. Viso themate, col.*
3. lib. 4. vers. item si aliter diceremus, allegat Feder. de Sen. *cons. 233. Casus talis est monasteriis*, apostill ad Roman. *cons. 327. nu. 8. vers. posterius.*
Deci. *cons. 164. col. 3. circa princ. vers. nec obstat*, vbi apost. l. dat plurimos concord. † Declara; quia clausula in derogatione, *quod habet* 52
omnia exprimenda pro expressis, est captiola, ita Gozadi. *d. cons. 9. nu. 27.* vbi allegat Bald. & alios. Deci. *consil. 142. Pro tenui, numer. 8.* Deci.
consil. 164. Viso tenore, numer. 2. versicul. sed supradictis non obstantibus per totum. vbi plura allegat, plene Brun. *cons. 12. num. 174.* vbi dicit magis * communem, allegat Felin. in *c. accedentes de præscriptio.* † Con- *
trarium, quod imo sufficiat generalis derogatio cum clausula, *quod* 53
tenor obstantium habeatur pro expresso. Decian. *consil. 164. Viso tenore in princ.*

princ. vbi, quod ita seruat stylus curiæ, & alias Papa non posset derogare valide, allegat Ant. de Butr. Angel. & Io. Anan. *cons.* 56. qui
54* de communi * attestantur, & multos, quos videas. † Declarat Decian. *d. cons.* 164. *col. penult. ver. vnde concordando.* vt in lege sufficiat generalis derogatio, & clausula, *pro expresso*, in rescripto secus, vbi dicit hoc esse de mẽte Angelii in *l. sed, & si quis, §. quæsitum, in fi. ff. si*
55 *quis cautio.* † Declara, quia generalis derogatio nunquam trahitur ad ea, quæ derogans in specie non potuisset, vel verisimiliter non derogasset, ita Curt. Sen. *consil.* 73. *numer.* 15. *versic. corroborantur præmissa.* allegat Roman. *consil.* 436. *numer.* 9. qui hoc dicit, licet
56 ipse male alleget numerum consilij. † Declara, quia nunquam sufficit derogatio generalis circa ea, de quibus derogans non est informatus. Riminald. Iun. *consil.* 79. *numer.* 31. allegat Roland. à Valle *consil.* 7. *nu.* 106. *lib.* 3. & alios, vbi Roland. à *num.* 100. vsque in fin. multa dicit, quod Princeps non censetur præiudicare tertio per habilitationem, etiam si vtatur clausula, *ex certa scientia, motu proprio, & non obstante*, in his, quæ sunt facti, & non est informatus,
57 nisi præcedat causæ cognitio. † Declara, quia vbi substantia priuilegij, vel rescripti est subreptitia, & nulla, est etiam nulla clausula, *non obstante*, quæ accessorie ponitur. Decian. *consil.* 142. *Pro tenui, in fin.* sequitur Paris. *consil.* 79. *numer.* 25. *lib.* 4. plene Cravet. *consil.* 68. *Proponitur, quod, numer.* 6. vbi, quod non tollit subreptionem, nisi sit specialis derogatio his, quæ tacite sunt, allegat Corne. *consil.* 245. *colum.* 2. *in fin. lib.* 1. qui hoc dicit. Cravet. *cons.* 296.
58 *num.* 3. Roland. à Valle late *cons.* 7. *numer.* 106. *vsque in fin. lib.* 3. † Declara totam hanc materiam plenius per plures casus, regula est, quod derogatio fit expressa, expressio autem fit tribus modis, videlicet, generaliter, specialiter, & singulariter. Bartol. in *l.* 1. *ff. de vulgar. & pupil.* & ista fuit distinctio Bartol. *consil.* 21. *vt dixit, lib.* 1. *& in extrauag. ad reprimendum. in ver. non obstantibus, in princip.* Castrens. *cons.* 3. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 279. *Passus iste, num.* 2. *ver. sed dubium est, lib.* 1. & clarius *col.* 2. *in fin. ver. & ideo pro concordia.* vbi, quod secunda, quæ dicitur specialis respectu tertiæ, videlicet, singularis, potest dici generalis respectu primæ, quæ est generalis, potest dici singularis;
* & ideo omnes * Doctores, qui dicunt sufficere generalem intelligendi sunt de speciali, quæ dicitur generalis respectu illius, quæ dicitur singularis, illi vero, qui dicunt requiri singularem derogationem, intelligendi sunt de eadem speciali, quæ singularis est respectu generalis, & sic omnes concordant, & plenissime Cravet. *cons.* 126. *num.* 4. vbi amplectitur distinctionem Castren. quam
* etiam dat ipse Castrens. *cons.* 3. *lib.* 1. *nu.* 5. & hauc communem * magis dicit Socin. *cons.* 47. *in fin. lib.* 4. & Marzar. *cons.* 37. *num.* 86. *& seq.* vbi, quod specialis derogatio sufficit. Alex. plenissime *cons.* 155. *nu.* 6. *& seq. per totum lib.* 6. vbi apostil. Put. *decis.* 109. *in vna Zamorens. lib.* 1. Alexan. *cons.* 134. *Præuiso, lib.* 1. *per tot. & cons.* 243. *Perspectis, per totum.* maxime *num.* 17. *in fin. & num.* 18. *vers. & per hoc est responsum, lib.* 6. vbi, quod aliud est genus, aliud species, aliud indiuiduum, & propterea derogatio generalis non sufficit, quando adest clausula derogatoria, singularis non est necessaria, sed specialis, quæ est media, sufficit, & vide apostil. ad Alexan. ibi *nu.* 8. *in ver. voluntati*, quæ citat plures concord. pro hac distinctione, in specie citat Castr *cons.* 206. *& 284. & 288. lib.* 1. *& cons.* 125. *& cons.* 408. *lib.* 2. & ideo si dicitur, *non obstantibus contrarijs*, etiam si talia forent, de quibus mentio specialis
59 fieri debent. Cravet. *cons.* 126. Alex. *cons.* 7. *lib.* 4. † Casus primus est, quando priuilegium est contra publicam vtilitatem, vel legem, non valet, nisi de illa lege faciat mentionem, intelligitur, quod nõ sufficit generalis derogatio, neque requiritur singularis derogatio illi legi, sed sufficit specialis, videlicet, *non obstante aliqua lege disponente, quod rescripta, vel priuilegia contra publicam vtilitatem, non valeant.*
* Castren. *d. cons.* 279. *in princ.* & ita communiter * teneri Castillion. *cons.* 20. *circa fin. ver. quod autem vltimo*, & Cuma. *cons.* 168. *eod. ver. circa fin.* Bart. *d. extrauag. Ad reprimen. in ver. non obstantibus, in prin.* vbi quod nominatim dicitur expressum, quando fit specialis mẽtio de quacunque lege. Alex. *cons.* 134. *num.* 3. *vers. item dixit, lib.* 1. *& num.* 2. *ver.*
60 *& pro hoc.* † Contrarium tenet Alex. *cons.* 122. *Viso puncto, nu.* 12. *& seq. ver. si autem nominatim, lib.* 4. vbi *nu.* 13. *& seq.* quod si lex requirit derogationem fieri expresse, necesse est, quod fiat verbis singularibus, & non alio modo siue expressio debeat fieri ratione dispositionis contrariæ, siue etiã ratione personæ priuilegiatæ, vbi dicit, quod Rom. cum in isto articulo omnes valentiores Doctores Italiæ essent diuisi, quod fuit pronunciatum, & obtetum pro ista par-
61 te. † Et ideo pro contrario facit, quod priuilegium, & seu statutum concessum Congregationi, quæ habet beneficium restitutionis in integrum propter minores, & miserabiles personas, quæ in ea continẽtur non cẽsetur derogatum tali priuilegio miserationis gratia
62 concesso, nisi de eo fiat mẽtio singularis. Alex. *cons.* 122. *n.* 15. *& seq. v.* *confirmo. lib.* 4. vbi apostil. in *ver. miserationis*, dat conc. † Idem in priuilegio concesso per Papam monialibus, quod non teneantur soluere collectas aliquas; quia si postea mittat legatum, qui imponat collectas, non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, seu gratiis in contrarium facientibus, etiam si de eis esset necessaria mentio facienda; quia non poterit grauare moniales, quia mentionem singularem de eis non fecit. Alex. *cons.* 122. *num.* 16. *vers. quamuis, lib.* 4. † Rationem adducit Alexand. *d. cons.* 122. *num.* 16. *& multis seqq. ver.* 63
& iudicio meo, lib. 4. vbi, quod priuilegiatus trahit ad se non priuilegiatum, in causa communi, vbi dat multa similia. † Secundus ca- 64
sus est in priuilegio reuocante aliud primum priuilegium habens clausulam derogatoriam, & licet multi teneant, quod sufficiat generalis derogatio, quos citat Castr. *d. cons.* 279. *ver. sumus ergo in tertio casu, n.* 2. tamen in *vers. in contrarium*, & per totum consilium allegat tenentes contrarium, quod requiratur specialis, & reducit omnes ad concordiam, vt idem sentiant, quod non sufficiat generalis, neque requiratur singularis, & dat plura exempla de reuocatione testamenti; & reddit rationem; quia generalis nõ tollit præcedẽtem derogatoriã, singularis non requiritur, quia captatoria, quia si testator, vel Princeps non posset recordari singulariter, decipere-
tur, & non posset reuocare, & idem dicit Bart. *d. extrauag. Ad reprimendum vers. non obstantibus, in prin.* vbi idem de statuto primo habẽte clausulam derogatoriam per secundum statutum, quod nõ obstante quocunque statuto, vbi apostil. in *ver. quid importet.* Alex. *d. cons.* 134. *n.* 2. *ver. & pro hoc, lib.* 1. *& cons.* 155. *Videretur, per totum, libro* 6.
† Tertius casus est, quando Princeps per legem vniuersalem re- 65
uocat omnia priuilegia, & exemptiones, quia tunc sufficit generalis derogatio, & est ratio, quia lex proprio motu fit, & ob publicam vtilitatem, & sic magis de facili præsumitur voluisse tollere priuilegia priuata, quia publica vtilitas priuatæ præfertur. Castr. *d. cons.* 279. *ver. secundo est notandum, in princ. lib.* 1. vbi *col. fin. vers. dicendum est ergo*, facit generalem regulam, quod si constat de verisimili
mente, quod voluit derogare ex sola derogatione generali, quod illa sufficit, secus si non constat de verisimili mente. † Quartus ca- 66
sus elicitur à Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. non obstantibus, num.* 3. & 4. quia si leges, vel statuta præcedentia non habent clausulam derogatoriam, lex & statutum posterius sine derogatione tollit præcedentes leges & statuta, quatenus non possint conciliari, vbi apostil. in *ver. adiuuari.* † Et è conuerso, quando constat 67
de mente, quod ex generali, vel speciali noluisset reuocare, idem esset dicendum, veluti si agatur de reuocatione exemptionis Hospitalis pauperum, qui indigent, ex quo Papa, seu Princeps est debitor, vt pauperes ali possint, & reuocatio priuilegiorum est odiosa, tali casu non præsumitur derogasse. Castrens. *d. cons.* 279. *col. fin. lib.* 1. qui consuluit pro Hospitali S. Mariæ della Scala Senarum.
Alex. *d. cons.* 187. *n.* 23. *lib.* 5. † Qualiter dicatur constare, vel non cõ- 68
stare de mente, vide plenissime Cravet. *cons.* 126. *num.* 4. *& seq. vers. ex quibus apparet, vsque in fin.* Rota *in nouiss. decis.* 137. *par.* 1. † Declarat 69
Alex. quod derogatio expressa, & specialis requiritur, quando aliquid in specie prohibitum à lege posse concedi, conceditur, si agitur de magno præiudicio tertii, secus, si de modico; quia sufficit generalis derogatio. Alex. *d. cons.* 187. *n.* 24. *& seq. v. vnde, si per aliquam legem, lib.* 5. † Quintus casus est; quia quando derogatio est sufficiẽs 70
in casibus præmissis per legem posteriorem, vel statutum, censetur priori derogatum in quantum se non compatiuntur, sed si possunt compati, & distinctione saluari, substinentur, nisi in derogatione fit dictum, *non obstante, quacunque lege, vel statuto generaliter, vel specialiter contrarium disponente*, quia tunc lex noua non distingueretur per antiquam, Bart. in *extrauag. Ad reprimen. in ver. non obstantibus, num.* 5. *& seq. ver. Sed si statutum.* vbi apostil. in *ver. adiuuari*, & in *ver. per hanc, cum seq.* Vide, *Generi per speciem derogatur. Concluſ.* 36. † Declarat ta- 71
men Bart. in *d. extrauag. Ad reprimendum, in ver. non obstantibus, num.* 8.
& seq. versic. Sed in lege noua. quia licet dicatur, *non obstante aliqua lege contraria generali, vel speciali*; tamen si lex antiqua esset in aliquo magis specialis, quam in noua vel maior ratio in ea esset; tunc per maiorem rationem lex noua distinguitur, alias non, vbi apostil. n
ver. est maior, & in *versic. Fauore publicæ vtilitatis.* † Sextus casus, 72
quem ponit Bartol. pro secundo in *d. extrauag. Ad reprimen. in versic. non obstantibus, numer.* 11. *& seq. versicu. secundo vero casu.* est, quando princeps tollit per legem simpliciter priuilegia; quia non censetur tollere particularia priuilegia alicui concessa, neque in Corpore iuris clausa, nisi expresse dicatur de eis, vel nisi lex reuocans haberet maiorem, & specialem rationem, vt supra. † Se- 73
ptimus casus, quando agitur de tollendo statuto, vel consuetudine, si in lege generali non fit mentio de eis, vel etiam in priuilegio vniuersali non censetur derogatũ statuto, vel consuetudini; quia potest ignorari, si vero sum⁹ in lege speciali, vel priuilegio speciali, censetur derogatum, quia scire præsumitur, & idẽ in lege generali

vel

vel priuilegio vniuersali, quando expressa fit derogatio statutis, vel consuetudinibus. Bart. *d. extrauag. Ad reprimendum, in ver. non obstantibus in fin. num. 12. ver. tertio casu*, vbi dat eandem distinctionem,
74 quæ datur in quinto casu. † Octauus casus, quando Princeps facit ex certa scientia; quia non requiritur alia derogatio, Alexand.
75 allegat *cons. 134. col. penul. ver. puto, lib. 1.* † Contrarium, quod non sufficiat certa scientia, vt tollatur lex habens clausulam derogatoriam, apostil. ad Alex. *d. cons. 134. col. pen. lib. 1. in ver. Non obstante*, quæ citat plures, item non sufficit clausula, *de plenitudine*, vt tenuit Marsil. in *praxi crimin. §. Quæritur, nu. 16.* quia bene reprehenditur à Cranet. *d. cons. 126. colu. 2.* & ita apostil. ad Alex. *cons. 143. num. 8. in ver. vo-*
76 *luntati, lib. 6.* † Nonus casus est, quando statutum fuit à Principe confirmatum, quia nunquam censetur illi derogatum etiam per clausulam, *non obstantibus omnibus statutis*, nisi fiat mentio de confirmatione specialiter. Alex. *cons. 122. Viso puncto, num. 6. & seq. ver. similiter, lib. 4.* vbi apostil. in *ver. confirmato*, dat concordant. & iterum *cons. 30. lib. 5.* In quibus locis idem de pacto, vel contractu confir-
77 mato. † Decimus casus est, qui forte deberet esse primus in ordine, quando Princeps condendo legem generalem, non habet necessitatem derogandi legibus, vel constitutionibus iuris communis; cum ea omnia in scrinio pectoris habere censeatur, *c. 1. de constit. in 6.* secus est, quando alium actum particularem facit non condendo legem generalem; quia tunc legibus in contrarium facientibus debet derogare, maxime extrauaganti, vel statuto, & tanto magis, quando habent clausulam derogatoriam, quod non possit derogari, vel non censeatur derogatum. Alex. *cons. 111. Perspectis, in pri.*
78 *lib. 6.* † Amplia in derogatione Conciliorum; quia nunquam Papa censetur derogare decretis conciliaribus, nisi expresse ex certa scientia illis deroget. Oldrad. *d. cons. 326. in princ.* vbi, quod dispensatio contra Concilium non valet etiam ex certa scientia, nisi Concilio sit expresse derogatum ex certa scientia, quia facilius Papa derogat decretalibus Papæ, quam Concilii, idem Oldrad. ibi *nu. 3. ver. calumnioſum est, & cons. 328. in princ. & num. 3.* vbi, quod decreta Conciliaria videntur verbis derogatoriis vallata, Gemin. *consil. 36. quod collatio, num. 2. versic. quod non præsumitur.* vbi, quod non ita de facili derogat constitutionibus Conciliaribus, sed præsumitur circumuentus, & *num. 5. ver. Præterea suppoſito*, vbi, quod oportet, quod fiat specialis mentio, puta, non obstante tali constitutione in concilio generali, & quod Papa non debeat facere contra Concilium, licet possit. Gemin. *cons. 44. num. 3.* plene Felin. in *c. 1. de constit. num. 28. ver. tertia declaratio*, plene Alexand. *cons. 122. num. 9. lib. 4.* vbi apostil. in *ver. Concilium.* dat plures concord. plene Gambar. *de Legato, lib. 10. num. 396.* Capra *consil. 157. num. 10.* vbi, quod requiritur in specie mentio, & derogatio. Castren. in *l. fin. num. 3. C. si contra ius, versic. Est & alius casus*, vbi allegat, Io. Andr. in *c. 1. de exceſſ. Prælat.* Bald. in *l. humanum, C. de legib.* & Iaſ. post alios *d. l. fin.* sub *num. 4.* citat infinitos. Roman. *consil. 436. Quod indultum, num. 11. in fin. cum se-*
79 *quen. versic. primo ex eo*, vbi apostil. dat concord. † Declara, quia per rescriptum Principis non censetur derogatum Concilio, nisi adsit clausula, *non obstante*, quia difficilior est derogatio Canoni Concilii, quam Canoni non conciliari. Bald. *consil. 438. Ad euidentiam, numer. 9. ver. Illud etiam, lib. 5.* Roman. *consil. 436. Quod indultum, num. 11. in fin. ver. primo ex eo*, vbi reddit rationem, quia Concilia cum maiori maturitate sunt facta, vbi apostil. in *ver. notanter.* dat concord.
80 † Adde Rotam in *nouiſſ. deciſ. 137. part. 1.* vbi, quod quando fortiores sunt clausulæ in prima gratia; tunc requiritur special s derogatio in secunda, & idem dicit Prisc. *cons. 42. num. 15. & seq. lib. 4.* Vide,
81 *Concilio qualiter censeatur derogatum. Conclusio. 552.* † Extende, vt idem sit, quando Papa de consilio Cardinalium, & cum subscriptione eorum aliquid statuit, quia dicitur magis firmum ius, &
82 requiritur particularis derogatio. Bero. plures allegat *consil. 147. num. 9. & seq. lib. 3.* licet *num. 28. & seq.* declaret. † Vide Beccium *cons. 56. num. 49.* vbi, quod quando concurrunt clausulæ, *ex certa scientia, de plenitudine, motu proprio*, & plena derogatio, censetur derogatum omnibus contrariis, quod intelligit Rolan. à Vall. *cons. 7. num.*
83 *106. & seq. lib. 3.* nisi omisisset narrare aliqua, quæ retraxisset. † Restringe, quando Papa confirmat consuetudinem, quæ est contra ius Concilii, quia si facit ex certa scientia, censetur derogare Concilio, etiam sine clausula, *non obstante*, quia clausula, *ex certa scientia*, æquipollet hoc casu, ex quo consuetudo contraria non admisit canonem Concilij. Fulg. *cons. 155. Præsupponitur, quod*, vbi loquitur in consuetudine Iudæorum, ne deferant signum, contra *c. in nonnullis,*
84 *de Iudæis.* † Et quando dicatur expresse derogatum, vel non, vide Alexan. *cons. 122. num. 12. & seq. lib. 4.* vbi ponit diuersas opiniones, & concludit dici nominatim factam mentionem, si dicatur, *non obstantibus talibus statutis*, vel si aliter constet de mente, & quod debeat constare de mente expressa, quando in priuilegio primo derogato est clausula derogatoria, Natta. *cons. 131. num. 38. & 39.* Alex. *cons. 155. per tot. lib. 6.* † Amplia, quia vbicunque Princeps detrahit 85
iuri publico, vel priuato, requiritur expressa derogatio, *non obstante tali lege.* Oldrad. *cons. 326. nu. 2. & 3. ver. Nec scripta*, vbi dicit * commu- *
nem per glos. communem in *l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public.* † Ex- 86
tende idem in aliis derogationibus, *& non obstantibus*, quæ ponuntur in litteris prouisionum Papæ, quia per ea non præiudicatur iuri tertii in specie, nisi specialis mentio fiat. Gemin. *cons. 12. nu. 3. ver. Nec obstat, vsque in fi.* † Amplia, quia speciale est in consuetudine tollen- 87
da, quia derogatio generalis nō releuat, nisi de consuetudine fiat mentio specialis, quod not. dicit Bald. quia multæ derogationes factæ non subsisterent, ita Alexand. *cons. 125. Viso titulo, num. 7. ver. accedat, lib. 2.* maxime, quando consuetudo est antiqua, vel confirmata. † Declara tamen; quia sufficit generalis derogatio, *non obstantibus statutis & consuetudinibus*, in genere. Alex. *cons. 122. numer. 8. lib. 4.*
† Amplia, quia Papa magis difficulter derogat constitutioni Pa- 88
pali, quam Ecclesiæ particularis, & magis difficulter constitutioni rigorosæ, quam constitutioni non rigorosæ. Roman. *cons. 327. Istæ sunt rationes, per totum.* † Amplia, quia derogatio generalis, puta, ap- 89
pellationis, collationis, vel iuris quæsiti, intelligitur de inualidis. Curt. Iun. *cons. 1. nu. 34.* Alex. *cons. 125. Viso titulo, num. 3. & 4. ver. & not. traditur, lib. 2.* † Amplia, quia non tollit concessa propter beneme- 90
rita. Alexan. *cons. 30. nu. 2. ver. præterea, lib. 5.* † Amplia, quia genera- 91
lis derogatio facta per Principē cōstitutionibus apostolicis, intelligitur de constitutionis prædecessorum, non de propriis Gemin. *cons. 36. nu. 3. ver. Non obstat, si forte.* † Extende, quia magis statuens cu- 92
rat conseruare statuta à se, quam ab alio. Roman. *cons. 399. num. 7.* vbi apostil. in *ver. conferri*, dat concorda. † Contrarium tenet addi- 93
tio ad *cons. Gemin. 36.* ibi *num. 3.* vbi, quod hoc curiales non admitterent, quia appellatione constitutionum veniunt etiam propriæ constitutiones loquentis. † Declara, quia generalis derogatio cō- 94
prehendit etiam proprias constitutiones, quando est facta ex certa scientia, alias secus. Gemin. *cons. 44. circa fi. ver. est tamen.* Calder. *cons. 453. circa med. ver. quia illud fateor*, alias 11. *de cens.* † Amplia, quia 95
quando plura obstant, non censetur omnibus derogatum, nisi fiat specialis mentio de omnibus. Rimin. Iun. *cons. 46. num. 123.* allegat Cephal. *cons. 186. num. 67.* & alios, & *cons. 79. nu. 25.* vbi plures allegat. Cranet. *cons. 6. num. 59.* Natta *cons. 504. num. 3. & seq.* vide Alexand. *cons. 155. numer. 4. ver. pro hoc, lib. 6.* vbi apostil. in *ver. plura*, dat concord. licet Alexan. ibi teneat contrarium, Tiber. Decian. *cons. 40. nu. 87. & seq. lib. 3.* plenissime Iaſ. inter cons. Bruni, *cons. 8. num. 36.* Iaſ. plene *cons. 233. lib. 2. col. 7. ver. decimo facit*, vbi, quod si de omnibus non fit mentio, intrat subreptio gratiæ, Rolan. à Vall. *cons. 7. n. 106.* vsq; *in fi. lib. 3.* † Extende, quia quādo obstant plura impedimēta, si 96
derogatio fit in genere, vel vni impedimento, tunc derogatio non sufficit, quia non tollit subreptionē, ex quo non est dubium, quod difficilius derogasset. Roman. *consil. 326. per tot.* & maxime *num. 7. & sequent. per tot.* vbi dat plura exempla, & *in fin. num. 11. & sequen. ver. nec refragatur.* reddit rationem; quia sermo generalis reddit obscuritatem & verba obscura nō tollunt obreptionem, sed requiritur expressio modi. Alex. *cons. 60. Visa legitimatione, n. 20. vers. accedit, lib. 2.*
† Amplia; quia in dubio non censetur sufficienter derogatum. 97
Rom. *d. cons. 327. Istæ sunt rationes, in princip.* vbi apostil. in *ver. ordinariæ, & cons. 498. num. 20. vers. vltima ratio.* † Amplia; vt procedat, et- 98
iam si constet de corpore statuti, cui fit derogatio; quia cum sit demonstratum alias, quam sit, non est derogatum propter subreptionem; nam licet falsa demonstratio non vitiet, illud pro cedit, quando falsa demonstratio non induxit Principem, alias secus, si induxit, Rom. *d. cons. 327. in fin. ver. secundo dicebatur*, vbi apostill. fin. dat concord. † Amplia; quia clausulę derogatoriæ quantumcunq; 99
generales fiunt, & apponuntur ad conseruandam gratiam, non autem ad extendendam; quia accessoriæ sunt. Rom. *d. cons. 498. n.*
19. ver. quinta ratio, vbi apostill. in *ver. dilatare*, dat conc. Vide, *Clau-*
sulæ exequutiuæ non ampliant dispositionem. Conclus. 312. † Amplia; quia 100
generalis derogatio facta non tollit constitutiones contrarias iuratas, nisi de iuramento fiat specialis mentio; quia dispositio iurata non cēsetur sublata per generalem derogationem, nisi de iuramento fiat specialis derogatio, seu mentio. Gemin. *cons. 65. col. fin. n.*
27. ver. Item non valet. Curt. Iun. *cons. 334. n. 35. & seq.* vbi multa congerit, & dicit * communem, plene Rom. *cons. 393. n. 13.* vbi apostill. * in *ver. firmatus*, citat infinitos, & dicit cōmunem, plenissime Iaſ. post alios, in *l. fin. C. si contra ius. num. 5. ver. secundo aduerte.* Natta *consil.*
531. num. 40. vbi, quod iuramentum habet in se clausulam derogatoriam; ideo specialis mentio fieri debet. Roma. *cons. 517. In casu, in*
fin. ver. nec refragatur, vbi apostil. in *ver. Singularis*, dat concord. Alex. *cons. 30. in princip. lib. 5.* Vide, *Iuramentum vt tollatur, requirit expres-*
sam mentionem, & derogationem, & quando secus. Conclus. 541. † Exten-

de in

de in statuto de optando iurato, quia per generalem derogationem non tollitur, nisi fiat mentio de iuramento. Fulgos. *cons.* 210.
102 *Pro euidentia per totum*, quod est Henderici de Alano, & Fulg. † Extende; quia Constitutio, prout Perusij, annullans concordias, & reductiones factas cum fallitis, & decoctis, non habet locum, si concordiæ sint iuramento firmatæ. Roman. *cons.* 404. *In casu, in fin.*
103 †Restringe duobus modis vt per Ias. *d. l. si. in fi. C. si contra ius, videlicet*, nisi per viam legis generalis, vel nisi adesset derogatio, & clau-
104 sula, *motu proprio*. † Amplia; quia derogatio quantumcunque generalis, & motu proprio facta non tollit pacta, & conuentiones originales, & fundamentales factas in fundatione beneficii etiam à personis Ecclesiasticis; quia non mutantur. Anchar. *cons.* 361. *num.* 3.
105 †Extende; quia institutæ Religionum fundamentalia, hoc est, ab origine non ita de facili tolluntur, sicut additamenta; ideo Monachi S. Dominici, qui sunt sub regula Beati Augustini, & monachi Seruorum, licet habeant diuersas constitutiones additas ad regulam, ab eis consuetudine possunt recedere, sed non ab instituto regulæ; quia est fundamentum. Anch. *cons.* 321. *Præmittenda sunt, n.* 3. *&*
☞ *per tot. & cons.* 56. *in fin.* vbi idem latius dicit. Vide, *Originalis dispositio*
106 *fortior accidentali. Conclusio.* 200. † Amplia; quia derogatio generalis non tollit ea, quæ nõ sunt specificata; ideo nõ tollit ius tertio quæsitum, nisi in specie dicatur. Alex. *cons.* 2. *nu.* 13. *lib.* 1. Rimin. Iun. *cons.*
107 46. *n.* 123. vbi citat plures. & *cons.* 19. † Etiam in derogatione Legati generaliter facta; quia non tollit litteras, & concessiones, nisi sint specificatæ dicendo, *non obstantibus litteris & concessionibus*; quia clausula, *non obstantibus quibuscunque*, est nimis generalis. Alexan. *cons.* 125.
108 *Viso titulo, n.* 6. *&* 7. *ver. nec obstat, lib.* 2. † Item non tollit ius feudi ex inuestitura; quia de sui natura non transit ad legitimatum. Alex. *d. cons.* 2. *n.* 16. *circa fin.* vbi, quod bene tollitur, si in specie sit dictum, quod legitimatus succedat in feudo, licet apostil. ibi reprobet. *lib.*
109 1. † Amplia; quia non tollit ea, quæ miserationis causa, vel pietatis concessa sunt, nisi expresse dicatur, prout statutum tollens appellationem, reuisionem, reclamationem, supplicationem, querelam, & omne aliud remedium, non tollit restitutionem in integrũ minoris; quia conceditur miserationis causa. Signorol. *cons.* 234. *nu.* 3. *& seq.* Decius *cons.* 164. *Viso tenore, circa fi.* Alex. *cons.* 122. *nu.* 16. *lib.* 4.
☞ vbi apost. citat plures. Vide, *Expressio individua, vel specialis quando re-*
110 *quiratur. Conclusio.* 652. *& concluf. ibi proxima seq.* † Extende, vt per Felin. in *c. nonnulli, in princ. ver. amplia* 1. *in fin. de rescri. t.* vbi idem in priui-
111 legio piæ causæ, & alimentorum. † Extende; quia procedit ampliatio, etiam si agatur de priuilegio Collegii laicorum, in quo sunt pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ; quia ratione communionis priuilegium Collegio concessum non tollitur, nisi fiat specialis mentio, late Alexan. *cons.* 122. *num.* 15. *& seq. lib.* 4. vbi ponit multa exempla, in quibus quis consequitur beneficium ex perso-
112 na alterius. † Restringe, quando derogatio est motu proprio facta, vel per modum legis generalis, aut ex certa scientia; quia sufficit derogatio in genere cum clausula, *etiam si talia forent*, vel cum clausula, *pro expressis*, ita Roman. *cons.* 327. *num.* 8. *ver. secundo respondeo*, vbi apostil. in *ver. prioribus.* dicit communem & citat plurimos. De-
113 cian. *cons.* 164. *per totum, col. penult. vers. vel concordando.* † Amplia; quia derogatio facta omnibus priuilegiis generaliter & generalissime non comprehendit contractus, neque res iudicatas, & ius competens ex eis; quia non sunt priuilegia. Castrens. *cons.* 61. *Satis clarum,*
114 *lib.* 1. Roma. *cons.* 404. *In casu, in fin.* † Amplia; quia derogatio quantumcunq; generalis non operatur aliquid circa ea, quæ derogans non posset in specie tollere, plene Rom. *cons.* 393. *Præsens consultatio,*
115 *n* 12. vbi apostil. in *ver. tollere.* † Extende; quia non comprehendit ea, quæ verisimiliter derogans non comprehendere voluit, maxime, quando ad instantiam alterius. Alex. *d. cons.* 30. *Ponderatis, n.* 2. *v. præ-*
116 *terea. lib.* 5. † Amplia; quia statutum generale habens clausulam derogatoriam, *non obstantibus quibuscunque statutis*, non tollit statuta specialia, in quibus maior ratio limitat; quia ista clausula generalis per verbum, *aliis*, incertum pertinet ad similia, & non ad ea, in
117 quibus maior ratio militat. Fulgos. *cons.* 135. *col.* 3. *v. nec mouetur.* † Amplia, quia derogatio generalis non tollit pacta & conuentiones confirmatas, & consequenter neque stipulationem confirmantem ipsarum partium. Roma. *d. cons.* 393. *num.* 13. *ver. tertio principaliter.* vbi plena apostil. in *versic. confirmata.*, dat plurimos concordan. & *cons.* 517. *In casu, in fin.* plene Alex. *cons.* 122. *num.* 7. *lib.* 4. vbi apostill. in *ver. confirmato.* dat concord. vbi loquitur in statuto confirmato.
118 † Extende; quia derogatio generalis non tollit consuetudinem confirmatam, neque immemorabilem, nisi de ea fit mentio. Alex.
119 *cons.* 125. *Viso titulo, num.* 7. *lib.* 2. † Extende, vt idem sit, quando non tollit statuta confirmata, nisi fiat mentio specialis. Alexan. *d. cons.*
120 125. *nu.* 8. *ver. accedit, lib.* 2. † Extende; quia non tollit exemptionem confirmatam per sententiam, late Alex. *cons.* 30. *Ponderatis, in princ. lib.* 5. Ias. *cons.* 101. *col. pen. lib.* 4. † Extende, etiam si confirmatio esset 121
à iudice, vel superiore; quia constitutio annullans concordias cum fallitis non habet locum si fuerunt confirmatæ à iudice, vel superiore. Rom. *cons.* 404. *In casu, in fi.* † Amplia in statutis respicientibus 122
solemnitatem; quia eis non censetur derogatũ per contrariũ statutum, nisi habeat derogationem in specie quando primum statutũ habebat clausulam derogatoriam. Fulg. *cons.* 170. *per totum*, maxime *in fin.* vbi, quod hoc procedit in statutis, & testamentis, non in aliis. † Amplia in testamentis; quia requiritur derogatio specialis se- 123
cundum Fulgos. *consil.* 170. *in fin.* vbi dicit hoc sibi placere in testamentis, & statutis, vt specialis derogatio requiratur, non in aliis. † Amplia; quia derogatio limitata & restricta nunquam tollit con- 124
traria extra limitationem. Alexand. *consil.* 7. *Attentis, numer.* 15. *lib.* 7. vbi, quod derogatio, *quibuscunque legibus contrarium disponentibus*, est limitata; quia illud participium resoluitur in relatiuum, quæ contrarium disponunt; ergo non tollit ea, quæ requirunt certam solemnitatem, vt ibi *num.* 16. *& seq.* † Amplia; quia in generali de- 125
rogatione non veniunt ea, quæ verisimiliter quis non esset concessurus, *c. in generali, de offic. Vicar.* Alexan. *cons.* 30. *num.* 2. *ver. Præterea, lib.* 5. † Extende; quia non operatur circa ignorata in facto con- 126
sistentia. Tiber. Decian. *cons.* 40. *num.* 87. *& seq. lib.* 3. † Et derogatio 127
facta generaliter in secunda concessione non tollit primam concessionem, de qua non est facta mentio. Alex. *cons.* 125. *Viso titulo, n.* 5. *& seq. ver. Denique cum per prius, lib.* 2. *& cons.* 155. *Videretur, lib.* 6. † De- 128
clara; quia multum attenditur intentio derogantis, & si potest apparere, quod voluit derogare, derogatio generalis sufficit, si vero non apparet, vt quia requiritur specialis mentio, quia non sit verisimile, vel quia non ita de facili; tunc non sufficit. Zabarell. *cons.* 136. *n.* 7. *& seq.* vbi ponit multas coniecturas, & dicit generalem derogationem nunquam sufficere, quando prima gratia, cui dicitur derogatum, habet specialem clausulam derogatoriam, vide omnino Crauet. *cons.* 126. *per totum*, vbi dicit idem, quod si constat de mente, sufficit derogatio generalis, & dicitur constare de mente, quando Princeps facit ex certa scientia, vel si in indiuiduo derogat, vel quando generalis derogatio habet clausulam, *pro expressis, etiam si talia forent, &c.* Rota in *nouiss. decis.* 137. *n.* 7. *par.* 1. Put. *decis.* 109. *in fin. lib.* 1. vbi, quod semper, an sit derogatum, vel non, pendet à mente & intentione, & quod debeat de mente derogantis constare, Alex. *cons.* 122. *num.* 12. *& seq. li.* 4. Natta *consil.* 131. *n.* 38. *&* 39. Alex. *cons.* 111. *num.* 21. *in fin. & num.* 22. *lib.* 6. † Extende ampliationem; 129
quia vbi agitur de inconstantia Summi Pontificis, vel principis arguenda, nunquam censetur derogasse ex generali derogatione in præiudicium tertii, & loquitur in habentibus gratias ad beneficia, cum clausula, *anteferri*, quia vt secunda tollat primam habentem clausulam parem, requiritur mentio gratiæ, & clausulæ specialis. Zabarell. *d. cons.* 136. *nu.* 5. *& seq. & nu.* 9. † Extende; quia derogatio 130
primæ gratiæ non factæ propter publicam vtilitatem, non valet in secunda gratia, etiam si in indiuiduo faciat mentionem de prima, nisi in specie etiam causa primæ gratiæ exprimatur, videlicet, publica vtilitas. Zabarel. *cons.* 142. *num.* 3. *ver. quoad secundum.* † Amplia; 131
quia vbi agitur de derogando regulæ, *de iure quæsito non tollendo*, debet nominatim fieri mentio, & derogatio, ita quod non sufficiat, quod Papa habuerit scientiam implicitam, vel explicitam etiam ex narratis, quod agebatur de iure tertii tollendo, plene Rota in *nouiss.* coram domino de Crassis in vna Burgen. *decis.* 358. *par.* 1. *per totam.* Put. *decis.* 265. *lib.* 2. vbi, quod regulæ, *de non tollendo*, nõ est derogatũ nisi nominatim, vbi ampliat, quod neq; regulis, quibus Papa non solet derogare. † Extende, etiam si ius quæsitum sit ex statuto; 132
quia requiritur specifica derogatio. Rota in *nouiss. decis.* 364. *n.* 4. *par.* 1. vbi allegat concord. † Restringe quatuor modis, vt per Rotam in 133
nouiss. decis. 492. *num.* 7. *vsque in fin. par.* 3. Primo quando non tollitur ius quæsitum de iure communi, sed speciali: Secundo, quando suspenditur: Tertio quando ius est speciale: Quarto, quando nõ est quæsitum cum effectu. † Declara, quia si suspenditur ius per mo- 134
dicum tempus, non est locus regulæ, si per magnum tempus est locus regulæ, & requiritur derogatio indiuidua. Put. *decis.* 289. *Pompeius, lib.* 3. vbi in fine, quod ita debet intelligi Sarn. † Amplia, quia 135
vbi igitur de derogando transactioni, vel rei iudicatæ, requiritur necessario clausula, *non obstante*, saltem in genere, videlicet quacũque lege, ex quo *l. causas & lites C. de transact.* habet clausulam derogatoriam, ita Ias. in *d. l. causas & lites*, *n.* 2. *ver. limitæ etiam*, vbi Curt. Iun. cir. fin. dicit esse *communem, allegat Felin. in *c. nonnulli, in pr.* * *ver. fallit secundo, de rescript.* vbi in *ver. secunda declaratio.* dicit magis
* communem, quod vt sit derogatũ sufficienter legi habenti clau- *
sulam derogatoriam, requiritur clausula, *non obstante quacunque lege.* † Amplia; quia vbi agitur de præiudicio tertii, requiritur dero- 136
gatio specialis. Alexan. *cons.* 111. *num.* 11. *lib.* 6. vbi *num.* 18. intelligit, si

agatur

agatur de magno præiudicio; secus si de paruo, & *cons.155.in princip. & per totum*, vbi, quod specialis derogatio dicitur, quando adest clausula, quod habeantur pro expressis contraria, *eodem lib.6.* vbi apostil. in *ver.specialis.* dat concordan. vbi loquitur in secunda gratia,
137 qui non tollit primam, nisi sit facta mentio specialis. † Amplia particulariter in legitimatione, quę fit de spurio prohibito legitimari; quia si fiat legitimatio, debet derogari in specie legi prohibenti, est glos. in *auth. quib. mod. natur. effician. sui*, § *fin. in ver. participium*, vbi Iacob. de Beluisio in *ver. quæritur sexto.* Azo. in *summa C. de natur. liber. num.7.* glos. fin. in *auth. licet. C. de natural. liber.* & idem in naturali legitimato; quia non succedit in feudis, *c.1.* §. *naturales. si de feud. defun. fuerit contr.* vbi glos. in *ver. legitimatio.* dicit, quod debet nominatim
* dici, quod succedat ad feuda, quam glos. * communiter approbari dicunt ibi Doctor. Roman. *cons.33. in fin.* vbi apostil. in *ver. legiti-*
138 *matum*, dat concord. & communem * dicit. † Et maxime, quando non sunt expressæ qualitates spurietatis, quia dicitur subreptitia legitimatio, etiam si adsit clausula amplissima, *non obstante*, quia dicitur esse in nube, nisi fiat mentio specialis, vel derogatio specialis. Alex. *cons.37. In causa mota, in fi. lib.1.* plenius *cons.195. Assumo in consultatione, num.5. & seq.* vbi plena apostil. in *ver. subreptionis*, quæ citat infinitos concordantes, & *num.8. & seq. lib.2.* vbi, quod si clausula, *non obstante*, non continet defectum omissum, dicitur in nube, & non releuat; & ideo si statutum excludens spurios est confirmatum à legitimante Principe, & non fiat specialis derogatio, non
139 valet legitimatio, sequitur Brun. *cons.15. num.13. & 14.* † Limita in priuilegio de percipiendis fructibus beneficiorum causa studij; quia sufficit generalis derogatio quibuslibet statutis, etiam si specialia statuta de prima residentia, & de secunda adessent. Oldrad.
140 *cons.322. nu.2. ver. non obstat.* Alex. *cons.122. nu.8. lib.4.* † Limita in quocunque priuilegio etiam derogatorio derogatoriorum; quia sufficit clausula generalis derogatoria, quando constat de mente Papæ. Lap. *allegat.131. nu.4. vers. non obstat.* Castre. *cons.279. Passus iste. col. fin. vers. te. dicendum est ergo, lib.1.* Vide, *Clausula derogatoria circa diuersa*
141 *operatur multa. Conclusio.347.* † Declara tamen, quod derogatio quantumcunque generalis, in priuilegio, vel concessione Principis tollens alia priuilegia restringitur ad exequutionem, & interpretationem priuilegij, & concessionis, vt in dubio Princeps, qui ex duabus causis potuisset derogare, ex vna tantum derogauerit, ita Fede. de Sen. *cons.138. Benedictus, num.2. in fi. ver. ad primum, & seq.* vbi si exempti compellantur soluere procurationem Legato, & concurrere cum non exemptis, non obstante exemptione, intelligitur respectu, vt conueniri possint, prout non exempti; quia de iure tenentur soluere, non autem intelligitur, vt si vltra exemptionem à iurisdictione habent etiam exemptionem, ne soluere tene-
antur, tollatur vtrumque priuilegium. Vide, *Duplex funiculus multa*
142 *operatur, & vno cessante non cessat alter. Concluſ.810.* † Contra limitationem prædictam, quod imo priuilegium speciale habens clausulas derogatoriarum derogatorias, non censetur sublatum per secundum priuilegium derogatorium cum generalibus clausulis derogatoriarum derogatoriis, nisi fiat specialis mentio, & expressio de speciali priuilegio, tenet Feder. *cons.233. Casus talis est, monasterius, per*
143 *tot.* vbi respondet ad contraria multa. † Extende, vt procedat, etiam si aliqui exempti specialiter sint nominati; quia per clausulam generalem subsequentem, non est facta sufficiens derogatio maioribus priuilegiatis. Cald. *cons.526. ante med. ver. non obstat. si dicatur,*
144 alias *11. de priuil.* † Declara, vt limitatio procedat, quando derogatio generalis est facta per ius commune, quia tunc sufficiat ad reuocandum priuilegia, secus, si est facta per aliud priuilegium, quia non sufficit generalis derogatio, quia saltem dubium est, & in dubio non præsumitur derogatio. Cald. *d. cons.526. circa med. ver. nec obstat, quod sufficiant generales*, alias *11. de priuil.* & ita Felin. in *c. nonnulli, in*
145 *princ. ver. fallit primo. de rescript.* † Declara; quia si per statutum prohibetur alienatio minorum, vel Communis, nisi seruata certa solemnitate, quæ est vltra ius commune, & Princeps concedat, quod possit fieri alienatio cum derogatione plena ex certa scientia statuto, non censetur derogasse solemnitati iuris communis; ideo si alienatio est facta non seruata solemnitate iuris communis non
146 valet. Alex. *cons.1. num.14. & seq. vers. alia ratione, lib.4.* † Limita; quia generalis clausula, & generalis derogatio tollit singulares consuetudines, & singula statuta. Federic. de Sen. *cons.233. num.3. versi. item video.* Alexand. *d. cons.122. num.8. lib.4. & nu.11. ver. & si diceretur, cum seq.* & idem Federic. *cons.47. Super casu, ante fin.* quia alias in iis, quæ sunt facti, Papa ignorans factum non posset illi derogare, *c. quia sæpe, de electio. lib.6.* Marsil. *in praxi crimin. §. quæritur, à numer. 10. vsque ad*
147 *num.17. & seq.* † Contrarium tenet idem Feder. de Sen. *cons.132. Casus talis*, quem sequitur Rom. *cons.327. num.8. vers. nunc vero respondeo*, vbi dicit hanc esse vltimam opinionem Federic. ideo illi tanquam posteriori esse standum. † Declara, quia derogatio generalis tol- 148
lit singula statuta, & consuetudines, quando fit mentio in derogatione de statutis, & consuetudinibus, alias non, quia cum in facto consistant, *c.1. de constit.* non est verisimile contra talia, quæ ignorat velle disponere. Alexan. *cons.122. Viso puncto, num.10. & seq. versi. confirmo etiam, lib.4.* vbi *num.12.* dicit, quod non sufficeret clausula, *non obstantibus quibuscunque*, nisi addatur, *in contrarium facientibus*, vel exprimatur, videlicet, *statutis & consuetudinibus.* † Intellige declaratio- 149
nem procedere, vt sufficiat derogatio generalis vt supra, nisi lex requirat, quod expressa fiat derogatio; quia tunc est necesse, quod fiat expressa derogatio verbis singularibus, & non alio modo, ita Alexand. *d. consil.122. numer.12. ver. quia respondeo, lib.4.* † Etid- 150
eo quando respectu certæ personæ lex requirit, quod fiat derogatio expressa, quia non sufficit tunc derogatio generalis, vel mentio generalis, puta, contra quascunque personas, cuiuscunque qualitatis, gradus, aut conditionis existant, sed debet fieri mentio specialis per denominationem ipsius personæ. Alex. *d. cons.122. nu.14. ver. secundo adducitur, lib.4.* vbi allegat Roma. attestantem, quod cum omnes Italiæ Doctores essent in hoc articulo diuisi, fuit pronunciatum pro ista parte. † Declarat Roman. *d. cons.327. nu.8. ver. secundo* 151
respondeo. quod generalis derogatio derogatoria derogatoriarū nō tollit gratiam habentē clausulā derogatoriam, quando talis gratia est concessa Ecclesiæ, vel personæ alias priuilegiatæ, alias secus, & ibi plena apostil. quæ adducit plurimos concord. † Declara secun- 152
do, quia gratia derogans cum clausula derogatoria derogatoriarum non tollit primam gratiam habentem clausulam derogatoriam, quando secunda est ad instantiam partis; secus, si motu proprio. Roman. *d. cons.327. num.8. & 9. ver. secundo respondeo*, vbi apostill. in *ver. Prioribus*, dat plurimos concordant. & dicit * esse commu- *
nem distinctionem, plene Deci. *consil.164. per totum*, maxime in fin. rationem adducit Roman. *num.15. versi. & huius est ratio*, quia debet pars, quæ instat, esse informata, alias sibi imputet. † Declara, quia 153
derogatio omnibus, & quibuscunque priuilegiis facta in genere per viam legis generalis, vel etiam per bannimentum, quod vim legis generalis habere decernitur, tollitur omne priuilegium exemptionis contrarium. Alexand. *cons.101. Visis instrumentis, num.12. ver. Præterea in litteris*, vbi allegat plurimos. † Declara, vt procedat 154
respectu gratiæ, vt non dicatur subreptitia, non autem ad effectum, vt amplietur gratia, neque quod defectus personales sint sublati. Cald. *cons.24. Clausula, non obstante*, quod est *primum, de rescript.* Vide Clausula, *non obstantium*, quid operetur. *Conclusio.348.*
† Declara, quia limitatio procedit, nisi essent statuta, vel consue- 155
tudines, aut pacta confirmata, quia difficilius tolluntur, nisi fiat specialis mentio. Alexan. plene *d. cons.122. num.7. & seq. lib.4.* † Limi- 156
ta, quia derogatio generalis sufficit, quando fuit dictum, *non obstante quacunque lege*, etiam si de ea esset facienda mentio specialis; quia sufficit. Bald. *cons.119. Quidam vxoratus, in fin. lib.5.* Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in ver. Non obstantibus, in princip.* Castren. *cons.279. Passus iste, num.2. lib.1.* † Contrarium Corne. in *l. causas, & lites, in fi. C.* 157
de transact. † Limita, quia generalis derogatio sufficit ad tollendas 158
leges. Curt. Iun. *cons.310. nu.80.* vbi dicit * communem, & idem ad *
tollendas leges, vel statuta, plene Soc. Iun. *cons.81. nu.21. lib.2.* vbi de
* communi. † Limita in constitutionibus & legibus generalibus, *
quia necessitas hoc inducit, vt sufficiat generalis derogatio. Castr. 159
cons.358. col.1. ver. Nec obstant, lib.1. est text. in *c.1. de constitut. in 6.* † De- 160
clara duobus modis. Primo, nisi prima lex haberet clausulam derogatoriam: Secundo, nisi prima lex esset concessa in priuilegium particularis personæ, quia non tollitur per contrariam legem, nisi fiat specialis mentio. Castr. in *l. fin. C. si contra ius, n.4. v. Sed contra prædicta.* † Limita, quia derogatio generalis sufficit, vbicunque id, cui 161
derogatur, non habet clausulā derogatoriam, quod si haber clausulam derogatoriam; tunc bene requiritur derogatio specialis, vel per verba prægnantia, & vniuersalia. Cur. Iun. *cons.1. nu.35.* † Con- 162
trariū quia si fiat derogatio generalis per verba vniuersalia geminata, sufficit etiam quoad ea, quæ habent speciales clausulas derogatorias, veluti si dicatur, *non obstantibus omnibus, & quibuscunq; exemptionibus*; quia omnes etiam oneroſæ ex contractu, & habētes clausulas derogatorias, sunt sublatæ. Alex. *cons.216. nec arguendi, n.26. v. octauo, lib.2.* vbi allegat plurimos concord. † Limita; quia in gratia 163
facta motu ꝓprio sufficit derogatio generalis, secus si ad instātiam partis, quia pars videtur in dolo, cum sciat. Castr. *cons.358. col.1. in fi. lib.1.* Vide, *Motus proprius operatur multa, & quando secus. Conclusio.405.*
† Limita, quia si is, qui facit actum contrarium, habet facultatē de- 164
rogandi, cēsetur derogare formæ. Deci. in *c. cum omnes, n.40. de constit.* † Extēde idē etiā in derogatione solemnitatis; quia si Princeps 165
supplet omnes defectus ex certa sciētia, cēsetur derogare legibus inducentibus illā solemnitatē; quia potest leges ꝓ infectis habere

in illo

in illo casu. Abb. *cons.99.num.2.lib.1.* plenius idem Abb. *cons.84. Videtur primo,nu.4.lib.1.* Vide, *Papa absolute potest omnia. Concl.49.* † Exrende; quia si forma non seruatur per vniuersitatem, puta; quia non potest capi partitum, nisi dominus Prior proponat, si alius proponat, & totius populus consentiat, censetur derogatum formæ, & statuto. Bald. in *l.vniuersis*, vbi Ias. *in fin. C. de precib. Imper. offerend.* & plenius in *l.1.ff. de legib.nu.27.* † Contrarium, quod imo requiratur derogatio expressa; alias non censetur derogatum. Alex. post alios in *l.1.ff. ad l. Falcid.* Iaso. *d.l.1.ff. de leg. num.28.* † Distingue; quia si fiat actus ex certa scientia, vel cum causæ cognitione, tunc si actus aliter non valeret, censetur derogatio facta, alias secus. Vide, *Princeps quando dicatur vti plenitudine potestatis. Concluſ.670.* vbi pleniſſ. † Declara; quia procedit limitatio, quando omnes præsentes postea consentiunt, ita Dec. *d.c.cum omnes, numer.4. de constit.* quod dicit notandum, licet ibi Gigas in apostil. dicat contrarium, videlicet, quod si sunt legitime conuocati, non requiritur, quod omnes consentiant, secus; si non essent conuocati legitime, quia sufficeret præsentia omnium. † Declara in Principe, vel habente facultatem derogandi; quia si facit aliquid cõtra ius naturale, vel gentium, non præsumitur causa, nisi exprimat, si vero contra ius positiuum, præsumitur causa, & valet. Dec. in *c.quæ in Ecclesiarum, nu.128. & seq.ver.tertia conclusio, de constit.* † Limita; quia si derogatio fiat in genere per modum legis, vel constitutionis, sufficit derogatio in genere. Felin. in *c.nonnulli, in prin. in prima fallent. de rescript.* vbi, quod tunc tollitur priuilegium, etiam habens clausulam derogatoriam. † Extende; quando adest clausula *quorum tenores*, de stylo Curiæ. Felin. vbi supra in 2. *fallent.* vbi declarat tribus modis. † Extende; quando derogatio fit ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis. Felin. *d.c.nonnulli, in princ. in quarta fallen. de rescript.* vbi dubitat, sed apostil. hoc tenet clare. Vide, *Clausula derogatoria quando sufficiat, vel non. Concluſ.346.cum trib.concl.seq.* Vide, *Testamentum primum quando tollatur per secundum, vel non. Concluſ.152.* Vide, *Priuilegium primum quando tollatur per secundum, vel non. Concluſ.252.* Vide Conclusionem proximè sequentem.

Derogatio difficilior vno casu, quam alio. Conclusio 217.

1 DEROGATVR † magis difficulter iuri communi, quam iuri speciali, puta, ex consuetudine, præscriptione, vel priuilegio. Rom. *consil.361. In casu proposito num.3. ver. qua enim ratione.* allegat *l.*
2 *eius militis, §. militia missus. ff. de milit. testament.* † Amplia; quia ius in re difficilius tollitur, quam ius ad rem, ideo iuri in re difficilius derogatur. Vide, *Ius in re, & ius ad rem in quibus æquiparentur. Concluſ.* 626. Vide Ant. Gabriel. *lib.6.tit. de reg. iur. Concluſ.9. Iuri speciali facilius derogatur.*

Derogatio in specie facta contra ius qualiter intelligatur. Concluſ. 218.

1 STATVTVM † disponens, quod probato maleficio per confessionem, vel per testes, Potestas debeat condemnare, non obstante aliqua solemnitate iuris omissa, intelligi debet de illa solemnitate, quæ est ad bene esse, vt administriculum causæ. *l.si donationum. C. de nupt.* Bart. *consil.30. Quæstio talis est, in princ. & per tot. lib.2.* vbi
2 apostil. in *ver. quæstio.* & in *ver. est ad bene esse.* vbi dat concord. † Extende; quia statutum loquens indefinite de solemnitate sublata debet intelligi de minori solemnitate. Bartol. *d cons.36. num.3. ver. item cum solemnitas iuris lib.2.* vbi apostil. in *ver. de minori.* allegat So-
3 cin. *cons.96. Viso processu, num.4. ver. & hoc manifeste, libr.1.* † Extende; quia si statutum tollat solemnitatem iuris, intelligitur de solemnitate iuris ciuilis. Bartol. *d.cons.36 num.4. ver. nam cum dicit statutum, libr.2.* † Ratio est; quia statutum debet semper interpretari, vt quanto minus fieri possit, corrigatur ius commune, *c. cum dilectus, de consuetud.* Vide, *Statuta odiosa, & stricti iuris, ideo proprie & stricte intelligenda. Conclusio.608.* † Amplia, vt idem sit, quando per rescriptum tollitur appellatio; quia intelligitur de friuola, non autem de releuanti. Roman. *consil.211. Allegationes. numer.2. versic. item adducitur*, vbi apostill. in *ver. iustam*, dat concord. Vide, *Appellatio remota in rescriptis, vel alias, qualiter, & de qua intelligatur.*
6 *Conclusio.400.* † Extende; quia rescriptum tollens omnes dilationes intelligitur de dilatoriis, & minus releuantibus. Bald. *cons.* 502. *Post diuersa, in fin. lib.5.* Vide, *Rescripta qualem interpretationem recipiant, & à quo debeant interpretari. Conclusio. 211.*

Descendentes omnes cum ascendentibus sunt vna caro, & appellatione descendentium qui veniant, vel non. Concluſ. 219.

REGVLA † est, quia descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum descendentes. Marz. *consil.10. Quia in hac causa, in princ.* Alex. *cons.18. Attentis narratis, in fin. lib.5.* Socin. *consil.* 43. *Visis col.2.lib.3.* Patis. *cons.88. col.2. & cons.92. col.1. lib.2.* Gozad. *cõs.* 20. *nu.8.* est text. in *l. fin. C. de suis, & legit. Auth. de haered. ab intest. in prin.* late Ruin. *cons.22. num.11. & seq. lib.2.* Socin. Iun. *cons.36. num.16. & sequ. lib.3.* plene Socin. *cons.51. in princip. lib.4.* Vide, *Substitutio vulgaris quando dicatur, & quando fideicommissaria. Concluſ.803.* † Et quod 2
veniant descendentes in infinitum. Decian. *consil.103. num.24. & 25. libr.1.* vbi, quod ex quo infinitas denotatur, necessario plures gradus importat; quia alias finitatem non importaret. Alex. *cons.* 160. *Viso themate nu.2.lib.2.* Vide, *Filiorum appellatione quando soli masculi comprehendantur. Concluſ.372. num.17. & seq.* † Siue sint masculi, 3
siue sint fœminæ. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.18. num.13.* † Et veniunt etiam concepti post mortem testatoris. Marzar. *cons.* 4
1. *numer.15.* late Ruin. *d. consil.22. nu.18. lib.2.* † Imo etiam non con- 5
cepti, tam masculi, quam fœminæ. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.11. num.4.* † Et maxime, quando non sunt nati. Crauett. 6
consil.22. num.6. vbi plures allegat. † Extende, quia nedum descen- 7
dentium appellatione veniunt omnes descendentes, tam masculi, quam fœminæ, sed etiam nepotes, & pronepotes tam ex masculis, quam ex fœminis. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.11. num.1. & 3. cum seq.* Alex. *cons.160. Viso themate. num.2. lib.2.* & est text. in *l.* 8
1. C. de suis, & legit. † Declara, quia veniunt descendentes in infinitum, si agitur de descendentibus disponẽtis, si vero agitur de descendentibus transuersalis, vel extranei, veniunt descendentes vsque ad decimum gradum. Vide, *Fideicommissum quando perpetuum, & familiæ sit factum, & quando secus. Concluſ.252.* † Extende; quia de- 9
scendentium, & posterorum appellatione veniunt in infinitum omnes, etiam si sit dictum de descẽdentibus, & posteris ex Titio, quia licet, dictio, *ex*, denotat causam immediatam, videlicet, ex Titio, tamen veniunt omnes ex Titio etiam mediate descendentes. Socin. *d.cons.51. num.9. lib.4.* † Declara; quia descendentium ap- 10
pellatione veniunt omnes descendentes in infinitum, siue sint masculi, siue fœminæ, & siue sint nati ex masculis, siue ex fœminis: secus est posterorum appellatione; quia soli nati ex masculis; masculi comprehenduntur; quia posterorum appellatione veniunt illi de familia, & familia solos masculos continet, & per eos cõseruatur. Alex. *d.cons.160. Viso themate, n.2. & seq. per tot. lib.2.* † De- 11
clara plenius per Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.11.* vbi plenissime, quod veniunt omnes in infinitum masculi & fœminæ, si dictum est de masculis, nõ veniunt masculi ex fœminis; quia præsumitur voluisse cõseruare agnationem; si vero comprehenduntur masculi ex fœminis, non potest esse ratio conseruandæ agnationis; quia non sunt agnati; si vero descendentes per virilem sexum, etiam fœmina continetur; secus, si dicatur; descendentes de
linea masculina. † Amplia quia descendentium appellatione ve- 12
niunt omnes in infinitum; quia ascendentes & descẽdentes in infinitum dicuntur vna caro. Castr. *cons.411. Viso facto. col. penult. in prin. libr.1.* vbi, quod non solum filii immediati Adæ dicuntur nati ex matrimonio inter Adam & Euam, sed nos omnes quoque in infinitum. † Extende; quia non est dubium, quin veniant nepotes. 13
Alexand. *cons.64. Difficultatis num.3. lib.5. ver. nam appellatione.* † Exten- 14
de etiam in stipulatione; quia stipulatio concepta pro se, & descẽdentibus quibuscunq; æquali portione in stirpes, & non in capita, comprehendit non solum filios, sed etiam nepotes, vt succedant in locum patris, *l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & posthum.* Corne. *cons.263. col.2. & seq. lib.1.* Ruin. *cons.163. Quæritur, lib.1.* Vide, *Filius patrem repræsentat, & in quibus. Concluſ.350.* † Amplia; quia ap- 15
pellatione descendentium veniunt tam masculi, quam fœminæ ex propria significatione. Gozad. in *cons.20. nu.8.* vbi, quod in infinitum veniunt omnes descendentes. Socin. *cons.51. Visa facti, in prin. lib.4.* allegat text. in *l.1. C. de suis, & legitim.* † Declara; quia vt co- 16
gnoscatur, an quis sit descendens ex linea masculina, vel fœminina, necessario videndum est ex linea, non ex testatore, ideo si masculus testatur, fœmina ex masculo testatoris dicitur ex linea masculina, & idẽ, si testatrix sit fœmina. adhuc neptis ex filio erit de linea masculina testatricis, sicuti è conuerso natus ex fœmina descendente, licet sit masculus, dicitur tamen ex fœmina, quia ad hoc vt dicatur ex masculo, oportet, quod immediate oriatur ex eo, vt dicatur ex fœmina, est necesse quod intercesserit fœmina, late Gabriel. *cons.90. num.31. & seq.* † Amplia; quia appellatione 17
descendentium per virilem sexum includuntur fœminæ ex ma-

sculo descendentes. Bald. & cæteri in *l. Gallus, §. nunc, de lege Velleia,*
* vbi Ias. *num. 9. ff. de liber. & posthum.* vbi dicit * communem. Mantic.
de coniect. vltim. volunt. libr. 8. titu. 11. num. 9. vide omnino Marsil.
Singul. 33. neptis ex filio, vbi plures allegat, plene Alexand. *consil. 24. Ponderatis, numer. 10. ver. & non inficior, libr. 5.* vbi apostilla citat eundem
consil. 53. libr. 6. & plenius *consil. decisuo 125. Viso processu, num. 4. ver. &*
etiam dicuntur esse, lib. 7. & plenius *consil. 17. Circumspectis, nu. 6. eod. libr.*
☞ 7. vbi apostilla in *ver. agnatione,* dat concord. Vide, *Agnatorum appel-*
latione qui comprehendantur, vel non. Concluſ. 246. Vide, *Masculorum ap-*
18 *pellatio de quibus intelligatur. Concluſ. 102.* † Et ideo emphyteusis recepta pro se, & descendentibus per virilem sexum, spectat ad fœminam ex masculo agnato descendentem. Ias. *d. l. Gallus, §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. numer. 10.* Alexand. *d. consil. 24. num. 10. libr. 5.* vbi *num. 11.* dicit idem in donatione Castri, quod transit ad fœmi-
19 nam. † Imo Socin. *consil. 51. num. 5. libr. 4.* dicit, quod si testator instituit suos filios masculos cum hoc, quod hæreditas sua transeat de vno in alium descendẽtem per lineam masculinam, si decedit
☞ vnus ex filiis relicta vnica filia, ipsa excludit patruos suos. Vide,
Substitutio facta, si sine filiis decesserit, de quibus intelligatur. Concluſio.
20 846. † Restringe, quando emphyteusis esset recepta pro se, & descendentibus ex linea, vel per lineam masculinam; quia filia, quæ est prima in linea, non succedit, eo quod idem iudicamus de principio lineæ, quod de descendentibus ex linea, sed filius ex fœmina, quæ est principium lineę, non succederet, ergo nec filia fœmina, quæ est principium lineæ. Ias. in *d. l. Gallus, §. nunc de lege, num. 10.*
& sequen. ver limita, ff. de liber. & posthum. Alexand. *consil. 43. lib. 3.* quod duplicatur *lib. 6. consil. 53. num. 5. & seq.* Gabriel. *consil. 90. num. 32. & seq. lib. 1.* & fuit opinio originalis Castrens. *consil. 190. Nouiter reuocatur, per totum, lib. 2.* sed hoc modo remanet materia difficilis intelligẽ-
21 tiæ, ideo vide. † Contrarium tenet apostill. ad Alexand. *d. consil. 53.*
num. 5 in ver. linea, lib. 6. pleniſſime Ias. in *l. 2. nu. 206. C. de iur. emphyt.*
22 vbi reprobat Castr. † Declara primo; quia si facta est mentio de filiis, & descendẽtibus per lineam masculinam, filia fœmina dicitur descendens ex linea masculina, & per lineam masculinam patris, vel filii masculi, ideo ipsa continetur, sed non continetur filius masculus ex ipsa fœmina, quia non dicitur ex linea, neque per lineam masculinam. Ias. in *d. l. 2. num. 206. C. de iur. emphyt.* plene Mar-
23 sil. *Singul. 33. Neptis ex filio.* Alexand. *d. consil. 24. num. 10. lib. 5.* † Declara in hac materia controuersa, quia si constat de mente, quod voluerit conseruari bona in agnatione, restrictio est vera, alias non,
24 ideo est recurrendum ad coniecturas. † Totam istam materiam intelligas hoc modo; quod illa mulier dicitur principium lineæ, & excluditur, prout excluderetur eius filius, quando semel fuit exclusa, secus, si nunquam fuit exclusa, verbi gratia, accepi emphyteusim pro me, & descendentibus meis ex linea masculina, si habeo filium, qui habet filiam solam, ipsa dicitur descendens ex filio masculo, & linea masculina, si habet etiam masculum, qui excludit eam, & postea masculus moriatur sine masculis, sed cum filia, ipsa filia proneptis ex nepote succedit, quia est descendens ex linea masculina: sed prima filia filii exclusa semel perdidit qualitatem illam ex linea masculorum, & per exclusionem est effecta caput lineæ fœmininæ, vnde amplius ad eam non reuertitur emphyteusis, licet sit agnata ex masculis; quia accepit aliam qualitatem per exclusionem, vt ex quo in ea non potuit semel continuare successio, dicitur facta caput, & principium lineæ fœmininæ, q̃ non habetur in consideratione: ita loquuntur, & intelligendi sunt Castr. *dict. consil. 190. Nouiter reuocatur, libr. 2.* Alexand. *dict. con-*
sil. 43. libr. 3. & consil. 53. libr. 6. num. 9. versic. non obstat id, quod, ibi, fateor, quod si ex Gabriele extaret filia, & sic neptis, bene succederet; quia ex filio masculo, & sic differentia est, an dicatur ex linea masculina, & procedit hæc declaratio, aut dicitur ex masculis, &
25 cessat. † Et licet ista videatur subtilitas; quia quandocunq; ius accrescendi fuit causatum, donec extant de vocatis, debent admitti, tamen habes authores magnæ authoritatis defendentes hanc subtilitatem, & quia alia est consideratio lineæ, alia descen-
26 dentiæ. † Declara restrictionem, vt non procedat in alia fœmina, quæ nõ sit caput lineæ, & sic filia ex filio primi acquirẽtis, prout neptis quæ admittitur; quia non est principium lineæ, ita Ias. *d. l. Gallus, §. nunc de lege. num. 15. ver. sed tu defende. ff. de liber. & posthum.*
Alexand. *consil. 43. lib. 3.* quod duplicatur *cons. 53. lib. 6. num. 2. & num.*
27 9. vbi declarat Castrens. plene Marsil. *singul. 33.* † Contra declarationẽ tenet Socin. *dict. l. Gallus, §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum.*
Socin. Iun. *consil. 1. num. 117. & sequent. lib. 1.* vbi plura similia, quod fœmina descendens ex masculo, licet sit agnata, non intrat in dispositionem ad fauorem agnatorum pro conseruanda agnatione; quia intelligitur de masculis, quia per fœminas licet sint agnatæ, non conseruatur agnatio. Socin. Iun. *d. consil. 1. numer. 58. lib. 1.*
† Declara; quia non comprehenditur fœmina, quando ageretur 28
de cõseruatione agnationis, alias secus, puta, si testator proprias
filias excluſisset, ne sequatur absurdum, quod magis dilexerit ne-
ptem non cognitam forte, quam propriam filiam, ita Socin. in *l.*
cum auus, num. 58. ver. quartus casus. ff. de condit. & demonstrat. Ruin. *con-*
sil. 110. lib. 1. Socin. Iun. *cons. 168. per totum, lib. 2.* † Vide Socin. Iun. 29
cons. 91. lib. 3. vbi, quod non sufficit illa coniectura exclusionis filia-
rum, sed tria debẽt concurrere, vt ibi per eum, & in *l. inter stipulan-*
tem, §. fin. ff. de verb. oblig. & cons. 128. num. 4. ver. circa secundam partem,
vbi, quod ita iudicauit Alciatus. † Amplia; quia fœmina ex masculo dicitur descendẽs ex masculis, & agnata, & de cippo, de stirpe, 30
domo, & familia, ideo cõtinetur in statuto, vel reformatione pro
conseruanda agnatione. Paris. *cons. 47. num. 40. & seq. lib. 3.* † Extẽde, 31
etiam si sit nupta. Paris. *d. cons. 47. nu. 56. & seq. lib. 3.* † Restringe, nisi 32
verba repugnarent, puta, pro conseruatione perpetua agnationis;
quia mulier solum conseruat, donec viuit. Paris. *d. cons. 47. nu. 68. &*
seq. lib. 3. vbi saluat à contrarietate Socini & Cornei, qui tenẽt contrarium, quod appellatione cippi intelligantur soli masculi, non
fœminæ. † Declara; quia licet soror, & neptis ex masculo sit agna- 33
ta, & descendẽs ex masculo; si tamen statutum excludat matrem
stante agnato, vel descendente ex masculo, & statutum sit fauore
agnationis, non continetur filia, vel neptis in statuto. Socin. Iun.
consil. 1. num. 106. & seq. & num. 116. vbi, *num. 58. & seq.* quod licet sit
agnata, non tamẽ per eam conseruatur agnatio, plenius *consil. 23.*
n. 27. & seq. lib. 1. vbi ponit multa similia exempla. † Amplia; quia 34
licet testator in substitutione facta de descendentibus loquutus
semper fuerit de masculis, & per masculum, si tamen vlteriores
substitutiones extraneorum fecerit, non tunc faciẽda erit repeti-
tio masculinitatis, & per masculũ, quando testator hoc non dixit.
Socin. Iun. *cons. 26. per totum, lib. 4.* † Limita in materia differenti; 35
quia veniunt tantum masculi, quando ita est mẽs disponẽtis, vel
subiecta materia disponit. Marzar. *cons. 39. numer. 12.* plene Gozad.
cons. 89. n. 7. & seq. per tot. ver. tertio masculum. † Limita; quia descẽ- 36
dentium & posterorum appellatione licet veniant omnes in infi-
nitum; tamẽ vocantur solum illi, qui sunt nati tẽpore testamenti,
vel mortis testatoris, ne legatum, seu hæreditas sit in suspenso, *l.*
cum ita, § in fideicommisso. ff. de legat. 2. † Declara; quia intelligitur de 37
nascituris, quando nomẽ collectiuum infinitatem importans est
in dispositione, quia constat de mẽte. Ruin. plene *cons. 22. nu. 9. &*
seq. ver. sed istis, lib. 2. vbi maxime procedit, quando nulli extabant
tẽpore testamenti, & idem dicit Decian. *cons. 41. nu. 24. & seq. lib. 1.*
vbi, quod si nomẽ est collectiuum continẽs plures gradus, intelligitur de omnibus in infinitũ, prout si vocantur liberi, vel descen-
dẽtes, secus, si filii, vel nepotes, vel vnum gradum continẽtes. † Et 38
declaratio procedit, tam in puris legatis, quã in conditionalibus.
Ruin. *d. cons. 22. nu. 11. lib. 2.* † Itẽ procedit tam in testamẽtis, quam in 39
cõtractibus. Decian. *d. cons. 41. n. 29. lib. 1.* † Et maxime procedit de 40
claratio, quãdo fuit facta mẽtio de nascituris, vel apposita dictio,
in perpetuum, vel alia similis. Ruin. *d. cons. 22. nu. 14. lib. 2.* & idẽ Paris.
cons. 37. nu. 23. & 24. lib. 2. vbi loquitur, q̃n adest dictio, *semper, & in-*
perpetuum, & *n. 27.* loquitur, q̃n adest dictio, *perpetuo, de gradu in gradum.* † Idẽ, quando fuit expresse, vel tacite facta mentio per no- 41
mina collectiua, prout liberorum, vel descendẽtium restricta ad
masculos; quia omnes in infinitum cõtinet etiam nascituros. De-
cian. *d. cons. 41. n. 27. & seq. lib. 1.* vbi dicit * communem, & maxime, *
quando masculinitas est geminata, & dicit * communẽ, & cõtra- *
rium tenẽtes, perfunctorie loquuntur, & citat infinitos. † Declara 42
secundo; quia quãdo agitur de acquisitione hæreditatis legitimę,
non veniunt, nisi nati tẽpore conditionis, vel saltem concepti, vi-
delicet tẽpore mortis testatoris, vt succedant: si vero nõ agitur de
successione ad hęreditatem legitimam acquirẽdam, secus est, ita
Ruin. *d. cons. 22. n. 14. lib. 2.* vbi tollit contraria, q̃ remaneat in suspẽ-
so, vel non. † Limita; q̃n esset dictum de descendentibus masculis, 43
quia non admittuntur fœminæ. Ant. de Butr. *cons. 46. Rectè deci-*
sum per totũ, vbi apostil. dat concordantes, & est pulchrũ *consilium*
Abb. 36. Videtur, primo, lib. 1. vbi per sex fundamẽta probat, q̃ qualitas masculinitatis non potest conuenire fœminæ, plene Ias. qui
istos, & alios citat in *l. si quis id, quod. ff. de iurisd. omn. iud. n. 21.* vbi dicit
procedere, etiam si esset dictũ de liberis: quia quando adiecta est
qualitas masculinitatis, nunquam venit fœmina, etiam in materia
fauorabili. Deci. *cons. 154. Diligenter, num. 2.* Socin. *cons. 14. Viso testa-*
mento, n. 6. ver. praterea filij masculi, lib. 3. Grat. *cons. 5. nu. 15. lib. 2.* † Extẽ- 44
de; quia non admittuntur etiã masculi ex fœminis. Mantic. *de con-*
iect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 7. vbi dicit magis * communẽ, licet *
contraria sit substãtialis. Ant. de Butr. *d. cons. 46. per tot.* Mathesil.
sing. 129. Nota vnum dictum, vbi apostill. magna dicit * communem. *
& plurimos allegat Clemen. *sing. 21. Testator instituit.* Marsil. *sing. 23.*

vbi

vbi late. Ias. in *l. 2. nu. 206. C. de iur. emphyt.* vbi, quod minus admittitur masculus ex fœmina, quam fœmina ex masculo, quando fuit dictum per lineam masculinam, vel ex linea masculina. Deci. qui pariter dicit * communem *cons.* 238. *Primo non videtur, num.* 5. *col.* 3.

45 † Declara, seu restringe, nisi fuerit fœmina, quæ vocauerit masculos descendentes, quia cessat ratio agnationis conseruandæ, sed sola qualitas masculinitatis, ita Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8.

46 *tit.* 11. *n.* 8. † Declara, seu restringe secundo, quando masculi ex fœmina vocarétur, quia tunc ex coniecturata mẽte omnes masculi ex fœminis descendentibæ censentur vocati. Manti. *d. tract lib.* 8. *tit.*

47 11. *num.* 8. † Limita; quia appellatione filiorum, & liberorum descendentium masculorum ex masculis, seu ex linea masculina, non veniunt fœminæ, quæ imo dicuntur exclusæ. Socin. Iun. *cons.* 69. *nu.* 6. *lib.* 3. plene Socin. *cons.* 14. *Viso testamento, num.* 6. *ver. præterea*

48 *filij masculi, lib.* 3. vbi, quod requiritur qualitas masculinitatis. † Et quod descendens per lineam masculinam non possit dici, quod descendit per fœminam. Doctor. in *d. l. Gallus*, §. *nunc de lege. ff. de lib.*

49 *& posthum.* Alex. *cons.* 43. *Consideratis ijs. lib.* 3. † Extende, vt procedat, etiam si sint vocati masculi ex fœmina, qui assumant nomen, cognomen, & insignia testatoris in casum deficientiæ descendentium masculorum, quia fœmina ex vltimo masculo erit exclusa. Socin. *d. cons.* 69. *per totum, lib.* 3. vbi respondet ad contratia, & quod

50 isto casu pro conseruanda agnatione sunt vocati. † Restringe; quia si vocantur descendentes masculi, & contingit duos esse descẽdentes masculos, & vnus moritur cum filia sola, ipsa excludit masculos ex alio descendente. Socin. *d. cons.* 1. *nu.* 6. *ver. & ideo alias, libr.* 4. vbi, quod ita fuit consultum per valentissimos Doctores.

51 † Limita in casu notabili, Pater instituit filium masculum, & ex eo descendentes masculos ex linea masculina, quibus masculis deficientibus instituit filiam, si extabit, sin minus, filios, & descẽdentes ex filia fœmina masculos, & maiorem natum, moritur filius masculus relicta filia, & ex ea nepote masculo, extat nepos ex filia testatoris, qui concurrit cum nepote ex filio testatoris, dicit Socin. *cons.* 69. *lib.* 3. quod nepos ex filia præfertur; quia est vocatus, & respondet ad contraria de mente verisimili, & de dilectione, & quod si interrogatus fuisset, taliter dixisset, vide eum; quia casus

52 est notabilis. † Limita; quia si substituti sunt descendentes masculi, fœminæ sunt omnino exclusæ, quia qualitas masculinitatis nõ potest verificari in fœmina, Curt. Iun. *cons.* 113. *num.* 5. sequitur Rimin. Iun. *cons.* 457. *nu.* 9. & 49. *& per totum, lib.* 4. Dec. *cons.* 238. *Primo*

* *non videtur, nu.* 5. vbi de communi * plene Cauett. *cons.* 170. *num.* 9. &

53 *seq.* † Limita; quia descendẽtes dicuntur, qui ex stipite eius, de cuius hæreditate agitur, nati sunt, non supra eum, & sic non includuntur transuersales, ideo statutũ vocans nepotes descendentes, non vocat nepotes ex fratre; quia non sunt descendẽtes, sed trans-

54 uersales. Feder. de Sen. *cons.* 39. *per tot. incip. Viso puncto.* † Extende, vt idem sit in linea; quia capit descendentes, non autem transuersales. Vide, *Linea triplex descendentium, ascendentium & transuersalium.*

55 *Concl.* 359. † Extende; quia appellatione posterorum etiam veniunt omnes descendẽtes. Ruin. *cons.* 12. *n.* 1. *lib.* 2. & quod idem importet posteri & descendentes, & quod vtroq; casu de omnibus

56 in infinitũ intelligatur. Socin. *d. cons.* 51. *in prin. lib.* 4. † Limita; quia in priuilegiis, & dispositionibus fauorabilibus descendẽtibus concessis non fit extensio ad spurios, quamuis natura dici possint descendentes; quia verba secundum modum iuris ciuilis sunt intelligenda. Bald. *cons.* 470. *Statuto cauetur, lib.* 3.

Descendentium, posterorum, familiæ, & similium collectiuorum nominum appellatione qui veniant. Concluſ. 220.

1 DESCENDENTIVM † igitur appellatione, item coniunctorum, propinquorum, generationis, & prolis appellatione, veniunt tam masculi, quam fœminæ. Gozad. *consil.* 20. *numer.* 8.

2 † De verbo, *generis*, Cravet. *cons.* 141. *nu.* 2. † Consortes dicuntur de

3 eadem stirpe, & progenie, seu casata, & comprehẽdit tam masculos, quam fœminas. Alex. *cons.* 125. *Viso processu, in prin. & per tot. lib.* 7.

4 Vide, *Consors, & consortes qui dicantur. Conclusio.* 779. † Familiæ appellatione veniunt tantum masculi. Paris. *cons.* 33. *nu.* 44. *& seq. lib.* 1.

☞ Alex. *cons.* 160. *nu.* 4. *ver. fortius voluerunt, lib.* 2. Vide, *Familiæ appella-*

5 *tione quid veniat. Concluſ.* 75. † Et sicuti nomen familiæ est collectiuum, ita nomen descendentium non est minus collectiuum, & comprehendit natos, & nascituros. Ruin. *cons.* 22. *numer.* 14. *libr.* 2.

6 † Et quod dicimus vulgariter, talis de Bardis, vel de Ieruciis importat de familia, vel domo Bardorũ, vel Ieruciorum. Alex. *d. cons.*

7 125. *nu.* 3. *& nu.* 6. *lib.* 7. † Posteritatis appellatione, vel posterorum appellatione soli masculi intelliguntur. Alex. *cons.* 160. *Viso themate, nu.* 4. *lib.* 2. † Cippus est vulgare Tuscorum, & importat idem,

8 quod stipes, quasi synonyma. Paris. *cons.* 47. *num.* 52. *lib.* 3. † Stirpes, 9
Casata, Domus, important, quod soli descendentes ex masculis veniunt, ideo filia, quæ est agnata, continetur. Paris. *d. cons.* 47. *n.* 53. *& seq.* Alex. *d. cons.* 125. *num.* 4. *& seq. lib.* 7. † Nomen importat idem, 10
quod domus, & familia, ideo priuilegium concessum Caio, & iis, qui sunt de nomine suo, intelligitur de familia Caii. Alexan. *d. cons.* 125. *num.* 6. *ver. bene facit, libr.* 7. † Liberorum appellatione veniunt 11
omnes descendentes in infinitum. Decian. *d. cons.* 41. *n.* 24. *lib.* 1. Vide, *Nomina collectiua, & appellatiua, quæ dicantur. Concl.* 54.

Descendentia consanguinitatis, vel affinitatis in antiquissimis probatur per famam, & per testes de auditu, & per instrumenta enunciatiua antiqua, & testes cõsanguinei admittuntur, & probatur per indicia & cõiecturas; secus, si est de recẽti, vel agatur de matrimonio dissoluendo, vel quando vocantur filii legitimi & naturales ex legitimo matrimonio. Concluſio.

VIDE Mascard. plene *Concluſio.* 511. *Descendentia.* Vide, *Filiatio ex quibus probetur, vel præsumatur. Concluſ.* 345. *numer.* 68. *& sequentib.*

Descriptio bonorum quid sit, & operetur. Concluſio 221.

1 DESCRIPTIO † bonorum, vel fructuum est quædam species inuentarii, quæ fit ad impediendas fraudes, ne bona barattentur, vel occultentur, vt sciri possit, quæ, & quanta bona sint, plene Guido Pap. *decis.* 351. *per totum*, vbi, quod si non est locus inuentario, bene est locus descriptioni, & quod negans descriptionem fieri, ostendit se habere animum fraudandi, & ideo semper fieri debet expensis saltem petentis, Montic. *tractat. de inuent. in princip. numer.* 25. Castrens. *consil.* 367. *Super primo, in fin. ver. ad vltimum*, Bartol. in *l.* 1. §. *elicitur. ff. de ventr. in possess. mittend.* Corne. *cons.* 267. *num.* 6. *lib.* 4. Alexand. *consil.* 58. *num.* 8. *lib.* 3. † Et vbicunque 2
non est locus sequestrationi, bene est locus descriptioni fructuum. Abb. *consil.* 22. *Quanquam, in fin. libr.* 1. † Fit hæc descriptio 3
gratia facilioris probationis, & minuendarum litium, Castrens. *d. cons.* 367. *in fin. libr.* 1. Corne. *d. cons.* 267. *num.* 6. *lib.* 4. Alexand. *consil.* 58. *num.* 8. *libr.* 3. vbi, quod fit per instrumentum; quia possunt perire probationes per testes. † Et ne res hereditariæ subtrahantur, & 4
dissipentur, *l. si quis intra, iuncta gloss. in verb. descriptio*, C. *de bonis damnat.* † Probat hæc descriptio bonorum contra eum, qui de- 5
scribit, vel contra quem fit descriptio, prout inuentarium, Guido Pap. *d. decis.* 351. vbi, quod fit per Notarium coram duobus testibus. † Et quando bona fuerunt descripta in domo, & vt bo- 6
na Titii, vel pro bonis possessis à Titio, talis descriptio inter præsentes, & describentes probat bona esse Titii, prout fuerunt enunciata, vel possessa à Titio. Alexan. plene *consil.* 112. *Viso quod am. in princ. libr.* 6. vbi, quod hæc probatio afficit nedum enunciantes præsentes, sed etiam omnes singulares habentes causam ab eis, & ex tali possessione infertur, quod possit agi Saluiano interdicto contra possessorem, vel detinentem, & ibi apostill. in *ver. cum quo*, dar concord. quod probet contra enunciantes, & singulares successores. Crauett. *consil.* 217. *nu.* 7. † Non tamen probat contra alios 7
non vocatos. Bart. in *l. qui repertorium. ver. quæro, qualiter inuentarium debeat fieri. ff. de admin. tutor.* † Et vbicumque est remissum inuenta- 8
rium valide, tamen semper debet fieri descriptio bonorum. Alex. *cons.* 8. *lib.* 3. sequitur Curt. Iun. in *l. Procurator, C. de eden. nu* 4. † Intel- 9
lige; quia poterit hæres velle, quod expensis suis fiat descriptio, nec hæres, cui remissum fuit inuentarium, potest prohibere; quia talis descriptio prodest hæredi, & non nocet vsufructuario, vel possidenti. Castrens. *d. consil.* 367. *in fin. lib.* 1. † Qualiter fiat hæc 10
descriptio, ponit Guido Pap. *d. decis.* 351. vbi, quod adhibentur partes cum duobus, vel tribus consanguineis, qui retinent secretam descriptionem, vt cessent multa, quæ possent allegari, ne fieret, & quod ita seruatur. † Expensis petentis debet fieri, prout 11
inuentarium. Vide, *Inuentarium à quibus confici debeat, vel non. Concluſ.* 347. † Duplex est descriptio, vna numerationis, vt sciatur, quę 12
& quot res, seu quantæ sint, & ista est semper permissa, etiam in casu prohibitæ sequestrationis; alia est descriptio, quæ est executio, & incorporatio bonorum in fiscum, & ista est prohibita, tertia est descriptio signi, quæ denotat rem Ecclesiæ, & pariter ista est prohibita fieri sine causæ cognitione. Barto. in *l.* 1. §. *eligitur, ff. de ventr. inspicien.* † Aliam distinctionem ponit Curt. Iun. in *l. Procu-* 13
rator, C. de eden. num. 5. *& sequent.* quod vna est descriptio, quæ fit, vt

res non pereat, & ista requirit leuem causæ cognitionem, videlicet, vt constet de interesse petentis, ne quis patrimonium alenū detegat, alia, quæ sit, vt præiudicet, vt quia quis dicitur suspectus, & plenior cognitio requiritur, videlicet, de interesse, & de suspi-
14 cione eius, contra quem petitur. † Alia est descriptio bonorum delinquentis contumacis, quæ de iure communi fiebat, de qua Bart. & alii in *l. 1. in princ. ff. de requir. reis.* de qua Vide, *ver. Contumax pro delicto qualiter condemnetur. Concluſ. 10 21.*

Desertio appellationis ex quibus inducatur. Conclusio. 222.

1 DESERTIO † appellationis inducitur, si non est obseruata forma statuti, vel constitutionis, quod omnis appellatio debeat peti committi intra sex dies à die interpositæ appellationis, vt est Bononiæ, Roman. *consil. 2. in princ. versic. ex quo sequitur.* 10. de Anan.
2 *cons. 51. per totum*, maxime *in fin.* † Idem in statuto Cæsenæ, quod intra mensem à die commissionis debeat terminari, quia seruandum est statutum, & debet constare de diligentia committendi
* causam appellationis. Alexan. *d. consil. 164. num. 4. in fin. & num. 5. lib.*
3 2. vbi dicit * communem. † Idem in statuto Ciuitatis Castelli, quod terminari debeat intra 10. dies à die commissionis, vt sit deserta, si non fiat diligentia in committenda causa per appellantē.
4 Alex. *d. consil. 164. nu. 6. ver. & in proposito. lib. 2.* † Amplia, vt procedat, si etiam non sunt petiti apostoli solemniter intra mensem, quando iudex dedit terminum iuris, *l. quoniam, C. de appellat.* Rom. *d. consil.*
5 *2. num. 2. ver. exemplo eius.* † Amplia, vt procedat, si intra annum ex negligentia appellantis causa non est per sententiam finita, secus,
6 si ex legitimo impedimento. Gemin. *consil. 99. in princ.* † Extende; quia si appellans non prosequitur appellationem, deseritur, &
7 sententia confirmatur. Dyn. *consil. 29. in fin.* † Et per biennium si causa appellationis non est terminata, deseritur secundum ius cōmune. Alex. *consil. 164. Viso processu, nu. 4. ver. & etiā deserta, lib. 2.* quia datur biennium impedito in primo anno. Vide, *Appellationis prosequendæ tempora, quæ sint. Concluſ. 378.* † Extende; quia non sufficit diligentia facta coram iudice, nisi sit magna, & facta ante finem, & in fine fatalium, quia non sufficerēt protestationes à principio factæ. Bald. *consil. 481. In causa vertente, num. 5. ver. quantum ad secundum, lib. 3.*
9 † Amplia; quia appellatio deseritur, si appellans sumit aliam viam diuersam ab appellatione; ideo commissio, & prosequutio tertii vementis ad causam non excusat desertionem. Bald. *consil. 56. Factum tale est. in prin. & in fin. lib. 4.* Vide, Appellationis prosequendæ tempora, omnibus currunt, & quando non. *Concl. 379.* Vide, *Deserta appellatione qualiter excusetur desertio. Concluſ. 225.*

Desertio appellationis quando confirmet sententiam. Concluſ. 223.

1 DESERTIO † appellationis confirmat primam sententiam, à qua erat appellatum; quia sicuti lapsus termini hominis confirmat sententiam, si non seruetur, ita lapsus termini legalis. Calder. *consil. 215.* alias *9. de appellat. ante princ. ver. aduertendum tamen est*, & quod appellante non prosequente appellationem sententia
2 confirmetur. Dynus *consil. 29. Prima quæstio est. in fin.* † Et ideo si appellans non est prosequutus appellationem in termino, sententia transit in iudicatum; quia instantia appellationis deseritur. Alex.
3 *consil. 95. Visis, in princ. libr. 2. num. 3.* † Amplia; quia sententia lata super desertione appellationis dicitur confirmatoria primæ, à qua fuit appellatum. Calder. *d. consil. 215. circa fin. ver. nec obstat, quod ista sententia*, alias *9. de appellatio.* † Et an requiratur pronuncia super desertione appellationis, antequam detur exequutio, vide relatiue. Alexand. *consil. 95. Visis processibus, num. 2. ver. & ideo non attingo, lib. 2.*
5 † Amplia in tantum desertionem appellationis confirmare sententiam, vt si liquida sit desertio, possit iudex à quo exequi sententiam, secus si desertio non est liquida, nisi esset super desertione pronunciatum. Bald. *consil. 485. Punctus, super quo, lib. 3.* vbi, quod non dicitur liquida, quando tempus instantiæ non est continuū; quia iudex à quo non potest scire impedimentum appellati, neq; quod tempus excusauerit, vel non, & idem tenet Angel. *consil. 130. Visis omnibus, per totum*, vbi, quod potest peti exequutio coram iudice à quo, & si excipiatur de appellatione, potest replicari de desertione. Vide, *Iudex à quo de quibus cognitionem habeat. Conclusio. 462.*
6 † Extende; quia sufficit lapsus temporis absque pronunciatione super desertione, quando est notoria desertio ex calculo dierum.
7 Calcan. *consil. 34. colum. fin. num. 9. ver. nec obstat.* † Declara; quia debet pars citari ante exequutionem. Deci. *consil. 97. colum. 1. circa fin.*
8 † Amplia; quia de iure communi appellans habet vnum annum ad prosequendam appellationem, & ex causa biennium; vnde lapso primo anno, & non docto de legitimo impedimēto; appellatio remanet deserta, & prima sententia transit in iudicatum, Alex. *consil. 79. in causa, & lite, in princip. libr. 7.* † Extende, vt procedat, 9
quia imo si iudex appellationis ferret sententiam lapso anno non docto de legitimo impedimento, talis sentētia esset ipso iure nulla. Alex. *d. consil. 79. in princ. lib. 7.* † Extende; quia non releuat, si ap- 10
pellans allegat impedimentum, vt obtineat biennium; quia debet legitime probari impedimētum, imo secundum aliquos non sufficit probatio, sed requiritur declaratio iudicis. Alex. *d. consil. 79. num. 2. & seq. lib. 7.* vbi, quod qui allegat regulam pro se, habet intētionē fundatam. † Amplia; quia iudex à quo potest exequi suam 11
sententiam, & pronunciare illam exequendam, si lapsa sunt fatalia prosequēdæ appellationis, siue ex forma iuris cummunis, siue ex forma statutorum. Ang. *d. consil. 130. per totum.* Vide plenius, *Exequutio sententiæ ad quem spectet, an iudici à quo, vel ad quem. Concluſ. 475.* 12
† Extēde, vt procedat, etiam si iudex appellationis, postquam deserta est instantia appellationis, primam sentētiam reuocauerit, & ab ista sententia vltima fuit appellatum salua nullitate, vel reseruata nullitate; quia cum talis appellatio non deuoluat negocium, & reddatur frustratoria, valet exequutio dataprimæ sentētiæ per primum iudicem à quo. Alex. plenc *cons. 59. Viso titulo, nu. 7. ver. dico quod prima sententia lib. 4.* vbi plena apostill. in *ver. concludunt*, dat plurimos concordantes. † Extēde, vt idem fit, quando iudex 13
appellationis etiam durante instantia nulliter pronunciauit, puta; quia stante statuto, quod iudex perito consilio sapientis teneatur eligere consultorem, & consilium expectare, si pronunciauit non dato consultore, vel non expectato consilio, sententia est nulla, si deseritur instantia post talem sententiam nullam, & iudex primus à quo, potest exequi suam sententiam. Alexand. *d. consil. 59. per totum*, maxime *num. 3. & seq. lib. 4.* † Declara; quia si lata 14
sententia nulla, puta, reuocatoria primæ, & ab ea esset appellatum simpliciter, talis appellatio deuoluit totum negocium principale iudici ad quem, qui poterit iudicare super nullitate, & bono iure, nec eo casu dicitur deserta, nec potest exequi prima sententia: sed si appellatio esset reseruata nullitate, vel alio modo conditionalis, prout, *dico de nullitate, & si qua est, appello*, tunc quia nullitas sentētiæ impedit deuolui negocium principale, deseritur prima instantia appellationis, & iudex primus poterit exequi. Alexan. *d. cōs. 59. in princ. iuncto num. 9. & seq. & num. 16. & 17. lib. 4.* vbi ita declarat.
† Amplia, vt idē sit, quando non fuit appellatio legitime interpo- 15
sita, vt quia non fuit coram iudice appellatum, cuius copia haberi potuit, vel quando non fuit appellatum in scriptis cum insertione causæ, quando erat interloquutoria. Ang. *d. consil. 130. in princ. & per tot.* † Amplia; quia quod dicitur desertionem habere locum in 16
iudiciali appellatione, idē est in extraiudiciali appellatione; quia quoad hoc æquiparantur. Fastol. *dub. 9.* † Extēde, vt procedat, et- 17
iam si essemus in constitutione, vel statuto loquēte de iudiciali; quia quoad desertionē habebit locum etiam in iudiciali. Dec. in *c. cum sit Romana, in 7. not. n. 9. de appell.* † Amplia, quia desertio insta- 18
tiæ appellationis ita operatur primæ sentētiæ confirmationem, vt debeat exequi perinde, ac si non esset appellatum. Fulgos. *cons. 171. Gerardus de Aradei, in princ.* † Et q̄ desertio appellationis operetur 19
idem, ac si appellatum non fuisset. Alex. *cons. 36. Viso themate, num. 2. lib. 4.* † Declara, vt procedat in præiudiciū eius, qui appellauit; quia 20
si sentētia transit deserta, perinde est, ac si appellatum non esset, & trahitur retro quoad præiudiciū appellantis, nō appellati, vel tertii, ita Alex. *d. cons. 36. num. 16. & seq. ver. non obstat. dum dicebatur, lib. 4.* vbi ponit plura exēpla in vtroq; casu, primum, quod condemnatus ex sententia pro delicto, pro quo infamis redditur, si appellet, & pendēte appellatione examinatus valet testimonium, & licet causa appellationis transeat deserta, & fingatur non appellasse, tamē non nocet tertio; quia eius examē nō est ab infami, secus quoad præiudiciū proprium, & ibi apostil. in *ver. quod nox.* & idem dicit in bānito condemnato, qui potest impune offendi, fuit quis bannitus, qui posset impune offendi, sed quia appellauit, non potest offendi durante appellatione, fuit offensus durante appellatione, postea appellatio trāsiuit deserta, & fingitur non appellatū quoad eum, sed non quoad fiscū, & ideo offendēs potest puniri; quia de- 21
sertio non præiudicat fisco, & tertio, sed deserenti. † Extende in tantū, vt sententia reuocatoria, vel contraria primæ lata post desertionē sit adeo nulla, vt nec possint acta reformari. Fulgos. *d. cons.* 171. vbi est casus. † Amplia tam in desertione instantię iuris cōmunis, quam instantiæ statutariæ; quia ea inducta deseritur, & transit 22
in iudicatum. Fulgos. *d. consil. 171. per totum.* † Amplia; quia in- 23
dex appellationis desertæ non potest iudicare super iniusti[illegible], vel nullitate sententiæ primæ, cuius appellatio est deserta, quia per de ser-

desertionem confirmata manet quoad hoc, ne iudex appellationis possit reuocare. Anch. *cons.*345. *Iam deserta, per totum,* vbi, quod
24 per desertionem iudex appellationis remanet in competens. †Extende; quia omnis sententia iudicis appellationis est nulla, si est lata post desertionem; quia cessat iurisdictio. Alex. *cons.* 114. *in prin.*
25 *& per totum, lib.* 5. *& cons.* 79. *in princ. lib.* 7. † Contrarium tenet Ruin. *cons.* 80. *num.* 2. *lib.* 5. vbi, quod spectat ad iudicem appellationis declarare, an causa sit appellabilis, & an instantia sit deserta, postquã
26 causa appellationis est commissa. † Restringe, nisi iudex appellationis alias esset competẽs iudex appellationis, etiam deserta appellatione, vel si pronunciasset se iudicem competentem. Anch.
27 *d. cons.* 345. *in fin. ver. iura autem, siue dicta.* †Declara, quia potest iudex appellationis desertæ ad instantiam appellati confirmare primam sententiam, sed tamen hoc non est de necessitate. Alex. *cons.* 36. *Vi-*
28 *so themate, nu.* 19. *ver. nec obstat, quod omnia, lib.* 4. †Declara: quia si sunt plures appellantes, potest sententia transire in iudicatum quoad vnum, qui passus sit appellationem suam deseri, & quoad alium potest reuocari, & sic eadem sententia potest quoad vnũ esse valida, & quoad aliũ iniqua, & nulla. Alex. *d. cons.* 36. *nu.* 20. *& seq. ver. vel respondeo, lib.* 4. vbi tollit contrarium de testamento nullo quoad vnum filium præteritum; quia est nullũ quoad omnes, quia ita lex
☞ disponit illo casu, non sic in sententia. Vide, *Sententia quando possit*
29 *pro parte valere, vel non. Concl.* 165. †Limita quoad excommunicationem; quia, si est nulla; quia lata post sententiã intra 10. dies ad appellãdum, intra quos fuit appellatum, licet deseratur appellatio; tamen non reuiuiscit excommunicatio. Gemin. *cons.* 99. *num.* 3. *ver.*
☞ *quandoque fertur sententia.* Vide, *Excommunicatio lata quando non liget excommunicatum propter appellationem. Concluſ.* 450.

Deserta appellatione an deseratur nullitatis dictio. Concluſ. 224.

1 APPELLATIO † interposita potest continere nullitatis dictionem in consequentiam, veluti si dicatur, *dico sententiam nullam, & si qua est, appello;* & eo casu deserta appellatione deseritur etiam nullitas consequens; sed tamen ex integro principaliter potest appellãs dicere de nullitate, nõ obstãte desertione. Bald. *cons.* 481. *In causa vertente, num.* 6. *Ver. est videndum vltimo, vsque in fin. libr.* 3.
☞ Vide, *Appellatio an possit cumulari cum nullitate. Concl.* 395. † Declara,
2 quando desertio appellationis, & nullitatis induceretur ex constitutione, prout extat cõstitutio Marchiæ, vel Romandiolę; quia tunc etiã nullitas deserta manet, nec potest agi de nullitate principaliter, & per viam actionis, sed bene per viã exceptionis; quia si iudex videt processum nullum, & sententiam nullam, potest &
☞ debet non exequi. Bald. *cõs.* 225. *In causa vertente, lib.* 5. Vide, *Exceptiones, quæ nunquam dicuntur excluſæ, etiam si in genere omnis exceptio tollitur*
3 *à lege, vel à statuto. Concl.* 381. Vide, omnino Alex. *cons.* 95. *Viso tit. in princ.* vbi, quod si appellatur simpliciter, venit cognitio iustitiæ, & nullitatis, & iudex appellationis poterit de iustitia, & iniustitia cognoscere, & de nullitate; ideo poterit sententiã reformare, nullã declarare, & in meritis iudicare; quia appellatio simplex deuoluit totum negotium ad iudicẽ ad quem, & ibi *nu.* 9. *& seq. ver. nec ijs obstat,* maxime *n.* 16. *&* 17. dicit secus esse, si appellatio fieret conditionalis, videlicet *appello reseruata mihi nullitate,* vel, *dico sententiã nullam, & si qua est, appello;* quia si sententia est nulla euidenter, appellatio nihil deuoluit ad iudicem ad quem; quia appellatio conditionalis est, si sententia est valida; ergo cum sit nulla, non appellat, & ita apostilla ibi *num.* 9. *in ver. includitur,* dat concord:

Deserta appellatione quando excusetur desertio. Concluſ. 225.

1 DESERTIO † appellationis non habet locum, si causa non est expedita intra terminum fatalium propter infirmitatem iu-
☞ dicis. Oldrad. *cons.* 208. *circa fin.* Vide, *Infirmitas excusat à multis,*
2 *& à quibus. Concluſ.* 129. † Amplia, vt idem sit propter infirmitatem procuratoris appellantis. Oldrad. *d. cons.* 208. *circa fi. ver. vltimo dati.*
3 † Amplia, vt idem sit, si iudex assignauit terminum appellanti ad redeundum pro apostolis hinc ad acto dies hora tertiarum; quia si octaua dies esset Natalis Domini, tunc si redeat in Vigilia, excusatur, & causa non deseritur; quia congruum tẽpus non videtur hora tertiarum in Natiuitate Domini, Feder. de Sen. *cons.* 75. *per tot.*
4 † Amplia, si appellans legitimo impedimento fuit impeditus. Gemin. *cons.* 99. *in prin.* & ꝙ dicatur legitimũ impedimẽtũ, & qualiter
☞ probetur, Vide, *Impedimentum legitimum excusat impeditum. Concl.* 29.
5 † Amplia, si non stetit per appellantem, qui fecit omnem diligẽ-
6 tiam, Bald. *cons.* 6. *nu.* 5. *ver. ex prædictis, lib.* 1. † Declara; quia magna

diligentia requiritur, & non releuant protestationes factę in principio, si non sunt repetitæ in fine, & ante finem desertionis; quia vltima mora nocet. Bald. *cons.* 481. *In causa vertente, nu.* 5. *ver. quantum*
7 *ad secundum, lib.* 3. † Declara ampliationem; quia non sufficit semel comparere, & instare pro expeditione, sed debet cõstare de impedimento, & quod pluries, atq; iterum comparuerit appellans in-
8 stando pro expeditione. Bald. *cons.* 454. *Super facto, lib.* 4. †Imo si curia recederet de loco ad locum, non excusatur appellans à desertione, licet habuerit procuratorem in curia; quia debuit sequi curiam, & iudices, & principalis non excusatur ex facto, vel negligẽtia procuratoris; quia est in culpa malę electionis. Bald. *cons.* 454.
9 *ver. oportet igitur, per totum, lib.* 4. † Amplia, vt procedat etiam, quando appellans comparuit in Palatio Apostolico, & ad ostium fecit pluries diligentiam pro obtinenda commissione appellationis horis audientiæ, & summum conatum fecit, & protestationes habet promptas de diligentia, quæ debet esse summo conatu facta, vt iuuet, Bald. *cons.* 86. *Factum sic proponitur, lib.* 4. Vide, *Appellans*
☞ *quam diligentiam facere debeat, ne appellatio deseratur. Concl.* 380. † Am-
10 plia; quia si statutum (prout Florentiæ) disponat, quod appellans pro alio teneatur exprimere Notarium rogatum de suo mãdato, sustinetur appellatio, si expressit in voce, & potest probare, & licet expresserit solum cognomen Notarii, si alius non doceatur, satis dicitur expressisse sufficienter, & propterea appellationem subsistineri tuetur. Castr. *cons.* 60. *Pro euidentia, lib.* 1. *per tot.* † Amplia; quia
11 si statutum dat 20. dies ad instantiam, vel pro instantia appellationis, & die puta 15. detur dilatio 30. dierũ ad examinandum testes extra Prouinciam, lapsis 30. diebus non perit instantia, quæ cum dormierit per 30. dies, debet instantia durare per 20. dies computatis diebus ante prorogationẽ, & qui supersunt finita prorogatione. Roman. plene *cons.* 443. *Quoad primum,* vbi adducit multa similia de hostilitate, vel alio impedimento legitimo; quia deducto tempore impedimenti fit computatio temporis ad præscribendum; sic etiam pendente compromisso dormit prima instantia, sublato compromisso instantia currit, deducto termino compromissi. † Amplia; quia in dubio semper pro non desertione ap-
12 pellationis pronunciatur. Castr. in *l.* 1. *ff. quis cautio, nu.* 4. † Con-
13 trarium Anch. *cons.* 224. *per tot.* maxime in fi. vbi, quod si appellatio est scripta, & non responsio iudicis, præsumitur ꝙ dederit terminum iuris; ideo si non est reuersus pro apostolis, remanet deser-
14 ta. †Extende ampliationẽ; quia licet citatio facta ad domum citati sit nulla, si ibi non habitat, vel nuncius ignorat. Corn. *cons.* 57. *lib.* 3. tamen valet, & substinetur secundum Fulgos. *cons.* 76. *Factum, in-*
15 *per quo, nu.* 2. si extat stylus, vel statutum, & istam partẽ tenuit Rota Florentina, ne causa maneat deserta. † Extende, quia vbi agitur,
16 an obstet res iudicata, vel non, in dubio pronunciatur, quod non obsit res iudicata; quia tutior via est. Deci. *cons.* 445. *nu.* 45. Crauett. *cons.* 207. *col. fin. in fi.* Dec. *cons.* 83. *In causa accusationis in fin.* † Extende; quia etiã in dubio appellatio est admittẽda, nisi si essemus in casu
17 prohibito. Dec. *cons.* 28. *in fin.* †Declara, nisi constet de desertione; quia non habet locum regula, quod in dubio pro non desertione pronuncietur. Dec. *cons.* 676. *Visis, & consideratis per tot.* † Vide, *Ap-*
18 ☞ *pellationi in dubio fauendum, & qualiter procedat. Concl.* 392. Vide, *Desertio appellationis ex quibus inducatur. Concluſ.* 222. Vide, *Fatalia non currunt, & ex quibus suspendantur. Concl.* 83. Vide, *Instantia in dubio non iudicatur deserta. Concluſ.* 212.

Desistere quid importet. Concluſ. 226.

DESISTERE † proprie non dicitur, qui differt facere, sed 1
qui in totum ab inchoatione recedit. Calder. *cons.* 561. alias 16. *de verb. signif.*

Destinatio facta per patremfamilias quid operetur. Concluſ. 227.

DOMINVS † fundorum plurium si animo suo destinaret, 1
quod vnicus esset fundus, talis destinatio attenderetur. *l. in prædijs, §. Titio. ff. de leg.* 3. & istam esse regulam dicit Alex. *cons.* 171. *Accurate, nu.* 5. *& seq. vers. ic. non obstat igitur. libr.* 5. vbi, quod si paterfamilias minuit ab vno fundo, & applicat alteri, videtur in dubio ita destinare, *l. quod in rerum, §. si quis post. ff. de leg.* 1. modo testator talem applicationem nunquam mutauerit. † Amplia; quia ex desig- 2
natione confinium rei legatæ inducitur destinatio; ideo si testator legat domum suam confinatam talibus confinibus, venit coquina, & omnia, quæ sunt inta confines, quæ spectant pleno iure ad testatorẽ, alias non. Alex. *cons.* 54. *Ponderatis verbis, in prin. lib.* 3. vbi apostil. in *ver. confines,* dat multos concor. idẽ Alex. *cons.* 204. *n.* 4. *ver.*

3 *Accedit,lib.6.* † Amplia, vt idem sit in domo; quia si dominus stationem domui contiguam destinauerit, vt sit vnica domus, & appellatione domus veniat, eo casu donando domum censetur etiam donare stationē, quando vnico pretio sunt emptæ, & quādo erant sub eisdē confinibus, & fundamentis vnitæ. Anch. *cons.291. Super pluribus.in prin.* sequitur Alex. *cons.223.nu.2.ver. & fortius,lib.2.*

4 *& cons.204.Perspectis verbis.nu.4.lib.6.* † Extende; quia in legato domus venit pars destinata ad vsum, videlicet locus pro lignis, camera pro seruitore, quibus vtebatur testator, si vltimo loco testator ista ad vsum domus legatæ retinebat. Alex.*d.cons.223.Visis verbis,lib.*

5 1.vbi est casus. † Etiā si aliquando testator locauerit cameram cum apotheca separatim à domo, qñ vltimo tempore legati vtebatur tanquam vnita domui. Alex.*d.cons.223.nu.3.ver.Sed bene pono, lib.2.*

6 †Extende, vt procedant prædicta, siue dominus leget ad proprietatē, siue ad vsum, & vsumfructum; quia legatum comprehendit destinatā secundum vsum patrisfamilias. Alex.*d.cons.223.in princ.*

7 *lib.2.& cons.204.in pr.lib.6.* † Extende; quia in legato domus venit apotheca, etiā si legetur domus ad habitationem. Alex.*d.cons.204.*

8 *in pr.lib.6.* † Amplia etiam in venditione; quia vendita domo censetur vendita domuncula parua, si illi est iuncta, & vnico pretio sit iuncta Alex.*d.cons.223.in princ.ver.bene facit,lib.2.* & idem in legato.

9 Alex.*d.cons.204.n.2.lib.6.* † Extende, quia etiam venit stabulum, & hortus coniunctus, vel contiguus domui venditæ, vel legatæ, si ad illum non erat aditus, nisi per domum legatam, vel venditam, vel etiam si erat aliunde, tamē emptus fuerat simul cum domo vnico pretio. Alex.*d.cons.223.in pri.ver.quinimo,lib.2.* & idem in cōcessione facta de domo, vt veniat hortus contiguus. Alex.*cons.26.Cōsideratis verbis,in princ.lib.4.* † Declara, quod dicitur de aditu; quia si est

10 empta de nouo, aditus ad eam per domum est necessarius; si vero est incorporata in domo, non requiritur aditus. Alex.*d.cons.204.n.*

11 *5.lib.6.* † Extende, quia vendita domo censetur venditū conclaue, seu clausura, quæ erat ad vsum illius domus conuersa, etiam si sit

12 paries in medio duarum domorum. Alex.*d.cons.223.nu.3.lib.2.* † Et si erat conclaue, vel curia seruiens duabus domibus, vendita vna, censetur venditum conclaue pro dimidia. Alex.*d.cons.204.num.3.*

13 *ver.ad idem,lib.6.* † Amplia in diuisione; quia si plures fratres, vel consortes diuidant plures domos, in medio quarum sit hortus, illa domus habebit hortum, ad q̄ testator destinauerat hortum & si non destinauit, ad quem erat aditus. Alex.*d.cons.223.num.2.lib.2.*

14 † Amplia; quia destinata ad solutionem certam non veniunt in liberatione generali. Alex.*cons.170. Circa primum,num.11.& sequen. ver.quarto probatur,lib.2.* vbi, quod administrator deputatus ad exigendum, & de exigendis soluēdum centum Titio, si postea liberatur ab administratione generaliter, non censetur liberatus à cētum destinatis Titio, si non soluit, vt tradit Alexand. plene *consil.*

15 *170.* vbi allegat similia, quod licet in legato non veniant, nisi ea, quæ erant testatoris tempore testamenti; tamen veniunt commissa emi tempore testamenti; quia sunt destinata, allegat *l. cum quidam,ff.de auro & argent.leg.* † Amplia in legato; quia legata domo venit hortus, & coquina, quādo aditus ad coquinam, & hortum habebatur solum ex domo legata, vel saltem magis frequens vsus habebatur ad illos per domum legatam, Alex.*consil.54.num.3.& 4.*

16 *lib.3.* † Extende; quia legatis prædiis de homagio quid veniat, attenditur destinatio patrisfamilias legantis; quia quicquid ipse fuit consuetus comprehēdere, illud continetur, *l.si seruus plurium, §.fin.ff.de leg.1.* vbi Iaſ. & statur libris testatoris in hoc. *l.prædiis.§.Ti-*

17 *tio,& §.Balneas.ff.de leg.3.* † Declara; quia si est dubium, quid comprehendatur in legato, attenditur vsus testatoris tempore mortis.

18 Alexand.*d.cons.223.num.4.lib.2.* † Et legato poderio cum pertinentiis, veniunt bona acquisita post testamentum, & destinata poderio. *l.quod in rerum, §.si quis post testamentum.ff.de leg.1.* Bartol. in *l.si ita,in 3.colum.ver.si vero,ff.de auro,& argent.leg.* Vide, *Legati verba dubia quando late interpretanda. Conclus.58. & conclusio ibi proxime se-*

19 *quent.* † Declara; quia attenditur destinatio principalis; ideo si domus pro parte ad vsum canapis est destinata principaliter, tota ad vsum canapis dicitur destinata. Roman. *cons.5. Viso puncto, num.*

3. † Amplia; quia destinatio, & comprehensio reiprobatur per

20 duos testes etiam de re legata in testamento; quia declaratio po-

*test probari per duos testes, secundum * communem, de qua A-

21 lex.*d.cons.54.in fin.lib.3.* † Amplia; quia vendens fundum cum suis iuribus & pertinentiis in loco ricardine tor. 33. plus & minus, ita quod tota cadat in contractu, continet etiam petiolam cōtiguam emptam per venditorem separatim, etiam si adfit fossatellum in medio, quando destinatione erat vnum prædium, & quando reuera computata illa petiola sunt 33. tor. ita Ioan. de Anania *consil.98. Visis, & diligenter, per totum*, vbi Bologn. in apostill. vbi, quod in dubio contra emptorem informatum fit interpretatio.

† Amplia; quia dominus ciuitatis, & castri separati, si pro defen- 22
sione pontis de territorio castri ædificat turres cōtiguas ponti, sed
in territorio ciuitatis, vt seruiāt ponti, censetur ex tali destinatione facere, quod turres sint de territorio castri. Abb. *cons.62. In controuersia,col.7.num.13.& 14.ver. Sed ijs non obstantibus, lib.2.* vbi multo
magis, quando castrum est in possessione. † Extende; quia imo vi- 23
detur dominus vtriusque territorii, ex fabrica destinata ad vsum
castri, donasse territorium, in quo ædificauit, ipsi castro nō solum
ædificium destinatum, sed etiam solum, in quo ædificauit, & hoc
casu solum cedit ædificio. Abb. *d.cons.62.col 7. in fin.sub nu. 14.ver.*
ex secundo,lib.2. † Extende, vt procedat, etiam si dominus, qui de- 24
stinauit turres ad custodiā pontis, ex causa accidentali, puta belli,
destruat pontem; quia adhuc turres remanent destinatæ, etiam si
non refecit pontem, cessante bello; secus si destinasset turres ad
alium vsum, & pontem perpetuo destruxisset. Abb. *d.cons.62.col.8.*
num.16.versic.non obstat secundum.lib.2. vel nisi negligentia esset vltra
decennium, quia tunc censeretur omnino non curare. † Amplia; 25
quia destinatum habetur pro effecto. Alex. *cons.97. Alias de facto,*
num.3.ver.ad idem adducunt, lib.3. per text. in *l.& si non sint, §.infecti, ff.*
de auro & argent.leg. † Declara; quia materia est brocardica, quam 26
plene examinat Bart. in *l.cætera, §.fin.ff.de leg.1.* Alberic. in *2.parte statut.quæst.205.* & distinguitur; quia si opus destinatum non est cœptum, non procedit argumentum, & idem; si sit cœptum, sed valde remotum à perfectione, ita Alex. *cons.97.num.6.versic. & non obstat, lib.3.* vbi plena apostilla in *versic.destinatum*, dat concord. & Tiraq. *de retract.§.1.glo.7.nu.95.cum seq.* † Declara; quia tunc destina- 27
tio habetur pro facto, quando is, ad quem pertinebat dispositio actus, erat in proposito faciendi, non autem quando animus, ad quem pertinebat dispositio actus, habebat se ad facere; quia tunc diceretur destinatio ad faciendum, non ad factum, ita Alex. *d.cons.*
97.num.7.ver.fortius.lib.3. vbi *num.9.* dicit, quod est differentia inter facere & velle facere. † Restringe; quia destinatum non habetur 28
pro facto in iis, in quibus requiritur essentia facti, Alexand. *d.cons.*
97.num.8.ver. Rursus, lib.3. † Limita; quia licet canneto separato 29
à vinea dominus vtatur ad vsum vineæ; tamen legata vinea non venit cannetum; quia requiritur, quod appellatione vineæ esset solitus dominus comprehendere cannetum; item, quod sit contiguum, & non separatum. Pute. *decis.85.lib.3. in vna Romana.* † Ex- 30
tende; quia vbicunq; dominus vsus sit separatim canneto à vinea, nunquā vnum continet aliud; quia requiritur plura copulatiue, quod appellatione vnius aliud venerit, & quod non separatim vsus sit, & quod sint contigui simul. Put. *d.decis.85.lib.3.* † Limita in 31
datione in solutū facta de domo; quia non venit apotheca, quando habet aditum separatum à domo, & dominus vtebatur diuerso modo. Crauett. *cons.234. Ex datione in solutum, per totum.* † Limi- 32
ta; quia licet vna villa fuerit in quadam locatione ratione facilioris locationis alteri, quæ est territorium separatum, si testator legat villam, seu prædia villæ locatæ; non tamen censetur aliam legare, licet fuerit semel ex locatione vnita. Castrens. *cons.117. Videtur*
dicendum,lib.2. vbi pro vtraque parte allegat, & hāc tuetur; quia dicit, quod licet paterfamilias aliquando ex pluribus fundis ratione facilioris culturæ faciat vnum, & aliquando è conuerso ex vno plures; non tamen sequitur, quin remaneant in suo territorio, secundum primam essentiam; quia quādo agitur de vniendis, vel diuidendis territoriis, ad solum principem spectat, non ad particulares. † Extende; quia imo in bonis priuatis; quia si quis loca- 33
uit duas possessiones vnico pretio ratione facilioris culturæ; non tamen reducit ad vnicam possessionem, requiritur, quod pro vnica possessione haberet, & vnico nomine denominaret. Alex. *cons.*
169. Viso themate, num.8.& seq.versic. Nec prædictis obstat, lib.5. vbi apostilla in *versic.vnico*, & sequitur Iaſo. in *l. ita stipulatus, num.15. ff. de*
verbor.obligat. Alex. *cons.171. Accurate, in princ.lib.5.* † Declara; quia 34
regula est, quod ademptio ab vno fundo, & applicatio alteri fundo facta per patremfamilias, & quæ nunquam fuerit amota, præsumitur esse destinatio perpetua, vt sit accessoria, & vnita perpetuo; fallentia vero intrat, quando constat, quod non perpetuo, sed ratione facilioris culturæ applicauerit, sed debet probari, ita Alexand. *d.cons.171.num.6.& sequent.lib.5.* vbi, quod in dubio actus præsumitur factus animo non mutandi voluntatem. † Limita in 35
feudalibus; quia destinatione facta de bonis allodialibus ad feudalia, vt vniantur; non tamen allodialia efficiuntur feudalia, prout neque accessiones factæ de bonis allodialibus ad feudalia. Intrigliol. in *tract.de feud.cent.2.art.5.num.83. cum plur.sequent.* vbi late declarat, & *num.588.* limitat in accessione concreta, videlicet, si ædificetur castrum, vel domus in fundo feudali; quia erit feudale, licet possit ipse, vel hæres feudatarii petere expensas vel tollere cæmenta, tanquam meliormenta. † Vide tamen Præpositum 36

in

*in c.1.de inuest.de re alie.facta,§.ex contrario,prope finem,*qui tenet,quod
iurisdictio acquisita per vasallum castri, sine iurisdictione, accre-
scit feudo; quia inseparabilis est à castro, licet possit castrum possi-
deri ab vno, & iurisdictio ab alio, & reprobat Bald.ibi contrarium
tenentẽ, & dat alia exempla, ꝙ Rex acquirens ciuitatem de nouo,
si illam destinat regno, erit de regno sola destinatione, & sic vide-
tur cõfundi, ꝙ destinatio sola non sufficit, & in hoc exẽplo plures
auctoritates adducit Bart.in *leg. si conuenerit,§.nuda,ff.de pignor.actio.*
nisi dicas, quod sit verbalis decisio, ex quo Iacob.*d.§.ex contrario,in*
*fi.*tenet, quod etiam si sint indiuidua, debetur pretium hęredi feu-
37 datarij, vel cæmenta possint ab hærede tolli, & asportari. † Plus
videtur, quod contra limitationem faciat; quia si in concessione
Principis de castro in feudum cum pertinentiis parata & destinata
per concedentem, etiam non affixa comprehenduntur, & omnia
instrumenta, & paramenta ad vsum castri transeunt cum castro;
ergo destinatio habet locum, vt dicunt Bald.*d.ca.1.de inuest.de re a-*
*liena fact.§.ex contrario,*late Tiraq.*de retra.lignag.§.1.gloss.7.num.96.*
& seq. qui dicunt venire omnia destinata in concessione feudali.
Deci.*consil.516.num.24.& sequent.* maxime *num.26.* nisi dicas con-
cedentem habere castrum, quoad se, vti allodiale, & sic destina-
38 tio iuris communis procedit de allodiali ad allodiale. † Restrin-
ge; quia res feudalis efficitur destinatione, licet sit libera, quando
fuit empta res libera ex pretio rei feudalis venditæ in casu lici-
to, & ipsa res libera empta fuit destinata, vt feudalis, loco rei feu-
dalis venditæ, ita Iser.in *titul. quæ sint regal.in ver.& plaustrorum,nu.*
58.in fin.ver.item secus,si venderent. Afflict.ibi.*num.32.*dicit,quod de-
claratione & sic destinatione ementis efficitur feudalis, non alias.
Vide, *Animus & intentio attenditur.Conclus.334.num.15.& sequent.*vbi
plura similia. Vide, *Vsus & solitum patrisfamilias seruit pro interpreta-*
tione. Conclus.364. Vide Ant. Gabriel.*lib.1.de præsumptio.Conclus.12.*
Destinatio an reputetur pro facto.

Destructio & demolitio rei quando faciat in totum rẽ ipsam cessare, vel non. Conclus. 228.

1 CASTRVM † destructum facto superioris sine spe reędificatio-
nis perdit iura sua, Alexand.*consil.43.De celerrima,lib.1.*quem
sequitur Cur.Sen.*consil.26.in cap.quidam,lib.2.*quos refert,& sequi-
tur Bello.*consil.1.Visis scripturis,ver.& ita in castro.num.7.*qui dicit *nu.*
* 8.ita * communiter declarari, & de castro Corinaldi, in prouincia
Marchiæ Anchonitanæ destructio auctoritate Principis, quod
perdiderit ob rebellionem territorium, & iurisdictionem. Bald.
consil.321.Viso instrumento venditionis,libr.4. quod est Io.de Lignano.
2 † Declara, vt procedat, quod destructo castro, vel ciuitate, aut
collegio habeatur pro mortuo, & perdat omnia iura, & territo-
rium, & iurisdictionem, quando per sententiam superioris, vel
iussum hoc fiat; secus si ab inferiore, vel non præcedente senten-
tia iussu superioris; quia Communitates, & collegia non delin-
quunt proprie, ita Bald.*consil.322.Punctus quæstionis,super quo,in princ.*
*lib.4.*vbi, quod ita debent intelligi Innoc.in *c.cum ex iniuncto.de no-*
3 *ui oper.nunciat.* & alij de hoc loquentes. † Extende in castro Pla-
nursij, quod fuit destructum, vt amplius non reædificaretur, &
fuit constructum castrum Rascandori, ideo perdidit Planursium
4 territorium, & villas. Alexand.*d.cons.43.per totum.lib.1.* † Amplia in
Ecclesia destructa, vt supra, facto superioris; quia canonici desi-
nunt esse canonici, & amittunt præbendam. Innoc.& Abb.in *d.c.*
*cum ex iniuncto,de noui oper.nunciat.*Bello.*cons.1.Visis scripturis.num.7.*
5 *ver.vnde castrum.* † Amplia in ciuitate destructa, vt supra, facto su-
perioris; quia perdit ciuitas iura sua, & desinunt esse ciues. Bello.*d.*
consil.1.num.7.ver. Similiter ciuitate. Bald.*d.consil.332.in princip.lib.4.*
6 † Amplia in Hospitali destructo sententia superioris; quia perdit
7 iura sua. Bald.*consil.368.Nunc venio ad merita,in fin.lib.1.*† Extende, vt
idem sit, quando Hospitale fuit destructum de iure, vel destru-
ctum irreparabiliter, & non est translatum; quia desinit esse Ho-
spitale. Bald.*consil.309.Proponitur, quod,numer.2.ver.& aduertendum.*
8 *lib.3.* † Amplia, vt idem sit in collegio ob delictum iussu superio-
ris destructo; quia perdit omnia iura & iurisdictionem, prout
9 mortuus. Bald.*d.consil.322.in princip.lib.4.* † Amplia, vt quod dici-
tur castrum perdere iura territorij & iurisdictionem, & alia, & æ-
quiparari mortuæ, si destruatur sententia superioris ob delictum,
procedat, etiam si sine delicto demoliri mandetur, veluti, quia es-
set in confinio hostium, & esset debile. Bald *d.consil.322.in princip.*
10 *ver.idem,si prudentia superioris,lib.4.*† Extende, vt idem sit, si castrum
chasmate pereat, vel impetu fluminis esse desinat; quia perdit iu-
ra omnia territorij. Bald.*d.consil.322.in princip.ver.& sunt hæc vera,*
11 *libr.4.* † Restringe, quia si castrum fuit destructum propter bella,
prout contigit in castro Tribici, quod est de iurisdictione tempo-
rali Abbatiæ Farfensis, potest Abbas Farfensis vnire territorium
dicti castri dirupti alteri castro Montopoli ex præscriptione sine
consensu Episcopi, vel si monasterium est exemptum, sine cõsen-
su Papæ, Roman.*cons.275.Quoad primum,in princip.*† Declara; quia 12
cessante præscriptione non posset Abbas vnire territorium vnius
castri dirupti alteri territorio, sine licentia Episcopi, in cuius diœ-
cesi sunt, vel sine licentia Papæ, quatenus essent exempta castra.
Roman *d.cons.275.in princ.*† Declara; quia quando castrum, vel ci- 13
uitas destruitur, & desinit esse, ita vt perdat omnia iura, tunc bona
territorij acquirunt libertatem. Bald.*cons.321.num.2.& sequent.libr.*
4. vbi videtur velle, quod ementes bona talia à superiore acqui-
rant plenam immunitatem, & est Io.de Ligna. quod tamen negat
Bald.*cons.322.num.2.& per totum lib.4.* nisi sit facta venditio de iu-
risdictione, & imunitate. † Amplia; quia si fiat restitutio per prin- 14
cipem, non recuperat castrum, ciuitas, vel collegium sua primæua
iura, etiam contra emptores bonorum durante demolitione, qui-
bus princeps vendidit; quia restitutio talis intelligitur sine præiu-
dicio. Bald.*d.cons.321.per totum,lib.4.*licet distinguat *cons.322.per to-*
tum,eod.lib. Vide, *Restitutio facta per principem extenditur,& quando se-*
cus.Conclus.300. † Limita, quando destructio non fit facto, vel 15
sententia superioris, sed per tyrannum, vel ab hostibus; quia non
perdit sua iura locus destructus. Bello.*d.cons.1.numer.8.ver. Ad hoc,*
*quod videbatur.*vbi, quod * communiter Doctor. ita distinguunt, & *
ideo facta reædificatione competunt primæua iura. † Declara; 16
quia interim habet locus destructus iura sua habitu, sed non actu.
Bald.*d.cons.368.in fin.lib.1.*† Extende; quia imo iura nedum compe- 17
tunt castro, & loco destructo, & reædificato, vt prius, sed etiam
loco subrogato loco primi. Bello.*d cons.1.numer.8.ver.quinimo,quod*
magis. † Extende; quia imo castrum adhærens ciuitati, vel poten- 18
tiori, obligatum soluere centum ipsi ciuitati, pro tuitione castri, si
demoliatur, ex quo cessat causa defensionis, cessat solutio census:
Roma.*cons.417.In casu proposito.per totum,*vbi apostilla dat plurimos
concord.& Roma.adducit infinita similia. † Declara; quia Hospi- 19
tale destructum, donec reædificetur, dicitur aridum; ideo ad illud
non pręsentatur, neq; instituitur rector, si funditus est demolitum.
Bald.*cons.379.Sequitur,quod anno,in fin.lib.3.* † Limita, quando Ho- 20
spitale esset destructum de facto, & alibi translatum; quia rema-
net Hospitale propter translationem. Bald.*d.cons.309.numer.2.ver.*
& aduertendum.lib.3. † Extende idem in castro destructo, & alibi 21
translato; quia castrum subrogatum retinet iura castri, vel ciuita-
tis destructæ. Alexan.*d.cons.43.num.2.lib.1.*† Limita; quia si Hospi- 22
tale periit chasmate, & reparabiliter, durat actu, sed non habitu, &
interim pro eo nulla debetur pensio, etiam si esset obnoxium an-
nuæ pensioni. Bald.*d.consil.309.num.2.lib.3.*† Limita in villa, vel ca- 23
stro, cuius populus migrauit propter bellum, vel alias propter fa-
ctum, seu casum violentum; quia licet ciuitas ibi erigat furcas; non
tamen præscribit; quia imo si populus reuertitur, acquirit iura sua.
Bald.*consil.158.Proponitur,quod,num.5.ver.tertio quæritur.lib.3.*† Limi- 24
ta, quando villæ, & loca vicina cœpissent præstare obedientiam;
quia acquiritur quasi possessio ex solutione onerum. Alex.*cons.43.*
num.3.lib.1. Vide, *Vniuersitas qualiter desinat esse, & an sit semper eadem.*
Conclus.275. Vide, *Collegio dissoluto, & extincto ad quem bona collegij per-*
tineant.Conclus.457.

Destructio, vel demolitio quando permissa, vel prohibita. Concl. 229.

DESTRVCTIO † fabricæ, vel domus, quæ impedit ornatum 1
publicum, regulariter est prohibita. Signorol.*consil.239.In q.*
accusæ.in princ.† Et magis est prohibita, quæ destruit, vel deformat 2
aspectum publicum. Sign.*d.cons.239.in princ.*† Extende; quia quis 3
non potest domum suam destruere causa mercandi lapides, & cę-
menta. Sign.*d.cons.239.num.3.* † Extende; quia regulariter omnis 4
destructio bonorum est odiosa; ideo statutum mandans destrui
bona delinquentium dicitur odiosum, & debet restringi. Bar.*cons.*
116.Statuto Perusinæ,lib.1.in fin. † Amplia; quia propterea ea, quæ 5
sunt ædibus affixa, legari non possunt. *l.cætera,ff.de leg.1.* ne ędes de-
uastentur. Vide Socin.*reg.5.legari ædibus affixa,* vbi limitat quinque
modis, quibus non fit deuastatio. † Limita; quia regulariter quis 6
potest demoliri domum suam diruptam, vel minantem ruinam,
vt reficiat. Sign.*d.cons.239.colum.fin.ver.sed d.Riccard.* † Extende et- 7
iam, si non minetur ruinam; quia potest quis demoliri domũ suam
ex causa licita, puta refectionis. Sign.*d.cons.239.num.3.*† Extende; 8
quia domum alienam quis potest demoliri de consensu domini
sine pœna. Signor.*d.consil.239.num.4* † Declara tamen; quia potest 9

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

10 compelli reficere, se differat multum. Sign. *d.conſ.239.in fin.* † Cognoſcitur animus ex præparatione materiæ ad refectionem; item ex aſſertis & declaratis, quibus ſtandum eſt, licet mutauerit poſt demolitionem animum; quia non erit locus pœnæ; quia attenditur principium. Signor. *d.conſ.239.col. fin.ver. Sed d. Riccardus, vſque in*
11 *fin.* † Declara; quia deſtrui ſi mandat ſtatutum domum proditoris, vel alterius delinquentis, an valeat; quod non, ſed de conſuetudine contrarium ſeruatur, & quid ſi delinquens habeat domum communem, & quid ſi vxor pro dote velit impedire, quod fiſcus poſſit ſoluere, & demoliri facere. Clar. in §. *fin. qu.81 in octauo ſtatuto*, vbi late. Vide. *Statutum circa deuaſtationem bonorum valet, & qualiter procedat. Concl.507.*

Deuolutio cauſarum ad curiam ex quibus inducatur. Concluſ.230.

1 DEVOLVTIO † cauſarum ad curiam inducitur per appellatio-
2 nes ad curiam interpoſitas. Oldra. *conſ.399.in princ.* † Amplia; quia deuolutio cauſæ ad curiam fit per aſſignationem termini factam per iudicem, vel exequutorem, qui habet referre ſuperiori, etiam ſi ſit merus exequutor facti, & hanc facultatem non habeat præfigendi terminum. Gemin. *conſil.109.nu.2.ver. ad id autem*, quod vbi quod talis præfixio arctat contumaces, vt poſſit contra eos pro-
cedi per audientiam contradictarum. Vide, *Appellatio quando deuoluat negotium principale ad ſuperiorem. Concl.371.* Vide, *Deuolutio cauſa-*
3 *rum ad curiam quando dicatur facta. Concl.232.* † Limita in cauſa poſſeſſorij; quia non eſt de ſui natura tractanda in curia, niſi in ſequelam negocij principalis, quando ipſum negocium principale eſt deuolutum. Oldra. *conſ.311.in princ.* vbi dicit, quod tali caſu ſuſpenſio petitorij non operatur, quando remiſſoria danda in poſſeſſo-
4 rio detur etiam in petitorio. † Limita in appellatione extraiudiciali facta ad curiam à reiectione ordinarij; quando alteri non eſt facta prouiſio. Vide, *Deuolutio appellationis extraiudicialis. Concl. prox. ſeq.*

Deuolutio appellationis extraiudicialis ex quibus inducatur. Concluſ.231.

1 DEVOLVTIO † appellationis extraiudicialis ad curiam Romanam non inducitur per appellationem interpoſitam ab ordinarij reiectione, quando vltra reiectionem appellantis alteri non fecit prouiſionem; ſecus, ſi alteri ordinarius prouiſionem fecit.
Oldra. *conſ.18.ver. ad ſeptimum.* Vide plenius, *Appellatio extraiudicialis quando deuoluatur ad curiam. Concl.374.*

Deuolutio cauſarum ad curiam quando dicatur facta. Concluſ.232.

1 DEVOLVTIO † cauſarum ad curiam duplex eſt; vna, quæ debet de neceſſitate in curia tractari, prout ſunt cauſæ, quæ deuoluuntur per *c. ſtatuimus, & c. cupientes, de elect. & c. veniens, de*
2 *renunciat. in 6.* Oldr. *conſ.309.in princ.* † Alia deuolutio eſt, quæ non eſt de neceſſitate cognoſcenda in curia, ſed cognitio committitur in partibus ad parcendum laboribus, & expenſis litigantium. Ol-
3 dra. *d.conſ.309.in princ.* † Appellatione cauſæ deuolutæ ita comprehenditur illa, quæ debet de neceſſitate tractari in curia, ſicuti quæ extra curiam poteſt committi. Oldra. *d.conſ.309.in fin.nu.1.ver. & ſic manifeſto*, vbi *num.2.* dicit mandatum ad cauſas deuolutas comprehendere omnem deuolutionem.

Deuolutio collationis ſecundum Concilium Lateranenſe quando locum habeat. Concl.233.

1 CONCILIVM † Lateranenſe diſponit, quod ob negligentiam inferioris collatoris intra ſex menſes non conferentis collatio deuoluatur ad ſuperiorem. Caſtr. *conſ.366. Super primo, nu.2. lib.1.*
2 † Extende; quia deuolutio procedit, ſiue Epiſcopus, vel collator, ſit negligens, ſiue etiam conferat nulliter incapaci; quia ſi non eſt valida prima collatio, ſibi currit tempus deuolutionis ſex menſiũ, ſi non conferat iterum valide. Caſtrenſ. *d.conſ.366.num.2.lib.1.* vbi, quod paria ſunt, non conferre, vel nulliter conferre, & quod non
3 debet expectare, quod prima declaretur nulla. † Amplia in patrono negligente præſentare intra tempus legitimum. Vide, *Patrono*
4 *negligente præſentare ad quem deuoluatur collatio. Concluſ.150.* † Limita; quia canonicis, ad quos eſt deuolutum ius conferendi propter delictum cõcanonicorum, non currit tẽpus, donec veritas ſit declarata, & lis eſt iuſta cauſa impedimenti, ne labatur tempus conferre debenti. Feder. de Sen. *conſ.232. in princ. ver. in contrarium.* † Li- 5
mita, quod Concilium non habeat locum, quando patronus præſentauit prælato inferiori, ad quem collatio, ſeu inſtitutio non ſpectabat; quia ſi non fuit in craſſa ignorantia, excuſatur, nec dicitur negligens. Lap. *alleg.96. in fin.nu.2.ver. Ad ſecundum.* † Limita; quia 6
deuolutio non habet locum, niſi inferior collator ſit negligens; vnde ſi Epiſcopus perquiſiuit perſonam, quę acceptet beneficium tenue, & ob tenuitatem non inuenerit aliquem, non habet locum deuolutio; quia non ſtat per eum, Feder. de Sen. *conſ.111.num.7.ver. item ſciendum.* † Extende, vt ceſſet deuolutio, vbicunque ceſſat ne- 7
gligentia patroni in præſentando, vel Prælati in conferendo; quia contra non negligentem non intrat deuolutio. Gemin. *conſil.38.n.*
9.ver. Item ſi præſupponeremus. † Limita; quia ſi Epiſcopus, ad quem v- 8
na cum Capitulo ſpectat collatio Canonicatus, & præbendæ in cathedrali contemptus à Capitulo, quod contulit ſine Epiſcopo, appellauit, & obtinuit ſententiam per ſe, vel alias pendente lite non contulit, poterit conferre poſt ſex menſes, ex quo non fuit negligens, nec intrat deuolutio, niſi contra negligentem, Feder. de Sen. *d. conſ.232. Caſus talis eſt, vacantibus*, vbi eſt caſus conſilij in princ. † Limita; quia deuolutio, cum ſit quædam pœna, non habet 9
locum in Hoſpitalibus, quæ non conferuntur in titulum, ſed bene Epiſcopus poteſt præcipere, ad quos ſpectat, vt prouideant, & ſi fuerint negligentes, ipſe tanquam exequutor pauperum prouidebit. Calder. *conſil.65. An ſi teſtator. per totum*, alias *1. de ſuppl. neg. prælat.* † Limita; quia licet deuolutio fiat de negligente intra termi- 10
num facere id, ad quod obligatur, ad alterum ſuperiorem; tamen nunquam fit deuolutio, niſi expreſſe ſit diſpoſitum. *ca. quia propter. de elect.* plene Abb. *conſil.93. Duo ſunt, num.3.ver.4. facit, lib.1.*

Deuolutio collationis ad ſuperiorem perpetuo excludit inferiorem, & quando ſecus. Concluſ.234.

DEVOLVTIO † collationis beneficij introducitur ad ſuperio- 1
rem, quando inferior, qui debuit conferre, diſtulit p ſex menſes, & in tantum procedit, quod nunquam beneficium deuolutũ poteſt conferri per inferiorem ex illa vacatione deuoluta. Bald. *conſ.159. Si is, ad quem, lib.1.* vbi arguit per locum à ſpeciali in *c. ſtatutum, de præben. lib.6.* † Limita; quia deuolutio licet excludat inferio- 2
rem à collatione, cum ſit odioſa, non excludit ab aliis; quia interim ponet œconomum, cuſtodiet Eccleſiam vacantem, locabit fructus, dummodo ſibi nihil appropriet, ſed omnia conſeruet Eccleſiæ, & ſucceſſori. Franc. Aret. *conſ.63. In præſenti conſultatione n.6. ver. Sed præmiſſis.* † Limita in caſu *d. ca. ſtatutum. de præb. in 6.* † Limita 3
quoad aliam vacationem, quia ſi beneficium deuolutum confer- 4
tur per ſuperiorem, & iterum vacet, poterit inferior ex ſecunda vacatione conferre. Bald. *d.conſ.159. in fin. lib.1.*

Deuolutio collationis inferioris collatoris ad quẽ fiat. Concl.235.

INFERIOR † collator Epiſcopo, ſi eſt negligens in conferendo 1
beneficium ſpectans ad ſui collationem, collatio deuoluitur ad Epiſcopum. Vide, *Negligentia inferiorum prælatorum qualiter ſuppleatur. Concl.34. cum concluſione ibi proxima ſeq.* † Amplia, vt procedat et- 2
iam in beneficio iuris patronatus ſpectante ad præſentationem laici, & inſtitutionem inferioris collatoris; quia ſi non fiat præſentatio intra tempus conceſſum patronis, collatio deuoluitur ad Epiſcopum, & non ad inferiorem, ad quem ſpectat inſtitutio. Lap. *alleg.67.n.6.ver. Huic ſolutioni eſt ſimile.* quia præſcriptio circa inſtitutionem non ſe extendit ad collationem, & concord. Card. Zabarell. *clem.1. de ſuppl. negl. prælat. in 6. qu. num.9. & ſeq.* vbi poſt multa ita diſtinguit.

Deuoluta beneficia quando per inferiorem conferri poſſint. Concl.236.

BENEFICIA † deuoluta ex eo; quia inferior non inuenit, qui 1
vellet beneficium ob eius tenuitatem, vel aliam cauſam, poſſunt conferri ab eo; quia deuolutio non habet locum, niſi contra negligentem. Feder. de Sen. *conſ.111.n.7.ver. item ſciendum.* † Amplia; 2
quia licet Epiſcopus non poſſit conferre beneficia deuoluta; poteſt tamen ſine fraude illa commẽdare, & etiam vnire ſine præiudicio collationis Papæ. Feder. *d. conſil.111.num.6.ver. Item quæritur.* Vide, *Deuolutio collationis concluſionibus duabus proxime precedentibus.*

Deus

Deus in omnibus inuocandus, & actiones nostræ dirigendæ in Deum. Concl. 237.

1 DEVS † in omni actione nostra inuocandus est, *c. obseruetis. 26. q. 7. & c. non liceat. 26. q. 5. Alex. consil. 51. Cum dicatur, in prin. li. 4.* quod est Ioan. de Zanis.

Dictiones aduerbiales multæ, & quid importent. Concluſ. 238.

1 DICTIONES † *a, ab, de,* designant terminum à quo, & quandoque includunt, & quandoque excludunt. Oldrad. *consil. 49. in princ.* & idem de dictione, *præter,* vt quandoque includat, quandoque excludat, vt ibi *num. 8. ver. de præter.* & Bald. *consil. 457. Reuerende*
2 *pater. num. 2. in fin. ver. Modo sequitur videre, vsque in fin. lib. 1.* † *A,* hæc monosyllaba est punctualis immediatæ separationis. Bal. *consil. 356.*
3 *Nota pro duce, nu. 3. ver. sequitur quarta. lib. 5.* † Dictiones, *vsque, intra, infra. &, ad,* designantes terminum ad quem, quandoq; includunt, quandoque excludunt. Oldrad. *d. consil. 49. n. 3. ver. terminus ad quem,*
4 vbi de singula dictione prædicta. † Dictio, *vbi,* hæc dictio includit.
5 Oldrad. *d. consil. 49. nu. 7. ver. Dictio.* vbi, † *In,* est dictio inclusiua. Old. *d. consil. 49. n. 9. ver. de in idem.* Feder. de Sen. *consil. 25. n. 2. ver. 2. Item, quod sequitur,* vbi, quod dispositio loquens de dignitate in conuentu non comprehendit ipsam dignitatem conuentualem, quæ præsidet conuentui. Socin. *consil. 211. num. 2. ver. secundo concluditur, & nu. 3. lib. 2.* vbi concessio facta de omnibus, quæ sunt intra fossos, licet comprehendat fossos ipsos, tamen reseruatio facta per dictionem in dicto circuitu non comprehendit fossos, qui distinguunt; quia *in,* importat idem, quod *intra.* Bartol. & alij in *l. Gallus. §. ille casus. ff.*
6 *de lib. & posthum.* † *Absque, seu, nunc, tunc, de, fere, prope, quasi, tanquam, penes;* quid importent istæ dictiones, vide omnino Oldrad. *d. consil. 49.* vbi multa de istis aduerbiis, & dictionibus. Vide in princip. in *ver. A. prima litera est, conclus. 1. cum multis sequent.* vbi latissime de importantia literæ *A.* & syllabæ *ab.* Vide, *Dictiones importantes inclusionem,*
7 *& exclusionem quando includant, vel non, Conclu.* 291. † Regula sit, quod dictio *A, Ab, Abs,* quandoque includunt terminum à quo, quandoque excludunt, prout constat de mente legis, vel statuti, aut proferentis. Oldrad. *dict. consil. 49. in princip.* Bald. *dict. consil. 457. num.*
8 *3. ver. vtrum monosyllaba, lib. 1.* quod duplicatur *consil. 406. F. locauit F. lib. 5.* † Amplia; quia si non constat de mente, recurrimus ad interpretationem, vt includat, vel excludat, prout euitatur absurdum, nam si exponendo, quod includat sequeretur absurdum, tunc excludit, & idem è contra. Bald. *dict. consil. 457. num. 3. ver. aut non con-*
9 *stat lib. 1.* quod duplicatur *consil. 406. lib. 5.* † Extende; quia dictiones istæ semper includunt terminum à quo, quando iungitur termino, qui ponitur exclusiue, Baldus *dict. consil. 457. numer. 3. ver. aut*
10 *qualitercunque,* vbi ponuntur diuersa exempla, *libr. 1.* duplicatur *libr. 5. consil. 406.* † Restringe, quando apponuntur termino, qui non est de initio, prout assignantur decem dies ad comparendum à die intimationis; quia dies termini non computatur, idcirco excludit, Bald. *d. consil. 457. num. 3. ver. si autem iungitur, libr. 1.* vbi ponit plura exempla, duplicatur *consil. 406. libr. 5.* Alexand. *consil. 114. Visa scriptura, col. 1. in fin. lib. 5.* vbi apostil. *in ver. dies.* dat concord. & citat
11 Titaquel. *de retract. §. 1. gloss. 1. numer. 17. cum sequ.* † Restringe, quando poneretur inter terminos, qui non possent coniungi; quia tunc excludit. Baldus *dict. consil. 457. circa fin. ver. ex quibus concludo,* *libr. 1.* duplicatur *consil. 406. libr. 5.* Vide, *A. præpositio quid importet. Conclus. 1.* Vide, *Dictiones aduerbiales quando includant, vel excludant. Conclus. 290.*

Dictio, *ad,* quid importet. Concluſ 239.

1 AD, hæc † dictio importat vicinitatem, non intrinsecitatem; ideo si quis probat possedisse fossatum vsque ad aliam ripam, non includit ripam; quia est captiosa, & dubia probatio contra probantem interpretatur. Alexand. *consil. 54. Viso processu, numer. 8.*
2 *& seq. ver. vnde debent. libr. 5.* † Et hæc dictio, *ad,* importat conditionem; ideo si promitto tibi centum ad arbitrium boni viri, censetur obligatio sub conditione, si iudex, vel bonus vir declarauerit, & ante declarationem nihil debetur. Alexand. *consil. 72. Viso*
3 *processu, in fin. ver. & illa verba, ad, libr. 5.* † Idem, si promitto tibi dare decem ad voluntatem meam; quia intelligitur, si voluero, & sic sub conditione. Alexand. *d. consil. 72. numer. 14. colum. fin. libr. 5.* Ca-
4 stillio. *consil. 17. numer. 17. & seq ver. cæterum.* † Declara; quia in obligatione ex causa lucratiua facta respectu eius, cui fit obligatio, vel promissio, est vera, & communis * opinio, quod dictio, *ad,* fa- *
cit conditionem in obligatione ex causa onerosa, vt si emi à te pro centum rem æstimatam, vel valentem centum, licet promittam soluere centum ad arbitrium boni viri, vel ad arbitrium meum, non facit conditionem, sed solum respicit exequutionem contractus, ita apostil. ad Alexan. *d. consil. 72. in fin. lib. 5. in ver. voluero,* quia in dubio contra eum, qui tractat de lucro, fit interpretatio. Vide, ☞ *Conditio ex quib. inducatur. Concl. 581.*

Dictiones aduersatiuæ quæ sint, & quid importent. Concluſ. 240.

DICTIO † aduersatiua est dictio, *si vero,* & importat hoc, quod 1
altera dispositio ex aduersatiuis potest esse vera, non autem vtraque; & ideo si pater legat filio volenti profiteri in legibus libros legales, si vero profiteri velit in medicina, libros medicinæ, non poterit in vtraque velle profiteri. Bald. *consil. 412. Verba testamenti, per tot. lib. 1.* & quia non potest variare. Alexand. *consil. 9. Attentis verbis, num. 4. ver. probatur. lib. 7.* † Et quod dictio, *si vero,* sit aduer- 2
satiua. Alexand. *consil. 134. Animaduersis, num. 23. lib. 6. & consil. 99. Super primo, num. 9. lib. 7.* † Et aduersatur in iure & facto. Abb. *consil. 63. Vi-* 3
detur primo, in fin. lib. 1. † Restringe; quia dictio, *vero,* non est aduer- 4
satiua, quando cadit inter ea, quæ eadem ratione censentur. Signorol. *consil. 110. Testator in testamento, num. 12. ver. præterea prædictis non obstat,* vbi idem dicit, quando obuiat ius publicũ, & quando idẽtitas rationis inter casum & casũ adest. † Et importat dictio, *si vero,* 5
vt præcedens dispositio excludat sequentẽ, & durante prima non intret secunda aduersatiua. Card. Zabarel. *consil. 68. nu. 1.* † Et quod 6
dictio, *vero,* contineat aduersum casum, & sit aduersatiua. Dec. in *consil. 302. In casu occurrenti. numer. 6.* vbi ponderat in materia statuti; quia cum statutum disposuerit de successione paterna, & subiungat in successione vero matris, & auiæ, debet intelligi de auia materna, vt aduersetur casui præcedenti. Alexand. *consil. 249. num 5. libro sexto,* & plenius *consil. 9. Attentis verbis, num. 4. libr. 7.* † Et dictio, *ve-* 7
ro, aduersatiua inducit repetitionem præcedentium qualitatum; quia importat idem, quod dictio, *sed,* quæ retinet eandem dispositionem in casu aduerso. Alexand. in *l. si filius à patre num. 6. ver. nam de natura. ff. de liber. & posthum.* vbi dicit notandum, sequitur Iason. *num. 6. in fin. & 7.* vbi dicit * communem intellectum esse ad illum * text. plene Ruin. *consil. 111. num. 6.* vbi allegat alia iura, *lib. 3.* Alexan. *dict. consil. 9. num. 4. lib. 7.* vbi, quod dictio, *vero,* & dictio, *sed,* sunt aduersatiuæ, & inducunt repetitionem, quia earum natura est, vt coniungant, ponit exemplum, dicit statutum, quod stantibus masculis fœminæ non succedant, facto vero testamento sint contentæ eo, quod pater reliquerit, intelligitur, stantibus masculis. † Et 8
quod dicitur de dictione, *vero,* aduersatiua, quod contineat repetitionem eiusdem casus præcedentis, habet locum etiam in alia dictione aduersatiua. Alexan. *consil. 99. Super primo, numer. 9. libr. 7.*
† Declara, quia procedit, quando oratio sequens, in qua est di- 9
ctio aduersatiua, non est perfecta, secus si esset perfecta, ita declarat Ruin. *consil. 176. numer. 8. libr. 2.* vbi, quod ita loquitur Bald. allegatus ab Alex. qui eum male refert. † *Si autem,* est dictio aduersa- 10
tiua, quæ continet repetitionem præcedentium. Bald. *consil. 135. Factum proponitur, libr. 4. per totum,* vbi limitat, nisi coniectura sit, quod repetitio fiat non de omnibus, sed de aliquibus. Vide, Di- ☞
ctio. *autem,* quid importet *Concluſ. 248.* † *Autem,* est dictio aduer- 11
satiua, cuius natura est in casu contrario retinere idem thema præcedens; vnde si dico, *scholares legunt, Petrus autem currit,* importat, quod Petrus sit & ipse scholaris. Alexand. *consil. 117. Viso titulo, numer. 17. & 18. ver. non obstat etiam libr. 6. & consil. 249. Perspectis, numer. 5. libr. 6. & consil. 9. num. 4. libr. 7.* vbi ponit exemplum, *scholares legunt, Petrus autem currit,* intelligitur de Petro scholare. † Et 12
quod dictio aduersatiua, *si vero, sin autem,* & similes in casu aduersatiuo retineant idem thema, & casum præcedentem. Alexand. *consil. 70. In causa & lite, numer. 9. ver. Probatur; quia quando est adiecta, libr. 7. vsque in fin.* vbi ponit exempla. † Declara tamen; quia licet 13
dictio aduersatiua reperat præcedentia proportionata, tamen in casu æquiparato censetur etiam disponere; quia vbi paritas rationis extat, ibi etiam paritas dispositionis debet esse. Alexand. *d. consil. 117. numer. 18. & 19. libr. 8.* † Tamen sine copula aduersatur 14
in iure & in facto. Decian. *consil. 1. numer. 27. libr. 3. & consil. 15. numer. 21. lib. 1 & consil. 64. num. 30. libr. 3.* Alexan *consil. 9. Attentis verbis. nu. 4. ver. probatur vltra. lib. 7.* vbi, quod repetit præcedentia retento eodem themate. † Et est aduersatiua, & limitatiua dispositionis. De- 15
cian. *consil. 40. num. 32. lib. 3.* † Limitat, quando illud, quod præcedit 16
aduersatiuã, est adeo generale, vt includeret etiam sequentia, quia

tunc

tunc dictio,*vero*, importat limitatio[n]em. Alex.*consil.*142.*Viso pro-*
17 *cessu.num.*8.*ver.& quod istud sit verum.lib.*6. † *Sed*, est dictio aduersatiua in iure, & in facto, *l.*2.§.*Offilius,cum gloss.ff.ne quis eum,qui in ius vocat.* Angel. Aretin.*consil.*10. *Viso dicto statuto.num.*22. Alex.*consil.*9.
18 *Attentis verbis.num.*4.*ver.Probatur vltra lib.*7.† Si tamen vltra dictionem, *sed*, apponitur copula, *&*, prout si dicatur, *sed &*, tunc aduersatur in facto, sed non in iure, ita pulchre Boer. ex mente gloss. in
19 *d.l.*2.*ff.ne quis eum,qui in ius.in decis.*155.*num.*20.vbi late. † Saluo, quod est dictio aduersatiua, quia disponit, quod dispositio in vno casu facta non habeat locum in alio casu. Alexand.*cons.*99.*Super primo, num.*5.*in fin.ver.& quod voluerit d.Christophorus.libr.*7. vbi *numer.*9. dicit, quod tanquam aduersatiua inducit repetitionem præcedentis qualitatis.

Dictio, *alias*, quid importet. Concluſ.241.

1 ALIAS, † natura huius dictionis est excludere vitium, vel qualitatem, cui adiungitur, & alia includere, glos. magna in *clem. quod circa, de elect.circa med.* Gemin.*consil.*88.*colum.penult.ver. Natura enim.*

Dictio, *alioquin*, quid importet. Concl. 242.

1 ALIOQVIN, *&c.* hæc † clausula sonat in monitionem, & modum, non autem in conditionem, ideo non annullat, quod factum est, *ca.significasti.de electio.* Calder.*consil.*460.*vltra med.ver.I-*
2 *tem illa.quæ ponuntur.* alias 3.*de sponsal.* † Amplia; quia hæc dictio, *alioquin, &c.* etiam si esset annullatiua actus, nihil operatur, quando adiicitur matrimonio, vel alteri substantiæ, quæ non admittit conditionem. Calder.*d.consil.*460.*circa med.ver. Nec obstat clausula,* alias 3. *de sponsal.*

Dictio, *aliquis*, *aliqua*, *aliquid*, quid importet. Concluſio 243.

1 DICTIO, † *aliquis*, est vniuersalis, & includit omnem speciem, gloss.fin.*in c.Si propter, de rescript.in* 6. Gemin.*consil.*29.*numer.*2. Socin.*consil.*3.*in causa domini Guidi,col.*3.*ver. Vnde respondeo,numer.*10. *lib.*3. late Tiraquel. in *l. Si vnquam, C.de revoc.donatio.ver.Omnia,num.*
2 41.*& numer.*14.† Et si apponitur negatiue, videlicet *aliquo modo non alienare*, omnem modum importat. Tiraquel. in *l. Si vnquam, C. de revoc.donat.ver.omnia,num.*14.*ver.Sed & eam.* allegat Corn.*consil.*243. *circa primum,ver.Nec obstant,lib.*3.& ponit multa similia, quæ videas.
3 † Extende, quia dictio, *alicuius*, extendit dispositionem etiam ad impropria, veluti si donatio causa mortis non veniat proprie appellatione donationis, si tamen adiiciatur hæc dictio, veniet, vt tradit Corn.*cons.*41.*Videtur in hoc,in princ.colum.*2.*lib.*1.sequitur Tiraquel.*d.l.si vnquam.ver.Omnia.nu.*14.*ver.Sed & eam glo.C.de revoc.do-*
4 *natio.* † Contrarium, quod non sit dictio vniuersalis, tenet Castr. *cons.*211.*Viso puncto,circa med.ver eodem modo respondetur, lib.*1. quem citat Tiraquel.*d.l.si vnquam.ver. Omnia,numer.*41.*in fin.C.de revoc.do-*
5 *natio.* † Amplia; quia talis dictio est implicatiua, seu ampliatiua, ideo licet appellatione iudicis non veniret Potestas in materia statuti, tamen venit, quando adest dictio, *aliquis iudex*, quia includit omnem ius dicentem. Signor.*cons.*242.*nu.*7.*ver.Item dico*, quod est Leonardi Cerri. Vide, *Dictiones distributiuæ, & earum natura. Con-*
☞ *cluſ.*269. Vide, Dictio, *quæcunque*, quid importet *Concluſ.*351. † Li-
6 mita, quia restringitur hæc dictio secundum subiectam materiam, ideo concessio facta alicui ciuitati, vt habeat iurisdictionem, & aliquam præeminentiam nullus alius habeat, si ex forma statutorum excipitur locus certus, restrictio fit secundum statutū. Gemin. *d.consil.*29.*per totum*, vbi vult, quod Ciuitas Castelli habeat iurisdictionem in Heremo, præterquam quoad domum Heremi;
7 quia sic excipit statutum. † Limita, quia imo dictio, *aliqui*, est distributiua, & refertur ad personas singulares; ideo non comprehendit vniuersitatem. Geminian.*consil.*65.*num.*27.*vers.Item sub istis*
8 *verbis.* † Declara; quia licet dictio, *aliquis, aliqua, &c.* sit distributiua ad personas singulares, tamen omnes comprehendit, non vnam; ideo si fiat bannum, quod si quis deferat arma de nocte, puniatur in tot, habebit locum in omni deferente, non in vno, vel in primo. Fulgos.*consil.*47.*Ser.Michael*, vbi ponit multa similia exempla. Vide, *Verba singularia quando pluralitatem contineant. Concluſ.* 118.
9 † Item si apponitur substitutioni, habet locum, siue sint plures, siue vnus, & omnes comprehendit, & in singulos distribuit. Bart.*consil.*57. *Ancellus, lib.*1.*in fin.* & duplicatur *consil.*73.*il secundo,*
10 *libr.*2. † Limita; quia importat distributionem in singula parte, ideo si dicat statutum, quod aliquam partem habeat, importat quamlibet etiam intra dimidiam, gloss. *in clem.*1.*ver.aut eorum partem, de foro compet.* quam communem * & singularem dicit Ti-
11 raquel. in *d.l. si vnquam,in ver.omnia.num.*14.*C.de revoc.donatio.* † Declara multis modis, vt ibi per Tiraquel. quia verificatur etiam in minimo, & *num.*15.*& seq.*

Dictiones alternatiuæ quæ sint, & quando habeant effectum copulæ. Concl. 244.

DICTIO, † *seu*, ponitur inter nomina alternatiua. Calder. 1
*consil.*248.*circa med.ver.idem probat dictio*, seu, alias 27.*de præbend.* Roman.*consil.*65.*in fin.* & plenius *consil.*179.*Amplissime Doctor,numer.* 7. vbi apostil. in *ver. regulariter*, dicit hanc esse regulam. Vide, *Al-* ☜
*ternatiuorum sufficit alterum esse verum. Conclusion.*317. Vide, Dictio, *seu.* Conclusio 372. † Vel importat alternatiuam dispositio- 2
nem, *l.is qui suis, §.nihil.ff. de manumiss. l.cuiusque.ff.ad leg Iul.maiest.* † Et quod dictio, *vel*, sit alternatiue simpliciter, prout in statu- 3
to, quod debitor citetur personaliter, vel domi; quia sufficit alterum ex alternatiuis, alias redderetur eluforiam. Abbas *consilio* 42.*n.*2.*colum.*2.*lib.*2. † *Vel*, est dictio alternatiua, quæ consueuit 4
inter paria alternata poni. Bald. *consilio* 87. *Per statutum prohibetur, circa med. ver. similiter ista dictio, libr.*4. † Et importat repetitio- 5
nem; quia æqualitatem alternatorum continet. Bal. *consil.*33.*circa med.ver. item verba trahenda sunt, libr.*1. † Denotat quandoque 6
ambiguitatem, seu obscuritatem. Angel.*consil.*94.*numer.*5.*ver.illa enim.* † *Siue*, & *seu*, sunt dictiones alternatiuæ, quæ ponuntur 7
quandoque declaratiue, seu ampliatiue. Baldus *consil.*457. *Quidam instituit, circa fin.libr.*3.*& consil.*85.*Punctus quidam, & consil.*450.*in fin. libr.*5. † *Aut*, est dictio alternatiua, quæ importat idem, quod *seu*, 8
vel *siue*. Bald.*d.cons.*84.*&* 450.*libr.*5. Roman.*consil.*176.*num.*7.*in fine, ver.ex quibus patet.*† Restringe; quia aliquando stat declaratiue pro, 9
id est, vide apostil. ad Roma. *dict.consil.*176.*numer.*7.*in fin.in ver.disiunctiuam.* † Et quando ponitur inter genus & speciem, stat decla- 10
ratiue pro, *id est*, ideo licet sententia incerta sit nulla; tamen si declarat aliquem dominum, vel quasi, valet; quia, *vel*, stat declaratiue. Alexand.*consil.*96.*Visis.num.*9.*ver.modo sic, lib.*4.† Declara; quia 11
aliquæ sunt dictiones simpliciter alternatiuę, *vt, vel, aut*, & similes, & licet dictio, *seu*, sit alternatiua; tamen stat ampliatiuę. Gabriel. *consil.*118.*numer.*7.*& seq.lib.*2.† Limita; quia dictiones alternatiuæ 12
in fauorabili dispositione, quæ largam recipit interpretationem, stant pro coniuncta. Calderin. *consil.*442.*circa fin.ver.hinc est*, alias 20.*de iur.patron.* vbi, quod dictiones, *vel*, & dictio, *aut*, important copulam, isto casu. Cuman.*consil.*107.*Mulier instituit,in princ.*† De- 13
clarat Alexand.*consil.*28.*Ponderatis,numer.*10.*ver.nec ad hoc obstat, lib.* 3. quia *l.generaliter, Cod.de institt.& substit. sub condit. factis,in princip.& l.Lucius.l.vlt.ff.de institt.* importantes, quo alternatiua resoluatur in coniunctam, sunt leges exorbitantes, & loquuntur in vltima voluntate; ideo non extenduntur ad contractus. † Declara; quia di- 14
ctio, *vel*, quæ est alternatiua, licet possit aliquando stare pro coniuncta, & copulare, tamen istud non debet fieri contra proprietatem verborum, & naturam, nisi vrgeant coniecturæ, vel necessitas, & minus fieri debet, quando copula exposita secundum suam naturam non requireret vtrunque copulatum simpliciter omni casu, sed solum incipiendo ab vltimo, ita plene Franc. Aret. *consil.* 13.*Viso diligenter.num.*5.*ver.exponere autem.* † Limita; quia stipulatio 15
aui, quod soluto matrimonio, sibi, vel nepti dos restituatur, licet sit alternatiua stipulatio, tamen copulatiuæ officium tenet. Calderin. *dict.consil.*442.alias 20.*de iure patron.in fin.ver.ad hoc bene facit.* † Declara, vt dictæ limitationes procedant, quando alternatiua 16
non esset ordinis, secus si esset alternatiua ordinis, quia semper retinet officium alternatiuæ. Calderin, *dict.consil.*442.*in fin.* alias 20. *de iure patron.* † Idem, si alternatiua ponitur inter personas, in qui- 17
bus cadit ordo charitatis. Cuma.*d.cons.*107.*num.*5.*in fin.ver. ad allegata in contrarium.* † Contra declarationem tenet Signorol. *consil.* 18
230.*n.*2.*& seq.* vbi si testator instituat filiam suam, item fratrem, vel filios fratris, censetur copulatiue instituisse filios fratris in vna tertia, & patrem in alia, & filiam in alia; quia dictio, *vel*, licet sit alternatiua, tamen copulat hoc casu. † Limita; quia dictiones alterna- 19
tiuæ, prout dictio, *seu, siue, &c.* quandoque stant declaratiue, & quandoque ampliatiue. Baldus *consilio* 457.*in fin.libr.*3.† Limita, 20
quia dictiones alternatiuæ denotant ambiguitatem, & obscuritatem. Angel.*consil.*94.*Cum lis,& quæstio,nu.*5.*ver.illa enim alternatiua.*
† Adde, quod dictio alternatiua inter diuersa, vt inducat alterna- 21

tio-

nationem, debent illa diuersa esse parum distantia, & differentia, ita Curt. Sen. *cons.* 42. *num.* 22. *ver.* & *natura alternatiua*. Vide, *Dictiones disiunctiuæ, & earum natura, Concluſ.* 268. Vide, *Disiuncta conditio quando habeatur pro coniuncta, vel non, & è contra. Concluſ.* 456.

Dictio, *alius, alia, aliud*, similitudinem importat, & quando secus. Concl. 245.

1 SIMILITVDINEM † importat dictio, *alius, alia, aliud*; ideo vbi disponitur per aliquam ex dictis dictionibus, interpretatio fieri debet de simili. Felin. in *c. ſedes, num.* 6. *ver. dictio*, alius, *de reſcrip.* Alexand. *conſil.* 1. *num.* 10. *lib.* 4. & *conſil.* 34. *Viſo themate. num.* 2. *lib.* 1. vbi apoſtil. *in ver. alius, & conſil.* 70. *Viſo proceſſu, in princ. ver. nec ad hoc, libr.* 1. Anchar. *conſil.* 361. *Viſa plena, num.* 5. Alexand. *conſil.* 203. *num.* 4. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 181. *num.* 2. *lib.* 2. Cephal. *conſi.* 414. *num.* 13. & *ſequen.* Aret. *conſil.* 116. *nu.* 3. Alexand *conſ.* 70. *Magnificus, num.* 3. *ver. nec obſtat. lib.* 6.

2 † Et ideo dictio, *alius*, denotat diuersitatem in suppoſito, ſed identitatem in ſubſtantia. Cuman. *conſil.* 46. *Sine diſputatione, in princ. ver.*

3 *hoc etiam addito.* † Imo importat diuersum in ſubſtantia, & idem in

4 qualitate. Zabarel. *conſil.* 126. *num.* 5. † Et importat ſimilitudinem,

5 vt ſit res æqualis, vel minor, non autem maior expreſſis. Alexand. *conſil.* 76. *Viſo, num.* 26. *ver. confirmatur, lib.* 4. † Et importat perſonam eiuſdem qualitatis, & ſic facit relationem in qualitate ſimilem. Roma. *conſ.* 485. *In caſu, num.* 5. vbi apoſtil. in *ver. qualitate*, dat con-

6 cord. † Declara, niſi falſitas, vel abſurdum ſequeretur; quia tunc non importat ſimilitudinem in qualitate, neque aliqua ſubſtantia, prout datur exemplum de D. N. Ieſu, cum quo alij duo nequam ſunt crucifixi, certe dictio, *alij*, nullam habet, vel importat ſimilitudinem. Roma. *d. conſil.* 485. *num.* 5. allegat gloſſ. in *l. non ſolum.*

7 *poſt prin. ff. de procur.* & ibi apoſtil. fin. in *ver. latrones.* † Extende; quia in tantum importat eandem qualitatem, & ſimilitudinem eius, de quo facta eſt mentio, vt ſi fiat inueſtitura tribus fratribus de feudo pro ſe, & filiis, & dicatur, quod decedente vno fratre ſine filiis, ad alios deueniat ſua portio, intelligitur de fratribus, videlicet ad alios fratres, non ad filios; quia non ſunt eiuſdem qualitatis. Alexand. plene *conſ.* 204. *Conſideratis, num.* 4. *lib.* 2. vbi apoſtil. in *ver. alios*,

8 dat concord. † Extende, etiam ſi fiat in eadem oratione, quia refertur ſolum ad illam orationem, in qua poſita eſt, & ad proxima.

9 Alexand. *d. conſil.* 204. *num.* 5. *verſ. nec obſtat, lib.* 2. † Amplia, vt procedat, etiam ſi ſimus in diſpoſitione iurata & cum clauſula, *ex quacunque alia*; quia nihilominus intelligitur de ſimili. Calder. *conſil.* 111. *in fin.* alias 2. *de arbitr.* vbi, quod is, qui iurauit non petere reductionem laudi ex cauſa enormis damni, neque ex quacunque alia cauſa, non prohibetur ex cauſa enormioris, vel enormiſſimi

10 damni petere, quia dictio, *alia*, reſtringit ad ſimilia. † Declara tamen, quia hæc dictio eſt habilis comprehendere omnia proportionabilia ad materiam, de qua fit mentio, vſque in infinitum,

11 Gemin. *conſil.* 13. *in princip.* † Amplia, vt procedat etiam in diſpoſitione criminali, quia ſi ſtatutum loquitur de furto, & aliis criminibus, debet intelligi de ſimilibus, prout eſt rapina. Roman. *conſil.* 150. *In propoſita, in fin. ver. quarto quia*, vbi apoſtilla in *ver. ſimilia*, dat

12 concord. † Amplia, vt in tantum dictio, *alius*, importet ſimilitudinem, vt ſi quis promittat, vel ſe obligat laico, & cuicunque alteri perſonæ, intelligitur de laico, non autem de clerico; quia non includit hæc dictio maiora expreſſis, ſed ſimilia, ideo maior in qualitate, vel quantitate non venit. Gemin. *conſil.* 25. *num.* 7. *ver. item pro-*

13 *mittit, & num.* 8. † Et ſtatutum de ceſſantibus mercatoribus, vel artificibus matriculatis, vel non matriculatis, licet addat, *vel quacunque alia perſona non matriculata*, debet intelligi de mercatore, vel artifice, quia dictio, *alia*, licet habeat verbum, *quicunque alius*, tamen

14 de ſimili intelligitur. Roman. *conſ.* 92. *num.* 2. vbi apoſtilla. † Et ſtatutum prohibens opponi exceptionem doli, vel metus, aut aliam quamcunque exceptionem, intelligi debet de ſimili. Roma. *conſil.* 42. *circa fin.* vbi apoſtil. ita debere intelligi probat, licet in tex. deficiat illa vniuerſalis, ex Felin. *ca. ſedes. num.* 3. *ver. clauſula generalis, in*

15 *fin. de reſcript.* † Et ſtatutum derogans quibuſcunque aliis ſtatutis intelligitur de ſimilibus expreſſo. Fulgoſ. *conſ.* 135. *col.* 3. *in princ. ver.*

16 *nec moueat.* † Extende in caſu contrario; quia ſi conceditur priuilegium, quo ad ſpiritualia certorum locorum, nec non quorumcũque aliorum locorum, intelligitur de iuriſdictione ſpirituali; non autem de temporali. Roman. *conſil.* 180. *Si admittimus, num.* 9. *ver.*

17 *præterea*, vbi apoſtil. in *ver. ſimilia.* † Amplia; quia ſtatutum prohibens, quod quis non poſſit aliquo contractu alienare, vel alio modo ſeu colore quæſito, intelligitur per contractum, non autem per vltimam voluntatem, quia verba, *vel alio*, includunt ſimilia expreſſis. Bald. *conſil.* 349. *Statuto Placentiæ, numer.* 5. & *ſeq. ver. pone verba,*

lib. 1. † Amplia; quia ſi fiat conceſſio, vel mandatum alicui alie-18 nandi, vel locandi certis ſubditis, vel aliis idoneis perſonis, non poterit fieri alienatio officiali habenti iuriſdictionem; quia dictio, *alius*, intelligitur de ſimilibus, qui poſſint conueniri, Alex. *conſ.* 1. *num.* 10. *lib.* 4. † Amplia; quia licet dictio, *alius, alia, &c.* inducat ſi-19 militudinem, & declaret diſpoſitionem; tamen continet diuersa; quia omne ſimile non eſt idem. Socin. *conſil.* 300. *num.* 2. *col.* 3. *ver.* 3. *principaliter, lib.* 2. † Amplia; quia derogatio, *non obſtante ſtatuto, &* 20 *quibuſuis aliis ſtatutis*, non ſe extendit ad derogandum ſtatuto ſpeciali, in quo eſt maior ratio, quam in ſtatuto habente derogationem; quia intelligitur de ſimilibus. Fulgoſ. *conſil.* 135. *In cauſa criminationis, colum.* 3. *in princ. ver. nec moueat*, vbi, quod clauſula illa eſt generalis, & incerta, ideo non capit maiora. † Declara multis modis, 21 vt per Felin. in *d. c. ſedes*, vbi ponit ſeptem declarationes, *de reſcript.* † Amplia; quia promittens dare loco primæ cautionis aliam, in- 22 telligitur de alia ſimili, etiam in quantitate. Alex. *conſil.* 7. *in princ. ver. nec ad hoc*, & incipit, *Viſo proceſſu, lib.* 1. † Amplia; quia dictio, *alius*, 23 non includit maiora expreſſis, neque contraria, ſed dumtaxat ſimilia. Anchar. *d. conſil.* 361, *num.* 5. † Amplia; quia dictio, *alius*, im- 24 portat ſimilitudinem ex eodem patrimonio, vt ſi legatur per patrem filiæ aliquid pro omnibus aliis portionibus debitis, intelligitur de debitis à legante, non ab alio extraneo, vel ex alia hæreditate, Deci. 425. *numer.* 16. & *ſeq.* † Limita; quia ſi rebellis fuit con- 25 demnatus in criminalibus in pœnam capitis & confiſcationem bonorum, & durante contumacia fuit etiam condemnatus tanquam ceſſans, vt teneatur ad diuersa debita, poſtea obtineat gratiam in criminalibus, & aliis, & caſſentur proceſſus criminales, & alij, intelligitur de ciuilibus, quia alias dictio, *alij*, eſſet ſuperflua, ſicque non denotaret ſimilitudinem, quando eſſet ſuperflua. Abb. *conſ.* 109. *Inuocato, numer.* 4. *ver. vnde veniendo, lib.* 1. † Limita, 26 quando ſimilitudo eſt circa aliqua, quia non requiritur, quod ſit quoad omnia. Abb. *d. conſil.* 109. *num.* 4. *ver. vnde veniendo. lib.* 1. † Li- 27 mita, quando præcedit, vel ſubſequitur dictio vniuerſalis, prout, *quibuſcunque aliis*; quia tunc etiam extranea & diſſimilia includuntur. Grat. *conſil.* 163 *numer.* 19. *lib.* 2. & ideo Felin. in *d. c. ſedes, ver.* 4. *declaratio, de reſcript. numer.* 5. vbi plures allegat Roland. à Valle *conſil.* 5. *numer.* 44. *lib.* 1. qui alios citat. Vide, *Clauſula generalis poſt ſpecialem ſpecificationem quid operetur. Concluſ.* 309. † Contrarium quod i- 28 mo etiam ſi adſit dictio vniuerſalis, intelligatur de expreſſis. Felin. *d. c. ſedes, numer.* 5. *verſicul. ſed contra iſtam declarationem*, vbi plura ponit exempla. Roman *conſil.* 180. *numer.* 9. *in fin.* vbi apoſtilla; in *ver. remotiori*; quæ dat plurimos concord. quod promittens ſoluere Bononiæ, Ferrariæ, & in quocunque alio loco, non intelligitur de remotiori, ſed ſimilis diſtantiæ, & quod etiam ſi adſit dictio vniuerſalis, non poteſt eſſe maior, ſed bene minor, vel æqualis expreſſo. Alex. *conſ.* 76. *Viſo, numer.* 26. *ver. confirmatur. lib.* 4. & *conſil.* 70. *Magnificus, num.* 3. *verſ. nec obſtat. lib.* 6. † Declara, quod quando ex- 29 primitur genus, prout hæreditas, ſuper qua agitur, licet vna ſpecies exprimatur non animo reſtringendi, ſed animo exemplificandi, & additur clauſula generalis, *& qualibet alia*, tunc de omni ſpecie ſub illo genere intelligitur, etiam ſi maior ſit expreſſa, ſecus ſi animo reſtringendi, ita Felin. *d. c. ſedes, num.* 5. *ver. primus quando*, vel ſi de ſpecie agitur principaliter; quia per adiectionem clauſulæ vniuerſalis non fit extenſio ad maiora, neque ad genus, ſed ad ſimilia. † Declara pleniùs, vt per apoſtil. magnam ad conſ. Roman. 30 *conſ.* 31. vbi ponit 13. illationes, ex quibus verbum, *quicumque*, tamquam vniuerſale, imo effrenatum omnia comprehendit, poſtea reſtringit non procedere, quando adiicitur dictioni, *alius*, maxime in odioſis, quia dumtaxat ſimilia complectitur, non autem maiora expreſſis. Ant. de Butr. *conſ.* 30. *num.* 2. Rom. plene *conſ.* 92. *n.* 2. *ver. nec huic concluſioni*, vbi ponit quatuor ſimilia, in quibus dictio, *vel quacumque alia*, ſimilia importat, non obſtante dictione vniuerſali. † Et ideo ſi lex puniat in vna libra auri, vel quacunque alia pœna, 31 intelligitur de ſimili. *l. ſi fugitiui, cum glo. C. de ſeruis fugit.* Roma. *conſil.* 92. *nu.* 2. *ver. hoc primus*, vbi *num.* 3. dicit hoc procedere in ſtatuto, vel lege pœnali, & odioſa. † Idem, ſi ſtatutum puniat mercatores, & 32 artifices matriculatos ceſſantes, & quamcunque aliam perſonam; quia debet intelligi de perſona ſimili mercatoribus, prout eſt fœnerator, & de ſimili artificibus, prout eſt magiſter lapidum, plene Roma. *d. conſ.* 92. *n.* 2. & *ſeq.* vbi late. † Declara; quia in materia fauo- 33 rabili, & non reſtringibili extenditur ad maiora expreſſis, ſi adeſt verbum vniuerſale iunctum verbo, *alio*, ſecus ſi materia pœnalis eſſet, ita declarat per plura Roland. à Valle *conſil.* 61. *numer.* 40. & *ſequentib.* vbi loquitur in facultate legitimandi, *& quoſcunque alios*, & reprobat Alexand. contrarium tenentem & bene, & *conſil.* 5. *numer.* 44. *libr.* 1. & ita loquitur Alexand. *conſil.* 95. *Requiſitus, num.* 4. *libr.* 7. vbi dicit procedere, quando non ſubeſt ratio reſtringendi.

† Et id-

34 † Et ideo in concessione, in qua dictio, *alia*, intelligeretur de simili, si adiicitur dictio vniuersalis, *quacunq; alia*, quia extenditur ad maiora expressis. Alex. *cons.7. Attentis.num.7.ver.bene facit,lib.7.* alle-
35 gat gloss. in *clem.1.in ver.quamuis,de re iudic.* & ibi Io.de Imola. † Declara, quia in dispositione legis, non autem in dispositione hominis verba vniuersalia restringuntur, maxime si sunt geminata, *omnibus, & quibuscunq;,quocunq;, & quolibet modo*, ita per plura Rolan. à Valle *cons.5.num.44.& seq.lib.1.* maxime si materia est fauorabilis.
36 † Et quod dictio, *alius*, quæ potest importare diminutionem, & augmentum, in dubio debeat sumi, vt augeat. Ant.de Butr. *d.consil.*
37 30. *in fin.ver.item,quia regula.* † Extende; quia si verba essent super-
38 flua, importat maiora expressis. Grat. *d.cons.163.num.20.lib.2.* † Extende, vt idem sit, si adest dictio vniuersalis, *quauis alia*. Alex. *consil.* 95. *Requisitus,num.4.verb colligit,quod licet dictio,lib.7.* vbi apost. in *ver.*
39 *fallit.* citat Cæpol. *cons.crim.* 14. *num.4.* † Restringe; quia sit extensio ad ea solum, quæ sunt eiusdem generis. Oldr. *cons.*297. *num.5.vel ex*
40 *eadem persona.* † Et maxime procedit restrictio, quando constat de mente vel coniecturis, vt quia adsunt dictiones demonstratiuæ, vel repetitiuæ, prout verbum, *præcedens*, vel dictio, *eisdem*, quæ est personalissima. Ripa in *leg.filiusfamilias.* §. *Diui,num,*111. *ff.de leg.*1. Tiraqu. *de retract.conuentio.* §. 1. *gloss.7.num.*25. Anch. Regien. *qu.*45. *nu.*
41 4. *lib.*2. † Limita; quia dictio, *alia*, quando agitur de extensione ad maiora, requirit omnimodam similitudinem, quia si disponitur de causis ciuilibus, & aliis, non veniunt criminales propter dictionem, *alius*, si vero agatur de extensione ad minora, puta facit mentionem de causis criminalibus, & aliis, bene veniunt ciuiles, licet non omnino similes Abb. *d.cons.*109. *nu.4. Vnde veniendo, & nu.5.lib.*
42 1. † Limita, quando subiecta materia aliud importaret. Felin. in *d.c.*
43 *sedes,n.6.de rescrip.* † Limita; quia imo dictio, *alius, alter, vel alterius* importat implicationem, *l.quidam relegatus*, vbi gl. in *ver.alieno. ff.de reb. dub.* Ant. de Butr. *d.cons.*30. *nu* 2. Abb. *cons.*109. *Inuocato,col.2.nu.4.ver.*
44 *vnde per similitudinem.lib.*1. † Et ideo supplicans dari alium iudicem fatetur primum fuisse iudicem propter similitudinem non autem
45 arbitrum. Alex. *cons.*34. *Viso themate.num.2.lib.*1. quia implicat. † Limita; quia imo aliquando ampliat, & est relatiuum diuersitatis; *l.*
1. *ff.de dol.* Ant. de Butr. *d.cons*30. *num.2.ver.quanquam ergo*, vbi dat exemplum in Euangelio, *Crucifixus est Christus, & duo alij latrones*, ecce quia diuersificat, & non implicat, vt Christus esset latro, quod ab-
46 sit imaginari hunc sensum, † Et in dubio licet possit importare implicationem ad minuendum, & etiam augmentum, in dubio de-
47 bet interpretari, vt augeat Ant. de Butr. *d.cons.*30. *in fin.* † Et quod si legentur panni, & ornamenta, & alia in camera vxoris, *alia*, impor-
48 tet ampliationem. Bar. *cons.*2. 6. *Adelandus.num.7.lib.*1. † Limita, quia etiam importat repetitionem, ideo si testator legauit 300. filiabus, quando nupserint, postea legat vltra prædictos 300. alios centum in certum euentum mortis alicuius earum, intelligitur cum eadem
49 qualitatis repetitione. Cuma. *cons.*46. *in prin.* † Limita; quia importat etiam identitatem, nam Bulla Bonifacij IX. concessa Ferrarien-
sibus, quod emphyteusis Ecclesiastica transeat ad omnes extraneos, dum priuat emphyteutam extraneum, qui intra annum nō petiit inuestituram, & mandat alium inuestiri, non excludit eum, qui cecidit, quia venit vt alia persona noua, licet sit eadem. Anch. *cons.*171. *in fin.nu.*7. vbi late.

Dictio, *amplius*, quid importet. Concl. 246.

1 AMPLIVS, † est dictio repetitiua præcedentium. Signor. *consil.* 208. *Factum sic se habet,statuto cauetur,num.3.ver præterea nec resoluitur.* Vide, Dictio, *hoc amplius*, quid importet. *Concluſ.* 286. Vide, *Repetitio præcedentium ex quibus verbis inducatur. Concl.*186.

Dictio, *ante*, quid importet. Concl. 247.

1 DICTIONES † *ante & post*, seu dictiones *prius*, vel *postea* sic sunt intelligendæ, vt actus, de quo quæritur, non vitietur. Bald. *consil.* 179. *Ad euidentiam est præmittendum,numer.2.versic.Sed pro stipulatore, lib.2.*

Dictio, *autem*, quid importet. Concl 248.

1 AVTEM, hæc † dictio importat in dispositione statuti aduersatiuam præcedentium in ijs, quæ sunt eiusdem generis. Bal.
cons. 416. *Super eo,quod,num.4 ver.pro hoc etiam fortius,lib.*3. Vide, *Di-*
2 *ctiones aduersatiuæ quæ sint, & quid importent. Concl.*240. † Limita, quia quandoq; importat inceptionem, seu inchoationem. Bald. *consil.*
3 416. *in fine libr.*3. † Quandoque importat restrictionem. Bald. *d.*
*consil.*416. *in fin,lib.*3. Bartol. in *leg. hoc amplius*, §. *de ijs autem, ff.de damn. infect.*

Dictio, *circa*, quid importet. Concl. 249.

CIRCA, vel † *circiter*, hæc dictio modicum tempus importat. 1
Gemin. *consil.* 24. *num.9.vers.nam dictio*, vbi modicum tempus exemplificat esse decem dierum. † Et ideo testis deponens, quod 2
vidit circa principium mensis, necessario concludit de 1. 2. vel 3.
die, & sic ante octauam diem; quia modicum importat tempus, apostil. ad *consil. Signorol.*132. *incip. Habui de facto.* † Imo quod, dictio, 3
in circa, nihil importet in dicto testis. Castrens. *consil.*113. *Contra superius consulta, numer.* 4. *libr.* 1. † Contrarium Corn. *consil.* 179. *Ex* 4
*puncto,numer.4.libr.*3. quod dictio, *circa*, potest importare quartam partem, & in teste importat ambiguitatem, quæ non concludit, & plenius *consil.* 197. *Visa denuntia,numer.*14. *circa med. ver. deducitur, lib.*2. vbi, quod testis deponens, *vel circa*, deponit incerte, & non probat, allegat Ant. de Butr. in *c. fin.extra de desponsat.impub.* † De- 5
clarat Alexand. quod si testis deponit, quod sunt prope decem anni, vel decem anni in circa, quod talis dictio refertur ad modicam quantitatem temporis. Alexand. *consil.*120. *Omissis, numer.* 8. *libr* 2. † Sed tamen si probatio debet esse de certo tempore, & 6
testis dicat de illo tempore in circa, non concludit. Alexand. *consil.* 149 *numer.* 17. *libr.*5. † Extende idem in dictione, *& vltra*, 7
quia nihil relenat, vel modicum. Zabarell. *consil.* 107. *ver. secundo probatur.* Vide, Dictio, *vltra*, quid importet. *Concluſ* 395. † Exten- 8
de, vt idem sit, si adiiciatur quantitati, vel ponderi, nam testes deponentes de quantitate certæ mensuræ adiicientes dictionem, *in circa*, debent intelligi de modica quantitate minori, vel pluri. Angel. *consil.*127. *Visis petitione,in princip.* vbi idem dicit de dictione, *prope.* † Extende in contractu; quia transigens super legato cen- 9
tum, vel circa, hæc dictio importat modicum, plus, vel minus, in dubio, licet quandoque referri possit ad multum. Ang. *consil.* 94. *Cum lis. numer.*4. *in fin.ver.& hoc designat.* † Et posita ad includen- 10
dum includit omnes suas extremitates. Bald. *consil.*334. *Creditor indigens, circa med.ver.in contrarium. lib.*1. vbi vult, quod dato mandato ad emendum granum pro tanto, & non pluri, si postea scribatur, quod tractet, & emat granum, & faciat pro sua vtilitate circa granum, & pretium, dictio, *circa*, includit etiam primum mandatum auctum, & vltra mandatum faciat. † Amplia; quia posita 11
in venditione viginti iugerum, vel circa, nihil importat; quia dictio alternatiua non potest inducere, nisi vel æqualitatem, vt importet nihil, vel adeo modicum, quod nihil reputetur. Signorol. *consil.*332. *Cum in instrum.* † Et quod importet modicam quantita- 12
tem, si venditio fiat de 40. tornaturis in circa, quia idem importat, quod *prope*. Alexand. *consil.*120. *Omissis argumentis,num.*8. *lib.*2. † De- 13
clara, seu restringe, vt non procedat, quando in venditione adesset pactum, quod mensurari debeat, & si minor quantitas erit, minuatur pretium, si maior, augeatur, quia licet sit dictum 40. tornaturarum, vel circa, tamen non attenditur modica quantitas propter pactum clarum. Alexand. *d. consil.*120. *num.*8. *ver.nec obstat si duceretur. lib.*2. † Vide Alexand. *consil.*82. *In causa & lite, in fin.ver.in-* 14
*super aduertatur, lib.*7. vbi dicit, quod in licentia vendendi certos campos in circa, importat arbitrium iudicis, vide eum, qui alios allegat. † Amplia; quia testis debens deponere de certo tempore, 15
licet deponat de ipso tempore, si addat dictionem, *vel circa*, non probat. Alexand. *consil.* 66. *In causa, & lite, numer.*6. *libr.*7. *& consil.* 184. *Viso processu,numer.*11. *ver.quia quando testis, libr.*7. † Extende, 16
quia dictio, *circa*, posita in actu probatiuo, siue à teste, siue à confitente, operatur, quod talis probatio, & confessio non dicitur certa, & limitata. Alexand. *consil.*217. *Viso quodam,numer.*10. *ver. præterea dicta confessio,lib.*7. vbi apostil. in *ver.circa*, dat concord. † Ex- 17
tende; quia probatio cum dictione, *in circa*, non concludit determinate. Alexand. *consil.*183. *Viso processu, num.*7. *ver.sed ita est de iure,libr.*7.

Dictio, *citra*, quid importet. Concluſ. 250.

CITRA, hæc † dictio quando ponitur inter duo extrema, vide- 1
licet à quo, & ad quod, non includit aliquid, quod sit extra illa duo extrema, veluti si statutum, vel alia dispositio annullet, vel conuallidet certos actus celebratos à tali die citra, vsque in præsentem diem, non includit ante terminum à quo, neque post terminum ad quem. Gemin. *consil.*18. *Christi nomine inuocato, in princip. ver.* 2. *quia*, & latius *numer.* 4. *verb. quo*
ad secun-

2 *ad secundum.* † Si vero ponitur ad determinandum solum vnum extremum; quia non exprimitur nisi vnum, & tunc si exprimitur extremum de futuro, denotat exclusionem de futuro, & solum includit actus de præterito, *c. cum dilectus, de ordin. cognitio.* Gemin. *d.*
3 *cons.* 18. *num.* 4. *ver. quandoque ponitur ad determinandum solum.* † E contra quando ponitur ad determinandum solum extremum præcedens; tunc excludit actus anteriores, & actus futuros includit. Gemin. *d. cons.* 18. *num.* 4. *col. fi. ver. quandoque ponitur ad determinandum ex-*
4 *tremum,* allegat *c. dilectus, in princ. de iure patro.* † Imo, quod de natura dictionis, *à tali tempore, & citra,* sit limitare tempus ex patte ante, sed non ex post; ideo in lege includit futura, cuius virtus est futura respicere. Castren. *cons.* 315. *Super eo, quod quæritur, col.* 3. *in fin. ver. dictio*
☞ *enim, lib.* 1. *sub num.* 6. Vide, *Testes deponentes à decem annis citra, non con-*
5 *cludunt de tempore. Conclus.* 273. † Declara; quia hæc dictio posita in statuto, vel lege, cuius natura est dare normam futuris, in dubio includit futura, & idem è contra, quando expressa non sunt extre-
6 ma excludentia. Gemin. *d. cons.* 18. *in fi. ver. & per præmissa.* † Extende idem, quando ratio hoc suaderet; quia si fiat lex, vel proclama, aut statutum ad obuiandum malitiis, extenditur vbicunque malitiis via aperiretur. Gemin. *d. cons.* 18. *num.* 2. *ver. sed ad primum.*

Dictio, *citra*, &, *vltra*, quid importet. Conclus. 251.

1 CITRA, est † dictio importans propinquitatem comparatiue aliquo termino medio existente, & idem de dictione, *vltra,* Bald. *cons.* 405. *Quidam emerunt. lib.* 5. vbi multa ponit, vsque in fi. &
☞ *ver. adde, nu.* 4. Vide, Dictio, *vltra,* quod importet. *Concl.* 395. † Am-
2 plia, vt procedat, siue ponantur dictæ dictiones super loco, siue super tempore; quia idem important, veluti si quis obliget bona sua citra Padum, respicitur locus, in quo persona existens loquitur vsque ad Padum, vltra vero inducit bona post Padum. Bal. *d. cons.* 405. *in princ. & num.* 4. *vsque in fi. lib.* 5. vbi, quod dictio, *citra,* impor-
3 tat *ante,* dictio vero, *vltra,* importat *post.* † Extende, vt procedat, siue dicatur citra, per dimensionem in effectu visibilem, siue per intellectum; nam existens, Ianuæ, & obligans bona sua citra Tyberim comprehendit etiam ciuitatem Venetiarum, licet non sit vltra, nec citra Tyberim, sed bene est citra existenti Ianuæ per demonstrationem intelligibilem. Bald. *d. cons.* 405. *per totum,* vbi est ca-
☞ sus, *lib.* 5. Vide Conclusionem proximam præced.

Dictiones collectiuæ quæ sint. Conclus. 252.

1 QVICVNQVE, est † dictio collectiua, & distributiua, & habet effectum importãtem vniuersitatem, prout dictio, *omnia,*
2 *& singula.* Ant. de Butr. *cons.* 19. *num.* 3. *ver. in priulegio autem.* † *Alter, ambo,* sunt dictiones collectiuæ de duobus tantum, non de pluri-
3 bus. Castre. *cons.* 264. *Videtur dicendum, in princ. lib.* 2. † Declara; quia aliquando alter applicatur tribus, quando sic expedit, vel constat
4 de mente loquentis. Castr. *d. cons.* 264. *num.* 2. *& per tot. lib.* 2. † *Vter-*
5 *que,* est collectiua duorum. Castr. *cons.* 271. *in princ. lib.* 2. † *Omnes,* est
☞ collectiua plurium. Castr. *d. cons.* 271. *in princ. lib.* 2. Vide, *Dictiones vni-*
6 *uersales, & earum importantia. Concl.* 397. † Et adeo est collectiua, vt non contentetur de duobus; quia *ambo, vterque* continet duos proprie. Castr. *cons.* 123. *Viso testamento, in princ. lib.* 1. licet circa med. *ver.*
is non obstantibus, dicat, quod dictio, *omnes,* contentatur etiam de
7 duobus. † Si tamen dictio profertur in singulari, *omnis,* est collectiua, & distributiua in singulos. Bart. in *l. hoc articulo, ff. de hæred. instit. n.*
☞ 3. Vide plenius, *Dictiones distributiuæ, & earum natura. Conclus.* 269.
8 † Liberi & descendentes dicuntur nomina collectiua. De ci. *cons.* 1. *nu.* 207. *& seq. lib.* 1. ideo dicuntur habere tractum successiuum, seu tempus successiuum, vt omnes vocati dicantur, vnus post alium.
9 † Extende multis modis in *ver. substitutio vulgaris* quando dicatur, & quando fideicommissaria, & quomodo cognoscatur. *Conclus.*
10 803. *n.* 116. *& multis seq.* † Restringe secus in filiis, & nepotibus; quia
12 dicuntur nomina appellatiua. Cravet. *cons.* 22. *num.* 4. † Extende; quia familia, agnatio, & similia dicuntur nomina collectiua habentia tractum successiuum temporis, quando vocantur in perpe-
☞ tuum. Cravet. *cons.* 131. *num.* 10. Vide, *Collectiua nomina quæ sint. Concl.*
451. Vide, *Nomina collectiua & appellatiua quæ dicantur. Concl.* 54.

Dictio, *concorditer*, quid importet, & qualiter intelligatur. Concl. 253.

1 IN † omni dispositione, in qua aliquid per plures concorditer fieri debet intelligitur, nemine discrepante, maxime in materia contractus, & stricti iuris. Alexan. *cons.* 124. *In causa, & lite, nu.* 2. &
☞ 3. *lib.* 2. Vide, *Maior pars multa operatur. Conclus.* 14. *per totam,* maxime

in fi. † Extende in facto vniuersitatis, vel collegii, qui faciunt, vt 2
vniuersi, si requititur, quod factum sit concorditer, intelligitur, nemine discrepante, & istud est in omnibus casibus, in quibus verba vere, & proprie sunt accipienda. Alex. *d. cons.* 124. *nu.* 2. *lib.* 2. † De- 3
clara; quia in iis, in quibus factum plurium fit tanquam à singulis, vel vbi factum à maiori parte habetur pro facto legitimo, ac si ab omnibus esset factum, illud est per fictionem, & similitudinem, non autem per veritatem. Alex. *cons.* 124. *nu.* 2. *lib.* 4. vbi late.

Dictiones coniunctiuæ, & earum natura. Conclus. 254.

NATVRA † dictionis coniunctiuæ est, quod ponitur inter ea, 1
quæ sunt eiusdem qualitatis, & rationis. Bal. *cons.* 33. *circa med.*
ver. item disiunctiua, nu. 1. *in fi. lib.* 1. Vide. Dictio, &, quando copulet, ☞
vel non. *Conclus.* 274. † Copulatiuæ dictiones, & earum natura po- 2
nuntur in *l. Seie, §. Caio, ff. de fundo instru. & in l. fin. §. cui dulcia, ff. de vino,*
trit. & oleo leg. Signorol. *cons.* 156. *nu.* 24. † Vide tamen; quia aliquan- 3
do secundum subiectam materiam, dictio coniunctiua, ponitur pro disiuncta, *l. coniunctionem. & l. sæpe, ff. de verb. signif.* & disiuncta accipitur pro coniuncta, vide de vtraque Ægid. Bellam. *cons.* 39. *n.* 7.
& 8. † Et vbicunq; copulatiua ponitur inter incompatibilia; tunc 4
stat pro disiuncta. Bart. *cons.* 10. *Viso statuto, in fi. lib.* 1. vbi apostilla in
ver. disiunctiuam. vbi Bart. loquitur in eo, qui fecit testamentum, & vult, quod sint codicilli; quia alternatiue intelligitur. † Idem, 5
quando constat de mente, vel ex præsumpta mente; quia coniuncta ponitur pro disiuncta, & è conuerso disiuncta ponitur pro coniuncta. Alex. *cons.* 98. *Visis iis, num.* 8. *ver. denique, lib.* 5. † Idem in casu 6
notabili, quando coniuncta ponitur inter plures ad voluntatem eorum; quia perinde est, ac si ad voluntatem singulorum; nam si plures faciunt inter se societatem duraturam, donec voluerint, licet per mortem vnius dissoluatur societas; tamen secus est in isto casu; quia inter superuiuentes durat; quia illa verba, *Petrus & Antonius, & Iacobus fecerunt societatem duraturam donec voluerint,* intelliguntur singulariter, donec Petrus voluerit, donec Antonius voluerit, & donec Iacobus voluerit; ideo mortuo vno durat inter alios; quia coniuncta ponitur pro disiuncta. Alex. *cons.* 136. *Viso processu, in princ. lib.* 5. licet dicat quid ex quo extat renouatio & continuatio, ipsi magis placet secundum fundamentum.

Dictiones, *constare*, & *apparere*, quid importent. Conclus. 255.

CONSTARE † non dicitur id, quod in scriptura litteraliter 1
non continetur, licet virtualiter eliciatur; & ideo dispositio relatiua ad id, quod constat in libris, non operatur, nisi constet per scripturam apparentem. Gemin. *cons.* 25. *nu.* 4. *ver. demonstrat.* † Am- 2
plia, vt idem sit de verbo, *apparere;* quia ex scriptura non dicitur aliquid apparere, si non est scriptum, licet eliciatur ex sensu. Gemin.
d. cons. 25. *nu.* 7. *ver. & idem importat.* † Extende; quia testes, licet iura- 3
uerint, si nondum sunt examinati, non dicitur constare aliquid, neque apparere; secus, si sunt examinati, licet non publicati. Gemin. *d. cons.* 25. *num.* 6. Vide, *Constare quando, & qualiter dicatur. Conclus.* ☞
781.

Dictiones continuatiuæ quæ sint, & earum natura. Conclus. 256.

CONTINVATIVÆ † dictiones & earum natura ponitur in *l.* 1
in repetendis, ff. de leg. 3. Vide, *Dispositio continuata intelligitur retento*
eodem casu. Conclusio. 484. † Item hæc dictio à lege prolata inducit 2
continuationem, quando est in verbis promulgatoriis legis. Signorol. *cons.* 156. *num.* 24. *ver. primo casu.* Vide, Dictio, *item,* quid importet. *Conclus.* 303. † Si vero est in verbis legis post promulgatio- 3
nem, aliquando importat continuationem, aliquando principium decisionis. Signorol. *d. cons.* 156. *num.* 24. *ver. primo.* † Quando deno- 4
tat continuationem, denotat diuersitatem aliquando, & aliquando extrema, quoad accidentia facti, sed identitatem quoad iuris ministerium. Signorol. *d. cons.* 156. *num.* 24. *ver. primo.* † Quando in- 5
ducit principium decisionis; tunc non inducit continuationem attenta iuris identitate de casu ad casum, sed inducit continuationem quoad quid, saltem attento genere; quia est de eadem materia. Signorol. *d. cons.* 156. *num.* 24. *ver. primo, in fin.* † Ab homine si est 6
prolata dictio, *item,* distingue quatuor casus, de quibus idem Signor. *cons.* 156. *in fi. ver. secundo vero casu principali, vsque in fin.* vbi, quod repetit. Vide, *Repetitio præcedentium ex quibus verbis inducatur. Conclusio.* ☞
186.

Dictio, *cum*, quid importet. Concluſ. 257.

1 DICTIO, *cum*, quandoque importat cauſam; quia ſtat cauſatiue, quandoque eſt aduerbium; primo caſu eſt pro cauſa, vt ſi dicatur, beneficia reſeruata cum conferuntur per Papam, optio non habet locum, vt in *c.ſi.§. in præbendis vero, de conſuet. lib.6.* & tunc importat, quod niſi concurrat collatio Papæ, quæ eſt cauſa tollendæ optionis, non ceſſat optio, ita Gemin. *conſ.39. in princ. & per totum.* † Si vero ſtat aduerbialiter, probat oppoſitum; quia ſemper haberet locum optio in vacantibus in curia, ſi per Papam non conferantur. Gemin. *d. conſ.39. num.2. ver. ſed ſi dictio.* † Quod autem poſſit ſtare & cauſatiue, & aduerbialiter, probat Gemin. *d. conſ.39. num.4. ver. & quod dictio.* † Adde; quia dictio, *cum*, copulat, & coniungit acceſſorie, non principaliter, *l. ſi cui, ff. de fundo inſtructo.* Bart. in *l. Iulius Paulus, ff. de condit. & demonſtr.* plene Ruin. *conſil.114. lib.4. num.4. & ſeq.* Alexand. *conſ.193. Ex themate, numer.5. verſic. item ſi adificium, lib.2. & conſ.75. Viſo themate, numer.6. verſic. pro hoc etiam, lib.6.* Vide Concluſionem proxime ſequentem. † Extende in tantum; quia ſi principalis diſpoſitio eſt nulla, eſt etiam nulla diſpoſitio copulata cum dictione, *cum*, tanquam acceſſoria. Gemin. *conſ.32. col. ſi. ver. quo autem ad conceſſionem.* † Reſtringe; quia non coniungit acceſſorie inter perſonas poſita, ſed coniungit æque principaliter. Bald. *conſil.409. Conceſſus fuit, lib.1.* quod duplicatur *conſ.408. lib.5.* vbi dicit, quod habens ſaluum conductum eundi, & redeundi cum decem equis, & bonis, poteſt etiam mittere vxorem, quia dictio, *cum*, complectitur vxorem, licet ſit principalis, & non acceſſoria, infra *num.9.* Vide, *Saluus conductus non extenditur, & quando ſecus. Concluſ.23.* † Idem tenet Cuma. *conſ.40. Cuidam filio, num.4.* vbi, quod copulat non minus, quam faciat copula, *&*, vbi loquitur in filiofamilias ſe obligante pro dote vxoris vna cum patre; quia dictio, *cum*, copulat perſonas obligatas; multo magis, quando adeſt etiam, *vna cum*; quia magis copulat ex quo dictio, *vna*, etiam copulat. Vide, Dictiones, *in*, &, *de*, quid importent. *Concluſ.292.* vbi, quod, *cum*, coniungit quoad proceſſum, non quoad ſententiam, vide ibi. † Declara; quia ſi teſtator legat alimenta filiæ cum hærede, intelligitur quod ſtet in ſimul cum hærede, & præſtet operas conuiuales. Bald. *conſ.484. Caſus talis eſt, in ſi. num.2.* vbi etiam dicit, quod iſta dictio habet tot ſignificatus, quot habet aſpectus. † Idem tenet Franc. Aretin. *conſ.1. nu.10.* vbi, quod dictio, *cum*, coniungit principaliter perſonas ad effectum repetitionis qualitatum, & conditionum inter diuerſas perſonas poſitas in eadem oratione, reprobato Bar. in *l. Iulius Paulus. ff. de cond. & demonſtr.* ſupra *num.6.* † Adde, quia importat conditionem, ſi iungatur verbo futuri temporis, veluti ſi dicatur, *cum veniet nauis.* Cuma. *conſ.61. Petrus hæres, nu.3. ver. ad ſecundum.* † Reſtringe; quia ſi iungatur verbo præteriti temporis importat cauſam, vel demonſtrationem, non autem importat conditionem. Cuma. *d. conſ.61. n.3. v. ad ſecundum.* † Declara; quia in dubio potius demonſtrationem, quam conditionem debet importare. Cuma. *d. conſ.61. in ſi. v. quinimo.* Vide Concluſionem proximam ſequentem, maxime *num.16. & ſeq.*

Dictio, *cum*, coniungit, & quid ſignificet. Concluſ. 258.

1 DICTIO, *cum*, eſt virtutis, vt coniungat per modum acceſſorij, non autem per modum principalis diſpoſitionis; ideo diſpoſitio de aliquo patronatu, vel iure cum ſepulchro, vel alio adiuncto, operatur, vt illud adiunctum ſemper ſit acceſſorium; ideo ſi principalis diſpoſitio eſt nulla, eſt nullum acceſſorium in neceſſariam conſequentiam. Gemin. *conſ.32. col. ſi. ver. quo autem ad conceſſionem.* Bartol. in *l.3. in ſi. C. ſi pend. appell.* vbi Bald. & alii, & eſt communis * opinio, de qua Auguſt. Arimin. in *addit. ad Angel. de malef. in ver.* 2 *eius bona publicamus*, late Ruin. *conſil.114. num.4. & ſeq. lib.4.* † Extende; quia diſpoſitio de patronatu cum ſepulchro, operatur, quod ſi non valet de principali, nec valet de acceſſorio. Gemin. *d. conſil.* 3 *32. colum. fin.* † Idem ſi condemnatio fiat capitalis cum confiſcatione bonorum, quia cenſetur facta acceſſorie, ita vt ſi non veniat, de iure non operetur, & ideo debet dici, *condemnamus in pœnam capitis, & eius bona confiſcamus*, vt confiſcatio ſit principalis, ita Arimin. * ad Angel. *de malef. in ver. eius bona publicamus*, vbi dicit * communem. Ruin. *conſil.114. num.5. lib.4. verſic. nam publicatio bonorum.* Vide, *Confiſcatio bonorum expreſſa, vel tacita in quibus differant. Concluſ.724.* † Et ideo, ſi quis condemnatur in pœnam mortis naturalis cum confiſcatione bonorum, confiſcatio adeo eſt acceſſoria, vt ſi pendente appellatione moriatur condemnatus, euaneſcat confiſcatio, ſecus ſi eſſet facta principaliter, ita Cæpol. *conſil. crimin. 17. num.36.* 5 *verſic. ſed dubitari poteſt.* † Idem in dedicatione facta de perſona in monaſterio cum bonis; quia bona acceſſorie cenſentur dedicata; ſecus ſi æque principaliter per copulam. Ruin. *d. conſil.114. numer.5. ver. & confirmatur, lib.4.* † Idem in commiſſione appellationis ab 6 articulo grauaminis cum toto negotio principali; quia acceſſorie venit negotium, ideo deſerta appellatione reuertitur negotium ad primum iudicem; ſecus ſi æque principaliter committitur appellatio à grauamine, & negotium principale; quia vtrunque principaliter cenſetur commiſſum. Ruin. *d. conſil.114. Pro reſponſione, per totum, lib.4.* † Idem in priuilegio, & exemptione valcheriæ 7 cum molendino; quia molendinum eſt acceſſorium ad exemptionem valcheriæ, & eſt exemptum. Alexan. *conſ.193. num.5. & ſeq. lib.2.* † Extende; quia in tantum hæc dictio, *cum*, iungit acceſſorie, vt 8 ſi in tranſactione quis promiſit reſtituere domum cum melioramentis, melioramenta acceſſoria dicuntur, ita vt ſi reſtituit domum, & non melioramenta, non incidat in pœnam *l. ſi quis maior*, quæ non habet locum in acceſſoriis. Caſtren. *conſil.378. Quantum ad illa, colu.1. in fin. ver. præterea ipſe ſeruauit, lib.1.* Vide Concluſionem proxime præcedentem. † Extende; quia ſi tutor, vel 9 adminiſtrator promiſit per inſtrumentum reddere rationem de adminiſtratis cum reliquorum reſtitutione, ipſa reſtitutio reliquorum venit acceſſorie; ideo non poteſt agi via exequutiua etiam ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta habeant exequutionem paratam; quia non poteſt conſtare, quid reſtituendum ſit, antequam ſit reddita ratio, in cuius conſequentiam pendet reſtitutio. Alexa. *conſil.192. Viſis narratu, num.1. in fin. & num.2. verſic. & ponderan. lib.7.* † Reſtringe in coadiutoria cum futura ſucceſſione data; quia licet 10 non valeat coadiutoria, vt, quia mortuus eſſet is, cui datur adiutor, vel quia non poſſideret, tamen valebit futura ſucceſſio, quando Papa ſciuit defectum coadiutoriæ, ita Put. *deciſ.98. in vna Toletan. lib.2.* Rota in *nouiſſ. lib.2. in 3. vol. deciſ.285.* vbi quod ſufficit, quod potuerit habere effectum, licet non habuerit. † Et ideo differt co- 11 pula, *&*, quia coniungit æque principaliter; ſecus in dictione, *cum.* Alexand. *conſil.193. Ex themate, numer.5. verſic. item ſi adificium, lib.2.* † Amplia; quia dictio, *cum*, habet coniungere ſiue proferatur affir- 12 matiue, ſiue negatiue. Bald. *conſil.452. Statuto ciuitatis Mantuæ, num.4. ver. ex tertio, lib.1.* † Amplia; quia dictio, *cum*, ita coniungit, vt re- 13 quiratur verificatio vtriuſque copulati; ideo ſtatutum diſponens, quod mulier cum hæreditate non nubat forenſi, non habet locum, ſi nubat ſine hæreditate; quia requiritur concurſus omnium copulatorum. Bald. *conſ.357. in fin. lib.1.* Vide, *Copulata plura ſi requirantur, non ſufficit vnum. Concluſ.1035.* † Extende; quia dictio, *cum*, 14 inter perſonas honoratas prolata coniungit, & copulat ſicut copula. Ancharan. *conſil.365. In themate propoſito, num.4.* † Amplia; quia 15 dictio, *cum*, auget, vt ſi conceditur caſtrum cum iuriſdictione. Caſtren. *conſ.187. Notandum eſt, in princip. lib.2.* vbi apoſtil. citat Corn. *conſil.3. num.3. & ſeq. lib.1.* † Amplia; quia importat conditionem. 16 Decian. *conſ.34. num.43. lib.3.* Vide Concluſionem proxime præce- 17 dentem, *num.10. & ſeq.* † Declara; quia dictiones, *cum, vna, ſimul*, & ſimiles ſemper magis copulant, quam dictio, *&*, quia dictio, *&*, perdit virtutem copulandi in iis, in quibus datur ordo ſucceſſiuus, aliæ vero ſemper copulant etiam in iis, in quibus datur ordo charitatis, vel ordo iuris ſucceſſiuus. Caſtr. *conſ.445. n.3. lib.2.* † Am- 18 plia; quia dictio, *cum*, acceſſorie coniungit, vt aliquando duas perſonas ponat pro vna, quando iunguntur per dictionem, *cum, l. ſi. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi ſi quis dicat, *Titius vna cum filiis ſuis, & Sempronius mihi hæredes ſunto*, Titius & filii habebunt medietatem, Sempronius aliam medietatem. † Contrarium de directo dicit text. in 19 *l. ſi quis Titio, ff. de vſufruct. accreſcen.* vbi ſi teſtator dicat, *Titio cum hæredibus meis, & Mæuio eandem rem lego*; Titius habebit tertiam, hæredes tertiam, & Mæuius tertiam. † Declarat Abb. *conſil.57. Attingam, in* 20 *princ. lib.1.* vbi pro vtraque parte allegat, & dicit, quod quando dictio, *cum*, coniungit nomina collectiua, vel nomina dignitatum, ſemper ſtat coniunctiue principaliter; ſecus ſi nomina ſingularia; ideo Papa mandans Archiepiſcopo Florentiæ, vt vna cum Capitulo, & Conſulibus fabricæ dotet, & ordinet præbendas Canonicales, non ponit Epiſcopum, & Capitulum tanquam vnum, & Conſules pro ſecunda voce, ſed erunt tres voces principales. Epiſcopus habebit vnam vocem, Capitulum aliam, & Conſules tertiam, & plura adducit. † Limita; quia dictio, *cum*, copulat æquali- 21 ter. prout in caſu, in quo promittitur pro dote certa ſumma cum ſucceſſione patris, vel matris; quia æqualiter omnia ſunt dotalia. Deci. *conſ.12. num.3. lib.2.*

Dictio, *de cætero*, quid importet. Concluſ. 259.

VERBVM, vel aduerbium; *de cetero*, importat omne futurum 1 tempus, & ideo is, qui in cauſa pendente iurat de cætero nihil

nihil impetrare, se excludit omni tempore. Roma. *cons.* 379. *Circa primum, num.* 3. *ver. secundo propter verbum.*

Dictiones demonstratiuæ ad oculum quæ sint, & quid importent. Conclus. 260.

1 DICTIO, † *ipse, ipsa, ipsum*, licet sit relatiua, tamen est demonstratiua ad oculum; ideo si testator instituit plures hæredes, & ipsis deficientibus sine filiis substituit alios, non censetur facta substitutio, nisi primis hæredibus demonstratis propter dictionem, *ipsis*. Bal. *cons.* 304. *Nobilis vir dominus, in fi. lib.* 5. sequitur Crauet.
2 alios allegans *cons.* 385. *nu.* 7. vbi latissime. † Extende; quia hæc dictio, *ipse, ipsa, ipsum*. est restrictiua, & personalitatem inducit. Cra-
3 uet. *d. cons.* 385. *Testator filiis, nu.* 7. *& cons.* 929. *n.* 12. † Et dictio, *hic, hæc, hoc*, est demonstratiua ad oculum. Roma. *cons.* 301. *In proposita, num.*
4 6. *ver. secundo probatur.* † Idem in dictione, *sibi*, quia personalitatem
5 denotat. Crauet. *d. cons.* 929. *num.* 11. † Idem in dictione, *infrascriptos hæredes*, quæ importat solum illas personas, quæ oculis corporeis legi possunt, & discerni ex inspectione testamenti, ita Alexan. *cons.* 176. *Visis narratis, numer.* 10. *vers. super alio, lib.* 7. allegat *l.* 1. *ff. de iis,*
6 *quæ in testam. delent.* † Declara; quia personalitas non attenditur, quando mens verisimilis, & subiecta materia aliter importaret. Abb. *cons.* 93. *in qu. numer.* 2. *lib.* 2. sequitur Crauet. *d. cons.* 929. *num.* 3.
7 † Declara; quia triplex est oculus, & ocularis demõstratio. glos. in *c. quorundam de electio. in* 6. ideo potest importare demonstrationem ad oculum corporalem, & ad oculum intellectualem. Roman. *d.*
8 *cons.* 301. *num.* 6. *ver. secundo probatur.* † Contrarium dicit Alexand. *cons.* 176. *in fi. lib.* 7. quia in testamento quando dixit *infrascriptos*, in-
9 tellexit de iis, qui oculo corporali leguntur scripti. † Amplia, vt procedat etiam ad exclusionem personæ, quæ repræsentat defunctum, quia dictio, *ipse*, est personalissima. Decian. *cons.* 29. *num.* 47.
10 *lib.* 2. † Extende, etiam si dictum sit, *per se cognoscat*, licet non dica-
11 tur, *per se ipsum*. Decian. *d. cons.* 47. *num.* 49. *lib.* 2. † Intellige extensionem, quando per verba geminata esset dictum, *per te, te*, vel *tu, tu*, Iaf. in *l. à iudice, col. fin. in* 9. *limit. C. de iud.* licet Barba. in *c. fi. de off. de-*
12 *leg.* reprobet. † Extende multo magis, quando est dictum, *per se ipsum*, vel, *se ipsum solum*. Decia. *d. cons.* 29. *num.* 49. *lib.* 2. Vide, Dictiones, *ipse, ipsa, ipsum*. Conclus. 301.

Dictio, *de*, quid significet, & eius natura. Conclusio 261.

1 DE, † syllaba importat augmentum, *l.* 1. *ff. depositi*, vbi ponere apud aliquem non tollit omnimodam custodiam à ponente, sed si deponit, secus est; quia deorsum à se ponit, vt ibi gl. in *versic.*
2 *auget*. Bald. *cons.* 220. *Proponitur, quod A. numer.* 5. *lib.* 1. † Significat immediatã materiam, de qua aliquid fit, vel surgit; ideo si adiungitur filio, vt si dicatur de progenie filii, non includitur pater, neque ascendentes, vel transuersales; quia non surgunt ex filio, sed solum de descendentibus filii intelligitur. Bald. *consil.* 336. *Quæritur, vtrum, lib.* 3. vbi allegat pro vtraque parte. Vide, Dictio, *ex*, quid im-
3 portet. *Conclus.* 274. † Ad euitandum absurdum importat causam
4 remotam. Signorol. *cons.* 170. *num.* 12. † De ciuitate, dictio, *de*, importare potest duplicem sensum, vt intelligantur omnes, qui iure ciuili illius ciuitatis includuntur, & de illis, qui intra mœnia ciuitatis sunt. Bald. *cons.* 139. *Statuto communis, circa fi. ver. secundo est consi-*
5 *derandum, lib.* 5. † Varios habet significatus, aliquando significat substantiam, vt si fiat legatum de bonis testatoris, debentur bona. Corn. *cons.* 167. *num.* 14. *ver. dictio enim*, de, *lib.* 2. vbi, quod idem est dicere, quod aliquid sit de bonis, vel de substantia bonorum; & ideo summa legata de bonis debetur in tot bonis, allegat Bald. in *c. penult. de off. deleg.* idem tenet Socin. *cons.* 72. *numer.* 10. *cum seq. lib.* 3. Ruin. *cons.* 65. *num.* 3. *lib.* 2. Parisi. *cons.* 18. *numer.* 37. *lib.* 2. Crauet. *consil.* 187. *num.* 5. & ideo si dos debetur à statuto filiæ exclusæ de bonis defuncti quod debeatur in substantia, & non in pecunia. Men. *de*
6 *arb. iudic. cas.* 163. *numer.* 25. 26. 27. † Aliquando importat materiam seu causam materialem. Bald. in *l. pen. prope fi. C. de condit. insert.* Lucas de Pen. in *l. omnes, num.* 72. *C. de decur. lib.* 10. & ideo importat, vel substantiam, & hypothecam. Vide. Dictio, *in*, &, *de*, quid importent. *Conclus.* 292.

Dictio, *debet*, importat necessitatem, & quando secus. Conclus. 262.

1 DICTIO, † *debet*, importat necessitatem, glos. in *clem.* 2. *in versic.*
2 *debent, de stat. monachor.* † Extende, etiam si iungatur cum verbo voluntario, puta, *possit & debeat*; quia verbum, *debet*, importat necessitatem. Alexand. *cons.* 233. *Visis verbis, in fi. lib.* 2. † Restringe nisi 3
verbum, *debet*, dirigatur ad personam cuius fauore profertur. apostil. ad Alex. *d. cons.* 223. *in fi. lib.* 2. *in ver. debent.* allegat Salycet. in *l. creditores, col.* 2. *C. de pignor.* late Tiraquel. *de retract.* §. 1. *glos.* 15. Vide, *De-* ☞
bet, quando inducat præceptum, vel peccatum, & quando non. *Conclus.* 32.

Dictio, *deinde*, quid importet. Conclus. 263.

DEINDE, † hæc dictio est significatiua, ordinis graduum, & id- 1
eo in materia successionis hæc dictio, *deinde*, importat successiuum ordinem, vt proximior præferatur remotiori. Bald. *cons.* 293. *Primo dicam, nu.* 2. *ver. illa enim dictio, lib.* 2.

Dictio, *demum*, & eius natura. Conclus. 264.

DEMVM, hæc † dictio restrictiua est, & taxatiua importat. 1
Bald. *cons.* 208. *Quæstio est, vtrum, nu.* 2. *lib.* 4. *vsque in fi.* vbi loquitur in dictione, *ita demum.*

Dictiones, *directe*, vel *indirecte*, quid importent. Conclus. 265.

DISPOSITIO † dicitur indirecta, quando principaliter quo- 1
ad verba dirigitur ad vnum, & effectus eius dirigitur in alium. Gemin. *cons.* 22. *nu.* 4. *ver. in contrarium*, vbi, quod talia verba quando iunguntur dispositioni vniuersali, tollunt cauillosas subtilitates, & idem repetit *cons.* 46. *num.* 10. *ver. indirecta enim.*

Dictio, *dictos*, vel, *prædictos*, quid importet. Conclusio. 266.

DICTIO, † *dictos fossos*, refert se ad fossos superius expressos, So- 1
cin. *cons.* 211. *Breuiter consultatio, in princ. lib.* 2. Bartol. in *l. talis scriptura, ad fi. ff. de leg.* 1. † Amplia; quia dictio, *in dicto ordine*, est præce- 2
dentium qualitatum repetitiua, & sequentium ampliatiua. Ægid. Bella. *cons.* 32. *in princ.* † Amplia; quia subscriptio apochæ, in qua 3
subscribens dicit, *se prædictis interfuisse*, intelligitur de omnibus contentis in apocha; quia verbum, *prædicta*, refert omnia præcedentia. Bald. *cons.* 455. *Quidam nomine, nu.* 2. *ver. modo quæritur, lib.* 1. † Etim- 4
portat relationem substantiæ rei, non autem qualitatis, vel valoris. Bald. *cons.* 190. *Casus talis est, quidam, in fi. lib.* 1. vbi, quod interrogatus, an habeat bona specificata penes se tanti valoris, si dicat, *habere dicta bona*, non censetur fateri valorem; quia dictio, *dicta*, refert substantiam, idem dicit Bald. in *l. si cui, la seconda, §. à filio, ff. de leg.* 1. vbi quis inquisitus, quod cognouerit Bertam vxorem Titii, si dicat, *cognouisse dictam Bertam*, non censetur fateri qualitatem, quod sit vxor Titii; quia dictio, *dictam*, refert substantiam tantum. † Et 5
si respondens inquisitioni continenti quod cognouit carnaliter Bertam vxorem Titij, dicat, *carnaliter cognouisse dictam Bertam*, confitetur idem corpus, & eandem qualitatem, quod Berta esset vxor Titii: Angel. Aretin. *consil.* 102. *In casu, & themate, numer.* 19. † Amplia; quia dictio, *prædicto*, vel, *prædicto modo*, non potest ex- 6
tendi ad alios, qui non sint prius dicti, ideo restringitur ad eos, de quibus sermo factus est. Corn. *consil.* 146. *in princ. num.* 5. *lib.* 2. † Et 7
ideo importat restrictionem, & limitationem. Castillio. *consil.* 24. *num.* 23. *& seq.* † Declara; quia relationem facit simpliciter non 8
qualificate, ideo si testator instituit filium, & si decesserit sine filiis masculis substituit extraneum exclusis fœminis filiabus & ipsi positi in conditione non sint vocati proprie, neque substituti, tamen si dixit testator, *quod excludebat fœminas vocando supradictos substitutos modo prædicto*, includit etiam positos in conditione, ex quo refert etiam eosdem, Corn. *d. consil.* 146. *num.* 13. *lib.* 2. † Amplia, quia 9
hæc dictio, *dictis*, vel, *prædictis*, est relatiua præcedentium, & repetit omnia prius dicta cum omnibus suis qualitatibus. Ruin. *consil.* 148. *nu.* 5. *in fin. cum seq. lib.* 5. *ver. & hoc propter relationem*, & quod idem sit dicere, *dictis*, vel, *prædictis*, aut, *supradictis*. Bartol. in *l. qui liberis.* §. *hæc verba, in fin. ff. de vulga. & pupill.* vbi alii. † Extende, vt repetat 10
omnia etiam futura, de quibus habita fuit mentio; quia relatiua est præcedentium omnium. Cephal. *consil.* 44. *num.* 13. *& seq.* vbi plus innuit, quod referatur ita ad omnia, vt procedat, etiam si oriatur nullitas dispositionis, si omnia repetit, quod ego non credo verum. † Extende; quia dictio, *dictam petiam terræ*, repetit to- 11
tam petiam, non partem, Alexand. *consil.* 176. *num.* 7. *lib.* 7. † Am- 12
pli dictio, *eisdem anno, & indictione*, est repetitiua substantiæ, & qualitatis. Angel. Areti. *d. consil.* 102. *num.* 19. † Amplia in casu con- 13
trario; quia dictio, *infrascriptos*, importat scriptos infra, taliter,

quod legi possint, non per subauditum sermonem. Alexan. *d. cons.* 176. *in fin. lib.* 7. ideo potest idem dici in distinctione, *prædictos*, vel *supradictos*, ex identitate rationis, plenius Alexand. *consil.* 173. *Visa facti narratione, num.* 6. *& seq. lib.* 5. vbi clarissime hoc demonstrat cum distinctione, de qua ibi, videlicet quando aliter non posset habere effectum dispositio; quia tunc continet, qui legi non possunt, 14 sed per intellectum capiuntur. † Limita; quia aliquando restringit. Cravet. *consil.* 98. *num.* 8. vbi, quod licet appellatione hæredum veniant hæredes hæredum; tamen fallit, quando de hæredibus facta est mentio, & fit repetitio, *dictos hæredes*, & melius declarat Decian. *consil.* 465. *Perscrutatis. num.* 8. *&* 9. vbi, quod appellatione filiorum hæredum, qui repetuntur per relationem verbi, *dictos fi-* 15 *lios*, non veniunt nepotes; quia reperit qualitates omnes. † Declara; quia ratio ponitur in *l. qui liberis*, §. *hæc verba, ff. de vulga. & pupill.* vbi Ias. post alios; quia mentio de hærede facta in testamento intelligitur de immediato, non de hærede hæredis; ideo dictio repetitiua præcedentium repetens cum qualitatibus per dictionem, *dictos*, non restringit, sed repetit cum qualitate de hærede immediato. Vide. *Prædictus* vel *prædicta* quid importent. *Conclusio.* 337.

Dictio, *dimittere*, quid importet. Concluſ. 267.

1 DIMITTERE † importat dimissionē respectu accessus, vt ille dicatur dimittere, qui retinet in dominio suo, non tamen ad illam accedendo corporaliter. Gemin. *cons.* 106. *Super dicto dubio, in* 2 *princ.* † Limita, quando adiicitur certa qualitas, vt si dicatur, *realiter dimittre*; quia importat totalem & omnimodam abdicationem. Gemin. *d. cons.* 106. *in princ. ver. ne igitur*, allegat glos. in *clem.* 1. *de vita, & honest. cleric.*

Dictiones disiunctiuæ, & earum natura. Conclusio 268.

1 REGVLA † & propria natura dictionis, *vel*, aut alterius disiun-
2 ctiuæ, est disiungere, & alternare. Bald. *d. cons.* 157. *in fi. lib.* 3. † Et ideo regula est, quod sufficit alterum ex disiunctis interuenire, vt verificetur dispositio alternatiua. Angel. *cons.* 373. *numer.* 6. *in fin. ver. contrarium est verum*, vbi loquitur in legati ademptione. Vide, ple-
3 nius, *Dictiones alternatiuæ quæ sint, & quando sint copulatiuæ. Conclusio.* 244. † Et ponitur inter diuersa. Alexand. *consil. fin. Viso processu, in*
4 *princip. lib.* 2. † Et præsumitur posita inter paria, & æqualia. Bald.
5 *d. consil.* 33. *colum.* 2. *vers. item disiunctiua, lib.* 1. † Aliquando tamen dictio, *vel*, sapit naturam coniunctionis; ideo obligatio pro dato, vel promisso, intelligitur, videlicet promisso dari. Bald. *cons.* 98. *Berta-*
6 *nus de Couo, numer.* 5. *vers. præterea illa verba, lib.* 1. † Idem est, quando ratio suadet, quod coniungat, veluti si statutum pœnale contra fraudantes gabellam principis dicat, *quod extrahentes bladum extra territorium vel extra iurisdictionem, vel ad loca non supposita, incurrat pœnam, &c.* secundum verba sunt casus alternatiui, secundum rationem, si extra territorium in loco eiusdem principis, vbi soluitur gabella, cessat; ideo videtur requirere coniunctionem. Bald. *consil.*
7 157. *Verba statuti, lib.* 3. dicit consulendum principem. † Idem ad e-
8 uitandum absurdum; quia ponitur pro coniuncta. Angel. *cons.* 373. *Visis instrumentis, num.* 7. † Aliquando etiam natura dictionum disiunctiuarum, prout est dictio, *vel*, est inducere tacitam repetitionem qualitatum præcedentium disiunctioni. Bal. *cons.* 33. *circa med. ver. item verba trahenda, lib.* 1.

Dictiones distributiuæ quæ sint, & earum natura. Concl. 269.

1 ALIQVIS, est dictio distributiua singulorum, sed tamen omnes in solidum comprehendit, *l. qui filiabus*, §. 1. *ff. de leg.* 1. Signor. *cons.* 188. *num.* 6. Bart. *cons.* 244. quod est vltimum, *lib.* 1. *in princ.*
2 † Extende; quia si fiat bannum, si aliquis deferat arma de nocte, incidat in pœnam, licet sit distributiua, habebit locum tamen in omnes deferentes, non in vnum tantum. Fulg. *cons.* 47. *Ser Michael.*
3 vbi ponit plura exempla. † Quandoque signum distributiuum respicit personas respectu meritacti, quandoque respectu commodi hæreditarij, & tunc quemadmodum est distributum commodum,
4 ita distribuitur etiam onus. Signorol. *cons.* 188. *num.* 7. † Restringe; quia verba distributiua, *si aliquis*, vel *aliqui*, non continent vniuersitatem; quia earum natura est, quod apprentur ad singulares per-
5 sonas. Gemin. *d. cons.* 65. *nu.* 27. *ver. item sub istis verbis.* † Restringe; quia non comprehendit etiam personas singulares, quibus obuiat ius commune in illa dispositione, vel vbi sequeretur tacuitas, vel absurdum: exemplum, patet dixit, *si aliquis ex filiis meis decesserit in pupillari ætate*, licet omnes filios comprehendat, non tamen illos, qui non sunt in pupillari. Signor. *d. cons.* 188. *num.* 7. *ver. item est aduertendum.* † Restringe, vbi repugnat natura eius, de quo agitur; quia di- 6
ctio distributiua, *aliquis*, non comprehendit omnes. Signor. *d. cons.* 188. *nu.* 13. *ver. non obstat ratio.* † Amplia; quia *aliquis*, *quis*, *quisque*, & 7
similes dicuntur verba distributiua; tamen effectum dispositiuum ponunt in quolibet particulari; ideo si testator dicat, *si quis mihi hæres erit*, verificatur, siue vnus tantum, siue omnes. Bart. plene *cons.* 57. *Anicellus, in fi. nu.* 5. *ver. item sciendum, lib.* 1. *& cons. fi. eod. lib.* 1. *in princ.* † Idem, si institutis tribus filiis substituat, & aliquis ex eis decedat 8
sine filiis, substituit superuiuētes, substitutio non expirat in primo, sed habet locum in aliis. Bart. *cons. vlt.* quod est 344. *D. Cato, in prine. lib.* 1 † Et quod dictio, *aliquis*, vel *aliqua*; verificetur in vno, si aga- 9
tur de verificatione, sed tamen actus distribuendi requirit pluralitatem personarum. Signorol. *cons.* 188. *num.* 14. † Amplia; quia, 10
quilibet, est verbum distributiuum, & operatur idem ac si essent factæ plures dispositiones, & dinumerationes; vnde substitutio facta pluribus filiabus, si dicatur, *cuilibet earum*, videtur facta singulis earundem, maxime quando actus est reiterabilis. Alexan. *cons.* 175. *perspectis, nu.* 2. *ver. distributiuum, lib.* 5. † Et quod hæc dictio, *quilibet*, 11
sit verbum distributiuum, *l. si pluribus, in princip. cum ibi not. ff. de leg.* 2. & eius natura est attribuere solide, seu in solidum personis sic distributiue nominatis. Ant. de Butr. *cons.* 29. *num.* 2. Roland. à Valle *cons.* 70. *num.* 44. *lib.* 3. Decian. *cons.* 73. *num.* 16. *lib.* 2. late Ripa in *l. hæredes*, §. *cum ita, num.* 3. *ff. ad Trebel.* vbi quid operetur, & *num.* 6. dicit, quod *vter*, & *alter*, sunt signa particularia dictionis, *vterque*; *quilibet*, & *quicunque*, sunt signa particularia dictionis, *omnis*. Alexand. *cons.* 12
38. *Visis, num.* 3. *lib.* 5. † Amplia; quia, *quicunque*, est verbum collectiuum, & distributiuum, & habet vim vniuersalis dictionis. Vide, ☞
Dictiones collectiuæ quæ sint. Concluſ. 252. † Amplia; quia, *quis*, vel, *qui*, 13
relatiua sunt, & distribuentia cuilibet in solidum, secundum Bar. *l. hoc articulo, num.* 7. *ff. de hæred. instit.* † Amplia; quia, *quilibet*, & *quisque* 14
important idem, vt sint distributiua. Bart. *d. l. hoc articulo, n.* 4. *ff. de hæred. instit.* † Amplia; quia, *quisque*, *quaque*, *quodque*, est collectiuum. 15
Bartol. *dict. l. hoc articulo, numer.* 5. *ff. de hæred. instit.* sed tamen etiam importat distributionem propter vicinitatem, quam habet ad dictiones, *quisque*, & alias distributiuas. Bartol. vbi supra *numer.* 6. *in princip.* & ibi sequuntur Bartol. Angel. & Io. de Imola, *in princip.* Castrens. *in l. si necessarius*, §. *si annua, ff. de pignorat. actio.* † Declara; quia 16
distributiua aliqua sunt simplicia, *quilibet*, *quisque*, & attribuunt ista rem cuilibet in solidum, nisi natura rei repugnet, & natura istorum distributiuorum simplicium est, vt requiratur concursus omnium ad quos referuntur, alias esset falsa oratio. Bartol. *d. l. hoc articulo, numer.* 6. *versicul. distributiuorum*, *ff. de hæred. instit.* † Aliqua 17
distributiua duplicia sunt, *quisquis*, *si quis*, *quicunque*; quia requirunt semper duo verba, & pariter ista attribuunt rem cuilibet in solidum, sicut simplicia, tamen in hoc differunt; quia non requirunt concursum omnium sicut præcedentia sed verificantur vno, vel etiam in omnibus. Bartol. vbi supra, *numer.* 6. *versicul. quædam sunt* † Ias. tamen in *l.* 4. §. *fin. ff. de leg.* 1. dicit quod licet omnes sequantur 18
Bart. in *d. l. hoc articulo, ff. de hæred. instit.* tamen, quod non est verum, quod dictio, *quicunque*, sit duplex, *&* dictio, *quilibet*, sit simplex, quia ambæ important idem, & relinquit cogitandum. † Et quod 19
dictio, *omnis*, in singulari, est collectiua & distributiua, sed in plurali solum est collectiua. Vide, *Dictiones collectiuæ quæ sint. Conclusio.* ☞
254. † Declara totam istam materiam dictionum collectiuarum, 20
& distributiuarum, vt plene per Bartol. in *l. hoc articulo*, *ff. de hæred. instit. numer.* 3. *& sequent.* vbi dicit, quod verba, *omnis*, & *quisquis*, sunt distributiua; quia licet differant ex quo dictio, *omnis*, est collectiua si in plurali profertur; tamen si in singulari profertur est distributiua, sicuti dictio, *quisquis*, & confert cuilibet in solidum distributionem. † Operantur verba distributiua, perinde ac sic essent fa- 21
cto plures, & separatæ dispositiones, & dinumerationes, *l. sicut ann. versicul. videtur tractatum, ff. quibus mod. vsusfr. amitt.* maxime, quando actus est reiterabilis, & recipit diuisionem, Roland. à Valle *cons.* 70. *num.* 44. *lib.* 3. allegat Bartol. in *l. non distinguemus*, §. *cum in plures, ff. de arbitr.* Mazol. *cons.* 114. *numero* 22. *&* 23. Ruin. *consilio* 120. *num.* 13. *lib.* 1. Decian. *consil.* 14. *n.* 6. *lib.* 2. † Et quod in contractibus, licet non 22
habeat locum ius accrescendi, tamen dictio, *quilibet*, inducat ius non decrescendi. Rui. *d. cons.* 120. *n.* 13. *lib.* 1. † Differt tamen, an ver- 23
bum distributiuum iungatur conditioni, vel dispositioni, quia si iungitur conditioni, prout, *si quilibet filiorum meorum decesserit sine filiis, substituo*; tunc nō sufficit, quod vnus decedat, quando supereſt persona quæ ex verisimiliter testatoris veniret, si vero adiicia-
tur substitutioni, & sic dispositioni, prout *substituo cuilibet*, bene im-
portat, quod cuilibet. Alex. *d. cons.* 173. *n.* 2. *&* 3. *li.* 5. † Declara; quia 24

multum

multum refert, an distributiua fiat singulariter in pluribus orationibus separatis; & tunc non habetur ratio, an superſit perſona, quæ ex mente teſtatoris excludat, *l. vel ſingulis, ff. de vulg. & pupil.* aut in eadem oratione per verbum diſtributiuum, & ſecus. Alex. plene *d. conſ. 173. num. 9. & 10. lib. 5.* Vide Dictio, *quæcunque*, quid importet, *Concluſ. 351.*

Dictio, *diu*, quid importet. Concl. 207.

1 DIv hæc † dictio, vel aliquandiu, importat tempus quadraginta dierum ſecundum ſtylum Curiæ. Gemin. *conſ. 78. nu. 5. in fin. ver. nec obſtat, ſi dicatur.*

Dictio, *donec*, quid importet. Concluſ. 271.

1 DONEC, † non importat conditionem, ſed terminū temporis. Bald. *conſ. 415. Quod d. Conteſina, lib. 5. in princ.* vbi quod vxor inſtituta hæres donec vitam vidualem ſeruauerit, non dicitur hæres
2 ſub conditione ſed hæres ad tempus. † Et dictio, *ſeu*, aduerbium *donec quoad, & quouſque*, & ſimiles important limitationem diſpoſitionis, *l. fœminæ, ff. de Senator.* Deci. *conſ. 584. Viſa prohibitione, nu. 11.* vbi quod efficiunt diſpoſitionem temporalem, & idem dicit Caſtren. *conſ. 184. n. 2. ver. colligitur inſuper, lib. 2.* vbi, donec vixerit, id eſt, quo-
3 uſque vixerit, & *& conſ. 185. in princ. eod. lib.* † Extende in diſpoſitione ſtatuti; quia ſi fœmina excluditur, donec extant maſculi, excluſio non eſt perpetua, ſed temporalis. Bald. *conſ. 43. Domina Malgrada, lib. 2.* ſequitur Deci. *d. conſ. 584. num. 11.* Bart. in *l. ſi. §. 1. ff. ad Tertull.* vbi de ſtatuto excludente fœminas, donec extabunt maſculi; quia eſt cō-
* cluſio temporalis communem * dicit Soc. Iun. *conſ. 2. in fin. lib. 1. & conſ. 110. lib. 2.* plene Menoch. *conſ. 105. nu. 75. & ſeq. lib. 1.* Riminald.
* Iun. *conſ. 249. nu. 21. & ſeq.* vbi de communi, & magis * communi, &
* de communi Deci. *conſ. 607. n. 16.* & de communi, & magis * communi Alex. *conſ. 188. n. 2. lib. 6.* vbi, quod ab iſta non eſt recedendum
4 in iudicando. Petr. de Anch. *conſ. 120. nu. 4. & ſeq.* † Difficultas eſt, an ſi filia excluſa donec extant maſculi, & ſic ad tempus, ſi poſtea maſculi deſinant, & fœmina non excluditur amplius, poſſit dicere teſtamentum nullum, in quo fuit præterita, & Bart. *conſ. 11. Proponitur, lib. 1.* & Bald. *conſ. 68. Proponitur, lib. 1.* dicunt, quod eſt nullum ab
* initio, & apoſtilla ibi ad Bart. 1. circa ſi. dicit opinionem Bart. communem, * quem ſequuntur plurimi, & ita Peruſiæ fuit iudicatum.
5 † Contrarium tenet Franc. Albergottus in apoſtil. ad Bar. *d. conſ. 11. in ver. proponitur.* quia dicit ipſe, dictiones illæ, *quouſque, & donec*, importare, quod interim excluditur fœmina, igitur licet poſtea ceſſantibus maſculis habiliretur, non dicit teſtamentum nullum, & hoc plene probat Bart. *conſ. 20. lib. 1.* quod non eſt Bart. ſed vel Albergotti, vel Collegii Florentini, vt videtur dicere Bal. *conſ. 69. lib. 1. ver. an contrarium*, & in effectu in *d. conſ. Bart. 20. lib. 1.* quod duplicatur *conſ. 110. lib. 2. num. 2.* dicitur, quod dictiones illæ non poſſunt operari nullitatem à principio, & ipſo iure; quia tunc non ſuccede-
6 bat fœmina, & noua opus eſt prouiſione. † Declara, vt per Bartol. plene in *l. 1. ff. de cond. & demonſtra. num. 15. ver. & quæro de dictione.* vbi, quod dictiones, *donec, quoad*, & *quouſque*, idem important, & ſi reſpiciunt inchoationem beneficii, vel diſpoſitionis, important conditionem ſi apponuntur ad ſuſpenſionem beneficij, important conditionem, quando ſuſpenſio eſt incerta; ſecus ſi limitata certo tempore, ſi vero apponantur lege ad limitationem important conditionem extinctiuam ipſo iure, ſi vero ab homine ſecus, niſi vt ibi per eum, vide omnino Bart. vbi ſupra, cuius opinionem com-
* munem * dicit Deci. *conſ. 108. nu. 19. lib. 3.* † Extende, quia in vltima
7 voluntate dictiones, *donec, quouſque, quoad, quandiu*, & ſimiles appoſitæ ad limitandam diſpoſitionem, important conditionem extinctiuam ipſo iure, prout ſi à lege induceretur. Deci. *d. conſ. 108. n. 19. lib. 3.* Caſtren. *conſ. 185. in princ. lib. 2.* vbi, quod legatum vxori, donec vidua erit, limitat, & reſtringit legatum durante viduitate tantum.
8 † Quandoque hæc dictio ponitur pro negatiua. c. Ioſeph ext. de verb. ſign. ibi Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit filium primogenitum, ac ſi nunquam diceret, etiam poſtquam peperit.
9 † Amplia; quia dictiones, *donec*, & ſimiles limitantes diſpoſitionem idem operantur, ſi adiiciantur diſpoſitioni negatiuę, quia erit limitata diſpoſitio negatiua, prout ſi apponantur diſpoſitioni affirmatiuæ, & ideo pater prohibens alienationem filio, donec fuerit certæ ætatis, cenſetur ipſo iure concedere adueniente ætate ſu-
10 ſpenſa. Deci. *d. conſ. 484. n. 11.* † Amplia, vt multo magis operentur dictiones quando ſunt geminatæ, veluti ſi dicat, *donec, & quouſque.*
11 Deci. *d. conſ. 484. nu. 11. in fi.* † Amplia in tantum dictiones ſuſpenſiuas, *donec, quouſque, &c.* limitare, vt ſi apponantur diſpoſitioni prohibitiuæ, lapſo termino prohibitionis ad tempus inducatur permiſſum. Bart. *conſ. 11. in princ. lib. 1.* † Declara, vt non procedat quando eſſemus in diſpoſitione cauſata, ſeu requirente factum ſuperioris; quia excommunicatus, donec ſoluat, ſequuta ſolutione debet abſolui, ita Bart. *conſ. 20. lib. 1. in princ.* 12

Dictio, *dummodo*, quid importet. Concluſ. 272.

DVMMODO, hæc † dictio in omni diſpoſitione adiecta ad 1
qualificandum, importat conditionem, ideo priuilegium cōceſſum occupantibus loca infidelium, dummodo fuerint prius Chriſtianorum, reſtringitur ad conditionem, quia non poſſunt occupari bona infidelium, quæ non fuerunt Chriſtianorum. Gemin. *conſ. 96. num. 4. ver. quoad ſecundum.* Vide, Clauſula, *dummodo non niſi pro quatuor. Concluſio. 327. cum duabus Concluſionibus ibi prox. ſeq.*

Dictio, *dum tamen*, quid importet. Concluſ. 273.

IMPORTAT † exceptionem ad regulam, vel diſpoſitionem, 1
cui adiicitur. Ang. *conſ. 290. Thema eſt tale. num. 5. ver. illa ergo dictio.* Vide, *Dictiones exceptiuæ quæ ſint. Concluſ. 278.*

Dictio, *&*, quando copulat & quando non, & quid importet. Concluſ. 274.

DICTIO, *&*, copulat, & coniungit copulata diuerſa, & diuerſi 1
effectus tantum. Calder. *conſ. 239. in fin.* alias 18. *de præb. ver. præterea aduertendum*, quod eſt Petri de Anchar. idem Anchar. *conſ. 154. Quæſtio ſuper qua. nu. 5.* Roman. *conſ. 224. in fin.* vbi, quod ponitur inter diuerſa. Vide, *Copulata plura ſi requirantur non ſufficit vnum. Concluſ.* 2
1035. † Contrarium, quod copulat non diſſimilia, ſed ſimilia. *l. ſin.* 3
§. dulcia. ff. de vi. trit. & ole. leg. † Declarat Alexand. *conſ. 120. col. 1. circa fin. ver. nec obſtat, lib. 1.* quod non eſt copula, quæ hoc operetur, vt ſi- 4
milia copulet, ſed adiectiuum ibi neutraliter poſitum. † Extende; quia dictio, *&*, copulat diuerſa, & diuerſum effectum producunt copulata. *l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3.* Cald. *conſ. 547.* alias 2. *de verbor. ſigni.* † Extende; quia copula ſemper coniungit, & requirit omnia 5
copulata concurrere, quando ponitur inter plures cōditiones. Alex. *conſ. 110. Circa primum. n. 10. ver. iis etiam conſonat, lib. 3.* vbi poſti. in *ver. copula*, dat infinitos concord. † Declara, quia ſi depoſitum, ad 6
quod concurrunt plures conditiones copulatæ, eſt vnum, & vnus effectus; tunc omnia copulata debent concurrere; ſi vero eſſent plures conditiones copulatæ reſpectu diuerſi diſpoſiti; tunc reducuntur ſingula ſingulis, & non copulantur, & ſic intellectus diuidit, & vnitatem copulatiue diſtribuit. Alexand. *d. conſ. 110. num. 14. & 15. ver. iis etiam conſonat. lib. 3.* † Extende; quia quotieſcunque agi- 7
tur de pœna incurrenda, & plura copulantur, in dubio ſemper debent concurrere omnia copulata, vt pœnam quis incurrat; quia odia reſtringuntur, fauores vero ampliantur. Alexand. *d. conſ. 110. num. 15. & ſequen. ver. & tanto magis. lib. 3.* vbi tollit contraria. † Am- 8
plia; quia copula, *&*, coniungit, & repetit copulata cum ſuis qualitatibus. † Reſtringe, niſi copulata de ſui natura ſint diuerſæ qua- 9
litatis; quia non cenſetur facta repetitio eiuſdem qualitatis. Corn. *conſ. 65. Conſuluit d. Bald. nu. 5. verſi nec refragatur. lib. 3.* † Extende vt in 10
tantum copula, *&*, coniungat diuerſa, vt etiam ſi aliter ponatur, illud ſit impropriè. Caldern. *conſ. 405. circa fin.* alias 20. *de regular.* Alexand. *conſ. 48. num. 3. verſic. & licet interdum. lib. 1.* † Contrarium; 11
quia imo copula copulat ea, quæ ſunt de eodem genere, idem licet appellatione nepotis intelligatur de filio filij; ſecus ſi nepos copulatur cum fratre diſponentis, quia intelligitur de nepote ex fratre, vt copula copulet eiuſdem generis. Alexan. *conſ. 49. numer. 8. ver. & quod de tali. lib. 1.* † Declara; quia copula, *&*, poſita inter 12
duo corpora, & duas voces vniuerſales, quorum vnum eſt aptum euelli de corpore alterius & non euelli, vt quando relinquit aliquis vſumfructum omnium bonorum, & alimenta, an debeantur alimenta augmentatiue vltra vſumfructum ſtatur menti, ſi apparet; ſin minus copula auget ſecundum id, quod eſt de ſui natura, vt vtrunque debeatur augmentatiue, nec vnum de altero extrahatur. Bald. *conſ. 239. in prin. ver. quarto caſu, & per totum, & conſ. 237. per totum*, maxime *in princ. lib. 1.* vbi eſt caſus. † Amplia; quia dictio, 13
&, auget exemplum, aliquis recipit pro ſe, & filiis, & nepotibus emphyteuſim vſque ad tertiam generationem ſine copula, & tertia generatio eſt reſtricta ad recipientem filios, & nepotes; ſi vero addatur copula, auget, vt tertia generatio non incipiat à recipiente, veluti ſi dixit, *pro ſe, & filiis, & nepotibus, & vſque in tertiam generationem.* Caſtren. *conſ. 338. Ad primum. numer. 2. ver. ſed in caſu noſtro, lib. 2.*

14 †Idem, si testis dicat vidisse à decem annis citra; quia non concludit de certo tempore 10. annorum, quia si heri vidit, vidit à decem annis citra, sed si addatur copula, *&*, prout à decem annis, & citra tunc bene concludit de decem annis, & sic dictio, *&*, importat continuationem temporis. Abb. *consil.* 17. *In quæstione, versicul. tertio ex* * *diuerso lib.* 2. vbi dicit *communem. Alexand. *consil.* 198. *Viso processu.*

15 *num.* 2. *& 3. vers. quia respondeo. lib.* 7. Vide, *Testes deponentes à decem annis citra non concludunt de tempore. Conclus.* 273. † Et quod copula, *&*, augeat, & coniungat diuersa patet; quia si fiat sermo diuersus continuatiue, intelliguntur omnia, secundum præmissa, & eodem modo; si vero copula, *&*, interponitur sensus, potest habere intelligentiam diuersam, prout verba sonant. Castrensis *consil.* 296. *Viso supradicto*, colum. 3. *versicul. iis non obstantibus. libro* 1.

16 †Amplia; quia copula, *&*, semper auget effectum præcedentium. Ancharan. *dict. consil.* 154. *num.* 5. & addit Signorol. *consil.* 181. *nu.* 10. *ver. præterea cum de natura.* Alexand. *consil.* 87. *Accurate num.* 12. *lib.* 6. vbi apostill. in *ver. auget*, citat Alexand. *consil.* 120. *lib.* 1. & limitat, nisi di-

17 spositio sit restricta. † *Et*, nunquam restringit. Signorol. *consil.* 181. *nu.* 10. *ver. item de natura*, & ideo clausula, & dispositio generalis non restringitur per sequentia, quando ponuntur copulatiue; secus si

18 sine copula. Signorol. *d. consil.* 181. *num.* 11. *ver. venio ad quartum.* † Amplia; quia ampliat copula posita inter res diuersas. Bald. *consil.* 137. *Titius in testamento, circa princip. vers. item copula, lib.* 1. siue ponatur inter duo genera, siue inter duas species. Bald. *consil.* 239. *Testator ita di-*

19 *xit, in princip. versicul. secundus & tertius casus, libro* 1. † Et ideo si in materia indifferenti Titius inuestitur de emphyteusi prophana pro se, suisque filiis, & hæredibus, illa dictio, *&* *hæredibus*, ampliat, vt quoscunque hæredes comprehendat extraneos. Alexan. *consil.* 120.

20 *Super eo in princip. ver. sed præmissis. lib.* 1. † Declara secus esse, si esset in materia differenti, prout in emphyteusi ecclesiastica, vel feudo; quia tunc dictio, *&* *hæredes*, restringitur ad descendentes, qui sint descendentes, & hæredes. Alexand. *consil.* 44. *lib.* 1. & ita declarat

21 apostill. ad Alexand. *dict. consil.* 120. *lib.* 1. *in ver. extranei.* † Amplia, quia aliquando copulata plura per dictionem, *&*, verificantur, si incipias ab vltimo copulato, secus si incipias à primo. † Declara, quia

22 ista interpretatio non est facienda, quando copula exponitur improprie, prout si dictio *vel*, exponeretur pro, *&*, & sic pro copula, quia tunc debet copulare, siue incipias à primo copulato, siue à secundo, ita Franc. Aret. *consil.* 13. *Viso diligenter. n.* 5. *ver. exponere autem.*

23 † Amplia, quia copula, *&*, vel, dictio *item*, est repetitiua, & coniungat dicta in sequentibus, cum iis, quæ dicta sunt in præceden-

24 tibus. † Extende; quia repetit, & copulat cum suis qualitatibus. Card. Zabarell. *consil.* 58. *in princip.* vbi, procedit in eadem ora-

25 tione. † Declara, vt per Alexand. *consil.* 120. *Super eo, col.* 1. *in fin. ver. non obstat. lib.* 1. vt procedat, quando est in eadem oratione, alias

26 secus. † Restringe, quia est continuatiua, & non copulat sequentia, sed potius continuat orationem sequentem. Bartol. in *l. Seie.* §. *Caio. num.* 3. *ff. de fund. instruct. & in l. si is qui ducenta.* §. *vtrum, num.* 5. *vers.* * *si vero duæ orationes*, cum quo omnes * communiter transeunt, vt ibi Socin. *num.* 30. *ff. de reb. dub.* Paris. *consil.* 38. *num.* 26. *lib.* 2. Corn. *consil.* 129. *in fin. lib.* 2. & idem de omni dictione copulatiua, & repetitiua, vt continuationem importet, quando ponitur inter orationes

27 perfectas. Decian. *consilio* 17. *numer.* 34. *lib.* 1. † Declara, vt copula inter orationes continuet, & non coniungat, quando sunt orationes perfectæ; secus si sunt imperfectæ orationes, ratione verbi, vel ratione suppositi, aut appositi; quia tunc fit repetitio, & coniuncto. Bartol. *consil.* 27. *Visa facti narratione, in princip. lib.* 1. Angel.

28 *consil.* 294. *num.* 4. Zabarell. *d. consil.* 58. *per totum*, maxime *circa fin. ver. ad id, quod dicitur.* † Et idem, quando diuersæ orationes copulantur propter se; quia continuatiue stat; secus si duæ orationes stant respectiue ad aliud; quia coniungit. Alexand. *consil.* 110. *Circa primum.*

29 *num.* 14. *ver. nec prædicta. lib.* 3. † Restringe; quia dictio, *&*, vel dictio, *item*, non est repetitiua conditionum præcedentium, quando ponitur inter diuersas personas, etiam in eadem oratione. Bart. *consil.* 3. *Titius condidit, in fi. lib.* 1. allegat text. in *l. Iulianus Paulus. ff. de condit. &*

30 *demonstrant.* † Et multo magis procedit restrictio, vt repetitio conditionis non censeatur facta per copulam, *&*, vel dictionem, *item*, quando ponitur, nedum inter diuersas personas, sed etiam inter diuersas res. Bartol. *d. consil.* 3. *num.* 3. *& seq. ver. super* 2. *lib.* 1.

31 † Limita; quia copula, *&*, licet plura copulata requirat simul concurrere; secus tamen est, quando ponitur inter duo adiectiua indefinite posita, non respectu vnius certæ, & determinatæ substantiæ; quia tunc stat pro alternatiua. Alex. *consil.* 9. *Visis dict. themate, nu.* 3. *in fin. & num.* 4. *ver. tertio confirmatur, lib.* 2. allegat text. in *l. ea tamen adiectio. ff. de leg.* 3. Bartol. & Angel. in *l. Gallus*, § *etiam si à parente*, *ff. de*

32 *liber. & posth.* † Declara; quia procedit limitatio, nisi sequeretur absurdum, vt puta si vocantur filii, & hæredes; quia nunquam admittitur interpretatio, quod hæres extraneus filio, seu hæredi consanguineo præferatur, ideo secundum verum sensum potius copulat, vel de hærede sanguinis debet intelligi. Alexand. *d. consilio* 9. *numer.* 7. *& 8. lib.* 2. † Limita, quando copula ponitur 33
inter personas, inter quas cadit ordo charitatis per prius & posterius; quia disiungit, vt non concurrant, sed vnus post alium sit vocatus, veluti si pater instituat filium & nepotem ex eodem filio; quia non erunt simul copulatiue hæredes. Bartol. in *l. Gallus*, §. 1. *numer.* 3. *versic. institutio facta, ff. de liber. & posthu.* Angel. de Perus. *consilio* 38. *Quidam Io.* quod est subscriptum à Ioanne Riccio Florentino, & Angel. de Perus. Castrens. *consil.* 455. *in princip. numer.* 3. *lib.* 2. † Idem si instituatur filius *&* descendentes ex eo; quia or- 34
dine succedent veniunt descendentes, maxime si non extabant tempore testatoris. Bald. *consil.* 492. *Non est dubium, lib.* 2. *& consil. seq.* vbi, quod copula ponitur subiunctiue, & non copulatiue, & idem tenet *consil.* 303. *Non est dubium, lib.* 3. idem, si substituatur filia, & hæredes. Signorol. *consil.* 248. *num.* 5. † Extende etiam, quando duæ fi- 35
liæ, & earum hæredes essent filio hæredi substitutæ; quia vna mortua cum filio, illa, quæ viuit, non habebit totum, sed filius mortuæ habebit partem matris; quia copula stat pro disiuncta, & pluralitas resoluitur in singularitatem, Signorol. *consil.* 248. *nu.* 5. † Extende, 36
vt idem sit, quando copulatiue enunciantur ea, in quibus secundum ordinem iuris vnum debet præcedere aliud, veluti si quis debitor pro eodem debito in sortem, & in vsuras; quia vsuræ primo sunt soluendæ, si soluas ad bonum computum pro sorte, & vsuris, intelligitur copula, vt primo vsuræ censeantur solutæ, postea sors; qui copula recipit interpretationem successiuam à iure communi, *l. in iis vero*, §. *fin. cum lege seq. ff. de solutio.* vbi Castren. hoc notat. † Re- 37
stringe, quando essent dictiones copulatiuæ, videlicet, *cum vna simul*; quia tunc non caderet ordo successiuus, Castr. *d. consil.* 455. *n.* 3. *lib.* 2. † Restringe, nisi copula esset declarata vt simul iungeret, vel- 38
uti si testator instituat filium, & nepotē ex eo, ambos demonstrando, vt simul succedant. Ang. *d. consil.* 38. *nu.* 3. *ver. alias si signanter.* † Li- 39
mita, quando copula, *&*, ponitur inter duo verba, quorum posterius potest informare, & qualificare præcedens, quia qualificat, ac restringit & modificat. Bald. *consil.* 145. *Cujus talis est, num.* 6. *in fi. ver. decimo quod nihil, lib.* 3. † Extende; quia quando copula habet in se li- 40
mitationem localem, totum antecedens intelligitur de eodem loco, veluti si quis tenetur aprare certam clusam & certum locum continentem clusam, illa copula loci restringit clusam, vt extra locum non teneatur. Bald. *d. consil.* 145. *numer.* 6. *circa fin. ver. & similiter, lib.* 3. † Limita; quia dictio, *&*, plenam repetitionem inducit præ- 41
cedentium. Bald. *consil.* 235. *Quod dicta clausula, ver. in contrarium videtur, lib.* 5. Vide, *Repetitio præcedentium ex quibus inducatur. Conclusio.* 186. † Declara, quia non habet locum, quando o- 42
ratio præcedens est perfecta, & dictio, *&*, subsequitur, si verisimilis intentio disponentis concurrit. Angel. *consil.* 294. *Quoniam in vltimis, nu.* 4. † Limita, quando ponitur inter ea, quæ sunt eiusdem 43
potestatis, siue effectus; quia imo disiungit, *l. sæpe. ff. de verb. signif.* Oldrad. *consil.* 161. *Thema tale est, in fin. ver. ad vltimum.* † Limita, quando 44
ponitur inter duo contraria, quia regula est, quod disiungit. *l. si Titio fundus. ff. de vsufr. lega.* Castren. *consil.* 201. *Visis, & consideratis, col.* 2. *ver. circa notandum. lib.* 1. vbi, quod stat alternatiue pro, *vel.* † Extende, 45
quando copula ponitur inter ea, quæ repugnant, puta, quod quis sit dominus, & vsufructuatius; quia intelligitur disiunctiue necessario. Io. de Imola *consil.* 13. *num.* 5. Idem, quod sit emptor, & conductor. Io. de Imola *consil.* 61. vbi, quod disiungit, & alternat. Signorol. *consil.* 248. *num.* 5. † Limita, quando verba diuersa, & copulata refe- 46
runtur ad eundem effectum; quia tunc copula nihil addit, neque diuersam dispositionem inducit. *c. in Synodo.* 6. 3. *dist.* ibi, *constituimus, firmamus, & corroboramus.* Calderin. *d. consil.* 547. alias 2. *de verb. signif.* † Limita; quia quando ponitur inter diuersa voce, sed tamen idem 47
importantia, stat declaratiue pro, *id est*, ita Franch. in *c. accusatus. per illum text. in primo not. de hæret. in* 6. vbi apostill. alios citat, & idem dicit Cæpol. *consil. crimin.* 17. *num.* 4. vbi citat plures tex. † Extende; 48
quia vt deseruiat menti, stat pro, *id est*, videlicet, expositiue. Alex. *consil.* 22. *Viso iustrumento num.* 4. *ver. potest etiam lib.* 1. idem tenet Felin. in *c. ex parte. il primo, num.* 21. *de rescri.* Ias. in *l.* 1. *ff. de iust. & iure*, *& in l.* 1. *ff. de pactis.* † Extende; quia quando ponitur inter duo, quorum v- 49
num inest alteri, stat expositiue pro, *id est*, Cæpol. *d. consil.* 17. *criminal. num.* 4. *ver. vel potest dici.* † Limita in dote; quia est speciale, quod 50
copula non retinet proprium significatum. Bald. Nouel. *de dote parte* 6. *speciali* 29. † Limita; quia vbicumque expedit, quod vna con- 51
iunctio accipiatur pro alia, vt deseruiatur menti, semper impropriatur. Alexand. *d. consil.* 22. *numer.* 5. vbi apostill. in *versic. coniunctio, lib.* 1. *& consil.* 48. *numer.* 3. *versic. & licet, lib.* 1. † Imo ad saluan- 52
dam mentem disponentis coniuncta stat pro disiuncta, & è contra.

Alex.

53 Alex. *consil.* 110. *Circa primum, num.* 4. *ver. confirmatur, lib.* 3. † Limita in contractibus, quando copulantur plures personæ; quia copula facit partitionem pro rata, vt si Titius & Seius vendunt, acquirunt vel se obligant, quilibet pro medietate, vel rata parte censeatur facere, vel contrahere. Bald. *consil.* 251. *Considerandum est. lib.* 2. *in princip.*

54 Limita, † quando copula, &, cadit inter duas orationes respectu alicuius accidentis; quia non requirit concursum copulatorum; vnde si testator legat centum omnibus Doctoribus iuris Ciuilis, & iuris Canonici, non est necessarium, quod habeant vtrumque gradum, sed sufficit, quod sit Doctor iuris ciuilis tantum, vel iuris Canonici tantum. Alex. plene *consil.* 101. *Super eo, nu.* 8. *ver. & pro hoc bene facit, lib.* 3. vbi apostilla citat eundem. Alex. *cons.* 25. *lib.* 7. & idem

55 etiam plenius Alex. *consil.* 110. *Circa primum, in prin. lib.* 3. † Et quod copula inter diuersas orationes respectu diuersorum factorum nō requirat concursum eorum, quæ in vtraque oratione ponuntur. Alex. *d. consil.* 110. *Circa primum, numer.* 2. *ver. quia quando copula lib.* 3. vbi maxime dicit procedere, quando copula inter duas orationes non copulat respectu alicuius accidentis; quia non requiritur con-

56 cursus copulatorum. † Declara, vt procedat, quando duæ orationes diuersæ copulantur per se principaliter; quia tunc copula inducit continuationem; secus si copulantur respectiue ad aliud.

57 Alexand. *d. consil.* 110. *num.* 14. *ver. Nec prædictæ, lib.* 3. † Limita, in dispositionibus copulatis; quia licet dispositio copulata sit diuersa; tamen copula operatur, vt copulatum de eadem materia, & de eisdem personis loquatur, & sic retento eodem themate intelligitur. Bal. *consil.* 186. *Quia allegationes, numer.* 3. *versicul.* [illegible] *copula. lib.* 1. Alexand. *consil.* 249. *Perspectis, numer.* 5. *ver. & sicut dicta pars, lib.* 6. Li-

58 mita; † quia copula etiam ponitur quandoque pro, *vel*, sed improprie. Alexand. *consil.* 48. *Super extractione, num.* 3. *ver. & licet inter-*

59 *dum, lib.* 1. † Et hoc procedit maxime ad euitandam falsitatem, vel vt tollatur contrarietas. Ioan. de Imol. *consil.* 101. *numer.* 4. *versic.*

60 *quia ad primum.* † Et quando ponitur inter impossibilia, vt si testator instituto filio substituat sibi, & filio; quia resoluitur in alternatiuam pro, *vel*, vt sit vulgaris, & fideicommissaria. Roman. *consil.*

61 480. *num.* 3. *& seq. ver. secundum examinandum.* † Limita, quando copula, &, ponitur inter genus & speciem; quia tunc species minuit genus in copulato. Bald. *d. consil.* 239. *in princip. lib.* 1. Bartol. *in l. doli clausula. in fin. ff. de verb. oblig.* quia si relinquat testator omnibus fratribus cappam, & Priori biblia, non habebit Prior vtrumque.

62 Extende; † quia legatum factum de omnibus rebus, & massaritijs, quæ sunt in domo, importat solas massaritias; quia rebus omnibus legatis in genere omnes res debentur, sed dictio posita inter genus & speciem, videlicet, massaritias, stat expositiue; ergo, &c. ita Bartol. *consil.* 52. *Non videtur in fin. ver. cum ergo, lib.* 2. quod est

63 Andreæ de Monte Vbiano. † Extende; quia denotat speciem includi sub genere, quando ponitur inter genus & speciem.

64 Alexand. *dict. consil.* 22. *num.* 4. *lib.* 1. † Extende, vt in legato facto vxori, in quo maritus relinquit eam dominam, & vsufructuariam, copula, &, stat declaratiue, vt sit sensus, quod relinquitur domina vsusfructus Bal. *consil.* 468. *Quidam Titius. numer.* 3. *versic. & illa verba,*

65 *lib.* 1. † Extende, quia inter genus & speciem quandoque alternatiue, quandoque disiunctiue ponitur. Alexand. *dict. consil.* 22.

66 *num.* 4. *lib.* 1. † Et quod copula posita inter genus & speciem subsequentem stet declaratiue, & restringat genus ad speciem expressam. Bartol. *in l. quæsitum*, §. *si quis fundum. numer.* 6. *ff. de fund. instruct.*

67 Rota *in nouiss. decis.* 366. *numer.* 2. *parte* 1. † Idem est in dictione alternatiua, & disiunctiua posita inter genus & speciem; quia stat declaratiue, pro, *ideſt*, Alexand. *consil.* 115. *Viso processu. in princip. lib.* 7.

68 Contrarium, † quod imo gratia maioris specificationis species ponatur. & ad ampliandum, & tollendum ambiguitates. Rota *d. decis.* 366. *& seq. parte* 1. Afflict. *decis.* 106. Vbi, quod legatum omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, & supellectilium, cum sit vniuersale, non restringitur per copulam ipeciei supellectilium; quia stat ex abundanti ad maiorem declarationem. De-

69 clara; † quia quando stat inter genus & speciem, quæ non est diuersa; sed includitur, non restringis; secus si genus & species

70 sint diuersa; quia restringit. Afflict. *dict. consil.* 106. *in fin.* † Limita; quia copula coniungens duos terminos, in quibus disponitur, operatur, quod ambo termini debent esse conformes, quantum fieri potest. Bald. *consil.* 383. *In hac materia, circa fin. ver. Item statutum, lib.* 4. vbi, si statutum mandat exequi instrumenta, & præcepta, censetur loqui de liquidis instrumentis ratione adiuncti; quia præcepta continent rem liquidam; ergo & instrumenta copulatiue

71 posita debent esse similia. † Limita; quia copula, &, stat quandoque non copulatiue pro, *etiam*, & sic augmentatiue, maxime quando fingitur copula relatiua. Bald. *consil.* 305. *Verba principis, nu.* 2. *ver.*

72 *secundo, quia lib.* 2. Alex. *d. consil.* 120. *lib.* 1. *in princ. ver. Sed præmisso.* † Extende etiam, quando copula ponitur inter duos casus; quia nunquam restringit, maxime in beneficio Principis, vel materia fauorabili. Bald. *d. consil.* 365. *num.* 2. *ver. Præterea quando copula, lib.* 1. † Li- 73
mita, quia copula, &, posita in oratione semper ampliat, & exponit, vel declarat. Anch. *consil.* 359. *Nos Petrus, num.* 3. quod est quatuor subscribentium, videlicet Anchar. Floriani de sancto Petro, Iacobi Mareschalchi, & Ioan. de sancto Petro, & *consil.* 361. *numer.* 3. Declara, † & adde quod copula operatur diuersos effectus secun- 74
dum naturam materiæ, in qua ponitur; nam in vltima voluntate operatur coniunctionem talem, per quam oritur ius accrescendi inter coniunctos, in contractibus vero secus; quia operatur partitionem sine iure accrescendi. Bald. *consil.* 251. *in princ. lib.* 2.

Dictio, *etiam*, quid importet. Conclus. 275.

ETIAM, hæc † dictio importat implicationem, & includit, 1
non tamen auget dispositionem, *clemen.* 1. *de præben. ad fin.* Cald. *consil.* 225. *an per istam formam. in fin. ver. Sed huiusmodi*, quod est 4. *de præben.* & quod implicet, est * communis opinio, vt per Bologn. *
in addit. ad consil. 12. *Io. de Anan. num.* 7. Angel. Aretin. *consil.* 100. *In casu prædicto, numer.* 25. *in fin. ver. Nam illa dictio.* Alex. *consil.* 116. *Animaduersis num.* 14. *ver. Nam de natura*, vbi apostilla, *in ver. etiam, lib.* 2. † Adde 2
quia dictio, *etiam*, implicat, & includit sub eadem dispositione, ita vt dispositio, quæ est, quod omnia disposita habeant locum, etiam quoad inclusa per dictionem prædictam. Calder. *consil.* 237. *in fin. ver. nec obstat.* alias 16. *de præb.* quia implicatio stat declaratiue, prout alia dispositio. Cald. *d. consil.* 225. *in fin.* alias 4. *eod. tit.* Anch. *consil.* 268. *num.* 6. † Amplia; quia dictio, *etiam*, est implicatiua tacite 3
includens diuersas species ab expressis. *cap. tanta, de simon.* Gemin. *consil.* 65. *num.* 8. *ver. sed dictio.* † Extende, siue sit materia fauorabi- 4
lis, siue odiosa; quia nihilominus implicat diuersas species. Gemi. *d. consil.* 65. *num.* 8. *ver. sed dictio*, etiam, & *consil.* 125. *num.* 10. *ver. quia dicto.* † Extende, vt etiam implicet diuersas species maiores ex- 5
pressis, quando aliæ diuersæ non includerentur, quin essent maiores. Gemi. *d. consil.* 65. *nu.* 8. *ver. & si dicatur.* † Extende, vt sit impli- 6
catiua sui contrarij, vt si dicatur, *etiam si lis pendeat indecisa, cuius statum, &c.* quia comprehendit lité indecisam implicatiue, & expresse, ac etiam litem finitam & decisam per tres conformes; quia implicatio hoc importat. Gemi. *consil.* 120. *in fin. n.* 8. *ver. & pond. est.* Extende; † quia dictio, *etiam*, includit, & auget dispositionē ad qua- 7
litatem, cui adiungitur, vt dispositio verificetur in totum in qualitate prius expressa, & etiam in illa superaddita, exemplum, *in c. statutum.* disponitur quod *cap. licet canon. de elect. in* 6. nō habeat locum in dignitatibus etiam parochialibus, dictio, *etiam*, includit omnes dignitates, siue parochiales sint, siue non Gemin. *consil.* 132. *in princ.* † Extende; quia si post genus ponatur species, genus restrin- 8
gitur; secus si species ponitur post genus per dictionem augmentatiuam, prout dictio, *etiam*, & dictio, *hoc amplius.* Bald. *cons.* 329. *Casus talis est, in fin. vers. in contrarium. lib.* 1. † Extende; quia implicat et- 9
iam diuersas qualitates. Anch. *d. cons.* 268. *nu.* 6. *ver. & maxime hoc dico.* Amplia; † quia dictio, *etiam*, ampliat dispositionem, & non po- 10
test importare restrictionem. Bald. *cons.* 209. *Illa verba. num.* 2. *& n.* 4. vbi, quod est dictio augmentatiua. *lib* 3. Gemin. *consil.* 132. *in princ.* Et importat † idem, quod, *maxime*; ideo si vxori relictus est vsusfru- 11
ctus omnium bonorum, etiam se alimentando, sicut tempore vitę testatoris, intelligitur maxime, vt ampliatiue, & non restrictiue habeat vsumfructum pro alimentis, non autem, quod vsusfructus restringatur ad alimenta. Bald. *cons.* 209. *Illa verba, in princ. & per totum. lib.* 3. qui loquitur, quando charitas instituti non repugnat; quia extraneus sit. † Declara; quia quando importat dictionem, *maxi-* 12
me; tunc si profertur per modum demonstrationis, aut per modum modi fauore legatarij, & non restringit; aut per modū causæ finalis vel per modum conditionis, & restringit. Bald. *d. cons.* 209. *n.* 2. *lib.* 3. Restringe; † quia importat quandoq; restrictionem, quando re- 13
pugnant verba, & dispositio; ideo si testator legat vsumfructum vxori, sicut habebat in domo testatoris; etiamsi alimentando, dictio, *etiam*, non ampliat, sed limitat, ita vt ad alimenta legatum restringatur. Ang. *cons.* 338. *Ser Simon de Regio. n.* 3. *& per totum.* † Et id- 14
eo in rescripto accipitur pro restrictiua, vt importet idē, quod videlicet, quando ex materia, & necessitate ita debet interpretari, vt non plus sit concessum, quam petitum. Gozad. *cons.* 73. *num.* 13. Declara; † quia licet dictio, *etiam*, sit implicatiua, prout dictio, 15
maxime; tamen non extendit supra inclusa per implicationem, sed eo casu restringit: exemplum, Papa concedit alicui gratiam, & reuocat omnes concessiones contrarias etiam factas per legatos, non includit factas a Papa; quia esset incongrua implicatio. Alex. *consil.* 23. *Viso processu. numer.* 8. *& seq. vers. nec ad hoc obstat. libro quinto,*

16 Amplia; † quia repetit, si ponitur inter diuersas orationes non
17 perfectas. Dec. *consil.17. numer.34. lib.1.* † Restringe, quia continuat orationes perfectas, non autem copulat, neq; repetit. Dec.
18 *d.consil.17. numer.34.lib.1.* † Amplia, quia quandoque importat copulam, quę si ponitur inter diuersa, operatur concursum vtriusque. Alex. *consil.116.num.15.ver.vnde cum esset, lib.2.* vbi hoc maxime, quando absonus intellectus resultaret, si suam teneret naturam ampliandi, vbi *num.16.* dat exemplum de dictione, *maxime*, quæ aliquando licet sit implicatiua; tamen operatur taxatiuam.

Dictio, *ex*, quid importet. Concluſ. 276.

1 DICTIO, † *ex*, importat idem, quod dictio, *de*. Oldrad. *consil.329.numer.11. ver. præterea in instrumento*, vbi exponit, *ex*
2 *mandato*, videlicet, *de mandato*, allegat *l.ei, qui ff.de furt.* † Et sicuti dictio, *ex*, importat causam immediatam, ita etiam dictio, *de*. Alex.
3 *consil.49.Viso processu, num.3. lib.3.* † Et quod dictio, *ex*, importet causam proximam immediatam, & intrinsecam. Castrens. *consil.322.Visis actis, in princip. lib.1.* Angel. Aretin. *consil.30. Videtur dicendum numer.214. si quis ergo casus, in fin. ff.de pact.* Alexand. *consil.56. Aldrouandus, numer.3. lib.5. & consil.61. Viso processu. num.6. lib.5.* † Et designat causam immediatam, & proximam dictio, *ex. l.eo tempore, in fin. ff.de pecul.* Alexand. *consil.49. Viso processu, numer.3. ver. ponderanda est dictio,*
5 *ex, lib.3.* vbi apostill. *in ver. immediatam*, dat concord. † Declara, quia dictio, *ex*, designans causam proximam, & immediatam, verificatur etiam in successiuis non immediatis, quando aliquid de substantia primi retinet, veluti nepos, pronepos dicitur descendens ex auo, & ex proprio corpore aui; quia sicuti filius participat in generatione de substantia patris, & nepos de substantia filij, & patris, & pronepos de substantia nepotis filij, & patris, dicitur verificari dictio, *ex*. Castrens. *consil.164. In præsenti causa, num.4. ver. con-*
6 *stat autem lib.2.* † Declara, quia dictio, *ex*, importat causam immediatam, non autem occasionem remotam, sed tamen acquisitum ex actione hæreditaria verificatur esse ex hæreditate, quia sufficit, quod ex actione acquiratur pecunia, ex pecunia bona, & erunt ex hæreditate, ita Alexand. *d.consil.49.num.5.ver. & dato etiam.cum seq. lib.3.* secus, si aliquid acquisitum esset sub conditione, *si hæres eris*, quia non est ex hæreditate, sed occasione hæreditatis, Alexand. *d.consil.49. in fin. numer.9. lib.3.* & repetit *consil.124. Super primo, in fin.*
7 *num.12. ver. Non obstat, lib.4.* † Et ideo si dicatur, *quod percussit cum gladio, ex qua sanguis exiuit*, denotat locum percussionis immediatum, non aliunde. Bartol. *consilio 109. Contra Titium, in fin.*
8 *libro primo*, vbi apostilla. *in versic. locum.* dat concord. † Et statutum, quod maritus lucretur dotem mortua vxore, si non extant filij ex eis, non impedit, quin maritus lucretur etiam, quod extent nepotes, quia licet nepotes in fauorabilibus veniant appellatione filiorum, tamen secus est, quando qualitas filiorum non conuenit nepotibus, prout dictio, *ex eis*, quæ denotat causam immediatam, quæ non conuenit nepotibus, demonstrat prout filij. Bar. *consil.132.*
9 *Licet in quæstiones, lib.1.* † Et statutum dans regulam successioni exceptis bonis, quæ ex dote proueniunt, intelligitur de dote immediata, non de dote mediante matre, vel alia persona. Alexan. *consil.*
144. *Viso themate, num.11. & seq. ver. tertio principaliter, lib.6.* & idem repetit *consil.198. Perspectis, numer.10. in fin. cum seq. ver. hoc innuunt verba, lib.6.* vbi, quod statutum, quod soror non succedat, nisi in bonis ex dote materna, non habet locum, si mortua matre filij successerunt postea moriantur filij, quia amplius bona non sunt ex dote mater-
10 na. † Sic statutum disponens, quod pax non profit, si ex percussione factus est sanguis, quia si ex percussione quis ce cidit in terram, & colliso lapide fecit sibi vulnus, certe non dicitur ex percussione, quia dictio, *ex*, denotat causam immediatam, secus si esset
11 dictio, *propter*, Alex. *consil.144.num.12. lib.6.* † Amplia, quia dictio, *exinde*, & *ex*, importat substantialem, & immediatam causam. Bald.
12 *consil.159. Eleganter, & copiose, numer.3. ver. Quia illa dictio, lib.1.* † Item
13 materialem, & immediatam Sign. *consil.170.num.12.* † Item dictio, *ex*, causam immediatam, & sic coniunctionem significat, ideo si dicatur, *ex linea Titij aliquem vocari*, intelligitur de descendente ex Titio; quia coniunctionem inducit. Bald. *consil.321. Testamento cau-*
14 *tur in fin. lib.1.* Alex. *consil.124. Super primo. in fin. numer.12. lib.4.* † Et idem est in dictione, *de*, quæ pariter denotat causam immediatam
15 Alex. *consil.49.num.3. lib.3.* † Amplia, quia, *ex*, importat separationem, ideo statutum, quod dicit, quod decedenti sine filijs succedant in bonis paternis proximiores ex linea paterna, & in maternis proximiores ex materna, non habet locū matre existente; quia ipsa succedit in totum, ex quo non potest fieri separatio ab ea, quæ est principium lineæ, propter dictionem, *ex*, Bald. *consil.197. Statuto*
16 *cauctur, lib.4.* † Limita, quia quandoque importat causam immediatam, & quandoque causam mediatam, & remotam, ac indirectam, ideo in libello, in quo verba interpretantur secundum intentionem actoris, importabit id, quod actor declarabit mediatam, vel immediatam. Fulgos. *consil.13. Circa primum, num.1.* † Et 17
quando sequeretur absurdum, denotat causam occasionalem, & sic remotam, vt in materia statuti, *quod bannitus de maleficio, &c.* quia habet locum etiam in eo, qui aufugit, & in contumacia est bannitus, quia si intelligeretur, quando immediate de delicto damnatur, quia est captus, sequeretur absurdum. Signor. *consil.170. nu.12. vsque in fin.* Vide Dictio, *de*, quid significet. *Concluſ.261.*

Dictio, *& cætera*, quid importet. Concluſ. 277.

DICTIO, † *& cætera*, importat solum ea, quæ desunt ad com- 1
plementum orationis, non autem ea, quæ comprehenduntur sub oratione diuersa, & separata. Caball. *in 2. additione ad conſ. Ant.de Butr.11. ver.dictio*, allegat Cast. *consil.10. si vera sunt, colum.3. lib.1.* † Et 2
quando instrumentum non exprimit conceptum, & intentionem partium ad plenum, dictio, &c. nihil operatur, neque extendi potest. Calca. *conſ.48. col.8. n.22. ver. non obstat, quod dicitur de dictione, &c. & consil.70. col.3. in fin. num.8.* Crauet. *consil.34. col. fin.* quos citat Caballi. *in additione 2 ad conſ. Ant. de Butr.11.* Vide plenius *in ver. Clausula, &c.* quid comprehendat, vel non. *concluſ.302.* Vide, *Notarius quæ possit addere in extensione instrumenti, Concluſ.85.*

Dictiones exceptiuæ quæ sint. Concluſ. 278.

DVM *tamen*, est † dictio exceptiua ad regulam, ideo excipit 1
casum positum sub hac dictione. Angel. *consil.290. Thema est tale, nu.5. ver. illa ergo dictio.* vbi quod firmat regulam in contrarium. Vide, *Clausula, sine præiudicio alieno*, quid importat. *Concluſ.330. cum sex conclusio. ibi prox. seq.* Vide, *Dictiones limitatiuæ. & reseruatiuæ quæ sint. Concluſ.308.* Vide, Dictio, *saluo*, quid importet. *Concluſ.368.*

Dictiones, *ex tunc, & ex nunc*, quid importent. Conclusio 279.

DICTIO, † *ex tunc*, importat temporis extremitatem, ideo si 1
datur terminus ad probandum ad vnum mensem, & ex tunc alius terminus ad reprobandum, non poterit fieri reprobatio, donec durat terminus probatorius, nisi habens terminum ad probandum renunciaret dilationi ad sui fauorem concessæ. Gemin. *consil.121. num.4. nu.4. ver. idem probat, vsque in fin.* † Idem est in dis- 2
positione, in qua declaratur quis hæres, si soluat alimenta vsque ad ætatem nubilem filiæ exclusæ, & si non soluerit, ex tunc priuatus sit; quia censetur priuatus solum, postquam ætas nubilis aduenerit, non ante, quia dictio, *ex tunc*, denotat temporis extremitatem, & idem importat, quod dictio, *post nubilem ætatem adeptam.* Bal. *conſ.*
150. *Proponitur, quod.num.8. ver. modo restat. lib.5.* † Idem est, si hæres 3
instituatur, si manserit in domo testatoris, & vitam honestam vidulam seruauerit, alias ex tunc, si contrarium fecerit, institutio alios quia denotat extremitatem temporis, vt antequam contraueniat, non priuetur. Castr. *consil.259. Omnis difficultas. col.2. in fin. lib.1. & n.3.* Idem † est in laudo lato, quod quis sit hæres, si soluat filiæ testa- 4
toris certum quid, alias si deficiat in solutione, ex tunc filia sit hæres, quia importat extremitatem temporis, sed quia hæres non potest desinere esse hæres, fingitur non fuisse, quia sub conditione est institutus, ideo videtur importare extremitatem, quæ iungitur cum principio. Ang. de Perus. *consil.42. Porrecta fuit quædam, in fin. ver. per hoc etiam patet.* Vide, Dictio, *tunc, & eo casu*, quid importet. *Concl.* 390. † Limita, quando adesset clausula, *ex nunc, pro tunc*, quia, *ex* 5
nunc, significat præsentem verbi actum, *ex tunc* vero futurum effectum, & ideo clausula, *ex tunc, pro ex tunc*, importat à principio, videlicet, nunc actum verbi prolati, & tunc importat actum, seu effectum verbi consummati, ita Guido Pap. *decis.588. Clericus confessus. num.2.* vbi hoc dicit ex mente Bald. *in c.1. de milite vasallo, qui contumax est. col.6. ver. sed pone*, plenissime Tiraq. *de retract. conuent. §.2. gloss. vnica, num.86.* † Declara, vt plene per Tiraquel. *de retract. conuen-* 6
tio, §.2. gloss. vnica. num.86. & seq. vbi, quod si apponitur conditionali actui, non operatur, nisi adueniente conditione, neque in præiudicium tertij, quando extrema non sunt habilia, vel agitur de ficta translatione dominij, & ita plene Gabr. *consil.109. numer.8. & seq. lib.2.* † Vide Negus. *de pignor. par.2. nu.4. & seq.* vbi reprobato 7
Decio tenet, quod constitutum collatum post mortem constituentis cum clausula, *ex nunc, pro tunc*, habet effectum, etiam si extrema non sint habilia, super quo Tiraq. *de constituto part.2. ampl.17. num.9.*

8 *num.9.& part.3.limit.2.in fi.* † Declara, quia verba, *ex nunc, pro tunc*, referuntur sine dubio ad diem conditionis; & ideo in ijs, in quibus conditio potest retrotrahi ad diem dispositionis, dispositio dicitur pura, ac si dies dispositionis esset facta pura, per quandam tamen fictionem, non per veritatem, ita Gabr. *d. consil.109.num.8.&*
9 *seq.lib.2.* † In actibus vero, in quibus non potest retrotrahi, non est locus fictioni, neque illa verba, *ex nunc, pro tunc*, possunt operari, nisi tempore conditionis; & ideo si hæres factus pure, sed sub conditione, si alienauerit, *ex nunc, pro tunc*, non sit hæres, non potest operari, nisi tempore conditionis, videlicet alienationis; quia medio tempore fuit hæres, neque potest dispositione hominis desinere esse hæres. Gabr. *d. consil.109.num.20.& seq. lib.2.* vbi reprobat Paris. *consil.91.num.66.lib.2.* Scot. *consil.17. num.9.lib.2.* Rimin. Iun.
10 *consil.54.lib.1.* Bursat. *consil.167.num.15. lib.2.* † Contrarium tenuit Paris. *consil.91.num.66.lib.2.* cum alijs, quos citat idem Gabr. *d. consil.*
11 *109.num.3.lib.2.* † Declara; quia si extremum, ad quod est inhabile à principio, clausula illa, *ex nunc, pro tunc*, nihil operatur, prout si dicatur per Papam, quod reseruat pensionē scholari, postquam Clericus fuerit effectus, *ex nunc, pro tunc*; quia non operatur, nisi postquam est Clericus effectus. Gabr. *consil.186. num.19.& seq.lib.1.*
12 Dicas, † quod si dictio *ex nunc, pro tunc*, respicit actum futurum, applicatur extremitati futuræ, si applicatur extremitati præteritæ, ad quam possit applicari, respicit præterita, & temporis extremitatem, & semper importat, plene apost. ad Bart. *consil.16.numer.4.*
13 *lib.2.in ver.ex dictione, tunc.* vbi plura cumulat. † Si vero extant verba, *ex nunc, pro tunc*, & *ex tunc, pro nunc*, operatur, quod ex quolibet dictorum temporum possit dici, quod actus, & dispositio sumat effectum; quia quando dicitur, *ex tunc, pro nunc*, futurum trahitur ad præsens, & è conuerso. Alex. plene *consil.111. Perspectis. num.22.in fi.& num.23.ver.ex prædictis infero. lib.6.* vbi plena apostil. *in ver.extunc*, dat concord.

Dictio, *extra*, quid importet. Conclus. 280.

1 EXTRA, hæc † dictio importat remotionem, & separationem, *l. absentem. ff. de verb sign.* vide plene Alberic. *in Diction.* vbi, quod
2 habet multos significatus. † Et idem importat, quod dictio, *foris*, sed tamen interposito interuallo, ita Io. And. *in c. statutum. numer.9. de rescr. in 6.* & ibi Gemin. *in § in nullo. num.2.* vbi dicunt, quod etiam sumitur pro dictione, *præter*. plenius ibi Archid. *nu.11.* allegat tex. in
3 *cap. quorundam. de electio. & in c. vbi maius. §. porro, de electio. in 6.* † Vide Bart. *in l.1. §.1. in fin. ff. de off. præfecti vrbis.* vbi de dictione, *intra*, distinguit, q̃ aut sumus in cōcessione fauorabili, & includit terminum
4 aut in odiosa, & excludit. † Et ponitur etiam dictio, *extra*, vt quod non est intra, censeatur extra. *l.1. §. sive autem. ff. de aqu. quotid.* &
5 est Alciatus *consil.1.num.11.lib.2.tom.1.* † Declara; quia, *extra*, dictio si apponitur ciuitati, prout extra ciuitatem, non intelligitur extra muros ciuitatis, sed extra continentia ciuitatis, cuius appellatione veniunt suburbia. Arch. *d. c. statutum, n.4.& 5. de elect. in 6.* secus, si extra vrbem, quæ continetur ex muris, prout idem Arch. vbi supra.

Dictiones, *forte, & forsan*, quid importent. Conclus. 281.

1 REGVLA † est, quod verba, *forte, forsan, forsitan*, in facto, importāt dubietatē facti, nō dubietatē iuris Ias. *in l. si ex falsis. C. de*
2 *transact. n.5.* Et † ideo testis deponens per verbū *forte*, nihil concludit; quia videtur dubitatiue deponere. ita Ant. de Bur. *consil.45. ver.*
3 *& non obstat*, sequitur Ias. *d. l. in subst. n.5. ff. de vulg. & pupill.* † Et quod verbum, *forsan*, vel *forte*, de sui natura importet dubium facti, quando facto applicatur, licet non semper sit verum, est gl. *in c. ex parte, in ver. si forte, de celebr. Miss.* vbi Abb. hoc dicit, & plenius etiam de multiplici significatu Alber. *in Dictionario, ver. forsan*, vbi, quod importat dubitationem, quandoque tamen affirmationem, quandoque temperamentum secundum contingentiam casuum, sed quod regulariter importet dubitationem. Fel. *in c. accedens, ii secundo. numer.10. vt lite non contest.* & clarius Iacob. Nouel. *de iure prothomis. in princ. num.10.* vbi, quod importat in facto dubitationem, allegat
4 Barbat. & Corsettum. † Limita; quia, *forte*, seu *forsan*, licet sit dictio non deliberata; tamen Doctores decidentes per similem dictionem, dicuntur absolute soluere, & decidere. Alex. *consil.19. Super eo, de quo. num.11. lib.5.* vbi apostill. dat concord. *in ver. forte.* Soc. *consil.28. col.1. post med. lib.1.* Crau. *consil.91. n.4.* allegat Soc. *consil.93.*
5 *col.8. ver. postremo hanc partem. lib.1.* Bal. Ang. & moderni *in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupill.* vbi Ias. *n.5.* Extende; † quia vbicunque ponitur ad decisionē, vel in decisione iuris, semper est certa, nec
6 inducit dubitationem. Io. de Imol. *consil.116. n.7.* † Extende; quia in iure ponitur ad deliberationem; ideo tex. *in c.2. de testa. in fin.* dicit, quod forsan culpa Episcopi importat veritatem, & assertionem, vbi gloss. *in ver. forsan*, dat multa similia, de Euangelio; *Si me cognouisses, vtique & patrem meum forsan cognouisses*; quia veritatem importat, plene Ias. & alij *in l. si ex falsis. num.5. C. de transact. & in l. substitutione. ff. de vulgar. & pupill. num.5.* † Restringe, quando apponi- 7
tur rationi, non autem decisioni iuris; quia tunc ratio non est finalis. Ias. *d. l. si ex falsis. numer.5. C. de transact.* † Limita etiam; quia di- 8
ctio, *forsan*, in gratia stat augmentatiue, prout si impetrans beneficium dicat, quod forsan sit iuris patronatus, non tamen se restringit, sed auget gratiam. Rota. *nouiss. in 3. parte. lib.2. decis.64.*

Dictio, *generale*, seu *generaliter*, quid importet. Conclusio 282.

GENERALE † arbitrium, vel mandatum, aut quid simile 1
dupliciter sumitur; nam verbum generale sumitur indefinite sine vlla coarctatione, veluti si detur generalis potestas Prioribus ciuitatis in omnibus agendis. Bald. *consil.379. Quando super facto. num.4. ver. generale autem lib.1.* †. Secundo modo dicitur genera- 2
liter, non simpliciter; sed cum quadam limitatione, vt quando alicui conceditur generale arbitrium super administratione, & gubernio nauis; quia tunc extra negocium nauis illa generalitas nihil operatur; quia ad certum negocium est facta restrictio. Bald. *dict. consil.379. num.5. ver. secundo modo. lib.3.*

Dictio, *hactenus*, quid importet. Conclus. 283.

HACTENVS, est † dictio designans tempus præteritum. *l.1.* 1
ff. de noy. oper. nunciat. in princ. Signor. Homod. *consil.22. In quæstione vertente. col.pen. in princip.*

Dictio, *ijs casibus*, est repetitiua, & demonstratiua, & quid importet. Conclus. 284.

IIS *casibus*, hæc † dictio est demonstratiua, & repetitiua præce- 1
dentium. Oldrad. *consil.232. Quidam testator. num.1. ver. pro cuius intelligentia.*

Dictio, *hinc*, quid importet. Conclus. 285.

HINC † *ad decem dies, vel hinc, & intra decem dies*, est aduerbium 1
importans extremitatem, & cohærentiam subiecti, vt tempus currat de momento enunciato ad momentum. Ang. *cons.404. Paulus Centolini. col.2. ver. in contrarium.* Bald. *consil.246. lib.5.* Alexand. *consil.75. Ponderatis. num.5. ver. quia imo. lib.2.* † Et importat idem, 2
quod, *ex hac die in antea*. Alexand. *consil.74. num.4. lib.2. & numer.5.* vbi, quod importat non solum initium temporis, sed etiam voluisse connumerare illud initium in tempore. † Hinc importat idem, 3
quod, *ex hoc*, & ostendit deriuationem significationis, *Instit. quibus modis ius patr. potest. soluitur. §. dictum est autem postliminium*, & clarius *Instit. de iure natura. gentium, & ciuili, in princip.* hinc maris & fœminæ coniunctio, hinc liberorum procreatio, vbi denotatur effectus deriuans, de quo etiam *in l.1. §.1. ff. de iustit. & iure.* † Aliquando 4
vero importat causam finalem, vluti si post narrationem dicatur, *hinc est*, videlicet, hinc mouetur legislator, hinc videlicet ab hoc, quod dictum, & præmissum est, mouentur contrahentes, vt infra proxime. † Aliquando importat idem, quod, *ex hac causa*, vel *ex* 5
hoc vt *in l. Fulcinius. § sed is, qui fraudationis. ff. quibus ex causis in possess.* vbi gloss. *in ver. ne hinc.* exponit, ne, *ex hac causa*, quod si cessat negatiua, exponitur, *hinc*, videlicet *ex hac causa*.

Dictio, *hoc amplius*, quid importet. Conclus. 286.

HOC *amplius*, est † dictio includens sequentia eiusdem con- 1
ditionis, quibus erant inclusa præcedentia, & quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelligantur. Calder. *consil.550.* alias *5. de verb. sign.* † Declara, vt non procedat, quando 2
per repetitionem vitiaretur dispositio in sequentibus; quia tunc non repetit. Calder. *dict. consil.550. in fin.* vbi dicit * communem. * Amplia; † quia dictio, *hoc amplius*, importat augmentum; ideo si 3
species apponitur post genus per dictionem, *hoc amplius*, quæ est ampliatiua; tunc genus non restringitur. Bal. *consil.329. Casus talis est, in fin. ver. in contrarium, lib.1.* † Amplia; quia importat repetitio- 4
nem præcedentium; & ideo repetit conditiones præcedentes, &

quatenus

quatenus repugnent, repetit proxime præcedentem. Angel. *consil.* 236. *Punctus est, in* 1383. *per totum.* vbi hoc dicit esse verum, nisi constet de contraria intentione, vbi loquitur in priuilegio immunitatis. Castr. *consil.* 88. *Viso legato, in princ. lib.* 1. vbi, quod dictiones, *item, vltra, hoc amplius,* sint repetitiuæ. Vide, *Repetitio præcedentium ex quibus verbis inducatur. Concluſ.* 186. † Extende, vt idem sit in dictione, *amplius.* Sign. *consil.* 208. *num.* 3. Vide, Dictio, *amplius,* quid importet. *Concluſ.* 246.

Dictio, *huiusmodi*, quid importet. Concluſ. 287.

1 HVIVSMODI, hæc † dictio posita post certum ordinem expressum restringit dispositionem ad id, ad quod adijcitur, vt si dicatur, *ordinis huiusmodi*, vt ponderat Feder. de Sen. *consil.* 25. *num.* 4. *in fin. ver. Respondeo, ista constitutio.* & repetit præcedentia omnia. *c. nemo deinceps*, vbi gloss. *in ver. huiusmodi, de electio. in* 6. Felin. *in c. apostolicæ, n.* 3. *in fi. ver. Quia dictio, de exceptio.* est text. *in c.* 2. *vt lite pend.* 2 *lib.* 6. vbi gloss. *in ver. Huiusmodi.* † Et importat idem, ac si diceretur, *talis, vel tales, l. huiusmodi, ff. de leg.* 1. quia stat demonstratiue, vt ibi 3 apparet; & ideo per similitudinem demonstrat. † Similitudinem importat, vt *l. denique, ff. de pignor. c. fin. de foro compet. lib.* 6.

Dictio, *idem*, quid importet. Concluſ. 288.

1 DICTIO, † *idem*, importat omnino eandem in diuersis casibus censuram seu decisionem; & ideo si statutum dicat, *& idem seruetur in alio casu*, censetur disponere, & decidere eodem modo, quo ad omnia. Bald. *consil.* 94. *Casus præsumitur, num.* 2. 2 *lib.* 3. † Limita, quando ex sequentibus talem dictionem inducereturalteratio. Bald. *d. consil.* 94. *numer.* 2. *vsque in fin. lib.* 3. vbi ponit exemplum in statuto excludente filias fœminas, stantibus masculis, & subiungente, & idem seruetur in matre, quæ nullo modo succedat; nam non intelligitur, stantibus masculis propter adiecta verba, *quæ nullo modo succedat*; quia excluditur, siue extent masculi, siue non.

Dictio, *ideo*, vel *hoc ideo*, quid importet. Concluſ. 289.

1 DICTIO, † *ideo*, vel dictio, *ex hoc ideo fecit*, sunt respectu omnium præcedentium posita, quia ex causa præcedentium fiat dispositio. Castr. *consil.* 89. *Videtur dicendum, circa fin. ver. Item non obst. at, lib.* 1. 2 Abb. *consil.* 81. *Videtur primo, in princ. lib.* 1. † Et propterea est illatiua; 3 quia infert ex præmissis, *l. & ideo, ff. de legat. præstand.* † *Et ideo fecit, &c.* denotat causam finalem, quod mouetur ex præmissis, & propterea inducit claram demonstrationem, quod mouetur ex præmissis, quæ si vera non sunt, cessat liberatio, vel quilibet contractus Socin. *consil.* 159. *num.* 20. *in fin. & num.* 21. *cum seq. lib.* 2. Franc. Bec. *consil.* 20. *num.* 13. allegat Crauet. *consil.* 192. *Casus, nu.* 21. *ver. tertio* 4 *arguitur.* † Et aliquando restringit liberationem generalem ad causam expressam; ideo si filia quietans patrem generaliter, & dicat, *hoc ideo fecit; quia habuit à patre dotem maternam*, censetur restringere liberationem ad dotem maternam. Abb. *d. consil.* 81. *in princip. libro* 1.

Dictiones implicatiuæ quæ sunt. Concluſ. 290.

1 VLTRA, † est dictio implicatiua, tam qualitatum, quam conditionum, & aliorum. Angel. *consil.* 294. *Quoniam in vltimis, num.* 2 5. *ver. de secundo* † *Supra*, vel *super*, importat inclusionem, seu im- 3 plicationem. Angel. *d. consil.* 294. *num.* 5. † *Præter*, est dictio implicatiua in materia fauorabili; secus in materia odiosa. Angel. *consil.* 4 294. *num.* 5. † Etiam est dictio implicatiua. Vide, Dictio, *etiam*, quid importet. *Concl.* 275. † *Maxime*, est dictio implicatiua. Alex. 5 *consil.* 110. *Animaduersis, num.* 16. *lib.* 2. Vbi tamen, quod quandoque importat taxatiuam tantum.

Dictiones importantes inclusionem, & exclusionem; quando includant, & quando non. Concluſ. 291.

1 DICTIONES † aduerbiales designantes terminum à quo, veluti, *a, ab, abs, de*, quando includant terminum à quo, & quando excludant. Oldr. *consil.* 49. *in princ.* vbi multa de varijs di- 2 ctionibus. † Et quod dictio, *a*, denotet separationem. *l. ratio. § si venditorem, cum gl. in ver. ab initio. ff. de actio. empti.* Alex. *consil.* 42. *In causa, & lite, num.* 5. *ver. quia statutum, lib.* 3. vbi quod terminus assignatus per statutum ad te porrecti libelli non includit diem assignati ter- 3 mini. † Dictiones aduerbiales designantes terminum ad quem videlicet, *vsque, intra, & infra, & ad, &c.* quando includant, & quando excludant terminum ad quem. Oldrad. *consil.* 49. *Consueuit dubitari, numer.* 3. *versicul. terminus ad quem.* vbi multa de alijs dictionibus. † Et de dictione, *infra*, vt faciat terminum momentaneum. Angel. *consil.* 404. Bal. *consil.* 246. *lib.* 5. † Et de dictione, 4 5 *hinc ad decem dies*, vt denotet extremitatem, & cohærentiam subiecti, cui adhæret. Angel. *consil.* 404. *Paul. Centolini, col.* 2. *ver. & hoc importat.* vbi, quod facit principium momentaneum, & terminum esse de momento ad momentum, pro quo Bal. *consil.* 246. *lib.* 5. † *Vs-* 6 *que*, hæc dictio apposita gradibus à lege regulariter includit, §. *fin. Instit. de succeſſ. cognat.* Bal. *consil.* 442. *Concessa est alicui, circa fin. ver. Nam quando ponitur, lib.* 3. quod duplicatur per Bald. *consil.* 375. *libro quarto*, & est idem, quod repetit Calderin. *consil.* 287. alias 9. *de locato.* † Et idem, si respicit terminum hominis, vt si iudex man- 7 dat superfederi vsque ad diem signaturæ, seu audientiæ, includit ipsum diem, ex mente Alexand. *consil.* 114. *numer.* 5. *ver. Quia illa dictio, lib.* 5. † Amplia, vt idem sit, si proferatur ab homine; nam re- 8 cipiens inuestituram pro se vsque ad tertiam eius generationem simpliciter, includit ipsam tertiam generationem. Bald. *consil.* 375. *Concessa est alicui. circa si. ver. Si autem concederetur, lib.* 4. Quod est consilium etiam Angel. inter consilia Calder. 287. vbi duplicatur, alias 9. *de locato.* & repetit Bald. *consil.* 442. *lib.* 3. † Extende multo ma- 9 gis, quando diceretur vsque ad tertiam generationem completam, vel quid simile. Bald. *d. consil.* 375. *lib.* 4. *ver. Si autem concederetur.* quod duplicatur per Cald. *consil.* 287. alias 9. *de locato*, & idem Bald. *consil.* 442. *lib.* 3. † Restringe, nisi apponeretur in contractu obli- 10 gatorio, & augeretur obligatio personalis. Bald. *d. consil.* 375. *lib.* 4. *in fin. ver. Sed quando apponitur ab homine.* & repetit *consil.* 442. *lib.* 3. Restringe; † quia dictio, *vsque*, exclusiue stat, quando hoc esset de 11 natura contractus, in quo est apposita, *l. in conuentionibus, ff. de verb. signif.* Bal. *d. consil.* 375. *in princ. lib.* 4. Quod etiam duplicatur per Cal. *consil.* 287. alias 9. *de locato.* † Declara; quia dictio, *vsque*, adiecta 12 orationi affirmatiuæ stat permissiue, vsque ad illum actum, vel terminum, sed postea stat negatiue; vnde qui potest aliquid vsque ad certam diem, lapso illo die, non potest amplius. Gemin. *d. consil.* 15. *num.* 18. *circa fin. ver. ad sextum, & num.* 19. Ioan. de Imol. *consil.* 10. *nu.* 2. vbi, quod propterea stat inclusiue. † Amplia in dictione, *ad*; quia 13 quando apponitur termino ad quem, includit terminum, si inclusio tendit ad mitigationem pœnæ Bald. *consil.* 27. *Punctus, super quo, in fin. & consil.* 30. *Præsuppositis verbis, circa med. ver. hoc patet etiam ex natura, lib.* 4. † Regula sit, quod dictio, *vsque*, includit, vel excludit, 14 si constat de mente disponentis, & iste est casus indubitatus, Bald. *consil.* 410. *Verba dicunt, concessit, in princip. lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 5. *consil.* 407. † Et dicitur constare de mente ex pretio; quia si ven- 15 do prædium vsque ad domum, includitur, vel excluditur ex quantitate pretij. Alexand. *consil.* 47. *perspectis, col. pen. nu.* 4. *lib.* 5. vbi apost. declarat *in ver. pretij*, vt procedat, quando domus est solita esse cum fundo, alias secus; quia non includeretur, si est quid diuersum etiam ex pretio. Vide, *Pretium attenditur pro declaratione contractus in dubio. Concluſ.* 488. † Amplia in vltimis voluntatibus; quia dictio 16 *vsque*, includit, quando sumus in dubio, & potest includere, & non includere. Bald. *d. consil.* 410. *in princip. ver. aut terminus ad quem, lib.* 1. & duplicatur, *lib.* 5. *consil.* 407. † Amplia in materia confinium; 17 quia dictio, *vsque*, includit in præiudicium venditoris, vel locatoris; quia vbi aliquid spectat ad specificationem alicuius tanquam melius informati, specificatio ambigua interpretatur contra specificantem, Bald. *d. consil.* 410. *ante med. ver. vel dic. quod quædam, lib.* 1. Extende † etiam in præiudicium Ecclesiæ; quia in hoc non requi- 18 ritur priuilegiata Bald. *d. consil.* 410. *circa med. ver. ex hoc concluditur, lib.* 1. † Amplia, vbicunque terminus, cui adijcitur dictio, *vsque*, 19 est de pertinentijs rei, in qua habetur sermo, quia semper includit ea, quæ sunt de pertinentijs. Bald. *consil.* 410. *circa med. ver. item, & per talem doctrinam, lib.* 1. duplicatur *lib.* 5. *consil.* 407. † Amplia in 20 contractibus; quia vendens cum pacto redimendi vsque ad diem natalis proximi, includit ipsum diem natalis; quia tam dictio, *ad*, quam dictio, *vsque*, includit terminum extremum ad quem, Ioan. de Imol. *consil.* 10. *in princ.* † Declara; quia regula est, quod dictio, 21 *vsque*, in materia fauorabili includit, & in materia odiosa excludit; tamen si agitur de gradibus, semper includit, siue materia sit fauorabilis, siue pœnalis, plene Alex. *consil.* 125. *Attentis, num.* 7. *in fin. cum seq. ver. fortius voluit, lib.* 5. allegat tex. cum gloss. *in c. statutum felicis, de hæret. in* 6. *cum ibi not.* & idem, quando gradus diuersificantur per dignitates, vel nomina successiua, vide eum, *num.* 10. † Limi- 22 ta; quia stat exclusiue, si non constat de mente, nisi ex significatione verborum, quando terminus ad quem, nõ potest comprehendi, vel includi sub generalitate præcedenti. Bal. *d. consil.* 410. *in prin. ver. Aut non constat, lib.* 1. & duplicatur *lib.* 5. *consil.* 407. † Limita in 23 contractibus; quia verba, quæ possunt includere, & excludere, semper excludunt, quando verba tendunt ad obligandum; quia

reo

reo faciendum est. Bald. *d. consil. 410. in princip. ver. aut in contractibus,*
25 *lib. 1.* & duplicatur *consil. 407. lib. 5.* † Restringe, quando verba tendunt ad excipiendum, vt quia venditor, vel locator excipit obscure, & tunc contra eum fit interpretatio, vt includat, vel excludat. Bald. *d. consil. 410. in prin. ver. Sed quando verba, lib. 1.* † Limita vbicunque dictio, *vsque*, applicatur termino, qui non est de essentia rei, neque termini, de quo habetur sermo; quia non includit. Bald. *d. consil. 410. circa med. ver. Item, & per talem doctrinam, lib. 1.* & du-
26 plicatur *lib. 5. consil. 407.* † Declara tamen; quia dictio, *vsque*, in materia confinium includit, & excludit secundum verisimilitudinem, quæ ex multis consideratur: Primo ex comparatione pretij ad valorem rei: Secundo ex denominatione propria confinium: Tertio ex qualitate rei secundum statum præsentem, non autem statum veterem. Bald. *d. consil. 410. post med. ver. ver. Reuertor igitur, vs-*
que in fin. lib. 1. duplicatur *consil. 407. lib. 5.* Vide, *Dictiones aduerbiales multæ, & quid importent. Conclus. 237.*

Dictiones, *in*, & *de*, quid importent, & in quibus differant. Conclus. 292.

1 IN, hæc dictio iuncta ablatiuo casui denotat intrinsecitatem. Bar.
2 *in l. Gallus, §. ille casus, ff. de liber. & posthum.* † Si vero in accusatiuo, non denotat intrinsecitatem, si apponitur loco, vel tempori. Bart.
3 *d. §. ille casus, ff. de liber. & posthum.* † Si adijcitur personæ in accusatiuo, importat idem, quod *contra*, prout si statutum dicat, actionem dari in hæredem. Bart. *d. §. ille casus, num. 3.* cuius distinctionem
4 ibi comprobat. Castr. in fin. † Contrarium tenet Bald. *in d. l. Gallus, §. ille casus,* & plenius *in rubr. ff. solut. matrim.* vbi, quod requiritur intrinsecitas, & sic tactus personæ. Bart. plene *consil. 109. contra Titium. num. 1. ver. secundo, lib. 1.* vbi vult, quod si in personam percussio est facta; ergo intra personam, non in pannis, & ibi apostil. *in ver. in*
5 *pannis* dat concord plurimos. † Declara; quia sufficit, quod fiat violentia, licet persona non tangatur. Bart. *in l. Sed est quæstionis, ff. de iniur.* vbi, quod sufficit, si lacerentur vestes clerico, vel retineatur equus per frenum, ne incedat. Ioan. de Imol. *in l. Gallus, in fin. num.*
82 *ff. de liber. & posth.* Bald. *in l. si quis per calumniam. C. de Episcop. & Clericis.* Innoc. *in c. nuper. de sent. excom.* vbi late. Felin. declarat, & limitat. Dec. In *c. peruenit de appell. il primo, in princ.* vbi apostil. dat plures con-
6 cord. † Et de multiplici significatu huius dictionis, *in*, vide plenissime Roma. *consil. 376. Quæstio est, in princ. & num. 6. ver. Cæterum*, vbi, quod ex multiplici significatu succedit arbitrium iudicis, qui secundum subiectam materiam expendet arbitrium, & quod im-
7 portat, vt infra dicetur. † *Sub*, importat hæc dictio, *in*, *auth. de depositio, col. 6. circa princ. in ver. in conditionibus.* Rom. *d. consil. 376. in princ.*
8 *De*, † importat *c. accedens de concessio, præbend. ver. In aliquo beneficio,*
9 quod exponitur de aliquo benef. Rom. vbi supra. † *Ex*, importat,
10 glos. *in l. si patroni, §. 1. ff. ad Trebell.* Rom. vbi supra. † *Per*, importat, *c. in vestra de cohabit. cleric. & mulie. ver. in fide Christi*, & ibi glos. Roma.
11 *d. consil. 376. num. 4. ver. secunda quia.* † *Inter*, importat, *c. sacrosancta*
12 *22. dist.* Rom. *d. consil. 376. numer. 5. ver. tertia ratio.* † *Intra*, importat *l. Gallus, in princip. ff. de liber. & posth.* Rom. *d. consil. 376. num. 5. ver. expo-*
13 *sitam etiam. Supra*, † *l. si duo, §. item videamus. ff. vti possid.* Rom. *d. consil.*
14 *376. num. 5. ver. Aliquando etiam.* † *Apud. l. fundi. §. item quod insulæ, ff.*
15 *de actio. empt.* Rom. *d. consil. 376. num. 5. ver. Aliquando.* † Dictio, *in*, & *de*, differunt; quia si mandatur prouideri de Ecclesia, importat omnem Ecclesiam, si vero in Ecclesia, videtur excipi Ecclesia continens. Oldrad. *consil. 305. in fin. num. 5. & consil. 304. num. 16. ver. Non obstat*, concord. Calder. *consil. 239.* alias *18. de præb.* Gemin. *consil. 36. in princ.* vbi, quod si mandatur prouideri de dignitate in Ecclesia, talis gratia non capit vnicam dignitatem; quia si vnica est dignitas;
16 tunc dicitur esse Ecclesiastica dignitas, non in Ecclesia. † Contrarium videtur velle Oldrad. *consil. 305. circa fin. numer. 4. ver. Ad id, quod dicitur*, vbi videtur velle dictionem, *in*, magis importare, alle-
17 gat *Instit. vt bonorum rapt. §. fin.* † Declara; quod dictio, *in*, posita in gratia expectatiua importat, & capit omnem Ecclesiam præter cathedralem, quando mandatur prouideri in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis; quia ea, quæ exprimuntur per nomina plurium copulatiua, ampliorem significationem assumunt. Oldrad. *consil. 305. in fin. ver. Sed dato*, secus è contra, quando non dicitur in
18 aliqua Ecclesiarum, sed dicitur in Ecclesia. † Extende, quod dicitur de dictione, *in*, quando adijcitur in Ecclesia, vt nec comprehendat ipsam Ecclesiam, etiam si aliud beneficium in ea non es-
19 set. Zab. *clem. 1. §. 1. numer. 7. in 6. quæst. de præben.* † Extende; quia statutum disponens, prout Papiæ, quod quis capi non possit in domo, potest capi in limine domus, licet limen sit de pertinentijs, quia dictio, *in domo*, importat, vt intra mœnia domus. Signor. Homod. *consil. 16. Statuto ciuit. atis.* allegat tex *in l. cum ancillis, in fin. de in-*
cast. nupt. & adducit simile; quia in ciuitate dicitur, qui est intra mœnia ciuitatis. † Extende; quia vendens omnia bona, vel quic- 20
quid habet in castro Liuarij, non censetur vendere ipsum castrum quia dictio, *in*, hoc importat. Ioan. de Imol. *consil. 115. in princip.* vbi, quod nō infert necessario includi castrum. † Dictio *de*, & dictio, 21
cum, differunt, quia, *de*, denotat substantiam, & dictio, *cum*, denotat processum: ideo si statutum dicat, quod prætor faciat de consilio, tenetur sequi consilium, si dicat, cum consilio, non tenetur sequi. Corn. *consil. 53. Pro decisione, col. 2. ver. Præpositio, num. 6. lib. 1.* † Contra- 22
rium, quod imo dictio, *cum*, & *de*, non differant, quia paria sunt dicere de consilio, vel cum consilio, tenet Ioan. Andr. quem refert Feder. de Sen. *consil. 1. num. 5. ver. & si oppones.* † Dictio, *&*, & dictio, 23
de, differunt secundum Feder. *d. consil. 1. numer. 5. ver. vel dic.* Vide Dictio, *de*, & eius natura. *Conclus. 261.*

Dictio, *indulgemus*, quid importet. Conclus. 293.

INDVLGEMVS, denotat † concessionem priuilegij, *c. si de ter-* 1
ra, de priuil. † Limita; quia quandoque importat solum idem, 2
quod primo, & de iure competebat. Gemin. *consil. 72. numer. 2. vers. Non obstat verbum indulgemus.*

Dictio, *infra*, quid importet. Conclus. 294.

INFRA, hæc † dictio significat tempus continuum, ita vt currat 1
à momento ad momentum, Angel. *consil. 404. Paulus Centol. col. 2.*
ver. & importat. Bald. *consil. 246. lib. 5.* Vide plenius, Dictiones, *intra*, &
infra, quid importent. *Conclus. 299.*

Dictio, *insuper*, importat diuersitatem. Conclus. 295.

INSVPER, hæc † dictio importat diuersitatem; ideo si priui- 1
legium continet plura capitula illud dicitur diuersum ab alijs, quod incipit per istam dictionem, *& insuper.* Gemin. *consil. 23. in princip. & consil. 44. numer. 4. ver. Hoc probat primo.* vbi, quod clausula posita in principio non refertur ad sequentia, quando adest dictio *insuper*, quæ importat diuersitatem. Vide, Dictio, *hoc amplius*, quid
importet. *Conclus. 286.*

Dictio, *instar*, similitudinem importat, & quid significet. Conclus. 296.

INSTAR, hæc † dictio similitudinem importat. Bald. *consil.* 1
232. num. 2. ver. Præterea contra fratres, lib. 1. incipit, *Fratres Prædicatores.* † Declara tamen; quia hæc dictio, *ad instar*, alicuius, quod 2
esse desinit; nihil operatur, ex quo iam desinit esse, & nulla similitudo esse potest eius, quod non est. Bald. *consil. 232. numer. 2. versic. Præterea, lib. 1.*

Dictio, *integre*, quid importet. Conclus. 297.

INTEGRE, † dictio importat totum sine diminutione; quia 1
integrum dicitur, cui nulla pars deest. Bal. *consil. 88. ex infelicitate,*
vbi, quod liberatio facta integre de omni eo, quod debetur ei, qui liberat, comprehendit etiam debitum ratione personæ vel of-
ficij. & vtroque modo, nisi de contrario appareat, *lib. 1.* † Et idem 2
de dictione, *integraliter*, vel *cum integritate.* Alex. *consil. 206. Viso the-*
mate, n. 2. ver. Fortificatur, lib. 2. † Et ideo socius, qui habet exceptio- 3
nem, vt non possit conueniri vltra, quam facere possit, si promittit socio integre soluere certam summam censetur renunciare exceptioni; quia non possunt stare simul, quod integre soluat, & non possit conueniri vltra, quam facere potest. Alex. *consil. 133. Super quæ-*
stitu. in princ. lib. 5. & per totum. † Contrarium tenet apostil. ad Alex. 4
d. consil. 133. in princ. lib. 5. in ver. Integre, vbi, quod promissio integre soluendi intelligitur, rebus sic stantibus, & non censetur cogitasse malam fortunam, & renunciasse beneficio futuro. † Declara; 5
quia si simul adest iuramentū, bene sibi præiudicat; quia iuramentum, habet vim specialis consensus. Alex. *d. consil. 133. n. 11. & seq. ver.*
& eo fortius, lib. 5. † Declara; quia non censetur renunciatum huic 6
exceptioni in casibus, in quibus non potest renunciari, videlicet, quando fauore publico, & ob reuerentiam inducta est exceptio, nequis possit conueniri vltra, quam facere potest, prout inter maritum & vxorem, socerum & nurum, & similes; secus, quando potest illi renunciare, prout inter socios. Alex. *d. consil. 133. in princ.* ma-
xime *n. 2. & seq. lib. 5.* † Extende, vt procedit, si fiat legatum in te- 7
stamento, *quicquid ad eum peruenerit nomine dotis vxoris*; quia non deducuntur expensæ; secus si dicatur, *lego dotem*; quia deducuntur expensæ. Alex. *d. consil. 133. n. 2. & 3. ver. pro hoc etiam, lib. 5.* † Sic hæres, 8
qui promittit soluere legata, potest detrahere Falcidiam; si vero

promisit

promisit soluere integra legata non deducit Falcidiam. Alexand.
9 *d.consil.133.n.4.lib.5.* † Sic in omnibus dispositionibus hominis semper deducuntur ex fructibus expensæ; quia non dicuntur fructus, nisi deductis expensis; secus si promissio fiat de fructibus integris.
10 Alex.*d.consil.133.num.4.ver.& similiter in proposito, lib.5.* † Sic maritus, qui per mortem vxoris ex forma statuti, debet lucrari quartam partem dotis, si promittat restituere integram dotem, vel totam dotem, mortua vxore censetur renunciare lucro. Alex.*d.consil.133. num.5.ver.pro hoc etiam, lib.5.* & iterum *consil.5. num.15.lib.3.* & * communem dicit ibi Alex.*n.8.* † Restringe quoad impensam funeris;
11 quia debetur ex dote; ideo spectabit ad habentem dotem. Alex.
12 *d.consil.133.nu.7.lib.5.* † Si ei testator mandat integra legata solui legatarijs, videtur prohibere hæredi detractionem Falcidiæ. Alex. *d.consil.133.n.6.ver.vbi habetur, lib.5.* vbi plena apostil. *in ver. integrum*, dat concord. plurimos, licet adsint in hoc contradictores, vt dicat
13 Alexan. ibi. † Extende multo magis, quando adsunt etiam alia verba exuberantia; quia promisit integram summam restituere socio omni, & quacunque exceptione remota; quia licet dubium sit, an exceptioni futuræ sufficienter sit renunciatum; tamen quia actio dicitur nata, licet sit suspensum exercitium in debito condi-
* tionali secundum * communem; ideo censetur sublata exceptio.
14 Alexand.*d.consil.133.num.8. & seq.ver.tanto magis, lib.5.* † Amplia; quia importat idem, quod dictio, *plenum*, & dicitur plenum, cui nihil potest addi, & à quo nihil potest minui; vnde quando facultas conceditur pleno iure, intelligitur integre, & sine vlla diminutione. Bald.*consil.293.Thema integrale, circa fin.nu.3.ver.circa secundum,*
☞ *lib.4.* Vide, Dictio, *plenum*, quid importet. *Conclus.329.*

Dictio, *interim*, quid importet. Conclus. 298.

1 INTERIM, † hæc dictio importat pendentiam. Signorol. *consil.189.num.1.*

Dictiones *intra*, & *infra*, quid importent. Conclus. 299.

1 INTRA, hæc † dictio includit tantum sua extrema, & excludit ea, quæ sunt extrà. Socin.*consil.211.in princip.lib.2.* vbi, quod dictio, *intra, fossos*, includit omnia, quæ intra, comprehensis et-
2 iam fossis. † Terminus si assignatur ad aliquid faciendum infra decem dies, qualibet die dictorum decem dierum poterit ille actus fieri, postea non, & sic includit extrema, & excludit ea, quæ sunt extra. Gemin.*consil.121. Attenta forma statuti. numer.3. ver. & hoc*
☞ *importat.* Vide, Dictio, *infra*, quid importet. *Conclus.294.* † Amplia;
3 quia vbicunque dictio, *intra*, importat tempus, talis dictio includit omne tempus designatum. *c.frequens, de restit. spoliat. lib.6.* † Li-
4 mita; quia in substitutionibus dictio, *intra*, secundum mentem testatoris importat idem, quod *citra*, vel, quod, *ante*, veluti si pater substituat filio, si decedat intra pubertatem. *l.qui habebat filium.ff.de*
5 *vulgar.& pupill.* quia ibi exponitur, ante pubertatem. † Extende, vt idem sit, quando pater substituit filio decedenti intra legitimam ætatem; quia intelligitur, si decedat, antequam sit in ætate legitima. Bald.*consil.111. Factum tale proponitur. num.2. ver. super secundo. libro 4.*

Dictio, *intuitu*, quid importet. Conclus. 300.

1 INTVITVS † importat idem, quod *contemplatio*, & vulgari sermone per risguardo, ouera per rispetto del tale, intuitu talis est,
2 text. *in cap.2.de dolo & contum.* † Et *in l.1.C.noua vectigal.* dicitur, qui præsens intuens, videlicet intrinsecus prospiciens. Vide, *Contempla-*
☞ *tione alterius factum quomodo probetur, & quid operetur. Conclus.966.*

Dictiones, *ipse, ipsa, ipsum*, quid importent. Conclus. 301.

1 IPSE, † *ipsa, ipsum*, sunt dictiones relatiuæ, quæ habent relationem ad præcedentia. Dec. *consil.71. In casu ad me.col.2. ver. similiter*
2 *dum statutum.* † Et sunt extensiuæ ad oculum cum suis qualitati-
3 bus. Bald.*consil.304. Nobilis vir dom.in fi. lib.5.* † Extende, vt procedat etiam in dicto testis, qui dicit, *dictum Petrum*, vel *ipsum Petrum*; quia videtur ad oculum demonstrare eum talem, qualis in inquisitione describitur, & qualificatum, prout scriptura, super qua examinantur, continet; vnde si dicitur, quod Petrus Ciuis Eugubinus fuit vulneratus, & testes dicunt vidisse ipsum Petrum vulnerari, debent intelligi de Petro ciue, nisi ex causa scientiæ aliter sit dicendum. Bartol.*consil.30. Quæritur, iudex, in fin. numer.3. id*
4 *verfic.ad autem. lib.2.* † Extende, vt idem sit in confessione partis, quæ fatetur ipsum Petrum, vel dictum Petrum percussisse; quia si in inquisitione, vt supra, Petrus ponitur pro ciue, & pœna contra offendentem ciuem augetur, censetur fateri etiam qualitatem, quod sit ciuis, nisi ex alijs verbis negatiuis contrarium necessario esset dicendum. Bart.*d.consil.30.num.1.& 2.lib.2.* † Amplia; 5
quia, *ipse*, est dictio demonstratiua ad oculum, & ideo restrictiua; quia personalissima. Bald.*consil.304. Nobilis vir. lib.5.* Vide, *Demonstrationis causa, &c. Conclus.191.num.8.* Vide, *Dictiones demonstratiuæ ad* ☞
oculum. Conclus.260.

Dictio, *ipso iure*, quid importet. Conclus. 302.

IPSO *iure* † importat canonem latæ sententiæ, & idem, si dica-1
tur, *eo ipso*, gloss. *in l.1.§.quod ait.ff.quod quisque iur.* Bart. *in l.commissa. ff.de publica.* Felin. *in c.Rodulphus, num.48. & seq. de rescript.* Tiraq. *in l.si vnquam.C.de reuoc.donat. in ver. reuertatur. num.298.* Bald. *in rubr. C.si penden.appell.* vbi, quod si confiscatio fit ipso iure, non impeditur per mortem reiante sententiam. † Extende, vt idem sit in dictione, 2
ipso facto. Alexand. *consil.139. Viso puncto. numer.2. ver.2. & fortius. lib.7.* Declara; † quia verba, *ipso iure*, vel, *eo ipso*, vel *ipso facto*, & similia, 3
important canonem latæ sententiæ, si adijciantur verbo præterito, vel præsenti; secus si verbo futuri temporis; quia requiritur declaratio. Soc. Iun. *consil.68.num.37.& 38. lib.3.* † Et quod importent 4
idem dictio, *ipso iure*, vel *ipso facto*. Alex. *d.consil.139.num.2.lib.7.* Vide pleniſſime † per Fel. *in c.Rudolphus.num.24. ver. verba lata sententiæ, de* 5
rescript. per totum capitulum, vbi ponit multa verba, & quæ importent latam sententiam, & quæ non, ad quem semper recurras, & *nu.34. ver. considera*, dicit, quod etiam si iungantur verbo futuri temporis, si illud verbum futuri temporis requirit ministerium hominis, non importat priuationem ipso iure, etiam si adsit dictio, *omnino*; si vero non requirit ministerium hominis, etiam quod sit futuri temporis, importat priuationem ipso iure, si adest dictio, *omnino* 6
Amplia; † quia sunt synonymæ istæ dictiones, & idem important, videlicet, *ipso iure, ipso facto, mox*, vel *statim*. Alexand. *d.consil.139. num.2.lib.7.* † Et an, & quando requiratur declaratoria, vel non, 7
plene idem Felin. *d.c.Rodulphus.num.35.ver.sed declaratoria, cum seq. de rescript.* & quid in facto notorio, & an detur appellatio, & ibi ponit multas limitationes, & declarationes. Vide, Clausula, *ipso iure, & facto*, quid importet. *Concluſ.355.*

Dictio, *item*, quid importet. Conclus. 303.

ITEM, hæc dictio est continuatiua præcedentium respectu in-1
tentionis disponentis; quia sic loquendo intendit vlterius disponere, sed non est continuatiua respectu dispositi; quia imo arguit dispositionem sequentem totaliter differre à præcedenti. Gemin. *consil.62.num.7.ver.nec obstat dictio*, vbi, quod ostendit diuersitatem capitulorum, inter quæ apponitur. † Et est coniunctiua, 2
seu repetitiua, prout copula, &, quando ponitur in oratione imperfecta ratione verbi, vel appositi, seu suppositi; secus si apponatur in oratione iam perfecta; quia non repetit; & idem, quando inter diuersas personas. Bartol. *consil.3. Titius condidit. vers. super secundo. lib.1.& consil.27. eod. lib. in princ.* Cuman. *consil.22. per totum*, vbi * dicit *
communè opin. quod est repetitiua, quãdo oratio est imperfecta, & reguntur sequentia à præcedentibus. Vide, *Dictio, &, quando co-* ☞
pulat, & quando non, & quid importet. Conclus.274. † Et quod de 3
dictione, *item*, iudicetur idem, quod de dictione, seu copula, & Alexand. *consil.158. Abunde. num.6. ver. eo maxime, lib.6.* † Regula 4
igitur sit, quod dictio, *item*, est repetitiua, si ponitur in oratione imperfecta. Bartol. *consil.3. Titius condidit. ver. super secundo, & consil.27.* * *in princip. libro primo*, communem * dicit Cuman. *consil.22. Ti-*
tius legauit, in princip. vbi, quod importat aliquando repetitionem, aliquando continuationem, quando orationi imperfectæ adijcitur; & secus, si adijcitur orationi perfectæ; quia non importat repetitionem. Bartol. *in l.in repetendis.ff.de leg.3.* † Contrarium, quod 5
imo dictio, *item*, importet repetitionem, licet adijciatur orationi perfectæ, tenet Castrens. *consil.88. Viso legato, colum.2. ver. secundo facit. lib.1.* allegat Bartol. *in l.Seia.§. Caio. ff. de fund. instruct.* vbi in princ. dicit procedere distinctionem in copula, &; quia bene repetit, quando adijcitur orationi non perfectæ; secus in dictionibus repetitiuis. † Extende; quia dictio, *item*, est repetitiua qualitatum in 6
orationibus, quibus annectitur. Anchar. *consil.361. Visa plena. num.* 4. † Declara plenius per Signoro. *consil.156.num.24. vsque in fi.* vbi, 7
quod aut à lege profertur in verbis promulgatorijs, & importat continuationem, aut in verbis post promulgationem, & importat quandoque continuationem, quandoq; nouam inchoationem, si ab homine, facit quatuor casus, & videtur velle, quod inducat repetitionẽ. Vide, *Dictiones continuatiuæ quæ sint, & earũ natura. Concl.* ☞
256. † Limita, quando ponitur dictio, *item*, in oratione perfecta, 8

quæ

quæ non pendet à constructione orationis præcedentis, quia importat continuationem, videlicet, quod velit vlterius disponere, non autem iam dispositum continuare, quia imo facit totaliter differre à præcedentibus. Gem. *cons.62.n.2.ver.nec obstat dictio.* Cumân.
9 *consil. 22. ante med. ver. nec hic est de repetitione.* † Extende, quia non est repetitiua, quando sequentia habent specialem prouisionem. Alexand. *cons.158. num.5. ver. secundo principaliter. lib. 6. & per totum*, vbi
10 alias limitationes ponit. † Extende, quando ponitur inter diuersas personas, & diuersas res, & oratione perfecta. Bart. *d. cons.3. ver. super*
11 *secundo, lib.1.* sequitur Alex. *cons.158. nu.2. ver. quibus parum. lib.6.* † Extende, quia licet dictio, *item*, & aliæ similes, quæ important de sui natura repetitionem, hoc operantur, si repetitio congrua fieri potest, alias secus. Alex. *consil.99. Super primo. nu.8. ver. confirmo, lib.7.* ideo si ex repetitione dispositio fieret nulla, non importat repetitionem.

Dictiones, *iuxta*, & *secundum*, quid importent. Conclusio 304.

1 DICTIO, † *iuxta*, tenorẽ certæ scripturæ aliquid fieri, importat idem, quod *secundum*. Rom. *cons.336. Circa propositam. n.2. in fin.*
2 *ver. præterea Papa mandat.* † Et est dictio relatiua. ideo si confiteor aliquid in mei præiudicium, quod non possim molestari, donec recuperem iuxta formam instrumenti de tali tempore, certe cum sint verba relatiua, si ex instrumento nihil apparet, falsa causa mihi nõ nocet. Decia. *cons.21.n.37. ver. item ex alio. lib.2.* vbi idem de dictione, *vt*, vel *prout apparet*, mouetur, quia falsa causa viriat dispositionem.
☞ Vide, *Falsa demonstratio quando vitiet dispositionem, vel non. Concluſ. 60.*
3 † Et quod sit dictio relatiua, adeo quod si constat de relato, nihil disponat vltra contenta in relato. Rota *in nou. decis.40. par.2. per tot.*
4 † Imo si referens plus disponeret, quam relatum, quandocunq; de relato constaret, referens non attenditur, sed relatum. Rota *in nouis. d. decis.40. num.7. par.2.* allegat Alex. *cons.9. num.12. lib.5.* & alios.
5 † Et quod inuestitura facta masculo, & fœminæ, iuxta formam antiquarum inuestiturarum, si ex inuestituris antiquis constat, quod fœminę sunt exclusæ, erunt etiam exclusæ ex noua inuestitura habente relationem ad antiquas. Alexand. *cons.9. Ponderatis ijs. n.12. lib.*
6 *5.* quod dictũ dicit notabile Curt. Iun. *cons.92. n.10.* † Amplia, quia plures significatus habet hæc dictio, *iuxta*, secundum subiectã materiam. *l. omnes, & l. pen. C. de aquæd. lib.11.* Socin. *cons.201. in princ. ver. accedat etiam. lib.2.* vbi in materia venditionis de bonis, quæ sunt iu-
7 xta, qualiter intelligatur. † Et ideo importat idem, quod *prope*, & si dicatur, *quod venditur talis fundus iuxta flumen*, venit ripa, iuxta viam veniunt fossata, quia importat propinquitatem per vnum pedem,
8 vel duos. Alexand. *cons.120. Omissis argumentis. num.6. ver. nam dicitur in instrumento. lib.2.* † Amplia, quia concessio inuestituræ si fiat indistincte de omnibus, de quibus maiores sui fuerunt inuestiti, iuxta præcessorum suorum inuestituras, dictio, *iuxta*, stat conditionaliter, & si non constat de antiquis inuestituris, nihil est concessum.
9 Castrens. *cons.17. In causa decimali, in princip. & in fin. lib.2.* † Restringe, quãdo concessio, seu inuestitura est certa, vt quia conceduntur certa bona expressa, ita quod non remanet aliqua incertitudo, licet adiiciatur, iuxta formam antiquarum inuestiturarum, vel secundũ, aut prout sui antecessores possederunt, tunc non facit cõditionem, sed modum, videlicet quia sic sui antecessores vsi sunt. Castrens. *d. cons.17. num.2. lib.2.* late Grammat. *decis.59. num.21. & seq.*
10 † Idem si quis cõdemnatur, vel se obligat ad soluendũ singulo anno vnũ par capponorũ. prout eius antecessores soluere consueuerunt, exponitur, prout sic sui antecessores soluere consueuerunt.
11 Castr. *d. cons.17. nu.2. lib.2.* † Declara, quia si probaretur exaduerso, quod soluere non consueuerunt, quia causa est falsa, tunc non va-
12 leret concessio. Castr. *d. cons.17. in fi. lib.2.* † Idem, quando sumus in dispositione noua, ex qua aliquid cõceditur de nouo, quia semper valet, & dictio, *iuxta prout*, vel *secũdum inuestituras antiquas*, licet de illis non constet, non vitiatur, quia isto casu falsa causa non vitiat, si noua concessio est certa. Grammat. qui alios allegat *d. decis.59. num.*
13 *22. & seq.* † Vide tamen contrarium per Alexand. *consil.9. Ponderatis ijs, quæ, num.9. ver. nec etiam obstat, iuncto ver. & hoc saltem in casu nostro. num.12. colum. pen. in fin. lib.5.* vbi, quod frater faciens se inuestiri de certo feudo, pro se, & fratribus & sororibus iuxta tenorem aliarum inuestiturarum antiquarum, censetur per errorem fecisse, quia præsumitur credidisse inuestituras ita loqui, & si contrarium loquantur, non sibi præiudicauit, quem sequitur, & dicit dictum
14 esse notabile Curt. Iun. *cons.92. num.10.* † Declarat Gramma. *decis. 59. num.24.* tres casus, primus, quando dispositio est certa, & non apparet id, ad quod fit relatio, & valet, secundus, quando dispositio est incerta, & non apparet id, ad quod fit relatio, & non valet, tertius casus est, quando dispositio relata apparet magis stricta, & fit restrictio, tu adde quartum casum, quando dispositio est certa, sed constat, quod relatum est contrarium, quia ex aduerso est probatum contrarium, & tunc facerent verba relationem conditionalem, ita Castr. *cons.17. in fin. lib.2.* † Vide Curt. Iun. *cons.98. num.4.* 15
vbi, quod si dispositio præcedit certa de aliquo, & postea subsequatur iuxta morem præteriti temporis, intelligitur causatiue, quia sit mos præteriti temporis, & dicit * communem, & quod ita *
c. Abbate, de verb. signif. intelligitur, & hoc quando sumus in dispositione, cuius natura est de nouo disponere, quia semper causatiue ponitur. † Declarat plene Roma. *cons.336. Circa propositam, n.3.* quod 16
dictiones, *iuxta, secundum, prout*, & similes si sunt in gratia, vel priuilegio, stant causatiue, quia sic est, sequitur Feli. *in cap. ex parte, il primo, numer.10. de rescript.* vbi plura cumulat, & idem Roman. *cons.*
460. per totum. † Si vero sunt in rescripto iustitiæ, stant conditio- 17
naliter, si sic est. Roman. *d. consil.336. num.7.* vbi apostil. *in ver. conditionaliter*, dat concord. Feli. & alii supra. Vide plenius, Dictiones, ☜
prout, *sicut*, *secundum*, *quemadmodum*, & similes quid importent. *Concluſ.347.*

Dictio, *legitime*, quid importet. Concluſ. 305.

LEGITIME, † importat idem, quod, *omni modo iuridico*, ideo cita- 1
tus vt legitime cõpareat, intelligitur per se, vel procuratorem. Bald. *cons.149. Statuto ciuitatis, circa med. ver. in contrarium, lib.5.* † Re- 2
stringe, nisi dictio, *legitime*, annexum haberet locum prohibitum, quia citatus ad comparendum legitime in loco, ad quem prohibetur accessus citato, non tenetur comparere, neque mittere procuratorem, ex quo ratione loci prohibiti illa dictio non attenditur. Bald. *d. cons.149. post med. ver. solutio dicendum, lib.5.* † Amplia, quia 3
dictio, *legitime*, adiecta probationi, vel ostensioni importat plenã, & veram probationem, non autem priuilegiatam, prout per iuramentum. Ias. *in l. si quando, col.2. num.9. & seq. C. vnde vi.* † Extende in 4
tantum, vt etiam si concurrat semiplena probatio cum iuramento, non erit legitima probatio. Alex. *cons.119. Quæritur, num.9. ver. & notandum, lib.2.* vbi apostil. dat concord. *in ver. legitime.* Vide, *Legitima indicia, & legitima probatio, quæ dicatur. Concluſ.180.* ☜

Dictio, *liberum*, quid importet. Concluſ. 306.

LIBERVM, † dicitur tripliciter, primo modo, quãdo potest quis 1
præferre iniquũ æquo. Bal. *cons.379. Quando super facto, n.3. v. liberum aũt, lib.3.* † Secũdo modo dicitur liberũ, quod sit nullo cogẽte 2
imperio, sed propria & nuda voluntate. Bal. *cons.379. nu.3. lib.3.* vbi, quod istud procedit in iis, quę fiunt iure suo, secus si quis iure alieno, prout procurator faceret, quia de regulato ai brtio intelligitur, ne dissipare possit. † Tertio modo dicitur liberum id, quod 3
sæpius, & variato modo fieri potest. Bald. *d. cons.379. nu.3. in fin. ver. tertio modo, lib.3.* † Amplia quia liberum dicitur, quando est liberum 4
omni libertate, & absolutum ab omni seruitute, & onere. Cravet. *cons.122. num.6.* † Amplia, quia, *libere*, importat liberam potestatem non regulatam à iure. Soci. *cons.170. n.8. lib.2.* Roland à Valle. 5
cons.42. nu.17. lib.1. † Amplia, quia qui potest libere facere, non ad- 6
mittit contradictionem, neq; difficultatem aliquam, & ad effectũ pœnæ excommunicationis, qui contradixit iudici Ecclesiastico, ne exerceret suam iurisdictionem, dicitur præstitisse impedimentum & turbationem, ideo est excommunicatus, etiã si ad tempus tantum præstitit. Ægid Bellam. *cons.40. nu.7.* † Amplia, quia, *libere*, 7
multum ampliat dispositionem. Deci. *cons.41.n.14. lib.2.* † Extende, 8
quia substitutio facta libere, importat integraliter, & sine diminutione, & quod mortuo filio, cui substituitur in pupillari, substitutio sit pupillaris, & excludat matrem. Ant. de Butr. *cons.53.n.1. in fi.* † Amplia, quia, *libere*, intelligitur sine vllo onere, vel obstaculo, 9
aut contradictione, & inuito, & contradicẽte quocunque. Corn. *cons.267.n.15. li.4.* vbi loquitur in libero vsufructu. Goza d. *cons.47.*
nu.9. plenius Decia. qui dicit; quod multum ampliat dispositionẽ, & importat id, quod supra in *cons.41.n.14. li.2.* † Extende, quia in- 10
telligitur sine licentia, & sine authoritate alterius, & nihil obstante. Gozadin. *cons.91. num.7.* sequitur Roland. *cons.42.n.19. lib.1.* vbi, quod sine licentia, sine consensu, vel authoritate alterius, & sine
aliqua requisitione importat. † Extende, quia verbum, *libere*, intel- 11
ligitur quo ad omnia, & sic totalem liberationem importat. Cravet. *cons.122. num.5.* allegat Anchar. *cons.408. Probata col.2.* sequitur Roland. à Valle *cons.42. nu.20. li.1.* & Alex. *cons.96. col.1. li.5.* cum aliis, quos citat apostilla ad Ant. de Butr. *cons.53. in ver. libere.* † Ex- 12
tende, quia intelligitur sine aliqua contradictione. Roland. *dict. consil.42. num.18. lib.1.* † Et ideo si princeps mandat cassari condem- 13

nationes libere, intelligitur quoad omnia, & renuncians beneficium libere, intelligitur nihil omnino sibi reseruare. Crauet. *d. cons.* 122. *nu.* 5. † Limita, quia verbum, *libere*, recipit restrictionem à iure secundum determinationem aliarum legum. Alex. *cons.* 80. *n.* 12. *li.* 1. Vide, *Libere*, quid importet vel non. *Concluſ.* 335.

Dictiones, *libitum voluntatis*, quid importet. Concl. 307.

1 PRO † *libito voluntatis*, ista verba important plenam, & liberam au-
2 thoritatem disponendi. Socin. *consil.* 170. *num.* 7. *lib.* 2. † Amplia, quia verba, *pro libito voluntatis*, & *libere*, si simul iungantur tanquam geminata, magis operantur libertatem. Socin. *consil.* 170. *num.* 8. *lib.* 2.

Dictiones limitatiuæ, & reseruatiuæ, quæ sint, & importent. Concluſ. 308.

1 DICTIO *saluo* † & *reseruato*, semper modificat, & limitat. Angel. *cons.* 27. *Quidam victor, in fi. ver. nec obſtat, quod accuſatio*, & plenius
2 *cons.* 290. *Thema tale eſt, n.* 4. *ver. in contrarium.* † Extende, quia in tantum natura dictionis, *saluo &c.* est modificare, vt si non inuenit, quid modificet, extinguit orationem præcedentem. Angel. *consil.* 290. *n.* 4. *ver. quinimo tanta eſt.* Vide, *Dictiones reſtrictiuæ quæ eſſe dicantur. Concluſ.* 364.

Dictio *maxime*, quid importet. Concluſ. 309.

1 MAXIME, hæc † dictio est ampliatiua, ideo statutum loquens, vel disponens aliquid per verba exprimẽtia genus, includit omnes species sub genere comprehensas, etiam quando enumeratio aliquarum specierum fuit facta, modo fuerit facta cum dictione, *maxime*, quia ampliat. Gemin. *conſ.* 6. *n.* 3. & 4. Alex. *conſ.* 133.
2 *Viſo proceſſu, col.* 2. *in fi. ver. nec etiam, lib.* 1. † Et ideo quando genus præcedit, & sequitur species per dictionem, *maxime*, adiecta importat rationem magis vrgentem in specie, quæ erat inclusa, & nihilominus exprimitur cum dictione, *maxime*, Bart. *in extrauag. ad reprimen-*
3 *dum, in ver. & maxime*, allegat *auth. habita, C. ne filius pro patre.* † Idem, si addatur ratio per dictionem, *maxime*, quia importat, quod licet aliæ rationes subsint, quod ista expressa sit potẽtior, seu potissima. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. & maxime*, licet genus non
4 præcedat. † Si vero genus non præcedat, & additur per dictionem, *maxime*, conditio, tunc importat, quod siue cõditio addita existat, siue non, sit locus dispositioni. nisi ratione contrarietatis vitandæ, contrarium sit dicendum, & sic isto casu dictio, *maxime*, abundat glos. *in l. fi. super ver. maxime, C. de manumiſſ. teſtam.* Bart. *de extrauag. ad*
5 *reprimendum, in ver. & maxime.* † Amplia, quia etiam hæc dictio, *maxime*, includit speciem diuersam. Gem. *d. conſ.* 6. *n.* 5. *v. item dictio maxi-*
6 *me.* † Aliquãdo tamen importat taxatiuam tantum, licet de sui natura implicatiua. Alex. *conſ.* 116. *Animaduerſis, n.* 16. *ver. nec enim abſur-*
7 *dum, lib.* 2. † Et procedit, quando ponitur verbis importãtibus causam finalem, quia vel abundat, vel stat taxatiue. Alex. *conſ.* 77. *Viſis, n.* 23. *ver. nec obſtat, lib.* 3. † Et dictio, *maxime*, stat comparatiue. Gem.
9 *d. conſ.* 6. *n.* 4. *ver. dictio etiam maxime.* † Amplia, quia importat idem, quod dictio, *præſertim*. Gem. *conſ.* 16. *n.* 4. *in fi.* Cald. *conſ.* 548. alias 3. *de ver. ſignif.* imo dictio, *præſertim*, importat idem, quod dictio, *maxime*, seu *præcipue*. Quintil. Mando. *super reg. de ſubrogan. collitig. n.* 26. Vide,
10 Dictio, *præſertim*, quid importet. *Concluſ.* 338. † Et exprimit casum minus dubitabilem, & implicat casus magis dubitabiles, & in eis vult idem esse, *l.* 1. § *pater, ver. vel maxime, ff. de collatio. bono.* Mando. *ſ. in*
11 *d. reg. de ſubrog. collitig. q.* 6. *n.* 2. vbi alios allegat. † Declara, quia in lege dictio, *maxime*, includit alium casum, in quo sit minor ratio, sed si proferetur in contractibus, iudiciis, & dispositionibus hominis, fecus est, quia non includit alios casus. Castr. *conſ.* 441. *Viſo puncto, n.* 5. *ver. ſuper vltimo, lib.* 2. vbi maxime hoc dicit procedere in sententia, quæ stricti iuris est, & requirit scripturam, quia nõ continet, nisi il-
12 lud, quod necessario venit. † Et de importantia huius dictionis,
13 *maxime*, plene Ias. *in l. qui se patris, col.* 11. *C. vnde lib.* † Et quod sit implicatiua, quia ostendit, quod etiã alia ratione, quã expressa per dictionẽ, *maxime*, fuit motus. ita Alc. *conſ.* 47. *In cauſa, n.* 5 *in fi. & n.* 6. *li.* 7. vbi apostil. *in ver. maxime*, citat eundem Alex. *conſ.* 111. *n.* 1. *lib.* 2.

Dictiones, *mensuatim, annuatim*, & similes quid importent. Concluſ. 310.

1 MENSVATIM, hæc † dictio importat idem, quod singulo mense. Alex. *conſ.* 206. *Viſo themate, num.* 3. *ver. illud verbum men-*
ſuatim, lib. 2.

Dictio, *mox*, quid importet. Concluſ. 311.

DICTIO, † *mox*, potest importare interuallum temporis, & im- 1
mediatum tempus: ideo sumitur diuersis modis, prout materia suggerit. Alex. *conſ.* 115. *In cauſa inquiſitionis, lib.* 3.

Dictio, *nec*, quid importet. Concluſ. 312.

DICTIO, *nec*, importat copulam eorum, quæ sequuntur, ideo si 1
mandatur alicui, vt deponat eum, qui est magister, si repetiat eum malæ vitæ, nec sufficientem in litteris, requiruntur duo copulata, quod sit malæ vitæ, & non sufficiens in litteris. Bald. *conſ.* 482. *Caſus talis eſt, lib.* 5. † Et idem importat, quod importat, *& non*, 2
vt per Signorol. *conſ.* 208. *Factum ſic ſe habet, ſtatuto cauetur, n.* 3. *ver. præterea nec reſoluitur, vſque in fi.* vbi, quod repetita censentur præcedentia in sequentibus per dictionem, *nec*, copulatis. † Et quod natura 3
huius dictionis sit iungere, seu continuare, & negare. Angel. Aret. *conſ.* 89. *Pro deciſione, nu.* 7. allegat eximium Doctorem D. Baptistam Doctorem Regiensem.

Dictio, *nihil*, quid importet. Concluſ. 313.

NIHIL, est dictio vniuersalis negatiua, & qui iurat se nihil im- 1
petraturum, excludit se ab omni impetratione; quia dictio, *nihil*, est exclusiua omnium, quæ impetrari possunt, *c. ſtatutum*, §. *prouiſurus, de reſcript. in* 6. Roma. *conſ.* 379. *Circa primum, in princ.* † Ex- 2
tende, quia posita in lege, prout, *nihil penitus*, vel, *nihil omnino*, quod est idem, importat vniuersalem negatiuam sine vlla distinctione, vel temperamento, sed absolute, & omni casu, ita Alex. *conſ.* 72. *Habita, num.* 10. *ver. ſecundo reſpondeo, lib.* 6. & iterum *conſ.* 13. *num.* 7. *libr.* 2. Vide, Dictiones, *nullus, nemo*, & similes, quid importent. *Concl.* 316. Vide, *Negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmet. Concl.* 26.

Dictio, *niſi*, quid importet. Concl. 314.

DICTIO, † *niſi*, importat exceptionem à præcedentibus. Fed. 1
de Sen. *conſ.* 80. *Factum tale eſt, Legatus, nu.* 2. *ver. item non obſtat.* Alex. *conſ.* 64. *Circa præſentem, in princ. lib.* 4. quod est Andreæ Barbat. † Contrarium eius quod præcedit, ideo si præcedit negatiua, di- 2
ctio, *niſi*, subsequens importat affirmatiuam, & è contra, si præcedit affirmatiua, importat negatiuam. Ias. in *l. actione, nu.* 3. *C. de tranſ.* Bart. *conſ.* 47. *Puccinus in princ. lib.* 2. vbi apostilla *in ver. oratio negatiua.* † Et propterea inducit argumentum à contrario sensu, prout si sta- 3
tutum disponat, quod filiusfamilias non possit obligari, nisi publice faciat facta, & negocia domus, quia à contrario potest cõueniri, si faciat negocia domus publicæ. Castr. *conſ.* 98. *col.* 2. *in princ. & n.* 2. *lib.* 2. † Amplia, vt idem sit de dictione, *ſi non*, quia paria sunt, & 4
idem importat dictio, *niſi*, & dictio, *ſi non*, quia excipiunt ab iis, quę præcedunt, vnde si oratio negatiua præcedit, includunt, & affirmant in exceptis. Gemin. *conſ.* 15. *n.* 18. *ver. ſuper quinto.* † Amplia, quia 5
dictio, *niſi*, si oratio affirmatiua præcedit, illa negat, & priuãdo resoluit siue oratio præcedens sit affirmatiua potentiæ, siue actus Ang. *conſ.* 238. *Anton. de Mutina, circa med.* Castr. *conſ.* 98. *col.* 2. *in princ. lib.* 2. † Extende, quia si oratio affirmatiua præcedit, negat, si vero 6
oratio negatiua præcedit, affirmat, & includit, quia de sui natura est semper contradicere præcedentibus. Ang. *conſ.* 337. *Inter alia capitula, in princ.* Alex. *conſ.* 83 *In cauſa & lite, nu.* 3. *lib.* 1. † Extende in po- 7
sitionibus, quia dictio, *niſi*, affirmat, quando præcedit negatiua, & negat, quãdo præcedit affirmatiua. Alex. *conſ.* 83. *n.* 3. *li.* 1. † Et quod 8
includat id, quod est negatum, quando præcedit negatiua potentiæ, siue actus. Rainer. de Forli. *conſ.* 68. *inter conſ. Signorol. n.* 12. Signorol. *conſ.* 43. *In quæſtionibus miſſis, in princ. ver. modo capio*, vbi, quod est dictio exceptiua. Castr. *d. conſ.* 98. *col.* 2. *in princ. lib.* 2. Alex. *conſ.* 227. *Ponderatis, n.* 11. *ver. vt oſtendit illa dictio, niſi li.* 6. Deci. *conſ.* 386. *n.* 2. 4. & 6. & *conſ.* 532. *in princ.* Paris. *conſ.* 31. *n.* 36. *lib.* 2. † Limita quia licet dic- 9
tio, *niſi*, de sui natura inducat exceptionem, tamẽ aliquando importat dictionem, *ſi*, ad euitandum absurdum. Alex. *conſ.* 64. *n.* 4. *v. quia ad hoc reſpondeo, lib.* 4. † Imo exponitur pro *quamuis*, quia menti 10
deseruire debent verba. Alex. *d. conſ.* 64. *n.* 4. *li.* 4. & in simili, quod disiunctiua pro coniunctiua accipiatur, vel è contra, quando constat de mente. Alex. *conſ.* 22. *n.* 5. *li.* 1. vbi apostil. dat concord.

Dictio, *nullatenus*, quid importet. Concl. 315.

NVLLATENVS, hæc † dictio importat vniuersalitatem, ideo 1
excludit quamcunq. minimam partem, ideo reuocatio priuilegiorum concessorũ, nullatenus exẽptis non reuocat, nec cõprehendit

hendit priuilegia concessa aliquo modo exemptis. Gemin. *cons.* 35. 2 *Pro clariori, in princ. n. 2. ver. hoc præmisso, nu.* 3. † Amplia, vt idem sit de dictione, *nullus, nulla, nullum*, quæ est vniuersalis negatiua; ideo includit omnem etiam minimam partem, prout in dictione, *nullatenus*, vt per Gemin. *d. cons.* 35. *num.* 4. & 5.

Dictiones, *nullus, nemo*, & similes, quid importent. Concluſ. 316.

1 DICTIO, † *nullus*, est oratio vniuersalis negatiua. Bart. *in cons.* 47. *Puccinus, in prin. lib.* 2. Idem in dictione, *nemo*. Abb. *cons.* 3. *Nitar, in fi. lib.* 2. Vide Dictio, *nihil*, quid importet. *Concl.* 313. Vide, *Negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmet. Concluſ.* 26.

Dictio, *nunc*, quid importet. Concluſ. 317.

1 NVNC, hęc † dictio est præsentis temporis. Bald. *in auth. contra cũ*
2 *rogatus, num.* 1. C. *ad Trebellian.* † Et denotat præsens esse initium obligationis. Alex. *in l. huiusmodi, la seconda, nu.* 3. *ff. de verb. oblig.* Feli. *in cap. licet causam, in* 6. *not. de probat.* Zuccard. *in l.* 1. *num.* 123. *C. de pact.*

Dictio, *occasione*, quid importet. Concluſ. 318.

1 OCCASIONE, † hæc † dictio importat causam remotam, & impulsiuam, ideo pater legans aliquid filię occasione dotis, non dicitur legatum conditionale pro dote, vt debeant expectari nuptiæ, sed debetur simpliciter, quia illa dictio, *occasione*, denotat causam impulsiuam, & non finalem. Bal. *cons.* 237. *Titius in testamento, n.* 4. & 5. *v. vlterius quæritur, li.* 1. Corn. *cons.* 153. *In præsenti consultatione, n.* 5. & 6. *lib.* 2. idem tenet Feli. *in c. solitæ, de maior. & obed. nu.* 2. vbi, quod Io. Andr. ibi dicit vidisse teneri, & obtineri in practica, quod causa
2 sit finalis, occasio sit impulsiua. † Et latissime intelligenda est dictio, *occasione*, vt comprehendat etiam quamlibet occasionem sine ratione, & ideo differt à causa, quæ proprie per se ordinatur ad aliquid, sed occasio etiam remotissimam causam, & non rationabilẽ continet. Bal. *cons.* 119. *Statuto cauetur, n.* 7. *ver. sed contra hoc, lib.* 2. Ang. *cons.* 288. *Viso themate, n.* 3. *ver. illud enim verbum*. Corn. *cons.* 153. *nu.* 5. &
3 6. *lib.* 2. plene Feli. *in c. solitæ, de maior. & obed.* † Et importat hæc dictio idem, quod dictio, *propter*, vt infra *ver. Dictio*, propter, *quid importet. Concluſ.* 346. † Extende, quia vulgo dicitur, qui vult discedere ab
4 amico, occasionem quærit, id est, quamcunque causam remotam, & non veram. Corn. *d. cons.* 153. *num.* 7. *lib.* 2. & sic sumitur pro causa irrationabili. Feli. *d. c. solitæ, nu.* 2. *de maior. & obed.* vbi, quod aliquan-
5 do sumitur pro causa vera, & in partem bonam. † Extende, quia in alio differt occasio à causa, quia causa consistit in iure, occasio consistit in facto. Feli. *d. c. solitæ, num.* 2. *de maior. & obed.* vbi quod om-
* 6 nes * ita tenent. † Amplia, quia importat, sine directo, siue indirecto, siue quocunque modo, ita Angel. Areti. *cons.* 87. *In casu, & the-*
7 *mate, in fin. num.* 54. & 55. † Limita, quia licet dictio, *occasione*, importet latissime causam remotissimam, tamen non importat, quod recedatur à termino, cuius occasione aliquid ordinatur, ideo habentes facultatem pœnas imponendi bannitis quocunque prętextu vel occasione, non possunt imponere pœnam aliis non bannitis etiam pro delicto, vel pro occasione bannitorum. Angel. de
8 Peruf. *cons.* 63. *Nobilis miles, nu.* 5. *ver. nec obstat, si dicatur.* † Extende restrictionem, vt non includatur species diuersa ex illa dictione, *occasione*, ideo si est factum compromissum occasione certæ hæreditatis, non veniet in compromisso res diuersa ab hæreditate. Castr.
9 *cons.* 25. *in princ. ver. vnde superflua, lib.* 1. † Limita, quia dictio, *occasione*, non includit speciem diuersam. Castr. *cons.* 25. *in princ. ver. vnde superflua, lib.* 1.

Dictio, *olim*, quid importet. Concluſ. 319.

1 HÆc † dictio respicit tria tempora, præteritum, præsens, & futurum, ideo non solum præteritum importat, sed ad omnia potest aptari. Fulgos. *cons.* 22. *n.* 3. vbi idem de dictionibus *quondam, iam, retro*, & *dudum*.

Dictiones, *omnimoda, & omnimodo*, quid importent. Concluſ. 320.

1 OMNIMODA, hęc † est dictio vniuersalis, quę cõprehendit omnia. Dec. *cons.* 33. *n.* 47. *lib.* 2. Ant. de Butr. *cons.* 19. *n.* 5. Vide, *Dispositio omnimoda, quid significet. Concl.* 485. Vide, *Dictiones vniuersales, & ea-*
2 *rum importantia. Concl.* 397. † Omnimodo, est dictio denotans præsam voluntatem, & habet vim decreti irritantis. Tiraq. *in l. si vnquã, C. de reuoc. donat. in ver. reuertatur, nu.* 88. † Declara, vt procedat, quando stat de per se, secus si habet secum adiunctam conditionem, vel voluntatem. Rota *in nouiss. decis.* 28. *nu.* 3. & *seq. parte* 2. Vide, Dictio, *omnino*, quid importet. *Concl.* 322. *nu.* 3. & *seq.* 3

Dictiones, *omnia, & singula*, quid importent. Concluſ. 321.

OMNIA, † *& singula*, sunt verba geminata, quæ enixam volũtatem important, *c. vt circa, de elect. in* 6. Alex. *cons.* 216. *Nec arguendi, n.* 27. *ver. septimo, in fi. lib.* 2. vbi ex eis exprimuntur omnes qualitates. Vide, Clausula, *omnia, & singula*, quid operetur. *Concl.* 296. Vide, *Dictiones vniuersales, & earum importantia. Concluſ.* 397. Vide, *Verba importantia vniuersalem dictionem. Concl.* 120. 1

Dictio, *omnino*, quid importet. Concluſ. 322.

DICTIO, † *omnino*, importat idem, quod *libere, absolute, totaliter*, & 1
simpliciter. Old. *cons.* 324. *n.* 8. 1 *ers. secundo in aliis.* † Et importat idẽ, 2
quod penitus. Alex. *cons.* 13. *Visis, n.* 6. *ver. tertio respondeo, lib.* 2. & *nu.* 7. vbi apost. *in ver. omnino*, dat concord. † Et importat idem quod *om-* 3
nimodo, Bart. *in l. Græce*, §. *illud. nu.* 7. *ff. de fideiuss.* † Et est dictio præcisa. 4
cap. cum ex eo, cum ibi not. de elect. in 6. Alex. *d. cons.* 88. *In causa, in princ. li.* 4. † Et in text. *in c. cum contingat, de rescript.* vbi glo. exponit, *nullo mo-* 5
do, negatiue, & *in c. licet canon, de elect. in* 6. ibi, *careat omnino*, ideſt, *absolute, ipso iure, omnimodo*, & ibi Archid. citat plures tex. ad hoc, & latissime Alber. *in Dictionario*, verbo, *omnino*, vbi, quod habet multos significatus. † Et quod verbum, *omnino*, importat totaliter, & indi- 6
stincte. Roland. à Vall. *cons.* 84. *n.* 24. *lib.* 1. vbi, quod importat etiam idem, quod *præcise*, & citat alios. Felin. *in cap. ex parte, il primo, de off. deleg. in princ.* † Et importat idem, quod sine dispensatione. Abb. *in* 7
c. qualiter, il secondo, de accusat. col. 3. *nu.* 18. *ver. sed contra hoc*, vbi, quod excludit omnem gratiam, & misericordiam, seu dispensationem, prout verba, *nullo modo, de accusat.* sequitur Feli. *in c. ex parte, il primo, de off. deleg.* vbi, quod glo. ibi exponit, *sine pactione aliqua.* † Et impor- 8
tat separationem perpetuam, seu continuam, si dicatur, quod omnino sint separati, ita Abb. *cons.* 8. *Primo videtur, col.* 2. *in princ. ver. nec obstat, si opponatur. lib.* 1. † Et importat idem, quod *penitus*, videlicet, si 9
dicatur, *nihil penitus*, vel *nihil omnino*. idem sit, ac si diceretur, *nullo modo*. Alex. *d. cons.* 13. *Visis. nu.* 7. *lib.* 2. & iterum *cons.* 72. *Habita n.* 10. *ver. secundo respondeo. lib.* 6. † Restringe, quia non semper importat, *nullo* 10
modo. Ias. *in l.* 1. §. *per seruum corporaliter. n.* 2. *in* 1. *not. ff. de acquir. poss.* vbi citat plures. † Declara secundum Feli. *in c. ex parte. il primo, de off. de-* 11
leg. vbi, quod habet nouem significationes: prima importat latam sententiam: secunda importat totaliter: tertia omnino careat, excludit, vt nihil petere possit: quarta, quia præcisum factum denotat: quinta, quia importat omnem diligentiam: sexta, quia importat perpetuitatem, & ad omnia: septima, quia prohibitus omnino facere priuat, & per se ipsum, & per alium: octaua importat nullo iure reseruato: nona importat continuum effectum, addit insuper, item importat omni casu, item exponitur sine ope exceptionis. Vide, Dictio, *omnimoda, & omnimodo*, quid importet. *Concl.* 320. Vide, Dictio, *penitus*, quid importet. *Concluſ.* 325.

Dictio, *pariter*, quid importet. Concluſ. 323.

PARITER, hæc † dictio importat paritatem iuris, vt *in c. venerabilẽ.* 1
§. *quod autem. de electio.* & per Alber. *in repertorio, ver. pariter.* † Ali- 2
quando importat idem tempus, & idem momentum, aliquando idem tempus, sed diuersum momentum. Bart. *in l. si fundus.* §. *si duo. n.* 2. *ff. de pignor.* † Et glos. *in cap. bonæ, il primo, in ver. ad nos, de electio.* dicit 3
hoc aduerbium, *pariter*, importare similitudinem, non idem momentum temporis. † Et importat idem, quod communiter. *c. cum* 4
olim, circa fin. de off. deleg.

Dictio, *per*, quid importet. Concluſ. 324.

DICTIO, † *per*, importat de sui natura continuationem. Lap. *al-* 1
leg. 47. *nu.* 3. *vers. ad idem facit.* Franch. *in c.* 1. *nu.* 3. *ver. item dictio, de regul. in* 6. vbi apost. adducit concord. † Perfectionem importat, id- 2
eo testes deponentes, quod quis possedit per annum, intelligitur per annũ perfectũ, & finitum. Io. de Im. *cons.* 101. *In causa. n.* 1. *l. Vrbana* §. *pernoctare. ff. de ver. sig.* Rom. *cons.* 301. *In proposito. nu.* 13. vbi quod
3 de notat perfectionem, & consummationẽ actus. † Causam etiam efficientem importat dictio, *per*. Rom. *d. cons.* 301. *num.* 13. *ver. & ex dictione, per.* † Amplia, quia propterea verbum venire, significat ad- 4
uentum, sed peruenire significat cum perseuerantia. *l. aliud est capere. ff. de verb. sign.*

Dictio, *penitus*, quid importet. Concluſ. 325.

1 PENITVS, eſt † dictio præciſa, quæ nullam modificationem, ſeu reſtrictionem admittit. Ang de Peruſ. *conſ.31. Viſo laudo, circa fi. n. 9. ver. quod verbum, penitus.* Alex. *conſ.13. Viſis. n. 6. & 7. ver. tertio reſpon-*
2 *deo. lib.2.* † Et operatur in totum, ideo ſi agnatus per cõſtitutionem priuatur agnatione penitus, importat *præciſe*, & *omnimodo*. Roman. *conſ.81. Quoad id, in ſi.* vbi apoſt. citat Tiraq. *in l. ſi vnquam, ver. reuerta-*
3 *tur. n.106. C. de reuoc. donat.* † Et importat idem, quod omnino. Alex. *conſ.13. Viſis. n. 6. ver. tertio reſpondeo. lib.2. & n.7.* vbi apoſt. *in ver. omnino,* dat concord. & iterum *conſ.72. Habita. num.10. lib.6.* Vide, Dictio,
4 *omnino*, quid importet. *Concluſ.322.* † Et ſicuti dictio, *nihil penitus*, & dictio, *nihil omnino*, important idem, ita important, ac ſi diceretur, *nullo modo*. Alexand. *d. conſ.13. Viſis. num.7. lib.2. ver. per hoc, quia, & conſ.*
72. num.10. lib.6. vbi, quod *l. fin. C. de nouatio.* tollit omnem nouationem, niſi expreſſe fiat, ſiue per viam actionis, ſine per viam exceptionis.

Dictio, *perpetuo*, quid importet. Concluſ. 326.

1 PERPETVO; † importet, quod ſemper duret, licet aliquando ſecus. Vide, *Perpetuum quãdo dicatur, & quot modis. Concl.312.* † Item
2 importat perſeuerantiam. Alex. *conſ.71. Circa heſitationem. num.2. ver.*
3 *hoc etiam. lib.6.* † Habet plures ſignificatus ſecundum ſubiectam
4 materiam. Alex. *d. conſ.71. n.2. lib.6.* † Item, importat idem, quod, *præciſe*, vel *omnino*. Bal. *conſ.239. Laurentius fuit confeſſus, in prin. n.1. lib.2.*
5 † In perpetuum exponitur diuerſimode, quãdoq; importat ad vitam alicuius. *l.1. ff. pro ſocio.* Bald. *conſil.372. Tempore diui Federici. lib.4.*
6 † Quandoq; triginta annos importat, vel 40. *Inſtit. de perpet. & tem-*
7 *por. actio. in prin.* Bal. *d. conſ.372. lib.4.* † Quandoq; importat tertiã generationem in emphyteuſi eccleſiæ, *auth. de non alien. §. emphyteuſim.*
Bald. *d. conſ.372. ver. quarto. lib.4.* † Quandoque dictio, *in perpetuum*,
8 importat ſine præfinitione temporis. *l. pure, in fi. ff. de excep. doli.* Bald.
9 *d. conſ.372. ver. tertio. lib.4.* † Extende, quia hodie conceſſio in emphyteuſim facta in perpetuum, intelligitur etiam ſine tempore, quamuis emphyteuſis ſit eccleſiaſtica, ex quo poteſt propria con-
ceſſio fieri. Bald. *d. conſ.372.* Vbi eſt caſus conſilii. *lib.4.* Vide, *Emphy-*
theuſis perpetua ad quos tranſeat, vel non. Concl.164. Vide plenius, *Perpetuum quando dicatur, & quot modis ſumatur. Concluſ.312.*

Dictio, *pertinere*, quid importet. Concluſ. 327.

1 PERTINERE, † eſt verbum latiſſimũ, quod poteſt importare poſſeſſionem, & dominium, ideo aptatur ad vtrunq; Fel. *in rub. de*
2 *reſcr. n.7. ver. hoc autem limitatur*, vbi apoſt. citat concor. † Et ideo dicit Soci. *conſ.8. n.4. lib.1.* quod non procedit inquiſitio contra furem, ſi dicatur, quod furatus eſt rem ad me pertinentem, quia non concluditur, quod ſit mea, quia poteſt verificari in poſſeſſione.
Vide, *Meum, quomodo, & qualiter eſſe dicatur. Concl.225.* † Si vero dica-
3 tur, *ſpectat, & pertinet*, intelligitur ratione dominii, quia verbum, *ſpectat*, importat dominium, idem Feli. *d. rubr. de reſcr. col.4. num.7. in fin.*
Vide, *Pertinere quid importet. Concl.324.*

Dictio, *perueniat*, quid importet. Concluſ. 328.

1 PERVENIAT, † hæc dictio importat perfectum veniendi modum. Ægid. Bellam. *conſ.39. n.11. ver. viget alia ratio.*

Dictio, *plenum*, quid importet. Concluſ. 329.

1 PLENVM † dicitur, cui nihil poteſt addi, & à quo nihil poteſt minui, vnde qñ facultas conceditur pleno iure, intelligitur integre & ſine diminutione. Bal. *conſ.293. Thema integrale. n.3. verſ.*
circa ſecundum. lib.4. allegat *cap. Apoſtolica, de præben. in 6.* Vide, *Integre*
2 *quid importet. Concluſ.297.* † Plenum dicitur, videlicet, validum, vt id, quod hac authoritate fit. Bald. *conſ.379. Quando ſuper facto, in prin.*
3 *lib.3.* † Item plenum dicitur omnia neceſſaria, & vtilia comprehen-
4 dens. *l. ſi cum dies. §. plenum. ff. de arbitr.* Bal. *d. conſ.379. in prin. li.3.* † Plenum, hoc eſt, perfectum, & cui nihil addi debet. Deci. *conſ.36. nu.3.*
5 *lib.2.* † Item plenum dicitur, cui nihil addi poteſt, & plenarium, quod adiectione non indiget. Bald. *d. conſ.379. in prin. ver. item dicitur*
6 *plenum.* † Et quod minima pars non deficiat. Gozadin. *conſ.47. n.7.*
7 † Plenum, quandoque adeo dicitur liberum, vt etiam importare poſſit arbitrium iniquum, quod declara, vt per Bald. *d. conſ.379. in*
pri. ver. quandoq; autem. lib.3. Vide, *Arbitrium datum aliquid faciendi quid*
comprehendat, vel non. Concl.476. Vide, *Plenum ius quando dicatur. Concl.*
364. vbi plenius. Vide duas Concl. prox. ſeqq.

Dictiones, *plenarium, plenum, plenius, & pleniſſimum*, quid importent. Concluſ. 330.

PLENARIVM † dicitur, quod adiectione non indiget. Bald. 1
conſ.379. Quando ſuper facto. lib.3. in princ. † *Plenum, plenius, & pleniſ-* 2
ſimum, nam dictio, *pleniſſimum*, robur obtinet, importat idem, quod, *omni meliori modo*. Alex. *conſ.50. In cauſa, & lite. n.9. ver. poſtremo.*
lib.7. † Et pleniſſima ſecuritas data, dicitur, cui nulla obſtat excep- 3
tio, & contra quam nulla datur reſtitutio, alias non diceretur pleniſſima. Alex. *conſ.50. n.9. lib.7.* Vide, *Concl. prox. præced. & Concl. prox.*
ſequent.

Dictio, *pleno iure*, quid importet. Concluſ. 331.

PLENO † *iure*, importat in proprietate; & poſſeſſione, vel vſufru- 1
ctu. Gozad. *conſ.47. n.10.* & quod importent, *pleno iure*, id eſt, in proprietate, & vſufructu. Ant. de Butr. *conſ.53. n.2.* qui dicit hoc verum, niſi verba in hoc ſenſu capta abundarẽt. † Et ſtatutũ, quod 2
donatio valeat pleno iure, intelligitur quoad proprietatẽ, & vſumfructum, non autem, quod non poſſit reuocari. Alex. *conſ.162. Viſis*
iis, num.4. & 5. ver. non obſtat etiam. lib.6. † Importat, *pleno iure*, id eſt, 3
cum omni integritate, & ſine diminutione, ideo ſubſtitutio facta filio impuberi pleno iure, ſi deceſſerit ſine filiis, eſt directa infra pupillarem, & excludit matrem propter verbum, *pleno iure*. Ant. de Butr.
conſil.53. num.2. & Bart. *conſil.15. in fin.* Alexand. *conſil.176. Viſis narra-*
tis. num.7. verſ. ſed pleno iure. lib.7. † Et quod, *pleno iure*, intelligatur, 4
directo iure. Bart. *conſ.15. Pater habens filium, in fin.* vbi quod poteſt importare plenitudinem circa modum, & formam ſubſtituẽdi, vt *pleno iure*, videlicet, *directo iure*, item reſpectu qualitatis, & quantitatis, videlicet *nihil diminuto.* † Contrarium tenet Roman. *conſil.75.* 5
& *conſil.79.* Capra *conſil.36.* Et pro dubitabili ponunt Crauett.
conſil.174. in princip. & alii, quos citat apoſtilla ad Ant. de Buttrio
conſil.53. in ver. pleno iure, vbi plures citat. † Declarat apoſtil. ad Ro- 6
man. *conſil.75. in ver. quod non*, vbi, quod magis communis † opinio * eſt, quod iſta clauſula, *pleno iure*, non impedit detractionem Falcidiæ, vel legitimæ, aut portionis de iure debitæ, & citat plurimos, & iterum *in verb. prohibitam*, vbi, quod detractio non cenſetur prohibita per hanc clauſulam. † Et reſeruatio ſibi facta de 7
certis bonis in donatione pleno iure, importat idem, quod ſine diminutione, tam in dominio, quam in hypotheca, vſufructu, & omnibus obligationibus, ex quibus poſſit minui, ita Alexand.
conſil.208. Viſo ſummario, in princip. vſque ad num.8. vbi allegat plura
ad hoc *lib.2.* † Et quod idem importet verbum, *plenum*, quod ver- 8
bum, *liberum*, idem Alex. *d. conſ.208. Viſo ſummario. n.5. ver. pro hoc etiam. lib.2.* † Declara tamen, quia aliquando, *pleno iure*, ſecundum 9
ſubiectam materiam importat ſolum directum dominium, ſed tamen regulariter importat ſine diminutione. Alex. *d. conſ.208. nu.6.*
& ſeq. ver. nec prædictis obſtat. lib.2. † Et intelligitur, rebus ſic ſtantibus. 10
Alexand. *d. conſ.162. nu.5. in fin. lib.6.* Vide, *Plenum ius quando dicatur.*
Concluſ.364.

Dictio, *plerunque*, quid importet. Concluſ. 332.

PLERVNQVE, † importat regulam de ſui natura. † Importat 1
quandoque idem, quod *ſemper*. Caſtillio. *conſ.36. nu.31.* 2

Dictio, *plures*, quid importet. Concluſ. 333.

PLVRES † *annos*, verba intelliguntur ſaltem de duobus annis, 1
quia pluralis numerus duorum numero contentatur. Io. de Im. *conſ.101. In cauſa accuſationum. n.2.* † Extende, quia ſi duplicã- 2
tur important quatuor, ideo teſtes deponentes, quod poſſedit per plures, & plures annos, intelliguntur per quatuor annos. Io. de Imol. *d. conſ.101. nu.2.* † Declara, quia dictio, *plures*, quando eſt com- 3
paratiue poſita, & denotat exceſſum, importat quemcunque numerum, vnde ſi dicatur de pluribus exercitus noſtri, & ſunt plures importat ſemper maiorem numerum aliorum, quibus fit comparatio. Signorol. Homod. *conſ.148. in fin. verſ. item pars aduerſa.* Vide,
Pluralis numerus vno non contentatur. Concluſ.367. vbi plenius.

Dictio, *poſtea*, quid importet. Concluſ. 334.

POSTEA, † hæc dictio denotat tempus, quo ſuperius narrata 1
fuerunt verificata, vel impleta, & ex ea inducit mens diſponentis, vt vbi non conueniunt verba, non etiam habeat locum diſpoſitio. Alex. *conſ.141. Viſo teſtamento, numer.2. & 3. verſicul. confir-*
mo. lib.2.

Dictio, *Potest*, vel *Posset*, quid importet. Concluſ. 335.

1 DICTIO, †*posset*, est verbum extensiuum, quod trahitur ad futura habentia causam de præsenti. Alex. *consil. 46. Visis, & accurate. n. 2. ver. tertio quia lib. 1. & consil. 13. Perspectis, nu. 3. lib. 5.* vbi apostil. *in ver. extensiuum*, vbi, quod comprehendit ius de futuro. Vide, *Debet*, quando inducat præceptum, vel peccatum, aut non. *Concl. 32.* Vide, *Potest*, quid importet, & quando inducat necessitatem. *Concluſ. 464.*

Dictio, *Post*, quid importet. Concluſ. 336.

1 POST, hæc dictio adiuncta alicui termino, vel dilationi importat, vt dilatio precedens totaliter sit consumpta, vt si assignatur terminus post primam dilationem, ille terminus non currit, nisi totaliter consumpta prima dilatione. Gemin. *consil. 121. in princ. n. 4. ver. &*
2 *dubium faciunt verba*, allegat *c. capellanus, de feriis.* † Extende, vt procedat in dictione, *ex tunc*, quia si assignatur terminus mensis vnius ad probandum, & ex tunc alter mensis ad reprobandum, non poterit fieri reprobatio ante lapsum termini ad probandum. *c. licet cau-*
3 *sam, de probatio.* Gemin. *d. consil. 121. num. 4. ver. idem probat.* † Restringe, nisi is, ad cuius fauorem statuitur terminus, velit præuenire; quia tales termini bene non possunt præteriri, sed tamen dictio, *post*, non importat quin is, qui habet dilationem, possit illi termino renunciare, & tunc succedit alius terminus assignatus post. Gemin. *d. consil. 121. n. 10. & seq. vsque in fi. ver. ad propositum redeundo*, maxime *nu. 16. vers. probatur alia ratione*, vbi, quod is, cui assignatur dilatio cum inhibitione, ne ea durante præueniri possit, intelligitur,
4 nisi ipse consentiret. † Adde tamen, quia dictiones, *ante*, & *post*, vel dictiones, *prius*, vel *postea* sic sunt intelligendę, vt actus, de quo quæritur, non vitietur. Bald. *consil. 179. Ad euidentiam est præmittendum. n. 2.*
5 *ver. sed pro stipulatore lib. 2.* † Amplia, quia dictio, *post*, quandoq; importat perfectionem actus, quandoque cæptum actum, maxime ad saluandum testes, quia si vnus dicit post guerram, alter ante, in-
6 telligitur cæpta guerra. Bart. & alij *in l. 2. in fin. ff. si cert. pet.* † Amplia, quia ordinem successiuum denotat hæc dictio. Decian. *consil. 1. num. 226. lib. 1.* Deci. *consil. 431. num. 6.*

Dictio, *Prædictus*, vel *Prædicta*, quid importet. Conclusio 337.

1 DICTIO, †*prædicta*, importat repetitionem eorũ, quæ dicta sunt superius. Bar. *in l. 1. §. ff. si famil. furtum fecisse dic.* Ruin. *consil. 206.*
* *n. 5. lib. 2.* & de * communi Rolan. à Val. *consil. 34. n. 31. lib. 4.* vt idē in dictione, *dicta*, & de dictionibus, *dicta*, & *prædicta*, *consil. 180. n. 6. & n.*
2 10. Deci. *consil. 72. nu. 47. lib. 2.* † Extende, quia tantum importat dictio, *prædictum*, quantum dictio, *prafatum*, quia vtraque repetit, &
3 restringit ad præcedentem nominatum. Crauet. *consil. 929. nu. 8.* † Et importat repetitionem, & relationem ad præcedentia omnia, ideo institutio in vniuersa hæreditate, sicuti clare est vniuersalis, ita erit vniuersalis substitutio facta in dicta hæreditate, quia dictio, *dicta*, intelligitur per relationem de vniuersali. Ruin. *consil. 103. nu. 22. lib.*
2. vbi, quod in effectu repetit cum eodem effectu operandi, & idē consuluit etiam Alciat. *consil. 108. num. 11. lib. 9.* prout refert Mantic.
de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 12. Ruin. *consil. 180. num. 3. lib. 2.* Paris.
4 *consil. 19. num. 74. li. 2.* † Et quod dictio, *prædicti*, seu, *prædicta*, sit relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus. Nat. *consil. 204.*
num. 11. circa fin. & num. 12. Paris. *consil. 21. num. 37. cum seq. lib. 3.* Rota di-
5 *uers. in nouiss. in 2. par. decis. 194. num. 7.* † Extende, quia dictio, *prædicti*, vel, *prædicta*, refert omnes præcedentes cum suis qualitatibus, ple-
6 ne. Deci. *consil. 17. n. 10. & 11. ac consil. 51. nu. 5. lib. 1.* † Extende, quia relationem facit ad eos, quorum nomina leguntur in testamento, Si-
7 mon de Præt. *consil. 42. n. 18.* † Restrictionem etiam operatur, quia in tantum refert omnes præcedentes, vt censeatur facta restrictio nō
8 ad alios. Crauet. *consil. 98. n. 8.* Paris. *consil. 49. n. 22. lib. 3.* † Amplia, quia, *supradicta*, hæc dictio non potest referri ad sequentia, sed solum refert præcedentia, ideo si testator fecit plura legata, deinde dedit exequutores ad suprascripta omnia, postea mandauit distribui bona reliqua per exequutores, & non nominat aliquos, intelligi-
9 tur de Episcopo. Castrens. *consil. 67. col. 1. in fi. ver. quæ verba lib. 2.* † Extende, quia verba, *dictis*, *prædictis*, *præmissis*, & similia important repetitionem rerum, vel personarum, quibus apponuntur cum suis qualitatibus. Bero. *consil. 132. n. 7. lib. 3.* Ruin. *consil. 55. n. 4. lib. 3.* Crauett. plenius *consil. 739. num. 3. & 4. ver. expressio*, vbi, quod repetunt cum
10 omnibus qualitatibus, ac si expressa essent de nouo. † Et restringunt dispositionem, ne extendatur ad alios, ideo si pro dictis hæredibus fit promissio, non potest ad alios, quam expressos extendi.

Crauet. *consil. 98. nu. 8. & nu. 6.* vbi, quod si dictum est, *in casu, supradicto*, alium casum non comprehendit, quia restringit. † Et perinde 11
repetit omnes, de quibus fit repetitio, ac si nominatim omnes exprimerentur, ideo restringit ad nominatos. Crau. *consil. 739. Sub anno. num. 3. & 4. ver. expressio plane.* † Amplia, quia si adiicitur dictio ge- 12
neralis, vel vniuersalis, puta, *omnia prædicta*, seu *omnes prædicti*, refert omnes tam in proximo capitulo, quam & in aliis capitulis. Bero.
consil. 191. in prim. lib. 3. † Extende, quia generalia, & vniuersalia verba 13
omnia includunt, & nihil intactum relinquunt, nec patiuntur exceptionem. Crauett. *consil. 3. in princ. & per totum*, vbi restringit ad cogitatum, & rationem, ne alteri fiat præiudicium, vel iniustitia.
† Amplia, quia dictiones, *prædictis*, *supradictis*, vel vt *supra*, aut *supe-* 14
rius expressis, important relationem, & restrictionem ad dicta superius. Alexand. *consil. 59. Attentis verbis, in fin. ver. non obstat, quod illa verba lib. 3.* Deci. *consil. 291.* Vide. Dictio, *dictos*, vel *prædictos*, quid impor- ☞
tet. *Concluſ. 266.* † Limita, quia prædictæ dictiones licet repetant 15
omnia præcedentia, fallit tamen, vbi læderetur rectitudo sermonis. Rom. *consil. 180. Si admittimus. n. 10. ver. non obstant secunda & tertia verba.* † Extende multo magis, si offenderetur mens, & intētio dis- 16
ponentis, quia nō repetunt omnia. Rom. *d. consil. 180. n. 10.* vbi, quod etiā offensis verbis mens seruanda est. † Extende, quia imo si pro- 17
babilis ratio potest assignari, dicta in præcedentibus non censentur repetita in sequentibus, & è contra. Rom. *d. consil. 180. nu. 10. ver.*
quinimo. Alex. *consil. 5. Ponderatis. n. 9. vers. non obstat, quod statutum debet*
referri. li. 6. † Et ideo si agatur de correctione iuris cōmunis, plus, & 18
minus, illa dictio, *dictas*, vel *prædictas*, non refert omnes prænominatos, exemplum, statutum dicit, quod stantibus masculis nō succedant fœminæ vtrinq; coniunctæ, vel à latere patris tantum, sed si non extant masculi, sed fœminæ vtrinque coniunctæ, vel ex latere patris tantum, succedant dictæ fœminę, dictio, *dictæ*, repetit omnes prima facie, sed quia corrigeretur ius commune, si pariter coniunctæ succederent cum vtrinque coniunctis, ideo dictio, *prædictæ*, debet repetere omnes, sed secundum ius cōmune, videlicet ordine successiuo, si ē xtant vtrinq; coniunctæ illæ solæ, si non extant, tūc sorores ex latere patris tantum Alex. *consil. 5. Consideratis, n. 4. ver. cum igitur, & n. 5. ver. sed ius non obstantibus, tuncto ver. non obstat, quod statutū. n.*
9. lib. 6. vbi pro vtraque parte allegat *l. 1. C. de liber. prater. cum alijs legi-*
bus. Vide, *Dictiones repetitiuæ*, & *earum natura. Concluſ. 363.* Vide, Di- ☞
ctio, *super*, quid importet. *Concluſ. 383.*

Dictio, *præsertim*, quid importet. Concluſ. 338.

PRÆSERTIM, hæc † dictio, proprie ponitur comparatiue, & im- 1
portat idem, quod dictio, *maxime*, Cald. *consil. 548. alias 3. de verb.*
signif. Gemin. *consil. 16. nu. 4. in fin. ver. non obstat.* vbi, quod non inducit necessitatem probandi id, quod dicitur per dictionem, *præsertim*, vel *maxime*. Vide, Dictio, *maxime*, quid importet. *Concluſ. 309.* † De- ☞
clara tamen; quod quandoque improprie ponitur pro taxatiua 2
tantum. Calder. *d. consil. 548. alias 3. de verb. sign.*

Dictio, *Præsumat*, quid importet. Concluſ. 339.

PRAESVMAT, hæc † dictio, seu verbum importat, quod quis nō 1
faciat actum authoritate propria, sed cū authoritate superioris. *c. decernimus, de iud.* Alex. plene *consil. 123. Scripsit. n. 9. ver. quinimo*
plus dico. lib. 4. vbi apost. dat plurimos concord.

Dictio, *præter*, *& contra*, quid importet. Concluſ. 340.

PRAETER † l. gē dicitur fieri, quod fit extra dispositionē legis, 1
& ideo differt à dictione, *contra*, quia importat, quod fiat cōtra
legem. Bal. *consil. 316. n. 4. in fin. ver. tunc dicitur fieri. lib. 3.* † Si tamen 2
fiat constitutio certam determinationem faciens, & subiungatur, quod si quis præter hanc constitutionem fecerit, intelligitur, pro
contra, ita Roma. *consil. 328. Præsens consultatio. in princip.* vbi plenissime
significatu huius dictionis. † Declara in formalibus, prout in ele- 3
ctionibus faciendis sub certa forma, quia idem operatur dictio, *præter*, quod operatur, *contra*, quia pariter actus est nullus, siue sit præter, siue sit contra contra formam. Bald. *consil. 316. Ponitur, quod*
electio, circa fin. ver. item vtraque electio, lib. 3. † Si vero ponitur post ora- 4
tionem perfectam, siue affirmatiuam, siue negatiuam in eadē oratione continuatiua, dictio, *præter*, exponitur pro, *vltra*. Roman. *d.*
consil. 328. in princip. ver. aliquando vero plura.. † Aliquando hæc dictio 5
impropriatur, & sumitur pro, *sine*, vt *in c. cum dilectus de relig. domib.*
† Si vero ponitur in oratione affirmatiua post genus, vel aliud, 6
de cuius natura non includeretur id, quod post dictionem, *præter*, ponitur, & tunc habet virtutem inclusiuā, *c. Ebron. 13. q. 2.* per quem

7 tex. ita Rom. *d. cons.* 328. *ver. aliquando vero est, col.* 2. † Idem ēt, si materia sit odiosa, & pœnalis, *l. quicunq;. C. de seruis fugit.* ita Rom. *d. cōs.* 328.
8 *col.* 2. *circa med. ver. quod etiā verum est.* † Declara, q̄ dicitur de materia odiosa, & pœnali, vt non procedat, q̄n insurgeret ex inclusione fauor rei, quā leges abhorrent, veluti si dicatur, quod præter obtēta posset habere aliud curatū, quia non inducit dispensationē ad duo curata hoc casu, quod iura abhorrent, ita declarat Rom. *dict. consil.*
9 328. *col.* 2. *ver. Nec refragatur.* † *Si* tamen constaret ex proœmio, vel alias, quod materia esset fauorabilis, ex intentione includeret etiā in materia incompatibilium. Rom. plene *d. cons. col.* 2. *in fi. & col.* 3. *in*
10 *prin. ve. Nec est dicendū.* † Quando iungitur in oratione continuatiua diuersam materiā continente, & tunc aut iungitur orationi negatiuæ, & semp excludit, nō aūt id, quod sibi adiicitur in negatiua o-
11 ratione, includit Rom. *d. cons.* 328. † Idem, q̄n ponitur post orationē affirmatiuā vniuersalem ponentem certā regulā vniuersalē, quia dictio, *præter*, semper excludit. Roma. *d. cons.* 328. *col.* 1. *in fin. & col.* 2. *in*
12 *princ. ver. idem si adyciatur.* † Idem, quando ponitur in oratione affirmatiua non tendente ad vniuersalem regulam determinandam, prout si ponitur post genus, vel aliquid aliud, & tunc si id, quod per eandem dictionem, *præter*, excipitur, de sui natura includebatur sub genere, vel aliquid aliud, quod ponitur, & tunc hæc dictio excipit, & excludit. Roma. *consil.* 328. *colum.* 2. *circa princip. ver.*
13 *aliquando vero ponitur.* † Et de significatione huius dictionis, *præter*, * vide plene per Doct. * quos citat Roma. *d. consil.* 328. *colum.* 2. *in fin. ver. & hac de huiusmodi dictione*, vbi latissime apostilla 1. citat plurimos concord.

Dictio, *prius*, quid importet. Concluſ. 341.

1 PRIVS, hæc † dictio in sententia quandoq; importat formā præcisam, quando debitum est liquidum, si vero est liquidandum, prout si dicatur, refectis prius expensis, sufficit fideiussio. Benin-
2 tend. *decis.* 77. *n.* 11. *& seq.* † Et posita in obligatione camerali incōtinenti, videlicet, quod prius fiant cōputa, non impedit exequutionem quoad liquida, sed solum quoad non liquida, ita tentū in Ro-
3 ta Rom. vt per Cottam *decis.* 237. † Et verba, quod iudex prius pronunciet super nullitate, quam super negocio principali, & prius super possessorio, quam super petitorio, licet inducant necessitatem iudici ad sic faciendum, & si aliter faciat, male faciat, tamen non propterea vitiatur sententia, si aliter faciat, quia est consilium legis, & ad instruendum iudicem. Castr. *cons.* 232. *In causa quæ vertitur, nu.* 2. *ver. Nec obstat lib.* 1. Vide plenius, *Meliora menta dant retentionem rei. Concluſ.* 182.

Dictio *pro*, quid importet. Concluſ. 342.

1 PRO, denotat † causā finalē. Bal. *cons.* 416. *nobilis vir dominus Antonius circa med. ver. secundo, quia lib.* 1. vbi, quod cōpromissum factū pro satisfaciendo compromittenti in tantum importat causam finalē, quod in totum debent arbitri pronunciare, vt satisfiat propter dictionem, *pro satisfaciendo.* apostil. ad Deci. *cons.* 46. *in ver. finalem*, allegat plures, & idem dicit ibi Deci. *in princ.* Bart. *cons.* 101. *Girardus de Tuderto, num.* 4. *lib.* 1. *ver. Nec obstat*, vbi apostil. *in ver. pro*, dat
2 concord. vbi, quod importat causam proximam, & finalem. † Restringe, quia non semper est verum, quod denoter causam finalē.
3 Deci. *d. cons.* 46. *num.* 4. † Et quod habeat varios significatus secundum subiectam materiam. Deci *in l.* 1. *n.* 15. *C. de sentent. quæ pro eo, quod*
4 *interest.* † Declara; quia licet dictio, *pro*, aliquando importet causam remotam, quia ponitur aliquando pro dictione, *propter*, & dictione, *ob*, quæ causam remotam important, tamen illud est improprie, & non secundum propriam naturam huius dictionis, *pro*,
5 ita Bart. *d. cons.* 101. *num.* 4. *lib.* 1. † Declara, quia hæc dictio, *pro*, secundum subiectam materiam sumitur diuersis modis. Salycet. *in l. vnica C. de sent. quæ pro eo quod interest*, vbi etiam Deci. *num.* 15. plene Corn. *consil.* 187. *colum. pen. lib.* 2. vbi quod aliquando importat causam proximam, aliquando remotā, aliquando finalem, & aliquādo impulsiuam, aliquando importat conditionem, aliquādo mo-
6 dum, vt ibi *num.* 8. *& sequent.* † Declara, quia fauore dotis importat causam finalem, ideo legatum pro dote est causa finalis, & non debetur dos, nisi sequatur matrimonium. Vide, *Legatum pro dote, vel occasione dotis qualiter debeatur. Concluſ.* 102. Vide, *Causa finalis, quando di-*
7 *catur, vel impulsiua. Concluſ.* 141. † Declara, quia licet importet causam finalem, intelligitur secundum animi modum, & arbitrio iudicis, vt non sit continua, vnde priuilegium concessum pro habitatione, intelligitur, etiam si habitatio non sit continua. Bald. *cons.*
8 234. *Decretum Magnifici vltra med. ver. quid vltra, lib.* 1. † Amplia in contractibus, quia quod dicitur dictionē, *pro*, importare causam finalem, procedit vbicunque talis dictio apponitur causæ finali, Bald. *cons.* 337. *Et præmitto, num.* 2. *ver. Item est sciendum, lib.* 3. vbi, quod isto casu oportet causam existere, & impleri, & *consil.* 433. *Casus talis, nu.* 5. *lib.* 5. † Restringe ampliationem, vt non procedat, quando dictio. 9
pro, apponitur causæ impulsiuæ, quia tunc non est necesse, quod causa existat, quia proprie non est causa, sed motiuum impellens, Bald. *d. cons.* 337. *num.* 2. *lib.* 3. *& consil.* 433. *num.* 5. *lib.* 5. Angel. *cons.* 124. *Iolus d. Dalmacij, n.* 4. *ver. Si autem testator relinquens.* † Amplia, quia dictio, *pro*, importat causam finalem, quæ debet omnino sequi ra- 10
tione personalem, veluti si Abbas daret monacho pecunias pro vestimentis, tenetur monachus emere vestimenta, & non posset pecunias in alium vsum conuertere. Bald. *cons.* 337. *ante fin. ver. item*
ratio personæ, lib. 3. † Declara, quia in contractibus vbiuunq; constat, 11
quod contrahentes aliter nolebant contrahere, semper illa erit causa finalis, etiam si aliter diceretur impulsiua, & è contra finalis efficitur impulsiua, si nihilominus contrahentes erant contracturi, & ideo cognoscitur ex hoc à voluntate contrahentium, an sit causa finalis, vel impulsiua, Bal. *d. cons.* 337. *post med. ver. porro omnis li.*
3. † Amplia, quia dictio *pro*, in dubio si non constat, quod sit adie- 12
cta causæ finali, vel impulsiuæ, præsumitur causam finalem importare in contractibus, quando apponitur verbis prolatis ad fauorem tradentis. Bald. *d. cons.* 337. *num.* 2. *vers. tertio casu, lib.* 3. *& cons.* 433.
lib. 5. *num.* 5. † Amplia, quia dictio, *pro*, nedum importat causam fi- 13
nalem, sed etiam causam excitatiuam, ideo lex, vel statutum dans potestatem præmiandi quoscumq; exterminantes, & prosequentes bannitos, & rebelles pro extirpandis bannitis, ista dictio operatur, quod etiam pro eo, qui iam interfecit insignem bannitum, possit deputari præmium, quia excitantur alii, & sic dictio, *pro*, importat excitationem. Bald. *cons.* 264. *Qui feruore, in fin. lib.* 3. † Am- 14
plia, quia, *pro*, quandoque denotat veritatem, & quandoque fictionem, veritatem, quando accommodatur veritati, & possibili, vt si statutum dicat, quod omnes Florentini habeātur pro ciuibus, nam vere ciues sunt, quia etiam oriundi sunt, vel ibi habitāt. Soc.
cons. 1. *In casu supra narrato, nu.* 10. *& seq. ver. quod paria, lib.* 1. & ibi apostil. *in ver. & verus.* † Si vero non concurrit veritas, vt si dicat statu- 15
tum, quod Florentini habeantur pro Perusinis, tunc est per fictionem, & non per veritatem. Bal. *in l. fiue. C. de probat.* & apostil. ad *cons.*
1. *Soci. nu.* 12. *ver. & verus, lib.* 1. † Amplia, quia, *pro*, quandoque impor- 16
tat æquiuocationem, & incertum, ideo commissio, vel exequtio facta pro parte N. non debet inducere nocumentum N. quia illa verba non probant, quod ipse fecerit, cum sint æquiuoca. Put.
decis. 329. *lib.* 3. † Declara, quia actus factus pro Titio, idem impor- 17
tat, ac si esset dictum nomine Titij. Alexand. *cons.* 80. *Examinato, n.*
8. *lib.* 2. † Amplia, quia similitudinem, & improprietatē, quandoq; 18
importat dictio, *pro, l. cogi*, vbi glo. magna, *C. de pet. hered.* ibi, *pro hærede, vel pro possessore.* † Amplia, quia, *pro*, importat quandoq; condi- 19
tionem in vltimis voluntatibus, & contractibus, quandoq; apponitur causæ, ad quam non obligatur de iure is, qui se obligat, ideo si is, qui non est obligatus dotare mulierem, legat mulieri pro nubenda ea, legatum dicitur conditionale, & non debetur, nisi nubat, secus, si legans esset obligatus dotare de iure. Angel. *cons.* 30.
Domina Franceschina, in princ. Vide, *Legatum pro dote, vel occasione dotis,* M
qualiter debeatur. Concl. 102. Vide, *Legatū pro maritāda legataria qualiter*
debeatur. Concl. 101. † Amplia, qa *pro*, importat quādoq; cōpensatio- 20
nē, & taxationē, ne plus petat, vt si dictū sit, quod testator, legat, p omni eo, quod petere potest. Ruin *cons.* 60. *num.* 6. *lib.* 2. Hipol. Riminal. *cons.* 157. *nu.* 14. *ver. tertio accedit*, vbi, quod legatum factum pro omni eo, quod petere potest filia occasione legitimæ, censetur animo compensandi legitimam factum. † Amplia; quia, *pro*, 21
importat modum, *l. antepen.* § 1. *ff. de leg.* 2. *l. si quis pro redemptione, C. de donatio.* Bart. in *l. quibus diebus*, § *. Terwilius, ff. de conditio. & demonstrat.*
Vide, in *ver. Modum important verba sequentia. Concluſ.* 299. † Et modus 22
quando respicit fauorem legatarii, nō tenetur cauere de implendo. Vide, *Modus quando inducat causam finalem. Concl.* 300. † Amplia, 23
quia, *pro*, importat repræsentationem, ideo si fiat solutio Titio pro me, importat solutionē mihi factam, & à me Titio, & sic tantūest dicere soluere Titio pro me, quantum soluere mihi, vel loco mei. Paris. *cons.* 107. *quæritur, n.* 44. *li.* 3. † Extende, quia paria sunt, dicere 24
promittis mihi decē pro tali, vel promittis mihi nomine talis. Ro. *cons.* 441. *Præsens instrumentum, n.* 4. *in fi. ver. vnde notandum*, vbi plena apostilla in *ver. nomine talis*, dat conc. & exempla, quod idem est dicere, pro tali, vel loco talis, & in fine dicit, quod pro tali exponitur qualis. † Idem est dicere pro te, vel nomine tuo, apostil. ad Rom. *d.* 25
cons. 441. *in ver. nomine.* † Limita, vt quandoq; importet solā demon- 26
strationem, vt legatum annuum factum pauperi pro necessitatib. suis importat causam alimentorum, non autem causam finalē, ita quod cessante necessitate non debeatur, quia stat hæc dictio demonstratiue

monst... fauore alimentorum. Cald. *cons.* 350 alias 21. *de testa-*
27 *ment. ... ver. Nec obstat verbum.* † Limita, quia pro tali, di-
ctio, *pro*, importat idem, quod nomine, vel ad instantiam talis. Fe-
lin. *in c. ... M. Ferrariensis, num.* 3. *de constit.* sequitur Deci. *in d. l.* 1. *num.*
28 15. *C. ... quæ pro eo, quod interest.* † Et ideo emens pro tali proin-
de acquirit tali, ac si diceret acquirere nomine talis. Vide, *Emptio*
☞ *pro persona nominata, vel nominanda valet, & qualiter. Conclusio.* 332. Li-
29 mita, † quia aliquando importat potentiam, apostil. ad Bartol. *con-*
30 *sil.* 101. *num.* 4. *in ver. Pro, lib.* 1. † Limita, quando in dubio est appo-
sita verbis prolatis in contractu ad fauorem recipientis, quia si non
constat, an sit adiecta causæ finali, vel impulsiuæ, tunc importat
causam impulsiuam, & non finalem. Bald *d. cons.* 337. *num.* 2. *ver. ter-*
31 *tio casu, lib.* 3. *cons.* 433. *& num.* 5. *lib.* 5. † Limita, quando dictio, *pro*,
apponitur verbis prolatis in contractu ad fauorem tertiæ perso-
næ, cui non potest quis stipulari, vel pacisci, quia importat causam
impulsiuam. Bald. *d. cons.* 337. *num.* 2. *ver. aut apponitur, libr.* 3. *& d. consil.*
32 433. *num.* 5. *lib.* 5. † Limita, quia quando adiungitur causæ de futu-
ro, importat causam finalem, si vero de præterito, proprie non est
33 causa. Deci. *d. cons.* 46. *num.* 4. *ver. non obstat.* † Limita, quia dictio,
pro, importat excitationem ad causam finalem, item importat ne-
dum finem, sed ordinem ad ipsum finem. Bald. *cons.* 264. *in fin. lib.* 3.
34 † Limita, quia dictio, *pro*, importat accessionem: ideo obligans se
pro Titio, licet principaliter obligetur, dicitur obligatus, tanquam
fideiussor respectu eius, pro quo obligatur. Bald. *cons.* 155. *Ad intelli-*
gentiam, num. 9. *ver. item dictio, pro, lib.* 5. & duplicatur *lib.* 1. *cons.* 198. Li-
35 mita, † quia dictio, *pro*, denotat limitationem, veluti si legetur Ec-
clesiæ prædium, vel possessio pro vita Rectoris, intelligitur facta
limitatio, quod Rector habeat victum ex tali legato, & sic dictio,
36 *pro*, est limitatiua, hoc est, importat causam finalem limitatiue. Bal.
cons. 250. *ante fin. ver. quia illa dictio, lib.* 4. † Limita, quia dictio, *pro*,
quandoque importat dominium, vel vsum, vt si legetur domus
fratricellis pro eorum habitatione, de rigore iuris dominium do-
mus legatæ est fratricellorum, licet de æquitate secus, quia cense-
tur legatus vsus, & habitatio, & dominium est penes hæredem.
Bald. *cons.* 59. *Quædam mulier, lib.* 5. *per totum.*

Dictio, *do*, quid importet. Concl. 343.

1 DO, aliquando † exponitur pro, *restituo*, & importat perditio-
nem proprie. Roman. *cons.* 509. *Circa propositam, num.* 8. *ver. &*
sic intelligantur, vbi apostil. *in ver. pro do.*

Dictio, *promisit*, quid importet. 344.

HÆc † dictio importare potest pactum nudum; & stipula-
tionem; ideo si ponitur in instrumento, quod Titius promi-
sit Seio intelligitur per stipulationem, vt præsumatur solemni-
tas, & detur actio. Ægid. Bellam. *cons.* 1. *num.* 17. *ver. quia verbum pro-*
misisse. Io. de Imol. *cons.* 86. *In causa, quæ vertitur, num.* 3. Rota *in nouiss.*
decis. 489. *num.* 5. *parte* 1. Corn. *cons.* 238. *Visa copia, circa fin. lib.* 3. Socin.
cons. 157. *Præsens consultatio, lib.* 2. *circa princ.* apostill. ad Castr. *cons.* 332.
2 *num.* 3. *in ver. promisit, lib.* 1. † Extende, vt idem sit in scriptura pri-
uata, quia verbum, *promisit*, intelligitur per stipulationem, vt de-
3 tur actio. † Restringe, quando testis deponit, quod Titius pro-
misit, quia intelligitur de nuda promissione, nisi addat, quod præ-
cessit interrogatio, quia testis deponit per sensum corporis. An-
4 char. *cons.* 331. *Visis diligenter, num.* 8. † Idem, si esset Notarius, qui
examinaretur, quia deponendo de verbo, *promisit*, intelligitur nu-
5 do pacto, non per stipulationem. Anch. *d. cons.* 331. *num.* 9. † Idem,
si plures testes hoc deponerent, quia non probatur per stipulatio-
6 nem. Io. de Imol. *cons.* 102. *In causa, num.* 7. *ver. item obiicitur.* † Con-
tra restrictiones fortiter arguit Castrens. *cons.* 332. *In causa Syluestri,*
colum. 3. *num.* 3. *ver. præterea, quod dicta promissio, lib.* 1. vbi, quod ratio,
propter quam verbum, *promisit*, importat stipulationem in scriptu-
ra, non est propter scripturam, sed propter consensum partium.
Bart. *in l.* 1. *C. de vsur.* igitur vbicunque constat de consensu partium,
siue per testes, siue alias, semper importat stipulationem regulari-
ter, quando per testes probatur, non importat, quia videtur contra
alteram partium, secus, si vtraque concordat, quod testes probent,
& vide ad hoc Socin. *cons.* 253. *In causa d. Ioannis, col.* 4. *ver. nec obstat,*
7 *lib.* 2. † Et procedit contrarium, etiam si testes sint partes, contra
quas creditor dicit, quod se obligarunt per verbum, *promisit*, quia
si ipsi hoc fatentur, erit probata stipulatio. Castr. *d. cons.* 332. *nu.*
☞ 3. *ver. præterea, col.* 3. *lib.* 1. Vide plenius, *Promitto im-*
portat stipulationem, & quando secus:
Conclus. 910.

Dictio, *prope*, quid importet. Concl. 345.

DIctio, † *prope*, refertur ad modicum, & ideo testis deponens 1
esse prope 20. annos, intelligi debet de modico minori. An-
gel. *cons.* 127. *Visis petitione, num.* 2.

Dictio, *propter*, quid importet. Concl. 346.

DIctio, † *propter*, importat nedum causam proximam, sed 1
etiam causam remotam. Calder. *cons.* 282. *num.* 2. *ver. & pro hac*
parte, alias 4. *de locato*; vbi, quod promissa remissio per locato-
rem conductori propter bellum, debet fieri ex omni causa proue-
niente à bello, etiam si sit remota, concord. Bal. *cons.* 329. *Casus talis*
est, num. 2. *ver. & ideo attendenda, lib.* 1. vbi, quod importat causam,
vel occasionem immediatam, vel remotam, & idem tenet Angel.
cons. 312. *Prout patet, in princ. ver. contrarium dico.* Signorol. *cons.* 185. *nu-*
mer. 7. † Et importat idem, quod dictio, *occasione*. Signorol. *d. consil.* 2
185. *num.* 7. † Et quod imo dictio, *propter*, importet causam remo- 3
tam. Roman. *cons.* 89. *num.* 7. *ver. secundo, quia.* Vide, Dictio, *occasione*, ☞
quid importet. *Conclus.* 318.

Dictiones, *prout*, *sicut*, *secundum*, *quemadmodum*, & similes, quid importent. Conclus. 347.

DIctio, † *prout*, importat relationem, similitudinem, & et- 1
iam identitatem. Angel. *cons.* 11. *Si dictus ser Ioannes, numer.* 4. *ver.*
nec obstat, si dicatur, vbi loquitur in legato facto ducentorum
scutorum, prout primo legauerat alius, vt identitatem contineat,
& similitudinem. Roman. *cons.* 460. *Illa verba, prout, num.* 4. † Dicas 2
plenius, quod dictio, *prout*, vel dictiones idem importantes ha-
bent plures significationes, quia quandoq; important similitudi-
nem, quandoque causam, pro *quia*, quandoque limitationem.
Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum, ver. prout.* sequitur Bero. *consil.*
110. *num.* 59. *&* 60. *lib.* 2. & nota, quia idem importat dicere causa-
tiue, vel dispositiue, quia semper eo casu disponunt, quia sic est;
quando vero dicitur limitatiue, iste terminus ab aliquibus poni-
tur, videlicet relatiue, aliqui appellant conditionaliter, vt quia ni-
hil disponitur, nisi constet, & hæc pro faciliori declaratione. Ideo
credo, † quod multum referat, an dicatur, *prout*, vel dicatur, *& pro-* 3
ut, quia si Papa mandat in causa ciuili procedi summarie, & de
plano, prout in beneficialibus similitudo causatur solum in mo-
do procedendi, si vero dicat, summarie, & de plano, & prout in
beneficialibus erit maius priuilegium, quia quoad omnia, prout
in beneficialibus erit similitudo, videlicet quoad processum, quo-
ad instantiam, & omnia, prout Berous *consil.* 1. *num.* 21. *lib.* 3. † Ali- 4
quando tamen, quod ista dictio, *prout*, & aliæ similes importent
modum, & qualitatem, tenet Alexand. *consil.* 179. *Viso processu, nu-*
mer. 9. *ver. quia illa dictio, libr.* 5. vbi loquitur in statuto prohibente
fœminas succedere stantibus masculis, sed solum capere posse,
prout eis fuerit à patre relictum. † Et quæ sint dictiones simi- 5
les, quæ idem important, quod dictio, *prout*, dicas, quod sunt istæ,
videlicet, *quemadmodum*, *sicut*, *secundum*, *iuxta*, & similes, & infra
proxime. † *Prout*, hæc dictio importat idem, quod quemadmo- 6
dum, veluti si dicatur, *prout sibi placuerit*, idem est, ac si, *quemadmo-*
dum, aut *sicut*, aut *secundum quod sibi placuerit*, prout de verbo, *pro-*
ut sibi placuerit, Alexand. *consil.* 47. *Circa primum, de quo quæritur, nu-*
mer. 14. *ver. sed in testamento testator prædixit, colum. antepenult. lib.* 1. Bar-
tol. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. prout, in princip.* † *Prout, secun-* 7
dum, & iuxta, idem important. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, ver.*
prout, num. 2. *ver. si vero.* de illo latissime Felin. *in c. ex parte, il primo, nu-*
mer. 10. *ver. scias etiam, de rescript.* Grammat. *decis.* 59. *num.* 21. † Et de 8
dictione, *secundum*, & dictione, *prout*, quod importent idem, quasi
referant se ad dispositionem relatorum per omnia. Alexan. *cons.* 81.
Visa, numer. 8. *& seq. lib.* 6. † *Sicut*, est etiam dictio similis relatiua, 9
quæ regulatur, prout aliæ dictiones, *prout*, *secundum*, *& iuxta*. Bar-
tol. *in l. eum qui*, §. *Iulianus*, *ff. de constit. pecu. ver. per hoc optime.* iuncto
Felin. *in d. cap. ex parte, il* 1. *num.* 10. *ver. aliquando tales, de rescript.* † Ex- 10
tende idem in dictione, *sicut*, Natta *consil.* 387. *in fin.* Vide, Dictio, ☞
sicut, quid importet. *Conclus.* 374. † Extende, vt idem sit de di- 11
ctione, *secundum*, vel *iuxta*, *cap. sane, de verbor. significat. circa fin. ver. con-*
tra quod fuit. Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum, ver. prout.* vbi di-
cit has dictiones importare idem, quia subest eadem ratio. Ro-
man. *d. cons.* 336. *num.* 3. Grammat. *decis.* 59. *num.* 21. *& seq.* † Et de di- 12
ctione, *quemadmodum*. Mandel. *cons.* 64. *numer.* 74. vbi, quod quan-
do sunt verba responsiua, disponunt sic fuisse. † Restringe quan- 13
do essent verba mere narratiua, quia dictio, *sicut*, & similes, non
ponunt aliquid esse causaliter, sed limitatiue. Calder. *consil.* 517.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ver. idem bene probat, alias 2. *de priuil.* allegat text. cum gloss. *in c. hoc*
14 *quippe.3.q.6.* † Declara, nisi esset narratiua principis; quia disponit.
15 Bologni. *cons.*2. *col. pen. ver. vel dicamus.* † Amplia; quia similitudinem importat semper, quod aliquid diuersum ab eo, quod prius positum fuerat, ponitur per dictionem, *prout*, semper importat similitudinem. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, ver. prout, num.* 2. *ver. ad*
16 *cuius intelligentiam.* † Similitudinem importat nedum in substantia, sed etiam in qualitate. Signorol. *cons.*22. *in q. vertente, num.*12. *in fi.*
☞ *& num.*13. Vide, *Dictiones similitudinem importantes, quæ sint. Conel.*375.
17 † Amplia, quia dictio, *prout*, importat omnimodam similitudinem Gemin. *cons.*29. *in princ.* allegat gloss. *in c. quamuis, de off. ordin. in* 6. *ver.*
18 *prout.* † Declara; quia importat omnimodam similitudinem, si potest, alias si fiat relatio ad id, quod diuersum est in se, inducit similitudinem in iis, in quibus potest proportionari, & applicari similitudo. Alex. *cons.*106. *Viso themate, num.*20. *& seq. ver. sed prædictis*
19 *non obstantibus, lib.*3. † Restringe; quia non extendit dispositionem factam ad similitudinem, nisi in expressis, quando effectus, & mens hoc suadet. Ang. *d. cons.*11. *per tot.* vbi, quod legatum factum de 200. tribus sororibus pro dote, ita quod vni præmorienti aliæ succedant in legato, si aliud legatum fiat ab alio de 200. simpliciter absque expressione, quod præmorienti succedant aliæ, sed solum dicatur, prout legauit primus legans, intelligitur quoad dotem; quia
20 sufficit quod relatio verificetur. † Et idem est in eo, qui respondens inquisitioni, in qua plura continentur, quod vulnerauit aliquem in tali loco, & tali tempore existens cum Iacobo, &c. si respondens, quod tali die erat in tali loco, prout in inquisitione; non tamen fatetur quod vulnerauerit, quia relatio est de interrogato, vel de eo, quod exprimit. Roman. *cons.*460. *Illa verba, prout*, sed reuera iste non est casus d. consilii, sed sumitur ex *cons. Rom.*455. *In casu præmisso.* vbi inquirebatur inquisitus de vulnere illato R. Gabellario, & respondit vulnerasse R. & dicit, quod non propterea censetur fateri vulneratum fuisse gabellarium; quia licet responsio censeatur conformis interrogationi; tamen fallit hoc casu; quia confessio, quod minus est, continet, & interpretatur ad fauorem confitentis, ne ex qualitate grauetur, *cons.* vero 460. idem confirmat, etiam si in confessione dicat, confiteor vulnerasse R. prout, & sicut in inquisitione; quia illa verba relatiua sufficit, quod verificentur in aliis, & ita etiam ibi apostill. fin. supplet præcedens *cons.*
21 455. à quo pendet illud *cons.*460. † Idem, si Titius legauit mihi 100. prout per eum declarabitur, dictio, *prout*, refertur ad modum, tempus, vel qualitatem, non ad substantiam; quia eo non declarante debetur nihilominus legatum, *l.*2. *ff. de hæred. instit.* Bart. *in*
☞ *extrauag. ad reprimendum, ver. prout, in fin.* Vide, *Confessio criminosi in mi-*
22 *tiorem partem interpretanda pro criminoso. Conclus.*683. † Amplia; quia dictio, *prout*, quando aliquid adiicit de futuro, ponitur limitatiue. Bart. plene *in extrauag. ad reprimen. lum. ver. prout, circa fin. ver. si vero per*
23 *hanc dictionem.* † Declara tamen, quia limitat qualitatem, vel tempus; non autem substantiam, vt in legato mihi facto per Titium, prout ipse declarabit, quia si legatum est certum, puta de centum, ista limitatio, *prout*, non respicit substantiam legati, quia eo non declarante, nihilominus debentur centum. Bartol. *in d. extrauag. ad re-*
24 *primendum, ver. prout, in fin.* † Amplia, seu extende, quia dictio, *prout*, si adiicit aliquid præteri tum, de quo constat intelligitur limitatiue, *l. edita, C. de eden.* ibi, *prout edicti perpetui monet auctoritas.* Bartol. *in consil. ad reprimendum, ver. prout, num.*2. *ver. quandoque respicit*, idem Angel. *consil.*368. *Serenissimus Princeps, circa princip.* Alexan. plene *cons.*
46. *Visis & accurate, n.*9. *ver. Fortificantur hæc verba, lib.*1. vbi Ruin. *cons.*
25. *num.*10. *& 11. ver. Sed quamuis, lib.*1. vbi, quod in dubio ita est faciendo interpretatio. Deci. *cons.*63. *Pro tenui, num.*5. *& seq. ver. Sed tamen prædictis*, vbi, quod quando apparet de relato illi statur, & limitat, quia præsumitur aliter dispositisse per errorem, & idem dicit Curt. Iun. *consil.*92. *num.*9. *&* 10. vbi late Alex. *cons.*81. *Visa, num.*9. *ver. idem*
25 *etiam, lib.*6. vbi apostil. citat Deci. *cons.*384. *num.*4. & alios. † Extende, quia in libello, si aliquid narratur subdendo, *& prout de omnibus prædictis latius constat sic vel aliter in actis causæ agitatæ*, *&c.* Isto casu stat limitatiue, & restrictiue, secundum quod continetur in actis, ad quæ fit relatio. Alex. *cons.*49 *In causa, & lite, num.*4. *&* 5. *ver. Nec prædicta obstat, lib.*7. vbi, *num.*7. extendit procedere, etiam si in fine libelli concludatur, quare cum præmissa omnia, & singula sint vera, quia
26 intelliguntur vera, prout ex relato. † Extende in positione, quam pars confitetur hoc modo, *credit, prout in tali instrumento continetur*, quia si in tali instrumento non continentur narrata in positione,
27 positio censetur negata. Alexan. *d. cons.*49. *num.*6. *lib.*7. † Si autem dictio, *prout*, & aliæ similes loquuntur de præterito incerto, & de quo non appareat, quatenus constet, quod relatiue sint positæ, vel conditionaliter, important eo casu relationem vel conditionem, & debet constare de relato, ex quo constat, quod relatiue ad aliud ponuntur, ita Franc. Aretin. *cons.*76. *Diligenter in* 3. *dubio, numer.*6. *ver. Aliquando vero concedens.* sequitur Grammat. *decis.*59. *num.*22. *& seq.* Et stant † relatiue verba ista iuxta formam mandati desuper facti. 28
Rota *in nouiss. decis.*608. *part.*1. † Declara, quia dictio, *prout*, in in- 29
strumento prætensi crediti, prout dicitur constare in actis mei Notarii, importat relationem, & restrictionem, vt tantum probet, quantum per acta Notarii constat, vnde si exhibentur acta Notarii, & constat non adesse talem obligationem, probata est negatiua concludenter, ita Angel. Aretin. *cons.*105. *Viso supradicto, num.*12. *& seq. ver. ex quo instrum.* † Si vero respicit præteritum circa idem, de 30
quo non constat in dubio; ponitur causaliter, videlicet, dispositiue, quia sic fuerit, non autem relatiue, vel conditionaliter, maxime in priuilegiis, vt si concedatur alicui, quod possit colligere vectigalia tantæ quantitatis, prout est hactenus consuetum, illa verba, *prout hactenus*, sunt pro causa, vt quia ita fuit consuetum. Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum. ver. prout, num.*2. *ver. si vero de illo.* Roman. *cons.*336. *Circa propositam, num.*3. *ver. licet enim dictio.* latissime Felin. *in c. ex parte, il primo, de rescript. num.*10. *ver. Sciæ etiam.* Angel. *cons.*368. *Serenissimus Princeps, in princ. ver. illud enim.* vbi, quod si dispositio priuilegii, vel concessionis feudi narratur dispositiue, dictio, *prout*, non restringit, si non constat de narrato, ad quod fit relatio. Alex. *consil.*46. *num.*9. *lib.*1. Natta *consil.*387. *in fin.* vbi plura ponit exempla. Bologn. *cons.*2. *col. pen. ver. Nam vbicunque.* vbi adducit *c. Abbate, de verbor. sign.* quod ita intelligitur Ruin. *cons.*25. *num.*11. *lib.*1. Deci. *cons.*63. *num.*6. & * communem dicit Curt. Iun. *cons.*97. *num.*4. † Declara, * 31
vt plene Bart. *in extrauag. ad reprimendum. ver. prout, num.*2. *& seq.* quia si adiicitur aliquid per dictionem, *prout*, quod est diuersum ab eo, quod prius fuit positum, & tunc stat similitudinarie, quia similitudo cadit circa diuersa; si vero adiicitur aliquid per dictionem, *prout*, circa idem, quod prius positum fuerat, & stat limitatiue, si illud adiectum est certum, si vero est incertum, stat causatiue, videlicet, quia sic est consuetum, maxime in legibus, priuilegiis, contractibus, & sententiis latis cum causæ cognitione, secus in confirmatione, quæ fit sine causæ cognitione, quia stat conditionaliter, videlicet, si ita est consuetum, si vero adiicitur aliquid per similem clausulam, *prout de futuro*, & stat limitatiue, quia quod conceditur de futuro, limitatur secundum præterita. † Vide ple- 32
nius, vt per Bolognet. *in l. edita, num.*140. *C. de eden.* vbi, quod doctri- *
na Bart. licet sit * communis, non tamen est perfecta, vbi in seqq. numeris declarat, quem videas. † Declara, quia dictio, *iuxta*, & 33
prout, & aliæ si proferuntur in materia, cuius natura sit disponere, de præterito, si non constat de relato, non stant relatiue, seu conditionaliter, seu causatiue. Rota *in nouiss. decis.*40. *num.*3. *& seq. ver. Nec obstat parte* 2. † Declara, quia promittens soluere, prout soluit 34
Sempronius, an faciat obligationem conditionalem, vel simpliciter se obliget promittentem, dato, quod non appareat, quomodo Sempronius soluit, neque in qua quantitate. Aretin. *consil.*76. *Diligenter. in* 3. *dubio, n.*5. *& seq.* Bart. *in l. eum, qui.* § *. Iulianus, ff. de constit. pecu. & in extrauag. ad reprimendum. ver. prout*, vbi, quod in contractibus, & priuilegiis stat causatiue, quia sic soluit Sempronius, quia in contractibus, & priuilegiis consueuit disponi, & idem in confirmatione ex certa scientia facta, secus in aliis, quia regulariter stat conditionaliter, & relatiue, sequitur Grammat. *decis.*59. *numer.*22. *& seq.*
† Amplia igitur, quia dictio, *iuxta, prout*, & similes de præterito, de 35
quo non constat, stant causatiue, non autem relatiue, vel conditionaliter, seu limitatiue in dispositione legis, & seu in legibus. Baat. *d. extrauag. ad reprimendum, ver. prout, num.*2. *ver. Sed hoc in legibus*, late Felin. *in c. ex parte, il primo, num.*11. *ver. & dicit Bald.* vbi si fiat edictum, quod quilibet soluat decem iuxta formam statuti, licet statutum non sit de hoc, valet dispositio. † Amplia, vt idem sit in 36
contractibus, quia ista fiunt animo aliquid disponendi. Bartol. vbi supra proxime, Felin. *in c. ex parte, il primo, num.*10. *ver. aliquando tales, de rescrip.* Franc. Aret. *cons.*76. *Diligenter, num.*5. *ver. circa tertium*, sequitur Grammat. *decis.*59. *num.*22. *& seq.* † Extende, vt ibi per Felin. 37
ponit diuersa exempla *in d. c. ex parte, il primo, nu.*11. *de rescript.* in concessionibus feudi, in quibus si dicitur, *prout genitor tuus tenebat*, vel quid simile, si dispositio, & concessio est certa non requiritur alia probatio relati. † Amplia, vt idem sit in priuilegiis. Bald. *cons.*130. 38
*Verba proprie, lib.*1. vbi, quod priuilegii confirmatio, in qua dicitur, *terras, & homines sicut ante laudabiliter possidebatis, confirmamus*, importat cum iurisdictione, si de more, & consuetudine antiqua illam habuerunt priuilegiati. Franc. Aretin. *d. consil.*76. *num.*5. sequitur Grammat. *d. decis.*59. *num.*22. *& seq.* † Amplia vt idem sit in senten- 39
tiis, quæ causa cognita proferuntur. Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum. ver. prout, num.*2. *ver. idem in sententiis.* & ideo si dicatur in sententia, *condemno te ad vnum par capponorum singulo anno, prout tui antecessores consueuerunt.* dicitur constare, quod ita consueti fuerunt. Bart. *in*

l. eum,

l.eum, qui §. Iulianus, ff. de constit. pecu. Felin. *in c. ex parte, il primo. num.* 10.
40 *de rescript.* † Extende etiam, si confirmaretur sententia dummodo ex certa scientia per principem dicendo confirmamus, prout, vel sicut prouide, vel iuste lata fuit; quia intelligitur causatiue; quia iuste lata fuit. Bart. *in d. l. eum qui. §. Iulianus, ff. de constit. pecu.* & idem Felin. *in c. ex parte, il primo, num.* 10. *circa fin. de rescript.* vbi allegat alios.
41 † Contrarium in sententia Castr. *cons.* 462. *col.* 2. *ver. respondeo, & dico, lib.* 1. vbi, quod si non constat de præteritis enunciatis, valet vt no-
42 ua concessio ex sententia. † Amplia in omnibus actionibus dispositiuis; quia dictiones, *sicut*, vel *secundum*, & similes non faciunt conditionem, sed probant id, super quo disponuntita esse, Bartol. *in l. eum, qui. §. Iulianus, ver. pro hoc optime, ff. de constitu. pecu.* Felin. *in cap. ex parte, il primo, num.* 10. *ver. aliquando tales dictiones, de rescript.* vbi declarat hoc procedere in priuilegio, contractu, & omni materia, de tuius natura est disponere aliquid de nouo, & in dispositione conceditur aliquid certum, & refert se dispositio ad aliud per dictiones, *iuxta, secundum, prout*, & similes, & ita declarat Rota *in nouiss. decis.* 40. *num.* 3. *& seq. parte* 2. vbi citat plurimos, & plenius *decis.* 36. *numer.* 8. *& seq. per totam eadem* 2. *parte, & infra num.* 56. *& seq.* Barb. *in c. verum, de foro compet. num.* 22. *&* 23. citat plurimos, & dicit esse notandum ad illum text. in fin. ibi, *sicut iustum fuerit, relinquatur*, exponitur causatiue, quia si iustum fuerit, & Alexand. *cons.* 16. *In causa, & lite, num.* 28. *& seq. lib.* 5. vbi, quod in priuilegio etiam si dicat, *sicut digne possumus*, vel *prout iuste possumus*, verba dicta stant causatiue, quia sic
43 iuste possumus. † Amplia; quia quando verba illa relatiua, *iuxta, prout, & secundum*, & similes stant causatiue inducunt probationem, ita vt transferatur onus probandi contrarium in eum, qui negat Rota *in nouiss. decis.* 36. *in fin. parte* 2. *num.* 10. allegat Oldrad. *consil.* 121. *num.* 12. qui hoc expresse dicit in dictione, *sicut*, * communem dicit Ias. *auth. si quis in aliquo, num.* 9. *in fin. ver. vltimo adde, & numer.* 10. *C. de edend.* & * communem dicit Curt. Iun. *consil.* 97. *num.* 4. vbi alios citat, Grammat. *decis.* 59. *num.* 24. *ver. tertius quando.* Bolo-
44 gnet. *in l. edita, num.* 143. *C. de edend.* allegat Felin. *c.* 2. *de rescript.* † Extende, vt si de causa non constet, & pars, contra quam fuit rescriptum, allegat gratiam subreptitiam; quia si princeps sciuisset, non concessisset, debet ipse asserens principem non concessurum hoc
45 probare. Oldrad. *consil.* 121. *num.* 13. † Extende maxime, quando constat de mente; quia princeps non fundauit se in priuilegiis narratis, sed ex alia causa motus fuit. Rota *in nouiss. decis.* 36. *numer.* 11. *&* 12. *parte* 3. Vide, *Clausulæ feudales diuersæ, & quid operentur. Conclu-*
46 *sio.* 370. † Limita in confirmatione, quæ fieret sine causæ cognitione; quia tunc dictiones. *prout, secundum, & iuxta*, adiectæ ad aliquid præteritum intelliguntur conditionaliter. *cap.* 2. vbi gloss. *de constit. vtili, vel inutili.* Bartol. *dict. extrauag. ad reprimendum, ver. prout, ver. secus in confirmatione*, vbi apostill. & si non constat de antiquioribus, tunc valet, vt nunc. Castrens. *cons.* 462. *colum.* 2. *ver. respondeo, & dico, lib.* 1. plene Boss. *tit. de Principe, & priuileg. eius, num.* 351. *& sequen.*
47 Abb. *consil.* 62. *in princip. ver. tertio non obstat, lib.* 1. † Declara tamen, quod si confirmatio fit ex certa scientia, dictio, *prout*, vel *sicut*, aut *secundum*, stat causatiue, & non conditionaliter. Roman. *cons.* 336. *num.* 2. *circa fin. & num.* 3. Felin. *in d. c. ex parte, il primo, num.* 10. *circa fin. ver. per quam dicit.* Boss. *d. tit. de Principe, & priuileg. eius, num.* 351. *& seq.* Abb. 62. *num.* 4. *ver. ad secundum. lib.* 1. Franc. Aretin. *consil.* 76. *Diligen-*
48 *ter, num.* 5. *in fin. ver. circa tertium.* † Limita, seu declara generaliter, vbicunque priuilegium, contractus, confessio, vel quid simile, quod alias, si esset certum induceret dispositionem, si est mere relatiuum, vel incertum, ita quod apparet, quod non disponit præcise super certo, sed refert, dicitur conditionale, ita quod si non apparet de relato, non probat, ita videtur declarare Felin. *in dict. c. ex parte, il primo, numer.* 10. *ver. sed certe videtur, de rescript.* Alexand. *consil.* 3. *In causa, & lite in princip. lib.* 2. & idem Felin. latius idem *num.* 11. *ver. aliquando vero.* Aretin. *consil.* 76. *num.* 5. *ver. circa tertium.* Rota *in no-*
49 *uiss. decis.* 40. *num.* 3. *par.* 2. † Extende hanc limitationem in responsione ad positiones, vt si quis respondens dicat, *confiteor, prout in tali instrumento*; quia non est confessio, si non constat de instrumento.
50 Alexand. *d. cons.* 3 *in princ. lib.* 2. † Extende in saldo & computo facto; quia si est incertum propter relationem ad alias scripturas non dicitur aliquid continere; quia hoc casu dictio, *prout apparet*, quæ importat idem, quod in vulgari dicitur, *come appare*, ideo si constat, quod voluerunt, quod apparere deberet, non probatur
51 aliquid certum. Alexand. *d. cons.* 3. *in princ. lib.* 2. † Extende in libello; quia si aliquid narratur, & dicatur, *prout apparet in tali instrumento*, debet produci instrumentum. Alexand. *d. consil.* 3. *in princ. ver. hoc et-*
52 *iam in termino, lib.* 2. † Extende in laudo, quia importat limitationem, si de præterito, & constet, & si non constet, importat dispositionem, quod sic fuerit, vt per Alexand. *cons.* 46. *Visis, & accurate, nu-*
53 *mer.* 9. *lib.* 1. † Extende in omni dispositione. Alex. *d. cons.* 46. *num.* 9. *lib.* 1. vbi apostil. Bero. *cons.* 185. *num.* 8. *lib.* 1. † Et quod dictio, *prout*, 54
importet relationem, & limitationem, vt plene Maranta *in praxi, in* 3. *parte, num.* 122. & hoc est de sui natura regulariter. Aretin. *cons.* 76. *num.* 3. *in tertio dubio.* † Extende in rescripto iustitiæ; quia di- 55
ctio, *prout*, stat conditionaliter, & non causatiue. Rom. *cons.* 336. vbi secus in rescripto gratiæ. † Contrarium, quod non sit differentia, 56
in hoc, an rescriptum sit iustitiæ, vel gratiæ; quia vbicunque fit ex certa scientia, stant causatiue istæ dictiones. Riminald. *in l. edita. col. penult. ver. & ideo Roman. C. de edend.* Bellon. *cons.* 36. *in fin.* † Facias re- 57
gulam ex omnibus prædictis summatim; quod dictæ dictiones, quando sunt in dispositione; quæ aliquid concedit circa idem de nouo, siquidem respiciunt præteritum, de quo non constat, stant causatiue; quia sic est, supra *num.* 30. *ver. si vero.* & idem, si sumus in materia, cuius natura est disponere. Rota *in nouiss. decis.* 40. *num.* 3. quia si non constat de relato, stant causatiue, & ita Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, ver. prout.* † Idem dicit simpliciter in priuile- 58
giis Roman. *cons.* 336. *num.* 3. idem in legibus, contractibus, & sententiis cum causæ cognitione. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, ver. de plano, num.* 2. † Idem quando dispositio est prius certa; quia 59
adiectio illa, *prout tui maiores posse deruntt*, stat causatiue. Aretin. *consil.* 76. *num.* 5. *ver. circa tertium.* Grammat. *decis.* 59. *num.* 22. *& seq.* & communem * dicit Curt. Iun. *cons.* 97. *num.* 4. Castr. *cons.* 17. *libr.* 2. * plurimos allegat Rota *in nouiss. decis.* 27. *in princ. & 36. num.* 10. *& in fi. parte* 2. Ias. *in repet. l. admonendi, num.* 32. *& seq. ff. de iureiur.* & supra *numer.* 42. † Idem in omnibus dispositionibus, in quibus disponere 60
possunt contrahentes, prout in causa matrimonii. Ferret. *consil.* 86. *num.* 5. † Adde igitur, quod imo verba narratiua Papæ de consue- 61
tudine certa probent, & stent causatiue ex dictione, *prout*, Rota *in nouiss. decis.* 171. *num.* 3 *& seq. par.* 1. vbi citat plures. † Declara; quia 62
ad hoc, vt dictiones, *prout, sicut, secundum, iuxta*, & similes stent causatiue plura requiruntur, quod dispositio sit omnino certa, respectu quantitatis, & temporis, & loci, & quod in processu consteret, vel alias; item, quod non se referat ad futurum, sed ad præteritum, plene Bologn. *d. l. edita, num.* 142. *in fin. C. de eden.* † Imo, quod 63
requiratur, quod dictio, *prout*, adiciat aliquid circa idem; quod sit incertum de præterito, vt stet causatiue; quia si esset certum, staret limitatiue. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, ver. prout.* † Si 64
vero sumus in dispositione incerta vel generali; tunc dictiones stant conditionaliter. Aretin. *cons.* 76. *num.* 5. *ver. circa tertium.* Ias. *in repetitio. l. admonendi, num.* 33. *& seq. ff. de iureiur.* plura exempla ponit Bologne. *in l. edita, num.* 141. *C. de eden.* † Idem, quando dispositio est 65
certa, & dispositiones respiciunt præteritum, de quo constat, & stant limitatiue, & conditionaliter, supra *num.* 24. *& seq.* Curt. Iun. *cons.* 97. *num.* 10. vbi dat plura exempla, quia si apparet de contrario ex relato, illi statur, quamuis dispositio referens sit certa, & plenior, allegat Alex. *cons.* 9. *lib.* 5. *& cons.* 81. *Visa, num.* 9. *ver. idem etiam.* vbi apostil. *in ver. prout, lib.* 6. † Idem, si dispositio sit certa, vel 66
incerta, & dictiones referuntur ad tempus futurum; quia tunc important conditionem, supra *num.* 31. *& seq.* † Idem quando ni- 67
hil de nouo conceditur, prout in confirmatione in forma communi; quia tunc semper stant conditionaliter. Abb. & alii *in c. examinata, de constit. vtili, vel inutili*, plene Grammat. *decis.* 59. *num.* 33. *ver. non obstat*, & communem * dicit Curt. Iun. *cons.* 97. *num.* 4. Abb. *cons.* 62. *lib.* 1. *in princ. ver. tertio non obstat.* vbi *num.* 4. contrarium dicit, si confirmatio esset ex certa scientia. † Idem in rescriptis iustitiæ; 68
quia nihil conceditur de nouo Roman. *cons.* 336. *num.* 3. allegat tex. *in c. quoniam Abb. in fi. de off. deleg.* & ibi apostil. Alex. *cons.* 16. *In causa, & lite, num.* 28. *lib.* 5. † Contrarium Bello. *cons.* 36. *in fin.* † Declara ta- 69
men, quia aliquando non stat, neque causaliter, neque conditio- 70
naliter, sed demonstratiue, prout si agatur de pœna cuitanda; quia præsumitur error. Rota *in nouiss. d. decis.* 27. *circa fin. parte* 2. † Decla- 71
ra; quia in priuilegiis istæ dictiones in dispositiua stant causaliter, in rescriptis iustitiæ stant conditionaliter, nisi rescriptum esset ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis. Alex. *cons.* 16. *num.* 28. vbi apostilla, *lib.* 5.

Dictio, *proxime*, quid importet. Concl. 348.

PROXIMÈ, † adiectum alicui tempori denotat extremitatem temporis; ideo si quis faciat compromissum intra 30. dies proxime futuros, tempus currit de momento ad momentum propter dictionem, *intra*, & *proxime*. Bald. *cons.* 246. *Proponitur, quod, per totum*, maxime *num.* 2. *lib.* 5.

Dictio, *quandocunque*, quid importet. Concl. 349.

QVANDOCVNQVE, hæc † dictio comprehendit omne tempus, vide apostil. ad Bartol. *consil.* 21. *Visa prima, in ver. secunda petitio.*

petitione, lib.2. in fin. vbi allegat Ias. *in l. petens. C. de pact. col.* 4. Felin. *in c. cum accessissent de constit.* Fabia. de Mont. *tract. de emptio. & venditio. in* 2 *3. quæst. quartæ partis princip.* † Extende, quia est apta comprehendere omnem modum, & omnem qualitatem. Anchar. *cons.* 268. *Iure diuino, num.* 7.

Dictio, *quasi*, quid importet. Concluſ. 350.

1 DICTIO, † *quasi* significat improprietatem de sui natura, licet quandoq; etiam sit expressiua veritatis, secundum subiectam 2 materiam. Ang. *cons.* 86. *Hæreditas materna, col.* 2. *in princ.* † *Tanquam* importat dictio, *quasi*. Felin. *in c. gratum, num.* 12. *de offi. deleg.* & ambæ idem important, videlicet improprietatem. Alexand. *cons.* 2. *Visis codicillis, lib.* 1. *num.* 4. vbi, quod is, qui dicitur esse quasi, vel tanquam talis, non est vere, sed ficte, prout in legitimato, qui vere non est legitimus, sed per fictionem. Vide, Dictio, *tanquam*, quid importet. *Concluſ.* 385. † Amplia, quia denotat diminutionem rei; ideo 3 si committatur homicidium in rixa, licet omnes percutientes teneantur, de quasi homicidio, non tamen de vero homicidio; quia minor pœna imponitur. Dyn. *cons.* 41. *Quæstio talis est, continetur, nu-* 4 *mer.* 3. *ver. cum ergo*, & hoc est proprium huius dictionis. Felin. *in cap. gratum, num.* 12. gloss. *in ver. quasi. de offi. deleg.* † Amplia, quia deno-5 tat etiam similitudinem, Dyn. *d. cons.* 41. *num.* 3. *vers. item cum dictio.* 6 Felin. *in d. c. gratum, circa fin. de offi. deleg.* † Amplia, quia veritatem quandoque significat. Felin. *d. c. gratum, circa fin. de offi. deleg.* † Extende in statutis, quia dictio, *quasi*, denotat proprietatem, apostil. ad Felin. *in c. gratum, num.* 12. *in vers. verbum quasi, de offi. deleg.* allegat Bart. 7 *in l. diuortio*, §. *si fundum. in princip. ff. solut. matrim.* † Declara, quia dictiones, *quasi*, & *tanquam*, si apponantur circa ea, quæ possunt esse vera secundum veritatem, & proprietatem, important magis veritatem, quam fictionem, alias secus. Alex. *d. cons.* 2. *num.* 19. *vers. non* 8 *obstat* 10. *lib.* 1. † Amplia, quia, *quasi*, quandoque significat, & ponit veritatem, quandoque diminutionem. Oldrad. *cons.* 155. *Quia de forma, in princ.* & quod veritatem importat, quando non potest ali-9 ter intelligi. Alex. *cons.* 15. *num.* 7. *lib.* 1. † Fictionem denotat dictio, 10 *quasi*. Alex. *cons.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. † Improprietatem denotat ex sui natura. Alexan. *cons.* 15. *num.* 7. *lib.* 1. vbi, quod importat idem, quod di-11 ctio, *tanquam*. † Amplia, quia excludit, quando est adiuncta numero, vel quantitati. Felin. *d. c. gratum, in fin. de off. deleg.*

Dictio, *quæcunque*, quid importet. Concluſ. 351.

1 QVAECVNQVE, hæc † dictio est vniuersalis, & ideo de sui natura omnia vniuersaliter includit, *cap. soluta. de maior. & obedien.* plenissime declara, vt per apostil. ad Roman. *cons.* 31. *ver. quæ-* 2 *cunque*, vbi plurima cumulat. † Et quod sit verbum vniuersale distributiuum, plene Ias. *in l. quodcunque, ff. de verb. oblig.* maxime *num.* 4. Et vide multa exempla *in ver. Verba vniuersalia omnia includunt.* 3 *Concluſ.* 121. † Amplia, quia verba, *quibuscunque*, vel *quibusuis alijs*, sunt vniuersalia, vt veniant non expressa, & ideo extendunt, ampliant disposita ad extraneos, & eos, qui non venirent. Alexand. *cons.* 30. *Præsuppositis, num.* 14. *in* 6. *dubio, lib.* 5. vbi, quod exemptio à quibuscunque oneribus extendit exemptionem ad omnia onera inæstimabilia pro se, & quibuscunque hæredibus, sic extendit ad hæredes extraneos, qui alias non venirent. Alex. *cons.* 1. vbi late, & 4 *cons.* 193. *num.* 4. *lib.* 6. † Amplia, dictio, *quilibet, quicunque*, est dictio vniuersalis, & distributiue singulariter singulis, prout si diceretur in solidum, *l. si pluribus, in princip.* vbi gloss. *in ver. sed omnes, ff. de* 5 *leg.* 2. late Mazzol. *cons.* 114. *num.* 22. *& seq.* † Extende idem de dictione, *cuiuscunque*, quæ includit etiam ea, quæ specialem requirunt mentionem. Cephal. *cons.* 451. *num.* 57. vbi, quod includit ciues originarios, & ex priuilegio, allegat Socin. *cons.* 3. *num.* 23. *lib.* 3. 6 † Restringe, quia imo dictio, *quisque*, vel *cuiusque*, non est distributiua, sed collectiua vniuersalis. Alexand. *cons.* 17. *Ponderatis, num.* 8. 7 *ver. sed non oportebat, lib.* 5. † Amplia, quia, *quisque* est dictio vniuersalis, quæ importat distributionem, sicut dictio, *omnis*, quando præfertur in singulari, ita Bartol. *in l. hoc art. numer.* 3. *ff. de hared. instit.* Castrens. *in l. si pluribus, num.* 3. *ff. de leg.* 2. Vide plenius, *Dictiones di-* 8 *stributiuæ, & earum natura. Concluſ.* 269. † Limita, quando profertur in materia, in qua per aliquod ius illa materia sit restricta, vel recipiat exceptionem, quia regulatur secundum naturam illius iuris. Gemin. qui loquitur in dispositione conciliari. *cons.* 131. *num.* 5. 9 & 6. *ver. nec obstat.* † Extende declarationem, quia in odiosis, & vbi constat de mente disponentis verbum, *quicunque*, restringitur ad similia, & ad habiles, & ad vnum tantum, vt per apostill. ad Ro-10 man. *cons.* 31. *in ver. quacunque, col. pen. ver. cæterum.* † Conditionem importat hæc dictio iuncta verbo futuri temporis, apostil. ad Roman. *cons.* 31. *in ver. quacunque in fi.* Vide, *Dictiones vniuersales, & earum importantia. Concluſ.* 397.

Dictio, *quia*, quid importet. Concluſ. 352.

QVIA, est † dictio, quæ importat causam pro certo, & con-1 stanti, vt declarat Bart. *in l. demonstratio, in* §. *quod autem, num.* 6. *& seq. ver. secundo quæro*, & maxime *num.* 8. *& seq. ff. de cond. & demonstr.* sequitur ibi Socin. post alios, *num.* 3. *ver. tertio nota*, vbi tenent, quod falsa causa non vitiat dispositionem, quando per dictionem, *quia*, secus si dubitatiue, & conditionaliter. † Declara, nisi apponatur 2 iuncta verbis dubitatiuis, puta, *quia dubito de hoc, tibi lego*, tunc importat conditionem. Bartol. *d. l. demonstratio*, §. *quod autem, numer.* 11. *ff. de cond. & demonstrat.* † Aliquando dictio, *quia*, importat idem, 3 quod dictio, *cum*, vel *quando*. Angel. *cons.* 393. *Si bene inspiciatur, num.* 2. *ver. nec obstat.*

Dictio, *quis*, vel *qui*, quid importet. Concluſ. 353.

DICTIO, † *quis*, vel *qui*, est terminus communis, ideo non plus 1 importat masculum, quam fœminam, & propterea si statutum dicat, *si quis decedat intestatus*, vel quid simile, comprehendit tam masculum, quam fœminam. Deci. *cons.* 693. *Statuto Cortonensi, num.* 2. *ver. non obstant plura.* plenius *cons.* 338. vbi dicit * communem. * † Restringe, quando sumus in materia odiosa, vel correctoria, & 2 statutum loquitur cum termino masculino, secus, si cum termino communi. Dec. *cons.* 338. *ver. nec obstat, in princ.* † Declara, vt plene 3 per Cyn. Alber. & alios *in l. quicunque, C. de seru. fugit.*

Dictio, *quoad*, quid importet. Concluſ. 354.

QVOAD, † idem importat, quod *donec, quamdiu*, vel *quousque*, 1 vt sint temporales, non perpetuo excluſiuæ. Ancharan. *consil.* 220. *Hæc quæstio, numer.* 4. † Et quod dictio, *quoad*, relata ad tem-2 pus sit limitatiua temporis. Crauett. *consil.* 326. *num.* 8. *lib.* 3. † Con-3 ditionem etiam important verba, si dicatur, *quoad dotes petierit vxor, lego annua centum*, quia intelligitur, donec petierit. Crauett. *consil.* 966. *num.* 11. *& 12. cum seq.* vbi alios allegat, *lib.* 5. Vide, Dictiones. *quousque, tamdiu, vsquequo*, & *donec*, quid importent. *Concluſ.* 360. † Aliquando restringit disposita, vt si concessio fiat quoad ex-4 pressa, importat quantum ad expressa, & sic dictio, *quoad*, importat *quantum*, *cap. cum M. Ferrarienſis, in princip.* vbi gloss. *in ver. quo. de constit.*

Dictiones, *quomodocunque, quomodolibet, qualitercunque*, & similes, quid importent. Concluſ. 355.

QVOMODOCVNQVE, † & *qualitercunque*, sunt dictiones im-1 portantes omnem modum, & ideo si adiiciuntur alicui dispositioni vniuersali, includunt vniuersaliter omnes modos. Gemin. *consil.* 22. *Præmitto, num.* 4. *ver. in contrarium.* plenissime Ruin. *consil.* 77. *In facto proponitur, num.* 7. *in fin. cum seq. lib.* 2. vbi prohibitus molestare quomodocunque, & qualitercunque, prohibetur etiam in casu licito, quia omnem modum molestiæ prohibet, & multa adducit Socin. Iun. *consil.* 113. *numer.* 29. *& seq. lib.* 1. Vide, *Dictiones vniuersales, & earum importantia. Concluſ.* 397. † Et nedum omnem 2 modum, sed omnem qualitatem demonstrant, ita vt nihil videatur exceptum, dummodo ex significatione termini, cui adiungitur hæc clausula, hoc possit venire. Angel. *consil.* 331. *An in restitutione, colum.* 2. *ver. inter has autem, vsque in fin.* & maxime *num.* 3. † Et 3 idem in dictione, *qualiscunque*, quia comprehendit omnem qualitatem, quæ imaginari potest, licet in lege, vel statuto fiat restrictio ad habiles, secundum subiectam materiam, vt si loquatur de qualicunque fide iussore, dummodo non sit infans, vel furiosus. *l.* 2. §. *prætor ait*, vbi Bartol. & alii, *ff. qui satisd. cogan.* † Exten-4 de, quia licet promittens de euictione non teneatur quandò res euincitur propter laudum, vel concordiam ex compromisso facto, tamen secus est, quando promissum fuit de quacunque euictione, vel de euictione quomodocunque, & qualitercunque. Alex. *cons.* 4. *Viso processu, in princ. lib.* 3. Goza. *cons.* 1. *num.* 19. Curt. Iun. *cons.* 1. *num.* 2. † Extende, quia licet statutum pati debeat restrictio-5 nem secundum ius commune, secus est, quando adsunt verba, *quomodocunque, & qualitercunque*. Goza. *cons.* 1. *num.* 19. allegat Alex. *consil.* 118. *lib.* 3. † Extende, quia licet dictio, *alius, alia, aliud*, im-6 portet similitudinem: tamen quando adest dictio, *quacunque alia*, non patitur restrictionem. Gozad. *d. cons.* 1. *num.* 19. † Idem in 7 modo vacandi expresso, quia licet alius modus, quam expressus

non

non veniat; tamen si est dictum, *vel alio quocunque modo*, comprehendit omnem alium modum. Socin. *consil.32. num.11. & seq. ver.nec obstat, si dicatur, lib.1.* † Extende; quia licet verbum, *hæredes*, in materia feudali intelligatur de masculis, & descendentibus, tamen quando adest dictio, *quoscunque hæredes*, intelligitur de extraneis secundum * magis communem, de qua Roland. à Valle *cons.96. num.45. lib.1.* † Extende; quia in legato facto vxori de omnibus, & quibuscunque, quæ habet in domo, veniunt etiam vænalia, quæ alias non venirent. Curt. Iun. *cons.1. num.2.* † Restringe, nisi verba proferantur à lege; quia recipiunt restrictionem ex habilitate. Curt. Iun. *consil.1. num.3. & seq.* † Declara, nisi agatur de fauore publico, apostil. ad Roman. *cons.31. in ver. quacunque.* vbi ponit plura exempla; quia non fit restrictio ad habiles etiam in lege vel statuto. † Restringe; quia si constituatur procurator in causa certa contra Titium, & in quacunque alia causa, intelligitur contra Titium, non contra alium Deci. *cons.502. num.9.* Vide, *verba generalia restringuntur ex præcedentibus & sequentibus. Conclus.181.* † Idem in verbis vniuersalibus, vt ad expressa restringantur, *l. si de certa, C. de transaction.* Oldrad. *consil.8. Quidam pater.* † Idem in vacatione beneficii per obitum, vel cessionem Titii; quia si dicitur, *vel alias quomodocunque, & qualitercunque*, venit omnis alius modus, sed ex persona Titii expressi, non ex alia persona. Socin. *cons.32. num.12. ver. nec obstat cons. Lap. lib.1.* † *Quomodolibet*, hæc dictio habet latam interpretationem, vt quocunque modo res spectet ad eum, ad quem dispositio loquitur, quod quomodolibet res spectet Titio. Alexand. *cons.35. Viso processu, num.10. lib.4.* † Declara tamen secundum subiectam materiam restringi. Alexan. *d. cons.35. num.10. & 11. lib.4.* vbi ponit exempla de cautione sufficienti, vt intelligatur de fideiussione, nisi subiecta materia repugnet. Vide, *Verba secundum subiectam materiam intelligenda. Conclus.95.*

Dictio, *quondam*, quid importet. Concl 356.

QVONDAM, hæc † dictio apposita nomini proprio importat demonstrationem, quod ille talis sit defunctus; ideo vxor quondam talis, aliquid acquirens, non potest dici, quod acquisierit marito; quia verba instrumenti denotant maritum mortuum. Bald. *consil.166. A libello, numer.2. ver. in primis quæritur, lib.4.* Bald. *consil.408. numer.5. ver. vnde colligitur, lib.1.* Angel. *consil.356. num.3. in fin.* Cuman. *consil.43. In quæstione Francisci, circa med.* vbi loquitur in testibus. Io. de Imol. *consil.110. In causa, quæ vertitur, in fin.* † Declara; quia dictio, *quondam*, quandoque subauditur, quando persona mortui præfertur. Bald. *d. cons.408. num.5. lib.1.* Ang. *cons.356. numer.3. in fin.* † Tria tempora significant, videlicet, præteritum, præsens, & futurum, hæ dictiones, *olim, quondam, retro, iam, dudum*, vide plene Fulg. qui hoc probat *cons.22. circa fin. ver. & quanquam ex verbo.* † Sed tamen secundum communem vsum loquendi importat præteritum, & sic personam defunctam, cui adiicitur. Io. de Im. *cons.110. In causa, quæ vertitur, in fin.* Vide, *Filiatio enunciata ex quibus dicatur. Conclus.344.*

Dictio, *quoque*, quid importet. Conclus.357.

DICTIO, † *quoque*, est copulatiua, & inducit repetitionem præcedentium. Oldrad. *cons.103. Quæstio est, num.4. ver. quarto hoc denotat.*

Dictio, *quoties*, quid importet. Concl.358.

QVOTIES, † hæc dictio, si non reperitur restricta, importat vniuersaliter potestatem variandi. Gemin. *cons.97. numer.2. ver. & hoc ostendit.* Vide, Dictio, *toties, quoties*, quid importet. *Conclus.389.*

Dictio, *quouis modo*, & *quoquo modo*, quid importet. Conclus.359.

QVOVIS *modo*, hæc † dictio est vniuersalis & includit omnem modum, tam principalem, & directum, quam incidentem, & indirectum. Gemin. *cons.29. Iesu Christi nomine. num.2. ver. item addit quouis modo, & num.3.* & sunt verba latissima tendentia ad comprehendendos omnes modos. Alex. *cons.95. Requisitus. num.3. & seq. ver. præterea esset violare. lib.7.* † *Quouis modo*, hæc dictio, importat omnem formam, omnesque modos secundum subiectam materiam, cui adiicitur. Angel. *cons.288. num.3. ver. hoc etiam coadiuuatur.* † Et idem importat dictio, *aliqualiter*, quod importat, *quouis modo*, quia est verbum generale comprehendens omnem modum. Angel. Aretin. *consil.10. Viso dicto statuto, num.15. ver. tamen illud remedium.* † Amplia, quia verba, *quouis modo*, & *quoquo modo*, vniuersalia ampliant, & extenduntur etiam ad impropria, etiam in homicida quocunque modo comprehenditur homicida sine dolo, etiam si agatur de pœna mortis, ita Salycet. *in l.2. C. de noxal.* & plene Crauett. *consil.294. num.2. & seq.* vbi de veritate, & multa accumulat. † Declara; quia verba, *quoquo modo*, vel *quomodocunque*, licet sint vniuersalia; tamen patiuntur restrictionem; & ciuiliter intelligenda sunt, quando agitur de pœna incurrenda. Crauett. *cons.6. num.126. & cons.8. num.2. & cons.9. num.24.* & in pace rupta, vt non committatur pœna ex leui offensa, vel ex noua causa. Silua. *cons.74. num.14.* plura Mascard. *concl.1157. num.89. & seq.* licet *numer.94.* alleget Grat. & alios tenentes contrarium, quia dictio, *quoquo modo*, vel *quomodocunque*, importat omnes modos excogitabiles. † Et quod restringantur ad modos proportionabiles. Crauett. *cons.256. num.8.* † Amplia; quia verba, *quoquo modo*, omnem excogitabilem significant. Cæpoll. *cons. crimin.14.* Decia. *cons.2. num.90. lib.2.* † Extende; quia licet prohibitio alienationis bonorum non comprehendat necessariam alienationem; secus est, si adest dictio, *quoquo modo.* Ruin. *cons.32. num.7. lib.2.* allegat gloss. *in l. quidam. § fin. ff. de fideicom. libert. in ver. quoquo modo*, plenius Roland. à Val. *cons.80. num.37. lib.3.* vbi quod est vniuersalis, & omnem modum comprehendit. † Extende; quia si statutum puniat homicidam quoquo modo, vel quouis modo, aut qualitercunque committat homicidium, etiam debet puniri, licet iustam causam habuerit. Ruin. *d. cons.32. num.7. lib.2.* late Menoch. qui alios citat *de recuper. poss. remed.5. num.63.* Extende; † quia licet generalia verba, prout, *omnia bona mobilia, & immobilia in domo existentia*, non comprehendant vænalia; secus, si adsit dictio, *quoquo modo in domo existentia.* Ruin. *d. cons.32. num.5. lib.2.* † Extende; quia licet dictio, *alia*, importet similitudinem; secus si additur dictio, *quæuis alia.* Alexand. *consil.95. num.4. lib.5.* Vide, Dictio, *alius, alia, aliud*, quid importet. *Conclus.295.* † Amplia; quia dictio, *quoquo modo*, *aliquem non posse molestari*, importat etiam de iure; quia sunt verba vniuersalia. Decian. *cons.2. num.90. & seq. lib.2.* † Et talia verba, *quoquo modo*, geminata, & augent, & faciunt venire in legato vænalia, quando fuit legatum de omnibus, quæ in domo quoquo modo sunt, quæ alias non venirent. Alexand. *cons.30. Præsupposito, num.16. ver. ponderanda etiam, lib.* † Et appositio alicui termino, prout, *hæredes quoquo modo, vel quouis modo*, comprehendunt omnes hæredes. Alexand. *cons.95. Requisitus, numer.3. præterea esset violare, lib.7.* † Amplia; quia licet statutum puniens homicidam pœna mortis, debeat intelligi de homicidio ex dolo commisso, non autem ex culpa tantum; tamen si dicat, *quod committens homicidium quouis modo, vel quoquo modo*, habebit locum, etiam si casu, vel culpa, & sine dolo sit commissum. Ias. *in l.1. ff. de legib. num.19. & seq.* maxime *num.25.* plenissime Crauett. *cons.294. num.2.* vbi tamen dicit non debet admitti, vbi ageretur de pœna vitæ. Ruin. *cons.77. num.8. lib.2.* vbi multa similia. Socin. Iun. *cons.113. num.29. lib.1.* † Limita, quia dictio, *quocunque modo, vel quouis modo*, non importat, *quacunque causa, vel quauis causa*, quia differunt modus & causa; quia modus respicit futura, causa respicit præterita. Bartol. *consil.21. Visa prima, num.5. nam ista verba.* † Limita, quia prohibitus alienare quouis titulo, & quocunque modo, licet per dicta verba omnem alienationem, & hæredis institutionem videatur comprehendere; tamen secus est, quando constat de mente, vel quia prohibitio fit raliter, quod non applicatur institutioni hæredis, veluti si prohibeatur quoquo modo, vel titulo alienare sine consensu alterius, vel donec habuerit annos 25. quia ista non applicantur institutioni hæredis, plene Alexand. *cons.155. Visis, & accurate, num.3. & seq. vsque in fin. lib.2.* † Limita; quia bene fit restrictio ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua exprimitur, & secundum subiectam materiam. Gemin. *cons.29. num.3. in fin. ver. nec obstant.* Vide, Clausula in prouisione beneficiorum, *siue præmisso, siue alio quouis modo*, quid operetur. *Conclus.337.*

Dictiones, *quousque, tamdiu, vsquequo*, vel *donec*, quid importet. Concl.360.

DICTIO, † *quousque fuerit satisfactum*, importat reintegrationem facta satisfactione. Castrens. *consil.237. Primo videndum, in princip. lib.1.* vbi idem de aliis dictionibus, *tamdiu, donec, vsquequo.* Vide plenius Dictio, *quoad*, quid importet. *Conclusione 354.*

Dictiones relatiuæ quæ dicantur. Concl.361.

DICTIO, † *ipse, ipsa, ipsum*, est relatiua, sed tamen etiam est demonstratiua ad oculum. Bald. *consil.304. Nobilis vir dominus in fin.*

fin.lib.5. Vide plenius, Dictiones, *ipse, ipsa, ipsum*, quid importent. *Conclus.301.*

Dictio, *relinquo*, quid importet. Concl.362.

1 DICTIO, † *relinquo*, istud verbum adiectum vniuersitati importat directam institutionem, adiectum vero rei particulari, secus, & declaratur multis modis. Vide, *Institutionis iure quando dicatur relictum, vel non. Concl.227.*

Dictiones repetitiuæ, & earum natura. Concl.363.

1 REPETITIVAE † dictiones sunt, dictio, *item*, dictio, *vltra*, dictio, *hoc amplius*, Castrens. plene *cons.88. Viso legato, in princip. lib.1.* Vide, *Repetitio præcedentium ex quibus verbis inducatur. Conclusio.186.* † Amplia, quia dictio, *vt supra*, facit relationem ad præcedentia, quæ censentur repetita. plene Cephal. *consil.153. numer.59.* vbi citat plures. Osasch. *decis.164. numer.13.* vbi plurimos citat. Curt. Iun. *consil.115. num.21.* vbi idem dicit de dictione, *infrascriptos*, seu *filios*, *vt infra*, quia pariter refert cum qualitatibus, ac si exprimeret nominatim. † Extende in tantum, quod repetit omnia præcedentia, seu refert, etiam si sint diuersa, & disparia, ideo si fiat mentio de primogenitis masculis descendentibus testatoris, & in subsidium etiam de transuersalibus, dictio, *vt supra*, refert omnes indistincte. Riminald. Iun. *cons.544. num.196. & seq.* † Contrarium tenet Menoch. *cons.220. num.74.* qui refert tantum descendentes, non transuersales. † Declarat Riminald. Iun. *d. cons.554. num.197. & seq.* quod contrarium est diuinare, quod non toleratur à iure, *l. si putator. ff. ad l. Aquil.* & docet contrarium tenuisse eundem Menoch. *cons.106. num.295. & cons.274. num.18.* † Et quod dictio, *obligauit vt supra*, si prius se obligauit nomine proprio, & etiam nomine absentium, illa dictio vtranque obligationem respectiue refert. Angel. Aretin. *cons.20. Visis actis, num.45. ver. non obstat illud verbum.* † Et in tantum, vt vna dispositio legis, vel statuti, puta, quod filia dotata stante masculo, sit exclusa, & si non esset dotata, possit dotari, si sequatur statutum, disponendo, & quod soror dotata à fratre, vt supra, excludatur à successione fratris, censetur per dictionem, *vt supra*, repetere, & si non esset dotata, dotetur prout dixit in præcedentibus. Castrens. *consil.7. in fin. lib.2.* † Extende in dictionibus, *dictus, præfatus, prædictus*, de quibus supra in ver. Dictio, *prædictus*, vel *prædicta*, quid importet. *Conclusio.337.* Vide, Dictio, *supra*, quid importet. *Conclusio.384.* † Amplia in dictione, *huiusmodi*, quæ repetit præcedentia, & restringit supra. Vide, Dictio, *huiusmodi*, quid importet. *Conclusio.287.* † Natura dictionum repetitiuarum est repetere onera in præcedenti legato adiecta, ideo si testator legat vxori, donec vixerit, & vitam vidualem seruauerit, & adiiciat aliud legatum sine alia expressione censetur repetitum onus, & conditio in primo, & hoc, quando sunt conformia legata, puta, vel omnia sunt annua, vel omnia sunt in proprietate, vel omnia in vsufructu. Castrens. *cons.88. Viso legato, per totum, lib.1.*

Dictiones restrictiuæ quæ esse dicantur. Concl.364.

1 ADVERBIVM † *tunc*, importat signatum tempus, & demonstratum tantum. Bald. *cons.57. Item instituo, num.2. ver. secundo est considerandum, lib.2.* Vide, Dictio, *tunc, & eo casu. Conclus.390.*
2 † Et, *eo in casu*, sunt verba restrictiua ad casum vnum tantum. Bald.
3 *cons.57. num.2. ver. tertio est considerandum, lib.2.* † *Scilicet*, est dictio restrictiua, quæ declarat genus, & restringit ad species inclusas per dictionem, *scilicet*; vnde statutum excipiens aliquem casum, quem exprimit per talem dictionem, non extenditur ad casus similes, etiam quod principium statuti sit generale. Bald. *consil.200. Quicunque in solidum, lib.4.* Vide, Dictio, *scilicet*, quid importet. *Conclus.369.* † *Demum*, vel *ita demum*, est dictio taxatiua, & restrictiua.
4 5 Bald. *cons.208. num.2. vsque in fin. lib.4.* incipit *Quæstio est vtrum.* † *Ita quod*, *ita vt*, sunt dictiones restrictiuæ, quæ quandoque minuunt legatum, quando ponuntur declaratiue, & seu per modum causæ finalis, secus tamen est, quando ponuntur per modum consequendi. Bald. *cons.294. Dicta particula, colum.2. in princ. ver. & licet aliquando, lib.5.* † *Tam, & quam*, restringunt dispositionem generalem,
6 vt solum habeat locum in expressis per dictiones *tam, & quam*. Io.
7 de Imol. *cons.53. circa fi. ver. in contrarium tamen facit.* † *Videlicet*, hæc dictio declarat, & restringit. Vide, Dictio, *videlicet*, quid importet. *Conclusio.393.*

Dictio, *re*, importat reiterationem, & quid aliud importet. Concl.365.

1 RE, hæc † syllaba, vel dictio iuncta alicui verbo, vel termino importat iterationem actus, gloss. & text. *in cap. accusatus, de hæret. in 6.* Gemin. *cons.117. numer.5. & seq. ver. item ex alio*, vbi, quod differunt aliquid de nouo ædificare, vel de nouo reædificare; quia proprie reædificare est in eodem loco corruptum ædificium reædificare. Vide, *Restituere, reddere, & remittere*, in quo differant. *Conclus.302.* † Reuidere est semel visum iterum videre, sicut refi-
2 cere est de nouo facere, *l.1. §. deinde, ff. de riuis.* Vide, *Reuisio quid sit, & importet. Conclusio.313.* † Et ideo relapsus non dicitur, qui
3 primo non erat lapsus, quia non entium nullæ sunt qualitates. Gemin. *consil.122. in princip. ver. nec quoad istam*, vbi in fin. *ver. & si vellemus*, exponit multa verba, videlicet relabatur, id est, reducatur, sicut retro fuit lapsus, & de verbo reddendi, quod importat retro dare, & præsupponit prius habitum. † Restituere, & 4
reddere est retro dare semel datum, *l. verbum reddendi, ff. de verbor. signif.* † Reformare est nouam formam dare. Castrens. *cons.290. Visis* 5
iis, colum.2. ver. præterea, lib.1. † Amplia; quia aliud est vendere, a- 6
liud reuendere, & aliud dare, aliud reddere, quia dictio, *re*, inducit pluralitatem actuum; & ideo statutum imponens pœnam reuendenti, non habet locum in vendente. Bald. *cons.495. num.3. ver. tertius casus*, incipit, *ex nullo capite, lib.1.* ita Roland. à Valle *consil.69. num.5. lib.3.* † Et denotat actum manendi retro similem. Si- 7
gnorol. Homod. *cons.22. in quæst. vertente, colum. antepenult. in fin. ver. item est aduertendum.* † Amplia; quia reuersio, vel reuerti neces- 8
sario applicatur ad omissum, vel dimissum. Oldrad. *consil.275. numer.6. ver. circa quintum.* † Amplia; quia dictio, *re*, adiecta verbo 9
inducit relatiuum retro simile; ideo qui reddit, non dicitur proprie dare, qui reficit, non dicitur facere de nouo, & dispositio loquens in vno, non habet locum in alio in odiosis. plene Roland. à Valle *cons.69. num.5. & seq. lib.3.* † Contrarium; quia verbum re- 10
stituere aptatur ad solutionem, Cagnol. *in l. curabit, num.70. C. de action. empti.* & latius *in l. si quis maior, num.133. & seq. C. de transact.* Vide, *Restituere quid importet. Conclus.302.* † Et quod reficere importet 11
rem iterum, & de nouo facere, videtur text. *in l.1. §. deinde, ff. de riuis.* † Amplia; quia verbum retinere non importat petitionem. Vide, 12
Retentio in quo differat à petitione, vel non. Conclus.306. † Amplia, quia 13
renouare inuestituram est veterem, & primam subsistinere; quia non datur renouatio, nisi prima existat; ideo non potest importare caducitatem renouatio, etiam si postea dominus hoc declararet; quia hoc repugnat. Abb. *consil.67. In causa, quæ, num.3. colum.3. ver. nec obstat, si dicatur, lib.2.* Vide, *Renouatio quid sit, & qualiter fieri* 14
possit. Conclus.159. † Limita; quia aliquando verbum petere importat repetitionem. Alciat. *in l. verbum reddendi, num.5. ff. de verbor. significat.* & per eundem *in l. si decem cum petiero, numer.8. & seq. ff. de verbor. obligation.* † Extende, quia non tam ad sonum verborum, 15
quam ad effectum respicimus, vt per Alciat. *in l. si prius quam, num.18. ff. de nou. oper. nunciat.* † Declara totam istam materiam; quia 16
aliud est dare, aliud reddere, & sic aliud facere, aliud reficere; sed tamen quando verbum dandi, vel dare accipitur tanquam genus aptum, est importare illud, quod à principio per me tibi datur, & etiam illud, quod per te mihi redditur, sed si verbum dare accipitur, vt species; tunc differt à verbo reddere. Bartol. *in rubric. ff. solut. matrimon.* quem sequitur Alex. *cons.248. num.7. & 8. ver. & quamuis mulier. lib.6. & num.9.* dicit, quod sub simplicipi comprehenditur compositum, & in dubio verbum debet accipi, vt importet genus, & non speciem. † Limita, quia multi sunt 17
casus, in quibus dictio, *re*, non importat reiterationem, prout verbum, *relinquo*, supra Dictio, *relinquo*, quid importet. *Conclusio.362.* † Sic etiam dicimus, quod renuncians iuri suo, vel bene- 18
ficio abdicat à se in totum semel. Vide, *Renunciatio quid sit. Conclusio.159.* † Sic dicitur de eo, qui se restringit in sermone ad vnum 19
causam, quia non cadit reiteratio. Vide, *Restringens se ad vnam causam non obtinet ex alia. Conclusio.304.* † Si de eo, qui ali- 20
quid resignat, prout resignatio beneficii, quæ est quædam priuatio, & abdicatio cum infinitis similibus, & non habent reiterationem. Vide, *Reædificatio quando permissa, vel non. Conclusio.78.* Vide, *Reficere, quid sit, & in quibus differat à verbo facere. Conclusione 80.*

Dictio, *retro*, quid importet. Concl.366.

1 IMPORTAT tria tempora, præsens, præteritum, & futurum, prout dictiones, *olim, quondam, iam, & dudum*. Fulgos. *cons.22. Visis quatuor, circa fin. num.3.* vbi, quod hæc dictio importat futurum, sicut præteritum.

Dictio

Dictio, *saltem*, quid importet. Concl. 367.

1 SALTEM, hæc † dictio adiecta diſpoſitioni numerali non excludit maiorem numerum, quam fuerit expreſſum; vt ſi dicatur, quod debeant eſſe tres Canonici ſaltem, poſſunt adeſſe quatuor, quia non reſtringitur diſpoſitio. Gemin. *conſil.* 37. *Dubitatur de*
2 *duobus, num.* 5. *ver. ſecundo probatur ſic.* † Amplia; quia hæc dictio, *ſaltem*, includit etiam alia ſubiecta, quam expreſſum ſit, dummodo
3 ſint proportionabilia. Gemin. *d. conſ.* 37. *num.* 6. *ver. etiam.* † Diſiunctionem importat hæc dictio, item aduerſatiuæ officium aſſumit, & de ſui natura eſt dictio diminutiua, & ſubſidiaria. Bald. *conſ.* 69. *Factum tale eſt, quidam, num.* 2. *ver. nam dictio ſaltem, lib.* 2. vbi, quando ponitur circa terminum potentiæ, vel effectus, & quid importet.
4 † Et quod dictio, *ſaltem*, importet idem, quod in ſubſidium. Caſtr. *conſ.* 79. *Pro pleniori, num.* 7. *ver. contrarium dicendum, lib.* 1. vbi, quod poſita inter duas petitiones per dictionem, *ſaltem*, diſtinctas cenſetur petere per ſubſidium, & ſic ſi prima petitio non intrat.

Dictio, *ſaluo quod*, quid importet. Concl. 368.

1 DICTIO, *ſaluo quod*, importat aduerſatiuam; quia non vult, quod diſpoſitio loquens in vno caſu habeat locum in alio caſu. Alexand. *conſ.* 99. *Super primo, num.* 5. *in fin. ver. & quod voluerit, lib.* 7. vbi *num.* 9. quod propterea importat repetitionem præcedentium; quia de natura aduerſatiuæ eſt, vt retineat eandem qua-
☞ litatem facti præcedentis. Vide, *Dictiones exceptiuæ quæ ſint. Concluſ.* 278. Vide, *Dictiones reſtrictiuæ quæ eſſe dicantur. Concl.* 364.

Dictio, *ſcilicet*, quid importet. Concl. 369.

1 SCILICET, hæc † dictio eſt reſtrictiua de ſui natura, vel declaratiua, & ideo importat alterum de duobus, prout magis veriſimile eſt; vel ſecundum benigniorem interpretationem. Fulgoſ.
☞ *conſ.* 147. *Viſa quadam ſupplicatione, num.* 2. Vide, *Dictiones reſtrictiuæ. Concluſ.* 364.

Dictio, *ſecundum*, quid importet. Concluſ. 370.

1 DICTIO, † *ſecundum*, ponitur demonſtratiue, *c. Abbate, de verbor.*
2 *ſignif.* † Declara; quia dictio, *ſecundum*, poſita poſt ſpeciem importat demonſtrationem, poſt genus vero importat reſtrictio-
3 nem. Bald. *conſ.* 187. *Generalitas verborum, in fin. lib.* 4. † Et eſt dictio relatiua, declaratiua, & modificatiua. Bald. *conſ.* 53. *Quædam domina*
4 *Ricabella, in primo lib.* 5. † Limita, quia dictio, *ſecundum*, quando non poteſt importare demonſtrationem, importat ſimilitudinem. Bal-
5 dus *conſil.* 408. *Quidam ciuis, num.* 8. *ver. quapropter, lib.* 1. † Limita, quia aliquando importat cauſam, aliquando conditionem, quan-
☞ do determinat præterita, prout dictio, *iuxta*. Vide, Dictio, *prout*, quid importet. *Concl.* 347.

Dictio, *ſemper*, quid importet. Concl. 371.

1 SEMPER, hæc † dictio ſignificat ſine diſtinctione temporis. *In-*
ſtit. de libert. §. *ſerui vero à dominis*, & ibi Areti. Rota *in nouiſſ. parte* 2.
2 *deciſio.* 128. *numer.* 3. † Et ſine diſtinctione alicuius caſus. Cæſar de
3 Graſſ. *deciſ.* 180. *num.* 15. † Et verificatur in triennio, & in anno, & biennio. Alex. *conſ.* 173. *Viſo, & diligenter, num.* 5. *ver. nec obſtant, libr.* 6.
4 † Et licet inducat continuationem temporis, ſi teſtis dicat, quod talis ſemper à tali tempore, & citra poſſedit; ſi tamen modico tempore non poſſedit, non eſt falſus. Roman. *conſil.* 263. *per tot.* vbi apo-
☞ ſtil. *in ver. pacificus, & conſil.* 301. *in princip.* Vide, *Continue aliquid facere qualiter capiatur. Concluſ.* 977. Vide, *Teſtes contrarii qualiter reducantur ad concordiam. Concluſ.* 250. *num.* 16. *& ſeq.*

Dictio, *ſeu*, quid importet. Concl. 372.

1 REGVLARITER † diſiungit etiam hæc dictio, *ſeu*, & ideo ponitur inter alternatiua nomina, Calder. *conſ.* 248. *circa med. ver.*
idem probat dictio, ſeu, alias 27. *de præben.* & quod diſiungat dictio, *ſeu*, Gemin. *conſ.* 32. *num.* 11. *ver. cum dictio*, ſeu, & quod ſignificet alternationem. Bald. *d. conſ.* 442. *numer.* 2. *lib.* 1. & iſta eſt propria natura dictionis, *ſeu*, vt diſiungat Roman. *conſil.* 65. *in fin.* vbi apoſtil. *in ver. diſiunctiua*. Alex. *conſil.* 79. *Eleganter. num.* 5. *lib.* 5. vbi, quod eſt diſiuncti-
2 ua, ſicut dictio, *aut*, & ponitur inter diuerſa. † Et quod diſiungat verba, inter quæ ponitur, ſed tamen diſpoſitio de vno diſiunctorum ampliatur ad aliud. Bald. *conſ.* 331. *In quæſtion. quæ vertitur, num.* 6.
3 *ver. & hic eſt, lib.* 3. † Eſt tamen differentia inter dictionem, *vel*, & dictionem, *ſeu*; quia dictio, *vel*, diſiungit verba, & mentem, dictio vero, *ſeu, ſiue*, diſiungit verba, ſed non mentem. Caſtrenſ. *conſil.* 162. *Viſis & ponderatis, numer.* 4. *ver. nec obſtat, lib.* 2. vbi apoſtil. citat Corn. *conſ.* 113. *circa num.* 3. *lib.* 4. & Socin. *conſil.* 64. *ver. capiendo etiam ſecundam, lib.* 1. incipit *Conſilio noſtris, num.* 11. vbi de dictione, *ſeu*, & de dictione, *ſiue*, quæ diſiungunt verba, ſed non mentem. † Amplia; 4
quia exponit etiam præcedentia hæc dictio, *ſeu*, ſecundum gloſſ. *in c. bona, il primo. de poſtulat. prælat.* Gemin. *conſil.* 115. *circa fin. num.* 7. *ver. quia dictio*, ſeu, & idem tenet Bald. *conſ.* 442. *num.* 2. *ver. item illa dictio, lib.* 1. *& conſ.* 218. *num.* 3. *ver. ſi autem ponitur, lib.* 2. ſequitur Socin. Iun. *in l. Centurio, num.* 174. *ver. ad ſecundum, ff. de vulg. & pupill.* vbi, quod ſtat declaratiue, plene apoſt. ad Rom. *conſ.* 179. *num.* 7. *ver. regulariter, ver. & idcirco*, vbi infinitos citat. † Et quod ſtet expoſitiue, ne 5
inducatur ſuperfluitas in diſpoſitione teſtatoris. Caſtr. *conſil.* 379. *ver. tertio dico, lib.* 1. † Amplia; quia declarat etiam dictio, *ſeu*. Baldus 6
conſ. 203. *Punctus quidam, num.* 2. *lib.* 5. vbi, quod hæc dictio, *ſeu*, quæ vulgariter eſt eadem cum dictione, *ouero*, quandoque ſtat ampliatiue, quandoque declaratiue, & quandoque alternatiue, & idem repetit *conſ.* 450. *in fin. lib.* 5. Iaſ. *in l. ſi ita quis ſtipuletur, ff. de verb. obligat.*
† Et quando ponitur inter genus & ſpeciem, puta in ſtatuto lo- 7
quente, quod fiat compromiſſum inter coniunctos, ſeu conſortes, ſtat declaratiue, videlicet coniunctos, id eſt, qui ſint de eadem conſortoria, & parentela, ita Alex. *conſ.* 125. *Viſo proceſſu, in princ. lib.* 7.
† Contrarium, quod imo, quando diſiuncta ponitur inter duo, 8
quorum alterum poteſt conſiderari, vt genus comprehendens ſub ſe alterum, tanquam ſpeciem, & poteſt etiam conſiderari tanquam ſpecies diſtincta, & ſeparata, non tanquam genus conſideratur, ſed tanquam ſpecies ſeparata, ita Bart. *in l. pediculis, ff. de aur. &*
argent. in §. *argento*, & eſt communis * opinio, vt per Curt. Iun. *conſ.* 5. *
num. 2. † Declara; quia ſi copula cum dictione, *ſeu, prout, & ſeu*, vel 9
etiam ſimplex dictio, *ſeu*, ponitur inter ea, quæ ſunt diuerſa, ſtat augmentatiue, vt ſupra in principio; ſi vero ponitur inter ea, quæ non ſunt diuerſa, ponitur declaratiue pro, *id eſt*, gloſſ. *in l. decernimus, C. de Epiſcop. audien.* Deci. *in cap.* 2. *numer.* 2. *de reſcript.* Alexand. *conſil.* 22. *colum.* 2. *lib.* 1. † Extende idem in copula, *etiam*, ſupra Dictio, 10
&, copulat, & quando non. *Concluſ.* 274. *num.* 58. *& ſeq.* † Amplia; 11
quia, *ſeu*, hæc dictio eſt augmentatiua, vt ſi legatum fiat de veſtibus, & ornamentis, ſeu quæ eius cauſa parata ſunt, vtroque caſu debentur, quia, *ſeu*, auget, *l. ſi quis ita, ff. de auro, & argent. lega.* Calder. *conſ.* 548. *in fin.* alias 4. *de verb. ſignif.* Bald. *conſ.* 442. *Verba ita dicunt, num.* 2. *ver. item illa dictio, lib.* 1. plene Crauett. *conſ.* 105. *num.* 6. vbi, quod is, qui vendidit cameram, ſeu angulare, dicitur vendidiſſe vtrunque, quia vel auget, vel copulat, & ne verba ſint ſuperflua, & quod augeat, Abb. *in c. inter cæteras, de reſcript.* vbi Felin. & alii apoſtil. ad *conſ. Roman. conſil.* 179. *num.* 7. *in ver. regulariter, ver. nonnunquam vero*, quæ dat concord. † Declara, quia dictio, *ſeu*, poſita in diſpoſi- 12
tione fauorabili, prout beneficium principis, indulgentia conceſſa pro ſalute animæ, tunc ſtat augmentatiue, & ampliatiue. Roman. *conſil.* 363. *Petitur à me, num.* 2. *ver. ſecundo demonſtratur*, vbi plena apoſtilla *in ver. ampliationem*, citat plurimos concord. & idem Roman. *conſil.* 179. *Ampliſſime, num.* 7. vbi apoſtilla *in ver. regulariter, ver. nonnunquam*, vbi dat alios concord. Alexand. plenius *conſil.* 193. *Ex themate præmiſſo, num.* 3. *in fin. & num.* 4. *ver. venio ad ſecundum. lib.* 2. vbi plena apoſtilla *in ver. augmentatiue*, dat plurimos concord. † Ex- 13
tende, quia in tantum auget, quod ſi legetur alicui, Digeſtum vetus, vel Infortiatum, vtrunque debetur. Cremen. *Singul.* 56. *Lego Digeſtum*, ſequitur apoſtilla ad Roman. *d. conſil.* 363. *in ver. annum. in fin.*
† Et procedit declaratio in materia legati, quæ eſt fauorabilis, ſed 14
multo magis in donatione, & beneficio principis, quia latior in eis fit interpretatio, quia magis fauorabilis materia eſt. Alexand. *dict. conſil.* 193. *numer.* 3. *& 4. ver. venio ad ſecundum, libr.* 2. vbi apoſtilla *in ver. augmentatiue.* † Declarat ipſa apoſtilla ad Alexand. *dict. conſil.* 15
193. *numer.* 4. *lib.* 2. *in ver. augmentatiue*, vt procedat, quando res alternatæ legatæ, ſeu diſiunctiuæ, ſunt annexæ, alias ſecus, allegat Baldum *in c. inter cæteras, colum.* 2. *de reſcript.* † Declara, vt ampliatiue 16
ponatur, quando ponitur inter diuerſa, ſecus ſi ponatur inter ea, quorum vnum venit ad poſitionem alterius, quia ponitur reſtrictiue, vel declaratiue. Bald. *conſil.* 218. *Statuto Ciuitatis, numer.* 3. *ver. nam ſi illa dictio, lib.* 2. † Si vero poteſt poni vtroque mo- 17
do, exponitur augmentatiue. Bald. *d. conſil.* 218. *numer.* 3. *ver. ſi autem poſſit, lib.* 2. † Imo quod ſtet augmentatiue, puta ſi teſtator inſti- 18
tuat filios, & ſubſtituat omnes de familia ſua, ſeu agnatione, cenſetur vocare colonnellos ſuæ familiæ, & augere etiam, vt poſtea omnes agnati vocantur. Decian. *conſil.* 86. *num.* 28. *lib.* 3. † Amplia, 19
quia etiam coniungit, vel diſiungit de ſui natura, licet non ſemper, quia aliquando exponit, & declarat. Caſtrenſ. *dict. conſil.* 379. *Primo videndum, colum.* 2. *ver. tertio dico, libr.* 1. & quod ſtet pro co-

20 pula est, sed improprie. Roman. *consil. 65. in fin.* † Et quod hæc dictio, *seu*, licet verba disiungat; tamen coniungat sensum. Socin. Iun. *in l. Centurio, num. 174. ver. ad secundum, ff. de vulgar. & pupill.* Curt. Iun. *consil. 145. num. 12.* plenissima apostill. ad Roman. *consil. 179. num. 7.*

21 *in ver. regulariter, ver. quandoque*, vbi infinitos citat. † Declara, vt pulchre lasc. *in l. si ita quis stipuletur, num. 3. & 4. ff. de verb. oblig.* quia disiungit quoad verba, & sensum, quando sunt res diuersæ; si vero eadem res, vel persona habet plura nomina, disiungit verba, & coniungit sensum, & idem tenet & declarat Curt. Iun. *consil. 145. num. 12.*

22 † Aliquando neque coniungit, neque disiungit, sed ordinem si-
23 gnificat. Ægid. Bellam. *d. consil. 39. num. 8. ver. modo si.* & ita etiam apostil. ad Rom. *consil. 179. num. 7. ver. regulariter, ver. scias etiam.* † Si vero dictio, *seu*, non simpliciter ponitur de se, sed cum copula, prout si dicatur, *post mortem Titii testator vocauit maiorem natu ex Constantia, & seu ex filiis Constantiæ*; tunc vtraque dictio retinet naturam suam, videlicet, copula coniungit, & *seu* disiungit, vt sit sensus, quod si extabit primogenitus Constantiæ ipse sit vocatus, sin minus primogenitus ex eiusdem Constantiæ filiis, ita Gabriel. *consil. 130.*

24 *num. 6. & seq. lib. 2.* † Amplia; quia correctiue stat aliquando apostil. ad Roman. *consil. 179. num. 7. ver. regulariter, ver. quandoque vero*, vbi

25 dat concord. ad hoc plures. † Amplia; quia conditionem etiam aliquando facit. d. apostill. ad Roman. *consil. 179. ver. regulariter, ver.*

26 *interdum autem.* † Amplia; quia quod dicitur de dictione, *seu*, idem est de dictione, *siue*, apostil. ad Roman. *d. consil. 179. in ver. regulariter,*

27 *circa fin. ver. præterea aduerte.* † Et earum natura est, vt inter duas particulas ponantur. apostil. prædicta ad Roman. *consil. 179. ver. Regula-*

28 *riter, in fin.* † Et quod variam habeat naturam dictio, *seu*, ideo hermaphrodito comparetur, dicit Abb. *c. inter cætera, de rescript.* quem citat cum aliis d. apostilla ad Roman. *consil. 179. num. 7. in ver. regulariter, circa fin. ver. Illud quoque*, quod etiam dixit Bellam. *consil. 39.*

29 *num. 7. &* 8. † Regulam aliam facias; quia proprie dicitur dictio alternatiua; quia de sui natura hoc importat. Crauet. *consil. 967. num. 3. cum seq.* & plene Ægid. Bellam. *consil. 39. nu. 6. 7. &* 8. vbi late, quod licet quandoque ampliet, vel coniungat secundum propriam naturam, importat alternatiuam, & hanc esse regulam dicit Roman. *consil. 179. Amplissime Doctor, num. 7.* vbi plenissima apostilla *in*

30 *ver. regulariter*, citat infinitos. † Declara tamen; quia alternatiua, *seu*, consistit ampliando, Gabriel. *consil. 118. numer. 3. & 4. lib. 2.* vbi, quod idem in dictione, *aut*, secus in dictione, *vel*, quæ nunquam auget, sed simpliciter alternat, dat exemplum de vino legato,

31 quod est domi, seu in portu; quia vtrumque venit; secus si dicat domi, vel in portu; quia alterum tantum venit. † Alio modo declarat Ægid. Bellam. *consil. 39. num. 7. &* 8. vt de sui natura sit alternatiua, sed quod auget, & copulat, secundum naturam materiæ, de qua tractatur; & tunc sensum coniungit, licet verba disiungat, & ita intelligendum Cyn. & alios, qui dixerunt non esse simi-

32 plicem disiunctiuam. † Improprie tamen aliquando copulat, idem Crauet. *consil. 967. num. 3. & seq.* vt *in l. si quis ita, ff. de aur. & ar-*

33 *gent. leg.* Ægid. Bellam. *consil. 39. num. 31.* † Imo Castr. *consil. 234. In causa appellationis, colum. 3. num. 2. ver. & dictio, seu, lib. 2.* dicit, quod potius stat coniunctiue, quam disiunctiue, vbi apostil citat Alexand.

☞ *consil. 22. colum. 2. & consil. 80. colum. 2. lib. 1.* Vide, Dictio, *siue*, quid importet. *Concl. 378.* Vide, *Dictiones alternatiuæ quæ sint. Concl. 244.*

Dictio, *si*, quid importet. Concluſ. 373.

1 SI, importat † idem, quod, *quando*; ideo testator instituens ventrem vxoris, si esset prægnans, & pariat vnum, vel plures filios, censetur instituisse omnes filios natos in vna, & pluribus vicibus post testamentum, ac si dixisset, *instituo ventrem, quando erit prægnans.* Bald. *consil. 233. proponitur, quod dictus circa med. ver. & dictio si, libr. 5.*

2 † Conditionem importat dictio, *si*, non autem importat modum, prout è contra dictio, *vt*, importat modum, & non conditionem. Bald. *consil. 150. Proponitur, quod, num. 7. ver. restat modo quærere, libr. 5.*

☞ Vide, *Conditio ex quibus inducatur. Conclusio. 573.* † Declara; quia li-
3 cet dictio, *si*, importet conditionem; tamen quando apponitur termino de præterito, exponitur pro, *quamuis*, ad inducendam concordiam in dicto testium, ita Bolognin. *ad consil. Ioan. de Anan. 55.*

4 *num. 8. ver. Nec habet aduerſari.* † Aliquando ponitur pro, *quia*, quando ponitur supet re certa. Alex. *consil. 212. Ponderatis, num. 32. ver. & li-*

5 *cet adiectio*, si; *lib. 6.* † Importat quandoque causam, & ponitur, *si* pro *quia*. Alex. *in l. qui Romæ, §. Augenius, num. 2. ver. in textu, ibi*, si *ff. de verb. oblig.*

Dictio, *sicut*, quid importet. Concl. 374.

1 DIC TIO, † *sicut*, importat similitudinem; & ideo legatum vsusfructus vxori factum, sicut habebat viuente testatore, resoluitur in alimenta propter dictionem, quæ importat similitudinem Angel. *consil. 338. Simon de Regio. num. 3. ver. hoc præmisso, per totum*, Ant. de Butr. *consil. 19. num. 4. ver. item verba hæc.* † Et idem in dictio- 2
ne, *velut*. Ant. de Butr. *d. consil. 19. num. 4 ver. item verba hæc.* † Extende; 3
quia importat aliquando omnimodam similitudinem, & identitatem, aliquando similitudinem non omnimodam, & quando cognoscatur, vide plene Roman. *consil. 328. num. 7. & seq.* vbi apostil. & ponit multa exempla, quæ videas, primum exemplum est, quando præcedit oratio continens illud idem, prout si dicitur, *talis sit Canonicus, & sicut Canonicus tractetur.* † Si talis oratio non præce- 4
dit; & tunc si præcedit oratio alia per modum regulæ generalis; postea sequuntur alia particularia sub illa generalitate comprehensa iuncta dictione, *sicut*, & stat exemplificatiue. Roman. *d. consil. 328. num. 7. colum. 3. in fin. ver. aut prædicta oratio.* † Amplia; quia 5
importat relationem, & limitat secundum relatum totam dispositionem. Angel. *consil. 338. num. 4. ver. pro hoc facit.* † Contrarium, quan- 6
do apponitur in dispositione de sui natura ordinata ad aliquid concedendum; quia semper causam designat; & ponitur, pro, *quia*, si dispositio est certa, prout si Papa concedit castrum, vel aliud feudum, & addat, *sicut tui maiores habere consueuerunt.* Boss. *in tit. de Principe, & priuileg. eius, num. 351.* Alexand. plene *consil. 345. Quoniam abunde, num. 4. circa tertium, lib. 2.* vbi apostil. *in ver. sicut.* † De- 7
clara; quia dictio, *sicut*, in confirmatione facta in forma communi importat conditionem; si vero confirmatio est certa, & ex certa scientia, importat causam. Roman. *consil. 328. num. 7.* vbi apostil. *in ver. sicut.* † Amplia; quia dictio, *sicut*, quandoque refertur ad 8
demonstrationem, quandoque ad modum modi, quandoque ad causam finalem, quandoque ad impulsiuam, & quandoque ad conditionem, & quandoque restringit, quandoque non, secundum relationem; nam quando refertur ad causam finalem, vel ad conditionem, restringit, aliis casibus non restringit, si fauor non patitur, Bald. *consil. 209. Illa verba, circa princ. ver. & hic considero, lib. 3. & per totum.* † Extende; quia quandoque refertur ad substantiam 9
dispositionis, quandoque ad certam qualitatem, veluti si maritus leget vsumfructum omnium bonorum vxori subiungens etiam ad se alimentandum, sicut faciebat viuente viro, an referatur ad substantiam totius legati, ita vt alimenta solum habeat, prout viuente marito, an potius ad qualitatem, videlicet sua auctoritate prout viuente marito, facienda est interpretatio ex præsumpta mente, & charitate testatoris, vt si hæres sit extraneus, habeat totum vsumfructum, si frater, vel soror, secus. Bald. *consil. 209. numer. 5. ver. Sed cogito, lib. 3.* † Declara, quia dictio, *sicut*, referri debet 10
solum ad id, quod salua ratione recti sermonis potest referri. Bald. *d. consil. 209. post med. ver. Casus est dubius, lib. 3.* † Amplia, quia impor- 11
tat causam, & stat causatiue, non conditionaliter, si ponitur in priuilegio vel contractu concedente aliquid. Roman. *consil. 328. numer. 7. & ver. aliquando vero.* & idem affirmat Alexand. *consil. 16. In causa, & lite, num. 28. lib. 5.* † Declara, quia in priuilegio stat causatiue, 12
videlicet, quia sic est, in rescripto vero stat conditionaliter, nisi adsit clausula, *ex certa scientia*, vel *de plenitudine*, quia tunc stat etiam causatiue, prout in priuilegio. Alexand. *d. consil. 16. num. 28. lib. 5.*

☞ Vide plenius, Dictiones, *prout, sicut, secundum, quemadmodum*, & si- ☞
miles quid importent. *Conclusio. 347.* † Limita, quia non omni- 13
no importat similitudinem, quando loquitur inter habentes diuersam potestatem, quia si dicatur, quod Episcopus possit vnire beneficia, sicut Papa, *in cap. sicut de excess. prælat.* non tamen omnino æquabitur Papæ in hoc, quia licet Papa vniat solus, & Episcopus de consensu Capituli, non propterea acquirit, quod sine Capitulo faciat. † Idem, si dicatur, quod Episcopus habeat 14
vocem in Capitulo, sicut Canonicus, *c. cum in Ecclesia, de præben. in 6.* † Idem si habenti Canonicatum datur alia præbenda, sicut aliæ 15
præbendæ importat similitudinem quoad fructus; quia esset prohibitum de iure, quod omnimoda esset similitudo. Roman. *d. consil. 328. num. 7. & seq. colum. 3. in fin. ver. aliquando hæc oratio, & per totum.* † Extende in casu conuerso, quia si iudex mercantiæ non habet 16
iurisdictionem, nisi simul cum consulibus artis, & loco eius detur alius iudex habens à se solo iurisdictionem, licet dicatur, quod procedat, sicut iudex mercantiæ, non tamen intelligitur quoad hoc, vt assumat consules, sed quo ad alia, quia non congruit naturæ secundi officialis, Gemin. *consil. 73. num. 9. ver. Nec obstat, si dicatur, vsque in fin.*

Dictiones similitudinem importantes quæ sint. Conclusio 375.

DIC TIO † *velut*, stat, pro *quasi*, & importat similitudinem. Calder. *consil. 496. alias 5. de hæred. circa fin.* & exponitur pro *quasi*. 1

Calder.

Calder. *conſ.*553. alias 8. *de verb. ſignif.* Dyn. *conſ.*41. *num.*3. *ver. cum ergo*, vbi, quod dictio, *quaſi*, importat ſimilitudinem. † Declara tamen; quia dictio, *velut*, etiam eſt expreſſiua veritatis. Franc. *in cap. cum contumacia*, *in ſecundo not. de hæret. in* 6. † *Prout*, importat omnimodam ſimilitudinem. Gemin. *conſil.* 29. *in princip.* & nedum in ſubſtantia, ſed etiam in qualitate. Signorol. *conſil.*22. *num.* 12. *in fin.* & *num.*13. Vide, Dictiones, *prout*, *ſicut*, *ſecundum*, & ſimiles, quid importent. *Concluſ.*347. † *Sicut*, eſt dictio ſimilitudinem importans, vide concluſionem proximam præced. † *Quaſi*, importat ſimilitudinem. Dyn. *conſ.*41. *quæſtio talis eſt*, *continetur*, *num.*3. *ver. item cum dictio.* † *Alius*, *alia*, *aliud*, importat de ſimili. Vide, Dictio, *alius*, *alia*, *aliud*, ſimilitudinem importat. *Concluſ.*245. † *Similiter*, hæc dictio importat ſimilitudinem facti, & modi; item ſignificat æqualitatem, & identitatem. Socin. *conſ.*281. *In cauſa Bernardi*, *lib.*2. *num.*3. † Et quod importet æqualitatem, eſt text. cum gloſſ. *in l. non omnes*, *in princip. ff. de re milit.* plene Alberic. *in Dictionario*, *ver. ſimiliter*, id eſt, *æqualiter*; aliquando importat, *nominatim*; item importat idem, quod dictio, *ſicut*, vel, *vt in præcedenti*, *l.*1. §. *ſed & ſi quis*, *C. de Lati. liber. tollen.* vbi gloſſ. *in ver. ſimiliter.* † Vide Dec. *conſ.*646. *In caſu propoſito*, vbi, quod dictio, cum copula, *& ſimiliter*, *&c.* importat ſimilitudinem ad præcedentia, prout eſt text. *in l. Clemens patronus*, *in princip. ff. de hæred. inſtit.* & dicit, quod importat, ſicut in ſuperiori caſu repetitionem quoad aliqua, non quoad omnia. † Imo in tantum ſimilitudinem importat, vt licet differens ſit vſus habitationis, & habitatio; ſi tamen teſtator legat Titio vſum habitationis, & Seio ſimiliter legat habitationem, dictio, *ſimiliter*, reſtringit habitationem ad vſum habitationis. Socin. *conſ.*281. *num.*3. *lib.*2. *Tanquam*, † importat omnimodam ſimilitudinem, niſi ratio diuerſitatis obſtet; ideo ſtatutum mandans, quod ſcriptura priuata habeatur tanquam publicum inſtrumentum, exequutionem habebit, & omnia priuilegia, quæ habet publicum inſtrumentum. Socin. *conſil.* 240. *num.*2. *lib.* 2. † *Perinde ac ſi*, eſt dictio ſimilitudinis. Socin. *d. conſ.*240. *num.*2. *lib.*2. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum*, *in ver. perinde*, vbi apoſtil. in eod. *ver. perinde.* † Declara; quia iſtæ dictiones, *perinde*, & aliæ importantes ſimilitudinem debent importare omnem ſimilitudinem, & ſic per omnia, niſi induceretur contrarietas; quia tunc ad euitandam contrarietatem ſimilitudo non fit quoad omnia. Bart. *in extrauag. ad reprimendum*, *in ver. perinde.* † *Vt*, adiecta verbo, *ſint*, denotat omnimodam ſimilitudinem; ideo ſtatutum dicens, quod ſcriptura priuata ſit, vt publicum inſtrumentum, per ſimilitudinem habebit omnes effectus publici inſtrumenti. Socin. *d. conſ.*240. *num.* 2. *lib.*2. Vide, *A Equiparatorum idem eſt iudicium*, *& qualiter procedat. Concl.*380.

Dictio, *ſimul*, & aliæ dictiones congregatiuæ, quæ ſint. Concl.376.

1 VNA, hæc † actio eſt congregatiua, & importat idem, quod, *ſimul*; ideo ſi quis inſtituat fratrem hæredem, cum hoc, quod bona ſua debeat communicare vna cum fratribus ſuis, importat ſimultaneam communicationem, vt ipſe fratribus, & fratres ſibi communicent. Bartol. plene *conſ.*4. *Factum tale*, *num.*3. *in fin. cum ſeq. ver. circa ſecundum*, *lib.* 1. vbi apoſtilla *in ver. vna.* & *in ver. ſimul.* dat
2 concord. † Extende; quia ſi quis inſtituat ſibi hæredem Titium, vna cum filiis ſuis, omnes ſunt hæredes; quia illa dictio, *vna*, ſimultaneitatem inducit, & perinde, ac ſi diceret, *ſimul.* Bart. *d. conſ.*4. *numer.*4. *lib.*1. *ver. Nam ſi dico.*

Dictio, *ſine*, quid importet. Concl.377.

1 DICTIO, *ſine filiis*, importat conditionem. Bald. *conſ.*264. *Statuto cauetur*, *num.*3. *ver. Nam hæc dictio*, *lib.*1.

Dictio, *ſiue*, quid importet. Concluſ.378.

1 SIVE, hæc † dictio ex mente proferentis poteſt importare coniunctionem; item diſiunctionem, ſiue diſgregationem, & quãdoque expoſitionem, prout aliæ coniunctiones. Bald. *conſ.*229. *Primum dubium*, *num.* 2. *ver. ſecundum punctum*, *lib.*1. † Aliquando dictiones, *ſiue*, vel *ſeu*, diſiungunt verba, ſed non ſenſum, maxime ad euitandum abſurdum. Caſtr. *conſ.*318. *Viſo*, *& examinato*, *num.*4. *lib.*1.
3 † Proprie autem importat diſiunctiuam, ſeu alternatiuam. Imol. *conſ.*44. *num.*3. vbi declarat, quod ſolum importat coniunctionem duobus caſibus, quando conſtat de mente proferentis, & in legatis fauore legatorum ampliandorum, in cæteris de ſui natura im-
4 portat alternatiuam. † Ampliat expreſſa; ſecus autem quoad non expreſſa, apoſtilla ad Roman. *conſ.*164. *numer.*8. *in ver. inducere*, vbi, quod non reſtringit, dicit Roman. † Argumentum à contrario ſenſu, nedum non impedit, ſed imo inducit, apoſtilla prædicta ad Roman. *conſ.*194. *num.*8. *in ver. inducere.* † Stat expoſitiue pro, *id eſt*, quando ponitur inter genus & ſpeciem. Bart. *conſ.* 41. *Statuto ciuitatis*, *num.*3. *ver. & quod ponatur*, *lib.*2. vbi apoſtil. *in ver. præcedit genus*, dat concord. Vide, Dictio, *ſeu*, quid importet. *Concluſ.*372. vbi plenius.

Dictio, *ſolummodo*, quid importet. Concluſ.379.

DICTIO, † *ſolummodo*, adiecta poteſtati aliquid faciendi, ſolummodo in certas perſonas, veluti relinquendi bona ſolummodo illis de familia, eſt excluſiua aliorum, qui non ſunt de familia. Bald. *conſ.*331. *In quæſtione*, *quæ vertitur*, *num.*2. *lib.*3. vbi dicit, quod hoc ſciunt magiſtri Grammaticæ.

Dictio, *ſub*, quid importet. Concluſ.380.

SVB, habet † multos ſignificatus; quia importat ſubiectionem, quandoque habet ſignificatus diuerſos, de quibus plene Corn. *conſ.*187. *In conſultatione*, *num.*14. *lib.*4. vbi ponit ſequentes videlicet.
† Coram, poſt, in, comprehenſiue, ante, ſub tempore venditionis, videlicet, per duos dies, ante comminatur veluti ſub pœna, ſub cœlo, id eſt, ſubtus, & alios ſimiles ſignificatus, quos vide per Cor. *d. conſ.*187. *num.*14. *lib.*4.

Dictio, *ſubſequenter*, quid importet. Concl.381.

SVBSEQVENTER † importat immediate, & incontinenti. Bald. *conſ.*105. *in princ. ver. Nam dictio*, *lib.*1. quod duplicatur *libr.*5. *conſ.*379.

Dictio, *ſui*, & *ſuos*, quid importet. Concl.382.

INSTITVENS † fratrem, & ſuos, cenſetur inſtituiſſe fratrem pro dimidia, & filios eius natos pro alia dimidia. Deci. *conſil.*242. *Proponitur*, *quod*, *in princ.* vbi exponit illam dictionem, *& ſuos*, maxime *num.*3. *ver. Nam licet ſui.* vbi, quod pluribus modis exponitur illa dictio, *& ſui*, ſecundum Alexand. *conſ.*26. *Ponderatis iis*, *ver. Nec prædictis obſtat*, *lib.*5. tamen in illo caſu ſumitur pro filiis. † Et *num.* 4.
2 idem Deci. *d. conſ.* 252. admittit, quod etiam importet liberos, & *num.*5. dicit, quod importat filios, vel liberos in inſtitutione. Vide, *Meum qualiter eſſe dicatur. Concluſ.* 225. Vide, Nomina poſſeſſiua, *meum*, *tuum*, *& ſuum*, quid importent. *Concl.*59. Vide, *Suus*, *ſua*, *ſuum*, quid importet. *Concl.*924.

Dictio, *ſuper*, quid importet. Concl.383.

SVPER, hæc † dictio appoſita alicui ſolutioni, vel debito ſuper certo corpore, operatur, quod illud corpus dicitur hypothecatum. Bald. *conſ.*182. *Caſus talis eſt*, *num.*2. *lib.*5. vbi loquitur in donatione Regis Cypri, certæ annuæ ſummæ ſuper tinctoria Famaguſtæ. † Extende idem in donatione cauſa mortis, vt fuit reſolutum
2 in cauſa Romana donationis ſcut. 5000. pro Illuſt. D. Magdalena Vrſina, contra Illuſt. D. Portiam de Cære Cæſiam, ſuper ſtatu donantis coram R. P. D. Aldobrandino, Auditore Rotæ. † Extende
3 in mutuo, & alio contractu celebrato, vt ſi dico, *me mutuare tibi decem ſuper tali libro*, liber eſt hypothecatus. Neguſa. *in tract. de pignor.* 1. *membro* 3. *partu principali*, *num.*5. † Extende in legato facto ſu-
4 per tali re; quia inducit ſpecialem hypothecam illius rei. Iaſ. *in authent. Sacramenta puberum*, *C. ſi aduerſus vendit. num.* 26. † Et maxime
5 in legato alimentorum ſuper tali re importat hypothecam, & quod illa res non poteſt alienari. Vide, *Alimenta habent multa priuilegia. Concluſio.* 286. *num.*32. *& num.*37. *cum ſeq.* † Extende in pen-
6 ſione aſſignata ſuper fructibus certi beneficii; quia fructus beneficii ſunt hypothecati. Roman. *conſ.*388. *in princ.* qui hoc dicit procedere, quando penſio eſt pro alimentis, alias ſecus, & dicit * omnes ita tenere. Vide, *Alimenta habent multa ſpecialia*, *& priuilegia. Concluſ.*286. † Contrarium, quod procedat ſimpliciter, ſiue pro
7 alimentis, ſiue non, plene Rebuff. *de conſtit. reddit. gloſſ.*14. *num.*38. Corn. *conſil.*292. *lib.*1. † Declara; quia dictio, *ſuper*, importat hy-
8 pothecam, ſi agatur contra debitorem; ſecus ſi contra tertium poſſeſſorem, ita apoſtil. *in proœm. decretal. ad Io. Andr. ver. & ſuper.* allegat Bald. *in l.* 1. *C. communia de legat.* † Contrarium, quod imo
9 contra tertium poſſeſſorem competat. Ripa *in l.* 1. §. *hæres*, *num.*14.
10 *ff. ad Trebellia.* † Extende; quia mutuans ſuper tali prædio, vel

alia re, dicitur habere hypothecatum prædium, & rem super qua
11 fecit mutuum. Franc. Cremen. *singul.* 45. vbi apostil. dat concord. plenius Roman. & ibi apostill. *singul.* 631. *cum dico, præsta mihi.* † Restringe in statuto odioso, & correctorio iuris communis; quia sufficit, quod aliquid operetur; ideo constitutio, seu statutum Senarum, quod communitas negligens capere malefactorem incurrat tantam pœnam, quam tamen possit recuperare super bonis delinquentis fratrum, & filiorum eiusdem; quia non habet communitas hypothecata bona ex illa dictione, *super*. Roman. plene
12 *cons.* 508. *Præsens consultatio per totum.* † Amplia, quia, *super*, hæc dictio aliquando importat idem, quod, *præter*, apostil. ad Io. Andr. *in præm. decretal.* vbi quod aliquando importat accessorie, & allegat
☞ iura, quæ videas. Vide, *Pensionarius an habeat fructus beneficii hypothecatos. Concl.* 264.

Dictio, *supra*, quid importet. Concluſ. 384.

1 SVPRA, hæc † dictio, *vt supra*, refert omnia, de quibus supra est
☞ facta mentio, & sic omnia præcedentia. Crauett. *consil.* 88. *num.* 3. Vide, *Dictiones repetitiuæ, & earum natura. Conclusio.* 363. *num.* 2. *& seq.*
2 † Et proinde ac si expressa essent nominatim omnia supra disposita; & est dictio vniuersalis, & repetit omnes qualitates, & omnia, de quibus in præcedentibus. Crauet. *cons.* 729. *num.* 10. *& seq.* De-
3 clara † tamen; quia dictio, *vt supra*, licet sit relatiua ad disposita in præcedentibus; non tamen tollitur, quin etiam, si de nouo disponatur aliqua re addita, valeat vt noua dispositio. Curt. Iun. *cons.* 43.
4 *num.* 11. *colum. pen. in fin. & col. fin. in princ. ver. Non obstat.* vbi late. † Extende; quia dictio, *vt supra*, si apponatur dispositioni certæ, & specificæ, & dicatur, *vt supra*, licet supra nihil dixerit specifice, sed in genere, & simpliciter, videtur inducere declarationem, vt quod supra non est specificatum, habeatur pro specificato, vt in loco, in quo dicit, *vt supra*, Alexand. *consil.* 52. *Circa hanc, numer.* 22. *& 23. lib.* 4. quod est Barbatiæ, vbi infert, quod si testator instituit masculis hæredibus, & fœminis dotatis, substituat filiis institutis decedentibus sine filiis simpliciter; quo casu in conditione veniunt fœminæ, & postea dicat, quod substituit filios masculos, vt supra, quod illud, *vt supra*, importet declarationem, quod intellexerit, si filii decesserint sine filiis, videlicet masculis, quasi Notarius omiserit id, quod testator ex mente dixit, & declarat per illa verba, *vt supra*; & quia ex sequentibus declarantur præcedentia, sequitur Crauet. *cons.* 231. *num.* 12. & concordat Alex. *cons.* 94. *lib.* 3. *in princip.* in simili, quod sequens contractus, & dispositio declaret præcedentem.
5 † Contrarium tenent Ludoui. Bologni. & alii, qui se subscripserunt *cons. Alex.* 53. *Inuocato, lib.* 4. maxime *num.* 25. vbi dicit non esse verum argumentum Barbatiæ, maxime quando bis testator dixit simpliciter, *si sine filiis decesserint*; quia deliberate magis, & cum ministerio omisit qualitatem masculorum, quæ non suppletur vllo
6 modo, licet ad alium finem de masculis fuerit loquutus. † Et dictio, *prout supra dictum est*, sunt verba limitatiua, & qualificatiua secundum id, ad quod referuntur. Alexan. *cons.* 23. *Consideratis, num.* 5.
☞ *ver. prout dictum est supra, lib.* 7. Vide, Dictio, *vt supra*, quid importet, *Conclusio.* 404. Vide, Dictio, *prædictus*, vel *prædicta*, quid importet. *Concluſ.* 337.

Dictio, *tanquam*, quid importet. Concluſ. 385.

1 TANQVAM † importat improprietatem, & fictionem de sui natura. Socin. *consil.* 1. *In casu supra narrato, numer.* 4. *ver. Nec videtur*
2 *obstare. lib.* 1. † Declara, nisi illud improprium omnino sit æquiparatum; quia tunc vere dicitur, & proprie est tale. Socin. *d. cons.* 1. *num.*
☞ 10. *ver. quod paria sunt, lib.* 1. Vide, Dictio, *quasi*, quid importet. *Con-*
3 *cluſ.* 350. † Dictio, *tam*, & dictio *quam*, veluti si dicatur, *qui stuprum fecerit cum muliere, tam de ciuitate, quam de comitatu*; sunt aduerbiales, comparatiuæ, quæ debent determinare verbum, vel participium. Signorol. *cons.* 207. *In quæstione præsentibus alligata, num.* 4. *ver. verum, quia, vsque in fin.*

Dictiones, *tam, & quam*, quid importent. Concluſ. 386.

1 DICTIONES † sibi correspondentes, tam in tali casu, quam in tali, faciunt comparationem temporis expressi; ideo si statutum dicat, *quod debitor fugiens obliget fratres stantes ad eundem panem pro debitis, tam factis, quam faciendis*; intelligitur de factis ante fugam, & faciendis ante fugam, vt sit comparatio in tempore, licet, quoad intellectum temporis statuti possit intelligi de factis, & faciendis ante statutum, & in futurum, dummodo ante fugam fiant, vt tollatur absurdum. Cumañ. *consil.* 146. *Simoni, & Elias, num.* 2. *ver. hæc enim aduerbia.* † Restringunt dispositionem generalem; ideo so- 2
cietas contracta de omnibus quæsitis, & quærendis, tam ex arte, quam ex operibus restringitur ex illis dictionibus. Io. de Imol. *cons.* 53. *colum. fin. ver. in contrarium tamen facit.* † Extendunt aliquan- 3
do, vel tollunt dubitationem, quæ posset oriri, veluti si alicui concedatur priuilegium in omnibus, & per omnia, prout habet talis, & subiungitur, tam quoad iurisdictionem, quam quoad alia; quia non restringunt. Anton. de Butr. *cons.* 19. *num.* 4.

Dictio, *tamen*, quid importet. Concluſ. 387.

TAMEN, hæc † dictio est aduersatiua, ideo ponitur, seu appli- 1
catur aduersatiuæ dispositioni. Bald. *cons.* 195. *Laudare vos, num.* 11. *ver. secundo, ex natura, lib.* 2. † Restringit omnia præcedentia ex sui 2
natura Bald. *d. cons.* 195. *num.* 12. *ver. tertio etiam, lib.* 2.

Dictiones taxatiuæ quæ sint. Concluſ. 388.

DVMTAXAT, est † dictio taxatiua, quæ respicit sequentia, & 1
non antecedentia. Fulgos. *cons.* 22. *Visis quatuor, num.* 2. *ver. tertia.*
† Et omnes alios casus præter inclusos regulariter excludit. 2
Roman. *cons.* 512. *Quoad primum, num.* 2. vbi apostilla *in ver. dumtaxat*, dat concord. † *Non vltra, non amplius, solummodo, dumtaxat*, sunt di- 3
ctiones taxatiuæ, quæ in residuo exemptionem inducunt. Castr. *cons.* 339. *Quia exceptiones, num.* 2. *ver. hoc præmisso, lib.* 1. † Et dictio, 4
tantum, dicitur taxatiua, ita vt restringat ad expressa. Alexan. *consil.* 168. *Visis & ponderatis, numer.* 11. *ver. aliàs sequeretur, lib.* 7. allegat text. *in l. sed si tantum. ff. de pact.* † Et de dictione, *non vltra*, Alex. *cons.* 133. *co-* 5
lum. 2. *numer.* 3. *ver. Nec etiam, & cons.* 139. *lib.* 1. *in princ.* † Limita; quia 6
dictiones taxatiuæ si apponantur circa illud, quod est à iure taxatum, nihil operantur. Bald. *consil.* 351. *libr.* 5. *in fin.* vbi, si factum est compromissum cum hoc, quod arbitri possint pronunciare de iure tantum, nihil operatur; quia hoc inerat. † Et pariter non 7
excludit casus similes taxatiuæ, *l. ob æs. C. de præd. mino.* vbi gloss. & Doctor. Vide, *Taxatiua quid operetur, & eius effectus. Conclusio-* ☞
ne 23.

Dictio, *toties quoties*, quid importet. Concl. 389.

INFINITATEM † importat hæc dictio; ideo obligatus repræ- 1
sentare toties quoties, non liberatur præsentando bis. Alexand. *cons.* 145. *lib.* 2. communem * dicit Ias. *in l. duobus, §. si ei, qui, ff. de iure-* *
iur. omnino Gabriel. *tit. de criminal. Conclusio.* 15. Vide, Clausula, ☞
toties quoties, quid operetur. *Concluſ.* 353. Vide, Dictio, *quoties*, quid importet. *Concluſ.* 358. Vide, *Infinitas est vitanda. Conclusio.* 128. *num.* 5. *& seqq.*

Dictio, *tunc, & eo casu*, quid importet. Concl. 390.

DICTIONES, † *tunc, vel eo casu*, adiectæ dispositioni conditio- 1
nali denotant extremitatem temporis, vt primo conditio debeat esse, quam dispositio aliquid efficiat. Anchar. *cons.* 354. *Quidam Antonius, num.* 3. & plenius *cons.* 356. *num.* 5. late Roland. à Valle *consil.* 56. *numer.* 18. *& seq.* Deci. *consil.* 63. *Pro tenui, num.* 2. vbi apostil. dat concord. & dicit, quod non extenditur ad alium casum. Roman. *consil.* 131. *In primo dubio, ver. secundo istud, & consil.* 138. *Noua superuenit, ver. secunda, quia*, Castr. *cons.* 184. *num.* 2. *& cons.* 185. *num.* 2. *lib.* 2. Roma. *cons.* 204. *Pro discutienda, num.* 8. vbi apostilla *in ver. extremitatem*. citat infinitos, quos videas. Bart. *cons.* 16. *Vannuccius, num.* 4. *lib.* 2. vbi plena apostilla *in ver. ex dictione tunc.* vbi, quod inducit qualitatem de eo tempore, cuius extremitatem nunciat. Vide, *Fideicommissum non* ☞
habet locum, neque inducitur. Conclusio. 261. *num.* 16. † Et plus operatur 2
dictio, *tunc, & eo casu*, quam dictio, *tunc*; quia licet importet idem, quod, *eo casu*, tamen quando vtrumque ponitur, dicitur geminata dispositio. Roland. à Valle *cons.* 56. *num.* 20. *& seq. lib.* 3. Decian. *consil.* 2. *num.* 24. *& 25.* vbi plurimos allegat, *lib.* 2. † Declara; quia non 3
importat extremitatem temporis ad effectum facti, sed ad effectū iuris; exemplum, instituit testator hæredem suum extraneum, tunc si nascetur filia sola ex ventre prægnante suæ vxoris, cum primum potest sciri, quod sit filia sola etiam non nata, dicito, *tunc*, importat extremitatem temporis effectus iuris; quia hæreditas potest adiri delata ex vehementi opinione, ante quam vere sciatur, an sit delata, ita Anch. subtiliter *cons.* 354. *num.* 5. *& seq.* † Et quod deno- 4
tet extremitatem temporis, vt comprehendat omnes conditiones, si pluribus apponatur. Ægid. Bellam. *consil.* 39. *numer.* 3. *ver. dicit enim.* † Et quod denotet extremitatē temporis, tam primi, quam vltimi, 5
si pluribus adiiciatur. Ægid. Bellam. *d. cons.* 39. *n.* 10. *ver. præterea.* † Et 6

quod

quod denotet extremitatem temporis, & vltimi momenti. Rom.
7 *conſ.* 134. *num.* 6. vbi apoſt. *in ver. extremi.* † Amplia, quia dicta dictio, *tunc & eo caſu*, denotat extremitatem temporis, ita ſi adiiciatur conditioni mortis vnius, ſicuti etiam ſi adiiciatur morti plurium; quia debet verificari mors omnium ad hoc, vt ſit locus diſpoſitioni cum iſta dictione. Rom. plene *conſil.* 131. *Prima dubitatio, in princ.* vbi apoſtill. *in ver. tunc, & eo caſu*, dat plurimos concord. Ioannes de Anan. *conſ.* 66. *num.* 3. *col.* 3. *ver. ſed iis non obſtantibus*, & idem Roman. *conſ.* 138. *Noua ſuperuenit, col.* 1. *ver. ſecunda quia.* vbi loquitur
8 de dictione, *tunc & eo caſu*, vt denotet extremitatem. † Imo Roman. *conſ.* 204. *Prò diſcutienda, num.* 8. vbi plena apoſtill. *in ver. extremitatem dicit*; quod importat extremitatem temporis; dictio; *ex*
9 *tunc*, & *conſ.* 19. *num.* 2. & *conſ.* 56. *num.* 2. & *conſ.* 134. *num.* 6. † Extende; quia dictio, *tunc*, in tantum extremitatem temporis importat, vt aliud tempus non poſſit importare, & ſufficit, quod momento eodem conditio verificetur, licet non duret. Caſtrenſ. *conſ.* 184.
10 *num.* 2. & 185. *num.* 2. & *per totum, lib.* 2. † Amplia; quia dictio, *tunc, & eo caſu*, adiecta in ſubſtitutione vulgari, quæ ſine illis verbis contineret pupillarem, inducit nedum extremitatem, ſed etiam taxatiuam, vt pupillaris non comprehendatur in vulgari; quia ſicuti non comprehenditur, quando fit ſubſtitutio vulgaris tantum, ita ſi dictum eſſet, *ſubſtituit tunc & eo caſu vulgariter*; Deci. qui plura allegat ad hoc *conſ.* 314. *Superioribus diebus. colum.* 2. *verſ. ſecunda ratio. & conſ.* 331. *Viſis conſiliis*, vbi latius. Vide, *Subſtitutio vulgaris continet plures caſus, & quando extendatur, vel non. Concluſ.* 810.
11 *num.* 29. *& ſeq.* † Contrarium, quod imo dictio, *tunc & eo caſu*, licet requirat extremitatem temporis, non tamen excludit illud, quod venit ex natura ſubſtitutionis vulgaris, prout ſi adeſſet dictio, *tantum*, plene Caſſad. *deciſ.* 1. *de teſtam.* qui dicit, quod ita iudicauit Rota, & reſpondet ad omnia contraria. Socin. *conſil.* 106. *numer.* 11. 28. & 30. *lib.* 2. allegat Barbat. *conſ.* 21. *Præclarè dixit. libr.* 2.
12 † Et quod ſtet demonſtratiuè, & non reſtrictiue. Caſſad. vbi ſu-
13 pra. † Declara, quod tunc excludit, quando pro excluſione concurrit mens diſponentis, vt quia ſupereſſet perſona, quam veriſimiliter noluit excludere, prout mater, fratres, & alii ſimiles vt concludit idem Caſſad. ſaluando contraria *in d. deciſio.* 1. *de teſtam. in*
14 *fin.* † Et quod non excludat caſus ſimiles, ſi mens non repugnat diſponentis. Gozad. *conſil.* 64. *in fin.* Alciat. *lib.* 3. *de verbor. ſignificat. fol.* 68. vbi reprobat Deci. contrarium tenentem; contra quem etiam Rip. *in l.* 1. *num.* 169. *ff. de vulgar. & pupill.* Galian. *in d. l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum*, *num.* 14. *ff. de lib. & poſthum.* Caſſad. *d. deciſ.* 1. *de teſtam.* & ita videtur tenere Deci. *conſ.* 372. *& conſ.* 227. vbi admittit
15 extenſionem, non obſtante dictione, *tunc & eo caſu.* Barbat. *conſ.* 21. *ver. ſi dicatur, lib.* 2. vbi, quod ex mente fit extenſio. † Declara; quia non fit extenſio, quando fuit dictum, *tunc & eo caſu*, *& non aliter, nec alio modo*, vel ſi ſit dictum, *tunc & in caſu prædicto tantum*, vel quid ſimile, alias ſecus, ita Io. Dilect. *de arte teſtan. de ſubſtit. cautel.* 5. *numer.* 5. Caſſad. *d. deciſ.* 1. *de teſtan.* Fulgoſ. *conſil.* 46. *Andreas, in fin.* Iul. Clar. *in* §. *emphyteuſis, quæſtio.* 13. *num.* 5. *ver. item quæro.* vbi de clauſu-
16 la, *& non aliter, nec alio modo*, vt operetur. † Amplia; quia dictio, *tunc & eo caſu*, in ſubſtitutione vulgari cenſetur excludere omnes alios caſus non expreſſos, qui alias venirent in diſpoſitione. Anchar. *conſil.* 356. *Ex ſerie teſtamenti, num.* 5. *ver. tertio hoc probat.* ſequitur Deci. *conſil.* 63. Caſſad. *deciſ.* 1. *de teſtam. in fin.* vbi declarat Anchar.
17 *conſil.* 354. *lib.* 3. † Limita; quia dictio, *tunc*, importat idem, quod, *eo caſu*, ſecundum communem vſum Citramontanorum. Ægid. Bellam. *conſil.* 39. *numer.* 10. & ita Roland. à Vall. *conſil.* 70. *numer.* 16.
18 *lib.* 3. vbi, quod exponitur dictio, *tunc*, videlicet, *eo caſu.* † Extende, vt idem ſit, ſi dicatur, *ex tunc*; quia importat idem, quod, *eo caſu*, & extremitatem temporis importat. Ægid. Bellam. *dict. conſil.* 39. *num.*
19 10. *ver. nec obſtat.* † Imo proprie exponitur, *tunc*, videlicet, *eo caſu.* gloſſ. *in l. Gallus, in princ. in ver. tunc. ff. de liber. & poſthum.* Roland. à Valle *conſil.* 70. *num.* 15. & 16. *lib.* 3. & *conſil.* 56. *num.* 19. & *ſeq. eod. lib.* Quan-
20 doque † tamen diſpoſitio habet, *tunc, eo caſu*, vel *tunc, & eo caſu*, vt per Roman. *conſil.* 131. vbi apoſtil. *in ver. tunc & eo caſu*, dat plurimos
21 concord. † Et operatur, quod diſpoſitio non habet locum in alio caſu. Roland. à Vall. *d. conſ.* 70. *num.* 15. *lib.* 3. & plenius *conſ.* 56. *num.*
22 20. *lib.* 3. vbi plurimos allegat. † Declara, vt procedat, niſi conſtet de mente, vel caſus ſit ſimilis. Roland. *d. conſ.* 70. *num.* 50. & *ſeq. lib.* 3.
23 † Si tamen dicitur, *tunc & eo caſu*, magis præciſe diſponit, ne ad alium caſum extendatur. Roland. *d. conſ.* 56. *num.* 20. & *ſeq. lib.* 3. Tiber. Decian. *conſil.* 2. *num.* 25. *lib.* 2. plenius *conſ.* 3. *numer.* 45. & 46. *cum ſeq. eod. lib.* vbi reſpondet, quod declaratio procedit in claris, alias
24 ſecus. † Limita; quia quandoque dictio, *tunc*, licet importet extremitatem temporis; tamen etiam ſignificat primum tempus, quando dicitur, *ex nunc, prout ex tunc. Clemen. cum ei, de conceſſ. præben.*
25 Bellam. *conſ.* 39 *num.* 10. † Extende; quia denotat extremitatem

temporis, vt ſi conſtat de mente, quod facta certa notificatione, teneatur notificatus dare, tunc tempore notificationis res eſt clara; quod ſi non dat tunc, quia denotat extremitatem temporis, non ſatisfacit obligationi, ita Roman. *conſil.* 204. *num.* 8. vbi plena apoſtill. *in ver. extremitatem.* citat infinitos; qui hoc dicunt, quod importat extremitatem temporis, videlicet illo tempore extremo, prout idem Roman. *conſ.* 134. *num.* 6. vbi, quod denotat vltimum momentum. † Alio modo denotat extremitatem; videli- 26
cet, vltimum tempus, puta, poſt mortem omnium, prout in deuolutione emphyteuſis ad Eccleſiam, vel in ſubſtitutionibus, poſt mortem tunc ſuccedat, &c. quia eſt extremitas temporis non momentanea, & extinctiua ſui, ſed expectandum eſt implementum conditionis, & ſic poſt conditionem impletam importat extremi- 27
tatem temporis. Roman. *conſil.* 19. *num.* 2. & *conſil.* 131. *in princip.* † Et ſiue exponatur eo caſu, ſeu illo tempore, ſemper importat extremitatem temporis. Roland. à Valle *conſ.* 39. *num.* 15. & *ſeq. lib.* 4. Vide, Dictiones, *ex tunc, & ex nunc*, quid importent. *Concl.* 279. Vide, *Dictiones reſtrictiuæ quæ eſſe dicantur. Concluſ.* 364.

Dictio, *vbicumque*, quid importet. Concluſ. 391.

VBICVMQVE, hæc † dictio eſt vniuerſalis apta comprehen- 1
dere omnia loca vniuerſaliter. *c. ad honorem, de vſu pallii.* † Ex- 2
tende; quia text. *in l. vbicumque, ff. de interrog. actio.* quæ vult ſcribentem poſſe vbicumque compelli, recognoſcere manum ſuam, importat in omni tempore, & in omni cauſa, & ſiue parte inſtante, ſiue ex æquitate iudicis, & ſic importat ſine vlla diſtinctione. Roman. *conſ.* 373. *In caſu propoſito, in princ. num.* 2. & 3. vbi apoſtil. prima *in ver. quod ſic.* † Declarat Roman. *d. conſ.* 373. *num.* 3. quod in cauſa 3
ordinaria non poterit interrogari poſt concluſum in cauſa, ſed in cauſa ſummaria, ſicque reſtringitur in cauſa ordinaria ſecundum alias leges, nec inducit diſpenſationem, ſeu derogationem. † Li- 4
mita, quando profertur in materia, quæ per alia iura eſt reſtricta ad quædam loca; quia tunc hæc dictio importat ſolum illa loca reſtricta per alia iura, ita Gemin. *conſ.* 92. *num.* 2. *ver. Quia ad hoc reſpondetur.*

Dictio, *vel*, quid importet. Concl. 392.

VEL, importat † alternatiuam, quando ponitur inter paria al- 1
ternatiua. Vide, *Dictiones alternatiuæ quæ ſint. Concluſio.* 244. † Si
vero ponitur inter incompatibilia, non importat alternatiuam, ſeu electionem, ſed ordinem, prout in clauſula codicillari, quod valeat iure teſtamenti, vel codicillorum, importat, quod ſi poteſt valere iure teſtamenti, valeat ex ordine, ſi non poteſt; tunc iure codicillorum valeat, ita Caſtillio. *conſ.* 24. *num.* 52.

Dctio, *videlicet*, quid importet. Concl. 393.

VIDELICET hæc † dictio eſt declaratiua orationis præceden- 1
tis. Gemin. *conſ.* 25. *num.* 3. *in fin. ver. & hoc aperte, & num.* 4. Socin. *conſ.* 47. *In primo præſentis conſultationis, num.* 6. *in fin. ver. Sed ad hæc dicta, & num.* 7. *lib.* 1. † Item eſt reſtrictiua præcedentium de ſui natura. 2
Socin. *d. conſ.* 47. *num.* 7. *lib.* 1. *ver. Vnde not. eſt dictio videlicet.* Et † quod 3
ſit declaratiua, reſtrictiua, & modificatiua præcedentium. Angel. *conſ.* 354. *Per opportuna conſilia, in princ.* plene Maranta *in praxi in* 3. *parte, num.* 105. vbi plura allegat.

Dictio, *videtur*, quid importet. Concl. 394.

FICTIONEM † importat dictio, *videtur*, & ſic improprietatem, 1
l. naturaliter, in princ. ff. de acquir. poſſ. Roman. *conſ.* 224. *Iſta captura, in fin.* allegat multa iura, & in ſpecie Reg. *c. qui per alium facit, de regul. iur.* † Extende, vt idem ſit de verbo, *intelligatur*; quia eſt verbum fi- 2
ctum, vel præſumptum. Abb. *conſil.* 20. *col.* 2. *Nam verbum, lib.* 2. † Ve- 3
ritatem regulariter importat, quando pronunciatur à iure, *l. quid tamen*, §. *arbiter, ff. de arbitr.* Zabarell. *conſil.* 60. *num.* 5. *ver. tamen in propoſito*, vbi quod etiam in caſu ſtatuti habet locum diſpoſitio, quando eadem ratio militat. † Eſt verbum importans arbitrium boni 4
viri. Roman. *conſ.* 228. *Pro plena. num.* 11. *ver. cæterum*, vbi apoſtil. *in ver. boni viri*, quæ dat concord. Vide plenius, *Verba arbitrium boni viri importantia, quæ ſint. Concluſ.* 152. *la ſeconda, num.* 6. & *ſeq.* † Importat 5
etiam aliquando viſionem, quæ non habetur pro certa, & aliquando viſionem certam, Bart. *conſ.* 111. *Quæritur, num.* 5. *lib.* 1. Vide, *Videri, & viſum eſſe*, quomodo exponatur. *Concluſ.* 202.

Dictio, *vltra*, quid importet. Concl. 395.

1 DICTIO, † *vltra*, importat repetitionem, ſicut dictio, *hoc amplius*, Calder. *conſil.* 336. alias 7. *de teſtam.* Vide, Dictio, *citra*, &
2 *vltra*, quid importet. *Concl.* 251. † Reſtringe; quia dictio, *vltra*, non inducit repetitionem qualitatum præcedentium, quando in præcedentibus qualitates ſunt diuerſæ à ſequentibus. Angel. *conſ.*
3 294. *num.* 6. *ver. venio ad ſecundum, & in fin.* † Declara; quia poſſunt etiam importare non repetitionem, ſed excluſionem, prout dictio, *præter*: ideo ſunt verba æquiuoca, & propterea non important repetitionem, quando adſunt coniecturæ, quod noluerit teſtator
4 repetere. Cuman. *conſ.* 112. *Cuius quidam, per totum.* † Reſtringe, quando diſpoſitio eſſet nulla, ſi fieret repetitio. Angel. *d. conſ.* 294. *in fin.*
5 † Amplia; quia imo dictio, *vltra*, importat implicationem, vt ſi maritus vltra dotes aliquid leget vxori, cenſetur legare dotes, & legatum, quia dictio, *vltra*, implicat. Bald. *conſil.* 58. *Factum tale eſt, in princip. lib.* 4. plene Angel. *conſ.* 294. *Quoniam in vltimis num.* 5. plene Bartol. *in l. qui ita, ff. de dote prælег.* vbi, quod legans vltra dotes centum, cenſetur legare dotes. † Extende, vt idem ſit in dictioni-
6 7 bus, *præter dotes*, vel *ſuper dotes*. Bartol. *dict. l. qui ita ff. de dot. prælег.* † Declara; quia iſta dictio, *vltra*, & ſimiles implicant in materia fauo-
8 rabili; ſecus in materia odioſa. Angel. *dict. conſ.* 294. *num.* 5. † Amplia; quia dictio, *vltra*, importat modicum tempus; tamen in teſte interpretatur contra producentem; ideo probans aliquid factum iam 20. annis, & vltra, non probat concludenter probandum certo tempore ſupra 20. annos. Cardin. Zabarell. *conſ.* 107. *Petitur quædam, per tot.* & idem dicit Caſtr. *conſ.* 18. *numer.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 26. *num.* 3.
9 *eod. lib.* 1. Io. de Imol. *conſ.* 105. *n.* 4. Vide, Dictio, *circa*, quid importet. *Concl.* 249. † Extende; quia applicata quantitati importat vltra quantitatem, vt ſi condemnatur in mille, & vltra; ſed tamen non importat aliquid certum; ideo non releuat. Caſtr. *conſil.* 18. *Non*
10 *video, quod illa verba, lib.* 1. *in princ. & num.* 2. † Declara; quia ſi hæc dictio, *vltra*, profertur à lege, poteſt importare aliquid vltra, & ſic modicum; quia ſupereſt miniſter legis, qui poteſt arbitrari; ſi vero profertur ab homine, prout à teſte, vel iudice; quia nõ extat miniſter, nihil importat, ita declarat Caſtrenſ. *d. conſ.* 18. *num.* 2. *ver. item ſi*
11 *dicatur, lib.* 1. & plenius *conſ.* 26. *num.* 3. *eod. lib.* † Vide tamen apoſtillam ad *conſilium Caſtrenſ.* 18. *lib.* 1. *in ver. refertur*, quæ allegat Petr. de Anchar. *in c. litteræ, in* 6. *not. de dilatio.* dicentem, quod ſi conſtat de intentione proferentis, poteſt importare magnam quantitatem.
12 † Reſtringe ad inducendum concordiam eum partis aſſertione; nam ſi pars dicit, quod ſunt anni vndecim, teſtes vero dicũt, quod ſunt anni decem, & vltra, non ſunt contrarii. Caſtrenſ. *d. conſ.* 26. *numer.* 3. *vſque in fin. libr.* 1. Idem ſi plures teſtes deponunt, vnus de decem annis, alius de octo, & vltra, non concludunt de decem; quia dictio, *vltra*, nihil importat. Io. de Imol. *conſ.* 105. *num.* 4. *ver. item*
13 *non obſtat.* † Amplia; quia importat hæc dictio appoſita prohibitioni, vt includat vſque ad prohibitionem, vt eſt text. *in c. nonnulli, de reſcript. in princ.* vbi Papa prohibet aliquem trahi in iudicio vltra duas dietas, certe vſque ad duas dietas cenſetur permittere, idem *in cap. ſtatutum.* §. *cum vero, &* §. *cum autem*, vbi ad vnam dietam extra diœceſim reſtringitur, ſi ambo ſunt eiuſdem diœceſis, & ſic
14 vltra vnam non poteſt trahi. † Sic læſio prohibita vltra dimidiam permittit læſionem vſque ad dimidiam. Cagnol. *l.* 2. *num.* 5. *& ſeq. C. de reſcind. vendit.*

Dictio, *vnde*, quid importet. Concl. 396.

1 VNDE, hæc † dictio importat idem, quod, *ex qua cauſa*. Caſtr. *conſ.* 322. *Viſis actis, in princ. lib.* 1. vbi, quod cauſam intrinſecam importat.

Dictiones vniuerſales, & carum importantia. Concluſio 397.

1 OMNIA, hæc † dictio eſt vniuerſalis, & vniuerſale ſignum ſignificat. Angel. *conſ.* 331. *An in reſtitutione. col.* 2. *in fin. ver. verbum enim omnia.* videtur text. *in l. Iulianus. ff. de leg* 5. late Rom. *conſ.* 44. *Ex ſupra narrato. num.* 5. *in fin. ver. attendenda ergo*, vbi apoſtil. *in ver. omni caſu*, dat plurimos concord. pro vtraque parte, vide eam, & Iaſ. *in authent. præterea. C. vnde vir & vxor. num.* 15. vbi, quod eſt dictio vniuerſalis, & alios. Alexand. *conſ.* 195. *Perſpectis, num.* 3. & 4. *lib.* 5. Vi-
2 de, *Verba vniuerſalia omnia includunt, & quæ ſint. Concluſ.* 121. † Contrarium, quod imo ſit dictio generalis, non vniuerſalis. Vide, *Ver-*
3 *ba vniuerſalem dictionem importantia. Concluſ.* 120. † Declara; quia dictio, *omnis*, eſt dictio vniuerſalis, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, non autem de differentibus ſpecie. Bald. *in cap.*
quanto. colum. penult. de iud. quem extollit Iaſ. *in l. Imperium. num.* 12. *&* 4
13. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* † Contra declarationem eſt communis
* opinio, vt per Dec. *d. l. Imperium. num.* 27. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Vi- *
de † Bartol. *conſil.* 51. *Santuccia. numer.* 3. *libr.* 2. vbi quod dictio, *omnes*, eſt collectiua omnia comprehendens, & quod non refert, an 5
legatum ſit vniuerſale per ſeipſum, prout quando legatur grex, peculium, & ſimilia, an per dictionem, *omnes*, vbi in fin. dat vnam differentiam ſolam; quia legatum per dictionem, *omnes*, factum per verba denotantia tempus præſens, ſolum capit ea, quæ erant tempore teſtamenti; vniuerſale vero per ſeipſum etiam per verba de præſenti capit etiam, prout eſt tempore mortis; quia ſiue decreſcat, ſiue non, eſt idem. † Contrarium, quod imo legatum per di- 6
ctionem, *omnes*, ſit generale, aliud vniuerſale. Baldus *conſil.* 485. *Qui legat, in fin. lib.* 4. & Andr. de Mont. Vbian. inter conſilia Bartol. *conſ.* 52. *per totum. lib.* 2. † Et qui omne dicit, nihil excludit. *l. Iulianus, ff. de leg.* 3. & ſic cum totum comprehendat, complectitur ne- 7
ceſſario omnes partes. Ang. Aretin. *conſ.* 76. *in iis, num.* 24. *& ſeq.* Et quod † dictio, *omnis*, ſit tam vniuerſalis, quam integralis, & per 8
prius vniuerſalis; quia eſt collectiua plurium ſimul. Franc. Aret. *conſ.* 12. *In cauſa Nicolai, in fin. ver. tamen iſta dictio, omnis.* Alexand. *conſil.* 195. *Perſpectis. num.* 3. & 4. *ver. ponderanda ſunt illa verba. lib.* 6. vbi, quod tantum importat dicere, *pro te, & hæredibus tuis omnibus*, quam ſi dicatur, *hæredibus quibuſcunque.* † Declara; quia, *omnis*, eſt dictio 9
diſtributiua, quando profertur in ſingulari, quando vero in plurali profertur, eſt collectiua, & comprehendit ciuitates, & collegia, Bartol. *in extrauag. qui ſint rebelles. in ver. omnes.* † Et maxime, 10
quando ſunt geminatæ, quia dicitur, *omnia, & quæcunque.* Alexand. *conſil.* 118. *In caſu, num.* 5. *ver. nam illa verba, lib.* 5. Vide, Clauſula, *omnia, & ſingula*, quid operetur. *Concluſio.* 296. vbi, quod non patiuntur reſtrictionem, quando ſunt ſimul. Vide, Dictiones, *omnia & ſingula*, quid importent. *Concluſio.* 321. Vide, Dictiones, *omnimoda & omnimodo*, quid importent. *Concluſ.* 320. Vide, *Omne & totum*, in quibus differant. *Concluſ.* 117. † Amplia, quia dictio, *aliquis*, eſt vni- 11
uerſalis. Vide, Dictio, *aliquis, aliqua, aliquid*, quid importet. *Concluſio.* 243. † Amplia, quia dictio, *quomodocunque & qualitercunque*, 12
ſunt dictiones includentes omnem modum, & omnem qualitatem. Angel. *d. conſil.* 331. *colum.* 2. *in fin.* & ſunt ſigna vniuerſalia, quæ non patiuntur aliquam reſtrictionem. Alexand. *conſil.* 118. *In caſu, num.* 5. *ver. & tanto magis, lib.* 5. Vide, Dictio, *quomodocunque*, quid importet. *Concluſ.* 355. † Amplia, quia dictio, *omnes*, eſt dictio collecti- 13
ua, quæ prædicatur de pluribus, quam de duobus, *l. non diſtinguemus*, §. *ſi plures, ff. de arbitris.* quia propria dictio de duobus eſt, *ambo, vterque*; & ſicuti pluralis loquutio non contentatur de vno: ita dictio, *omnes*, non contentatur de duobus. Caſtrenſ. *conſil.* 123. *Viſo teſtamento, in princ. lib.* 1. † Declara, niſi conſtet de mente proferen- 14
tis, quæ attendi debet: ideo ſi pater habens filias fœminas eis leget aliquid, & duos filios maſculos inſtituat, & inuicem ſubſtituat, & ſi omnes filii dicti teſtatoris deceſſerint ſine filiis, locum pium inſtituit, intelligitur tantum de duobus maſculis, non de fœminis, quæ non ſunt inſtitutæ, quia dictio, *omnes*, etiam de duobus contentatur. Caſtrenſis *dicto conſil.* 123. *circa medium, ver. iis non obſtantibus, lib.* 1. *per totum.* † Et dictio, *omnes*, eſt collectiua 15
in tantum, quod in plurali prolata importat ciuitates, collegia, & vniuerſitates, in ſingulari vero prolata, vt, *omnis*, eſt diſtributiua, & iuncta cum dictione, *omnes & ſinguli*, importat collegium, & vniuerſitates, ac etiam ſingulares res, & perſonas. Bartolus *in extrauagan. qui ſint rebelles, in ver. omnes.* Vide, *Dictiones collectiua quæ ſint. Concluſio.* 254. *num.* 5. *& ſeq.* † Adde, quod verum eſt, quod 16
plus operatur dictio vniuerſalis, prout, *quicunque, quilibet*, quam dictio generalis, *omnis*. Decian. *conſil.* 51. *numer.* 13. *libr.* 1. † Am- 17
plia, quia verbum, *cuiuſcumque*, & verbum, *inſolitiſſimum caſum fortuitum*, comprehendunt omnia in ſuo ambitu, quia ſunt adeo generalia, & vniuerſalia, vt nihil excludant, quia verbum *omne periculum*, includit omnem caſum periculi. Decian. *conſil.* 552. *in princip. conſil.* 107. *lib.* 1. *colum.* 3. *ver. Nec huic fundamento obſtat.* Socinus *conſil.* 103. *libr.* 3. *colum.* 4. *ver. Sed tamen iis non obſtant.* Decian. *conſil.* 3. *numer.* 132. *lib.* 1. & *conſ.* 35. *num.* 48. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 137. *num.* 46. † De- 18
clara, quia reſtringuntur ſecundum naturam actus, vel contractus. Alexand. *conſil.* 37. *lib.* 3. † Item verba, *quocumque modo*, licet 19
ſint generalia, & vniuerſalia circa modum, non tamen extenduntur ad cauſam, ſicuti de tempore non extenduntur ad locum, neque è contra. Bart. *conſ.* 21. *lib.* 2. *num.* 5. vbi apoſtilla. † Amplia, quia, 20
quiſque, eſt dictio vniuerſalis, prout dictio, *quaque*: ideo importat idem, quod dictio, *omnis*, *quiſquis*, dictio diſtributiua de vtroque. Bartol. *in l. ſi neceſſarias*, §. *ſi annua, ff. de pignor. actio.* vbi Caſtr. plene *num.* 3. allegat plenius Bart. *in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. num.* 6. vbi de dictione, *quiſq; quiſquam, quiſquis*, & aliis ſimilibus. † Amplia 21

quia

quia, *cuiusque*, est dictio vniuersalis, quæ non recipit restrictionem,
2 Alexand. *consil.* 118. *In casu, num.* 5. *ver. & tanto magis, lib.* 5. † Amplia, quia dictio, *cuiusuis ex nominatis*, importat in substitutione reciproca, quæ solam vulgarem continet, vt necessario contineatur compendiosa annexa, & in singulos sit facta substitutio. Alexand. *consil.* 100. *Super primo dubio, num.* 3. *ver. Sed prædictis non obstantibus, lib.*
3 7. † Amplia, quia cuilibet ex consanguineis si fiat relictum, omnes admittuntur, quia dictio est vniuersalis, & distributiua. Castrens. *cons.* 384. *Notandum est. num.* 1. *in fin. & num.* 2. *ver. Sed nos sumus in casu, lib.* 1. vbi, quod est vniuersalis dictio distributiua, & legatum factum familiæ, & cuilibet de familia, censetur factum omnibus in solidum, & ordine successiuo, sequitur Mantic. *de coniect. vltim.*
4 *volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 37. *ver. & si relictum.* † Amplia, quia quæuis persona comprehendit vniuersitatem, quæ est persona ficta, quia dictio, *quæuis*, est vniuersalis, & idem de quauis actione, quia comprehendit officium iudicis, licet non sit actio proprie. Alex. *consil.*
17. *In causa, & lite, in fi. lib.* 2. *ver. circa secundum.* Vide Dictio, *quæcunq;*, quid importet. *Conclus.* 351. Vide, *Nomina collectiua, & appellatiua, quæ dicantur. Conclus.* 54. Vide, *Nomina vniuersalia sunt nomina iuris, & quæ. Conclus.* 53.

Dictio, *vna cum*, quid importet. Concluſ. 398.

1 DICTIO, † *vna cum*, importat idem, quod copula, & ideo si testator relinquat exequutorem suum Titium, vna cum Seio, proinde est, ac si dixisset, *relinquo Titium, & Seium exequutores*, ita quod vno mortuo, alter est exequutor solus vtroque casu. Bart.
2 *consil.* 147. *Factum tale lib.* 1. † Et importat etiam repetitionem, ideo si relinquat Titium fideicommissarium ad vendendum vna cum Seio, licet de venditione nihil dicat Seio, censetur repetere in eo omnia dicta in Titio. Bart. *d. cons.* 147. *num.* 2. *ver. secundo posset dubitari, lib.* 1.

Dictio, *volo*, quid importet. Concluſ. 399.

1 VOLO, est † verbum dispositiuum, quando non expectat ad sui essentiam actum alterius voluntatis. Alex. plene *cons.* 190.
Plura, n. 31. *ver. quia verbum volo, lib.* 6. Vide, *Velle aliquid quando importet de futuro, vel de præsenti. Concl.* 40. Vide plenius, *Verba dispositiua quæ dicantur. Concl.* 83. Vide plenius, *Verba futuri temporis præteritum non includunt, neque præsens. Conclus.* 116.

Dictio, *vsque*, quid importet. Concluſ. 400.

1 DICTIO, † *vsque*, importat taxatiuam, vt vltra non progrediatur dispositio, ideo statutum disponens, quod statibus agnatis vsq; ad quartum gradum excludantur cognati, prout est Florētiæ, non habet locum post quartum gradum. Bald. *cons.* 218. *Statuto ciui-*
2 *tatis, in fi. ver. alio capite, lib.* 2. † Amplia, quia statutum iubens rectorem scholarium eligi vsque ad annum, importat taxationem, vt non possit iterum eligi ad alium annum immediatum, quia taxatio excludit prorogationem odiosam. Bald. *cons.* 316. *Ponitur, quod*
3 *electio, in princ. lib.* 3. † An autem includat, vel excludat terminum, cui apponitur, Vide, *Dictiones importantes exclusionem, vel inclusionem, quando excludant, vel includant. Conclus.* 291.

Dictio, *vterque*, quid importet. Concluſ. 401.

1 VTERQVE, est, † dictio copulatiua, seu coniunctiua duorum.
2 Signorol. *cons.* 205. *n.* 5. † Restringe, quia quādoq; distributiue, vel alternatiue ponitur secundum subiectā materiam, Sign. *d. cons.* 205. *nu.* 5. veluti si ponatur in exequutoribus, & dando auctoritatem dicat *quibus, & vtriq; eorum dedit facultatem, &c.* vt talia sint subiecta, qualia prædicata.

Dictio, *vt*, quid importet. Concluſ. 402.

1 VT, hæc † dictio importat causam finalem, vt patet in omnibus contractibus innominatis, *do, vt facias, &c.* Bald. *cons.* 106. *Cum*
2 *peteretur quædam pœna, in fi. num.* 3. *lib.* 1. † Declara, vt procedat, quod importet finalem, quando apponitur in vim causæ aptæ producere suum causatum, alias esset causa impulsiua. Bald. *d. cons.* 106. *in fi.*
3 *n.* 3. *ver. & hoc verum, lib.* 1. † Limita, quia dictio, *vt*, importat modum, & non conditionem. Bald. *consil.* 150. *Proponitur, quod num.* 7. *ver. re-*
4 *stat modo, lib.* 5. † Limita, quia dictio, *vt*, importat similitudinem, *l. vt heredibus, ff. de leg.* 2. Bald. *dict. consil.* 106. *num.* 3. *verb. Sed interdum, lib.* 1.

Dictio, *vt præmittitur*, quid importet. Concluſ. 403.

VT *præmittitur*, est † dictio, quæ restringit solum ad expressa. Gemin. *cons.* 34. *nu.* 3. *in fin. ver. secundo hoc etiam.* Vide, Dictio, *prædictus*, vel *prædicta* quid importet. *Conclusio.* 337. Vide Concluſ. prox. præced. 1

Dictio, *vt supra*, quid importet. Concluſ. 404.

VT *supra*, importat † relationem ad superius dicta proxime, non autem ad remota superius. Cuma. *cons.* 22. *Testator legauit, circa fi. ver. nec moueor.* † Et restringit dispositionem ad omnia supradicta, tanquam relatiua cum omnibus qualitatibus. Mandell. *cons.* 473. *n.* 5. *& n.* 15. vbi plena apostilla dat concord. † Declara, quia dictio, *vt supra*, licet repetat omnia præcedentia cū qualitatibus suis, non tamen repetit ea, quæ non sunt expressa; neque ea, quæ dicuntur infra. Deci. *cons.* 86. *n.* 22. *& seq. lib.* 3. † Amplia, quia si in præcedentibus multæ conditiones sunt appositæ, & in sequentibus repetatur vna conditio, videlicet cum tali conditione, *vt supra*, non importat repetitionem in aliis, sed solum in expressis. Cuma. *d. cons.* 22. *in fin.* † Et bene repetitiua omnium, quæ de coniunctis relata, vel dicta sunt etiam in statuto. Anchar. *cons.* 370. *Ante omnia*, qui loquitur in clausula, *vt supra dictum est.* † Et quod repetat, Deci. *cons.* 72. *n.* 46. *lib.* 2. Vide, Dictio, *supra*, quid importet. *Conclus.* 384. 2 3 4 5 6

Dieta quid sit, & qualiter computetur. Concluſ. 405.

DIETA † est itineratio vnius diei, in qua assignantur viginti milliaria singulo die itineranti. Gemin. *cons.* 37. *num.* 4. *ver. in contrarium.* † Declara, quia si sunt milliaria 21. quæ debent fieri, tunc pro
2 20. datur vna dieta, & pro vno milliari, quod superest, datur alia. Gemin. *d. cons.* 37. *nu.* 4. *ver. in contrarium.* 1

Dieta vna non impedit delegationem, secus si vltra vnam fiat delegatio. Concluſ. 409.

DIETA † vna non impedit delegationem simpliciter factam, si vero fiat delegatio vltra vnam dietam absq; expressione, nō valet sententia. *c. statutum de rescript. in* 6. Card. Zab. *cons.* 71. *in pri.* vbi, quod decretum irritans annullat ipso iure. † Extende, vt procedat, 2
etiam si vtraq; pars consentiat in iudicem delegatum vltra vnam dietam; quia adhuc sententia est nulla, nisi fuerit expressum in delegatione Papæ. Card Zabar. *d. cons.* 71 *in princ.* † Extende, siue consensus partium sit expressus, siue tacitus, quia in hac materia nihil 3
operatur. Card. *d. cons.* 71. *in princip.* † Amplia in tantum sententiam 4
latam per delegatum vltra vnam dietam esse nullam, si Papæ non est narratum in delegatione, vt si talis sententia confirmetur, possit adhuc dici de nullitate. Card. Zabarell. *d. cons.* 71. *n.* 2. *in* 2. *dubio.*

Diem allegans, & deducēs debet illum probare, & quando secus. Conclusio.

VIDE Mascardum *Conclusio.* 312. *Diem allegans.* Vide plenius, *Tempus quando est de substantia, debet probari, & quando secus. Conclus.* 35.

Dies & nox, qualiter discernantur, & à qua hora incipiant. Concluſ. 407.

DIES † proprie dicitur, quando sol est super terram. *c. consuluit, de off. deleg.* Feder. de Sen. *cons.* 44. *Factum tale est, num.* 2. *ver. Nam tunc dies*, vbi, quod dies finitur ab hora completorii, & quod nox non venit appellatione diei, nisi per fictionem, & idem *consil.* 256. *in fi.* † Vide, Alex. *cons.* 190. *Plura n.* 20. *lib.* 6. vbi dicit, quod dies 2
dicitur esse viginti quatuor horarum. † Et statutū puniens delinquentē maiori pœna in die, vel in festo B. Marię, non habet locum 3
in eo, qui deliquit in nocte sequēte festum prædictū, quia nox per fictionē dicitur dies, vel pars diei, non vere. Fed. *d. cons.* 44. *per totum, & cons.* 256. *per totum.* † Declara, quia licet dies dicatur ab ortu solis, 4
si tamen duplicatur pœna de nocte, & fiat delictum de mane ante ortum solis, sed bene lucebat, & videbatur, erit arbitrium iudici, an de die, vel de nocte sit commissum delictum, prout prævalebat lux, vel obscuritas; & dicit quod in dubio in mitiorem partē inclinabit, quod non esset nox, ita Clar. *in praxi crimin. §. fi. qu.* 82. *ver. statutum* 9. *num.* 4. *ver. quæro quomodo.* † Declara saltem, vt indubitatum 5
sit, quando vltra mediam noctem post diem fuit commissum delictum, quia à media nocte vltra versus diem sequentem non

dicitur dies, neque de die præcedenti. Feder. *d. consil. 256. per totum.*

6 †Dies incipit à media nocte more Romano, *ff. de feriis, l. more.* Ægid. Bellam. *cons. 1. num. 3.* Iuxta illud: *Incipit Ecclesia medio sub tempore noctis.*

7 Alex. *cons. 190. nu. 20. lib. 6.* † Extende in tantum; quod licet Notarius sit rogatus de instrumento de nocte, tamen debet rogitum sum ponere, si infra mediam noctem, sub die antecedenti, si post mediam noctem, sub die sequenti. Alex. *cons. 190. Plura narrata, nu. 20. ver. & tanto magis, lib. 6.*

Dies interpellat pro homine, & qualiter procedat. Concluſ. 408.

1 DIES † interpellat pro homine, ideo obligatus aliquid implere in certo termino, lapſo termino dicitur in mora. *l. magnam, C. de contrah. & commit. ſtipulat.* Roland. à Valle *conſ. 98. n. 9. lib. 2.* Deci. *conſ. 84. num. 5. lib. 2.* Cephal. *conſ. 186. num. 16.* Mazol. *conſ. 116. n. 18.*

* * communem dicit Riminald. Iun. *conſ. 1. num. 16.* & iſta eſt regula, vt dicit Iaſ. *in l. ſi ex leg. ff. de ver. oblig. num. 12.* vide Gabriel. *tit. de ſolutio. concluſ. 9.* vbi ponit regulam cum ſeptem ampliatio. & 20. limitatio. plena Rota Ianuen. *deciſ. 139. in princip.* vbi plurimos allegat, &

* dicit crebriorem magis * communem, quod per lapſum diei de-

2 bitor eſt in mora. † Extende in tantum, vt fortior ſit dies ad conſtituendum in mora, quam interpellatio. Iaſ. *d. l. ſi ex legati, num. 12.* vbi dat plures inſtantias, *ff. de verb. oblig.* quia dies non expectat poſt lapſum ipſum debitorem, interpellatio ſic, & quia ignorantia diei

3 non excuſat, ignorantia interpellationis excuſat. † Declara, vt procedat, quando certa dies eſt appoſita, ſecus ſi incerta, & dicitur incerta, quando non exprimitur certum tempus, etiam ſi apponantur clauſulæ modicum tempus ſignificantes, veluti ſi quis ſe obliget ad factum, poſtquam aliquid fuerit factum, quia requiritur interpellatio. Bald. *conſ. 64. Quidam promiſit in fin. ver. Quid ergo in caſu noſtro. lib. 1.* Decian. *conſil. 102. num. 17. & 18. lib. 3.* vbi, quod tempus dicitur incertum, ſi dicatur, antequam vadat in Galliam,

4 antequam fiat pubes, & quod requiritur interpellatio. † Extende, quia mora contrahitur etiam, ſi dies ſit incerta reſpectu, quando, ſi modo ſit certa reſpectu an, & ideò ſi quis promittat ſoluere ſummam centum ſtatim mortuo Titio, licet ſit incertum tempus, & dies mortis, tamen quia certa eſt mors extitura, ſtatim, quod mortuus eſt Titius, & debitor ſcit eum mortuum, dies interpellat, & contrahitur mora Baldus *conſil. 479. Factum, ſuper quo, poſt med. ver. ſed poſito, hoc lib. 1. vſque in fin.* vbi dicit eſſe quæſtionem dubiam.

5 †Idem, quando dies eſt incerta, quia debeatur ad omnem voluntatem creditoris, etiam ſi dicatur, lapſo certo tempore ad omnem voluntatem meam, quia non requiritur interpellatio, ex quo dies eſt certa: Iaſ. *in leg. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. oblig. numer. 12.*

6 *verb. ſecundo amplia.* † Reſtringe, quando dies eſſet adiecta obli-

7 gationi, non ſolutioni. Decian. *conſil. 2. numer. 201. lib. 1.* † Amplia, quia etiam dies tacita interpellat, & conſtituit in mora, ſicut expreſſa, *l. 2. in fin. Cod. de iure emphyteutic.* Roland. à Valle *conſil. 98. num. 9. lib. 2.* & dicitur tacita, quæ ineſt à iure vel à natura rei, vel contractus, Ideo idem operatur, quia dicitur certa. Anchar. Regien. *quæſt. 68. num. 13. lib. 2.* Cephal. *conſil. 586. num. 16. & 17.* & eſt

* * communis opinio, vt per Surd. *conſil. 157. num. 26.* Alex. in apoſtil. ad Bart. *in l. magnam, Cod. de contrahen. & committen. ſtipulat.* Iaſ. poſt

8 alios *in l. ſi ex legati, ff. de verb. oblig.* † Extende, quia vbi lex ipſo iure aliquid diſponit, vel mandat aliquid contra eum, quem ſoluiſſe ſupponit, inducit moram ex lapſu diei ſtatuti. Cephal. *conſil. 49.*

9 *num. 21. lib. 1.* † Extende, quia imo dies præfixus à lege nedum ita interpellat, ſicut expreſſa ab homine, ſed etiam magis interpellat,

10 vt dicit Mazol. *conſ. 15. num. 74. & ſequent.* † Amplia, quia nedum lapſus diei inducit moram, ſed etiam lapſus horæ. Decian. *conſil. 84. num. 5. & ſeq. lib. 2.* Alex. in apoſtil. ad Bart. *in l. magna, C. de contrahen. & committ. ſtipulat.* Iaſ. *in l. ſi ex legati. ff. de verb. oblig. num. 13.* vbi videtur tenere contrarium, quando modicum tempus induceret im-

11 poſſibile. † Amplia, quia dies, quæ etiam non inducit dilationem, inducat moram per lapſum diei. Iaſ. *in l. ſi ex legati, num. 12. ver. tertio*

12 *amplia, ff. de verb. oblig.* † Amplia, quia adueniente termino debitor non ſoluens incurrit moram, vt teneatur etiam ad rationem quanti plurimi res debita creuerit, de quo dic, vt plene per Bart. *in l. 3. §. in hac actione, ff. commod.* vbi latiſſime examinat, quando debeatur,

13 vel non, & in quibus actionibus. † Amplia in fideiuſſore, qui promiſit repræſentare intra octo dies, quia per lapſum temporis incurrit moram. *deciſ. Pedemont. 49. per totam*, vbi reſpondet ad

14 contraria. † Contrarium, quod imo requiritur interpellatio: quia non videturante nata obligatio, vide tenentes hanc partem per *d. deciſ. Pedemont. 49. in princip.* Vide Soci. *reg. 15. Dies regulariter pro ho-*

15 *mine interpellat*, vbi limitat quatuor modis. † Limita in die parua, videlicet, quando eſſet impoſſibile implementum. Alex. in apoſt. ad Bart. *d. l. magnam, C. de contrahen. & committen. ſtipulat.* † Limita, 16
quando tempore diei certæ eſſet nata obligatio, & actio, alias ſecus, Deci. *conſ. 2.* ſequitur Riminald. Iun. *conſ. 89. num. 8.* † Declara, 17
vt per eundem Riminaldi *d. conſ. 89. n. 19. & ſeq. ver. non obſtat*, vbi reprobat Deci. cum diſtinctione, de qua ibi *num. 21.* † Limita, quia in 18
contractu nullo, vel reprobato, aut vſurario lapſus termini non inducit moram, neque pœnam. Decian. *conſ. 84. per totum, lib. 2.* † Li- 19
mita, quia vbi non eſt dies certa, qui promiſit dare, vel facere, non conſtituitur in mora ſine interpellatione. Bec. *conſ. 105. num. 20. &*
ſeq. vbi dicit * communem. Alex. in apoſtil. ad Bart. *d. l. magnam. C.* *
de contrahen. & committen. ſtipul. † Limita, quia ſpeciale eſt in duobus 20
caſibus; in quibus dies certa non interpellat pro homine, ſed requiritur ſpecialis interpellatio, videlicet, in eo, qui vult effundere vinum, quia non recipitur, & in hærede vriando ob non implementum, de quibus Riminal. *conſ. 67. nu. 23. & ſequent. lib. 1.* † Li- 21
mita nouem modis, de quibus Iaſ. *in l. ſi ex legati, num. 14. & ſeq. ff. de*
verb. oblig. † Limita, quando adeſt probabilis ignorantia, vt in hæ- 22
rede minore, & ſimilibus, quia lapſus temporis poſt obitum defuncti non inducit moram. Crauet. *conſ. 505. nu. 5.* † Extende, quan- 23
do ſunt diuerſi fori debitor & creditor, quia requiritur interpellatio, & quod in loco ſit creditor tempore deſtinato, alias dies non interpellat. Mazol. *conſ. 37. nu. 15. & ſeq.* † Reſtringe, vt per Ma- 24
zol. *conſ. 120. num. 69. & ſequent.* vbi, quod imo ignorantia non releuat hæredem, quando vellet ſentire lucrum, & percipere vtile, vide eum, quia inuolute loquitur. † Reſtringe, quando ignoran- 25
tia eſſet craſſa, non probabilis, neque veriſimilis. Riminald. Iun. *conſ. 1. num. 16. & 17.* Vide, *Mora contrahitur multis modis, & quomodo. Concluſ. 373.* Vide Anton. Gabriel. *lib. 3. tit. de ſolutio. Concl. 9. Dies interpellat pro homine.*

Dies termini non computatur in termino, & quando ſecus. Concluſ. 409.

REGVLA † eſt, quod dies termini non computatur in termi- 1
no. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glo. 11. nu. 17. & 18. & nu. 22.* dicit, ita de conſuetudine ſeruari. Caſtr. *conſ. 399. Dies dati termini, in*
princ. lib. 1. † Contrarium, quod imo de momento ad momentum 2
currat tempus, idem Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glo. 11. nu. 19. & ſeq.*
† Declara, quia etiam ſi contrarium teneas, quod imo de mo- 3
mento ad momentum currat terminus, tunc limitabis ſex modis; vt imo dies termini non computetur in termino: Primus eſt, quando lex hoc declarat: Secundus, ſi aliunde appareret de mente: Tertius in pœnalibus: & odioſis: Quartus, quando tenderet in damnum ſtatuentis; & commodum eius cui ſtatuitur: Quintus, quando lex mandat ſtatui terminum, qui eſt de momento ad momentum, & ſtatutum idem ſtatuit, quia vt aliquid operetur, debet intelligi, quod dies termini non computetur: Sextus, quando lex præmittit dictionem, *à, ab, abs, ex*, & ſimiles, ita Tiraq. *d. tract. de retr. lignag. §. 1. glo. 11 à. num. 42. vſque 52.* † Amplia regulam, ſiue ter- 4
minus ſtatuatur à lege, ſiue à ſtatuto. Alexand. *conſ. 42. num. 5. lib. 5.*
† Differentia eſt in aſſignatione termini ad aliquid faciendum in- 5
tra decem dies, vel decima die, quia ſi intra decem aſſignatur, poteſt quotidie comparere, & facere; ſi verò decima die, non poteſt comparere, niſi ea die, & ſi eſt feriata, non ſufficit veniſſe die præcedenti, neque quod comparuerit die prima ſequenti furdica, quia è quo ſunt opiniones hinc inde, non debent reſici expenſæ factæ in veniendo ante decem dies, neque die decima, quia ſit feriata, neque die ſequenti. Caſtr. *conſ. 399. Die dati, lib. 1. per totum.* Vide Socin. *reg. 16. Dies termini non computatur in termino* vbi ponit regulam, & limitat duobus modis. † Limita 15. modis: primus modus 6
eſt, quando aſſignatio loquitur per verba, *hinc*, ſecundus, ſi terminus incipit ab actu, non à die, tertius, quando terminus ſtatuitur abſenti, licet hoc reprobet, *num. 27.* quartus quando terminus ad dandum, vel faciendum, poſtquam datum factumue fuerit: quintus in termino à natura aſſignato, ſextus, quando magis intereſt ei, cui ſtatuitur, ſeptimus, ſi ſequeretur abſurdum, octauus, quando iungitur actus cum tempore, nonus, quando ſubiecta materia non patitur, decimus quando terminus ad tollendum priuilegium cõtra ius, vndecimus vbi appareret ex verbis, vel mente, duodecimus, niſi præſumptiones eſſent in contrarium, decimus tertius, qñ adeſſet dictio, ex tunc, decimus quartus quando terminus eſt ad faciendum, expirat beneficium iuris, decimus quintus quãdo exprimitur hora. Tiraq. *de retract. lignag. §. 11. à n. 23. vſque 42.* † Limita in 7
compromiſſo facto hinc ad, vel intra 30. dies proximos, quia tempus currit de momento ad momentum, & dies termini computatur in termino, quoad momentum illius diei, incipiendo ab hora

aſſignati

assignati termini, vel facti compromissi. Bald. *cons.* 246. *Proponitur,*
8 *quod, lib.* 5. *per totum.* Angel. *cons.* 404. *per totum.* † Extende, vt procedat etiã ad effectum, vt laudum datum extra momentum sit nullum. Angel. *consil.* 404. *Paulus Centolini, per totum.* Vide plenius, *Termino præfixo an tempus currat de momento ad momentum, vel non. Concluſ.* 6.

Diffamantes aliquem qualiter puniantur. Concluſ. 410.

1 DICTVM, † vel factum contra veritatem in diffamationem alterius, præsertim si fama lacessitur, arbitrio iudicis puniri debet. Bald. *cons.* 230. *Omne factum, per totum, lib.* 3. vbi late contra dif-
2 seminatores discordiarum. † Amplia, quia faciens imposituram honestis personis per mendacium crimine stellionatus puniri de-
3 bet. Bald. *d. cons.* 230. *in princ. lib.* 3. † Amplia, quia pro mendacio in alterius detrimentum quis potest puniri, maxime, quando oritur discordia inter coniunctos. Bald. *cons.* 230. vbi, quod seminantes discordias puniendi sunt crimine stellionatus, & ideo si is, qui falsè vociferatur se primo contraxisse cum muliere maritata, puniri potest & debet, vbi est casus consilii.

Diffamatus de crimine qualiter agat, vel experiatur. Concluſ. 411.

1 DIFFAMATVS † de crimine extraiudicialiter, agere debet actione iniuriarum, nec sufficit officium iudicis imploratum, quia non competit. Bald. *cons.* 261. *Viso dicto puncto, num.* 2. *verb. quod*
2 *ergo remedium, lib.* 5. † Restringe, quando diffamatio esset facta de crimine in iudicio, & tunc si petitur imponi silentium, competit officium iudicis contra diffamantem, vt intra certum tempus agat de crimine, vel silentium imponatur. Bald. *d. cons.* 261. *num.* 2. *ver.*
3 *aliquando ista diffamatio, lib.* 5. † Restringe, quando diffamatio esset respectu debiti ciuilis, quia si peratur imponi silentium, potest implorari officium iudicis. Bald. *d. cons.* 261. *num.* 2. *ver si autem ista*
4 *diffamatio, lib.* 5. † Amplia, quia licet agere nemo compellatur, & propterea non possit assignari terminus, intra quem quis agat, *l. vnica, C. vt nemo inuit.* Roman. *cons.* 53. nisi adsint statuta, prout in multis ciuitatibus Italiæ, in quibus fiunt cridæ, & proclamationes, tamen quando quis diffamat alium dolo, vel errore, asserens se habere ius in re aliena, compellitur agere, & præfigitur terminus
5 per *l. diffamari, C. de ingen.* Rom. *dict. consil.* 53. † Et est ratio, quare compellatur diffamans alium, vt agat, quia ex quo diffamat, se adstringit, ex quo diffamare est ad iudicium prouocare, & sic iusta causa procedit. Castrens. & Salycet. in *l. vnica, C. vt nemo inuit.* Bald. *in d. l. diffamari, colum.* 1. *in fin. & colum. fin. in fi.* Bart. *in l. Titia,* vbi Alex. in apostilla, *de accuſ.* Innoc. *in cap. conquerente, de offic. ordin. in princip.*
6 Bald. *in authent. ad hæc, colum.* 5. *de vſur.* vide infra *numer.* 23. † Sufficit tamen diffamatio tam iudicialis, quam extraiudicialis, & tam si est facta in cœtu personarum, quam si coram paucis personis, dummodo causa diffamandi allegetur. Bald. *in d. l. diffamari, in princ. C. de ingen. & manumiſſ.* Socin. *consil.* 45. *colum.* 1. *in fin. incip. Viſa, lib.* 1. Doct. *in l. turpia, ff. de leg.* 1. Canonistæ 5. *qu.* 1. *per totum.* Cagnol. *d. l. diffamari,*
7 *num.* 6. *in* 1. *limit.* † Et de remedio *l. diffamari,* quomodo dignoscatur intentatum, & quæ requirantur, & debeant probari, vt obtineatur, vide Couarr. *variar. resolut. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 3. Gabr. *comm. opin. de actio-*
8 *concluſ.* 6. † Adde, quia adhoc, vt diffamatus agere compellat diffamantem, requiritur, quod constet de diffamatione, alias non posset compelli. Cagnol. *in l. diffamari, col.* 2. *ver. & vidi alias, C. de ingen. & manumiſſ.* vbi late de materia, & qualiter sit præfigendus terminus
9 duplex causa cognita, *num.* 5. *in* 1. *limitatione.* † Et quod requiratur diffamatio, vt possit præfigi terminus, plene Roman. *consil.* 53. *Viſis*
10 *themate, in princip.* vbi apostilla. † Contrarium, quando cumulatur * remedium *leg. si contendat, ff. de fideiuſſ.* vbi glo. communiter * approbata, quod si quis petat declarari sibi competere exceptionem aduersus actionem prætensam actoris, & ideo actionem frustratoriam, non requiritur alia probatio diffamationis secundum
** communem. Couarr. *var. resolut. cap.* 18. *num.* 3. vbi dicit, quod ista remedia semper cumulantur, ideo non requiritur probatio iactationis, secus si ex sola lege diffamari, & latissime Roman. *consil.* 412. *Pro habenda, in princip.* allegat multa iura, & multas leges probantes, quod habens exceptionem potest præuenire suum aduersarium, maxime *in l.* 3. *C. qui bon. ceder. poſſ.* Decian. *cons.* 31. *Diligenter, col. fin. ver. circa alia dubia,* & alii, quos prima apostilla ad Roman. vbi supra *in verb. inquietari,* citat, vide infra *num.* 29. *in ver. De-*
11 *clara.* † Et quod requiratur diffamatio, quando intentatur remedium, *l. diffamari,* vt quis compellatur agere, alias non valeat præfixio termini, neque ad instantiam partis, neque ex officio, plene Roma. *d. cons.* 53. *Viſis themate, in princ.* vbi apostill. in *ver. impetrare.* citat plurimos. † Vide Crauett. *cons.* 906. *nu.* 4. vbi late multa requiri 12
dicit ad probandam diffamationem, est verum, quod loquitur ad effectum inquirendi, sed tamen forte idem ad effectum compellendi aliquem, vt agat. † Extende, quia non potest diffamans im- 13
pedire diffamatum, quin agere compellatur, & non poterit euitare præfixionem termini, & silentium, quia si contrarium dicemus, posset auferri beneficium iuris competens diffamato. Roman. *d. cons.* 53. *col.* 2. *ver. nec dicta hanninenta.* † Regula igitur est, 14
quod diffamatus siue pro re ciuili, siue criminali, potest obtinere præfigi terminum diffamanti, intra quem agat, & bina requiritur præfixio, & contra absentem trina citatio, & quæ cognitio causæ, & qualiter debeat constare de diffamatione, plenissime Boer. *decis.* 255. *per totam,* vbi latissime examinat hanc materiam, & multos allegat, vbi extendit *l. diffamari.* multis modis, & quod præfixo termino ad agendum, eo lapso, non audiatur, est text. *in l. si super eo,* & ibi glo. Bald. & Salycet. *C. qui accuſ.* Doctor An *l. fi. ff. de ſeru.* Bartol. in *l. Titia, ff. de accuſat.* Cagnol. *dict. l. diffamari, C. de ingen.*
† Et quod iudex possit præfigere terminum, per quem citatus ex- 15
cludatur à iure suo, & non audiatur, est tex. in *l. si pro eo,* & ibi glo. Bald. & Salycet. *C. de accuſat.* glo. & Bartol. in *l. Titia ff. de accuſat.* Cagnol. late *dict. l. diffamari, C. de ingen.* Roman. *conſ.* 431. *In terminis, per totum.* † Et an requiratur bina monitio, vel sufficiat vnica, vt post 16
lapsum termini non possit amplius audiri, late Alexand. in *l. Titia, ff. de accuſatio.* Afflict. *decis.* 264. Cæpol. *cautel.* 110. & distinguit Cagnol. *d. l. diffamari, num.* 7. *&* 8. *in* 2. *limit. C. de ingen.* vbi, quod si ex solo termino debet excludi, duplex præfixio requiritur, si post terminum debet sententia ferri, vnicus terminus sufficit. Vide, *Termino præfixo ad agendum eo lapso quando excludatur agere volens, vel non. Concluſ.* 64. † Amplia, quia diffamatus potest obtinere ex *l. diffama-* 17
ri. C. de ingen. vt à iudice cogatur diffamatus intra certam diem actionem proponere, vel ius, quod habere prætendit, in iudicium deducere, adiecta comminatione perpetui silentii imponendi, nisi intra præfinitam diem egerit. Couarr. *var. resolution. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 3. *& sequent.* Vide Ant. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de actio. Conclu-*
ſio 6. *Iactanti se habere ius potest iudex præfigere terminum,* vbi plenissime examinat. † Extende, quia aliud est remedium ex *l. si conten-* 18
dat, ff. de fideiuſſ. quasi simile, in quo agitur, vt pronuncietur sibi exceptionem competere aduersus Titium, seque liberum esse ab ea actione, quæ Titio competeret, vt declarat Couar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 18. *pag.* 1. † Et si quidem in termino præfixo ci- 19
tatus agere cœpit, non amplius tractatur de *leg. diffamari,* sed de meritis, & de iure partium. Atetin. *dict. cap. in præſentia in* 6. *not.* vbi Feli. *colum.* 2. *ver. vnum aliud,* & Deci. *colum.* 2. *ver. quarto nota de probat.* Cagnol. *d. l. diffamari, n.* 11. † Si vero non deduxit ius suum, nec cœpit 20
agere, debet iudex illum contumacem pronunciare, & de certo superiactatis iuribus non esse audiendum, iuxta tradita per glos. & Doct. *in d. l. diffamari,* Aret. *Inſtit. de except. in rubr. num.* 73. vbi admonet agentem, vt bis faciat assignare terminum, vt possit deueniri valide ad pronunciã. † Libellus in actione *l. diffamari, C. de ingen. &* 21
manumiſſ. sic concipitur: *Peto Titio aduersario meo statui certũ terminum, intra quẽ agere vel accuſare me debeat, si quod ius habet, vel delictũ aliquod me cõmisisse prætendat, cũ de hoc vadat me diffamando, & quod eo non agente, vel non accuſante intra dictũ tẽpus, de cetero non audiatur, imo eidem per vos imponatur perpetuum silentium super aſſerta diffamatione prædicta,* ita Salyc. *in d. l. diffamari, C. de ingen.* Areti. *in rubr. de except.* Spec. *in tit. de ſponſal. §. porro quasi, in fin.* vbi ponit libellum, & vide Cagnol. plenius *d. l. diffamari, C. de ingen. n.* 23. vbi, quod nõ est necessaria litis cõtestatio.
† Amplia; quia agi potest nedum super diffamatione personali, 22
sed etiam super reali. Felin. in *c. in præſentia, nu.* 3. *de probat.* † Amplia; 23
quia remedium *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ.* fuit introductum ad reprimendum eos, qui errore, vel dolo contendunt se habere iura in bonis alterius, & ita diffamant, & vulgo prædicant, & optima quidem ratione; quia talis diffamatio est multum præiudicialis possidentibus bona, & quandoque impedit alienationes. & quandoque facit, vt minori pretio vendantur, argumento eius, quod dicitur de fundo litigioso, qui minus æstimari debet illa qualitate attenta, mala enim qualitas rei minorem causat æstimationem. Socin. in *l.* 1. *§. si hæres. ff. ad Trebellian.* & per Doct. in *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* faciunt not. in *l. mortis cauſa capimus, ff. de donat. cauſa mort.* vide supra *numero* 4. † Limita, quia si quis habet ius 24
in re, & faceret pro sui iuris conseruandi gratia, non haberet locum *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ.* Socin. *conſilio* 118. *colum.* 2. *& conſil.* 146. *lib.* 1. Bald. & Ang. in *l. si. ff. quod quisque iur.* & ratio videtur, quia qui vtitur iure suo, nemini iniuriam facit. † Extende, quia 25
non habet locum quando quis ex causa legitima dicit, & diffamat se habere ius in re, sed solum, quando diffamatio est iniusta, & sine

causa

causa legitima. Bald. *in l. ob commissa. C. de adult.* quem refert, & se-
26 quitur Alex. in *l. si ea, C. qui accus. non poss.* † Limita, quia diffamatus agens actione *l. diffamari, C. de ingen.* in actione reali non potest obtinere contra possessorem rei, de qua aliquis asseruit se dominum Aretin. *in c. in præsentia, col. 1. de probat.* sequitur ibi Feli. *num. 3.* & est ratio quia nemo cogitur ostendere titulum suæ possessionis.
27 *l. cogi.* & ibi Docto. *C. de pet. hared.* Socin. *reg. 430.* † Extende, quia is, qui habet actionem ordinariam, non agit remedio *l. diffamari.* Bar.
* *in l. si finita, § eleganter n. 4. ff. de damn. infect.* vbi * omnes. † Limita, quia
28 non debet præfigi terminus, vt diffamans agat, alias lapso termino censeatur impositum perpetuum silentium, quando petens assignari terminum non habet ius in re, de qua fit diffamatio, quia cum nullum ius habeat, non habet interesse, ita Castrens. *in leg. si contendat. ff. de fideiuss.* post Innocen. *in cap. Abbate, post princip. in 1. colum. de verbor. signific.* & propterea solent iudices pronunciare super hoc termino statuendo, & cum causæ cognitione statuunt terminum duorum mensium ad agendum, & ipsis non agentibus, petentem post lapsum terminum non posse molestari pronunciant, & diffamatoribus imponunt perpetuum silentium cum condem-
29 natione expensarum. † Declara, quia etiam sine diffamatione prodita sunt alia remedia, quia timens molestiã in re, vel persona, potest coram iudice, coram quo esset conueniendus ab actore, comparere, & petere, quod iudex declaret se non esse debitorem, & sibi legitimam exceptionem competere, vel pronunciari ipsum comparentem habere meliora iura, & perpetuum silentium aduersario imponi, iuxta tex. *in l. Aurelius. § centum. ff. de liber. leg. & in l. si contendit, ff. de fideiuss.* plene Bart. *in l. si finita. § eleganter. ff. de damn. infect.* Vide supra *n. 9.* Vide, *Agere inutus nemo compellitur, & qualiter procedat. Concl. 242.* Vide, *Termino præfixo ad agendum eo lapso quando excludatur agens, vel non. Concl. 64.*

Diffamatus agens contra diffamantem, quando actor, vel reus dicatur. Concluſ. 412.

1 COMMITTI † obtinens causam diffamationis dicitur actor, ideo debet conuenire diffamantem coram iudice suo. Afflict. *decis. 268. In alia causa fuit dubitatum.* Alexand. *consil. 103. lib. 5.* Bart. & Alexand. *in l. libertas. ff. de in ius vocan.* & ideo mouens hanc actionem debet adire iudicem rei, non attento, quod si reus ageret, deberet mouere iudicium contra iudicem intentantis diffamationem. Maria. Socin. *in c. proposuisti, de for. comp. colum. 10. in fin. verb. duodecimo*
2 *quæro.* † Contrarium, quod imo sit reus, & ideo iactans dicatur actor, & possit conueniri coram iudice diffamati. Capic. decis. 18. & Vrsil. in addit. ad Afflict. *decis. 268.* & hanc magis communem
* * * Couar. *var. resolu. lib. 1. cap. 18. num. 5. in fin.* & hanc communem * dicit Cagnol. *d. l. diffamari. C. de ingen. num. 9.* vbi allegat Alex. *consil. 103. lib. 5.* quod laicus diffamatus trahit clericum diffamantem ad iudicem secularem, quia si ageret clericus, deberet conuenire laicum in foro suo. Vide *in verb. Actor quando, & in quibus casibus reus*
3 *dicatur. Concluſ. 118.* † Et effectus est magnus, nedum quoad forum, vt supra, sed etiam quia in dubio pro reo pronunciatur ideo cum iste, qui agit ad diffamationem, sit actor improprie, sed sit reus vere, in dubio pro eo pronunciandum est. Decia. *in l. fauorabiliores, ff.*
4 *de reg. iur.* vbi multa congerit ad hoc similia. † Imo quando conuentus super silentio imponendo agit, prima petitio agentis super diffamatione, vel silentio imponendo non procedit, sed resoluitur in vim simplicis exceptionis, & super ea non est pronunciandum, sed supersedendum vsque ad secundam sententiam, & pronunciandum, dictam petitionem in tali iudicio non admittendã, sed solum procedendum super petitione actoris, vt per Aret. *in c. in præsentia, m 2. not. de probat.* vbi Deci. *in 4. notab.* Cagnol. *d. l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. num. 11. verb. tertia dubitatio.* Feli. *in cap. in præ-*
5 *sentia. n. 3. de probat.* † Quid si reus habet plures iudices, prout scholaris, & agat super iactatione coram vno, alter vocatus incipiat de iure suo agere coram alio non obstabit litis pendentia, quia electio est actoris. Cagnol. *d. l. diffamari. num. 10. ver. secunda dubitatio. C. de ingen.*

Diffamatus coram quo iudice debet agere contra diffamantem. Concluſ. 413.

1 IVDEX, coram † quo per viam exceptionis trahitur actor, debet esse illemet, quem, si actor ageret, teneretur adire, quando habens exceptionem agit alio remedio, quam diffamationis. Roman. *dict. consil. 412. num. 2. verb. secundum quod*, vbi apostilla *in ver. conueniisset*, dicit, quod iudex inquietati, non inquietantis, debet
adiri. Vide, *Actor quando, & in quibus casibus reus existat, & è contra. Con-*
cluſ. 118. † Extende, vt idem sit, quãdo reus vult conuenire actorem 2
super iactationibus, quia debet conuenire eum coram eodem iudice, coram quo, si actor ageret, conuenire deberet, apostilla ad Roman. *d. consil. 412. in ver. conuenisse*, vbi citat plures, & dicit magis
* communem. † Declara, quia si reus habet plures iudices ordi- * 3
narios, non de speciali priuilegio, potest adire, quem velit, sicuti posset actor, sed si ex priuilegio particulari, vel speciali, vide relatiue Roman. *d. consil. 412. num. 3. versic. tertium, quod*, vbi dicit * com- *
munem. † Et iudex competens, qui præuenit in citatione, facit, 4
vt aliis sit præclusa via. Roman. *d. consil. 412. num. 4.* vbi dicit * com- *
munem. † Declara, nisi citatio esset non legitima, puta non facta 5
secundum formam statuti, quod quis non possit citari, nisi dimissa copia libelli, quæ non fuit dimissa, quia tunc non fit præoccupatio. Roman. *dict. consil. 412. num. 5. & sequent. verb. nunc primo*, vbi ponit tria similia, quod per litis contestationem interrumpitur præscriptio, item per libelli porrectionem, si modo sunt legitime factæ, alias non, item quia perpetuatur iurisdictio delegati per vnum actum legitime factum, secus, si illegitime, & ibi apostilla *in verb. tria*, dat concordant. & Roman. ibi in fine, idem de causa non legitime mota, vt non præcludat viam aliis iudicibus.

Diffamatio non probatur ex eo, quod testes dicant, talem diffamatum ob tale crimen ad effectum plenæ probationis, sed bene ad effectum inquirendi vel carcerandi. Concluſ.

VIDE Mascardum *Concl. 513. Diffamatio.* Vide plene, *Infamis probatur ex instrumento & aliis modis. Concluſ. 109.*

Differentiæ, quod aliquid via actionis, vel exceptionis proponatur. Concluſ. 414.

CRIMEN † si opponitur per viam actionis, requiritur specifi- 1
catio, & solemnitas, de qua *in l. libellorum. ff. de accusation.* secus, si per viam exceptionis crimen opponatur. Oldrad. *consil. 324. num. 15. ver. sexto non obstat.* Vide plenius, *Delictum probatum per modum exceptionis, & incidenter non punitur. Concluſ. 175.* Vide, *Excipiendo quando quis potest consequi condemnationem contra actorem. Concluſio 413.* † Ad- 2
de, quod exceptio datur contra agentem super delicto nondum declarato ad effectum repellendi agentem, quando tale delictum, si esset declaratum, excluderet. Feder. de Sen. *consil. 90. per totum*, vbi, quod pœna clerici trahentis clericum coram seculari, est amissionis iuris, & causæ, sequuta declaratione, pone, quod idem clericus, qui traxit in causa spolii coram seculari alium clericum, succubuit, vel alias dimisso iudicio illud incepit coram ecclesiastico, conuentus opponit, quod cecidit à iure; alter agens replicat, quod non cecidit, quia non est declaratum, & quod exceptio non obstet in spolio, dicit Feder. quod obstat, & ponit pulchra exempla.

Differentiæ aliquæ inter ius canonicum & ciuile. Concluſ. 415.

FILIO † debet legari legitima iure institutionis, ne rumpat le- 1
gatum, secus est de iure canonico. Feder. de Sen. *consil. 12. in fin. princip. num. 6. ver. & si dicatur.* † Appellatio non datur à sententia 2
possessorii de iure ciuili. *l. 1. C. si de moment. possess. fuer. appellat.* secus de iure Canonico. Feder. de Sen. *consil. 76. Domini Auditori.* † Testa- 3
mentum de iure ciuili requirit septem testes, de iure canonico sufficiunt duo testes cum parochiano, vel quatuor testes sine parochiano. Bald. *consil. 283. D. Raynutius. & cons. 284. Si quis iuris ciuilis. lib. 3.* vbi loquitur ad effectum reuocandi testamentum solemne, quod idem sit in secundo, & quod Iuristæ in suo foro, & Canonistæ in suo respectiue seruant eorum iura † Legatum indistincte re- 4
uocatur cum duobus testibus integris, quorum probatio sufficit de iure canonico, sed de iure ciuili est contrarium, maxime, si legatum est magnæ importantiæ. Bald. *cons. 28. Super eo; quod. lib. 3.* † Laudum latum à duobus arbitris, absente tertio, non valet de iu- 5
re ciuili, ad iure canonico, quando tertius malitiose abfuit, valet latum sine eo. Bald. *cons. 8. Punctus quæst. in prin. ver. modo oritur. lib. 3.* † Trebellianica non deducitur pure vna cum legitima de iure ci- 6
uili, secus est de iure canonico, quia vtraque deducitur, & ius canonicum seruatur vbique, quia venit ad declarationem opinionis Doctorum Iuristarum, non ad correctionem iuris ciuilis. Bald. *consil. 281. Quidam Ser. lib. 3.* † Spurius de iure ciuili dicitur 7
omnis

omnis natus extra concubinatum, etiam à soluto & soluta, quia nisi mulier esset conseruata in cõcubinatu, nõ possunt filii dici naturales, sed spurii, secus est de iure canonico, quia omnes nati ex quocunque soluto & soluta sunt naturales, & non spurii, sed solum spurii sunt nati ex persona, cum qua non poterat esse matri-
8 monium. Bal. *cons.* 206. *Casu talis est, in fi. vers. quid dicemus. lib.* 3. † Matrimonium de iure ciuili solo consensu sine verbis contrahitur, de iure canonico requiruntur verba. Bald. *cons.* 195. *In hac causa, in princ.*
9 *lib.* 3. † Vsurarii manifesti sunt intestabiles de iure canonico, sed de iure ciuili, licet sint infames, tamen possunt testari. Bald. *cons.* 128.
10 *Cum quidam. n.* 5. *ver. an illud. lib.* 3. † Sententia lata in personam domini concepta, quando procurator, & non dominus fuit præsens in iudicio, de iure ciuili est nulla, secus de iure canonico. Angel. *cons.*
11 98. *Procurator in iudicio, per totum.* † Instantia causarum de iure ciuili est triennalis, de iure canonico est perpetua. Fulgos. *cons.* 168. *Lata*
12 *sententia, in fin.* † Instantia de iure ciuili in causa appellationis non potest prorogari cõsensu partium, secus est de iure canonico. Ful-
13 gos. *d. cons.* 168. *circa fin.* † Amplia, quia in opinionibus differentibus iudex secularis in foro suo male faceret, si nõ sequeretur ius ciuile
☞ propter ius Canonicum, & è conuerso. Signor. *cons.* 245. *n.* 15. Vide, *Ius canonicum in quibus præualeat legibus ciuilibus. Concluſ.* 579.

Difficilis materia ex quibus dicatur. Concluſ. 416.

1 DIFFICILES † dicuntur materiæ, quando raro accidunt quæstiones super eis. Fed. de Sen. *cons.* 29. *Quidam volens. n.* 1. *in princ.*
2 *ver. quæst. formatæ.* † Amplia, quia in iis, quæ sunt difficilis probationis, probatio leuior admittitur, & quæ sint ea, quæ sunt difficilis
☞ probationis, Vide, *Probatio leuior admittitur in iis, quæ sunt difficilis pro-*
3 *bationis. Conc.* 792. † Amplia, quia brocardica materia adeo est dif-
☞ ficilis, vt ad decisionem causarum non possit allegari. Vide, *Broccardica materia quæ dicatur. Concl.* 132.

Difficultas soluendi non tollit obligationem. Concluſio 417.

1 DIFFICVLTAS † soluendi non tollit obligationem, *l.* 2. §. *ex*
☞ *ijs. ff. de verb. obl.* Ægid. *cons.* 9. *n.* 16. Vide, *Inutilis dispositio esse nõ de-*
2 *bet circa multa. Concl.* 359. † Restringe, quia imo inanis dicitur actio,
☞ quam inopia debitoris excludit. Vide, *Necessitas non habet legem. Concluſ.* 19. vbi plura similia.

Diffinitio conuertitur cum suo diffinito. Concluſ. 418.

1 DIFFINITIO † conuertitur cum suo diffinito. Bart. in sua *quæst.* 7. *mulier habens, nu.* 4. *ver. contra quod, ver. secundo probo sic.*

Dignitas quid sit, & qualiter probetur. Concluſ. 419.

1 DIGNITAS † est quædam præeminentia ex administratione. Oldrad. *cons.* 150. *In Ecclesia Valentina, nu.* 3. *ver. secundo est attendendum*, vbi, quid sit personatus, & in quo differant, & quod in materia larga vnum pro alio quandoq; sumitur, & quod dignitas non est aliud, quam præeminentia in Ecclesia. Feder. de Sen. *cons.* 25. *nu.*
4. *ver. non obstat*, quod dicitur in consil. d. Petri de Tuderto, ibi in-
2 serto, vbi in princip. de dignitate, personatu, & officio. † Signa cognoscendi dignitatem sunt tria, primum, quando is, qui habet officium, præest administrationi cum iurisdictione, secundum, quando nomen officii sonat in dignitatem, prout Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius, tertium, quãdo ex consuetudine, vel constitutione, pro dignitate habetur, ita Franc. Aret. *cons.* 23. *In*
3 *præsenti consultatione, in princ.* † Dupliciter sumitur dignitas, large, & stricte, large capitur pro quolibet honore. Aret. *d. cons.* 23. *n.* 6. vbi *n.*
5. *in fi.* quod dignitas est cũ administratione, & sine administratione, prout in Archidiacono, & Archipresbytero in Cathedrali,
4 quia sunt nomina dignitatis. † Amplia, quia vbi est Collegium in Ecclesia ibi est dignitas, & iurisdictio. Bald. *cons.* 1. *in fi. ver. & ratio differentiæ, lib.* 1. Fed. de Sen. *cons.* 80. *Factum est tale, nu.* 2. *ver. considerantur*
5 *ergo.* Gem. *cons.* 132. *in princ.* † Et ideo Prioratus Fraternitatis laicorũ, ex quo habet collegium, & præeminentiam in illos de collegio dicitur habere dignitatem, quia tale collegium tendens ad pietatẽ,
6 & religionem est licitum. Bald. 473. *Reuerend. pater, lib.* 2. † Amplia,
7 quia vbi est conuentus, ibi est dignitas. Feder. de Sen. *cons.* 40. † Declara, quod in concessione dignitatis non venit collegiata, nisi sit dictum, *cap. cum in illis de præben.* Feder. de Sen. *consil.* 112. *in princip.*
8 † Personatus est quædam præeminentia, quã habẽt habentes personatum inter non habentes dignitatem. Fed. de Sen. *cons.* 49. Vi-
☞ de, *Personatus, in quibus differat à dignitate. Concl.* 321. † Amplia, quia di- 9
gnitas potest esse ex consuetudine communi opinione, aut denominatione, quod habeatur pro dignitate, *c. illud, de præsumpt. c. per tuos de probat.* Feder. *d. cons.* 80. *n.* 2. *ver. nec præsupponitur.* Gemin. *cons.* 101. vbi, quod consuetudo potest operari quod officium non habens prærogatiuam super alios, sit dignitas, quod duplicatur *consil.* 140.
† Declara, quia dignitas, vel personatus iudicatur ex consuetudi- 10
ne loci, *c.* 1. *de consuet. in* 6. Castr. *cons.* 226. *Dicit d. Ser. Franciscum, circa*
fi. lib. 1. † Amplia, quia quis dignitatem obtinet, ex quo præponitur 11
super alios, vel ad curam gerendam, vel ad administrationem bonorum, vel temporalium sine spiritualitate. Gemin. *cons.* 132. *in prin.*
ver. item vult. cum seq. maxime *n.* 3. *ver. item ad concludendum*, vbi, quod non est de substantia prælaturæ, & sic dignitatis, vt habeat vtranque administrationem. † Amplia, quia Plebania, Archipresbyte- 12
ratus, Prioratus, Præpositura, & similes Ecclesiæ, etiam si non sint collegiatæ, dummodo habeant sub se capellas perpetuas, dicuntur habere dignitatem, *cap.* 1. *ne Clerici, vel Monach. in fin. lib.* 6. vbi
Franc. † Contrarium tenet Feder. de Sen. *consil.* 90. *Factum est tale* 13
num. 2. *ver item non obstat*, vbi, quod si non habent collegium, vel prærogatiuam in Cathedrali, vel Collegiata, non habent dignitatem. † Amplia, quia qui habet feudum cum iurisdictione, dicitur 14
habere dignitatem, quia concessio proprie iurisdictionis dignitatem habet, & gradum excellentiæ superioris, cum præsit vniuersitati. Bald. *cons.* 352. *Materia feudorum, in princip. num.* 11. *nam omnis con-*
cessio, lib. 1. † Amplia, quia de iure communi Archidiaconus habet 15
dignitatem ex solo nomine. Aret. *consil.* 23. *in princip.* Vide, *Archidia-* ☞
conus & eius officium quid sit. Concluſ. 482. † Extende, quia Archipres- 16
byter pariter habet dignitatem quia cum Archidiacono ambo sonant in nomen dignitatis. Aretin. *d. cons.* 23. *in princip.* Vide, *Archipres-* ☞
byter & eius officium quid sit. Concluſ. 485. † Extende, quia Primicerius 17
quoque sonat in nomen dignitatis. Areti. *d. consil.* 23. *num.* 5. Vide, ☞
Primicerius quid sit, & an sit dignitas. Concluſ. 650. † Extende, quia om- 18
nes habent dignitatem, quando vel in Cathedrali habent præeminentiam cum iurisdictione, siue sint Præposituræ, siue Decanatus, siue Cantoriæ, vel quocunque alio nomine, idem, quando caput Collegii constituunt, & idẽ in plebe Archipresbyteratu, & ☞
similibus. Feder. de Sen. *cons.* 80. *per totum.* Gemin. *cons.* 132. *in princip.*
† Restringe, quia reliqua omnia officia non sonant in nomen di- 19
gnitatis de iure communi, nisi consuetudo sit in cõtrarium. Areti.
d. cons. 23. *in princ.* † Præpositura igitur non est dignitatis nomen de 20
iure communi, nisi de consuetudine aliter disponatur. Aret. *cons.*
23. *n.* 5. Vide, *Præpositura est dignitas, & quando secus. Concluſ.* 518. † The- ☞
saurarius non est dignitas. Rota. *decis.* 8. *de præben. in nouiss.* alias 173. 21
Aret. *cons.* 23. *in princip.* Abb. *cons.* 93. *in princ. & per totum, lib.* 2. Vide,
Thesauraria, & cantoria non est dignitas, nisi adsit consuetudo. Concl. 298. ☞
† Decanus non habet dignitatem de iure communi. Rota *decis.* 8. *in* 22
nouiss. de præb. Aret. *cons.* 23. *in princ.* Vide, *Decanatus & Præpositura an sit* ☞
dignitas. Concluſ. 60. † Precantor non est dignitas, licet de consuetu- ☞
dine possit esse. Areti. *cons.* 23. *nu.* 6. † Sacrista non est dignitas, licet 23
de consuetudine possit esse. Zabar. *cons.* 62. *in princ.* † Declara, quia 24
dignitates Ecclesiasticę sunt vt plurimum secundum consuetudi- 25
nem loci, quæ attendi debet, plene Card. Zabar. *d. cons.* 62. *in princ.*
† Amplia, quia dignitas probatur eo ipso, quod quis habet admi- 26
nistrationem rerum Ecclesiæ cum iurisdictione, vel habet officiũ, vel beneficium, cuius nomen sonat in dignitatẽ, vel de iure communi, vel ex consuetudine, non tamen probatur per verba enunciatiua. Mascard. *Concl.* 514. *Dignitas quomodo probetur.* † Limita, quia 27
è contrario non potest esse dignitas, quæ non obtinet in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata prælaturam, vel prærogatiuam, vel nisi quę præest collegio, nisi ex consuetudine, vel communi opinione, vel denominatione habeatur pro dignitate. Feder. de Sen. *cons.* 80.
nu. 2. *ver. considerantur ergo*, vbi loquitur in plebe etiam habentes capellas sub se, quæ spectet ad electionem capellanorum, & quod dignitas non sit, nisi habeat prærogatiuam supra alios, nisi consuetudo contrarium disponat. Gemin. *cons.* 101. *Quoad primum, & cons.*
140. *in prin.* vbi duplicatur, vbi quod cantoria, & Thesauraria, non est dignitas, nisi consuetudo hoc disponat. † Declara non proce- 28
dere in Archidiaconatu, Archipresbyteratu, & Primiceriatu, quia possunt esse sine cura, & administratione, & sunt nomina dignitatis. Franc. Areti. *cons.* 23. *in princ.* † Limita in canonicatu, etiam si ha- 29
beat annexam dignitatem, quia non dicitur dignitas, etiam si de consuetudine, vel alias habeat institutionem, vel destitutionem capellarum, & possit interdicere. Feder. de Sen. *cons.* 80. *n.* 2. *in fi. ver.*
item non obstat; quod instituit, & in fin. Vide, *Delegati iu-* ☞
dices esse qui possint. Conclu-
sio 145.

Digni-

Dignitas non moritur vnquam. Conclus. 420.

1 MORI † non potest dignitas, & ideo licet Papa moriatur, tamen Papatus perennis est, & perpetuus, sic & Rex, & Imperator licet moriatur, tamen Imperium perpetuum est Bal. *cons.* 159. *Super eo, quod, n.* 3. *ver. secundo præmittendum est, lib.* 3. idem Bald. *in tit. de pace Constantiæ, §. hoc quod nos, ver. vnum tamen non omitto*, vbi, quod Imperium semper est, etiam si desiit esse illius Gubernator, allegat tex *in authent. quomodo oport. Episcop. §. sed neque, verb. licentiam*, vbi,
2 quod Imperium semper est. † Amplia in Republica, quia nunquam moritur, sed semper est eadem, & ideo non habet hæredem, quia semper viuit in semetipsa, licet personæ particulares moriantur, prout dicitur de mundo, quia mundus nunquam moritur, sed dispositiones mundi moriuntur, & mutantur. Bald. *cons.*
3 159. *numer.* 5. *verb. nec mirum, lib.* 3. † Et abbatialis dignitas nunquam moritur, ideo si fiat legatum Abbati talis abbatiæ de tempore, quo vacat abbatia, debetur legatum succedenti in ea, licet esset monachus incapax tempore legati, quia dignitati, quæ est perpetua, legatum factum dicitur, & non potest ab aliquo occupari, sed debetur Abbati successori. Roman. *consil.* 259. *In casu proposito,*
4 *per totum.* † Et dignitas habens aliquod ius competens, quia informat suum subiectum, quod est persona obtinens dignitatem, quia dignitas sine persona nihil agit, & tunc quia dignitas est principalis, & persona secundaria, extincta persona non extinguitur concessio, vel ius dignitatis, quia persona adhibetur, vt instrumentum dignitatis secundarium. Bald. *consil.* 121. *num.* 6. *verb. quædam vero,*
5 incipit consilium, *Orta guerra, lib.* 3. † Extende in regibus, nam vacante Regno Siciliæ, quod est Ecclesiæ Romanæ, si Papa infeudat castra, & detur alius Rex, isti feudatarij subiiciuntur Regi: quia ius quæsitum Imperio Regni, & ea, quæ sunt fiscalia, & Regni, Regis esse intelliguntur. Bald. *d. tit. de pace Constantiæ, §. hoc quod nos, in*
6 *ver. inuestituram recipientis.* † Extende in Ecclesia, quæ nunquam moritur, & mortuo Prælato possidet, quia licet vacet possessio Ecclesiæ: non tamen vacat possessio bonorum Ecclesiæ. Natta plene *cons.* 562. *num.* 11. *& sequent. per totum*, vbi plura, quæ applican-
* 7 tur aliis dignitatibus, & dicit *communem. † Extende, quia dignitas licet desinat esse, tamen quæsita non perdit, neque priuilegia.
8 Marsil. *Sing.* 107. *Priuilegium dignitatis.* † Et Ecclesia collegiata, quæ habet dignitatem propter collegium, mortuo, vel extincto collegio, vt quia omnes Canonici sunt mortui, vel priuati, tamen ius collegii, & dignitas conseruatur in ipsa Ecclesia. Alexand. *consil.* 74. *Viso puncto, num.* 2. *& 3. ver. faciunt ea, lib.* 4. vbi, quod pro-
9 cedit in collegio Ecclesiastico, quia Ecclesia non moritur. † Declara, vt per Deci. *in cap. quoniam Abbas de off. deleg. num.* 40. vbi, quod dupliciter consideratur dignitas, videlicet in abstracto, & hæc nunquam moritur, & concessum dignitati in abstracto dicitur perpetuum, in concreto vero cessat mortuo obtinente dignitatem; quando aliquid conceditur personæ obtinenti dignitatem.
10 † Extende in collegio, quia non moritur, neque habet successorem, licet pati possit capitis diminutionem. *l. hæreditatum, in fin. ff. ad l. Falcid.* & quandoque etiam periisse, seu dissoluta fuisse collegia
11 præsupponitur *in l. pater. §. Tusculanus. ff. de leg.* 3. † Extende in Hospi-
12 tali, & quacunque vniuersitate. Vide, *Ecclesia*, infra in fin. † Et idem
☞ in vniuersitate, quæ nunquam moritur. Vide, *Vniuersitas qualiter de-*
13 *sinat esse, & an sit eadem semper. Concluſ.* 275. † Idem in Capitulo, quod non dicitur habere successorem, quia semper est idem Capitulum.
☞ Vide, *Capitulum non dicitur habere proprie successorem. Concl.* 51. Vide, *Ecclesia, Communitas, & Capitulum nunquam moriuntur, & in quibus vicem personæ habent. Concluſ.* 16.

Dignitas, personatus, & officium sunt diuersa. Conclusio 421.

1 DIGNITAS, † personatus, & officium sunt diuersa. Abb. *consil.* 93. *In qu. in prin. lib.* 2. allegat Archid. & alios *in c.* 1. *de consuet. in* 6.
☞ Vide, *Personatus in quibus differat à dignitate. Concluſ.* 321. Vide, *Officia quando dignitati, vel personatui æquiparentur. Concluſ.* 92.

Dignitates creare qui possint, & quales. Concluſ. 422.

1 PAPA † potest creare in vna ex suis ciuitatibus, vel pluribus, Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum, & infeudare cum vtili iurisdictione vasallo, cui voluerit. Bald. *consil.* 324. *Quaritur,*
2 *vtrum Papa, in princ. lib.* 1. † Amplia in Imperatore, quia omnes dignitates potest creare, & supprimere. Bald. *cons.* 333. *Ad intelligentiam*
☞ *sequendorum, circa pri. ver. porro ad eum pertinet. lib.* 1. Vide, *Imperator po-*
3 *test creare, & extinguere nouas dignitates. Concluſ.* 36. † Amplia, quia Rex Romanorum potest etiam ante coronationem creare Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum, & illud infeudare. Bal. *cons.* 326. *Rex Romanorum, & per totum. lib.* 1. vbi de Ducatu Mediolani, erecto à Rege Romanorũ, de quo fuit inuestitus Io. Galeaz. Vicecomes.
† Amplia, quia etiam Duces possunt creare dignitates minores in 4
statu suo, prout Comites, & Marchiones, prout de Duce Borsio, qui creauit in Comitatum feuda DD. de Rangonibus. Socin. *cons.* 165. *li.* 2. *per tot.* vbi, quod operatur illa realis erectio, vt habeat vim, & effectum concessionis in feudum Comitatus, secundum tamen primæuam inuestituram. † Amplia, quia Episcopus & Capitulum 5
possunt in ecclesia creare, & erigere dignitatem ecclesiasticam nouam, etiam sine licentia Papæ, licet ad bene esse melius sit adhibere licentiam ipsius. Felin. *in c. cum accessissent. n.* 14. *ver. tertia concluſ. de constit.* † Amplia, quia dignitas realis creata ab aliquo Principe ar- 6
guit subiectionem ipsi creanti. Socin. *cons.* 165. *lib.* 2. *per totum.* Vide, *Realis dignitas erigi quando possit. Concluſ.* 43.

Dignitates supprimere, & extinguere qui possint. Concluſ. 423.

1 PAPA † & Imperator possunt supprimere dignitates, & extinguere, quando sunt in abstracto, & aperte, alias autem donec est concessa alicui, non possunt illam supprimere. Bald. *consil.* 327. *Pridie enim, in princip. num.* 3. *verb. item Cælestinus. lib.* 1. † Amplia in 2
Imperatore, quia potest supprimere, extinguere, & transferre dignitates. Bald. *cons.* 333. *circa princ. ver. porro ad eum pertinet. lib.* 1. Vide, *Imperator potest creare nouas dignitates, & creatas extinguere. Conclusio* 36.

Dignitates erectæ, creatæ, & auctæ in diuersis locis. Concluſ. 424.

1 ARCHIEPISCOPVS † Tolosanus factus fuit à Io. XXII. Papa, quia tempore D. Clementis V. erat Episcopatus. Old. *cons.* 239. *Bo. me. D. Clemens*, quod consilium duplicatur sub *nu.* 276.
2 † Episcopus S. Flori fuit creatus, & erectus super prioratu Monastis Flori diuiso Episcopatu Claramontis in duos Episcopatus. Oldrad. *consil.* 276. *Quod Domino Episcopo, per tot.* maxime *num.* 4. †
3 Archiepiscopus Florentinus primo fuit erectus in Episcopatum, & de Episcopo Florentino facit mentionem Lap. *alleg.* 61. *num.* 4. *ver. & ita seruaui*, & quod esset Episcopus, idem Lap. *alleg.* 50. *in fin.* vbi, quod ita obtinuit coram D. Angelo Ricasolo Episcopo Florentino, & quod Episcopus diceretur Florentiæ, non Archiepiscopus. Feder. de Sen. *cons.* 2. *col.* 1. *num.* 3. *ver. ad prima.* † Archiepiscopus Se- 4
nensis hodie, alias tempore Feder. de Senis erat Episcopus, vt ipse talem nominat *cons.* 2. *in princ. & per totum.* † Archiepiscopatus Bo- 5
nonien. fuit creatus à Gregorio XIII. de anno 1584. cum prius esset Episcopatus.

Dignitas aucta retinet primam essentiam. Concluſ. 425.

1 DIGNITAS † Episcopatus si erigatur in Archiepiscopalem, retinet tamen priuilegia concessa eidem ecclesiæ, vel dignitati Episcopali, quia non desinit esse Episcopatus, sed augetur. Oldrad. *consil.* 239. *Bo. mem. D. Clemens*, quod duplicatur *consil.* 276. vbi tenet, quod Episcopus Tolosanus datus in conseruatorem Cardinali, remanet, etiam si ecclesia Tolosana erigatur in Archiepiscopalem. † Amplia, vt idem sit in Prioratu erecto in eccle- 2
siam Episcopalem, vt retineat priora priuilegia. Oldrad. *consil.* 267. *Quod Domino Episcopo.* † Amplia, vt idem sit in familia Eccle- 3
siæ aucta, vel capellanis auctis, quia censentur nihilominus iidem, qui prius erant, ita, quod legatum factum familiæ, licet augeatur, debetur nihilominus etiam auctis tale legatum, si non est restrictum. Gemin. *consil.* 70. *num.* 7. *vsque in fin.* † Amplia in parochiali 4
erecta in Archiepiscopalem, quia nihilominus non desinit esse parochialis, & retinet priora onera curæ, & aliorum. Gemin. *consil.* 125. *in fin. n.* 12. *ver. ad octauum.* † Declara, quia quoad denomina- 5
tionem parochialis erecta in cathedralem dicitur cathedralis, & includitur sub nomine cathedralis, non autem sub nomine parochiæ. Gemin. *consil.* 125. *in fin. ver. ad nonum. nu.* 13. Vide, *Additamentum sequitur naturam eius, cui adijcitur. Concluſ.* 182. Vide, *Augmentum quando mutet substantiam rei augmentatæ. Concluſ.* 556. Vide, *Compromissi prorogatio an sit idem cum promisso prorogato. Concluſ.* 518. Vide, *Prorogatio an inducat nouum actum, an remaneat idem cum prorogato. Concluſ.* 921.

Digni-

Dignitatem habent multi de iure communi, & qualiter probetur. Concl. 426.

1 DVCES, † Marchiones, & Comites dicuntur habere dignitatem. Bart. *conſ. 43. Quidam Capitaneus, nu. 3. verſ. ſed Capitaneus. lib.* 2. vbi dicit * communem. † Extende, quia Capitaneus habẽs
2 iuriſdictionem, ac merum & mixtum imperium, prout Capitaneus ciuitatis Piſarum, æquiparatur Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, ideo habet dignitatem. Bart. *d. conſ. 43. nu. 5. lib. 2.* Vide
3 ſupra, *Dignitas quid ſit. Concl. 419. & infra Concl. prox. ſeq.* † Limita, quia militia non eſt dignitas ſecundum veritatem. Bart. *d. conſ. 43. circa fi. lib. 2.* vbi poſt. in *ver. veritatem*, dat concord.

Dignitas ex quibus acquiratur, & conſeruetur. Concluſio. 427.

1 DIGNITAS † acquiritur ex ſola clericali inſignitione; quia clericus dicitur in dignitate conſtitutus, *c. cum libertus, de ſer.*
2 *non ordin.* Lap. *alleg. 102. In ciuitate Florentia. nu. 17.* † Amplia, quia ex collatione officij habentis dignitatem annexam acquiritur digni-
3 tas, iuxta not. in *rub. de præb. & dignit.* † Amplia, quia ex militia ter-
4 rena, vel cæleſti acquiritur dignitas, *l. 2. C. ne quis vela Regia.* † Amplia, quia ex genere, ſeu ex progenie acquirit quis dignitatem, *ff. de*
5 *ſenat. l. fœminæ, & l. penul.* † Amplia, quia dignitas conſeruatur etiam per monachum, & religioſum, maxime virtuoſum, & in prælatu-
6 ra exiſtentem, *auth. de monach. in princ.* † Amplia, vt dignitas familiæ conſeruetur, & augeatur per prælaturas, vt exemplificat Lap. *alleg.*
7 *102. num. 18.* In familia Vrſinorum, & Curſinorum. † Amplia, quia habens iuriſdictionem in caſtro, vel villa, dignitatem, & nobilitatem habet, & acquirit. Crauet. *conſil. 952. Quæſtio triplex. num. 7.* vbi, quod propterea habens feudum cum mero & mixto imperio dicitur nobilis, & habet dignitatem, quia iuriſdictionem habet per-
8 petuam. † Extende, vt procedat etiam in ruſtico emente iuriſdictionem perpetuam, ſeu feudum, quia acquirit dignitatem & nobilitatem. Crauet. *d. conſil. 952. num. 7. & ſeq.* vbi, quod iudices pro-
9 pterea ſunt ſalutandi. † Declara, quia non habet locum in eo, qui habet caſtrum in feudum ſine iuriſdictione. Crau. *d. conſ. 952.*
10 *nu. 8. ver. conſequenter.* † Limita, quia non acquiritur dignitas ex diuitijs, quia cadunt etiam in viliſſimis perſonis. Lap. *alleg. 102. nu. 18.*
11 *ver. ex diuitijs autem.* † Limita, quia diuitiæ non conſeruant dignitatem in homine indigno. Lap. *d. alleg. 102. nu. 18.* vbi, quod virtutes animi præualent diuitijs.

Dignitas quotuplex in Eccleſia. Concluſio. 428.

1 DIGNITAS † in Eccleſia eſt triplex, prima eſt Papatus, qui dicitur apex dignitatis; ſecunda Epiſcopalis, quæ eſt culmen aliarum dignitatum; tertia eſt dignitas ſimplex. Oldrad. *conſ.*
2 *259. Impugnatur. num. 3. verſ. item tria.* † Dignitates ſimplices, aliæ ſunt perſonales, vel ſimplices, aliæ collegiatæ, & dignitas, ſeu eccleſia collegiata non venit in odioſis appellatione ſimplicis dignitatis. Oldr. *conſil. 281. num. 3. vſque in fin.* vbi dicit procedere, etiam ſi
3 dignitas collegiata non eligatur, ſed conferatur. † Extende, quia ſi Papa diſponeret, quod obtinentes dignitates debeant promoueri intra annum, non includerentur dignitates collegiatæ in ma-
4 teria odioſa. Gemin. *conſil. 131. num. 5. verſic. expreſſit de Decanatu.* † Dignitatum aliæ ſunt electiuæ, aliæ non electiuæ, & in collatione dignitatis ſi non eſt facta mentio, quod ſit electiua, non venit in conceſſione ſimplici. Bald. *conſil. 387. circa fin. verſ. amplius licet dignitas. lib.*
5 *1. incip. Archidiaconus habet.* † Dignitates eccleſiaſticæ licet quandoque æquiparentur ſecularibus dignitatibus; tamen non eſt bene dictum; quia dignitates eccleſiaſticæ non ſunt ordinatæ ſecun-
6 dum iura ciuilia, ita Ægid. *conſil. 5. num. 47. verſic. ſed forte.* † Et ideo magis aſſimilantur dignitates eccleſiaſticæ Archidiacono, prout Abbas, & alij Prælati inferiores, quam quod aſſimilentur ſeculari-
7 bus dignitatibus. Ægid. *d. conſil. 5. nu. 47. ver. ſed forte.* † Vide Oldrad. *conſil. 211. Ad propoſitum fratrum, in princ. & per tot.* vbi, quod ad inſtar Prætorum, quorum alter erat pro incolis, alter vero pro peregrinis, fuerunt curati animarum inſtituti, ordinarij pro incolis, & ſunt parochiani, alij pro forenſibus, vt fratres S. Anto. & dat alia exempla multa.

Dignitates principales quæ beneficia eſſe dicãtur. Concluſio 429.

1 DIGNITAS † principalis dicitur illa, quæ in eadem eccleſia eſt prima, quando adſunt aliæ dignitates, ſed ſi aliæ dignitates non ſunt in eadem eccleſia, non poteſt dici principalis. Gemin. *conſil. 36. in princip.* vbi, quod ipſa dignitas vnica dicitur eccleſia, & prouiſio de ea eſt prouiſio de eccleſia, non autem prouiſio in Eccleſia. Cardin. Zabar. *conſ. 30. num. 8.* vbi tollit contraria, quod licet primus ſit, quem nemo antecellit, quod eſt improprium, & improprietates excuſandæ non ſequendæ. † Contrarium videtur 2
velle idem Gemin. *conſ. 132. in princ. verſ. item vult*, vbi principalis dignitas poteſt dici reſpectu principalis tituli in eadem eccleſia, & quia præponitur ſuperalios ad curam, allegat *cap. quamuis, de verbo. ſignific.* † Adde poſt. ad *d. conſil. Gemin 36. in ver. credo*, vbi, quod imo 3
curiales, & Rota appellãt principalem dignitatem, eccleſiam collegiatam, licet Canonici in ea exiſtentes nõ ſint in dignitate, quia principalis dicitur reſpectu aliorum. † Amplia, quia quando in 4
eadem eccleſia non eſt, niſi vna dignitas, tunc non poteſt dici dignitas in eccleſia, ſed ipſa dignitas eſt eccleſia, & ſic ſeruat curia, & ſtylus. & ideo in mandato de prouidendo in eccleſia non venit dignitas vnica, quia non eſt in eccleſia. Card. Zab. *conſil. 30. In hac dubia quæſt. num. 7. & ſeq. ver. ſed adhuc.* Gemin *conſ. 36. in princ.* † Exten- 5
de, vt idem ſit, quando diceretur dignitas collegiatæ eccleſiæ, quia præſupponitur in eccleſia collegiata, quia genitiuus impertat ablatiuum hoc caſu. Card. Zab. *d. conſ. 30. nu. 7.* † Amplia, quia digni- 6
tas dicitur non ſolum, quæ à iure communi recipit nomen dignitatis, ſed etiam illa, quæ à conſuetudine, vel ex conſtitutione dignitas appellatur. Caſtr. *conſ. 66. Dubia ſupradicta, n. 4. lib. 1.* vbi, quod in Tuſcia omnes plebani habent dignitatem.

Dignitatum maioritas & præcedentia ex quibus cognoſcatur. Concluſ. 430.

ALTITVDO † ſedis inter ſedes dignitatum arguit maiori- 1
tatem dignitatis; quia maiores altiori loco ſedere debẽt. Bal. *conſ. 287. in princ. incip. Archidiaconus habet. lib. 1.* allegat gloſſ. in *§. altam vero. Inſtit. de bono. poſſeſſ.* † Amplia, quia proximiores ſedi Principis, 2
& magis proximi in inceſſibus, & alijs actibus, apud dominum, & principem reputantur digniores. Bald. *d. conſ. 387. in prin. lib. 1.* † Am- 3
plia in iuriſdictione magis libera, & ampla; quia qui habet ampliorem iuriſdictionem meri & mixti imperij, dicitur dignior & maior. Bald. *d. conſ. 387. in princ. ver. præterea notiſſimum. lib. 1.* † Extende; 4
quia is, qui præeſt pluribus & maioribus, dicitur eſſe maior, quam is, qui præeſt paucioribus & minoribus. Bald. *d. conſ. 387. in prin. ver. ſimiliter certum eſt. lib. 1.* † Extende ratione imperij; quia is, qui impe- 5
rat alteri, dicitur habere maiorem dignitatem. Bal. *d. conſ. 387. ante med. ver. item dignior eſt. li. 1.* † Amplia ratione adminiſtrationis; quia 6
maior dicitur habens dignitatem cum adminiſtratione, quam ſine; ideo Epiſcopus habens adminiſtrationem dicitur maior Epiſcopo titulari, & portitiuo. Bald. *d. conſ. 187. ante med. verſ. item dignior eſt. lib. 1.* † Amplia ratione inſignium; quia illa dicitur maior di- 7
gnitas, quæ honorabiliora inſignia defert, licet iſta inſignia non conferant plenam poſſeſſionem maioris honoris. Bald. *d. conſ. 387.*
circa med. ver. inſignia etiam. lib. 1. † Amplia ratione ordinis, quia qui 8
præcedit in ordine ſedendo, ſubſcribendo, & alia faciendo, ex prioritate ordinis arguitur maioritas dignitatis. Bald. *d. conſil. 387.*
circa med. verſ. quando autem ſunt, lib. 1. † Amplia ratione ſtipendij, 9
quia habens maius ſtipendium, dicitur habere inter pares maiorẽ honorem, & maiorem dignitatem. Bald. *d. conſ. 387. circa med. ver. ſtipendia etiam, lib. 1.* † Amplia ratione conſuetudinis; quia de conſue- 10
tudine vna poteſt eſſe maior dignitas, quam alia, quia gradus excellentiam oſtendit conſuetudo. Bald. *d. conſ. 387. poſt med. verſ. it. aq. gradus. lib. 1.* † Extende, quia imo conſuetudo facit dignitatem, & 11
multum attenditur conſuetudo, an dignitas ſit talis, & an maior. Card. Zab. *conſ. 62. in prin.* † Amplia ratione maioris beneficij, quia 12
maior reputatur dignitas, quæ confertur pro maximo ſeruitio, & beneficio, quam quæ confertur pro modico beneficio. Bald *conſil.*
387. poſt med. ver. item illa eſt maior. lib. 1. † Amplia ratione ſubditorum 13
magis nobilium, quia regnum habens magnos feudatarios dicitur nobilitari ex infeudationibus. Bald. *conſil. 333. Ad intelligentiam ſequendorum. col. 2. circ. med. verſic. item infeudare. lib. 1.* vbi, quod Duces magni habẽt ſub ſe Comites, & Barones, & quod ille dicatur melior & nobilior, qui præeſt melioribus & nobilioribus. Signorol. Homod. *conſ. 23. Quæſtio diſputata, in princip.* † Extende, quia quanto 14
quis melioribus & maioribus præeſt, tanto maior, digniorque eſt, *auth. de defenſor. ciuit. §. nos igitur.* Rom. *conſ. 460. Illa verba, in fin.* vbi, quod Prætor Florentiæ dignior eſt prætore Prati; quia præeſt maioribus. † Amplia, quia præualet exercitium, & actus potius quam 15
habitus, etiam ſi habitus poſſit per caſum deduci ad actum. Zabarell. *d. conſ. 62. In primo dubio, in fin.* † Amplia, quia nobilior eſt, qui 16
diſponit, quam qui adimplet, & ſic, qui recumbit, quam ille, qui

17 ministrat. Signor. *cons.* 23 *n.* 4. *& seq.* † Amplia, quia prior in ordine, & sic antiquior in dignitate præferri debet. Signor. *d. cons.* 23. *n.* 24.
18 *ver. præterea primatus.* † Amplia, quia præfertur ille, cuius exercitiũ
19 est magis vniuersale. Signorol. *d. cons.* 23. *n.* 28. † Amplia, quia si ordo literæ præponat vnum alteri, præpositus dicitur dignior. Si-
20 gnor. *d. cons.* 23. *nu.* 26. † Amplia, quia signa cognoscendi maiorem dignitatem in ecclesia est sedere prius, subscribere prius, conuo-
21 care alios, & similia. Card. Zab. *cons.* 30. *nu.* 6. *& seq.* † Amplia, quia habens dignitatem à Papa præfertur in pari casu habenti similem dignitatem ab alio, *c. per tuas, de maior. & obed.* Deci. in *rubr. de postul. prælat. in princ.* Vide, *Præcedere quis debeat inter plures. Concluſ.* 477. Vide, *Doctor an præferatur militi. Concluſ.* 550.

Dignitas, licet desinat esse, priuilegia tamen durant. Cõclus. 431.

1 DIGNITAS licet † nunquam moriatur, sup. *Dignitas non mo-*
2 *ritur. Concl.* 420. tamen si desinat esse, priuilegia durãt. † Amplia, quia priuilegium concessum dignitati non cessat, neq; extinguitur, licet dignitas desinat esse, vel durare. Marsil. *sing.* 107. *Priuilegium dignitatis, per totum*, vbi plura exempla, quod cessante causa non cessat effectus, inter cetera vnum mirabile dicit, quod Iudæus, qui non potest esse testis contra Christianum, non etiam
3 poterit, si efficiatur Christianus. Vide, *Cessante causa quando cessat effectus, vel non. Concluſ.* 202. Contrarium *Concl. prox. seq.*

Dignitas & Ecclesia translata non retinet sua priuilegia. Concl. 432.

1 ECCLESIA, † seu monasterium, si transfertur de loco ad
2 locum, prima Ecclesia translata non retinet priuilegia, quia competunt Ecclesiæ, vel monasterio nouo, Lap. *alleg.* 69. *Quæris, an*
3 *liceat. in princ.* Contrarium *Concluſ. prox. præced.* † Declara, prout in *ver. Vnio multiplex, & de effectu vnionis. Concluſ.* 230. *vers. quandoq; fit vnio per modum tribulationis.* Vide, *Vnita Ecclesia mutat naturam, & sequitur Ecclesiam, cui facta est vnio. Concl.* 242.

Dignitatem an capiat habens gratiam ad beneficium, vel dignitatem, & qualem capiat. Concl. 433.

1 DIGNITAS † non comprehenditur appellatione beneficij
2 curati; ideo habens gratiam expectatiuam ad curatum non capit dignitatem, Gemin. *consil.* 78. *in fin.* † Amplia, quia habens gratiam ad dignitatem in Ecclesia, non capit ipsam Ecclesiam, quæ dignitas est. Vide, Dictiones, *in*, & *de*, quid importent, &
3 in quo differant. *Concluſ.* 292. † Amplia, quia habens gratiam ad dignitatem simpliciter, non capit dignitatem qualificatam, & sic electiuam, nisi exprimatur. Bald. *consil.* 287. *Archidiaconus habet, circa fin. ver. amplius licet dignitas, lib.* 1. Vide, *Expectans ad dignitatem non capit in cathedrali. Concl.* 611.

Dignitati, vel officio quando aliquid dicatur concessum, vel potius personæ. Concl. 434.

1 DIGNITATI † censetur facta commissio, vel directum re-
scriptum, quando sola dignitas exprimitur, vt Episcopo Regien. vel Archidiacono, & in casibus similibus, *cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* Abb. *cons.* 93. *Duo sunt, num.* 1. *lib.* 1. sequitur Crauet. *consi.* 929. *Certamen, num.* 2. & 3. Ias. ponit regulam in *l. more num.* 65. *versic. nota ex gloss. ff. de iurisd. omn. iudic.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 28.
2 Menoch. *de arbitr. quæst.* 68. *nu.* 2. vbi ponunt reg. cum limitat. † Extende, quia si Priores ciuitatis debent eligere medicum tali mense sub pœna, & non elegerint, poterunt Priores successores eligere, quia dignitati datur facultas. Abb. *d. cons.* 93. *lib.* 1. *per tot.* † Con-
3 trarium, quod imo non attendatur, an sit expressum nomen dignitatis, vel appellatiuum, vt tunc censeatur facta commissio dignitati, vel sit cõcessio realis: secus, si personæ nominatæ, quia imo istud est vltimum refugium, ideo primo recurrendum est ad subiectam materiam, quia si materia potius proportionatur personæ, quàm dignitati, iudicare debemus dispositionem personalem, nõ realem, licuti etiam è conuerso, ita Abb. *cons.* 93. *In quæstione, col.* 2. *in prin. ver. Sed ijs non obstantibus, & per totum, lib.* 2. vbi, quod si qualitas, & materia non proportionatur dignitati expressæ, vel nomini expresso; tunc dignitas, vel nomen censetur causa demonstrationis expressum, allegat tex. in *c. requisisti, de testam.* & in *c. Pontifices* 12. *q.* 3. *l. annua, §. atria. ff. de ann. legat. l. iurisgentium, §. pactum. ff. de pact. c. dilecti. do foro compet.* tex. & gl. in *c. aduersus. de immunit. eccles. c.* 1. *de offic. Vicar. in* 6. cum alijs multis hoc probantibus, & idem etiam tenet Gemi. *cons.* 93. *in princ.* vbi, quod si dispositio continet ea, quæ sunt dignitatis, censetur facta concessio dignitati, licet concessio loquatur in personam. † Extende, quia non requiritur expressio qualitatis rei 4
proportionatæ, sed sufficit, quod ipsa materia, de qua agitur, sit proportionata per se sine expressione, magis dignitati, quam personæ, vel è contra. Abb. *d. cons.* 93. *col.* 2. *in fin. ver. Nec habet obstare, lib.* 2. † Declarat Alex. *cons.* 175. *Perspectis nu.* 22. *ver. quoad aliud lib.* 5. Quia 5
in cõmissione, in qua potest considerari industria personæ, si exprimitur nomen propriũ, & nomen dignitatis, siue ante, siue post, semper præsumitur commissio facta personæ; si vero non consideratur industria personæ, tunc attenditur, an primo ponatur nomẽ proprium, vel nomen dignitatis, & attenditur illud, quod primo loco fuit positum, & apostil. ad Alex. ibi dat concord. † Amplia, vt 6
idem sit in priuilegio, quia si est concessum personæ, dicitur personale, sed secus est, si dignitati rei vel causæ, quia dicitur factum dignitati, & est reale. Old. *cons.* 223. *ver. Sed in contrarium, num.* 2. Vide, *Priuilegium quando dicatur personale, vel reale. Concl.* 743. *cum duabus conclus. ibi prox. seqq.* † Amplia in emptionibus, & acquisitionibus 7
factis, quia si sub nomine dignitatis, acquiritur dignitati, si sub nomine proprio, secus est. Io. Andr. & alij in *c.* 3. *de pecul. cleric.* vbi quod in dubio, & infra *nu.* 20. *& seq.* Vide, *Bona per prælatum acquisita an sint hæredum, vel Ecclesiæ. Concl.* 112. † Extende in tantum, vt si is, qui de- 8
posuit, vel aliquem cõtractum reuocabilem fecit sub nomine dignitatis, si amoueatur à dignitate, licet viuat, non potest reuocare talem contractum, sed successor in dignitate solus. Gemin. *consil.* 64. *nu.* 6. *ver. ad propositum.* † Amplia, vt idem sit omnino in pacto de 9
vendendo, vel alijs fauorabilibus, quia respicitur, an dignitati sit factum, vel personæ. Lap. *alleg.* 114. *per tot.* maxime *in fin.* † Amplia in 10
vnione facta dignitati, vel mensæ, quia si non est expressa persona obtinentis dignitatem, dicitur facta ipsi dignitati, vt sit perpetua. Old rad *cons.* 223. *n.* 2. *ver. in contrarium.* † Amplia in legato facto Epi- 11
scopo, quia censetur factum dignitati, nisi concurrant contrariæ coniecturæ, text. in *c. requisisti, de testam.* vbi Doct. gl. Castr. & Ias. in *l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis*, ponit Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsum.* 121. *in prin. vbi late.* † Declara, nisi fiat legatum à coniuncta persona, 12
etiam sub nomine dignitatis, quia præsumitur personæ factum. Abb. *d. c. requisisti, de testam. nu.* 8. *& nu.* 24. *&* 25. † Amplia in institu- 13
tione hæredis, quia respicitur persona, vel dignitas, aut officium. Petr. de Ancha. *cons.* 27. *n.* 10. *ver. ex primo*, vbi, quod omnes * in hoc * concordant. † Extende in legato alimentorum facto rectori talis 14
Ecclesię, quia licet de sui natura sit personale; tamen censetur perpetuum ratione officij, vt debeatur etiam successoribus, nisi doceatur, quod contemplatione personæ fuerit factum, vt, quia ille rector esset consanguineus testatoris. Bald. *cons.* 126. *Factum sic proponitur lib.* 5. Vide, *Alimenta legata personam non egrediuntur. Concl.* 290. † Declara, vt quod supra dicitur de dignitate, idem sit de perso- 15
natu, administratione, vel officio. Fed. de Sen. *cons.* 20. *In ciuitate Perusii. n.* 3. *&* 4. quod tamen intelligit, dummodo ille personatus, officium, vel administratio sint perpetua, & separatam habeant administrationem, vt ibi *nu.* 4. *in fi. ver. item, quod non acquiritur, & n.* 5. *&* 6. *& n.* 7. *ver. non obstant iura.* quæ innuunt, quod acquiritur officio, vide infra *nu.* 26. *& n.* 27. † Extende, vt sit idem in familia, quia si est 16
factum fideicommissum, seu substitutio fideicommissaria duobus seniorib. de familia, non expresso eorum nomine, tale fideicommissum censetur perpetuum, tanquam factum contemplatione familiæ, & non personæ, maxime, quando adsunt coniecturæ, puta, quia iniungitur onus perpetuum. Petr. de Ancha. *cons.* 27. *n.* 9. *& seq. ver. postquam igitur.* † Amplia in compromissis, vel submissioni- 17
bus factis, quia si ratione dignitatis, & non personæ est facta submissio, vel compromissum, transit ad successores in dignitate; secus, si ratione personæ principaliter, vel ratione personæ, & dignitatis simul, quia tunc extincta persona nõ transit ad successorem. Bald. *cons.* 121. *Orta guerra. n.* 6. *& seq. ver. ad intelligentiam. lib.* 3. vbi pulchre loquitur de submissione facta per Com. Sabaudiæ Regi Prãciæ, vt non extendatur ad Regem successorem, licet sit facta prorogatio in Rege, & expressa dignitas. † Amplia in contractibus, & 18
alijs dispositionibus, quæ fiunt super rebus, vel de rebus dignitatis, quia etiam si exprimatur nomen proprium Prælati, & non dignitatis, adhuc tamen nomine dignitatis censentur factæ, & trãseunt ad successorem in dignitate actiue, & passiue. Gemi. *consil.* 64. *n.* 9. *ver. aut dicimus.* † Extende, vt istud sit regulare in omnibus dis- 19
positionibus realibus; quia transeunt ad successores rei actiue, & passiue, etiam si fiant expresso nomine personæ. Gemini. *d. consil.* 64. *in fin. vers. dispositiones, num.* 11. *vsque in fin.* † Amplia, quia si Dux 20
Mediolani nomine ducali acquirit etiam, quod dicat pro se, & hæredibus, & successoribus, intelligitur de hæredibus in Ducatu,

vt prin-

vt principatui acquirat, & statur obseruantiæ subsequutæ, plene Crauett. *consil.*507. *De anno* 1431. *in princ.* vbi late *num.*10. *& seq.* supra
21 *num.*7. *&* 8. † Contrarium videtur velle Abb. *consil.* 86. *Visis capitulis.col.*2.*num.*4. *& seq.verſic.nec obſtat, ſi dicatur.lib.*2. vbi dicit, quod si fiat contractus nomine appellatiuo expresso, puta, pro societate tali, & pro hæredibus, & successoribus, ex quo societas non habet, neque transit ad hæredes, & successores, intelligitur de personis sociorum, itaque vno ex socijs mortuo, ex quo cessat societas, acquisitio censetur personis facta, & hæredibus eorum; quia aliter
22 verificari non potest. † Amplia in casu conuerso, quia nedum concessio & acquisitio censetur facta dignitati, vel personæ, prout est facta expressio, sed etiam in liberationibus, & distractibus eadem distinctio est sumenda, vt eo nomine censeatur facta, quo valere potest, & si plurali nomine, eo modo, quo exprimitur, & eo nomine, quo præmittitur. Bald. *consil.*88.*lib.*1.*per totum.* Vide, *Actus gestus ab eo, qui plures personas repræsentat, quo nomine censeatur factus.* Con-
23 *clusio.*148. † Et quod ciuitas, quæ habet patrimonium particulare, & iura regalium, & supremi principis, si acquirat nomine fiscali, vel Cameræ fiscalis sui ipsius censeatur acquisiuisse, & acquisierit Cameræ Imperiali, adeo quod postea redeundo ad obedientiam Papæ, talia bona sint in Sedem Apostolicam translata. Abb. *consil.*
24 94. *In quæstione, verſic. ſecundo principaliter.lib.*2. *num.*1. † Amplia in omni dispositione, vel constitutione; quia si est facta sub nomine dignitatis; tunc est perpetua, & transit ad successorem in dignitate; si vero est facta ratione personæ, est personalis, & non durat vl-
25 tra personam. Geminian. *consil.*93. *in princip.* † Extende in statuto, quia facultas data prioribus, censetur sub nomine dignitatis data, & transit ad successores priores. Abb. *consil.*93. *Duo sunt, in princ. ver-*
26 *sic. tamen quia.lib.*1. † Amplia, vt idem sit, si aliquid conceditur, vel relinquitur habenti officium cum administratione non separata, prout in Priore claustrali; quia acquiritur monasterio; sicut si relinqueretur simplici monacho, vel monasterio, cui est annexa administratio. Feder. de Sen. *d. consil.*26. *num.*6. *verſ. eadem quæstio.* supra
27 *num.*15. † Amplia, quod dicitur de dignitate, vel officio, idem sit de statu, seu habitu, nam qui contrahit tanquam hæres, acqui-
28 rit hæreditati. † Extende etiam in hærede putatiuo, quando vt
29 hæres acquirit. Bart. in *l. Imperatores. §. fin. ff. de tranſact.* † Declara secus esse, si per viam transactionis hæres putatiuus acquirat; quia semper nomine proprio acquirit. Bart. *d. l. Imperatores, §. fin. in fin. ff. de*
30 *tranſact.* vbi Angel. Castrens. Ias. & alij. † Amplia, vt dispositio censeatur facta sub nomine dignitatis, quando concernit ea, quæ respiciunt dignitatem, licet sub nomine proprio, & non sub nomine dignitatis sit emanata. Gemin. *dict. consil.*93. *in princip.* vbi qualiter cognoscatur, quod dispositio respiciat personam, vel digni-
31 tem. † Restringe, nisi ipsa dispositio sit restricta ad certum tempus duratura, quia siue sit sub nomine dignitatis, siue sub nomine proprio, nunquam durat vltra tempus limitatum. Gemin. *d. consil.*
32 93. *num.*4. *ver. ijs non obſtantibus.* † Amplia, quia vbicunque aliquid competit dignitati principaliter, & quia dignitas informat suum subiectum, competunt personæ, quia dignitas sine persona nihil agit, & tunc, quia dignitas est principalis, persona secundaria, extincta persona non cessat concessio; quia persona adhibetur, vt instrumentum dignitatis secundarium. Bald. *d. conſ.*121 *num.*6. *verſic.*
33 *quædam vero.lib.*3. † Extende, vt quando nomen dignitatis solum exprimitur, non autem nomen personale, tunc concessio dignita-
34 ti facta esse dicitur. *c. quoniam Abbas, de offic. deleg. cum ibi not.* † Restringe, nisi constet de mente contraria. Bald. *consil.*121. *num.*6. *verſic. ſed*
35 *aduertendum.lib.*3. † Declara plene per Bald. *d. conſ.*121. *num.*6. *verſic. modo in caſu noſtro.lib.*3. vbi facit tres casus: primus est, quando actus potest vtroque modo vniformiter valere, & tunc vtroque modo valet: secundus, quando potest vtroque modo valere, sed difformiter, quia differt, an dignitati, vel personæ sit concessum; & tunc si constat de mente, attendimus mentem, si non constat de mente, attendimus verba, vt si est expressum nomen dignitatis tantū, dignitati censeatur concessum; si nomen personæ tantum, censeatur soli personæ concessum; si vtrunque, & dignitatis, & personæ, attenditur id, quod primo exprimitur: tertius casus est, quando concessio potest solum vno modo valere, alio non, & præsumitur concessio in eum modum, qui valere potest. Bald. *d. conſ.*121. *num.*6.
36 *lib.*3. † Declara, quia cessantibus alijs coniecturis, si fiat delegatio alicui expresso nomine appellatiuo, & dignitatis, ac nomine proprio, censetur delegatio facta dignitati, vel personæ, prout ordo literæ præponit, quia si primo exprimitur nomen proprium, censetur persona, si primo exprimitur nomen dignitatis, censetur dignitati. Abb. *conſ.*85. *col.*3. *in fin. ver. ad idem facit.lib.*1. Abb. *conſ.*93. *In quæstione, in fin.lib.*2. Vide, *Ordo scripturæ attenditur, & quando non. Con-*
37 *clus.*196. † Contrarium tenet Crauett. *consil.*929. *Certamen. num.*2.

vbi plures alliegat, quod quando exprimitur nomen proprium, & nomen dignitatis censetur dignitati facta concessio, quia vt inquit ibi *num.*5. in dubio concessio præsumitur realis, non personalis. † Declara; quia si expressio sit nominis proprij primo loco, 38
postea dignitatis, & deinde subsequuntur verba ob amorem, vel merita præfati Titij, tunc est personæ facta concessio. Crauett. *consil.*929. *num.*7. *& seq. ver. ſecundo poſt expreſsionem, & in fin. nu.*36. *&* 37. vbi plures citat. † Idem est, quando dispositio post expressionem 39
nominis proprij & dignitatis cantat pro se, hæredibus, & successoribus, descendentibus, & habituris causam ab eo, quia tunc censetur concessio personalis, non autem facta dignitati, quia successor in dignitate non est hæres, ita late Crauet. *d. conſ.*929. *num.*9. *& ſeq. ver. quarto, extra dubitationem.* † Idem, quando sequerentur 40
verba personalia, videlicet, *sibi ipſi, præfato Titio,* & similia, quæ personam demonstrant. Crauett. *d. conſ.*929. *nu.*10. *& ſeq. ver. quinto verba.* † Idem, quando mentio ætatis fit ipsius obtinentis dignitatem, 41
quia non conuenit ætas ipsi dignitari, licet sit expressa. Crauett. *conſ.*976. *num.*21. † Idem, si sola dignitas exprimitur, sed ex alijs 42
verbis cognoscitur, quod persona sola sit contemplata; quia censetur personalis. Deci. *cap. quoniam Abbas. num.*33. *ver. prima concluſio, de offic. deleg.* vbi dicit * communem, & reddit rationem; quia vna præ- *
sumptio tollit aliam. † E conuerso semper censetur dignitas con- 43
templata, non persona, quando disponens non habebat notitiam personæ expressæ. Deci. *d. c. quoniam Abbas, de offic. deleg. nu.*48. *verſ. & retenta communi.* † Amplia, quia concessio facta per Sedem Apo- 44
stolicam est perpetua, facta vero per Papam, licet sit temporalis, vt eo mortuo cesset; tamen eo viuente dicitur factum Papæ, etiam factum Sedis Apostolicæ, & e conuerso; ideo mentio de gratijs Sedis Apostolicæ, etiam gratias Papæ viuentis comprehendit. Ægid. Bellam. *conſ.*33. *num.*16. Vide, *Beneplacitum alicuius quando dicatur durare, vel non. Concl.*89. † Limita, quando sit legatum sub nomine 45
dignitatis, puta, Episcopo tali, qui est cõsanguineus legantis, quia tunc censetur legatum factum personę consanguineę, nõ dignitati, est tex. in *c. requiſiſti, § ſi vero relinquatur, de teſtam.* vbi Ant. de But. Abb. & alij. Ias. in *l. more. ff. de iuriſd. omn. iud. nu.*65. vbi ponit reg. cum sex limit. Socin. in *l. ciuibus. nu.*14. *ff. de reb. dub.* Alciat. *de præſumpt. reg.*1. *præſumpt.*28. † Extende, vt idem sit, quando legatum fieret sub no- 46
mine dignitatis, non solum consanguineo, sed etiam amico, vel cognito benemerenti, ita Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.*112. *num.*15. *& ſeq.* vbi plures citat. † Extendit Ias. *d. l. more. n.*65. *ver. quarto limita, de iuriſd. omn. iud.* vt quod dicitur de legato, procedat etiam in delegatione facta coniuncto, quia censetur contemplatione 47
personæ. † Limita in feudatario acquirente nomine feudali, 48
quia nisi per triginta annos perseuerauerit retinendo rem acquisitam vti feudalem, non acquirit rem feudi, feudo aperto, & hoc in ijs, quæ stant de per se, in alijs acquiritur feudo, quando sunt indiuisibilia, vt dixi sup. in *Concl.*227. *n.*35. † Limita in relicto, vel con- 49
cessione facta alicui habenti officium absq; administratione non perpetuum, nec vacans, sed per accidens, vel ad tempus, quia licet non exprimatur nomen habentis officium, prout si dicatur, *relinquo confeſſori meo, vel procuratori meo, vel alicui alteri miniſtro, vel officiali ſeruienti,* tunc acquirit sibi, si est capax, sin minus, si esset religiosus, acquirit monasterio, si religiosus absolutus à monasterio, & factus Episcopus acquirit Episcopatui; quia ipse non est capax pro se, ita est de mente Feder. de Sen. *d. conſ.*20. *per totum,* qui loquitur in monacho confessore cuiusdam societatis, qui non acquirit societati; quia non habetur pro filio societatis, non officio, quia non est perpetuum, nec cum administratione, non monasterio, quia est absolutus per promotionem ad Episcopatum, igitur dicit, quod acquirit Episcopatui. † Contrarium videtur velle Gemi. *conſ.*64. *n* 9. *&* 50
ſeq. ver. aut dicimus, vbi, quod legatum factum sacerdoti templi expresso eius nomine debetur etiam successori. † Limita, quando 51
personæ nominatæ est facta commissio, vel legatum, vel concessum priuilegium, quia licet etiam exprimatur nomen dignitatis; tamen censetur persona nominatæ concessum, quia si concurrunt nomen proprium, & appellatiuum, proprium appellatiuo præfertur, *l. ſi ſeruus communis,* ita in tertio responso. *ff. de ſtipul. ſer.* Feder. de Sen. *conſ.*20. *in princ. n.*2. *ver. præterea quoties,* est tex. in *l. qui habebat, ff. de reb. dub.* Abb. *conſ.*93. *col. fi. nu.*3. *ver. quarto principaliter, lib.*2. † Decla- 52
ra, quia attenduntur coniecturæ, quæ præualent. Abb. in *c. requiſiti, nu.*8. *de teſtam.* Crauet. *conſ.*732. *in princ.* vbi loquitur in casu contrario, quando habens dignitatem, aliquid concedit sub nomine proprio, & dignitatis, quia arbitrium reuocatur per mortem, quãdo vt priuatus, secus si nomine dignitatis, & licet primo nomen exprimatur proprium; tamen attenduntur coniecturæ. † Restringe hanc limitationem, vt per Ias. in *l. more, ff. de iuriſd. omn. iudic. num.*65. *& in* 6. *limit.* † Restringit Menoch. *de arbitr. queſt.*68. *num.*20.

quando res non congruit personæ, vel dignitati, quia licet perso-
55 næ fiat commissio; tamen censetur facta dignitati. † Limita, quando aliquibus nominatim aliquid conceditur in facultate, qui licet sint syndici communis, tamen præsumitur concessio facta illis personis particularibus, non autem tanquam syndicis. Alexand. *consil.1.num.8.& 9.lib.4.* qui loquitur, etiam si in præcedenti capitulo sit facta mentio syndicatus; quia relatio in dubio fit ad subsitan-
56 tiam, non ad qualitatem. † Declara, nisi præcederet declaratio, vel interrogatio, aut indicium, quod tanquam syndicis censeretur fa-
57 cta concessio. Alexand. *d.consil.1.num.9.lib.4.* † Limita, quia speciale est in transactione facta ab hærede putatiuo, hæreditario nomine, quia si de re spectante ad hæreditatem, acquirit hæreditati; si non spectat ad hæreditatem, acquirit sibi. *l. Imperatores, §. fin. ff. de transact.* vbi Bart. & alij, plene Rota Romana in vna Assisien. Mo-
58 lendini 18. Iunij 1599. coram Gypsio. † Contrarium Iacobi. *d.l. Imperatores. §. fin. ff. de transact.* plene Ias. in *l. si tibi, (. cum possessor, in 2. limit.*
59 *ff. de pact.* † Limita, quando expressio fit de dignitate, vel familia post expressionem nominis proprij, quia tunc familia & dignitas censetur expressa causa demonstrationis. Petr. de Anchar. *cons.27.*
60 *num 12. versic. non obstat expressio.* † Limita, quando actus non potest valere, nisi ex vna persona, vel vno modo, quia tunc non attenditur expressio dignitatis, vel proprij nominis. Bald. *cons.88. versic. tu dic, lib.1.* Roman *cons.343. num.9.& seq.* vbi late Abb. *consil.93. In quæ-*
61 *stione, col. fin. ver. tertio optime, lib.2.* † Limita, quando Episcopus sub nomine proprio est datus exequutor ad piam causam expressam, puta ad distribuendum in maritandis puellis hæreditatem testatoris, quia licet sit hæres institutus ad hoc exequendum; tamen non acquirit Episcopatui, quin contrariatur mens testatoris. Bald.
62 *cons.39. Viso testamento, num.1.lib.5.* † Limita, quia in ijs, quæ competunt personæ in dignitate constitutæ principaliter, vt quia persona est causa immediata, dignitas est remota, & secundaria; tunc extincta persona, dignitati nihil remanet. Bald. *cons.121. num.6. versic. ad intelligentiam. lib.3.* Crauet. *consil.929. num.28. versic. causam pla-*
63 *ne.* † Extende, vbicunque aliquid adscribitur fidei, vel industriæ, quia ista personalia semper iudicantur. Bald. *d.cons.121. num.6. vers.*
64 *& ideo quæcunque, lib.3.& consil.217. num.3. lib.3.* † Extende vbicunque nomen proprium cuntaxat exprimitur. Bald. *d.consil.121. num.*
65 *7. versic. secundo casu, lib.3.* † Extende, vt idem sit, quando exprimitur nomen dignitatis, & nomen proprium simul, quia si præponitur nomen proprium, censetur personæ facta concessio; secus, si præponatur nomen dignitatis. Bald. *d.cons.121. nu.7. ver.2. casu, lib.3.*
* & hanc esse communem * dicit Deci in *c. quoniam Abbas, nu. 45. ver. quarta conclusio, de off. deleg.* qui dicit debere intelligi, quando nulla est præsumptio pro vna, vel pro alia parte, sed paribus terminis. Abb. *consil.93. in fin. lib.2.* Alex. *cons.202. Super causa. in fin. vers. apparet*
66 *igitur, lib.2.* † Extende, vt procedat, etiam si vtrumque exprimatur mixtim, siue præponatur nomen dignitatis, siue nomen proprij; quia si constat de mente, quod voluit vtrunq; concurrere, & personam & dignitatem, cessante persona non transit ad dignitatem. Bald. *d.cons.121. num.7. versic. si autem aliqua, lib.3.* vbi loquitur de authoritate concessa Regi Franciæ per Com. Sabaudiæ, vt extinguatur per mortem Regis, per totum illud *consil. 217. num.3. lib.3.* & se-
67 quitur Crauet. *d.cons.929. num.28.& 29. ver. decimo respondetur.* † E conuerso, si negocium est dignitatis, & perpetuum, expressio personæ non reddit actum personalem, *l. si pactum. ff. de probat. l. iuris gentium, §. pactorum. ff. de pact.* ibi, *persona enim in pacto ut ponitur, non vt personale pactum fiat, sed vt demonstretur, cum quo pactum factum est,* & ita Ro-
68 man. *d.cons.343. num.11. versic. non ergo dicamus.* † Extende, quando nomen dignitatis apponitur demonstrationis, vel honoris personæ demonstratæ gratia; quia tunc extincta persona extinguitur prorogatio facta in Regem, ratione personæ Regis. Bald. *cons.217. Orta guerra, num.3. ver. sed ponamus, lib.3.* Roman. *consil.343. Expropositio, num.9.& seq. versic. secundo ad idem,* vbi apostill. & *num.10.& seq.* vbi, quod expressio maiorum dignitatum fit; quia communius sic fo-
69 lent personæ demonstrari, & vt clarior fit demonstratio. † Idem, quando is, qui actum facit, exprimit dignitatem, & personam; quia si actus non potest valere sub nomine dignitatis expressæ, sed nomine personali; tunc dignitas expressa tenetur causa honoris, & demonstrationis. Roman. *d.consil.343. num.9.& seq.* vbi latissime
70 ponit multa exempla. † Et idem est in casu conuerso; quia præsumptio validitatis actus vincit omnes alias præsumptiones. De-
71 ci. *d.c. quoniam Abbas, num.49. ver. secundo limita, de offic. deleg.* † Declarat Deci. *d.c. quoniam Abbas, num.40. versic. primo in abstracto, de offic. deleg.* quia si dignitas est considerata in abstracto; & quia nunquam moritur, semper manet in successore, & dignitate; si vero in concreto consideratur; tunc valet, donec concretum durat, non vltra.
72 † Idem dicit Abb. *consil.93. col.2. num.2. lib.2.* vbi, quod attenditur materia proportionata, an dignitati magis, quam personæ, vel è contra, vt tunc licet expressio repugnet, censeatur facta demonstrationis causa, & dat plura exempla, & subiungit rationem, quia verba debent inseruire rebus, & intentioni, non è contra, quia lex est imposita rebus, & non verbis, vide eum, & idem clarius Rom. *consil.343. Ex præsuppositio, num.9.& seq.* vbi late. † Idem, quando ali- 73
quis habens plures dignitates, exprimit maiores cum clausula, &c. quia negocium valet pro quacunque dignitate, quæ sub clausula, &c. potest comprehendi, & expressæ dignitates demonstrationis causa sunt positæ, plenissime Roman. *consil.343. Expropositio, num.6.& seq.* † Limita in causis arduis, quia licet commissæ sint 74
sub nomine officij, vel dignitatis, tamen censetur electa industria personæ, & non transit ad successorem. Bald. in *l. generaliter, C. de Episcop.& cler.* & in *l. fin. §.1. C. commun. de leg.* & ita allegat Io. de Anan. *consil.19. nu.9. versic. non obstat.* † Restringe, quando compromit- 75
tentes, vel committentes in certum officialem illum non potuerunt cognoscere, vt quia sub conditione, & euenit conditio mutato illo officiali tempore contractus, vel commissionis. Io. de Anan. *cons.19. nu.9. ver. dico ergo.*

Dignum magis trahit ad se minus dignum. Conclusio 435.

MAGIS † dignum trahit ad se minus dignum. Alex. *cons.82.1*
In causa inter Petrum, in fin. lib.1. vbi apostil. in *ver. dignum.* † Et 2
quando in aliquo actu concurrunt plura, quorum aliquod suadet vnum, & aliud suadet alterum, & contrarium, semper attenditur illud, quod dignius est. Roma. *cons.443. Quoad primum, nu.9.* † Am- 3
plia multis modis, & exemplis, quæ ponit Ias. in *l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iud. n.3. ver. nota ex isto textu,* vbi ponit octo exempla, in quibus magis dignum trahit ad se minus dignum, & in *l. si emancipati, nu.8.& seq. C. de collatio.* ponit 15. casus in quibus quis consequitur ex persona alterius illud, quod ex persona sua consequi non potest, & ibi plene Deci. *num.5.* † Et in tantum est verum, quod iudicatur 4
absurdum, si contrarium sequeretur, quod minus dignum ad se traheret magis dignum. Ægid. Bellam. *cons.20. num.6.* † Extende, 5
quia publica vtilitas connexa priuatæ trahit ad se priuatam tanquam magis digna. Alex. *d.cons.82. in fin. lib.1.* vbi infert, quod causa mixta iudicatur criminalis; quia magis dignum trahit minus dignum. † Extende, quia Ciuis, & habitator Ciuitatis debet alli- 6
brari in Ciuitate etiam pro bonis, quæ habet in Comitatu, quia magis dignum, videlicet Ciuitas, trahit ad se comitatum. Socin. *consil.129. col.2. ver. quinto, & vltimo, lib.1.* vbi, quod Florentiæ ita consuluerunt Dominicus Sermini, Philippus Corsinus solemnes Doctores aduocati Florentini, Io. de Monte Granario magnus aduocatus Marchiæ, & Bartholomæus de Peppoleschis. † Amplia, quia 7
iudex Ecclesiasticus tãquam magis dignus trahit ad se causam indiuiduam inter laicos, in qua est clericus. Bart. & alij in *l. si communem. ff. quemadmod. seruit. amitt. & in l. 1. C. si in vna eademq; causa,* & ratio est, quia connexorum idem est iudicium, *c. eam te de etate & qualit.* Feli. in *c. translato, col.2. de constit. l. cum actum.* & ibi Bald. *ff. de neg. gest. & in l. cum necessitatem, in fin. C. de fideicom.* Roma. *cons.195. circa fin.* Socin. *cons.12. Quoniam in præsentiarum, lib.1.* Ias. o in *l. si emancipati. C. de collatio.* Alex. *cons.122. Viso puncto, nu.16. ver. & iudicio meo, lib.4.* † Ex- 8
tende, vt idem sit in causa criminali, in qua laici, & vnus clericus deliquerunt, quia si remittitur clericus ad Ecclesiasticum, debent remitti etiam laici, si causa est indiuidua, alias secus. Socin. *cons.12. nu.17. lib.1.* plenissime Feli. in *c.1. al quinto, n.6. ver. & dixit Anto. de præscriptio.* † Extende etiam, si essent plures laici, & vnicus clericus, 9
quia iudicium erit inrentandum coram Ecclesiastico, *c.2.* vbi Soci. *nu.18. de foro compet.* Felin. in *c.1. col.5. nu.6. de præscript.* qui loquuntur, quando causa esset indiuidua. Bart. in *l. præcipimus, versic. eodem, C. de appell.* Roma *cons.195. circa fi.* Soci. *cons.12. Quoniam in præsentiarum, nu.17. lib.1.* & notandum dicit Abb. in sua *q.6. col.13. vers. ex quo simpliciter.* † Extende, quia si causa reductionis debet committi, prout ap- 10
pellatio iudici, qui sit superior grauantis, puta si arbiter est laicus, remittitur superiori clerico, sed si essent duo arbitri, vel plures, & vnus sit clericus, quia clericatus est dignior, & magis dignum trahit ad se minus dignum, debet reductio, vel appellatio peti coram Ecclesiastico, ita Roman. *cons.265. In casu proposito, col.1. in fin. ver. Si vero,* vbi apostilla plena in *ver. Iuditem* dat plurimos concord. Ias. *d.l. emancipati, nn.8. & seq. C. de collatio.* † Contrarium dicit Abb. *cons.* 11
33. Quia quinq; col.fi. ver. Quinto principaliter lib.2. vbi dicit, quod si latum est laudum contra duos consortes, quorum vnum est laicus, alter clericus, & petatur exequutio contra ambos coram iudice seculari, & opponatur per clericum declinatoria coram Ecclesiastico, dicit, quod si sumus in separabilibus, & diuiduis, quia quilibet cen-

bet censetur condemnatus pro rata, debet dari exequutio contra laicum pro dimidia, quæ est rata sua; si vero sumus inter consortes, & in materia indiuidua; quia quilibet ex consortibus potest conueniri in solidum, & in totum, vt est text. in *l. loci corpus. §. si fundus. cum seq. ff. si seruit. vindic.* si feratur sententia, censentur condemnati in solidum, *l. vnica, C. si plures vna sent.* & ibi Bald. ideo in totum iudex secularis potest exequi contra laicum, vel si exequatur pro medietate in reb. diuiduis, non poterit excipere de clericatu consortis, pro alia medietate coram Ecclesiastico fiet exequutio, nec intrat hoc casu regula, ne continentia causarum diuidatur, ne
12 diuersæ sententiæ ferantur. † Declara, vt per eundem Abb. in sua *q. 6. incip. Gandulphus. col. 13. ver. ex quo simpliciter infert*, vbi ponit multa similia, quæ dicit notanda, quod si laicus & clericus, ex causa profana, & indiuidua sunt mihi obligati, debeo conuenire ambos coram Ecclesiastico, idem si duo, vel plures iudices iudicarunt simul, Ecclesiasticus, & secularis, quia appellandum est ad superiorem Ecclesiasticum tantum, &c. Vide, *Clerici digniores, & maiores*
13 *quocunque laico. Conclusio. 384.* † Restringe, quando nominatio clerici fieret in fraudem ad euitandum iudicium seculare, quia si non constaret de aliqua possessione, vel iure clerici, non mutaretur fo-
14 rus, late Riminal. *consil. 70. col. antepenul. & penul. lib. 1.* † Restringe, quando clericus non esset in sacris, & non incederet in habitu, & tonsura, *c. vnico, de cleric. coniug.* quia eo ipso, qui non incedit in habitu, & tonsura, perdit priuilegium. Boss. *tit. de for. compet. num. 128.* Clar. in *praxi. §. fin. q. 36. ver. euenit.* Rebuf. in *auth. habita. C. ne filius pro*
15 *patre.* † Declara, quia dicitur causa indiuidua, quando agitur de vnica re, vel vnica ratione, inter plures. Castren. in *l. certa ratione. C.*
16 *quando prouoc. non est necesse.* † Restringe, quando causa esset diuidua, quia quilibet coram suo iudice agit, & conuenitur, Bart. in *l. iurisperitos, §. 1. ff. de excus. tuto.* Ias. in *l. si emancipati, C. de collatio.* Roma. *consil. 195. circa fin.* Socin. *consil. 12. Quoniam in præsentiarum.* Abb. *consil.*
17 *33. in fin. lib. 2. num. 8.* † Amplia, quia iudicium contra fideiussorem, qui habet regressum contra principalem, dicitur esse cum principali, *l. 1. §. exceptiones, ff. quarum rerum actio non datur.* Castrens. in *l. si post moram, num. 4. ff. de eo quod certo loco*, ideo si principalis est clericus, causa est fori Ecclesiastici volente principali, & quia qui petit à fideiussore, petit à principali debitore, *l. aduersus. ff. de arbitr.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 125.* vbi plura similia allegat, faciunt dicta Barto. in *2. q. incipi. Pisanæ ciuitatis, versic. ex aduerso, num. 15. vers. sexto probat.* vbi, quod principalis veniens ad defensionem fideiussoris, potest opponere exceptionem competentem sibi, licet non competat fideiussori, & *num. 18. versic. nono* dicit, quod priuilegium mihi competens ex persona mea competit etiam alteri habituro regressum contra me, & facit Bouer. *singul. suo in verb. Cautio. num. 7. fol. 366.* vbi, quod cautio præstita per clericum coram
18 seculari non valet, neq; confirmari potest. † Contrarium, quod imo ex eo, quod fideiussor, vel correus habet regressum cõtra clericum, vel minorem, causa non sit trahenda ad forum Ecclesiasticum, vel minoris, probatur, quia quando tertius possessor molestatur, quia laicus conuenitur coram seculari, quem tenetur relesuare clericus & tueri debet coram laico, & seculari, secundum * communem, de qua Corn. *consil. 79. in 3. vol.* & est ratio in promptu, ne ex persona defensoris venientis ad iudicium condemnatio aduersarij efficiatur deterior, quod iura abhorrent, *l. 3. §. defendit, ff. ex*
19 *quibus causis in possess. eatur.* † Idem est, quoad intimationem, quę potest clerico fieri coram seculari, ratione connexitatis. Abb. & Bar-
20 ba. in *c. P. & G. de off. deleg.* facit *l. 2. C. de consort. eiusdem litis.* † Idem est in pupillo defensore, quia si molestatur tertius possessor corã Potestate, vel in curia mercantiæ, & notificetur lis pupillo, qui tenetur de euictione, quatenus pupillus suscipiat litem, licet sit ipse sub tutela officialium pupillorum, & ipsi soli sint iudices; non tamen poterunt inhibere iudici, coram quo molestatur tertius possessor, sed tenetur pupillus defendere in curia, in qua agitatur causa contra tertium possessorem, *l. venditor*, vbi Bart. & Castr. *ff. de iud.* vide Afflict. *decis. 227.* Bart. *q. 2. incip. Pisanæ ciuitatis.* Abb. in *cap. P. &*
21 *G. de off. deleg.* † Idem est in fideiussore pupilli; quia licet pupillus sub tutela domiaorum Officialium pupillorum alibi non possit conueniri; tamen potest fideiussor illius conueniri in foro mercatorum, nec poterit causa auocari ab officialibus pupillorum; quia exceptio declinatoria competens principali non competit fideiussori. Bald. in *l. 1. C. de priuil. dot. in fi.* Afflict. *decis. 206.* Vide in *versic.*
22 *Incompetentia quando habeat locum. Conclus. 79.* † Declarat Bald. *consil. 126. Vxor agens num. 2. versic. Vniuersitas. lib. 2.* quod pia causa, vel clericus, necessarij defensores non possunt trahere causam coram Episcopo, sed bene possunt assistere liti, si volunt, ne fiat collusio.
23 Vide, *Collusio ne fiat, datur assistentia liti. Concl. 471.* † Declarat Bart. *d. q. 2. in ver. solutio. n. 2. ver. primo*, quia quantum ad compromissum faciendum ex persona defensoris necessarij debet fieri, licet non esset facien. ex persona conuenti emptoris, vel fideiussoris. † Declarat alio modo Bart. *d. q. 2. ver. solutio, in prin.* quia si necessarius est defensor, prout venditor cum emptore, vel principalis cum fideiussore, & siquidem suscepit defensionẽ, & iudicium, animo nouandi, quod non posset inuito actore, sibi imputet actor, & mutatur iudiciũ, idem, si suo nomine agit, † quia sit procurator in rem suã, & cõmodum, & incõmodum ad eum pertinet, & mutat iudicium, dummodo (vt ibi *n. 2. in fi.*) non mutetur natura causæ. † Amplia, quia citatus coram Papa, & alio Principe ad personaliter cõparendum, vel eodem tempore, debet potius coram Papa, tanquã digniori, comparere, & excusatur, si coram alio non cõparet, quia magis dignum trahit ad se minus dignum. Guid. Pap. *decis. 443.* vbi limitat, nisi citatus procurasset citari coram Papa. † Amplius etiam in criminalibus, quia si plures sunt delinquentes laici, & vnus clericus, vel sacerdos; tunc de iure ratione cõnexitatis, tota causa cognosci debet coram iudice Ecclesiastico; quia magis dignum trahit ad se minus dignum, * communem dicit Iul. Clar. in *§. fi. q. 36. n. 46. ver. euenit plerumq;*. † Contrarium de consuetudine seruari dicit Iul. Clar. in Ducatu Mediolani, quia secularis iudex procedit contra laicos, Ecclesiasticus contra clericum, & allegat idem seruari in Regno Neapolis per Capic. *decis. 173.* † Declara, quia Boss. *tit. de foro compet. nu. 146. & seq.* imo dicit esse verum de iure; sed tamen si laici remissi Ecclesiastico essent puniendi pœna sanguinis, iudex Ecclesiasticus tenetur seculari restituere, licet aliqui contra, vt ibi. † Amplia, quia si ex parte reorum conuentorum sunt maiores & minores, & agatur de dominio in causis indiuiduis, minor trahit ad suum forum etiam maiores in causis incompetentiæ, ne continentiæ causarum diuidantur contra *l. nulli. C. de iudic.* Vide, *Incompetentia quando habeat locum Florentiæ, vel non, &c. Conclus. 79.* vbi declaratur procedere in indiuiduis. Socin. *cons. 82. num. 10. lib. 3.* † Extende, quia in indiuiduis maior restituitur propter minorem consortem pro re communi. Afflict. *decis. 213. per totam*, & est regulare, quod in indiuiduis, non priuilegiatus gaudet priuilegio consortis. Areti. *consil. 25. Viso themate.* Vide, *Consequitur quis ex persona alterius, quod ex sua consequi non potest. Concl. 758.* † Amplia, quia si cõmittitur iurisdictio delegata ei, qui habet ordinariã, circa indiuidua, si pronunciat, appellandum est ad solum delegantem, non ad superiorem ordinarium. Abb. in sua *q. 6. Gandulphus, col. 13. post med. ver. ex quo simpliciter.* † Amplia, quia si concurrit priuilegiatus cum non priuilegiato, vterque vtitur beneficio priuilegiati. Alexand. *consil. 122. Viso puncto, nu. 17. ver. quod si concurrat, lib. 4.* vbi plene apostill. in *ver. vterque.* dat plurimos concord. † Extende, quia si laicus habet rem communem cum Ecclesia Romana, licet contra laicum currat præscriptio triginta annorum; tamen quia contra Ecclesiam Romanam non currit, nisi præscriptio centenaria, idem erit in fauorem laici, vt contra eum non currat, nisi centenaria. Alexand. *cons. 122. nu. 17. ver. propterea, lib. 4.* † Sic præscriptio, quæ non currit in bonis prælati Sede vacante, non etiam currit in bonis Ecclesiæ, si sunt communia bona inter Prælatum & Ecclesiam. Alexand. *d. cons. 122. num. 17. ver. & idem tenuit. d. Abbas, lib. 4.* † Sic ius patronatus competens clerico, non impedit collationem Legati, si esset commune cum laico & clerico, impediret collationem; quia magis priuilegiatus in hoc est laicus, & communicat clerico. Alexan. *cons. 122. num. 17. ver. Similiter etiam, lib. 4.* † Sic socius omnium bonorum habet excusationem à muneribus propter socium, quam non haberet à seipso. glo. in *l. fi. C. de muner. & honor.* quam singularem dicit Alexand. *d. cons. 122. n. 17. ver. Ad hoc etiam, lib. 4.* † Sic patruus habens duos nepotes, vnum emancipatum, alterum non, sicut conferret cum patre eorum, ita confert cum nepotibus etiam diuersæ conditionis; quia habent ius commune ad successionem. Alex. *d. cons. 122. nu. 17. in fi. ver. accedat etiam, lib. 4.* † Sic si duo fratres habent feudum, si alter committit feloniam, alter non, vterque retinet feudum. Alexand. *d. cons 122. nu. 18. ver. accedat etiam, lib. 4.* † Sic si appellatur solum ab arbitro iuris, & duo sint arbitri, iuris vnus, alter nõ, non erit locus appellationi. Alexand. *d. cons. 122. num. 18. ver. Facit etiam, lib. 4.* † Sic socius quisque habens rem communem vtitur beneficio, & priuilegio socij. Alex. *d. cons. 122. n. 18. ver. Accedat tex. lib. 4.* † Sic dictum testis domestici substinetur ex dicto alterius testis nõ domestici. Alex. *d. cons. 122. n. 19. ver. Accedit, etiam, lib. 4.* † Et in omnibus collegijs & vniuersitatibus, in quibus sunt pupilli, viduę, pauperes, infirmi, & miserabiles personæ, priuilegium competens miserabilibus de vniuersitate, competit vniuersitati. Alex. *d. cons. 122. nu. 15. & multis seq. vsq; ad nu. 20. lib. 4.* vbi ponit prædicta similia, & apostilla in *ver. vtrunq;*, dat concord. † Declara, quia prædicta omnia procedunt in ijs, quæ sunt connexa, & non separabilia; secus in separatis, & diuisibilibus, apostil. ad Alex. *d. cons. 112. n. 15. in ver. vterq;*, *lib. 4.*

45 *lib.*4. † Amplia, quia si est contentio inter iudicem Ecclesiasticum & secularem, qui sit iudex causæ, in dubio iudex Ecclesiasticus magis dignus debet prælaudere. Ias. in *l.2.nu.19.ff.si quis in ius vocatus non* * *erit*, vbi dicit * communem, sequitur Mandel. *cons.*89. *in fin.* † Ex-
46 tende, quia si iurisdictio est cõmunis clerico & laico, vt quia Dux instituit hæredem Episcopum, & laicum in Comitatu, vel Ducatu, appellandum erit ad superiorem Ecclesiasticum; quia magis dignus trahit ad se minus dignum, plene Ancha. in *c. Romana, de ap-*
☞ *pellat. in 6. in q.7.* Vide, *Lumen maius offuscat minus. Concluſ.*458. Vide, *Maior facit cessare minorem, & in quibus. Concl.*16.

Dilapidatorem quem esse quomodo probetur, vel non. Concluſ.

VIDE Mascard. *Concl.*415. *Dilapidator.* vbi, quod probatur, si testes dicant dilapidatorem; quia sunt vicini, allegat contraria, nisi dicant causam, quia viderunt ludere, donare, viuere luxurioſe, & similia, neque sola fama probat, nisi agatur de modico præiudicio. prout si vxor ob inopiam mariti agit contra tertium
☞ possessorem. Vide plenius, *Prodigo vt interdicatur administratio, quæ requirantur. Concl.*865.

Dilatio omnis est peremptoria, qualiter concedenda, & an requirat causæ cognitionem. Concl.436.

1 DILATIO † potest concedi à iudice parte absente, & non citata; quia non requiritur causæ cognitio. Bart. Alex. & Ias. in *l. Labeo, ff. de iureiur.* Specul. *tit. de dilat. §. nunc videamus*, & ibi Bald.
2 in additio. dummodo notificetur parti, vbi ibi per eos. † Contrarium, quod imo requiritur causæ cognitio, vt appareat, an per calumniam petatur, vel ne. Alex. *cons.*65. *Habita super contentis, nu.3. ver. vnde succedit, lib.*1. Bart. in *extrauag. ad reprimendum, versic. super dicto crimine, in fin.* vbi, quod omnes dilationes sunt peremptoriæ, quia re-
3 gulariter vnica tantum datur, & cum causæ cognitione. † Declarat Alex. *cons.*79. *In causa, & lite, num.3. lib.*7. quod omnis dilatio debet dari citata parte, vel saltem data absente parte debet notificari parti, vt afficiat, vt ibi *num.*5. & dicit, quod si est rogata per alium Notarium, quam per Notarium causæ, non valet, si non fuit re-
4 producta in actis. † Declara, quia secunda, vel vlterior dilatio nõ potest concedi sine causæ cognitione, & concessa non valet, quia *l. fi. ff. de feriis*, dicit, quod dilatio plus quam semel tribui nõ potest, & verbum, *potest*, positum cum negatiua necessitatem importat; ideo sine causæ cognitione non potest dari dilatio vltra primam, & data non valet ipso iure, Bart. *cons.*97. *In quæstione, nu.3. & seq. lib.*1.
5 *& cons.*115. *Quæstio talis, in princ. lib.*2. † Extende declarationem, vt in prorogatione dilationis, vel in secunda, seu vlteriori dilatione cõcedenda, in tantum requiratur causæ cognitio, quod non sufficit iuramentum procuratoris super impedimento, nisi exprimatur impedimentum, & nisi iuramentum deferatur à iudice, vel à parte, & alias à decreto nouæ dilationis appellari potest. Bart. *d. consil.*
97. *num.*4. *& seq. lib.*1. plenius *cons.*115. *col.*2. *ver. sed quid si data est dila-*
6 *tio, vsque in fi. lib.*2. † Limita, quia dilatio concessa præsentibus partibus, & consentientibus, non potest per solum iudicem prorogari. Roman. *cons.*226. *Vltra prædicta, in princip.* vbi apostilla in *vers. au-*
7 *thoritate*, dat concord. † Limita, quia causæ cognitio adhibenda est in assignatione dilationis, videlicet, an per calumniam petatur.
8 Alex. *cons.*65. *Habita super contentis, num.3. ver. vnde succedit, lib.*1. † Et si calumnioſa apparet, vt quia mere negatiua, deducitur non arctata loco & tempore, potest negari. Alex. *cons.*65. *nu.*4. *ver. merito, lib.*1.
9 † Limita, quia dilatio noua non debet concedi reo, contra quem actor repetit pro sua intentione iura producta ab ipso reo, maxime, quando actor fecit mentionem iurium productorum à reo; quia ipse reus potuit instrui sine noua dilatione. Bart. *cons.*68. *Quid-*
10 *dam fecit, num.*2. *ver. nec obstat, si dicatur, lib.*2. † Limita, quia dilationes omnes sunt peremptorie concessæ præsentibus; secus si absentibus, ideo si in prima dilatione is, cui fuit assignata dilatio, nihil fecit, non debet alia concedi, & si non fuit appositum verbum, *peremptorie*. Masc. *Concl.*516. *Dilatio probatoria*, vbi limitat multis modis. Vide plenius, *Terminus peremptorius præfixus operatur exclusionem.*
☞ *Concluſ.*65.

Dilationes debent concedi ad validitatem sententiæ. Concluſ.437.

1 SENTENTIA † lata nullis factis probationibus, & nulla data dilatione, est ipso iure nulla. Bald. *cons.*340. *Statuto Papiæ, n.5. ver.*
2 *præterea, lib.*1. † Contrarium, quod sententia nõ sit nulla, licet nullæ datæ sint dilationes, tenet Alex. *cons.*181. *In causa, & lite, n.5. & seq. lib.*6. quia dilationes non sunt de substantia iudicij, & probatio potest fieri sine dilatione. † Declara, quia non est nulla, & proce- 3
dit contrarium, quando non fuit petita dilatio, secus si fuit petita. Alex. *d. cons.*181. *nu.5. ver. ad primum, cum seq. lib.*6. vbi dicit, quod procedit declaratio, etiam si extaret statutum dans formam dilationibus; quia habet locum, si petatur. Vide, *Sententia lata sine probatio-* M
*nibus nulla, & quando secus. Concl.*149. † Et dilationes sunt de iure na- 4
turali, quia respiciunt defensionem, & licet probationes valeant factæ, etiam nulla assignata dilatione, tamen dilatio vna est introducta de iure ciuili ad abbreuiandum lites, & habet naturalem æquitatem dilatio; quia actori aufert ius suum, nisi daretur, & reo aufert defensionem. Bart. in *extrauag. ad reprimendum. in ver. & figura iudicij, nu.*12. *ver. item an debeant.* † Amplia, vt procedat etiam in sen- 5
tentia arbitri, & arbitratoris, quando est condemnatoria, secus, quando per modum concordiæ, & transactionis. Bald. *d. cons.*340. *nu.5. ver. dicet aliquis, lib.*1. † Amplia, quia dilatio vna debet assigna- 6
ri, tam in causis summarijs, quàm ordinarijs, quæ non excedat tres menses, vt *l.*1. *C. de dilat.* quia *l. fi. ff. de feriis*, habet locum tam in summarijs, quam ordinarijs causis, & alia differentia non est, nisi, quod in summarijs dantur breuiores dilationes. Bart. *cons.*97. *In quæstione, in princ. lib.*1. vbi apostil. in *ver. l. fin.* quæ dat concord. & iterum in *extrauag. ad reprimendum. in ver. & figura, nu.*12. *vers. item an debeant dari dilationes*, vbi apostil. in *ver. dilationes*, vbi, quod non debent tantum abbreuiari, vt tollant ius, vel defensionem. Bart. *cons.*115. *Quæstio talis, in princ. lib.*2. † Et in ordinarijs integra dilatio trium mensium 7
assignari debet, & si minor dilatio assignetur, videtur, quod sine causæ cognitione possit assignari alia dilatio, dummodo tamen vtraque non excedat tres menses, in summarijs secus, quia sunt abbreuiandæ, & facta abbreuiatione, non datur alia sine causæ cognitione ex iusto impedimento. Bart. *d. cons.*97. *in princip. vers. secun-*
*dum est videndum, lib.*1. vbi apostill. in *ver. dilatio.* † Extende in tantũ 8
vnam dilationem tantum esse dandam, vt si iudex in causa summaria assignauit dilationem octo dierum pro prima dilatione; nõ tamen tenetur dare secundam; quia illa verba, *pro prima dilatione*, intelligi debent, nisi in ea legitimum intercedat impedimentum. Bart. *d. cons.*97. *nu.*3. *tertio occurrit, lib.*1. vbi apostil. in *ver. ad secundam*, quæ dicit quod secundam dare non potest, nisi ex legitima causa, & legitimo impedimento, & repetit *cons.*115. *Quæstio talis, in princip. lib.*2. † Et in tantum procedit extensio, quia si secunda dilatio da- 9
tur sine causæ cognitione, est ipso iure nulla, quia est contra legem prohibentem. Bart. *d. cons.*97. *nu.*4. *ver. quarto occurrit, lib.*1. vbi apostil. in *ver. non debuit*, dat concord. quod sola abbreuiatio dilationis nõ est causa sufficiens dandi aliam in causa summaria, & repetit *cons.*115. *in princ. ver. pro quo facit, lib.*2. Alex. plene *cons.*101. *Visis, in princ. lib.*5. vbi *num.*6. dicit * communem regulam esse. † Et quod * 10
data prima dilatione non debeat dari secunda dilatio, nisi petens probet, quod in prima fuit impeditus, & nisi alleget, quod ius suũ esset deterius effectum, & sic requiritur causæ cognitio, & alias non debet dari. Alex. plene *consil*101. quod est decisiuum, incipit, *Visis omnibus, in princ. lib.*5. vbi *n.*6. dicit esse * communem regulam. *
Aufrer. *decis. Tholos.*116. & Alex. ibi *num.*5. dicit, quod non sufficit probatio impedimenti, nisi etiam allegetur causa, quia vtrunq; requiritur, & loquitur etiam in causa summaria missionis ex testamento in possessionem. † Et quod omnes dilationes sint perem- 11
ptoriæ, quia vnica tantum datur, & cum causæ cognitione. Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in ver. super dicto crimine, in fi.* † Extende, quia 12
semper, quod lex facit mentionem de termino in singulari, debet intelligi de vnico termino, vel vnica dilatione. Bart. in *extrauag. ad reprimen. in ver. in termino, in princip.* vbi apostil. in *ver. singulari numero.*
† Restringe in causis criminalibus, quia de iure communi actori 13
dantur duæ dilationes, reo dantur tres, cum aliqua causæ cognitione, *l. fi. ff. de feriis.* Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in ver. sequentia*, vbi etiam alias dilationes vltra prædictas potest dare iudex cũ maiori causæ cognitione, & quod sufficit pro causę cognitione, quod iudex videat dilationes peti pro veritate, non vt differatur in lite.
† Limita, quia terminus instantiæ causæ, dicitur terminus ad pro- 14
bandum vtrique parti, & dilatio; ideo is, cui incumbit onus probandi, non potest allegare, quod non habuit dilationem, si habuit instantiam causæ. Bald. *cons.*340. *n.*4. *ver. porro iste terminus. lib.*1. † Li- 15
mita, quando dilatio fuit assignata, licet nimis arcta, & breuis, quia ex quo pars potuit appellare, sententia valet, nisi esset arctatio tam breuis, quæ induceret impossibilitatem cognitionis causæ apud iudicem. Bald. *cons.*92. *Quædam sententia, in fi. ver. super tertio, lib.*
1. † Declara limitationem non procedere, quando dilatio esset in- 16
certa, & implicita, & non in forma dilationis, quia licet sit quis citatus pro singulis diebus, & horis, & currant multi dies, tamen ista

dilatio

dilatio tanquam indiscreta non operatur effectum dilationis, quia est momentanea. Bald. *consil.* 268. *Factum tale est, ad instantiam, in princ. lib.* 1. Vide, *Sententia lata sine causæ cognitione nulla, & quando secus. Concl.* 147. † Limita, quia secunda dilatio potest dari, si in prima intercessit impedimentum legitimum, de quo saltem per iuramentum petentis debet constare, dummodo iuramentum præstetur à iudice, vel à parte, & iurans exprimat in specie impedimentum, an casu fortuito, an à persona, vt appareat, quod sit legitimũ, alias non valet secunda vel vlterior dilatio. Bart. *d. consil.* 97. *nu.* 6. *& seq. ver. sed posito, lib.* 1. vbi apostil. in *ver. quo impedimento.* dat concord. & iterum *consil.* 115. *Quæstio talis, col.* 2. *versicul. sed quid si data est, lib.* 2. † Declara, quia non valet iuramentum præstitum per procuratorem de suo impedimento, quando dilatio datur domino, vel è contra; item si non exprimitur impedimentum, item si iuramentum non est à iudice, vel parte receptum. Bart. *d. consil.* 97. *num.* 5. *vsque in fin. versic. restat videre, lib.* 1. vbi apostillæ, & *consil.* 115. *col.* 2. *lib.* 2. † Contrarium tenent allegationes insertæ in apostilla 1. ad Bart. *consil.* 97. *lib.* 1. *in ver. in quæstione*, vbi, quod sufficit allegatio impedimenti in genere, & iuramentum, ex quo ius partis non est effectum deterius, & quia pars aduersa non oppositi huic generalitati.

Dilatio debet esse competens, quandocunq; concedatur. Concl. 438.

1 DILATIO † debet esse competens, & conueniens, vbicunque assignatur, & dicitur competens, si est ita longa, quod absens citatus possit moneri, & comparere. Calder. *consil.* 135. *in princip.* alias *de dilatio.* alias non valeret, tanquam continens impossibile. Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in versic. per edictum, num.* 5. *versic. sed quis terminus.* † Amplia, etiam si assignatur dilatio, in casu, in quo non deberet assignari, quia nihilominus debet esse com-
2 petens dilatio. Calder. *consil.* 134. alias 2. *de dilatio.* † Amplia etiam in dilatione assignata à lege, vel statuto, quia debet esse competens; quia lex debet esse super possibili. Abb. *consil.* 64. *in princip. lib.*
3 2. Vide, *Terminus legis quando possit alterari. Concl.* 71.

Dilationes quando plures dantur eodem tempore, qualiter intelligantur. Concl. 439.

1 DILATIONES † diuersæ ad exequendum legata pia, si concedantur, vt quia constitutio synodalis statuit terminum sex mensium, testator vero statuit annum, debent confundi, vt longior attendatur, non autem, vt vna post aliam incipiat. Ancha.
2 *consil.* 395. *Ore tenus mihi, per totum.* † Restringe, quia non potest dici negligens exequutor, si testator voluit, quod legatum peti non posset intra annum, quia donec peti potest, non dicitur tempus
3 currere exquutori. Anchar. *dict. consil.* 395. *in fin.* † Limita multis exemplis, in quibus concurrunt plures causæ; quia vna non confundit aliam, vt si quis duplici iure munitus sit, quando plures causæ ad idem concurrunt, non fit confusio; quia vna cessante nõ cessat alia. Anchar. *d. consil.* 395. *in princip.* Vide, *Tempus datum pluribus ad aliquid faciendum, eo lapso omnibus dicitur lapsum, & quando secus. Concluſ.* 42. Vide, *Termini plures successiue assignati qualiter currant. Conclusio.* 81.

Dilatio quarta ad probandum quando concedatur. Concluſ. 440.

1 REGVLA † sit, quod quarta dilatio conceditur petenti cum iuramento, & solemnitate legali, quod non viderit testium dicta, nec percunctatus fuerit, & quod non potuerit prius commode examinare, & hoc in causa ordinaria, & negocio principali. *c. in causis, & c. vltra tertiam*, vbi Doct. *de testib.* & ita seruat commu-
* nis * practica, quod statur iuramento petentis. Lap. *alleg. prædicta,*
2 *num.* 10. *versic. sed probatur.* † Amplia, vt procedat etiam in causis summarijs, quia datur quarta dilatio, licet breuior dilatio dari debeat. Lap. *alleg.* 82. *num.* 8. *versic. ad decretalem sæpe, & nu.* 9. Ferret. *consil.* 140. *Sed quia excellens, post princip.* & alij, quos apostill. ad Roma. *con-*
3 *sil.* 225. *in fin.* † Contratium de directo, quod in causa summaria non debet dari quarta dilatio, tenet per plura Roman. *consil.* 225. *Quo ad primum*, vbi citat pro se Lap. *dict. alleg.* 82. quem dicit nullum habere contradictorem, vbi apostilla tollit perplexitatem hanc prætextu, vt sæpe contigit, quod Roman. non totam allegatio-
4 nem viderit, sed tantum motiua pro hac parte. † Amplia, vt nedum detur quarta dilatio ad probandum in negocio principali, sed etiam in exceptione peremptoria, siue per modum exceptionis, siue per modum replicationis. Lap. *alleg.* 82. *num.* 9. *in fin. ver. item dicebatur, & num.* 10. † Amplia, quia dilatio quarta conceditur ac-
5 tori ad probandum suam replicationem, puta, si ipse probauit per testes suam intentionem, & reus contra testes actoris, quod sint infames; ante testium publicationem, potest probare, & debet obtinere quartam dilationem, vt probet suos testes fore bonæ famæ. Lap. *alleg.* 82. *In causa matrimoniali, per totam*, vbi est casus, dũ-
6 modo iuret secundum solemnitatem legalem. † Amplia, quia lapsis dilationibus propter subterfugia, & mendacia partis aduersæ semper iudex potest dare quartam, & seu nouam dilationem. Roman. *consil.* 226. *num.* 4. *versic. & primo dum dicitur.* † Amplia, vt
7 procedat, etiam si pars non examinauerit testes in 1. 2. & 3. dilatione assignata; quia non potuerit, quia debet assignari præstito iuramento prædicto, nec requiritur, quod aliqui sint examinati, licet iuramentum requirere videatur, quod iuret non percunctatum fuisse, quia multo facilius datur dilatio, si aliqui non sunt examinati; quia non potuit examinare, quam si aliqui sint examinati.
8 Lap. *d. alleg.* 82. *num.* 4. *versic. ad primum, & num.* 5. † Contrarium Castrens. *consil.* 335. *Visa appellatione, in princip. lib.* 1. vbi, quod si non sunt examinati testes in alijs dilationibus, datur nedum quarta, sed etiam quinta dilatio, nec requiritur solemnitas legalis, alleg.
9 Bart. in *authent. at qui semel*, C. *de testib.* † Amplia, vt nedum quarta, sed etiam millesima dilatio concedatur, quando impedimentum fuit legitimum vltra solemnitatem legalem, puta, quia feci, quantum potui, & testes non voluerunt se examinare. Lap. *alleg.*
10 82. *num.* 10. *versic. ad id. quod dicit, quod sola, &c.* † Amplia, quia si certum tempus est statutum pro dilatione ad probandum, puta tres menses, tunc potest iudex plures, & quot velit dilationes statuere, quæ non excedant illud tempus. Roman. *dict. consil.* 226. *num.* 5.
11 vbi dicit hoc verum in causa ordinaria, secus in summaria, in qua tempus debet abbreuiari. † Amplia, vt in quarta dilatione possint nedum examinari testes nominati, sed etiam alij non nominati, de vsu, & practica communi. Lap. *alleg.* 82. *nu.* 16. *versic. ad id, quod dicebatur.* † Et datur appellatio à grauamine denegatarum dila-
12 tionum, quia infertur grauamen. Castrens. *dict. consil.* 335. *in princip. lib.* 1. † Amplia, quia quarta dilatio datur, quando petitur ad pro-
13 bandum quid diuersum à probationibus factis in alijs dilationibus. Bart. in *l. fin. ff. de ferijs*, & admittit. Roman. *consil.* 226. *Vltra pridie, num.* 7. *versic. quoad quartum.* † Declara, quia procedit in causis or-
14 dinarijs; secus in summarijs; quia non datur quarta dilatio, secundum Roman. *d. consil.* 226. *num.* 7. † Amplia, quia quarta & noua
15 dilatio datur cum solemnitate legali, vbicunque pars petit ad probandum id, quod probare potuisset in causa appellationis. Bart. *d. l. fin. ff. de ferijs.* † Contrarium dicit Roman. *d. consil.* 226. *num.*
16 8. ab absurdo arguens, quia dicit, quod mille dilationes concederentur, quod est falsum, & nihilominus dicit procedere in causis ordinarijs, non in summarijs, vbi multa congerit contra Bart. & dicit, quod *l. per hanc*, C. *de tempor. appell.* redderetur frustratoria. † Li-
17 mita, quia in causis summarijs assignato termino ad probandum siue simpliciter, siue per testes, non potest post terminum præfixum probatio fieri per testes, nisi fieret remissio pro producendis testibus. Roman. *dict. consilio* 225. *Quo ad primum, in fin.* † Li-
18 mita, quia quarta dilatio non datur, quando secunda & tertia, sunt datæ vltimo, & peremptorie, partibus præsentibus, quia cum sit interloquutoria, quæ secum trahit exequutionem, non potest reuocari. Roman. *consil.* 226. *Vltra pridie, in princip.* vbi apostil. in *vers. singularis*, dat concord. † Limita, quia quarta dilatio nunquam da-
19 tur, quando in 2. & 3. nihil fuit probatum, quia ratio, quare non detur quarta dilatio, est, vt amputetur materia dilationum & lites abbreuientur. Rom. *consil.* 225. *Quo ad primum, in princip, versic. secundo quod, & consil.* 226. *num.* 6. *versic. quoad tertium.* † Limita, quia non
20 datur quarta dilatio, quando, si concederetur, excederet metam sententiæ. Roman. *dict. consil.* 226. *num.* 2. *versic. tertio hoc euidenter*, vbi apostilla in *versic. concedi*, dat concord. † Limita, quia quarta dila-
21 tio non datur, nisi petens iuret se in negligentia non esse versatum, sed nuper de probatione ista habuisse notitiam. Roman. *dict. consil.* 226. *num.* 8. *versic. secundo quia.* † Limita, quia in summarijs
22 non datur quarta dilatio, nisi fiat remissio pro examinandis testibus. Roman. *d. consil.* 225. *in fin. & consil.* 226. *in fin.* † Limita, quan-
23 do probatio, quæ debet fieri, non esset releuans, quia non datur quarta dilatio. Roman. *dict. consil.* 226. *num.* 3. *versic. quarto idem ostenditur*, vbi, quod dicitur non releuans, si petitur exhiberi libros vsurarij quando non constat, quod sit vsurarius; quia ista qualitas, quæ præbet priuilegium exhibitionis librorum, debet prius probari.

***

Dilatione pendente iudicis officium conquiescit. Concluſ. 441.

1 DILATIONE † conceſſa per iudicem, illius officium conquieſcit, *c. ſignificante, de appellat. l. ſiue pars, C. de dilatio.* Iaſ. in *l. 3. n.* 2 38. *ff. de re iudic.* Ancha. *conſ. 36. col. 2. in fi.* Iaſ. *conſ. 44. lib. 3.* † Amplia, quia iudex requiſitus pro licentia generali de capiendo debitorem, ſi monuit partes ad certam diem, ſi interim concedat licẽtiam, erit nulla, & captura inde ſequuta, & omnia erunt reuocanda, ita Bald. *conſ. 318. Iſta captura, in princ. lib. 4.* & inducitur, *l. ſiue pars, C. de dilatio.* facit Vitali. in *tract. clauſul. ver. nil nouari relatione pendente,*
3 *ver. primo & ſecundo.* † Declara, vt ſit verum, quod officium iudicis conquieſcit circa ea, quæ turbarent comprehenſa in dilatione, ſed non quo ad extranea. Lap. *alleg. 83. num. 6. verſic. ad id.* Petr. de Anchar. *conſil. 36. in fin. num. 10. verſic. certum eſt autem,* vbi, quod non valet ipſo iure quod fit per iudicem pendente dilatione, ſi illud fa-
4 ctum eſt in præiudicium dilationis. † Amplia, vt procedat in omni dilatione, ſiue hominis, ſiue legis, quia ſi ex forma ſtatuti cõdemnatus in certa pœna pecuniaria tenetur ſoluere intra certum tempus, alias luat in corpore, nõ poterit ante terminum fieri exe-
5 quutio. Bald. *conſil. 434. Punctus, condemnatus eſt, lib. 2.* † Amplia, quia pendente dilatione data reo parato ſe defendere non poteſt alia dilatio aſſignari ad diuerſum actum, ideo non valet litis conteſtatio facta pendente dilatione ad deliberandum, vel aliud, & ſen-
6 tentia lata eſt nulla. Feder. de Sen. *conſil. 171. in princip.* † Amplia, vt pendente dilatione, tam legis, quam hominis, non ſit committenda exequutio; ideo ſi quis à ſtatuto, vel ab homine condemnatur in centum, & ſi non ſoluat intra menſem, ſoluat in corpore, vel moriatur, non poteſt pendente menſe contra eum fieri exequutio
7 ciuilis, neque criminalis. Bald. *conſil. 434. Videtur mihi, lib. 2.* † Extende, quia ſententia condemnatoria lata pendente dilatione ſtatutaria eſt nulla. Angel. *conſil. 146. Tria ſunt, in princip.* vbi loquitur in ſtatuto Burgi dante tres dilationes inquiſito, quia ſi fuit conde-
8 mnatus pendente, dilatione condemnatio eſt nulla. † Amplia in tantum dilationem pendentem conceſſam à iudice, vel à iure ſuſpendere iuriſdictionem iudicis, vt omnia facta pendente dilatione, prout ſententia lata pendente dilatione ſint nulla, Iaſ. *conſ. 44. lib. 3.* Vide, *Sententia nulla quando poſſit confirmari, vel non. Concluſ. 158.*
9 † Extende, quia procedit, etiam ſi iudex ſit certus, quod pars non poſſit, vel non velit illud explere, vel facere, pro quo explendo conceſſit dilationem. Bald. in *l. ſiue pars, C. de dilatio.* quia tota dies dilationis cedit commodo eius cui fuit conceſſa dilatio. Angel. *conſil. 146. Tria ſunt ſtatuta,* vbi, quod nullum eſt bannum datum à
10 iudice pendente dilatione. † Amplia, ſi iudex ex forma ſtatuti commiſit cauſam conſilio ſapientis; quia dilatione, & conſilio pẽdente non poteſt ferre ſententiam, niſi reuocet prius dilationem, & ſuam interloquutoriam, alias ſententia eſt nulla. Angel. Aretin.
11 *conſil. 7. Quo ad hoc, nu. 3. & ſeq. ver. quinimo.* † Limita, quia iudex pendente dilatione ad examinandum teſtes poteſt reuocare attenta-
12 ta. Lap. *d. alleg. 83. nu. 6. ver. ad id quod.* † Extende, quia poteſt teſtes examinare, & pendente tertia dilatione aſſignare quartam, quia
13 tendunt iſta ad celerem expeditionem. Lap. *d. alleg. 83. num. 6.* † Limita, quia dilatione pendente iudicis officium conquieſcit, donec durat dilatio, & is, cui eſt conceſſa, ea vti vult, ſecus ſi ei renũciat, exemplum, aſſignantur decem dies reo ad comparendum, vel deliberandum comparet, vel deliberat prima die, certe officium iudicis vlterius non conquieſcit. Gemi. *conſil. 121. num. 11. & ſeq. ver. item iſtud probatur, vſque in fi.* Bart. *conſ. 164. Proceſſus, ver. item non obſtat,*
14 *per totum, lib. 1.* † Limita, quando eſſet finita cauſa dilationis datæ. Bart. in *l. à filio, §. alumno. ff. ad Trebell.* per illum text. ſequitur Franch.
15 in *d. c. ſignificante, in 4. limitat. de appellat.* † Limita, quando dilatio data reuocatur per aliam interloquutoriam. Ange. Areti. *conſ. 7. Quo*
16 *ad hoc, num. 5. ver. & potiſſime.* † Limita, quia licet dilatione ad ſoluẽdum conceſſa, non poſſit agi contra debitorem, ſi tamen dilatio fundatur ſuper cauſa, quæ eſt falſa, vel non valida, puta ſuper annua præſtatione, quæ apparet vſuraria, ceſſante cauſa, ceſſat dila-
17 tio. Bald. *conſ. 212. Eundo ad veritatem, lib. 4.* † Limita, quia pendente dilatione conſultoris, cui commiſſa eſt cauſa ad conſulendum, ſtõ conquieſcit officium iudicis, imo currit inſtantia. Bart. in *l. 1. in 2. not. C. de relatio.* vbi Angel. dicit hoc expreſſe, ſequitur ibi Caſtrenſ. & refert, & ſequitur Maranta in *praxi, in 5. par. principali. nu. 41. verſic.*
18 *decimooctauo limita.* † Limita, quando is, cui facta fuit, vel conceſſa dilatio, inſtat pro explicatione actus, qui geritur, & actus fit ad illius fauorem, text. eſt, & ibi Imol. in *l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſtit.* ſequitur Franch. in *d. c. ſignificante, in 5. limitat. de appellat.* & habet rationem in ſe, quia quilibet poteſt fauori ſuo renunciare. *l. penult. C. de pact.* & quia petendo fieri actum cenſetur renunciare dilationi. † Contrarium videtur facere, quia cum dilatio vni parti conceſſa ſit communis alteri parti, videtur, quod poſſit vtraque pars vti beneficio dilationis conceſſæ. *l. petendæ. C. de tempor. in integr. reſtit. pet.* † Declara, quia ſi dilatio eſt conceſſa vni parti, licet alia pars vti velit eadem dilatione, poteſt dum pendet, & durat, ſed per hoc non ſequitur, quin pars, cui fuit conceſſa, poſſit illi renunciare, ita Bart. in *d. l. petendæ. C. de tempo. in integr. reſtit. peten.* ſecus ſi dilatio eſſet expreſſe conceſſa vtrique parti. † Limita in criminalibus, quia data dilatione reo ad comparendum intra triduum, is poterit pendente dilatione capi; quia ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſæ, non ſunt excluſa. Iul. Clar. in *praxi. §. fi. q. 31. in fi.* † Limita, quia dilatione pendente ſuper vno articulo non impeditur, quin inter eaſdem partes poſſit explicari alius articulus ſeparatus non præiudicialis illi, ſuper quo pendet dilatio. Roman. *conſil. 443. Quoad primum. num. 10. verſic. cæterum,* allegat *l. generaliter. verſ. nullo. C. de reb. cred.* † Limita, quia dilatione data ad examinandum teſtes extra iuriſdictionem eadem dilatio etiam ſeruit, & currit ad examinandum in iuriſdictione. Roman. *conſ. 496. Primus. nu. 9. & ſeq. verſ. quoad ſecundum.* † Limita, ſi eſſet data dilatio ad perquirendum reum, puta decem dierum, & comparet excuſator, vel pater prima die, & dicit ſe non poſſe reperire, quia cenſetur renunciare dilationi, & ideo valet proceſſus, & condemnatio ſequuta in contumaciam, maxime ſtante ſtatuto, quod contumax poſſit condemnari. Bar. *conſ. 164. Proceſſus, & ſententia, per totum, lib. 1.* Vide plene Soci. *regula 18. Dilatione pendente nihil eſt innouandum.* qui limitat in viginti duobus caſibus. Vide plene per Antonium Gabriel. *lib. 2. tit. de dilat. Concl. 1. Dilatione pendente.*

Dilationes in ciuilibus & criminalibus quæ, & quales dentur, & in quo differant. Concl. 442.

DILATIONES † in criminalibus debent aſſignari, videlicet, 1 accuſatori dantur duæ tantum dilationes. *l. in pecuniarijs. ff. de ferijs.* Signor. *conſ. 160. in princip. & nu. 4.* vbi, quod neq; directe, neq; alias per obliquum dantur, niſi duæ accuſatori, communem * dicit Clar. in *§. ſin. q. 48. nu. 2.* Vide plenius, *Inquiſitionis, vel accuſationis iudex qualiter ſe gerere debeat, vt procedat legitime. Concluſ. 177.* maxime *nu. 43. & multis ſeq.* † Accuſato dantur tres dilationes, quia magis 2 lex fauet accuſato, quam accuſatori in dilationibus. Signor. *d. conſ. 160. Accuſator, in princ.* communem * dicit Clar. in *§. fi. q. 48. nu. 2.* & * eſt text. in *l. ſi.* vbi gl. magna, *circa med. ff. de ferijs.* † Extende in tantũ, 3 quod iudex non poſſet aſſignare vnam peremptoriam pro tribus, apoſt. ad Clarum in *q. 48.* † Amplia, quia accuſato petenti dilatio- 4 nes in tantum debent dari, vt ſi torqueatur denegatis dilationibus tortura ſit nulla. Boſſ. *de indic. & conſider. ante tortur. nu. 74. verſ. quarto quæro, vſq; ad nu. 81.* qui loquitur in copia indiciorum danda, vbi tamen declarat Brun. *de induc. in 2. parte. q. 5. nu. 13. & nu. 51.* Ariminen. ad Ang. in *ver quod fama publica. nu. 37. & 38.* Laurent. in *deciſ. Auinionenſ. 15. per totum.* Farinac. *tit. de indit. q. 38. num. 17.* † Amplia, quia magis 5 de facili dilationes dantur carceratis, quia ceſſat ſuſpicio calumniæ. Farina *q. 39.* quia reo non negantur, etiam vſque ad ſententiam, ibi *nu. 80.* † In ciuilibus dilationes non ſunt præciſæ, & dila- 6 tio data actori erit communis reo, & è contra, quia æqualitas eſt ſeruanda, ſecus in criminalibus. Signor. *d. conſ. 160. per totum.* † Vide 7 omnino Abb. *conſil. 64. lib. 2. per totum,* vbi, quod dilationes in ciuili non dantur, niſi vna, reliquæ denegantur, niſi cum cauſæ cognitione. Vide, *Terminus legis quando poſſit alterari, vel non. Concl. 71.* † In 8 ciuilibus dilatio debet dari congrua citato, vt poſſit veriſimiliter comparere, in criminalibus longior dilatio dari debet. Bart. in *extrau. ad reprimendum, in ver. per edictum. nu. 5. ver. ſed quis terminus.* † Dif- 9 ferunt, quia licet in ciuili dilationes ſint communes, ſecus in criminali, quia in ciuili lex aperuit oculos ad æqualitatem ſeruandã, in criminali ſecus, quia aperuit oculos ad ponderoſitatem, ideo non poterit accuſator probare in dilationibus datis accuſato, quia habuit ſuas duas dilationes. Signor. *d. conſ. 160. per totum.* † Contra- 10 rium, quod ſint communes, tam in criminalibus, quam ciuilibus, dicit Clar. in *§. ſin. q. 48. in ſin.* vbi, quod contra Signorol. eſt com- * munis * opinio.

Dilationes dandæ in iudicio remiſſoriæ. Concl. 443.

IN † remiſſoria conceſſa ad examinandum teſtes non concedi- 1 tur dilatio vltra tertiam. Lap. *alleg. 46. circa fi. ver. de dilatione autem,* vbi reſpondet ad multa contraria. † Contrarium tenet Roman. 2 *conſ. 225. in fi. & 226. in fi.* vbi, quod imo quarta dilatio, quæ non daretur, bene datur, ſi fiat remiſſio pro examinandis teſtibus.

Dilatio-

Dilationes quæ dantur condemnatis, quando dandæ, vel non, & quomodo, & quid operetur. Concl. 444.

1 DILATIONES † quæ dantur condemnatis, de quibus in *l. debitoribus, ff. de re iud. & in l. debitoribus, ff. de iudi.* procedunt; si modo per debitorem caueatur, ita Calder. *cons.* 197. *circa med.*
2 *ver. & nihil hominus*, alias 1. *de re iud.* † Et petens hanc dilationem cen-
☞ setur renunciare appellationi. Vide, *Appellationi quando & ex quibus*
3 *censeatur renunciatum. Concl.* 387. † Imo, quod debitor condemnatus habeat à lege, & miserationis causa quatuor menses ad soluẽdum, nec iudex possit tale tempus minuere, & si minuat, suppleri debeat, est text. in *l.* 4 §. *si quis condemnatus, ff. de re iudi.* Bald. in *l. actori,*
4 *C. de reb. cred.* Alex. *cons.* 77. *col.* 1. *lib.* 2. † Limita, vt dilationes, quæ dãtur iudicatis, non sint dandæ in condemnatione criminali, neque reali. ita Calder. ponit has duas limitationes in *cons.* 197. alias 1. *de*
5 *re iud.* † Dilatio ista, quæ datur condemnatis, non facit debitũ purum, & actionem puram effici in diem; ideo tale debitum potest deduci in compensationem, tanquam purum. Fulgos. *cons.* 141. *Na-*
6 *nes & Chorus, in princ.* † Extende, quia non inducit nouationẽ. Ful-
7 gos. *cons.* 141. *col.* 4. *in princ. ver. mouet præterea.* † Extende, quia tale tẽpus non impedit moram commissam, & pœnam incursam. Fulgo.
☞ *d. cons.* 141. *col.* 5. *in fi. ver. neq; enim, & nu.* 3. Vide, *Terminus qui datur condemnatis ad soluendum quando habeat locum, vel non. Concl.* 57.

Dilationes legales in criminalibus non possunt abbreuiari. Concl.

VIDE incertum authorem post Regulas Socin. *Reg.* 3. *Dilatio legalis in criminalibus*, vbi limitat tribus modis: & idem incertus author author *Reg.* 4. *Iudex vel superior*, vbi facit Regulam affirmatiuam in ciuilibus, & limitat quinque modis.

Dilatio abbreuiata quando possit prorogari, vel è contra. Concl. 445.

1 DILATIO † hodie de consuetudine iudiciorum potest decurtari, & abbreuiari. Abb. *cons.* 64. *Videtur primo, in fi. ver. secun-*
2 *do potest responderi, lib.* 2. † Extende maxime, quando statutum abbreuiauit instantiam iuris communis, quia potest iudex abbreuia-
3 re dilationes iuris communis. Abb. *d. cons.* 64. *in fin. lib.* 2. † Extende, quia vbicunq; prima dilatio fuit non integra, sed abbreuiata, potest prorogari, & de facili potest dari noua dilatio. Innoc. in *c. vltra tertiam, de testib.* Abb. *d. cons.* 64. *in princ. ver. item quia dilatio prima. lib.* 2.
4 † Declara, quia quando fuit abbreuiata dilatio iuris per iudicem, licet iudex possit nouam dilationem dare, vel primam prorogare; tamen intelligitur cum causæ cognitione, & dummodo prorogatio, vel noua dilatio non excedat dilationem iuris. Abb. *d. cons* 64. *in fin. ver. vltimo ad dictum Innoc. lib.* 2. vbi, quod ita declarat Bart. in *l.*
5 *fi. ff. de ferijs.* † Amplia, quia dilatio abbreuiata per iudicem potest de facili prorogari, vsque ad dilationem decurtatam, vel noua dilatio dari. Innoc. in *c. vltra tertiam, de testib.* & quia facilior est prorogatio, quam noua dilatio. Abb. *d. cons.* 64. *in princ. lib.* 2. vbi, quod valet etiam sine causæ cognitione facta prorogatio, & ita Angel. in *l. fi. ff.*
6 *de ferijs.* † Extende in tantum verum, vt probatio facta intra tempus prorogationis datæ etiam sine causæ cognitione valeat. Bart.
7 in *l.* 1. *C. de dilatio.* quem citat Abb. *d. cons.* 64. *in princ. lib.* 2. † Contrarium tenet idem Abb. *cons.* 64. *col.* 3. *sub num.* 3. *vers. nec obstat. dum dicit, lib.* 2. vbi, quod prohibitum vna via, videlicet dilatione noua sine causæ cognitione, censetur pariter prohibita prorogatio sine causæ cognitione, ne lites fiant longiores sine causa; quia, vt inquit, attenditur effectus, non modus, & quia alias aperiretur via
8 fraudibus. † Declara, quia non est dubium, quod facilior est prorogatio, quam noua dilatio, ideo Abb. *d. cons.* 64. *col. pen. num.* 3. *vers. præterea etiam, lib.* 2, dicit, quod in prorogatione requiritur causæ cognitio, sed leuior causa sufficit. Vide, *Prorogatio conceditur magis de facili, quam actus de nouo fiat. Conclus.* 920. Vide, *Terminus legis quando*
☞ *possit alterari, vel non. Concl.* 71. Vide Ant. Gabr. *lib.* 2. *tit. de dilationibus. Concl.* 2. & 3. vbi, quod prorogatio dicitur, si fiat durante termino; secus si lapso termino.

Dilectus magis à testatore quis dicatur. Concl. 446.

1 TESTATOR † si substituit ex pluribus filijs institutis vni filio matrem in vsufructu & filijs inuicem substituit, censetur magis dilexisse filios, non solum respectu institutionis, sed etiam substitutionis, ideo præferuntur matri etiam in vsufructu. Alexan. *consil.* 66. *Viso testamento, per totum*, maxime *num.* 6. *lib.* 2. † Extende, 2
quia quem primo substituit, præsumitur dilexisse magis, quam illum, quem vltimo substituit. Alexand. *d. consil.* 66. *num.* 4. *& sequent. vers. non obstat, quod testator, lib.* 2. † Extende, etiam si vltimo sub- 3
stitutus sit causa pia, quia præsumitur magis dilexisse descendentes primo substitutos, in tantum, quod ineat clausula, *si sine filijs*, prout si extraneus substituatur. Alexand. *consil.* 226. *Ponderatis, num.* 2. *& seq. lib.* 6. *vers. tamen præmissis.* † Declara, quia si instituit filios, 4
& vni soli filio descendenti substituit vxorem in vsufructu, & omnibus filijs mortuis, substituit causam piam saluo vsufructu vxoris, dicit Alexand. *d. consil.* 66. *num.* 7. *versic. vel etiam potest responderi, & num.* 8. *lib.* 2. quod locus pius sit magis dilectus, quia in tota hæreditate, & quia pro anima. † Extende, quia licet appellatio- 5
ne hæredum veniat quilibet hæres etiam extraneus, tamen si pater instituit filium, & si decesserit sine liberis, substituit Titium, & hæredes Titij, si contingat filium decedere sine filijs præmortuo Titio, hæres extraneus Titij non admitteretur, quia sicuti magis dilexit filium, quam Titium, ita magis dilexit hæredem extraneum filij quam hæredem extraneum Titij, quia primus est in ordine, ita Alexand. *consil.* 139. *Circa primum, in princip. lib.* 6. vbi ponit alia similia. † Amplia, quia magis coniunctus censetur magis dilectus, 6
ideo si quis habet fratrem, vel consobrinum, præsumitur eum magis diligere, quam illius fratris, vel consobrini filios, & descendentes. Alexand. *consil.* 204. *Perspectis, num.* 8. *versic. nec mirandum. lib.* 6. † Et operatur maior dilectio, quod absurdum reputatur, quod 7
minus dilectus plus consequatur quam magis dilectus. Alexand. ☞
d. consil. 139. *in princ. lib.* 6. Vide, *Absurdum quid sit. Concl.* 65. † Item o- 8
peratur, quod non subest eadem ratio inter substitutos, ideo clausula in fine posita, quæ refertur ad omnia præcedentia, non refertur in præiudicium primæ substitutionis, sed vltimæ, quia diuersa ratio militat. Alex. *d. cons.* 226. *n.* 2. *& seq. ver. tamen præmissis. lib.* 6. *per totum.* Vide Mascar. *Concl.* 517. *Dilectio maior*, vbi quod magis honoratus præsumitur magis dilectus, & ex ordine, & alijs modis.

Dilemma quid sit, & an valeat argumentum ex dilemmate. Concl. 447.

DILEMMA † est idem, quod destructio, & ideo qui arguit 1
per dilemma, dicitur arguere concludenter ab omni parte.
Vide. *Argumentum concludens ab omni parte. Concl.* 491. † Et valet ☞
argumentum per dilemma, quia concludit ex omni parte, & hoc 2
modo arguit Oldra. *cons.* 292. *nu.* 9. *ver. vltimo aut pari*, late Feli. in *c. tertio loco, nu.* 2. *ver. fallit primo*, vbi, quod valet exceptio alternatiua, quando in qualibet alternatiua concluditur intentio excipientis, *de probatio.* † Vide plura exempla per Iaſ. in *l. vbi autem, §. qui illud, nu.* 3
4. *ff. de verbor. obligat.* vbi, quod probatio dubia, quæ verificatur in quolibet intellectu, dicitur concludens. † Amplia, quia legatum 4
factum de scutis 50. si talis cum filijs decesserit, & si sine filijs decedat, legatum sit centum, dicitur purum quo ad quinquaginta, quia in omnem casum quinquaginta non possunt non deberi. Calder. *consil.* 381. alias 5. *de sepult.* † Contrarium videtur velle Bald. *cons.* 70. 5
Præmittendum est, lib. 3. *num.* 6. *ver. in contrarium*, vbi, quod ratione incertitudinis de præsenti actus dicitur conditionalis, etiam si conditio sit omnino extitura, vel vno, vel alio modo. † Amplia, quia 6
probatio generalis, & incerta valet, quando in omni specie pariter operatur, & concludit. Bald. *cons.* 178. *Præsupposito statuto, in fin. versic. dicit statutum, lib.* 1. vbi, si est probatum furtum factum in villa sancti Marci per inquisitum, valet, licet sint plures villæ sancti Marci. † Amplia, quia valet argumentum concludens ab omni parte, 7
etiam ad hoc, vt res cadat in commissum, licet dubium sit argumentum, an potius ex vno, quam ex alio capite caducitas causetur. Bald. *consil.* 324. *Inter cætera, circa fin. ver. item iudex quilibet, lib.* 2. vbi vasallus obligatus manutenere equum, vel soluere certum censum, si neutrum fecit, non seruauit pactum in aliqua parte, licet incertum sit, an ob non solutum censum, vel ob non manutentũ 8
equum pœnam incurrat. † Amplia, quia valet argumentum concludens ex duobus priuilegijs feudalibus, aut ex primo tanquam antiquiori, cui non censeatur derogatum ex posterioribus partis aduersæ, aut si valet derogatio posterior, subintret vltimum priuilegium derogatorium concessum parti, quæ habet primum, & antiquius priuilegium, sic arguit Bald. pro Papiensibus contra Tortonenses in materia feudi *consil.* 251. *Sententia, quam tulimus, ante med. versic. sed non videmus, lib.* 5. † Amplia, vt plene Castren. *cons.* 445. 9
In causa, quæ vertitur, lib. 1. *num.* 3. *versic. item notandum*, vbi, quod libellus alternatiuus super dominio directo, & vtili procedit, & probatio sufficit, quod concludat necessario ad vnum ex duobus alternatis, veluti si ex instrumentis cum possessione probatur domi-

dominium directum, bene, si vero venditores non erant domini,
10 saltem ex titulo, & præscriptione vtile dominium probatur. † Extende, quia licet non constet, quæ pars ex duob. alternatis sit probata, valet tamen probatio, quæ concludit necessario in vtroq; casu, prout, aut est probatum, aut non, quo casu valet sententia lata super tali probatione. Castrens. *d. consil. 445. num. 3. ver. cum igitur, lib.*
1. Vide, *Argumentum concludens ab omni parte quando valeat. Concl. 491.*
Vide, *Argumentum à sufficienti partium enumeratione valet. Conclus. 492.*
11 Vide, *Probatio debet de necessitate concludere. Conclus. 765.* † Limita, quia argumentum concludens ex omni parte, secundum euentum futurum, non attenditur, neque concludit in ijs, quæ requirunt prouisionem præsentem. Bald. *consil. 126. Quidam nobilis, in princ. lib. 1.* vbi, quod mater petens ventrem mitti in possessionem inuito auo, præfertur, quamuis valeat argumentum pro auo, quia aut nõ nascetur posthumus, & auus succedit; aut nascetur, & erit in potestate aui, quia secundum statum præsentem magis dicitur de viscerí-
12 bus matris. † Idem in conditionibus contrarijs omnino extituris, quia licet quis grauetur restituere posthumo, si nascatur, & patruo posthumi, si non nascatur, tamen ratione incertitudinis de præsenti dicitur conditionale grauamen de restituendo, & non purum. Bald. *consil. 70. nu. 6. ver. in contrarium, lib. 3.*

Diligentia quando prodest, & quando noceat. Conclusio 448.

1 DILIGENTIA † prodest multis casibus, de quibus vide Gomez. in *regul. de trien. q. 27. in fin.* vbi ponit casus 31. quibus diligentia prodest, vbi etiam adnotat casus 213. in quibus negligentia
nocet, & alios 20. casus, in quibus negligentia non nocet. Vide, *Deliberatio quid sit. Conclus. 156.* Vide, *Repentina festinatio reprobatur, & quando secus. Conclus. 185.* Vide, *Tarde venisti postquam res non est integra.*
2 *Conclus. 18.* Vide, *Tarditas bona, & quando. Conclus. 19.* † Amplia, & limita multis modis, de quibus in *vers. Præueniens, & diligentior multa*
3 *commoda consequitur. Concl. 645. & Concl. ibi proxime seq.* † Et contra diligentia nocet, quia procurans causam, propter quam haberet priuilegium, data opera, vt priuilegium consequatur, illud non
consequitur. Vide, *Affectatio operatur multa. Concl. 237.* † Extende,
4 quia vendens rem breui ad Ecclesiam reuersuram, quia senex erat venditor, præsumitur ex fraude iudicij mutandi causa, & vt Ecclesiam fraudaret, quando successit breui mors vendentis. Grat. *consil. 310. Thema tale est. nu. 18. & seq. lib. 1.*

Diligentior quis præsumatur. Conclusio 449.

1 DILIGENTIOR † præsumitur dominus in re sua, quam procurator. Roman. *consil. 353. Quoad primum, in princ.* vbi ponit alia similia, quod is, ad cuius curam aliquid pertinet magis, ita magis diligens præsumitur, in matre circa educationem filij, si non transiuit ad secundas nuptias, in tutore circa alimenta pupilli, &c. vbi loquitur in acceptatione sub eadem data, quæ præsu-
2 matur præcessisse. † Restringe, quia procurator præsumitur diligentior, quando si contrarium diceremus, oriretur illicitum, vel delictum, quod non præsumitur, vel actus nullitas. Roma. *d. consil. 353. nu. 2. ver. ijs tamen,* vbi prima apostilla in *ver. contrarium,* dat concord. & in apostil. in *ver. singularis,* quæ declarat, vt ibi relatiue, nisi ex præsumptione delicti oriretur absolutoria pro delicto, quia
3 tunc præsumitur delictum. † Restringe, quando procurator erat in loco proximiori, vbi actus factus est, item, quando actus procuratoris est magis perfectus, quia habet consequutiua ad validitatem, prout si procurator acceptauit pro expectante, fecit etiam sibi prouideri de beneficio acceptato; item, quando obijcitur nullitas actus procuratoris, debet probari, plene Roma. *d. consil. 352. nu. 2. & seq.*

Diligentia quibus modis probetur. Conclusio.

VIDE Mascard. Concl. 518. Diligentia, vbi in fin. quod diligentia præsumitur, & quomodo communitas quæ tenetur capere malefactores probet diligentiam fecisse. Vide plenius. Negligentia quid sit & qualiter probetur. Concl. 32.

Diœcesis appellatione quid veniat, & quid contineat in se. Concl. 450.

1 DIOECESIS, † & territorium sunt nomina vniuersalia, & ideo cõprehendunt quicquid est intra fines vniuersitatis. Bald.
2 *consil. 326. Rex Romanorum, nu. 8. ver. item certum est, lib. 1.* † Et diœcesis quoad Episcopum dicitur territorium Episcopi. Abb. *consil. 82. Quanquam in ijs, n. 7. lib. 1.* Vide, *Territorium & districtus quid sint. Concl.* 3
49. † Et dicitur diœcesis esse de appendicijs Ciuitatis; & ideo quod non est concessum Ciuitati, neq; censetur concessum diœ-
ceſi. Bald. *consil. 327. Pridie enim, nu. 3. ver. præterea diœcesis, lib. 1.* † Et ap- 4
pellatione diœcesis venit etiam Ciuitas, & territorium; quia est verbum importans genus in materia fauorabili, in materia vero odiosa sumitur vt species, & non comprehendit Ciuitatem. Alex. 5
consil. 248. Ponderatis, n. 10. & seq. ver. pro quo etiam, lib. 6. † Amplia, quia loca exempta intra diœcesim sunt de diœcesi. Fed. *cons. 2. col. 1. vers. quod autem locus,* & latius *nu. 5. ver. dicendum est, col. 2.* allegat *c. cum Episcopus, de offic. ord. in 6.* & idem Fede. *consil. 182.* vbi idem videtur velle, quod delinquens in loco exempto diœcesis ligetur pœna statuti Episcopalis, sequitur Felin. in *c. graue, in princ. & col. 3. ver. considera bene, de offic. ord.* Vide, *Exempti in quibus subsunt locorum ordinarijs, vel non. Concl. 565. & Concl. ibi prox. seq.* † Cõtrarium videtur velle add. Lap. 6
vltima ad *d. cons. 2.* videlicet, quod non sunt de diœcesi, licet sint in diœcesi, allegat *clem. Archiepisc. § simili modo, de priuil.* sed hęc apostilla concordat iudicio meo, & ista distinctio esse in diœcesi, vel de diœcesi reprobatur per Feli. *d. c. graue, in princ. de offic. ord.* vbi allegat pro vtraq;, & dicit esse tex. in *c. cum Episcopus. de off. ord. in 6.* vbi locus exemptus est in diœcesi. † Vide tamen Rotam *decis. 207. n. 4. parte* 7
2. vbi dicit esse discrimen, vt Ecclesia sit in diœcesi, vel de diœcesi, aut nullius. † Declara, quia licet omnis res præsumatur libera, & 8
non subiecta oneri, tamen fallit de iure canonico, quia omnis Ecclesia, quæ est in diœcesi, præsumitur suppositia Episcopo; quia ius canonicum non admittit aliquam Ecclesiam dici acephalam, ita Castrens. *cons. 179. In causa, quam magnificus. in princ. ver. Nec obstat, lib. 1.* † Diuisæ fuerunt diœceses per Dionysium Papam, vt dicit gl. in *c.* 9
primo. 99. dist. quia vbi solebant esse apud Ethnicos primi Flamines, sunt constituti Episcopi, vbi vero Archiflamines, sunt constituti Archiepiscopi, *c. 2. 80. dist.* vbi dicitur in *c. 3.* quod in ciuitatib. paruis, & castris ponendi sunt presbyteri, non Episcopi. † Et proprie 10
diœcesis importat idem, quod regio, vel prouincia, & propterea importat terminum, & confine ciuitatum, vel prouinciarum. *c. Episcopi, 9. q. 2.* vbi gl. hoc expresse dicit. † Sed tamen etiam Parochia 11
dicitur habere suam diœcesim, videlicet terminationẽ, *c. 1. 13. q. 1.* † Lex iurisdictionis Episcopi continet multa, quæ diuersa sunt à 12
lege diœcesana, & poni possunt aliqua exempla in vtraque lege. † Nam visitandi ius est iurisdictionis Episcopalis. Rom. *cons. 371. In* 13
proposito, n. 6. † Consequenter procuratio, correctio, & quæ à visi- 14
tatione dependent. Vide, *Procurationem ratione visitationis qui soluere tenentur, vel non. Concl. 808.* † Quarta, quæ debetur Episcopo, dici- 15
tur debita ex iure iurisdictionis, non ex lege diœcesana. Rom. *cons. 514. In quæstione in princ. ver. secundo quia.* † Lex diœcesana differt à to- 16
tali iurisdictione, quia aliquis potest esse exemptus à lege diœcesana Episcopi, prout sunt omnia monasteria, & tamen tenentur ratione iurisdictionis, ad quartam debitam Episcopo. Abb. *consil.* 17
47. Tria. in princ. lib. 1. † Et differunt in multis lex diœcesana à lege iurisdictionis, vt per Abb. *c. dilectus, de off. ord.* vnde multa sunt ex lege diœcesana, sed non de lege iurisdictionis, prout Cathedraticum, quia debetur ex lege diœcesana. Vide, *Cathedraticum quid sit, & à quibus solui debeat. Concl. 132.*

Directe aliquid fieri, vel per obliquum differunt. Concl. 451.

ADITIO † hæreditatis facta directe, videlicet, recta via ad- 1
eundo simpliciter magis operatur, & obligat adeuntem, ne postea iuuetur beneficio legis, & inuentarij, quam aditio obliqua, seu facta in cõsequentiam, puta si hæres fecit actum, per quem inducitur aditio. Paul. de Castr. *cons. 275. Passus, de quo quæritur, col. 2. circa med. ver. Nam ille, qui facit, lib. 1.* vbi dat multa exempla de verbis enunciatiuis, & directis, seu principaliter prolatis, & de alijs obligationibus. Vide, *Tacitè & expressè quando par virtus. Concl. 7.* † Amplia,
quia non tantum operatur id, quod inest tacite, & in consequen- 2
tiam, quantum id, quod inest expresse, & principaliter, quia tacitum non operatur aliud tacitum. Cephal. *cons. 139. n. 13. lib. 1.* quem refert, & sequitur Fanuc. in *tract. de inuentio. in præfatio. nu. 26. circa fin.* Vide plenius, *Principalis dispositio attenditur, non quæ in consequentiam.*
Conclus. 662. † Limita, quia multa permittuntur per indirectum, 3
quæ directe facta non tenent, prout in iuramento, quod directe non potest tolli à laicis, & bene tollitur per indirectum, statuendo iuramentum, ex causa iusta, præsumi per metum, & dolum extortum, ita apostil. plena ad Ro. *cons. 12. in ver. indirectum.* † Extende, 4
quia iurisdictio, quæ non potest concedi à priuato directe, cõceditur tamen in consequentiam, concedendo feudum. Aegid. Bella.

cons. 33.

conf.33.nu.43.vers. Nec obstat. Vide, *Expressè fieri multa prohibentur, quæ tacitè admittuntur. Concl.658.* Vide, *Principaliter fieri multa prohibentur, quæ admittuntur in consequentiam. Concl.663.* Vide, *Prohibitio directa impedit factum omneq; prohibitum per indirectum. Conclus.900.* Vide, *Tacitum quando plus operetur, quam expressum. Concl.11.*

Discipulus non est supra magistrum, & quando secus. Concl.452.

1 NON † est discipulus supra magistrum, vt in Euangelio, *Matt.*
2 *10. Luc.6.* † In simili tex. in *c. qualis 3.q.1.* dicitur, qualis ædifica-
3 tio discipuli, si magistro se intelligat esse maiorem? † Amplia, quia
4 non est seruus maior domino suo, vt in Euangelio, *lo.c.13. & 15.* † In simili facit *c. omnis anima, de cenſib.*

Discordiarum seminatores exosi, & tollendi. Conclusio 453.

1 DEVS † detestatur seminatores zizaniarum, *Ecclesiast.c.5.* Non appelleris susurro in vita tua, &c. & Salomon in *Prouerbijs 26.*
2 late contra istos Angel. *conf.179. Visis prædictis, in princip.* † Sic dicimus, concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ res dilabũ-
3 tur. Vide, *Malignitas est tollenda, nec danda occasio malignandi. Conclusio.* 27. † Limita, quia discordia licite disseminatur inter infideles, & malos: Oldrad. *consil.71.* vbi ad hoc allegat exemplum Pauli inter Pharisæos & Sadducæos, vt se liberaret, & alia exempla, & ad hoc illud Euangelicum, *Lucæ 12. cap.* Non veni pacem dare in terram, sed separationem.

Discordia facilis est, & qualiter probetur. Conclusio 454.

1 DISCORDIA † facilis est, quia homines de facili discordant *c. nec nouum.8.q.1.* Abbas *conf.37. Arbitror. in fin. lib.2.* Alex. *consil.*
2 *224. In re tam graui, nu.3. lib.6.* Vide, *Doctorum errores varij, & discrepãtia inter eos. Concl.561. & Concl. ibi seq.* † Et vulgariter solet dici, quot capita, tot sunt sententiæ. Vide, *Arbitri plures qualiter pronunciare debeant. Concl.* 464. Vide, *Iudices plures dati simul qualiter iudicare debeant.*
3 *Concl.*419. † Et discordia propterea præsumitur orii ex nouitate. Lucas de Penna in *l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib.11. nu.133.*
4 † Et propter facilem discordiam hominum non valet consuetudo Capituli quantumcunq; iurata, quod non valeant gesta à Capitulo, nisi omnes concordent, quia esset contra vtilitatem Ecclesiæ. Abb. in *consil. super Concilio Basilien. in 1. dubio, col.2. ver. quinimo,* v-
* bi de * communi. † Imo neque valet in vniuersitatibus Ecclesia-
5 sticis inferioribus statutum, vel consuetudo, vt duæ partes ad minus debeant concordare, sed semper debet prealere. prout est de iure dispositum à maiori parte, *c.1. & c. licet, de electio.* ita Abb. *d. con-*
6 *sil. super Concilio Basilien. in 1. dub. col.2. ver. quinimo.* † Et propter facilem discordiam inductum est, ne quis compellatur stare in com-
7 munione. Vide, *Communio parit discordias. Conclus.535.* † Et propter facilitatem discordiarum inductum est, vt vnus sit Princeps, & dominus, non plures. Alexand. *conf.25. Attentis narratis, nu.24. lib.5.*
8 † Et animus hominis mutabilis, & variabilis esse dicitur. Vide,
9 *Animus hominis mutabilis. Conclus.335.* † Declara, vt per Roma. in sermone, quem fecit in Concilio Basilien qui est post consilia sua, *nu.*
23. versic. Vnde non habeo, vbi dicit; Non habeo nouum, neq; reprehensibile iudico, quod singulorum vota, quandoq; diuidantur in partes, sed graue est, quando non ex iudicij rectitudine, sed ex solo fauore prouenit ista diuisio, allegat text. in *c. Nec nouum.8. quæst.1.*
10 † Amplia, quia propterea non valet statutum, quod non possit vniuersitas, vel Capitulum aliquid facere, nisi de voto omnium, & quod sufficiat contradictio vnius; quia propter facilem discordiam, quæ inest naturaliter, nihil posset facere, & impediretur pu-
11 blica vtilitas. Alexan. *conf.224. In re tam graui, nu.2. & seq. lib.6.* † Extende, quia propterea non ligatur Papa ex iuramento capitulorum Conclauis, per quæ se obligat, & vouet cum iuramento non facere Cardinales, nisi concurrat votum omnium Cardinalium, quia propter facilem naturalem discordiam vnius impediretur
12 bonum publicum. Alexand. *d. conf.224. num.2. & seq. lib.6.* † Contrarium videtur tenere Roma. *conf.512. quoad primum, num.11. versic. quoad quartum,* vbi, quod statutum, quod non valeat actus, nisi cõcorditer ab omnibus fiat, non sufficit, quod maior pars faciat, sed
13 debent omnes concorditer facere. † Amplia, quia discordia probatur per testes singulares. Mascar. *Concl.*
519. vbi pro vtraque.

***

Discussio qualiter, & quibus modis probetur. Concl.

VIDE † Mascardum *Conclusio.521. Discussio,* vbi, quod proba- 1
tur per sententiam, per relationem, & diligentiam discussoris, item per famam, item per euidentiam rei, vel notorietatem, item quia præfixus fuit terminus ad exhibendum, vel ostendendum bona, & nihil fuit exhibitum, vel ostensum. Vide plenius,
Exceptio discussionis, vt fiat discussio, quæ requirat, & qualiter probetur. Conclusio.402.

Dissensus quomodo probetur. Conclusio.

VIDE † Mascardum *Conclusio.520. Dissensus.* Vide plenius *Con-*
sensus debet esse simultaneus. Conclus.750. & in ver. Mens & intentio discordantium. Concl.201.

Disiuncta conditio quando habeatur pro coniuncta, vel non, & è conuerso. Concl.455.

DISIVNCTA † posita inter plures conditiones restitutionis 1
fideicommissi non operatur aliquid, si grauatus habuerit filios, quando est descendens testatoris. *l. cum acutissimi. C. de fideicomiss.* Oldr. *conf.189. in princ. l. generaliter, C. de instit. & substit.* Alexan. *conf.88. Omissis tribus, in princ. lib.7.* † Amplia, vt procedat etiam 2
in extraneo instituto, quia si grauatur alteri restituere, si sine filijs decesserit, vel si nauis ex Asia venerit, vel alias alternatiue, sub mille conditionibus, omnes disiunctæ conditiones accipiuntur pro coniunctis, ex eo, quod posuit primum, *si sine filijs decesserit,* est tex. in *l. generaliter. C. de instit. & substit.* quem tex. declarat Oldra. *d. conf.189. in fin.* procedere ex repetitione subintellecta illius conditionis, *si sine filijs, &c.* † Et ideo si pater substituat filio, si decedat 3
sine filijs, vel ab intestato, sufficit, quod decedat verificata vna cõditione, vel quod fecerit testamentum, vel filios habuerit, quia alternatiua accipitur pro coniuncta, fauore filiorum. Alexan. plene *conf.88. Omissis tribus, in princ. lib.7.* vbi plena apostil. in *versic. Coniunctim,* Soci. *conf.150. nu.24. ver. nono confirmatur, lib.1.* † Extende, quia 4
disiuncta, vel alternatiua accipitur pro coniuncta in filiorum dispositione, quando sunt honorati. Signor. *conf.107. Quidam nomine, n.21.* † Extende, vt procedat, etiam si nihil operarentur dictæ con- 5
ditiones sumptæ copulatiue, vt quia pater vocasset proximiores ad dicta bona mortuis filijs suis, sine descendentibus, & quatenus non alienassent, quia non est inconueniens, neq; absurdũ, quod testator disponat ex testamento illud idem, quod de iure communi. Alex. *conf.88. in princ. ver. Nec prædictis obstat, & nu.2. ver. Præterea, lib.7.* † Et sufficit, quod dispositio posset saltem aliquid opera- 6
ri. Alex. *d. conf.88. in princ. ver. Nec prædictis obstat, lib.7.* † Extendit et- 7
iam Alex. vt procedat etiam, quando filij essent naturales, vel spurij, sed legitimati, & facti habiles ad succedendum, ita loquitur, & est casus in *d. conf.88. Omissis, per totum, lib.7.* † Restringe, quando 8
constat de mente contraria testatoris. Signor. *conf.107. num.20. ver. Nec obstat.* † Et ideo nullo modo procedit regula contra mentem 9
testatoris. Alex. *d. conf.88. n.2. ver. Confirmantur prædicta, lib.7.* † Re- 10
stringe, quia non habet locum extensio, quando disiunctiua est, non per modum dispositionis, sed per modum conditionis. Signor. *conf.107. nu.21.* † Restringe, quando disiunctiua ponitur in- 11
ter personas grauatas in fideicommissaria, quia tunc retinet suam naturam. Signor. *d. conf.107. n.22. ver. Præterea si esset verum.* † Restrin- 12
ge, vt non habeat locum, quando disiuncta, si resoluatur in coniunctã, non potest operari, vt quia pater substituit, si filia, vel posthuma decedant, quia tunc non nata posthuma, necessario sufficit mors filiæ. Signor. *conf.107. n.22. ver. Præterea cum interponatur.* Vide,
Alternatiuorum sufficit alterum esse verum. Concl.317. maxime *in fi.* Vide, *Dictiones alternatiuæ quæ sint, & quando sint copulatiuæ. Concl.244.* † Am- 13
plia, quia copulata plura debent omnia verificari, & non sufficit vnum regulariter. Vide, *Copulata plura si requirantur, non sufficit vnum, Concl.1035.* † Restringe, nisi constet de mente testatoris. Sign. *conf.* 14
107. n.22. ver. Præterea non obstat. † Restringe, quando est impossibi- 15
lis, & redditur nugatoria. Signor. *d. conf.107. n.2. ver. Præterea hæc conditio.* † Restringe, quia dispositio, seu oratio accipitur pro diuisa, 16
seu coniuncta, prout ratio ampliandi vltimam voluntatem suadet. Signor. *d. conf.107. nu.22. in fin.*

Dissoluere possunt obligationem partes, quę illam introduxerunt. Concl.456.

OBLIGATIO † omnis expressa, siue tacita, eodem modo dissol- 1
uitur, & tollitur, quo introducta est, si expressa, expresse soluitur, si tacita, tacite, & hoc est naturale in omni actu, *l. nihil tam natu-*
rale. ff.

rale. ff. de reg. iur. vbi plene Deci. & Cagnol. ponunt exempla, quod eadem solemnitas in dissoluendo, quæ in contrahendo, requiratur. † Amplia, quia donans & donatarius, si concordant, possunt recedere à contractu donationis. Ias. *consil.* 149. *lib.* 4. *col.* 1. & 2. Vide plenius, *Solemnitas requisita ad constructionem actus, an requiratur ad destructionem. Concl.* 328. & *Conclusio ibi proxima sequente.*

Dispensatio quid sit. Conclusio 457.

1 DISPENSATIO † est actus solemnis, & ita solemniter expediendus, quod tanquam inter arduà & grauiora negocia reputatur; & ideo Episcopus non potest expedire sine consensu Capituli, gl. in *c. præsentium*, 3. *q.* 5. Oldrad. *consil.* 326. *num.* 6. *vers. Est autem.*
2 † Contrarium, quod inter arduà non reputatur ad hoc, vt expresso casu speciali in mandato veniat dispensandi facultas sub clausula generali. Fed. de Sen. *consil.* 40. *in fi.* Vide, *Mandatum quando dicatur speciale per clausulam generalem. Concl.* 51.
3 † Item dispensatio est quasi quædam sententia, vel decretum. Oldr. *consil.* 326. *n.* 6. *ver. Item dispensatio.*
4 † Et quod habeat vim sententiæ, & effectum. Bald. in *l. eleganter. per illum tex. col.* 2. *in lectura antiqua, ver. Item colligitur, ff. de pigno. actio.*
5 † Item est iuris communis relaxatio. Oldrad. *consil.* 327. *in princip.* Feder. de Sen. *consil.* 30. *versic. Sed dispensatio non est.* Aegid. Bellam. *consil.* 32. *num.* 5. & *num.* 17. vbi, quod omnis dispensatio est iuris communis relaxatio, & semper odiosa, tanquam ambitiosa. Bart. *consil.*
6 18. *Reuerendissimus in princ. ver. tertio præmitto, lib.* 2. † Item est quædam legitimatio, & legitimationi æquiparatur. Oldrad. *consil.* 327. *in fin.*
7 † Item dispensatio dicitur gratia, quia gratiæ innititur, & licet superior male faciat non dispensando in casu debito, tamen non est proditum ius contra eum, vt possit ab inuito peti. Feder. de Sen. *consil.* 40. *Super eo, quod*, & quod non possit iure actionis peti dispensatio, ideo qui non petijt, non sit morosus. Cald. *consil.* 471. *circa med. ver. Nec obstat, si dicatur*, alias 6. *qui filij sint legit.* Gemin. *consil.* 38. *num.* 8.
8 † Contrarium, quod possit adiri superior superioris, vt compellat ad dispensandum in casu licito, tenet Feder. de Sen. *consil* 30. *ver. Non obstat, quod dispensatio, nu.* 3. *circa fin.* vbi, quod etiam peccat superior, qui non dispensat in casu licito, & quod in casu licito est potius iustitia, quam gratia, quod etiam videtur velle Oldrad. *consil.*
9 203. *circa fin. ver. Mouet etiam.* † Declara, vt per Gemin. *d. consil* 38. *nu.* 8. quod dicitur gratia, prout respicit personam dispensantem.
10 † Item dispensatio est actus, qui facit de illicito licitum. Gemin. *consil.* 38. *nu.* 9. *ver. Quia dispensatio*, & hanc esse virtutem dispensatio-
11 nis dicit Gemin. *consil.* 106. *num.* 6. *ver. in contrarium.* † Dispensatio est quædam commensuratio communis ad singula, vnde gubernator familiæ dicitur dispensator, quia dispensat singula singulis, & laborem, & præmium. Ancha. *consil.* 373. *Reuocatur in dubium, in princ. nu.*
12 2. † Dispensatio non dicitur iura dissoluere, siue destruere, sed eis
13 deseruire. Anch. *d. consil.* 373. *nu.* 2. † Per dispensationem fit remissio culpæ, ergo à fortiori fit remissio infamiæ, ideo Episcopus & Legatus in casibus, in quibus possunt dispensare, possunt etiam dispensatum famæ restituere. Bart. *consil.* 18. *Reuerendissimus, in princ. & per to-*
14 *tum. lib.* 2. † Dispensatio est mere spectans ad iurisdictionem, vt dicit Roman. *consil.* 325. *Quoad primum. num.* 12. *versic. ex quibus verbis*, v-
* bi apostilla in *v. rbo iurisdictionis*, dat concordan. & dicit * communem.

Dispensatio quando requirat expressionem causæ, vel non. Concluſ. 458.

1 DISPENSATIO † ad dignitatem pro minore requirit causam, alias non inducitur. Oldrad. *consil.* 325. *n.* 2. *ver. præterea videtur*, vbi, quod nunquam subintelligitur, nisi exprimatur, & loqui-
2 tur in prætensa dispensatione, & scientia defectus resultante. † Amplia in tantum, vt dispensatio sit nulla, si causa non est expressa.
3 Oldr. *d. consil.* 325. *nu.* 3. *ver. præterea hoc idem.* † Amplia, vt imo etiam si vere causa subesset, tamen non valet dispensatio, si non exprimitur. Oldrad. *consil.* 326. *n.* 5. *ver. item non sufficit*, & *cons.* 327. *in princip.* vbi, quod non solum debet esse causa mouens, sed debet exprimi, a-
4 lias habetur pro omissa, in totum. † Amplia, vt imo summaria cognitio causæ sit præmittenda ad hoc, vt valeat dispensatio ex cau-
5 sa. Oldrad. *d. consil.* 326. *num.* 5. *ver. nec obstat*, & *cons.* 328. *in princ.* † Amplia, quia causa omnino requiritur in dispensatione inferiorum, qui non sunt supra ius. Oldrad. *consil.* 330. *circa fin. num.* 8. *vers. non obstat*, & concord. Fede. de Sen. *consil.* 205. & *consil.* 206. vbi, quod dispensatio ad plura sub eodem tecto, cum tendat in diminutionem cultus diuini, ad hoc, vt per Episcopum possit fieri, requiritur vtilitas, vel necessitas ecclesiæ, & quod dispensatus sit literaturæ eminentis, alias cessante causa non valet, Alex. *consil.* 1. *num.* 12. *versic. vel si intelligas. lib.* 2. † Restringe in Papa, quia si non potest dispensare sine causa, & dispensat, præsumitur causa. Alex. *cons.* 1. *num.* 5. *lib.* 2. Vide, *Princeps præsumitur ex causa facere, & quando secus. Concluſ.* 682. 6
† Amplia, quia dispensatio Papæ sine causa non reddit tutum dispensatum apud Deum. Anchar. *consil.* 313. *Nisi legibus, in fin.* Abb. & alij in *cap. quæ in ecclesiarum*, vbi Felin. sub *num.* 25. *de constit. vers. demum in hac conclusione*, vbi dicit * omnes ita tenere. † Extende, vt idem * 7
sit, si causa exprimitur, quæ non docetur falsa, sed tamen est falsa, 8
quia dispensatus non est tutus in conscientia. Felin. *dict. c. quæ in ecclesiarum. nu.* 25. *ver. si vero exprimitur, de constit.* † Extende, quia imo si 9
probatur dispensationem contra ius diuinum esse sine causa facta, non valet etiam in foro fori. Felin. *d. cap. quæ in ecclesiarum, n.* 25. *ver. & in istis locis, de constit.* † Causa autem in hac materia intelligi debet 10
de causa publicæ vtilitatis. Feli. *c. quæ in ecclesiarum, n.* 27. *ver. causa autem, de constit.* † Cessante tamen causa, quando actus est consum- 11
matus, non cessat actus. Deci. *d. c. quæ in ecclesiarum. num.* 94. *de constit.*
† Declarat Deci. *d. c. quæ in ecclesiarum. de constit. nu.* 98. & *seq. ver. quarto prædicta conclusio*, maxime *n.* 99. & *seq.* quod procedit, quãdo Prin- 12
ceps facit de ordinaria potestate, quia causa requiritur iusta, vel probabilis, si vero de plenitudine, etiam sine causa valet, quod facit, princeps vero recognoscens superiorem id non posse. † Et 13
quod non stetur assertioni principis, quod subsit causa in ijs, quæ sunt iuris diuini, vel iuris naturalis. Deci. *d. c. quæ in ecclesiarum, de constit. n.* 130. *ver. ex istis rationibus*, quia cum non possit, nisi ex causa derogare de causa debet constare. Vide, *Assertioni gerentis actum ex causa permissum an credatur. Concluſ.* 525. †] Dicas melius, vt pulchre per 14
Abb. in 1. *q. n.* 15. *ver. secundo induco*, quia Papa contra ius diuinum ex causa rationabili semper potest dispensare cũ causa; ratio est, quia quando superior mittit manum ad prohibita reseruata etiam soli Deo, si ex causa vtilitatis, vel necessitatis id facit, tunc inuisibiliter Deus administrat gratiam, & dat potestatem. 1. *q.* 1. *c. multi*, & *c. dictum.* † Amplia, quia Papa, & etiam princeps, si dispensant contra 15
ius diuinum, in casu dispensabili, debent facere ex causa expressa, quia licet in eis causa præsumatur, tamen secus est, quando dispẽsant contra ius diuinum, & sic contra ius superioris. Felin. plene *c. quæ in ecclesiarum, de constit. col.* 7. *nu.* 18. *ver. limita tertio.* † Extende, 16
quia Papa potest limitare, & interpretari ius diuinum, & illud dispensatiue tollere in casu particulari, non in totum, & ex causa legitima. Felin. *dict. cap. quæ in ecclesiarum. num.* 19. *ver. secunda conclusio, de constit.* vbi dicit * communem. † Extende, quia Papa dispensat in *
matrimonio, in voto, vt bigamus promoueatur ex magna, & euiden- 17
ti causa, etiam si sit contra ius diuinum, & dictum Apostoli Felin. *d. c. quæ in ecclesia. nu.* 20. & *seq. ver.* & *hinc est*, vbi multa alia exempla ponit, *de constit.* † Extende, quia dispensat cum Rege habente 18
vxorem sterilem, vt aliam ducere possit. Felin. *d. c. quæ in ecclesiarum, de constit. nu.* 23. & *seq. ver.* & *pro istis.* † Extende, vt procedat etiam in 19
dispensatione cum monacho, vel constituto in sacris, vt possit cõtrahere matrimonium, quia ex causa valet, alias non. Deci. *d. c. quæ in ecclesiarum. num.* 44. & *seq. de constit.* vbi apostill. citat Deci. *cons.* 112. *col.* 2. *in fin.* & *cons.* 576. *Pro resolutione. col* 3. † Amplia, quia contra ius 20
naturale gentium princeps facit etiam auferendo ius suum alteri, dummodo ex causa faciat, alias non valeret statutum, vel rescriptũ principis sine causa. Feli. *d. c. quæ in ecclesiarum, de constit. nu.* 26. *ver. tertia conclusio.* † Declara, quia neque ex causa valeret, nisi in quatuor 21
casibus, de quibus Felin. *d. c. quæ in Ecclesiarum, de constit. nu.* 27. & *seq. ver. Modo aduerten.* Primus est, si det recompensam, vel pretium, alias non potest: Secundus, quia quando cessat causa, fit restitutio: Tertius, quando ille non est subditus, non potest auferre: Quartus, quia quando Princeps alteri dat facultatem, non censetur dare plenitudinem, vt auferat ius alterius, vbi hoc vltimum etiã declarat multis modis. Vide, *Causa iusta quando dicatur*, & *quid operetur. Concl.* 151. † Amplia, quia imo etiam procedit, quod valet dispen- 22
satio ex causa contra ius diuinum à Papa concessa, etiam in casib. in quibus ius diuinum nunquam fuit limitatum. Felin. *d. cap. quæ in Ecclesiarum, n.* 21. *in fin. ver. Cæterum limitatur, de constit.* † Contrarium, 23
quod imo etiam expressa causa non potest dispensare contra ius diuinum nunquam limitatum; quia alias non esset differentia inter limitatum & non limitatum. Feli. vbi supra, vbi de * communi. *
† Declara igitur, quod vbi ex dispensatione inducitur peccatum, 24
de iure diuino non potest Papa dispensare, prout contra præcepta decalogi inducentia peccatum. Nam non posset inducere, quod fornicator, vel adulter, retineat fornicariam, vel adulteram, quia ista non possunt fieri absque corruptione debiti ordinis ad Deum. Feli. *d. c. quæ in Ecclesiarum, nu.* 21. *in fi. ver. In quo considerabam, cum seq. de constit.* † Restringe, quia Papa non potest dispensare etiam ex cau- 25
sa, in ijs, quæ respiciũt articulos fidei, prout quod quis sine baptismo possit saluari, item neque contra dictum Apostoli, vbi de fide

scripsit.

scripsit. Felin. *d. c. quæ in Ecclesiarum n. 23. & 24. de constit. ver. Et per hanc li-*
26 *mitationem.* & ibi Deci. *n.* 45. & ibi a postill. *in ver. fidei.* † Limita; quia dispensationes contra ius positiuum tantum si fiant à Papa sine causa valent; quia suprema auctoritas Papæ est pro causa in istis. Bald. *cons.* 477. *Quæritur vtrum. libr.* 1. vbi loquitur in dispensatione matrimoniali in quarto gradu, vt valeat etiam facta ab eo, qui pro Papa re-
27 cognoscitur in obedientia, & filij erunt legitimi. † Limita; quia licet dispensatio maxime contra ius gentium, vel diuinum non sit facienda sine causa legitima, etiam publicæ vtilitatis; si tamen est probata, sufficit, licet non expressa. Alexand. *cons.* 2. *in princ. libr.* 2. Vide, ☞ *Papa aliquid asserendo, vel faciendo, quando dispensat. Concl.* 63.

Dispensatio quæ requirat ex parte dispensandi. Concluſ. 459.

1 DISPENSATIO † requirit, quod is, qui vult dispensari, sit pœnitens tempore dispensationis, quoad delictum, super quo petit dispensari, *c. ex tenore. de tempor. ordin.* Genin. *cons.* 106. *num.* 9. *ver. & potuit esse ratio.* vbi, quod hæc est ratio, propter quam Ecclesia dispensans super pluralitate, & retentione eius, qui indebite detinet beneficia, vult, quod primo beneficia dimittat.

Dispensatio secunda quando de prima debeat facere mentionem. Concluſ. 460.

1 DISPENSATIO † secunda debet facere mentionem de prima, quando secunda addit aliquid primæ, alias non valet. Oldrad. *cons.* 215. *num.* 5. *ver. Nunc vero.* Franch. & alij *in c.* 2. *de fil. presbyt. in* 6. Ex-
2 tende; † quia dispensatio super fructibus percipiendis in absentia est nulla, nō facta mentione de alia simili dispensatione obtenta ab ordinario, vel Papa; quia ista clausula de stylo etiam subintelligitur, vt
3 per Abb. *cons.* 98. *In casu & quæstione, col. fin. lib.* 1. † Declara; quia secunda gratia est nulla, non faciens mentionem de prima, quando prima fuit valida; secus si nulla. Abb. *d. cons.* 98. *col.* 2. *in fin. & col. fin. in princ. ver. Non obstat secundum. lib.* 1. Vide, *Subreptitia quando dicatur dispensatio; quia non est facta mentio primæ dispensatio. Concluſ.* 733. *& Concl. ibi prox. seq.*

Dispensatio quam derogationem continere debeat. Concluſ. 461.

1 DISPENSATIO † non debet continere necessario derogationem, vel mentionem illius iuris, contra quod fit dispensatio.
2 Calder. *cons.* 471. *in fin.* alias 6. *qui fil. sint legit.* † Sed debet continere expressionem, quod non teneatur prouisus ad præbendam sacerdotalem promoueri se facere ad hoc, vt possit habere vocem in Capitulo; quia nuda dispensatio facta sine illis verbis operabitur solum, quod habeat præbendam, sed non habeat vocem in Capitulo. Anchar. *cons.* 293. *vltra alia, numer.* 3. Vide plenissime, *Derogatio legibus, & aliis in genere facta an sufficiat, & quando. Concl.* 216.

Dispensatio ex falsa causa facta non valet. Conclusio 462.

1 DISPENSATIO † super gradu consanguinitatis concessa inter coniuges, fundata super falsa causa, & falsa assertione est nulla, & non suffragatur. Oldrad. *cons.* 256. *Clemens Episcopus. in princip. vers. ad*
2 *primum.* vbi, quod narrata debent à dispensato probari. † Amplia in tantum hoc esse verum, vt obtinens dispensationem teneatur verificare causam narratam, super qua dispensatio fundatur. Oldrad. *d. cons.* 256. *numer.* 2. *vers. Ad secundum.* veluti, quod contraxerint ignorantes prohibitionem gradus, & idem Oldrad. *cons.* 304. *num.* 4. *vers.*
3 *non obstat.* † Amplia, vt etiam dispensatio sine causa concessa non valeat. Calder. *cons.* 220. *col.* 1. *in fin. ver. Non obstat. si dicatur, quod si Ecclesia,* alias 1. *de vit. & honest. cleric.* Vide plenius, *Falsa narratio, vel falsa causa causa, quando vitiat, vel non. Concl.* 62.

Dispensatio arida, & arcta, & quando fauorabilis, & ampla. Concl. 463.

1 DISPENSATIO † arida, & arcta dicitur, quando dispensatur cum illegitimo, vt possit obtinere beneficia ecclesiastica, & ista non comprehendit beneficia in cathedrali Ecclesia. Oldra. *cons.* 215. *Puncta breuia. num.* 6. *ver. deinde dicitur.* & late Felin. *in c. postulasti. num.* 8. *verb. sexta, & vltima, ver. Regula est, de rescript.* vbi facit regulam, quod dispensatio stricta, & odiosa semper de minoribus intelligitur in ordinibus, in beneficiis, & omnibus, & quod concessa ad maiora non se extendit ad minora, vbi ponit sex limit. & quod dispensatio simplex ad beneficia non comprehendat Canonicatus in Cathedrali. Calder. *cons.* 66. *in princ.* alias 1. *de fil presbyt.* † Amplia in legitimatio- 2
ne illegitimi nati ex adultero, & adultera; quia si dispensatus nō narrauit qualitatem duplicis vinculi, est subreptitia legitimatio. Oldrad. *cons.* 247. *Factum tale est, quidam Rex, num.* 2. *ver. ad secundum.* Vide, *Legitimatio ex quibus substineatur valida, vt non sit subreptitia, & quando secus. Concluſ.* 227. † Amplia; quia dispensatio cum minore ad personatum, vel dignitatem facta, restringitur, & intelligitur de dignitate 3
non curata, sed simplici, si non est expressum. Oldrad. *cons* 328 *num.* 11. *ver. vel clarius.* † Amplia; quia dispensatio cum illegitimo ad 4
beneficium etiam curatum non comprehendit dignitatem, vel personatum; quia sunt diuersa. Feder. de Sen. *cons.* 80. *in princ. & per totum consilium.* vbi, quod comprehendit plebaniam carentem collegio, etiam si habeat capellas sub se, & sit electiua. † Amplia; quia dis- 5
pensatio intelligitur de prima vice; ideo dispensatus ad duo curata, vel duo incompatibilia, intelligitur de primis duobus curatis, vel incompatibilibus, quibus dimissis non extenditur ad alia. Archid. & alij *in c. non potest. §. 1 de præbend. in* 6. Anchar. plene *cons.* 404. *Tria dubia. num.* 8. *& seq. ver. secundum dubium.* † Extende idem in eo, qui 6
est incapax beneficiorum, prout in spurio; quia si fiat sibi dispensatio intelligitur de primo beneficio, non de alio, si primum dimittat; quia est restringenda. Archid. *dict. c. non potest. §. 1. lib.* 6 *de præbend.* vbi, quod Bonifacius Octauus ita declarauit Anchar. *d. cons.* 404. *num.* 10. † Extende in eo, qui ratione minoris ætatis fuit dispensatus ad cura- 7
tum; quia intelligi debet de primo, Archid. vbi supra. † Contra 8
extentiones, quando dispensatio respicit personam, quæ habilitatur, vt sit propria habilitas; secus, quando est circa pluralitatem; quia ista est magis odiosa, tenet Ioan. Andr. *d. c non potest. §. 1. de præbend. in* 6. quem ibi dicit Anchar. sequi, & *in cons.* 404. *nu.* 8. *& seq. per totum,* alias inquit idem esset in omni habilitate concessa, quod non est verum. † Declara, seu potius extende contrarium, vt saltem pro 9
cedat, quando dimissio fit ex necessitate; quia dispensatio personalis est perpetua; secus, si ex voluntate, ita Anchar. *dict. cons.* 404. *numer.* 13. *& seq. ver. an qua etiam.* vbi reddit rationem diuersitatis. † Limita; 10
quia dispensatio cum illegitimo ad beneficia potest esse fauorabilis, & ampla, veluti si fiat generalis ad omnia beneficia etiam curata. Oldrad *dict. cons.* 215 *num.* 6. *ver. Quædam ex intentione, & num.* 7. circa fin. numeri dicit, quod dispensatio ad curata beneficia dicitur exuberans. † Extende etiam, si fiat ad Ecclesiam etiam curatam; quia 11
poterit etiam obtinere Canonicatum in cathedrali, etiam vbi pater est Canonicatus. Cald. *cons.* 66. *An si filius, per totum,* alias *vnicum. de fil. presbyt.* Vide, *Dispensatio ad plura incompatibilia. Concluſ.* 468. *cum duabus Conclusionib. ibi proximis sequentib.* † Limita, quod dispensatio 12
facta cum illegitimo non expressa qualitate parentū est valida; quia sufficit in genere, quod exprimatur, quod est illegitimus, de stylo curiæ. Alexand. *consil.* 195. *in princ. incip. Assumo in consultationem, libr.* 2. vbi in fine *num.* 16. declarat, dummodo defectus non alteret factum, vel qualitas omissa non sit grauior, quam narratio. Vide, *Subreptio non* 13
censetur ex taciturnitate multis casibus. Concluſ. 751. † Limita, vt dispen- 13
satio facta cum illegitimo ex vna causa duret, etiam si causa deficiat. Oldrad. *dict. consil.* 247. *Factum tale est, quidam Rex, versic. ad primum, in princip.* allegat not. *in c. ex tunc, de fil. presbyt.* † Limita; quia dispen- 14
satio cum illegitimo, vt possit promoueri ad omnes ordines, extenditur etiam ad exercitium curæ animarum. Archid. *in c.* 11. *de fil. presbyt.* vbi Ioan. Andr. *in* 6. Feder. de Sen. *consil.* 80. *num.* 1. *in fin.* † Ex- 15
tenditur imo etiam ad beneficia, ne mendicare cogatur. Calder. *consil.* 66. *in princip. versic. Quadam dispositio est,* alias *vnicum. de fil. presbyter.* † Limita; quia dispensatio cum illegitimo ad vnum beneficium et- 16
iam curatum comprehendit plebem habentem capellas sub se, & quæ spectat ad electionem Capellanorum; quia cum careat collegio, non est dignitas, neque personatus; ideo cadit sub dispensatione, etiam si beneficium sit curatum, Feder. de Sen. *consil.* 80. *Factum est tale, per totum.* † Limita; quia dispensatio potest esse fauorabi- 17
lis, & extendenda, quando reducit dispensatum ad ius commune, & statum naturalem, puta, legitime natus, & habilis ad omnia beneficia profitetur ordinem religionis, & fit inhabilis ad beneficia, postea habilitatur ex dispositione, ista dispensatio est fauorabilis; quia reducit ad ius primæuum. Ægid. Bellam. *consil.* 32. *in princip.* vbi multa allegat, & dicit hanc fuisse opinionem magni Cardinalis, licet Rota tenuerit contrarium. † Contrarium, quod semper sit odiosa, & 18
in isto exemplo non reducat ad ius commune, tenet Rota; quia semper remanent reliquiæ professionis etiam in translato, & dispensato, idem Ægid. *cons.* 32. *num.* 3. *& seq. ver. Sed in opinione contraria.* † Limi- 19
ta; quia dispensatus illegitimus ad spiritualia, multo magis erit dispensatus, vt sit legitimatus circa temporalia in statu Papæ dispensantis. Fulgos. *cons.* 72. *in princ.*

Vide, *Dispensatio ad maiora quando extendatur ad minora. Concl. 466.*

20 † Limita; quia dispensatio non est odiosa, neque restringenda, nisi quando casus, super quo dispensatur, est odiosus, vel ambitiosus; ideo facultas dispensandi concessa per Papam super irregularitate; quia nemini præiudicat, tanquam beneficium Principis late interpretatur. Feder. de Sen. *consil.* 168. *Casus talis, numer. 2. ver. & quod dicta Papalis.* & latius Calderin. *consil.* 404. alias 19. *de regular.* vbi, quod Abbas habens priuilegium dispensandi cum suis monachis super irregularitate incursa per canonem, poterit, etiam si esset irregularis propter constitutiones ordinis, vel quia excommunicatus celebrauit; quia est facultas dispensandi, non dispensatio; & idem in facultate concessa dispensandi super quarto consanguinitatis, vt se extendat ad coniunctos duplici quarto consanguinitatis. Calderin.

21 *consil.* 464. alias 1. *de consangum.* † Lim ta notabiliter; quia dispensatus ad omnes etiam sacros ordines, & ad vnam Ecclesiam curatam, poterit permutare Ecclesiam curatam cum canonicatu, etiam in cathedrali, vbi pater legitimati est canonicus, non facta mentione de patre, & valet gratia, quod est mirabile, ita Calderin. *consil. 66. per totum.* quod est *vnicum. de fil. presbyt.* vbi, quod est exuberans dispositio ista sic facta ad vnum beneficium etiam curatum, vt citra dignitates

22 possit quodcumque beneficium obtinere. † Limita, quando dispensatio non præiudicat ordinariæ iurisdictioni; quia licet sit odiosa; tamen late interpretatur secundum proprietatem verborum; ideo dispensatus, vt possit habere beneficium curatum, vel dignitatem cum obtentis, poterit habere dignitatem in cathedrali etiam principalem post Pontificalem etiam electiuam. Calder. *cons. 245. in princip.* alias 24. *de præbend.* Vide, *Dispensatio odiosa, & quam interpretationem admittat. Concl. prox. seq.* Vide, *Dispensatio non extenditur, & quando secus. Concluſ. 465.*

Dispensatio odiosa, & quam interpretationem admittat. Concluſ. 464.

1 DISPENSATIO † licet sit in se odiosa, & restringenda; tamen quando non est contra ordinarium prouisorem, non restringitur contra propriam verborum significationem. Calderin. *consil. 245.*

2 *in princip. ver. Dispensatio autem.* alias 24. *de præbend.* † Declara, siue limita, nisi hoc esset de cõsuetudine, quod restringeretur etiam contra propriam verbi significationem. Calderin. *dict. consil. 245. in princ.*

3 alias 24. *de præbend.* † Limita; quia licet dispensatio tanquam facta contra ius commune sit odiosa, & stricte interpretanda; tamen facultas dispensandi est fauorabilis, & late interpretatur. Ruin. *consil. 112. num. 14 lib. 5.* Vide, *Dispensatio arida. Concluſio. 463. num. 20.* Vide, *Legitimandi facultas concessa qualiter probetur, & intelligenda. Concluſ. 224.*

Dispensatio non extenditur, & quando secus. Concluſ. 465.

1 DISPENSATIO † non extenditur vltra casum expressum; ideo dispensatus super absentia causa studij, non percipit fructus in absentia, nisi sit dictum expresse, iuxta not. *in c. tuo. de cleric. non resid.* Lap. *alleg. 58. num. 6. vers. sicut dispensatio.* † Amplia, vt Parochianus, qui tenetur audire Missam, & oblationem facere singulis Dominicis, & diebus solemnibus in sua Parochia, licet dispensetur, seu licentiam consequatur audiendi Missam in alia Ecclesia; non tamen est dispensatus circa oblationem debitam. Lap. *alleg. 58. n. 6. vers. &*

3 *licet concederet.* † Amplia; quia si quis dispensatur ad parochialem, & canonicarum, dimisso primo canonicatu, & obtento alio, prima dispensatio non extenditur ad canonicatum subrogatum, *c. non potest. in 2. & 3. responso. de præbend. in 6.* Feder. de Sen. *consil. 73. circa med.*

4 *ver. ad hoc respondeo.* † Contrarium tenet Calderin. *consil. 66.* quod est 1. *de fil. presbyter.* quod dispensatus ad Ecclesiam etiam curatam dimittit Ecclesiam, & recipit canonicatum in cathedrali, etiam vbi pater est canonicus, & valet.

5 Declara, † vt primũ procedat in dispensatione arida, puta ad primũ beneficium, vel ad vnũ beneficium; secundo casu, quando est exuberans, simpliciter ad beneficium, vel quodcunque beneficium. Oldrad. *consil. 215. numer. 6.* & ita distinguit etiam Calderin. *dict. cons. 6 fil. 66. in princip.* † Amplia; quia dispensatus, vt non teneatur promoueri ad presbyteratum, non dicitur dispensatus, vt non teneatur promoueri ad subdiaconatum, vel diaconatum. Anchar. *consil. 293. vltra alia numer. 3.* Vide, *Dispensatio de non promouendo, & eius natura.*

7 *Concluſ. 472.* † Amplia; quia dispensatus ad vnam Ecclesiam maiorem, non censetur dispensatus ad minorem. Anchar. *dict. consil. 293.*

8 *num. 3.* † Amplia, nedum in dispensatione, sed in licentia circa prohibita; quia si conceditur licentia circa vnum ex prohibitis, (licet maius sit) non censetur concessum circa id, quod minus est, vide plura exempla per Corbul. *de iure emphyteut. tit. de causa prin. atio. ob alienation. quæstio. 6. per totam.* vbi, quod concessa licentia alienandi feudum, vel emphyteusim, vel fideicommissum, non censetur concessa licentia obligandi, licet minus sit obligare, quam alienare. † Ex- 9
tende; quia si conceditur alicui, quod post concluſum in causa, possit producere libros Cameræ ad probandam solutionem; non tamen poterit examinare testes super legitimatione personæ actoris; quia dispensatio, vel licentia circa prohibita, quoad vnum, non procedit quoad alium. Roman. *consil. 272. Commissio nouiter.* vbi apostil. *in ver. Non obstante.* dat concord. & *in ver. actorum.* † Et procedit ex- 10
tensio, etiam si in tali licentia, vel dispensatione adsit clausula: *quod possit admitti ad alia, ad causam facientia*; quia in prohibitis requiritur expressio certa, non autem generalis, ita Roman. *dict. consil. 282. in fine.* vbi dat exemplum de petente absolutionem ab excommunicatione; quia debet exprimere causam certam excommunicationis, & ibi apostill. *in ver. in genere.* † Limita, quod imo dispensatio in- 11
serta in Corpore Iuris facta Ecclesijs, & non personis, quando subest eadem æquitas, vel ratio, extenditur, & trahitur ad consequentiam. Oldrad. *cons. 9. Posito sine præiudicio, in fin. ver. Non obstat. numer. 7.*

† Limita; quia dispensatio licet sit odiosa; tamen late interpre- 12
tatur secundum propriam significationem verborum, quando non præiudicat ordinariæ iurisdictioni; ideo dispensatus ad vnum curatum, & dignitatem cum alijs obtentis, si sibi canonice conferantur, obtinebit, etiam si sit dignitas in Cathedrali etiam maior post Pontificalem, etiam si sit electiua, licet non sit dictum. Calder. *consil. 245. in princip.* alias 24. *de præbend.* Vide, *Dispensatio arida, & arcta, & quando fauorabilis. Concluſ. 463.* † Limita; quia licet dispensatio, 13
tanquam odiosa non sit extendenda; tamen debet aliquid operari. Calderin. *consil. 471. circa fin.* alias 6. *qui fil. sint legit.* † Extende 14
idem, quando esset nulla, & nihil operaretur; quia vt valeat, fit interpretatio omni meliori modo. Menoch. *lib. 6. præsumpt. 4.* † Li- 15
mita in dispensatione matrimoniali; quia dicitur fauorabilis, & non odiosa; ideo est extendenda. Felin. *in c. postulasti. in 2. limit. numer. 9. de rescript.* Vide, *Dispensationes matrimoniales qualiter interpretandæ. Conclusion. 476.* † Limita, quando agitur de facultate dis- 16
pensandi concessa; quia lata fit, & larga interpretatio. Felin. *in cap. postulasti, numer. 10. ver. limita quarto, de rescript.* † Extende; quia si 17
concedatur alicui in priuilegium, quod conferat curata personis idoneis, poterit conferre minori dispensato; quia licet dispensatio minoris sit arida; tamen facultas extendi debet ad omnes idoneos; quia fauorabilis est. Ancharan. *consil. 404. Tria dubia, in princ.* maxime *num. 7.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Dispensatio ad maiora quando extendatur ad minora. Concluſ. 466.

DISPENSATIO † facta ad omnes ordines cum illegitimo vi- 1
detur inducere dispensationem pro eodem ad beneficia simplicia, ne mendicare cogatur. Oldrad. *consilio 215. numero 6. versicul. quædam ex intentione.* Calder. *consilio 66. numero 2. versic. quædam dispensatio*, quod est *vnicum, de fil. presbyter.* † Declara, vt non procedat 2
in casu contrario; quia dispensatus ad beneficium, non censetur dispensatus ad ordines, etiam si extet statutum, quod omnes beneficiati debeant ordinari intra certum tempus; quia non habet locum priuilegium in isto casu propter impotentiam promouendi. Calderin. *consilio 471.* alias *6. qui fil. sint legitimi.* † Amplia, quod 3
dispensatus ad beneficia, etiam si curata existant, multo magis censetur dispensatus ad simplex, & ad canonicatum in cathedrali, quamuis simplex dispensatio pro illegitimo ad beneficia non se extendat ad beneficia in cathedrali. Oldrad. *dicto consilio 215. numero 6. ver. quædam ex intentione.* Calderin *dicto consilio 66 per totum.* vbi etiam ampliat ad canonicatum in cathedrali, in qua pater est canonicus.

† Amplia, vt dispensatus ad ordines super defectu natalium, tan- 4
quam ad maius, censetur dispensatus etiam ad bona temporalia, tanquam ad minus, licet sint quid diuersum. *cap. per venerabilem, qui fil. sint legitim.* Oldrad. *consilio 215. numero 7. versic. & hanc responsionem.* Calderin. *dicto consilio 66. numero 2. in fine. versicul. hanc conclusionem.*

† Declara; quia illegitimus dispensatus per Papam ad spiritualia, 5
puta quod possit esse Abbas Monasterij in terris Ecclesiæ, censetur etiam legitimatus ad successionem, & ad temporalia, licet Papa dixerit, *dispensamus*; quia si est ad maiora dispensatus; ergo ad minora, extra statum Ecclesiæ secus, nisi Papa vsus esset verbo, *legitimamus*, ita declarat Fulgos. *consilio 72. Supposita bulla, in principio.* † Am- 6
plia; quia dispensatus, vt retineat duo incompatibilia, censetur etiam dispensatus, vt capiat possessionem, cum sit præambulum necessarium ad retentionem. Ancharan. *consilio 65. numero tertio & quarto.* † Limita; quia non est licitum arguere in dispensatione de maio-

de maiori ad minus. Hostiens. *in cap. postulasti, de rescript.* vbi late Felin. *vers. sexta, & vltima declaratio, vers. circa 3. quæst.* vbi ponit regul. quod
8 non extendatur, cum sex limit. † Extende; quia dispensatio facta minori ad curatum, etiam motu proprio, non se extendit ad benefi-
9 cium sacerdotale. Anchar. *cons. 364. Quæstio talis est, in fin.* † Declara, vt per Oldrad. *d. cons. 215. n. 7. ver. & quod dicunt Doctores*, vt procedat limitatio in diuersis generibus; secus in eodem genere; quia si circa beneficia dispensatus est ad curatum, multo magis ad simplex cen-
10 setur dispensatus. † Vide Corbul. *de iure emphyteut. tit. de causa priuat.*
11 *ob alienat. quæst. 6. numer. 10. & sequent.* vbi dat exempla. † Declara; quia imo etiam circa diuersa extenditur, quando illa diuersa sunt minora, veluti in dispensato illegitimo quoad spiritualia; quia ille erit etiam legitimatus quoad temporalia in statu Ecclesiæ, vt succedat patri; secus est extra statum Ecclesiæ. Fulgos. *cons. 72. num. 2. vers. nec*
12 *obsunt.* † Limita in casu speciali, *c. fin. de translat. Episcop.* quia permissus Episcopus transire ad Archiepiscopatū, non est permissus ad Episcopatū; quia maior ratio & vtilitas est in transitu ad maiorem, ita Oldrad. *cons. 215. num. 7. vers. non obstat.* Abb. *in d. c. fin. num. 8.* Felin. *d. c. postulasti. n. 10. de rescrip. vers. regula est.* Vide Conclus. prox. præced.

Dispensatio tacita quando inducatur, vel non. Concl. 467.

1 DISPENSARE † videtur Papa cum monacho, vt possit esse iudex, si committit eidem nominando eum monachum, causam cognoscendam. Oldrad. *consil. 295. num. 4. vers. & ad hoc accedit.* Vide,
2 *Consequens includit suum necessarium antecedens. Concl.* 757. † Declara, quod in omni casu, in quo inducitur dispensatio Papæ tacita, vt quia sciuit defectum, & voluit actum facere, requiritur, quod probetur ex narratione gratiæ, quod sciuerit factum, vel quod super facto dispensauerit. Oldrad. *cons. 328. num. 12. vers. item articuli.* vbi concludit articulos non releuare, si ad probandam dispensationem Papæ super ætate, quis vult probare, quod tempore gratiæ minor fuit coram Papa, & latius *num. 9.* vbi, quod Papa potuit ad importunitatem concessisse non animo dispensandi, & quod requiratur mentio in gratia. Oldrad. *consil. 332. numer. 7.* & latius *numer. 21. & 22.* & hæc declaratio insetuit omnibus ampliat. & quod requiratur expressio, quando dispensatio est contra ius commune. Calder. *cons. 407.* alias *22. de regul. per totum*, vbi, quod Papa mandans vendi certos redditus monacho professo, non censetur habilitare monachum contra ius, vt contrahat sine licentia sui superioris, & quod requiritur causæ cognitio, quæ non præsumit circa extrinseca, & concordat plene Natta *cons. 402. per totum*, maxime *num. 30.* vbi, quod scientia principis debet ex scriptura probari, vt inducatur dispensatio tacita, & repetit
3 *cons. 420. num. 21. & sequ.* † Contrarium Crauet. *cons. 958. num. 8. & sequ.* vbi, quod Natta non probat; quia imo sufficit, quod princeps sciuerit, & scientia aliunde probetur, & loquitur in principe legante filio suo spurio, prout loquitur Natta, quod ex quo scit esse spurium, licet non exprimat, censetur legitimare, & dispensare, sed verior est opinio Nattæ iudicio meo; quia obstat peccatum incon-
4 tinentiæ. † Declara; quia ad hoc, vt inducatur tacita dispensatio, multi tenent, quod requirit expressio dispensationis, sed crebrior est opinio, quod sufficiat narratiua defectus, & concessio facta contra ius, vt inducatur dispensatio. Natta *dicto consilio 402. num. 29.*
5 † Amplia, quod Episcopus si contra ius conferat alicui ex certa scientia in casu dispensabili, censetur dispensasse tacite. Oldrad. *consil. 329. numer. 4. & 5. vers. præterea video in Episcopo.* Roman. *cons. 216. Electio. numero 7. versic. aliquando vero eligit.* vbi plenissima apostilla *in verb.*
* *videtur.* dicit * communem, & citat plurimos concord. Idem dicit
6 Roman. *consilio 307. numer. 2.* vbi apostill. *in verb. dispensare.* † Declarat Oldrad. *consilio 332. numer. 6. versic. ad conclusionem.* hoc procedere, quando præcessit causæ cognitio, quod etiam procedere in Papa maxime in arduis affirmat ibi *numer. 7.* & latius *num. 18. versic. nunc conantur.* concord. Calder. *dicto consilio 407. vltra med. versic. ad idem;*
7 *quia quando*, alias *22. de regul.* † Extende, vt idem sit, quando princeps non recognoscens superiorem aliquem, eligit etiam ignorans defectum illius; quia censetur super inhabilitate dispensare, quando si sciuisset defectum, verisimiliter dispensasset propter virtutem electi, alias secus. Roman. *dict. consilio 216. Electio. numer. 7. & sequent.*
* 8 *versic. aut promouet, seu eligit.* vbi dicit * communem. † Contrarium dicit Roman. *dicto consilio 216. numer. 7. in fin. versic. secunda fuit opinio.*
9 vbi, quod si ignorauit vitium, non censetur dispensasse. † Declarat Roman. *d. consil. 216. nu. 8. vers. mihi autem.* vt si princeps non recognoscens superiorem sciuit inhabilitatem electi, vel promoti, & censetur dispensasse, aut ignorauit, vel est dubium, an sciuerit, & nō vi-
10 detur dispensasse. † Restringe, quando princeps non recognoscens superiorem, eligit aliquem per substitutum; vel alium, cui dedit facultatem, & semper censetur dedisse facultatem sine dispensatione; maxime, quando non constat, quod sciuerit princeps defectum. Rom. *d. cons. 216. circa fin. ver. aliquando vero principaliter.* vbi apostill. *in ver. substitutum.* † Amplia; quia Papa admittendo membrum in pro- 11
curatorem, eo ipso videtur tollere ius commune. *c. cum dilecta, de confir. vtil.* Oldrad. *cons. 330. n. 6. ver. facit etiam contra.* † Amplia; vt licet pu- 12
pillus non possit agnoscere bonorum possessionem sine tutore; si tamen Prætor sciens eum pupillum, dedit ei bonorum possessionem, dispensasse videtur, & suppleuisse defectum ætatis. *d. fin. C. qui admitti.* Oldr. *cons. 330. n. 7. ver. contrà allegantes, & cons. 331. in prin. ver. item pupillus.* † Amplia; quia si princeps sciens dedit minorem ad iudicandum, 13
secum dispensare videtur, & supplere defectum ætatis. *l. quidam consulebant. ff. de reiudic.* Oldr. *cons. 330. nu. 7. ver. est etiam, & cons. 331. num. 2. ver. item minor.* † Amplia, quod mulier scenica, quæ prohibetur con- 14
trahere matrimonium, si princeps eidem hoc concedit, videtur secum dispensare. *l. Imperialis. ver. sed si talis. C. de nupt.* Oldrad. *cons. 331. in princip. ver. & primo.* † Amplia in seruo, qui non potest alligare in iu- 15
dicio; si tamen dominus scit, videtur eum habilitare. Oldr. *d. cons. 331. n. 1. ver. Item seruus.* † Amplia; quia si Capitulum scienter eligit indi 16
gnum, eo ipso censetur dispensare cum eo, *c. Ecclesia 16. q. 1.* Oldr. *cons. 331. nu. 3. ver. iura autem.* † Amplia, quod Papa si aliquando salutat ex- 17
communicatum scienter, videtur eum absoluere, *c. si quando; cum ibi not. de sent. excom.* Oldrad. *cons. 331. nu. 3. ver. Iura autem.* † Amplia; quia 18
seruus ordinatus sciente domino censetur habilitatus, vt sit liber. *auth. si seruus C. de Episc. & cleri.* Oldr. *d. cons. 331. num. 3.* † Declara, vt id, 19
quod Papa tacite videatur dispensare super defectu, de quo habuit scientiam, procedat solum, quando alias gratia nulla esset, vel gratiatus nullam vtilitatem consequeretur; si vero aliquam vtilitatem potest percipere ex gratia, dispensatio non inducitur. Oldrad. *consil. 332. num. 8. ver. Item do vnam.* † Amplia; quia quando quis habet ple- 20
nam auctoritatem absolute aliquid faciendi, puta, admittendi in collegio scholarium quoscunque voluerit, licet ex constitutione collegii non possint admitti coniugati; tamen si superior admittit coniugatum ex certa scientia, quem sciuit talem, & per multos annos admisit eum, censetur secum dispensasse, ita quod à successore expelli non potest. Bald. *cons. 45. De plenitudine*, & latius *cons. 46. Constitutionibus domus, lib. 5.* † Extende etiam, quando concurreret defectus 21
ætatis; quia adhuc est idem. Bald. *d. consil. 46. circa med. ver. subsequenter quæritur, lib. 5. vsque in fin.* † Amplia; quia Papa conferendo benefici- 22
um minori, censetur secum dispensare, quando ex certa scientia confert. Calder. *consil. 31. num. 3. versicul. Item quæritur.* alias *8. de rescript.* Oldrad. *cons. 330. Ad idem videtur. num. 6. ver. super articulis.* Vide, *Principis factum ex certa scientia. Conclusio 684.* † Declara, quod non sufficit 23
probare Papam sciuisse, vel vidisse minorem; quia requiritur, quod vel expresse dicat in gratia facere ex certa scientia, vel dispenset. Oldrad. *cons. 332. ad idem, num. 7. ver. & si diceres, & cons. 327. in fin. ver. quinto. & vltimo, & consil. 328. num. 12. versiculo Item articuli.* † Declara, vt 24
procedat, quod Papa concedens inhabili beneficium, censetur secum dispensare, si hoc facit ex certa scientia; quando alias gratia esset omnino sine effectu, sed si est fructuosa in aliquo; tunc certa scientia non inducit dispensationem. Oldrad. *consilio 332. num. 8. vers. Item do vnam solutionem. & consil. 328. numer. 11. versic. Vel clarius dico.* † Declara tertio, quod certa scientia non inducit dispensationem, 25
quando gratia non fit de beneficio nunc vacanti in præsentia, sed de vacaturo in futurum, puta, quia minori 25. annis detur expectatiua ad curatum, ex certa scientia; nam tunc non inducitur dispensatio, ex quo gratia est de futuro; secus si esset collatio de vacanti. Oldrad. *dicto consil. 328. numer. 10. versic. Item illa iura.* † Declara gene- 26
raliter; quia quando quis potest dispensare solum de iure, dispensatio nunquam inducitur ex sola scientia defectus; nisi præcedat causæ cognitio, per quam constet, quod voluerit dispensare; si vero agitur de dispensatione, quæ non regulatur à iure, sed à mera voluntate, & arbitrio libero; tunc sola scientia defectus inducit tacitam dispensationem. Baldus *dict. consil. 46. circa princip. vers. Distinguendum est, lib. 5.* vbi ita dicit debere intelligi Innoc. *in cap. quoties. de fil. presbyt.* & sic loquitur Antonius de Butr. *consil. 4. in fin.* vbi quod Episcopus non censetur dispensasse contra ius patronatus, nisi sciens cum causæ cognitione, & ex causa dispenset. † Amplia; quia si Princeps 27
donat infami, vel concubinæ, cui non posset donare sine dispensatione, videtur primo restituere donatarium ad famam, postea donare, Bald. *consil. 446. Recolo me consuluisse. num. 7. ver. Præterea quando Princeps, libr. 5.* quod duplicatur *consil. 262. libr. 1.* † Amplia; quia Papa dis- 28
pensando inhabiles; quia consanguinei in gradu prohibito contraxerint, vt in matrimonio perseuerent, censetur habilitare personas, & hoc est in omni superiore faciente aliquid ex certa scientia. Roma. *consilio 307. in princip.* quia cum sciat contrahentes in gradu prohibito matrimonium contraxisse, & mandat eos perseuerare, censetur

absoluere ab excommunicatione, & dispensare super gradu prohi-
bito, sequitur Boer.*decis.264.n.25.*& apost.prima ad Rom.*in ver.cen-*
29 *setur.*† Amplia; quia quandoque ex sola scientia & patientia, seu to-
lerantia inducitur dispensatio. Alex.relatiue *cons.1.in fi.ver. Nec subin-*
30 *tro.lib.2.*† Et quod sola tolerantia, seu dissimulatio Papæ, quod con-
iugati in gradu prohibito non molestentur, inducat dispensationẽ,
est tex.*in c.quia circa de consang.& affinit.* Abb.*cons.55.In quæst.n.5.ver.&*
31 *ad prædicta facit,lib.1.*† Amplia; quia Papa concedens alicui, quod pos-
sit retinere vtrumq; beneficiũ expressum, si sunt duæ dignitates, vel
duæ Ecclesiæ curatæ, censetur dispensare; quia sufficit, quod sciuerit
32 esse incompatibilia. Anch.*cons.65 n.3.& seq.*† Extende; quia imo hæc
tacita dispensatio super retentione extenditur etiam ad immissionẽ,
33 tanquam necessarium præambulum. Anch.*d.cons.65.n.4.* † Amplia;
quia Papa concedens ex certa scientia indulgentias locis inhumato-
rũ, qui aliter non sunt approbati, censetur illos approbare. Abb.*cons.*
55.In quæstione,n.4.in fi.cum seq.ver.Illud præsertim me mouet, lib.1. quia si
34 esset in statu peccati, non concederet indulgentias. † Amplia; quia
Papa confirmans matrimonium nullum, vel sententiam nullam, in-
ducit illius validitatem, si facit ex certa scientia. Rom.*d.cons.307.n.2.*
in fin.ver.secundo principaliter. Vide, *Confirmatio ex certa scientia confirmat*
35 *actum nullum.Concl.710.* † Amplia; quia Princeps concedens tutori,
quod possit mutare domicilium ex certa scientia, censetur ipsum
absoluere à tutela. Abb.*consil.55.In quæstione num.5 lib.1.* allegat tex.*in*
36 *l.sed in hoc, §. fin. ff. de excusat.tut.* † Limita; quia quandocunque
Princeps non recognoscens superiorem eligit aliquem inhabilem,
quia dicit se habilem, & sic obtinet per obreptionem, semper gratia
est nulla, neque dispensatio inducitur. Roma.*dict.cons.216.numer.8.*
ver. Aut superiorem. Vide, *Obreptitia gratia quando dicatur. Conclusio.*50.
37 † Limita; quia Papa conferendo dignitatem minori, coram eo con-
stituto, non censetur cum eo dispensare super ætate, si non fiat men-
tio de dispensatione. Oldrad.*consilio 325. incip. Thema quæstionis, per*
totum, vsque ad nu.7. Vbi est casus consilii, & *consilio 326 & 327.* vbi
tenet hanc partem, quod requiritur expressa dispensatio, & expres-
sio causæ, & quod ita seruatur de consuetudine, vt *d.cons.327.numer.*
4 & consil.328. numer. 6. & 332.numer.7. Vbi, quod ita se habet stylus.
38 † Extende idem etiam esse in alia collatione facta minori; quia Papa
non censetur de stylo secum dispensasse super ætate, licet sciuerit de-
fectum ætatis. Calder. *consilio 31. An existens*, quod est 8. *de rescript.*
39 † Limita in dispensatione contra decreta conciliaria; quia nun-
quam Papa censetur tacite dispensare, nisi ex certa scientia faciat, &
expresse illis deroget. Oldrad.*consilio 326.in princip.& numero 3.versicul.*
Calumniosum est, vbi quod facilius tolluntur decretales Papæ, quam
40 concilii, & *consilio 328 in princip.* † Limita, quando dispensatio ta-
cita fieret contra ius publicum, quia non præsumitur, quod Princeps
ita de facili iuri publico voluerit derogare. Oldrad. *consilio 326.in*
princip.versicul.item cum ius publicum. vbi, quod imo rescriptum contra
ius publicum impetratum est extorquendum de manibus impe-
41 trantis, vt *l.3. C.de sacr. largitio.* † Limita, quando ageretur de præ-
iudicio iuris tertii; quia Princeps non videtur detrahere iuri publi-
co, neque priuato. Oldrad.*dict.cons.326. num. 2. versic. Nec per rescripta*
vbi allegat glo.*in l.fin. C.si contra ius, vel vtil.public.* nisi expresse deroga-
uerit, & in specie. Vide, *Papa aliquid asserendo, vel faciendo, quando di-*
42 *sponat, vel non.Conclus.63.* † Limita; quia Papa mandans vendi cer-
tos fructus cuidam monacho professo, non censetur eum habili-
tasse, vt emat sine licentia sui Prælati; ideo ex illo contractu non po-
terit agere talis monachus sine superiore, & nisi ad vtilitatem mo-
nasterii. Calder.*consilio 407.* alias 22 *de regul.* vbi, quod requiritur ex-
pressio, quod voluerit dispensare, alias non præsumitur contra ius
43 publicum dispensare. † Limita in inferiore aliquid faciente scien-
ter; quia non censetur dispensare, vel habilitare, nisi dicat. Roman.
d.cons.307.In casu proposito,n.2.ver.licet in inferiorem. & plenius *cons.216.*
electio.nu.6.ver Breuiter tria membra. vbi plena apostilla *in ver.plene,* quæ
44 dat concord. † Et propterea Episcopus instituens Vicarium in
beneficio iuris patronatus contra dispositionem fundatoris nõ cen-
setur dispensare cum instituto, etiam si posset, nisi expresse faciat ex
certa scientia contra tenorem fundationis, etiam cum causæ cogni-
45 tione. Anton. de Butr.*consil.4.in fin.* † Extende; quia Vicarius insti-
tuens monachum, & religiosum in beneficio seculari, non censetur
secum dispensare, etiam si sciat inhabilitatem, nisi præcedat causæ
cognitio super dispensatione tacita & validitate institutionis. Alex.
plene *cons.70.In causa inter dominum, nu.14.ver.Nec obstat.lib.3.* vbi apo-
still. *in ver.inferior.* dat plures concord. vbi, quod etiam requiritur li-
centia superioris monachi, & licentia conferendi. Vide plene Ant.
Gabriel.*libr.1.titul.de præsumption. Conclus.8. Princeps promouendo.*
Vide, *Dispensatio non præsumitur, & quando secus.*
Concl.481.
*

Dispensatio ad plura incompatibilia quam expressionem requirat. Conclus. 468.

DISPENSATIO † ad plura incompatibilia; quia non præiudi- 1
cat iurisdictioni ordinariæ, late interpretatur secundum pro-
priam significationem verborum; ideo concessa super beneficio cu-
rato, vel dignitate, comprehendit etiam dignitatem in cathedrali
Ecclesia. Cald.*cons.245.in prin.* alias 24. *de præben.* † Amplia, vt com- 2
prehendat dignitatem ecclesiasticam, etiam electiuam, licet de mo-
do prouidendi non sit facta mentio, quando certus modus prouiden-
di non est expressus. Calder.*d.cons.245.ver.circa secundum*, alias 24. *de*
præbend. † Amplia; quia licet in dispensatione debeat exprimi qua- 3
litas beneficiorum obtentorum, & obtinendorum, videlicet an sit
dignitas, vel curata, & requirant residentiam; tamen non est ne-
cessaria expressio qualitatis modi prouidendi, an per electionem, vel
alias, & ideo comprehẽditur etiam beneficium electiuum in dispen-
satione. Calder.*dict.cons.245.in fin.ver.circa tertium*, alias 24.*de præbend.*
† Habet clausulam tacitam, vt dispensatus obtineat plura incompa- 4
tibilia, si sibi canonice conferantur; quia si canonice non essent col-
lata, dispensatio non dat licitam retentionem. Gemin.*cons.106.in fin.*
num.11.ver.Pro decisione. † Declara, quod ista clausula tacita non im- 5
portat conditionem, sed potius monitionem. Gemin. *d.cons.106.in*
fin.num.12.ver.Nec obstat ratio. Vide, *Beneficia incompatibilia assequens,*
*quando, & quomodo inducatur eorum vacatio. Concl.*70. Vide Duas con-
clus. prox. seq.

Dispensatio ad plura incompatibilia an intelligatur solum de primis, vel non. Concl. 469.

DISPENSATVS † ad duo incompatibilia intelligitur dispensa- 1
tus ad duo, quæ primo loco incompatibilia consequetur, non
autem ad alia, quæ illis primis dimissis assequi posset. Gemin.*con-*
sil.97. Super primo dubio.in princip. † Amplia in tantum, vt si dis- 2
pensatus ad duo incompatibilia tertiũ obtineret, prima duo incom-
patibilia vacarent, non autem vnum dumtaxat. Gemin. *d.cons.97.in*
princ.ver.Ex quo igitur. Vide plenius, *Dispositio omnis intelligitur de pri-*
*ma, & vnica vice. Conclus.*499. † Limita, quando in dispensatione 3
diceretur, & quod posset ea dimittere, & loco dimissi, vel dimisso-
rum alia recipere, & retinere. Gemin. *dict.consil.97.ver.in contrarium.*
† Extende limitationem, vt procedat, etiam si pluries curata duo di- 4
mitteret, & loco dimissorum alia duo assequeretur, quando in dispẽ-
satione adest clausula: *& quoties sibi videbitur dimittere, & loco dimissorũ*
alia recipere, & retinere; quia dictio, *quoties*, importat vniuersaliter fa-
cultatem variandi. Gemin.*d.cons.97.n.2.ver & hoc ostendit.* † Exten- 5
de, vt procedat limitatio, etiam si talis dispensatio esset concessa in
gratia expectatiua, quæ esse consumpta; quia nihilominus dispen-
satio (cum clausulis extensiuis, *vt possit illa dimittere, quoties sibi placue-*
rit, & alia recipere,) censetur durare perpetuo. Gemin. *d.cons.97.nu.2.*
ver. Sed in parte dispositiua. † Extende, vt etiam clausulæ extensiuæ 6
comprehendant, si dimissis obtentis alia assequeretur ex prouisio-
ne, siue Apostolica, siue ordinaria, quando non adest clausula restri-
ctiua. Gemin.*d cons.97.nu.2.ver.item ex hoc apparet.* Vide, *Episcopus dis-*
*pensat ad plura incompatibilia, & qualiter, & quando secus. Conclus.*281. Vi-
de Conclusionem proximam sequentem, & proximam præceden-
tem.

Dispensatio ad plura sub eodem tecto, & quando, & per quem concedatur. Conclus. 470.

EPISCOPVS † potest concedere dispensationem, vt quis ha- 1
beat dignitatem, & canonicatum in eadem Ecclesia; ita tamen
quod habeat vnam vocem tantum, & per hoc non dicitur habere
duas præbendas; quia dos dignitatis non erit præbenda hoc casu.
Feder. de Sen. *consilio 120. in fine, & per totum.* idem tenet *consi-*
lio 205. numero 2. ver. Nec obstat. secus, si dignitas haberet annexam
præbendam. † Amplia, vt imo possit etiam dispensare ex causa, vt 2
quis habeat Archipresbyteratum, & sic dignitatem in eadem Eccle-
sia habentem duas præbendas, & simul cum eis Canonicatum, & a-
liam præbendam. Feder. de Sen.*consil. 206. Reuerend. Pater, per totum.*
† Declara, quod Episcopus non potest dispensare, nisi ex magna, & 3
euidenti vtilitate Ecclesiæ, seu ex vrgenti necessitate, *cap.exposuisti. de*
præbend. Feder. de Sen.*consil. 205. circa fin.* vel nisi subsint merita dis-
pensati, vt sit sublimis litteraturæ, vt hæc omnia ponit Feder.de Sen.
cons.206. alias non est facienda dispensatio. Vide, *Beneficia plura sub*
*eodem tecto retineri non possunt, & quando secus. Conclus.*47. Vide,
Episcopus dispensare non potest. Conclus.
283.

Dispen-

Dispensatio super defectu ætatis ad curata, & alia, per quem possit concedi. Conclus. 471.

1 PAPA † potest dispensare, & quandoque dispensauit, quod existens in decimotertio anno habeat Ecclesiam Parochialem curatam, & sit habilis ad eam. Ancharan. *cons.* 404. *Tria dubia. in princ.* vbi, quod valet dispensatio Papæ in qualibet ætate; quia talis ætas est de iure positiuo, & sine ratione, nisi quia sic placuit; igitur sic potest illi
2 derogari, & alia ætas constitui. † Extende; quia talis minor habilitatus, & dispensatus per Papam ad curatum potest prouideri, tam per ordinarium, quam per deputatum ad prouidendum idoneo; quia idoneus intelligitur hoc casu minor dispensatus quo ad ætatem. Anchar. *dict. cons.* 404. *nu.* 4. *& seq.* vbi latissime tuetur hanc partem, licet in princ. multa alleget pro contrario. Vide, *Episcopus dispensat super ætate, & quando secus. Concl.* 278.

Dispensatio de non promouendo, & eius natura. Conclus. 472.

1 DISPENSATIO † concessa de non promouendo causa studij ei, qui tenetur promoueri, iuxta *c. ex eo. de electio. in* 6. incipit à die datæ dispensationis, non ante; quia non entis non datur qualitas. Oldrad. *cons.* 203. *Factum tale est, collata, versic. ad secundam quæstionem.*
2 † Et tenetur Episcopus illam concedere in casu, in quo de iure disponitur, quod concedatur, & potest superior adiri, si denegatur. Oldrad. *dict. consil.* 203. *versic. mouet etiam, in fin.* concord. Feder. de Sen. *consil.* 30. *circa fin. vers. Non obstat, quod dispensatio,* qui loquitur in Capi-
3 tulo sede vacante. † Reuocari etiam non posset talis dispensatio concessa, nec moderari ad minus tempus, sine causa, maxime re non integra, vt si scholaris emisset libros, & cœpisset studere. Oldrad. *dict. consil.* 203. *versic. ad tertiam quæstionem. & consil.* 230, *Vrbanus, circa fin. versic. hanc sententiam.* vbi idem ampliat in licentia data simpliciter au-
4 diendi confessiones quibusdam religiosis. † Dispensatione concessa ad septennium, si moriatur Episcopus, qui concessit, & successor aliam concedat vsq; ad triennium, censet prima reuocata; quia dictio, *vsque,* videtur taxare maius tempus, & sic excludere primam dispensationē. Oldra. *cons.* 203. *in fine. versic. ad quartam quæst.* † Ca-
5 pitulum Sede Vacante licet non possit gratiare, & consequenter dispensare; tamen potest dispensare ad septennium de non promouendo causa studij; quia in casu licito est potius de iustitia, quam de gratia. Feder. de Sen. *consil.* 30. *circa fin. vers. non obstat, quod dispensatio.* Li-
6 mita; † quia tenetur dispensatus de non promouendo, vel etiam non residendo ratione studij per septenniū, se promoueri facere ad subdiaconatum, ne pœnitere possit. *d. cap. ex eo, de election. in* 6. Ancharan.
7 *consil.* 304. *Ista allegata in contrarium.* † Extende, vt idem sit multo magis in dispensato ad curatum ratione minoris ætatis; quia debet effici subdiaconus, cum primum habet ætatem, alias priuatur. Petr.
8 de Anchar. *d. cons.* 304. *per totum.* vbi est casus. † Limita; quia dispensatio, vt possit quis obtinere præbendam sacerdotalem, etiam, quod non sit sacerdos, vel in sacris, operatur, quod dispensatus obtinebit præbendam, & Canonicatum, sed tamen non habebit vo-
9 cem in Capitulo. Anchar. *consil.* 293. *Vltra alia. num.* 3. † Restringe, nisi vltra talem dispensationem haberet clausulam, quod non teneatur promoueri; quia tunc habebit vocem in Capitulo. Anchar. *d. cons.* 293. *n.* 3.

Dispensatus in absentia, vt fructus percipiat, quid percipere possit. Conclus. 473.

1 DISPENSATIO † concessa per Papam Canonico, vt fructus, redditus, & prouentus præbendæ percipiat in absentia, si deseruire compellitur, & deseruiat per substitutum, debet habere partem suam massæ grossæ, & quotidianarum distributionum grossarum. Calder. *consil.* 221. *in princip.* alias *vnico, de cleric. non resid.* quod est
2 Io. Andr. & Io. Calder. † Amplia, vt idem sit in eo, qui esset à iure dispensatus; quia à pari procedunt. Calder. *d. cons.* 221. *circa med. versic.*
3 *item æquiparando.* alias 1. *de cleric. non resid.* † Amplia; quia solus Papa dispensat cum Canonico, vt in vita sua percipiat fructus in absentia Canonicatus, & præbendæ. Abb. *cons.* 98. *In casu. col.* 1. *in fin. ver. sed dicto Ioanni. lib.* 1. allegat tex. *in cap. licet canon, de election. in* 6. *circa fin.* vbi Epi-
4 scopus non dispensat ad vitam. † Declara; quia licet Papa possit dispensare super fructibus in absentia percipiendis; tamen debet abstinere à tali dispensatione; quia præbet occasionem vagandi, & diminuendi cultum diuinum. Zabarell. *cons.* 130. *in princ. in cap. fin. de*
5 *rescript. in* 6. † Amplia; quia Papa etiam tacite videtur dispensare super non residentia in vno beneficio, quando eidem personæ duo requirentia residentiam confert, ita Abb. *consil.* 98. *col.* 2. *ver. sed iis non obstantibus. lib.* 1. † Amplia; quia valet dispensatio concessa per Papam Canonico, vt percipiat fructus Canonicatus in absentia, etiam-
6 si pendeat lis super fructibus præteritis perceptis, & de lite non fecit mentionem. Abb. *consil.* 98. *numer.* 4. *versic. sed iis non obstantibus. libr.* 1.
† Amplia, etiam si in Ecclesia sint statuta iurata; quia debent intel-
7 ligi, vt sit salua superioris authoritas, & maxime, quando fuit illis derogatum. Abb. *dict. consil.* 98. *col.* 2. *versic. sed iis non obstantibus. libr.* 1.
† Limita; quia non debentur distributiones quotidianæ minutæ ta-
8 li dispensato, etiam si deseruiat per substitutum; quia non dantur etiam præsentibus, si non deseruiunt; quia debentur solum deseruientibus personaliter, & per seipsum. Calder. *dict. consil.* 221. *circa med. versic. de secundo. num.* 2. *vsque in fin.* alias 1. *de cleric. non resid.* † Ex-
9 tende, vt procedat, etiam si per priuilegium esset per verba generalia adæquatus per omnia præsentibus, & seruientibus; quia non percipiet distributiones quotidianas. Anton. de Butr. *consil.* 19. *num.* 10. vbi, quod speciali nota digna sunt, & debent exprimi. † Li-
10 mita; quia Episcopus non potest dispensare, quod Canonicus contra constitutionem Episcopi & Capituli percipiat fructus in absentia. Card. Zab. *consil.* 130. *in princip.* Vide, *Distributiones quotidianæ quibus debeantur. Conclus.* 514. Vide Conclusionem proximam sequentem. Vide, *Studentes beneficiati quando fructus beneficiorum percipiant, vel non. Concl.* 708.

Dispensatio super absentia causa studii, & eius natura. Conclus. 474.

DISPENSATIO † causa studij conceditur super absentia, vt 1
quis non teneatur residere. † Declara tamen, quod talis dis- 2
pensatio facta super absentia causa studij perceptionem fructuum non comprehendat, nisi expresse dicatur. Lap. *alleg.* 58. *num.* 6. *versic. sicut dispensatio.* allegat not. *in cap. tuæ, de cleric. non resid.* Vide, *Dispensatio non extenditur, & quando secus. Conclusio.* 465. † Concedi po- 3
test hæc dispensatio ab Episcopo, quod ratione studij quis non teneatur residere. Oldrad. *consil.* 230. *versic. ad secundam.* vbi dicit, quod non potest reuocare talem licentiam à se datam. † Amplia; quia 4
dispensatus super perceptione fructuum in absentia, licet percipiat distributiones, quæ appellantur de massa grossa; tamen non percipit distributiones quotidianas minutas, quæ dantur ratione seruitij personalis. Calder. *consil.* 221. alias 1. *de cleric. non resid.* quod est Ioann. Andr. & Ioan. Calder. Vide Conclusionem proximam præcedentem. † Amplia; quia promoueri debet dispensatus, ne resideat in 5
parochiali per septem annos cum primum potest ratione ætatis ad subdiaconatum, ne pœniteat. Petr. de Anchar. *consil.* 304. *Ista allegata in contrarium.* † Extende, vt idem sit in eo, qui in decimoquinto 6
anno fuit dispensatus ad Ecclesiam curatam; quia debet promoueri ad subdiaconatum, cum primum ad ætatem subdiaconatus peruenerit. Petrus de Anchara. *dict. consil.* 304. *per totum.* vbi, quod est eadem, & maior ratio. Vide, *Episcopus dispensare potest circa multa. Concl.* 276. *num.* 15.

Dispensatio an suffragetur literis non expeditis. Conclus. 475.

DISPENSATIO † ad plura incompatibilia perficitur quoad 1
substantiam ex sola signatura Papæ, licet quoad solemnitatem probationis requirat de stylo curiæ expeditionem literarum; & ideo valet dispensatio ante literas, licet ad probationem dispensationis literæ requirantur, quæ suffragantur etiam expeditæ post vsum gratiæ. Geminian. *consil.* 106. *num.* 6. *ver. in contrarium.* Vide, *Regula de expediendis literis in quibus procedat. Concl.* 102.

Dispensationes matrimoniales qualiter interpretandæ. Conclus. 476.

DISPENSATIO † matrimonialis super quarto gradu consan- 1
guinitatis, vel affinitatis obtenta valet, & non dicitur subreptitia, etiam si vnus sit in tertio gradu, alter vero solum in quarto. Calder. *consil.* 245. *circa princip. versic. vnde si vir,* alias 24. *de præben.* vbi, quod ita declarauit Clemens Sextus, & idem *consil.* 464. alias 1. *de consanguinitate, circa fin. vers. ad hoc faciunt iura,* sequuntur Gambar. *in tractat. de Legat. fol.* 238 *num.* 393. Felin. plene *in cap. postulasti, numer.* 9. *in* 2. *limitat.* & plenius *in* 7. *limit. vers. adde etiam septimo.* vt ponit principium, *extrauag. de rescript.* † Extende, vt procedat etiam si vnus 2
contrahentium esset in tertio, alter vero in quinto; quia computatur gradus à remotiori, & sic perinde est, ac si ambo essent in quinto gradu. Calderin. *consil.* 464. *circa fin. ver. ad hoc faciunt,* alias 1. *de consanguinit.*

3 Nam † vltimus gradus attenditur, sed tamen est differentia, an gradus sit æqualis, vel inæqualis; quia in successionibus, is, qui est, proximior, licet in eodem gradu inæquali præfertur. Castrens. *cons.* 376. 4 *per totum. libr.* 2. † Dispensandi facultas concessa alicui per Papam in quarto gradu consanguinitatis tribuit facultatem dispensandi, etiam si contrahentes dispensati sint in duplici quarto gradu coniuncti; quia consanguitas est vna; & quia hæc facultas late contra concedentem est interpretanda. Calderin. *cons.* 464. alias 1. *de consangu.* 5 † Valet talis dispensatio facta à Papa, etiam in foro conscientiæ, licet Papa sine causa dispenset in quarto gradu; quia suprema authoritas est loco causæ in iis, quæ sunt prohibita de iure positiuo. Bald. *consil.* 6 477. *Quæritur, vtrum Papa. lib.* 1. † Extende, vt valeat hæc dispensatio, & inducat prolem legitimam, si esset facta ab eo, qui reputabatur Papa; quia ei præstabatur obedientia. Bald. *d. cons.* 477. *lib.* 1.

Dispensare super matrimonio quis possit, & quid operetur dispensatio. Concluſ. 477.

1 PAPA † potest dispensare super matrimonio contracto in gradu prohibito de iure positiuo, siue scienter, siue ignoranter sit contractum etiam sine causa. Roma. *cons.* 307. *In casu proposito, in fin. per to-* 2 *tum.* † Contrarium, quod requiratur causa, videtur tenere apo- 3 still. fin. *ad dict. cons. Roman.* 307. *in ver. inducit.* † Causa est pro bono 4 pacis. Roman. *consil.* 307. *num.* 3. † Scandali tollendi causa inducitur dispensatio super matrimonio prohibito. Roman. *consil* 307. *num.* 4. vbi plena apostill. *in ver. oriretur.* dat plura similia, quod prohibita fiunt permissa ad obuiandum scandalo. † Prolis susceptæ causa di- 5 citur legitima. Roman. *cons.* 307. *num.* 4. plenius Boer. *decis.* 264. *num.* 6 25. † Necessitas est causa legitima dispensandi. Roman. *dict. cons.* 7 307. *in fin.* † Amplia; quia potest Imperator dispensare super matrimonio prohibito de iure ciuili tantum; secus si de iure canonico, vel gentium; & ideo facit prolem legitimam duobus concurrentibus, quando scilicet iusto errore fuit matrimonium contractum, prout inter ignorantes, & per lapsum temporis. Boer. *d. decis.* 264. *nu.* 8 25. † Operatur dispensatio Papæ super matrimonio prohibito de iure positiuo, quod censetur etiam absoluere ab excommunicatione incursa per contrahentes scienter in gradu prohibito, de qua excommunicatione *in clem.* 1. *de consangu. & affinit.* ita Roman. *consil.* 307. 9 *In casu proposito, in princ.* vbi apostill. *in ver. censetur.* † Extende; quia reddit habiles ipsos inhabiles ad dictum matrimonium, quod procedit in Papa, & alio supremo superiore; secus forte in inferiore. 10 Roman. *d. cons.* 307. *num.* 2. † Extende; quia operatur dispensatio Papæ super matrimonio prohibito, quod proles etiam ante susceptа 11 efficiatur legitima, plene Boer. *d. decis.* 264. *num.* 26. † Contra extensionem tenent plures, quod legitimi non fiant filii nati ante dispensationem, nisi ignorassent contrahentes impedimentum, vel nisi Papa fecerit mentionem induiduam de prole. Boer. *d. decis.* 264. *n.* 25. *ver. sed vbi prius.*

Dispensare qui potest, non potest legem, vel statutum facere. Concluſ. 478.

1 ARGVMENTVM † non procedit à dispensatione ad legem, vel statutum; quia licet Imperator possit dispensare cum spurio, vt succedat cum legitimis; non tamen potest legem facere generalem, quod spurij succedant. Fede. de Sen. *cons.* 275. *Casus talis est, sta-* 2 *tuto. nu.* 1. *ver. non obstat ad præmissa.* † Ratio est; quia lex respicit futura, & dispensatio respicit præterita, & ex dispensatione non ita homines inuitantur ad peccandum, vel ad malum. Feder. de Sen. *d. cons.* 275. *ver. non obstat.*

Dispensatio quando cesset per mortem concedentis, vel non. Concluſ. 479.

1 GRATIA † concessa per Papam Prælato religioso, vt possit dispensare cum certis suis religiosis super defectu natalium, vt possint obtinere beneficia religionis, non expirat, etiam si Papa concedens moriatur ante dispensationem. Feder. de Sen. *cons.* 78. *Casus est. ver. circa quod.* allegat *c. cui non. de præben. & c. super gratia, de off. deleg. in* 6. 2 † Amplia; quia talis dispensatio non reuocatur, & si moriatur Prælatus, qui dispensauit, ante quam dispensatio sit fortita effectum. Feder. de Sen. *d. cons.* 78. *in fine.* Vide, *Arbitrium reseruatum quando extinguatur morte, vel non. Concluſ.* 478. Vide plenius, *Beneplacitum alicuius quando dicatur durare, vel non. Concluſ.* 89.

Vide, *Gratia non potest reuocari, & quando secus. Concl.* 67.

Dispensatio fieri potest etiam pendente accusatione. Concluſ. 480.

DISPENSARE † potest Princeps, & gratiam facere etiam pen- 1 dente accusatione, & ante condemnationem. Lap. *alleg.* 61. *nu.* 4. *ver. cum tamen pendente.* vbi, quod hoc facit etiam contradicente accusatore.

Dispensatio non præsumitur, & quando secus. Concluſ. 481.

DISPENSATIO, † quæ est relaxatio iuris communis, lapsu 1 temporis non præsumitur, & maxime dispensatio Episcopi nunquam præsumitur, nisi probetur. Ægid. *cons.* 10. *num.* 43. † Declara; 2 quia licet dispensatio non præsumatur; tamen aliquando sufficit possibilitas dispensationis. Vide plene, *Spoliatus in beneficialibus an restituendus. Concl.* 388. † Amplia; quia is, qui allegat dispensationem 3 debet illam probare. Mascard. *Concl.* 522. *Dispensationem allegans.* vbi, & etiam debet probare authoritatem dispensantis; limitat, quando sine causa datur; item in eo, qui per triennium habitus fuit pro dispensato in beneficialibus, vbi allegat tenentes contrarium, & declarat. † Limita; quia imo bastardus, & qui est incapax beneficij Ec- 4 clesiastici, si in eo fuit institutus, vel de eo prouisus, & possedit per 10. annos præsumitur dispensatus. Anchar. *cons.* 117. *Satis impertinens.* Lap. *alleg.* 89. *in fin.* Gomez. *super regul. de triennal. q.* 24. Cassad. *decis.* 3. *de procur. in fin. & decis.* 4. *de restit. spoliat.* Ferret. *cons.* 172. *num.* 4. Vide, *Opinio & reputatio communis multa operatur. Concluſ.* 157. † Limita; 5 quia dispensatio præsumitur multis casibus, quando quis per decennium fuit in possessione, puta matrimonii prohibiti, vel beneficij, & similium, pro quibus plenius videas, *Temporis cursus operatur multa, & quando secus. Concluſ.* 41. vbi declaratur. Vide, *Dispensatio tacita quando inducatur. Conel.* 467.

Dispensatio expresse facta potest probari per testes, & quando secus. Concluſio.

VIDE Mascard. *Concl.* 523. *Dispensatio.* vbi limitat in Romana Curia; quia debet per instrumenta, vel scripturam probari, siue sit publica, siue secrera, & quod ex pluribus causis potest fieri dispensatio. Vide plenius, *Probatio per testes non admittitur, quæ potest fieri per scripturam. Concl.* 772.

Disponere & ordinare quid importent. Concluſio 482.

DISPONERE † & ordinare importat nedum collationem, sed 1 vnionem, & omnem actum exercendum in iudicio, & extra circa rem ordinandam, vel disponendam; ideo prohibitus ordinare, vel disponere, non potest vnire, nec aliud facere circa rem ipsam prohibitam ordinari. Feder. de Sen. *cons.* 195. *in princ.* Vide, *Ordinare & dis-* 2 *ponere quid importent. Concluſ.* 179. † Et quæ verba dicantur dispo- 3 sitiua, & quæ non. Vide, *Verba dispositiua. Concluſ.* 83. † Amplia; quia verbum, *Disponо*, importat dispositionem in vltima voluntate. *Institut. ex quibus causis manumitt. non licet, §. final.* & hoc, si simpliciter profertur, plene Menoch. *consil.* 210. *in princip.* vbi, quod concessio disponendi, alienandi, & vendendi prohibita, pertinent tam in actu inter viuos, quam in vltima voluntate; quia dispositio proprie ad vltimam voluntatem pertinet, siue sit permissiua, siue prohibitiua. † Extende; quia in tantum dispositionem importat, vt vim legis ha- 4 beat talis dispositio. *Authent. de nupt. §. disponat.* † Extende; quia 5 procedit tam pro mortuis, quam pro viuis. *Authent. de hared. & Falcid. §. final. ver. penult. hac nos.* & idem ibi *in §. iis igitur.* † Amplia; quia 6 disponere dicitur, qui ab intestato decedit; & ideo si maritus instituat hæredem cum onere restituendi hæreditatem per fideicommissum; possit tamen grauatus disponere de scutis mille ad libitum suum, si decedat ab intestato dicitur disposuisse. Curtius Iunior *consilio* 4. *numero* 4. vbi, quod ita apud Anconam consuluit Bald. Nouell. & sequitur Crauett. *consil.* 176. *in fine.* Simo. de Præt. *consil.* 106. *num.* 84. *& sequen.* Marcabru. *consil.* 81. vbi *numer.* 17. allegat Paris. *consil.* 72. *numer.* 57. *libr.* 3. & allegat Curt. Iunior. *in authent. res quæ. numer.* 24. C. *communia de legat.* vbi, quod fuit iudicatum pro consilio Curt. Iun. *num.* 4. Vide, *Alienatio permissa quando verificetur in institutione hæredis. Concluſ.* 260. † Contrarium tenet Silua. *cons.* 14. *per totum.* vbi, quod 7 imo requiritur, quod expresse disponat, alias esset superflua illa disponendi facultas; quia semper diceretur disponere, quod est falsum, & ita Corbul. *de iur. emphyt. tit. de causa priuat. ob mortem ciuilem. n.* 44. & *sequ.* vbi, quod habens facultatem disponendi debet expresse disponere,

nere, & nō sufficit, quod tacite, & generaliter disponat. Vide, *Alienatio permissa regulariter cuicunque. Conclus.* 258. † Declarat Curt. Iun. *d. cons. 4. num.* 22. quod requiratur expressa alienatio, vt præiudicet totaliter danti licentiam, & tertio, sed vt præiudicet solum, quoad rem, non quoad pretium, vt in alienante fideicommissum, sufficit tacita, vide eum. † Declarat aliter Corbul. *d. fol.* 55. *num.* 60. *& seq.* quod Curt. & alij in ampliatione loquuntur, quando fuit facta concessio pro se, & quibus dederit, quod importat, *pro se, & quibuscunque heredibus, & successoribus*; non mirum si, prout alia bona, ibi transeunt ex testamento, & ab intestato, secus in licentia. † Declara fortè etiam melius; quia aut licentia datur in prima inuestitura, & in prima dispositione, & quia nunquam fuit aliqua prohibitio, sufficiat tacita; secus si licentia detur post primam dispositionem prohibitiuam, ita Ias. *in l. fin. num.* 6. *& 7. C. de iur. emphyt.* Gabriel. *consil.* 83. *in princ. cum aliis, in ver. licentia.* † Declara duobus alijs modis per Marcabr. *cons.* 81. *num.* 10. *& seq.* vt si licentia est tacita, requiratur expressio bonorum; si verò est expressa; secus; item quia si disponitur de re propria, non requiritur specialis mentio; si verò disponitur de re, cuius dominium non est disponentis, secus est. Vide, *Expressio individua & specialis quando requiratur vel non. Concl.* 652. † Limita; quia reseruans facultatem disponendi in vita sua de bonis certis, si dicta reseruatio fit in contractu inter viuos, dispositio non habet locum, nisi inter viuos, vt illa verba, *in vita*, aliquid operentur, & vt secundum naturam contractus verba intelligantur. Bart. *consil.* 76. *in fin. libr.* 1. Patis. *cons.* 20. *Viso testamento.* † Contrarium Ias. *consil.* 130. *Institutio facta, lib.* 4. Couar. *var. resol. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 3. *in fin.* vbi, quod magis fauorabilis est dispositio in vltima voluntate, & quod in dubio verbum, *disponendi*, applicatur ad vltimam voluntatem. † Declara, vt per Petr. Pech. *de testam. coniug. cap.* 15. *tom.* 8. *in* 1. *part fol.* 153. † Declara, vt *in ver. Alienatio permissa. Concl.* 258. Vide, *Fideicomissum si hæres grauatus non disposuerit, quid importet. Conclus.* 250.

Disponere se ad aliquid qualiter capiatur. Conclus. 485.

1 DISPONERE † se ad aliquid intelligitur per approbationem alicuius temporis, & quod quis se exercuerit; vnde si testator leget libros filio, si se disponat ad studium legale, debet se disponere aliter, quā per primos animi motus, prout volens profiteri; quia habet annum probationis. Bald. *cons.* 412. *Verba testamenti, circa med.* 2 *ver. præterea hoc videtur expressum, lib.* 1. † Dispositio est quoddam principium habitus, & ideo debet præcedere ipsum habitum. Bal. *d. cons.* 412. *in fin. ver. & sicut monachus, lib.* 1. vbi, quod prima potentia, & primus motus non est dispositio.

Dispositio continuatiua intelligitur retento eodem themate. Conclus. 484.

1 2 DISPOSITIO † continuatiua, eodem themate, vel casu retento præsumitur continuare. † Extende; quia licet copula ponatur inter diuersa; si tamē continuatiue ponitur, intelligitur retento eodem themate. Alexand. *cons.* 249. *Perspectis, num.* 5. *ver. & sicut dicta pars. lib.* 6. Vide, Dictio, &, quando copulat, & quando non. 3 *Conclus.* 274. † Idem, si ponatur dictio aduersatiue, prout est dictio, *vero, sed*, & similes; quia ponunt eundem casum. Alex. *d. cons.* 249. *n.* 5. *lib.* 6. Vide, *Dictiones aduersatiuæ. Concl.* 240. † Idem, quando aliæ 4 dictiones continuatiuæ ponuntur. Vide, *Dictiones continuatiuæ quæ sint, & earum natura. Conclus.* 256.

Dispositio omnimoda quid significet. Conclus. 485.

1 VERBA, † *omnimoda dispositio*, sunt generalia, & cōprehendunt quamlibet speciem generis. glos. *in clem. quamuis, de for. compet. in ver. omnimodam.* Gemin. *consil* 15. *nu.* 3. Vide, Dictio, *omnimoda, & omnimodo*, quid importet. *Concl.* 320. Vide, *Dispositio vniuersalis quando* 2 *comprehendat singularitates. Concl* 489. † Dispositio importat prouisionem beneficij respectu tituli. Gemin. *cons.* 65. *in princ. ver prima est.*

Disponere de re sua quilibet potest. Concl. 486.

1 IN re sua † quilibet est moderator, & arbiter, *l. in re mandata. C. mand.* Anchar. *cons.* 157. *Summæ prudentia, num.* 6. Vide plenius, *Res* 2 *suæ quilibet est moderator, & arbiter. Conclus.* 112. † Et cuilibet de proprijs rebus ad libitum suum disponere licet, *l. dudum. C. de contrahend.* 3 *emptio.* † Et iniquum esset ingenuis hominibus non esse liberam dispositionem rerum suarum, *l. non vsque adeò. ff. si à parent. quis fuerit manumiss.* † Amplia; quia licitum est cuilibet sibi prospicere, & me- 4 liorem suam conditionem facere, quando de re sua disponit etiam cum alterius detrimento, *l. Proculus. ff. de damn. infect.* Anchar. *cons.* 157. *num.* 7. *ver. secundo hoc probat.* † Declara, vt procedat, quando quis a- 5 git in re penitus sua propria; secus si cōmunis sit, vel in ea alius prætendit. Anchar. *cons.* 155. *nu.* 7. † Amplia; quia hæc libera facultas dis- 6 ponendi libere, comprehendit, etiamsi disponens aburatur, vel male vtatur, *l. sed si lege, §. consuluit. ff. de pet. hæred.* † Declara tamen; quia 7 Reipubl. interest, ne quis re sua male vtatur; ideo potest prohiberi. *Instit. §. fin. de iis, qui sui, vel alien. iur. sunt.* † Amplia, vt procedat multo 8 magis in vltima voluntate; quia potest testator legem, quam velit, imponere rebus suis, *l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo.* Alexa. *cons.* 12. *lib.* 5. † Extende in tantum, quod voluntas testatoris dicitur lex. *auth.* 9 *de nupt. §. disponat.* † Amplia; quia in re sua dominus potest appone- 10 re omnem conditionem etiam impeditiuam acquisitionis dominij; ideo pater in dote, quam dat filiæ vltra legitimam, potest apponere conditionem, quod reuertatur ad eum, & ad suos hæredes, si filia moriatur in matrimonio, & valet talis conditio, & tollit lucrum statuti. Castrens. *cons.* 59. *Pro plenore, in princ. & per totum, libr.* 1. † Ex- 11 tende; quia maritus recipiendo talem dotem conditionatam, ex quo facta est mentio de conditione, quam habebat dicta dos, censetur renunciare lucro statuti, etiamsi sit stipulatus, quod dos restituatur iuxta formam statuti, quando stipulatio non est cum eo, cui debet restitui, sed vxori; quia nihilominus tenebitur totam restituere dotem. Castrens. *d. cons.* 59. *numer.* 2. *& seq. ver. tertio videndum, lib.* 1. & non censetur is, cui debet dos restitui, sibi præiudicasse, dando dotem cum illa stipulatione ad fauorem sororis; quia intelligitur, quando veniret casus restitutionis ipsis sorori venienti, non autem, quando per mortem esset restituenda. † Extende; quia imò et- 12 iamsi ignorasset maritus, tenetur restituere; quia dos transiuit cum sua conditione, & onere restituēdi, *c. nuper. de donatio. inter vir. & vxor.* Castrens. *d. consil.* 59. *in fin. lib.* 1. Vide, *Onus & honor rei regulariter transit cum ipsa re, & quando secus. Conclus.* 145. † Amplia; quia volenti, & sci- 13 enti non fit dolus. Vide, *Dolus non infertur multis casibus. Conclus.* 589.

Dispositio generalis, specialis, & individua quando dicatur. Conclus. 487.

GENERALIS † dispositio dicitur, quæ fit per verba generalia, pro- 1 ut si quis exhæredaret liberos suos; nam exhæredatio debet esse certa; ideo generalis non sufficit de liberis; quia verbum generale potest comprehendere filios & nepotes, & alios descendentes. Bar. *consil.* 21. *vt dixit, n.* 2. † Specialis dicitur, quando fit mentio de fi- 2 lijs, licet in genere. Bart. *d. consil.* 21. 2. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 106. *nu.* 18. † Sic in bonis generalis dicitur obligatio bonorum; secus si omnia, 3 & singula bona obligantur. Crauet. *cons.* 381. *n.* 3. & 4. † Sic licentia 4 aliquid faciēdi, vbi requiritur specialis, sufficit expressio in genere de illo negocio, ad quod applicatur licentia. Alex. *consil.* 189. *Viso statuto. num.* 6. *ver. tertio, lib.* 7. *& num.* 9. *ver. quinto.* vbi de * communi. † Sic in * 5 mandato speciali sufficit, quod exprimatur expresse ad vendendum bona, vel alienandū, licet non fiat specifica bonorū expressio. Alex. *d. cons.* 189. *n.* 4. *& seq. ver. sed præmissis. lib.* 7. maxime *nu.* 8. vbi dicit * cō- * munem. † Specifica, seu nominatim, si exhæredatur filius puta, *Titius* 6 *filius meus*, tunc est explicita, *l.* 1. *ff. de liber. & posthum.* † Extende idem, 7 quando vnicus est filius; quia semper est specifica, ex quo non potest, nisi ad vnum referri. Bart. *cons.* 21. vbi loquitur in testamento vnico; quia sufficit mentio testamenti in genere, *libr.* 1. *& consil* 83. *in fin. lib.* 2. vbi, quod vnicus erat filius. Vide, *Derogatio legibus & alijs in genere facta quando sufficiat, vel non. Conclus.* 216. Vide plenius, *Expressio generalis specialis, & singularis quando detur. Conclus.* 651. † Extende; 8 quia quando agitur de reuocando testamēto, in quo est clausula derogatoria, & de ea mentio fieri debet, sufficit generalis, quando vnicum testamentum præcedit; quia non potest verificari in alio. Bart. *in l.* 2. *ff. de liber. & posthum. & in l. si quis in princip. ff. de leg.* 3. † Contra- 9 rium tenet Alexand. *cons.* 25. *nu.* 4. *lib.* 3. vbi dicit * communem con- * tra Bart. & *cons.* 163. *Visis narratis, n.* 9. *ver. non obstat, lib.* 7. vbi de * com- * muni contra Bart. quia nunquam potest præcedere, nisi vnicum testamentum validum, etiamsi testator fecisset plura; quia non potest valere, nisi vnum; & Alexand. *consil.* 172. *Visis duobus, in princip. lib.* 7. vbi dicit * communem contra Bart. † Declarat Alexand. *d. cons.* 172. * 10 *in princip. lib.* 7. vt conclusio procedat, quod quando dispositio requiritur specialis, & specifica, illi satisfactum est per generalem, quæ non potest verificari, nisi in vno; quia necessario de illo debet intelligi, sed non procedit in derogatione testamenti habentis clausulam derogatoriam, nisi de clausula derogatoria in genere fiat mentio; & quia nunquā esset faciendā mentio specialis, quod est falsum; quia nunquā præcedit, nisi vnicū testamentum validum. † Ita 11

requiritur aliquibus casibus specifica, prout est in subiectione Ecclesiarum laicis facienda, *cap.2.de reb.Eccles.non alien.in 6.* Alex.*cons.*189. *nu.6.ver.tertio probatur.lib.7*

Dispositio generalis generaliter intelligenda. Concl.488.

1 DISPOSITIO † testatoris generalis non distinguens generaliter intelligenda est; quia loquutio generalis nihil relinquit
2 intactum. Crauet.*cons.*133.*num.5.ver.quarto verba.* † Amplia; quia onis dispositio generalis, generaliter intelligenda est, nec vnquam restrictio fieri potest, nisi adsit causa restringendi, vel ratio, per quã restrictio sit facienda. Crauett.*d.consil.*133.*num.6.ver.quinto dispositio.*
3 †Extende; quia verba generalia non sunt restringenda, quando cessat ratio, per quam restrictio fieri debet; quia generaliter intelligẽ-
4 da sunt. Crauet.*consil.*176.*nu.4.& seq.* vbi extendit. † Amplia; quia dispositio generalis operatur generaliter, tàm in odiosis, quàm correctorijs, & pœnalibus; Tiraquel.*in l.si vnquam.in præfatio.num.*119.
5 C.*de reuoc.donat.* † Extende, vt idem sit in dispositione iurata negatiua, quæ dicitur vniuersaliter negare. Rom.*consil.*379. *Circa primum,*
6 *in princ.* †Amplia in statuto generaliter disponente, quod mortua vxore sine filijs, succedat maritus; quia cum generaliter loquatur, nõ patitur distinctionem vel restrictionem, secundum ius commune; vt intelligatur de marito paupere, & hoc ne mater vxoris damnum indebite patiatur; quia imò generaliter debet intelligi; quia non restringitur, licet alteri lucrum afferat; secus, si damnum inferatur. Alexand.*cons.*249.*Perspectis,num.3.& 4.ver.& licet statutum,lib.*6. vbi
* dicit* cõmunem, & quod auferre successionem ascendentibus in bonis descendentium, est auferre lucrum, non autem inferre dam-
7 num. † Extende multo magis, quando statutum est contra in commune; quia tunc non recipit restrictionem, neque distinctionem à iure communi. Alexan.*d.cons.*249.*nu.6.ver.& quando statutum,lib.*6.
☞ Vide *in ver.Statutum debet interpretari secundum ius commune. Concluſ.*
8 574. † Amplia in dispositione legis generalis; quia generaliter est
☞ intelligenda. Vide Socin.*Reg.*12.*Lex generaliter loquens*, vbi limitat
9 55.modis. †Limita, vt infra, *Dispositio generalis non comprehendit. Concluſ.*490. Vide, *Expressio generalis quando sufficiat, vel non. Concluſ.*653. Vide, *Generalis dispositio omnes species comprehendit. Concluſ.*29. Vide, *Verba generalia omnia comprehendunt. Concluſ.*122. Vide, *conclusionem proximam sequentem.*

Dispositio vniuersalis quando comprehendat particulares. Concluſ.489.

1 DISPOSITIO † vniuersalis loquens de fratribus comprehendit etiam fratres singulares. Feder.de Sen.*consil.*4.*Testator in vl-*
2 *tima,num.3.vers.secundo hoc verbo,& num.4.ver.sexto & vltimo.* † Amplia, vt interdicto populo censeantur interdicti singulares, *c.si sen-*
3 *tentia,§.fin.de sent.excom.lib.*6. † Amplia in priuilegio concesso Anglicis, vt extendatur ad singulares personas, *cap.dilecti, de foro compet.*
4 † Amplia multis modis, in quibus licet non veniat facultas insolita concedi; si tamen verbis vniuersalibus fiat dispositio, insolita veniunt. Menoch.*consilio* 210.*numer.*31.*& seq.* vbi ponit plura exempla.
5 † Limita secundum subiectam materiam; quia si materia respicit vniuersitatem, vel collegium; tunc, quia verba indifferentia, quæ possunt importare singulares, important solum in vniuerso. Oldrad.
☞ pulchre *cons.*225.*num.*16.*& consil.*287.*num.*8.9.*&* 10. Vide, *Dictiones vniuersales, & earum importantia. Concluſ.*397. Vide, *Expressio generalis quando sufficiat. Conclusio.*653. Vide, *Generalis dispositio omnes species comprehendit. Concluſ.*29. Vide, *Genus quid sit, & in quo differat à specie. Concluſ.*40.

Dispositio generalis non comprehendit multa, nisi fiat mentio specialis. Concluſ.490.

1 FEVDVM † non venit in generali dispositione bonorum, & hæreditatis, quando specialis mentio de feudo facta non fuit.
2 Bald.*cons.*207. *Quæstio est, Spurius, colu.1.ver.præterea dictus,lib.*2. † Extende, etiamsi simus in feudo concesso pro se, & hæredibus quibuscunque, & sit alienabilis Iason *cons.*6.*in fin.ver.non obstat tertium,*
3 *lib.*3. † Contrarium tenet Crauet.*cons.*256.*num.*6.*ver.in quare.* vbi,
4 quod Ias. pessime loquitur. †Amplia in statuto generaliter loquen-
☞ te; quia non comprehendit casum dotis. Vide, *Statutum generale*
5 *quando extendatur, vel non. Concl.*540. † Amplia; quia statutum nunquam tollit casum iuratum, nisi faciat individuam mentionem de iuramento; quia iuramentum est speciali notadignum. Fulgos.*cons.*
156.*Visis themate,col.*2.*ver.secunda ratione*; vbi etiam dubitat, an possit tolli statutum iuratum, & *cons.*210.*col.pen.* Alexand.*cons.*195.*nu.*13.*lib.*
2.quod duplicatur *lib.*1.*cons.*62.*& cons.*29.*Præclare,nu.*15.*ver.ad quar-*
*tum,lib.*3. Vide Ant.Gabriel.*lib.*6.*tit.de statutis. Concl.*11.*Statutum,vt*
creditor. Vide, *Iuramentum vt tollatur requirit expressam mentionem & derogationem, & quando secus. Concluſ.*541. † Et saluus conductus con- 6
cessus non comprehendit debita iurata. Afflict.*decis.*5. Alexand.*cons.*
205.*Visis,in fin.nu.*6.*lib.*2. & plenius *cons.*38.*Visa petitione, nu.*4.*& seq.*
*lib.*3. vbi apostil.*in ver.iurato.* citat Alexan.*cons.*17.*num.*8.*lib.*1. Vide,
*Saluus conductus concessus non extenditur, & quando secus. Concluſ.*23. † Ex- 7
tende; quia non comprehendit casum iuratum lex laicorum quantumcunq; generalis. Vide infr.*ver.Donatio quando insinuanda, vel non. Concluſ.*646.*num.*50.*& seq.* † Extende in dilatione quinquennali; 8
quia non tuetur quo ad debita iurata, de quibus non est facta mentio; imò redditur subreptitia. Alexan.*d.cons.*205.*num.*6.*in fin.libr.*2.
† Extende in derogatione facta per Papam statutis in genere; quia 9
non tollit statuta iurata, nisi fiat mentio expressa, nisi fortè motu proprio faceret; secus si ad instantiam partis, prout præsumitur. Alexand.*d.cons.*205.*in fin.nu.*6.*lib.*2.*& cons.*38.*num.*4.*&* 5.*lib.*3. † Exten- 10
de; quia siue Papa, siue Imperator mandet cassari statuta, nunquam extenditur talis cassatio ad statuta iurata, quæ sine interitu salutis possunt seruari. Alexan.*d.consil.*38.*Visa petitione.num.*5.*&* 6.*ver.secun-*
*do per hoc allego.lib.*3. † Declara; quia Papa nunquam tollit actum 11
iuratum, nisi de iuramento faciat mentionem, etiamsi verba sint geminata. Alexand.*d.consil*38.*num.* 6.*ver.pro qua allegat.lib.*3. † Ex- 12
tende maxime in materia odiosa; quia dispositio generalis nunquam comprehendit casus iuratos, non facta mentione iuramenti. Alexand.*d.cons.*38.*num.* 6.*ver.idem etiam voluit.lib.*3. † Extende in 13
statuto Mutinæ, quod denegetur audientia ei, qui agit ex instrumẽto celebrato, non seruatis solemnitatibus statuti; quia non habet locum in contractu, & debito iurato, etiam celebrato à minore, & muliere. Alexand.*d.cons.*38.*num.*9.*in fin.& seq.ver.postremo venio.lib.*3.
† Extende, vt imo statutum inducens certam solemnitatem in con- 14
tractibus minorum, si expresse disponeret, quod non seruata tali solemnitate contractus non valeat, etiamsi esset iuratus; quia adhuc non tollitur iuramentum, quod non spectat ad statuentes, sed neque ad Imperatorem; quia imo Imperator, & alij Principes seculares in materia iuramenti debent recurrere ad Ecclesiam. Alexand.*d.con-*
*sil.*38.*num.*11.*ver.fortius dicendum videtur.lib.*3. † Amplia; quia dispo- 15
sitio odiosa generalis non tollit, neque comprehendit statutum cõforme iuri communi, quando est confirmatum non facta mentione confirmationis. Alexand.*cons.*195.*num.*12.*vsque in fin.lib.*2. Vide,
*Confirmatio operatur multa. Concluſ.*706. † Amplia; quia omnis dis- 16
positio quantumcunq; generalis, vel vniuersalis nunquam comprehendit illud, de quo disponens non posset in specie disponere. Anchar.*cons.*155. *Optimis rationibus.num.*10. Vide, *Vniuersalis alienatio,*
*& dispositio admittit multa prohibita, & quando secus. Concluſ.*248. † Ex- 17
tende; quia non comprehendit ea, de quibus specialis mentio est facienda. Vide, *Intestatus dicitur etiam, qui fecit testamentum. Concluſ.*
336. † Amplia; quia dispositio generalis non comprehendit per- 18
sonas exemptas. Soein.*consil.* 74.*numer.*11.*libr.*1. † Extende; quia 19
non veniunt prohibita, & ea, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam. Alexand.*consil.*59.*lib.*1. Ruin.*consil.*127.*lib.*4. † Amplia et- 20
iam in dispositione legis generalis; quia non comprehendit casum priuilegiatum. Vide plene Ant. Gabriel.*lib.*6.*tit.de legibus. Concl.*1.
Lex generalis. † Amplia; quia non comprehendit casus speciales 21
contra obseruantiam iuris concessos; ideo nisi fiat eorum specialis mentio in concessione, vel dispositione generali, non continentur. Matius Anguissol.*cons.*1.*n.*7. Vide, *Expressio individua, & specialis quãdo*
*requiratur. Concl.*652 Vide, *Generalis dispositio non extenditur, neque com-*
*prehendit multa. Concluſ.*31. Vide, *Mandatum generale ad quæ extenda-*
*tur, vel non. Concluſ.*50. Vide, *Nota speciali digna si non exprimuntur, non*
*comprehenduntur. Concluſ.*68. Vide, *Obligatio generalis non comprehen-*
*dit prohibita alienari. Concluſ.*36. Vide, *Verba in quibus necessaria vltra*
*consensum. Concluſ.*84.

Dispositio generalis loquens de præsenti, quando trahatur ad futura, vel non. Concluſ.491.

DISPOSITIO † fauorabilis, quod creditores possint agere 1
contra suos debitores, certo fauorabili modo, nedum comprehendit debitores, tempore dispositionis de præsenti loquentis, sed etiam futuros debitores includit. Calder.*cons.*1. *An prouisio, de consist.*
Vide, *Fauorabilis dispositio late interpretatur. Concluſ.*89. † Amplia in 2
priuilegio exemptionis decimarum concesso, vt etiam possessiones postea acquisitas comprehendat, licet exemptio sit indefinite concessa pro omnibus bonis, & possessionibus. *cap. quia circa, de priuil.* Vide, *Emptio generaliter concessa ad futura extenditur, & quando non.*

Con-

Conclus. 560. Vide, *Priuilegium pro bonis priuilegiati non extenditur ad*
3 *futura, & quando secus. Conclus.* 735. † Amplia in obligatione bonorum; quia etiam bona futura comprehenduntur, licet indistincte solum omnia bona fuerint obligata. *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* Abb.
4 *consil.* 103. *colum. fin. in princip. lib.* 2. † Declara; quia vbi agitur de modico præiudicio obligationis bonorũ, veniunt futura; secus, si agatur de magno præiudicio, prout translationis, seu donationis bonorum. Abb. *d. consil.* 103. *colum.* 3. *in fin. num.* 4. *ver. sed dubitari posset. libr.* 2. vbi extendit, etiamsi ageretur de translatione bonorum ad fauorem Ecclesiæ; quia futura bona non veniunt & in fin. consilij restringit, nisi consuetudo esset in contrarium, quando oblatio, & donatio fit
5 Ecclesiæ, vel loco pio non religioso. † Amplia in eo, qui facit pactum de non officiendo luminibus vicini, vt etiam ad lumina futura
6 se extendat pactum. *l. si seruitus. ff. de ser. vrba. prædio.* † Amplia in omni materia, & prouisione iuris; quia licet prouisio fiat per verba de præsenti generalia; tamen semper extenditur ad fauorabilia futura, quando ius tertij non offenditur. Calder. *consil.* 1. *per totum*, & in
7 fin. allegat gloss. *in l. fin. C. qua res pignor. oblig. poss.* Vide, *Verba legis de præterito quando includant futura, vel non. Conclus.* 114. † Amplia; quia mandatum ad causas moras, & mouendas deuolutas, extenditur etiam ad deuolutas postea, & in futurum, licet verbum, *deuolutas*, respiciat tempus præsens. Rota in *nouiss. decis.* 1. *de procur. Fuit dubitatum.*
8 *ver. sed pone*, alias 19. † Amplia in rescripto impetrato super bonis impetrantis, q extenditur etiam ad bona acquisita ante litem contestatam. Rota in *nouiss. decis.* 19. *de rescript. Commissio impetrata super*
9 *bonis*, alias 176. † Amplia in rescripto impetrato per electum contra se opponentes electioni; quia licet sit restrictum ad se opponentes; tamen extenditur etiam ad illos, qui post rescriptum se opposuerint. Innocent. *in cap. dilecti filij. in princ. ver. aliquando autem, de ex-*
10 *cept.* vbi quod præsens confusum præsentis non tenet vsum. † Amplia, quando dispositio est facta per verba infinitiua importantia omne tempus; quia talis dispositio etiam trahitur ad futura. Bellon.
11 *cons.* 5. *num.* 9. *ver. priuo quoniam.* † Extende, vt procedat, quando dispositio est facta per verbum extensiuum, prout est verbum, *potest*; quia licet sit temporis præsentis; tamen etiam refertur per extensionem ad futura. Curt. Iun. *consil.* 109. *num.* 18. *lib.* 1. sequitur Bellon. *d.*
12 *cons.* 5. *num.* 11. † Declara, nisi verbum, *potest*, adijceretur alicui qualitati, vel extra substantiam. Vide, *Dispositio omnis inspicitur, & interpre-*
13 *tatur, prout verba diriguntur. Conclus.* 497. † Extende, quando verba dispositionis habent tractum successiuum, vt conferatur dispositio in tempus mortis, vt si quis disponat, si decesserit sine filijs, de bonis suis; quia videtur trahi ad futura. Bellon. *consil.* 5. *num.* 11. *& sequen.*
14 *ver. facit quia.* † Extende; in legato facto filiabus Titij; quia ad omnes filias se extendit etiam, quod haberet aliquas tempore legati, & alias etiam ex secunda vxore habuerit postea. Bald. *consil.* 23. *Quidam*
15 *Salimbene, in* 2. *dub. lib.* 4. † Amplia, quando id, super quo disponitur, vel contrahitur, est quid vniuersale, vt peculium, & hæreditas; quia veniunt futura. Bald. *dict. cons.* 112. *numer.* 4. *ver. item per hoc facit.*
16 *lib.* 2. † Extende in concessione facta sub nomine collectiuo, prout collegio, ciuitati, & similibus. Alexand. *cons.* 178. *num.* 19. *versic. non*
17 *obstant verba. lib.* 2. † Amplia in dispositione legali indefinita; quia extenditur ad futura. Angel. *cons.* 261. *nu.* 5. vbi, quod fallit interdum
18 multis casibus. † Limita, si materia sit odiosa, vel contra iustitiam, vel offendatur ius tertij; quia prouisio quantumcunque generalis per verba de præsenti non se extendit ad futura. Io. Calderin. *d. cons.* 1. *de*
19 *constit. in fin. & per totum.* † Limita, nisi adsit dictio taxatiua, *tantum*, vel alia restrictio; quia tunc non extenditur dispositio ad futura, si loquitur de præsenti taxatiue. Ægid. *decis.* 575. *Procurator*, alias 30.
20 *de procurat.* † Limita in rescripto ad omnes causas motas, & mouendas; quia non extenditur ad lites exortas post rescriptum, & sic non extenditur ad futuras. Rota *decis.* 18. *de rescript. in nouiss. Com-*
21 *missio impetrata super causis*, alias 148. † Limita regulariter; quia dispositio omnis generaliter facta, intelligitur, & restringitur ad præsentia, & non ad futura, quod procedit in omni dispositione. *l. si ita. ff. de auro, & argen. leg.* Felin. *in cap. fin. colu. fin. de constitut.* quando tractatur de præiudicio disponentis; & ideo donans omnia bona sua, intelligitur donare præsentia, & non futura in dubio, secundum
* communem * opinionem. Vide, *Donatio omnium bonorum non com-*
22 *prehendit præsentia, & futura, & quando secus. Conclusio.* 649. † Declara, vt per Bartol. in *d. l. si ita. ff. de aur. & argen. legat.* † Extende in
23 exemptione concessa pro bonis, ne quis soluere teneatur onera; quia intelligitur de bonis tempore exemptionis. Bald. *consil.* 112. *De*
24 *generali natura. num.* 3. *ver. venio ad secundum. lib.* 2. † Idem est in exemptione pedagij; quia de eo, quod tempore exemptionis colligebatur, censetur facta exemptio. Bald. *consil.* 112. *numer.* 3. *versic. &*
25 *idem in pedagio. libr.* 2. † Extende, vt idem sit in venditione omnium bonorũ; quia intelligitur solum de præsentibus tempore venditionis, non de futuris. Bald. *d. cons.* 112. *ver. venio ad secundum. num.* 3. *lib.* 2. † Extende, vt idem sit in sententia; quia si quis condemnatur 26
saluo statu personæ in confiscationem omnium bonorum, non trahitur ad futura. Bald. *d. cons.* 112. *nu.* 3. *ver. & idem in sententia. lib.* 2. † Ex- 27
tende, vt idem sit in treuga, vel pace facta; quia si vna pars se obligat non receptare bannitos alterius partis, intelligitur de bannitis, qui erant tempore obligationis, non autem de bannitis post, nisi esset obligatio reciproca. Angel. *cons.* 261. *per tot.* sequitur Bellon. *cons.* 28
5. *num.* 14. † Restringe, quando actus, qui alias esset odiosus, & præiudicialis, est reciprocus; quia tunc non dicitur odiosus, neque præiudicialis, & propterea extenditur, si alias verba possunt importare extensionem. Bellon. *d. consil.* 5. *num.* 13. *& seq.* vbi multa de hoc. & *num.* 14. vbi ponit diuersa exempla. Vide, *Dispositio reciproca habet multa specialia. Conclus.* 498. † Limita in renunciatione facta per 29
verba de præsenti, vel indefinita; quia non trahitur ad futura. Bartol. in *l. qui Romæ. §. duo fratres. num.* 18. *in* 5. *quæstio. versic. aduerte. ff. de verb. obligat.* & est communis * opinio. Socin. *consil.* 151. *numer.* 18. *lib.* * 2. Alexand. plene *consil.* 17. *In occurrenti. num.* 26. *ver. nunc restat. libr.* 2. † Extende, vt procedat, etiamsi adsint verba de futuro; quia restrin- 30
guntur ad futura ex causa de præsenti, si possunt verificari; aliàs tunc futurum ius absolutum comprehendunt. Bartol. *d. §. duo fratres, in* 6. *quæst. num.* 19. & est communis * opinio, Grat. *cons.* 60. *num.* 6. *lib.* 1. Vi- * de Gabriel. *de fideicomm. conclus.* 1. *num.* 5. *& seq.* † Extende etiamsi ad 31
sit iuramentum; quia nihilominus ad ius de futuro habens causam de præsenti refertur, si potest verificari, vt supra. Bolognet. *d. §. du-*
ui. num. 154. vbi dicit * communem. † Limita; quia legatum si est * 32
factum, *quicquid mihi debet Titius, lego Sempronio*; non venit in legato debitum Titij, cuius nondum venit dies. Bald *in l. si ita scripsisset. ff. de* 33
leg. 2. † Restringe; quia non habet locum, imò venit debitum, cuius nondum venit dies, quando non potest verificari legatum in alio; quia non debet aliud. Alex. *cons.* 163. *Visis narratis, num.* 6. *ver. accedit*;
quia nullum testamentum. lib. 7. † Restringe; quia clausula derogatoria 34
testamenti, quæ habet verba de præterito, extenditur ad futura, quãdo nullum aliud testamentũ præcedebat, vt nõ sit superuacua. Alex. *d. cons.* 163. *nu.* 5. *in fin. n.* 6. *ver. accedit. lib.* 7. † Limita in donatione, vel 35
translatione bonorum suorũ, vel bonorum omnium; quia cum agatur de magno præiudicio, non comprehendit futura. Abb. *cons.* 103. *Circa personarum, col.* 3. *in fin. n.* 4. *ver. Sed dubitari posset, lib.* 2. † Extende 36
etiamsi donatio, vel translatio fieret ad fauorem Ecclesiæ, vel religionis, quando persona non mutat statum. Abb. *d. cons.* 103. *nu.* 4. *ver. Sed dubitari posset, lib.* 2. † Restringe, quando donatio, vel oblatio om- 37
nium bonorum fieret Ecclesiæ religiosæ, seu monasterio; quia ex quo fit mutatio status personæ; tunc veniunt omnia bona præsentia & futura. † Declara tamen; quia si donatio, seu oblatio fieret de 38
persona, & omnibus bonis Hospitali, vel loco pio, seu Ecclesiæ seculari; quia non contingit mutatio personæ, sed retinet statum pristinum, non veniunt futura, nisi consuetudo Ecclesiæ, vel Hospitalis sit in contrariũ. Abb. *d. cons.* 103. *in fi. n.* 5. *ver. Nunc attingam. lib.* 2. Vide,
Legati verba dubia quando late intelligenda, vel non. Conclus. 58. Vide, *Lex noua respicit futura, & quando ad præterita. Concl.* 264. Vide, *Verba præsentis temporis exponuntur quandoq; de præterito, vel de futuro. Conclus.* 113. *cum tribus Conclus. ibi prox. seq.*

Dispositio loquens de futuro, quando habet locum in præsentibus, vel futuris. Conclus. 492.

DISPOSITIO † seu mandatum Papæ, per quam mandat 1
prouideri in tali Ecclesia de prima vacatura, verificatur etiam in vacante tempore datæ, si Papa ignorabat vacationem; secus si sciebat Alex plene *cons.* 146. *In causa & lite. nu.* 5 *ver. & per hoc dicitur, lib.* 5. vbi ponit plura similia. Vide plenius, *Ratificatio ex multis factis inducitur. Conclus.* 11. *num.* 17. *& seq. & num.* 27. *& seq.* † Contrarium fa- 2
cit; quia si emphyteuta, qui alienauit emphyteusim, sine licentia Domini, & propterea cecidit, licet petat, & obtineat à Domino licentiam vendendi emphyteusim; non tamen talis licentia de futuro trahitur ad venditionem iam factam, quam Dominus ignorabat, quia non sibi præiudicasset in caducitate iam causata; secus si sciuisset; quia censeretur remisisse caducitatem. Alexand. *d. cons.* 146. *In causa, & lite, numer.* 8 *ver. emphyteuta libr.* 5. vbi idem dicit in feudatario, & ibi apostilla in *ver. Ignorabat.* † Declara; quia facilior est re- 3
missio pœnæ committendæ, quam remissio pœnæ iam commissæ; & prima conclusio procedit, vbi non agitur de pœna aliqua, contrarium, quando agitur de pœna. Alexand. *dict. consil* 146. *num.* 8. *ver. Tamen dicit ipse, lib.* 5. † Extende; quia si quis nomine meo sine man- 4
dato obtinuit ad fauorem meum fideiuberi, si postea constituo illum procuratorem meum, videor ratificare fideiussiones præstitas, & gesta ab eo. Alex plene *d. cons.* 146. *numer.* 9. *& seq. ver. Fortificantur, lib.* 5.

5 *lib.5.* †Amplia è conuerso, quia licet actus agentium non operentur vltra intentionem eorum; tamen si ingredior possessionem rei animo conseruandi rem à me possessam, & non possiderem; tamen ille actus iterabitur ad acquisitionem de nouo. Alexand. *cons.* 146. *In causa, & lite. ver. Comprobatur, lib.5 num.11. & seq.* vbi apostil. *in ver. nouo,* * vbi tam Alexand. quam apostilla dicit * communem, & *nu.*16. dicit
6 idem è conuerso multo magis. † Extende; quia ratificatio facta de aditione facta per filium, inducit mandatum ad adeundum, si non adiuit. Alex. *d. cons.* 146. *n.*11. *ver. Pro hac conclusione, lib.5.* vbi ponit alia
☞ similia exempla. Vide, *Verba futuri temporis non includunt præteritum,*
7 *vel præsens. Concl.*116. † Amplia; quia multoties verba legis de præterito necessario important præsens, vt in verbis Notarij, qui dicit in instrumento, *habuit, vel numerauit,* intelliguntur tunc tempore celebrati instrumenti; quia alias delinqueret Notarius in officio; quia non potest rogari, neque attestari, nisi de ijs, quæ vidit, vel audiuit tempore rogitus. Alex. *cons* 178. *Viso processu, num.*4. *ver. & illa verba. &*
☞ *consil.*179. *nu.*3. *& seq. lib.*7. Vide, *Verba de præterito quando inducant futurum. Concluſ.*114.

Dispositio non habet locum, vbi verba non conueniunt. Concluſ. 493.

1 DISPOSITIO † non habet locum, vbi verba non conueniunt dispositioni. Bart. *in l.*4. §. *toties, ff. de damn. infect.* Gemi. *cons.*65. *in prin. ver. secunda pars.* Bald. *consil.*486. *Istud est ordinamentum circa princip. versicul. secundo probatur, libr.*2. Alexand. *consil.*17. *Requisitus, num.*2. *lib.*1. Decian. *consil.*9. *numer.*24. *libr.*1. *l. Gallus,* §. *& bene verba se habent, ff. de liber. & posthu.* Io. de Imo. *consil.*9. *in princip.* Castrens. *cons.*85. *Visis in princip. lib.*1. *& consil.*154. *Super primo quæsito in princip. libr.*1. Rom. *consil.*197. *Franc. in princip. ver. Neque præmissa. & cons.*199. *in princip. &* 442. *num.*2. *&* 462. *Quoad propositum, in fin.* vbi plenissima apostilla in *ver. Dispositio* citat pene infinitos, quos videas. Alexand. *cons.*17. *Visis nu.* 8. *ver. vltimo, lib.*2. † Item dispositio legis non adaptatur ad casum, ad quem
2 verba ipsius legis non adaptantur. Alexand. *cons.*199. *Perspectis n.*1. *in*
3 *fi. ver. Item quia dispositio li.*6. † Extende in saluo conductu; quia si verba non conueniunt, non habet locum dispositio; si vero conueniũt, secus est. Castr. *cons.*431. *Ci quæritur, col.*3. *in princip. ver. Cum igitur, lib.*1.
4 † Et statutum loquens de pœna trahentis ciuem coram iudice delegato non habet locum in ordinario; quia verba non conueniunt.
5 Roman. *consilio* 197. *Franch. in princip. verficulo neque præmissæ.* † Extende in statuto, & gridis, & bannimentis. Alexand. *consil.*212. *Ponderatis*
6 *ius, in princip. lib.*6. † Et ideo statutum disponens, quod ad petitionem consanguineorum pupilli detur adiunctus tutori, debet verificari de pluribus consanguineis, & non de vno, maxime, quando statutum est contra ius, vel formale; quia verba loquuntur de pluribus, & ad verificationem non sufficit, quod vnus solus petat. Petr. de Anchar. *cons.*36. *Visa quadam petitione, num.*3. *versic. Sed in casu nostro.*
7 † Et statutum excludens filiam dotatam, & non dotatam à patre, vel auo stantibus masculis non habet locum in dotata à fratre; quia cum statutum intelligat de dotata ab eo, de cuius hæreditate agitur, non conueniunt verba, nec dici potest non dotata; ideo statutum non habet locum. Petr. de Ancharan. *cons.*80. *num.*8. *ver. Simili-*
8 *ter non videtur.* † Et statutum disponens assassinum reputari, qui pretio, vel promissione accepta aliquem interfecerit, non habet locum, vbi verba proprie non conueniunt, veluti si pecunia non interuenit; qua appellatione pietij proprie de pecunia intelligitur. Baldus
9 *consilio* 98. *Bertonus de Couo, in princip. libr.*1. † Et statutum, quod ex equutio sententiæ non possit impediri à tertio, nisi possideat rem, de cuius exequutione agitur, non habet locum, quando agitur de exequutione in nomine debitoris, quod non possidetur; quia verba non conueniunt. Alexand. *dict. consil.*17. *in princip. & per totum, lib.*1.
10 † Et statutum loquens de præscriptione actionis ex contractu, non habet locum in alia actione etiam ex quasi contractu; quia verba
11 non conueniunt. Alexand. *cons.*8. *Visis, in fin. nu.*28. *lib.*3. † Et statutum loquens de ciue, intelligitur de vero, & naturali; igitur dispositio non habet locum in ciue ex priuilegio; quia verba non conueniunt. Alexand *cons.*160. *Viso processu, in princip. lib.*5. & loquitur in statuto odioso, & exorbitanti, forte in materia fauorabili non procederet.
12 † Et statutum loquens de præmio dando facienti inuentionem, quæ intelligitur cum captura non habet locum in nuda inuentione; quia verba non conueniunt. Alexand. *cons.*216. *Ponderatis, num.*7. *versicul. &*
13 *pro hoc etiam, lib.*6. † Amplia in casu contrario; quia vbi verba conueniunt, semper statutum procedit. Signor. *cons.*207. *In quæstione præsentibus alligata, in princip.* Barbat. *cons.*71. *lib.*2. *in princip. ver. Item sumus extra.* Castrens. clare *cons.*85. *Visis dictis ordinamentis, libr.*1. *in princ. & cons.*
431. *Si quæritur. col.*3. *in princ. ver. Cum igitur, lib.*1. Bart. in *quæst.*15 *Statuto ciuitatis Lucanæ, in princip.* Ang. Aret. *cons.*31. *Viso supradicto nu.*2. *& seq.*
† Declara; quia procedit ampliatio, nisi verba quæ videntur conue- 14
nire, vel conueniunt, à iure recipiant declarationem, vel limitationem. Bart. *d. q.*15 *in ver. Solutio, vol. fin. in princ. ver. Ad argumenta.* † Facit 15
quia contrariorum eadem est disciplina. Vide, *Contrariorum eadem est, &c. Concl.*1013. † Et quia valet argumentum à contrario sensu di- 16
recto. Vide, *Argumentum valet à contrario, &c. Concl.*498. † Amplia; ☞ quia vbi deficit qualitas, cuius respectu aliquid disponitur, cessat 17
dispositio. Crauett. *consil.*202. *numer.*31. *versiculo quarto respondeo.* † Et 18
qualitas debet adesse secundum tempus verbi, cui iungitur, alias dispositio non habet locum; quia verbis non conuenit. Roman. plene *dict. consil.*442. *num.*2. † Extende in statuto; quia nisi qualitas pro- 19
betur requisita à statuto, statutum non habet locum Decian. *consil.*
33. *num.*27. *lib.*1. vbi late. † Extende etiam, si plures sint qualitates re- 20
quisitæ ad dispositionem; quia omnes debent verificari. Decia. *cons.*
70. *in princ. lib.*2. † Amplia; quia constitutio Episcopalis (prout Bo- 21
noniæ) priuans beneficiatos curatos non residentes propter insolentiam eorum, non habet locum in eo, qui ex probabili causa, & non insolens erat absens; quia verba non conueniunt. Cardin. Zabarell. *consil.*132. *in princip. duo sunt videnda.* † Amplia; quia dispositio facta 22
sub conditione cessat, si conditio deficit. Decian. *consilio* 103. *num.*2.
*lib.*2. vbi dicit * communem. † Amplia; quia si statutum dat formam * 23
in proponenda exceptione cedendarum actionum in casibus, in quibus cessio debet fieri vigore statuti, non habebit locum in exceptione competente de iure communi; quia vbi verba non conueniunt, &c. Rom. *d. cons.*462. *nu.*4. *ver. quoad secundum,* vbi plena apostilla *in ver. dispositio.* † Amplia; quia statutum disponens de omni con- 24
tractu solui gabellam ad rationem sex denariorum pro libra, non habet locum in contractu rei inæstimabilis, quæ non potest reduci ad libram; quia verba non conueniunt. Roma. *consil.* 434. *in princip.* vbi apostilla *in ver. inæstimabili.* † Amplia; quia procedit, etiamsi 25
verba de iure considerata conueniant, licet de facto non conueniant; quia sufficit, quod de facto non conueniant, quando iumus in dispositione vniuersali, & conditionali; quia tunc verba legis ad factum merum applicantur, ita pulchre Roman. *consil.*199. *Præsens statuti, in princ.* † Amplia; quia dispositio, quæ præsupponit aliquid, 26
puta vxorem habere filios, non verificatur in ea, quæ non habet filios; quia verba non conueniunt. Alexan. *cons.*17. *Visis, num.*8. *ver. vltimo. lib.*2. † Amplia; dispositio loquens in simplicibus non habet 27
locum in qualificatis mixtis, quando qualitas mixta est potentior. Roman. *consilio* 198. *In casu, quo quæritur, numer.*12. † Extende, siue qua- 28
litas sit diuersa à dispositione, loco, persona, tempore, vel rebus; quia non habet locum. Bero. *cons.*142. *num.*11. *&* 12. *lib.*3. † Amplia in de- 29
claratione; quia vbi verba declarationis non conueniunt, neq; declaratio habet locum. Alexand. *consil.*193. *Visis, & ponderatis, in fin. libr.*
7. † Amplia in constitutione; quia vbi verba non conueniunt, dis- 30
positio constitutionis non habet locum. Io. de Imol. *cons.*9. *in princ.*
† Amplia in dispositione testatoris loquente de admissione; quia nõ 31
potest aplicari ad remorionem; quia verba non conueniunt. Alex. *consil.*213. *Ponderatis, n.*6. *ver. præterea. lib.*6. † Amplia; quia statutum lo- 32
quens de cautione præstanda filijs mariti, non habet locum, si filij non extant, nec transit ad hæredes filiorum; quia hæres est persona ficta, quæ in statuto non admittitur, & vbi verba nõ conueniunt, dispositio non habet locum, neque transmittitur. Signorol. *cons.*191. *In quæstione præsuppositа, per totum.* † Amplia in regulis Cancellariæ de 33
publicandis prouisionib. expectantium in loco beneficij per omnes expectantes, exceptis residentibus in curia Romana; quia sufficit publicatio facta in officio contradictarum; quia non sufficit, quod residentes in concilio publicent in officio contradictarum concilij; quia cessant verba regulæ, seu non conueniunt, ita Rom. *cons.*337. *Quoad primum. n.*6. *in fi. & seq. ver. quoad secundum.* † Extende; quia non suffi- 34
cit, quod adsit eadem ratio, quando verba non conueniunt, & sumus in exceptione. Rom. *d. cons.*337. *nu.*8. *vers. præterea.* † Limita; quia 35
sufficit, quod conueniat mens & ratio; ideo si statutum dicat, quod conducens & præsentans bannitum officiali consequatur ta'e præmium, si quis capiat bannitum, & consignet birruarijs, qui conducunt, & præsentant officiali, capiens habebit præmium. Bald. *consil.*
64. *Factum sic se habet. lib* 2. sed caue; quia Bald. astute loquitur, quia dicit, quod officialis exequutor non consequitur aliquid propter necessitatem officij; sed tamen non concludit, quod habeat alter, qui cepit, licet verba non conueniant. † Extende; quia statutum, 36
vel dispositio, quod exactori Cameræ soluantur tot denarij pro libra, habet locum ex mente, etiam pro rata, quæ non ascendit ad libram, & habet locum, etiamsi bona per æstimationem ad libram reducibilia sunt exacta; imo etiamsi steterit per creditorem, non per exactorem; quia mens attenditur, licet verba dispositionis non conueniant, plura Roman. *consil.* 434. *In quo quæritur, per totum.* † Ex- 37
tende, si statutum imponat pœnam extrahenti pecudes, vel agnos

extra

extra territorium, videlicet 25. librarum pro quolibet centenario; tamen si quis extraheret 30. agnos, tenetur ad pœnam pro rata. glos. *in cap. 1. de decim. in ver. primitijs.* Hostiens. & Anton. de Burr. ibidem.
38 † Extende in gabellis, quia si statutum disponat, quod pro qualibet libra soluantur denarij quatuor, soluenda erit, etiamsi nõ ascendat ad libram. Bertach. *tract. gabell. in 2. parte 8. partis princ. quæst. 4.* & potest dici, quod verba adaptantur saltem implicite, cum quantitas æstimationis semper insit rei æstimabili, glos. *in auth. generaliter*, & ibi Bald. *C. de Episc. & Cleric.* facit text. *in l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fi-*
39 *deiuss.* † Limita in casu conuerso; quia vbi verba conueniunt, ibi habet locum dispositio statuti. Castrens. *consil. 154. Super primo quæsito, in princip. lib. 1.* & idem repetit *cons. 14. num. 2. versic. cum igitur. lib. 2.* Vide, *Verba attendenda & vbi non conueniunt, dispositio non habet locum. Conclus. 89.* Vide, *Præsuppositum debet adesse, & verificari, vt dispositio procedat, & quando secus. Conclus. 636.*

Dispositio limitata non extenditur, & quando secus. Conclus. 494.

1 DISPOSITIO † limitata, & restricta ad certum tempus non habet locum post tempus; ideo liberatio relicta tutori durante tutela, non extenditur post tutelæ tempus. Perr. de Ancharan.
2 *cons. 118. Casu talis est, pater habens, in princip. versicul. circa primum.* † Et prætendens fructus primi anni beneficii vacantis ex priuilegio speciali, si illos ex aliqua causa non potest obtinere, non consequitur fructus alterius anni, quia priuilegium consumptum est. Ancharan.
3 *consil. 328. numer. 2. incip. Factum tale.* † Amplia, vt idem sit, si testator grauauit pupillum habitare cum tutoribus; quia finita tutela non compellitur cum curatoribus habitare. Petr. de Ancharan. *dict. consil.*
4 *118. num. 4. versicul. circa tertium, vsque in fin.* † Amplia in pacto de retrouendendo vsque ad certum tempus; quia lapso tempore non durat tale pactum, nisi interuenerit oblatio, & depositum in tempore.
Bald. *consil. 108. Iste, qui promittit. lib. 5.* Vide, *Pactum de retrouendendo*
5 *quamdiu durat. Concl. 30.* † Amplia in delegatione. Cephal. *consil. 284.*
6 *num. 13. lib. 2.* † Amplia in rescripto, & iurisdictione concessa limitate; quia siue limitatio sit circa personas, siue circa res, siue circa locum, siue circa tempus, siue circa causas, aut qualitates, aut quantitates ipsarum causarum, non extenditur vltra casum limitatum. An-
gel. *consil. 138. Visis omnibus, in princip.* Vide, *Rescriptum de vno non*
7 *extenditur ad aliud. Conclus. 213.* † Amplia in liberatione limitata; quia limitatum producit effectum. Angel *consil. 226. Punctus talis est, in fin.*
8 † Amplia in commissione iudicis limitata; quia limitatum producit effectum. Signorol. Homod. *consilio 57. Creditor volens, numero 5.*
9 † Amplia; quia dispositio qualificata, vel secundum certam formam, excludit omne quod non est qualificatum, & secundum illam
10 formam. Dyn. *consil. 27. Quæstio, & articulus, in princip.* † Amplia; quia obligatus tueri socium si turbetur in suo territorio non tenetur extra territorium; quia qualificata promissio non extenditur. Signo-
11 rol. *cons. 59. Factum sic se habet, in fi. & per totum.* † Declara, seu restringe; quia si facta est deprædatio in territorio per inimicos, quæ est abducta extra territorium, ex æquitate tenetur tueri, ex quo in territorio est facta. Signorol. *dict. consil. 99. per totum*, vbi in fin. ita di-
12 cit de æquitate. † Amplia; quia limitata causa limitatum producit effectum. Corn. in *l. admonendi num. 4. ff. de iureiuran. l. in agris. ff. de*
13 *acquiren. rerum domin.* † Extende in consensu in alienatione limitate præstito; quia limitatum habet effectum, vt per Iason. in *l. si fun-*
14 *dum per fideicommissum. numero 20. ff. de leg. 1.* † Extende in exceptione limitata; quia limitatum producit effectum, Decian. *consilio 33. nu-*
15 *mero 55. libr. 1.* † Extende in renunciatione, quia non extenditur
16 vltra limites expressos. Decian. *consilio 19. numero 58. libro 3.* † Extende, vbi est taxatiua dictio, dicitur esse limitata causa, quæ limita-
17 tum producit effectum. Decian. *consilio 3. numero 22. lib. 2.* † Extende
18 in libello. Roland. à Valle *consil. 41. nume. 16. lib. 3.* † Extende in donatione limitata. Roland. à Vall. *consil. 58. num. 3. lib. 3.* Vide, *Approba-*
tio personæ alicuius non extenditur ad aliam. Conclus. 432. Vide, *Inclusio vnius est exclusio alterius. Conclusio. 71.* Vide, *Limitatio legis in vno casu non extenditur ad alium. Conclus. 356.* Vide, *Verba determinata, & restricta non extenduntur, & quando secus. Conclus. 125.*

Dispositio ordinata per vltimam voluntatem, an possit fieri inter viuos, & è contra. Conclus. 495.

1 HABENS † facultatem disponendi in vltima voluntate de scutis 600. ad fauorem certæ personæ, potest etiam disponere in vita, si velit; quia fauori suo potest renunciare. Rom. *cons. 452. Cir-*
2 *ca primum, in princip.* † Extende; quia hæres rogatus restituere post certum tempus hereditatem certæ personæ, vel ex Trebelliano post mortem, potest etiam ante mortem, & sic inter viuos restituere. Roman. *dict. consil. 452. in princ. ver. secundo idem*, licet dicat tunc non transire iura ex Trebelliano, sicut si post mortem restitueret. † Restringe; 3
quia si habens facultatem disponendi post mortem ad fauorem incertarum personarum, puta pauperum, disponat in vita sua, & inter viuos, non valet dispositio, & non liberatur. *l. cum pater. §. à filia. ff. de leg. 2.* Roman. *dict. consil. 452. num. 3. ver. tu tamen non obstantibus*, quia forte is, qui disposuit inter viuos, non extabit tempore mortis; vbi a-
postill. prima dat conc. & contrarios. † Restringe; quia rogatus re- 4
stituere sub conditione, vel post mortem etiam pluribus certis personis, si restituat inter viuos, & ante conditionem, non liberatur; quia potest esse, quod vnus solus superfit tempore conditionis, vel mortis, & sic tenebitur pro mortuis, quibus restituit. *l. filius familias. §. diuus Seuerus. ff. de leg. 1.* Roman. *d. consil. 452. num. 4.* vbi apostill. in *ver. Seuerus.* † Restringe, quando quis grauatur restituere post mortem, vel in diem, in præiudicium tertij; quia non potest præuenire. *l. vxo-*
rem. §. Seia. ff. de leg. 3. Rom. *dict. cons. 452. circa fin. ver. vltimò.* † Declara 5
tamen restrictiones; quia si fieret restitutio inter viuos, quæ debet fieri post mortem; valebit, quatenus restituens non pœniteat, & illi, quibus est facta restitutio, supersint post mortem eius, qui restituit Rom. *d. cons. 452. in fi. ver. dico tamen.* Vide, *Contractus differt ab vltima*
voluntate in multis Conclus. 993. Vide, *Donatio facta præsenti dicitur in vim contractus, & non valet in vim fideicommissi. Concl. 639.*

Dispositio conditionalis, vel qualificata non probat, vel disponit, & quando secus, Conclus. 496.

DISPOSITIO † conditionalis, vel qualificata non probat, ni- 1
si conditio, vel qualitas probetur; ideo statutum disponens contra ius commune certo casu, non habet locum, nisi probetur existentia talis casus. Bald. *cons. 399. Quod non sit. numer. 5. lib. 5.* † Amplia; 2
quia sententia condemnans ad restitutionem dotis, quam maritus recepit, non habet authoritatem rei iudicatæ. *l. 1. & 2. C. de sent. quæ-*
ne certa quantit. Vide, *Conditio nihil ponit in esse, & qualiter procedat. Conclus. 591.* Vide, *Qualificata dispositio ad qualitatem restringitur. Con-* 3
clusio. 52. † Amplia; quia legatum factum de eo, quod legatario debetur, non valet, nec operatur aliquid. *l. 3. C. de falsa causa adiecta.*
† Amplia; quia exeptio omnium Ecclesiarum, quæ sumpserunt or- 4
dinem S. Benedicti, nihil operatur, nisi constet, quæ Ecclesiæ sumpserint ordinem. Feder. de Sen. *cons. 64. num. 2. in vlt parte*, & in addit. ibi in *ver. priuilegiis.* Vide, *Incertitudo non habet consensum, & quando in*
certum dicatur. Conclusio. 64.

Dispositio omnis inspicitur, & interpretatur, prout verba diriguntur. Conclus. 497.

OMNIS † dispositio recipit interpretationem ab intentione, 1
vt attendatur id, ad quod verba diriguntur; & ideo *clemen. eos, de consang. & affinit.* excommunicans contrahentes scienter matrimonium in gradu prohibito, non habet locum in ijs, qui contraxerunt ignoranter, licet post scientiam non fecerint separationem thori; quia verba *clem.* non puniunt incestum, vel cohabitationem, sed contractum matrimonij. Gemin. *cons. 71. Ad primum, in princ.* Zabar.
consil. 132. in princip. vbi dicit hanc veriorem. † Extende idem in sta- 2
tuto puniente contrahentes secundum matrimonium cum copula durante primo, vt puniat contractum cum copula, non autem continuationem post Petr. de Anchar *cons. 4. Statuto cauetur. nu. 9. ver. præ-*
terea aduertendum. † Non enim est curandum, cum quo verba sint 3
prolata, sed in quem intentio, & iuris dispositio sit directa. *l. miles. §.*
pro parte. ff. de leg. 2. Castr. *cons. 252. Viso puncto, col. 2. in princ. lib. 1.* † Am- 4
plia; quia licet legatum factũ de re consumptibili impleatur ex præstatione rei legatæ, licet res consumptibilis extinguatur ante implementum; tamen si dispositio legantis non dirigitur ad rem consumptibilem, sed ad vsum perpetuum, res consumptibilis debet perpetuo manuteneri; quia attẽditur dispositio ad quid dirigatur. Gemin.
consil. 70. per totum. Vide, *Legatum perpetuum rei consumptibilis quali-*
ter debeatur, perpetuo, vel semel. Conclus. 84. † Amplia; quia facta di- 5
uisione inter Dominos Mediolani, conuenerunt, quod condemnationes fiendæ applicentur illi Domino, in cuius territorio delictum est commissum, si erat delictum commissum, & ceptũ procedi ante diuisionem, spectabit condemnatio Domino, post diuisionẽ; quia verba respiciunt condemnationem, non delictum, & sic attenditur tempus condemnationis, in quam verba diriguntur. Signor. *cons. 105.*
per tot. † Amplia in reseruatione Papæ de beneficijs vacaturis; quia 6
non includit beneficia creata post reseruationem, ex quo verba præsupponunt beneficiũ subesse tempore reseruationis, ex quo dispositio dirigitur ad beneficia existentia vacatura. Gemi. *cons. 69. ver. ita*

ta secun-

7 *ta secundum num. 4, vsque in fin.*. † Declara, vt idem sit, quando Papa in gratia præseruat gratias factas graduatis, vel gratias graduatorum; quia intelligitur de gratiis existentibus tempore præseruationis, sed si præseruat, quod non præiudicet graduatis; tunc sufficit, quod persona graduata sit in esse, licet gratia sit posterior; quia verba diriguntur in præseruandis graduatis, non in præseruandis gratijs eorũ, ple-
8 ne Roman. *consil. 372. Non video, per totum.* † Amplia; quia verba inspici debent, vt determinent id, ad quod referuntur, non autem alia extranea. Bald. *consil. 495. Præsupposita, ver. non obstant illa verba, libr. 4.*
9 † Amplia; quia licet laici nihil possint disponere circa iuramentum; si tamen dispositio dirigitur ad personam suppositam, ne possit iurare, attenditur talis dispositio, quæ dirigitur in personam, & injicit vinculum ante iuramentum. Feder. de Sen. *consil. 281. per totum.*
10 † Amplia; quia acquirens pro Titio proinde, ac si diceret, nomine
☞ Titij; ideo Titio acquiritur; quia verba in eum diriguntur. Vide, *Emptio pro persona nomenata vel nominanda valet. Conclus. 132. num. 19. &*
11 *seq.* † Extende; quia semper inspicitur, quo nomine actus geratur,
12 *l. Gaius, ff. de solutio.* Alexand. *consil. 118. In causa, num. 13. lib. 2.* † Amplia; quia ad hoc, an statutum liget forensem, attenditur dispositio, an loquatur in rem subiectam statuentibus, an in personam; quia secundum dispositionem, de qua loquitur, & in quam dirigitur, attenditur ligamen, vel nõ ligamen. Bart. *in l. 1. C. de summa Trinit. in 6. quæst. n. 32. ver. circa primum aut statuta.* Bald. *consil. 508. Ad euidentiam præmittendum, in princip. lib. 3.* vbi hoc restringit, nisi extremum, & subiectum de quo, vel super quo statuitur, sit de territorio; quia tunc nõ attenditur, in quem verba diriguntur, licet ibi ponat multa pro vtra-
☞ que parte. Vide, *Statutum & lex non extenditur extra territorium, ne-*
13 *que ad non suppositos, & quando secus. Conclusio.* 545. † Extende; quia si prohibeantur bona alienari extra familiam ex laudo, prohibitio in rem facta, afficit rem; si verò prohibitio sit in personam; tunc non egreditur personam, & sic inspicienda sunt verba, in quem dirigan-
14 tur. Fulgos. *consil. 116. in princip.* † Amplia in priuilegio dubio, an sit personale, vel reale; quia attenditur, an concedat super re transmissibili, vel non, & an loquatur de oneribus, quæ respiciunt personam, vel potius realitatem. Bald. *consil. 355. Præmittendum est, numer.*
15 *2. ver. considerandum enim est, libr. 1.* † Et exemptio concessa Domino, & agentibus suis pro rebus Domini, non iuuat agentem Domini pro rebus proprijs; quia dispositio dirigitur circa res Domini tan-
16 tum. Bald. *consil. 492. Inter magnificos, numer. 2. libr. 5.* † Amplia; quia statutum comprehendit, & ligat forensem, quando verba principaliter diriguntur in subditum, licet executio fiat in forensem; quia quando statutum habet caput in subdito; licet procedat in extero, valet, veluti, si dicat, quod mulier cum hæreditate non nubat forensi, & si nubat, filij ex extero non succedant; quia tunc ligat forenses filios; quia dispositio principalis dirigitur in subditam mulierem, in qua dispositio operatur, licet executio in alium diffundatur. Bald. *consil. 358. Nulla mulier, num. 4. ver. illud enim, lib. 1. vsque in*
17 *fin.* † Extende, vt idem sit, quando dispositio incipit à persona subiecta, puta, quod ciuis non possit alienare forensi; quia tunc ligat; secus, si inciperet à forense, puta, quod non posset emere à ciue; quia verba sunt inspicienda, in quem principaliter diriguntur. Bald.
18 *consil. 549. numer. 8. ver. solutio, lib. 1.* † Extende; quia statutum augens, vel minuens legitimam filiorum, habet locum contra Ecclesiam, & piam causam, quando verba statuti diriguntur in testatorem, & personam subiectam, vt minus non possit relinquere. Bald.
☞ *consil. 407. In quæstione. numer. 3. ver. dicet aliquis, lib. 1.* Vide, *Statutum laicorum non comprehendit Ecclesiasticas personas, & quando secus. Conclus.*
19 *582. cum Conclus. ibi proxima seq.* † Extende; quia statutum laicorum excludens fœminas extantibus masculis, habet locum etiam in fœmina moniali effecta, quando verba statuti diriguntur in filiabus fœminis; secus, si excluderet filias professentes, vel moniales. Bald. *consil. 246. num. 2. ver. secundo quæritur, libr. 1.* Amplia; quia dispositio pœnalis conuentionis, cuius verba diriguntur contra acquirentem, non habet locum in vendente, propter directam dispositionem, etiam quod sint correlatiua. Bald. *consil. 482. Magnifici viri, nu. 2. ver. modo*
20 *potest, lib. 1.* † Amplia; quia multum refert videre, in quem statutum pœnale alternatiuum dirigat verba; quia si in iudicem, vt imponat pœnam fustigationis, vel pecuniariam, electio sine dubio est iudicis, non autem rei, prout etiamsi è conuerso verba diriguntur in reum, quod soluat centum, vel tertiam partem bonorum suorum, electio est rei, ita Clar. *in prax. crimin. § fin. quæst. 85. nu. 6. ver. tu vero*
* 21 *pro clariori*, vbi de * communi. † Amplia; quia multum refert, an verba statuti, quod vnus pro alio teneatur ad pœnam pecuniariam, loquantur & diriguntur in substantiam delicti, vel in delictum, vel in executionem condemnationis, veluti si dicat, quod pater teneatur pro delicto filij, necesse est, quod probetur delictum filij, vt pater teneatur; ideo non sufficit, quod filius sit condemnatus in contumaciam; secus, si verba statuti dirigantur in executionem condemnationis filij; quia siue in contumaciam, siue non, sit filius condemnatus, pater tenetur. Clar. *d. § fin. q. 86. nu. 9. ver. sed quæro, nunquid.* vbi dicit * communem. † Amplia in vltima voluntate; quia si testator * 22
substituit filio suo impuberi, verbum, *impubes*, censetur causa demõstrationis; secus, si verbo executiuo adijciatur, videlicet, *si decesserit impubes, substituo.* Alexan. *consil. 1. n. 5. ver. confirmatur, libr. 1.* vbi apottilla allegat Rip. *in l. Centurio, num. 140. cum seq. ff. de vulg.* † Extende; quia 23
in fideicommisso, & substitutionibus attenduntur verba, in quem dirigantur; non persona, cum qua testator loquatur, vt inducatur fideicommissum reale, si verba sunt in rem concepta; quia tunc est onus reale, quod transit ad omnes nominatos. Curt. Sen. *consil. 51. n. 23. in fin. & num. 24.* Cephal. *consil. 477. n. 45. & seq.* vbi pleniſſime. † Am- 24
plia in conditionibus; quia inspiciuntur verba conditionem importantia; quia si conditio adijcitur substantiæ legati, legatum est conditionale; si verò adijcitur solutioni, legatum est purum, & transmissibile, licet solutio sit conditionalis, & in diem. Bald. *consil. 285. Super primo, num. 4. ver. super tertio, lib. 3 & consil. 184. Præmisso statuto, lib. 1. in fin.* quod duplicatur *lib. 4. consil. 117.* vbi, quod aliud est substantiæ actus conditionem inserere, aliud quantitatis declarationem in alienum arbitrium committere, & Angel. de Perus. *consil. 58. Commune Florentiæ*, vbi, quod conditio adiecta solutioni non reddit obligationem conditionalem, sed solutionem differt in tempus conditionis. Vi- ☞
de, *Conditionalis quando dicatur institutio vel alia dispositio. Conclus. 584.*
† Extende; quia si testator legat per relatiuum respiciens substan- 25
tiam rei legatæ, videlicet, *centum lego, quæ sunt in capsa*; si non extant, non debetur legatum; si verò respicit relatiuum executionem, non annullat legatum, puta si legat centum, & vult, quod soluantur de ijs, quæ sunt in arca, si non extant, debent solui de alijs. Alexand. *consil. 216. Magister Albertus, nu. 2. & seq. lib. 7.* † Declara, vt plene 26
per Castrens. *in l. quibus diebus, § quidam Titio, numer. 3. & seq. ff. de conditio. & demonstr.* quia in contractibus conditio apposita substantiæ facit actum cõditionalem; si verò adijcitur executioni, secus est; sed in vltimis voluntatibus non refertur, an adijciatur substantiæ vel executioni; quia semper est conditionale, & non impletur, donec pendet executio, & non transmittitur, vide eum; quia reperies vbique contrarium tenentes. † Extende; quia licet relatiuum 27
adiectum substantiæ dispositionis restringat dispositionem; secus, si adijciatur executioni; ideo legans 10. quæ debentur leganti à Seio, si Seius nihil debet, non debetur legatum; quia relatiuum regitur à verbo, *lego decem. quæ &c.* & sic respicit substantiam legati; secus si dicatur, *lego 10. Titio, quæ solui volo ex ijs, quæ debet mihi Seius*; quia si nihil debet Seius, tamen debetur; quia falsa demonstratio non vitiat; & quia relatiuum respicit solutionem, non autem dispositionem. Bald. plene *consil. 151. Dubium istius quæstionis, lib. 5.* † Ex- 28
tende; quia si in voluntatem alterius confertur substantia dispositionis, & mortuo eo, in quem erat collata, finitur dispositio; si verò confetur exercitium dispositionis in voluntatem alterius, eo mortuo incipit exercitium, *l. fin. ff. qui sine manumiss. ad libert. peruen.* ita Alexand. *consil. 117. Stantibus, num. 4. ver. & propterea infert.* Bartol. *lib. 3.* vbi *num. 5.* dicit, quod non est speciale fauore libertatis, sed regulare. † Extende; quia legatum factum ad vitam legatarij non 29
efficitur perpetuum, licet testator subrogauerit in dicto legato masculum, qui præmoritur legatario; quia ista subrogatio non respicit substantiam legati facti ad vitã, sed potius executionem applicationis; secus esset, si legatum esset factum ad vitam; quatenus superuiueret is, cui facienda esset restitutio; quia si conditio respiceret substantiam legati, bene esset perpetuum deficiente conditione. Bald. *consil. 95. Considerandum est, ver. super alio, lib. 5.* † Declara; 30
quia quando in eadem oratione præsumitur, quod conditio sit apposita substantiæ, si in diuersa oratione, præsumitur apposita executioni, vt dispositio sit pura. Alexand. *consil. 134. Animaduersis, num. 22. ver. fortificatur, lib. 6.* † Extende in impositionibus onerum; quia 31
si verba respiciunt substantiam obligationis onerum, vt quilibet teneatur ad onera, quæ postea quoad solutionem distribuentur, & moriatur laicus, qui Ecclesiam hæredem fecit, tenetur Ecclesia ad onera, licet nondum solutio sit distributa; quia attenditur substantia obligationis, secus si substantia penderet; quia Ecclesia non obligaretur. Angel. *consil. 206. Inter ordinamenta, in fin. ver. longa igitur differentia.* vbi, quod differt, an substantia obligationis cesserit, an dies solutionis, vbi *num. 3.* quod declaratio retrotrahitur ad substantiam obligationis. † Extende in legatis collatis in arbitrium alienum, an 32
sint captatoria, vel non; quia si substantia legati confertur in liberam facultatem hæredis, vel tertij, dicitur captatorium, & non valet; si verò non substantia, sed quantitas legati confertur in liberam voluntatem tertij, valet, & non est captatorium. Alex. *consil. 175. Contingit, num. 4. & seq. ver. præterea*, vbi apostilla *in ver. valet, lib. 6.* † Ex- 33
tende;

tendæ; quia si testator legat omnes res, quæ sunt, & reperiri possunt Perusij, intelligitur tempore legati; quia verbum, *possunt*, licet sit extensiuum, refertur ad verbum, *reperiri*, non ad res. Bart. *inl. si ita, numer. 5. ver. pro declaratione, ff. de aur. & argen. leg.* Crauett. *in l. 1. num. 27.*

34 *ff. de leg. 1.* † Restringe, quando in eadem oratione obligatio & exequutio terminantur. Castrens. *cons. 153. in princ. lib. 1. ver. sed illæ leges*, vbi

35 quod substantiæ præsumitur adiecta, non exequutioni. † Restringe in vltimis voluntatibus quoad transmittendum ad hæredes; quia non refert, an verbum dispositiuum respiciat substantiam, vel exercitium, seu exequutionem. Alex. *d. cons. 117. num. 4. ver. nam licet, lib. 3.*

36 † Restringe, vt non procedat, quando exequutio confertur in tempus incertum; quia tunc substantia dispositionis dicitur conditionalis, etiamsi conditio respiciat solam exequutionem, vel præstationem, quando confertur in tempus incertum. Angel. *consil. 120. Domina Antonia, per totum*, maxime *num. 3. ver. nec obstat, quod dicitur.* Alexand. *cons. 55. Viso titulo, num. 2. ver. nec etiam videtur, lib. 2.* & ibi apostilla, quæ dicit, quod est communis * opinio, vt per Alex. *in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell.* Castrens. *consil. 153. Super primo dubio, in princip. ver.*

37 *præterea, libr. 1.* † Declara tamen, vt per apostil. ad Alexand. *d. consil.*

38 *55. nu. 2. in ver. incertus, lib. 2.* † Amplia in priuilegijs; nam si statutum dicat, quod non currat præscriptio contra dotes, simpliciter, & absolute, non etiam curret contra hæredem mulieris; si verò dispositio dirgatur in priuilegiandam mulierem, secus est, veluti si dicatur, non currat mulieri præscriptio contra dotem. Bald. *consil. 285. Super*

39 *primo, num. 8. ver. super septimo, lib. 3.* † Amplia; quia ad cognoscendum, an venditio sit ad corpus, vel ad mensuram, inspiciuntur verba, an venditio incipiat à corpore, vel à mensura Alexand. *consil. 120.*

☞ *Omissis, numer. 9. libr. 2.* Vide, *Venditio quando dicatur facta ad corpus, &*

40 *quando ad mensuram. Conclus. 48.* † Extende; quia inspicitur, vtrũ venditor incæperit à corpore, an à qualitate; quia si vendat petiam terræ ad mensuram intra certos fines, puta tornaturarum 50. in circa, qualificando videlicet, aratiuæ, arboratæ, & vitatæ, censetur totam vendidisse ad mensuram, etiam quod adsit pars non arborata, neq; vitata; quia sufficit, quod qualitas verificetur in parte, quando non fuit dictum, quod tota est laboratiua, arborata, & vitata, ex quo incœpit à corpore, non à qualitate. Alexan. *consil. 120. Omissis. col. fin. n. 9.*

41 *& seq. ver. ita in proposito, lib. 2.* † Et ad cognoscendũ, an sit legata proprietas, vel non, inspicimus verba; quia si legatur fundus ad alimenta, est legata proprietas, si legantur alimeta ex fundo, est vsus fructus,

42 Iason *in l. cum ij. §. si vni, ff. de transact.* † Amplia in dispositione Episcopali super deuolutione exequutionis piorum legatorum; quia si loquatur in personam exequutorum, dicendo, si quis non fecerit exequi intra annum, non comprehendit exequutorem ignorantem; si vero loquatur dirigendo verba ad exequutionẽ, veluti si dicat, exequutio, quæ nõ fuerit facta de legatis pijs intra annum, deuoluatur; quia tunc cõprehendit omnes exequutores, siue sciuerint, siue ignorauerint. Bald. *cons. 171. Præmittenda sunt, lib. 3. in fi.* vbi allegat text. no-

43 tabilem *in l. si seruum, §. non dixit, ff. de acquir. hared.* † Amplia in legato facto Ecclesiæ pro vita rectoris; quia rector debet habere alimenta solum, residuum habebit Ecclesia quia verba diriguntur in Ecclesiam; quia legauit Ecclesiæ pro vita rectoris; secus, si verba dirigerentur in rectorem; quia haberet omnes redditus legati; ideo refert, in quem verba dirigantur. Bald. *consil. 250. Viso isto processu, num. 5. ver.*

44 *ponderemus, vsque in fin. libr. 4.* † Amplia in solemnitatibus, & prohibitionibus; quia refert, an statutum dans solemnitatem actui dirigat verba prohibita in exercitium actus, an in substantiã; quia si dicitur, quod mulier non possit agere, neq; procurator mulieris, nisi sit datus cum decreto, & consensu consanguineorum, prout est Ianuæ; poterit tamen agere, si pars non opponit; si vero dicatur, quod non possit constitui procurator à muliere sine tali solemnitate, & sic verba prohibent substãtiam actus; tunc non poterit agere etiam par-

45 te non opponente, Bald. *consil. 417. Casus talis est, in fin. lib. 2.* † Amplia; quia refert, an statutum imponens tempus instantiæ cõpromissi dirigat verba ad iudicem, vel ad compromissum; quia si imponit necessitatem iudici sub pœna, vt intra certum terminum debeat laudare, valebit laudum etiam post terminum, aliàs secus. Bald. *cons. 495. Pra-*

☞ *suppositavalitura, in fin. lib. 4.* Vide, *Instantia causæ multiplex, & quando*

46 *dicatur perimi, vel non. Conclus. 206.* † Extende idem in iudice ordinario; quia si terminus præfigitur iudici, valet sententia post terminũ, & iudex punitur, si præfigitur instantiæ, lapso termino sententia est nulla. Alexand. *consil. 73. In causa. numer. 10. ver. secundo respondeo, lib. 6.*

47 Boer. *decis. 58. num. 21.* † Amplia; quia inspicitur, quo nomine actus geratur, vt cognoscatur intentio disponentis. Castr. *in l. Cassius, ff. de*

☞ *solutio.* Alex. *consil. 118. nu. 13. lib. 2.* Vide, *Restringens se ad vnam actionem,*

48 *vel causam non potest obtinere ex alia. Concl. 304.* † Amplia; quia ad iudicandũ, an statutum laicorum sit cõtra libertatem Ecclesiæ, vel non, consideranda sunt verba, in quem dirigantur; quia si diriguntur in subiectos, qui grauantur, etiam dupliciter statutũ valet; si verò verba diriguntur in clericos, vel in bona Ecclesiarum, vel in exemptos, nullo modo valet, & idem quando quouis modo fit mentio à laicis de Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis. Bald. *cons. 496. Punctus quæstionis, n. 4. ver. ponderandi autem sunt, lib. 4.* † Amplia etiam in pia causa; 49
nam fratres minores sunt incapaces, vt instituantur hæredes; tamen Ecclesia eorũ pro necessitate constructionis, vel reparationis Ecclesiæ potest instituj; quia Ecclesia Romana censetur instituta; vnde si instituatur Guardianus fratrũ Minorum, non valet institutio; secus si instituatur Guardianus Ecclesiæ fratrũ Minorum, ita Bart. in *tract. minor. lib. 1. dist. 6. c. 1. & 2. n. 32. & 33.* † Amplia in alimentis, & annuis 50
præstationibus, aut alijs solutionibus; quia si sunt promissa ad quantitatem, veluti, *promitto alimenta 10. scutorum annuorũ*; siue sit penuria, siue abundantia, 10. scuta debentur pro alimentis; si vero substantia dispositionis dirigitur in alimentis, debentur alimenta secundum temporum varietatem. Bald. *cons. 401. Super facto Domini, in princ. lib. 5.*
† Extende; quia si quis est obligatus manutenere certos milites sti- 51
pendiatos, si stipendium est taxatum, & verba dirigantur in certum salarium, illud attenditur, quod erat tempore contractus, aliàs debetur secundum varietatem temporum; quia inspicitur substantia obligationis, an respiciat salarium, & quantitatem, an vero stipendiatos. Bald. *consil. 401. in princip. lib. 5.* Vide, *Principium attendi debet,* ☞
& quando secus. Conclus. 703. † Amplia in contractu emptionis; quia 52
inspicienda sunt verba, videlicet, an sint venditi pisces, qui capientur ex iactu retis, an vero venditus sit iactus retis; quia primo casu nullis captis piscibus pretium non debetur; secundo casu secus est; quia vendita est spes, *l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio.* Bartol. plene *in l. Cotem, §. qui maximos, numer. 4. ver. videtur mihi, ff. de publica.* † Am- 53
plia; quia quando dispositio est dubia, vt quia vni legatur, alteri acquiritur, inspicitur, cui acquiritur. Anchar. *consil. 329. nu. 3.* † Amplia; 54
quia refert, an statutum prohibeat minorem posse contrahere sine solemnitate requisita, an vero prohibeatur effectus similium contractuum sine solemnitate; quia primo casu verba directa in personam inhabilitatam ad contrahendum, operatur, quod talis contractus non firmatur iuramento, aliàs secus. Ang. *consil. 160. Domina Catherina. nu. 3.* Gemin. *cons. 51. per totum*, † Amplia; quia ad cognoscen- 55
dum dispositionem in omni materia, an sit realis, vel personalis, inspiciuntur verba, an dirigantur in rem, vel in personam. Anchar. *cons. 327. Discurrit materia. per tot.* † Amplia; quia si legatur domus, vel 56
fundus ad vsum fructum, censetur legata proprietas; quia verba hoc demonstrant, & adiecta verba ad vsum fructum sunt exequutiua. Alex. *consil. 223. num. 5. lib. 2.* & inspicitur, si incipit legatum à proprietate. Vide, *Vsus fructus quando dicatur relictus, vel proprietas, & quando* ☞
neutrum. Conclus. 303. † Amplia; quia statutum prohibens aliquem de 57
domo magnatum posse acquirere actiones contra popularem, prout Florentiæ, habet locum etiam ex laudo, & omni modo; quia verba diriguntur in magnatem, qui redditur incapax, forsan secus, si dirigerentur in popularem. Angel. *cons. 228. Punctus talis*, vbi non videtur se firmare in hoc absolute. † Amplia; quia multum refert, an sta- 58
tuti verba incipiant à negatione, an à permissione actus; quia quãdo actus negatur cum limitatione, regula est prohibitiua; quando vero permittitur cum limitatione, regula est permissiua, & qui gerit actum permissum, licet non impleuerit qualitatem, quam debet implere, non incurrit pœnam, si vult implere; secus si actus est negati- ☞
uus. Castrens. plene *cons. 24. Dubitatio istius negotij. lib. 1. per totum* Vi- 59
de, *Negatiua plus negat, quàm affirmatiua affirmet. Conclusio. 26.* † Amplia; quia verba recipiunt significatum, secundum applicationem; ideo si verba, *plene & libere*, applicantur ad perceptionem fructuum, non possunt operari extra fructus ad dominium, vel possessionem. Ægid. *consil. 2. num. 33. in princ.* † Amplia; quia si locatur datium vi- 60
ni, ita quod ementes teneantur soluere pro vino empto extrahendo, vel pro vino extrahendo multum refert; quia in primo casu, datium debetur tempore venditionis vini, in secundo casu tempore extractionis, & sic refert, quomodo verba sint concepta, vt sciatur de datio vini venditi tempore primi conductoris, extracti tempore secundi conductoris, cui debeat solui. Ioan. de Imol. *cons. 24. per totum*, maxime *num. 4. & seq. ver. circa secundum.* † Amplia; quia hæres, 61
per quem testator mandauit satisfieri omnibus creditoribus, qui restarent creditores patris testatoris, tenetur soluere, non obstante præscriptione, si tempore obitus patris testatoris non erat completa præscriptio; quia verba respiciunt tempus mortis patris testatoris, & in illud tempus diriguntur. Ioan. de Imol. *consil. 122. n. 2. ver. In contrarium.* † Amplia; quia multum refert modus, & intentio agentis, 62
prout disponunt verba; nam multa prohibentur directe fieri, quæ permittuntur per obliquum, prout probatio post publicationem testium, & didicita testificata; quia non potest fieri probatio directa, sed bene indirecta, puta, probãdo, quod accusatus aberat, vel quod

testes publicati sunt delinquentes, aut falsarij, ita per plura Signor. *cons.243.num.6.& 7.* vbi dicit * communem. Vide, *Prohibitio directa impedit factum prohibitum per indirectum. Concluf.900.* † Extende; quia exceptiones rei iudicatæ, litis finitæ, & aliæ peremptoriæ, si solũ ad processum opponuntur, per litis contestationem tolluntur; si ad decisionẽ causæ, secus, & sic vis stat in modo proponendi, & in verbis, in quem dirigantur effectum. Signorol. *d. consil.243.n.8.* † Amplia; quia verbum adiectum legato, videlicet, *donec*, vel *quousque*, restringit legatum, quando adijcitur substãtiæ, & dispositioni legati; si vero adijcitur accidenti, vel exequutioni, aut oneri, & non substantiæ; tunc restringit illud, cui adijcitur tantum, & sic est considerandum in omni dispositione. Ruin. plene *cons.37.num.6.& 7.lib.2.* † Extende; quia licet *clem.exitui, §. dubitauerunt, & §. cum etiam, de verb. signific.* prohibeat religiosos persuasionibus posse inducere aliquos ad donandum sibi, vel Ecclesiæ suæ; non tamen propterea donatio facta persuasionibus est nulla; quia prohibitio respicit persuasionem, non donationem, vel legatum. Abb. *cons.63.vt veritas.col.fin.ver. Præterea, & tertio.lib.2.* vbi ponit alia similia. † Extende in excommunicato; quia licet prohibeatur communicatio cum eo; tamen valet contractus cum eo factus; quia non prohibetur, neq; annullatur cõtractus. Abb. *d.cons.63.col.fin.n.8.in fin.ver.Idem videmus, lib.2.* † Amplia; quia multum refert, qualiter sint concepta verba contractus aliquid cõducendi, seu vehendi; quia si vectura est imposita pro oneratis, & immissis in naui, debetur pro omnibus, etiamsi aduersa fortuna nõ conducantur; si vero verba sunt concepta, quod soluetur pro portatis; tunc fortuna aduersa nocet portatori; si vero dubium est, tunc verba obscura contra proferentem interpretantur. Signor. *consil.195. numer.4.& 5.ver. Si igitur.* † Extende; quia attenditur factum, non quod potuisset fieri; ideo conuentum interesse sine mora est illicitũ. Crauet. *cons.189.n.7.ver.quintus casus.* † Amplia; quia refert ad cognoscendum contractũ, an sit emptio, vel conductio ex verbis directis in rem; nam si venditur ius percipiendi fructus, est venditio; si vero venduntur annui fructus, est locatio. Bart. in *quæst.4. Publicanus, ver. solutio.* Vide, *Læsio attendi debet tempore celebrati contractus Concluf. 295.num.21.ver.contrariũ.* † Amplia; quia licet verba statuti pœnalis, & contra ius commune censeantur formalia, quando inducitur certa qualitas; secus est, si dirigantur iudici. Anchar. *consil.69.n.5.& seq.* † Amplia; quia si in causa tutelæ, vel ordinaria producitur instrumentum exequutiuum habens guarentigiam ad effectum probationis tutelæ, non potest dici intentata guarentigia, & iudicium exequutiuum; secus, si tale instrumẽtum produceretur ad effectum exequutionis guarentigiæ; quia verba attenduntur secundum intentionem, & prout diriguntur. Roman. *cons.300. In casu proposito, n. 2.ver. Nec præmissis refragatur, per totum.* vbi apost. in *ver. probationis.* dat concord. † Amplia; quia attendi debent verba, cuius nomine actus sit celebratus, & sic cuius nomine procurator actum gerit, vt sciri possit, quod alteri non potest præiudicare, neq; prodesse. Alexand. *cons.202. Super causa, num.3.ver nec etiam obstat, lib.2.* † Amplia; quia statutum, quod credatur libro priuati ad fauorem scribentis, si dirigat verba in partes, non comprehendit ciuem superioris ciuitatis dominantis, prout est ciuitas Florentiæ, quando statutum est in loco subiecto; si verò dirigat verba in iudicem, secus est. Aretin. *consil.45. Visis articulis. per totum.* Vide, *Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. Concluf.125.* Vide, plenius, *Intentio agentium regulat omnes actus. Concluf.269.* Vide, *Verba ad quem dirigantur spectanda sunt. Concluf.148.*

Dispositio reciproca habet multa specialia. Concluf. 498.

DONATIO, † quæ de sui natura infert præiudicium donanti, si est reciproca, vel recompensatiua, non est præiudicialis; quia non dicitur tractari de incommodo, sed de commodo; ideo est fauorabilis. Bellon. *cons.5. In puncto de quo, num.13.& seq.* alleg. Roma. *consil.26. Pro decis. colum.1.* & quod donatio reciproca sit magis efficax, quàm simplex donatio. Dyn. *cons.49. Thema quæstionis, super qua, in fin.numer.9.ver.præterea.* † Amplia in fideicommisso; quia licet de se sit odiosum; quia est damnosum; tamen secus est, quando reciprocum est. *l. si pater puellæ, C. de inoff. testa.* Bellon. *cons.5.num.14.ver. fa-cit etiam.* † Amplia in promissione de non receptando aliquos bannitos; quia licet intelligatur de bannitis tempore dispositionis; tamen secus est, quando est reciproca promissio. Bello. *d. consil.5.num. 14.ver. confirmatur hoc*, allegat Angel. *cons.292. incip. Anno Domini, colum.penul.* sed est *cons.261. incip. Punctus est, in anno Domini.* † Amplia; quia licet ex diuisione non inducatur renunciatio fideicommissi; tamen quando fideicommissum est reciprocum, magis de facili inducitur renunciatio, quàm si vnius tantum. Angel. *cons.297.nu.3. in fin.ver.ex iis liquet, per totum.* † Amplia; quia reciproca remissio fideicommissi non potest afferre læsionem; ideo tanquam fauorabilis non admittit læsionem, neq; restitutionem in integrum, neque ex capite minoris ætatis, *l. de fideicommisso, C. de transact.* † Declara tamen; quia reciproco fideicommisso de futuro non censetur renunciatum expromissione de non contraueniendo diuisioni factæ ex quacunque causa; quia ista tacite insunt. Alexand. *consil.208. Ponderatis.num.7.ver.nec secundum eum, lib.6.* Vide, *Donatio reciproca valet, & habet multa specialia. Concluf.630* Vide, *Pactum contrahentium quando respiciat commodum vnius, vel ambarum partium. Concluf.9.* Vide, *Reciproca liberatio & obligatio non admittit læsionem, & habet multa specialia. Concluf.48.*

Dispositio omnis intelligitur de prima, & vnica vice. Concluf. 499.

DISPOSITIO † omnis intelligitur, & consumitur in vnica vice, *l. boues. §. hoc sermone, de verbor significat.* quod intelligit Cuma. *cons.14 circa fin.* in dispositione hominis; secus in dispositione legis, maxime fauorabilis, & idem dicit Bero. *consil.190.num.22.lib.1.* plene Abb. *consil. suo super Concilio Basilien si, in 1. dubio, colum.13. in princip. ver. sextaratio.* † Amplia, vt idem sit in mandato ad locandum bona ad quinquennium; quia mandatum consumitur in prima locatione vnius quinquennij. Lap. *alleg.12. in princip. ver. tertio, quod dictus.* † Extende in mandato ad vendendum; quia intelligitur de prima venditione, etiam facta, habita fide de pretio; quia potest Dominus ratificare. Angel. de Perus. *consil.43. Fratres seruorum, per totum.* † Idem in mandato iudicis delegati; quia quando semel functus est officio suo bene, vel male, expirat eius iurisdictio. Angel. *dict. consil.43. in princip. l. iudex postea quam, cum ibi not. ff. de re iudic.* † Extende idem in licentia concessa alicui ingrediendi clausuram monialium; quia intelligitur de prima vice. Alexand. *consil.16. Breuiter in casu præmisso, libr.4.* † Extende in omni materia restringibili. Alexand. *dict. consil.16. lib.4.* † Extende in legato, & multis similibus cumulatis per Alexand. *dict. consil.16. lib.4.* vbi late ponit multa exempla. † Extende in dispensatione ad plura beneficia, puta duo, vel tria curata; quia de primis duobus, vel tribus intelligitur, non si dimitteret. Ancharan. *consil.404. Tria dubia, nu.9.* † Declara, secus esse in dispensatione super incapacitate personæ, non super pluralitate. Ancharan. *dict. consil.404.num.10.& sequen.* † Extende in conditione implenda; quia sufficit primum implementum. Anchar. *d. cons.404.n.9.* † Extende in conuentione sociorum de maritanda filia vnius ex socijs de communi; quia intelligitur pro vna vice. Anchar. *d. cons.404.num.9.* Bero. *consil.190.n.22.lib.1.* † Extende in medico, qui promisit liberare infirmum à podagra; quia intelligitur de prima vice. Anchar. *d. cons.404.n.9.* † Amplia in reseruatione beneficij; quia si verba non disponunt de certo tempore, vel causa, aut ratio non inducat contrarium, intelligitur finita in prima prouisione; quia de primo actu, & prima vacatione verificatur. Calder. *consil. 231. in fin. ver.& quod vltimo dixi*, aliàs 10. *de præben.* † Amplia in delegatione iudicis ad vnum articulum; quia in tantum intelligitur de prima sententia, vt si pronunciet super illo articulo, etiam quod sententia esset interloquutoria, & de sui natura reuocabilis per alium iudicem, non poterit illam reuocare, etiamsi expresse in sententia hoc reseruasset; quia talis reseruatio repugnat iuri. Bald. *consil.73. Iudex ad cognoscendum, lib.1.* † Extende item in arbitro electo ad aliquem articulum decidendum, vt intelligatur de prima vice, vt supra. Bald. *dict. consil.73. libr.1.* † Amplia in duello; quia proiectus in terram, & confitens se victum dicitur succubuisse, licet statim interfecerit proijcientem; quia de prima victoria duellum intelligitur. Signorol. *consilio 96 num.10.* † Amplia in acquisitione facta pro se, & persona nominanda; quia si Notarius est stipulatus, & fiat nominatio personæ habilis, licet absentis, & ignorantis, non potest variari in præiudicium eius, qui fuit nominatus, ita Tiraquel. in *l. boues, & hoc sermone, ff. de verbor. oblig. limit.23.* Vide, *Emptio pro persona nominata, vel nominanda. Concl.132.* † Amplia in statuto Bononiæ, de pœna vendentis rem alienã in crimin. dum disponit locationem finitã intelligi relocatam eisdem pactis; quia habet locũ in vna vice. Alex. *d. cons.16. per tot. lib.4.* sequuntur Dec. *cons.512.n.6.* Soc. *cons.89. lib.1.* † Contrarium tenet Monter. *in d. statuto fol.184. ver. in locatione.* † Amplia 16. casibus, quos cumulat Ias. *in l. duobus. §. si ei qui. ff. de iure iur.* † Amplia; quia vbi agitur de obligatione inter viuos, quæ stricte intelligi debet de prima vice, vel quãdo agitur indispositione de mutanda persona, cui effectus obligationis acquiritur, vel quando agitur ex iteratione de graui præiudicio, vel ratio potius suadet, & restringatur, quam & amplietur dispositio; quia semper intelligitur de

prima

prima vice de primo actu, ita plene Anton. de Butr. *cons.30.colu.2.in princip.num.1.in fin.ver.iur.a autem in oppositum*, sequitur Felin. *in cap.2. col.pen.ver.bene facit, de treug. & pace.* Vide Ias. *in l.diuortio, §. quod si in patris, in fin. ff. solut. matr.* vbi dubitat, & citat hoc consilium Ant.de
22 Butr. † Extende; quia verba de actu loquentia, vt tollatur infinitas, de primo actu sunt intelligenda, Ant.de Butr. *d.cons.30.in princip.*
23 vbi plures leges ad hoc allegat. † Amplia in exequutore dato ad ponendum aliquem in possessione; quia si positus possedit pacifice, licet turbetur, expirata est iurisdictio exequutoris, *cap.si tibi absenti, de præben.lib.6.* late Abb. *d.cons. super Concilio Basilien.colu.13.ver.sextara-*
24 *tio.* † Idem est in saluo conductu concesso eundi & redeundi ad certum locum; quia intelligitur de prima vice. Abb. vbi supra. Ale-
25 xand. *cons.16.in pr.lib.4.* † Amplia in omni dispositione, maxime o-
26 diosa, vel exorbitanti. Alex. *cons.16.nu.8.libr.4.* † In saluo conductu eundi & redeundi; quia restringitur ad primam vicem. Alex. *d.cons.*
27 *16.in princ.lib.4.* † In dispensatione, quod duo beneficia simul retineat incompatibilia; quia de primis intelligitur, Alexan. *d.consil.16.*
28 *num.2.lib.4.* † In licentia ingrediendi monasterium monialium, vel aliud faciendi; quia de prima vice intelligitur, Alexand. *d. consil.*
29 *16.num.3.lib.4.* † In præmio concesso capienti vexillum, de primo,
30 & prima vice intelligitur. Alexan. *d.cons.16.n.4.lib.4.* † In obligatione de repræsentando; quia de prima vice intelligitur. Alex. *d.cons.16.*
31 *n.5.lib.4.* † In venditione fructuum; quia de primis, si forte bis in an-
32 no fructus habentur intelligitur. Alexand. *d.consil.16.nu.6.lib.4.* † In legato pitantiæ in die S. Francisci; quia intelligitur de vnica, & se-
33 mel tantum. Alexand. *d.cons.16.num.7.lib.4.* † Obligatio conductoris molendini destructi, vt rædificare teneatur, de prima vice intel-
34 ligitur. Alex. *d.cons.16.n.8.lib.4.* † Limita in eo, qui habet gratiam nominandi quatuor personas, ad quatuor primo vacatura beneficia; quia, si vnus moriatur ante vacationem, & prouisionem, potest aliũ nominare; quia verba cum effectu sunt intelligenda. Lap. *alleg.85. num.7. in fin.ver.quid si vnus. & numer.8.* & quod causa non restricta, sed multiplicabilis non restringatur ad primũ actum in dispositio-
35 ne testatoris. Ant. de Butr. *cons.30.ver.in contrarium.* † Contrarium videtur velle Petr. de Anchar. *cons.27.nu.11.in fin.ver.non obstat, & nu.*
36 12. † Limita, nisi appareat de mente contraria, ex causa, vel ratione, quæ faciant durare actum, vel dispositionem, vltra primam vi-
37 cem. Calder. *consil.231.ver.vel distingue*, aliàs 19. *de præben.* † Extende limitationem in materia fauorabili, & quando adsunt coniecturæ; secus vero in materia odiosa, cessantibus coniecturis; ideo facultas, vel expectatiua, vel alia prouisio ad beneficia duo, censetur de primis duobus, & idem in tempore, & personis; si vero sumus in testamento fauorabili, fideicommissum relictum duobus senioribus de familia, intelligitur perpetuum, & ordine successiuo, quando extant coniecturæ. Petr. de Anchar. *cons.27.num.11. in fin. & num.12. ver.non obstat, si dicatur.* Anton. de Butr. *consil.30.in princip.ver.contra-*
38 *rium puto.* † Limita in dispositione legis fauorabilis, veluti si extat statutum, quod capiens condemnatum, & consignans in fortis lucretur medietatem condemnationis, si capero condemnatũ, & consequutus fuero medietatem, & captus deinde fugiat, & ce pero eum de nouo, toties consequor medietatem. Cuma. *cons.14. Statutum dicitat, per totum.* vbi, quod contraria loquuntur in dispositione homi-
39 nis. † Limita in dispositione, cuius causa non restringitur ad certum actum, sed est multiplicabilis. Anton. de Butr. *consil.30. in princ.*
40 *ver.in contrarium*, & est in vltima voluntate. † Extende maxime, quando causa est multiplicabilis, & contingit casu, vel fortuna multiplicatio, non voluntate. Ant. de Butr. *d.cons.30.col.2.ver.ad hoc quia,*
41 *num.1.in fin.* † Limita; quia si statutum iubeat causas compromitti inter certas personas, secundum commissionem iudicis, facultas nõ expirat, licet iudex absenti arbitro causam commiserit, vel suspecto; quia antequam acceptauerit potest alteri committi, & valet secunda commissio, & non prima. Bald. *cons.144. Factum sic proponitur,*
42 *per totum, lib.4.* † Limita; quia dispositio de actu iterabili cum clausula, quæ potest importare multiplicationem, prout in casu cuiusque viduitatis, vel alicuius viduitatis, vel quandocunque vidua erit, non restringitur ad primam viduitatem. Anton. de Butr. *consil.*
43 *30.colum.1.circa med.ver.item æquipollet.* † Limita, quando non est
44 uorabilis. Anton. de Butr. *cons.30.colum.1.ver.item non est dare.* † Limita generaliter in omnibus gerentibus aliquid iure suo ordinario; quia donec valide gerant actum illum, possunt reiterare, & pluries facere, donec faciant valide. Bald. *cons.144.circa fin. ver.item quoties*
45 *primus actus, lib.4.* † Limita ex verisimili mente disponentis, prout si pater filiæ leger in casu viduitatis. Anton. de Butr. *d. cons.30. colu.1.*
46 *ver.item legando.* † Limita, quando ex primo actu non est satisfactũ intentioni disponentis; quia actus potest, & debet reiterari. Fe-
47 lin. *in cap.1. de treuga & pace, in 5. limit.* † Limita in dispositione fauorabili; item in vltimis voluntatibus. Anton. de Butr. *cons.30.n.1. in fin.*
† Limita, quando agitur de modico præiudicio in materia fauora- 48
bili vltimæ voluntatis. Ant. de Butr. *d. cons.30. n.1.* Vide, *Dispensatio ad plura incompatibilia an intelligatur solum de primis. Concl.469.* Vide, ☞
Verba de primo actu intelligi quando sit verum. Conclus.146. Vide Anton. Gabriel. *lib.6.tit.de legibus. Concl.2. Legis dispositio intelligitur de princ. actu.* Vide in certum Authorem post Regulas Soc. *Reg.11. Actus in quacunq; materia intelligitur de prima vice.* vbi limitat quatuor modis.

Dispositio legis, vel statuti habet locum, si petatur, & quando secus. Conclus. 500.

STATVTVM, † vel lex inducens aliquã dispositionem, quod præ- 1
stetur fideiussio, vel aliquid fiat ad fauorem alicuius, debet intelligi, si ille petat, aliàs actus valet, etiamsi lex annullet actum; quia intelligitur parte petente, plene Iason *in l. vniuersa, in princip. C. de precib. Imper. offer.* latius Felin. *in cap. si autem, de rescript.* vbi videas 14. exempla ad hoc per Iason. cumulata. † Idem est in statuto, quod 2
causa committatur consilio sapientis quia intelligi debet, si peratur. Alexand. *cons.122. Viso processu, in fin. num.14. ver. circa secundum, libr.2.* † Extende, vt idem sit in dispositione, vel obligatione hominis; 3
quia si tenetur fideiussor aliquem Curiæ repræsentare ad aliquid explicandum, intelligitur, si petatur; quia absurdum esset repræsentare intempestiue. Castrens. *cons.100. Videtur, quod dictus lo. in princip.colum.2. libr.2.* † Extende; quia libertus obligatus Domino 4
præstare operas, cum respiciant commodum patroni, absurdum esset illas velle præstare ad incommodum, & quando Dominus non indiget; ideo debent peti à Domino. Castrens. *d. cons.100.col.2.in pr. lib.2.* † Amplia; quia si lex priuat aliquem iure suo, quod alteri ap- 5
plicatur, intelligitur, si ille, cui fit applicatio, velit. Vide plura exempla, extensiones, & restrictiones *in ver. actus irritandus. Conclus.145. num.4. & seq.* † Amplia; quia multa sunt remedia à iure inducta ad 6
fauorem alicuius, quæ competunt, quatenus allegentur, aliàs non. Vide, *Allegari debet id, quod est fundamentum intentionis. Conclus.252.* ☞
† Limita; quia procedit regula in iudicialibus, non autem in extra- 7
iudicialibus. Felin. *d. cap. si autem, num.4. de rescript.* † Limita; quan- 8
do habet dispositio verba necessitatem importantia, prout verbum, *debet.* Socin. *consil.92.num.14. & seq. lib.4.* Vide, *Consilium debet peti ad hoc, vt debeatur. Conclusio.767.* Vide, *Officium suum iudex non impartitur, nisi petatur. Conclus.111.* Vide, *Petitio remedij legis est necessaria. Conclus.339.*

Dispositio omnis intelligitur secundum ius commune. Conclus. 501.

DISPOSITIO † omnis simpliciter prolata intelligitur, & am- 1
pliatur, ac restringitur secundum ius commune. Petr. de Anchar. *cons.6. Viso themate quæstionis, in fin. num.14. ver. omnis enim dispositio.* † Et ideo maritus & vxor inuestiti de emphyteusi Ecclesiastica, quæ erit vxoris pro se, & filijs eorum, & cuiuslibet eorum, ita 2
quod altero decedente, alter succedat, intelligitur, si decedens nõ relinquat filios. Alexand. *cons.119. Viso processu. num.1.ver. nec dicatur, lib.5.* † Extende; quia cum perueniat ab vxore titulo lucratiuo in 3
maritum, tenetur reseruare filijs primi matrimonij, licet si non extarẽt, posset relinquere filijs secundi, vel alterius matrimonij; quia ita de iure communi dispositio intelligenda est. Alexand. *d. cons.119. numer.6. in fin. & seq. ver. & licet ipse, lib.5.* † Extende; quia recipiens em- 4
phyteusim pro se, & filijs masculis, & fœminis ab Ecclesia intelligitur secundum statutum loci, quod est ius commune, vt si filij excludant fœminas, ita etiam dispositio contrahentium sit intelligenda, vt fœminæ veniant ordine successiuo, non coniunctim cum masculis. Alexand. *d. consil.119. num.8. lib.5.* Vide, *Testator in dubio censetur se conformare potius cum statuto, quàm cum iure commun. Concl.137.* ☞
† Amplia; quia compromissum factum de omnibus differentijs, 5
quæ oriri possent, intelligitur de potentia, quæ in iure consistit, non autem de iniuriosa; ideo non se extendit ad ea, quæ in iure non possunt habere controuersiam. Bald. *cons.191. In testamento Rolandi, numer.3. ver. porro illud verbum, lib.2.* † Amplia; quia si quis promittat 6
sub pœna non exhæredare filium, vel non petere reductionem laudi, intelligitur, nisi tale fieret, per quod de iure contrarium esset faciendum, Dyn. *cons.19. Tholomæus manentis, in princip.* † Amplia; quia 7
licentia concessa per legatum, quod alienentur bona Ecclesiæ, intelligitur seruatis debitis solemnitatibus. Anchar. *consil.274. in principio.* † Amplia in rescriptis, & alijs dispositionibus; quia in dubio 8
verba debent intelligi secundum ius commune. Anchar. *cons.404. Tria dubia, num.3.* † Amplia; quia regula est, quod omnis dispositio iu- 9

tio iudicis indefinite prolata debet ciuiliter intelligi, & ad intellectum iuris reduci; ideo si iudex mandat aliquē debitorem cogi realiter, & personaliter, debet intelligi secundum formam iuris, vt primo realiter, si pōt fieri executio, postea personaliter. Rom. *cons.* 320. *Nec istorum, n. 3. in fin. & n. 4. col. 3. in pr. ver. caterum*, vbi apost. citat Anch *cons. 6. Viso themate, nu. 7.* Alex. *cons. 2. Consideratis, post princ. lib. 3.* 10 *& consil. 46. Circa primum, n. 3. lib. 5.* † Extende in omni mandato principis; quia semper debet ciuiliter intelligi, & reduci ad intellectum 11 iuris, *c. super eo, de off. deleg.* Rom. *d. consil. 320. n. 4.* † Extende in statutis, & omnib. dispositionibus interpretandis; quia semper reducuntur ad ius commune, prout in rescripto, consuetudine, & statuto odiosis, quæ semper ad intellectū iuris reducuntur. Anchar. *cons. 182. Thema tale est, n. 7. & consil. 421. Præmittendum, in princ.* Vide, *Statuta odio-* 12 *sa, & stricti iuris sunt, ideo proprie & stricte intelligenda. Conclus. 608.* † Extende in constitutione, quod lauda non mittantur exequutioni, si exceptio nullitatis opponitur; quia talis constitutio debet reduci ad sensum iuris communis, vt si exceptio requirit altiorem indaginem, non impedit; quia reconuentio in summarijs non fit de causa ordinaria; ergo exceptio requirens ordinariam cognitionem de iure cōmuni in causa exequutiua, quæ est summaria, non impedit, ita Roman. *consil. 323. In casu propositæ, in princip.* vbi limitat, nisi detur cautio 13 vt ibi. † Idem est in constitutione, quod hæredes debeant citari nominatim, quia intelligitur, si sciri potest nomen facta diligentia, aliàs esset super impossibili; ideo ad dispositionem iuris debet reduci, vt sufficiat generalis, quando sunt incerti hæredes. Roman. *consil.* 14 *410. Vt clarior, in princip.* vbi apostil. dat concord. † Extende in rescripto; quia debent verba rescripti semper reduci ad sensum iuris, etiam verba impropriando. Roman *consil. 350. In casu, in fin. n. 24. ver.* *tertio ex regula*, & supr. *num. 11.* Vide, *Rescriptum qualem interpretatio-* 15 *nem recipiat, & à quo debet interpretari. Conclus. 211.* † Limita, quando vnica ratio potest assignari, siue sit expressa, siue non; quia semper à rationis identitate licitum est arguere etiam contra ius commune. Roman. *consil. 411. Quatuor sunt, in princip.* vbi si sit statutum, quod fratres succedant exclusis sororibus; quia est fauore agnationis, licet de iure communi frater vtrinque coniunctus præferatur fratri ex latere patris tantum, & statutum ad ius commune sit reducendum; tamen propter rationem agnationis, quæ ita militat in fratre ex latere patris, sicut in coniuncto vtrinque, fratres ex paterno latere tantum succedent pariter, & ibi apostil. in *ver. coniunctum*, dat concord. & contrarior. Vide, *Ratio legis quid sit, & quando vnica habetur pro ex-* 16 *pressa. Conclusio. 30.* † Limita, quando Papa dispensauit cum minore super ætate ad beneficium curatum, vt sit habilis; quia si mandat postea Papa prouideri de habilibus, includit etiam habiles ex sua dispensatione, non tantum de iure communi, ita Anchar. *d. consilio* 404. *n. 4. & seq.* vbi late. Vide, *Verba sententiæ & iudicis secundum dispo-* *sitionem iuris interpretari. Concl. 97.* Vide, *Statutum debet interpretari se-* *cundum ius commune, & quando secus. Conclus. 574.*

Dispositio omnis intelligitur, rebus sic stantibus. Conclus. 502.

1 DISPOSITIO † omnis etiam iurata habet tacitam conditionem, rebus sic stantibus; quia si causa, propter quam fit dispositio, non durauerit, dispositio cessat. Oldrad. *consil. 241. Factum tale est, paterfamilias, num. 2. ver. secundo; quia dictum iuramentum.* Feder. de Sen. *consil. 239. circa med. ver. & vos scitis.* latissime Tiraquel. *in l. si vnquam. in præfatio. num. 166. & sequen.* vbi citat infinitos, & infra *nu. 20.* 2 *& num. 34.* † Extende; quia de natura iuramenti est, vt in se habeat tacitam clausulam, *si res in eodem statu permaneat* Roman. *consilio 379.* 3 *Circa primum, num. 6.* † Declara; quia si quis iurauit nihil impetrare in causa, quæ pendet, quæ auocata sit, & introducta coram alio iudice, & alio loco; tamen dicitur eadem causa, si est de eadem re, & inter easdem personas; quia non dicitur alia causa, & sic mutatus status, cum sit eadem. Roman. *d. cons. 379. numer. 6. in fin. ver. respondeo.* 4 † Et generaliter omnis dispositio, & omne pactum habet tacitam conditionem, *si res in eodem statu permanserit.* Anchar. *consil. 394. Du-* *bium est, num. 4.* Tiraquel. *de legib. connub. gloss. 1. parte 13. num. 42. & in* 5 *d. l. si vnquam. in præfatio. numer. 167. C. de reuoc. donatio.* † Amplia, vt procedat in donatione, & si nihil bus; quia si fiat donatio, quæ non registretur intra tempus à statuto impositum, per quod aliàs redditur nulla, non est obligatus donans; quia potest contrauenire. Feder. de Sen. *consilio 281. in princip.* licet promiserit non contrauenire etiam cum iuramento, intelligitur, rebus sic stantibus. Alexan. *consil.* 6 *170. Visis statutis, num. 6. ver. item illa, lib. 7.* † Idem in debitore, qui promisit soluere quandocunque; quia licet iurauerit non contrauenire, intelligitur, rebus sic stantibus; ideo si postea debitor patitur inducipræscriptionem, potest contrauenire ex capite isto causato ex post. Alexand. *cons. 170. num. 6. lib. 7.* † Et idem, si donatio requirens insinuationē non fuerit insinuata per donatariū; quia donans 7 potest contrauenire. Calder. *cons. 178.* aliàs *2. de iureiur.* licet promiserit non cōtrauenire. Alex. *d. cons. 170. n. 6. & seq.* † Sic etiam, quando 8 de contractu debet solui gabella; quia si non soluatur, & reddatur nullus contractus, poterit debitor opponere, licet promiserit soluere, & non contrauenire; quia intelligitur, rebus sic stantibus. Alex. *cons. 170. n. 6. & seq. lib. 7.* † Amplia, vt dispositio non habeat locum, si 9 is, cui iuratur, vei promittitur, cōmittat dolum; quia non dicitur res in suo statu perdurare. Oldr. *cons. 294. in fin.* † Amplia in exemptione 10 concessa ob paupertatem; quia si superueniant diuitiæ, reuocatur. Castrens. *cons. 210. Ego Paulus, lib. 1.* vbi ponit plura exempla. Vide, *Cessante causa cessat effectus. Concl. 202.* † Amplia in omni promissione 11 facta de aliquid faciendo, vel implendo; quia intelligitur, rebus sic stantibus, aliàs si superueniat prohibitio, promittens liberatur. Bald. *cons. 104. Sex sunt, quæ habent. circa fin. ver. præterea promisso. lib. 1.* † Ex- 12 tende; quia obligans se sub pœna seruare confinia in certa ciuitate, & inde non recedere, etiā cum iuramento, & alijs renūnciationib. non tenetur, si recedat; quia superior iubet eum recedere. Angel. *cons. 378. Dominus Raymundus. & cons. 379.* Vide, *Impossibilia non ob-* *ligant, neque veniunt in quacunque dispositione. Conclusio. 54.* † Amplia 13 in fideiussore, qui censetur renunciasse beneficio excussionis contra principalem, quando principalis ipsi fideiussori assignauit aliquid pro cautione; quia intelligitur, rebus sic stantibus; ideo si bona principalis, & assignatum transierunt in fiscum per confiscationem, potest petere, quod fiat discussio contra fiscum. Castrens. *con-* *sil. 327. Clarum est. lib. 2. ver. sed dubium.* † Amplia; quia promittens 14 sub pœna non exhæredare filium, intelligitur, nisi filius aliquid cōmitat, per quod mereatur exhæredari. Dyn. *cons. 19. Tholomæus ma-* *nentus, in princip.* † Amplia; quia mutatio status personæ in deterius 15 operatur, quod si in limine contractus immineat euictio, non tenetur emptor soluere sine cautione, & fideiussione. *l. si post perfectam. C.* *de euicto.* Vide, *Mutatio & alteratio status rei quid operetur. Concl. 436.* † Extende; quia reuocatur mandatum, si post mandatum procu- 16 rator mutet statum in deterius, vt quia efficitur inimicus constituētis, vel sit bannitus, vel decoctus. Bartol. & alij in *l. si cum Cornelius ff.* *de solutio.* † Extende; quia fideiussor de præsentando aliquem libe- 17 ratur, si ille, quem debet præsentare, efficiatur bannitus, vel aliàs mutet statum in deterius. Marsil. *in rub. C. de fideiuss.* † Extende in 18 socio; quia si eius bona à creditoribus venduntur, dissoluitur societas. *l. actione ff. pro socio.* † Amplia in contractu; item in vltima vo- 19 luntate; item in sententia, & omni dispositione, & in priuilegio, vt per Natt. *cons. 525. Fuit lata sententia. nu. 16.* Anchar. *cons. 84. n. 4.* † Ex- 20 tende in dispositione iurata, vt per Hippol. Riminal. *cons. 59. lib. 1. nu.* *76.* Ancharan. *consil. 84. numer. 4.* Vide infra *num. 34.* & supr. *numer. 1.* † Amplia generaliter in omni dispositione; quia si noua causa super- 21 ueniat, receditur à dispositione. Anchar. *cons. 84. Domina Azolina, nu-* *mer. 4. & 5.* plenissime Deci. *consil. 334. Viso consilio. num. 4.* vbi plurima ponit exempla, vbi apostil. allegat Tiraq. in *l. si vnquam. in princ. num.* *125. & 166. C. de reuoc. donat.* quia semper inest causa in omni dispositione, rebus sic stantibus. Cravet. *consil. 95. num. 4. & cons. 680. nu. 15.* † Amplia in locutione facta de gabellis Pistorij, dum Papa morare- 22 tur ibi, & communi opinione credebatur debere morari; quia si recessit, est locus remissioni, & quatenus sit venditio, est locus rescissioni; quia, rebus sic stantibus, intelligitur facta. Anchar. *cons. 402.* *Pluribus rationibus, in fin. num. 9.* † Amplia maxime hoc verum, quan- 23 do quis enormiter læderetur. Hippol. Riminal. late *cons. 59. num. 71.* *& seq. lib. 1.* † Amplia; quia socer obligatus facere, quod nurus renun- 24 ciabit successioni paternæ, non tenetur, postquam matrimonium est dissolutum per mortem filij ipsius obligati; quia res non est in eo statu. Cuman. *cons. 186. Viso instrumento. n. 2. vsque in fin.* † Amplia in om- 25 ni pacto; quia intelligitur, si res in eodem statu permanserit. Anchar. *d. cons. 394. num. 4.* † Amplia; quia mutato, vel alterato statu rei, vel 26 dispositionis, aut personæ, mutantur res, dispositio, & persona. Anchar. *cons. 394. num. 3. in fin.* † Extende etiam in realibus, & contra 27 rem iudicatam; quia mutato statu rei mutatur obligatio, & res iudicata; ideo Ecclesia obligata ad certam summam ad procurationem ratione visitationis, si est depauperata, non tenetur soluere, nisi secundum statum præsentem, & facultates suas. Anchar. *cons. 248. nu.* *18. ver. ad quartum.* † Amplia; quia quælibet res generaliter iudica- 28 tur secundum statum præsentem, non autem secundum statum antiquum mutatum, vel nouiter qualificatum. Anchar. *consil. 171. Casus* *est talis, in princ.* † Amplia; quia in omni dispositione, & omni con- 29 tractu partes intelliguntur se restringere ad statum secundum tempus contractus, & rebus sic stantibus. Petr. Surd. *cons. 27. nu. 6.* & ple- nius *consil. 68. nu. 18.* † Amplia in contractu pacis; quia noua causa 30

tollit,

tollit, ne dicatur rupta ex offensa; quia intelligitur, rebus sic stantibus. Paris. *cons.* 165. *numer.* 26. *& seq. lib.* 4. Nicol. Moron. *tract. de fide, treuga & pace. quæstio.* 120. † Amplia in oblatione ad incantum pro emendis rebus ad hastam positis; quia si mutatur status rerum, pro quibus fit oblatio, offerens recedit ab oblatione, puta si plura corpora bonorum vnico pretio sunt vænalia, & postea appareat esse minora. Socin. *cons.* 179 *lib.* 1. Corn. *cons.* 189. *lib.* 2. Vide, *Offerens ad incantum, vel hastam qualiter obligetur. Concluſ.* 81. Vide, *Venditio quando censeatur vna, vel plures. Concluſ.* 61. † Amplia in statuto, vel constitutione; quia receditur ab eo ex noua causa; quia intelligitur, rebus sic stantibus. Deci. *consil.* 334. *Viso consil per totum*, vbi ponit plura exempla, si statutum reducatur ad iniquum, vel si noua causa superueniat, receditur ab eo. † Amplia in eo, qui promisit coquere panem pro tota familia pro tanto; quia ea aucta receditur ab obligatione. Dec. *cons.* 334. *num.* 2. *Viso consilio*, vbi apostilla. Vide, *Infinitas est vitanda, & quando secus. Concluſ.* 128. † Amplia, etiamsi dispositio sit iurata. Iason *in l. si quando. §.* 1. *C. de inoffic. testam.* quia etiam iuramentum habet clausulam, *rebus sic stantibus.* Castrens. *cons.* 449. *Non est dubium. num.* 2. vbi apostill. *lib.* 1. supra *num.* 1. *& num.* 20. † Amplia in renunciatione quantumcunque generali, quia non trahitur ad ea, quæ superuenerunt. Curt. Sen. *cons.* 48. *Memoriæ recolendæ num.* 41. Deci. *consil.* 352. *Viso puncto, colum. penult.* † Amplia; quia huic regulæ suffragatur alia regula, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio; quia ex noua causa licitum est recedere à lege, statuto, pacto, & omni dispositione etiam iurata, etiam contractu, ita Crauet. plene *cons.* 264. *num.* 5. *& sequen.* vbi ponit plura exempla, & concludit recedi posse à diuisione iurata propter scandala superuenientia per diuisionem. Vide, *Emergens nouum indiget nouo auxilio. Concluſ.* 145. † Amplia; quia licet possit feudum & emphyteusis Ecclesiastica alienari, si deuoluatur, quando semel fuit alienata cum solemnitatibus, tanquam solita alienari; tamen hoc est verum, quando est in eodem statu; secus si plus reperiretur à tertio, quia tunc non potest alienari pro eodem canone, vel responsione antiqua. Abb. in *cap. vt super. num.* 11. *de reb. Eccles. non alien.* quem sequitur Rota, vt per Cæsarem de Graff. *decis.* 135. aliàs 4. *eod. tit. num.* 12. *vers. quinto. & nu.* 17. vbi, quod ineſt clausula, *rebus sic stantibus.* Vide, *Iuramentum habet tacitam conditionem. Concluſ.* 503. Vide, *Clausulæ, quæ tacite insint absque expressione. Concluſ.* 305. Vide plenius, *Emergens nouum indiget nouo auxilio. Concl.* 145.

Dispositio omnis intelligitur secundum naturam actus. Concluſ. 503.

1 COMPROMITTENTES † in casu, in quo ad sit res iudicata, non obstante re iudicata censentur renunciare rei iudicatæ, dummodo taxat si sequatur laudum, aliàs non; quia hoc ineſt ex natura compro-
2 missi. Alexand. *consil.* 22. *Viso instrumento, in princip. lib.* 1. † Extende; quia omnes aliæ clausulæ tendentes ad renunciandum iuri compromittentium, semper restringuntur, dummodo sequatur laudum,
3 non aliàs. Alexand. *dict. consilio* 22. *in princip. lib.* 1. † Amplia; quia testator inducens fideicommissum, sed permittens bona dari in dotem posse, intelligitur secundum naturam dotis, vt sit locus lucro mariti, prout disponit lex, vel statutum loci, plene Crauett. *consil.* 186. *Præsens consultatio, numer.* 5. *& sequent.* vbi plura ponit similia, quod qui vult antecedens, vult etiam necessarium consequens. Vide plenius, *Verba dubia secundum naturam rei sunt intelligenda. Concluſ.* 96. Vide, *Verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda. Concluſio.* 95.

Dispositio omnis intelligitur de actu valido. Concluſ. 504.

1 DISPOSITIO † semper intelligi debet de actu valido; & ideo professus, qui obligatur in genere religioni, debet intelligi, dummodo sit professio valida, ad hoc, vt obligetur. Lap. *alleg.* 47. *n.* 5. *ver. in contrarium.* Geminian. *consil.* 67. *n.* 3. *versic. secundo obstat.* Calder. *consil.* 327. alias 8. *de donatio.* Vide, *Actus debet interpretari, vt aliquid*
2 *operetur, non vt sit inutilis. Concluſ.* 135. *& Concluſ. ibi prox. sequent.* † Et promissio de matrimonio contrahendo debet intelligi de matrimonio valido. Angel. *consil.* 251. *Domina Massina. numer.* 2. *versicul. cum enim*
3 *matrimonium.* † Amplia quia omnis dispositio debet intelligi in dubio, vt loquatur in casu, in quo disponens potest disponere, non è contra. Gemin. *consilio* 77. *numer.* 2. *ver. sed istud statutum.* Vide, *Actus humani omnes regulantur à voluntate, & potestate. Concluſ.* 127.
4 † Amplia; quia omnis dispositio intelligitur de actu legibus vallato, aliàs abusiue dicitur, quod bannum, sententia, testamentum, exhæredatio, & similia sint talia, si sunt contra legem, & contra formam, & modum datum à lege, vel ab homine. Petr. de Anchar. *consil. 6. Viso themate quæstionis. num.* 5. *& 6. ver. cum isto statuto*, idem tenet Castrens. *in l. inter omnes. num.* 4. *ver. & not. sic gloss. ff. qui satisd. cog.* vbi statutum volens, quod omnes sententiæ arbitrorum mittantur exequutioni, intelligitur de sententijs validis, ne absurdum sequatur. † Amplia; quia statutum loquens, quod de omni contractu soluatur gabella, (prout Florentiæ) non habebit locum in contractu nullo; quia de eo nulla gabella debetur. Roman. *cons.* 78. *Licet communi*, vbi plena apostil. in *ver. non debet*, quæ citat plurimos; ratio est; quia sicuti sententia nulla non dicitur sententia, *l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iudic.* ita contractus nullus non dicitur contractus. † Extende; 6
quia priuilegium, gratia, rescriptum, & alia, quæ sunt nulla, non possunt dici talia; quia verba cum effectu, & de actu valido intelliguntur. Abb. *cons.* 98. *In casu, numer.* 4. *in fin. ver. non obstat secundum. lib.* 1. † Amplia, vt omnis dispositio intelligi debeat de actu vero; ideo 7
promittens assignare tot debitores intelligitur de debitoribus veris, & constet, quod sint debitores veri. Bald. *cons.* 442. *Verba ita dicunt. lib.* 1. † Amplia; quia statutum Florentiæ de venditione facta autho- 8
ritate Communis est intelligendum de venditione valida, & non de nulla. Socin. *cons.* 46. *num.* 6. *lib.* 4. Affict. *decis.* 271. *num.* 2. *& decis.* 283. Corn. *cons.* 284. *num.* 9. *lib.* 4. *& cons.* 45. *num.* 15. *lib.* 1. veluti si esset fact de re litigiosa. *l.* 2. *C. de litigio.* † Amplia; quia statutum mandans 9
lauda arbitrorum mandari exequutioni intelligitur de validis, & ideo nullitas opposita obstabit exequutioni, si subest. Cuma. *cons.* 7. *Primum videndum. num.* 16. quod est cons. Floriani de S. Petro, incip. *Super iniustitia in princip.* Bald. *consil.* 169. *In primis sciendum, in fin. ver statuta vero. lib.* 3. vbi, quod intelligitur de laudo lato à vero arbitro, & quod debet constare de compromisso. † Extende; quia statutum 10
Lucanum, quod iudex condemnet non seruantes lauda, intelligi debet de laudis validis; quia lauda nulla non sunt seruanda. Roman. *consil.* 67. *Viso, in princip.* vbi apostill. in *ver. valida.* † Amplia; 11
quia mandans aliquem debitorem debere absolui, vel liberari ab obligatione, intelligitur de liberatione valida. Bald. *consil.* 477. *In isto certamine, in princip. lib.* 2. † Amplia; quia statutum tollens facul- 12
tatem obijciendi contra sententiam nullitates, intelligitur de sententia lata ab habente iurisdictionem habitu, & actu, aliàs autem sententia lata sine iurisdictione non est sententia. Bald. *consil.* 21. *Processus factus, ante med. ver. istis præmissis, lib.* 5. Vide, *Exceptiones quæ nunquã dicuntur excluſæ. Concluſio.* 381. † Amplia; quia promittens de ra- 13
to pro alio, videlicet quod ratificabit laudum ferendum per arbitrum, intelligitur, si sit validum, aliàs autem si feratur laudum nullum, vt quia extra tempus compromissi, non committitur pœna, licet non fiat ratificatio; quia dispositio intelligitur de laudo valido Bald. *consil.* 102. *Omnis potestas, numer.* 3. *ver. & sic considera, lib.* 3. † Amplia; quia statutum Perusij compellens ad compromissum 14
certas personas secundum commissionem iudicis, debet intelligi, vt commissio iudicis non expiret in primo actu, si non fuit facta præsenti, & valide. Bald. *consilio* 144. *Factum sic proponitur, per totum*, maxime circa finem, *ver. item quoties primus actus, lib.* 4. † Amplia; 15
quia statutum Perusij mandans nihil opponi posse contra instrumentum, intelligitur de vero instrumento; ideo exceptio, quod non sit instrumentum, admittitur. Bald. 399 *Quod non sit, in fin. lib.* 5. Vide, *Exceptiones quæ possunt quandocunque opponi, quæ sint. Concl.* 380. † Amplia; quia statutum, quod bannitus possit impune offendi, 16
non habet locum in clerico bannito per iudices seculares; quia intelligitur de banno valido. Dyn. *consil.* 53. *Quæstio talis est, cauetur statuto, per totum*, quod est Franc. Accurs. Laur. de Rampo. & Dyn. de Mucel. † Amplia in dispositione per contractum; quia si fit 17
mentio de laudo, vel declaratione arbitri, intelligitur de valido, & valida. Alexand. *consil.* 119. *Quæritur, numer.* 9. *& sequen. ver. & si dicatur, lib.* 2. † Amplia; quia obligatus soluere decem, & pro illis 18
soluere tot nomina debitorum, intelligitur de nominibus debitorum exigibilibus. Bald. *consil.* 358. *Dubitari potest, lib.* 5. Vide, *Nomina debitorum qualiter veniant in obligatione & exigantur. Concluſ.* 63. † Et 19
promittens facere instrumentum, intelligitur de instrumento valido, videlicet recte, & rite facto. Angel. Aretin. *consil.* 12. *Videtur dicendum. num.* 19. *in fin. ver. confirmatur, & numer.* 20. † Amplia; quia 20
statutum mandans tueri possessorem in possessione, intelligitur, & habet locum in eo, qui est vere possessor, non autem, si esset possessor per turbationem, & violentiam. Bald. *consil.* 337. *Statutum, quo in effectu. & consil.* 338. *Præmittendum est, lib.* 5. *per totum.* † Amplia; 21
quia venditor remittens emptori denuncianti necessitatem in casu euictionis, intelligitur remittere illam denunciationem, ad quam de iure obligatur, videlicet iudicialem; quia verbum, *remittere*, præsupponit præcedentem obligationem; & ideo cum non sit obligatus, nisi ad iudicialem molestiam notificandam, de iure censetur

remissa ista, non autem extrajudicialis, & quæ est de facto; quia licet venditor ad istam se obligauerit; tamen intelligitur, dummodo sciuerit. Angel. *cons.177. In facto proponitur, per totum*, quod est Bald.
22 & Ang. † Amplia; quia omnis dispositio intelligitur de actu valido, & habente iuris effectum; ideo testator faciens fideicommissum in euentum, quod hæres non fecerit testamentum, intelligi debet de testamento habente iuris effectum. Angel. *consil. 159. Contradus Alberti, colum. 3. ver. de secundo.* † Amplia in sententia; quia non
23 dicitur habere effectum sententiæ, donec debet confirmari. Dyn. *consil. 53. numer. 4 ver. præterea lege cauetur.* Vide, *Sententia operatur multa, & de qua sententia intelligatur. Conclus. 180.* † Amplia in probatione; quia omnis dispositio loquens de probatione, intelligitur de
25 valida, & sufficienti. Aretin. *cons. 142. num. 12. ver. & similiter.* † Extende; quia in omni dispositione hominis conditionali, vbi conditionaliter agitur de probatione, licet sit opinio, an de valida, vel præsumpta sit intelligendum, tamen si pars velit habere plenam probationem & opponeret præsumptam non sufficere; tunc intelligitur de plena; si verò nihil opponitur, intelligitur de præsumpta.
26 Aretin. *cons. 142. num. 20. & sequen.* † Amplia; quia dispositio statuti loquens de cessione, de bannito, de contractu, & similibus, debet intelligi de rite, & recte, & sic de validis. Angel. Aretin. *consil. 12.*
27 *nu. 20.* † Amplia; quia statutum, quod laudum mandetur exequtioni, non obstante quacunq; exceptione, non habet locum in laudo nullo, ex quo de valido est intelligendum. Ioan. de Anan. *consilio 83. colum. 2. ver. circa vero secundum.* vbi Bologn. *num. 3. & seq. ver. capio nunc.* vbi ponit plura exempla, quod paria sunt, non esse, vel inutiliter esse. Roman. *cons. 67. in princip.* Vide, *Paria sunt, non loqui, vel*
28 *loqui taliter, quod non intelligatur, & quando secus. Concl. 85.* † Extende; quia statutum dans præmium capienti bannitum, intelligitur de captura vtili; non inutili, videlicet vt retineat captum. Bolog. *d. apostill. ad Ioann. de Anan. num. 3. in fin. ver. accedit ad hoc.* † Idem est in
29 statuto puniente opponentem exceptionem; quia non habet locum; si opponit inutilem, & nulliter. Bolog. in *addit. ad cons. Ioan. de Anan.*
30 83. *num. 4.* vbi paria sunt, inutiliter facere, vel non facere. † Idem
31 est in statuto, quod cedens actionem nobili priuetur; quia non habet locum in cessione nulla. Bolog. vbi supra *num. 4.* † Idem est in statuto, quod de contractu soluatur gabella; quia intelligitur de
32 valido. Bolog. vbi supra. † Idem est in statuto, quod testes publicati excludant probationem vlteriorem; quia intelligi debet de valida, non de inutili. Bolog. in *addit. ad consil. Ioann. de Anan. 83. in fin.*
33 † Extende in statuto Lucano, quod petente actore sibi per reum satisfari de stando iuri, & iudicatum soluendo, aliàs reus non audiatur, intelligitur, quando actor legitime, & iuste petit; alias si constaret eum calumnioſe petere, vel nullum ius habere, statutum non habet locum; quia intelligitur de valida actione, non de nulla. Roman. *dict. consil 67. numer. 2. & sequen. ver. quoad secundum.* & quia superfluis cautionibus non vtimur, & loquitur, quando clare liquet.
34 † Item si statutum disponat, quod hæres satisfaciat legatarijs & fideicommissarijs, antequam hæreditati se immisceat; quia intelligitur, dummodo legata & fideicommissa sint valida; secus si nulla. Roman. *dict. consil. 67. numer. 3. ver. secundo idem.* vbi, quod si clare constat taliter, quod non requiratur indagatio altior, statutum non ha-
35 bet locum. † Limita; quia si facta est concessio alicui de certo fundo, quæ est nulla, postea concedatur generaliter territorium alteri, cum hac exceptione, quod non veniant concessa alteri, in secunda cõcessione non veniet fundus alteri nulliter cõcessus ex affectu concedentis, non ex effectu nullius concessionis. Bald. *cons. 379. Quando super facto, num. 8. ver. sed ponamus, lib. 3.* & declara, vt ibi per eum.
36 † Limita, quando contraria præsumptio militat; nam statuti ſ Ferrariæ, quod maritus non possit donare vxori vltra libras 50. si maritus donauit vxori vestes, iocalia, & bona magni valoris postea legat vxori omnia sibi donata; deberet in dubio intelligi de donatis validè; sed quia legatum redderetur inutile, & sumus in re fauorabili, legatum comprehendit donata nulliter. Alexand. *cons. 248. Ponderatis, in princip. iuncto nu. 12 ver. & licet ex superius dictis, lib. 6.* Vide, *Verba in dubio intelligenda, vt actus valeat. Conclus. 99.* Vide, *Verba in dubio de actu valido intelligenda. Concl. 100.*

Dispositio omnis intelligitur de habili, & quando secus. Conclus. 505.

1 REGVLA; quia † omnis dispositio intelligi debet de habili; & ideo cum iudex quis esse non possit delegatus, nisi habeat 20. annos, *cap. cum vigesimum, &c. de offic. deleg.* dum canonici declarantur posse esse delegati in *c. statutum de rescript. libro 6.* intelligi debet, dummodo habeant ætatem legitimam. Lap. *alleg. 47. num. 5. verficul.*
in contrarium. † Extende in omni dispositione, vt semper refera- 2
tur ad habiles; ideo tutela, quæ defertur succedentibus ab intestato, intelligitur, dummodo sint habiles ad tutelam. Signorol. Homod. *consil. 2. Statuto ciuitatis Mediolani, num. 15 ver. nec est admittenda.* † Am- 3
plia in omni dispositione intelligi habilitatem; ideo personæ prohibitæ, lege, mor bus, vel natura incapaces non includuntur. Bald. *cons. 207. Quæstio est Spurius, num. 3. ver. sic igitur, lib. 2.* vbi loquitur in feudo concesso prosc, & quibus dederit, vt restringatur ad habiles. Angel. *cons. 110. Sanctissima, numer. 5.* vbi, quod omnis dispositio de habili intelligitur; ideo fœminæ non vocantur ad feuda; quia sunt inhabiles ad seruitium feudale. † Amplia; quia statutum prohibens 4
posse opponi aliquam exceptionem contra instrumentum, non tollit exceptionem, quod instrumentum sit confectum à persona inhabili; quia omnis dispositio de persona habili intelligi debet. Bald. *consil. 292. Factum sic proponitur, numero 8. lib. 3.* alias si instrumentum esset celebratum ab infante, furioso, vel inhabili, deberet exequi, quod est absurdum idem Bald. *consil. 293. Donatio causa mortis, numer. 3. versiculo exceptio, libr. 3.* Vide, *Statutum circa exceptionem repellens omnem exceptionem. Conclus. 526.* † Extende idem, si nullitas in- 5
strumenti proueniret ex inhabilitate contrahentis. Roman. *consil. 42. Visis, quæ egregie, in princip.* quia statutum tollens omnem nullitatis exceptionem, vel omnem exceptionem, non tollit istam, si est clara; quia instrumentum, non est instrumentum, vbi apostil. *in versicul. iudicantis* citat infinitos. † Extende; quia statutum prohibens posse 6
diei de nullitate iudicii, & sententiæ intelligitur, dum personæ fuerint habiles, alias enim si iudicium esset factum à filiofamilias *in iis*, in quibus agere non potest, potest dari de nullitate, non obstante statuto. Bald. *consilio 193. In decidendo, libro 3.* † Idem dummodo 7
adsit iurisdictio; quia defectus; vel inhabilitas iudicantis, de qua constat, reddit sententiam nullam, & dispositio intelligitur de valida. Roman. *dict. consil. 42. numero 2.* vbi apostil. in *versicul. iudicantis.* † Extende; quia statutum, quod instrumentum guarentigiatum 8
habeat exequutionem, & nulla contra tale instrumentum possit opponi exceptio, intelligitur, dummodo sit validum, ideo exceptio, quod non sit instrumentum, admitti debet; quia annullato instrumento annullatur guarentigia. Roman. *consil. 42. numer. 3.* vbi apostil. in *versic. nullo*, & in *versic. clausula*, & rursus Roman. *consil. 76. numer. 8.* † Declara; quia restrictio non procedit, quando duplex defectus, 9
vel duplex inhabilitas concurreret. Rube. Alexandr. in *l. Gallus*, §. *quidam recte, num. 199. & seq. ff. de liber. & posth.* Roland. *cons. 79. num. 39. lib. 2.* † Restringe in dispositione hominis; quia non restringitur 10
dispositio vniuersalis ad habiles. Roland. à Valle *cons. 79. Stante forma num. 33. ver. nec obstat, lib. 2.* Afflict. *super feud. qualiter olim feud. alie. pote.* § *donare, num. 6.* † Restringe, quando verba maxime in dispositio- 11
ne hominis abundarent. Afflict. vbi *sup. prox. nu. 6.* † Amplia; quia 12
statutum disponens homicidam non posse absolui, nisi citatis proximioribus offensi, intelligi debet de proximioribus habilibus ad accusandum. Bald. *cons. 424. Formata fuit, lib. 5. in princip.* quia semper habilitas est intelligenda. † Extende in statuto loquente de bonis 13
venditis generaliter, quod si sunt posita ad cridas, emptor sit tutus; quia intelligitur, dummodo emerit à persona habili; ideo si emit à minore sine solemnitatibus, nõ suffragatur statutum de cridis. Ang. *cons. 160. Domina Catherina, num. 2. ver. de primo.* † Extende in statuto 14
prohibente mulierem posse contrahere, vel testari sine præsentia fratrum, vel proximiorum; quia intelligitur de habilibus de iure, & de facto, ideo minores 14. annis, item fatui, item absentes habentur pro mortuis, quia non sunt habiles ad præsentiam de iure, vel de facto. Angel. *consil. 333. Statuto Tudertino.* † Amplia; quia statutum, 15
quod mulier non possit facere, quin filii sibi succedant, intelligitur quando filii sunt habiles ad succedendum. Cranett. *cons. 307. num. 2.* † Extende; quia quando tractatur de aliquo, semper præsupponi- 16
tur habilitas ex alio capite. Cranet. *d. cons. 307. nu. 2.* † Limita; quia 17
dispositio propter publicam vtilitatem non restringitur ad habiles. Bart. in *l. si quis in graui, §. vtrum in fin. ff. ad Syllania.* cuius opin. * communem dicit Ias. in *l. alienam. in princip. C. de procur.* † Limita; quia 18
imo regula est, quod licet omnis dispositio intelligatur de habili; tamen secus est, si agatur de fauore publico; quia tunc regula est, quod dispositio non restringitur ad habiles, per text. in *l. si quis in graui, §. vtrum, ff. ad Syllania.* vbi Bar. & alii, & hanc esse * communem dicit * Ias. in *l. alienam, C. de procur. in princ. & in l. si filius familias, num. 5. ff. si cert. pet.* vbi, quod nullus discrepat ab hac conclusione. † Contrarium 19
dicit Ias. in *d. l. si filius familias, num. 7.* tenere * omnes contra Bart. in *l.* * *1. C. de sacrosan. Eccles.* quia dum ille tex. fauore publico, & animæ disponit, quod habeat vnusquisque facultatem testandi ad fauorem Ecclesiæ dicit, quod omnes (excepto Bar.) tenent, quod illa verba intelliguntur de habili ad testandum, & pro contrario forti ibi allegat Ias. tex. in *l. in prouinciali, §. fin. cum l. seq. ff. de nou. oper. nunciat.* & relinquit

linquit cogitandum. † Declarat Deci. *in l. seruus reipublicæ, num. 4. & sequent. ver. & non obstat, ff. de reg. iur.* vt habilitas requiratur, quando fit prohibitio à lege, & dispositio à priuato; quia illa dispositio priuari tollit inhabilitatem inductam à dispositione priuati, non tamen à lege, & sic statutum respiciens vtilitatem publicam tollit inhabilitatem ex statuto resultantem; secus si à iure superioris proueniret, & plenius Deci. *d. l. si seruus, num. 4. ver. Sed tamen aduertendum. ff. si cert. pet.* † Infertur, quod statutum, quod capiens bannitum habeat castrum, habebit locum, etiam si capiens non sit capax feudi.
Bart. *d. l. si quis in graui, §. vtrum, ff. ad Syllan.* † Contrarium Deci. *d. l. seruus, num. 4. ff. de regul. iur.* † Infertur secundo, quod si statutum dicat, quod capiens malefactorem habeat prædium, si forensis, qui non potest ex forma statuti habere stabilia capiat malefactorem, habebit prædium; quia respicit fauorem publicum. Ias. *d. l. si filius, nume-*
ro 7. ff. si cert. pet. † Idem, si fiat proclama, quod de homicidio possit quilibet accusare; quia poterit etiam inhabilis accusare. Ias.
d. l. si filius, numero 6. ff. si cert. pet. Deci. ibi post alios, *numero 3.* † Extende etiam, ratione atrocitatis; quia censetur sublata habilitas personæ, *l. 1. C. de precib. Imper. offeren. in fin.* Alexand. *in l. diuortio, §. si vir, numer. 3. in fin. ff. solut. matr.* sequitur Ias. *in l. si filius, num. 7. in fin. ff. si cert.*
pet. † Restringe, quando agitur secundario de fauore publico, Ias. *d. l. alienam. in princip. C. de procur. & d. l. si filius, num. 7. versicul. Sed circa prædicta, ff. si certum pet.* Vide, *Habilitas requiritur in omni dispositione. Concl. 2.* Vide, *Verba vniuersalia restringuntur ad habiles. Concl. 131.*

Dispositio legalis, & conuentionalis, seu hominis differunt. Concluſ. 506.

ARGVMENTVM † non valet in multis à dispositione legali ad conuentionalem; ideo sententia lata circa indiuidua pro fisco super pœna iuuat partem; secus, si esset lata super actione ex conuentione orta. Bero. *consi. 206. num. 24. lib. 3.* qui declarat. † Amplia; quia mitius agit lex, quam homo. Vide, *Mitius agit lex, quam homo. Concluſ. 292.* † Facultas prorogandi concessa à lege operatur, quod prorogatio potest fieri pluries arbitrio arbitri, vel iudicis, dummodo legalem instantiam non accedat; si vero est concessa ex conuentione partium; tunc semel tantum, vel si dicitur, toties quoties, non excedit tres prorogationes; quia differentia est inter legalem & conuentionalem. Alexand. *consi. 70. Viso consilio, num. 2. versic. Constat autem*
lib. 2. Vide, *Prorogatio non debet esse maior, quam sit tempus instantiæ. Concl.*
923. † Compromissum faciendum ex necessitate legis, vel statuti debet fieri, si primum expirauit toties quoties, donec detur laudum, si vero ex conuentione partium est faciendum, secus est. Alexand.
d. consi. 70. num. 2. ver. Quod si statutum, lib. 2. Vide, *Statuta diuersorum locorum circa compromissum. Concl. 488.* † Amplia; quia illud, quod tacite inest in dispositione legis, nihil operatur, si exprimitur; secus est in eo, quod inest ex dispositione testatoris. Castren. *in l. quibus diebus, §. quidam Titio, in fi. ff. de cond. & demonst.*

Disputatio quando bona, & quando reiiciatur. Concl. 507.

DISPVTANDO † veritas eluceſcit, & magis apprehenditur. *l. fi. §. mixta. ff. de muner. & honor.* Rimin. Iun. *consi. 7. num 6.* vbi *nu.*
5. & 7. late. † Amplia; quia quantumcunque verba sint clara, possunt ad dubitationem reduci. Decia. *consi. 1. num. 143. lib. 1.* † Declara; quia vbi verba sunt clara, cauillationes non admittuntur. Decia. *consil. 17. num. 19. lib. 1.* & dicitur cauillosa dubitatio, quando fit in re clara, idem Decian. *consi. 97. numer. 47. lib. 2.* † Limita; quia in claris non est disputandum Crauett. *consil. 239. num. 4.* & vbi verba sunt clara non indigent disputatione. Tiber. Decian. *consil. 30. num. 18. lib.*
3. † Et vbi est casus legis, vel statuti, aut instrumenti, non est locus disputationi. Bald. *consil. 215. Proponitur, num. 3. in fin. lib. 2.* sequuntur Crauet. *consil. 31. in fin. & consil. 317. numer. 1.* Roland. à Valle *consil.*
4. numero 24. lib. 2. plenius *consil. 46. num. 13. lib. 4.* † Idem est in casu rescripti, vel alterius dispositionis. Beccius *consil. 21. numer. 32.*
† Limita in consulente; quia omissa disputatione debet decisiue loqui, Petr. de Ancharan. *consil. 37. Contra Ioannem, num. 5.* † Limita; quia fundamentum non potest fieri super eo, de quo disputatur; quia terminus est controuersus. † Extende; quia quando tractatur de aliquo, vel arguitur ex eo, præsupponitur habilitas eiusdem termini ex alio capite. Crauet. *consi. 307. num. 2.* Vide, *Habilitas requiritur*
in omni dispositione. Concl. 2. Vide, *Præsuppositum debet adesse, & verificari, vt dispositio procedat. Concl. 636.* † Limita; quia vbi est certitudo imbecillitatis, est quærere aliam certitudinem ex coniecturis. Becc. *consi.*
21. num. 31. vbi plura congerit. † Extende; quia omnis disputatio in claris dicitur calumniosa. Beccius *d. consi. 21. num. 31.* † Extende; quia vbi habemus textum apertum non indigemus aliqua glossa. Crauet.
consi. 294. nu. 6. ver. tertio principaliter.

Dissensus in contractu, & aliis, quomodo, & ex quibus probetur. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concluſ. 609. Emptio an probari possit per testes, n. 10. & multis seqq.* vbi, quod si probatur quis furiosus, ebrius, infans, & talis, qui non possit consentire, dicitur probatus dissensus; idem, quando vnus ex contrahentibus sensit de vno, alter sensit de alio. Vide, *Consensus debet esse simultaneus. Concl. 750.*

Distantia qualiter probetur. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concluſ. 524. Distantia.* vbi, quod probatur per famam, & vulgi opinionem, quod talis locus distat à tali per tot milliaria, & testis debet reddere rationem; quia fuerit pluries, & cum aliis hominibus, & viderit tanto tempore computari iter, vide eum. Vide, *Mensura qualiter facienda, & quid operetur. Concl. 203.*

Distinctio an adhibenda sit, quando lex non distinguit. Concluſ. 508.

LEX † vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan.* vbi gl. *in ver. in infinitum. l. 3. in fin. ff. de offic. præsid.* † Extende; quia *l. si post perfectam, C. de euictio.* quæ loquitur indistincte de fideiussione præstanda per venditorē mota lite in limine contractus, intelligitur tam pro illa, q̃ pro alia lite esse fideiubendū; quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguimus. † Amplia in statuto disponente in donationibus certæ summę requiri insinuationem; quia habet locū in omni donatione, siue fiat promittendo, siue tradendo, siue liberando; quia si statutū non distinguit, nec nos distinguere debemus. Bal. *consi. 231. Præsupposito statuto, per totū.* maxime *in fin. ver. Item statutum, lib. 1.* † Extende; quia statutum mandans debere responderi per se ipsum positionibus, non per procuratorem, includit tam masculum, q̃ fœminam, ex quo non distinguit. Bal. *consi. 222. Statuto cauetur, li. 1.* † Extende; quia statutum loquens simpliciter, & absolute nō debet limitari, sed generaliter intelligi, prout verba sonāt. Anchar. *consi. 270. in prin.* † Restringe; quia reducitur statutum generale, & simplex ad intellectū iuris, ne sequatur absurdum, & ne quis indebite iure suo priuetur. Ancha. *d. consi. 270. In primo dubio. n. 3. & seq.*
† Amplia; quia statutum disponens generaliter; quod pro quocunq; delicto commisso imponatur certa pœna delinquenti ciui, vel habitatori, habet locū, siue delinquat in territorio, siue extra, secundum * communem, de qua Anchar. Regien. *q. 7. n. 9. & seq. lib. 3.* † Et quod verba generalia simpliciter, plata debeant simpliciter, & sine distinctione intelligi. Rolan. à Valle *consi. 61. n. 10 & seq. lib. 3.* vbi *n. 31.* quod verba clara non indigent glossa, neq; recedit ab eis, & *consi. 62. n. 21. eod. lib.* vbi plures citat. † Extende; quia verba statuti debent intelligi simpliciter, & non secundum quid. Rol. à Valle *consi. 62. nu. 20. & seq. lib. 3.* † Extende, quando statutū generaliter loquens auferret lucrum successionis ab alio; secus si inferret damnū, &c. Alex. *consi. 249. Perspectis, n. 3. & 4. lib. 6.* † Amplia; quia, quod dicitur transactionem non rescindi prætextu instrumentorū de nouo repertorum, *l. sub prætextu. C. de transactio.* procedit, siue sciuerit, siue ignorauerit instrumenta de nouo reperta; quia esset nimia restrictio intelligere, quando ignorauit. Fulgos. *consi. 181. ver. circa secundum.* † Extende; quia res iudicata nocet, licet exceptio peremptoria competeret cōdemnato; quia si omisit, vel quia ignorauit, vel per errorem, vel alias sciens, non distinguitur, quia lex non distinguit. Fulgos. *d. consi. 181. in fin. ver. Aliud ergo.* Extende; † quia vbi lex non distinguit, neq; se restringit, neq; nos debemus restringere, vel distinguere. Lap. *alleg. 103. nu. 8. ver. tertia ratione.*
† Amplia, etiam si maior ratio sit in vno casu, q̃ in alio. Cephal. *consil. 138. n. 10.* † Amplia in dispositione hominis in vltima voluntate; quia si materia est indifferens, dispositio simplex, & quis nō possit testari, nisi in propinquos, intelligitur de propinquis, qui de iure ciuili successuri essent, siue masculi, siue fœminæ, siue agnati, siue cognati. Bal. *consi. 331. In quæstione, quæ vertitur, n. 3. ver circa primum, lib. 3.* & latius *n. 5. ver. tertio circa hoc.* † Extende in substitutione facta per auum de nepotibus, & descendentibus in bonis prædictis; quia ex quo non distinguit, an nepotes succedere debeant ex fideicommisso patri tantum, an etiā patruo, nec nos distinguimus; quia substitutio generaliter facta comprehendit vtrumque. Socin. *consi. 77. Consilium nostris, numer. 5. & seq. ver. Nec dicat aliquis, lib. 1.* † Restringe, nisi dispositio ipsa restringatur, puta ad proximiores de linea paterna, vel quid simile; quia tunc fit distinctio, & restrictio secundum dispositionem. Bald.
dict. consil. 331. num. 6. & sequ. lib. 3. † Amplia; quia statutum, quod filia dotata non succedat stantibus fratribus, intelligitur tam de fratribus filiæ, quam de fratribus testatoris, ex quo lex non distinguit,

de quibus fratribus loquatur. Roma. *cons.16. n.6. ver. vltimo quia.* vbi
19 apostilla dat plures concord. *in ver. testatoris.* † Contrarium, & melius dicit eadem apostilla tenere plures, quos citat, vt debeat intelligi de fratribus filiæ exclusæ, non de fratribus testatoris, ex quo fra-
20 tres testatoris non concurrunt cum filia, & non est par ratio. † Limita; quia statutum extra ordinem inducens nouam obligationem satisdationi, licet indistincte loquatur; tamen cum sit contra ius commune, distinguitur, vt non habeat locum in eo, qui bona stabilia possidet. Roman. *cons.67. num.4. vers. tertio hoc ipsum.* vbi apostilla
* 21 *in ver. possidere.* citat plurimos, & dicit * communem. † Limita; quia restringitur ex ratione subsequenti, vel inhærenti dictum gene-
22 rale legis. Bald. *d.l.1. § generaliter, ff. de leg. præstan.* † Limita, vt non procedat in materia differenti, prout in feudo concesso alicui pro se, & successoribus, vel hæredibus, vel descendentibus; quia si essemus in materia indifferenti, intelligeretur tam de masculis, quam fœminis; secus est, quando materia est differens de sui natura ad fœminas non transeuntes; quia tunc est adhibenda distinctio, quæ alias non adhiberetur. Bald. *consil.327. In hoc conueniunt. nu.2. ver. Sed in hoc non con-*
* 23 *ueniunt. lib.3.* vbi dicit * communem opinionem. † Limita; quia lex noua distinguitur per legem antiquam. Vide, *Lex noua distinguitur per antiquam. Conclus. 259. & Conclus. ibi sequ.* Vide, *Dispositio generalis generaliter intelligenda. Concl.488.*

Distrahere quid importet. Conclus. 509.

1 VERBVM, † *Distrahere*, importat idem, quod vendere, & alienare; quia sunt synonyma, & idem importantia. Alexan. *cons.*
92. *Perspectis, n.20. lib.6. & cons.41. in fin, n.5. eod. lib.*

Dissimulare quando licitum, vel non. Conclus. 510.

1 LICITVM † est dissimulare aliquando, *l. obseruandum, ff. de offic. præsid.* vbi gloss. *in ver. detegit*, vbi notat mirabilem malitiam dissimulandi, vt aliud habeat in ore, & apparentia, aliud in corde, quod
2 dicit gloss. optime faciunt aliqui nominati ab ea. † Erit igitur virtus non exhibere se, neque nimis austerum, neque nimis mitem, ne inde oriatur contemptus, *l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. pro-*
3 *cons. d.l. obseruandum. ff. de offic. Præsid.* † Amplia; quia bonorum morum, & ciuilitatis est saltem ab extra, honorare, salutare, & compati cum proximo, sic Cato, *saluta libenter*; & B. Apostolus honorare in-
4 uicem præuenientes monet. † Declara, dummodo id fiat etiam corde, & animo; quia alias peccatum est coram Deo, *cap. audi, 11. qu.* 3. Quia Spiritus sanctus fictum fugit, *cap. quomodo. de consecr. distinct.4.* late Roman. *in sermone habito in Concilio Basilien. quod est post sua consilia, nu.24. ver. Deus autem.* vbi plurima de hoc, vbi quod diuisi, & discordes, licet in vnum congregentur, non sunt in nomine Domini, sed imo Spiritus sanctus detestatur eorũ fœtorem claudens nares suas,
5 allegat *c. odit. 1. quæst. 1.* † Vulgare est prouerbium apud Lombardos, *chi non sa simulare, non sa regnare*, quod intelligas; quia decet regnantes multa supportare cum prudentia, non ad decipiendum, ex quo delictum magis graue, & grauius peccatum efficitur cum dolo, & leges grauius puniunt offendentem aliquem fallacia amicitiæ, quam alias; quia dicitur proditorie delinquere, & proditores sunt exosi omnibus, etiam illis, pro quibus delinquunt proditorie; quia vulgariter dicitur, *A' Principi piacciano tradimenti fatti a loro fauore, Ma*
6 *non gli piacque mai il traditore.* † Secundum autem morale, & ciuile institutum conuenit etiam substinere dissimulationem versus illos, quos scimus mala intentione salutare, prout Cato edocet omnes:

Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus,
Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte.

Distributiones quotidianæ quid contineant. Conclus. 511.

1 DISTRIBVTIONES † quotidianæ non veniunt appellatione beneficij, sed potius sunt quædam salaria, quæ dantur seruitoribus pro labore, sicut stipendia militum, & denarij diurni operario-
2 rum. Gemin. *consil.85. numer.20. versicul. Sed appellatione.* † Et appellatione distributionum quotidianarum veniunt funeralia, quæ inter intereſſentes manualiter distribuuntur. Lap. *alleg.43. in princip. & allegat.36. circa fin.* vbi, quod distributiones funeralium di-
3 cuntur minutæ distributiones. † Non tamen veniunt anniuersaria secundum Zabarell. *in clement. 2. §. illi vero, numer. 15. de ætate & qualitat.* licet alios contrarium tenere alleget, & vide Franch. *in cap. 1. §. final. de cleric. non resid. in 6.* vbi, quod anniuersaria æquiparan-
4 tur distributionibus quotidianis. † Et duplex est species distributionum quotidianarum; aliquæ enim appellantur minutæ, aliæ de massa. Lap. *alleg.36. circa fin.* & istæ minutæ aliquando manuales dicuntur, vt Lap. *alleg.43. in princip.* & quod sint distributiones massæ grossæ, & aliæ minutæ, & primæ veniant appellatione fructuum, aliæ non, tenet Calder. *consil.221. quod est vnicum, de cleric. non resid.* & est Ioan. Andr. & Io. Calderin. & de istis duplicibus distributionibus, videlicet grossis, & minutis. Calderin. *consil.238. in princip.* alias 17. *de præbend.* † Distribuuntur autem quandoque, & regulariter de iu- 5
re pro seruitio integri diei; quia licet quis interfuerit matutinis, & non aliis horis, nihil consequi debet, *clem. 1. de reliqu. & vener. sanct.* aliquando secundum statuta, & consuetudines distribuuntur in vnoquoque actu, & intereſſentia, ita Anton. de Butr. & Gemin. in addition. ad Lap. *alleg.43. numer.2.* tamen Zabarell. *in clemen. 2. §. illi vero. numer.17. quæst.17.* tenet, quod non valet consuetudo, quod debeantur pro omnibus horis illis, qui interfuerunt in matutinis; quia est onerosa Ecclesiæ. † Manualia beneficia dicuntur distributio- 6
nes quotidianæ, ideo percipiens solummodo distributiones quotidianas, non dicitur beneficiatus. Franch. *capit. vnico, de cleric. non resid. libr. 6. in §. Statuimus, in princip.* Calderin. *consil.221. circa med. versic. Sed expressius.* vbi exponit manualia, videlicet portiones, quæ dantur 7
præsentibus in pane, & vino. † Declara, quod distributiones quotidianæ non sunt accessoriæ ad præbendam, nisi sub certa forma interessendi. Calderin. *consil.222. in fin. ver. Nec obstat.* alias *vnico, de cleric.* 8
non resid. † Fructuum, siue prouentuum appellatione non veniunt distributiones quotidianæ, *c. licet. de præbend.* Gemin. *consil.85. num.21. ver. & pro dicto suo. & num.23. ver. Ex hoc liquido.*

Distributiones quotidianæ, habent multa priuilegia, & qualiter debeantur. Conclus. 512.

DISTRIBVTIONES † quotidianæ, quæ dantur laborantibus 1
in vinea Domini sub lucro in tantum efficiuntur propriæ clericorum, quod de ijs testari possunt, sicut rustici de denario diurno. Gemin. *consil.85. Super primo. numer.18. versic. vnde circumscripta.* † E 2
contra recipientes distributiones quotidianas in casibus prohibitis non faciunt eas suas, nec acquirunt dominium earum. Gemin. *consil.*
85. *numer.22. ver. Et pro ista parte.* † Decimæ Papales non soluuntur 3
de distributionibus quotidianis. Gemin. *consil.85. numer.18. versic. vnde circumscripta.* † Contrarium tenet gloss. *in clem. de deci.* quæ dicit 4
Papam ita declarasse, & quod vidit Bullam; sed tamen Gemin. *dict. consil.85. nu.18. ver. quod ad quotidianas.* dicit, si non apparet de declaratione, quod non debent solui decimæ. † Duplicari possunt, & 5
debentur duplicatæ distributiones pro modo officiorum diuersorum in eadem persona, licet secus sit in alimentis legatis, quæ duplicata non debentur ratione duplicis officij. Bald. *consil.344. Et prædicta opinione, libr.5.* & idem tenet Bald. inter consilia Zabarell. 53. vbi duplicatur magis extensum, & subscripsit Zabarel. ibi alia iura pro hac parte, vbi tenet hoc, quando extat consuetudo in Ecclesia, alias secus, & consultum fuit pro Decano Tridentino, qui erat Canonicus, & sequitur apostil. ad Roman. *consil.25. in ver. Petere potest*, vbi plura allegat. Vide, *Persona vna potest habere iura diuersarum personarum. Conclus.317.* † Victualia appellantur, & apud plures alimenta. Bald. 6
d. cons.344. Zabarell. *cons.53. in fin. & in subscriptione*, vbi, quod proprie non sunt alimenta, sed victualia. † Inductæ sunt distributiones 7
ad fauorem cultus diuini, vt facilius Canonici & Capellani conueniant ad diuina. Abb. *in c. licet, in secundo not. de præben.* Decian. *consil.*
280. *numer.4.* apostil. ad Ant. de Butr. *cons.42. in ver. cultus diuini.* † Ex- 8
tende; quia propterea statutum reducens fructus canonicatuum ad distributiones quotidianas in dubio præsumitur ad fauorem cultus diuini. Anton. de Butr. *dict. consil.42. in princip.* † Restringe, seu de- 9
clara, quando est sine præiudicio superioris, & studentium; secus si fiat in præiudicium priuilegiorum Papæ concessorum studentibus; quia publice interest, quod in Ecclesia sint litterati; & idem, si fiat in fraudem, & odium aliquorum, vel si fiat sine causa contra consuetudinem Ecclesiæ antiquam, vel si ob lucrum pro statuentibus præsentibus; quia tunc non valet; quia color quæsitus est. Anto. de Butr. *cons.42. per totum.*

Distributiones quotidianæ an comprehendantur in valore, & aliis. Conclus 513.

DISTRIBVTIONES † quotidianæ debentur propter ope- 1
ram personæ, & non augent valorem beneficij; quia cum pendeant ex incerto, & ab opere personali, non considerantur in valore beneficij. Oldrad. *consil.118. Ex virtute gratiæ.* sequitur Ægid. Bellam. *consil.34. numer.4. versic. ad quartum dubium.* † Et ideo appellatio- 2
ne fructuum canonicatus, & præbendæ non veniunt distributiones quotidianæ. Gemin. *consil.153. in fine.* allegat Rotam, quæ hoc di-

cit

3 cit *decisso.7. de prabend. in nouiss. quando impetratur*, alias 134. † Amplia, vt pariter ea, quæ debentur Archidiacono, vel Prælato propter iucundum aduentum dicuntur deberi personæ, non dignitati; ideo non veniunt in locatione fructuum facta. Oldrad. *consil.* 129. *In*
4 *quæstione.* † Amplia; quia in tantum distributiones quotidianæ debentur ratione canonicatus, & operarum, non autem prębendæ, vt etiam in dispensatione valor expressus prębendæ non augeatur ex distributionibus. Ægid. Bellam. *dict. consil.* 34. *numer.* 4. *ver. ad quartum.* Vide, *Fructus beneficiorum differunt à distributionibus quotidianis. Concluſ.* 301.

Distributiones quotidianę quibus debeantur, vel non. Concluſ. 514.

1 DISTRIBVTIONES † quotidianæ debentur deseruientibus tantum; quia destinantur operi personæ. Oldrad. *cons.* 118. *Ex virtute gratiæ*, quod in tantum est verum, vt non sint accessoriæ ad prębendam, nisi sub certa forma interessendi. Calder. *cons.* 221. *in fin. ver. Nec obstat.* alias est *vnic. de cleric. non resid.* & quod debeantur solum interessentibus canonicis horis. Bald. *cons.* 132. *Præsupposito, quod cathedralis. in fin. lib.* 1. † Amplia, quod debeantur ratione seruitij personalis; ideo debentur personæ, non dignitati, & non cadunt sub locatione de redditibus dignitatis vel beneficij. Oldrad. *cons.* 129. Am-
3 plia, † vt etiam existens in studio de licentia Episcopi sui percipiat omnia, quæ perciperet vigore extrauag. *Suscepti regiminis, de electio.* ac si resideret; quia Ecclesiæ deseruire dicitur, qui in studio parat se seruitio Ecclesiæ vniuersalis. Oldra. *cons.* 220. *in fin. ver. Et credo.* non tamen percipit distributiones, nisi in casu, quod beneficium non haberet,
4 nisi distributiones. Oldrad. *cons.* 300. *n.* 10. *ver. Pro hoc facit.* † Amplia, vt in tantum quotidianæ distributiones debeantur deseruientibus, & interessentibus, vt sicut non valet consuetudo, quod non interessentes illas habeant; ita etiam argumento ab oppositis nō valet consuetudo, quod deseruientes illas non habeant. Lap. *allegat.* 43. *an residens. in princ. & in fin.* quod nec valet statutum; quia quod non potest consuetudo, neq; statutum, & de hac consuetudine, vt non valeat, quod illi, qui interfuerunt matutinis, habeant pro omnibus horis, tenet Card. Zabarel. *in clem.* 2. § *illi vero. nu.* 17. *qu.* 17. *de ætat. & qualitat.*
5 † Amplia, vt debeantur deseruientibus, etiam si non residеant. Lap. *allegat.* 43. *ver. not. sentit. nu.* 2. quod intellige, quando deseruientibus et-
6 iam in vno actu debentur, vt in limitatione supra proxime. † Declara; quia dispensatus etiam per Papam, vt percipiat fructus, redditus, & prouentus in absentia, non percipit distributiones quotidianas, etiam si seruiat per substitutū, licet percipiat massam grossam. Calder. *cons.* 221. alias *vnic. de cleric. non resid. per totum.* vbi in fin. quod in hoc non habet locum regula, qui per alium facit. Vide, *Dispensatus in*
7 *absentia, vt fructus percipiat, quid percipere possit. Concl.* 473. † Restringe in canonico expulso, sine culpa sua, & in infirmo, & alias impedito personaliter residere ex iusta, & necessaria causa; quia debet habere etiam distributiones quotidianas, si seruit per alium. Calderin. *consil.*
8 238. alias 17. *de prabend.* Vide, *Residere qui non teneatur in beneficio requirente residentiam. Concluſ.* 251. † Amplia; quia distributiones quotidianæ, & fructus residentiæ debentur absentibus ex iusta necessitate, *c. vnico de cleric. non resid. in* 6. qui tex. tollit omnem consuetudinem disponentem, quod dentur non interessentibus diuinis, dummodo sint in loco; quia imo non acquirunt dominium, si tradantur extra tres casus, videlicet quando infirmi, vel ex iusta, & rationabili necessitate, vel ex vtilitate Ecclesiæ absunt; & ita ibi Io. Monach. Io. Andr. Gem. Franch. & alij Calder. *cons.* 17. *de prabend. nu.* 238. plenissi. Couar. *var. resolut. lib.* 3. *c.* 13. *per totum.* vbi extendit per 13 illationes, & decla-
9 rat. † Extende; quia absens ex præcepto superioris, vel ex expulsione sine culpa sua, debet habere distributiones per prædicta, ita Couar. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 8. & ita Rota Romana in vna Calagurritan. coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Card. Platta,
10 2. Iunij 1586. † Declara; quia citatio & præceptum, per quod quis comparere tenetur, non probat contra præceptatum, vt culpa sua dicatur absens, sed debet hoc probari ab eo, qui negat absentiam ex causa necessaria, & legitima, ita Rota Rom. d. decis. Calagurritana, coram Illustriss. & Reuerendiss. D. Platta, 2. Iunij 1586. Cardinale di-
11 gnissimo & meritissimo. † Amplia; quia debentur nouis canonicis supranumerarijs deseruientibus in choro, prout alij antiqui Canonici. Castr. *cons.* 170. *Viso puncto. in princ. lib.* 1. quia non debet eis da-
12 ri materia pigritiæ accedendi. † Restringe, nisi Canonici supra numerum sint creati sine præiudicio antiquorum; quia tunc non debent habere distributiones de communi massa antiquorum. Castr. *d. cons.* 170. *circa princ. ver. Sed hoc omnia, lib.* 1. vbi, quod debent expectare præbendas vacantes, & acceptarunt Canonicatus supra numerum cum ista conditione, quod non fiat præiudicium veteribus Canonicis. † Declara; quia Canonici facti sine præiudicio veterum de- 13
bent participare de illis mortuarijs, & oblationibus, quę fiunt singulis Canonicis, put candelæ, pecuniæ, prandia, & alia similia; de mortuarijs vero, quæ sunt præterita, non participant, sed bene de futuris relictis Capitulo; quia ipsi sunt de Capitulo; & licet fiat in aliquo præiudicium antiquis; quia minus percipiunt, præfertur ius publicum priuato. Castr. *d. cons.* 170. *col.* 2. *ver. super secundo, & per totum.* Li-
mita, † quod distributiones non debentur interessentibus vnico a- 14
ctui pro illo actu; quia debent interesse tota die in omnibus actibus, nisi statutum sit, quod pro singulo actu punctentur, & efficiantur participes, alias de iure secus, *per clem.* 1. *de reliq. & vener. sanctor.* Ita distinguunt Anton. de Butr. & Gemin. in addition. ad Lap. *d. allegat.* 43. *num.* 2. † Limita; quia quandoque distributiones quotidianæ mi- 15
nores dantur pro reparatione Ecclesiæ, quando minaretur ruinam. Bald. *cons.* 132. *in fin. lib.* 1. Vide, *Dispensatus in absentia, vt fructus percipiat, quid percipere possit. Concl.* 473.

Distributiones quotidianæ à quo ordinentur, & distribuantur. Concluſ. 515.

DISTRIBVTIONES † quotidianæ ordinari debent ab Episco- 1
po in omnibus Capitulis, vt Ecclesijs deseruiatur, ita vt non sit minor portio tertiæ partis omnium fructuum, nisi vbi esset consuetudo de maiori portione, ita Concilium Tridentinum *sess.* 21. *cap.* 3. *de reformat.* remota omni appellatione, & contraria consuetudine etiam immemorabili, *& sess.* 22. *cap.* 3. *de reformatio.* † Et debent diui- 2
di per Episcopum proportionabiliter præsentibus inseruientibus, & obtinentibus dignitates, Canonicatus, & officia, vt *in dict. cap.* 3. *de reformatio. sess.* 21. & iterum *sess.* 22. *cap.* 3. *de reformat.* † Ad Capitulum 3
tamen de iure, & de consuetudine spectat facere distributionem interessentibus, tam de massa grossa, quam de distributionibus. Oldra. *cons.* 56. *Tullius, in fin.*

Districtus quid sit, & illius appellatione quid veniat. Concluſ. 516.

DISTRICTVS est † territorium, cui iurisdictio inest. Bald. *con-* 1
sil. 419. *Ad euidentiam, li.* 1. & ideo ad hoc, vt castrum sit de districtu ciuitatis, necesse est, quod ciuitas habeat in eo imperium. Baldus *cons.* 499. *Sequitur constitutio, libr.* 4. vbi, quod Ciuitas Spoleti non habet proprie in districtu castra, in quibus solū exercet iurisdictionem circa pœnas pecuniarias; quia dicitur districtus secundū quid, quod non importat simplicem districtum. † Et quod idem importat 2
districtus, quod territorium. Bero. *cons.* 181. *numer.* 13. *lib.* 3. plene Crauett. *cons.* 671. *num.* 2. *& seq.* vbi late probat alios allegando. † Dif- 3
fert districtus à comitatu; quia comitatus proprie est ciuitatum, districtus est dominorum. Bald. *d. cons* 419. *circa med. libr.* 1. vbi, quod comitatus est quædam ciuitatis accessio. Vide omnino Aretin. *consil.* 77. *in princip.* vbi, quod comitatus est id, quod accedit ciuitati, districtus, quod non accedit ciuitati, sed est sub iurisdictione, & ita communiter accipitur, *c. ne Romani, §. sane. de electio.* Vide, *Comitatus quid sit. & illius appellatione quid veniat. Concluſ.* 479. † Et aliquando 4
districtus ponitur pro Diœcesi, & sic importat coercitionem spiritualem. Alexand. *cons.* 86. *num.* 5. *lib.* 4. † Dupliceм significatum ha- 5
bere districtum asserit Aretin. *d. cons.* 77. *numer.* 2. *& seq. ver. cum igitur.* vno modo significatur iurisdictio, ac merum & mixtum imperium, alio modo subiectio; non per modum accessionis, prout comitatus. † Triplex est districtus, videlicet ex conuentione, ex priuilegio, & ex 6
præscriptione; nam castra, quæ se submiserunt alicui ciuitati ad tutelam sui, & communem, dicuntur esse de districtu conuentionali; quæ vero subijciuntur per Principem ex priuilegio, sunt de districtu priuilegiato; & quando ciuitas præscripsit imperium in castro, dicitur de districtu, & præscriptione. Bald. *consil.* 499. *Sequitur constitutio, num.* 5. *ver. circa secundum. lib.* 4. † Et vide Castr. *consil.* 85. *Visis dictis* 7
ordinamentis. per totum. libr. 1. vbi, quod castrum Lucignani non est de comitatu, neque de districtu Senarum, nisi quoad vtilia, & fauores; quia ita est conuentum in conuentionibus. † Amplia; quia 8
districtus dicitur à distringendo, prout territorium à terrendo; ideo qui est subditus, dicitur de districtu. Corn. *consilio* 187. *numero* 7. *& sequent. libro quarto.* vbi limitat in recommendatis; quia non sunt de districtu, neque de territorio, & idem per omnia dicit etiam Socin. *in consilio septuagesimoquarto, numero* 10. *& sequ. libro primo.* Corne. loquitur de terra Mutiliani recommendata Florentinis, vt licet det brauium; non tamen sit de districtu. Socinus loquitur de terra Collecchij recommendata Senensibus. † Idem dicit Purpur. *con-* 9
silio 498. *numero* 40. *libro secundo.* quod Villa noua, quæ est fortalitium, non est de districtu Ciuitatis Montis regalis; quia non

potest

10 potest distringere; quia districtus dicitur à distringendo. † Districtuales dicuntur illi, quibus potest imperari, & in quos potest iurisdictio exerceri, licet non sint ciues, neque comitatini. Bero. *dict. consilio* 181. *numer.* 12. *& seq.* vbi *num.* 16. *lib.* 3. dicit, quod subditus quis efficitur ratione bonorum. † Districtus Vrbis Romæ vsque ad centum milliaria se extendebat, vt *l.* 1. *ff. de offic. Prætor. Vrbis.* §. *quicquid igitur.* † Hodie vsque ad quadraginta milliaria est redactum, vt in Bulla Gregorij XIII. super statutis Vrbis, & ita etiam ante dictam Bullam seruabatur, vt per Put. *lib.* 3. *decis.* 24. vbi, quod ex statuto Vrbis districtus fuit redactus ad quadraginta milliaria, *in libr. antiqu.* 2. *de Senatore*, & quomodo debeat esse, & castra, quæ soluunt sal focaticum Cameræ Vrbis, sunt de districtu Vrbis.

Diuersitas nominum, diuersitatem rerum, & locorum inducit. Concluſ. 517.

1 DIVERSA † sunt habere scientiam læsam, vel conscientiam læsam in materia præscriptionis; quia non tantum nocet scientia, quantum conscientia. Cuma. *cons.* 67. *Statuto ciuitatis, n.* 6. *ver. Vn-*
2 *de cum ministerio.* † Iussus & consensus differunt; quia aliud est iubere,
3 aliud consentire. Cuma. *cons.* 40. *Cuidam filio. in fin.* † Dominium vtile & directum diuersa sunt, Dyn. *cons.* 21. *Quæstio talis est, ego habebam, in*
4 *fin.* † Corporalis res diuersa est ab incorporali. Dyn. *dict. consil.* 21.
5 *in fin.* † Bos aliud esse dicitur, & aliud capra. Dyn. *d. cons.* 21. *in fin.*
6 † Emptio & venditio differunt à promissione de vendendo, vel de
7 emendo. Alexand. *consil.* 121. *num.* 5. *lib.* 4. † Aliud est promittere facere venditionem liberam, aliud facere venditionem rei liberæ,
☞ Alexand. *consil.* 44. *num.* 7. *lib.* 7. Vide plenius, *Aliud est venditio, aliud*
8 *promissio de vendendo. Concluſ.* 310. † Aliud est instrumentum, aliud
☞ contractus. Alex. *d. cons.* 44. *in fin. libr.* 7. Vide, *Continens & contentum*
9 *differunt, & quando. Concluſ.* 973. † Aliud est testamentum, aliud est
10 codicillus. *l. si idem codicilli. C. de codicill.* † Amplia; quia nomina diuersa diuersitatem personarum & rerum inducunt, *d. l. si idem codicilli. C. de codicill.* Decian. *cons.* 15. *num.* 54. *libr.* 1. Bald. *in l. ex legato. C. de legat. & cons.* 194. *col. fin. ver. facit etiam, lib.* 2. Alex. *cons.* 96. *Consideratis. nu.* 6.
☞ *libr.* 5. Vide, *Nomina diuersa diuersitatem rerum significant. Concluſ.* 58.
11 † Et ideo concessio facta de locis syluosis non probat identitatem, cum bona non sint syluosa, nisi constet aliunde, quæ essent syluosa. Alexand. *dict. cons.* 96. *num.* 4. *lib.* 5. vbi apostill. *in ver. doceatur.* citat
12 Alexand. *cons.* 27. *num.* 7. *lib.* 1. † Extende; quia diuersitas rerum, & effectus infertur ex diuersis. Socin. Iun. *consil.* 79. *numer.* 71. *libr.* 3.
13 † Restringe; quia licet diuersa nomina inducant præsumptionem, quod res sint diuersæ; non tamen operatur, quin sint sub vniuerso,
14 prout sub decimis, ita Decian. *cons.* 22. *nu.* 24. *lib.* 1. † Amplia; quia
* quantitas diuersa inducit diuersitatem obligationum, *communem dicit Alexand. *consil.* 4. *num.* 3. *lib.* 1. plenissime Ias. *consil.* 87. *per totum.* vbi dat multa exempla, *libr.* 3. Bald. *consil.* 218. *Viso instrumento, libr.* 5.
☞ Vide, *Obligatio pluries facta quando vna, vel plures. Conclusio.* 31. Exten-
15 de; † quia imo eadem quantitas confessata in diuersis quietantiis inducit diuersitatem solutionum. Alexand. *dict. consil.* 4. *num.* 4. *lib.* 1.
* 16 vbi dicit *communem. † Extende; quia etiam si eodem tempore, & de eadem summa fiant duæ obligationes; tamen intelliguntur diuersæ; quia vna de alia non facit mentionem. Ias. *d. cons.* 87. *col.*
17 2. *ver. ad idem.* vbi dat cautelam, quod fiat mentio, *lib.* 3. † Restringe in legato dotis pluries facto; quia vnicum est, per rationes adductas per Iason. quia in specie est factum, vel quia Dos est quid vniuersa-
18 le, *d. cons.* 87. *in fin. libr.* 3. † Declara, vt non procedat, quando legata plura pro dote essent de diuersis summis. Vide, *Legatum idem*
☞ *pluries factum ab eodem, & idem quando vnum vel plura. Conclusion.* 76.
19 † Restringe, quando creditor in 50. recepit 25. & fecit quietantiam; quia licet probet debitor per testes de confessione 25. non tamen faciunt 50. sed præsumitur confessio coram testibus de eisdem 25. licet diuerso tempore. Afflict. *decis.* 195. quem apostill. ad Alexand. *consil.*
20 4. *num.* 3. *in ver. vbi autem.* † Restringe, nisi essemus in personis rustici-
21 cis, & idiotis. Alexand. *d. cons.* 4. *nu.* 3. *ver. accedit.* † Amplia; quia tempus, item locus, item persona, item quantitas diuersa, inducunt diuersitatem obligationis. Ias. *consil.* 87. *col.* 2. *in fin. lib.* 3. Alexand. *dict.*
22 *cons.* 4. *circa primum quæsitum, lib.* 1. † Extende; quia tempus diuersum inducit diuersitatem dispositionis, & ideo *l. si vsusfructus. ff. de vsufruct. legat.* dicit, quod si legatur vsusfructus Titio per biennium à morte testatoris continuum, si hæres negligat, non potest legatarius petere vsumfructum sequentis biennij; quia dicitur diuersum, & ideo petere debet æstimationem. Abbas *consil.* 93. *Duo sunt. in princip. libr.* 1.
23 † Declara; quia si statutum mandat certo tempore aliquid fieri sub pœna; tunc non negat, quin alio tempore possit fieri ex causa, veluti si fuit impeditus facere, vel si datur purgatio moræ, vel quando illud, quod mandatur fieri, non perit, sed durat; quia tunc tempus respicit

exequutionem. Abbas *d. cons.* 93. *n.* 2. *& per tot. li.* 1. Vide, *Aliud est venditio,* ☞ 1
aliud promissio de vendendo. Concl. 310. vbi plura similia. † Amplia; quia 2 4
diuersitas loci inducit diuersitatem delicti, & diuersitate facti; ideo delictum factum in vna contrata non potest esse idem cum delicto, vel facto in alio loco. Anchar. *cons.* 147. *Super alia querela in pr.* † Extende, 2 5
vt idem sit in diuersitate temporis; quia inducit diuersitatem facti alio tempore, vel diuersitatem delicti, Anchar. *d. cons.* 147. *n.* 2. *& seq.*
† Amplia; quia diuersitas facti diuersum ius inducit, sicut & diuersa 2 6
ratio. Bertach. *in ver. diuersitas.* vbi idem in diuersitate mali; quia diuersam medicinam requirit. † Amplia; quia diuersa qualitas di- 2 7
uersificat actus, & dispositiones. Bero. *consilio* 142. *numero* 11. *& 12. libro tertio.* vbi, quod qualitas est, quæ resultat loco, tempore, re, & personis. Vide, *Qualitas diuersa quando actum principalem diuersum* ☞ 2
reddat, vel non. Concluſ. 3. † Et diuersitas in qualitate facit vnum ab 2 8
altero differre. Ruin. *consil.* 114. *col.* 2. *num.* 1. *lib.* 5. Rimin. *cons.* 429. *n.* 4.
lib. 3. † Amplia; quia causarum diuersitas ex modo concludendi 2 9
dignoscitur. Bero. *cons.* 85. *num.* 20. *ver. quod autem diuersa, lib.* 3. *cum seq.*
† Et valet argumentum à non nominato; quia lex non comprehen- 3 0
dit non nominatum, & potest dici; lex non loquitur isto casu; ergo dispositio non habet locum, *l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim.* Anchar.
cons. 280. *in princ.* qui loquitur in exorbitantibus. † Et quod non 3 1
dicit lex, nec nos dicere debemus, & quod non cantat instrumentum, neque ego cantabo. † Imo valet argumentum; lex non loquitur 3 2
hoc casu, & non reperitur iure cautum; ergo non potest de hoc argui. Crauet. *cons.* 90. *n.* 2. † Limita; quia non est diuersa persona is, qui ha- 3 3
bet duplex nomen, si vnico nomine ex duob. describat. Nam Petrus Antonius potest denominari Petrus, & potest denominari Antonius; & tamen duplicatum nomen non diuersificat. Io. de Anan. *cons.* 17.
n. 10. Vide, *Vnitas est triplex, & qualis. Concl.* 247. † Limita; quia de- 3 4
bitor in centum si probat per scripturam manu creditoris soluisse ☞ 3 5
quinquaginta, & per testes probat, quod d. creditor confessus est postea habuisse 50. & debitor dicit in totum satisfeciſse creditori, creditor dicit, quod sunt eadem 50. & quod non habuit, nisi 50. quia solutio probata per testes non est noua dispositio, sed probatio. *l. Publia. in fin. ff. depos.* est ergo eadem summa, quam probat scriptura, & quam probant testes. Bart. *in l. triticum. & in l. Sempronius. ff. de leg.* 2.
Alex. *cons.* 4. *libr.* 1. & pro notabili sequitur Afflict. *decis.* 198. Vide, ☞ 3 6
Possidere & in possessione esse differunt. Concluſ. 404. Vide, *Fictio differt à veritate in multis. Concluſ.* 217.

Diuersitas in eadem re non admittitur, & quando secus. Concluſ. 518.

DIVERSITAS † circa eandem rem non debet induci, *l. eum qui* 1
ædes. ff. de vsucap. vbi, quod eadem res non debet diuerso iure censeri. † Limita; quia eadem declaratio potest esse in parte valida, & in parte nulla, quando continet separata capitula. Castr. *cons.* 2
339. *Quia exceptiones, in fin. lib.* 1. † Limita, quod eadem res diuerso 3
iure censetur ex diuersitate accidentium; ideo donatio propter nuptias, quæ dicitur ob causam facta per patrem filio in potestate existenti soluto matrimonio dicitur pura, & simplex donatio. Oldrad. *cons.* 151. *Si quis verba.* † Limita, quod eadem res diuerso iure iudica- 4
tur, respectu diuersarum personarum; quia dos data ab extraneo, respectu mariti, est dos onerosa, respectu mulieris, est donatio. Oldrad. *d. cons.* 151. Vide, *Persona vna potest habere iura diuersarum perso-* ☞ 5
narum. Concluſ. 317. † Limita; quia eadem dictio posita in eadem lege sumitur proprie, & improprie, & improprie, secundum diuersitatem rationis. Alex. *cons.* 15. *Viso processu, num.* 7. *lib.* 1. Vide incertum author- ☞
rem post regulas Socin. *reg.* 3. *vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.* vbi ponit sex limitationes: Prima est, quando interueniunt diuersæ personæ: Secunda propter necessitatem diuersorum temporum: Tertia, si fictio, & veritas concurrunt: Quarta, quando plures dispositiones, & diuersi effectus: Quinta, quando effectus esset nullus: Sexta, quando esset diuersitas iuris.

Diuinare de occultis nullus potest. Concluſ. 519.

DIVINARE † nemo potest de occultis, & futuris; ideo si quis 1
facit actum licitum ad bonum finem, licet inde sequatur malum, non punitur; quia non tenetur diuinare. Roman. *consil.* 395. *Vt*
res clarior, num. 5. *ver. Vnde abst.* † Extende; quia neque Apostolus po- 2
tuit secreta diuinare, *c. Beatus*, 22. *q.* 2. Roman. *d. cons.* 395. *in fin. ver. Videmus enim.* vbi apostil. *in ver. Diuinare.* dat exemplum in Actibus Apostol. *cap.* 2. ibi; *& nunc ego ecce alligatus spiritu vado in Hierusalem, quæ in ea*
ventura sint mihi ignorans. † Extende in Papa; quia non præsumi- 3
tur diuinare, *c. vnico, vt Eccles. statu. benef. sine diminut. confer.* apostill. prædicta ad Roman. *cons.* 393. *in fin. in ver. Diuinare.* quæ idem dicit de Papa,

& de

4 & de Sanctis. † Et hinc dicimus, quod Ecclesia non iudicat de oc-
5 cultis. Vide, *Ecclesia non iudicat de occultis. Concluſ.*15. † Amplia; quia sensus & intellectus diuinatiuus à iure repellitur, *l. si putator. ff. ad leg. Aquil.* Riminal. Iun. *conſ.* 544. *nu.* 198. Vide, *Augures prohibentur. Concluſ.*557. Vide, *Incantationes & maleficia an noceant & qualiter puniantur. Concluſ.*59. Vide, *Sortilegium & diuinatio quid ſint, & in quibus differant. Concl.*357.

Diuinus cultus debet augeri, & qualiter. Concluſ. 520.

1 CVLTVS † diuinus debet augeri ſemper, & ſtatutum reducens præbendas ad diſtributiones quotidianas dicitur reſpicere au-
2 gmentum cultus diuini. † Declara, dummodo tale ſtatutum non ſit contra priuilegium ſuperioris in præiudicium ſtudentium, vel in fraudem, vt tertio præiudicet; quia via fraudibus aperienda non eſt, prætextu etiam augmenti cultus diuini. Anto. de Butr. *conſ.* 42. *per tot.*
3 vbi etiam, qualiter fraus probetur, & ex quibus. † Et dicitur tractari de augmento cultus diuini, ſi multiplicantur miniſtri, & plures
4 recipiantur. Signorol. *conſ.* 148. *n.* 3. *ver. item quod fauorabile.* † Declara; quia ſi vltra facultates Monaſterij augentur miniſtri, non augetur cultus diuinus, ſed magis confunditur. Signor. *d. conſ.* 148. *in fin. ver.*
5 *præterea ſi vltra quam.* † Et ideo poteſt Abbas in Prioratu manuali, & Grangia habentibus bona ſufficientia apponere conuentum, & creare Priorem, etiam ſi ibi nunquam fuerint monachi, neq; Prior; quia non attenditur, quod factum fuit, ſed quod debuit fieri; ſi vero non extant bona ſufficientia, ſaltem pro duobus poteſt vniti monaſterio per habentem auctoritatem, & ibi Clericus ſecularis in diuinis
6 inſeruiat. Abb. *conſ.* 25. *in princ lib.* 2. † Amplia; quia pro augmento cultus diuini, quilibet ſuperior poteſt agere ea, quæ ſunt ad decorem Eccleſiæ, & pro augmento cultus diuini. Abb. *conſ.* 25. *in princ. ver. item*
7 *video. lib.* 2. † Limita; quia dicitur coloratus prætextus, quando aliquid ſtatuitur pro augmento cultus diuini, ſi vtilitas ſtatuti ad ſtatuentes redundat, prout ſi Canonici præſentes ſtatuunt, quod fructus Canonicatuum ſint diſtributiones quotidianæ; quia ex quo abſentes ſunt in ſtudio cum priuilegio, cenſetur ſtatutum fraudulentum, & ex inuidia eorum, qui ſcientiæ ſtudent; ideo non valet. Anton. de Butr. *conſ.* 42. vbi pleniſſime, maxime *n.* 2. *in fin. ver. nec dicatur, & nu.* 3.

Diuiſio quid ſit proprie, & large, & quid importet. Concluſ. 521.

1 DIVISIO † eſt, vel ratione proprietatis, aut ratione poſſeſſionis, aut ratione vtriuſque de re communi; ideo non habet locum
2 diuiſio, vbi non conſtat de communione. Angel. *conſil.* 305. *in quæſt. vertente, num.* 2. *ver. venio ad primum.* † Diuiſio eſt, quæ de vno toto facit plura. Caſtr. *conſ.* 140. *col.* 2. *circa princ. lib.* 2. vbi apoſtill. dat con-
3 cord. † Item diuiſio eſt quædam ratio compoſita inter diuidentes, & ſicut liber computatorum probat contra ſcribentem; ita etiam diuiſio contra diuidentes. Bart. *conſ.* 123. *Factum ſic ſe habet. in fin. libr.* 1. ſequitur Ruin. *conſ.* 40 *nu.* 5. & 6. *lib.* 4. Socin. Iun. *conſ.* 48. *nu.* 42. *lib.* 1. vbi, quod ſi ratio eſt male compoſita, debet reduci, & clarius Socin. Sen. *conſ.* 25. *num.* 5. *ver. quinto probatur, lib.* 5. vbi, quod valet argumen-
4 tum de ratione ad diuiſionem, & e contra. † Amplia; quia dicitur quædam permutatio, quæ non poteſt fieri, niſi transferatur hinc inde aliquid Bald. *conſ.* 386. *Proponitur, quod frater, circa med. ver. præterea diuiſio, lib.* 1. & quod ſit quædam permutatio, & conſequenter contractus bonæ fidei. Bald. *conſ.* 312. *Si ita eſt, in princ. lib.* 2. & ſi in vno tantum transferatur, non eſt diuiſio; quia non habet ſua ſubſtantialia. Ant. de Butr. *conſ.* 37. *nu.* 2. *ver. In oppoſitum.* vbi, quod debet hinc inde
5 transferri, vt habeat ſua ſubſtantialia. † Et maxime hoc procedit in vniuerſalibus; quia diuiſio, eſt permutatio, & nõ alienatio, vt eſt tex. *in l. cum pater. §. hæreditatem. il ſecondo, ff. de leg.* 2. ſecundum vnam lectu-
ram, vbi, quod ſi inter grauatos reſtituere hæreditaris portiones fiat diuiſio, ſubſtituti compelluntur accipere partes, quæ obuenerunt in diuiſione loco portionum quæ eis debebantur in diuiſo, & ita per illum tex. tenent ibi Bar. Bal. Alber. & Caſtr. quia in vniuerſalib. portiones diuiſæ ſuccedunt loco portionum debitarum; & ita filius grauati, licet non ſit hæres diuidentis, tenetur tamẽ ſtare diuiſioni factæ per patrem grauatũ, tenet in terminis Caſtr. *conſ.* 125. *Dubitatur, col. fin. ver.* 10. *lib.* 2. & idem in feudo diuiſo. Alex. *conſ.* 60. *Viſis. col.* 1. *ver. ex iis*
6 *ſequitur reſponſio, lib.* 3. † Et quod diuiſio ſit quædam permutatio, tradit Bal. & alij *in l.* 1. C. *communia vtriuſq; iud.* vbi Caſtr *n.* 4. vbi, quod diuiſio eſt vera permutatio. Deci. *in l. cum proponas, la ſeconda, n.* 2. C. *de pact.* So-
7 cin. Iun. *conſ.* 36. *lib.* 3. Tiraq. *de retract. conſanguin. §.* 32. *gl.* 1. *n.* 88. † Et in tantũ diuiſio eſt permutatio, vt ſi bona libera dent vni, alteri bona fideicõmiſſaria, is qui habet bona fideicommiſſaria, dicatur habere à permutante titulo oneroſo, non à fideicommittente. Corn. *conſ.* 197. *nu.* 11. & 12. *lib.* 1. † Declara; quia diuiſio dicitur quædam permuta- 8
tio, quando fit inter plures volentes, & de conſenſu, ſecus ſi fiat à teſtatore, puta inter filios, vel hæredes. Alex. *conſ.* 6. *Viſa inueſtitura in ſin. lib.* 5. † Et eſt quædam permutatio, ſeu ſimilis permutationi, & vi- 9
cem emptionis obtinet, & dat materiam, & titulum præſcribendi, cauſat actionem euictionis, prout emptio, & permutatio. Corn. *conſ.* 128. *in fin. lib.* 4. plene Deci. *conſ.* 202. *vt præſens conſultatio. in fin.* vbi, quod poſſidens titulo diuiſionis præſcribit etiam contra fideicommiſſarium, vbi alios allegat. † Et eſt quædam tranſmutatio habens 10
vim emptionis. Corne. *conſ.* 42. *Videtur prima facie, numer.* 2. *in fin. & numer.* 3. *lib.* 4. maxime, quando ceſſa ſunt iura competentia. Vide 11
tamen Bart. in *l. diuiſionis. ff. de pact. & in l. iurisgentium, in princip. ff. eodem tit.* vbi laſ. † Amplia; quia diuiſio eſt contractus innominatus; 12
quia nomen eſt generis, prout permutatio; ideo differt à contractu nominato. Bart. in *l. diuiſionis. ff. de pact. & in l. iurisgentium, in princip. ff. eod. tit.* vbi declarat text. in *l.* 1. C. *communia vtriuſque iudic.* vbi dicitur, quod diuiſio ſimilis eſt emptioni. † Amplia; quia eſt quædam 13
tranſactio, & illius vim habet. Socin. Iun. *conſ.* 116. *numer.* 36. quod declara *numero* 65. *libr.* 1. & *conſ.* 178. *numer.* 118. *eod. libr.* vbi, quod propterea non trahitur ad incogitata, ſicut nec tranſactio. † Et quod ha- 14
beat vim tranſactionis quando adſunt clauſulæ hoc importantes, *quod vnus dedit alteri, & alter alteri, & ſibi remiſerunt, &c.* ita Battol. *conſ.* 93. *Præſuppono. per totum, lib.* 1. & multum refert; quia ſolutum indebitum in diuiſione repetitur, ſi habet effectum tranſactionis ſecus, vt per Bart. *d. conſ.* 39. † Amplia; quia alienatio, vel quaſi alienatio 15
dicitur diuiſio, *l.* 1. C. *communia vtriuſque iudic.* Roman. & ibi apoſtil. *conſ.* 182. *nu.* 3. Socin. Iun. *conſ.* 48. *n.* 4. *lib.* 1. Neuiza. *conſ.* 15. *nu.* 6. Corti. *conſ.* 108. *in princ. li.* 3. & *conſ.* 152. *in princip. lib.* 1. & *conſ.* 24. *n.* 8. *li.* 2. Ruin. *conſ.* 15. *num.* 10. *lib.* 2. Neguſ. *de pign. in tertio membro* 2. *partis num.* 4. Roland. à Valle *conſ.* 84. *n.* 16. *lib.* 1. † Declara; quia dicitur alienatio ne- 16
ceſſaria. Crauet. *conſ.* 264. *n.* 8. & *conſ.* 481. *nu.* 19. vbi, quod dicitur neceſſaria; quia poteſt compelli pars ad diuidendum, & *conſ.* 735. *nu.* 4. vbi plurimos late Ceph. *conſ.* 699. *n.* 42. & *ſeq. lib.* 5. † Extende; quia 17
imo proprie eſt alienatio, etiam in materia ſtatuti, loquentis de alienatione, quod verificatur in diuiſione. Rom *d. conſ.* 182. *n.* 3. vbi apoſt. in *ver. veritas*, vbi, quod ſtante ſtatuto, quod ſoluatur gabella de donatione, vel alienatione, ea ſoluenda etiam erit de diuiſione, ſequitur Curt. Sen. *conſ.* 66. *n.* 17. & *ſeq.* ſequitur Ruin. *conſ.* 117. *nu.* 21. & *ſeq. ver. vltimo quæritur, lib.* 3. † Et quod ſit alienatio. Grammat. *deciſ.* 7. *in* 18
princ. vbi allegat ad hoc *l. ſi pupillorum in princ. ff. de reb. eorum.* Abb. *conſ.* 82. *col. penul. lib.* 1. *ver. ceſſat ergo.* † Et quod ſit quædam alienatio, pa- 19
tet; quia non poteſt minor diuidere, ſicut nec alienare ſine decreto. Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 61. *num.* 1. † Declara; quia eſt alienatio pro 20
medietate; quia ego, qui diuido, non transfero, niſi meam medietatem, reliquam retineo. Bald. in *c.* 1. §. *præterea Ducatus, de prohib. alien. feud. per Feder.* Socin. Iun. *conſ.* 86. *num.* 8. *li.* 3. † Extende; quia eadem 21
ſolemnitas, quæ requiritur in alienatione, requiritur in diuiſione; ideo minor non poteſt prouocare ad diuiſionem niſi ſocius eſſet rixoſus. Curt. Sen. *dict. conſ.* 66. *nu.* 17. *ver. Capio nunc aliam.* Abb. *conſ.* 82. *Quamquam. col. pen. in princip. ver. ceſſat ergo, lib.* 1. Vide, *Minor ſine decreto non poteſt alienare. Concluſ.* 249. Vide, *Diuiſio an poſſit prohiberi. Concluſ.* 542. † Declara; quia ſi maior factus per quinquennium tacuit, 22
diuiſio conualidatur. Crauet. *conſ.* 19. *num.* 4. † Contrarium, quod 23
diuiſio non ſit contractus, neq; diſtractus, neque alienatio, & quod non ſit ex ea ſoluenda gabella, quę debet ſolui de alienatione, vel de contractu, ſeu diſtractu, Alexand. *in addit. ad Bart. in l. ab emptione. ff. de pact. n. ver. contrarius conſenſus*, vbi allegat concord. & etiam pro contraria opinione. † Declara ſecundum Bald. in *l. tres fratres, in princip.* 24
numer. 3. *ff. de pactis*, quia diuiſio fit quandoque per confeſſionem, & reſtitutionem hinc inde, & iſta non eſt alienatio, neque contractus, neq. debetur gabella, quandoque fit per traditionem; & tunc transfertur dominium, & eſt contractus, vel diſtractus, & eſt alienatio, & ſolui debet gabella. † Declara; quia diuiſio, quando eſt æqualis 25
inter diuidentes rem communem, dicitur quædam declaratio, vt loco rei incertæ reductio fiat ad rem certam, & nihil dicitur deperire. Bald. quem allegat, ſed non reperi in loco allegato per Bald. Nouel. *inter conſilia Corn.* 252. *Conſuluit dominus, lib* 1. *num.* 4. † Amplia; quia 26
diuiſio in tantum eſt alienatio, vt ſi habens rem communem illam obligauit, & poſtea diuiſit, creditor poteſt agere in parte obuenta ſocio non debitori pro medietate; quia per diuiſionem non reſtringitur ius creditoris ad partem obuentam. Neguſ. *de pigno. in* 3. *membro ſecundæ partis, num.* 37. † Amplia; quia imo diuiſio eſt alienatio 27
oneroſa, ita quod quicquid habet diuidens, dicitur habere titulo oneroſo. Roman. *conſ.* 503. *numer.* 10. Corne. *conſ.* 197. *numer.* 12. *libr.* 1. † Extende in tantum diuiſionem eſſe alienationem, vt reſpectu eui- 28
ctionis, vel non euictionis, q̃ de vno dicitur, de alio habeat locum.

Ruin.

Ruin.*conſ.146.num.3.ver.Nec vſt fienda differentia.lib.1.* ſequitur Fanuc.
29 *de inuent. part.7.num.205.* † Contrarium, quod diuiſio non ſit proprie, nec ſimpliciter alienatio. *c.1. §.præterea, de prohib.alien.feud.per Fed*er. Bero. *conſ.86.num.26.lib.2.* Vide, *Diuiſio facta per patrem inter filios*
30 *quid operetur. Concluſ.527.num.6.* vbi declaratur. † Sed eſt neceſſaria alienatio, & ſic qualificata. Crauet. *conſ.264. Quidam fratres, numer.8.*
31 † Intelligas, quod eſt neceſſaria alienatio permiſſa etiam circa ea, quæ non poſſunt alienari, quando fit in iudicio ab eo, qui prouocatur, puta à minore, & ſimilibus, vel multo magis à maiore. Alexand.
32 *conſ.7.In conſultatione, num.7.& ſeq.ver.quarto probatur.lib.5.* † Et ideo ſolemnitates, quæ ſunt neceſſariæ in alienatione voluntaria, & pura non ſunt neceſſariæ in diuiſione, prout neque in alienatione, quæ fit ex neceſſitate, *l.pater filium.ff.de leg.3.* Pinel. *de bon.mater.in 3.part.in l.1. num.24.pag.233.* Quod intelligas, quando neceſſario in iudicio quis
33 prouocatur, vt ſupra. † Vnde minor, qui non poteſt alienare, poteſt diuidere prouocatus in iudicio; quia alienatio eſt neceſſaria. Alexand. *dict. conſ.7.num.7.ver.quarto, cum ſeq.lib.5.* & ſupra *nu.15.& ſequ.*
Vide plene, *Diuiſio fieri debet petente vno ſocio. Concluſ.532.num.22.& ſeq.*
34 † Extende; quia Eccleſia licet non poſſit alienare ſine ſolemnitatibus, non prohibetur diuidere, imo de iure ciuili poteſt diuidere. *l.iubemus nulli*, ibi, *ſed etiam prædia diuidere. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi Saly-
* cet. & * communiter alij, quando fit vera diuiſio, *num.2.* & Ruin. *conſil.56.num.2.libr.4.* Capr. *in tract.regul. Concluſ.109.* incipit, *Omnium re-*
35 *rum diuiſio, num.22.* † Contrarium, quod imo Eccleſia ſine ſolemni-
36 tatibus non poſſit diuidere. † Declara; quia Eccleſia cum Eccleſia poteſt diuidere, ſed cum priuato ita demum, ſi eſt vtile. Redoan. *de*
37 *reb. Eccleſ. non alien. cap. venit quoque diuiſio.* † Declara; quia Eccleſia non poteſt diuidere ſine ſolemnitatibus, prouocando ſocium ad inſtar minoris, ſed prouocata poteſt diuidere; quia ex neceſſitate compellitur. Imol. *in c.nulli, num.11.de rebus Eccleſ.non alien.* Redoan. *de rebus Eccleſ.non alien.cap.venit quoque diuiſio.num.4.* & idem in minore di-
38 cit Alexand. *dict.conſ.7.num.7.ver.4.cum ſeq.lib.5.* † Extende; quia ſi eſt vtile Eccleſiæ, vel minori, aut neceſſarium diuidere, non requiritur alia ſolemnitas. Decia. *in c.quæ in Eccleſiarum.num.9.de conſtit.* vbi
39 dicit veriorem. Gabriel. *tit.de rer.alien.concluſ.1.* † Contrarium Pi-
* nel. *de bon.matern.in 3.parte, numer.30.& ſequent.* vbi de * communi.
40 † Duplex eſt diuiſio, aliqua eſt voluntaria, quæ fit inter plures habentes rem communem volentes diuidere, & iſta dicitur quædam permutatio; aliqua eſt, quæ non pendet ab ipſis, quibus fit diuiſio, ſed à teſtatore, puta quando bona diuiduntur inter filios, vel hæredes, de quibus loquitur Alexand. *conſ.6.Viſa inueſtitura.in fin.lib.5.* alia eſt neceſſaria, quando vnus prouocat in iudicio ad diuiſionem alijs recuſantibus; & iſta dicitur quædam alienatio, quæ cum ſit neceſſaria, eſt permiſſa, etiam ſi minor prouocetur; quia nemo compellitur ſtare in communione, & de iſta Alexan. *conſ.7. In conſultatione, nu.*
41 *7.ver.quarto probatur, cum ſeq.lib.5.* † Actio familiæ herciſcundæ competit pro diuiſione facienda, quæ competit contra inuitum, & prouocatum pro quibuſcunque bonis. Alexand. *conſil.7. In conſultatione,*
42 *num.5. ver. ſecundo probatur. lib.5.* † Actio etiam communi diuidendo, quæ pariter datur contra inuitum, & prouocatum, competit pro diuiſione facienda, & hæc fuit adinuenta, ne quis compellatur ſtare
43 in communione. Alexand. *dict.conſ.7.num.6.ver.3.lib.5.* † Limita; quia diuiſio non eſt alienatio proprie; quia ex toto non transfertur dominium; ideo in materia odioſa non continetur. Crauet. *conſ.735.*
44 *num.4.ver.apparet.* † Extende quantum ad minorem; quia licet non poſſit alienare, niſi ex cauſa neceſſaria; tamen poteſt diuidere.
45 Crauet. *dict.conſ.735.numer.5.* † Extende in materia ſtatuti ad effectum gabellæ ſoluendæ, ad effectum ſolemnitatis adhibendæ, & in
46 multis alijs, de quibus plene Crauet. *d.conſ.735.num.6.& ſeq.* † Declara; quia diuiſio eſt proprie, & vere alienatio; quia continet in ſe alienationem; quia cum quilibet ex habentib. communionem habeat partem in qualiber parte & gleba, diuidendo neceſſario permutant; quia vnus dat alteri, & alter alteri partem liberam, & permutatio eſt alienatio. Anton. de Butr. *conſ.37.in princ.*

Diuiſio licet ſit permiſſa, tamen ſi damnoſa dicitur, reducitur ad æqualitatem, & ex quibus reſcindatur. Concluſ. 522.

1 REGVLA † eſt; quia eſt de genere permiſſorum diuiſio; ideo communia omnia poſſunt diuidi, niſi reperiatur prohibitio. A-
2 lexand. *conſ.25.Attentis narratis, num.25.ver.quoad aliud, lib.5.* † Adinuenta eſt diuiſio ad tollendas diſcordias, quæ ex communione ori-
3 untur, ita Crauet. *conſ.264.in princ.* † Idem tenet Alexand. *conſil.7. In conſultatione, nu.6.lib.5.* vbi per alia verba fuit inuenta, ne quis com-
4 pellatur ſtare in communione, *l.fin. C. commun. diuidun.* † Diuiſio reducitur ad æqualitatem, etiam ſi læſio non ſit talis, quæ excedat dimidiam, licet non reſcindatur, plene Socin. Iun. *conſ.48.numer.40.& ſequ.* vbi, quod diuiſio eſt quædam computatio; ideo ſi eſt errata, vt quia non extat, vel minus extat, quam ſit datum, & diuiſum, debet ad æqualitatem reduci, & corrigi, & quod ſi eſt erronea, errore probato non nocet. Vide, *Diuiſio qualiter fiat. Concluſ.* 531. Damno-
ſa † eſt diuiſio; quia res minus valet diuiſa in partes, quam valeat in- 5
tegra; ſed tamen non eſt in conſideratione hoc damnum; quia alias ſemper poſſet diuiſio impediri, quod eſt falſum. Crauet. *conſil.60.in princ.ver.aut vult ſe iuuare.* † Reſcinditur diuiſio ex capite læſionis 6
vltra dimidiam. Bald. *dict.conſilio 386.in princip. libr.1.* Crauet. *conſilio 264. in principio.* vbi, quod reuocatur, & multo magis reſcinditur. † Vide, quando reſcindatur, vel non ex eo; quia fratres diuiſerunt bona, & libera, obuenerunt, vni feudalia, vel fideicommiſſaria alteri; quia eueniente caſu, quod moriatur is, qui habuit feudalia, & relinquat filias fœminas, non agunt filiæ reſciſſoria, neque de euictione contra patruum, niſi ſit dictum in ſpecie. Alexand. *con-*
ſil.21.numer.6.ver.tertio principaliter.libr.5. late Roland. à Valle *conſ.51.* *num.9.& ſeq.lib.4.* Socin. Iun. *conſil.119. lib.3.* Vide, *Euictio promiſſa* 8
per venditorem non haber locum multis caſibus. Concluſ.367. † Amplia, vt procedat, ſi læſio eſt in totum; ideo frater diuidens hæreditatem paternam cum fratre vterino, qui non eſt filius eidem patri, & nihil habere debet, reſtituit, & admittitur ad reſciſſionem. Bald. *dict.conſ.*
386.per totum. vbi eſt caſus, *lib.1.* Vide, *Diuiſio quando & ex quibus nulla.* 9
Concluſ.541. † Idem eſt in hærede, qui diuidit domum tanquam hæreditariam, & communem, cum ſit propria ex vendito, ſibi non præiudicat docto de veritate. Ancharan. *conſil.291. Super pluribus, num.*
4.& ſequ. † Idem eſt, quando ſorores duæ hæredes à patre factæ 10
ignorantes patris diſpoſitionem diuiſerunt cum tertia ſorore dotata, quam pater iuſſit eſſe tacitam; quia detecto errore poſſunt contradicere, reſpectu poſſeſſionis; quia non habuerunt animum transferendi dominium. Alexand. *conſ.168. Ponderatis, in princ. libr.5.* allegat tex. *in l.cum putarem, in fin. ff.famil.herciſcun.* & not. *in l.ſi poſt diuiſionem.*
C.de iur.& fact.ignor. † Reſtringe; quia diuiſio bonorum facta in- 11
ter plura communia non reſcinditur, ex eo, quod vnum commune effectum fuerit, poſtea maius, aliud paruum; quia iſta non conſiderantur. Anchar. *conſil.67. Querela expoſita, per totum.* † Et procedit 12
reſtrictio, quod non retractatur diuiſio ex augmento ſubſequuto communis, etiam ſi maior pars communitatum, quæ diuiſerunt, inſtent reſcindi. Ancharan. *d.conſ.67.n.5.& 6.* Vide, *Erronea confeſſio &* 13
erroneus conſenſus nihil operatur, & quando ſecus. Concl. 327.

Diuiſio habet multa ſpecialia. Concluſ. 523.

ACQVIRITVR † abſenti ex diuiſione. Bart. *conſ.123. Factum ſic* 1
ſe habet, num.3.lib.1. Ruin. *conſ.40.num.5.& 6.lib.4.* vbi, quod eſt ſpeciale in diuiſione. † Titulum ſufficientem confert diuiſio tam 2
ad dominium, quam ad poſſeſſionem. Decian. *conſil.267.numer.5.* & *conſ.79. Et pro tenui. num.3.* Ruin. *conſ.40.num.3.lib.4.* Socin. *conſ.13.& conſil.15. libr.4.* † Et ad effectum præſcribendi. Alexand. *conſil.24.* 3
Ponderatis, num.19.lib.5. † Præiudicat diuiſio facta per grauatos fi- 4
deicommiſſo, & per feudatarios vocatis deſcendentibus, etiam ſi non ſint hæredes, diuidentium in hoc; quia non poſſunt venire contra diuiſionem factam. Vide, *Diuiſio quid ſit. Concluſ.521.numer.5.* 5
† Vnicus actus, & vnicum negocium dicitur diuiſio, licet tangat plures; & ideo ſi eſt nulla quoad vnam perſonam diuidentium, erit nulla quoad omnes, etiam quod alij homologauerint ipſam diuiſionem. Caſtr. *conſil.182. Circa primum. in princ. lib.2.* allegat *l.in hoc iudicio,*
ff.famil.herciſcund. † Vterque eſt actor & reus in iudicio diuiſorio, 6
l.inter coheredes, §. qui famil. herciſcundæ. ff. famil.herciſcund. Vide, *Actor* 7
quando, & quibus caſibus reus exiſtat. Concluſ.518.nu.31.& ſeq. vbi plenius.
† Abſenti non præiudicat diuiſio facta inter præſentes, etiã ſi promiſerint de rato pro abſente; quia ſi abſens non contentatur, non valet etiam quoad præſentes. Caſtr. *conſ.182. Circa primum, in princ. lib.1.* 8
† Imo in tantum eſt verum, quod ſi tres ſtatuerunt aliquid, vel conuenerunt, non valebit diuiſio derogans conuentioni, facta per duos tantum abſente tertio. Bart. *conſ.72. Ex facto nu.6.ver.præterea pactis priuatorum.lib.1.* † Dominium transfertur ex ſola diuiſione inter ſocios 9
omnium bonorum etiam abſq; traditione, in aliis vero diuiſionibus requiritur traditio vera, vel ficta. Alex. *conſ.137. In cauſa & lite, n.20.&*
ſeq.ver.nec etiam probatur, lib.2. † Prohibita alienari non prohibentur 10
alienari per diuiſionem; quia cauſa neceſſaria eſt, prout in feudo, emphyteuſi, in re litigioſa, iuriſdictione, & ſimilibus. Alexan. plene *conſ.25.Attentis, n.21.ver.tamen contrarium, cum ſeq.lib.5.* † Probat do- 11
minium & poſſeſſionem diuiſio inter diuidentes, adeo quod in parte vni obuenta ex diuiſione altera pars nõ poteſt hoc negare, ex quo inter diuidentes probatur dominium & poſſeſſio. Alex. *conſil.152. In cauſa & lite, in princ. lib.7.*

Diuiſio

Diuisio bonorum quando proprie dicatur fieri, vel non. Concluſ.524.

1 DIVISIO † bonorum proprie dicitur fieri de bonis communibus, & indiuisis, vel ratione dominij, vel ratione poſſeſſionis, vel ratione vtriuſque. Angel. *conſil.305. In quæſtione vertente, nu.2.*
2 *verſic. venio ad primum.* † Limita, quando bona in eſſentia non ſunt communia ratione dominij; quia non eſt diuiſio, ſed declaratio, veluti ſi in hæreditate adſunt bona feudalia, & non feudalia; quia cum ipſa non habeant inter ſe communionem, ſi ſeparentur, eſt declaratio, & non diuiſio, nec competeret iudicium diuiſorium hoc caſu. Bald. *conſil.309. Cum eſſent plures, in fin. ver. præterea conſidera, libro 1.*

Diuiſio non requirit ſcripturam, & qualiter probetur. Concluſ.525.

1 DIVISIO † non requirit ſcripturam; quia ſi fiat ſcriptura, eſt ad probationem, non de ſubſtantia diuiſionis. Caſtrenſ. *conſil.*
216. *Confirmando, lib.1. in princ.* vbi, quod ſufficit, quod poſſit quoquomodo probari, ſiue per ſcripturam publicam, vel priuatam,
2 ſiue per teſtes. † Amplia; quia probatur per ſcripturam priuatam eius, contra quem agitur, ſiue ſit ſcripta, & ſubſcripta manu alterius de eius mandato, & hoc conſtet, ſiue ſcripta ab extraneo, & ſubſcripta ab ipſo, contra quem in ſignum conſenſus, & dicitur in ſignum conſenſus, quando eſt principalis, qui exercet actum, alias ſecus, ſiue ſit tota ſcripta manu eiuſdem; quia tunc non requiritur ſubſcriptio. Caſtr. *conſil.216. Confirmando, in princip. & per to-*
3 *tum, lib.1.* † Extende multo magis, ſi eſt ſubſcripta trino teſte.
4 Caſtr. *d. conſil.216. in princ. ver. potiſſime autem, lib.1.* † Reſtringe; quia diuiſio nõ probatur ex ſcriptura priuata ſcripta à tertio, etiam qui poſtea eſt effectus mercator, cuius ſcriptura probat; quia cum ſit ſcriptura priuata, nõ ſubſcripta à partibus, neq; à teſtibus, & extra officium mercatoris non probat. Roma. plene *conſil.205. In puncto,*
5 *per totum*, maxime *num.3.* † Reſtringe; quia ex priuata ſcriptura non poteſt probari diuiſio, quia requiritur ſtipulatio, & rerum traditio, quæ ſi non interuenere, non probatur. Roma. *conſil.205. num.*
6 *3. ver. vltimo pro dubitatione.* † Contrarium Caſtr. *d. conſil.216. Confirmando, num.2. in fi. lib.1.* vbi, quod ſi eſt ſocietas omnium bonorum, non requiritur traditio; quia contrahendo transfertur; ſi vero alia eſt ſocietas, licet non ſit facta traditio, tamen poteſt agi, vt trada-
7 tur. † Amplia; quia diuiſio probatur per inſtrumentum factum inter duos diuidentes tanquam fratres, & filios eiuſdem patris, & hæredes; quia inſtrumentum inter eos probat, & diuiſionem, & eſſe tales, quales eſſe aſſeruerunt, licet poſſit probari contrarium,
8 ita Alexand. *conſil.108. Viſa copia, in princ. lib.7.* † Amplia; quia diuiſio probatur eo ipſo, quod res communes prius hodie pro diuiſo poſſidentur; ſicut & è conuerſo communio probatur eo ipſo, quod poſt diuiſionem bona iterum pro indiuiſo poſſidẽtur. Rom. *conſil.205. num.3. ver. tertio principaliter.* & plenius *conſil.418. In eo, quod quæritur, num.2.* vbi de primo apoſtill. *in ver. ad Diui.* quæ citat pluri-
* mos, & dicit * communem, & de ſecundo alia apoſtilla *in verſic.*
9 *noua communia*, quæ citat concordantes. † Declara; quia probare debet is, qui petit diuiſionem, quod adſit communio; ideo ſi non probatur communio, non procedit diuiſio. Angel. *conſil.305.*
n.2. vbi, quod nõ ſufficit inſtrumentum permutationis, in quo adſunt verba illa, *dedit tradidit*; quia per ea non probatur traditio.
10 Reſtringe, † niſi eſſemus coram arbitro, vel arbitratore. Angel.
11 *dict. conſil.305. per totum.* † Contra reſtrictionem tenet Alexand. *conſ.46. Viſis, & accurate. num.10. lib.1.* vbi coram arbitro dicit, quod ſi non conſtat de communione, eſſe primo agendum rei vendicatione ad dimidium pro indiuiſo, poſtea agendum communi diui-
12 dendo. † Si vero non poteſt probare rem communem, non poteſt agere, vt diuidatur; ideo intraret præpoſterationis exceptio; quia prius debet vendicare partem, quæ negatur, poſtea agere
☞ communi diuidundo. Alexand. *d. conſil.46. num.10. lib.1.* Vide, *Scriptura in quibus caſibus requiratur, vel non. Concluſ.87.*

Diuiſio quando, & ex quibus præſumatur, vel non, & quibus modis probetur. Concluſ.526.

1 DIVISIO † præſumitur, licet non appareat ex longa poſſeſſione pro diuiſo, *C. de petit. hæredit. l. filius, cum ibi not.* Bald. *conſil.*
437. *Quædam puella, in fin. lib.1.* vbi allegat gloſſ. ordinariam *in l. pen.*
C. communi diuidun. vbi, quod tenentes contrarium non intelli-
* gunt, & idem Bald. *conſil.282. in fin. lib.2.* vbi dicit * communem.

Anchar. *conſil.149. Plura dubia. num.3.* vbi, quod ſicuti præſumitur ſocietas & communio inter fratres, ſi ſimul longo tempore per decem annos ſteterunt tanquam in communione, ita diuiſio præſumitur, ſi materialiter diuiſim poſſederunt. Ruin. *conſil.117. in fin. ver. ſecundo principaliter. lib.3.* vbi, quod per decem annos præſumitur, plenius Roman. *conſil.418. In eo, quod, num.2.* vbi 1. apoſt. dat concor. & dicit * communem. Angel. Aretin. *conſil.112. In caſu prædicto, per* *
totum, vbi dicit communem, * & tollit contraria, pleniſſime Alex. *
conſil.92. Viſo & diſcuſſo, in princ. & per totum, vbi, quod eſt magis communis * opinio, à qua in conſulendo, & iudicando non eſt rece- *
dendum, *lib.2.* vbi reſpondet ad contraria, & *conſil.3. Viſo proceſſu, in*
fin. lib.3. vbi dicit magis * communem. † Contrarium tenent Vl- * 2
tramontani, quod ex longa poſſeſſione pro diuiſo non inducitur titulus; quia ex ſola patientia non inducitur verus actus hominis, & vbi non interuenit actus obligandi, ibi titulus non præſumitur ex contractu. Bald. vbi ſupra, & plenius *in l. penultim. Cod. communi diuidun. in princip.* quia pati non eſt graue, prout ſi præſtatur aliquid, ita Cyn. & Petr. *in dict. leg. penultim. Cod. communi diuidun.* Declara, † quando diuiſio eſt proportionata, vt tantum vnus, 3
quantum alius poſſederit pro diuiſo, præſumatur diuiſio, alias ſecus, ita Bald. *in dict. leg. penult. C. communi diuidun.* vbi reddit rationem; quia diuiſio debet eſſe æqualis, & hoc modo oritur præſumptio, ſi inæqualis eſſet, præſumptio eſſet contraria, ne quis iactare videatur, & ſolum tempus non operatur titulum, ſiue præſumptionem, & hanc partem tuetur apoſtill. ad Alexand. *conſil.92. Viſo. numer.4. lib.2. in ver. proportio.* vbi citat infinitos concord. & iterum Alexand. *conſil.25. Attentis. numer.16. verſicul. confirmo per ea. libro quinto.* vbi, quod non præſumitur diuiſio ex lapſu poſſeſſionis pro diuiſo decem, vel viginti annorum, quando extant præſumptiones contra diuiſionem, prout quia portiones ſunt diſpares, & male conuenientes. † Contrarium, quod ſiue 4
ſint æquales fratres in bonis, quæ poſſederunt per decem annos, ſiue inæquales, diuiſio præſumatur, ſecundum * communem. *
Angel. Aretin. *dict. conſil.112. In cauſa prædicto*, vbi tollit contraria, & quod in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum ab ea; quia procederet præſumptio. *l. cum de indebito. ff. de probatio.* ſi contraria præſumptio decem annorum non concurreret. † Ita Sa- 5
lycet. *dict. leg. penult. Cod. communi diuidun.* quem citat, & ſequitur Alexand. *dict. conſil.92. numer.5. verſicul. præterea dixit Salycet. lib.2.*
Declara, † vt per Alexand. *conſil.92. Viſo, & diſcuſſo, num.4. verſicul.* 6
nec prædictis. lib.2. quia ſi adeſſet magna læſio, prout in maiore, læſio requiritur vltra dimidiam, procedit opinio Baldi, quod ſtante magna differentia non intrat præſumptio diuiſionis per poſſeſſionem decem annorum, ſed ſi non eſt magna læſio partium, & diſproportionata diuiſio, quæ non admitteret reſciſſionem ex læſione; tunc præſumitur etiam, quod non ſint omnino æquales partes. † Declara; quia ſola poſſeſſio inducit titulum diuiſionis, 7
quando eſt longa patientia reciproca adiuuata, vt quia vterque poſſedit pro diuiſo, & alter alterum paſſus eſt poſſidere; quia oritur titulus diuiſionis, ex quo eſt quædam permutatio; ſi vero vnus ſolus poſſidet, non præſumitur diuiſio, ſi alter pariter pro diuiſo non poſſidet. Bald. *conſil.396. Caſus talis eſt. lib.1.* vbi in fin. quod magna coniectura in iſtis reciprocis eſt æqualitas. *lib.1.* Angel. Aretin. *dict. conſil.112. in fin.* vbi, quod iuſtus error cauſat titulum, ſequitur Bald. *dict. conſil.396.* Alexand. plene *conſil.92. in princip. lib.2.* & ibi apoſtill. *in ver. conſilio*, quæ dicit eſſe pulchrum conſilium Baldi. Et † ſufficiunt decem anni, quibus quis poſſederit pro diuiſo, vt 8
præſumatur diuiſio. Cuma. *conſil.190.* quod eſt vltimum, *in princip.*
Anchar. *dict. conſil.149. numer.3.* Roman. *conſil.200.* gloſſ. * com- *
muniter recepta. *in l. ſi maior. Cod. communi diuidun.* Angel. Aretin. *dict. conſil.112. per totum.* † Declara ſecundo, quando poſſeſſio eſt 9
reciproca; quia vterque patitur vnum poſſidere rem pro diuiſo; ſecus ſi poſſidenſmet retineat alio titulo, puta iure prælegati; quia niſi doceat de titulo, poſſeſſio longa non inducit titulum pro diuiſo, ſi alio animo conſtat ipſum poſſediſſe, vt quia ipſe ſic confeſſus fuerit. Bald. *conſil.396. num.3. ver. ponamus ergo, vſque in fin.*
lib.1. † Declara; quia decem anni, quibus fratres poſſederunt 10
pro diuiſo, probant diuiſionem inter præſentes, viginti anni inter abſentes, & triginta anni ſufficiunt, nedum ad præſcriptionem bonorum, ſed ad præſcriptionem actionis communi diuidundo, ita Angel. Aretin. *d. conſil.112. num.7. & ſeq. vſque in fin.* Vide Maſcardum *Concluſ.526.* vbi, quod per decennium inter præſentes, & 20.
annos inter abſentes præſumitur diuiſio ſecundum * commu- *
nem, extendit, etiam ſi nulla fuerit ab initio, etiam ſi non conſtet aliunde, extendit etiam in communicatione per decennium; item, quod præſumitur ratificatio, reſtringit, quando adeſt inæqualitas, licet ſint contrarium tenentes; ſecundo, ſi agitur de

magno præiudicio; tertio, quando est promiscua possessio. Amplia; † quia diuisio probatur solemnis etiam facta inter fratres; quorum alter est minor; quia licet non interuenerit decretum iudicis, nec authoritas curatoris; si tamē postquam maior factus est, possederunt pro diuiso quindecim annos, non potest retractari * diuisio. Bald. *consil.* 282. *Proponitur, quod minor, per tot. lib.* 2. vbi* dicit communem. † Amplia; quia procedit etiam, quando post decem annos, & sic perfecta præsumptione diuisionis, vnus in apotheca alterius aliquando conuersatus esset; quia non tollitur effectus præsumptæ diuisionis. Alexand. *dict. consil.* 92. *Viso, & discusso. num.* 5. *versicul. nec ad hoc obstat. lib.* 2. † Amplia; quia si diuisio, quæ non apparet per tempus longum, præsumitur multo magis diuisio per testes, vel quouis modo apparens. Decian. *consil.* 79. *in fin. & num.* 4. vbi, quod plus operatur factum ipsum, quam sola patientia. † Et quod non requirat scripturam diuisio, sed per testes possit probari. Castrens. *consil.* 216. *Confirmando quæ supra scripta sunt. lib.* 1. Decian *dict. consil.* 79. *num.* 3. Ioan. Maria Riminald. *consil.* 741. *numer.* 45. *lib.* 3. † Amplia; quia diuisio inter fratres præsumitur, quando habuerunt bona diuisa singuli fratres ad æstimum in postis proprijs & separatis, & maxime, si etiam in æstimo sunt verba enunciatiua Notarij, quod scriptum fuit æstimum de voluntate eorum. Alexand. *dict. consil.* 92. *Viso, & discusso. num.* 6. *ver. ad confirmationem. lib.* 2. † Extende, etiam si vnus ex fratribus fecit sibi cedere iura, vel emit aliqua ex bonis ad partitam suam positis; quia licet conducens rem suam scienter sibi præiudicet; tamen emens rem suam sibi non præiudicat. Alexand. *dict. consil.* 92. *numer.* 6. & 7. *ver. nec ser Francisco. lib.* 2. † Amplia; quia diuisio inter fratres per possessionem decem annorum præsumpta inducit præscriptionem fideicommissi inter vocatos, vt in linea eorum, qui per decem annos pro diuiso possederunt, debeat continuare, ex quo scientibus & patientibus alijs vocatis, ita fuit ex titulo præsumptæ diuisionis longo tempore possessum. Alexand. *consil.* 3. *viso processu. in fin. lib.* 3. Vide, *Obseruantia diuturna multa operatur. Concluſ.* 59. † Limita; quia imo regula est, quod diuisio non præsumitur. Mascard. *d. Concluſ.* 526. *Diuisio, in princ.* † Probatur diuisio ex libro æstimi per testes, & per confessionem partis. Mascard. *dict. Concluſ.* 529. *in fin.*

Diuisio facta per patrem inter filios quid operetur. Conclusio 527.

DIVISIO † facta per patrem inter filios, siquidem facta est per quotas, operatur vltimam voluntatem. Abb. *consil.* 66. *num.* 5. *lib.* 2. & habet effectum institutionis hæredum ipsorum filiorum. Simon de Præt. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 1. *solutio.* 2. *num.* 6. *fol.* 204. vbi, quod licet habeat vim prælegatorum, succedit tamen loco portionis hæreditariæ. Declara, † vt procedat, si in ea est facta mentio de omnibus filijs, alias si de vno non est facta mentio, non valet. Iason. *consil.* 104. *colum.* 4. *versicul. quarto pro confirmatione. lib.* 4. Simon de Præt. vbi supra. † Extende; quia facta sub conditione, quæ non extiterit, non facit deficere, quin hæredes consequantur hæreditatem relictam. Ruin. *consil.* 176. *lib.* 2. Simon de Præt. vbi supra, vbi idem dicit, si institutio esset pro partibus describendis; quia si non describantur, æqualis erit institutio. † Amplia; quia diuisio facta per patrem inter filios post institutionem generalem æqualiter factam, operatur, quod censentur habere iure institutionis, non iure prælegati, & tunc debetur euictio, plene Decian. *consil.* 106. *num.* 22. & *seq.* † Vide tamen Iason. *consil.* 18. *per totum, lib.* 1. qui aliter tenet. † Amplia; quia diuisio facta per patrem, & testatorem inter filios, & hæredes, non dicitur permutatio, neque alienatio necessaria, prout diuisio, quæ fit inter plures volentes, quæ dicitur permutatio; ideo tale legatum non operatur, quod res, quæ non potest legari, possit diuidi; quia imo non valet, prout si diuisio fieret inter partes volentes diuidere. Alexand. *consil.* 6. *Visa inuestitura, in fin. lib.* 5. vel si fieret in iudicio; quia tunc dicitur necessaria alienatio, & permissa. Alexand. *consil.* 7. *numer.* 7. *ver. quarto. lib.* 5. Vide plenius, *Diuisio quid sit. Concluſ.* 521. *numer.* 27. & *seq.* † Amplia; quia diuisio facta per patrem inter filios, vel inter se, & filios de bonis suis non valet, quando filij sunt in potestate ea ratione; quia quicquid acquirit filius, acquirit patri & quia non potest valere, nisi vt donatio, quæ non cadit, & non valet inter patrem & filium, plene Ceph. *consil.* 394. *n.* 17. & *per totum,* vbi loquitur in donatione inter viuos. Restringe, † nisi esset iuramento firmata; quia ex quo valet donatio iurata inter patrem & * filium in potestate, secundum magis communem, de qua Dec. *consil.* 432. *num.* 4. & 5. Grat. *consil.* 7. *numer.* 8. *lib.* 2. ita valebit hæc diuisio. Cephal. *dict. consil.* 394. *num.* 20. licet ibi respondeat non valere, quando pater esset enormissime læsus, & quod valeat iurata donatio, & diuisio. Paris. *consil.* 33. *numer.* 35. *lib.* 3. Natt. *consil.* 273. *in princip.* † Declara restrictionem, vt procedat, quando in diuisione facta per patrem inter filios de bonis suis mentionem facit de donatione, alias censetur in peculium concessisse, & iuramentum non facit transire concessionem in peculium in donationem. Cephal. *consil.* 395. *numer.* 10. & *seq.* vbi late. † Sed tamen intelligas hoc procedere, quando est inter viuos; si vero est facta in vltima voluntate, vel etiam inter viuos, sed confirmata in vltima voluntate, tunc valet in vim prælegati. Bald. *consil.* 486. *Quidam Dominus Bassianus, in princip. & in ver. ad euidentiam. lib.* 1. Paris. *consil.* 34. *num.* 12. & *seq. lib.* 2. vbi citat alios. † Tres sunt species diuisionis inter viuos, & vna non est alia inter filios per patrem; prima, quando pater assignat bona diuisa filijs pro legitima, & hoc exprimit; tunc valet, siue sint in potestate, siue non sint in potestate. Cephal. *dict. consil.* 395. *numer.* 38. vbi, quod siue sit iurata, siue non, valet. † Secunda, quando pater assignat bona diuisa donando expresse, vel tacite inter viuos, & hæc non valet sine iuramento; secus si cum iuramento. Cephal. *dict. consil.* 395. *num.* 40. † Et idem, si assignaret ex causa legitimæ; quia valeret, sed requiritur expressio, quod in istam causam assignat. Decian. *consil.* 3. *numer.* 24. *ver. postremo. lib.* 1. Tertia, † quando diuidit, & assignat inter viuos bona diuisa non expresso, quo titulo assignet; quia censetur tunc in peculium concedere, etiam si adsit iuramentum, ita Cephal. *dict. consil.* 395. *num.* 42. *ver. tertius casus.* vbi dicit Osasc. *dec. Pedemon.* 125. debere intelligi, quod valeat, quando pro legitima assignat, alias non est vera illa decisio, & quod censeatur in peculium concessisse, quando non exprimitur, quod causa donationis. Decian. *consil.* 3. *num.* 21. *lib.* 1. ibi, quod debet communicare mortuo patre.

Diuisio facta per patrem inter filios an sit reuocabilis. Concluſ. 528.

DIVISIO † facta per patrem inter filios est ordinatio supremi iudicij dispositionem præueniens, & est reuocabilis, prout donatio inter patrem & filium, quæ expectat effectum post mortem. Oldrad. *consil.* 231. *Vt eius, de quo, in princip. ver. & circa hoc,* sequitur Dec. *consil.* 475. *In causa, quæ Mantuæ, num.* 23. vbi alios citat, Sim. de Præt. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *interpret.* 1. *solut.* 2. *nu.* 9. *fol.* 204. & valet vt prælegatum. Corn. *consil.* 228. *num.* 5. & *seq.* & 273. *num.* 8. & *seq. lib.* 4. Iaf. plene *consil.* 104. *nu.* 2. *ver. quarto pro confirmatione, lib.* 4. Et † quod reuocari possit talis diuisio, & censeatur reuocata, si pater alienauit bona vni assignata, nec alter teneatur contribuere, est tex. *in l. ex parte, §. fin. ff. famil. hercisc.* † Imo ibi dicitur, quod si alienauit seruum in diuisione vni filio assignatum cum peculio, peculium erit commune omnibus; quia manumisso, & alienato seruo principali, & peculium accessorium censetur reuocatum à diuisione; ideo peculium spectat ad omnes, non ad eum, cui obuenerat, *d. §. fi. l. ex parte, ff. famil. hercisc.* † Extende etiam si sit facta diuisio per patrem inter filios cum iuramento; quia valet, si pater perseuerat in eadem voluntate vsque ad extremum, alias non; quia eam potest reuocare. Dec. qui alios citat *d. consil.* 475. *num.* 23. plenius Paris. *consil.* 24. *num.* 60. & *multis seq. lib.* 2. vbi extendit, siue sit pura, siue sub conditione; quia semper regulatur à voluntate patris. Cephal. *consil.* 394. *num.* 23. † Imo quando est facta per quotam bonorum, est testamentum secundum communem * opinionē. Cald. *consil.* 515. *in fin. ver. nec obstat,* alias 17. *deprsur.* vbi, quod si habet clausulam codicillarem in omnem casum dicitur vltima voluntas, & intellige, vt infra *num.* 10. & *seq.* † Et quod non reuocetur per generalem hæredum institutionem factam æquis portionibus. Sim. de Præt. *d. tract. de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *interpr.* 1. *solut.* 2. *num.* 8. imo licet non dixerit bona cuilibet assignata sint in eorum portionibus, & habeant vim prælegatorum, & veniant in fideicōmisso. Corn. *consil.* 273. *num.* 9. *lib.* 4. Dec. *consil.* 253. *col.* 2. & *per totum.* Et † hoc, siue præcedat diuisio, siue etiam subsequatur, & siue sit æqualis, siue non. Iason. *consil.* 18. *lib.* 1. *per totum.* † Et valet talis diuisio, & assignatio bonorum, facta per patrem inter filios in vim peculij, & si confirmatur in testamento, valet in vim prælegati. Bald. *consil.* 486. *Quidam dominus Bassianus, in princip. versic. & ad euidentiam, lib.* 1. Paris. *consil.* 34. *numer.* 12. & *sequen. lib.* 2. vbi alios citat. † Et dicitur pater instituisse filios hæredes in portionibus assignatis, si viuens omnia bona sua diuisit inter eos, *l. fi. C. famil. hercisc.* Menoch. *consil.* 317. *num.* 20. † Declara; quia est verum, quod diuisio facta per patrem inter filios per quotas, & sic de omnibus bonis habet vim testamenti; si vero fiat de rebus particularibus habet vim codicillorum, & voluntatis ab intestato, sed per eam non reuocatur testamentum, neque disposita in testamento,

nisi

nisi diuisio sit facta titulo institutionis. Brun. plene *consil.* 43. *num.* 11.
11 & *seq.* maxime *num.* 13. † Declara, vt plenius per Bald. *in l. quoties, C. famil. herciſc.* vt valeat diuisio, vt testamentum, & institutio, quando duo concurrunt, videlicet quod diuisio est facta per quotas, & est vniuersalis, & quod adsint tot testes, qui sufficiant in testamento; quia nō omnes sciunt dicere, *hæredem instituo*, sed dicunt
12 *assigno, diuido, concedo, &c.* † Si vero in testamento, vel diuisione vniuersali non sunt tot testes, qui sufficiant ad testamentum, valet vt codicillus, & prælegatum; & idem, si diuisio esset particularis; quia valebit in vim prælegati, non autem in vim testamenti, & si non adsint tot testes, qui sufficiant ad testandum, siue sit vniuersalis, siue particularis diuisio, semper valet vt prælegatum, & codicillus ab intestato. Bald. *d. l. quoties, in princ. C. famil. herciſc.* & ibi plenius Salyc. qui distinguit, inter filios etiam vim institutionis habere, quando à patre fit diuisio per quotas, licet non adsit numerus testium; quia non refert, an filij ex testamento, vel ab intestato di-
13 cantur instituti; secus in alijs. † Vide tamen Bertrand. *consil.* 143. *num.* 7. *lib.* 3. qui etiam in filijs tenet distinctionem, an possit valere vt testamentum, vel non; quia in codicillis facta diuisione etiam omnium bonorum succeditur patri ab intestato, allegat text. *in l.*
14 *ex parte*, §. 1. *ff. famil. herciſc.* † Et quod diuisio facta per patrem inter filios in testamento habeat vim prælegati, quādo continet maiorem partem bonorum, & transeat in fideicommissum, siue præ-
* cedat, siue subsequatur, plene Dec. *consil.* 253. vbi dicit * communem, & est casus consilij, & dicit communem, *col.* 2. *in princ.* Corne.
☞ *consil.* 273. *num.* 8. & *seq. lib.* 4. Vide, *Prælegata quando veniant in restitu-*
15 *tione fideicommissi, & quando secus. Concluſ.* 513. Vide Corn. *consil.* 228. *lib.* 4. vbi, quod si fiat diuisio per patrem inter filios emancipatos, & postea in testamento hęredes instituat; tamen diuisio non efficitur prælegatum, neque cadit in fideicommissum; quia iam valuit, & non reincidunt in potestatem, etiam si consentirent, & renuncia-
16 uerint emancipationi, vt ibi latissime. † Contrarium Dec. *consil.* 253. *per totum*, vbi quod donatio incipit per consensum valere, vt
17 prælegatum. † Amplia; quia valet talis diuisio in vim donationis, quando est facta in testamento, vel codicillis; quia est quoddam prælegatum, & sic donatio, *l. si filia*, §. *si pater. ff. fam. herciſc.* vbi Bal. & sic valet in vim supremi iudicij, & non requiritur insinuatio, supra
18 proxime *ver. & valet, num.* 8. & *seq.* † Si vero est in testamento solemni facta per viam prælegatorum, valet multo magis, & est ser-
* uanda, etiam si contineat inæqualitatem, & ita * omnes tenere
☞ attestatur Decian. *consil.* 15. *num.* 9. & *seq. lib. lib.* 1. Vide, *Prælegata facta*
19 *hæredi non valent, & quando secus. Concluſ.* 511. † Si tamen fiat in contractu inter filios emancipatos, tunc requirit insinuationem; quia est inter viuos, & maxime, quando in contractu, & per viam con-
☞ tractus est facta. Vide, *Fideicommiſſum inter viuos qualiter poſit. Concluſ.*
20 243. † Idem est, si fiat in laudo, & per viam laudi. Vide, *Fideicom-*
21 *missum inter viuos. d. Concluſ.* 243. † Contrarium, quod imo diuisio facta cum filijs, vel inter filios per patrem inter viuos non valeat vt donatio; quia sibi pater donaret, & donatio est prohibita inter patrem & filium, tenet per plura Cephal. *consil.* 394. *num.* 17. *& per totum*, vbi *nu.* 25. dicit, quod imo valet in vim peculij, quando de donatione non est facta mentio, nec præcedit causa donandi, & *n.* 32. plenius *consil.* 395. *num.* 10. & *seq.* Nat. *consil.* 273. & intellige, quando
22 sunt in potestate patris. Corn. *consil.* 228. *lib.* 4. † Imo quod sit quasi legatum ista diuisio; quia proprie legatum non est, quando est ex-
23 tra testamentum, idem Cephal. *d. consil.* 394. *num.* 31. † Amplia in tantum valere diuisionem inæqualiter factam inter filios, vt si pater alicui filiorum propter malos mores minus assignauit, nō possunt alij etiam omnes concordes facere eum æqualem, & euertere
24 mentem patris. Decian. *consil.* 547. *in princip.* Extende; † quia valet diuisio facta per patrem inter filios, etiam post conditum testamētum, etiam si adsit sola apocha diuisionis manu patris scripta; & multo magis, si coram testibus, & in contractu solemni est facta. Paris. *consil.* 34. *num.* 11. & *seq. ver. istis tamen non obstantibus, lib.* 2. sed ta-
25 men *num.* 36. videtur velle, quod probetur per duos testes. † Imo tenet Maluatic. *consil.* 120. *per totum*, quod valeat in tantum diuisio patris per apocham sine testibus in vim testamenti, & saltem codicillorum, quando filij eam recognoscunt, vt nō obstet præcedens testamentum cum septem testibus, & valeat diuisio, & fideicom-
26 missum. † Extende; quia diuisio facta per patrem inter liberos valet, & est seruanda, siue fiat in testamento, siue post testamentum, in codicillis, & contractu, siue ante testamentum, quando confirmatur in testamento, & hoc, siue contineat æqualitatem, siue inæqualitatem, dummodo seruetur legitima filijs, ita Paris. *dict. consil.* 34. *numer.* 12. & *seq. lib.* 2. vbi plene, est text. *in l. quoties*, & ibi gloss. Bart. Bald. & Angel. Salycet. Fulgos. & alij, *C. famil. herciſcund.* & idem dicit Iason. *consil.* 104. *num.* 2. *lib.* 4. quod valet, si legitima reseruatur de iure communi, quatenus verō priuaret filios legitima, secus esse, *in ver. secundo principaliter*, vbi dicit ita disponere statutum Lucanum, & esse de iure communi, & Bart. & alij *in l. parentib., C. de inoff. teſtam.* sequitur Dec. *consil.* 547. *in princip.* Decian. *consil.* 102. *numer.* 22. *lib.* 2. & plenius *consil.* 15. *num.* 9. & *seq. lib.* 1. vbi multo magis, quando per prælegata in testamento. † Extende; 27
etiam si testamentum præcedens contineret institutionem æqualiter factam inter filios; quia adhuc valebit diuisio in vim prælegati, etiam si oneret vnum ex filijs plus quam alium. Paris. *d. consil.* 34. *num.* 14. & *seq. lib.* 2. † Debet tamen pater diuidere inter omnes 28
filios, non autem inter aliquos tantum; quia non valeret, ita Ias. *d. consil.* 104. *num.* 2. *ver. tertio diligenter, lib.* 4. Restringe; † quia inter 29
patrem & filios non valet; quia sicut non valet donatio, ita nec diuisio in vita patris; quia quicquid acquirit filius, acquirit patri. Natt. *consil.* 273. *In causa, & quæstione*, quod intellige, quando sunt in potestate patris filij & idem dicit Corne. *consil.* 228. *in princip. lib.* 4. plene etiam Cephal. *consil.* 495. vbi *num.* 44. & hoc habet locum in profectitijs, in quibus nihil est mutatum, plene Socin. *consil.* 4. *lib.* 1. vbi latissime. Decian. *consil.* 3. *num.* 28. *ver. quo vero, lib.* 1. vbi dicit procedere, etiam si pater mandauit sub pœna obseruari. Osasc. *decis.* 125. *per totum*, vbi limitat, nisi adsit iuramentum * secundum * communem. † Declara; quia mortuo patre confirmatur morte; 30
item valet in vita patris, quando filij sunt emancipati; item si interuenit iuramentum. Natta. *d. consil.* 273. *per totum*, vbi est casus, allegat Caccialup. *in l. frater à fratre. q.* 25. *ff. de condict. indebit.* † Contra- 31
rium, quod non confirmetur morte. Decian. *consil.* 3. *num.* 24. *versic. postremo, lib.* 1. † Et quod talis diuisio possit fieri per patrem inter 32
filios arbitrio suo, est text. *in l. quoties, & in l. filij patris, C. famil. herciſc.* & non possunt filij conqueri, si plus vni, quam alteri assignat. Alexand. *consil.* 77. *num.* 15. *ver. super quarto, lib.* 3. sequitur Menoch. *consil.* 87. *num.* 81. *lib.* 1. & text. *in l. ex parte*, §. *fi. ff. famil. herciſc.* & clarius *in l. parentibus. C. de inoffic. teſtamen.* vbi Bart. Bald. & Castrens. & *o- *
mnes. † Etiam sub pœna, & quod contrauenientes pœnam in- 33
currant. Paris. *d. consil.* 34. *num.* 38. & *seq. lib.* 2. Socin. *consil.* 127. *in fin. ver. circa nonum, lib.* 3. & probat Alexand. à contrario sensu *dict. consil.* 77. *num.* 15. *ver. super quarto, lib.* 3. † Declara; quia, non valet in vi- 34
ta patris, neque inducit emancipationem filiorum, sed demum valet, si est collata post mortem, vel morte confirmata. Paris. *d. cons.* 34. *num.* 41. & *seq. versic. & primo non obstat, lib.* 2. & comprobat etiam Cephal. *consil.* 495. *num.* 44. vbi dicit * communem. Extende; *
quia † valet, etiam si pater mandet filios æqualiter diuidere o- 35
mnia bona; quia etiam materna æqualiter diuidere tenētur, quando si sic non esset, sequeretur magna inæqualitas, & inuidia, alias secus; Vide Bero. *consil.* 22. *in fin. lib.* 1. vbi plene distinguit circa hoc. Contrarium † absolute Ias. *consil.* 104. *numer.* 2. *versicul. venio ad se-* 36
cundum, lib. 4. *per totum*, vbi, quod bona materna non possunt à patre inter filios diuidi, neque bona propria filiorum. † Extende 37
maxime; quia seruanda est diuisio patris inter filios, quando fit occasione pacis, & tranquillitatis, quæ resultat ex ea. Riminald. Iun. *consil.* 18. *num.* 13. & *num.* 137. † Natura huius diuisionis facta per 38
patrem inter filios hæredes, est, vt si res vni assignata in diuisione euincatur, non possit agere de euictione, sicut in prælegato; ideo habet effectum prælegati. Paris. *d. consil.* 34. *num.* 22. & *seq. lib.* 2. Sim. de Præt. *de conect. vltim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 1. *solut.* 2. *num.* 9. *fol.* 204. Menoch. *lib.* 3. *præsumptio.* 118. *num.* 1. & *seq. consil.* 87. *num.* 82. vbi allegat Corn. *consil.* 228. *colum.* 2. & *consil.* 273. *colum.* 7. *lib.* 4. Decian. *consil.* 254. *num.* 2. † Contrarium tenet Rip. quia habet vim permutatio- 39
nis, & saltem tenetur ope exceptionis de euictione, vt ipse Rip. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, num.* 95. *ff. de verbor. obligat.* & plures ad hoc citat Menoch. *consil.* 87. *num.* 98. *lib.* 1. vbi, quod mens coniurata testatoris sit, quod grauet filium in diuisione, si obtineat partem assignatam, non alias. Decian. *consil.* 106. *nu.* 31. *lib.* 3. † Declarat Me- 40
noch. non teneri de euictione, etiam ope exceptionis, nisi quando pater voluit omnino esse partes æquales, quando vero vtrique partem fecit, & prælegauit, secus est, & hanc communem * dicit *
d. præsumpt. 118. *num.* 4. & *seq. ver. nec hic repugnat. lib.* 3. vbi tamen *num.* 8. & *seq.* restringit tribus modis: primo, nisi euictio culpa hæredis veniret: secundo, nisi essemus in aliquo ex casibus, in quibus euictio habet locum, etiam in legato speciali: tertio, quando testator voluit integrum legatum præstari legatario; quia istis casibus euictio habet locum in prælegato, & consequenter in diuisione facta per patrem. † Limita; quia diuisio facta per patrem inter fi- 41
lios de præsentibus bonis in contractu iurato non potest reuocari; & idem, si in testamento per viam contractus, puta filijs præsentibus, & acceptantibus fiat. Ruin. *consil.* 96. *num.* 8. *lib.* 5. vbi dicit veriorem, & hanc communem * dicit Simon de Præt. *de interpretat.* *
vlt. volunt. interpret. 1. *solut.* 2. *num.* 11. vbi citat Clar. *in* §. *donatio, quæst.* 8.

ver.fin. vbi de communi, & quod valeat, quando pater diuisit bona filijs præsentibus cum iuramento; quia donatio iurata valet, late
* per Osasc. *decis. Pedemont.* 125. *per tot.* vbi dicit * communem. Con-
42 trarium † supra in princ. *ver. extende*, & citat Oldr. *consil.* 231. *decis. Pedemont.* 125. & alios, sed reprobat, vide tamen Cephal. *consil.* 495. *num.* 42. qui reprobat Pedemont. quia dicit non valere diuisionem in vim donationis, nisi sit expressum, sed in vim peculij, ideo iuramentum non operatur aliquid; quia non transfert peculium in
43 donationem. † Declara, quando est in vltima voluntate; quia potest reuocari, non obstante iuramẽto, tamquam vltima voluntas; secus, si in contractu inter viuos. Vide, *Pactum circa futuram successionem quando valeat, vel non. Concluſ.* 14. † Extende limitationem, vt
44 idem sit, quando pater ex causa concordiæ diuidendo transtulit dominium filijs ad habendum, & cum iuramento; quia si sibi reseruauit bona, de quibus posset testari, valebit, nec testando potest reuocare; imo neque filij debent habere legitimam in istis bonis diuisis, & donatis filijs, nec subijciuntur fideicommisso paterno postea facto in testamento; quia non sunt in hæreditate pa-
* tris. Simon de Præt. vbi supra *numer.* 11. vbi dicit * communem.
45 Declara; † quia si pater diuidendo dedisset bona filijs diuisa pro eorum parte, diceretur portio pro legitima data. Sim. de Præt. *d. tract. & loco supradicto. num.* 11. *in fin. fol.* 205. *col.* 1.

Diuisio rei communis inter plures quando æqualiter fiat vel è contra. Concluſ. 529.

1 DIVISIO † debet fieri secundum partes singulorum si constat de quota parte singulorum. *l. si parem, in fine ff. de seruit. rustic. præd.* † Extende; quia si aqua ducatur pro irrigando prædio, & pars prædij vendatur, competit etiam communicatio aquæ proportionabiliter, & pro rata agri venditi. *l. si partem. ff. de seruit. rustic. prad.* Si
3 vero † non constat de parte, vel quota singulorum, veluti si pascua communia sint omnibus habentibus prædia vicina, vel prædia in loco; tunc etiam diuisio pascuorum debet esse proportionabilis, & pro rata bonorum; ideo si quis habens modica prædia vellet depascere plus alijs, potest inhiberi, & alij possunt petere diuisionem pascui, quæ fiet secundum mensuram prædiorum, ita Crauett. *consil.* 60. *Ex omni capite. numer.* 3. *versicul. tertio respondeo.* Calcan. *consil.* 34. *Quia dubitatio. numer.* 6. *versicul. & quia plura sunt prædia.*

Diuisio inter fratres an per sortes, & qualiter fiat. Concluſio 530.

1 DIVISIO † debet fieri inter fratres per sortes. Rom. *consil.* 471. *Lucrum autem. nu.* 3. *ver. quo autem ad secundum.* allegat *l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars. lib.* 10. & ibi apostil. *in ver. sortu fœlicitate.* quæ dicit, quod nõ datur appellatio à sorte, licet possit ex capite læsionis peti reformatio. Bald. *consil.* 72. *Factum, super quo petitur. num.* 2. *ver.*
2 *circa secundum. lib.* 2. † Contrarium, quod imo maior debeat diui-
* dere, & minor eligere partem, est communis * opinio Canoni-
3 starum, vt dicit apost. fin. ad Rom. *consil.* 471. *in ver. standum sit.* † Sed
* Legistæ tenent * communiter, quod non teneatur maior diuidere, nec minori dare optionem, sed, quod adhibeant diuisores,
* ita eadem apost. ad Rom. *d. consil.* 471. *in ver. standum sit*, vbi * dicit
4 communem, & citat plures. † Declara; quia si extat statutum, vel consuetudo illud est seruandum; quia valet sine dubio. Rom. *d. consil.* 471. *in fi.* & ibi apostill. fin. quæ dicit, quod cessante statuto in bonis patrimonialibus seruatur opinio Legistarum, in bonis ecclesiasticis seruatur opinio Canonistarum.

Diuisio qualiter fiat, & quando fieri possit. Concluſ. 531.

1 DIVISIO † inter socios fieri debet, & inter fratres æqualiter, nec vni plus est dandum, quam alteri, etiam si vnus habet maiorem partem rei diuidendæ; quia per hoc id, quod est commune, debet æqualiter diuidi, Angel. *consil.* 381. *Viso dicto statuto, in princip.* plenissime Socin. *consil.* 98. *lib.* 1. *colum. fin.* vbi plura adducit, quod hæc interpretatio sit facienda, siue fiat per laudum, vel alio
2 modo; quia lex est inimica inæqualitati. Extende; † quia in tantum debet esse æqualis, vt licet præsumatur diuisio ex longa possessione, tamen illud procedit, quando est æqualis; secus si est inæqualis. Bald. *in l. penult. C. communi diuidun.* vbi, quod alias induceretur iactatio proprij, quod non præsumitur. Vide, *Æqualitas in multis seruanda. Concluſ.* 304. Vide, *Diuisio qualiter fiat tam circa diuisibilia, quam non diuisibilia. Concluſ.* 535. † Amplia; quia neque dan-
3 da est optio fratri minori, vel habenti maiorem portionem. Angel. *d. consil.* 381. *in princip.* † Declara, vt per Iaſ. qui pro vtraque parte 4
citat *in l.* 1. *colum.* 7. *cum sequen. ff. si cert. pet. & in* §. *quædam, circa fin. Inſtit. de actio.* Petr. de Vbald. *in tract at. de duob. fratrib. in* 11. *part. princip. quæſt.* 12. Restringe † inter donantem & donatarium; quia habenti 5
maiorem partem datur optio. Angel. *consil.* 381. *in princip.* † Re- 6
stringe, quando grauatus de restituendo incapaci seipsum defert; quia in parte ei assignata habet optionem. *l.* 1. *Cod. de ijs, qui se defer.* Angel. *d. consil.* 381. *in princip.* † Restringe, quando res esset indiui- 7
sibilis, prout turris & vnus haberet maiorem partem; quia pro pretio honesto deberet præferri habens maiorem partem. Angel. *dict. consil.* 381. *circa fin. vers. arbitror. hoc casu.* vel saltem plus offerenti debet fieri datio ex duobus communibus amicis. Vide, *Maior pars* 8
multa operatur. Concluſ. 14. *& Concluſ. ibi prox. seq.* † Contra hanc vltimam restrictionem tenet Corn. *consil.* 81. *Licet primo aspectu. lib.* 2. vbi, quod res indiuisibilis non debet adiudicari habenti maiorem partem, sed imo plus offerenti datur; quia ita reperitur decisum per leges sub titulo communi diuidundo, non autem reperitur casus de maiori parte, qui casus est specialis; ideo non debet habere locum, nisi in casu suo, vel vbi neuter offerret. † Crauet. 9
tamen *consil.* 60. *in princ.* dicit Corne. in hoc habere multos contra dictores. † Declara; quia restrictio habet locum cessante oblatione, ita admittit idem Corne. *consil.* 81. *num.* 6. *& seq. lib.* 2. vbi idem 10
dicit, quando subesset causa magna, quæ iudicem moueret; & ideo si concurrit licitatio, & oblatio, illa prævalet, ea vero cessante, tunc habens maiorem partem gratificatur, ita Crauett. pulchre *consil.* 377. *Scripsi ante hac. num.* 8. vbi allegat Aretin. *consil.* 157. *colum.* 2. Amplia; † quia si arbiter ad diuidendum ferat laudum, & plus 11
tribuit vni, quam alteri ex fratribus, dicitur iniquum, & debet ad arbitrium boni viri reduci. Bar. *in l. si societatem.* §. *arbitrorum. num.* 28. *ver. sed quæro. ff. pro socio.* vbi Saly c. *num.* 24. Abb. *consil.* 63. *Venio ad primum. num.* 3. *lib.* 1. Vide, *Laudum ex quibus arguitur iniustum, & ex quibus non. Concluſ.* 24. vbi declaratur ampliatio.

Diuisio fieri debet petente vno socio. Concluſ. 532.

DIVISIO † regulariter est permissa; quia nemo cogitur stare 1
in communione. Oldrad. *consil.* 241. *Factum tale est, quidam pater, in princip.* † Amplia, vt procedat, etiam si per tempus im- 2
memorabile res fuisset communis; quia non præscribitur contra diuisionem. Crauett. qui alios allegat *consil.* 60. *Ex omni capite, in princip.* † Amplia, vt possit fieri diuisio, non obstante iuramento 3
de non diuidendo, quando cessat causa, propter quam iuratum fuit non diuidere, vel si concordent iurantes inter se. Oldrad. *dict. consil.* 241. *per totum.* sequitur Grammat. *decis.* 7. *num.* 3. *& sequen.* Dec. *consil.* 349. *Consuluit, per totum.* † Vide Socin. *consil.* 195. *Circa primum.* 4
num. 5. *& seq. ver. circa secundum*, vbi ponit multos casus circa diuidentes: primus est, quando plures habentes rem communem prouocant ad diuisionem: secundus, quia omnibus est adiudicatio faciendatertius, si agatur communi diuidundo, & familiæ herciscun. simul: quartus, an diuisio possit præiudicare diuidentibus tantum: quintus, an etiam possit præiudicare absentibus. *lib.* 2. Amplia; † quia etiam creditor, qui vult mitti in possessionem 5
bonorum sui debitoris, potest petere bona diuidi cum consorte sui debitoris, vt missio fieri possit, & adiudicatio. Bartol. *in l. 2, qui ff. de vsu & vsufruct. legat.* allegat *l. cum in fundo.* §. *si fundus. ff. de iure dot.* & per eundem Bartol. *in l. communi diuidundo.* §. *si debitor. ff. communi diuid. & in l.* 2. §. *idem præses. C. communi diuid. & in l.* 1. *cod. tit.* † Declara; 6
quia prius agi debet rei vendicatione, postea communi diuidundo, secundum Angel. *in l.* 2. *C. de commun. rerum alien.* † Amplia, 7
quia diuisio non potest impediri prætextu, quod fuerint præscripta debere esse communia; quia etiam si res fuerit communis per mille annos; tamen non præiudicat diuisioni; quia contra eam non præscribitur. Crauett. *consil.* 60. *Ex omni capite, in princip.* † Ex- 8
tende; quia neque impedit diuisionem exceptio, quod res non sit diuisibilis; quia potest vni dari res, alteri pretium. Crauet. *dict. consil.* 60. *in princip.* † Extende; quia non impeditur diuisio præ- 9
textu, quod res diuisa minus valeat; quia cum semper hoc sit verum, nunquam diuisio fieret, quod est falsum. Crauett. *dict. consil.* 60. *in princip. ver. aut vult se iuuare.* † Extende, quia non impeditur 10
diuisio, etiam si adsit pactum, vel prohibitio testatoris ad tempus, quod per certum tempus non valeat diuisio, neque peti possit; quia licet valeat talis prohibitio ad tempus; tamen non valet contra diuisionem, quando discordiæ vel scandala oriuntur. Crauett. *dict. consil.* 60. *in princip.* Vide, *Diuisio an possit prohiberi, & quid operetur prohibitio. Concl.* 542. † Extende; quia non impedi- 11
tur diuisio inter præsentes, licet alij absentes nõ sint requisiti; quia

eis non præiudicabit diuisio, sed solum quoad præsentes. Socin. *consil.195.num.5.& seq.vers.circa secundum.lib.2.* Cruet.*consil.60.num.* 4.& plenius *numer.9. vsque in fin.* vbi, quod consensus est diuiduus
12 singulorum. † Et procedit extensio,etiam si essent porrectę preces contra omnes consortes,&iudicium cæptum contra vnum solum consortem;quia quoad eum debet fieri diuisio,quæ alijs non
13 præiudicat.Cruet.*d.consil.60. num.*4. † Idem est, siue diuisio petatur extra iudicium,siue in iudicio; quia quo ad præsentes potest fieri non vocatis absentibus,& præiudicat diuidentibus,licet non
14 præiudicet absentibus.Cruet.*d.consil.60.n.*4. † Maxime, quando conuentus in iudicio diuisorio non oppossuit, quod alij consortes essent vocandi; quia exceptio non oppossita non releuat.
15 Cruet.*d.consil.60.num.*5. Vide,*Exceptio competens non oppossita præiudicat in multis. Conclus.*398. † Extende; quia diuisio non impeditur, videlicet sententia, quando actor probauit se dominum, & rem communem inter plures, quando opponitur per conuentum, quod alij debuerunt consentire;quia saltem debet ferri sententia super diuisione conditionaliter, quatenus accedat cõsensus alio-
16 rum.Crau.*d.consil.60 nu.*8.*& seq.* † Limita, quando est prohibita ad tempus per patrem,vel etiam inter existentes in communione.
17 Vide, *Diuisio an posit prohiberi.Conclus.*542. Limita ; † quia speciale est in feudo iurisdictionali ; quia non potest diuidi, nisi omnes feudatarij consentiant. Fel.*in c.prudentiam, num.5. in fin.de off.deleg.*
18 Abb.*consil.*82.*Quanquam,col.pen.ver.ego tamen,lib.*1. † Limita;quia diuisio impeditur,si opponitur exceptio præposterationis, videlicet quod bona nõ sint communia;quia superseditur in iudicio diuisorio, & agitur rei vendicatione,vel publiciana, seu quod bona
19 sint communia.Alexand.*consil.*213.*Viso,& opportune,in fi.lib.*2. Vide, *Præposteratio inducit nullitatem. Conclus.*519. † Limita; quia diuisio non potest fieri inter aliquos socios ex pluribus, quæ præiudicet absentibus, sed bene potest præiudicare diuidentibus.Socin.*dict. consil.195.num.5.& seq.ver.circa secundum. vsque in fin.lib.*2. idem tenet
20 Cruet.*consil.60.num.*4. Declara; † quia si absens non vult ratam habere diuisionem, non valet, etiam quoad præsentes. Castrens. *consil.*182.*in princ.lib.*2.vbi loquitur, etiam si præsentes promiserint
21 ratam habere. † Extende; quia neque præiudicat ignorantibus.
22 Socin.*d.consil.195.num.6.col.pen.ver.quinimo dico,lib.*2. † Limita;quia pupillus non potest reuocare ad diuisionem, sed alio prouocante potest iudex compellere pupillum ad diuisionem, *l.pupillorum, in princip.ff.de reb.eorum.*Cast.*consil.*182.*circa med.ver.nec potest d. Locumte-*
23 *nens,lib.*2.Alexand.*consil.*7.*in fin.lib.*5. † Extende, quia etiam si essent vnus solus maior, & plures minores, & solus maior prouocaret ad diuisionem, & omnes alij minores contradicerent, debet fieri diuisio,& facta valet.Alexand.*d.consil.*7.*in fin.ver.postremo,lib.*5.
24 Declara, nisi sibi expediat, puta ne compellatur recipere tertium socium rixosum, puta si filius ex primo matrimonio minor compelleretur recipere nouercam rixosam in communione,puta,quæ obtinuit cõtra socium admitti ad partem,quia pupillus tunc prouocat ad diuisionem,*l.si conuenerit,in fi.ff.pro socio.*Castr.*consil.*179.*In causa,quam,col.fin.ver.super quarto,lib.*1. Alexand.*consil.*7. *In consultationem,in fin.lib.*5.vbi,quod dicitur expedire pupillo,si socius est rixosus. Vide Socin.*Reg.*51.*pupillus regulariter ad diuisionem prouocare non potest*,vbi limitat quinque modis, qui sunt extensiones in casu no-
25 stro,vide illas.Vide, *Pupillus non obligatur,& qualiter procedat.Conclus.* 978. † Limita;quia diuisio fieri non potest, neque iudicium diuisorium intentari, quando negatur dominium & communio; quia debet agere rei vendicatione, postea communi diuidundo.
26 Alexand.*consil.*46.*num.*10.*lib.*1.incip. *Visis & accurate.* † Limita; quia iudicium non potest intentari contra eos, qui non recusant diuidere; quia iudicia sunt absolutoria cum eo, qui non recusat. Cruet.*consil.60.num.6.ver.secundo respondeo.*

Diuisio inter fratrés si fiat,quæ communicare debent,vel non.Conclus.533.

1 FRATRES † diuidentes inter se bona paterna ante omnia debent deducere dotes suarum vxorum,tanquam æs alienum,& reliqua debent diuidere.Bald.*consil.*347.*Quæritur,pater misit,num.*3.
2 *ver.circa tertium,lib.*2. Vide,*Socij qualiter communicant inuicem lucra & damna.Conclus.*287. † Et si vnus solus haberet vxorem, & pater receperat dotem,ante omnia debet illam deducere,*l.si filia.*§.*filius-*
3 *familias, ff.famil. herciscun.* † Et multo magis, quando bona data sunt in dotem patri communi, vel ipsi marito; quia licet sint possessa in communi; tamen alij censentur iure familiaritatis possidere,*l.qui iure familiaritatis,ff.de acquir.poss.* & ante omnia debent deduci per maritum per iura supradicta. † Amplia ; quia si aliqui fra-
4 tres fecerunt melioramenta in bonis diuidendis perpetua, & de suo absentibus aliquibus fratribus, qui non contribuerunt, sunt deducenda ista melioramenta,tanquam propria ab ijs, qui illa fecerunt Bald.*consil.*347.*Quæritur,pater misit,nu.*4.*ver.super quarto,lib.*2. Extende, † etiam si melioramenta essent circa culturam; quia 5
quatenus absentes,vel illi, qui non laborarunt, efficiuntur ditiores,tenentur soluere melioramenta Bald. *dict.consil.*347.*in fin.lib.*2.
Circa † expensas studij an sit habenda communicatio. Vide,*Ex-* 6
*pensæ studij quando imputandæ,vel non. Conclus.*639. † Circa donata, prælegata,& habita iure particulari an sint communicanda. Vide, 7
*Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Conclus.*416. † Limita; 8
quia etiam lucrata per medicum ex medicina, viuente patre, sunt communicanda,& diuidenda, nec deducuntur. Vide, *Medicus acquirit sibi,non patri ex medicina.Conclus.*160.

Diuisio ad quæ obliget diuidentes.Conclus.534.

DIVISIO † obligat diuidentes ad obseruantiam, & conse- 1
quenter ad euictionem,secundũ naturam diuisionis,vt partes æquales factæ conseruentur. Ruin.*consil.*146.*num.*3.*lib.*1. cum alijs, 2
*supra,Diuisio quid sit.Conclus.*521.*num.*28.*& seq.* † Extende, vt procedat manutentio,& euictio,etiam si bona euincantur propter fideicommissum authorum communium, quãdo diuidentes ignorarunt, secus,si sciuerunt,quod declara,vt plene *in ver. Euictio promissa per venditorem non habet locum multis casibus.Conclus.*367. *num.*38. *& seq.ver.idem in pluribus diuidentibus.* Amplia; † quia si plures, puta tres sunt A,B,& C,& A, in fundo communi fabricet de suo domum, post eam per viam laudi diuidant, & dictum prædium, & domus cum omnibus iuribus obueniat B, & postea moriatur A, non potest C,tanquam hæres pro dimidia A,petere à B, medietatem domus tanquam constructæ ab ipso A,ex quo per diuisionem & traditionem sunt iura translata in B,& est effectus dominus, *l.si diuisione. C.famil.herciscu.* quem effectum facit etiam sententia arbitri secundum opin.Alexand.*in l.Pomponius.*§.*quod iussu, ff. de acquir.poss.* maxime quando arbitri fuerunt electi ex necessitate statuti; quia sunt Iudices.*l.cum speciali.C.de iud.* Vide plenius,*Diuisio non præiudicat fideicommisso,& quando secus.Conclus.*543.*per totam,& per discursum.*

Diuisio qualiter fiat tam circa diuisibilia, quam non diuisibilia.Conclus.535.

DIVISIO † si est facienda inter plures de re diuisibili, prout 1
hæreditas;tunc fieri debet per quotas,vt tot fiant partes,quot sunt personæ.Gemin.*consil.*37.*in princip.* Vide,*Diuisio inter socios qua-* 2
*liter fiat,& quando possit fieri. Conclus.*531. † Et fieri potest per breuia & sic extractionem sortium Bald. *consil.*72. *Factum super quo petitur. num.*2.*ver. circa secundum.lib.*2. Vide,*Diuisio inter fratres an per sortes,* 3
*& qualiter fiat.Conclus.*530.† Amplia;quia diuisio fit etiam de re indiuisibili,non ratione naturæ materiæ corrumpentis subiectum, sed quia res integra debet conseruari, & si recipit æstimationem, non diuiditur,sed restauratur per æstimationem. Gemin.*d. consil.*37.*in princ.ver.quandoque.* Vide,*Indiuidua quæ esse dicantur,& quæ non. Concl.* 102. † Extende, vt idem sit in turri,quæ est indiuisibilis,vt quia
medietas superior est vnius solius, pars inferior communis; nam 4
diuisio fit per æstimationem, & conuenit, quod habens partem superiorem,& maiorem præferatur.Angel.*consil.*381. *Viso dicto statutum, per totum*, vel per licitationem, statuto pretio per iudicem. Restringe, † in re indiuisibili, quando non recipit æstimationem;quia vni tota res assignatur,prout sunt res spirituales,& titu- 5
li beneficiales.Gemin.*d.consil.*37.*Dubitatur de duobus,in princ.ver.si res est talis.* † Amplia; quia res dicitur non diuisibilis, quando pos- 6
set diuidi,sed redderetur inutilis, vel infructuosa, aut minus fructuosa notabiliter; & tunc remedium est, quod fiat æstimatio, & vni assignetur res, alteri pretium.Cruet.*consil.60.in princ.versic.aut vult se iuuare.* † Amplia ; quia feudum dignitatis non est diuisibile, etiam si sit transitorium ad extraneos; & ideo si in eo debetur 7
legitima filijs,fieri debet assignatio pro modo æstimationis,&non alias.plura allegat Ægid.Bellam.*consil.*48.*num.*3.*& 4.ver.tamen.* Vide,*Feudum indiuiduum.& nobile quale.Conclus.*151. † Et quod feudum 8
dignitatis, prout Ducatus, Marchionatus, & similes, non possint diuidi;secus si sunt feuda non dignitatis;quia possunt diuidi. Abb. *consil.*82.*col.pen.circa fin.ver.item petitur diuisio.lib.*1. plenius Alexand. *consil.*7.*In consultatione,numer.*4.*& num.*8.*ver.quinto probatur.lib.*5.vbi quod solum feudum dignitatis prohibetur diuidi, videlicet feudum Marchiæ,Ducatus,& Comitatus,vel si esset feudum concessum primogenitis tantum, & reddi rationem; quia exceptio firmat regulam in contrarium. Restringe † multis modis, quibus 9

feudum dignitatis potest diuidi, *in ver. Feudum indiuiduum. d. Conclu.*
10 151. † Limita, quando res est indiuisibilis ex natura materiæ, vt quia diuisio corrumperet totaliter subiectum, vt homo diuidendus; quia si non apparet cuius sit, non diuiditur, sed assignatur
11 vni. Gemin. *d. consil. 37. in princip. ver. quandoque super re.* † Limita, quando res est indiuisibilis; quia si debetur certa quota numeri determinati, completo numero, si aliquid restat, quod non ascendat ad quotam, non fit diuisio. Gemin. *consil. 37. num. 2. ver. nam vbi*
12 *debetur.* † Extende; quia quando pars non potest separari, quæ obueniret vni, fit coæquatio in pretio, & sic aliud recipitur pro alio
13 ex necessitate. Afflict. *decis. 23.* † Limita; quia fauore publico ciuitas non recipit diuisionem; quia interest ciuium non habere plures dominos, neque diuidi territorium, & si fiat diuisio, fieri debet per regiones. Abb. *consil. 82. Quanquam. col. pen. in fin. lib. 1.* Vide Concluſ. prox. ſeq.

Diuidi non possunt multa, & quæ. Concluſ. 536.

1 DIVIDI † non possunt aliqua ex natura materiæ, quando diuisio corrumperet subiectum, vt in homine. Gemin. *consil. 37. in princ. ver. quandoque super.* Vide, *Indiuidua quæ esse dicantur. Concl. 102.*
2 Quandoque † aliquid non est diuisibile, non propter naturam materiæ; quia diuisio corrumpat subiectum, sed quia res debet remanere integra. Gemin. *d. consil. 37. in princip.* vbi distinguit, an ca-
3 piat æstimationem, vel non. † Iura incorporalia, prout iurisdictio, & similia de per se, non possunt diuidi; secus si cohærent corporalibus, prout quando iurisdictio cohæret territorio. Alexand. *consil. 7. In consultatione. num. 9. & seq. vers. præterea. lib. 5. & consil. 25. n. 6.*
4 *lib 5.* † Tutela non potest diuidi. *l. inter tutores. ff. de administrat. tut.*
5 Alexand. *consil. 25. numer. 5. lib. 5.* † Dignitas, prout feudum, Marchionatus, Ducatus, & Comitatus. *cap. Imperialem. §. præterea Duca-*
6 *tus, de prohib feud. alien. per Feder.* Alex. *d. consil. 25. num. 6. lib. 5.* † Res spirituales, & tituli beneficiales non possunt diuidi, nec æstima-
7 tionem recipiunt. Gemin. *consil. 37. num. 1. ver. si res est talis.* † Ecclesia parochialis non potest diuidi, nisi respectu vsus per tempus
8 alternatiuum. Alexand. *consil. 25. Attentis narratis. nu. 3. lib. 5.* † Præbendæ canonicales non possunt diuidi, nec sectionem recipiunt. Geminian. *consil. 37. numer. 2. ver. vnde præbendæ.* Alexand. *consil. 7. num.*
9 11. *ver. sexto probatur. lib. 5.* † Turris indiuisibilis esse potest; & ideo iudex eo casu statuto pretio debet partes compellere, vt plus of-
ferens præferatur, quando possunt oriri dissentiones. Angel. *consil.*
10 381. *Viso dicto statuto, per totum.* † Regula tamen est, quod omnes diuisibiles sunt, & veniunt in iudicio diuisionis, exceptis quibusdam; ideo regulæ adhærendum est, sicut Bononiensis Carocio. Castrens. *consil. 182. Circa primum. numer. 2. ver. ad secundum vero. lib. 2.*
11 Alia † regula est circa indiuisibilia; quia propter subsistentiam causæ legitimæ possunt diuidi per tempus, vel per vsum temporalem, seu exercitium, & dicitur causa legitima iustus timor scandali, & rixæ, nisi fiat diuisio; quia ex causa scandali, & rixæ recedit a regulis iuris. Alexand. *consil. 7. In consultatione. num. 11. vers. sexto probatur. lib. 5.* vbi *numer. 12.* dat exemplum de sequestratione prohibita,
12 vt permittatur ad tollendum scandalum, & rixas. † Extende maxime, quando is, qui est scandalosus, & rixosus, est ille, qui prouocatur ad diuisionem; quia magis iusta causa est, quam si ipse pro-
13 uocaret. Alexand. *d. consil. 7. num. 12. ver. quod licet regula. lib. 5.* † Extende; quia etiam ad instantiam subditorum possunt feuda habentes indiuisibilia compelli ad diuidendum vsum & exercitium iurisdictionis alternis temporibus ad tollendum scandalum, & rixas, ex quo agitur de præiudicio subditorum, si domini sunt rixosi
14 inter se. Alexand. *d. consil. 7. num. 13. ver. confirmo prædicta. lib. 5.* † Iurisdictio est indiuisibilis; ideo si plures sunt hæredes habentes iurisdictionem, omnes habent iurisdictionem in solidum; quia in proprietate est res indiuidua; potest tamen diuidi exercitium iurisdictionis per tempora, ita Bart. *in consil. 189. lib. 1.* late Felin. Dec. & alij. post Abb. *in cap. prudentiam, de off. deleg.* Castrens. & alij *in l. est receptum. ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi ponunt de dignitate, & alijs, & idem Castrens. *consil. 179. In causa, quam magnificus. colum. fin. ver. ex quibus. lib. 1.* vbi, quod est indiuisibilis, sed bene commoditas po-
15 test diuidi, non autem potest fieri diuisio per quotas. † Aliæres indiuisibiles, quæ per rerum naturam non patiuntur diuisionem, debent diuidi per subhastationem, & licitationem plus offerenti, & si hoc non sufficit, habenti maiorem partem adiudicatur. Crauet. *cons. 377. num. 8.* Vide Concluſ. prox. præced.

Diuisio iurisdictionis qualiter fiat. Concluſ. 537.

DIVISIO † iurisdictionis est odiosa; quia licet diuisio fit adin- 1
uenta pro bono pacis, & quietis, ex quo communio parit discordias; tamen quia monstruosum est, quod vnum corpus habeat plura capita, sic etiam, quod iurisdictio vna habeat plures dominos. Crauet. *consil. 264. Quidam fratres, in princ. & per tot.* maxime *n. 6. ver. in qua re considero.* † Si tamen diuisio plurium castrorum iuris- 2
dictionalium fit facienda, vnicuique vnum castrum habens iurisdictionem debet adiudicari, vt quilibet dominus fit proprietatis dominus vnius iurisdictionis, non autem est locus eo casu diuisioni per tempus, & per administrationem, ita Crauett. *dict. consil. 264. in fin. ver. quæ diuisio.* vbi dicit ita fuisse consultum per D. Nicolaum Balbum præsidem Ducalem, & bene, vbi *num. 8.* dicit quod diuisio castrorum non facta mentione iurisdictionis, non infert ad iurisdictionem, & quod debeat diuidi proprietas in inferioribus feudis, dicit ibi *num. 8.* allegat Alexand. *consil. 25. lib. 5.* † Declarat 3
Bartol. *consil. 189. Primo quæritur. num. 8. & seq. ver. secundo oportet videre. lib. 1.* quia si plura sunt castra in vnico Comitatu concessa; quia Comitatus est indiuisibilis, sed bene exercitium potest diuidi; vbi dat alia similia de seruitute, & tutorum administratione, & sequitur Ioannes Baptista de Sancto Blasio inter consilia feudalia *consil. 66. num. 19.* vbi quod plura castra in feudum Comitatus data non diuiduntur, & omnino Boer. *in tract. at. de custo. clauium. numer. 58. & sequen.* vbi sequitur Bartol. *hoc consil. & num. 65* distinguit plures casus, qualiter iurisdictio possit diuidi. Alexand. plene *consil. 7. In consultatione. n. 9. ver. præterea. lib. 5.* vbi allegat Bart. *in l. inter tutores. ff. de administ. tut.* vbi Alexand. plures allegat, quod vsus iurisdictionis potest diuidi, sed non iurisdictio, plenius Alexand. *consil. 25. Attentis narratis. num 4. & sequen. lib. 5.* vbi ponit multa similia de ecclesia, de tutela, de feudo dignitatis, & alijs, quæ diuidi non possunt quoad habitum, sed tantum diuiduntur quoad vsum per tempora alternata. † Alius modus diuisionis est per tempora, vt vnusquisque 4
dominus administret per annum, vel sex mensis alternis vicibus, & ista non est proprie diuisio iurisdictionis, sed diuisio vsus iurisdictionis; quia proprietas iurisdictionis remanet communis, & vsus diuisus. Crauett. *dict. consil. 264. num. 9. verficul. secundo respondeo.* Alexand. *dict. consil. 7. num. 8. versic. præterea. lib. 5.* † Et ista dici- 5
tur aptior diuisio, & laudabilior, quando modus diuidendi proprietatem esset difficilis, & hic modus tenet, ac si esset diuisa proprietas. Alexand. *consil. 7. colum. penult. versic. confirmo prædicta. lib. 5.* & sequitur Crauett. *dict. consil. 264. numer. 9. verficul. aduertendum tamen.* Declara † tamen; quia licet longissimo tempore fuerit diui- 6
sa iurisdictio per tempora; tamen non præscribitur, quin proprietas possit diuidi, maxime ex causa scandali, vel rixarum. Crauett. *dict. consil. 264. per totum,* maxime *numero nono.* † Alius modus diui- 7
sionis fieri potest, vt vni assignentur tot familiæ, vel quarterium ciuitatis, alteri tantundem. Abb. *consil. 82. Quanquam. colum. penult. in fin. lib. 1.* † Alius modus est, vt si vnum sit castrum pulchrius, & 8
maius, aliud minus, habenti minus supplementum fiat in pecunia, vel alijs bonis. Alexand. *consil. 25. Attentis. numer. 25. verficul. quoad aliud. libro quinto.* † Alius modus est, vt ex pluribus castris vnius 9
Comitatus, vel alterius dignitatis, vnus habeat administrationem in vno loco, alius in alio loco. Alexand. *consil. 18. Visis capitulis. num. 6. versic. ex ijs ergo. lib. 2.* † Contrarium tenet apostil. ad Alex. 10
dict. consil. 18. num. 6. versic. vno loco. † Alius modus est, quod feu- 11
dum Comitatus potest assignari in vna portione, & alia bonain alia portione, & hoc modo non scinditur, sed intrat in diuisione. Alexand. *dict. consil. 18. num. 6. versic. tamen si illud integrum. libro secundo.* Alius † modus est; quia si iurisdictio cohæret castro, vel territo- 12
rio, tunc proprie, & vere diuiso castro, vel territorio, diuiditur etiam iurisdictio. Alexand. *consil. 25. Attentis. num. 4. lib. 5.* & iterum *consil. 7. num. 9. eod. lib. 5.* † Declara tamen; quia isto casu non de- 13
bent propterea multiplicari tribunalia, nisi propter distantiam, & nisi ex causa publicæ vtilitatis, apostill. ad Alexand. *dict. consil. 25. numer. 4. in verficul. iurisdictio. libro 5.* † Declara totam istam mate- 14
riam; quia licet feudum dignitatis, prout Marchia, Ducatus, & Comitatus, non possint diuidi, prout neque feudum datum ea lege, vt ad solos primogenitos pertineat, vt per Alexand. *consil. 7. In consultatione. numer. 4. & sequen.* maxime *numer. 8. verficul. quinto probatur. lib. 5.* tamen secus est in alijs feudis etiam iurisdictionalibus; quia possunt diuidi, ex quo exceptio firmat regulam in contrarium, & licet iurisdictio non possit diuidi; quia incorporalia non veniunt in diuisione per se; tamen in consequentiam rei corporalis veniunt in diuisione *l. arbor. §. aquarum iter. ff. commun. diuid.* ideo potest iurisdictio diuidi per vsum, & modis prædictis, de quibus supra, sed si esset iurisdictio, quæ cohæreret territorio, vel castro;

castro; tunc sicuti territorium, vel castrum potest diuidi; ita etiam iurisdictio, & sic per appositionem terminorum dicitur diuisa iurisdictio data cautione de non impediendo administrationem secundum terminos appositos, ita Alexand. *d.cons.7.num.9.& 10.ver. præterea lib.5.* vbi dicit, quod iurisdictio in dubio præsumitur concessa territorio.

Diuisio lucri & damni qualiter fiat inter operarios socios. Concluſ.538.

1 RVSTICI † & operarii, qui diu vixerunt in communi, diuidunt onera, & lucra, secundum opus, vt qui plus potuit lucrari, puta homo, quam puer, plus percipiat, ita vt compensent simul ea, quæ ratione victus personarum inutilium substinuerunt,
2 & aluerunt. Bald. *cons.97. Ioannes Butij, lib.2.* † Et si vnus ex sociis habuit plures filios, qui operati sunt, debent consequi meredem
☞ operarum; quia non sunt filij socij. Vide. *Societas non potest contrahi cum pupillo, & alijs. Concluſ.281.* Vide plenius in *ver. Socij qualiter communicent inuicem lucra & damna, vel non. Concluſ.287. ver. amplia etiam quoad acquisita.*

Diuisio qualiter fiat inter plures obligatos. Concluſio 539.

1 SI † sunt plures obligati in solidum ad centum, qui possunt in solidum conueniri, & creditor petat partem à singulis, censetur illos diuidere, ita vt non possit totum postea petere. *l.si creditores. C.*
2 *de pact.* vbi Iaſ. plene declarat, & concord. allegat. † Declara, vt procedat, quando diuisio fit æqualis pro rata; secus si petat vltra partem, vel minus, quam sit rata pars ab vno; quia non censetur diuidere. Iaſ. post alios in *l.si.num.9.ff.si cert. pet.* Alex. *cons.178. Viso pro-*
3 *cessu.num.12.ver.& quamuis, lib.7.* † Restringe, quando creditor recipit partem ab vno ex obligatis in solidum, nihil exprimendo; quia per hoc non præiudicat sibi in iure solidi, Cæpol. *cautel.254.* quod an indistincte sit verum, vide Iaſ. in *l.si creditores. C. de.* Afflict.
4 *decis.142. Quidam creditor.* † Idem est, si essent duo obligati tantum, vel plures; quia pariter si soluit partem suam, fit diuisio, si plus, vel minus non fit diuisio. apostilla ad Alex. *d.cons.178.n.12. in v. virilem,*
5 *lib.7.* quæ citat concord. † Declara, vt per Bar. plenius in *auth. hoc ita C. de duobus reis.nu.37.& seq. ver. sed an solutione.* vbi, quod si sunt duo rei, qui non habent beneficium diuisionis; tunc recipiens partis solutionem ab vno censetur diuidere, ita vt alios pro parte virili
6 debeat conuenire, & ita procedit *l.si creditores. C. de pact* † Restringit
7 tamen fauore legati. *l.si ex toto.§.1. in fi.ff. de leg.1.* † Si vero habent beneficium diuisionis, & vnus soluit exprimendo partē suam; & tunc non censetur facta diuisio, & ipse solus liberatur ipso iure à parte sua, quam soluit, & à residuo ope exceptionis. *l.in ius.§.1.ff. de solut.* & cæteri remanent obligati in solidum. Bart. *d. auth. hoc ita.nu.37. C. de*
8 *duob. reis.* † Si autem soluit simpliciter non exprimēdo pro rata sua, & de rigore iuris non fit diuisio, & possunt omnes in solidum conueniri, sed de æquitate iuris ille solus potest opponere exceptionē diuisionis, & sic illa solutio sibi primo proficit. *l. inter eos, §.1.ff. de fideiussor.* qui tex. etiam procedit in duobus reis secundum Bart. vbi
9 supra. † Contrarium tenet Alex. *d.cons.178. nu.11. ver. præterea, lib.7.* vbi, quod secundum magis communem opinionēm, si soluit simpliciter, & non dicat tanquam partem soluentis, non fit diuisio, &
*10 magis * cōmunis opinio est contra tenentes contrarium. † Rationem assignat Bart. *d. auth. hoc ita, nu.37. C. de duobus reis*; quia quando duo rei non habent beneficium diuisionis, creditor non tenetur partem recipere, & recipiendo videtur vti liberalitate, & sic diuidere; & in casu contrario secus est; quia si possunt diuisim soluere, & ipse creditor tenetur recipere, nō potest dici, quod voluerit ipse
11 vti liberalitate. † Vtilitas magna est; quia si non fit diuisio ipso iure, periculum spectat ad debitores, si fit ipso iure, periculum spe-
12 ctat ad creditorem, si fiant non soluēdo. Bart. vbi supra. † Amplia; quia si creditor habens plures obligatos in solidum, omnes conuenit in solidum cum clausula, quod vnica solutione erit contentus, censetur facere diuisionem, etiam si non opponatur exceptio, quia quatenus ambo sint soluēdo sufficit si opponatur in exequtione. Alex. *cons.37. Viso, & oportuno, n.10. ver. quamuis, lib.2.* vbi, quod sibi imputet creditor, si non egit contra vnum tantum, & quod renunciatio beneficio diuisionis, non comprehendit hunc casum, &
13 apostil. ibi in *ver. & ideo*, dat concord. † Extende, vt procedat etiam si negassent narrata, prout narrantur; quia licet negans debitum perdat beneficium diuisionis; non tamen si negat narrata, prout
14 narrantur. Alex. *d.cons.37.n.51. lib.2.* vbi apostilla. † Amplia, vt quod dicitur de solutione diuisa idem sit de acceptilatione facta, vide per Bar. *d. auth. hoc ita.n.39. C. de duob. re. ver. secundo quero.* † Quid si ac- 15
ceptilatio fiat pro toto vni, ita quod aliis non prosit. Bart. dicit esse subtile, & non soluit, ibi. *nu.40.* † Amplia; quia sicuti creditor recipiens sibi præiudicat; ita etiam præiudicat alteri correo credendi 16
ope exceptionis. Bart. *d. auth. hoc ita, num.38. C. de duob. reis.*

Diuisio quid contineat, & qualiter interpretetur. Concluſ.540.

FRATRES † habentes quædam bona alienata cum pacto redi- 1
mendi, si diuidant omnia bona, & in partem vnius assignant omnia bona, quæ possidēt in tali loco, cum omnibus iuribus ad ipsa bona spectantibus, non censetur cessum pactum redimendi bona vendita, licet essent in regione bonorum assignatorum, vt supra Alex. plene *cons.75. Viso themate per totum, lib.6.* vbi tollit contraria; quia non conuenit pactum verbis prolatis de bonis possessis, & clausula, *cum suis iuribus*, restringitur ad bona; & quia est rei cessoria, & licet habens actionem rem habere dicatur; tamen non procedit in contractibus, in quibus verba ficta non habent locum, vbi apost. prima in verbo, *dico*, citat Franc. Aret. *cons.6.* & Tiraq. *de retract. conuentio. §.1.glo.6.num.39.*

Diuisio quando, & ex quibus nulla. Concluſ.541.

DIVISIO † facta ex falsa causa est nulla; ideo si quis diuisit bona 1
donata propria, tanquam communia, sibi non præiudicat. Bald. *cons.300. in fi. lib.2.* plene Deci. *cons.475. In causa, quæ Mantuæ, n.*
30. plenius Decia. *cons.351. In casu proposito, num.4.* Menoch. *cons.105. num.95. lib.1.* Cravet. *cons.26. num.10.* vbi, plurimos allegat, & *cons.*
188. *num.9.& seq.* Vide, *Falsa narratio, vel falsa causa, quando vitiet, vel* ☞
non. Concluſ.62. † Extende; quia diuisio facta de re propria empta, 2
& diuisa, tanquam esset communis, & hæreditaria, est nulla, & non præiudicat docto de veritate. Anchar. *consil.291. Super pluribus. in princ. ver. secundum dubium*, maxime *num.4.& num.7.* † Extende, vt 3
quod dicitur de diuisione erronea, idem sit de terminatione facta per errorem. Cravet. *cons.188. num.9.& 10.* † Amplia; quia annul- 4
lata diuisione nulla redduntur pacta, & appendiciæ diuisionis. Anchar. *cons.291. num.7.* † Extende; quia etiam si partes conuenissent 5
de obseruanda diuisione facta per errorem, & non contrauenire; quia detecto errore nulla erit omnis promissio. Deci. *cons.475. n.30.* † Extende, etiam si interuenit decretum iudicis, & iuramentum 6
promissionis de non contraueniendo; quia omnia regulantur ab errore. Deci. *d.cons.351.n.4.& seq. vsque in fin.* † Amplia; quia si plures 7
fratres diuidunt, & vnus promittit pro minore, si minor non vult stare diuisioni, retractatur, & nulla est in totum; si tamen vni obuenit melior pars, tenetur communicare. Castr. *cons.182. Circa primum, in princ. lib.2.* † Extende; quia diuisio facta inter tres fratres, 8
quorum duo soli interuenerunt, & de rato pro tertio ambo promiserunt, siue sit per viam compromissi, & laudi, siue alias, tertio nolente stare diuisioni, etiam quod alii duo, qui pro tertio promiserunt, homologauerint, & promiserint non contrauenire; est tamen in totum, & quo ad omnes nulla, & quilibet sine pœna potest petere iterum fieri. Castr. *cons.182. in princ. lib.2.* † Extende; quia non 9
potest alter ex duobus qui diuiserunt, petere contra alterum pœnam, vel obseruantiam quo ad eum; quia ex quo ambo de rato promiserunt pro eo, qui non vult stare diuisioni, fit mutua culparum compensatio. Castr. *cons.182. circa med. ver. nec potest, lib.2.* † Declara; 10
quia si vni obuenit fornax, vel nauis, aut aliud corpus, per quod cū arte multum lucratus est, non tenetur communicare lucra ex industria; quia sunt extra rem. Ruin. *cons.216. lib.1.* † Amplia; quia cō- 11
fessio, quod res mea sit tua, non præiudicat. Menoch. *cons.105.n.94. lib.1.* † Amplia; quia diuisio facta prætextu testamenti validi, eo an- 12
nullato debet retractari. Deci. *cons.600.n.9.* † Amplia; quia diuisio 13
facta per errorem, puta cum eo, qui putabatur cohæres, cum non esset, retractatur, plene Menoch. *cons.91. per totum*, vbi ponit plura exempla, *lib.1.* † Extende, etiam si sit facta per laudum arbitrorum, 14
vel in iudicio. Menoch. *d.cons.91. nu.62. lib.1.* allegat Corn. *cons.278. col.fi. ver. Sed contra prædicta, lib.4.* & reprobat Bero. contrarium consulētem. † Contrarium tenet Bero. *cons.2.n.33.& seq. lib.2.* † Amplia; 15
quia si in vna parte sunt positi floreni 300. existentes super monte, 16
vel in crediris, & reperiatur, quod non sunt, nisi centum; talis error non nocet, sed debet ad æqualitatem reduci. Soci. Iun. *cons.48. nu.*
43.& 44. lib.1. † Amplia; quia priuilegium, vnio, dispensatio, iura- 17
mentum, in solutum datio, hæredis institutio, transactio, laudum arbitri, decretū iudicis, diuisio bonorum, & plura similia facta, vel concessa ex falsa causa in totū fiunt nulla. Menoch. *cons.91.n.40.& seq. lib.1.* † Amplia in tantū diuisionem erroneā, puta ex falsa causa 18

factam debere reuocari, vt etiam si possit substineri ex alia causa, nihilominus reuocanda sit. Crauet. *cons.26.in fin.& cons.188.num.9.* 19 *& seq.* vbi plenissime. † Limita; quia frater diuidens bona cum fratre, quæ posset ipse vigore fideicommissi tota prætendere, sibi præiudicat, si sciens est; secus si ignorans. Deci. *cons.202. Vt præsens consultatio, col.penul.* 20 sub *num.8.ver. Sed cum ipse Stephanus.* † Limita; quia diuisio præsupponit communionem inter diuidentes; ideo probare debet agens ad nullitatem, quod non essent communia ea quæ fuerunt diuisa, vt videtur velle Decian. *consil.647. Requisitus, nu.4.* & probat tex. in *l.magis puto, §.fi.cum l.seq.ff.de reb.eorum.* & clare hoc dicit Nat. *cons.103.num.6.& cons.501.in causa, & lite, numer.60.* Deci. *cons.408.In præsenti consultatione, num.1.* Crauet. *cons.26.num.10. & cons.188.num.8.* vbi, quod incumbit onus probandi ei, qui venit contra diuisionem.

Diuisio an possit prohiberi, & quid operetur prohibitio. Concluſ. 542.

1 PAter † potest prohibere diuisionem fieri inter filios suos, donec fuerint in ætate legitima, & valet talis prohibitio, quando est ad tempus; secus si perpetua. Bald. *consil.72. Factum super quo petitur, lib.2.& cons.91. Facti narratio, lib.2.* plene Grammat. *decis.7.in princ.* vbi, quod præsumitur facta ad fauorem filiorum. Deci. *consil.349. Consuluit, in princip.* Alex. *cons.110. circa primum, numer.10. ver. pro* 2 *hoc, lib.3.* † Et præsumitur talis prohibitio fauorabilis pupillo in dubio, & ad fauorem illius facta, in tantum, quod non potest renunciare, neq; venire contra testamentum diuidendo, etiam cum iuramento, cum suo curatore; quia non obligatur. Bald. *cons.144. Multa sunt, si.per totum*, maxime *post med. ver. item diuisio, lib.3.* Gram- 3 mat. *decis.7.in princ.* Deci. *d.cons.349.num.4.* † Amplia; quia ista prohibitio potest fieri per pactum, & per testamentum, vsque ad certum tempus, etiam sine causa; quia causa præsumitur, ne facilitate decipiantur. Bald. *d.cons.72.num.1.ver.ad euidentiam, lib.2.* Crauet. *cons.* 60. *in princ.* Grammat. *decis.7.per totam.* Castr. *cons.179. In causa, quam, col.fin.ver.super quarto, lib.1.* Alexand. *consil.110. Circa primum, numer.* 4 10. *ver. Pro hoc lib.3.* † Extende; quia talis prohibitio ad tempus valet, & ligat successorem singularem habentem causam à paciscente, etiam si obtinuit per sententiam. Castr. *d.cons.179. col.fin.ver. Item* 5 *habet iustam, lib.1.* † Operatur talis prohibitio exceptionem, vt alter excipiens possit prohibere diuisionem, sed tamen si concordes sunt, possunt diuidere, quando prohibitio non est sub pœna. Ba' l. *d.cons.72. per totum, lib.2.* vbi, quod si est facta, non potest retractari respectu prohibitionis, nisi quatenus adsit læsio vltra dimidiam, & *cons.91.lib.2.* vbi, quod læsio requiritur respectu vniuersitatis, non 6 respectu certorum corporum. † Restringe; quia si resultet ex communione damnum pupillo, vel minori, iudex potest permittere, quod fiat diuisio contra præceptum patris ex verisimili mẽte; quia non præsumitur voluisse præceptum suum nocere. Grammat. *dict.* 7 *decis.7.per totam & nu.4.* Deci. *cons.349.nu.4.* † Restringe; quia etiam si filii iurassent seruare præceptum patris de non diuidendo intra certũ tempus; tamen maiores ex simplici renunciatione recedunt, minores obtinent à iudice, si nociua quomodocunq; sit commu- 8 nio. Oldrad. *cons.241.* sequitur Grammat. *decis.7.num.3.& seq.* † Restringe, quando alter socius, vel in communione existens esset rixosus; quia non obstante quacunque prohibitione potest fieri diuisio, & peti. Soc. Iun. *cons.79.nu.3.lib.1.* Castr. *cons.179. col.fi.ver.super* 9 *quarto, lib.1.* † Restringe; quia propter discordias, & scandala, etiam receditur à prohibitione temporali; ideo potest fieri diuisio non obstante prohibitione temporali, quando discordiæ suscitarentur ex communione. Crauet. *d.cons.60. in princ.* plene Grammat. *decis.7.* *per totam.* vbi allegat Oldrad. *cons.241.* Areti. *cons.22. colu.2.* Soc. *cons.* 10 279. *lib.2.* † Amplia; quia diuisio potest prohiberi causatiue, puta habens rem communem mecum, qui mihi obligauit pro credito partem suam, non potest petere diuisionem, nisi satisfaciat primo mihi, me opponẽte. Negus. *de pign. in 3.membro secundæ partis, nu.44.* 11 † Amplia; quia testator potest prohibere, ne hæredes diuidant hæreditatem ad certũ tempus, & maxime, quando hæredes promiserũt testatori, valet prohibitio, & contrauenies priuari debet. Alex. *cons.* 12 137. *In causa & lite, n.23.ver. præterea prohibitio, lib.2.* † Amplia; quia regulariter minor non potest diuidere, nisi ex causa vtilitatis, de qua debet constare, alias diuisio est nulla; multo magis concurrente etiam prohibitione testatoris; quia præcise tenetur seruare præceptum. Deci. *cons.349. Consuluit excellentissimus.* & quod nisi adsit vtilitas minoris, non possit prouocare ad diuisionem Rom. *cons.106.* ☞ *Viso themate.num.4.* vbi apostilla in *ver. vtilitatis.* Vide supra, *Diuisio* 13 *quid sit. Concluſ.521.nu.21.& seq.* † Extende; quia pupillus non prouocat ad diuisionem; quia est species alienationis, nisi agatur de non recipiendo socio rixoso, quia tunc prouocat, *l.si conuenerit. cum ibi not.in fi.ff.pro socio.* Castren. *cons.179. In causa, col.fi.versicul.super quarto, li.1.* Roma. *dict.cons.106.nu.4.* † Extende; quia eadem solem- 14 nitas requiritur in diuisione minoris, quæ requiritur in alienatione; quia diuisio est alienatio. Curt. Sen. *cons.66.nu.17.ver. capio nunc.* Ruin. *cons.117.nu.21.& seq.ver.vltimo quæritur, lib.3.* vbi declarat, nisi post quinquennium maior factus perseuerauerit minor in diuisione. † Restringe tamen, quando reuera non expediret minori, & 15 hoc constaret; quia tunc posset non obstante præcepto testatoris; quia intelligitur rebus sic stantibus, & si noua causa non superueniat; & ideo valet diuisio eo casu. Decian. *d.cons.349.nu.4. ver. vlterius considerandum.* † Restringe; quia potest minor diuidere, & pro- 16 uocare ad diuisionem, si iudex iudicat expedire minori. Castr. *cons.* 356. *Postquam iste tutor, in princ.lib.1.* † Et idem est, si socius sit rixosus, 17 & non expediat pupillo habere rem communem. Bart. in *l.si conuenerit per illum text.ff.pro socio.* Roma. *d.cons.106.numer.4.& cons.79.* *col.fin.ver.super quarto, libr.1.* † Declara, quia minor non potest diui- 18 dere stabilia, neque ad diuisionem prouocare, neque societatem disdicere, quia est alienatio, quæ sine decreto non potest fieri, sed secus est, quoad pecunias, & mobilia. Castr. *cons.304. Super primo, n.* 7. *ver. circa septimum, li.2.* † Declara totam istam materiam, quia mi- 19 nor non disdicit societatem, neque prouocat ad diuisionem, nisi sibi sit vtile, vel nisi quoad possessionem, & fructus peteret, non quoad proprietatem, sed maior potest disdicere societatẽ minori, vel prouocare ad diuisionem ipsum minorem; & tũc cum sit actus necessarius, non requiritur decretum iudicis, neque quod tutor fecerit inuentarium, plene Rom. *cons.106. Viso themate, num.4. vsq; in fi.* † Amplia, quia testator potest prohibere diuisionem ex causa, & 20 per modum conditionis perpetuo inter hæredes, licet non possit sine causa, neque per modum dispositionis. Ruin. *consil.135. Queritur, vtrum, lib.2. per totum*, vbi respondet cum dicta distinctione ad contraria † Declara, quia multum refert, an diuisio prohibita sit 21 personalis, puta inter filios, quia non se extẽdit mortuo filio inter nepotem, & alium filium. Castr. *cons.304. Super primo, in princ. lib.2.* † Limita; quia non valet conuentio, quod societas duret vltra 22 mortem socii in æternum, quia esset tollere facultatẽ testandi. Ro. *cons.13. Idem videtur, num.2.* vbi, quod non valet cõuentio, quod diuisio fieri non possit, & idem quod societas sit perpetua, vel communio perpetua Rom. *cons.106. Viso themate, n.3.* vbi plena apost. in *ver. æternum.* dat concord. † Limita; quia diuisio non potest perpe- 23 tuo prohiberi per pactum, neq; per contractum, & consequenter neque per laudum. Alex. *cons.46. Visis & accurate, n.11.ver. sed per contractum, lib.1.* Cast. *cons.107. Videtur dicendum, lib.1.* Alex. *cons.110. n.10.* *lib.3.* vbi apostil. citat Alex. *cons.18. lib.2.* † Extende; quia neq; valet 24 prohibitio perpetua, quod feuda possint diuidi etiam iurata inter feudatios. Alex. *cons.29. Perspectis, nu.20. ver. in quantum autem, lib.5.* † Declara; quia valeret, quando dominus feudorum erigeret in 25 Comitatum, Ducatum, vel Marchionatum; quia de sui natura dignitas non diuiditur. Alex *d.cons.29.nu.20.lib.5.* Vide, *Communio par-* ☞ *tu discordias. Concl.535.* Vide, *Communio quam testator præcipit, quid operetur. Concl.539.* † Extende; quia non valet prohibitio perpetua diui- 26 dendi, *l.in hoc iudicio, §.si conuenerit, ff. commun. diuid. l.si non sortem, §.si centum. ff. de cond. indeb.* Castren. *cons.107. Videtur, lib.1.* † Contrarium, 27 quod per laudum perpetua communio possit mãdari; qui ex causa probabili potest præcipi communio. Oldrad. *cons.241. Factum tale est, paterfamilias.* quod notabile dicit Marsil. *Singul.9. Nemo cogitur.* vbi multa similia in proposito. † Limita; quia prohibitio diuisionis 28 facta per patrem inter filios sub pœna non valet, si est nuda, vel si generat discordias, ideo potest Legatus de latere contra eam dispensare. Fulgos. *cons.197. Zunghus Ondadei, in fi.ver. super vltimo.* † Ex- 29 tende; quia pater non potest prohibere diuisionem bonorum perpetuo inter filios, & præceptum, quod perpetuo stent in communione sub pœna priuationis non valet, sed bene ad tempus. Alex. *cons.110. Circa primum, num.10. ver. pro hoc, lib.3.& cons.18. lib.2.* Decia. *cons.442. num.24.*

Diuisio non præiudicat fideicommisso, & quando secus. Concluſ. 543.

DIVISIO † simpliciter facta inter fratres de bonis subiectis fi- 1 deicommisso non præiudicat ipsi fideicommisso, cui non censetur renunciatum. Bart. in *l.qui Romæ, §.duo fratres, nu.10.* vbi dicit * communem, *ff. de verb.oblig. in 1.qu.& cons.1. Proponitur, lib.2. in princ.* * vbi dicit * communem, & idem Bart. *cons.58. Ex themate.* vbi loquitur in emphyteusi diuisa. Bald. *cons.84. Res prohibitæ, lib.1.& consil.89.* *Dominus Thomas, in fi.nu.6.ver. circa quartum, lib.1.* vbi, quod in dubio per diuisionem non censetur renunciatum fideicommisso. Bald.

cons.

consil.407.In quæstione,nu.12.ver.tangitur tertio, lib.1.& cons.18. Nobilis
vir Vannes, lib.3.per totum , vbi loquitur, etiam si esset promissum
cum iuramento non contrauenire,& cons.434. Factum proponitur,in
princ.lib.3.ver.primus casus. Bald.cons.367.Dubium super quo, in princ.lib.
4.& communem * dicit Angel.cons.287.Factum, super quo consilium,
* num.3.in fi.ver.& ex iis liquet,communem * dicit Grat.cons.17.nu.44.
* lib.1.& communem * dicit Hippol.Riminal.cons.80.num.9.lib.1.&
* communem * dicit Io.de Anan.cons.29.nu.9.plene Signorol.consil.
* 117.Pater fecit,nu.4.& seq. Signorol.cons.189.nu.5. communem * di-
* cit Gabriel.de fideicom.conclus.1.in princ. & communẽ * dicunt Curt.
Iun.cons.49.nu.12. Roland.à Valle cons.34.num.73.& seq.lib.4. com-
* munem * dicit Deci.cons.286.n.16.Gabriel.de fideicom.concl.1.in prin.
* vbi de communi * Rom.cons.403.Pro decisione, in pr.vbi dicit * com-
munem,& ibi apostil.in ver.inducitur, dat multos concord. & dicit
* magis * communem.Alex.cons.208.Ponderatis,narratis,nu.4. ver.hoc
* præsupposito,lib.6.vbi dicit * communem , quod ex simplici diuisio-
2 ne non inducitur renunciatio reciproci fideicõmissi futuri.† Con-
trarium tenent plures, quos citat,& sequitur Alex. cons.100. Super
primo, num.11.ver.tertio principaliter,lib.7. quod dicit verum,quando
3 sciebant; secus si ignorabant. † Declara; quia contrarium proce-
dit, quod sit renunciatum fideicommisso ex simplici diuisione,
quando vterque sciebat fideicommissum , & antequam acceptas-
4 sent fideicommissum,diuiserunt. Alex.d.consil.100.n.11.lib.7. † Ex-
tende,vt idem sit, si fiat diuisio iuris fideicommissi; quia non cen-
setur diminutum,neque auctum in præiudicium tertii. Bal.d.consi.
5 407.nu.12.ver.tangitur septimo,lib.1. † Extende, etiam si diuisio esset
facta ab arbitris ex compromisso; quia factum arbitrorum dicitur
factum partium.Rom.d.cons.403.in princ.vbi apostil.2.in ver.protule-
runt, ampliat etiam si arbitri dederunt licentiam alienandi , & dat
* concord.& dicit * communem.Mandel.cons.29.nu.16.& per totum.
6 † Restringe, quando in diuisione essent clausulæ, ad habendum, &
quicquid placuerit faciendum;idem Riminal.Iun.consil.80.nu.37.& seq.
** vbi dicit * communem.Crauet.cons.24.num. 8. vbi dicit * commu-
7 nem. † Idem est, quando adsunt aliæ clausulæ prægnantes.Socin.
Iun.cons.116.num.50.lib.1. Pedemont.decis.122.num.16.& 17.Menoch.
8 cons.89.nu.117.& 126.& per totum. † Amplia, etiam si vltra diuisio-
nem promiserint fratres non contrauenire. Bart. in d.l. qui Romæ, §.
duo fratres.nu.11. ver. secundo quæro.ff.de verb.oblig.Bart. d.consil.1.lib.2.in
* prin.vbi dicit communem,* & idem Bar.cons.58.Ex themate,lib.1.vbi
idem in emphyteusi diuisa.Bald. consi.84.Res prohibitæ,lib.1. & consil.
18.Nobilis vir Vannes, per totum, lib.3. vbi loquitur,quando vltra pro-
missionem de non veniendo contra, etiam erat iuratum. Io. de
* Anan. consil.29.num.9. Gabriel. de fideicom.conclus.1. vbi dicit * com-
* munem , in 1. ampliat. & magis * communem dicit Alex. consil. 40.
n.3.lib.4.vbi, plena apostil.Castr. plene cons.188.col.1.lib.2.vbi,quod
clausula, non venire contra , intelligitur secundum naturam diuisio-
* nis, & hanc communem * dicit Alex.cons.167. Visis & ponderatis, nu.
9 9.ver.non obstat etiam septimum,lib.7. † Extende maxime, quando fi-
deicommissum reciprocum non est æquale.Io.de Anan. d. cons.29.
10 in fin. † Extende,etiam si promiserunt bona diuisa defendere,quia
si is, qui petit fideicommissum, idem promisit , repelli debet; ma-
xime quia ex facto eius,cui facta est promissio, euincitur.Bartol.d.
11 consil.1.num.2.ver.superest, lib.2. †Extende,vt idem sit in emphyteusi
paterna diuisa inter filios cum clausula, ad habendum , & quietatio-
ne generali de non petendo aliquid ; quia mortuo altero fratre nõ
prohibetur diuidens, qui renunciauit, petere portionem fratris
defuncti sibi obuentam ex inuestitura paterna. Bartol. consil.58. Ex
themate, in princ.lib.1. sequitur Alex. cons.8. Viso themate, in princ.lib.5.
12 vbi citat concord. † Extende , idem in feudo paterno diuiso inter
fratres cum quietatione, & liberatione generali de non petendo
quicquam alter ab altero; quia mortuo altero superuiuens potest
petere partem feudi sibi ex inuestitura debitam. Alexa.d.consil.8.in
13 princ.lib.5.vbi citat in simili concord. † Declara, seu restringe,quã-
do vnus ex fratribus vendit rem feudalem , vel subiectam fidei-
commisso,& alter vocatus præsens venditioni consentit;quia non
poterit consentiens auocare rem venditam per fratrem eo mor-
tuo, quando venditioni consensit , licet sola præsentia venditioni
non sufficiat,plene Alex.cons.8.Viso themate,num.4. & per totum , ver.
sed præmissis,lib.5.& iterum consil.8.in fin.& consil.131.num.lib.2.vbi di-
cit, quod contraria procedunt , quando non est data licentia ven-
ditioni, & non est sequuta venditio per fratrem , vltra quod dicit
14 opinionem controuersam etiam non sequuta diuisione.† Amplia,
quando fideicommissum esset relictum pluribus, & vnus decessit
viuo testatore; quia si superstites mortuo testatore compromise-
runt omnes differentias,quæ ortæ,& oriri possent inter fideicom-
missarios,& arbiter diuisionem fecit quæ fuit acceptata, non cen-
sentur remisisse fideicommissum.Bal.cons.191. In testamento Rolandi,
lib.2.† Amplia,etiam si ex diuidẽtibus vnus alteri remisit iura,quæ 15
habet,vel habere sperat,plures citat Gabriel. d.cõcl.1.de fideicom. n.5.
v.secundo amplia. † Et idem est,si dictũ sit, quæ habere sperant. Ber- 16
trãd.cons.1.vol.1.vide Gabriel. d.cõcl.1.de fideicom.n.6.& seq. vbi decla-
quando procedit , vel non. † Amplia , vt multo minus censeatur 17
præiudicatum , vel renunciatum fideicommisso vniuersali per di-
uisionem rei singularis,inter fideicommissarios,etiam si sibi inuicẽ
cauerent de non contraueniendo.Oldra.cons.107.Circa municipale,
nu.9.ver.ad quintam. † Amplia ; quia diuisio cum renunciatione fi- 18
deicommissi non præiudicat futuræ donationi factæ in euentum
mortis sine filiis; quia renunciatio ex vna causa non præiudicat ex
alia. Anch.cons.291.n.7. Vide Renunciatio facta per filiam dotatam quan-
do valet, vel non,& ad quæ se extendat.Concl.181.† Amplia;quia non cẽ- 19
setur renunciatum fideicommisso purificando per diuisionem,et-
iam si sit promissum non contrauenire,& super ea sit latum laudũ,
quia de conditione non extante non censetur cogitatum.Bal.cons.
84.per totum,lib.1.plenissime.Soc.cons.283.Eleganter,& iuridice,n.6.v.
vnde voluit Bald.lib.2.idem Bald.cons.191.lib.2.Anchar.cons.291. Super
pluribus,in princip. ver.secundum dubium,& Fulgos.cons.41.num.4.versic.
adiuuat, plene Rom.consil.403.Pro decisione,in princ.vbi, quod quan-
tumcunque sit generale , non trahitur ad futura , & fideicommis-
sum conditionale,si conditio non extitit tempore laudi, plenissi-
me Socin.cons.251.num.14.& seq.lib.2.Gozad.cons.36.num. 13. Man-
del.cons.29.numer.17.& communem * dicit Alexand.cons. 208.Pon- *
deratis,numer.4.& seq.lib.6.Neuiza.cons.32.nu.13.Decia.cons.3.nu.115.
lib.1.Roland.à Valle cons.34.nu.76.li.4.vbi plurimos allegat, & di-
cit hanc * communem à qua in iudicando nõ est recedendum; est *
verum,quod ibi postea tenet contrariũ,concordat Alex.cons. 40.
Super primo nu.2. in fi.& seq. lib. 4. vbi dicit * communem , & magis **
communem,& ibi apostil.in ver.generales,citat plurimos concord.
Ias.cons.89.In facto,quod incipit,magnificus, col.3. ver. & propterea pu-
taui,lib.1.& quod non comprehendat laudum & sententia , futura
iura,& acquirenda,etiam stantibus clausulis amplissimis.Roman.
cons.88.in fi.& communem * dicit Alexand.d.consil.40.lib. 4.num.2. *
& 3.& plenius cons.208.Ponderatis,num.4.ver.si autem, lib.6. vbi de * *
communi,vbi per totum tollit contraria. † Extende , vt idem sit si 20
laudum sit expresse approbatum,& homologatum;quia sicuti nõ
comprehendit laudum remissionem; ita neque approbatio illud
extendit,Socin.d.cons.251.nu.21.ver.ex qua conclusione , lib.2.Mandel.
cons.29.nu.16.Alex.d.cons.40.nu.2.in fi.& seq.ver.& confirmantur , libr.
4.† Extende,vt idem sit in sententia iudicis; quia non comprehen- 21
dit remissionem fideicommissi futuri;quia nõ trahitur ad ea, quæ
tempore sententiæ non sunt in controuersia, neq; ad futura.Alex.
cons.208.n.5.lib.6.Dec.cons.3.n.115.lib.1.† Vide, quia si laudum non 22
contineret decisa,& laudata ex facultate data , licet esset nullum,
tanquam latum extra cõpromissum , valebit nihilominus homo-
logatio in vim pacti,vt in terminis diuisionis tradit Affl. decis.117.
per totam.Vide,Laudum quando homologatum dicatur.Concl.25.& Concl.
ibi proxima seq.† Amplia , quia fideicommisso non censetur renun- 23
ciatum per diuisionem quando conditio fideicommissaria non e-
rat posita in ordine naturali,sed in aduersa fortuna liberi hominis
quam partes non præsumuntur cogitasse.Bal.cons.89.Dominus Tho-
mas,in fi.ver.circa quartum,lib.1.† Amplia etiam,quando diuidentes 24
sibi inuicem fecerunt finem,& liberationem, & promiserunt non
contrauenire , & iurarunt; quia non censetur renunciatum fidei-
commisso post illorum mortem,quia simplex liberatio non trahi-
tur ad futura Bald.cons.18.Nobilis vir,li.3.per totum,vbi est casus,ma-
xime,quando verba respiciunt præsentia; & non futura. Angel.d.
cons.287.nu.3.col.3.in fi.communem * dicit Gabr.concl.1. de fideicom.n. *
2.† Contrarium tenent plures,quos allegat Gabr. de fideicom.concl. 25
1.nu.2.ver.contrarium.† Extende ampliationem,etiam si sit promis- 26
sum perpetuo non venire contra diuisionem. Ruin. cons.117.col.3.
vol.2.refert,& sequitur Gabriel. de fideicom. conclus.1. numero 3. † Ex- 27
tende, etiã si fideicommissum sit reciprocum , & coæquale. Ruin.
cons.138.col.2.& 4.lib.2.† Contrarium Angel.in l.qui Romæ,§.duo fra- 28
tres.de verb.oblig. † Extende; quia non censetur renunciatum fidei- 29
commisso, etiam si arbitri mandarunt partes debere se absoluere,
prout se absoluerũt ab omnibus,quę vna pars ab altera petere pos-
set,vsq; nunc,vel in futurum,poterit in diem, vel sub conditione,
& ꝙ generaliter, & generalissime se absoluerent, quia arbitri non
potuerũt pronunciare super fideicommisso; quia in compromisso
non erat data facultas.Rom.cons.403.Pro decisione,n.3.& seq.v.secun-
do , an ex laudo. † Et plenissime,etiam si adsit clausula,ad habendum, 30
cum iuramento,& aliis renunciationibus,quod non censeatur re-
nunciatum.Hippol.Riminal.cons.204.per totum. vbi multa conge-
rit,& respondet ad omnia contraria. † Extende maxime, quando 31
diuisio est facta inter plures , quorum aliqui sunt minores ; quia
licet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licet sciuerint fideicommissum,& promiserint non venire contra, & etiam facta fuerit liberatio inter eos; tamen ius fideicommissi non censetur cessum; quia si minor non est certioratus, non sufficit scientia testamenti. Bald. *cons.* 434. *Factum proponitur, per totum*, vbi multa hinc inde, & hanc partem tenet, *lib.* 3. Vide, *Minor renuncians*
32 *beneficio sibi competenti debet certiorari. Concl.* 246. † Amplia generaliter in omnibus casibus, in quibus res diuisæ post mortem vnius ex diuidentibus ad alterum peruenire debent, & è cõuerso ex ordinatione authoris defuncti; quia non præiudicat diuisio; quia facto authoris sequitur euictio, quæ non obligat, sicuti neq; euictio causata facto agentis de euictione, quando partes tempore diuisionis sciebant. Alex. *d. cons.* 21. *nu.* 6. *ver. secundo principaliter, lib.* 5. vbi, quod semper, quod in specie non est promissum de euictione, etiam ꝓueniente ex facto authoris, vel secundum naturam rei non tenetur de euictione, & potest diuidens agere, vbi plena apostil. in *ver. na-*
33 *tura*, dat plurimos concord. † Extende; quia diuidentes feudum, vel emphyteusim antiquam, vt liceat eos habere res diuisas, & portiones pro se, & hæredibus, & quod fiat noua inuestitura, non cẽsetur recessum à iure accrescendi, quod competit, neq; ab inuestitura antiqua. Alex. *cons.* 107. *An causa, nu.* 13. *& seq. v. insuper ostensum est,*
34 *lib.* 4. † Imo Alex. ibidem in fi. *d. cons.* 107. *lib.* 4. dicit, quod si descendentes renunciarunt vnus alteri, & alter alteri omni iuri sibi competenti, & competituro in emphyteusi, vel feudo antiquo diuiso, adhuc non censetur renunciatum iuri accrescendi, ita quod mortuo vno ex diuidentibus sine filiis, alij, qui supersunt, diuidentes
☞ possunt petere portionem mortui, & dicit esse subtile. Vide, *Emphyteutæ diuidentes inter se non sibi præiudicant in iure accrescendi, & quando se-*
35 *cus. Concl.* 201. † Amplia; quia ignorantes fideicõmissum per quamcunque diuisionem cum quibuscunque verbis prægnantibus, nõ censetur remittere ius fideicommissi, quod ignorant. Bald. *d. cons.* 434. *circa fi. v. solutio, lib.* 3. vbi dicit, quod iuramentum non operatur scientiam. Ang. *cons.* 287. *n.* 3. *col.* 3. *ver. Nec obstat.* Hippol. Rimin. *cons.* 204. *n.* 45. *& seq.* plene etiam Corn. *cons.* 339. *Quamuis videatur per to-*
36 *tum.* maxime *n.* 12. *lib.* 1. † Contrarium, quod imo sciens fideicommissum, feudum, vel emphyteusim ex diuisione non teneatur de euictione, quæ venit ex natura rei, tenet Alex. *cons.* 21. *Viso compro-*
missо, n. 4. *& seq.* secus si ignorabat; quia tunc tenetur, vt idem Alex.
* ibi *nu.* 13. *in secundo dubio, lib.* 5. vbi dicit hanc* communem, & Dyn.
37 *cons.* 6. *n.* 5. *ver. secunda dubitatio.* † Extende, vt imo etiam si sciuerint, si non est facta mentio testamenti, non cẽseatur renunciatum, &c. Bald. *d. cons.* 438. *circa fin. ver. solutio, lib.* 3. Castr. *cons.* 188. *lib.* 2. *in princ.*
38 † Scientia magis probatur, quãdo ex verbis inuestituræ datur mutua successio, quam si per ius accrescendi. Alexa. *d. cons.* 21. vbi dicit
* dictum notabile, & * communem opinionem, *cons.* 21. *n.* 5. *ver. quod*
39 *autem, lib.* 5. † Amplia; quia diuidens & renuncians fideicommisso censetur renunciare quoad se, non quoad filios, & hæredes, quando de illis non fecit mentionem. Ruin. plene *cons.* 138. *n.* 10. *lib.* 2. vbi late declarat, quod intelligitur quoad iura sibi competentia, & extendit, etiam si sit promissum non contrauenire per se, vel alium; quia intelligitur nomine suo, & clarius d. Sallustius, & Abb. Siculus inter consilia Castren. *cons.* 197. *Visis dubiis, in princ. lib.* 2. sequitur Natt. *cons.* 470. *nu.* 17. & idem tenet Abb. *cons.* 74. *in princ.* vbi declarat, quod obligatur solum ex iure defuncto competenti, vel ab eo
40 proueniente. Deci. *cons.* 33. *nu.* 108. *& seq. lib.* 2. Cuma. *cons.* 141. quem
41 citat Gabriel. *de fideicom. Concl.* 1. *n.* 26. † Amplia; quia diuidens rem propriam sibi donatam, non sibi præiudicat; quia errore præsumitur facta diuisio. Bald. qui loquitur in feudo *cons.* 300. *n.* 5. *ver. super*
alio vero, lib. 2. † Extende, vt procedat, etiam si interuenerit longum
42 silentium; quia vbi interuenit error, non caũatur titulus. Bal. *cons.* 300. tex. est in *c.* 1. *lib.* 2. *in fin.* † Idem est in diuidente rem sibi venditam tanquam hæreditariam testatoris; quia sibi non præiudicat, neque censetur remissum fideicommissum ex reciproca donatio-
43 ne. Anch. *cons.* 291. *Super pluribus, ver. secundum dubium.* † Restringe in diuisione hæreditatis paternæ inter filium legitimum, & naturalẽ, ac filios legitimatos; quia censentur approbare partes diuisas, &
44 sibi præiudicant. Io. de Anania *cons.* 29. *in fi.* † Amplia in minore diuidente sine interuentu tutoris, vel curatoris; quia non censetur sibi præiudicasse in fideicommisso, vel in legato fideicommissario.
45 Cuma. *cons.* 134. *in fi.* † Amplia, quando renunciatio diuisionis respicit iura præsentia. & de præsenti, & fideicommissum est purifi-
46 candum de futuro. Ang. *d. cons.* 287. *num.* 3. *col.* 3. *in fin. ver. ex iis.* † Amplia; quia iuribus feudalibus, & successioni feudali, ex diuisione non censetur renunciatum. Ang. *cons.* 287. *nu.* 7. *ver. Viso de allodio.* & maxime *nu.* 9. *ver. nunc restat.* Areti. *cons.* 3. *In Christi nomine, Amen. Con-*
sultatio præmissa, qui declarat hoc procedere, dummodo sciuerint
☞ rem feudalem. Vide, *Feudum an possit diuidi & quid operetur diuisio.*
47 *Concl.* 189. † Extende; quia imo etiam si in specie esset in diuisione renunciatum feudo, adhuc etiam mortuo illo, ad cuius fauorem est facta renunciatio, sine filiis, feudum reuertitur ad renunciantem. Ang. *cons.* 287. *nu.* 6. *in fin. ver. quinimo etiam si speciale.* † Extende; 48
quia fratres diuidentes feudum, licet sibi inuicem promittant de euictione, & renuncient omni iuri, quod habent & habere sperant, nihilominus non censetur renunciatum successioni. Franc. Aret. *d.*
cons. 3. *in pri.* Alex. *cons.* 21. *n.* 4. *v. fortius, lib.* 5. † Contrarium consuluit 49
Alex. *cons.* 13. *Perspectis iis, nu.* 5. *& seq. ver. corroborantur, lib.* 5. vbi, quod imo per simplicem refutationem omnibus iuribus, quæ habet, & habere posset per verba prægnantia, & habentia tractum successiuum, prout verbum, *posset*, quod est extensiuum, censetur renunciasse etiam successioni, si is, cui renunciat, moritur sine descendẽtibus, & ibi late declarat. † Extende, vt idem sit in bonis emphy- 50
teuticis, quia neque cadunt diuidentes, neque præiudicant stipulationi factæ ex prouidentia maiorum. Bart. *cons.* 58. *Ex themate, nu.*
4. *ver. super. secundo, vsque in fin. lib.* 1. *& cons.* 1. *nu.* 3. *ver. secundo videndum, lib.* 2. † Amplia, vt idem sit in diuisione bonorum, in qua erant bo- 51
na libera, & emphyteutica, quia licet diuisio sit facta per viam laudi homologati, & cum promissione de euictione; tamen si bona emphyteutica obueniant in parte vnius, & ille decedat sine liberis, potest alia linea, quæ diuisit, obtinere bona vigore inuestituræ antiquæ, vel paternæ, quando tempore diuisionis habebant scientiam emphyteusis, Alex. *cons.* 21. *Viso compromisso, nu.* 4. *& seq. v. tamen præmissis, lib.* 5. allegat *c.* 1. *de natu. succes. feud.* & alia iura, vbi apostilla
in *ver. diuisionem*, dat concord. † Restringe, quando post diuisionem 52
vnus frater vendit feudum de consensu alterius, qui habet spem succedendi; quia si dominus consensit etiam mortuo fratre vendente sine filiis, alter, qui consensit, non succedit. Aretin. *cons.* 3. *col.*
2. *ver. sed cum in casu nostro, vsque in fin.* vbi, quod procedit, siue consanguineo, siue extraneo sit facta alienatio. † Restringe, nisi re- 53
nuncians in specie feudo posset sibi præiudicare paciscendo realiter, quod in dubio præsumitur. Angel. *d. cons.* 287. *num.* 10. *ver. constat*
autem. † Restringe, quando esset in diuisione renunciatum feudo 54
in manibus domini, vt dominus de nouo inuestiret: quia tunc sequuta inuestitura sibi præiudicat, ita Alex. *cons.* 21. *Viso compromisso,*
num. 8. *ver. posset etiam, lib.* 5. † Extende, vt idem sit in feudo emphy- 55
teutico reciproco duobus fratribus; quia vno decedente ad alterum spectare debet, si diuidant illud, & remittunt sibi ad inuicem omne ius, quod vnusquisque habet, vel habere sperabat, altero mortuo superuiuens excludit dominum. Alex. *d. cons.* 21. *num.* 4. *ver.*
fortius voluit Bart. lib. 5. † Amplia, etiam si sit dictum, quod vnus 56
alteri remittebat indefinite omnia sibi ex testamento relicta; quia nisi exprimatur testamentum, & quid contineat, nõ censetur renunciatum fideicommissо. Gabriel. *d. conclus.* 1. *nu.* 9. *& seq.* † Li- 57
mita quando in diuisione sunt clausulæ generales amplissimæ, & fuit facta reseruatio fideicommissi aliti, quia tunc alia fideicommissa censentur remissa. Petrus Surdus *cons.* 294. *num.* 18. plenissime Menoch. *cons.* 87. *n.* 34. *& seq.* vbi, quod omnino inducitur renunciatio non exceptuati, etiam si sub regula non continertur. † Cõ- 58
trarium Beccius *cons.* 111. *nu.* 35. *& seq. ver. minus repugnat*, vbi declarat multis modis, quomodo procedat illa regula, quod inclusio vnius sit exclusio alterius, & alia, quod exceptio firmet regulam, vide eum. † Limita, quod post diuisionem facta fuit liberatio generalis, 59
& pactum generale inter diuidentes de non molestando cum iuramento. Sign. *cons.* 189. *n.* 15. † Extende, maxime, quando fuit facta 60
diuisio, postea homologatio, & liberatio, & deinde compromissum, lata lauda, & generaliter homologata; quia censetur remissũ fideicommissum, etiam si non sit facta mentio, & expressio, *l. de ijs ff. de transf.* quando renunciatio erat generalis, ex quo constat, quod arbitri habuerunt ipsi scientiam, quorum factum dicitur factum partium. Signor. *cons.* 89. *nu.* 5. *vsque in fi.* † Limita, quando adest mu- 61
tua cessio iurium competentium, & competiturorũ. Dec. *cons.* 287. *n.* 15. Soci. Iun. *cons.* 116. *n.* 50. *cum seq. lib.* 1. Nonius *cons.* 41. *nu.* 5. *& seq.*
Crauet. *cons.* 638. *num.* 10. *& seq.* vide infra *n.* 77. *& n.* 9. Vide, *Recipro-* ☞
ca liberatio, & obligatio non admittit rescissionem ex lesione. Concl. 48. † Ex- 62
tende; quia clausulæ prægnantes habiles continere renunciatio- 63
nem de futuro etiam comprehendit remissionem fideicommissi purificandi, plene Menoch. *tract. præsumptio. lib.* 3. *præsumpt.* 115. *n.* 28. *& seq.* vbi infinitos enumerat. † Limita, quãdo in diuisione est clau- 64
sula, *ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit perpetuo faciendum pro se, & hæredibus, & successoribus*, quia censetur remissum fideicommissum reciprocum. Menoch. *cons.* 87. *n.* 19. *lib.* 1. Rolan. à Valle *cons.* 34.
n. 78. *li.* 4. Ceph. *cons.* 253. *n.* 7. & idem Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præ-*
sump. 115. *n.* 63. *cum seq.* & est ratio; quia alias non possunt libere disponere, si fideicommissum duraret. Angel. *in l. qui Romæ, §. duo fra-*
tres. col. fi. vbi Crot. *n.* 133. *ff. de verbo. oblig.* Alex. *cons.* 62. *n.* 4. *li.* 2. Patis.
cons. 71. *num.* 15. *& seq. lib.* 3. *& cons.* 46. *nu.* 23. *& seq. lib.* 2. Rolan. à Valle

cons.

conſ.55.num.44.ver.non obſtat, & ſeq.lib.3 plene Menoch.*tract.præſumptio.lib.3.præſump.115.nu.63.& ſeq.ver.ſextus caſus.* & communem * dicit *decis.Pedem.164.in princ.* & communem * dicunt Crauet.*conſ.24.*
65 *num.8.* & Rim. Iun.*conſ.80.num.37.* † Reſtringe; quia hæc clauſula non operatur, quando non adeſt ſcientia; item, quando non eſt remiſſio reciproca; item, quando adeſt prohibitio alienandi inter minores; item importat licétiam ſecundum naturam rei in dubio,
66 ita Ceph. plene *conſ.731.n.16.& ſeq.per totum.* † Declara; quia quando clauſula eſt prægnans, *ad habendum, tenendum, vendendum, & alienandum.* & faciunt finem generalem, & promittunt non moleſtare, præiudicat in fideicommiſſo, maxime, quando promiſerunt de euictione; ſecus ſi eſſemus in prohibitione facta per viam conuentionis habentis vim legis, prout facta inter plures dominos liberos; quia ſi diuidant cum clauſula, *ad habendum*, & alia prædicta, vti priuatæ perſonæ nō cenſentur renunciare legalibus conuentionibus, niſi expreſſe dixerint, & verba, *ad vendendum*, debent intelligi legitime, prout promittitur, non alias. Bar. plene *conſ.72.Ex facto, n.6.& ſeq.ver.in contrarium lib.1.* vbi *n.7.* dicit, quod contraria loquuntur in ſucceſſione ex fideicommiſſo, quod ſit renunciatum; ſecus,
67 ſi ab inteſtato. † Extende maxime, quando cum clauſula, *ad habendum*, eſt clauſula, *quod conſtituit procuratorem in rem ſuam*, & ſit mentio hæredum. Bart. in *d.l.qui Romæ. d.§.duo fratres, ff. de verb.oblig.in* 8.
* *queſt.* vbi Crot.*num.63.* Ruin.*conſ.152.lib.2.* vbi dicit * communem. Rolan. à Valle *conſ.54.num.13.& 14.& num.46.& 47.lib.3.& conſ.34.num.77.lib.4.* Bero.*conſ.44.num.11.lib.2.& conſ.130.num.32.eod.lib.2.*
68 Marz. in *epit.fideicom.q.59.* † Reſtringe, quando adſunt coniecturæ contra clauſulam, quod non ſit renunciatum. Grat.*conſil.29.numer.*
69 *35.lib.2.* Menoch.*præſumptio.115.nu.56.lib.3.* † Reſtringe, quando ſequuta eſt alienatio, alias ſecus. Alba.*conſ.74.in ſi.* vbi dicit * cōmunem, Alex.*conſ.8.Viſo themate, nu.7.lib.5.* † Limita, quando expreſſe fuit in diuiſione actum, quod remitteretur fideicommiſſum inter
* ſcientes, & eſt facta mentio teſtamenti ſecundum omnes, * vt per
71 Ang.*conſ.287.nu.5.ver.præterea.* † Extende; quia ſi per verba generalia diſponendi libere de bonis diuiſis, ac per promiſſionem de euictione per verba ampliſſima cenſetur renunciatum reciproco fideicommiſſo, maxime, quando ex dolo omnia bona fuerunt aſ-
72 ſignata vni, plene Menoch.*conſ.476.n.12.& ſeq.* † Extende, vt procedat, etiam ſi aliqui fratres eſſent minores 25. annis quia remittēdo ſibi inuicem ius incertum, valet talis remiſſio. Bald.*conſ.434.Fa-*
73 *ctum proponitur, n.2.v.2.caſus, lib.3.* † Extende maxime, quando verba ſunt de non veniendo contra ratione fideicommiſſi debiti, & debendi, dummodo dicatur, *inſpectis & cognitis verbis teſtamenti.* Caſtr.
74 *conſ.188.quia dubia, in prin.lib.2.* † Quinimo Gozad.*cōſ.36.n.12.& ſeq.* ait, q̄ non cenſetur præiudicatum fideicommiſſ. etiā per clauſulas
75 prægnantes. Hipp. Rim.*conſ.204.* vbi late p totū. † Reſtringe; quia ſemper in dubio reſtringitur renunciatio etiam de futuro, & poſſet intelligi ad cauſam de præſenti tempore donationis, vel ceſſionis. Grat.*conſ.17.nu.43.& ſeq.ver.nec obſtat.* Ruin.*conſ.138.lib.2.* Alb.*conſ.*
76 *74.in princ.* Gozad.*conſ.46.num.17.& ſeq.* vbi allegat Caſtr. Alex. & alios. † Reſtringe; quia imo etiam ſi de futuro propter prægnantiam deberent intelligi verba, ſemper fit interpretatio, vt ad aliam cauſam, quam fideicommiſſi, referatur Grat.*d.conſ.17.nu.46.& ſeq.* vbi etiam ſi extet clauſula, *ad habendum, & pro libito diſponendum*, quā-
77 do non dicitur, *ad alienandum.* Gozad.*conſ.46.num.17.& ſeq.* † Limita in renunciatione reciproca ex diuiſione; quæ fauorabilis eſt, & non damnoſa; quia ex ea de facili inducitur renunciatio fideicommiſſi reciproci etiam inter minores. Crau.*conſ.638.n.10.& ſeq.* vbi
78 plur. alleg. vide ſup.*n.61.* & infra, *n.90.* † Secus ſi damnoſa eſſet minoribus. Alex.*conſ.21.Viſo compromiſſo.in ſi.ver.poſtremo, nu.13.in ſi.cum*
79 *ſeq.lib.5.* † Limita, quando alias inſtrumentum diuiſionis eſſet nullum, niſi operaretur remiſſionem fideicommiſſi Menoch.*conſ.*
80 *87.lib.1.* vbi multas congerit limitationes. † Limita; quia præiudicat diuiſio diuidenti fideicommiſſum, qui ſcit domum prohibitā alienari, & prohibitam peruenire in vnum ex diuidentibus, ſi ad prohibitum ignorantem perueniat, etiam ſi non ſit dictum, *viſis,*
81 *&c.* ita Alex.*conſ.76.Ponderatis, n.14.ver.circa tertium, lib.3.* † Extende; quia præiudicat etiam filiis, quando pater diuiſionem fecit ſcienter, tanquam adminiſtrator, & pater, & ipſe habebat partem, ſecus ſi nō habebat aliquid, vt adminiſtrator. Alex.*d.conſ.76.n.14.*
82 *ver. an autem potuerit, lib.3.* † Limita, quando diuidentes fideicommiſſum non ſteterunt in terminis diuiſionis, ſed fuit iuratum in perpetuum non contrauenire aliquaratione, vel iure, quæ excogitari poſſit; quia ſi ſciebant fideicommiſſum, ſibi præiudicarunt; ſecus ſi ignorabant, & in dubio præſumitur ignorantia. Dyn.*d.conſ.*
6.num.5.ver.ſecundā dubitatio. & ita Io. Andr. quem ſequitur Alexan.
conſil.208.num.6.ver.nec obſtat, lib.6. qui dicit procedere, quando conſtat, quod habuerunt ſcientiam fideicommiſſi, quæ in dubio non præſumitur. † Contrarium tenent multi, quos citat, & ſequitur Alex.*d.conſ.208.Ponderatis narratis, num.6.& ſeq.per totum.ver.ſed in propoſito noſtro, lib.6.* vbi, quod imo diuiſio etiam per compromiſſum, & cum clauſulis, quod fecerunt finem, & refutationem, & quietationem de parte alteri obueniente in partem, & inuicē promiſerunt litem nullo tempore inferre, rata habere etiam cum iuramento, & in fideicommiſſo reciproco, quod non ſit renunciatū fideicōmiſſo futuro; quia refutationes reſtringuntur ad ius de præſenti competens, & liberatio eſt quædam priuatio, quæ ſtricte intelligitur; item, quia iſta omnia tacite inerant; ideo nihil operātur, & *num.7.* dicit communem, * à qua in iudicando non eſt recedendum, & citat plurimos. † Imo extendit contrariū Alex.*d.conſ.208.* 84
n.7.in ſi.cum ſeq.v.nec prædictis obſtat, lib.6. vt non ſit derogatum fideicommiſſo, etiam ſi vltra præmiſſa arbitri ſtatuiſſent partibus terminum ad producendum petitiones ſuper omnibus; & quia non fuerunt productæ, abſoluerunt ab omnibus, q̄ ſibi petere poſſent, & ſic in futurum; quia reſpondet, quod non comprehendit fideicommiſſum futurum; quia petinon poterat, & liberatio reſtringitur ad cauſam, & in pœnam non petrectæ petitionis, & verba generalia non continent impoſſibilia; & quia non conueniūt verba; quia abſolutio ſupponit præcedere obligationem. † Et iuramen- 85
tum minoris ſibi obſtat, quādo ipſemet iurauit; ſecus ſi eius tutor, vel miniſter generalis. Alex.*conſ.21.in ſi.lib.5.* † Declara; quia ſi poteſt 86
dici renunciatū fideicommiſſo per diuiſionem, debet intelligi quo ad diuidentes tantū, non quoad ſucceſſores, ita Ruin.*conſ.138.lib.2.* ſequitur Alba.*conſ.74.in pr.* Natt.*conſ.470.n.11.& ſeq.* vbi *n.17.* citat Caſtr. qui idem clarius dicit *conſ.197.Viſis in pr.lib.2.* q̄ conſilium eſt Salluſtii, & Abb. Siculi. † Declara; quia vbicunq; diuiſio, liberatio, 87
pactum cōpromiſſum, vel quid ſimile præiudicat fideicommiſſo, intelligi debet, dummodo partes ſciuerint illud, & in ſpecie de teſtamento, in quo eſt relictum, ſit facta mentio; quia alias generalis remiſſio de omni fideicommiſſo ex quocunque teſtamento non includeretur, niſi ſcientia probetur. Dyn.*d.conſ.6. n.5.v.ſecundo dubitatio*, latius Soci.*conſ.282.& 283.in princ.lib.2.* Bald.*conſ.434.Factum proponitur, circa fin.ver.ſolutio, lib.3.* vbi recitat opiniones & hanc tenet, & procedit hæc opinio, quando agitur de fideicommiſſo de futuro, ita declarat Hippol. Riminal.*conſ.204.* Alexan.*conſ.21.Viſo compromiſſo*, vbi late *in princip.lib.5.* & plenius *conſil.208.num.6.lib.6.*
† Contrarium Crauett.*conſilio 328.numer.37.& ſeq.* vbi dicit non 88
procedere, quando renunciatio eſt reciproca, & quando facta eſt mentio teſtamenti & plenius *conſ.378.n.2.* vbi, quod etiam ſi ignoretur fideicommiſſum, ſibi præiudicat quoad emptorem, qui non debet fraudari. † Reſtringe; quia ſemper renūciatio debet reſtrin- 89
gi ad ius de præſenti, vel ad actiones de præſenti, quando in totū verba etiam ad futura ſe referrent, quia intelligitur ad futuras actiones, & iura, ſed de præſenti ineſſe cognita. Grat.*conſ.17.n.44.& ſeq.vſque in ſi.lib.1.* † Limita, quando fideicommiſſum eſt reciprocū; 90
quia tunc de facili cenſetur remiſſum; ſecus quando eſſet ſolum in fauorem vnius; quia niſi conſtet de mente & ſciētia, & voluntate, non ita de facili cenſetur renunciatum plene Ang.*d.conſ.287.n.3.in ſi.ver.ex iis liquet, per totum*, vbi reſpondet ad omnia contraria. Crau.
conſ.638.n.11. vbi alios citat, & vide ſupra *n.61.& n.77.* † Declara ta- 91
men, ſi pactum eſt generale de non petendo, vel moleſtando, alias ſecus; quia ſola diuiſio & promiſſio de euictione non tollit fideicommiſſum reciprocum. Signor.*conſ.117.per totum.* † Limita, quan- 92
do verba diuiſionis remiſſionem fideicommiſſi habent ex neceſſitate, late Crau.*d.conſ.638.n.13.& ſeq.* † Extende, etiam ſi tacita ſit 93
licentia reſultans ex actu; qui aliter nō poteſt intelligi. Crau.*d.conſ.*
638.n.9.& ſeq. † Limita, quando in diuiſione eſſet data licētia inter 94
diuidentes alienandi pro libito voluntatis res diuiſas, & ſcirent fideicommiſſum; quia tunc licet non ſit renunciatum fideicōmiſſo; tamen effectus eſt ſublatus per exceptionem. Bald.*d.conſ.89.nu.9.*
ver.circa quartum, lib.1. Bart. & alii in *l.qui Romæ, §.duo fratres, in* 8.*q.ff. de verb.oblig.* vbi Rip. dicit * communem. Crot.*d.l. qui Romæ, §.duo* *
fratres, n.133.ff.de verb.oblig. Ruin.*conſ.133.n.3.lib.2.* Socin. Iun.*conſ.115.* Menoch.*conſ.87.n.19.lib.1.* & in eod. caſu Roland. à Valle *conſ.34.n.*
68.lib.4. latiſſime Menoch.*tract.de præſumptio.lib.3.præſumpt.115.n.65.*
& per totam, vbi omnes caſus enumerat. † Et idem eſt, quando di- 95
uidētes ſciebant fideicommiſſum reciprocum, & in diuiſione voluerunt, quod quilibet diuidentium poſſit de parte aſſignata ſibi facere, quod voluerit; quia huiuſmodi verbum importat liberam voluntatem. Alex.*conſ.62.In cauſa & lite, nu.4.ver.tertio præſupponitur*
lib.7. vbi apoſtilla in *ver.remiſſum*, dat concord. † Contrarium, quod 96
imo etiam ſi data ſit licentia alienandi, non ſit renunciatum fideicommiſſo, niſi ſequuta ſit alienatio, cōmunem * dicit Alba *d.conſ.* *
74.in ſi. vbi dicit * communem, & idē tenet Caſtr.*conſ.188.lib.2.n.1.* *
in fin. Roman.*conſ.403.Pro deciſione, in princ.* Alex.*conſ.8.Viſo themate,*
num.7.

97 *num.7.lib.5.* † Declara; quia quomodocunque alienauerit, satis est, siue in specie, siue in genere, etiam per hæredis institutionem, etiã * per successionem vniuersalem ab intestato, communem * dicit
98 Menoch.*cons.87.n.59.& seq.ver. non obstat septimum.* † Extende contrarium, vt licet sit data licentia alienandi in diuisione facta à partibus, siue ab arbitris, vt sicuti non est renunciatum fideicommisso, quando non est sequuta alienatio; ita etiam si esset sequuta, sed
99 esset nulla. Roma. *d.cons.403.n.2.* † Extende limitationem, vt non ceat nedum diuidentibus, sed etiam filiis, & aliis vocatis ad fideicommissum, quando essent hæredes diuidentis, & dantis licentiã.
100 Bal.*cons.89.in fi.v.circa vltimum, lib.1.* † Restringe, vt non procedat, quãdo adesset protestatio de non præiudicando fideicommisso;
101 quia per quæcunq; verba non censetur postea recessum in eodem contractu, late Grat.*cons.29.per totum, in princ.lib.2.* plenius Cephal.
102 *cons.296.num.8.& seq.lib.2.* † Contrarium tenet Soci.*cons.43.lib.4.* quando licẽtia alienandi præcessit, postea reseruatio; quia tũc sibi
103 præiudicat, sed loquitur in licentia reciproce data. † Secus si licentia non esset reciproca, sed induceretur remissio fideicommissi ex
104 vna parte tantum. Cephal.*d.cons.296.num.15.& seq.lib.2.* † Declara; quia præiudicat, si sequuta fuit alienatio, alias secus. Alexa.*cons.8.*
* *Viso themate, n.6.& 7.lib.5.* communem * dicit Mandel.*cons.74.in fi.*
105 † Restringe secus, si filius, vel descendens ex diuidente non acceptasset hæreditatem, quia posset consequi fideicommissum ex p-
106 pria persona, prout in feudo. Bal.*d.cons.89.in fi.lib.1.* † Declara; quia non procedit restrictio, quando essent diuersi cõtractus; quia licet in primo esset reseruatum fideicommissum, & facta protestatio; tamen si in secunda esset data licentia, non censetur repetita prote-
107 statio. Crau.*cons.638.in pr.* † Restringe in diuisione vniuersali; quia pretium succedit loco rei; ideo illa verba, *quod dedit licentiam alienandi libere*, præiudicant quoad bona, sed non quoad pretium consequendum, quando fideicommissum est conditionale de futuro; ideo eueniente conditione pretium debet restitui, ita Corn.*consil.*
108 *339.lib.1.per totum.* quem sequitur Gozad.*consil.46.nu.20.* † Limita, quando diuisioni est annexa transactio generalis; quia censetur remissum fideicommissum, vt transactio generalis generaliter operetur. Bald.*cons.191.in pr.lib.2.* secus est, si non esset generalis, vt ibi.
109 † Extende; quia etiam per concordiam factam inter fideicommissarium & hæredes grauati censetur renunciatum fideicommisso, seu legato fideicommissario. Cuma.*consi.134. Dominus Nicolaus, circa*
* *fi.v.non obstat, quod vltimo*, vbi dicit communem * opinionem. † Re-
110 stringe, vt non procedat, quando in concordia non fuit habita mẽtio, & consequenter non fuit habita notitia legati fideicommissarii, sed ex alia causa processit concordia. Comen.*cons.134.in fi.* Dyn.
111 *consi.6.n.6.ver.& propterea.* † Limita; quia quando diuisio continet tria; videlicet scientiam fideicommissi, & quod sit reciprocum, & quod renunciatum est iuribus de futuro; tunc dicitur renunciatũ fideicommisso. Bart.*in l.qui Romæ, § duo fratres, in 6. qu. in fin. ff. de verb. oblig.& consi.89.in princ.& n.9.lib.1.* Soc. Iun.*consi.116.n.50.& seq.lib.*
* 1. vbi de * communi, Thobias Non.*consil.41.nu.5.& consil.40.nu.14.*
* Paris. attestans de * communi *consi.71.nu.3.& seq.* præcipue quando habita est mentio hæredum, *nu.35.& 42.lib.3.* Deci.*cons.287.post nu.15.ver.postremo.* Crauet.*consil.24.nu.11.ver.amplius.* Menoch.*cons.83.n.15.& seq.& nu.29.& consil.89.nu.34.decis. Pedemont.112.num.16.& seq.* Marzar. in *epit. fideicom. quæst.59.* Ruin.*cons.152.n.8.& seq.lib.2.* Bero.*consil.130.lib.2.* quia quando ex alia causa de præsentiius non competebat renunciantibus necessario renunciatio applicatur fidei-
112 commisso. † Extende, quando maxime vltra prædicta, quod concurrat scientia, & fideicommissum sit reciprocum, & fuit renũciatum iuribus de futuro, fuit etiam dictum, *pro se, & hæredibus eorum, vel quibus dederint*; tunc sine dubio est renunciatum fideicommisso.
* Paris. *d.cons.71.n.35.& 42.lib.3.* Crauet.*cons.24.n.8.* vbi de * commu-
113 ni. Menoch.*cons.87.nu.90.* † Contra omnes limitationes videtur facere, quia si in specie non est dictum inter scientes & volentes, quod volunt teneri de euictione etiam ex facto suo, aut auctorum suorum etiam si ex natura rei veniret euictio, quæ de natura rei est in diuisione, puta si, duo fratres diuidant, & vni obuenit feudum, vel res emphyteutica, aut fideicommisso subiecta, alteri obuenit bona libera; nam vno deficiente sine masculis, relicta fœmina, quę priuetur, non habet regressum contra patruum, qui habuit bona libera; quia est secundum naturam rei. Bart. Bald. Ang. Salycet. & alii in *l.si familiæ, C. famil. herciſc.* Bart.*consi.1.circa fi.lib.2.n.4.* Alex.*cons.21.Viso compromisso, n.6.& seq.lib.5.* vbi apostil. in *ver. natura*, adducit plures, sequitur Roland. à Valle, qui plures adducit *cons.51.n.9.lib.4.* Socin. Iun.*consil.119.col.1.vol.3.* Roman.*consi.103.nu.14.* Curt. Sen.
* *cons.49.nu.79.ver.ad vndecimum*, vbi de * communi. Ruin.*consil.137.*
* *nu.12.lib.2.* vbi de communi, * & *cons.7.& cons.11.in fi.& consil.21.lib.*
1. Corn.*consil.42.nu.11.lib.4.* Deci.*consil.411.nu.3.& seq.* Crauet.*consil.*
211. *nu.7.* Soci. Iun.*consil.128.nu.131.& consil.119.lib.2.* Gozad.*cons.55.nu.19.propefi.* Curt. Sen.*consil.63.nu.19.* Becci.*consil.24.nu.51.& seq.* Tiraquel.*de vtroque retract, §.1.glo.9.nu.34.* pleniſſime Surdus *consil.67.nu.53.& seq.* allegat Roland. à Valle *consil.51.n.9.lib.4.* & Mazol. *cons.104.nu.28.& seq.* vbi late per totum, & *nu.41.* vbi allegat alios.
† Extende; quia neque tenebitur patruus diuidens, licet ipsemet 114
euincat à nepote; eo quia masculi admittuntur. Roland. à Valle *d.*
cons.51.nu.10.lib.4. † Extende; quia neq; tenebitur ad pretii restitu- 115
tionem. Castr. *d.l.si familiæ.n.3. C. famil. herciſc.* Iaſ. in *l.ſtipulatio iſta, habere.nu.11.ff. de verb. obl.* Curt. Sen. *d.conſ.63.n.19.ver.ſecus tamen.* Deci.
conſil.411.n.3.& 4. Crauet.*conſ.77.n.18.* Becci.*conſ.24.num.38.& ſeq.*
† Extende in vsufructu, & omni re, quæ ex qualitate rei, seu ex na- 116
tura rei euincitur; quia inter scientes non est locus euictioni, ita pulchre Rom.*cons.503. Diligenter.n.11.& seq.* maxime *in fi.ver.vltimo.*
† Restringe, seu declara; quia censetur renunciatum fideicommiſ- 117
so, si est promissum de euictione, cum clausula manutenendi perpetuo, & disbrigandi ab omni persona, vel alia simili clausula, vt plene Menoch.*conſ.476.num.16.& ſeq.* vbi citat plurimos. † Et sine 118
difficultate procedit hæc restrictio, quando adesset dolus, vt quia dolose omnia bona fideicommissaria, vel liuellaria fuerunt assignata vni, qui tunc non haberet filios, nec vxorem, ita Menoch. *d.*
conſ.476.n.17. qui dicit dolũ probari præsumptiue ex malo modo.
† Et quod emptor sciens rem suppositam fideicommisso, vel liuel- 119
lariam, aut feudalem emẽs cum promissione euictionis, non possit agere de euictione, neque ad pœnam, neque ad damna, & interesse; quia sciuit, quando euictio sequitur ex natura rei, pleniſſime Menoch.*conſi.418.in prin.* nisi sit in specie dictum, quod euictio deberetur, etiam si sequatur ex natura rei, vt ibidem *nu.12.* vbi allegat Alex.*conſi.21.n.7.lib.5.* Crau.*conſ.64.n.4.* Ruin.*conſi.42.n.19.lib.*
1. & multos alios. † Imo neque tenetur vendens, neque hæres eius 120
restituere pretium, vt idem Menoch.*dict.conſ.418.nu.14.& ſeq.* vbi pro vtraque parte allegat, & hanc veriorem dicit, pro qua allegat Dec.*conſil.411.nu.4.* Gozad.*conſ.24.nu.7.* Natt.*conſ.181.nu.8.* & alios plures. Vide, *Hæres iuſſus ſub pœna, quando pœnam incurrat non implendo,* ✠
vel ſecus. Concl.55. † Contrarium Couar.*var. reſolut. lib.3 c.17.n.2.v.ad* 121
eam quæſtionem. per text. in *l.ſin. §. emptor, C, commun. de leg.* vbi Doctor.
† Et quod ex iure superuenienti consolideturius diuisionis factæ, 122
etiam si ius superueniens est ex fideicommisso, Vide infra *num.153.*
ver. Declara. † Declara, vt procedat prima opinio, quando res est 123
reuersura certo tempore, vel per mortem certæ, vel certarum personarum; contrarium vero, quando est omnino incertum ratione personarum vocatarum, puta in descendentes omnes, vel agnatos, ita declarat Menoch.*d.conſ.418.n.20.* † Restringe contrarium; 124
quia imo debetur euictio, etiam ex natura rei sequuta, quando omnia bona libera obuenere vni, & omnia bona fideicommissaria alteri; quia cessat ratio, per quam non debetur euictio propter cõmunem fortunam, ita Menoch. qui allegat infinitos ad hoc *conſil.*
87.n.83.& ſeq.per tot.lib.1. & quia inæqualitas est tollenda ex diuisione. † Declara, nisi habita esset ratio oneris, vt quia bona fidei- 125
commissi essent longe maioris valoris, quam libera. Menoch. ita concordans opinion. *d.conſ.87.nu.92.& ſeq.* † Restringe, quando in 126
diuisione esset renunciatum fideicommisso; quia siue euictio sequatur facto authorum, siue ex natura rei, semper debetur. Menoch. *d.conſil.87.num.88.& ſeq.per totum.* † Contrarium tenet Bart. 127
conſi.1. Proponitur, nu.2.ver. ſupereſt, lib.2. vbi quod non venit euictio, quæ prouenit facto eius, cui est facta promissio, prout est, qui diuidit, & promittit manutenere, postea perit ex fideicommisso purificato. † Restringe, quando ex coniecturis constaret, quod ex fa- 128
cto authorum renunciatũ esset fideicommisso; quia licet expresse dictum non sit; sufficit tamen, si colligatur ex coniecturis, Alciat.
conſil.36.nu.4.lib.8. qui alios citat, & *conſi.16.nu.6.lib.5.* † Et conie- 129
ctura, seu præsumptio est, si alias induceretur magna læsio, vt per Alciat. *d.conſil.36.n.4.lib.8.* Menoch. *conſi.87.n.83.* † Scientia autem 130
probatur præsumptiue. Bartol. *d.l.qui Romæ. § duo fratres. queſt.2.ff. de verb. oblig.* Soc. Iun. *d.conſ.116.nu.42.* Menoch. *conſ.87.nu.56.& ſequen.*
Gozad. *conſi.98.n.22.* Deci. in *l.eius qui in prouincia, § ſi ſtipulatus.n.9.ff.*
ſi cert.pet.& conſi.586.n.4. Ruin. *conſi.42.nu.21.lib.2.* Crauet. *conſil.26.*
Cephal. *conſi.314.n.15.lib.3.& conſ.492.nu.33.& ſeq.lib.4.* Rimin. Iun.
conſ.409.nu.17.lib.4. Menoch. *conſil.33.nu.80.* Vide, *Hæres præſumitur* ✠
ignorare teſtamentum defuncti, & quando ſecus. Concl.73. † Vna est, si hæ- 131
res soluit legata. Menoch. *conſil.87.nu.59.* Soc. Iun. *conſil.116.nu.44.*
lib.1. Tob. Non. *conſil.40.n.15.* † Item si sciuit testamentum factum, 132
d.ciſ. Pedemont.112.nu.22. † Item, si fuisset notorium in loco, si testa- 133
menti fecit mentionem, si erat in domo, quando fuit factum, & multæ aliæ coniecturæ ponuntur, declarantur à Crauet. *conſ.193.n.*
6.& ſequen. vbi pleniſſime. † Item, si hæres ex testamento adiuisset 134
præsumeretur scientia. Bart. in *l.qui Romæ. §. duo fratres. nu.13. quæſt.3*

ff. de

* *ff.de verb.oblig.* Doct. * omnes in *l.eius,qui in prouincia.ff.si cert.pet.* Go-
135 zadin.*conf.46.num.16.* & 17. † Item, quando hæredes sunt extra-
nei.Bart.in *l.qui Romæ.§.duo fratres.num.13.ff.de verbor.oblig.* vbi Alex.
** *nu.57.* & de * communi ibi Ias.*nu.36.* Rip.*nu.* 52. & de * communi
136 Crot.*nu.50.*Riminal.Iun.*conf.266.n.22.lib.3.* † Extende limitatio-
nem,etiã si non adsit clausula, *visis & inspectis verbis testamenti.* Bart.
d.l.qui Romæ.§.duo fratres,in 6.quæst.ff.de verbor.oblig.decis. Pedemont.de-
*cis.*112.*num.*17.*& seq.* Thobias Non.*conf.41.num.*19.Soc.Iun.*d.consil.*
137 116.*nu.*74.*lib.*1. † Contrarium,quod imo sit necessaria clausula,*visis*
& inspectis verbis testamenti, vel quod fiat mentio in specie testa-
* menti.Soc.Iun.*conf.*129.*nu.*32.*lib.*1. vbi dicit magis * communem,
alias non nocet, & plenius *conf.*98.*num.5.lib.*2.vbi,quod non sufficiat,quod sciuerit partem,nisi totum tenorem viderit,& quod habet locum in transactione, etiam impropria, & datur ex læsione
* rescissio,& dicit * communem per plures numeros seq.& in compromisso, & laudo diuisorio quod sit necessaria clausula,*visis,&c.*
alias non præiudicet,Roma.plene *conf.*403.*n.6.& 7.ver.quarto quia,*
vbi apost.in *ver.de iis.* dicit, quod non potest renunciari huic reme-
138 dio. † Extende,vt procedat limitatio,etiam si hæredes eorum,qui
renunciarunt, velint venire ex persona propria, quia licet mero
iure non possit dicti renunciatum fideicommisso; tamen obligatio
authorum repellit hæredem, vt exceptione doli submoueatur,*l.*
filiusfamilias,§.si pater, vbi Bart.*nu.*3.*ff.de leg.*1.Menoch.*conf.*89.*n.*34.
& seq. Bald.*conf.*89.*in fi.lib.*1.Alex.*conf.*3.*n.*1.*& conf.*32.*n.*5.*lib.*3.Rom.
*conf.*18.*nu.*2.Soc.Iun.*conf.*107.*n.*56.*& 57.& seq.lib.*3. Alba *conf.*29.*n.*
17.*& conf.*73. Menoch.*conf.* 81.*nu.*10. & melius *conf.*87.*nu.*99.*& seq.*
est *conf.*89.vbi *num.*117.*& seq.* respondet ad decis. Grammat. & ad
consiliũ Nattæ 470. qui fuit sibi contrarius *conf.*530.*n.* 2.*& seq.* vbi
respondet ad omnia contraria. Crauet. *conf.*200.*nu.*9.*cum seq.* Ga-
briel.*conf.*125.*nu.*21.Marzar.in *epit.fideic.qu.*46.vbi infinitos allegat,
Soc.Iun.*conf.*116.*nu.*53.*lib.*1.Nat.*conf.*530.*n.*2.*& seq.*& quod ita fuerit iudicatum in Curia Romana,attestatur Marzar.*d.qu.* 46. & idé
de Rota Florentina, & Senatus Pedemontanus per Osach. *decis.*
139 112.*nu.*16. † Et non releuat, siue hæres sit immediatus, vel etiam
mediatus; quia repellitur.Menoch.*d.conf.*89.*nu.*123.*&* 133.Cephal.
140 *conf.*393. † Contrarium, quod imo ex persona sua possit filius, &
hæres, vel alius descendens venire, & obtinere fideicommissum
sibi relictum, non obstante alienatione authoris, cuius est hæres.
☞ Gabriel.*conf.*125. Vide, *Fideicommissum prohibitum alienari si alienetur,*
141 *qualiter detur rei vendicatio. Conclus.*264. † Declara; quia quando facta est mentio hæredum,& successorum,illis præiudicat.Patis.*conf.*
142 71.*num.*35.*& seq.lib.*3. Crot.in *d.§.duo fratres, in* 8.*qu.Bart.nu.* 63. † Si
vero non est facta mentio hæredum, vel filiorum; tuncillis non
præiudicat,licet sint hæredes,ita Ruin.*d.conf.*138.*lib.*2.*nu.*10. Alba.
*conf.*74.*per totum, cum aliis supra allegatis.* sequitur Ruin.Decian.*conf.*
33.*nu.*108.*& seq.lib.*1. & est opinio Bald.in *l.qui se patris. C.vnde liberi.*
143 † Declara; quia si fumus in simplici renunciatione fideicommissi,
& non est facta mentio hæredum,tunc non præiudicat hæredibus
vocatis; quia censetur renunciatio personalis. Gabriel. *conf.*125.*in*
*princ.& nu.*15.secus si essemus in pacto, vel conuentione, aut stipulatione; quia tunc etiam si non fit facta mentio hæredum,compre-
144 henditur tamen hæres de iure. † Declara; quia quando adest prohibitio expressa testatoris, alienatio est nulla. Bart. & alii in *l.filius,*
§.Diui, vbi Rip.*n.*47.*& seq.ff.de leg.*1.Marzar.in *epit.fideic.qu.*45.& eo
casu potest fideicommissarius contrauenire, etiam si sit hæres. Tiraquel.*de retract.lignag.§.*1.*glo.*9.*nu.*31.Afflict.*decis.*240.*nu.*8. Rolan.
à Valle *conf.*7.*nu.*75.*& seq.lib.*3. Zanch.in *l.hæredes mei,§.cum ita in* 5.
*parte nu.*116.*&* 118.*ff.ad Trebell.* Alba.*conf.*74.*nu.*1. Bero. *conf.*22.*n.*45.
145 *lib.*2.Soc.Iun.*conf.*48.*nu.*12.*lib.*1. Ruin. *conf.*135.*nu.*4.*lib.* 2. † Contra
declarationem, vt non procedat, quando nullitas procedit à persona,& ad fauorem hæredis, sed solum, quando procedit à lege,
& ad fauorem alterius personæ Menoch.*conf.*89.*num.*78.*cum seq.&*
146 *n.*110.*&* 117.*&* 120. vbi,quod contrarium tenentes errarunt. † Extende,etiam si alienatio non fuerit subsequuta.Soc.Iun.*conf.*116.*n.*
56.*lib.*1. Crot.*d.l.qui Romæ,§.duo fratres super 8.qu.Bart.ff. de verb.oblig.*
147 † Contrarium, quod imo requiratur, quod alienatio sit sequuta
post diuisionem, alias nõ dicitur fideicommisso renunciatum per
* diuisionem Alba.*conf.*74. qui dicit * communem,in fine. † Decla-
148 ra; quia quando adest clausula, *ad habendum, & alienandum*, censetur derogatum etiam ante alienationem. Paris.*conf.*71.*nu.*25.*lib.*3.
maxime, quando adest dictio, *quicquid placuerit, vel voluerit faciendum*; quia tunc non est differentia inter verbum,*placuerit, vel volue-*
149 *rit.* Tiraquel.*de vtroque retract.§.*1.*glo.*7.*nu.*19.*& seq.* † Extende; quia
non requiritur specialis mentio quantitatis alienandi. Socin. Iun.
150 *conf.*116.*n.*60.*lib.*1.† Contrarium Ruin.*conf.*137.*lib.*2. Vide Mascard.
*Concl.*776.*Fideicommisso an renunciatum probetur per diuisionem,* vbi ponit regulam negatiuam, ampliat sex modis, & limitat septem modis. † Consilia, quæ tenent ex diuisione non censeri renunciatum 151
fideicommisso,etiam stantibus clausulis prægnantibus. Alex.*conf.*
40.*Super primo,nu.*3.& apostil.1.*per tot.lib.* 4.*& conf.* 208.*per tot.lib.*6.
plenissime Decia.*conf.*3.*ver.sed tamen præmissis, nu.* 112.*per to.lib.* 1. vbi
ponit nouem fundamenta,quæ sunt ampliationes,plenissime Riminal. Iun. *conf.* 204.*per tot.* vbi quod etiam si sit reciprocum cum
clausulis, *ad habendum, de non molestando, & cum cessione*, non censetur
remissum,nisi concurrat scientia, & quod necessario clausulæ inferant renunciationem;ideo clausula, *ad habendum*, non operatur
nisi adsit specifice, *ad alienandum*,& cessio,& renunciatio omni iuri
non releuat, nisi sit de futuro. Deci.*conf.*495.*Viso eleganti, num.*17.
*& seq.*vbi,quod per diuisionem non censetur renunciatum fideicommisso,etiam si sit promissum, *non contrauenire aliqua ratione, vel*
causa,vbi dicit * communem, & magis * communem, & quia re- **
nunciatio est stricti iuris, etiam si sit dictum, *non contrauenire aliqua*
causa,quæ dici,vel excogitari possit, Iac.Put.*conf.*107.*nu.* 29.*vsque in fi.inter consilia vltimarum voluntatum Ziletti*, cui subscripsi & Plot. & dicit
magis * communem.Bello.*conf.*19.*num.*8.*& seq.* attestatur de * com- **
muni, quod per quascunque renunciationes non censetur fideicommissum remissum,nisi illæ sint de futuro; & quatenus de futuro sint nisi sciuerint fideicommissum. Alb.*conf.*29.*nu.*15.plenissime
Ruin.*conf.*137.*lib.*2.*per tot.* vbi,quod omnes clausulæ intelliguntur,
si possunt restringi ad ius de præsenti, alias, rebus sic stantibus,&
non inducunt renunciationem fideicommisso,sub conditione futura.Io.de Anan.*conf.*29.*in fi.* vbi late alios allegat. Alba.*conf.*74.*per*
tot. vbi de * communi latissime Grat.*conf.*17.*num.*44.*& seq.li.*1.Curt. *
Iun.*conf.*23.*per tot.lib.*1.Becc.*conf.*111.*per totum.* † Consilia contraria, 152
quod imo censeatur renunciatum ex clausulis prægnantibus diuersis.Socin.Iun.*conf.*116.*n.*50.*& seq.li.*1.vbi ex clausula promissionis,*de non veniendo contra & ad habendum, & disponendum,* quando erat
reciprocum,& sciebant, vbi alias clausulas ponit, & dicit * com- *
munem.Paris.*conf.*71.*per totum,lib.*3.vbi, quod licet ex sola clausula *de non veniendo contra*,non sit renunciatum;tamen secus est,quando adsunt aliæ clausulæ prægnantes, & fideicommisso reciproco
esset renunciatum,prout,quod ipsi, & hæredes perpetuo ex quacunque causa quæ excogitari possit,nihil petere possint, & *num.*3.
dicit * communem,allegat Curt.Sen.*conf.*64.*col.penul.* attestantem *
de communi, & quod nullus discrepat,& dicit Deci.*conf.*495.attestantem de contraria communi errare, & Deci. *conf.* 286. *In ciuitate*
*Placentiæ,nu.*16. *& seq.* tenet, quod concurrente scientia fideicommissi, quod sit reciprocum, & facta sit cessio vniuersalis iurium
competentium, & competiturorum vicissim per verba prægnantia.Menoch.late *conf.*87.*num.*15.*& seq.lib.*1.vbi *num.*29.dicit * com- *
munem, quando hinc inde data est licentia alienandi, & loquitur
etiam, quando adsunt aliæ clausulæ ad habendum cum plena cessione iurium præsentium & futurorum,& plurimos allegat Riminald.Iun.*conf.*204.*num.*36.*& seq.lib.*2. licet ibi teneat contrarium;
quia non aderat scientia fideicommissi; quia scientes promittunt
plenissime non contrauenire aliqua causa præsenti, vel de futuro,
vbi *num.*37. dicit * communem, plenissime *Decis. Pedemont.* 112. vbi *
pro vtraque parte, & *num.*17. dicit magis * communem, quando *
sciunt, & extant clausulæ de futuro iure, cui late renunciarunt; &
tunc non requiritur renunciatio, *l.de iis.ff. de transactio.* vbi declarat
contraria,quando ex alio iure verba non possunt verificari,sed necessaria ad fideicommissum referantur, sub *num.*14. Marzar.in suo
*epito.fideicom.quæst.*59.vnde plene Menoch.*tract.præsumpt.lib.*3.*præ-*
*sumpt.*115.*per totam.* vbi ponit decem casus, & opiniones tenentium
pro vtraque parte, maxime *n.*28.*& seq.* Curt.Iun.*conf.*9.*nu.*12.*lib.*1.
† Declara: quicquid sit in diuisione rerũ fideicommisso subiecta- 153
rum,in quibus controuersia est; tamen non præiudicatur conuentioni legali, & successioni ab intestato ex dispositione principis,
quod fœminæ non succedant in Castris,vel certis bonis; quia nunquam huic legi successionis ab intestato censetur renunciatum,
plene Bart.*conf.*72.*Ex facto,n.*6.*ver.in contrarium, vsque in fi.lib.*1.† De- 154
clarat Alex.*conf.*170.*Inspectis verbis, num.* 6.*& seq.ver.quarto quia,lib.*5.
quod si fuit promissum de euictione rei diuisæ,etiam si scirent partes ius tempore diuisionis non competere,& superueniat ex fideicommisso ius competens,consolidatur ius, vt sicuti quem de iure
tenet actio,eundem repellat exceptio, quæ exceptio transit etiam
in singularem successorem.Alex.*conf.*170.*Inspectis,num.*7.*lib.*5. concord.Alex.*conf.*3.*in prin.& conf.*23.*& conf.*32.*in fi.lib.*3. plene Cephal.
*conf.*392.*nu.*26.vbi infinitos citat. † Contrarium supra *num.*113.*ver.* 155
contra omnes,vbi quod non tenetur;quia euictio causatur ex natura
rei. Vide, *Emere rem suam nemo potest, & quando secus. Concl.*119. Vide, ☞
Fideicommissum quando censeatur remissum,vel non. Concl. 286. Vide, *Renunciatum quando dicatur fideicommisso,vel non. Concl.* 174. *& Conclus.ibi*
proxima præced.

Diuitiæ quid operentur. Concluſ. 544.

1 DIVITIÆ † non tribuunt dignitatem, quia cadunt in perſonas viles, & ſunt bona fortunæ, quæ cadunt in perſonas infames, *l.2.de dignit.lib.12.* imo nec conſeruant dignitatem penes indignos. Lap.*alleg.102.nu.18.ver.ex diuitiis*, vbi quod virtutes animi, & boni mores diuitiis præualent, *l.ſcire oportet, §.cum reliquis, ff.de excuſat.tut.*
2 † Operantur diuitiæ, quod conſeruetur honeſtas, & nobilitas familiarum, quæ ob inopiam perire ſolent. *auth. de teſtib. §.ſancimus.* Roma.*conſ.411. Quatuor ſunt, num.2. ver. conſtat autem.* & apoſtilla in * *ver. dignitas.* dicit * communem. † Imo dicit Rom.*d.conſ.411.num.3. v.egeſtate*; egeſtate etenim ſordeſcentibus vita ſupplicium eſt, mors vero ſolatium, allegat *l.quiſquis, C.ad leg.Iul.maieſt.* vbi apoſtil. in *ver. ſolatium*, citat plurimos.

Diuitiæ non ſunt dimittendæ, vt mendicetur. Concluſio 545.

1 DIVITIÆ † ſunt cumulandæ filiis per parentes ſine auaritia. Paul.Epiſt.2.*ad Corin.cap.12.* debent parentes theſaurizare filiis. Calder.*conſ.220.nu.2.ver.vnde, & iure*, alias 1.*de vir. & honeſt.cleric.*
2 † Amplia; quia non ſunt dimittendæ diuitiæ, vt quis mendicet in multis caſibus, de quibus Calde. *conſ.220.ver.ſi vero non eſt talis, nu.2.* alias 1.*de vit. & honeſt. cleric.* Nam diuites auari ſemper eſuriunt:
3 iuxta illud Pſalmi: *Diuites eguerunt & eſuriunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* † Limita, niſi fieret zelo religionis, & vt quis liberius vacare poſſet orationibus, & cultui diuino; quia imo clerici & regulares iubentur à curis diuitiarum abſtinere,
4 quod intellige ſecundum Calder.*d.conſ.220.per totum*, alias 1.*de vita & honeſt.cleric.* maxime *circa fi.ver.ſi autem eſt veriſimile.* † Et conſilium Chriſti: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*; non obligat ex neceſſitate, licet ſit ſignum perfectionis, prout fecerunt multi Sancti perfecti.

Diuites habere ſubditos vtile eſt Domino. Concluſio 546.

1 REIPVBLICÆ † & Principis intereſt habere ſubditos diuites. Caſtr.*conſ.125.Dubitatur, col.1.in fin.ver.ſed certe, lib.2.* † Amplia, vt idem ſit in Epiſcopo, cuius intereſt habere Eccleſias diuites, vt magis idoneos rectores reperire poſſit. Oldrad. *conſil.260.*
☞ *Quod vnio, in fi.num.3.ver.quarta ratio.* Vide, *Publica vtilitas quæ dicatur. Concluſ.959.*

Diuitiæ, an potius paupertas præſumatur. Concluſio 547.

1 PAVPERTAS † in dubio præſumitur; quia omnes naſcimur nudi in hoc mundo; ideo non præſumuntur ea, quæ per accidens euenire ſolent. gloſſ. & ibi Doctor. in *c.ſi forte, de electio. in 6.*
2 † Extende; quia propterea fideiuſſor non præſumitur idoneus facultatibus, niſi probetur, *l.ſi vero, §.qui pro rei, ff.qui ſatisd.cogan.* & ibi eſt glo. melior de iure, & not. Doct. in *l.2.ff.de probat.* Canon. in *c.fi.de præſumpt.* ratio eſt; quia præſumi non debent ea, quæ homini, non à natura, ſed accidentaliter proueniunt, ſicut diuitiæ, glo. eſt, & ibi
3 Doct. in *d.c.ſi forte, de electio. in 6.* † Limita; quia ſemel diues, vel ſoluendo, non præſumitur effici in futurum non ſoluendo, ſed potius præſumitur, quod ditabitur, *l.ſi. C.arbitr.tutel.l. cura, §. deficientium, ff.de muner. & honor.*

Diuitem aliquem eſſe aſſerens probare debet, & quando ſecus, & qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard. *Concl.525.* Diuitem quem eſſe, limitat, quando quis fuit iam diues; quia etiam hodie præſumitur, declarat nō procedere è conuerſo; quia diues de præſenti non præſumitur diues in præteritum, probatur quis diues, ſi habet valorem ſcutorum 50. in bonis in iis, quæ ſunt modici præiudicii, & ſufficit ratio in teſte; quia vicinus ſum, & non ſufficit, ſi diceret aliquem diuitem; quia non iactat ſuum. Vide plenius, ☞ *Paupertas qualiter probetur. Concl.162.cum duabus Concluſ. ibi proxime præced.*

Diuortium quid ſit, & an ſoluat matrimonium. Concluſ. 548.

1 DIVORTIVM † eſt ſeparatio thori inter virum & vxorem, & differt à repudio in multis, vt per Cardinalem de Turre Cremata *32.qu.7.in princ.nu.3. & ſeq.* † Non ſoluitur matrimonium habitu licet fiat diuortium inter maritum & vxorem de iure nouiſſimo, & Canonico; ideo maritus hodie poteſt accuſare vxorem de adulterio non obſtante diuortio, licet olium diſtingueretur. Bald. *conſ.6.Factum tale eſt, lib.5.* † Multiplex eſt diuortium, aliquando fit 3 in totum etiam quoad matrimonium, vt poſſint contrahere, veluti ſi ſint maleficiati, vel impotentes perpetuo; aliquando fit ad tempus, puta ob malam verſationem, vel quid ſimile, vt in *cauſa 32. quæſt.7.in princ.* vbi Turrecremata, *num.2.* & aliquando fit ad pœnitentiam peragendam, *c.non oportet.33.qu.4.* vbi Turrecrem.

Doctoratus eſt dignitas, & qualiter probetur priuilegium doctoratus. Concluſ. 549.

DOCTORATVS † eſt dignitas; & ideo qui non poſſunt habere 1 dignitatem, prout ſerui, non poſſunt eſſe Doctores. Alexan. *conſ.15.Viſo proceſſu, in fi.lib.1.* † Et teſtis Doctor cum dicatur ha- 2 bere dignitatem, præualet alteri teſti non habenti dignitatem. Alex.*conſ.18.Viſo proceſſu cauſæ, lib.1.in fi.* † Extende; quia nedum Do- 3 ctor Canonum, ſeu Legum dicitur habere dignitatem, ſed & Doctor artium, & medicinæ. Alex. *conſ.94. Conſideratis iis, nu.2.ver. ſed ita eſt, lib.1.* † Et doctoratus gradus non eſt, niſi quædam decla- 4 ratio, quod quis ſit peritus in illa profeſſione, in qua doctoratur. Petr.Anch. *conſ.441.Oritur dubium.* † Amplia; quia Doctor efficitur 5 nobilis; quia ſcientia reddit nobilem, *l.prouidentiam, C.de poſtu.* Alex. *conſ.213.Ponderatis, num.9.ver.an eo etiam concurrebat.lib.6.* † Extende, 6 quia Doctores, & iudices nedum dicuntur, & ſunt nobiles, ſed magis dicuntur nobiles propter ſcientiam, quam propter nobilitatem parentum. Alex.*d.conſ.213. num.9.lib.6.* † Probatur doctoratus 7 nedum per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes Maſcard. *Concluſ.527. Doctoratus.* ampliat etiam per longum tempus decennii, ſi pro tali habitus ſit, & licet contrarium teneant multi, Declarat *n.3. & multis ſeq.* Ampliat *nu.10.* vt probetur per communem opinionem. Ampliat *num.11. & ſeq.* ſine dubio probari per teſtes quando amiſit priuilegium, vel quando non releuauit publicum, quando doctoratus eſt publicus, & ſolemnis, limitat in doctorato ex nudo priuilegio; quia requirit ſcripturam, vide eum.

Doctor an præferatur militi, & quid de aliis. Concluſio 550.

DOCTORI † traditur liber, qui ſignificat ipſum eſſe conſtitu- 1 tum proprietarium iuſtitiæ. Signorol. Homod. *conſ.23. Quæſtio diſputata, num.5.* † Annulus ſignificat prælationem. Signor. *d.conſ.23.* 2 *num.5.ver.ſecundo apparet.* † Diadema imponitur Doctori in ſignum 3 gratiæ, & victoriæ. Signo. *d.conſ.23.n.5.ver.tertio capit.* † Declara; quia 4 iſta inſignia licet obſeruentur dari ab immemorabili tempore, nō tamen ſunt de ſubſtantia doctoratus; ideo illorum omiſſio nō vitiat doctoratum. Signorol. Homod. *conſ.51. Statuto medicorum, nu.11. vſque in fi.* † Præfertur Doctor militi, & miles præfertur Doctori, vi- 5 de Signoro. *conſ.23. per totum*, vbi ponit argumenta pro vtraq; parte, 6 & nō ſoluit. † Doctor præfertur doctori, ratione ſubiecti ordinantis, puta factus à Papa, vel Imperatore præfertur facto ab inferiore Deci. in *c.clerici, n.19. & ſeq. de iud.* Vide in certum authorem poſt regulas Soc. *reg.5. Doctoratus ab imperatore.* vbi limitat tribus modis, ſi ſine examine, ſi extra ſuum territorium; tertio ſi Imperator crearet Theologum, vel Canoniſtam. † Itē ratione ſubiectæ materiæ, quia 7 Doctor in Theologia præfertur Doctori Canonū, & Doctor Canonum præfertur Doctori Legum, & Doctor Legū præfertur Doctori artium. Deci. *d.c.clerici, n.25. & ſeq. de iudic.* † Contrarium tenet 8 Rom. *conſ.333. Quoad primum, in fi.* quod præfertur Canoniſta Theologo in Eccleſia aſſequenda, niſi eſſet inter hæreticos; quia tunc Theologus præfertur, ſed reprobatur ibi ab apoſtil. quæ citat plures ad fauorem Theologi. † Item doctoratus in pluribus ſcientiis 9 præfertur Doctori in vna arte, vide Deci. vbi ſupra. † Item Doctor 10 præfertur Licentiato, quia Doctor iam eſt in gradu docendi, Licentiatus vero eſt in gradu aſſequendi doctoratū. Rom. *d.conſ.333. n.7.ver.quoad ſecundum, per tot.* vbi vult, quod imo Licentiatus in Canonico, & Doctor in artibus cedat Doctori Canonū, quia iſti gradus ſinguli non iuuant; ergo neq; ſi concurrunt, & ita apoſt. ibi in *ver. quod non*, dicit * cōem, & dat concord. † Vide apoſt. ad Rom. * *d. conſ.333.n.10.* vbi dicit, quod ſecundū aliquos, Doctor iunior præ- 11 fertur ſeniori, quando iunior fuit prius Licentiatus, ſed quod opinio contraria eſt verior; quia habens gradum in eadē profeſſione antiquiorem ſemper debet præferri. Vide plenius per Ant. Gabr. *lib.6.de maio. & obed. Concl.1. Licentiatus ſi poſt longum tempus.* † Amplia; 12 quia Doctor ſenior præfertur iuniori, & quādo ſecus, Vide incertū

authorem post regulas Socin. *reg. 4. Doctor senex*, vbi limitat tribus modis, quibus iunior præfertur.

Doctorandi facultas spectat ad Episcopum, & Capitulum, & quando secus. Concl. 551.

1 FACVLTAS † doctorandi in locis, vbi viget studium, spectat de iure communi ad Episcopum, & Capitulum. Calder. *cons. 67. vsimo potius*, quod est *vnicum de off. Archid.* Hostien. in *summ. de magistr.* 2 §. *penul. in princ.* † Contrarium, quod Archiepiscopo, vel Episcopo de iure communi, non competat ius doctorãdi in studio publico, glo. in *clem. 2. in gl. fi. de magistr.* & ibi Doct. Abb. in *c. tua, de cleric. non* 3 *resid.* Alex. *cons. 110. Adeo grauis, nu. 2. lib. 6.* † Declara; quia competit hoc ius Papæ, & sedi Apostolicæ, Cardin. & Abb. in *d. clem. 2. de magistr.* Anch. Gemin. & Franc. in *c. 1. de maior. & obed. in 6.* Feli. in *c. cum olim, col. fi. de maior. & obed.* quos citat apostil. ad Alex. *d. cons. 110. num. 2. lib. 6. in ver. communi*, vbi, quod competit Archiepiscopo, & Episcopo ex priuilegio Apostolico, vel ex consuetudine, & ita dicit 4 Alex. per totum illud consilium. † Amplia; quia sede vacante, puta, Archiepiscopali, vel Episcopali, istud ius doctorandi transit in Capitulum, & Vicarium Capituli Sede Vacante. Alex. *d. cons. 110.* 5 *in princ. lib. 6.* † Difficultas est, an emolumenta huius facultatis sint Capituli, an vero teneatur Capitulum reseruare successori, vide plene Alex. *d. cons. 110.* vbi arguit pro vtraque parte, *lib. 6.* quod Capitulum faciat emolumenta sua, & non teneatur reseruare successori prælato futuro; facit; quia si hæc facultas non competit de iure communi, sed ex priuilegio, vel cõsuetudine, mortuo Prælato redit, & ad Papam, & sedem Apostolicam, & sic quæ competunt iure speciali non transeunt in Capitulum; ideo Capitulum habet nõ ex iure ordinario, sed iure suo, & Alex. ibi in princ. allegat multas 6 rationes. † Quod imo Capitulum teneatur reseruare emolumẽta successori, tuetur Alex. *d. cons. 110. n. 6. & seq. lib. 6.* vbi tollit contraria, mouetur; quia omnia, quæ competunt Prælato ratione iurisdictionis, comperũt Capitulo sede Vacante, sed tenetur Capitulum reseruare successori, non obstante quocunque priuilegio, vel consuetudine contra, *c. quia sæpe, de elect. in 6. clem. statutum eod. tit.* & est ratio, ne Capitulum prætextu emolumentorum differat ele ctionem Prælati, vt per Alex. *d. cons. 110. nu. 3. ver. secundo ad idem. lib. 6.* ad contraria *num. 10. & seq.* respondet, quod priuilegium concessum Episcopo, & dignitati, transit ad Capitulum sede Vacante; quia contra concedentem fit lata interpretatio; secus si ageretur de iu- 7 re tertii: igitur tenetur Capitulum reseruare successori. † Declarat tandem Alex. *d. cons. 110. n. 12. & seq. ver. ad quartum, lib. 6.* quod si emolumenta proueniunt ex iurisdictione, & facultate doctorandi, debent successori reseruari; si vero proueniunt ex largitione eorũ, qui doctorantur, secus est; quia spectant Capitulo. † Et declaratio procedit; siue vacet Ecclesia vere; quia mortuus est prælatus, siue etiam vacet ficte, vt quia de facto potestas secularis impedit Episcopum, vel quia sit infirmus, vel carceratus; quia eadem declaratio procedit. Alex. *d. cons. 110. nu. 9. & seq. v. non obstat, dum tertio, lib. 6.* 8 *cum seq.* † Limita in Ciuitate Bononiæ; quia nullus potest doctorari sine licentia Archidiaconi ex speciali priuilegio. Calder. *d. cons. 67. An Archidiacono*, quod est *vnicum de offic. Archid.*

Doctorandi facultas, & priuilegium tanquam fauorabile debet interpretari. Concluſ. 552.

1 PRIVILEGIVM † concessum super modo, & facultate doctorandi, tanquam beneficium Principis, per quod nemini fit iniuria, debet interpretari; quia in concedendis magisteriis debemus esse gratiosi. Bald. *cons. 82. Testimonium veritatis, lib. 3.*

Doctores quales esse debeant. Concluſ. 553.

1 ECCLESIA † indiget Doctoribus, & Litteratis, & quales esse debeant Doctores, vide plene Roman. in sermone, quem habuit in Concilio Basilien si, insertum post sua consilia, vbi *nu. 25. & seq.* decem ponit requisita: Primo, vt sciat loqui, & tacere ex tempore; quia primo tacetur, postea loquimur: Secundo sit discretus in tacendo, vtilis in loquendo: Tertio, loquatur intelligentibus: Quarto, aptum se reddat audientibus: Quinto, cum humilitate, dimissa omni arrogantia: Sexto doceat, quæ corrigunt, non quæ delectant; quia esset fons sine aqua: Septimo, non omittat prosequi sanam doctrinam, licet aliquibus non satisfaciat: Octauo, si omnes obstaculum sanæ doctrinæ faciunt, recedat ab eis: Nono, non omittat opponere, vt errores corrigat. Vltimo omnia à Deo largitore agnoscat, & gratias agat.

Doctoris dictum intelligitur secundum legem, quam allegat. Concluſ. 554.

DICTVM Doctoris generale restringitur, & intelligi debet se- 1
cundum leges, quas allegat, ita de Bart. dicente, quod instrumentum non liquidum potest peti debere exequi, dummodo in iudicio exequutiuo liquidetur. Roma. *cons. 211. Allegationes, col. fi. nu. 5. ver. quoad vltimum*, vbi dicit, quod dictum Bart. debet intelligi in iudiciis vniuersalibus, non in particularibus; quia leges à Bar. allegatæ loquuntur in petitione hæreditatis, & in iudicio vniuersali, ergo non procedit illius dictum in iudicio particulari, & ibi apostilla in *ver. allegat*, & in *ver. intelligamus.* † Extende; quia semper dic- 2
tum Doctoris debet intelligi secundum leges, quas allegat, apostilla plena ad Roma. *d. cons. 211. n. 5. in ver. allegat*, quæ citat infinitos. † Extende; quia dictum Doctoris semper debet intelligi secundũ 3
dictum alterius Doctoris, quem allegat. Roma. *cons. 76. In causa nobilis, n. 8. ver. præterea attendatis.* Deci. *cons. 188. Latatus, in prin.* † Exten- 4
de, quia glossa allegans aliquam legem debet intelligi secundum legem, quam allegat Bar. in *l. non solum*, § *si liberationis. n. 7. ff. de liber. lega. ver. præterea ibi loquitur.* vbi plena apostilla Pomatis in *ver. debet intelligi.* Alex. *cons. 218. Visis verbis, num. 4. ver. & inquit in simili, lib. 2.*

Doctores ad offensam in criminalibus non consulunt. Concluſ. 555.

ALEX. † *cons. 19. Circa primum, nu. 13. ver. alias autem putarem. lib. 7.* 1
vbi, quod non est solitus in causis criminalibus, cõtra inquisitos consilium reddere, præsertim vbi pœna corporis afflictiua tractatur; & quia tutius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.

Doctores & doctorelli diuersæ qualitatis reperiuntur, & differentia. Concluſ. 556.

DOCTORES † eminentis scientiæ, prout Iacob. Butr. & Bart. 1
non sunt mittendi in officiis locorum, in quibus modica prouisio datur; sed doctorelli parum scientes. Anchar. *cons. 289. De viribus sententiæ, nu. 5. ver. item in arbitrando.* † Periti igitur parum scientes 2
mittendi sunt ad officia parui lucri. Anchar. *d. cons. 289. num. 5.*

Doctores magnæ auctoritatis quando reprobare licet, vel non. Concluſ. 557.

DOCTORES † magnæ auctoritatis quandoque reprobare licet; 1
quia quandoque bonus dormitat Homerus, & quandoque Beatus Augustinus errauit, 9. *distinct. per tot.* Feder. de Sen. *cons. 236. in fi.* vbi reprobat Abb. quamuis magnæ auctoritatis esse confiteatur. † Adde; quia Bald. reprobat Bart. tanquam quod cursu lectio- 2
nis non potuerit ponderare, licet appelleret eum sublimem animũ, *cons. 23. Super alio consilio, in fin. lib. 2.* † Quandoque etiam Bald. repro- 3
bat alios, prout reprobat Dyn. in *cons. 16. Factum sic proponitur, lib. 4. in fin.* vbi quod argumenta Dyni non valent vnam muscam. † Item 4
Bald. reprobat Bart. in *cons. 112. nu. 6. & 7. lib. 2.* in cautela, quam dat Bart. in *l. rescripto*, §. *sciendum, ff. de muner. & honor.* vbi dicit, quod Bar. non dicit verum, & quod sua cautela non valet vnam festucam. † Item Bald. reprobat eundem Bart. in *cons. 92. Hic plura circa princ.* 5 *lib. 4.* dum Bart. loquitur, an vno tutore negligente, sequens negligens priuetur, & dicit, quod distinctio Bart. non habet veritatem, neque rationem. † Angel. reprobat Bart. nedum in dicto, sed etiam 6
in ratione dicti, in *consil. 185. Brunellus nouiss.* quod duplicatur *consil. 313.*

Doctori attestanti aliquid quando credendum, vel non. Concluſ. 558.

DOCTORI † attestanti de iure extrauaganti contra ius com- 1
mune non est credendum, nisi de alio iure faciat fidem. Gemin. *cons. 78. n. 3. ver. & si dicatur*, vbi quod non est credendum Io. Andr. attestanti in *c. statutum. de præben.* quod dispositio illius c. sit sublata per extrauagantem, & probabilis potest allegari ignorantia dicti iuris extrauagantis. † Amplia; quia neque glossæ attestanti 2
aliquid per Papam fuisse declaratum credi debet, nisi de assèrta declaratione constet, etiam si dicat se vidisse declarationem. Gemin. *cons. 85. Super primo, num. 18. ver. quoad quotidianas, & num. 23. ver. de habentibus beneficia.* vbi quod si non apparet declaratio, illi non est standum. † Amplia; quia Doctori, vel glossæ attestanti vbiq; esse 3
communem vsum loquendi non creditur; quia potest esse in vno

loco,& non in alio,& si esset vbique vniformis,necesse esset,quod attestans de eo fuisset vbique versatus. Alex.*cons.5.Circa primum,nu.* 4 11.*& seq.ver.item respondeo,lib.*3. † Amplia, quia non creditur Potestati, vel officiali in litteris suis attestanti esse consuetudinem in loco. Abb.*cons.53.lib.*2. Vide, *Erubescimus cum sine lege loquimur. Conclu-* 5 *sio.*331. † Limita; quia Doctori alleganti doctrinas authenticas est credendum, vt de seipso loquitur Bald.*cons.*122. *Verba testamenti sic* 6 *dicunt, circa princip.ver.tertia ratio, lib.*1. † Extende; quia quando Doctor procedit per terminos legales,licet nihil alleget,sibi tanquam Doctori statur. Castr.*cons.*434. *Istud relictum,in fi.lib.*2.vbi dicit,sufficit etiam auctoritas mea; quia video, & cognosco omnia prædicta 7 vera esse & veritate fulciri. † Limita; quia glossæ, & Doctori attestanti de consuetudine credendum est, donec probetur contrarium. Bart. qui loquitur in Doctore excellenti in *l. de quibus, in repetit.n.*21.*ff.de legib.*& respondet ad iura, quæ requirunt iuramentum; * quia dicit loqui in simplici teste,& hanc *communem opinionem dicit Deci.*cons.*559. *In casu venerabilis,nu.*6.*& in cons.*694. *Pro resolutio-* * *ne,nu.*3.*&* 4. vbi dicit * communem,& reddit rationem; quia vnus testis etiam non iuratus facit præsumptionem, & vnius honestæ personæ dictum inducit credulitatem. Vide plenius, *consuetudo dif-* 8 *ficilis probationis, & qualiter probetur. Conclus.*749. *nu.*38. *& seq.* † Contrarium, quod non credatur Doctori attestanti, de consuetudine, tenet Corne.*cons.*83.*nu.*9.*lib.*1. plenius Areti.*cons.*132.*nu.* 2. vbi reddit rationem; quia duo specialia inducerentur, quod sine iuramento, & per scripturam admitteretur testificatus, & hanc communem dicit Deci.*cons.*402. *In causa Illustriss.nu.*15. vbi alios allegat, & multa adducit,& idem Deci.*cons.*284. *Et pro tenui.in fi.* plene Pur- * purat.*cons.*315.*nu.*11.*& seq. ver.primo non obstat*, vbi *nu.*15. dicit * com- 9 munem. † Declara in consuetudine vniuersali Italiæ; quia ex quo est notoria,iudex in ea supplet. Deci.*cons.*694.*nu.*6. vbi loquitur in 10 consuetudine collectandi bona forensium in tota Italia. † Declara; quia in consuetudine non soluendi collectas, nõ creditur Doctoribus etiam pluribus attestantibus de consuetudine Purpurat. 11 *d.cons.*315.*n.*11.*& seq.* vbi *nu.*20. dat concord. † Declara; quia attestatio Doctoris probat consetudinem, de qua attestatur, donec contrarium probetur; quia transfert onus probandi contrarium. Deci. 12 *d.cons.*559.*n.*6.*& cons.*694.*n.*4. † Contrarium tenet Areti. *d.cons.*132. *nu.*2. † Declara; quia si attestatio fiat à pluribus; non ab vno, transfert onus probandi contrarium. Crauet.*cons.*800.*n.*8. allegat Curt. 13 Iun.*cons.*73.*n.*24. Ias. in *l.de quibus,n.*89.*& 90.ff.de legib.* † Contrariũ, quod neque credatur duobus Illustribus Doctoribus, tenet Curt. *cons.*78.*col.fi.* & idem tenet Alex. in *l.post dotem.v.sed puto,ff.solut.matr.* qui dicit non reperiri iure cautum. Corne.*cons.*33. *Circa primum,lib.* 4. Cur.*cons.*88. *Dominus Franciscus.* Ias. in *l.de quibus,ff. de legib.* & quod non credatur pluribus Doctoribus attestantibus. Farinac. *q.*45.*nu.* 14 24. Purpurat.*cons.*315.*nu.*14.*& seq.* † Declara; quia præsumptionem inducit, quæ trantfert onus probandi contrarium. Deci.*dict. consil.* 15 694.*n.*4. † Declara; quia doctori attestanti de consuetudine creditur, & transfert onus probandi contrarium, quoad consuetudinẽ in illa curia, in qua Doctor attestans versatur, non alibi, ita Io. Di- * lecti *de art.testan.caut.*35.*de subst.it.nu.*8. & hanc * communem,& ma- * gis * communem dicit Bursat.*cons.*43.*nu.*54.*lib.*1. † Et ita dicit Ro- 16 land. à Valle *cons.*94.*nu.*22.*& cons.*98.*n.*22.*lib.*4. quod Boss. & Clar. attestantibus de consuetudine non est credendũ, nisi in statu Me- 17 diolani, vbi fuerunt Senatores. † Declara; quia creditur collegio Doctorum attestanti de consuetudine. Io. de Imol. in *l.*1.§. *nunciatio.ff.de nou.oper.nunciatio.* Vide in *ver.Consuetudo difficilis probationis,& qualiter probetur. Conclus.*749.*nu.*38.*& seq.vsque in fi.* vbi plura similia. 18 † Declara; quia Doctori attestanti de consuetudine succedendi in Regnis Franciæ,& Angliæ creditur, quando ille Doctor diu vixit, & verisimiliter potuit esse informatus, vt de Baldo, qui diu vixit, attestatur Castr. qui dicit fuisse Baldi discipulum, & ei credi debe- 19 re *cons.*164. *In præsenti causa,in princ.lib.*2. Vide Ant. Gabriel. *lib.*1.*tit.de probatio. Conclus.*4. *Doctor asserens ita esse consuetudinem quam probationem faciat.* Vide plenius Mascard. *Conclusio* 416. *Consuetudo excellentis Doctoris, vbi declarat*, & limitat multis modis. Vide eundem Mascard. *Conclus.*528. vbi, quod non creditur, vt probet plene, sed bene, vt * inducat præsumptionem, quæ transfert onus probandi * contrarium,& plures de communi adducit.

Doctorum priuilegia multa. Conclus.559.

1 DOCTORES † capi non possunt personaliter pro debito ciuili,& contrarium facientes puniri debent arbitrio iudicis. *l.medicos*, vbi Bartol.& Bald. *C.de professi.& med.lib.*10. Bart. in *l.si libertus, ff.de in ius vocan.* Ias. in *l.miles,n.*10.*ff.de re iud.* vbi loquitur in aduoca- 2 to, & in *l.ad egregias,nu.*10 *ff.de iureiur.* † Declara, dummodo actu legant, vel aduocent; secus si non exerceãt se. Alex. in *l.centurio, n.*17. *ff.de vulg.& pupill.* Felin. in *rubr.de magist.nu.*5. † Contra declaratio- 3 nem, vt imo priuilegium competat, etiam si non legant, vel aduocent. Rip. in *d.l.Centurio,nu.*17.*ff.de vulg.& pupill.* * communem dicit Rolan. à Valle *cons.*66.*num.*37.*stol.*1. † Extende; quia neque potest 4 Doctor perscrutari à biruariis, an deferat arma. Bartol. in *l.libertus, ff.de in ius vocan.* Bald. in *l.*1. *in fin.ff.qui bon.ced.poss.* Marsil. in *praxi, in* §. *attingam,num.*68.† Extende, vt idem sit in filiis & vxore Doctoris; 5 quia habent idem priuilegium. Mathesil. *singul.*61. *Nota quod.* † Am- 6 plia, quia procedunt prædicta in omni Doctore aliarum scientiarum, vt per Barto.& alios, *d.l.medicos. C.de profess.& med.lib.*10. † Li- 7 mita, quia de consuetudine non seruatur, vel propter statuta, vel propter consuetudinem, vel propter obligationem, & Florentiæ capiuntur Doctores pro debito ciuili. Iul. Clar. in *praxi crimin.*§. *fi.q.* 8 28.*num.*4. vbi, quod vidit captos Doctores ex diuersis criminibus. Vide, *Carcer quid sit, & quod sit mala mansio. Conclus.*79. *ver. amplia in muliere.*

Doctores legentes esse qui possint. Conclus.560.

DOCTORES † promoti habent facultatem legendi iura cano- 1 nica, & ciuilia, ad quæ sunt doctorati, glossandi, interpretandi publice, & priuatim, & ista facultas datur illis in priuilegium,& signum doctoratus, & magisterij. † Amplia; quia etiam Episco- 2 pus potest legere in publico gymnasio ius canonicum, vt de Episcopo Feltren.& Bellunen. meminit Card. Zabar. *consil.*90. *In casu consilij*, incip. *Episcopus Feltren.* vbi, quod legit Papiæ, dum esset Episcopus.

Doctorum errores varii, & discrepantia inter eos. Conclus.561.

BALD. impugnabat † Bart. in *tract. Minoricarum*, tanquam quod 1 aliter diceret, quam in rei veritate eius scripta dicebant, Anchara. in *clem.exiui.num.*14. *ver.ex prædictis.in.fin.* vbi, quod adhibuit tria exemplaria Bartol. quæ concordabant cum eo, quod ipse ibi refert contra Bald. relationem. † Discordia Doctorum in opi- 2 nionibus est quid naturale. Bal. *cons.*398. *Quæstio talis.num.*3. *versic. conclusio.lib.*1. Vide, *Discordia facilis est. Conclus.*454. † Variabilis est o- 3 pinio speculatiua: ideo quasi impossibile est Doctorem non esse sibi contrarium aliquando, etiam si esset diuinus homo. Socin. *cons.*150. vbi *num.*14. recitat varietatem in illo casu Doctorum Italiæ,& *num.*15. dicit esse impossibile Iureconsultum non posse reprehendi. *lib.*1.

Doctores varii si sunt in lecturis, & consiliis, statur consiliis, & quando secus. Conclus.562.

OPINIO Doctoris † ventilata in iudicio melior, & magis di- 1 scussa dicitur, quam opinio lecturæ. Anch. *cons.*411. *Et prima facie, in fi.* vbi reprobando Archid. & alios in lecturis dicit, quod si in iudicio discussissent, mutassent votum.

Doctores consulentes aliqui auari apparent. Conclusio 563.

DOCTORES † consulentes auari deteguntur; quia vt plu- 1 rimum finito consilio, excitãt alia motiua, sed non soluunt prætextu, quod de eo non sint interrogati, sic facit Ang. *cons.*222. *Casus est, in fi.& cons.*226. *in fin.& cons.*290. *in fin.& cons.*291. *num.*3. *ver. hic autem, & cons.*311. *In themate prædicto, in fin.* sic facit pluries Castren. in multis locis *cons.*78 *in fine.lib.*2. idem facit Roma. maxime *cons.*207. *Si volumus.num.* 2. *ver. si autem*, idem facit pluries Alexand. maxime *cons.*33. *Viso themate, in fin.lib.*2. *& consil.*20. *Viso processu, in fin.lib.*2. & iterum *consil.* 22. *in fin.eod. lib.* 2. *& consil.*126. *in fin. lib.* 2. *& consil.*145. *Quoniam abunde num.*4. *in fin. versic. vtrum autem lib.* 2. *& consil. fin. Viso processu, in fin. lib.*2. *& consil.*164. *Præsupponо. in fin. & cons.*166. *Super proposita, in fi.lib.*5. † Imo audacter ex tenuitate salarii recusabant con- 2 sulere, aut tenue dabant consilium, hoc dicit in seipso Angel. *cons.* 267. *Constitutio Sanctæ Romanæ.* † Et Ang. *cons.*319. *num.*3. dicit, quod 3 consilia Doctorum, & medicorum pro pecunia præstantur; & ideo solent longum tractatum habere. † Et Ang. *cons.*311. *in princ.* di- 4 cit quod non est solitus pluries consulere super eodem facto; si tamen aliqua variatio adducitur in facto, bene consulit. † Alex. *cons.* 5 *fin. Viso processu, in fin.lib.*2. vbi consuluit super qualitate, non super insultu; quia dicit se non interrogatum, nec latior videndi erat cõcessa facultas. † Item *cons.*7. *Viso instrumento.n.*4. *v. vtrum autem lib.*6. 6

ipse

ipse excitat dubium in causa,& dicit,quod non resoluit; quia non
7 est requisitus.† Item *cons.26.in fin.lib.3.* excitat dubium nouum,sed non vult consulere;quia de eo non requiritur,licet fiat aliqua nar-
8 ratio facti. † Item *cons.164.Præsuppono,in fi.lib.5.* consuluit liberatione facta tutori, de reddenda ratione administrationis, & si compellatur; legat ei, quicquid debet, & dicit releuare, in fine dicit, quod, an dolus futurus potuerit remitti, est fundamentum deci-
9 sionis,sed non resoluit;quia de hoc non est requisitus.† Item *cons.166.in fin.* excitat motiuum in illa causa,sed non resoluit;quia non
10 erat requisitus.*lib.5.& cons.226.in fin.lib.6.* † Item *cons.110. Circa primum.nu.20.lib.3.ver.quantum ad tertium.* vbi dicit, quod non scribit super tertio dubio,quia non est requisitus, & quia audiuit, quod partes habebant super eo consilia aliorum Doctorum.

Doctores mittebant libros antiquitus propter librorum penuriam. Concluſ.564.

1 FEDER. de Sen.quærens † consilium à Dom.Berto suo Doctore,eidem transmittit Archidiac. vt illum videre possit tractan-
2 tem materiam, quam perquirebat.Fed.*cons.166.Dom.Berte.* † Idem facit Feder. *cons.* 255. vbi consulens D. Alexandrum illi misit Ioan. Andr.& idem etiam in *consil.265.* dum consuluit Ioannem Palea-
3 rium.† Bald. mittens cõsilium pro casu inter aduocatos Lucanos, allegat Odofred.in lectura,quam dicit habere,&dicit,quod si erit expediens, illam transmittet; sed tamen dicit, quod sibi credendum est alleganti authoritates authenticas, est *cons.122. Verba testa-*
4 *menti sic dicunt,circa prin.lib.1.*† Idem Bald.contra quendam contrarium allegat Iacob.de Beluis.& dicit, si mihi non credis, crede Iacobo de Beluis.qui hoc dicit,& si vis illius disputationem,mittam illam tibi, & crede etiam Bart.hoc.dicenti in *l.si cum dotem, in princ. ff.solut.matrimon.* scio tamen,quod tanta est sapientia tua,quod non cures de istis doctorellis.Bald.*cons.477.Punctus quæstionis,nu.6.in fin. & nu.7.lib.4.*

Doctorum verba iniuriosa contra iudices. Concluſ.565.

1 RICARD. Malumbra inter consilia Feder.de Sen. *cons.71.in fin.* dicit Federico in quadam causa,super qua eum consuluit,vtilius esset,quod appellaretis,dum tempus habetis;quia si diabolus non erit in corpore suo, forte reformabit, quod inique intendit.
2 † Feder.de Sen.contra quendam exequutorem apostolicum, qui citauit,& nolebat sumere informationes pro citato *cons.79.col.2.v. quid plus,* sic ait, item quis ipsius, nisi diabolus defensionem nega-
3 ret,quæ à iure naturali est. † Bald. *cons.94. Sententia primo loco.lib.4.* appellat quendam Archiepiscopum, qui tulit duas sententias cõ-
4 trarias in eadem causa,caput grossum,& parui intellectus.† Castr. *cons.291 in princ.lib.1.* dicit,quod valde miraretur de iudice Capitanei iustitiæ in causa appellationis,nisi instrueretur *à l.1.in princ.ff.de appell.* quod iudex appellationis nunquam sententias bene latas in peius reformat,& imputat hoc euenisse ex cæcitate ignorantiæ,&
5 grossitie intellectus tam iudicis,quam consultoris.† Alex.*cons.70. Viso consilio, in princip.lib.2.* vbi quendam consultorem, qui pronunciauit contra cons.Alex.appellat sapientiorem,minus modestum, & malignum,& quod cum supportatione errauit.

Doctorum verba ad confirmandam suam opinionem pro vera. Concluſ.566.

1 CASTR. † *cons.140.col.1.post med.lib.2.* scripsit contra Ioann.de Imol. &dicit, sed proh Deum, quid expedit in istis friuolis immorari ? nam vt alias pluries consulendo in hac causa dixi, &
2 credo dixisse veritatem,nisi penitus caream intellectu, quod non puto,& in fine dicit, nec vnquam vidi aliquam bonam rationem pro altera parte,licet diuersa consilia viderim,quæ me ab hac sententia non retraxerunt in bona, & pura conscientia, & si haberem ferre sententiam,in nullo dubitarem ferre pro eis. †Rom.*cons.92.*
3 *in fi.*dicit,& ista est mera veritas,sicut Deus est,ab hoc dicto tamen est abstinendum,& rursus *cons.174. Amplissime Doctor. nnm.5. in fi.* dicit,ex quibus omnibus resultat,ita firma conclusio,sicut Deus est, & ego sum in mundo, & in fi.ex quibus omnibus ita firmiter, & in iudicio conscientiæ meæ concludo,quod iustitiam obtinemus,& idem dicit *cons.179.in fi.* † Et *cons.241.n.9.v.vltimo aduertendum,* dicit & istud verissimum, sicut Deus est, istam capturam esse nullissi-
4 mam defectu mandati. † Et *cons.276.Clarissime.num.10. ver. vltimo,* vbi dicit, & attendite; quia verum est sicut Euangelium, sed abstinendum est à similibus dictis, vt dixi.

Doctorum verba iactantia in suis argumentis. Concluſ. 567.

DOCTOR † Legista, cuius consilium inserit Feder.de Sen.*cons.* 1
90.*n.4.in fi.* sic ait vltimo, & hic totus mundus non posset respondere.† Bartholomæus Salicetus in suo consilio,quod est inter 2
consilia Bald.*cons.14.Super legitimatione.lib.4.n.2.ver.septimo ad casum,* allegat fundamentum, quod dicit fortissimum, & *nu.3.* allegat d. patruum suum,qui glossas illuminauit, & earum ministraria reseruauit.† Bald.*cons.477.Punctus quæstionis.nu.7.lib.4.* exultat in sua re- 3
sponsione dicens,non potest responderi, nõ responderet Apollo, & si tu scis, dicas per vnum verbum sensatum,& sapidum. † Idem 4
cons.251.Sententia,quam tulimus.lib.5.circa med.ver.si enim nobis.lib.5. dicit post argumentum, quod ipse facit, si non sum cœcus, non potest responderi.† Angel.*cons.310.In proposita quæstione,col.2.* dicit reci- 5
tando plures opiniones,an appellans ex modico impedimento in primo anno debeat habere biennium, quod non, & quod istam opinionem credit veram, sicut Euangelium. † Idem dicit Signor. 6
cons.69.in fi.† Contra Signor. propter illa verba inuehitur Rayner. 7
de Forli.*cons.263.nu.15.inter consilia Signorol.* dicens hoc esse temerarium; quia nullus Sanctus homo hoc auderet; quia Euangelium continet verba Dei, allegationes continẽt verba hominis.†Rom. 8
cons.76.nu.8.ver.præterea attendatis amore Dei; quia ista est responsio notabilissima,& paulo infra,& ad istud non potest responderi,& *cons.78. num.2.* inquit,secundo respondeo,& aduertatis; quia est notabilis responsio, & inquit præterea est solemniter aduertendum.

Doctorum mordacia verba contra scribentes & ex aduerso. Concluſ.508.

DOCTOR † Legista, cuius consilium ponit Feder.de Sen.*consi.* 1
90. incipit, *Dixi,& dico.nu.3. ver.secundo dico,* sic ait respondens, argumento ex aduerso facto, & si non intelligit legem illam respondens,non est culpa mea. † Feder. de Sen.respondens cuidam 2
consilio Domini Arnoldi inter consilia Fed.*cons.64.* quia dominus Arnaldus sic dixit, Domine mi,miror de dubio supradicto, replicando dicit,respondens miratus fuit de dubio consulentis, & ego plus admiror de rationibus respondentis. † Ioannes Paliarensis 3
scribens contra Iacobum de sancto Miniato dicit allegata non facere ad propositum,nec intelligit se ipsum,qui sic loquitur.Feder. de Sen.*cons.122.in fi.* vbi sunt insertæ responsiones amborũ †Con- 4
radus contra Fed.de Sen.*cons.d.Feder.254.in princ.* inquit,quantumcunque subtilis, non erat necessaria responsio aliqua; quia satis ex ipsiusmet patet,quod sunt mendicata suffragia,& non concludunt veritatem; nam qui veritatem dicit, non laborat,sed cum magno labore, & languore trahuntur argumenta ex aduerso. † Bald.*cons.* 5
272.*Super eo,quod queritur,lib.1.in fi.v.quod in causa principali,* inquit,& licet quoddam pecus consuluerit contrarium, vt credo, vel ignorantia supina,vel conniuentibus oculis gratificans;tamen pessime consuluit; & paulo post; vnde ille fatuus non fuit capacis intellectus,&*cons.42.Mirati sunt,per totum,lib.2.* vbi contra eundem,vbi dicit,quod allegat puerilia, quæ sciunt discipuli primi anni, & sibi persuadet philosophari; item dicit, tu qui contradicis veritati, & temerarie exultas,& in fi.dicit,& si ita es proteruus,quod non credis credes pro certo Bart. qui consulendo hoc tenuit decisiue; & loquitur de Christophoro Castillioneo;quia *cons.44.lib.2.* incipit, *Iste dominus Christophorus fatuitatis amicus ipso furore punitur,comeche sape cusi minuzza rape.*† Et *cons.44.lib.2.*idem Bal. contra eundem Chri- 6
stophorum dicit, qui neget hæc dignus est inuolui cæno, contra meum consilium ipse, cuius intellectus est peracutus, & ita volat ad astra,quod non est in hoc mundo,imperite,& superbe consulit contrariũ,nec mirum;quia volat sine plumis,vt noctua;quæ cæcatur à luce diei,& cum videtes dormiunt,volat tamen basse cum grillis. † Idem Bald.*cons.477.Punctus quæstionis,lib.4.n.5.* dicit multa 7
contra quendam consultorem contrarium; dicit enim, scio astutã sapientiam de Cyno non recordari, quem ipse Bald. allegat, item dicit,intelligentibus leges loquar;nam homines grossi capitis non intelligunt subtilia; item *n.6.in fi.& n.7.* dicit,& si mihi non credis, crede Iacobo de Beluis.& Bartolo; sed tamen scio, quod tanta est sapientia tua, quod non cures de istis doctorellis; item *nu.7.* dicit, & si tu scis,dicas per vnum verbum sensatum,& sapidum &aduerte,ne belles, sicut bellauit ille marillus; & credo, quod loquatur de D.Rossello de Rossellis;item in fi.dicit, quod vnum pecus non diceret ea,quæ dicit ipse Doctor,commemorans eidem,vide ego, quæ studuisti,& quod quasi somnians consuluit; tamen dicit,contra verbosos nolle contendere verbis.†Idem Bald.*cons.11.in fi.lib.3.* 8
contra Riccard. Salycet.dicit, iste Doctor Bononiẽsis fatuus dicit

9 consilium meum esse contra *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* † Idem Bald. *cons.* 374. *Quæritur, si est renunciatum, lib.* 5. cum dixisset nullum Doctorem loqui de illa materia, de qua ibi consulebat. Fulgos. ibi exaduerso in terminis allegauit gloss. illud dicentem excusando, quod de illa Bald. non habuit memoriam, cui respondet in fi. consilii Baldus inquiens, amice, qui male examinat, male loquitur; & conatur ostendere, quod glos. non faciat, in fi. dicit; & ideo tu, qui consuluisti contrarium, debuisti melius ponderare, & si esset alius, crederem, ꝙ fecisset prudentius, non ita loqui salua tua reuerentia, qui imperitissimus es; tamen alios arguis de imperitia. † Signorol. Homod. *cons.* 69. *In quæst. blanditia.* scribit contra Raynerium de Forliuio eius præceptorem contrarium consulentem, quem dicit Iudaice consulere, & quod eius rationes non valent vnam festu-
11 cam, neque vnam muscam. † Rayner. de Forliuio respondens Signorolo, *cons.* 263. Inter consilia Signoroli dicit, Signorolum suum discipulum insania vsum esse, in *princ.* & *num.* 13. dicit, quod idem Signorol. non intellexit se ipsum, & in princ. dicit, quod esset dignus cæno inuolui, & quod procedit dura ceruice, & quod respondet rationibus, vt canis ad vomitum, & quod est idiota, & *n.* 15. redarguit eum; quia dixit se credere, vt Euangelio, suæ opinio-
12 ni. † Castr. *cons.* 16. *in fin. lib.* 1. dicit, quod consultor exaduerso, aut fingit, aut simulat, vt pecunias à suo principali extorqueat, aut ꝙ agit, ignorat, sicut imperiti, quod colligit ex modo procedendi in
13 causa. † Et *cons.* 291. *col.* 2. *in princip. lib.* 1. quod ignorantiæ cæcitas, & grossities intellectus induxit consultorem, & iudicem Florentiæ ad reuocandum sententiam Prætoris Prati iustam, & *num.* 2. quod
14 consultor male, & pessime consuluit. † Et *cons.* 402. *n.* 2. *in fi. lib.* 1. dicit, quod consulens nescit, quid sit litis contestatio, nec qualiter
15 fiat; quia studuit solum titulum de ignor. iuris, & facti. † Alex. *cons.* 36. *Visis iis, quæ, num.* 5. *lib.* 1. *ver. non obstat, quod notat Bart.* dum dicit respondendo cum supportatione, aut aduocatis partis aduersæ, pu-
16 tant nos dormire, aut ipsi somniant. † Roma. *cons.* 176. *col.* 2. *in fi.* miror immense, quomodo enormia hic scribantur à tanto Doctore, & *nu.* 7. *col.* 2. *in fi.* est ergo consequens, vt ista eorum clamata regula
17 ita est falsa, sicut Iudas Iscariotes. † Et iterum *cons.* 174. *nu.* 7. *circa fi.*
18 Vnde illa lex facit ad propositum, quantum asinus volat. † Et *cons.* 241. *Spectabiles, in princ.* primus allegans plus quam pueriliter, & friuole omnia per nos allegata dicit esse friuola.

Dolor cordis, & mœstitiæ ex aspectu, vultu, & facie probatur. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concl.* 529. *Dolor*, vbi plura, quod cor hominis ex bono & malo mutat faciem, *Ecclesiast. c.* 13. *in fi.* Item ex visu cognoscitur vir, & ex occursu faciei cognoscitur sensatus, & vultus est quidam sermo tacitus, & sensus animi indicat, & ponit multa
☞ exempla, quæ videas, adde illud Terentij, *erubuit, salua res est.* Vide, *Facies quid sit, & quid importet. Concl.* 8.

Dolor iustus operatur multa. Concluſ. 569.

1 DOLOR † iustus operatur, quod delinquens licet non euadat sine pœna in totum; tamen pœna minuitur; ideo maritus occidens vxorem repertam in adulterio excusatur; quia minuitur pœ-
2 na, Clar. in § *fi. q.* 60. *nu.* 19. *ver. sed hic quæro.* † Declara; quia oportet quod delinquens præbet causam iusti doloris, & quod ex ea causa
☞ sit motus, alias non prodesset. Clar. § *fin. quæst.* 60. *nu.* 19. *in fi.* Vide, plenius, *Homicidium ex quibus excusetur à pœna mortis. Concluſ.* 143.

Dolus multiplex, & de singulis speciebus. Concluſ. 570.

1 DOLVS † alius est bonus, alius est malus, *l.* 1. §. *non fuit autem, ff.*
2 *de dolo.* † Alius est dolus verus, alius præsumptus. Vide, *Dolus,*
☞ *quando præsumptus, vel verus. Concluſ.* 572. † Alius dolus re ipsa, alius ex
3 proposito. Vide, *Dolus ex proposito, & re ipsa. Concluſ.* 571. † Alius est
4 dolus specialis, aut generalis. Vide, *Dolosus quis dicatur. Concluſ.* 584.
5 *num.* 17. † Alius est dolus futurus, alius dolus de præterito. Vide,
☞ *Dolus futurus non potest uemitti. Concluſ.* 588. † Alius est dolus ordina-
6 rius, qui solet interuenire in delicto, prout in homicidio; alius est dolus extra ordinem, & minoratus ex iusta causa præcedenti; quia ex hoc minuitur pœna. Alex. *cons.* 144. *Post reditum. in fin. nu.* 9. *ver. plus*
7 *dico, lib.* 2. vbi apostilla in *ver. minorare.* † Alius est dolus proprie, a-
☞ lius, qui ex culpa inducitur. Vide, *Dolus quando ex culpa. Concluſ.* 575.
8 † Dolus est calliditas ad decipiendum alium. Abb. *cons.* 77. *In quæstione, col. penul. ver. ex iis infertur, lib.* 2.

Dolus ex proposito, & re ipsa quando dicatur. Concluſ. 571.

DOLVS † duplex est, videlicet re ipsa tantum, & re ipsa, & con- 1
silio, & vtroque casu, vel contractus est nullus ipso iure, vel retractandus ope replicationis. Cast. *cons.* 412. *Viso facto, n.* 3. *lib.* 1. vbi, quod vltimum est verius. † Dolus ex proposito adhibitus in con- 2
tractu operatur nullitatem contractus; quia facit abesse consensum, dolus vero re ipsa non inducit nullitatem, sed facit esse locũ recessioni, ita Bero. *cons.* 49. *nu.* 49. *lib.* 1. & licet æquipolleant, quandoque tamen differunt. † Vide Cagnol. in *l.* 2. *C. de rescind. vendit. n.* 3
79. *& seq.* vbi, quod dolus ex proposito, & dolus re ipsa æquiparãtur quoad omnia, præterquam, quod dolus ex proposito redditactum nullũ, dolus vero re ipsa rescindit, eo excepto, ꝙ in minore, muliere, & similibus vterq; dolus annullat. † Extende in minore, 4
muliere, rustico, & similib. læsis vltra dimidiam; quia dolus re ipsa interueniens æquiparatur dolo ex proposito ad nullitatem contractus, & iuramentum nihil operatur. Roland. à Valle *cons.* 7. *nu.* 44. *lib.* 3. vbi dicit * communem ex mente Dec. *cons.* 280. *col.* 3. & 4. * est *cons.* 170. secundum nouam impressionem, incip. *Visa renunciatione.* † Extende; quia quoad iuramentum, ne aliquid operetur do- 5
lus re ipsa & ex proposito æquiparantur, vt iuramentum sit nullũ, magis * communem dicit Curt. Iun. *cons.* 141. *n.* 6. *& seq.* † Extende 6
ad annullandũ contractum, quando minor fuit læsus vltra dimidiam. Anch. *cons.* 180. *n.* 15. *& seq. & cons.* 330. *n.* 16. *& seq.* † Amplia; quia 7
dolus re ipsa dicitur, quando vltra dimidiam in magna quantitate quis est deceptus; quia tunc æquiparatur dolo ex proposito quoad rescissionem contractus. Alex. *cons.* 42. *Super præmisso, n.* 6. *lib.* 1. vbi apostilla dat plurimos concord. in *ver. sed re ipsa*, vbi, quod iuramentum nihil obstat, quando dolus est ex proposito, vel re ipsa, licet tutius sit petere absolutionem, & hanc * communem opinionem * dicit Deci. *cons.* 179. *Visa renunciatione. n.* 7. *lib.* 1. vbi, quod Alexand. qui de communi * attestatur *d. cons.* 42. *in fin. lib.* 1. in contrarium deceptus est. Petr. de Anch. *cons.* 39. *Pro clariori, nu.* 4. vbi, quod ad rescindendum contractum iuratum idem operantur, & quod æquiparentur per omnia ad nullitatem contractus celebrati cum minore. Anch. *cons.* 330. *Visis facti, num.* 16. *& seq. & cons.* 180. *n.* 15. *& seq.* † Vide, *Reductio laudi ad arbitrium boni viri semper datur, quod extat e-* ☞
normis læsio. Concluſ. 74. † Extende, etiam si sit iuratum, omnia, & sin- 8
gula in instrumento esse vera. Alexand. *d. cons.* 42. *num.* 6. *ver. & hoc putat, lib.* 1. † Extende ad effectum, vt minor læsus petat absolutio- 9
nem à iuramento, & restituatur aduersus iuramentum, idem operatur dolus re ipsa, quod dolus ex proposito, & *auth. sacramenta puberum.* neutro casu habet locum. Anch. *d. cons.* 180. *n.* 15. *& seq.* † Con- 10
trarium, quod non æquiparentur; quia ex dolo ex proposito datur actio de dolo; secus si dolus sit re ipsa; quia datur sola exceptio. Alex. *cons.* 42. *nu.* 20. *lib.* 1. vbi dicit * communem, & ibi apostilla in * *ver. verum. & cons.* 125. *nu.* 9. *ver. non obstat, quod dolus, lib.* 1. † Extende; 11
quia ad hoc vt contractus minoris sit nullus paria sunt, quod adsit dolus re ipsa; quia sit deceptus, vel ex proposito. Anch. *cons.* 330. *n.* 16. *& seq.* † Et siue adsit dolus à principio, siue superueniat ex post 12
facto, reddit contractum venditionis nullum, vt rescindatur. Anchar. *cons.* 402. *Pluribus, in fin.* vbi loquitur in venditione fructuum gabellæ loci, vbi erat Papa; quia Papa recedente in est læsio enormissima. † Extende etiam ad annullandam secundam obligatio- 13
nem fideiussoriam factam principaliter, quod pupillus non contraueniet; quia si primum instrumentum est dolosum re ipsa, vel ex proposito, etiam secunda obligatio non valet, quia expresse fieri non posset in casu doli adhibiti. Anchar. *d. cons.* 330. *num.* 15. *& seq. ver. sed iis non obstantibus.* † Extende; quia exceptio doli ex propo- 14
sito, vel re ipsa est in rem, non tantum, in personam, & æquiparantur etiam in hoc. Anch. *d. cons.* 330. *n.* 19. *& seq.* vbi, quod transit contra tertium, & millesimum authorem, etiam qui non participauit. † Extende in laudo lædente vltra dimidiam; quia inest dolus re 15
ipsa. Deci. *d. cons.* 179. *nu.* 6. *& cons.* 349. *col.* 4. *in princ.* late Crauet. *cons.* 142. *col. pen.* vbi plurimos allegat, vbi extendit, etiam si amplissima facultas sit data pronunciandi, & laudandi alte, & basse, prout ei videbitur, & placebit. Bald. *cons.* 380. *in fin. lib.* 1. quia isto casu à pari procedunt dolus re ipsa in laudo, & dolus ex proposito. Decian. *d. cons.* 179. *num.* 7. † Imo sicut laudum, vel actus per dolum ex propo- 16
sito non potest ratificari, & non valet ratificatio, nisi fiat mentio, & adsit scientia doli ex proposito; ita etiam quando dolus est re ipsa per æquiparationem. Bald. *cons.* 227. *Proponitur, col.* 2. *lib.* 2. Curt. Iun. *cons.* 50. *col.* 3. *in fi.* Crauet. *cons.* 160. *col. fin. num.* 6.

Dolus

Dolus quando præsumptus dicatur, vel verus. Cõcl. 572.

1 DOLVS † vero dicitur, quando reuera probatur adhibitus, & in dubio lex faciens mentionem de dolo, vel doloso, intelligi debet de vero dolo. Paris. *consil.49.lib.1.numer.37. & seq.per totum,*
2 Declara, † quando lex est imponens pœnam pro dolo, vel frau-
3 de, ita Abb. *consil.68. num.2. ver.sed ijs non obstantibus, lib.1.* † Et iste dolus futurus remitti non potest, licet possit remitti præteritus ex certa scientia. Paris. *dict. consil.49.num.37. & seq.lib.1.* Menoch. *de re-*
4 *cuper.remed.15.numer.132. & sequent.* maxime 138. † Et scientia istius doli veri commissi non præsumitur, nisi scientia probetur; ideo non venit in ratificatione expressa, vel tacita. Menoch. *d. remed.15. num.132. & seq.* Paris. *d.consil.49.lib.1.* Rom. *consil.54.num.3. in fin.vers.*
5 *contrarium puto.* † Amplia; quia dolus verus dicitur, quando indicia, & præsumptiones sunt manifestæ, ita Alexand. *consil.103. Vi-*
6 *detur, numer.13.ver.nam differentia lib.1.* Natt. *consil.17.numer.3.* † Extende; quia quando aliquis factum de se illicitum commisit, vel iure ciuili, is semper est in dolo vero. Alexand. *consil.103. num.13.*
7 *ver. & quando quis explicat, lib.1.* † Amplia; quia administrator non describens in libro rationum aliquam quantitatem receptam, & illam in vsus proprios conuertens dicitur in dolo vero. Soc. *consil.*
8 *159.n.7. in fi.ver.tertio confirmatur, & cons.190.n.1.ver. ex qua non descri-*
ptione, lib.2. Plot. *de in lit.iur.§.5.n.2.* Paris. *cons.89.n.23.lib.1.* † Et quod administrator committat dolum, non describendo fideliter recepta tam contra minorem, prout loquitur Socin. *consil.92. libro*
4. quam etiam contra maiorem Socin. *cons.159.numer.12. & sequen.*
9 *lib.2.* † Et procedit, siue libri exhibeantur defectuosi, siue non.
10 Bero. *cons.191.nu.28.lib.1.* † Et maxime, quando ex visione eorum constat, quod non fuerunt computa bene solidata. Rim. Iun. *consil.*
11 338 *n.55.lib.3.* † Et quando probatum fuit de errore, & dolo; quia nõ erant recepta ab administratore descripta in libris. Pari. *cons.89.*
n.27. & 28.lib.1. Rol. à Valle *cons.49.n.25. & seq. & nu.53. lib.1.* Thob.
12 Non. *consil.63.n.2. & n.13.* † Contrarium, quod imo semper dolus
13 præsumptus dicitur in omittendo, vt infra, *n.22.* † Declara, si agitur de simplici omissione, verum est, sed si agitur de omissione, puta describendi receptum, & de faciendo, vt quia in vsum suum cõuertit omittens; tunc est dolus verus; quia in mixtis præponderat, q̃ fortius est, videlicet in faciendo, & ita videtur tenere Fran. Becc.
consil.106.n.35.ver.Rursus, vbi si venditor est in dolo vero, puta in fa-
14 ciendo, emptor est in dolo præsumpto, puta in omittendo, attenditur dolus verus in faciendo. † Amplia; quia ẽt respectu minoris & militis dolus verus cõsistit, quando aliquid fit prohibitum iure
15 naturæ, vel iure ciuili nouissimo. Alex. *d.consil.103.n.13.lib.1.* † Amplia; quia dolus verus dicitur dolus à lege p̃sumptus, & sic probatus legis præsumptione; quia p̃sumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes. Menoch. *de præsump.lib.5.præsumpt.3.nu.6. & seq.* Ceph.
16 *consil.142.n.33. & 34.* † Extende; quia imo etiam dolus probatus p̃sumptione iuris dicitur verus; secus si præsumptione hominis probetur, licet sint, qui etiam volunt esse verum dolũ, si est probatum
17 præsumptionibus hominis. Vide, *Dolus quomodo, & qualiter probetur. Concl.574.n.11. & seq.* † Limita; quia dolus verus & expressus nunquam dicitur, quando prouenit solum à lata culpa, sed dicitur p̃sumptus, vel tacitus, licet soleat dici, q̃ lata culpa dolo æquiparatur; ideo officialis pro lata culpa nunquã condemnatur directe. l. Corn. sicut de dolo, ita pulchre Franc. Brun. *tract.de indic. & tort.in*
18 *2.parte, q.5.n.23. & seq.* † Si vero prouenit factũ à iure ambiguo, & non claro, ẽt in Doctore dicitur leuis, vel leuiss. culpa, quæ non habet dolum, neq; verum neq; præsumptum. Alex. *cons.19. circa 1.n.11.*
19 *ver.non.n.debet dici.lib.7.* † Limita; quia præsumptus dolus est, q̃n lex præsumit dolũ, vel ex probatione coniecturali præsumitur dolus. Paris. *d.consil.49.lib.1.* Menoch. *d.tract.de recup.remed.15.nu.135. &*
20 *seq. & n.179.* † Vide Alex. *cons.103.n.13.lib.1.* vbi, q̃ dolus verus dicitur, quando de eo cõstat ex indicijs manifestis, præsumptus vero quando indicia non sunt ita manifesta, ita q̃ non cõcludunt dolũ
21 necessario. † Scientia istius doli præsumitur, vt dicit Paris. *d.cons.*
22 *49.lib.1.* † Extende; quia vbicunq; quis scit, vel scire p̃sumitur se obligatum facere, & non facit, & sic negligit, dicitur in dolo p̃sumpto; si vero scit aliquid fieri non posse, vel scire præsumitur, & facit contrarium, dicitur in dolo vero faciendo. Alex. *d.cons.103. Vi-*
23 *detur, n.13.ver.nam differentia, lib.1.* † Extende, quia dolus in omittendo semper dicitur præsumptus; secus si sit in faciendo, & ideo crimen stellionatus non habet locum in dolo in omittendo. Boss.
in praxi crim.tit.de crim.stellion.in fi. & q̃ sit præsumptus, quando est in omittendo. Soc. *cons.159.n.8.lib.2.* Rol. à Valle *cons.49.n.55.lib.1.* Menoch. *de arbitr.lib.2.casu 209.n.39.* & iterum *de recup.remed.15. nu.135.*
Paris. *cons.49.n.35.lib.1.* Crau. *cons.817.n.10. & cons.917.num 3.* plene
24 Franc. Becc. *cons.106.n.35.ver.rursus.* Extende; † quia in dubio dolus præsumptus, & lata culpa, & leuis, & leuissima præsumitur, plura cumulat Crau. *cons.947.n.12. & seq.per tot.* vbi latissime. † Dif- 25
ferentia est inter dolum præsumptum & dolũ verum; quia aduersus præsumptum excusatur minor, & miles; secus, si dolus est verus. Alex. *d.cons.103.num.12. & 13.lib.1.* † Et remissus censetur ex lapsu 26
temporis quinq; annorum, quando minor factus est maior, & ideo male consuluisse Curt. Iun. *cons.50.n.6. & 7.* Ro. *cons.54.* Et alios asserit Menoch. *d.remed.15.n.175. & seq.* dum æquiuocarunt de dolo præsumpto ad effectum doli veri. prout detegit Paris. *d.cons.49.lib.*
1.per totum.

Dolus non præsumitur, & quando secus. Concl. 573.

REGVLAM † facias, quod in dubio non præsumitur dolus, 1
neq; malum, & facta, & verba, quæ possunt importare dolum & non dolum; item malum & bonum, semper interpretantur in bonam partem, ita Abb. *cons.68. Videtur primo, col.ver.tertio probo sic, lib.1.* † Et quod dolus non præsumatur, nisi probetur, tex. est *in l.* 2
quoties, §. qui dolo, ff. de probatio. l.dolum, C. de dolo. Bald. *consil.250. In quæstione, col.2.lib.1.* † Et doli causa præsumi non debet, quando nul- 3
la doli causa verisimiliter imaginari potest. Aret. *cons.65.n.3.* Corn. *cons.189.col.2. ad fi.lib.1.* † Et dolus non committitur sine animo lu- 4
crandi. Corn. *cons.63.col.3. vol.3.* † Et sine causa dolus non cõmit- 5
titur. Corn. *cons.217.col.3 lib.4.* Bald. *cons.250.lib.1.* † Vide tamen 6
c.2. renunciat. in 6. vbi dolus præsumitur, & probatur verisimilibus coniecturis. † Amplia, quia dolus non præsumitur in impubere; 7
quia non præsumitur doli capax, nisi probetur. Cald. *cons.157.* alias *2. de probat.* Vide, *Impubes non præsumitur doli capax. Concl.56.* † Amplia 8
quia licet minor asseruerit se maiorem cum iuramento, non tamen præsumitur dolose hoc dixisse. Ang. *consil.160. D. Catherinæ, n.5.ver.attendendum tamen est.* † Contrarium, quod mulier & minor 9
qui in contractu dixerunt interuenientes fore suos proximiores, qui non erant, versantur in dolo, & nõ possunt allegare, quod alij extarent proximiores, & propterea esse nullum contractum. Fulg.
consil.219. Visis binis proceßibus. n.3. in fi. & n.4. † Et probatio doli de- 10
bet esse clara, & nõ sufficit præsumptiua. Fulg. *cons.25.n.3. & seq.ver.*
an autem dolus. † Amplia; quia licet pater nõ possit legare filio spu- 11
rio; si tamen legat vxori, vel alteri capaci, licet ille capax donet, vel conferat filio spurio, non p̃sumitur ex tacito fideicommisso prohibito, n si probetur. Bal. *cons.91. Videtur, quod electio in pr.lib.1.* †. Am- 12
plia; quia dolus non præsumitur in iudice, sed debet probari, nec sufficit probatio præsumptiua; quia pro iudice præsumitur. Bald.
cons.178. Præsupposito statuto n.2.ver.soluto.lib.1. † Amplia; quia in du- 13
bio non præsumitur interposita persona ad decipiendum, neque dolus; ideo mulier licet præsumatur acquirere de pecunia mariti; tamen secus est, si frater mulieris pro ea acquirit; quia non præsumitur dolus. Fulg. *cons.198. col.fi.* vbi, q̃ ea interpretatio est sumenda, quæ excludit dolum. † Amplia, quia vbicunque quis intentat 14
dolum, adstringitur ad illũ probandum, alias debet succumbere. Bal. *cons.178.n.3.ver.illud non omitto, lib.1.* Abb. *cons.68. n.2. in fi.* vbi dicit hanc esse regulam iuris, q̃ dolus non præsumitur, *lib.1.* † Am- 15
plia; quia dolus non præsumitur in eo, qui facit id, q̃ ab alijs fieri consueuit. Crau. *cons.6.n.78.* † Et debitor fisci, vel priuati ex pluri- 16
bus annis, si soluat vltimam pagam tributi, vel gabellæ, aut debiti, non facta mentione de antiquiori, non præsumitur in dolo; quia hoc non est in iure prohibitũ, imo permissum. Abb. *cõs.68.n.3.col.2.*
in pr.lib.1. † Amplia; quia dolus & fraus non præsumitur in dubio; 17
ideo potius præsumitur donatio, & mandatũ, quam simulatio dolosa, nisi essemus in interdicto contractu à lege Bald. *cons.298. Hæc*
materia, n.6.ver.sequitur videre, lib.1. † Extende; quia in dubio actus, 18
qui potest esse licitus, & illicitus præsumitur licitus. Barto. Alex. & alii *in l.non solum, §. sed vt probari, ff. de nou.oper.nunc.* Alciat. *reg.3. præsumpt.1.* Bertaz. *consil.crim.54.n.5.lib.1.* maxime, quando sumus in ijs quæ non sunt de genere prohibitorum. Socin. *l.1. in pr. num.15. ff. de*
eo per quem factum erit. Marsil. *consil.61.n.28. & cons.96.num.8.* Bertaz.
consil.crim.385.n.10. & seq.lib.2. † Declara; quia dolus quandoque 19
in arbitrio iudicis residet, an scilicet quis ex dolo fecisse dicatur, vel ne, & attenditur fama bona, vel mala eius, qui dolum commisisse asseritur; item scientia, vel ignorantia; item qualitas delicti, & secundum ista iudex potest arbitrari. Bald. *consil.155. Reperitur in volumine, lib.3.* † Amplia in casu notabili; quia si concurrit præsum- 20
ptio pro dolo, & alia pro non dolo, semper attenditur præsumptio exclusiua doli. Roman. *consil.68. num.8. versic. cum enim duæ sunt,* vbi apostilla *in ver. attendimus,* dat concord. Vide plene Mascardum *Conclus.531. Dolus regulariter,* vbi latissime firmat hanc regulam, dolum non præsumi, & qui dolum allegat, debet probare, limitat centum, & decem nouem modis, quos videre poteris. Vide, *Bonus quilibet præsumitur, & quando secus. Conclus.123.*

Vide, *Præsumitur bonum in dubio, & actus ex legitima causa factus. Concluſ. 616. cum multis concluſ. ibi proxime ſequentib.* Vide, *Delictum non præſumitur, & quando ſecus. Concluſ. 165.* † Limita; quia vbicunque contractus, & alius actus celebratur contra legẽ, præſumitur ex dolo celebratus. Bald. *conſil. 311. In quæſtione Galuagni, in fin. num. 13. & 14. lib. 5.* † Extende, quando ſolemnitas ſtatuti in contractu minoris non eſt ſeruata; quia præſumitur dolus in contrahente cum minore. Roma. *conſil. 54. num. 5.* vbi apoſtilla. *in ver. inducit.* † Limita; quia dolus præſumitur in eo, qui facit illud, quod ſcit, vel ſcire debet ſe facere non debere. Dyn. *conſil. 24. Quæſtio talis eſt, quidam cœpit, num. 2. verſic. præterea in eo, qui facit.* † Limita; quia ſemper dolus præſumitur in eo, qui debito tempore non ſoluit tributum Principi, vel non oſtendit rem, ex qua gabella ſolui debet. Abb. *conſil. 68. Videtur prima, in princip. & in fin. lib. 1.* vbi, quod res confiſcatur, & pœna tranſit ad hæredes. † Limita; quia dolus & fraus præſumitur in eo, qui facit actum tempore ſuſpecto, prout quis prope mortem permutat beneficium, legitimat filium, emancipat, vel quid ſimile, plene Menoch. *conſil. 108. num. 15. & ſeq. lib. 2.* Crauett. *conſil. 82. quaſi per totum.* † Limita; quia is, qui in vtilitatem ſuam, & damnum alterius, aut verum tacet, aut falſum exprimit, præſumitur in dolo, & animo fraudandi. Abb. *conſil. 68. in princip. lib. 1.* Limita; † quia dolus & fraus conijcturis probatur. Corn. *conſil. 217. numer. 6. lib. 3.* & plene Roman. *conſil. 54. in fin.* vbi apoſtilla dat concord. *in ver. videatur.* Vide, *Fraus & dolus ex quibus probetur, vel præſumatur. Concluſ. 475.* † Limita; quia licet is, qui profitetur ſe teneri ad ſolutionem gabellæ, vel tributi, & non ſoluens non incidat in pœnam, neque doloſus dicatur; tamen ſecus eſt, ſi profitetur non teneri, & non ſoluat. Abb. *d. conſil. 68. in princip. lib. 1.* allegat gl. *in l. 1. C. de vectig. & commiſſ.* † Limita; quia delinquens, ſeu inferens alteri malum, vel damnum præſumitur ex dolo feciſſe, niſi contraria præſumptio inducat contrarium. Abb. *dict. conſil. 68. in princ. ver. & in maleficijs, lib. 1.* allegat, *c. 1. de præſumpt.* † Limita; quia ex læſione dolus arbitri præſumitur, quando excedit in quantitate enormi, vt quia pro maiori parte ſuſtulit creditum partis, vel in totum; quia abſoluit. Calder. *conſil. 112. in princip.* alias 3. *de arbit.* vbi, quod hæc præſumptio tranſfert onus probandi in aduerſarium, & quod intelligitur de dolo ex animo, non autem re ipſa, ſequitur Alexand. *conſil. 47. Circa primum. nu. 5. ver. quin imo, lib. 1.* Angel. Aret. *conſil. 2. num. 39. & ſeq. ver. quarto argumento.* † Imo dolus non præſumitur, niſi probetur, probatio autem fit, quando apparet, quod arbiter gratia, vel odio, aut per ſordes dedit laudum, ſeu per corrupte lam. Alexand. *d. conſil. 47. num. 5. lib. 1.* Vide, *Dolus ex propoſito, & re ipſa, quando dicatur. Concluſ. 571.* † Contrarium, quod imo dolus præſumatur ex enormi læſione. Bald. *conſil. 380. Præmitto, quod. lib. 1.* * vbi dicit * communem, & ſequitur hanc partem Anchar. in minore, qui iurauit; quia non obſtat iuramentum, ſi eſt enormiter læſus, *conſil. 330. num. 14. & ſeq.* Roman. *conſil. 68. Viſis mihi propoſitis, num. 3.* vbi apoſtilla *in ver. interueniſſe.* citat infinitos concord. † Extende igitur in contrarium, quod ex læſione arguatur dolus, etiam ſi interuenit iuramentum minoris aſſerentis calculatum per tutorem, & rationem redditam etiam cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis. Anch. *d. conſil. 330. num. 14. & ſeq. per totum.* Caſtrenſ. *conſil. 174. in princip. lib. 1.* † Extende multo magis ceſſante auctoritate curatoris, & decreto iudicis; quia ſi minor hæreditatem ceſſit confeſſato pretio, præſumitur dolus ex læſione. Anch. *conſil. 338. Viſa copia, per totum.* † Et procedit, quando immoderata quantitas damni eſt, & non conſtat de cauſa. Bald. *conſil. 187. In cauſa præſenti, circa princip. ver. & dicit* Bart. *lib. 2.* † Declara, vt procedat, quando conſtat de læſione enormi detecta, & probata; quia alias pro laudo, & illius iuſtitia in dubio præſumitur, & onus probandi iniquitatem incumbit agenti ad reſciſſionem. Cald. *conſil. 114.* alias 5. *de arbit.* quod eſt Petr. de Anch. † Intellige declarationem, niſi euidens læſio, vel iniuſtitia eſſet ex actis. Socin. *conſil. 283. Eleganter, & iuridice, num. 10. & ſeq. ver. præterea laudum, lib. 2.* † Limita; quia dolus præſumitur in eo, qui reliquit fratri conſanguineo magnum legatum, quando ſepeliri voluit in Eccleſia, in qua idem monachus eſt; ideo debetur quarta; quia ad fraudandam Eccleſiam parochialem præſumitur legaſſe. Gem. *conſil. 46. num. 10. verſ. Præterea tale legatum.* vbi, quod magna quantitas legati arguit fraudem. Extende; † quia dolus præſumitur ex compromiſſo, & laudo ſubſequuto inter patrem, & filiam, & inter eandem filiam, & matrem, & lata ſunt duo lauda, vnum contra patrem pro filia de ſumma ſcut. 2000. & aliud pro matre, contra filiam; quia præſumitur, quod per indirectum maritus vxori donare voluerit. Roma. *conſil. 68. in princ.* licet contrarium teneat ex alijs argumentis, & præcipue quia quando concurrit præſumptio pro dolo, & alia pro nõ dolo, ſemper abeſſe præſumitur dolus, vbi vide apoſtillam fin. † Limita inter contrahentes ſponſalia in gradu prohibito; quia præſumitur ſcientia, & dolus contrahentium. Bald. *conſil. 148. In caſu propoſita, in fi. num. 12. ver. Nunc venio, lib. 1.* Vide, *Clandeſtinitas ſapit dolum, & operatur multa. Concluſ. 285.* † Limita; quia dolus præſumitur in iudice, & arbitro, qui non vult admittere probationes partis Angel. Aret. *conſil. 2. num. 5. & ſeq.* † Limita in eo, qui alienauit omnia bona, licet diuerſis vicibus; quia ex coniunctione plurium alienationum præſumitur dolus, tam in vendente, quam in emente, in fraudem creditorum, maxime, quando concurrunt alia, vt quia non interuenit ſolutio pretij, ſed confeſſio; item, quando res fuit pro parte vendita, & pro parte donata, vel quid ſimile concurrit; quia arbitrarium eſt iudici; quia certa regula non habetur. Bal. *conſ. 149. Proponitur, quod ex cauſa, in princ. ver. ſolutio. lib. 1.* † Limita; quia allegans læſionem contractus emphyteutici, vel alterius naturæ poſtquam emptor, vel inueſtitus fecit multa melioramẽta, præſumitur ex dolo, vel calumnia, ex quo prius non propoſuit. Bart. *in l. 2. C. de locatio. prædio. ciuil. lib. 11.* Anch. *conſil. 122.* Caſt. *conſil. 387. in pr. lib. 2.* Vide, *Negligentia propria ſemper nocet, & quando ſecus. Concluſ. 36.* † Limita; quia mutuum receptum per patrem diuitem à tertio mutuante de pecunijs nominãdi, ſi nominet filium recipientis mutuum, præſumitur ſimulatum, & nullum. Bald. *conſil. 298. num. 8. ver. de materia ſimulationis, lib. 1.* † Limita; quia exequutores negligentes in exequenda voluntate defuncti præſumuntur ex dolo feciſſe, quando hæreditas deuoluebatur ob negligentiam ad conſanguineos exequutorum negligentium. Bart. *conſil. 137. Statuto Communis, in fi. n. 6. ver. ſuper quinto, lib. 1.* † Extende; quia quando quis explicat actum de ſe illicitum conſiſtentem in faciendo; quia tunc cenſetur eſſe in vero dolo, à quo non excuſatur ẽt miles, & minor. Alex. *conſ. 103. Videtur, num. 13. ver. & quando quis explicat, lib. 1.* † Limita; quia dolus præſumitur in eo, qui poſſeſſionem penes alium exiſtentem occupat, vel turbat. Bal. *conſ. 82. Viſis duobus, lib. 5.* & diſtingue, vt per eundem Bal. *conſil. 119. n. 3. lib. 2.* quia eſt de genere prohibitorum. Alex. *conſil. 36. in pr. lib. 1.* † Limita in eo, qui facit aliquid de genere prohibitorum; quia in dolo præſumitur. Alex. *conſil. 36. Viſis ijs, quæ, in pr. lib. 1.* & quod faciens aliquid de genere prohibitorum præſumatur in dolo. Alex. *conſil. 111. Conſideratis, in pr. lib. 1.* † Et ideo vſurarius præſumitur ex dolo vſuras exercuiſſe; quia eſt de genere prohibitorum. Alex. *conſ. 93. Repetitus, n. 6. ver. nec obſtat ſi diceretur, lib. 6.* Vide Soc. *reg. 19. Dolus præſumitur, quando aliquid prohibitũ committitur.* quod fallit, niſi veriſimilitudo ſit in contrarium, vt ibi. † Declara; quia ſi quando quis faciens actum prohibitum, vel falſum excuſatur à dolo, quando ignorat; ſecus ſi ſciat; quia ſemper, quod quis ſcienter facit actum prohibitum, præſumitur ex dolo facere. Alex. *d. conſ. 93. n. 6. lib. 6.* † Limita; quia dolus præſumitur in eo, qui actum niſi feſtinanter fecit contra pactum, licet feceri t idem, quod in pacto continetur, veluti ſi quis promittat centum, quatenus intra nouem annos poſſit vendere pro tanto pretio quendam agrum; quia ſi vendat intra annum non facta diligentia præſumitur dolus. Bald. *conſil. 219. Pontius Bertagna, per totum, lib. 3.* & ſic qui tenetur expectare, vel facere certam diligentiam, & non facit, præſumitur in dolo. † Limita; quia dolus præſumitur contra tacentem, quando id, quod tacetur, eſt ad vtilitatem tacentis & ſcientis contra alium. Craue. *conſil. 83. num. 3.* † Limita; quia dolus præſumitur in hærede differente adire, ſi ſibi appropriat fructus ante aditam hæreditatem, qui eſſent legatariorum. Roma. *conſil. 75. Circa id, de quo, in fin.* † Extende multis modis, quando creditor diſtulit petere viuente debitore. Vide ſupra, *n. 43.* † Limita; quia dolus præſumitur ex mendacio. Crau. *conſil. 282. n. 8.* Abb. *conſil. 109. num. 3. lib. 2.* Extende † idem, quando aliquid quis affirmat ad ſui fauorem, & non probatur verum Ruin. *conſil. 29. nu. 6. lib. 1.* † Limita; quia dolus præſumitur adhibitus contra minorem læſum in alienatione. Roma. *conſil. 54. num 4. & conſil. 68. Viſis mihi, num. 3.* vbi apoſtill. *in ver. interueniſſe.* † Extende in arbitro enormiter lædente. Rom. *d. conſil. 54. num. 4. in fin.* † Extende; quia dolus præſumitur contra mulierem deceptam in renunciatione. Caſt. *conſil. 412. num. 2. & per totum, lib. 1.* † Limita; quia dolus præſumptus præſumitur, non autem manifeſtus in eo, qui omittit id, ad quod tenetur. Alex. *conſil. 103. num. 13. lib. 1.* Natt. *conſil. 17. num. 3. lib. 1.* Ideo ſocius, qui tenuit librum, præſumitur doloſus in adminiſtratione. Ang. *conſil. 77. n. 6.* & qui nõ facit id, ad quod eſt obligatus, præſumitur doloſus. Crau. *conſil. 172. num. 5.* ſequitur Menoch. *conſil. 175. num. 10. vol. 2.* † Et idem Notarius, qui omittit certiorare mulierem de importantia cõtractus, & læſionis, etiam ſi fiat in teſtamento, dicitur in dolo. Caſt. *conſil. 412. Viſo facto, n. 2. ver. quantum ad ſecundum, lib. 1. per totum.* † Et iudex, qui non obuiat manifeſto delicto cum poſſit, & debet obuiare, præſumitur ſocius occultus delinquentis, *c. negligere, 2. q. 7. c. quantæ. de ſent. exc.* ideo punitur prout agens tanquam conſentiat.

Extende;

63 Extende; † quia etiam dolus arguitur ex eo, quod quis in suo officio, & exercitio omittit, quod alij faciunt. Crauet. *consil. 6. num. 78.*
64 Menoch. *consil. 121. num. 6. lib. 2.* † Limita; quia delinquens præsumitur in dolo, *l. si non conuitij, C. de iniur.* & homicidium committens præsumitur in dolo. Bartol. *consil. 42. Statuto ciuitatis, in princip. lib. 2.*
65 Restringe, † quando lex requirit dolum; quia tunc debet proba-
66 ri. Fel. *in c. quoniam contra, num. 11. de probat.* Marsil. *sing. 287.* † Restringe in homine simplici, rudi, vel rustico; quia non præsumitur in eo
67 dolus. Marsil. *d. sing. 287.* vbi dicit notabile. † Declara; quia delinquens probatur dolosus ex euidētia, prout in eo, qui cudit monetam; secus in eo, qui expendit; quia dolus debet probari. Decia.
68 *lib. 7. c. 26. num. 3. & seq. tract. crim.* † Limita in eo, qui informatus tacet id, quod est ad sui commodum, quo expresso nocuisset; quia
☞ dolo facere præsumitur. Crau. *consil. 83. nu. 3. & consil. 192. n. 14.* Vide,
69 *Taciturnitas quando arguat dolum. Concl. 6.* † Limita; quia dolus præsumitur contra gerentem actum in occulto. Roma. *consil. 54. num. 5. ver. tertio.* vbi plenissima apost. *in ver. in occulto*, citat infinitos concor.
70 E conuerso † dolus non præsumitur, sed error in eo, qui facit actū notorium, & in manifesto. Abb. *consil. 68. num. 4. ver. item ex alio, lib. 1.*
71 Limita † contra solitum dolose agere alios contractus. Roma. *d. consil. 54. numer. 6. ver. quarto*, vbi apostilla *in ver. assuescit.* vbi addu-
72 cit regulam, *semel malus.* † Limita; quia dolus præsumitur in delinquente, quando delictum erat consummatum contra prohibitionem legis, etiam si alteri dolus nondum nocuit, prout in eo, qui portauit falsam monetam in loco contra formam statuti; quia licet illam non expenderit, delictum dicitur consummatum, & dolus commissus. Bald. *consil. 155. per totum. lib. 3.* vbi tamen dat declaratio-
☞ nes aliquas. Vide plene, *Fraus non præsumitur, & quando. Concluſ. 476.* Vide, *Præsumitur malum in dubio multis casibus. Concluſ. 617.*

Dolus quomodo, & qualiter probetur. Concluſ. 574.

1 DOLVS † an sit adhibitus in re, vel negocio, coniecturis, & verisimilitudinibus probatur. Alexand. *consil. 143. Viso titulo, in fi. lib. 7.* Menoch. *de arbitr. casu 116. num. 25. & in tract. præsumptio. lib. 1. quæst. 58. num. 10. & lib. 5. præsumptio. 3. num. 42.* & iterum *de arbitr. casu 247.* Boss. *in prax. tit. de bono. publicat. num. 5.* Port. Imol. *cons. 69. num. 6.*
2 Olasoh. *decis. Pedemont. 41. num. 2.* Ceph. *consil. 287. num. 8.* † Et quod probetur præsumptionibus & coniecturis etiam ad reuocandum testamentum, eo quod testator fuerit prohibitus testari denuo.
3 Anchar. *consil. 337. num. 5. & seq.* † Et generaliter, quod dolus probetur coniecturis. Alexand. *consil. 42. lib. 6.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3.*
☞ *num. 9.* Vide plene, *Fraus & dolus ex quibus probetur. Concluſ. 475.* †
4 Ratio est; quia cum dolus consistat in animo, non potest probari, nisi per coniecturas, *c. 2. de renunciat. in 6.* ita Abb. *consil. 109. Circa factum,*
5 *num. 3. lib. 2.* vbi, quod vere non potest probari. † Et pro hac parte facit; quia ea, quæ consistunt in animo, non possunt probari, nisi
☞ per coniecturas. Vide, *Animus & intentio ex quibus probetur. Concl. 336.*
6 Vide, *Probatio per coniecturas. Concluſ. 795.* † Contrarium, quod probatio doli debeat esse clara, non præsumptiua, est tex. *in l. dolum, C. de dolo*, vbi Castr. dicit notandum. Fulgos. *consil. 25. num. 3. &*
7 *seq. ver. an autem dolus.* † Et semper est verum contrarium, quod probatio debet esse clara, quando à lege requiritur dolus pro im-
8 ponenda pœna capitali. Bursat. *consil. 152. num. 22. lib. 2.* † Et potest esse ratio; quia cum dolus non præsumatur, sicuti præsumptio tranfert onus probandi in alium, ita probatio contra præsumptionem iuris debet esse plenior. Crau. *cons. 198. num. 3.* & in simili Dec. *consil. 94. num. 4.* vbi quod is, qui reddidit semel rationem, non probatur dolum adhibuisse, nisi plene constet; quia præsumitur pro redditione, & ita Menoch. *de arbitr. casu 209. in fin.* vbi alios citat.
9 Declara; † quia vbicumque agitur de infringenda quietatione ei, qui ex dolo dicitur administrasse, & fuit liberatus; quia dolus non præsumitur, & præsumptio alia iuris concurrit pro bona administratione; quia est liberatus, debet plene probari dolus. Dec. *in l. 1. C. de errore calculi, nu. 7. &* 8. Menoch. *de arbitrar. casu 209. num.*
10 *40. & seq.* † Declara; quia vbicumque agitur de dolo contra tertium, qui non commisit dolum, semper debet probari dolus plene per veras, & concludentes probationes. Paris. *consil. 158. n. 29. lib. 4.* Tob. Non. *consil. 44. num. 30. & consil. 95. num. 14. ver. Nam quan-*
11 *do aliquis.* † Declara; quia dolus potest probari coniecturis iuris, & coniecturis hominis, vt per Menoch. *de præsumptio. lib. 1. quæst. 58. num. 20. & seq.* vbi plures citat; ideo quatenus præsumptiones iuris concurrant, dicitur plene probatus dolus verus; quatenus vero probetur ex coniecturis hominis, dolus dicitur præsumptus; ratio est; quia præsumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes, *l. licet Imperator*, & ibi Iaſ. post alios, *n. 13. ff. de leg. 1.* & quia dolus à iure præsumptus dicitur dolus verus. Menoch. *de præsump. lib. 5. præsump. 3. n. 6. & seq.* Ceph. *consil. 142. num. 33. & 34.* † Imo, quod dicatur dolus 12
verus, etiam si probetur præsumptionibus hominis, tenent plures, videlicet Castr. *in l. dolum. C. de dolo, num. 4.* Ioan. Sicard. *num. 5.* Paris. *consil. 49. num. 30. lib. 1.* Fanen. *de in lit. iuran. parte 2. c. 2. num. 8. ver. & ad hoc facit*, Surd. *decis. Mantuan. 216. n. 8.* Menoch. *de recup. amed. 15. n. 135.* Vide, & declara, vt per Mascard. *Concluſ. 530. Dolus*, vbi, quod vere probari non potest, quia consistit in animo, & propterea regula est, quod probatur coniecturis, præsumptionibus, & indicijs, ac leuio-
ri probatione. † Limita, quando agitur de pœna maxime cor- 13
porali; quia coniecturæ debent esse euidentes, & perspicuæ, videlicet tales, quæ non possint accipi, nisi in malam partem, vbi quod statur arbitrio iudicis, an sint tales; quia non potest dari certa regula. Vide, & declara, vt *in ver. Iniuriosa verba quando animo iniuriandi, vel*
☞ *non. Concl. 195.* Amplia; † quia dolus probatur ex læsione immo- 14
derata. Castr. *consil. 174. in princ. lib. 1.* Ant. de Butr. *consil. 24. n. 2. & seq.* Extende; † quia ea ipso, quod probatur violentia, probatur do- 15
lus. *l. 2. §. doli, ff. vi bon. rapt.* Alex. plene *consil. 103. Videtis, lib. 2. vers. hoc præsupposito. lib. 1.* † Ampla in casu conuerso; quia an absit, vel cesset 16
dolus, pariter probatur coniecturis & præsumptionibus. Alex. *d. consil. 143. Viso titulo in fin. lib. 6.* Vide, *Dolus non præsumitur, & quando*
☞ *secus. Concluſ. prox. præced.* Vide, *Probatio per coniecturas, quando, & in quibus sufficiat. Concluſ. 795.* Vide, *Probatio leuior admittitur in iis, quæ sunt difficilis probationis. Concluſ. 792.*

Dolus iudicis quo pacto probetur. Concluſio.

VIDE Mascard. *Concluſ. Dolus iudicis*, vbi quod probatur ex verbis iudicis, quod vult ferre sententiam odio, vel amicitia; item per euidentem iniustitiam; item ex capitali inimicitia iudicis; item si iuris ordine non seruato, & declarat non procedere, quando ex actis nouis, non autem ex antiquis iniustitia detegitur, vel superuenit ex post inimicitia. Vide, *Barattaria quid sit, & quomodo probetur. Concluſ. 26.* Vide, *Iudex de quibus syndicari debeat. Concluſ. 408.*

Dolus quando ex culpa inducatur, & in quo ab ea differat. Concluſ. 575.

LATA † culpa æquiparatur dolo. Vide. *Dolus, culpa, lata, leuis, &* 1
leuissima qualiter differunt. Concluſ. infra proxi. seq. Vide, *Dolus quan-*
☞ *do præsumptus dicatur, vel verus. Concluſ. 572.* vbi *num. 17.* quod dolus à culpa prouenies dicitur præsumptus, non verus. † Adde etiam 2
Alexan. *consil. 41. Viso puncto, num. 7. & 8. lib. 3. ver. vel saltem*, vbi, quod aliqua culpa appellatur magna, vt *l. magna. ff. de verb. signif.* & ista dolus est; alia culpa sine dictione magna, & ita potest dolo aliquando comparari; quia dolo proxima est, *l. si fideiussor*, §. *si fideiussor debitor, ver. hoc idem tractari, ff. mandati.* † Declara, seu restringe; quia æ- 3
quiparatur dolo præsumpto, vel dolo tacito, non autem æquiparatur dolo vero, & expresso, & hac de causa non potest imponi pœna directa l. Cornelia, pro lata culpa, quæ imponitur pro dolo officiali, & alijs, sed extraordinaria solum, ita declarat ex mente aliorum Franc. Brun. *tract. de indic. parte 2. quæst. 5. num. 23. & seq.* Flor. de sancta Petro *q. 2. dubit. vlt. col. 2. ver. vltimo etiam.* & ratio est; quia lex Cornelia requirit dolum verum. † Restringe, quando culpa 4
est in negligendo. Fulg. *consil. 25. Spectabilis miles, num. 3. ver. an autem dolus.* † Declara; quia veniunt damna & interesse etiam lucri cessantis, vt dicit Alexand. *consil. 41. Viso puncto, per tot.* maxime *num. 4. &* 5
nu. 7. & 8. lib. 3. † Restringe, quando lex, vel statutum imponendo 6
pœnam exigit expresse, vel tacite dolum, vel fraudem; quia semper requiritur verus dolus, & vera fraus, nec sufficit præsumptus, vel lata culpa, ita pulchre Abb. *consil. 68. Videtur primo, nu. 2. ver. sed iis*
non obstantibus, lib. 1. † Restringe; qui vbi requiritur dolus ex pro- 7
posito, non sufficit lata culpa. Alexand. *consil. 65. Habita super, num. 8.*
ver. nec sufficere videtur, lib. 1. † Restringe; quia vbi datur arbitrium 8
iudici, nunquam lata culpa æquiparatur dolo. Alexand. *d. consil. 65.*
num. 7. & 8. lib. 1. † Restringe in delictis, quæ non possunt com- 9
mitti sine dolo, vt in furto, falso, & similibus; quia lata culpa nunquam dolo æquiparatur. Alexand. *cons. 92. Perspectis iis, in fin. num. 14.*
ver. facit, quod not. Gloss. lib. 1. † Restringe; quia vbi agitur de impo- 10
nenda pœna, nunquam lata culpa æquiparatur dolo, nisi in casu speciali, de quo *in l. vnica. C. de priuat. carcer.* Angel. *consil. 288. Viso the-*
mate, in fin. ver. de quarto. † Et maxime, quando pœna est corpora- 11
lis; quia nunquam dolo æquiparatur, vt pœna directa imponatur, plene Franc. Brun. *tract. de indic. parte. 2. quæst. 5. numer. 23. & seq.* Restringe † in officiali; quia quando facit id, quod ad officium 12
suum pertinet, licet sit in lata culpa; tamen dolo vero non æquiparatur, neque post puniri pœna ordinaria. Francisc. Brun. *dict.*

tract.

tract. de indic. parte 2. quæst. 5. num. 23. & seq. vbi loquitur in officiali, qui reum torqueri fecit, & mortuus est, de quo articulo plenius *num. 27. & num. 28.* distinguit quatuor casus, quando teneatur iu-
13 dex, vel non de morte torti. Amplia; † quia multi sunt casus speciales, in quibus lata culpa æquiparatur dolo, etiam quoad pœnam corporalem; & primus est in custode carcerum; quia punitur corporaliter ex lata culpa, *l. pen. C. de custo. reorum*, vbi Doctor. Flor. *quæst. 2. in vltim. dubio, colum. fin. in princip. ver. & secundum hoc*, vbi, quod ratio est propter peritiam, quam profitetur patiendo se deputari
14 tanquam peritum ad custodiam. † Idem est in assessore propter eandem rationem. Flor. *dict. quæst. 2. dub. fin. colum. fin. ver. simile dici-*
15 *mus.* vbi casus sequentes etiam describit. † Idem est in casu *l. si*
16 *quis aliquid, §. abortionis, ff. de pœn.* † Idem est *in l. quoniam multa faci-*
17 *nora, C. ad l. Iul. de vi.* † Idem est in casu *l. omne delictum, §. exploratores, & §. qui in actu, & §. sed, & si caligatus, ff. de re milit.* † Idem est in casu *l. penult. ff. de incend. ruin. naufrag.* Vide Socin. *reg. 20. Dolus latæ culpæ æquiparatur*, vbi ponit regulam affirmatiuam, limitat duobus modis, vt non procedat in criminalibus, sed in ciuilibus, quando lex requirit dolum expressum.

Dolus, culpa lata, leuis, & leuissima, quid sint, qualiter differant, & obligent, vel non. Conclus. 576.

1 DOLVS est † deuiatio ex proposito ab eo, quod rectum est, & fieri debuisset; lata vero culpa est deuiatio ab eo, quod communiter homines eiusdem conditionis & professionis faciunt, videlicet, non vti ea diligentia, qua communiter vtuntur homines. Bartol. *in l. quod Nerua, ff. depos.* Salycet. *in l. Simulia, C. de pign.*
2 *actio.* † Vel dolus est machinatio ad alium iniuste decipiendum, fallendumq; adhibita, *l. 1. §. dolum, ff. de dolo.* Roman. *consil. 426. Ne-*
3 *gociorum, num. 2. ver. quod dolus est.* † Æquiparantur tamen dolus & lata culpa; quia licet lex loquatur de dolo, extenditur tamen ad
4 latam culpam. Bart. *in d. l. quod Nerua, ff. depos.* † Extende, vt procedat, etiam si lex, vel alia dispositio loquatur de dolo taxatiue; quia non excluditur lata culpa, *l. contractus, ff. de reg. iur.* vbi Deci. in
5 princ. gl. *in l. 3. §. interdum, ff. de neg. gest.* vbi Ang. † Restringe; quia lata culpa licet dolo æquiparetur; tamen quando cōsistit in negligendo, nunquam transit in dolum, si negligens non habuit vtilitatem si vero habuit vtilitatē ex tali negligentia; tunc transit lata culpa in dolum, qui de futuro remitti non potest. Fulg. *consil. 25. Spectabilis*
6 *miles, n. 3. ver. an autem dolus.* † Restringe multis modis supra *Concl.*
7 *proxi præced. num. 4. & multis sequentib.* † Imo negligens, puta non dans operam lucro in re, cuius habet curam, & administrationem, dicitur solum esse in culpa leui. Alexand. *consil. 47. Circa primum,*
8 *lib. 1. num. 6.* † Et propterea maritus, qui tenetur restituere fundum dotalem, si offerat illum restituere, & postea desinat colligere fructus, non tenetur ad aliquos fructus. Alexand. *d. consil. 47.*
9 *num. 6. lib. 1.* vbi quod liberatur etiam à leui culpa. † Restringe; quia culpa nunquam æquiparatur dolo in imponenda pœna.
10 Angel. *consil. 288. Viso themate in fin. ver. de quarto.* † Declara vno solo casu latam culpam æquiparari dolo etiam circa pœnam, videlicet in iudice, in casu speciali, de quo *in l. vnica. C. de priuat. carcer. & in l. fin. C. ad l. Iul. de vi.* Angel. *dict. consil. 288. numer. 11. in fin.* vbi dicit Bartol. in hoc male loquuntur fuisse Francisc. Brun. *tract. de indic. &*
11 *tortu. parte 2. quæst. 5. num. 28. & sequentib.* † Declara; quia dolus præsumptus, vel lata culpa cadit in eo, qui potest excusari, eo quia non habebat scientiam perfectam; at semper est dolus verus in Doctore, & professore; quia *turpe est Doctori, cū culpa redarguit ipsum*; plene Angel. de Aretio *consil. 2. circa fin. numer. 41. & seq. ver. & quod præsumatur fuisse in dolo.* Vide, *Turpe est Doctori ignorare, quod docet.*
12 *Conclus. 402.* † Lata culpa est deuiare in circumspecte ab ea diligenti, quam communiter habent homines, qui sunt eiusdem conditionis & professionis. cuius est actum gerens. Roman. *consil. 426.*
13 *Negociorum. num. 4.* † Et quod lata culpa sit deuiatio incircumspecta ab ea diligentia, quam adhibent homines communiter eiusdem professionis; leuis, quam adhibent homines diligentes; leuissima, quam adhibent homines diligentissimi, secundum
* communem, * de qua Abb. *consil. 82. Illud de iure, in fin. ver. circa se-*
14 *cundum. lib. 2.* † Et quando lata æquiparetur dolo, vel non, supra
15 proxime *numer. 3. & seq.* † Leuis culpa est deuiare in circumspecte ab ea diligentia, quam ipse deuians tunc temporis rebus proprijs adhibet. *l. hæredes. §. non tantum. ff. famil. herciſc.* & hoc siue agatur incidenter de leui, seu agatur ex conuentione, ita Roman. *d. consil.*
16 *426. num. 4. ver. leuis enim.* † Et ista lata culpa, seu leuis culpa cadit in eo, qui committit imprudenti, puta minori aliquam custodiam
17 quam debet alicui sanioris intellectus committere. † Restringe, vt non procedat in ijs, quæ sunt solita committi similibus personis de consuetudine; ideo committens puero custodiam ouium, vel caprarum, non dicitur in culpa; quia hoc seruatur de consuetudine. Bal. *consil. 441. Quidam magister, circa fi. ver. item nec appositio. lib. 1.*
Idem † est in magistro Grammaticæ, qui committit iuueni gu- 18
bernium scholæ; quia non obligatur ad incendium scholæ, dum ipse aberat; quia similia consueuerunt iuuenibus committi. Bald. *d. consil. 441. per tot. lib. 1.* † Leuissima culpa est deuiatio incircum- 19
specta ab ea diligentia, quam habent homines diligentissimi eiusdem conditionis & professionis. Bart. *in l. quod Nerua. numer. 27. ver. septimo. ff. depos.* † Et quis teneatur de leuissima, vel non, infra pro- 20
xime. † Regulam facias; quia leuissima culpa semper venit, 21
quando sumus in faciendo, & nunquam venit, quando sumus in omittendo, vel negligendo. Bald. *consil. 132. lib. 4.* Vide, *Delictum in omittendo leuius, quam in committendo. Concl. 177.* † Restringe in tu- 22
tore; quia tenetur in negligendo de leuissima culpa. Socin. *consil. 2. Sequendo. num. 12. lib. 1.* † De leuissima tenetur tutor, & hæres eius, 23
si lis fuit contestata cum tutore, alias non tenetur hæres. Castrens. *consil. 393. Pro euidentia. colum. fin. ver. ad quartum. lib. 2.* Rom. *consil. 413. Quoad primum, col. 1. in fin. vers. sexto.* Vide plenius, *Culpa multiplex, lata, leuis, & leuissima. Conclus. 1092.*

Dolus, lata, leuis, & leuissima culpa quando obligent. Conclus. 577.

OBLIGATVS † ex contractu celebrato gratia vtriusque, vt 1
est locatio & conductio, tenetur de dolo, lata, & leui culpa. Oldr. *consil. 221. in princ. ver. sed cum contractus.* idem in societate. Alex. *consil. 47. Circa primum, in princip.* non ex leuissima. † Extende; quia 2
ideo cōductor tenetur locatori de dolo, lata, & leui culpa. *in l. in iudicio. C. locati.* † Extende in colono partiario. Vide, *Conductor ad* 3
quæ teneatur locatori, vel non. Conclus. 606. Amplia; † quia tutor te-
netur de dolo, lata culpa & leui. Alexand. *consil. 45. Habita super ijs.* 4
num. 1. lib. 1. imo etiam de leuissima. Castr. *consil. 393. Pro euidentia, ver. ad quartum. lib. 2.* Vide, *Tutor quando de dolo conueniri possit. Conclus. 439.*
Contrarium, † quod teneatur etiam de leuissima. Roman. *consil.* 5
413. *Quoad primum. col. 1. in fin. ver. sexto.* vbi, quod hæres tutoris tenetur etiam de leuissima, quando lis cum tutore fuit contestata. Soc. *consil. 2. num. 12. lib. 4.* † Declara, imo, quod solum de dolo, & lata, 6
& leui teneatur, exceptis duobus casibus, in quibus neque de leui teneatur, & quod neque leuis transit ad hæredes. Rom. *dict. consil.* 7
413. *num. 12. & 13.* † Amplia; quia socius tenetur de dolo, lata, & leui culpa. Alexand. *d. consil. 47. Circa primum lib. 1. in princip. & consil. 133. Veno ad primum, in fi. lib. 2.* † Amplia, quia quod dicitur, quem 8
ex contractu gratia vtriusque teneri de dolo, lata, & leui, non de leuissima culpa, procedit etiam in Iudæo, seu Iudæis; quia subijciuntur iuri Romano. Abb. plene *consil. 82. Illud de iure, in princip. &*
per tot. lib. 2. † Ideo Iudæus pro pignore perdito, vel deteriorato 9
tenetur solum de dolo, lata, & leui culpa, non de leuissima, ratio est; quia leuissima nunquam venit, nisi quando delictum prouenit in faciendo, secus si in omittendo, supra *Conclus. præced. num. 21.*
Amplia † in omni contractu, vel iudicio bonæ fidei; quia tenen- 10
tur de dolo, lata, & leui culpa. *l. si vt certo. §. nunc videndum. ver. sed vbi. ff. commod.* Alexand. *consil. 129. Puto de iure. lib. 2.* † Amplia; quia cre- 11
ditor detinens loco pignoris bona debitoris ex conuentione, tenetur de dolo, lata, & leui culpa. *§. creditor quoque, Instit. quibus mod. re contrah. oblig. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. sicut*, vbi gloss. Bald. *Cod. de pignor. & l. si cum venderet. §. fi.* & ibi gloss. *ff. de pignor. actio.*
Restringe † in creditore, qui adeptus est tenutam bonorum sui 12
debitoris authore Prætore; quia non tenetur, nisi de dolo, & lata culpa, *l. prætor ait. §. est præterea. ff. de bon. auth. iudi. possid.* gloss. Bartol. & alij *in l. 1. ff. de pign.* Dec. *in l. contractus*, vbi Cagno. *ff. de reg. iur.* & licet dicta iura loquantur de dolo; tamen procedunt etiam in lata culpa, etiam si taxatiue de dolo loquantur. Dec. *d. l. contractus, in princ.*
Amplia † in mandatario, quia licet solum teneatur de dolo, & 13
lata culpa, quando gratis suscipit mandatum; tamen quando recipit mercedem, vel suscipit mandatum in ijs, quæ exactam diligentiam requirunt, tenetur de leui, & in ijs, quæ requirunt exactissimam diligentiam, tenetur de leuissima. Alexand. *consil. 41. num. 6.*
ver. & ille, qui suscipit. lib. 3. Vide, *Mandatum in quibus obliget mandantem, mandatarium, vel vtrunque. Conclus. 57.* † Amplia; quia maritus 14
in re dotali tenetur custodiam, & diligentiam adhibere etiam soluto matrimonio; ideo tenetur de dolo, lata, & leui culpa. Alexan.
consil. 47. num. 6. lib. 1. † Amplia; quia negociorum gestor tenetur 15
de dolo, lata, & leui culpa. Rom. *d. consil. 413. nu. 9. ver. licet enim*, vbi *num. 10.* dicit, quod fallit in negociorum gestore pro pupillo; quia tenetur etiam de casu fortuito, & sic de leuissima. † Et omnis ad- 16
ministrator voluntarius, qui non compellitur, prout negociorum

gestor

gestor, & similes, tenentur de lata, & leui, & hæredes eiusdem.
17 Castr. *d. consil. 393. col. fi. ver. ad quarum. lib. 2.* † Limita in contractu depositi; quia depositarius solum tenetur de dolo, & lata culpa, Old. *d. consil. 221. in princip. ver. verum, quia.* & potest esse ratio; quia tenetur tantum de dolo, & lata culpa; quia gratia deponentis solius
18 videtur factum depositum. † Imo Zab. *consil. 115. n. 2.* videtur tenere, quod de dolo tantum teneatur, non de culpa, vbi, quod si dolus non probatur, non est locus iuramento in litem, neque in
19 supplementum. † Limita in contractu facto gratia commodatarij tantum, vt in commodato; quia ipse commodatarius tenetur ex dolo, ex lata, ex leui, & ex leuissima culpa, *ff. de reg. iur. l. contractus.*
20 Oldr. *consil. 221. in princ. ver. verum.* † Sic etiam procurator, mandatarius, & exequutor tenentur nedum de dolo, culpa, etiam leui,
21 sed de leuissima. Alex. *consil. 47. in princip. vers. post mortem. lib. 1.* † Et quod imo omnis, qui susscepit officium alicuius administrationis requirentis exactissimam diligentiam, teneatur etiam de leuissima culpa. Alex. *consil. 41. num. 6. ver. & ille, qui susscipit. lib. 3.*

Dolus & culpa communis, quæ attendi debeat, & quis probare tenetur. Concluſ. 578.

1 DOLVS. † vel culpa si committitur à duobus, quis teneatur, an scilicet ambo, vel vnus tantum, vide Christophorum Castillioneum *consil. 1. per tot.* vbi, quod si debitor est in mora soluendi, & contingat casus fortuitus in re debita, ipse tenetur; si vero casus fortuitus contingat culpa creditoris, vt quia inimici creditoris interficiunt seruum debitũ, vel tyrannus exigit à debitore in odium creditoris, illud est periculo creditoris, non debitoris; quia culpa
☞ præponderat moræ. Vide, *Dolus præponderat culpæ, & qualiter intelligatur. Concluſ. 579.* † Extende, quia si ioculator dolo interficiat seruum, etiam, quod seruus det causam interfectioni, tenetur ex dolo ioculator; quia præponderat culpæ serui. Christophorus Castillio-
☞ neus *d. consil. 1. n. 7. ver. non obstat.* Vide plene, *Compensatio in quibus fiat, & in quibus non. Concluſ. 489.* Vide, *Mora non contrahitur ab obligato sub*
3 *conditione. Concluſ. 375.* † Probatio cui incumbat, si res est deteriorata, vel amissa, an asserenti, qui habebat eam penes se alleganti casum, vel leuissimam, an potius neganti, vide pulchre Abb. *d. cons. 82. Illud de iure. n. 2. vers. circa primum. lib. 2.* vbi, quod illi, qui asserit rẽ perditam casu, vel alias, semper incumbit onus probandi secun-
4 *dum * communem, licet adsint controuersiæ. † An vero cum culpa, vel sine culpa facta sit perditio, distinguitur; quia in ijs, quæ solent cum culpa euenire, prout incendium, furtum, & similia; & in istis debet probare, quod facta est perditio sine culpa; in ijs vero quæ separantur à culpa, prout incursus hostium, sufficit probare incursum hostium; quia sine culpa præsumitur. Abb. d. consil. 82. n. 2.*
5 *ver. circa primum. lib. 2.* † Qualiter autem probetur casus, & distinguitur; quia casus manifesti, vt incendium, vis hostium, & similes probantur manifeste; clandestini vero, prout furtum, probantur per coniecturas; vt quia ostium reperitur ruptum, famulus au-
6 fugit, & similia. Abb. *d consil. 82. nu. 2. ver. qualiter autem, lib. 2.* † Et eadem distinctio adhibenda est in deterioratione rei Abb. *d. consil.*
7 *82. col. 1. in fi. lib. 2.* † Vnus tamẽ modus probandi deteriorationem ponitur per Abb. *d. consil. 82. col. 2. vers. ad prædicta addo. lib. 2.* quia sunt aliquæ res, quæ etiam adhibita omni diligentia temporis solo cursu consumuntur, & deteriorantur, & sufficit probare, quod tanto
☞ tempore corrumpuntur. Vide plene, *Culpam allegans probare quando debeat, vel non. Concluſ. 1093.*

Dolus præponderat culpæ, & qualiter intelligatur. Concluſio 579.

1 DOLVS † præponderat culpæ, *l. item si obstetrix. §. fi. ff. ad l. Aquil.*
2 Declara; † quia procedit in ciuilibus; secus in criminalibus quia dolus vnius non tollit dolum, vel culpam alterius. Alex. *cons.*
3 *77. Visis. num. 12. ver. non obstat. lib. 3.* † Restringe; quia dolus & culpa vnius circa vnum factum, nunquam tollit, vel præponderat dolum, vel factum alterius circa diuersum factum. Alex. *consil. 77.*
☞ *num. 13. ver. secundo respondeo. lib. 3.* Vide, *Dolus & culpa communis quæ attendi debeat. Concluſ. prox. præced.*

Dolus operatur multa contra adhibentem dolum. Concluſ. 580.

1 DOLVS † adhibitus per eum, qui non seruat pactum nudum, & allegat liberationem sibi factam, ipso iure eum liberare, & ex pacto nudo non dari actionem, operatur, quod ex primo contractu potest creditor agere, & si excipiatur deliberatione ipso iure, potest replicari de dolo, ob non seruatum pactum nudum. Bald. *consil. 199. Petrus tenebatur, circa med. ver. si autem confessio, lib. 1.* est tex. *in l. tres fratres, ff. de pact.* vbi Ang. *in princip.* † Amplia in 2
in actu missionis ex primo decreto in contumaciam obtentæ ab eo, qui sciebat posse exceptione repelli; quia dicitur in dolo, & non valet talis missio, quæ cessante dolo valeret. Roma. *consil. 454.*
num. 9. vbi apostill. & Ruin. *consil. 160. num. 26. & 27. lib. 2.* † Am- 3
plia idem in eo, qui habet priorem hypothecam ex dolo; vt quia emit in fraudem; quia quatenus excipit de prioritate, potest sibi replicari de dolo. Bald. *consil. 149. Proponitur, quod ex causa, in princip. ver. solutio. lib. 1.* † Amplia; quia desinens possidere ex dolo habe- 4
tur pro possessore in sui odium. Castr. *consil. 52. num. 3. lib. 2.* † Am- 5
plia quia offerens se liti tanquam possessor rei, cum non sit, non præiudicat alijs possidentibus in communione; quia dolus vnius alijs non debet nocere, sed ipsi, vt contra eum agi possit ad damna & interesse. Alexand. *consil. 98. Super eo, de quo, num. 3. ver. nec curandum. lib. 7.* vbi apostilla *in ver. quod non limitat.* † Amplia; quia pro- 6
curator generaliter liberatus de administratis & administrandis, si dolum adhibet, non potest allegare liberationem, vt comprehendat dolum. Bald. *consil. 186. Ad euidentiam, per totum. lib. 2.* † Exten- 7
de, quia minor libertans suum tutorem, vel curatorem ab administratione generaliter, non liberat eum ab alienatione bonorum immobilium facta ipso minore inscio; quia dolus non venit in genere, nisi expresse dicatur. Bart. *cons. 162. In quæstione, circa fi. lib. 1.* vbi neque iuramentum ad illud extenditur, & ibi apostilla dat conc.
in ver. quæ facta sunt. † Extende, vt idem sit in tutore & curatore, 8
quem pater liberauit à confectione inuentarij, & à redditione administrationis; quia dolosam administrationem non continet, nisi sit dictum. Ang. *cons. 174. Gilius Iugonis, & cons. seq.* vbi declarat. Vide, ☞
Tutor quando de dolo conueniri possit. Concluſ. 439. cum Concluſ. ibi proxime seqq. † Amplia; quia si dominus tenetur conditionaliter, quate- 9
nus contraueniat, ad certam pœnam, si procurator contrauenit, non tenetur dominus, sed procurator; quia delictum debet nocere delinquenti. Ang. *consil. 329. Testator transegit, post med. vers. pro hoc adduco.* † Amplia; quia dolus & delictum non debet prodesse 10
dolo, & delinquenti. Castr. *consil. 52. num. 3. lib. 2. ver. concludo ergo.* Et
nemo † ex dolo suo, vel delicto debet commodum, vel lucrum 11
reportare. Ang. Aret. *consil. 4. Quoad primum, num. 30. ver. alias autem.*
Amplia † in hærede cum beneficio legis, & inuentarij; quia licet 12
non teneatur de suo vltra vires hæreditarias; tamen si committat dolum, vel delinquendo faciat hæreditatem deteriorem, tenetur de suo vltra vires pro quantitate. Ang. *d. consil. 329. per totum*, vbi est
casus. † Extende in socijs; quia licet damnum & lucrum sit com- 13
mune, si tamen damnum prouenit dolo, & culpa vnius ex socijs, ipse solus reficit damnum. Angel. *d. consil. 329. circa fi. ver. pro hoc.* Extende † in colono; quia licet si ex impetu hostium amittat fru- 14
ctus, consequatur remissionem mercedis; tamen secus est, si adhibuit dolum, vel delictum. Ang. *d. consil. 329. in fi. ver. sic videbimus.* Extende † in marito, qui non potest conueniri, nisi in quantum fa- 15
cere potest; quia si ex dolo bona vxoris in perniciem transmisit, exigitur in solidum. Ang. *d. consil. 329. in fin. ver. item in marito.* † Am- 16
plia; quia dolus & fraus ita excludunt adhibentem dolum, vt ex eo non reportet commodum, vt nulla dispositio legis, vel statuti comprehendat casum doli, & fraudis, & quatenus comprehenderet, non valeret. Alexand. plenissime *consil. 139. Viso puncto, num. 4. & seq. ver. sed istis non obstan. lib. 7.* vbi ponit infinitos casus similes, vbi
num. 6. extendit etiam ad dolum eius, pro quo latum fuit laudum. Extende, † etiam si fuit iuratum non petere reductionem; quia 17
non comprehendit, quando latum esset ex dolo, vel propter dolum arbitri. Alexand. *d. consil. 139. num. 4. ver. adducit etiam pro hoc, lib. 7.* vbi apostil. *in ver. dolo*, dat concord. † Extende; quia ex læsione e- 18
normi semper est locus reductioni, non obstante statuto, & iuramento; quia enormis læsio dicitur excepta, & in dispositione generali non continetur. Alex. *d. consil. 139. n. 4. ver. idem voluit ipsemet Rom. lib. 7.* † Amplia in laudo arbitri, vel arbitratoris; quia licet partes 19
promiserint non reclamare, non appellare, non petere reductionem, & iurauerint, imo ex tunc approbauerint dictum laudum, postquam datum fuisset; tamen non continetur dolus arbitri; quia si ex dolo fuit latum, potest peti reductio. Ang. *consil. 172. Ludouicus ex vna.* Vide, *Reductio Laudi ad arbitrium boni viri semper datur, quando extat enormis læsio. Concluſ. 74.* † Amplia in eo, qui vocatur ex fidei- 20
commisso mortuo grauato; quia si dolum adhibuit, vt moreretur grauatus; quia illum interfici curauit, priuatur substitutione, nec potest iuuari ex tali fideicommisso. Bald. *consil. 163. Super eo, quod, numer. 5. verficul. item quæritur, lib. 4.* Vide, *Dolus, fraus, & culpa non debet patrocinari doloso. Conclusione proxima sequente.* † Amplia; 21
quia

quia is, qui habet liberam & absolutam facultatem contrahendi, non potest contrahere cum dolo; quia omnis facultas libera censetur quoad regulas iuris ciuilis, nō quoad regulas iuris gentium, vel naturalis, seu vbi naturalis æquitas suadet. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur, num. 6. ver. sed si hæc facultas.* & ibi apost.
22 *in ver. absit.* † Amplia multis casibus, in quibus inducens aliquem suasionibus, quibus decipitur, perdit beneficium sibi competens,
23 multa exempla ponit Crau. *consil. 192. num. 12. & seq. lib. 1.* † Imo suadens aliquid alteri tenetur ad interesse si lædatur ex actu facto persuasionibus alterius. Rim. Iun. *consil. 184. numer. 11. & seq. lib. 2. & consil. 228. num. 35. eod. lib. 2.* plene Tiraq. *de vtroque retract. lignag. ad fin.*
24 *tit. num. 50.* vbi multa congerit. † Extende in eo, qui inebriauit aliquem, vt contraheret cum illo; quia contractus non valet; quia
25 ex dolo præsumitur celebratus Dec. *consil. 112. in princip.* † Extende, in eo, qui fuit datus curator furioso, vel mēte capto, & sibi postea fecit donari ab eodem tanquam sanæ mentis; quia non auditur, quasi ex dolo fecerit, ita Bertran. *consil. 48. num. 26. ver. sed quis pro Deo, lib. 1. part. 2.* ita Rota *in antiq. decis. 8. de testa.* quæ dicit talē curatorem non debere audiri, ex quo procurauit se dari in curatorem; quia
26 dolosus est, & mendax. † Extende, quando quis est iniuste carceratus; quia non valet contractus cum eo, qui carcerari fecit, vel cum eo, qui iniuste detinet in carcere, neq; si eximatur à carcere,
☞ dum contrahit; quia præsumitur ex metu, vel dolo inductus. Vide,
27 *Carceratus quando possit contrahere, vel non. Conclus. 89.* † Extende in eo qui mente debilis est; quia si facit testamentum, vel alium contractum ad interrogationem alterius, vel aliam persuasionem, maxime ad fauorem gubernantis eum, præsumitur facere, vt complaceat, & ne opportunis indigentijs careat; ideo suspicione non ca-
28 ret. Corn. *consil. 319. num. 13. & seq. lib. 1.* † Extende in filia minore, quæ suasionibus matris curatricis pro modica dote renūciauit bonis paternis; quia non valet, ex quo inest dolus. Castr. *cons. 386. Siue*
29 *dicamus, col. 2. ver. item propter aliud, lib. 1.* † Amplia in causa procurata; quia affectans causam, quæ præbet beneficium, perdit beneficium resultans ex tali causa procurata. Io. de Imo. *consil. 78. Visis ac*
☞ *ponderatis per tot.* Vide, *Affectatio operatur multa, vt affectans perdat pri-*
30 *uilegium. Concl. 237.* † Extende, quia licet is, qui non possidet, non possit compelli realiter; tamen si dolose desijt possidere, habetur pro possessore, & potest conueniri, & condemnari, ac si possideret,
31 *l. qui dolo. ff. de reg. iur. c. pro possessore, eod. tit. de reg. iur.* † Extende; quia actus nullus, licet nullum habeat effectum; tamen intelligitur ad fauorem facientis actum nullum, sed contra eum bene valet. Iaso. *in d. §. præterea, Institut. quib. mod. ius patr. pot. soluitur, in prima addit. incip.*
☞ *circa hunc §.* Vide, *Turpitudinem vel dolum suum allegans non auditur, &*
32 *quando secus. Conclus. 404.* † Amplia; quia præsens & tacens per dolum, habetur pro consentiente. Ias. *in addit. ad Port. Instit. quib. mod.*
33 *ius patr. pot. soluitur, §. præterea, num. 7. ver. & vnum nota.* † Amplia; quia prohibitus alienare, licet non prohibeatur locare ad modicum tempus; tamen fallit, quando per dolum alienaret, puta in potentem, & personam, quæ esset difficilis ad conueniendum,
34 Abb. *in c. Ecclesia, il primo, num. 9. vt lite pend.* † Amplia; quia licet obligatus de euictione non teneatur ad damna & interesse, quæ excedant duplum conuentum; tamen secus est, si adest dolus ob-
35 ligati. Bero. *consil. 193. num. 5. & 29. lib. 1.* † Extende; quia licet non teneatur regulariter venditor de euictione, vltra interesse intrinsecum; tamen fallit, quando est in dolo; quia obligatur etiam ad extrinsecum, & dicitur intrinsecum, quod est intra rem. Bero. *dict.*
36 *consil. 193. num. 29. lib. 1.* † Amplia in muliere, & minore; quia si prohibentur alienare sine certa solemnitate, si adhibent dolum in alienatione contra solemnitatem, non possunt iuuari beneficio nullitatis. Fulgos. *consil. 219. Visis binis, num. 4.* concord. Angel. *consil. 160. Domina Catharina, num. 5.* plene Anchar. *consil. 226. Legitur in canone, num. 4. & seq.* vbi minor, qui dixit cum iuramento se maiorem,
37 non auditur; quia ex dolo præsumitur. † Amplia, etiam si dolus sit in tacendo; quia adhuc subuenitur contrahenti. Crauett. *consil. 192 numer. 14. ver. quinimo. l. si mulier interrogata. ff. ad Velleia. cum ibi not.*
38 Amplia † in muliere, minore, & alijs falso asserentibus ad decipiendum; quia illis non succurritur. Crauet. *d. consil. 192. numer. 13.* & præsumuntur in dubio falsum dicendo velle decipere. Anchar.
39 *consil. 226. num. 4. & seq. l. fœminis, C. ad Velleian.* † Extende multo magis, quando pluries minor dixit se maiorem. Anch. *d. consil. 226.*
40 *num. 4. ver. & maxime, quia bis.* † Declara; quia si sine iuramento falso dixit se maiorem, non auditur volens probare contrarium, nisi per instrumenta propter dolum; si vero cum iuramento, nullo modo auditur. Anchar. *d. consil. 226. in princip. & per totum*, maxi-
41 me *num. 4.* † Amplia in tutore, qui facit se liberari à minore; quia licet eum authoritate curatoris, & decreto iudicis liberetur; tamen non iuuatur, si minor est deceptus dolo ex proposito, vel re ipsa. Anch. *consil. 330. Visis factis narratione, in princip.* † Extende, vt 42
procedat etiam in fideiussione præstita separatim, quod minor non contraueniet liberationi; quia licet in fideiussione non interuenerit dolus, & sit obligatio separata, & vt principalis; tamen ex quo tendit ad validandam liberationem, in quo dolus interuenit, nec ipsa valet Anch. *consil. 330. numer. 15. & seq.* † Extende; quia ex 43
dolo commisso per tutorem, inducitur priuatio legati facti tutori, tanquam sit demeritus. Io. de Anan. *consil. 80. post med. ver. circa vero aliud.* † Amplia, quia licet creditor vendens rem iure creditoris 44
nō teneatur de euictione; tamen fallit, quando sciebat rem alienā & adhibuit fraudem; quia obligatur, sicut ex pacto, *l. 2. C. credit. euicto. pignor. non deb.* vbi Bald. dicit, quod idem operatur fraus, quod pactum ad obligandum dolosum. † Amplia; quia socius, vel ne- 45
gociorum gestor, qui vtilitatem fecit pupillo, vel socio ex sua gestione, si etiam fecit damnum ex culpa, vel dolo, tenetur soluere vtilitatem, & sibi soli imputatur damnum, quando ex dolo & culpa id processit, in tantum, quod non admittitur compensatio lucri cum damno, licet vtrumque ab eodem prouenerit. Rom. *consil.*
414. *Quoad primum, in fin. num. 7. & 8. ver. quoad vltimum.* † Amplia; 46
quia exceptio doli nedum habet locum contra adhibentem dolum, sed etiam contra habentem causam ab eo, qui non participauit de dolo, etiam si per mille manus ambulasset, quia nedum datur in personam, sed etiam in rem Anch. *d. consil. 330. nu. 18. & seq.*
Amplia, † quia doli particeps tenetur de dolo alieno. Sign. *consil.* 47
137. *col. 2. ver. præterea licet.* † Amplia, quia conuentus reus ad re- 48
stituendā rem, quam indebite detinet si ex dolo suo desinat posse rem restituere, compellitur propter dolum, ac si rem restituere posset. Alex. *consil. 12. Attentis narratis, in princ. lib. 7.* † Amplia; quia 49
imo etiam is, qui non participauit de dolo alieno; tamen in subsidium tenetur, si commodum sentit de dolo ab alio commisso, & contra eum in subsidium potest agi. Sign. *d. consil. 137. Creditor habens col. 2. ver. præterea licet.* † Amplia; quia is, qui scit sibi obstare excep- 50
tionem, quæ repellit eum in toto, vel in parte, petit immitti in possessionem ex primo decreto contra contumacem, licet missio sit legitima; quia est contra contumacem; quia tamen ex dolo est petita, in totum nulla, & reuocanda est; quia quatenus missus excipit de contumacia, replicari potest de dolo. Rom. *consil. 454. In re præsenti, num. 9. & seq. ver. tertio principaliter.* † Amplia; quia is, qui 51
participauit de dolo, neq; auditur, vt reportet commodum. Vide ☞
Conclusionem proximam seq. † Extende; quia auia, quæ indu- 52
xit matrem ad secundum matrimonium, sub mendacio, quod ipsa auia non perijsset tutelam, si petat, reijci debet tanquam dolosa. Io. de Imol. *consil. 78. Visis, ac ponderatis, per totum.* † Amplia; quia 53
exequutores dati ad vendendum bona, & pretium, quod superest deducto ære alieno consignandum fratribus testatoris, si ex dolo, vel fraude minori pretio alienent, licet contra emptores nō possit agi, nisi discussis exequutoribus; tamen contra exequutores datur actio ex dolo & lata culpa ad verum pretium. Bart. *consil. 19. Viso te-*
stamento, lib. 3. vbi apost. ill. *in ver. tenentur.* † Item pro rebus non- 54
dum venditis datur remedium, vt illi, quibus pretium debetur, possint afferre, & protestentur, & offerant cum fideiussoribus, & iudex Ecclesiasticus potest inhibere, ne fiat venditio sine assistentia ejus, cui debetur pretium. Bart. *d. consil. 19. num. 2. vsque in fin. lib. 1.*
Amplia; † quia si quis habet quantumcunque liberum & abso- 55
lutū arbitrium aliquid faciendi, semper id intelligitur, dummodo bona fide faciat. Bart. *in l. alio, num. 13. ff. de alim. & cib. legat.* & ideo si facit, quod non debet, & contra bonam fidem, dicitur esse in dolo & potest reuocari gestum ita ex abrupto ex dolo, veluti si rem magni pretij exequutor, vel tutor pro paruo pretio alienauit, vt ibi dicitur *n. 14.* Alex. *consil. 74. n. 3. lib. 7.* † Extende; quia tutor vendens 56
rē minoris sine causa dicitur in dolo, etiam si habeat facultatē absolutam; quia qui bona fide non facit, dicitur dolosus, & tenetur de dolo, nec excusatur prætextu liberæ facultatis. Alex. *d. consil. 74.*
n. 3. lib. 7. Ang. *consil. 175. circa fin.* vbi dat alia exempla. † Et dolus 57
nunquam venit in quacunque lata licentia faciendi, alienandi; quia imo latissimum arbitrum nunquam dolum includit. Alexan.
consil. 58. Habita, num. 11. ver. quantum vero ad vltimum, lib. 3. † Declara; 58
quia excusatur tutor, si ex causa vendidit sine decreto stante libera facultate, sed sine causa nunquam excusatur. Ang. *d. consil. 175. circa*
fin. Vide Concluſ. prox. seq. ☞

Dolus, fraus, & culpa non debet patrocinari dolosō fraudanti, & culposo. Concl. 581.

DOLVS † & culpa nō debet afferre commodum dolosō, & cul- 1
pabili; quia ex hoc induceretur absurdū. Lap. *alleg. 88. n. 4. ver.*
nā sentire. & n. 5. ver. imo est de hoc, & est tex. *in c. 2. de dolo, & cont. circa. fi.*
Amplia; † quia licet sententia lata non faciat rē iudicatam quoad 2

non

non prosequuta, tamen facit rem iudicatam, si ex dolo excipiens noluit prosequi excepta. Card. Zabar. *cons.* 72. *nu.* 14. *ver. contrarium.*

3 † Amplia, quia improbitas delinquentis non debet sibi prodesse. Feder. de Sen. *cons.* 74. *in pri. ver. præterea si dicamus*, vbi quod licet excommunicatus non possit contrahere ad sui commodum, tamen debet posse donare, testari, & alteri obligari, ne alteri noceat improbitas donantis. Vide, *Cauillationes & figmenta fugienda. Concl.* 233.

4 † Amplia, quia licet iuramentum minoris faciat eum maiorem, tamen quãdo per metum, vel fraudem est extortum iuramentum, extorquens iuramento tali non iuuatur. Bald. *consil.* 148. *In casu proposito, n.* 2. *ver. sequitur secundum, lib.* 1. † Amplia, quia vbicunque quis

5 excusatur à periurio, pœna, vel infamia, propter iussum iudicis, vel aliud factum, cui tenetur obedire, vel non potest resistere, tamen non excusatur si ipsemet, qui vult admitti ad excusationem, illud factum, vel iussum procurauit, vt excusaretur, quia id ex dolo suo processit. Feder. de Sen. *consil.* 191. *Quæstio talis est, scholaris, in fin. ver.*

6 *& hæc dicta.* † Extende, quia licet sequestrum factum debitori, ne soluat, liberat eum, ne possit compelli à creditore non reuocato sequestro, tamen secus est, si ipse debitor procurauit sequestrum. Bald. *consil.* 195. *Punctus talis est, per tot.* maxime *in fin. lib.* 1. Vide, *Affectatio operatur multa, vt affectans perdat priuilegium. Concluſ.* 237. † Am-

7 plia, quia vbicunque aliquid prohibetur propter vnam causam, & conceditur propter cessantem causam, illud permissum non admittitur, nisi eo modo, quo est permissum, vt interueniat vere, exemplum ponit Feder. de Sen. *consil.* 169. quia pœna non potest stipulari pro matrimonio contrahendo, ne ob facilitatem pœnæ matrimonia arctentur, sed bene potest dari arrha, quæ committitur, quia homines non ita de facili dant arrhas, dicit, quod si arrha non datur vere, & realiter, sed sit confessata, non valet, quia tendit ad pœnam, & est in fraudem pœnæ, idem dicit *in consil.* 194. vbi, quod D. Vgelius Episcopus Perusinus decretorum Doctor

8 erat huius opin. † Amplia, quia licet feudatarius alienans feudum antiquum, vel offendens dominum in personam, faciat deuoluere feudum ad dominum, etiam in præiudicium vocatorum, si tamen hoc fecit ex dolo, vt agnatis præiudicaret, non præiudicat, ne dolus doloso patrocinetur. Abb. *consil.* 3. *Nitar, col.* 6. *ver. sed præsuppo-*

9 *sito, lib.* 2. † Amplia, quia statutum tollens nullitatem, vel prohibens posse dici de nullitate non habet locum in nullitate proueniente ex dolo eius, qui obtinuit sententiam, quia lex non patrocinatur dolo, neque fraudibus vtenti. Calderin. *consil.* 204. *circa med. ver. Petrus de Ancharano*, quod est 8. *de re iudic.* & subscriptum per Franc. de Rampo. & Anchar. *consil.* 211. *in princip.* vbi, quod istud est generale, quod lex, vel constitutio nunquam iuuat dolosum. Socin.

10 *cons.* 124. *Præsens consultatio, colum. fin. circa med.* vbi, quod contra eum, qui non est creditor, qui per fraudem obtinet sibi bona adiudicari tanquam creditori, potest dici de iniustitia, & nullitate, non obstante statuto, ne dolus prosit doloso. † Extende, quia mulier, vel minor, qui non possunt alienare, nisi cum consensu duorum proximiorum, si alienauerint adhibitis duobus, quos dixerunt proximiores, & non erant, non poterunt dicere de nullitate hoc casu.

11 Fulgo. *cons.* 219. *Visis binis, n.* 3. *in fi. & n.* 4. † Extende hanc ampliationem, etiam si sit iuratum non contraueniri laudo per partes, quia si est iurum per dolum, vel fordes partis aduersę, vel etiam iudicis, iuramentum non ligat, quia non se extendit ad hoc. Calder. *consil.*

12 110. alias 1. *de arbitr.* & Anchar. *dict. consil.* 211. *num.* 3. *&* 4. † Amplia, quia is, qui est procurator, & nomine alieno substituit litem super re, quam post tres conformes vult dicere suam, ex dolo & malitia sua non auditur, quia malitiis est obuiandum, ideo sicut ex sola scientia, quod agatur de re sua, & se non opponens sibi præiudicat in possessorio, ita quando etiam interuenit dolus, sibi præiudicat etiam in petitorio; ita Anchar. *consil.* 333. *Ad dubia, num.* 4. *&* 5. *ver. se-*

13 *cunda reg.* † Amplia in hærede instituto, quia perdit hæreditatem propter dolum adhibitum in prohibendo testatore, ne reuocaret testamentum, quod reuocare volebat. Anchar. *consil.* 337. *num.* 6.

14 *&* 7. † Amplia, quia verba dubia semper interpretantur contra dolosum, & vt abiit dolus. Calderin. *consil.* 327. *vltra med. ver. item, quia*

15 *si tenemur*, alias 8. *de donatio.* † Extende in casu contrario, quia verba generalia pacti, quæ generaliter sunt intelligenda, tamen restringuntur ad non cogitata, quando vnus esset in dolo, ne dolus sibi prosit. Alexand. *consil.* 167. *Visis, num.* 8. *ver. non obstat, dum sexto, lib.* 7.

16 † Amplia, quia obligatus ad aliquid, licet excusetur ex legitimo impedimento, tamen si ipse procurauit, vel dedit causam impedimento, non excusatur. Gem. *cons.* 42. *in fi. n.* 13. *ver. nec obstat.* Vide,

17 *Impedimentum legitimum excusat impeditum. Concluſ.* 29. † Amplia, quia licet Prælatus non possit alienare bona Ecclesiæ in præiudicium Ecclesiæ sine solemnitatibus, si tamen alienat, valebit alienatio nõ in præiudicium Ecclesiæ, sed in præiudicium suum. Calderin. *consil.* 258. *in fin.* alias 2. *de iis, quæ fiunt à Prælatis.* † Extende in 18
iuramento præstito in præiudicium Ecclesiæ, quia licet non valeat in præiudicium Ecclesiæ, valet tamen in præiudicium iurantis contra id, quod debet, quando præiudicium est separabile à præiudicio Ecclesiæ, alias secus. Gemin. *consil.* 60. *num.* 6. *verb. dici tamen*
posset. † Extende quoad pœnam promissam per prælatum com- 19
promittentem sine Capitulo, vel conuentu sub pœna, asserens se habere totalem administrationem; quia si postea venit contra factum suum, asserendo contrarium; non debet esse immunis à pœna promissa propter dolum, quando contractus alias non esset nullus, nisi ex defectu consensus conuentus; quem dixit non habere. Bald. *consil.* 227. *Honestus vir per totum*, maxime *circa fin. ver.*
præterea iste rector, lib. 1. † Restringe in simoniaco resignante bene- 20
ficium per simoniam, quia ex quo non valet talis resignatio, non etiam valet in præiudicium simoniaci resignantis, ex quo potest priuari. Gemin. *consil.* 125. *in princip.* † Restringe in resignatione 21
beneficii facta in manibus laici, quia sicuti non valet, ita nec etiam in præiudicium resignantis, sed tamen possessione, & administratione priuatur. Gemin. *consil.* 125. *num.* 5. *ver. super secundo*; vbi, quod etiam poterit priuari beneficio. † Amplia in creditore, vel 22
tertio possessore habente priorem hypothecam ex contractu fraudulento, quia non potest obtinere contra posteriorem propter replicationem doli. Bald *consil.* 149. *Proponitur, quod ex causa, verb. in contrarium, quasi per totum, lib.* 1. † Extende in eo, qui dolose 23
alienauit, & fraudulenter, quia si possidet nomine eius, in quem alienauit, & velit nominare dominum, in quem alienauit, potest opponi de dolo, tam per viam exceptionis, quam per viam replicationis. Roman. *d. consil.* 246. *Clarißime, num.* 6. *& sequent. vsque in*
fin. verb. secundo vero obijcitur. † Amplia, quia legatarius, cui factum 24
est legatum annuum certæ quantitatis, si petierit, debet illud habere etiam pro tempore, quo non petiit, quando ex dolo hæredis hoc ignorauit, quia illud legatum tacuit, & nemo ex dolo suo debet commodum sentire, maxime, quando agitur causa pia. Bald.
cons. 235. *Bart. legauit, lib.* 1. *per totum.* † Amplia, quia habens facul- 25
tatem alienandi bona prohibita alienari pro suis necessitatibus, non potest alienare pro necessitate procurata, & dolosa, sed pro vera, & iusta necessitate. Bald. *consil.* 20. *Quid important, lib.* 2. *per*
totum. † Declara, quia dolus adhibitus in præteritis alie- 26
nationibus factis non priuat eundem, quin subsistente causa vera possit alienare. Bal. *d. cons.* 20. *n.* 2. *ver. sed remanet, lib.* 2. † Amplia; quia 27
curator bonis absentis, qui datur ad fauorem absentis, non debet dari latitanti, & ei, qui abest ex causa voluntaria; quia sibi prodesset dolus, & latitatio. Fulgo. *cons.* 114. *n.* 3. † Amplia; quia possidens 28
nomine alieno si conueniatur actione reali, & nominet dominum debet actor dominum nominatum conuenire, nisi esset dolosa nominatio; quia tunc non releuat. Rom. *cons.* 246. *Clarißime, n.* 3. *&*
4. † Amplia; quia mulier, quæ iuuatur S. C. Velleiano, si obligat, 29
vel vendit bona dotalia, non iuuatur, si cum fraude tacuit rẽ venditam esse dotalem ei, qui ignorabat. Alex. *cons.* 109. *Viso processu, n.*
10. *ver. plus dico, lib.* 4. per tex. in *l. si fine, C. ad Velleian.* † Extende, vt i- 30
dem sit, si alius, puta maritus vendat ignoranti consentiente muliere cum dolo; quia dicat, vel taceat rem esse dotalem. Alexand. *d.*
cons. 109. *n.* 12. *lib.* 4. † Amplia; quia fallitus regulariter admittitur ad 31
cessionem bonorum, sed si ex dolo suo ad inopiam deuenit, perdit hoc beneficium. Bald. *cons.* 396. *In libris thesaurarii, nu.* 4. *lib.* 5. &
duplicatur *li. 1. cons.* 249. † Amplia in filiofamilias contrahente, qui 32
prohibetur, nisi sit publicus mercator; quia si asseruit se publicum mercatorem, excluditur ab omni beneficio propter dolum. Alex.
d. cons. 109. *n.* 13. *ver. & similiter. lib.* 4. † Extende in eo, qui vendit rem 33
feudalem tacito, quod sit feudalis, etiam si dixit, quod faciet consentire Titium, & Titius consensit simpliciter; quia non poterit reuocare prætextu, quod sit res feudalis, & Titius Dominus feudi.
Alex. *d. cons.* 709. *n.* 11. *lib.* 4. quia ad decipiendum factũ est. † Amplia 34
etiam in minore cõtrahente, non seruata solemnitate statuti; quia licet sit contractus nullus etiam si iurauerit se maiorem, tamen si dolose asseruisset se maiorem, nõ iuuaretur statuto. Ang. *cons.* 160.
Domina Catherina n. 5. vbi quod non præsumitur dolus. † Extende, 35
quia lato laudo, quod Titius impleat sub pœna compromissi, & si partes non implent, sit nullum, ille, qui ex dolo non impleuit, non potest dicere se non teneri ad pœnam, quia est nullum, quia dolus eum excludit ab omni commodo. Castrens. *cons.* 116. *Viso compro-*
misso, in princ. lib. 1. † Amplia, quia substitutus alicui per fideicom- 36
missum post mortem illius, si illum interficiat, & eueniat conditio fideicommissi, priuatur ipse interficiens, ne ex dolo suo, & delicto commodum reportet, & accrescit aliis, quibus de iure deberet applicari, ac si interficiens esset mortuus. Bald. *cons.* 163. *Super eo. n.*
5. *vers. item quæritur. lib.* 4. † Extende, vt idem sit in marito interficié- 37

te vxorem, quia nō debet habere lucrum statuti. Vide, *Statutum circa dotis lucrum valet, & quando habet locum, vel non. Concl.* 512. † Amplia,
38 quia licet pactum sit generale, prout etiam si dispositio sit generalis, quæ omnia cōprehendit, tamen restringitur, ne dolosus sentiat
39 commodum ex dolo suo. Bal. *in l. tres fratres. ff. de pact. n.* 4. † Amplia, quia nedum author doli non debet sentire commodum ex dolo, sed neque participans de dolo. Anchar. *consil.* 330. *in fi. ver. sed occurrit.*
40 † Declara, vt istud sit verum quoad participem cum non participante, sed inter eos dolosos, melior est conditio excipientis, vel tractantis de damno, pone casum: minor liberauit tutorem per dolum, quia tutor dedit pecunias curatori, qui interuenit in liberatione, vt corrumperet, & curator se obligauit manutenere liberationem bonam, minor docet de dolo, & læsione, & obtinet rescindi liberationem, tutor agit contra curatorem, vt manuteneat, replicat de dolo, duplicat, quod est particeps doli, dicit Anchar. *consil.* 330. *in fin. ver. sed occurrit*, quod non debet audiri
41 tutor; quia allegat suam turpitudinem. † Amplia, quia persuadens alteri cum mendacio tenetur de dolo, si induxit ad aliquid dam-
42 nosum. Crauett. *consil.* 192. *num.* 13. *& sequent.* † Amplia, quia is, qui impedit dolose immittendum in possessionem eum, qui egit actione reali, ne acquirat pignus prætorium, & hypothecam, patitur hoc, quod quoad eum habetur pro possessore, & immisso. Io.
43 de Im. *consil.* 116. *In causa spectabilis. nu.* 5. *&* 6. † Extende, quia citandus habetur pro citato, quando ipse impedit dolose, ne possit citari se occultando, & denegari faciendo. *cap. quoniam frequenter. §. porro, vt lit. non contest.* quod intelligans quoad præiudicium pro-
44 hibentis, & se occultantis, ita Abb. *consil.* 99. *Illud. num.* 2. *lib.* 1. † Amplia, quia in quacunq; dispositione, & latissima potestate concessa, semper inest clausula; *dummodo bona fide, & cessante dolo fiat.* Alexand.
45 *consil.* 62. *Visa facti narratione. num.* 2. *&* 3. *ver. ad prædicta. lib.* 2. † Limita, quando pœna imponitur propter negligentiam, quia impedimentum superueniens, vt est carceratio, vel quid simile non perpetuum; excusat negligentem, etiam si tale impedimentum proue-
46 niat culpa se excusantis. Gemin. *consil.* 42. *in fi. n.* 13. *ver. nec obstat.* † Limita; quia si debitor serui est in mora soluendi animal, & illud interficitur ab inimico creditoris post moram, perit periculo, & damno creditoris, non debitoris, licet debitor fuerit in mora. Christo.
47 Castillio. *consil.* 1. *nu.* 5. † Declara, nisi mora debitoris fuisset ordinata
48 ad interitum. Christoph. Castill. *d. consil.* 1. *n.* 7. † Limita, quando nullitas fauore publico inducitur, veluti per statutum, quod si non fuerit soluta gabella certo tempore, contractus sit nullus; quia potest venditor agere rei vendicatione ad rem venditam, etiam si sit in pari, & communi culpa soluendi gabellam, Bald. *consil.* 227. *Quod*
49 *non possit, per tot.* maxime *n.* 2. *&* 3. *lib.* 4. † Limita, quia quando dolus est hinc inde adhibitus, tunc fit cōpensatio, nec vnus contra alium potest allegare dolum. Angel. *consil.* 367. *In quæst. vertente. num.* 8. *vers. nunc descendo*, v bi, quod indicens bellum, vel duellum iniustum nō
50 obligatur, quando acceptatur ab alia parte. † Limita, quia is, qui fallat, ne fallatur, dicitur vti prudentia, & non calumnia. Bal. *consil.*
51 142. *Dominantibus magnificis. lib.* 1. *in fi. ver. porro ille, qui fallit.* † Extende, quando ex dolo alius non læditur, quia tunc dicitur dolus bonus adhibitus ad euitandum pericula. Corn. *consil.* 52. *In hac consultatione.*
☞ *nu.* 19. *vsque in fi. ver. non obstat. lib.* 2. Vide, *Inducla ad vnum finem non debent contrarium operari. Concluſ.* 103. Vide, *Fauorabilis dispositio non debet*
52 *odium operari, neque è contra. Concluſ.* 90. † Extende, quia licitum est adhibere dolum pro Iure suo conseruando, Ang. Aret. *consil.* 4. *Quoad primum. nu.* 32. *ver. sed licitum.*

Dolus vnius non nocet alteri; & quando. Conclusio 582.

1 REGVLA † est, quod dolus vnius non debet nocere alteri, *l. eleganter, in princ. ff. de dolo, cum ibi not.* Vide, *Pœna debet tenere solos delinquentes. Concluſ.* 212. v bi plura similia. † Restringe, quia dolus administratoris, vel tutoris nocet domino, & pupillo, quando ex tali
2 dolo sentiunt commodum. Cast. *consil.* 412. *Viso facto. n.* 3. *ver. & si dicatur, lib.* 1. v bi quod eo casu potest sentiens commodum conueniri nō de dolo, sed datur actio, vt annulletur contractus, vel declaretur nullus, in subsidiū tamen datur actio doli, non alias, vt ibi, *n.* 4.
☞ Vide, *Res inter alios acta tertio non præiudicat. Concluſ.* 264. Vide, *Mora debet nocere morosо, non è contra. Concluſ.* 380.

Dolus dans causam contractui multa operatur. Concluſ. 583.

1 DOLVS † dās causam contractui operatur, vt contractus valeat in præiudicium dolosi, volente eo, qui per dolū fuit inductus, alias eodem volēte contrarium contractus est nullus. Fed. de Sen.
2 *consil.* 89. *Puto agenti*, per *l. eleganter. in princ. ff. de dolo.* † Et propterea requiritur oppositio, quia dum petit is, qui dolum passus est, dolosus opponit pactum, vel conuentiones, iste replicabit de dolo, *leg. tres fratres, ff. de pact.* v bi Angel. *in princ.* & alij. Castrens. *consil.* 412. *Viso facto, num.* 3. *lib.* 1. † Amplia; vt idem sit in sententia. Feder. de Sen. 3
d. consil. 89. *in princ.* & latius *consil.* 90. *Casus talis est*, v bi, quod clericus, qui traxit alium clericum inuitum coram seculari, & habuit sententiam contra se, licet sententia sit nulla, tamen valet contra eum, qui dolose traxit coram seculari, quia ipse non potest allegare nullitatem sententiæ, v bi hoc plene, *num.* 1. *&* 2. † Amplia in tan- 4
tum, vt is, qui dedit causam dolo, vel adhibuit solum, non possit allegare nullitatem contractus, vel sententiæ. Feder. de Sen. *d. cons.* 89. *in princip.* Feder. *d. consil.* 90. *num.* 2. *in princ.* † Amplia, quia in con- 5
tractibus bonæ fidei dolus dans causam contractui reddit contractum ipso iure nullum. Feder. de Sen. *cons.* 164. *in princ. ver. item quia.* Petr. de Anchar. *cons.* 18. *in quæst. quæ vertitur, num.* 6. *&* 7. *ver. restat igitur, vt videamus.* Bald *cons.* 213. *Punctus talis, lib.* 1. *circa princip. ver. ex hoc infertur.* Fulg. *cons.* 79. *in fin.* † Extende ampliationem, vt procedat, 6
etiam si contractus bonæ fidei dolo aduersarii celebratus esset iuratus, quia nihil operatur. Anchar. *d. consil.* 18. *nu.* 7. *ver. talis autem contractus*, ex quo iuramentum dolosum, vel metu præstitum non obligat. Bald. *d. consil.* 213. *quasi per totum, lib.* 1. qui loquitur in contractu societatis dolosæ iuratę per minorem. † Declara, quia quando do- 7
lus dat causam vēditioni, vel contractui bonæ fidei, contractus est ipso iure nullus, si vero ille alias esset venditurus, sed ex dolo fuit deceptus in pretio, contractus valet; sed tamen ope restitutionis rescinditur & purgatur dolus per actionem ex illo contractu. *l. eleganter, cum ibi not. ff. de dolo.* Castrens. *consil.* 74. *In facto isto, in princ. lib.* 1. Vide, *Dolus operatur multa contra adhibentem dolum. Concl.* 580. *n.* 24. *&*
seq. † Amplia quia tertius possessor, qui emit in fraudem credito- 8
rum licet sit anterior, non iuuatur ex prioritate contra posteriores hypothecarios, quia quatenus ipse excipit de priori hypotheca, potest replicari de dolo, Bal. *consil.* 149. *Proponitur, quod ex causa, in prin. ver. in contrarium*, v bi, ex quibus dolus præsumatur, *lib.* 1. † Amplia; 9
quia dolosus ex dolo obligatur, sicut ex pacto. Bald. *in l.* 2. C. *credit. euict. pign.* v bi Castr. dicit hoc à pari procedere. † Limita, quia 10
dolus tertii extranei si dat causam contractui, vt quia minor persuasionibus tertii fecit contractum damnosum, tunc nō est nullus contractus, *l. eleganter, in princ. ff. de dolo.* † Declara, quia non reddit 11
contractum nullum dolus tertii extranei, sed dat actionem ad annullandum in subsidium Castr. *d. consil.* 386. *circa fin. ver. vel si quis dicat lib.* 1. † Declara, quia si tertius, qui adhibuit dolum ex suasionibus, 12
vel alias, esset vel tutor, vel curator, vel gestor negociorum, reddit contractum inualidum, & læsus minor non obligatur ad obseruantiam. Castr. *d. consil.* 386. *circa fin. lib.* 1. Vide, *Fraudulenter facta non* ☞
valent. Concluſ. 481. Vide, *Metus causa gesta tenent, sed sunt rescindenda. Concluſ.* 221.

Dolosus quis dicatur. Concluſ. 584.

DOLOSVS † dicitur is, qui promissa non obseruat. Crauet. 1
consil. 100. *num.* 9. *ver. sexta conclusura*, v bi, quod potest puniri, idem *consil.* 192. *n.* 15. *&* 16. † Et ideo socius habens liberam adminis- 2
trationē societatis, si promittat aliis sociis, quod faciet soluere in Anglia pecunias pro mercibus, & mittant alii socii naues, & ipse nihil scribat mercatori Angliæ, adeo quod naues cum dispendio nihil profecerunt, tenetur ad omnia damna, etiam ad lucrum cessans inter mercatores, nec excusatur, quod promisit pacto nudo, neque quod cum haberet liberam administrationem, potuit pœnitere, quia debuit re integra pœnitentiam significare, quia cum aliena iactura non venit dissipatio in libera administratione. Alex. plene *consil.* 41. *Viso puncto, per totum, li.* 3. quod duplicatur *li.* 6. *cons.* 52.
† Extende etiam, si non seruat promissa ex pacto nudo, quia licet 3
non pariat actionem pactum nudum, tamen si damnum est passus is, cui pactum nudum non seruatur, agit de dolo. Alex. *cons.* 41. *Viso, nu.* 2. *ver. præterea*, v bi apostilla in *ver. de dolo, lib.* 3. † Extende, quia 4
mendax dicitur dolosus, quia præsumitur dolus in mēdace. Alex. *cons.* 41. *n.* 7. *lib.* 3. † Et qui contra iura mercatur, videlicet facit con- 5
tra leges, præsumitur dolosus. Abb. *cons.* 109. *Circa factum, col.* 2. *ver. ex iis clarissime, lib.* 2. † Amplia, quia is, qui spernit denunciationem, 6
vel protestationem sibi factam mādato iudicis, dicitur dolose facere; & non excusatur, & tenetur credere notificationi iudicis. Alex. *cons.* 73. *Videtur in princip. lib.* 3. Crauet. plene *consil.* 193. *in princip.*
† Extende, quia decipiens alium ex calliditate, & malitia, dicitur 7
dolosus, quia dolus est calliditas ad decipiendum aliū. Abb. *cons.* 77. *in quæstio. col. pen. ver. ex iis infertur. lib.* 2. † Amplia, quia dolosus 8
dicitur,

dicitur, qui facit id, quod facere non debet, vt in Notario, qui scribit certioraſſe mulierem de eo, quod ipſa ignorat, quia decipit, & doloſe agitur, & idem eſt in eo, qui promittit facere quod debet, vt in adminiſtratore, vel tutore, qui non conficit librum, in teſte, qui omittit veritatem, plene Caſtrenſ. *conſ.* 412. *Viſo facto, per tot. lib.* 1.

9 † Amplia, quia doloſus dicitur is, qui nimia ſollicitudine ſeduxit filiã, vel aliũ ad ſibi remittendo ius ſuum, vel ad tranſigendũ cum læſione alterius, & ad ſui proprium commodum, ita Caſtrenſ. late *conſ.* 174. *Contra ſuperius conſulta, in princ. li.* 1. vbi, quod iſta operantur calliditatem, & machinationem, quæ in ſe habet dolum. *l.* 1. §. *dolũ, ff. de dolo*, latius Crauett. *conſ.* 192. *nu.* 11. *& ſeq.* & dicit Caſtren. quod eo ipſo, quod filia reperitur læſa immodice, ineſt dolus ex parte patris, vel alterius contrahentis, non obſtante iuramento, & de-

10 creto iudicis. † Extende, quia falſæ perſuaſiones factæ mulieri minori, quod renunciaret bonis paternis pro tanta dote, quia erant litigioſa, & non valebant tantum, inducunt dolum ex parte ſuadentis, ideo ſi eſt decepta, non valet renunciatio. Caſtrenſ. *conſil.*

11 386. *Siue dicamus, col.* 2. *verſ. item propter aliud. lib.* 1. † Amplia, quia doloſus dicitur is, qui tacet in fraudem alterius. Caſtr. *conſil.* 412. *Viſo*

☞ *facto. num.* 2. *lib.* 1. vbi ponit exempla. Vide, *Taciturnitas quando arguat*

12 *dolum. Concl.* 6. † Et qui à iudice aliquid ſubrepit, præſumitur ex dolo, quia licet factum iudicis exculet à dolo, tamen intelligitur de facto legitimo, ſecus ſi id proueniat ex dolo patris. Abb. *conſ.* 109.

13 *col.* 2. *ver. ex ijs clariſſime. lib.* 2. † Amplia, quia dolo facit, qui petit id,

14 quod tenetur reſtituere. † Reſtringe, quando reſtitutio debet fieri

15 non ſimpliciter, ſed in diem. † Declara, niſi reſtitutioni obſtaret cauſa miſerationis inducta à lege. Florian. de Sancto Petro *conſ.* 21.

16 *num.* 8. † Pœna doli eſt extraordinaria, & vbicunque datur actio doli ciuilis, non eſt locus criminali, & ſi aliter eſt ſuccurſum, non etiam datur actio ciuilis ex dolo. Caſtrenſ. *conſil.* 412. *Viſo facto, in fi.*

17 *lib.* 1. † Dolus eſt ſpecialis, & generalis, ſpecialis eſt, quando aliquis adhibuit dolum cum effectu, puta quando induxit aliquem ad conſitendum numeratam pecuniam, quæ non fuit numerata, quia generalis eſt dolus, quando reuera non adhibuit dolum, quia concordes fuerunt ſic conſitendi, ſed petendo, quod non ſoluit, incipit doloſe agere, & ſic naſcitur dolus ex inſtitutione actionis. Salycet. *in leg. ſi ex cautione. numer.* 5. *& 6. Cod. de non numer. pecun.*

Doli actio præſcribitur biennio, & quando. Concluſio 585.

1 ACTIO † doli biennio præſcribitur etiã ignorantibus officialibus, & læſis ex dolo. Bal. & Salyc. *in l. vlt. C. de dolo*, vbi Alex. *n.* 3. Cæp. *conſ.* 70. *nu.* 5. Cla. *in §. fi. q.* 51. *col.* 2. *ver. ſed quæro.* Pariſ. *conſ.* 199.

2 *n.* 91. *lib.* 4. † Extende, quia mala fides doloſi non impedit tolli præſcriptionem duorum annorũ, quia lex voluit limitare iuriſdictionem hoc caſu. Soc. *conſ.* 108. *nu.* 14. *lib.* 4. Couar. *in epito. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 6. §. 8. *nu.* 16. *& in reg. poſſeſſor. par.* 2. §. 11. *ſub num.* 7. *ver. ſeptimo.*

3 † Extende, vt nec detur reſtitutio in integrum etiam fiſco. Ang. *in l. vlt. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuerit.* Nell. *tract. bannit.* 2. *par. primi temp. qu.* 3. *n.* 12. Socin. *conſ.* 108. *n.* 9. *lib.* 4. Thob. Non. *conſ.* 165. *Cum Capita-*

4 *neus. n.* 2. Marſil. *in praxi crim.* §. *poſtquam. n.* 82. Contrariũ tenent Bart. *in d. l. fin. C. de dolo, in* 1. *oppoſit.* Fulgoſ. & Salycet. *nu.* 2. Caſtrenſ. *n.* 1. Io.

5 Sicard. *nu.* 3. & maxime, quando agitur ciuiliter ad intereſſe. † Extende etiam, ſi dolus ſit occultus Bald. Salyc. & Alex. *d. l. fin. C. de dolo.* Ruin. *conſ.* 27. *nu.* 6. *lib.* 4. Pariſ. *conſ* 169. *nu.* 10. *lib.* 4. Marſil. *in praxi.*

6 §. *poſtquam. nu.* 45. Anchar. Iun. Regien. *lib.* 2. *qu.* 9. *nu.* 10. † In contrarium facere videtur, quia ignorans non cenſetur remittere dolum, neq; aliquid ignoratum. *l. nec ignorans. C. de donat.* Pariſ. *conſ.* 20. *n.* 63. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 363. *nu.* 30. *& nu.* 40. & quia conſenſus non trahitur

☞ ad ignorata. Vide, *Conſenſus non trahitur ad ignorata. Concluſ.* 754.

7 † Reſtringe, quando dolus tranſit in ſpeciale crimen, puta furti, vſuræ, falſi, & ſimilium, quia tunc requiritur præſcriptio 20. an-

8 norum. *l. querelam. C. de falſis.* † Reſtringe, quando dolus habet cauſam permanentem, vt quia alienum non reſtituit. Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 58. *num.* 17. *iuncto num.* 35. *in fin. ver. & ratio eſt, & num.* 37. *ver. non obſtat.*

Doli exceptio nunquam cenſetur excluſa, & quam ſpecificationem requirat. Concluſ. 586.

1 EXCEPTIO † doli nunquam cenſetur ſublata. Vide, *Exceptio-*

☞ *nes quæ nunquam dicuntur excluſæ. Concl.* 381. † Amplia, quia ſtatu-

2 tum prohibens laudum poſſe dici iniquum; vel reduci ad arbitrium boni viri, non habet locum, quando laudum eſſet latum per dolum. Bald. *conſ.* 153. *Statutum, quod prohibet. lib.* 2. vbi dicit com-

munem * opinionem. Florian. *conſil.* 6. *num.* 3. *& ſequent.* vbi, quod * imo tale ſtatutum non valet, quando laudum eſſet vltra dimidiã læſiuum, vel latum per dolum, vel ſordes. † Extende, vt procedat 3 etiam, quando dolus eſſet præſumptus, puta, quia eſſet manifeſte iniuſtum laudum, & enormiſſimam læſionem inferret. Soc. *conſil.* 283. *Eleganter, & iuridice. n.* 11. *& 12. ver. addo etiam. lib.* 2. vbi, quod non debet tale laudum exequi. † Amplia, quia exceptio, *dolo facis, &c.* 4 ſemper poteſt opponi non obſtãte quacunq; renunciatione, quãdo ex noua cauſa oritur exceptio poſt renunciationem. Bald. *conſ.* 210. *Punctus infraſcripti. n.* 3. *ver. ſuper ſecundo, & nu.* 4 *lib.* 5. vbi, quod is, qui vendidit rem, & dedit emptori facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate, & renunciauit omni exceptioni, poteſt retinere ex noua contractu, in quo emptor eandem rem hypothecauit venditori. Vide, *Renunciatio generalis facta omnibus beneficijs non* ☞ *operatur. Concl.* 169. † Amplia, quia ex generali renunciatione nun- 5 quam dolus cenſetur remiſſus. Socin. *conſil.* 190. *num.* 5. *lib.* 2. quia ſemper cenſetur exceptus, & reſeruatus. *deciſ. Pedemont.* 58. *num.* 33. Cephal. *conſ.* 642. *nu.* 87. *lib.* 5. † Extende idem in ratificatione, ſiue 6 tacita, ſiue expreſſa, quia nunquam includit dolum, etiam ſi minor, maior factus dicatur ratum habuiſſe, quia non procedit in doloſo contractu. *deciſ. Pedemont.* 58. *nu.* 32. † Extende, quia calcula- 7 tio, & quietantia non comprehendit dolum. Oſaſch. *deciſ.* 58. *n.* 35. vbi dicit * communẽ. † Extende, quia imo dolus ſemper cenſetur * 8 excluſus in omni quietantia, & diſpoſitione. Vide, *Adminiſtratores* ☞ *omnes tenentur reddere rationem. Concl.* 203. *n.* 89. *& ſeq.* † Amplia in tã- 9 tũ, vt nedũ obſtet doloſo exceptio doli per eum, contra quem dolus eſt adhibitus, ſed etiam per eum, contra quem non eſt adhibitus, ſi eius obligatio penderet à doloſa obligatione, exemplũ, minor ex dolo abſoluit tutorẽ, tertius ſe obligauit, quod minor non contraueniet vnquã, certe ſi abſolutio eſt doloſa, non valet obligatio ſeparata ſine dolo, tendens ad ſubſtinendã primam abſolutionem doloſam. Anch. *conſ.* 330. *n.* 15. *& ſeq. ver. deſcendo ad obligationem.* † Amplia, quia reſtitutio in integrũ, quæ alias non daretur, ex 10 nouis inſtrumentis datur, quãdo interuenit dolus aduerſarii. Fulg. *conſ.* 181. *ver. circa ſecundum.* † Amplia, quia contra rẽ iudicatã haben- 11 tem exequutionem ex forma ſtatuti, non obſtante quacunque exceptione, admittitur exceptio, quæ prouenit ex dolo habentis rem iudicatam, veluti ſi petiit debitum ſolutum contra hæredem, qui habet iuſtam ignorantiam. Io. de Imol. *conſil.* 37. *per tot.* maxime *in fin.* vbi, quod licet hæres non exceperit de ſolutione, ſi inuenit ſolutionem, auditur, non obſtante, quod ſtatutum dicat, quod non audiatur, niſi ſuper ſolutione poſt ſententiam, quia non excludit hæredem habentem iuſtam ignorantiam ſtante dolo aduerſarii. † Amplia, quia ſtatutum, quod non poſſit dici de iniqui- 12 tate laudi, intelligitur de illa iniquitate, quæ prouenit aliunde, quam ex dolo. Rom. *conſ.* 90. *n.* 6. Soci. Iun. *conſ.* 48. *n.* 4. *& n.* 12. *lib.* 1. Aſinius *de modo procedendi in ciuilibus.* §. 36. *n.* 2. quia alias præberetur occaſio delinquendi contra *l. conuenire. ff. de pact. dotal.* † Extende 13 idem in compromiſſo, quantumcunque latiſſime ſint concepta verba, quia nunquam poteſt renunciari dolo adhibendo. Ang. *in diſputatione*, incip. *duos litigantes.* Rom. *conſ.* 90. *nu.* 3. vbi apoſtil. Alex. *conſ.* 131. *n.* 12. *lib.* 2. Ang. *conſ.* 172. *Laudum arbitratoris.* Boer. *conſ.* 24. *Ad hæc, in* 1. *dub.* Dec. *conſ.* 533. *n.* 1 *& conſ.* 632. *n.* 13. Grat. *reſponſ.* 30. *Viſis. n.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 44. Abb. *conſ.* 70. *n.* 1. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 149. *lib.* 4. † Extende 14 maxime, quando dolus prouenit à tertio, quia nunquam cenſetur remiſſus. Soc. *conſ.* 105. *n.* 12. *lib.* 4. † Allegans dolum, ſiue agendo, ſi- 15 ue excipiendo, debet dolum ſpecificare, quia non ſufficit allegatio in genere doli, ſine ſpecificatione. Bald. *conſ.* 167. *Verba dicunt, in fin. lib.* 3. *ver. non obſtat, ſi dicatur.* Vide, *Libellus in criminali quam ſpecificatio-* ☞ *nem requirat. Concluſ.* 320. † Limita, quia dolus per quinquennium 16 cenſetur remiſſus, quando minor factus eſt maior. Menoc. *de recuperand. poſſ. remed.* 15. *n.* 175. *& ſeq.* † Imo, quod actio de dolo non detur 17 doſt lapſum biennii de eo, quod ad aduerſarium peruenit; Caſtr. *conſ.* 174. *Contra ſuperius conſulta, in fin. ver. ſed ad iſta. lib.* 1. † Limita, quia 18 exceptio, *dolo facis, &c.* non habet locum contra eum, qui beneficio legis vtitur. Bald. *conſ.* 315. *Ad euidentiam præmittendum, circa med. ver. non obſtat illa regula. lib.* 3.

Dolus & famoſa actio non datur ob reuerentiam. Concluſ. 587.

DOLVS † & famoſa actio non cadit inter perſonas, in quibus 1 datur reuerentia: ideo non cadit inter maritum & vxorem, neq; inter patrem & filium, neque inter dominum & ſeruum. Io. de Anan. *conſ.* 16. *Viſo puncto. num.* 10. *ver. fateor tamen.* † Declara, quia 2 licet non detur actio de dolo filio contra patrem, datur tamen actio in factum. Caſtrenſ. *conſil.* 174. *colum. fin. verſicul. ſed ad iſta. lib.* 1.

3 † Extende, quia idem est in principe, & supremo domino, & vasallo eius, quia non potest cadere ob reuerentiam dolus, vel actio famosa. Io. de Anan. *d. consil. 16. nu. 10.* † Extende, quia neq; contra patrem datur restitutio in integrum ad dolum. Castr. *consil. 174. Contra* 5 *superius consulta. col. fi. ver. superest. lib. 1.* † Restringe, quia per modum agendi non datur actio doli, vel famosa contra eos, quibus debetur reuerentia, sed per modum excipiendi, secus est, quia est defensio, neque famam sugillat eius, contra quem excipitur. Io. de Anan. *d. consil. 16. n. 10. ver. est bene verum.* Vide, *Venia à quibus impetrari debet, & quando. Conclus. 73.*

Dolus futurus non potest remitti, & quando secus. Conclus. 588.

1 DOLO † futuro non potest quis renunciare. *l. item si vnus. ff. de pact.* quia doli futuri remissio intuitat ad delinquendum, & hac de causa non potest renunciari deductioni ad arbitrium boni viri, quādo dolus arbitri in laudo interuenisse dicitur secundū cōmunem * opinionem, de qua per Anton. de Butr. *cons. 24. nu. 2. ver. communis sententia.* Signorol. *consil. 110. Testator in testamento, n. 8. & seq.* Castr. *cons. 63. Ad primum. lib. 2.* vbi apostill. citat Socin. *consil. 232. col. 4. in fi. cum seq. lib. 2.* Bart. *cons. 90. Dilecto domino, in fine. lib. 1.* Alex. *cons. 164. Præsuppono. n. 2. vers. tamen Salycet. lib. 5.* vbi pro vtraq; parte. Vide *Liberatio relicta per testatorem tutori generaliter. Conclus. 328.* Vide. *Tutoris* 2 *liberatio facta à testatore non liberat. Conclus. 457.* † Ratio est, quia inducitur peccatum, & homines inuitantur ad dolum adhibendum, ideo non permittitur. Fed. de Sen. *cons. 277. cir. fi. ver. nec obstat, quod dicitur.* Signor. *d. cons. 110.* vbi, quod est contra ius publicum, vt fiat remissio doli futuri, quia inuitantur homines ad delinquendum.

3 † Amplia, quia non valet renunciatio facta per donantem de non reuocādo donationē ex causa ingratitudinis, qñ ingratitudo donatarii venit ex dolo & delicto, quia dolo futuro nō potest per pactū renunciari. Bald. *cons. 18. Notissimum est. n. 2. ver. aliud dubium. lib. 1.*

4 † Amplia, quia dolus futurus non venit remissus in contractibus, & liberationibus generalibus. Bald. *consil. 186. Ad euidentiam. lib. 2.* Signor. *consil. 110. n. 13.* vbi, quod duo concurrunt, quod de eo non 5 censetur cogitatum. & quia contra ius publicum. † Extende, vt neque censeatur remissus in statuto tollente omnem appellationem à laudis ferendis, quia intelligitur, dummodo per dolum non sint lata. Bald. *cons. 187. In causa præsenti. lib. 2.* Vide, *Fraudibus via non est aperienda, sed illis obuiandum. Conclus. 473.* † Extende, quin imo neque verbis præcisis non remittitur, quia est contra ius publicum, quia inuitatur ad delinquendum. Signor. *d. cons. 110. per totum,* maxime 7 *nu. 13.* † Extende, quia etiam si minor cum iuramento renunciauerit exceptioni doli, non venit dolus futurus. Bart. *consil. 90. Dilecto* 8 *Domino, in fi. lib. 1.* † Amplia, quia dolus futurus remitti non potest, neque per contractum, neque per vltimam voluntatem. Signor. 9 *d. cons. 110. n. 8. ver. non obstat responsio.* † Extende, siue remissio fiat per verba specialia, siue per generalia, quia dolus futurus remitti non 10 potest. Signor. *d. cons. 110. num. 13. ver. secundo casu.* † Restringe in dolo de præterito, quia si fiat remissio, vel per verba specialia, vel tantundem importantia, valet remissio, secus si per verba generalia, quia non est verisimile, quod disponens dolum inclusérit. Signor. 11 *dict. consil. 110. num. 13. ver. primo casu.* † Declara, quia dolus præteritus magis de facili remittitur per verba generalia, quando non participauit dolosus, quam si aliquid participasset. vide Roland. à Valle *consil. 49. num. 58. & sequent. lib. 1.* & est ratio, quia dolus dicitur pertransiens, quando doloso nihil adest, si vero adest aliquid, dicitur dolus permanens, vt per Socin. plene *consil. 159. In* 12 *præsenti consultatione. num. 19. & sequent. lib. 2.* † Vide tamen Castr. *consil. 412. Viso facto, lib. 1.* qui dicit hæredem teneri, quando ex contractu, vel quasi, siue participauit, siue non, secus si actione 13 ex solo dolo ageretur, vide eum. † Amplia, quia non valet liberatio facta per testatorem tutori dato filiis suis, quin teneatur de dolo, plene Signorol. *consil. 110. Testator in testamento, per totum.*

14 † Declara, quia si damnum pupilli obuenit per negligentiam tutoris, quæ sit culpa, & non dolus, valet liberatio, si vero est dolus, non valet. Signorol. *dict. consil. 110. num. 12. in fin. versic. aut loqui-* 13 *mur.* † Restringe declarationem, nisi tutor susceperit tutelam postea, & iurauit vtilia facere, quia censetur recessisse à legato, & iuramentum obstat. Signorol. *d. consil. 110. num. 16. ver. venio ad vltimum,* vbi in fi. quod totus mundus non responderet huic fundamento.

15 † Amplia, quia licet pater per pactum possit remittere filio causam exhæredationis de præterito, non tamen de futuro, quia inuitaret ad delinquendum: incertus author post regulas Socin. *reg. 3.* 16 *Pactum factum per patrem filio.* † Limita, quia licet culpa lata dolo æquiparetur, tamen culpa lata potest remitti, quia non reperitur prohibitum; ideo si fuit negligens tutor in rebus pupilli sine sua vtilitate, dicitur in lata culpa, non in dolo, secus si adesset vtilitas tutoris, quia tunc lata culpa transiret in dolum. Fulgos. *consil. 25. num. 3. verb. an autem dolus.* Decian. *consil. 177. per totum,* plenius Roland. à Valle *consil. 49. num. 58. & sequent. lib. 1.* vbi *numer.* 59. allegat Socin. in pluribus consiliis. † Extende, quia neque do- 17 lus præteritus censetur remissus ex quibuscunque verbis generalibus, quādo aliquid adest ei, qui est liberatus, secus si nihil adest, quia bene liberatio generalis trahitur ad dolum præteritum, si nihil adest liberato, vt quia nullum commodum sensit ex dolo, secus si sensit commodum, quia neque præteritus censetur remissus, nisi sit dictum in specie. Roland. à Vall. *d. consil. 49. lib. 1. num.* 58. *& sequent. vsque in fin.* † Et quod licet dolus futurus remitti non 18 possit, tamen possit remitti culpa. *leg. si vt certo. §. interdum. ff. commod.* ita Alexand. *consil. 66. Viso themate, in fin. lib. 2.* † Limita, quia 19 præcise dolus futurus remitti non potest, secus si tacite, vel implicite. *l. vnus. §. illud. ff. de pact.* Feder. de Sen. *consil. 125. ver. non obstant iura, qua dicunt.* Fulgos. *consil. 25. Spectabilis miles, in princip.* † Ex- 20 tende, quia dolus futurus remitti potest remittendo actionem per pactum de non petendo. Bald. *cons. 186. Ad euidentiam. col. 1. ver. sed pro parte rei. lib. 2.* † Limita, quia regula procedit quo ad dolum 21 partis, cum qua contrahitur, ne inuitetur ad dolum committendum, secus quoad tertium, qui nihil consequitur ex dolo, quia non inuitatur ex lucro & commodo suo. Feder. de Sen. *dict. consil. 125. in fi.* † Contrarium, vt imo etiam respectu tertii habeas locum, 22 prout in arbitro, quia si dolose pronunciauit, petitur reductio etiam contra iuramentum, quia alias dolo futuro fuisset renunciatum. Gemin. *consil. 68. num. 3. versic. & concluſum est,* & communem * in dolo arbitri dicit Ant. de Butr. *consil. 24. num. 2.* vbi latissime. *

† Limita, quia licet dolus futurus remitti non possit, tamen post- 23 quam dolus fuit adhibitus, poterit pars tali dolo renunciare, tanquam præterito. Gemin. *d. cons. 68. num. 3. & sequent. ver. sed posset dici.*

† Declara, vt procedat inter scientes dolum, secus inter ignoran- 24 tes, quia non valet renunciatio facta dolo, etiam de præterito, & sufficit error etiam iuris, quando errans tractat de damno vitando. Bald. *consil. 227. Proponitur, quod, post med. ver. sed oppo. lib. 2.* † Limi- 25 ta, quia quando verba sunt importantia remissionis doli, semper in dubio dolus in omittendo, non autem in committendo censetur remissus. Decian. *consil. 177. per totum.* Fulgos. *consil. 25. num. 3. ver. an autem dolus,* vbi, quod semper negligentia sonat in latam culpam, quando cessat vtilitas negligentis, & lata culpa potest remitti, secus si vtilitas negligentis adesset, quia esset dolus.

† Limita, quia in actione priuata potest quis dolum remittere fu- 26 turum, veluti si quis daret mandatum alicui ad negocia, potest eum liberare, ne conueniat, neque conuenire possit, secus in actione, quæ ex publico oritur, veluti in tutela, vel cura, vt censeatur dolus remissus, hoc non valet de futuro. Fulgos. *cons. 25. Spectabilis miles, in prin.* † Limita, quia potest pater remittere confectio- 27 nem inuentarii tutori dato filiis suis, & licet ex omissione inuentarii præsumptio doli insurgat contra tutorem, & dolus futurus remitti non possit, tamen censetur remissa præsumptio doli, ex quo pater potest prohibere, nē fiat inuentarium, & de tegatur patrimonium filii. Fulgos. *d. cons. 25. num. 1. in fin. & seq. vers. super eo vero.* Sign. *consil. 110. num. 14. versicul. præterea non obstat.* † Extende, quia potest 28 pater remittere confectionem libri rationum, quia contrarium cautum non reperitur. Fulgos. *dict. consil. 25. num. 3. ver. quod autem rationes.*

Dolus non infertur, neque fit multis casibus. Conclusio 589.

1 DOLVS † non fit volenti, & scienti. *l. cum donationis. C. de transact.* Simon. de Præt. *cons. 15. n. 9. cum seq.* † Restringe, quia potest cō- 2 mitti dolus volenti & scienti, quando calliditate fuit sciens seductus, & sollicitatus, prout in patre, qui sollicitauit filiam ad renunciandum bona sua patri in damnum filiæ, quia calliditas & machinatio ideo est cum dolo. *d. l. 1. §. dolum. ff. de dolo,* ita plene Castrens. *cons. 174. Contra superius consulta, in princ. & per totum. lib. 1.* vbi, quod læsio enormissima filiæ hoc probat, & tollit contraria de iuramento, de decreto iudicis, & *num. 3.* Vide, *Disponere de re sua quilibet potest.* *Conclus. 486.*

Domesticus quis dicatur. Conclus. 590.

1 DOMESTICVS † dicitur is, qui habitat in domo alterius, & viuit 2 expensis illius. Franc. Aret. *cons. 13. Viso diligenter. num. 14. & ver. venio nunc ad quartum.* † Extende, quia eo ipso, quod quis habitat

habitat mecum in domo mea, dicitur mihi domesticus, maxime si
3 pro me sollicitaret causam. Ioan. de Im. *consil.* 105. *num.* 3. † Et quod
idem sit domesticus, quod familiaris, Vide, *Familiaris quis dicatur.*
4 *Concluſ.* 72. † Declara, quia proprie domesticus dicitur, qui subest, vel ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, & qui habitant cum aliquo, vel aliquo modo sunt subiecti mercenarii, vel similes. Bal. *in l. 2. C. de testib.* Felin. *in cap. in litteris, cod. tit.* subdens, quod grosso
5 modo domestici dicuntur, qui vituunt ad vnum panem. † Amplia, quia testes domestici repelluntur à testimonio, etiam si eis non potest imperari, dum simul habitent in eadem domo, dummodo nõ habitent in eadem domo æqualiter. Mascard. *Concl.* 533. *Domesticus testis*, vbi ampliat etiam siue possit imperari, siue non, vel siue de iure, siue de facto, & multis aliis modis, & limitat decem modis, vide eum. Vide plenius, *Testes domestici qui dicantur, & qui repellantur, & qui non. Concluſ.* 202.

Domicilium multiplex. Concluſ. 591.

1 DOMICILIVM † aliud paternum, aliud proprium. † Pro-
2 prium magis attenditur, quam commune, videlicet proprium & paternum, veluti si quis concipiatur in domicilio originis paternæ, & nascatur in proprio domicilio matris mortuo patre, vbi quis viuit, quia magis attenditur proprium. Signor. *consil.* 166. *n.* 12. *ver. nec*
3 *prædictis obstat.* † Restringe, quando proprium domicilium noceret, paternum vero, seu commune, prodesset. Signor. *d. consil.* 166. *n.*
19. *ver. sed esto, & n.* 22. *ver. nec prædictis obstat.* Vide, *Mixtura potentiori ex*
4 *simplicibus applicatur. Concluſ.* 295. † Potentius est domicilium originis, quã domicilium accidentale, ideo non mutatur propter nouum, & accidentale. Petr. de Anch. *consil.* 37. *Contra Ioannem. n.* 6. *in fi. & nu.* 7. & causa naturalis præfertur accidentali. Castr. *consil.* 76. *Ad confirmationem, lib.* 1. & quod nemo possit renunciare domicilio originis, quin obligetur. Rom. *consil.* 39. *in fin. & consil.* 59. *In primo dubio*, vbi plena apostilla *in verb. originis*, dat multos concord. Vide, *Naturalia si concurrant cum accidentalibus, quæ præferantur. Concluſ.* 8. Vide,
5 *Causa naturalis præfertur accidentali. Concl.* 147. † Et idem dicit Ceph. *consil.* 451. *n.* 125. *& seq.* vbi quod aliud domicilium adiicitur originali, non autem perditur originale, quia est immutabile propter hypo-
6 thecam, quam habet origo in personam originariam. † Et in dubio mandans fieri erogationem pauperibus, necadiicitur locus, intelligitur de domicilio originali disponentis. Anch. *consil.* 214. *Franciscus antiquus, num.* 18. *ver. quarto*, vbi, quod maiorem præsumitur affectionẽ habere, & idem de parochia, quando nõ expressit Ecclesiam sepulturæ, plenius de vtroque exemplo Rom. *consil.* 408. *In proposita, nu.* 5. *& 6. ver. tertio, cum seq.* vbi, quod patria sua dulcior, &
amabilior cunctis aliis. Vide, *Patria dulcis, & pro ea pugnandum. Concl.*
7 133. † Et si concurrunt statutum originis & domicilii, prefertur statutum originis. Rom. *consil.* 39. *In proposita qu. in fi.* Alex. *consil.* 100. *n.* 1. *& n.* 12. *lib.* 3. Ant. de Butr. *consil.* 21. *Viso puncto, in fi.* Vide Florentinorum priuilegia, vbi multos concord. adduxi, vide apostil. ad Roman. *d. consil.* 39. *in fi. in ver. Alberic.* vbi citat Ias. *in l.* 1. *C. de sum. Trinit. n.* 27. *in prima lectu.* Barbat. *consil.* 4. *Probe inquit, ad fin. lib.* 2. Soci. *consil.* 254. *Visa, & considerata, in fi. & consil.* 262. *Visis statutis, vtr. quinimo plerique, lib.* 2. Mar-
8 sil. *in l. fi. n.* 64. *ff. de iurisd. omn. iudic.* † Contrarium Cephal. *consil.* 317. *n.*
53. *& seq.* vbi, quod magis attenditur domicilium habitationis, quã originis, quia est fortius, vbi, quod si Florentinus origine, contraxit domicilii Pisis, ligatur statuto Pisano de iure cõmuni, non Florentino, & idem est in casu illius cõsilij, quod D. Pallauicinus Parmensis origine, qui contraxit domicilium Mantuæ, ligatur statutis Mantuæ, *n.* 43. & per totũ consiliũ, & apost. ad Rom. *consil.* 39. *in fi. in ver. Alberic.* citat Soc. *consil.* 288. *Circa primum, lib.* 2. Ias. *in l. si arrogator, n.*
42. *cum seq. ff. de adoptio.* Campeg. *de dote, quæst.* 69. Tiraquel. *de iure*
9 *primog. quæst.* 46. † Declara tamen, quia in iis, quæ occurrunt ante mutatum domicilium, originale attenditur, in iis vero, quæ post occurrunt, attenditur habitationis domicilium, ita Cephal. *d. consil.*
10 317. *num.* 50. *& sequent.* † Item declara quoad solemnitates contractuum, & decisoria, attenditur habitationis, quoad onera, & priuilegia ciuilia, originis domicilium prævalet, ita Cephal. *d. consil.*
11 317. *per totum.* † Declara plenius, vt per Luc. de Pen. *in l. Ciues, col. fi.*
12 *lib.* 10. vbi ponit plures casus, & longam distinctionem. † Forus ratione domicilii est generalior aliis, ideo potest quilibet conueniri ratione domicilii etiam pro re extra domicilium, non sic ratione delicti, vel contractus. Abb. *consil.* 24. *Rodulphus col.* 2. *prope fin. ver. est e-*
13 *nim forus, lib.* 1. † Et ideo dicitur, paria sunt forum sortiri, vel statutis
14 ligari. Alex. *consil.* 19. *num.* 8. *lib.* 7. vbi apostil. *in ver. pari.* † Declara, quia imo ratione domicilii potest quis conueniri in loco commissi delicti extra domicilium, & in loco domicilii, *l.* 1. *cum glo. & l.* 2. *C. vbi de crimin. agi oport.* Alex. *consil.* 216. *Ponderatis, nu.* 14. *& seq. lib.* 6. vbi,
quod ratione habitationis, & conuersationis sine domicilio non potest conueniri de commissis extra locum, etiam si assidua sit conuersatio. In ciuilibus vero conuersatio assidua hoc operatur, quòd poterit conueniri pro iis, quæ erant explicanda ratione contractus, tam tempore contractus, quam post contractum, si vero non conuersatur assidue, potest solum conueniri pro iis, quæ erant explicanda ratione contractus tempore contractus, ibi *n.* 15. maxime *ver. nec secundum eum.* Vide, *Forum ratione contractus quando quis sortiatur. Concluſ.* 436.

Domicilium originis quid sit, & qualiter attendatur. Concluſ. 592.

ORIGINIS † domicilium dicitur habere filius in loco domi- 1
cilii patris, in cuius potestate natus est. Bald. *consil.* 334. *Factum tale est, lib.* 4. *in princ.* † Extende, vt procedat, etiam si filius nascatur 2
posthumus non in potestate patris, quia nihilominus originẽ paternam sequitur respectu domicilii. Bald. *d. consil.* 334. *circa princ. ver. idem si nepos, lib.* 4. † Aui quoque domicilium dicitur originale ne- 3
poti nato viuo auo, & in illius potestate. Bald. *d. consil.* 334. *in princip.* † Extende, vt idem procedat in domicilio proaui, quando pro- 4
nepos nascitur in potestate proaui. Bald. *d. consil.* 334. *in princip. lib.* 4. † Restringe quando nepos nascitur in potestate patris tantum, & 5
non aui, vel in potestate aui, & non proaui, quia sequitur originem eius, in cuius potestate nascitur. Bald. *d. consil.* 334. *in prin. li.* 4. Vide,
Domicilium patris quando & in quibus filius mutare possit. Concl. 594. Vide
Onera in quibus locis sint soluenda. Concl. 132. † Declara, quia nepos na- 6
tus, & conceptus in vita aui sequitur originem aui, & illius domicilium, si vero est conceptus in vita aui, sed natus post aui mortem tunc in fauorabilibus sequitur originem, & domicilium aui, quia habetur pro nato, in odiosis vero secus. Bald. *dict. consil.* 334. *circa prin. ver. ego dico, quod, lib.* 4. † Contrarium tenet Baldus quod sufficiat, 7
quod sit conceptus viuente auo, vt teneatur etiam ad onera Bald. *consil.* 139. *per totum, lib.* 3. † Restringe, quia nepos non sequitur domi- 8
cilium aui, quando fuit conceptus post mortem aui Bal. *d. consil.* 334. *ante med. ver. si autem nepos, lib.* 4. † Amplia, quia in tantum filius se- 9
quitur domicilium patris, vt si pater est comitatinus, & filius nascatur in ciuitate, tamen erit filius comitatinus quoad domicilium, & onera, ideo catastrari non debet cum ciuibus. Bald. *d. consil.* 294. *In causa ista, lib.* 4. *per totum*, quia alias destruerentur comitatus, quia omnes comitatini ducerent vxores ad pariendum in ciuitate. Vide, *Ciues qui dicantur, & qui comitatenses. Concluſ.* 274. † Et quod
filius legitime natus sequatur conditionem patris, & non matris, 10
nisi per priuilegium in contrarium sit dispositum, est tex. *in l. assumptio* §. 1. *ff. ad municip.* Signorol. *consil.* 196. *in princip.* † Amplia, 11
quia filius sequitur domicilium originis patris, etiam si alibi natus sit, quod declara, quando pater non contraxerat domicilium in loco, vbi filius nascitur, alias secus, ita Riminal. Iun. *consil.* 363. *num.* 253. *& sequent. lib.* 4. † Amplia, quia domicilium constituitur 12
impropriè propter forum, vbi quis vult conueniri modo ratione rei sitæ, modo ratione contractus, & destinatæ solutionis, modo ratione delicti. Vide, *Forum quis ex conuentione sortitur. Conclusio*
435. † Amplia, quia in dubio domicilium originis non præsumi- 13
tur mutatum, nisi constet ex coniecturis; de quibus Mascard. *Concl.* 534. *Quibus ex coniecturis.* Vide, *Domicilium quando quis sortiatur*
per habitationem. Concluſ. 596. † Limita in materia statuti Vigleuani 14
disponentis, quod non natus de sanguine Vigleuani non sit de consilio, quia sufficit, quod sit natus de matre Vigleuanensi, quia dicitur de sanguine loci, & de patria fœmina, sicut masculus. Signor. *consil.* 196. *in fi.* † Limita, quia si quis alibi constituit domici- 15
lium, prout potest conueniri in domicilio originis, nisi ibi inueniatur. Cephal. *consil.* 317. *num.* 49. *& sequent.* Vide, *Domicilium multiplex. Concl.* 591. *n.* 4. *& seq.* vbi, quod potentius est domicilium originis, & quando.

Domicilium originis probatur multis modis. Concl. 593.

DOMICILIVM † originis probatur ex instrumento inter partes, 1
in quo dicitur, quod talis filius A. de Prato, vel talis de Prato, probatipsum Pratensem, & de Prato origine, quia talia verba inter contrahentes prob ant. Alex. *consil.* 151. *Viso themate, in princip. lib.* 2. vbi, quod talia verba denotant originem.

Domicilium patris quando, & in quibus filius mutare possit. Concluſ. 594.

FILIVS † regulariter potest mutare, & transferre domicilium 1
paternum & lares transferendo illud realiter, *l. domicilium, ff. ad*
municip.

2 *municip.* & intellige de accidentali, non autem de originali. † Amplia, vt imo paternum domicilium non ſequatur filium, quando domicilium eſt contractum voluntate patris, & alterius. Bald. *conſ.* 207. *in princip. libr.* 1. *verſic. concluſio*, incipit, *quæritur vtrum*, ſed credo,
3 quod velit dicere contrarium ex iis, quæ ſequuntur. † Contrarium tenet Bald. *conſ.* 409. *Cum quæritur, per totum, lib.* 5. quod eſt Baldi, & Signoroli, vbi allegat iura pro vtraque parte, & concludit, quod domicilium accidentale patris quæſitum ſola voluntate patris, tranſit in filium, donec filius mutet; quia mutare poteſt; ſi vero pater contraxit domicilium accidentale, non ſua voluntate tantum, ſed ſua, & alterius, contrahendo, vel alias; tunc filius non
4 poteſt mutare tale domicilium. † Amplia, quia facilior eſt mutatio domicilii originis paternæ, quam proprii originalis, ita
5 Hippol. Riminal. *conſ.* 363. *num.* 244. *lib.* 4. † Limita quoad ſortiendum forum ex perſona patris; quia filius ſequitur, neque mutat domicilium patris. Bald. *conſ.* 207. *Quæritur, vtrum domicilium, in prin.*
6 *lib.* 1. † Limita quoad onera, ad quæ pater ſe obligauit; quia filius non poteſt mutare domicilium paternum, vt euitet onera pro-
7 miſſa. Bald. *d. conſ.* 207. *in princ. ver. item quoad onera, lib.* 1. † Reſtringe in vxore maritata extra domicilium patris; quia neque quoad onera retinet domicilium præſens, neque quoad alia fauore matri-
☞ monii. Signorol. *conſ.* 166. *num.* 17. Vide, *Domicilium originis quid ſit, & qualiter attendatur. Concl.* 592.

Domicilium originis quoad onera non mutatur, & quid quoad alia. Concluſ. 595.

1 DOMICILIVM † originale quantum ad onera non poteſt mutari, quin poſſidens bona in loco domicilii originis teneatur ſubire, vt prius, licet ad alium locum ſe tranſtulerit. Oldr. *conſ.*
2 169. *Factum tale eſt, quidam homines, in prin.* † Amplia; quia filius non poteſt mutare domicilium paternum, & originis, vt euitet onera promiſſa per patrem. Bald. *conſ.* 207. *Quæritur, vtrum, in princip. lib.* 1.
3 † Amplia; quia nemo poteſt mutare domicilium originis, quin obligetur ſtatutis loci originis, etiam ſi alibi contraxit domicilium habitationis. Rom. *conſ.* 39. *in fi.* vbi apoſtill. *in ver. renunciare*, citat
4 eundem Rom. *conſ.* 59. *In primo dubio.* † Limita in eo, qui adeptus eſt ſenatoriam dignitatem; quia mutat domicilium originis, & in loco originis pro bonis ibi ſitis liberatur ab oneribus, & eſt ſpe-
5 ciale. Oldrad. *conſ.* 169. *in princ. ver. fallit tamen.* † Limita quia oriundus ex loco ſubiecto, ſi acquirat domicilium in ciuitate ſuperiori non poteſt grauari ratione originis extra territorium; quia perdit tunc domicilium originis. Angel. Nicolin. in *ſubſcriptio. ad conſil.*
☞ *Soci.* 302. *lib.* 2. *ver. non enim obſtat.* Vide, *Onera in quibus locis ſint ſoluenda. Concluſ.* 132. Vide, *Onera & taleas ſoluunt habentes domicilium. Concluſ.* 131.

Domicilium quando quis ſortiatur per habitationem. Concluſ. 596.

1 CLERICVS † habitãs cum ſua familia in beneficio etiã ſimplici, ibi forum ſortitur de iure. *c. poſtulaſti. de for. compet.* Gem. *conſ.* 92.
2 *n.* 1. *ver. nam clericus.* † Extende, quia imo Francigena habens beneficium in Germania, dicitur ibi ſuppoſitus ratione beneficii, & ibi habere domicilium. Roman. *conſil.* 361. *In caſu propoſito, num.* 4. *verb.*
3 *nec refragatur.* † Declarat apoſtilla ad Roman. *dict. conſil.* 361. *num.* 4. *ver. beneficii*, vt intelligatur de beneficio requirente reſidentiam, quia tunc beneficiatus ibi contrahit domiciliũ, ſecus ſi beneficiũ
* 4 non requirat reſidentiã; vbi dicit * communem. † Vide tamẽ, quia ſi conceditur expectatiua ad collationẽ quorumcunq; collatorũ, & collatricũ in diœceſi Regienſi ſi ibi degentes habẽt collationẽ in Parmenſi diœceſi, illi cõtinentur, quia attenditur perſona, maxime ſi gratia eſt motu proprio facta. Rom. *conſ.* 376. *Quæſtio eſt* vbi
5 prima apoſt. *in ver. quod ſic.* † Et ibi dicitur ciuis loci is, qui habet dignitatem, vel beneficium, donec durat inticulatus, etiã ſi eſſet fo-
6 reſis, vel comratinus. Aug. de Peruſ. *conſ.* 23. *Nulla perſona, in fi.* † Amplia in vxore Mantuana nupta Parmenſi, quia dicitur nata ciuitati Parmæ & ciuitas ſibi, ideo tãquam originaria reputatur etiã vidua Parmæ commorans. Bald. *conſ.* 456. *Scia origine, n.* 4. *ver. tertius art. lib.*
7 1. vbi quod ſubiicitur ſtatutis Parmenſibus, prout Parmẽſes. † Amplia, quia domicilium conſtituitur duobus modis, vel cum in loco quis habet maiorem partem fortunarum ſuarum, vel habitauerit continuo. Roman. *conſil.* 264. *Vtis Nurſinus, in princip. & per totum*, vbi etiam declarat, quod continuo habitare dicitur is, qui etiam fuit abſens aliquando ex iuſta cauſa, puta, cauſa peſtis vel infirmitatis, ſecus ſi ex cauſa iniuſta, & ibi apoſtilla *in verb. requiruntur*.
8 dat concord. † Amplia in laico, qui habitauit in loco per decem annos, qui præſumitur ibi conſtituiſſe ſuum domicilium. *C. de incol. l.* 2. Bald. *conſ.* 393. *in princ. Punctus talis, lib.* 1. *& conſ.* 311. *Quæſtio, ſuper qua, cum duobus ſeq. lib.* 4. quorum vnum eſt Petri de Albizis de Piſis, aliud Philippi de Caſſolis, & *conſ.* 313. *Præfatis excellentiſſimi, in princ. lib.* 4. quod eſt Franciſci filii Bald. Bart. *conſ.* 111. *Factum tale, in fi. lib.* 2. Angel. de Peruſ. *conſil.* 27. *Quidam victor, num.* 2. *ver. ſola enim habitatio.* Afflict. *deciſ.* 384. latiſſime Riminald. Iun. *conſil.* 363. *n.* 239. *lib.* 4. vbi multos allegat Abb. *conſil.* 100. *Videtur primo, in pri. lib.* 2. Alex. *conſil.* 155. *Viſo titulo, n.* 3. *ver. & quod Ludouicus haberet domicilium, lib.* 7.
9 † Extende, quia habitatio debet eſſe cum familia, non autem cum vno vel duobus, vt dicatur habitando contrahere domicilium. Rom. *d. conſ.* 264. *Vtis Nurſinus, in fi. n.* 4. vbi apoſt. ibi *in v. requiruntur, circa fin.* quæ in hac materia ponit multas quæſtiones; qñ habitatio ſufficiat, vel non ad contrahẽdum matrimonium. † Extende, vt ẽt
10 minori ſpatio habitationis decem annorũ, quis ibi conſtituat domicilium, quando concurrunt alia indicia, puta quod tranſtulerit familiam, ſupellectilem, & maiorem partem fortunarum ſuarum. Bal. *d. conſ.* 393. *in prin. l.* 1. *& conſ.* 311. *in tertio conſ. ibi inſerto, circa fi. n.* 6. *ver. ſed quæ ſunt illa, lib.* 4. Ang. *d. conſ.* 29. *n.* 2. *ver. ſola enim*, apoſt. ad Ale.
11 *conſ.* 166. *n.* 4. *lib.* 7. *in ver. decem*, dat concord. † Extende, multo magis, ſi apparet clare, q̃ quis elegit domiciliũ, vt quia hoc expreſſit, vt quia eſt effectu ciuis loci, vel per alium modũ. Bal. *conſ.* 393. *in pri. lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam ad effectum, vt talis transferẽs
12 domiciliũ per decem annos perdat ciuilitatem originis. & domicilium ad ſui commodum. Rim. Iun. *d. conſ.* 363. *n.* 240. *& ſeq.* vbi multa alia deducit. † Et quod per abſentiam continuã per decem an-
13 nos quis præſumatur habuiſſe animum nõ reuertendi, plene Alex. *conſil.* 91. *Repetitus, num.* 8. *lib.* 7. vbi plena apoſtil. *in ver. redeundi*, dat concord. Vide etiam Maſcard. *Concluſ.* 334. *Quibus ex coniecturis, n.* 6. *& multis ſeq.* vbi ponit extenſionem, quod per habitationem decẽnalem conſtituatur, & mutetur domicilium ſecundum * commu-* nem, ſed *num.* 9. *& ſequent.* citat tenentes contrarium, & quod eſt arbitrarium iudici, limitat in Germania, quia de conſuetudine qui habitat per biennium, conſtituit domicilium, & in eo, qui eſt receſſurus, & ponit multa exempla quæ videas, & *num.* 21. *& ſequent.*
14 quando ex trãslatione maioris partis fortunarum, vbi limitat multis modis, maxime ſi compulſus eſt, vel aliquo metu inductus. † Reſtringe in eo, qui non habuit animum contrahendi domici-
15 lium, prout in lectore publico conducto cum ſalario, quia licet conduxerit vxorem & familiam receſſurus finita lectura, & pluries reconductus non contrahit domicilium, neque incolatum. Abb. *conſil.* 100. *Videtur primo. per totum, lib.* 2. vbi eſt caſus. † Reſtrin-
16 ge in ſcholari, quia finito ſtudio habet animum recedendi. Alex. *conſ.* 216. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 6. vbi idem dicit in mercatore. † Contrarium in ſcholari, vt imo per decennium contrahat domicilium, & effi-
17 ciatur incola, eſt tex. *in l.* 2. *C. de incol. lib.* 10. qui loquitur in ſcholari, vt etiam aduertit Abb. *d. conſ.* 100. *circa fi. lib.* 2. † Reſtringe in vxore,
18 quia tenetur ſequi virum, & non contrahit domicilium, niſi in loco, vbi maritus contrahit. Abb. *conſil.* 100. *in fin. lib.* 2. † Reſtringe in
19 ſimplici habitatore quia non cenſetur conſtituere domicilium, viſi habitauerit per decennium. Bar. *conſ.* 111. *Factum tale eſt, in fi. lib.* 2.
20 † Reſtringe, quia exiſtens in loco, & habitans tanquam profugus, vel receſſurus, non contrahit domicilium. Bal. *d. conſ.* 393. *in prin. lib.* 1. Ang. *d. conſ.* 27. *n.* 2. † Idem eſt, ſi habitat, vt gerat negocia ſuare-
21 ceſſurus, apoſt. ad Rom. *d. conſ.* 264. *in ver. requruntur, in princ. ver. tertio quæro*, & plures citat pro vtraque parte, & hanc veriorem dicit, quia omnis, qui non habet animum per-manendi, ſed recedendi, non contrahit domicilium. † Amplia, quia conſtituitur domiciliũ,
22 vel ſi larem tranſtulit in loco, videlicet habitationem cum animo ibi permanendi, vel maiorem partem fortunarum ſuarũ: quia tũc efficitur incola, *l. ciues, C. de incolis, lib.* 10. vbi apoſt. glo. *in ver. ſummã.*
23 † Amplia, quia is, qui conſtituit domicilium in loco ex habitatione, poteſt ibi conueniri etiam ex contractu facto extra locum, vbi habitat. Io. de Imol. *conſ.* 35. *n.* 13. *in fi. & nu.* 14. *ver. circa ſecundum.* † Ex-
24 tende, quia ſi quis habet domicilium in pluribus locis, & ſortiatur forum in pluribus locis, poteſt in vtroque domicilio conueniri. Io. de Imol. *d. conſ.* 55. *num.* 23. *in fi. ver. pro declaratione.* † Imo poteſt colle-
25 ctari circa perſonam, quia dicitur effectus incola. Abb. *conſil.* 100. *Videtur primo, in princ. lib.* 2. vbi extendit in tantum, quod præuentus nõ poteſt recedere à loco, vt fraudet munus impoſitum. † Limita,
26 quia domicilium non conſtituitur per habitationem, vel incolatũ niſi cõcurrat animus, & factum ſimul. Bal. *conſ.* 311. *Quæſtio ſuper qua, in princ. lib.* 4. *& in* 3. *conſil. ibi inſerto, n.* 5. *ver. ſed modo videamus*, quorum primum eſt Petri Albitij Piſani, tertium eſt Philippi Caſſolæ, & idem dicit Abb. *conſil.* 100. *Videtur primo, ver. ſolum ergo reſtat, lib.* 2.
† Extende, quia ſcholaris & mercator per habitationem non conſtituunt domicilium, quia non habent animum continuo ibi habitan-

habitandi,sed recedendi. Alex. *conf.216. Ponderatis,n.14.& seq.lib.6.*
27 † Præsumitur autem animus,quando vel expressit, vel per decennium habitauit,vel quando transtulit familiam,& concurrunt indicia,alias in dubio non præsumitur,sed statur suæ assertioni. Bald. *d.conf.311. in princip.* Iatius *in 3. conf. ibi inserto,num.5. ver. sed modo videamus,& conf.313. Præfati excellentißimi, in princ. lib.4.* Ang. *conf.27.num.2.*
28 † Imo, quod præsumatur in dubio per incolatum, seu habitationem factam per decennium constituisse domicilium, nisi constet de animo contrario. Bart. *in l. Cornelia, § si domum, ff. de iniur.* Abb. *consil.100. in princ. lib.2.* Vide, *Incola quis dicatur, & quid sit incolatus. Concluſ.72.*
29 † Declara; quia ad effectum, vt delinquens puniri possit in loco, vbi plurimum conuersatur, sufficit conuersatio per decem annos. Alex. *consil.166. Videretur, num.4. lib.7.* vbi apostilla *in ver. decem.* dicit, quod etiam si minori spatio decem annorum conuersatus est, poterit de delicto alibi commisso inquiri. † Contrarium
30 tamen tenet Alex. *conf.216. Consideratis,num.14.& seq.lib.2.* vbi, quod solum poterit conueniri de iis, quæ commisit in loco, vbi conuersatur, & respondet tacitæ obiectioni; quia etiam si non conuersatur in loco, quilibet ratione delicti sortitur forum in loco. Vide eum; quia non credo responsionem multum releuare.

Domicilium mutare quando quis dicatur. Concl. 597.

1 DOMICILIVM † non mutatur sine animo; ideo impubes qui stat penes nutricem, vel tutorem, non dicitur mutasse domicilium, nisi per decennium perseueranerit post pubertatem,
2 cum tali animo. Feder. de Sen. *conf.253. Quidam puer. in princ.* † Extende; quia neque sufficit animus, nisi concurrat factum; quia in constitutione domicilii duo requiruntur, videlicet animus, & factum, & vnum sine alio non sufficit. Bald. *conf.311. Quæstio super qua, num.3.* quod est Petri de Albitiis Pisani, *cum duobus seqq. lib.4.* vbi tamen, quod si per decem annos quis habitauit; tunc præsumitur mutatio domicilii, & maxime *in 3. conf. ibi inserto, num.4. ver. sed modo.*
3 quod est Philippi de Cassolis. † Amplia in scholare ratione studii; quia non dicitur mutasse domicilium; quia ibi non stetit animo permanendi. Feder. de Sen. *d. conf.253. num.2.* Vide Masc. *Concl. 533. Quibus ex coniecturis, n.15.& seq.* vbi pro vtraque parte citat. Am-
4 plia; † quia impuberes & infantes domicilium sibi constituere non possunt, sed lex pro eis constituit. Bald. *conf.334. Factum tale est, ma-*
5 *gister, circa med. ver. ex hoc apparet, lib.4.* † Amplia; quia domicilium mutatur pacto, & obligatione; ideo is, qui vult posse conueniri in certo loco, vel qui subiicit se statutis certi loci, dicitur quoad hoc se subiicere, & paria sunt, subiici, & forum sortiri. Alexan. *conf.150. Viso themate, num.3. ver. quia subiici, lib.2.* vbi apostil. citat eundem
6 Alex. *conf.211. colum.1. eodem lib.2.* † Limita respectu diuinorum, & iurium parochialis Ecclesiæ; quia debentur ab eo, qui in aliena parochia degit, & etiam quarta sepulturæ, quæ parochiæ debetur, si quis eligat sepulturam extra parochiam; quia intelligitur de parochia habitationis tempore mortis. Feder. de Sen. *d. conf.253. per totum.* vbi Felin. in apostil. *in princ.* & Feder. *in ver. Viso supradicto themate, per totum.* † Limita respectu decimarum personalium, & diuinorum susceptionis, quia soluuntur, & recipiuntur à parochia, cui subest quis per habitationem. Feder. *d. consil.253.* vbi Felin. in apo-
8 stil. *1. ver. solutio decimæ.* † Limita; quia domicilium mutatur, quando quis transfert illud in aliam ciuitatem, animo ibi perpetuo habitandi, vel quando maiorem partem fortunarum suarum transtulit in alio loco. Bald. *consil.409. Cum quæritur, num.4. ver. aliquando quis acquirit, lib.5.* Vide, *Domicilium quando quis sortiatur per habitationem. Concluſ. proxima præced.*

Domicilium eligere qui teneantur. Concl. 598.

1 ACTOR, † qui non habet certum domicilium in loco iudicii, si interpellatur, vt eligat domicilium, vel locum, vbi citari possit, & non faciat, totus processus erit nullus de iure communi. *c.1. de lit. contest. ad fi.* Alex. *conf.64. Et si celeberrime in pr. lib.3.* vbi apost.

Dominium multiplex, & quid sit. Concluſ. 599.

1 MVLTIPLEX † est dominium, aliquando quis dicitur habere dominium ratione præeminentiæ, aliquando ratione connexitatis, aliquando ratione administrationis sine dignitate, aliquando ratione administrationis cum dignitate, aliquando ratione proprietatis. Signor. Homod. *conf.70. In quæstione vertente, in princip. num.2.* Et quadruplex ponit Boer. *decis.42. num.4.* videlicet dominium venditionis, dominium dispositionis, plenæ possessionis,
2 & fruitionis. † Dominium aliud est iurisdictionis, aliud particulare proprietatem bonorum respiciens, & vnum sub altero non continetur; quia diuersæ naturæ sunt. Innoc. *in c. ex litteris de iure patron.* Bald. *in l. a procuratore, col.1. C. mand.* Rom. *conf.444. num.6.* Bald. *conf.238. lib.4.* Iason *conf.146. num.26. lib.2.* Castr. *consil.56. lib.2.* communem * dicit Couar. *pract. quæstio. cap.1. num.10. ver. decima concluſio.* *
† Aliud est dominium directum, aliud dominium vtile. Cast. *conf.* 3
369. *Viso & examinato, num.1. in fin. lib.2.* † Imo quod tuplex sit do- 4
minium, videlicet directum, vtile, & quasi dominium. & sic dicas, aliud est dominium directum, aliud vtile. Vide infra, *Dominium directum, & vtile in quibus consistat. Concluſ.601.* vbi *num.8. & seq.* videas.
† Directum dominium non causatur ex possessione, *l. naturaliter, §.* 5
nihil commune. ff. de acquir. possess. † Vtile causatur ex possessione lon- 6
gi temporis titulata cum bona fide, *auth. nisi triennale. C. de bon. matern. l. si quis emptionis, in princip. C. de præscript.30. vel 40. ann.* Vide, *Lo-*
catio ad longum tempus est alienatio. Concluſ.403. † Quasi dominium 7
causatur ex bonæ fidei possessione cum titulo habili non dominio, *§. alia. Instit. de actio. l.1. & l. eum qui. & l. traditionum. & l. quæcunque. ff. de Publicia.* † Aliud est proprium, & verum, aliud improprium & 8
fictum; proprium est, quod transfertur traditione, improprium, quod fictione legis, *l. quod si nulla, ff. de leg.1.* Iaf. *in l. talis scriptura. prope fin. ff. eod. tit.* & hinc dixit Bart. *in l. cui fundus, col. fin. ff. de cond. & demonstrat.* quod licet dominium rei legatæ sit penes legatarium; tamen potest legatarius petere rem ipsam, vt per receptionem facti illud consequatur, & dominium verum habeat. Bart. & Doct. *in l.1. com-*
mun. de leg. † Aliud est dominium, aliud quasi dominium, sicut a- 9
liud rei vendicatio, aliud publiciana. Cast. *conf.369. Viso & examinato, num.1 in fin. lib.2.* Alex. *conf.202. Super causa, in princ. lib.2.* vbi, quod dominium proprie, & vere sumitur, quando agitur rei vendicatione, quasi dominium, quando agitur publiciana, & idem dicit *consil.*
96. Visis, num.5.& seq. lib.4. † Et quod dicitur de dominio, & quasi 10
dominio, procedit etiam in proprietate, & quasi proprietate, glos. *in l. quædam, in verb. de liberis, ff. de interdict.* quam singularem dicit Alexand. *d. conf.202. num.2. lib.2.* vbi, quod licet dominii, & proprietatis facta mentio possit importare quasi dominium, & quasi proprietatem; tamen secus est, quando agitur rei vendicatione, in qua verum dominium est necessarium. † Directum dominium mul- 11
tiplex, aliud est plenum, & liberum, aliud parum efficax, puta quãdo dominus, contra quem præscriptum est per 30. annos, retinet quidem dominium directum, & præscribens habet vtile; ideo si res præscripta deuenit ad dominum primum contra quem est præscriptum, poterit se tueri à præscribente, ita Couarr. *dict. 3 parte relect. c. possessor, de reg. iur. §.1. in princ.* † Et ideo efficacia huius domi- 12
nii directi est penes dominum, contra quem est præscriptum, plene Couarr. *dict. 3. part. relect. c. possessor, de reg. iur. §.1. num.3. ver. tertio, ab ipsa communi, cum seq.* vbi latissime, quod agit contra omnes exceptio præscribente, vel causam habente ab eo, vbi *num.6.* quod non impedit confiscationem. Vide, *Dominium, non potest esse penes*
plures. Concluſio. 609. num.7. & seq. vbi habes aliquando dominium directum, & vtile esse duplex, & subalternatum, & creatum à lege, vbi videas. † Vtile dominium non est, nisi quædam commo- 13
ditas, & vsus rei, *l.1. §. quod autem, ff. de superficieb.* Socin. *in l.1. ff. ad Trebell.* † Et ex possessione decem annorum continuorum proba- 14
tur dominium bonorum, saltem vtile, ex titulo cum præscriptione decem annorum inter præsentes, & decem annorum inter absentes. Bart. & alii *in auth. nisi triennale. C. de bon. mater.* Dyn. & alii *in reg. possessor. de reg. iur. in 6.* Areti. *Instit. de vsucapio. in princ.* † Et ex pos- 15
sessione triginta annorum continuorum probatur vtile dominium ex sola præscriptione, etiam sine titulo, ex quo statutum non requirit titulum. Bald. *in l.2. C. de præscript.30. annorum.* & est magis
* communis opinio. Couar. *in 3. par. relectio. c. possessor, de reg. iur. §.1. in* *
princ. † Et quod acquiratur ex præscriptione 30. annorum Paris. 16
cons.104. In præsenti, n.117. lib.1. Ruin. *conf.14. Viso, n.5. lib.4.* vbi in proposito, quod bona fides præsumitur in tam longa præscriptione.
† Et in tantum est verum, quod habens directum dominium eli- 17
ditur per vtile acquisitum ex præscriptione 30. annorum. Balb. *in tract. de præscriptio. in 2. parte princ. in 2. quæst.* vbi, quod habens directum agens contra habentem vtile ex præscriptione debet succumbere. † Et appellatione quasi dominii, licet veniat publicia- 18
na; tamen etiam vtile dominium cõtinetur. Cast. *conf.445. In causa, quæ vertitur, num.3 lib.1.* † Probatur vtile dominium præscriptione, 19
quando habuit possessionem ab eo, qui dedit titulum alias non. Castr. *conf.445. num.2. ver. quantum ad secundum, lib.1.* sufficit tamen, quod nõ constet, quod habuit titulum ab vno, & possessionem ab alio; quia in dubio ab eodem præsumitur habere, quando titulus est verus; si vero titulus est fictus, debet probare præcise, quod ab eodem habuit possessionem & titulum, ita Castr. *d. conf.445. num.3. ver. respondeo ad rationes.* † Conductor ad longum tempus dici- 20
tur ha-

tur habere vtile dominium, & in hoc differt à simplici conductore; quia conductor simplex ad modicum tempus non possidet, neque naturaliter, neque ciuiliter, neque habet dominium, vtile, neque actionem vtilem, sed nomine domini possidet; conductor vero ad longum tempus 10. annorum vel vltra, habet possessionem naturalem, vtile dominium, vtiles actiones; locator vero habet ciuilem possessionem, & directas actiones, & istud vtile dominium conductoris ad decem, vel ad viginti annos est ad idem tempus præfixum, quo adueniente statim cessat, & extinguitur vtile dominium, vtilis actio, compellitur restituere rem domino, & non potest inferre vllam quæstionem dominii, siue vtilis, siue directi.

21 Angel. Aretin. *consil.17. Cum quæritur, in princip.* vbi late. † Est duplex dominium vtile; vnum est, quod habet emphyteuta, vel feudatarius; aliud, quod habet præscribens, & differunt, quia debilius est vtile emphyteutæ, quam præscribentis, ideo non potest substinere libellus emphyteutæ, qui facit se proprietarium, sed bene libellus præscribentis, ita Couar. *in 3. parte relectio. c. possessor, de reg.*

22 *iur. §. 1. num. 2. ver. secundo, & si verum sit.* † Dominii appellatione intelligitur de pleno, & libero, quia dominium est plena proprietas.

23 Socin. *cons. 9. num. 34. lib. 1.* † Et appellatione dominii in dubio de directo intelligitur. Signorol. *cons. 253. num. 2.* Bartol. *consil. 243. Fuit quidam, num. 3. in fin. ver. Nam vbi de dominio, lib. 1.* vbi, quod id procedit maxime in fauorabilibus, & testamentis, & *num. 6.* vbi idem est

24 in substitutione directa in dubio. † Et propterea differt dominium à proprietate, quia dominium importat directum, & vtile, proprietas importat directum tantum, & sic minus est dicere proprietatem, quã dominium, plene Parpal. *in l. si quis maior. C. de transact. in 16. notab. num. 51. & seq.* maxime *num. 56.* Iaf. *in l. traditionibus, nu-*

25 *mer. 10. C. de pact.* † Declara; quia imo dominium simpliciter prolatum sumitur large tanquam genus aptum comprehendere sub se dominium stricte sumptum, & etiam quasi dominium, vel vtile dominium, *l. cum postulassem, in princ. cum gloss. in ver. dominium accipitur. ff. de damn. infect.* Alex. *cons. 96. Visis narratis, nu. 7. ver. præterea, lib. 4.* vbi adducit multa similia, *num. 8. & seq. de vsufruct.* qui potest accipi stricte, & large pro omni vsufructu, etiam rerum, quæ vsu consumuntur; sic & in possessione, quæ proprie, & stricte sumitur rerum

26 corporalium, & improprie etiam rerum incorporalium. † Si tamen alternatiua esset inter genus & speciem, & sic inter dominium, dictio, *vel*, stat declaratiue, vt quasi dominium contineat. Alexander *cons. 96. num. 9. ver. modo sic, lib. 4.* † Dominium est ius, vt apparet ex diffinitione dominii, quam ponit Bart. *in l. si quis vi. §. differentia, ff. de acquir. possess.* Alex. *cons. 103. Quoniam, num. 7. ver. quia dominium, lib. 6.* Vide Conclusionem proxime sequent. vbi de multis dominiis altis, & bassis.

Dominium sumitur large, & multis modis. Conclusio 600.

1 DOMINIVM † sumitur large, & eius significatio potest verificari in qualibet modica superioritate; vnde Imperator ra-

2 tione solius protectionis appellat se dominum totius orbis. Oldr. *cons. 159. Ex præsenti, num. 6. ver. vnde quia nullum.* † Et Episcopus dicitur habere dominium Ecclesiæ, *c. olim, de restit. spoliat.* & tamen res sacræ non sunt in dominio alicuius; ideo respectu solius iurisdictionis dicitur dominus, & respectu curæ, & gubernii. Feder. de

3 Sen. *cons. 279.* † Amplia; quia priuilegium concessum religioni, quod in bonis suis possit oratoria construere, extenditur etiam ad bona, in quibus habeat religio solam protectionem, & iurisdictionem; quia largo modo dicitur habere dominium; ideo in bonis suppositis religioni, etiam quod sint aliena, possunt oratoria fieri.

4 Fed. de Sen. *d. cons. 279.* † Altum & supremum dominium iurisdictionis est illa maior superioritas, quæ est penes Papam & Imperatorem, & ista superioritas alti dominii non potest præscribi; quia non potest esse, nisi penes istos duos de iure. Bald. *consil. 300. Ad euidentiam præmitto, per totum, libr. 5.* infra *num. 11.* † Contrarium dicit

5 Surd. *cons. 210. num. 57.* quod licet Bart. & alii *in l. Imperium, num. 8. ff. de iurisd. omn. iud.* constituant vltra merum, & mixtum imperium aliud maximum imperium, quod competit Papæ, & Imperato-

6 ri; tamen dicit idem in quocumque Principe vniuersali. † Et de isto alto dominio, quod non possit supremus Princeps illud à se abdicare, & quod semper censeatur reseruatum, & quod alii inferiores sint incapaces, ita quod semper superior potest concurrere in exercitio alti dominii, plenissime Roland. à Valle *cons. 1. num. 134. & seq. ver. quinto respondetur, lib. 2.* maxime 138. *& seq.* & repetit *cons. 80. num. 20. vsque in fin.* vbi dicit, quod non præscribitur contra talem supremam iurisdictionem etiam per tempus immemorabile, nisi constet, quod superior voluerit exercere, & fuerit repulsus, & quod non possit à se abdicare maioritatem, plenissime Surd. *consil. 210. num. 54. & seq.* vbi citat plurimos; quia non potest Imperator facere sibi alium parem, neque valet præscriptio. Natt. *cons. 402. num. 20. & seq.* vbi late. † Et quod non possit præscribi su- 7

prema iurisdictio Papæ & Imperatoris ab aliquo; quia alii omnes sunt incapaces; & quia sequeretur absurdum, quod Imperator ab inferiore posset iudicari in loco præscripto, & puniri, quod est falsissimum; quia supremus non potest habere alium supra se. Bald. plene *d. cons. 300. Ad euidentiam præmitto, in princip. lib. 5.* Surd. *d. consil. 210. num. 54. & seq.* & Couar. *pract. quæst. c. 4. in princ.* & quia non potest facere alium sibi æqualem, plene etiam Caccialup. *in l. Imperium. quæstio. 15. num. 39. ff. de iurisd. omn. iudic.* † Et altum dominium 8

est illud, quod competit supremo domino, videlicet Principi supremo circa iurisdictionalia, prout Imperatori, vel Regi, de quo in *c. Imperialem, in princ. & §. illud quoque, de prohibita feud. alienat. per Fed. & in c. 1. quo tempore miles inuestit. per. deb.* Guido Pap. *dec. 551. De hoc anno, num. 4. ver. & non mirandum,* allegat Bald. *in d. §. illud quoque, colum. 2. ver. quæro ergo, cuius parabola,* vbi loquitur in feudi concessione, late Specul. *tit. de feudis, §. 1. q. 14. n. 28.* vbi dat exemplum in Rege Franciæ, qui in Regno suo habet iurisdictionem generalem in omnes, prout Imperator in toto orbe, licet subditi sint sub iurisdictione inferiorum. † Et istud dominium vniuersale non venit in con- 9

cessione castri facta cum omni iure; quia intelligitur de omni iure, quod competit tanquam domino castri, non tanquam Regi. Et idem de Imperatore. Roland. à Valle *cons. 1. num. 144. lib. 2.* vbi citat concord. & *cons. 80. n. 19. & seq. eod. lib. 2.* & iterum plenius *cons. 4. n. 45. & seq. lib. 3.* Surd. *cons. 53. n. 13. & cons. 127. n. 62.* plenius *cons. 152. n. 36.* citat plurimos, & *cons. 210. num. 33. & seq.* † Et causatur altum dominium directum, & vtile *in c. dudum, de præbend. in 6.* ibi, *penes nos tamen remansit maior potestas.* ita Bald. *cons. 333. Ad intelligentiam, col. 2. ver.* 10

sane nemo dubitat. Roland. & Surd. & alii supra allegati; item fundatur *in c. Imperialem, §. illud quoque, de prohib. feud. alienatio. per Feder.* ibi, *paratus fuerit satisfacere maiori domino.* ita Guido Pap. *decis. 151. numer. 4.* item fundatur *in l. talem. §. fin. ff. de hæred. instit.* & in gloss. magna *in l. si seruo, in fin. ff. de adimen. leg.* argumento, prout arguit Bald. *d. consil. 333. prope fin. lib. 1.* vbi, si hæredem meum instituo seruum, quem liberum facio, non erit hæres, si alienatus reperitur; quia non est meus, sed si liber factus est à me, erit hæres; quia licet non sit seruus meus, est tamen libertus meus, & sic duplex dominium constituitur ibi, altum in liberato, bassum in seruo. † Dominium igitur altum & 11

supremum, quod Imperatori competit in omnibus iurisdictionibus, etiam sumitur multis modis, de quo Legistæ dicunt, non posse abdicari ab Imperatore, & Imperio, vt per Oldrad. *consil. 252. Ad quæstionem, n. 6.* de quo supra *n. 4. & seq. ver. altum.* † Nam Mandel. *cons. 62. n. 19. & seq.* maxime *nu. 22. & seq.* dicit, quod importat solam 12

protectionem, non autem quod possit imponere onera, vel grauamina; & iterum *num. 40.* dicit, quod importat protectionem, & defensionem ratione iurisdictionis in vniuerso, & non ratione alicuius proprietatis, & loquitur in donatione facta Ecclesiæ Nouariæ, & idem dicit Iacobin. de S. Georg. in *sua inuestitura feudali in ver. inuestiuit talem, num. 10.* Montep. *cons. 99. num. 33. & seq.* † Et idem Mandel. *cons. 389. num. 12.* vbi, quod non importat aliquod ius vti- 13

le, vel directum, sed ius vniuersale ratione superioritatis. † Restringe, quando est ratione feudalis concessionis; quia ex quo do- 14

minus supremus concedens habet etiam directum dominium; tunc plus importat; quia si non sunt concessæ appellationes expresse appellatur ad dominum supremum, Iacob. à S. Georg. in *sua inuestitura feudali, in ver. cum mero & mixto imperio, num. 9.* plenius Guido Pap. *dec. 551. de hoc, num. 4.* vbi dicit hoc ius appellandi, quod dicitur refortiandi ius, competit supremo domino; sed tamen potest remitti vasallo; quia non est de substantia feudi, prout fidelitas, quæ est de substantia, plenius Natt. *cons. 580. num. 22. ver. tertio quæritur. vsque in fi.* vbi, quod est appellatio de reseruatis supremo principi in signum superioritatis, quæ non venit, nisi exprimatur. Contrarium, † quando adsunt verba vniuersalia, puta, cum omnimoda iurisdictione, tenet Iaf. *consil. 161. Circa primum, lib. 2.* quia tunc 15

concessæ censentur appellationes primæ, & reseruatio alti dominii continet appellationes secundas, non primas. † Declarat Osasch. *decis. 101. num. 9.* quia si facta est reseruatio, saluo iure superio- 16

ritatis & re forti; tunc necessario reseruata est appellatio supremo principi concedenti, allegat Rubeum Alex. *cons. 50. n. 10.* & alios. † Declarat Natt. *d. cons. 580. in fin.* quod conf. Iaf. non sit verum, maxime, quando facta est reseruatio, prout solet fieri de supremo do- 17

minio. † Declarat Natt. *cons. 614. in princ.* quod imo si est concessa appellatio, non est concessa supplicatio, quæ imo competit su- 18

premo domino maxime, quando sibi reseruauit altum dominium.

† Item

19 Item † feudatarius etiam, quod habeat appellationes respectu alti dominii, tenetur recognoscere supremum dominum in superiorem; item non potest actionem famosam contra eum intentare; item nec in iudicium sine venia vocare, neque officium aduocationis contra dominum exercere; item tenetur ad ea, quæ sunt in iuramento fidelitatis, & dominum adiuuare in bello. Guid. Pap. *d. decis. 551. num. 5.* vbi loquitur in Episcopo Vapanien. feudatario Regis Siciliæ, quem sequitur Natt. *consil. 487. num. 13. & seq. ver. secundo*
20 *principaliter.* † Item plus voluit in feudatario loquens Roland. à Valle *cons. 80. num. 12. & seq. lib. 2.* quod etiam ratione supremi dominii, poterit Papa & Imperator, qui concesserunt regalia feudatario, velle grauare subditos oneribus generalibus. Surd. *cons. 210. num. 33. & seq.* vbi citat plurimos, & dicit procedere siue immineat
21 bellum, siue pax ad præcauendum. † Contrarium dicit Mandel. *d. cons. 62. num. 21. & 22.* quia dicit Guid. Pap. confundi; quia in feudi concessione concedens habet semper directum dominium, cuius causa hæc potest, non ratione alti dominii, & quod habeat directum dominium feudi dominus, & feudatarius vtile, plene
22 Deci. *cons. 192. Pro tenui, in princ.* † Declara; quia in concessione feudi procedunt, quæ dicit Roland. à Valle, vel quando iura fuerunt reseruata in concessione, puta reseruata superioritate, & ita lo-
23 quuntur omnes allegati per Roland. à Valle *cons. 1. num. 138. & seq. ver. quod imperator, lib. 2.* & ita etiam loquitur *cons. 80. eod. lib.* † Contrarium, quod procedat etiam in donatione, venditione, & alienatione facta vasallo, tenet Surd. *cons. 47. num. 37. & seq. ver. corrobo-*
24 *rantur ergo.* secus si non vasallo, & sic non subdito. † Imo plus dicit Socin. Iun. *cons. 126. num. 35. & 36. ver. quarto & vltimo, lib. 3.* quod magis reseruatur superioritas, quando conceditur aliter, quam in feudum, puta donando; quia tunc magis præiudicat, & minuitur imperialis dignitas; sed respondet, quod potest procedere, quãdo non constat, quod libere donet, alias secus; quia tunc nihil re-
25 seruatur. † Declara igitur; quia quando conceditur Ecclesiæ, siue vniuersali, siue particulari; tunc quia non per viam feudi, sed titulo donationis, vel alienationis, ex quo Ecclesia non est subdita, sed libera ab omni iurisdictione seculari Imperatoris, & aliorum Principum secularium, qui sunt obligati, & constituti ad protectionem, & defensionem Ecclesiæ, nullam habent iurisdictionem, neque quoad appellationes, vt *in c. Romana, §. debet, de appell. in 6.* nisi fuerit ex consuetudine, vel priuilegio, vel expresse reseruata appellatio quoad Ecclesiam inferiorem, neque quoad alia, quæ supremo Principi spectant; quia cum Ecclesia sit libera, nisi teneat in feudum; tunc princeps seminaret in agro alieno, & plantaret in agro alieno, quod non licet; quia satum, & plantatum cedit solo, *Instit. de rerum diuisio. §. & ex diuerso.* & ad alium finem loquitur Bosi. *titul. de pœnis, sub num. 25. & seq.* sed quando subdito facta est concessio, qui remanet vasallus & subditus; tunc secus est; quia imo in agro proprio seminat, & plantat quoad ea, quæ supremam superioritatem respiciunt, ita Surd. *cons. 152. num. 35. & seq. ver. declinatur & sextum. & cons. 47. num. 37.* vbi declarat se, quando
26 subdito, vel non subdito fit concessio. † Sed quia in ista materia Doctores in confuso loquentes videntur varii, & contrarii, vt materia reducatur ad consonantiam, & veritatem constituendi sunt plures casus, quos posui *in ver. Donatio facta per Constantinum Eccle-*
27 *sia Romana valet. Concluſ. 689. num. 13. & seq.* vbi videas. † Plus dicit Natt. *cons. 487. num. 10 seq.* quod imo supremus dominus potest ratione supremi dominii legitimare, leges contra ius facere, res iudicatas irritas facere, creare tabelliones, delinquentibus indulgere, & alia, de quibus per Bald. *in l. rescripta, C. de preci. Imper. offeren.* Iacobi. *in sua inuestitura feudali, in ver. princeps.* & vlterius Natt. dicit, quod munerum & onerum vniuersalis impositio hoc importat ex causa necessaria; quia possunt grauari, sed Bald. non loquitur in istis terminis, sed de potestate Papæ & Imperatoris, non quando alteri donauit, vel concessit, plenius Surd. *consil. 152. num. 17. & seq. per tot.* & pleniſſime *consil. 210. per tot.* vbi, quæ pos-
28 sit supremus dominus, & quæ non. † Imo idem Natt. *consil. 614. per tot.* vult, quod non valet pactum, quod superior concedens castrum non possit citare inuestitos; quia si iniustitias faciunt, non debent ex pacto nullo tueri, sed loquitur, quando concessio est facta laico, & in concessione est reseruatum altum dominium.
29 † Item potest ponere visitatorem. Bald. *consil. 333. Ad intelligentiam,*
30 *colum. 1. ver. praterea si recte, lib. 1.* † Declara; quia non potest dominus directus feudi in loco sui vasalli dare tutorem pupillo, neque alium actum iurisdictionalem exercere, nisi in defectum iustitiæ inferioris; & ideo poterit mandare, quod officialis feudatarii expediat causam intra certum tempus. Roland. à Valle *cons. 78. num. 4. & seq.* vbi, quod neque potest dare adiunctum iudici suspecto
31 vasalli, allegat Curt. Iun. *consil. 2.* † Et quid possit dominus supremus ratione alti dominii, & maioritatis reseruatæ sibi in homines vasallo suo infeudatos, vide Socin. Iun. *cons. 126. num. 29. & seq. lib. 3. vsque in fin.* Vide, *Feudi dominus in quibus exerceat iurisdictionem in feudo. Concluſ. 210.* Vide, *Feudatarius vtilis est dominus. Concluſ. 208.* Et de multiplici dominio plenius *Concluſ. prox. præced. & Concluſ. proximæ seq.*

Dominium directum & vtile in quibus consistant, in quo differant, & quando æquiparentur. Concluſ. 601.

DOMINIVM † directum dicitur, quod consistit circa corpo- 1
ralia, quæ in dominio nostro consistunt. Anchar. *cons. 3. Non est dubium, in print. num. 3. ver. nam quoad translationem.* Vide, *Actio vtilis præfertur, &c. Concl. 100.* † Et diuersæ dicuntur species dominio- 2
rum, directum & vtile; & ideo vnum non continet aliud, & transferens vnum non transfert alterum. Dynus *consil. 21. Quæstio talis est ego habebam, in fin.* † Imo duplex est directum, & duplex est vtile 3
dominium; quia aliquando ex necessitate creatur, seu fingitur dominium secundum, & subalternum, vt in feudis regalibus. † In dubio mentio facta de dominio intelligitur de directo, non 4
de vtili. Alexand. *cons. 86. In causa datiorum, colum. 2. ver. non obstat verbum dominii, lib. 1.* † Restringe, nisi natura actus aliter suadeat. Alex. 5
d. consil. 86. colum. 2. ver. non obstat verbum, lib. 1. † Vtile vero domi- 6
nium dicitur, quod consistit circa incorporalia; ideo nomina debitorum, iura, & actiones, & similia incorporea dicuntur esse in dominio nostro vtiliter Petr. de Anchar. *d. cons. 3. num. 3. ver. nam quoad translationem.* † Imo dominium vtile dicitur ex eo; quia vtilitas 7
rei spectat ad talem dominum; ideo feudatarius, & emphyteuta, & alii habentes vtile dominium, debent habere omnem commoditatem, & fructum rei, etiam si sint venæ auri & argenti. Castrens. *cons. 354. Commodum dictæ venæ, lib. 1.* Vide, *Feudatarius est vtilis do-*
minus, & ad eum spectant vtilitates. Concluſ. 208. † Duplex est domi- 8
nium vtile; vnum est subordinatum directo, vt in emphyteuta feudatario superficiario conductore ad longam tempus; aliud est non subordinatum, sed contrarium directo; quia reddit directum inutile, prout est illud, quod quæritur præscriptione longi temporis, & tale dominium vtile quæsitum extinguit directum. Bart. *in l. si ades, §. libertas, in fin. ff. de seruit. vrba. prad.* Parisi. *in l. 1. num. 68. & 69. ff. de acquir. poss.* Ruin. *cons. fin. in fin. lib. 1.* † Imo, quod sit aliud domi- 9
nium vtile altum, & supremum aliud inferius, & minus, puta quãdo habens feudum subinfeudat; nam primus infeudatus habet vtile dominium, & si facit alium subinfeudatum, quod potest videtur, quod dominium vtile transeat in subinfeudatum, & sic subinfeudans videtur, quod non habeat directum; quia est penes primũ dominum, neq; vtile; quia translatum est in subinfeudatum; tamen dicit Surd. *cons. 210. num. 42. & seq. ver. nec mouet.* quod creatur vtile dominium subalternum in subinfeudantem, & citat plurimos hoc tenentes. Vide plenius de multiplici dominio directo, & vtili in- 10
fra, *Dominium non potest, &c. Concl. 609. num. 7. & seq.* † Differt domi-
nium directum ab vtili; quia directum regulariter non transit sine traditione, *l. traditionibus, C. de pactis.* † Vtile vero transit ex sola ces- 11
sione, quia cessio loco traditionis habetur, *l. ex legato nominis, cum ibi not. C. de legat.* † Contrarium, quod neque vtile dominium trans- 12
eat ex cessione sine traditione. Vide infra, *Dominium vtile qual. &c. Concl. 608.* † Item, quia scientia & patientia, item cautio præsti- 13
ta ab vsufructuario habent vim traditionis, & cessionis circa exercitium vtilis actionis, quæ magis de facili transfertur. Vide, *Do-*
minium vtile qualiter transferatur. Concluſ. 608. † Secunda differen- 14
tia est, quia in casibus, in quibus iure speciali transit directa actio, & vtilis, is, in quem vtile dominium transit, vel vtilis actio, licet possit exercere vtilem absque consensu eius, in quo remanet directa, non tamen potest exercere directam actionem sine consensu, & nomine eius, in quo est radicata. Petr. de Anchar. *d. cons. 3. num. 4. ver. moueor primo.* † Tertia, potentius est directum dominium, & 15
actio directa, quam vtilis, quando habens directum præoccupauit, item, quando se habent tanquam diuersa, item, quando se habent tanquam contormia, secus, si habent se tanquam contraria. Signorol. *cons. 217. num. 16. & seq.* Quarta, directum dominium non transfertur ex præscriptione, sed bene vtile, Vide Soc. *reg. 22. Dominium directum ex præscriptione non transfertur*, vbi limitat quatuor modis. † Æquiparantur directum & vtile dominium, quia 16
in omnibus casibus, in quibus directum non transit sine traditione, vtile non transit sine cessione, & in quibus casibus directum transit ipso iure, exiure speciali sine traditione vtile pariter transit sine cessione. Petr. de Anchar. *cons. 3. Non est dubium, num. 3. ver. nam quoad traditionem.* † Imo dominium & quasi dominium æquiparan- 17
tur quoad translationem, quia non transfertur vnum, nisi, prout

alterum,

alterum, traditione vera, vel ficta. Dyn. *conſ.* 47. *Viſa & diligenter.* Vide, *Actio directa & vtilis in quibus. Concluſ.* 96.

Dominium rerum qualiter transferatur, ſeu acquiratur. Concl. 602.

1 DOMINIVM † transfertur traditione; ideo requiritur traditio ad translationem dominii in contractibus inter viuos, ſiue contractus ſit ſuper re ſingulari, ſiue ſuper vniuerſitate bonorum. Paul. de Caſtr. *in l. de diuiſione, num. 4. ver. regulariter, ff. ſolut. matr.* Alex. *conſ.* 28. *Viſo & prohibito, lib. 2. in princ.* Vide tamen Socin. *Reg.* 23. *Dominium quando in eius translatione.* vbi declarat, vt non transferatur, quando in tradente eſſet error, ſed tamen reſtringit quatuor
2 modis, vt etiam, ſi error adeſſet, transferatur. † Extende; quia ex illis verbis venditionis, *dedit, vendidit, tradidit*, non transfertur dominium, neque poſſeſſio. Ias. *conſil.* 149. *colum. penult. & fin. lib.* 4. Alex. *conſ.* 10. *num.* 6. *lib.* 4. Alexand. *conſ.* 97. *in princ. lib.* 7. niſi in conſpectu rei ſint dicta, infra *num.* 24. Vide, *Poſſeſſio qualiter & ex qui-*
3 *bus probetur. Concluſ.* 418. † Declara; quia ad transferendum dominium ſufficit ficta traditio, vel aliquid, quod habeat effectum traditionis, prout conſtitutum, alienatio in conſpectu rei, & quid ſimile, vide infra *num.* 33. *& multis ſeqq.* Vide, *Dominum quando & ex*
4 *quibus contractibus transferatur, vel non. Concl.* 603. † Et ideo, quando maritus confitetur habuiſſe ex cauſa donationis ab vxore, præſumitur, quod poſſideat, & confeſſio operatur fictam traditionem. Bald. *conſ.* 397. *Caſus talis, in princ. lib.* 1. Vide, *Donatio inter virum &*
5 *vxorem requirit traditionem. Concluſ.* 692. † Declara, vt in ſolo contractu ſocietatis omnium bonorum transferatur dominium ſine traditione. *l.* 2. *ff. pro ſoc.* in quo eſt ſpeciale, vt per Caſtr. *in d. l. de diuiſione, num.* 3. *ver. nec obſtat, ff. ſolut. matr.* † Amplia etiam in legato facto per teſtatorem de re hæredis; quia non transfertur dominium
6 per aditionem hæredis, ſed requiritur traditio. Bald. *conſil.* 89. *Dominus Thomas, num.* 7. *ver. ad euidentiam, lib.* 1. † Idem eſt, ſi legatur creditum, quod habet teſtator; quia niſi debitor velit agnoſcere liberationem, non poteſt legatarius agere ſine ceſſione ab hærede, qui tamen tenetur cedere. Bald. *conſil.* 151. *Caſus quidam, lib.* 3. Am-
8 plia, † quia dominium cedum non transfertur ſine traditione, ſed nec perditur, ex ſimplici renunciatione præſertim, quando verba ſunt prolata ab homine irato, & calore iracundiæ. Bald. *conſil.* 194.
9 *In cauſa vertente, circa med. ver. quarto præmitto, lib.* 1. † Extende, vt imo dominium nunquam transferatur, nec cenſeatur amiſſum, niſi alteri acquiratur. Petr. de Anchar. *conſil.* 352. *Monaſterium S. Michae-*
10 *lis, numer.* 3. *ver. ex hoc conſequenter.* † Amplia in donatione, quia ſi res donata non eſt tradita, donatarius non eſt effectus dominus
11 ante traditionem. Bald. *conſ.* 129. *Factum proponitur, in fin. lib.* 2. † Extende, quia dominium non transfertur ex renunciatione, etiam ſi donatarius poſſideat rem donatam, niſi interueniat titulus habilis ad transferendum dominium. Caſtr. *conſ.* 228. *in princ. ver. præter-*
12 *ea, lib.* 1. † Amplia in ſententia, quia licet ſententia transferat dominium, intelligitur tamen ſequuta exequutione, & ſic ſequuta traditione, non ante, gl. fi. *in §. fi. Inſtit. de offi. iud.* Ruin. *conſ.* 109. *n.* 22. *lib.* 4. Alex. *conſil.* 1. *num.* 6. *lib.* 5. vbi apoſtil. dat plures concord. quod nec dominium, nec poſſeſſio transfertur ex ſententia nõ exequu-
13 ta. † Et quod requiratur exequutio ſententiæ ad hoc, vt ex ſententia transferatur dominium. Bald. *in l. qui proprio, §. item quæritur, in princ. ff. de procur.* & ſententia ex ſe non tradit poſſeſſionem. Bald. *in*
14 *l. ſeruitutes, col.* 2. *ff. de ſeruit.* † Extende, quia dominium non transfertur ex laudo arbitratorum, neque quaſi dominium, niſi ſequuta traditione. Alex. *conſ.* 1. *Ponderatis, num.* 4. *ver. ſed ita eſt, lib.* 5. vbi a-
15 poſtil. *in ver. ſententiam*, dat concord. † Extende, ſiue agatur de ſententia, & laudo rei corporalis, ſiue etiam incorporalis adhærentis rei corporali prout ſeruitus, & ſimilia. Alexand. *d. conſil.* 1. *nu-*
16 *mer.* 4. *lib.* 5. † Et non poſſet exequi ſententia poſt 40. annos. Felin.
17 *in c. inter monaſterium, num.* 3. *de re iudic.* † Extende, quia per ſententiam non acquiritur etiam ius in rebus incorporalibus adhærentibus rei corporali, prout eſt ius decimandi ſine apprehenſione poſſeſſionis. Alexand. *conſil.* 184. *in cauſa, & lite, num.* 7. *& ſeq. ver. vltra prædicta, lib.* 6. vbi apoſt. *in ver. ſententiam*, citat Alex. *conſ.* 1. *nu-*
18 *mer.* 4. *lib.* 5. † Et apprehenſio poſſeſſionis circa incorporalia prædicta non acquiritur per ingreſſum fundi decimalis: quia in incorporalibus requiritur exactio, vel conſenſus ſoluere debentis. Alex.
19 *d. conſ.* 184. *num.* 9. *ver. quia vt etiam dixit dominus Vgolinus, lib.* 6. † Declara; quia in omnibus caſibus, in quibus dictum fuit, dominium transferri ex traditione vera, vel ficta, intelligi debet, dummodo is, qui transfert, dominium habeat; quia ſi ipſe non haberet dominium, non poſſet in alium transferre, *l. traditionibus, ff. de acquir. rer. domin.* ſed eo caſu, quo non habet dominium tradendo rem alienam, vt ſuam, bene transfert conditionem vſucapiendi. Dyn. *conſil. 1. col. 2. num. 9. ver. item patet.* † Declara ſecundo; quia dominium 20
non transfertur traditione vera, vel ficta etiam à domino, quando is, qui tradit rem ſuam, tradit recipienti tanquam rem recipientis; quia non transfertur eo caſu dominium, prout etiam non transfertur vſucapiendi conditio, ſi tradatur res aliena tanquam propria eius, cui fit traditio. Dyn. plene *conſ.* 8. *In quæſtione petitionis, circ. fi. ver. in alia vero.* vbi hoc limitat, niſi traditio fieret in iudicio iudicis authoritate. Vide, *Vſucapio quid ſit, & quibus. Concl.* 299. † Amplia; quia 21
ex pacto reſolutiuo non reuertitur dominiũ, niſi in lege commiſſoria, & adiectionis in diem, ſiue ſit in donatione inter viuos ſiue cauſa mortis. Ægid. *conſ.* 39. *num.* 14. Vide, *Pactum legis commiſſoriæ, &c. Concl.* 16. † Extende, etiam ſi partes aliter diſponant, quod tranſ- 22
eat, vel reuertatur dominium ipſo iure, quia nihil operantur talia verba ſine traditione. Ægid. *d. conſ.* 39. *n.* 14. † Amplia; quia domi- 23
nium nuda voluntate amitti non poteſt; ideo requiritur traditio vera, vel ficta. Franc. Becc. *conſ.* 42. *n.* 20. Petr. Surd. late *conſ.* 52. *n.* 75. † Et ideo illa verba, *dedit, vendidit, tradidit*, non operantur traditio- 24
nem, niſi ſint dicta in præſentia rei. Specul. *de emptio. & vendit. §.* 1. *num.* 32. Ias. *conſ.* 149. *col. penult. & fin. lib.* 4. plene Bart. *in l.* 2. *in fin. C. de acquir. poſſ.* Alex. *conſ.* 10. *num.* 6. *lib.* 4. Roman. *conſ.* 509. *num.* 23. Alex. *conſ.* 4. *Videtur, num.* 2. *lib.* 2. & Alex. *conſ.* 28. *Viſo & præhabito, num.* 3. *ver. vnde aut volumus, lib.* 2. vbi, quod in bonis ſtabilibus, non probatur per illa verba traditio, niſi ſint dicta in præſentia rei. Vide, *Traditio* 25
quid ſit, &c. Concl. 339. *num.* 5. *& ſeq.* † Vel niſi ſint appoſita in dotali re, in qua dominium tranſit magis de facili. Dyn. *conſ.* 1. *col.* 2. *num.* 7. *ver. item libellus.* † Ratio eſt; quia dominium naturaliter à poſſeſſio- 26
ne cœpit; ideo debet interuenire traditio. Surd. *d. conſ.* 52. *num.* 75. † Extende in tantum requiri traditionem, & cauſam, vt dominium 27
tranſeat, vt non poſſint partes per pactum expreſſum conuenire, quod dominium tranſeat ſine traditione. Petr. Surd. *conſ.* 52. *nu.* 76. † Extende, etiam ſi ſit facta ceſſio iurium in venditione; quia non 28
propterea transfertur dominium vtile in emptorem; quia licet per ceſſionem competat vtilis actio in rem ceſſionario, non tamen competit vtile dominium, quod ſine traditione quæri non poteſt. Dyn. *d. reg. pro poſſeſſore, ad ſi. de reg. iur. in* 6. Bart. *in l. certi, C. de hæred. vel actio. vend. & in l. ſi ager, ff. de rei vendic.* nam ex ceſſione iurium, vel actionum non efficitur emptor dominus rerum debitarum ſine traditione, *l. ex nominis, C. de hæred. vel actio. vend.* quia dominia à poſſeſſione incipiunt. *l.* 1. *in princ. ff. de acquir. poſſ.* vel ſaltem à detentatione tradita per ius habentem, *l. fundum, ff. de fundo dot.* ſecundum Bald. *in d. l. ex nominis*, nec per iurium ceſſionem transfertur dominium, niſi transferatur poſſeſſio, *l. plane, cum gl. ff. famil. hercif.* Bald. *conſ.* 285. *Caſus coram Reuer. Epiſcopo, lib.* 2. Vide, *Ceſſio iurium quid oper. &c. Concluſ.* 29
205. Vide, *Dominium vtile qualiter, &c. Concl.* 608. † Declara; quia dominium vtile non transfertur ſine traditione, nec actio vtilis in rem; quia neceſſaria eſt traditio. Corn. *conſil.* 237. *In hac conſultatione, ver. ius tamen non obſtantibus, lib.* 1. *& conſ.* 137. *In præſenti, num.* 24. *libr.* 2. Vide, *Abſenti non acquiritur, &c. Concl.* 38. *num.* 147. *& ſeq. ver. limita ex* 30
conductione & emphyteuſi. † Contrarium Specul. *tit. de loca. §. nunc ali-*
qua, ver. 45. 70. *&* 167. *&* ſequitur Io. Andr. ibi in apoſtil. Corn. *con-*
ſil. 37. *Circa primum, num.* 7. *lib.* 3. Alex. *conſ.* 24. *Ponderatis iis, lib.* 5. Dec. *conſ.* 239. *n.* 8. † Declara, quia Specul. & alii pro contrario loquun- 31
tur, quando à principio interuenit traditio in primum acquirentem; quia acquiritur deſcendentibus eius vtilis actio, & vtilis rei vendicatio per *l. quoties, C. de don. quæ ſub modo*, quando vero nulla traditio interuenit, ſecus eſt. Bart. *in l.* 1. *ff. de acquir. poſſ.* † Extende, 32
quia dominium non transfertur ex clauſula, *ad habendum*; quia non importat conſtitutum. Alex. *d. conſ.* 28. *col.* 1. *in fin. num.* 1. *ver. nec obſtat, ſi dicatur, lib.* 2. † Reſtringe, quia qualiſcunque traditio ſufficit, puta traditio clauium. Alex. *conſ.* 28. *n.* 2. *lib.* 2. † Item traditio inſtru- 33
mentorum. Alex. *d. conſ.* 28. *nu.* 2. *lib.* 2. vel traditio librorum, in quibus ſint deſcriptæ merces venditæ, vel nomina debitorum, *l.* 1. *C. de donatio.* & hoc procedit propter virtutem repræſentatiuam inſtrumenti; quia ſignificat ſubſtantiam debiti in eo contenti, *l. fin. C. de pact. conuent.* ſecundum Bald. *in l. fi. C. quando ſiſc. vel priuat.* ſed tamen limita, & declara multis modis, vt per Alex. *in l.* 3. *in princ. in* 3. *col. & ſeq. ff. de acq. poſſeſſ.* † Item traditio verbalis, *dedit, tradidit*, quando 34
ſunt in rem præſentem, Specul. *de emptio. & vendit. §.* 1. *num.* 39. *& ſeq.* Rom. *conſ.* 509. *Circa propoſitam, num.* 23. *& ſeq.* ſupra *n.* 24. † Et præ- 35
ſentia non præſumitur, niſi adſint verba, quæ hoc importent, prout, *exhibitionem fecit.* Roman. *d. conſ.* 509. *num.* 23. *in fi. cum ſeq. ver. hoc tamen.* vbi apoſt. *in ver. in propoſito caſu*, dat concord. Vide, *Præſentia* 36
quando præſu. &c. Concl. 605. † Item traditio contraſigni data de ar-
ce, vel fortalitio tranſfert dominium in eum, qui eſt inueſtitus de dicto caſtro. Afflict. *deciſ.* 299. *Rex Ferdinandus, in fin. num.* 30. † Item 37
iuueſtitura facta per Regem, vel Principem cũ traditione annuli,

vel

vel birreti, aut ensis, loco veræ possessionis & dominii probat, & transfert, quando sit præsenti; secus si absenti. Afflict. *d. decis. 299. per*
39 *totam, num. 25. & seq. ver. pro solutione.* † Item signo rei venditæ transfertur dominium, vt si arbores venditæ signentur signo crucis, vel equus marchetur insigni emptoris; secus in vegete vini vendita; quia signum vegetis non habet vim traditionis Ias. *d. l. traditionibus,*
40 *num. 8. C. de pact.* † Restringe, quia etiam traditio ficta sufficit, puta per constitutum, vel precarium. Alex. *cons. 28. num. 2. lib. 2.* Bart. *in l. ab emptione,* vbi Ias. *circa fin. ff. de pact.* vide infra *num. 51. & seq.* vbi de-
41 claratur. † Item, si venditor conducat ab emptore, quia ficte trans-
42 fert dominium. Alex. *d. cons. 28. num. 2. lib. 2.* † Item, si venditor retineat vsumfructum; quia censetur ficte transtulisse dominium &
43 possessionem. Specul. *de empt. & vend. §. 1. num. 32. in fi.* † Restringe; quia dominium transfertur sine traditione in societate omnium
44 bonorum. Castr. *cons. 352. Visis attestationibus, num. 2. lib. 2.* † Restringe; quia is, qui habet dominium, puta quia sit inuestitus de feudo, si concedatur in emphyteusim, translatio dominii fit ex solo titulo; quia illud habet, maxime quando compatiuntur insimul tituli. Abb. *cons. 94. In quæst. col. fin. lib. 2.* vbi dat plura exempla de habente pignus; quia si obtinet mitti in possessionem, nō requiritur appre-
45 hensio; idem in vsufructuario, si mittitur ex primo decreto. † Amplia pluribus modis, vt per Ias. *in l. traditionibus, C. de pact. in princ.* Ex-
46 tende; † quia etiam in pacto quocunque resolutiuo contractus, dominium non retrotransfertur, nisi interueniat traditio, excepto pacto legis commissoriæ, ita Cruet. *cons. 747. num. 27.* vbi alios al-
47 legat. † Extende; quia sola traditio non transfert dominium sine causa, vel titulo; vnde si dedi Titio centum, non efficitur dominus
48 sine causa. Petr. Surd. *cons. 4. num. 41.* † Declara, nisi subsit spes futuræ obligationis, vel futuræ causæ, prout in eo, qui promisit facere pactum de retrouendendo, si tradit rem, quam promisit retrouendere, transfert dominium, ex causa de futuro, ita Surd. *cons. 52.*
49 *num. 7. & seq.* licet contrarium teneat declarando, *n. 71. & seq.* † Amplia; quia in omnibus casibus, in quibus non transfertur dominiū, neq; etiam transferatur possessio, quia difficilius transfertur possessio, quam dominium. Afflict. qui dat plura exempla *decis. 299.*
50 *num. 4. & seq.* Cruet. plene *cons. 747. n. 28. & seq.* † Amplia, vt procedat etiam de patre in filio; quia licet in filium non dicatur dominium transferri, sed continuare; tamen id procedit patre mortuo; secus patre viuente. Socin. *cons. 118. per totum, lib. 3.* sequitur Cruett.
cons. 215. in fin. Dec. *cons. 262. num. 4.* vbi multa similia adducit, & est
☞ text. *in l. in suis, ff. de liber. & posthum.* Vide, quia dominium directum ex præscriptione non transfertur. Socin. *Reg. 22. Dominium directum.* vbi limitat quatuor modis. Vide plenius, *Præscriptio tollit obligatio-*
51 *nem ciuilem. Conclus. 565. num. 17. & seq.* † Limita, quando is, qui debet tradere, constituit se tenere; quia est ficta traditio, quæ idem operatur. *l. quod meo, ff. de acquir. rer. domin.* Oldrad. *cons. 278. num. 6.* qui
☞ loquitur in donatione. Dyn. *cons. 47. Visa & diligenter, in princ.* Vide,
52 *Constitutum in contractu, &c. Concl. 785.* † Declara limitationem, vt non procedat in minore, quando contractus est bonæ fidei, & minor ex dolo fuit inductus; quia non transfertur dominium, neque possessio, etiam constituto in contractu nullo apposito, etiam si interuenerit iuramentum. Bald. *cons. 213. Punctus talis est, ante med. ver.*
53 *quapropter dico, lib. 1.* † Declara, vt procedat, quando res est certa, alias secus, quod plene explicat Gozad. *cons. 55. in princ. l. 3. §. incer-*
54 *tum, ff. de acquir. poss.* † Limita in eo, qui se & bona sua dedicauit Ecclesiæ, vel monasterio; quia dominium ipso iure transit in Eccle-
☞ siam. Oldrad. *cons. 278. num. 6. auth. ingressi, C. de sacrof. Eccles.* Vide,
55 *Oblatio sui, & bonorum, &c. Concl. 17.* † Idem in eo, qui se & bona obtulit monasterio. Feder de Sen. *cons. 273. ver. ad tertium, col. fin. & in fin.*
56 *ver. ad octauum.* † Declara, quod si quis supponit bona sua Ecclesiæ, non transfert dominium, neq; proprietatem. Feder. de Sen. *con-*
57 *sil. 279. per totum.* † Limita in successionibus vniuersalibus, in quibus dominium transit ipso iure sine apprehensione, *l. si pater, ff. de adoption.* Oldrad. *d. cons. 278. num. 6.* Afflict. *decis. 299. num. 4.* Alex. *consil. 90. In causa, & lite, nu. 4. ver. & insuper, lib. 2.* & iterum *num. 8.* vbi lo-
58 quitur in dominio, & quasi dominio. † Extende; quia dominium acquiritur plenum ex testamento, plenius ex morte testatoris, plenissimum ex aditione hæredis. Abb. *cons. 84. Videtur primo, in princip.*
59 *lib. 1.* † Restringe in legato vniuersali. Grat. *consil. 65. num. 20. lib. 2.*
60 † Restringe in donatione vniuersali omnium bonorum. Anchar.
61 *cons. 318. In quæstione, num. 5.* † Limita; quia speciale est, quod dominium rerum donatarum Ecclesiæ ipso iure transeat in Ecclesiam. Oldrad. *d. cons. 278. num. 6. l. vt inter, C. de sacrof. Eccles.* vbi Bart. *n. 14.*
☞ *ver. venio, ad fin. vsque num. 18.* Abb. *cons. 53. Succincte, in princ. lib. 1.* Vide,
Ecclesiarum specialia multa. Conclus. 7. Vide Conclusionem prox. seq.
62 *num. 54. & seq.* † Extende, vt procedat in omni contractu cum Ecclesia celebrato; quia dominium transfertur in Ecclesiam. Cal-
der. *consil. 141.* alias secundum ordinem titulorum *l. de causa poss. &*
propriet. † Declara, vt non procedat ex contractu nullo, vel ex 63
falsa causa; quia sine traditione non transfertur. Ruin. *cons. 138. nu-*
mer. 6. lib. 1. † Limita in casu, quando quis ingreditur monasterium 64
capax bonorum; quia dominium bonorum ingressi, imo & possessio transfertur ipso iure in monasterium. Lap. *alleg. 130. num. 18. ver.*
ad secundam. † Limita in legato rei incorporalis; quia dominium 65
transit ipso iure sine traditione, sicut vtilis actio legata transit sine cessione in legatarium rerum incorporalium. Anch. *consil. 3. Non est*
dubium, in princ. num. 3. & 4. ver. in quæst. autem supradicta. Vide, *Lega-*
tarius propria authoritate capere non potest rem legatam, & quando secus.
Concl 152. † Restringe, vt non procedat in legato tacito. Ruin. *con-* 66
sil. 55. num. 9. lib. 2. † Limita in incorporalibus, & spiritualibus; quia 67
ex sola concessione, vel inuesticura transfertur dominium, quia ista tradi non possunt. Petr. de Ancharan. *cons. 34. numer. 3. ver. per in-*
uestituram enim apost. ad Roman. *cons. 298. Circa præmissum, num. 2. in fi.*
in ver. persona, in fi. quæ in spiritualibus dat plures concord. Vide,
Traditio ex quibus fiat, &c. Concl. 342. † Limita in dominio rei dota- 68
lis, quia mortua matre transit in filium ex quadam exuberantia fauoris & priuilegii rei dotalis, ideo filius potest agere rei vendicatione absque alia traditione, vel apprehensione. Bald. *consil. 365.*
Quærtur, vtrum muliere, lib. 1. † Limita generaliter in eo, qui vere 69
habet dominium, quia si ex alia causa ipsi traditur verbo, sufficit, quia non requiritur alia traditio, sicuti etiam in possessione, quia possidens ex vno titulo, si ex alio mittitur in possessionem, non requiritur alia apprehensio, prout in habente in pignus ad vsumfructum. Abb. *cons. 94. In quæstione, col. fi. in princ. lib. 2.* † Limita in con- 70
tractu societatis omnium bonorum, quia transfertur dominium inter socios ipso iure, *l. 1. ff. pro socio,* & est speciale hoc casu. Castr. *in*
l. de diuisione, num. 3. ver. nec obstat. ff. solut. matr. † Restringe, vt transfe- 71
ratur dominium ex contractu societatis quoad bona præsentia, secus quoad futura. Bald. *cons. 337. In primis videndum, in princ. lib. 1.* † Et 72
ideo si socius omnium bonorum acquirit aliquid ipsi non transfertur dominium ipso iure. Petr. Anchar. *cons. 102. Quæstio est talis,*
num. 6. † Limita, quia ex venditione transfertur dominium rei 73
venditæ, quando fuit solutum pretium vel habita fuit fides de pretio. † Restringe, quia si pretium fuit solutum per emptorem, 74
postea emptor pretium penes se retinuit, non est translatum dominium rei venditæ. Bald. *cons. 298. Inter Dominicum, lib. 4. num. 2. ver.*
de fundo. † Limita, quando donatur alicui, & post illius mortem, 75
vel in alium euentum substituitur alius, quia licet substituto etiam absenti non sit facta traditio, adueniente casu, potest bona vendicare, & in eum transfertur dominium. Dec. *in l. traditionibus, C. de pact.*
& cons. 259. col. pen. Cruet. *cons. 19. num. 10.* † Contrarium, quod imo 76
ex donatione inter viuos, vel causa mortis, non transferatur dominium sine traditione excepto vno casu speciali, quando fit resolutio donationis ad fauorem donantis, quia in eum reuertitur dominium rei donatæ, & est speciale, secus quoad alios casus. Ægid. Bellam. *cons. 39. num. 13. & 14.* † Limita, quia in Ecclesiam transit do- 77
minium sine traditione ex solo contractu. Afflict. *decis. 299. num. 4.*
ver. item in Ecclesiam. Ias. *in l. traditionibus, num. 17. C. de pact.* † Extende 78
in pauperes, & piam causam. Ias. *in l. traditionibus, C. de pact. numer. 17.*
† Limita in contractu facto cum principe. Capic. *decis. 162. numer. 7.* 79
infra *num. 94. & seq.* † Declara, quia ex gratia, vel priuilegio prin- 80
cipis transfertur dominium, secus forte ex contractu, ita Ias. *d. l. tra-*
ditionibus, num. 5. & seq. C. de pact. & clarius *cons. 148. lib. 4.* vbi, quod ex contractu non transfertur dominium, neque possessio, nisi appareat de traditione vera, vel ficta, secus in donatione, vel priuilegio principis. † Et quod ex concessione, vel priuilegio 81
principis transferatur dominium absque traditione. Alex. *cons. 155.*
Videretur, in fin. lib. 6. vbi apostil. *in ver. dominium.* dat concord. † De- 82
clara totam istam materiam, quando transferatur dominium ex concessione, vel contractu principis, & multi tenent, quod *l. tradi-*
tionibus, non habeat locum in principe, quia ipse est lex, sed tamen alii tenent, quod non habet locum in principe, quando appareat de tacita, vel expressa voluntate, quod voluit dominium transferre, alias secus, vide plenam apost. ad Alex. *cons. 3. Ex iis, quæ numer. 7.*
ver. absque. lib. 5. vbi citat plurimos ad hoc. † Declara melius, quia 83
ex supplicatione, gratia, vel priuilegio, vel donatione res est clara, quod princeps concedendo transfert dominium, ex contractu vero transfert, si adsunt verba apta ad transferendum, puta, si vtitur verbis, *dedit*, vel *tradidit*, vel similibus, quia sicut lex transfert dominium, ita princeps, qui est lex animata in terris. Abb. plene *consil. 94. in quæstione, in fin. ver. secundo capite, lib. 2.* † Extende in 84
inuestituris feudalibus, vel emphyteuticis, quia ex eis solis vtile dominium transfertur, & ideo feudatarius & emphyteuta possunt agere vtili rei vendicatione. Abb. *cons. 94. col. pen. in fin. & colum. fin.*

ver. nunc

ver.nunc autem, lib.2. Alex.*conſ.3. Ex iis, quæ, n.7. & ſeq.ver.ſeptimo, quia, lib.5.* vbi hoc affirmat etiam ſine alia poſſeſſione, & ibi apoſt. *in ver.*
85 *abſque.* quæ citat plurimos. † Extende idem eſſe in donatione principis ex certa ſcientia facta; quia ſine alia traditione, vel poſſeſſio-
86 ne transfertur dominium, Alex.*d.conſ.3.n.8.lib.5.* † Extende, quia ſi Papa concedit caſtrum cum plenitudine iuris, vel cum aliis verbis ſine alia poſſeſſione apprehenſa trãsfertur dominium. Alex.*d.conſ.*
87 *3.n.8.lib.5.* † Et in priuilegiis eo ipſo, quod princeps dat vel tranſfert, dominium eſt translatum. Alex. *d.conſ.3. n.8.in fin.lib.5.& conſ.*
88 *155. Videretur, in ſi.lib.6.* vbi apoſtilla *in ver.dominium.* † Limita; quia lex transfert dominium ſine traditione, & poſſeſſionem ſine apprehenſione. Bal.*conſ.345. Ad euidentiam, n.4.ver.& eſt ſciendum, lib.1.*
89 Abb.*conſ.94.in ſi.lib.2.* † Exemplum in alluuione; quia acquiritur dominium & poſſeſſio rei, quæ accedit abſenti. Caſſad.*deciſ.quæ eſt*
90 *poſt deciſ.ſuper reg.in ſi.tit.de rerum diuiſ.* † Reſtringe, quando lex, vel ſtatutum dicit, quod bona quærenda conſtante matrimonio ſint communia viri & mariti; quia cum verbum, *ſint communia*, ſit præſentis ſubiunctiui, non importat ipſo iure, ſed ſequuta tradi-
91 tione Pet.Anch.*conſ.102.n.6.* † Declara; quia ſi conſtat de mente legis, vel principis, qui eſt lex, dominium tranſit ſine traditione, & poſſeſſio ſine apprehẽſione; ſecus in ſtatuto quoad poſſeſſionem; quia non poteſt transferre poſſeſſionem ſine aliquo facto. Afflict.
92 *deciſ.299.n.4.ver.bene ſatendum.* † Reſtringe; quia ſi quis priuatur à *l.ſi quis maior, C.de tranſact.* non tamen dominiũ tranſit eo caſu. Alex.
93 *conſ.92.n.2.lib.1.* † Declara, dummodo fiat hoc data habilitate ſecundum naturam, vt videlicet poſſit continuare, vel tranſire de perſona ad perſonam; ſecus de perſona defuncti ad hæreditatem
94 iacentem, quæ non poteſt poſſidere. Ruin.*conſ.27.n.9.lib.5.* † Limita in priuilegio principis; quia dicitur lex; ideo ſolus titulus principis ſufficit ad dominium, nec eſt neceſſaria traditio, niſi quoad vſum facti. Bald.*d.conſ.345.n.4.lib.1.* Crauet.*conſ.912.n.21.& ſeq.* &
☞ ſupra *n.79.* Vide, *Principis contractus habet, &c. Concl.693.* † Extende
95 in omni contractu principis, ſiue ipſe det alteri, vel detur principi.
96 Ruin.*conſ.40.n.5.lib.1.* † Declara, & reſtringe, vt per Ruin.*conſ.32.*
n.4.& ſeq.lib.1. vbi, quod procedit, quando princeps vtitur plenitudine, quod in dubio non præſumitur facere, & in donatione, & priuilegio; ſecus in aliis contractibus, & in translatione directa; ſecus in
97 retrotranslatione. † Extende; quia dominium transfertur ex donatione, vel venditione principis, etiam ſi rem alienam vendat, vel
98 donet. Fulg.*conſ.20. Propleniori.n.6.* † Declara, vt procedat, quando is, cui donatur, vel venditur per principem, eſt bonæ fidei, alias
99 ſecus. Fulgoſ.*d.conſ.20.n.6.* † Extende, vt procedat, etiam ſi contractus principis eſſet ſub conditione, quando ſumus in Papa, & ſuperiore Eccleſiaſtico; ſecus ſi in alio principe. Gozad.*conſ.14.n.3.& 4.*
100 *& 27.* † Extende, etiam in tutore principis donante; quia dominium transfertur ſine traditione. Cuma.*conſ.102. Duciſſa Mediolani,*
101 *n.2.* † Extende, etiam ſi princeps à fiſco abdicat, & concedit bona confiſcata deſcendentibus, vel aſcendentibus, aut tranſuerſalibus damnati, prout in caſu *auth.bona damnatorum, C.de bonis proſcript.* ita Bart.*d.conſ.157. Super iis, num.3.ver.ad ſecundum, vſque in ſi.lib.1.* quod eſt
102 Bart. & Franc. Tigrini. † Reſtringe; quia dominium rei feudalis non quæritur ante præſtitum iuramentum per feudatarium. Cu-
103 man.*conſ.102. in ſi.* † Limita; quia dominium penes patrem exiſtens tranſit in filium mortuo patre, in tantum, quod ſufficit filio docere de dominio patris, vt poſſit agere rei vendicatione cõtra quemcunque etiam tertium, & ſingularem ſucceſſorem. Bald.*conſ.486.*
104 *Quidam dominus Braſianus, num.2.ver.ſecundo præmittendum, lib.1.* † Limita, quando in aſſignatione bonorum facta per fiſcum creditori condemnati dixit, quod conſignabat talia bona; quia verbum, *conſignare*, importat dominii translationem. Socin.*conſ.60.num.2.lib.1.*
☞ alias 90. Vide, *Fiſcus in bonis condemnati, &c. Concluſ.385.* † Limita,
105 quia dominium transfertur ex pignore iudiciali capto in exequu-
106 tione ſententiæ, Crauet.*conſ.157.num.2.* † Limita; quia dominium transfertur ſine traditione ex eo ſolo, quod quis patitur rem ſuam ad æſtimum alterius poni. Rom.*conſ.290.n.7.& ſing.ſuo 433.incip.*
☞ *Emo rem.* Dec.*conſ.20.n.10.* Vide, *Æſtimum Communis, & æſtimi liber*
107 *quando probet, vel non. Concluſ.674.* † Limita ex confiſcatione ad fauorem fiſci; quia dominium tranſit in fiſcum. Crau.*conſ.912.n.21.&*
108 *ſeq.* † Extende; quia dominium bonorum confiſcatorum tranſit in fiſcum, & poſſeſſio etiam ſine apprehẽſione ipſo iure, & ſi aliquando leges ponunt agnitionem, ponunt, prout de facto contigit. Bart.*conſ.157. Super iis, n.2.ver.ad primum, lib.3.* quod eſt Bart. & Franc.
109 Tigrini. † Extende, vt procedat etiam in confiſcatione ſublata à fiſco, & conceſſa deſcendentibus, & aſcendentibus, & tranſuerſalibus damnati vſque ad tertium gradum, per *auth.bona damnatorum. C.de bonis proſcript.* quia eis acquiritur ipſo iure, & non tenentur vltra vires hæreditarias, prout fiſcus. Bartol.*d.conſ.157.n.3.ver.ad ſecun-*
dum, vſque in fin.lib.1. † Declara omnes fallentias, quando res, cuius 110
dominium transfertur, eſſet incerta, Ruin.*conſ.151.n.5.& ſeq.lib.3.&*
n.4. vbi, quod rei incertæ, vel conditionalis dominium non poteſt transferri; quod declara, vt per Gozzad.*conſ.55.in princ.* † Extende 111
idem, quando dominium ſtat in pendenti fauore dantis, vel tertii.
Ruin.*conſ.144.n.15.lib.1.* † Limita in legato particulari, quia tranſ- 112
fertur dominium ſine traditione, *l.1.* vbi * omnes. *ff. de leg.1.* Grat. *
conſ.65.n.21.lib.2. Afflict.*deciſ.299.n.4.ver.item in legatarium.* Vide, *Do-* ☞
minium, quando, &c. Concl.607. † Reſtringe, vt non procedat in le- 113
gato vniuerſali. Grat.*d.conſ.65.num.20.lib.2.* † Limita quatuor mo- 114
dis, ſeu caſibus, de quibus Corn.*conſ.16.num.29.lib.2.* † Limita ex 115
ceſſione, quod an verum ſit, ſupra *n.28.* Vide, *Dominium quando, &* ☞
ex quibus contractibus transferatur, vel non. Concl.603. eſt prox.ſeq.nu.73.
& multis ſeq. Vide, *Ceſſio iurium, quid oper. &c. Concl.205.* † Limita in ☞
datione in ſolutum, quando fuit facta traditio, vel ex equutio, a- 116
lias ſecus, quod declara, vt per Ruin.*conſ.170. Ex iis, quæ proponuntur.*
lib.4. † Limita in fiſco, quia dominium acquirit fiſcus ex ſola con- 117
fiſcatione. Crauet. *conſ.797.n.4.* † Limita in pacto de retrouen- 118
dendo, quia oblato pretio ipſo iure reuertitur. Caſtr. *in l.ſi cum ven-*
derei. ff. de pign.actio. † Contrarium Ruin.*conſ.32.num.3.lib.1.* 119

Dominium quando, & ex quibus contractibus transferatur, vel non. Concl. 603.

DOMINIVM † transfertur ex venditione facta in fraudem 1
vſurarum, ideo debet reſcindi, antequam agatur recta via rei vendicatione. Bald.*conſ.322. vtrum poſt 30. annos, num.2. ver.ſecundo*
dubitatur, lib.1. quod intelligas facta traditione, alias ſecus, infra proxime *num.3. & ſeq.* † Declara, quia ex contractu fraudulento 2
transfertur dominium, quando fraus eſt cõmiſſa directe in hominem, licet conſequenter ſit contra legem, ſi vero principaliter eſt contra legem, non valet contractus in aliquo. Bald.*d.conſ.322. num.*
2.lib.1. † Amplia, quia dominium transfertur per venditorem in 3
emptorem facta rei traditione, & ſoluto pretio, vel alias ſatisfacto per emptorem ipſi venditori alias ſecus, *l. procuratoris, §. ſi plures,*
vbi Caſtrenſ. *num.5. ver. & nota hic, ff. de tribut.* vbi, quid in aliis contractibus, relatiue Signor.*conſ.75.num.9.* † Extende, quia etiam ſi 4
pretium non ſit ſolutum, dummodo ſit habita fides de pretio, & in dubio dicitur habita fides de pretio, maxime quando eſt præfixus terminus ad ſoluendum. Alex.*conſ.92.lib.1.* † Extende, quan- 5
do pro traditione interuenit conſtitutum, quia transfertur dominium ſecundum communem *, de qua Alex.*conſ.92.in princip.lib.1.* *
† Extende, quia ſicuti transfertur dominium ex venditione, ita et- 6
iam ex promiſſione de vendendo, quando eſt facta traditio, & ſolutum pretium. Socin.*conſil.170. In præſenti conſultat. in princip.lib.2.*
† Imo etiam non ſoluto pretio promiſſio de vendendo habetur 7
pro perfecta, quando non ſtet per eum, cui eſt facta promiſſio, quia ſi offert pretium, habetur pro perfecta quoad eum, vt tranſferatur dominium. Socin.*d.conſ.170.num.3.ver.quam etiam confirmo,*
lib.2. † Reſtringe, quando pretium non eſt ſolutum, nec habita 8
eſt fides de eo, quia dominium non transfertur. † Reſtringe, quia 9
ſi non interuenit traditio ex venditione, non transfertur dominium, vel niſi emptor poſt illam apprehenderit poſſeſſionem. Alexand.*conſ.28. Viſo, & prahabito, in princ.lib.2.* † Reſtringe, quan- 10
do emptor ſoluit pecuniam alienam, quia donec ſit conſumpta, non transfertur dominium, ex quo pecunia non conſumpta poſſet vendicari. Caſt.*d.l.procuratoris, § ſi plures, num.5. ff. de tribut.* Vide, ☞
Dominium rerum qualiter, &c. Concl.602. Vide Maſcard. *Concluſ.612.*
Emptor ad hoc, vt habeatur pro domino rei empta, quid probare debet, vbi vide. † Amplia, quia dominium transfertur ex traditione facta in 11
dotem, quia verba, *dedit, tradidit*, important translationem dominii. Dyn.*conſ.1.colum.2.num.7.ver.item libellus.* quia verbum, *dare*, importat dominium transferre, vt ibi dicit, & apoſtill. 1. ibidem *in ver.*
transferre. † Contrarium, quod imo illa verba, *dedit, tradidit, &c.* 12
non probent traditionem dominii, neque poſſeſſionis, quando non ſunt dictata in conſpectu rei traditæ, plene Alex. *conſil.97. Viſo*
proceſſu, in princ.lib.7. † Extende, quia titulus pro dote eſt aptus ad 13
transferendum dominium rerum dotalium, ſiue ſint datæ æſtimatæ, ſiue non. Dyn. *conſil.1. colum.2. num.8. ver. præterea conſtat.* Angel.
conſ.335. Statuto Communis, in fin. qui declarat, quando dantur omnia bona in dotem, quia tunc requiritur traditio, ſecus ſi dentur bona pro dote *l.3. §. gener. ff. de acquir. poſſ. l. dotis fructus. §. fin. ff. de iur. dot. l. do-*
tem. & l. in rebus. C. eod. † Declara, quia titulus & cauſa dotis eſt ſuf- 14
ficiens ad dominii translationem non propter ſe, ſed propter matrimonium, quia non ſequuto matrimonio non transfertur dominium, apoſtil. ad *conſ.1. Dyn. ſub num.8.* incip. *transferen.* vbi, quod
procedit etiam in dote promiſſa pure, vel ſub conditione. † Ex- 15
tende,

tende; quia maxime transfertur dominium ex datione facta per æstimationem in dotem; quia æstimatio facit venditionem, & vēditio operatur translationem dominij. Dyn. *d. cons. 1. col. 2. in fin. ver. præterea cum res traduntur.* Vide, *Æstimatio facit venditionem. & quando secus. Concluſ. 671.* † Extende; quia ſicuti facta traditione à domino ex cauſa dotis transfertur dominium; ita etiam facta traditione à non domino, transfertur vſucapiendi conditio, *l. 1. & 2. ff. pro dote*, ſicuti eſt regulare in aliis contractibus, *l. clauſibus. ff. de contrah. empt.* † Amplia; quia ex qua cauſa facta traditione à non domino transfertur vſucapiendi conditio, ex eadem cauſa facta traditione à domino transfertur dominium, Dyn. *d. conſil. 1. col. 2. num. 9. ver. item patet. & conſ. 8. in ſi. ver. in alia vero.* † Extende negatiue; quia ex quib. cauſis tradens rem alienam non transfert vſucapiendi conditionem, ex eiſdem cauſis tradens rem propriam non transfert dominiū. Dyn. *d. conſ. 8. In queſtione petitionis, in ſi. ver. in alia vero.* † Amplia; quia dominium & poſſeſſio ciuilis & naturalis transfertur p clauſulam, *ad habendum, tenendum, & poſidendum*, Rol. à Valle *conſ. 61. nu. 48. lib. 2.* † Amplia; quia dominium transferri poteſt ex traditione, quando cauſa adeſt de præſenti habilis ad translationem. † Si vero fiat traditio non præcedente aliqua cauſa habili ad transferendum dominium, in dubio cauſa cuſtodiæ cenſetur facta traditio, gl. *in l. cum pater, § pater pluribus, ff. de leg. 2.* Vide, *Pignus in dubio præſumitur, & quando ſecus. Concl. 350.* † Extende, etiam ſi cauſa ſubſit in ſpe, & ſub conditione. Bart. *in l. ſub conditione. ad ſi. ff. de ſolut.* † Et per illa verba, *dedit, tradidit*, fit translatio; ſi res eſt præſens, alias illa verba important licentiam accipiendi, & ingrediendi. Caſtr. *conſil. 186. In cauſa, quæ vertitur, num. 3. lib. 1.* † Extende magis, quando cauſa eſt de futuro, ſed habita eſt fides de cauſa futura, puta in promiſſione de vendendo, facta traditione, & ſoluto pretio; quia potentior cauſa eſt, quam illa, quæ pendet à fortuna. Socin. *conſil. 170. in princ. lib. 2.* vbi, quod acquiſitio dominij poteſt præcedere cauſam remotam, videlicet titulum, ſed non cauſam proximam, videlicet conſenſum. † Declara; quia ſi dominium eſt translatum ex cauſa conditionali pendente à fortuna, ſi conditio facit ceſſare contractum, dominium fingitur non translatum; ſecus ſi contractus eſſet purus ſub conditione reſolutiua. Socin. *d. conſil. 170. nu. 9. lib. 2.* † Amplia; quia ex diuiſione transfertur dominium; quando interuenit traditio, alias ſecus, *l. ſi diuiſione. C. famil. herciſc.* Ant. de Butr. *conſ. 77. nu. 3. ver. reſponderi aliter poſſet.* † Amplia in tranſactione ſuper re corporali; quia transfertur dominium hoc caſu, quando fit in præſentia rei, veluti ſi à te peto fundum, & deinde tranſigo tecum, quod fundus remaneat penes te; quia aliquid mihi tradis, & iſto caſu dominium transfertur. Signorol. *conſ. 71. Factum ſic ſe habet, nu. 5. ver. præterea interdum.* † Extende nedum in tranſactione, ſed in venditione facta in rem præſentem cum clauſula, *dedit, &c.* Rolan. à Valle *conſ. 51. num. 31. lib. 2.* † Extende in tranſactione ſuper re incorporali; quia ex tranſactione, vel ceſſione transfertur verum dominiū, ſi de eo fit ceſſio; quia tantum operatur ceſſio in corporalibus, quantum traditio in corporalibus. Signo. *d. conſ. 71. num. 6. circa fin.* & plenius infra *nu. 73. & ſeq.* Vide, *Ceſſio iurium quid operetur, vel non. Concl. 205.* Vide Concluſionem proxime præcedentem, *numer. 115.* † Reſtringe, quando tranſactio non fit in preſentia rei, ſed cedūtur actiones; quia ſolum tranſeunt vtiles actiones. Signorol. *d. conſ. 71. num. 5. ver. præterea interdum.* † Reſtringe, vt non procedat, quando fit ſola remiſſio iuris in tranſactione, puta, pactum de non petendo. Signorol. *d. conſ. 71. num. 5. ver. præterea interdum.* † Reſtringe; quia ex tranſactione, in qua dominus dimittit ex cauſa tranſactionis aduerſario ſuo, non transfertur dominium; quia hoc eſt de natura tranſactionis, etiam ſi ſequatur ratificatio; quia acquiritur ius retinendi, & excipiendi tam contra tranſigentem dominum, quam contra quemlibet moleſtantem. Caſtren. pulchre *conſil. 22. num. 3. col. 3. ver. Si ergo declaratio, lib. 2. & ver. breuiter.* † Amplia; quia dominium transfertur ex ſententia iudicis exequutione facta. Crauett. *conſ. 912. num. 22.* Alexand. *conſ. 90. In cauſa, & lite. num. 9. lib. 2.* vbi, quod non transfertur dominium, neque quaſi dominium, niſi ſequuta traditione, vbi apoſtil. *in ver. ſententia*, dat concord. & vide infra *n. 78. & ſeq.* vbi plenius. † Reſtringe ſecus eſſe, ſi non cōſtat de exequutione, vel traditione, etiam ſi ſumus in antiquis, quando quis agit. Vide infra *num. 65. & multis ſeqq.* Vide, *Sententia non operatur, & quando ſecus. Concl. 181.* † Reſtringe in miſſo ex primo decreto; quia ſi ex ſecundo decreto fiat adiudicatio, transfertur dominium ſine alia exequutione, ita Pariſ. *conſil. 42. numer. 31. & ſeq. lib. 1.* † Amplia; quia dominium transfertur ex donatione cauſa mortis. Cuman. *conſ. 190. Filiusfamilias, nu. 2. ver. & ſic apparet.* † Contrarium, quod ex donatione cauſa mortis non transferatur dominium ſine traditione, tenet Ægid. Bellam. *conſ. 39. num. 13.* vbi excipit caſum ſpecialem, quando reſoluitur ad fauorem donatis.

† Extende, quia etiam præmortuo donatario dominium rerum donatarum cauſa mortis ipſo iure reuertitur ad donantem; quia poterit vendicare etiam à tertio, qui emiſſet à donatario. Cuman. *d. conſ. 190. num. 2. ver. hoc etiam euidentius.* vbi, quod non ſit in donatione inter viuos, quoad reſtitutionem dominij, etiam ſi fuit conditionalis, non ſequuta conditione. † Reſtringe, quia in donatione omnium bonorū non tranſfertur dominium inter viuos. Anch. *conſ. 318. nu. 5.* Bart. *in l. 1. § in ſocietate, ff. pro ſocio.* † Reſtringe in donatione inter viuos; quia ex ſolo titulo ſine traditione non transfertur dominium, etiam ſi adſint illa verba, *dedit, tradidit*, imo nec poſſeſſio transfertur. Iaſ. *conſ 149. col. penul. & fin. lib. 4.* gloſſ. & Doct. *in l. 1. ff. pro dot.* † Et quod ex donatione inter viuos ante traditionē dominium non transferatur, eſt tex. *in l. traditionibus. C. de pact. l. quibus, C. de hæred. vel actio. vend.* gloſſ. *in l. 1.* & ibi Bart. *ff. de vſu. ap. pro donato.* & plene Ægid. Bellam. *d. conſ. 39. nu. 13. & in fin. num. 25.* vbi late, quod ex pacto, vel contractu inter viuos non transfertur dominium ſine traditione. † Reſtringe, niſi donator ſibi reſeruaſſet vſumfructum; quia reſeruatio vſusfructus habet vim traditionis. *l. quiſquis, & l. ſi quis argentum. §. ſin autem. C. de donat.* vbi Bart. & alij. Ang. *conſ. 44. in princ.* Deci. *conſ. 229. col. 2. ver. præterea.* Pariſ. *conſ. 172. in princ. lib. 4.* Corn. *conſ. 199. num. 5. lib. 2.* Socin. Iun. *conſ. 67. numer. 10. lib. 3.* † Reſtringe, niſi appoſitum eſſet conſtitutum, quia operatur dominij translationem. Alex. *conſ. 25. Viſo teſtamento. col. penult. in fin. lib. 3.* Dec. *conſ. 202. num. 7.* Pariſ. *conſ. 88. num. 96. lib. 3.* † Reſtringe, ſi fuit facta pupillo abſenti; quo caſu licet conſtitutum non ſoleat operari translationem, neq; dominij, neq; poſſeſſionis; ſi tamen p eo fuit præſens tutor, qui poteſt pro eo acquirere, ſufficit. Ruin. *conſ. 172. num. 15. lib. 1.* & non eſt neceſſaria ratificatio tutoris, vt per Ruin. *d. conſ. 172. num. 15.* quia eo ipſo, quod actus eſt vtilis pupillo, ſufficit præſentia tutoris, quæ habetur pro acceptatione. Socin. Iun. *conſ. 67. num. 11. cum ſeq. lib. 3.* † Reſtringe in donatione facta Eccleſiæ; quia transfertur dominium etiam ſine vlla traditione, infra *num. 54. & ſeq.* † Reſtringe in donatione facta per Principem, & quocunque contractu. Vide Concl. prox. præced. *numer. 94. & mult. ſeq.* † Amplia; quia ex legato certæ rei dominium transfertur. Alex. *conſ. 4. Videtur. in princ. ver. ſecundo videtur.* vbi, quod licet dominium transferatur, non tamen poſſeſſio, niſi capiatur. *lib. 2.* & infra *num. 58.* Vide plenius *in ver. Dominium quando, & qualiter transferatur in legatarium. Concl. 607.* † Amplia in diuiſione inter ſocios omniū bonorum; quia ex ſola diuiſione dominium transfertur. Caſt. *conſ. 216. Confirmando. col. 2. verſ. nec inſuper. lib. 1.* Alex. *conſ. 137. In cauſa, & lite. num. 22. ver. niſi talis diuiſio, lib. 2.* † Et procedit ita in contrahendo, ſicut in diſtrahendo; quia ſine alia traditione dominiū transfertur. *l. 1. §. fi. ff. pro ſocio.* Caſtr. *d. conſ. 216. col 2. in princ. lib. 1.* † Si vero bona ſunt communia alio modo, licet ſine traditione non tranſeat dominium, poteſt tamen agi, vt tradatur. Caſtr. *d. conſil. 216. lib. 1.* † Dicas ſecundum Alex. *d. conſ. 137. num. 20. & ſeq. ver. nec etiam probatur, lib. 2.* quod in diuiſione regulariter non transfertur dominium, neq; titulus, niſi pro ea rata, quæ à ſocio dimittitur diuidēdo, ſi ſunt duo, eſt pro medietate, pro alia medietate nō probatur titulus, neq; dominium; quia illa alia medietas retinetur, vt prius, & ideo in illa requiritur traditio vera, vel ficta, niſi eſſet diuiſio inter ſocios omnium bonorum. † Imo, quod ſicuti ex venditione, & alio contractu, non ſequuta traditione vera, vel ficta non tranſfertur dominium; ita neq; ex diuiſione facta non probatur, neque transfertur. Alex. *conſ. 187. Viſo, ac diligenter, n. 4. ver. nec per inſtrumentum, lib. 6.* † Amplia ex accataſtratione facta in libro æſtimi inter conſentientes. Vide Concl. prox. præced. *num. 106.* † Amplia; quia fauore Eccleſiæ, & Ciuitatis transfertur dominium ex contractu ſolo emptionis, etiam ſine traditione. Bald. *conſ. 337. In primis videndum eſt. n. 5. ver. ſed vltra procedamus. lib. 1.* vbi loquitur in eo, qui recōgnouit in feudum caſtra, quæ haber, & acquiret, vt ciuitatis ſint feudalia; quia eo ipſo, quod acquirit dominiū caſtri reſpectu feudi tranſit in ciuitatem abſq; alia recognitione, vel traditione, & communem dicit Alex. *conſ. 57. in ſi. lib. 2.* Vide Concl. prox. præced. *num. 61. & ſeq.* † Extende; quia dominium transfertur in Eccleſiam ſine traditione etiam ex titulo fictitio. Caſtr. *conſ. 11. in princ. lib. 2.* vbi a poſt. citat Corn. *conſ. 16. n. 29. lib. 2.* † Extende in donatione, vt ſit idem, quod Eccleſiæ, vel ciuitati acquiratur dominium, etſi ſit donatio improprie, & ex cauſa; quia ex ſolo cōtractu ſine traditione acquititur dominiū. Bal. *d. conſ. 337. n. 5. & 6. lib. 1. ver. capio ergo primū*, q intelligit Rol. à Valle *conſ. 50. n. 26. lib. 3.* quando donās eſt dominus. † Reſtringe, vt non procedat ampliatio reſpectu hæredis eius, q fecit recognitionem in feudum, etiam acquirendo p ſe, vel hæredibus; quia non cenſetur translatum dominium in Eccleſiam, nec in Ciuitatem circa caſtra acquirenda p hæredes; quia fauor, quod ex ſolo contractu transferatur dominium in Eccleſiam, non pce-

dit in quasi contractu. Bald. *d. conſ. 337. nu. 11. & ſeq. ver. venio ad ſecun-*
58 *dum. lib. 1.* † Ampliа; quia ex teſtamento, & codicillis transfertur
59 dominium ipſo iure. Cuman. *conſ. 190. in princ. & ſupra nu. 47.* † Limita in cõtractu ſimulato, ſeu pignoratitio; quia licet verba cantent in venditionem; tamen ſi probatur ſimulatio, non transfertur dominium, & poteſt recta via vendicari res vendita. Bald. *conſ.*
60 *322. nu. 2. lib. 1.* Caſtr *conſ. 332. Viſa ſuprad. per totum lib. 2.* † Limita ex contractu & venditione incerta, vel conditionali; quia non transfertur dominium. Vide, *Dominium quando. & c. Concl. 605.* Vide, *Emptio & venditio. & c. Concl. 124.* Vide, *Venditio ad menſuram, & c. Concluſ.*
61 *49. & ſeq.* † Limitã; quia dominium non probatur, neq; transfertur per inſtrumentum factum inter alios, etiam fauore Eccleſiæ. Bald. *conſ. 377. Ortho prætendens. lib. 1.* vbi, quod Abbas S. Petri habens certa bona, de quibus erat inueſtitus ciuis, qui inueſtituræ renunciauit, & poſtea Abbas conceſſit dictum terrenum alteri pro ædificando ibi Hoſpitali; ex præmiſſis non probatur dominium Abbatiæ; quia ex ſolo titulo non transfertur dominium, maxime; qa
62 medio iuramento calumniæ negatur dominium. † Extende; quia renunciatio non probat, neq; transfert dominium, etiam inter
63 contrahentes. Bald. *d. conſ. 377. circa ſi. ver. quidam etiam. lib. 1.* † Extende; quia dominium non probatur traditum per conſenſum, vel promiſſionem, aut commiſſionem factam etiam à principe, quando non interuenit traditio rei, vel contractus non fuit factus in rẽ preſentem; quia tunc haberet vim traditionis. Bald *conſ. 464. Qua-*
64 *dam ſcriptura. ver. præterea dicta ſcriptura. lib. 1.* † Reſtringe; quia dominium probaretur, & transferretur, ſi vltra inſtrumentum inter cõtrahentes, & etiam inter alios adeſſent aliqua adminicula alia, quæ
65 adiuuarent, Bald. *d. conſ. 337. in fin. lib. 1.* † Limita; quia ex ſententia arbitri & arbitratoris non transfertur dominium, niſi ſit deuentum ad traditionem. Bald. *conſ. 415. Præmittendum eſt. n. 4. ver. quinto, & vltimo, lib. 1.* Ant. de Butr. *conſ. 77. nu. 2. in fin. ver. arbiter autem.* Alex.
66 *conſ. 1. Ponderatu. num. 4. lib. 5.* † Et idem eſt in alia ſententia; quia niſi ſit facta traditio, non transfertur dominium. gloſſ. fin. *Inſtit. de offic.*
67 *iudic. § fin.* † Extende, etiam ſi ex laudo fiat adiudicatio bonorum; quia ex laudo non transfertur dominium. Bald. *in l. fi. §. fin. C. commun. de legat.* Alexan. *conſ. 1. colum. 2. verſ. & quod poſt adiudicationem lib.*
68 *5.* † Extende; quia licet ex ſententia, vel laudo arbitri, ſuper dominio inducatur actio realis, vtilis in rẽ, iuxta not. *in l. ne in arbitris. C. de arbit.* tamen illud procedit, quando agit ſimul ex ſententia, vel laudo, ſequuta traditione, & ſic ex traditione, alias non poteſt agere, niſi contra illos, cum quibus latum eſt laudum, vel ſententia. Alexand. *d. conſ. 1. num. 5. & ſeq. lib. 5.* vbi *num. 7.* quod in arbitramento nõ
69 competit, niſi perſonalis actio. † Et maxime procedit in laudo arbitratoris, ex quo non habet vim ſententiæ. Deci. *conſ. 564. In cauſa*
70 *Magnificorum Comitum de Montedolio.* † Declara, vt procedant prædicta, quando non eſt facta traditio rei adiudicatæ vera, vel ficta; quia traditio eſt neceſſaria. *l. traditionibus. C. de pact.* ſed quando interuenit traditio, bene etiam transfertur ex laudo dominium. Alexan. *in l. Pomponius. §. quod iuſſu. ff. de acqu. poſſ.* & maxime, quando arbitri ſunt electi ex neceſſitate ſtatuti; quia tunc ſunt iudices. *l. cum*
71 *ſpeciali. C. de iudic.* Alex. *d. conſ. 1. nu. 4. & 5. lib. 5.* † Extende, etiam ſi in laudo dicatur, quod dicta bona poſt mortem talis libere reuertãtur ad talem, & ipſo iure cenſeantur incorporata; quia non facta exequutione laudi, & non ſequuta traditione non transfertur dominium. Alex. *d. conſ. 1 nu. 4 in fin. ver. & quod per adiudicationem facta. lib. 5.* vbi reddit rationem, quia licet lex poſſit inducere fictionem,
72 tamen ſecus eſt in homine. † Extende, etiam ſi ſententia abſolutoria ſit ratificata; quia non transfertur dominium, ſed acquiritur ius
73 excipiendi, & retinendi. Caſtr. *conſ. 22. col. 3. ver breuiter. lib. 2.* † Limita; quia ex ceſſione iurium non transfertur dominium directum, neq; vtile, ſi non fuit facta traditio. Bald. *conſ. 285. Caſus coram, in fin.*
* *lib. 2.* Dyn. *conſ. 47. Viſa & diligenter, in prin.* vbi *num. 2.* dicit * communem. Bart. *in l. fin. C. de hared. vel actio. vendit.* Iaſ. *in l. naturaliter. §. nihil commune num. 6. ff. de acquir. poſſeſſ.* Pancirol. *conſ. 147. num. 10.* Ceph.
conſ. 658. nu. 19. lib. 5. Vide, *Dominium vtile, & c. Concluſ. 608.* † Contra-
74 rium tenet Signorol. *conſ. 7. Titius vendidit, per tot & conſ. 71. Factum ſic ſe habet, num. 6. in fin.* vbi, quod licet non ſit proprie dominium in incorporalibus, tamen quatenus eſt dominium, transfertur ex ceſſione; quia tantum operatur ceſſio in incorporalibus, quantum traditio circa corporalia, ſequitur Signorol. Monterent. in gl. ſtat. Bononiæ. *tit. de donatio. in gl. fin.* Dec. *conſ. 251. nu. 4. & 446. num. 5.* vbi, q̃ in incorporalibus ceſſio habet vim traditionis. Ruin. *conſil. 197. n. 4. lib. 1. & conſ. 51. num. 6. lib. 2.* Ceph. *conſ. 658. nu. 8. lib. 5.* Rimin. Sen.
75 *conſ. 514. num. 3. vol. 3.* † Declara; quia ceſſio non operatur traditionem circa corporalia, etiam ſi cedatur ius rei vendicationis. Ruin.
76 *conſ. 75. num. 7. lib. 5. & conſ. 37. nu. 19. lib. 1.* † Item procedit concluſio circa ea, quæ ſunt perſonalia, vt ceſſio inducat traditionem; ſecus circa realia, ita declarat plene *deciſ. Pedemont. 51. nu. 21.* † Reſtringe; quia quando ceſſio fit in venditione, nunquam operatur traditionem corporalium, vide plenam informationem pro Equite Roberto Maluetio contra Cardellum. Vide, *Ceſſio iurium quid operetur. vel non. Concl. 205.* † Limita; quia dominium etiam in reali actione intentata non transfertur ex ſententia lata. Iaſ. & alij *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure.* quia neceſſaria eſt ſemper traditio, iuxta regulã, de qua *in l. traditionibus. C. de pact.* vt dicit gloſſ. *Inſtit. de oſſ. iudic. §. fin.* vbi * omnes, late Felin. *in cap. cum venerabilis. nu. 26. de except.* Bald. *in* *
l. 1. C. communia vtriuſq; iud. Alex. *conſ. 184. In cauſa. n. 7. lib. 6. & conſ. 1. n. 5. lib. 5.* Deci *conſ. 564. nu. 3.* Grammat. *conſ. 81. nu. 5.* & ſupra *num. 33. & ſeq.* Vide, *Dominium qualiter probetur. Concl. 611. nu. 9. & ſeq.* Vide, *Sententia non operatur, & quando ſecus. Concluſ. 181.* † Extende in tantum, 79
quod is, qui allegat interueniſſe traditionem, debet probare, cum ſit facti, quod non præſumitur. *l. in bello. § facta. ff. de capt. l. 1. C. de probat. c. cum à iure, de oſſ. deleg.* † Extende; quia multo minus transfer- 80
tur ex ſententia perſonali, & ſuper confirmatione ſequeſtri, niſi ſequuta traditione. Vide, *Sequeſtrum à iudice incompetenti inducit ſpo-* 81
lium, à iudice vero competenti aliquando priuat poſſeſſione, aliquando non. Concluſ. 206. † Extende in adiudicatione facta creditori, etiam ex
ſecundo decreto; quia niſi ſit facta exequutio, ſeu traditio poſſeſſionis, non transfertur dominium, per gloſſ. *in d. l. traditionibus. C. de pact.* gloſſ. *Inſt. de oſſ. iud. § fin. in fin. l. à Diuo Pio. § ſi poſt addictum. ff. de re iud.* Bart. *in l. ſi ſimita. § Iulianus. nu 37. ver. quaro iuxta iſtud. ff. de damno infecto.* vbi, quod creditor, cui fit adiudicatio ex ſecundo decreto, non efficitur dominus, antequam ſit miſſus in poſſeſſionem. † Ex- 82
tende; quia neque ſufficeret relatio nuncij ad tenutam aſſerentis immiſiſſe in poſſeſſionem, ſtante ſtatuto Florentiæ ſuper lucro fructuum ad fauorem tenutarij, quaſi poſſideat, vt dicit Alex. *d. §. Iulianus. n. 110.* quia procederet in terminis iuris communis, quando citato debitore iudex immiſiſſet creditorem in poſſeſſionem, vt declarat Bald. *in l. conſentaneum. C. quemodo. & quando iudex. verſ. & ſecundum hæc nota.* Deci. *conſ. 400. Viſo alleganti. col. 4.* quia tenuta Florentiæ eſt verbalis. Vide, *Tenuta, ſiue miſſio in poſſeſſionem ex primo de-* 83
creto de facili concedenda. Concluſ. 43. † Reſtringe, quando fuit facta exequutio ſententiæ per iudicem, & ſic traditio. Cravet. *conſ. 912. nu. 22.* quia tunc dicitur facta traditio, & ſequuta traditione tranſfertur dominium & poſſeſſio ex ſententia. *l. ſciendum. § qui fundum. ff. qui ſatisd. cog.* Felin. *in c. cum venerabilis, num. 26. de except.* Alex. *conſ. 1. num. 5. lib. 5.* Deci. *conſ. 564. num. 3.* Grammat. *conſ. ciuili 81. num. 5.* gloſſ. *Inſt. de oſſ. iudic. § fin. in gl. vlt.* Alex *conſ. 90. numer. 9. lib. 2. & in l. Pomponius. § ſi iuſſu. ff. de acquir. poſſ.* Dec *conſ. 598. nu. 2.* Calcan. *conſ. 36. numer.*
27. vbi, quod nobis per ſententiam acquiritur, & res fit noſtra, quod intellige, vt ſupra. † Reſtringe, quando non eſt neceſſaria 84
traditio, vel exequutio, vt quia reus declaratur dominus, & abſoluitur, vel poſſidet. Bart. *in d. § Iulianus, l. ſi ſimita. num. 37. ff. de dam. infect.* & quod ex ſententia declaratiua transferatur dominium. Alexand. *conſil. 98. Viſis ijs, numer. 9. lib. 5.* vbi dicit * communem. *
† Contrarium, quando ſimpliciter reus abſoluitur; quia in eum 85
non transfertur dominium. Alex. *conſil. 173. Viſo themate, in fin. lib. 2.*
† Declara; quia dominium ex ſententia declaratoria, quod quis ſit 86
dominus, ſaltem præſumitur, apoſtil. ad Alex. *d. conſil. 98. numer. 9. lib. 5. in ver. transfertur*, quę citat alios. † Et procedit reſtrictio, quod 87
probetur, vel præſumatur dominium ex ſententia declaratoria, nedum quoad ipſos litigantes, ſed quoad omnes. Alex. *d. conſil. 98. numer. 10. ver. & talis probatio, lib. 5.* vbi apoſtilla *in ver. probat.* dicit, quod probat quoad declarationem, & rem ſic geſtam, ex qua reſultat poſtea præſumptio dominij. † Limita; quia nunquam abdi- 88
catur dominium à contrahente, vel transferente, niſi alteri acquiratur. Caſtr. *conſ. 332. col. 2. lib. 2.*

Dominium transfertur ex contractu inutili, & nullo, & quando ſecus. Concluſ. 604.

DOMINIVM † transfertur ex inutili contractu, & nullo, quan- 1
do tradens eſt dominus, & ſequitur traditio, *l. eleganter, in prin. ff. de pign. act.* † Amplia; quia dominium transfertur ex inutili con- 2
tractu, ſiue faciat transferens ex certa ſcientia, ſiue per errorem, dummodo conſtet de voluntate, quod voluit transferre. Signor. *conſ. 145. In quæſtione vertente, nu. 4. & ſeq.* † Extende; quia dicitur con- 3
ſtare de voluntate, quando conſtat per publicum inſtrumentum de venditione, & translatione dominij; quia licet contractus ſit nullus, non tamen annullatur inſtrumentum, per quod probatur translatio dominij. Signorol. *d. conſil. 145. num. 4.* † Amplia; quia ex 4
contractu nullo transfertur dominiũ, ſi conſtat de volũtate transferentis,

ferentis, etiam si nullitas proueniat ex pacto contrahentium; puta, quod si non sequitur registratio, sit nulla venditio; quia adhuc erit translatum dominium, licet annulletur ob non registrationē.
5 Signor. *d. cons.* 145. *nu.* 4. *vsq; in fin.* † Extende maxime, quando duo simul, & quilibet eorum vendunt; quia alter alteri consensum accommodare dicitur; ideo annullato contractu, non redditur nullus consensus, & translatio dominij ex eo resultans. Signor. *d. cons.*
6 145. *nu.* 7. † Limita; quia dominium non transfertur ex inutili contractu, quando est contra legem. Bart. *in l.* 1. §. *si vir. in fin. ff. de acquir. possess.* Castr. *cons.* 244. *Viso & examinato, in fi. lib.* 2. vbi, quod ex donatione omnium bonorum præsentium & futurorum non transfertur; quia est nulla, & contra legem, & ibi apostill. citat Corne. *cons.*
7 321. *nu.* 9. *lib.* 4. † Limita, quando tradens esset administrator, & no dominus. Fulgos. *cons.* 190. *Visis toto processu. colum.* 3. *ver. nec dicat quis,* vbi dicit maxime procedere, quando indebite administrator de-
8 dit in solutum. † Extende etiam, si extaret sententia interlocutoria pro datione in solutum facta ab administratore; quia si est pro maiori summa, quam debetur, dominium non transit. Fulgos. *d.*
9 *cons.* 190. *nu.* 2. † Limita; quia quicquid sit de inutili, nunquam possessio transfertur ex contractu nullo. Alex. *consil.* 69. *Circa primum, num.* 14. *lib.* 5.

Dominium quando ex actu conditionali transferatur. Concluſ. 605.

1 DOMINIVM † rei venditæ ad mensuram, vel cum pacto, quod debeat mensurari, non transfertur ante mensurationem regulariter. Anchar. Regien. *q.* 18. *lib.* 1. vbi limitat multis modis, nisi sequatur traditio rei venditæ vera, vel ficta, vel nisi adsit consuetu-
☞ do, vel nisi conuentum sit inter partes. Vide, *Venditio ad mensuram dicitur conditionalis, & quando secus. Concl.* 49. *& Concl. lib. prox. seq.*

Dominium potest transferri ad tempus. Concl. 606.

1 DOMINIVM † dotis transfertur in maritum durante matrimo-
2 nio. Angel. *cons.* 311. *In themate prædicto, ver. super tertio.* † Idem in emphyteusi concessa, si canon non soluatur, quod reuertatur.
3 Angel. *consil.* 311. *ver. super tertio.* † Idem in venditione cum pacto
4 adiectionis in diem. Angel. *d. cons.* 311. *ver. super tertio.* † Idem in emphyteusi concessa ad 29. annos, & de 29. annis. Angel. *d. consil.* 311. *ver. super tertio.*

Dominium qualiter transferatur in legatarium. Concluſ. 607.

1 DOMINIVM † ad hoc, vt transferatur ipso iure in legatarium, quinque sunt necessaria, de quibus Ias. *in l.* 1. *num.* 115. Primo, quod legatum sit rei particularis, non autem generale, vel vniuer-
2 sale, quod declara, vt ibi per eum, *ff. de leg.* 1. † Secundo, quod legatum sit in specie certa, non autem in quantitate; ideo si legatum fiat de mille, non transfertur dominium; secus si fiat de mille existentibus in tali capsa, vel sacculo; quia legatum tunc censetur
3 speciei, & non quantitatis. Ias. *d. l.* 1. *num.* 118. *ff. de leg.* 1. † Declara; quia fauore piæ causæ, si testator legat creditum, potest pia causa
4 agere sine cessione. Bald. *cons.* 151. *Casus quædam. lib.* 3. † Tertio, quod legatum sit de re propria legantis; secus si de aliena, etiam hæredis, etiam consentientis. Ias. *d. l.* 1. *num.* 120. *ver. tertio requiritur,* vbi declarat, Bald. *cons.* 89. *Dominus Thomas, num.* 7. *ver. ad euidentiam, lib.* 1. qui extendit, etiam si hæres adeat; quia adeundo dicitur contrahere,
☞ & ex contractu non transfertur dominium. Vide, *Legatum rei alie-*
5 *næ quando debeatur, vel non. Concluſ.* 63. † Quarto, quod legatum sit
6 expressum, secus si tacitum. Ias. *d. num.* 115. *in d. l.* 1. *ff. de leg.* 1. † Quinto requiritur, quod legatum sit purum, non autem in diem, etiam si dies sit certa, neque quod sit sub conditione. Ias. *dict. l.* 1. *num.* 127.
7 *ver. vltimo requiritur. ff. de leg.* 1. † Sextum requisitum addas, quia requiritur aditio hæreditatis; quia ante non valent legata, neq; debentur, neque acquiritur dominium, nisi adita hæreditate. Bolog.
☞ *in add. ad cons.* 10. *de Anania.* 75. *num.* 2. Vide, *Legata non valent, neque de-*
8 *bentur, nisi adita hæreditate, & quando secus Concluſ.* 52. † Regula igitur est, quod dominium rei legatæ transit ipso iure absque traditione in legatarium, *l. a Titio. in fin. ff. de furt.* Ias. *in l.* 1. *num.* 13. *ff. de leg.* 1. quod
* intellige concurrentibus supradictis quinq; requisitis, & * communem omnium sententiam dicit Fulg. *consil.* 104. *colum.* 3. *numer.* 1. Alexan. *cons.* 4. *Videtur. in princ. lib.* 2. quod intellige, concurrentibus ijs, quę supra proxime. Ias. *d. l.* 1. *n.* 115. *ff. de leg.* 1. vbi dicit iuncto *n.* 127. quod quando est in diem etiam certam, nō transit dominium, sed
9 bene transmittitur. Surdus *cons.* 253. *nu.* 25. † Declara; quia licet dominium rei legatæ, & dotis transeat in legatarium, non tamen possessio, nisi capiatur. Alex. *d. cons.* 4. *col.* 2. *in princ. lib.* 2. † Declara; 10
quia licet aliqui Doctores teneant istud dominium, quod transfertur ipso iure in legatarium, non esse verum, sed fictum dominium; tamen veritas est, quod est verum, & proprium dominium. Menoch. *lib.* 3. *præsumptio.* 117. *num.* 6. † Amplia, vt procedat, etiam 11
si res legata, quę est testatoris, sit possessa a tertio: quia dominium transit ipso iure. Ias. *in d. l.* 1. *num.* 123. *ver. amplia duobus modis. ff. de leg.* 1.
† Amplia, vt procedat etiam in re, quæ non est vere, nec realiter 12
testatoris, sed causatiue, prout est seruitus; quia dominium transit ipso iure in legatarium. Ias. *d. l.* 1 *numer.* 124. *ver.* 3. *amplia, ff. de leg.* 1.
† Amplia; quia dominium rerum hæreditariarum transit in hæ- 13
redem, sicut & in legatarium sine alia apprehensione, secundum * *
communem, de qua Fulgos. *cons.* 104. *Quædam domina Lucia, col* 3. *n.*
1. † Amplia; quia fideicommissum transit ipso iure in Ecclesiam, & 14
piam causam, etiam ante factam restitutionem, secundum magis
* communes conclusiones. Alexand. *consil.* 57. *Perspectis in fin. libr.* 2. *
& cons. 4. *num.* 16. *col. lib. ver. adeo,* vbi de communi. * † Amplia; quia * 15
regula est, quod dominium rei legatæ recta via mortuo legante transit in legatarium, Vide Socin. *reg.* 4. *legata rei dominium,* vbi limitat quatuor modis. † Limita in legato alternatiuo; quia ante- 16
quam sit facta electio, non transit dominium, *l. huiusmodi,* §. *Stichum, aut Pamphilum, ff. de leg.* 1. † Limita in legato certæ rei expres- 17
sæ, sed tamen non apparet, de qua senserit testator; quia tunc non transit dominium ipso iure, donec declaretur. Aretin. per illum text. *in l. legato generaliter. in* 3. *not. ff. de leg.* 1. Ias. ibi *num.* 8. *in* 6. *not.* † Li- 18
mita, quando legatum est certum in obligatione, sed incertitudo est in solutione, vt quia hæres potest soluere æstimationem, vel quia aliud est positum in facultate soluendi. Alex. *in l. non amplius,* § *cum bonorum. num.* 3. *ver. sed non recedo,* vbi Aretin. *colum. penul. ver. tu potes sequi.* Ias. *in l. fin. num.* 22. *ver. pro communi conclusione. ff. de leg.* 1. † Li- 19
mita in legato partis bonorum propter facultatem soluendi æstimationem. Bartol. & * communiter Doct. *in l. si quis bonorum, ff. de* *
leg. 1. † Limita, vt non transferatur dominium in legatarium, vbi- 20
cumque deficit vnum ex quinque requisitis, de quibus supra *num.*
1. *& seq.* † Limita in vsufructu legato earum rerum, quæ vsu con- 21
sumuntur; quia dominium non transit in legatarium, nisi præstita cautione de restituendo, ex quo proprietas non est vere, sed in quandam consequentiam necessariam legata. Ias. *dict. l.* 1. *num.* 125.
ver. limita quando, vbi allegat Petr. de Anchar. qui hoc non dicit, sed *cons.* 3. vbi, quod per cautionem hæres tenetur præstare patientiam, quæ loco traditionis habetur, sed loquitur in vsufructu omnium bonorum, non in ijs, quæ vsu consumuntur. Contrarium
† tenet Petr. de Anch. *in consil.* 368. vbi vult, quod specialitas, quæ 22
datur, quod in legato transfertur dominium, est in legato pleno; secus in legato vsusfructus earum rerum, quæ vsu consumuntur; quia non reperitur iure cautum, quod dominium transeat sine cessione, & traditione, & sic est limitatio magis generalis, quod etiam præstita cautione requiratur traditio. † Extende contra- 23
rium, vt procedat etiam in legato vsusfructus nominis debitoris; quia sicuti etiam post præstitam cautionem dominium legati vsusfructus non transit directe, sed requiritur traditio; ita etiam in casu isto actio vtilis non transit sine cessione. Petr. de Anchar. *d.*
consil. 368. *Dubium principale, numer.* 3. *ver. ijs præmissis, vsque in fin.* vbi est casus. † Limita; quia dominium rei legatæ non transit in lega- 24
tarium, quando legatur res hæredis, nisi hæres tradat, * commu- *
nem dicit Alex. *in l. si hæredis seruus. ff. de leg.* 1. & communem * ibi di- *
cit Aretin. *in princ.* † Restringe, nisi testator expresse obligauerit 25
rem hæredis, quam legauit, vel dominium transtulerit; quia hæres adeundo videtur consentire. Alex. *in l. si hæredis, colum.* 2. *ver. in*
ea gloss. ff. de leg. 1. vbi disputat latissime, & ita videtur tenere, quando ista duo concurrunt, expressio testatoris, & aditio hæredis. † Ia- 26
mo etiam oritur hypotheca ex tacito, veluti si testator legauit alimenta pro medietate, super bonis suis, & pro alia medietate super bonis fratris sui præsentis, & consentientis; quia licet non reliquerit testator aliquid fratri grauato, tamen bona fratris sunt pro alimentis hypotheca ex sola designatione. Bartol. *consil.* 211.
Quidam sibi filios, num. 4. *lib.* 1. † Restringe, quando facta est tradi- 27
tio ab hærede; quia transit dominium, *l. magis puto.* §. *si fundus. ff. de*
reb. eorum. † Restringe, quando legatarius possidet; quia si lega- 28
tum est factum de voluntate hæredis, tunc dominium transit recta via, ita Bald. *in l.* 1. *num.* 24. *ver. quæro. testator. C. communia de leg.* 1.
vbi, quod per solam additionem hæredis inducitur consensus, & aptari possunt, quæ dicuntur, quod sufficit traditio, vel aliud, quod sit loco traditionis, & ita eum sequitur Ias. *in l.* 1. *num.* 122. *ff. de leg.* 1.
Alex. *in d. l. si hæredis seruus, col.* 1. *ver. in ea gloss. ibi. ff. de leg.* 1. † Contra- 29
rium videtur tenere Ias. *in d. l. si hæredis seruus. num.* 11. & ibi Ripa, vbi

30 recitant Bald. quando expresse hæres consensit. † Translatio dominij in legatarium est triplex, quædam ficta, quędam vera, sed revocabilis, quædam vera & irrevocabilis. Bolog. *in add. ad cons. 10. de*
31 *Anan. 75. num. 2.* † Dominium rei legatæ licet non transferatur in legatarium ante aditam hæreditatem; tamen adita hæreditate fingitur translatum à morte testatoris; quia etiam aditio hæreditatis trahitur retro, & fingitur facta à die mortis testatoris, & hoc est
32 dominium fictum. Bologn. *in addit. ad d. cons. 10. de Anan. 75. n. 2.* † Dominium verum post aditam hæreditatem acquiritur legatario rei certę etiam ante agnitum legatum, etiam ante scientiam legati, sed dicitur dominium revocabiliter acquisitum, nec trahitur retro ad mortem testatoris, sed ex ipsa aditione causatur. Bologn. *d. add. ad*
33 *d. cons. 10. de Anan. 75. num. 2. ver. alia vero.* † Dominium verum, & irrevocabile causatur, & transfertur ex aditione hæredis, & agnitione legati facta per legatarium. Bologn. *d. add. ad d. cons. 10. de Anan. n. 3.*
34 † Declara totam istam materiam; quia dominium rei legatæ trâsit ipso iure in legatarium à die mortis testatoris, *l. à Titio, in fi. ff. de furt.* declarat glos. ordinaria *in l. si tibi homo, §. cum seruus. ff. de leg. 1.* quod
35 intelligas ficte. † A die vero aditæ hæreditatis proprie transit dominium, *d. l. si tibi homo, §. cum seruus,* & ibi Bartol. & Alex. qui dicit
* 36 * communem. *ff. de leg. 1.* † Declara, quia licet dominium transeat in legatarium etiam absentem, & ignorantem; tamen iste transitus est revocabilis; quia si non vult acceptare legatum, potest; si vero acceptauit, tunc non potest repudiare; quia irrevocabiliter
37 transit. Castr. *cons. 171. In casu præsenti, in princ. lib. 2.* † A die acceptationis legati transit incommutabiliter, glos. *in l. si quis hæredem, ff. de*
* *cond. instit.* Doct. *in l. 1. ff. de leg. 1. l. legatum, eod. tit.* omnes * *in l. 1. C. com-*
38 *mun. de legat.* † Et huiusmodi dominium, quod per legem transfertur, non est proprium, & verum dominium, sed improprium, & fictum, *l. quod si nulla, ff. de leg. 1.* & propterea Bartol. *in l. si cui fundus, in*
vlt. col. ff. de condit. & demonstrat. dixit, quod licet dominium rei legatæ sit penes legatarium, & transeat ipso iure, *d. l à Titio, in fin. ff. de*
furt. tamen legatarius potest petere ab hærede rem legatam, vt per receptionem facti consequatur, & idem firmat ipse Bartol. & alij
39 *in d. l. 1. C. commun. de legat.* † Quia verum dominium, ac proprium, & irrevocabile transfertur per exequutionem facti, glos. *in d. l. si*
quis ita hæredem. ff. de cond. instit. & declarat Ias. *in l. talis scriptura, prope*
☞ *fin. ff. de leg. 1.* Vide, *Legatarius corporalium quando habeat dominium rei legatæ sine traditione. Concl. 148.*

Dominium vtile qualiter transferatur. Concluſ. 608.

1 DOMINIVM † vtile regulariter transfertur ex cessione; quia licet directum non transeat sine traditione; tamen vtile transit; quia cessio habet effectum traditionis quoad vtile, prout habet traditio quoad directum, *Lex legato nominis. C. de legat. cum ibi not.* late Signorol. Homod. *cons. 7. Titius,* vbi pro vtraque, & hanc tenet.
2 Vide, *Traditio ex quibus fiat. & c. Concl. 342. & seq.* † Contrarium vide supra, *Dominium rerum qualiter transferatur. Concluſ. 602. nu. 28. & seq.*
3 † Extende vt idem sit de actione vtili; quia licet directa non cedatur, tamen secus est in vtili. Signorol. *d. cons. 7.* † Restringe in dominio vtili, puta, rei emphyteuticæ; quia ex cessione non transfertur, sicut nec directum; tum quia requirit traditionem; tum etiam qa sine dominio emphyteusis non potest transferri. Bald. *consil. 285. Casu coram. in fin. lib. 2.* allegat pro casu *l. si sponsalibus, in princip. ff. de iu-*
☞ *re dot.* Vide, *Dominium rerum qualiter transferatur. Concluſio. 602. num.*
5 *23. & seq.* † Amplia; quia in omnibus casibus, in quibus directum dominium ex iure speciali transit sine traditione; similiter vtile dominium transeat sine cessione, & è conuerso. Petr. de Anchar.
6 *consil. 3. Non est dubium. num. 3. ver. Nam quoad translationem.* † Amplia; quia dominium vtile transfertur ex locatione ad longum tempus, & dicitur longum tempus in hac materia tempus decem annorum.
☞ Alexand. *consil. 59. Visis verbis, in princ. lib. 6.* Vide, *Locatio ad longum*
7 *tempus est alien. Concluſ. 403.* † Amplia; quia dominium vtile, vt consistens in seruitute, vel alia re incorporali, transfertur, & acquiritur ex vsu, & exercitio, accedente scientia & patientia eius, contra quem acquiritur; quia loco traditionis habentur ista, *l. quoties, ff. de*
8 *seruit.* Petr. de Anchar. *d. consil. 3. nu. 4 ver accedente tamen, & n. 7.* † Extende; quia vsufructuarius omnium bonorum & consequenter nominum debitorum ex sola præstatione satisdationis dicitur habere custodiam rei legatæ, & consequenter talis satisdatio operatur scientiam & patientiam hæredis, vel habentis directas actiones, consequenterq; eo casu agere potest sine cessione. Pet. de An-
9 char. *d. cons. 3. nu. 6. ver. secundo posito, vsq; in fin.* † Contrarium videtur velle idem Petr. de Anchar. *cons. 368.* incip. *dubium principale,* vbi, qp in legato vsusfructus, quod non dicitur plenum, non transit directum sine traditione, neque vtile sine cessione; quia ius speciale, quod in legatis transeat ipso iure dominium, loquitur in legatis
10 pleno iure, non autem in legatis vsusfructus. † Amplia; quia dominium vtile transfertur ex inuestitura feudali, *cap. 1. in ver. vendicare, de inuestit. de re aliena facta.* Alex. *cons. 9. Ponderatis, num. 9. in fin. ver.*
11 *quia respondeo, lib. 5.* † Declara, quia contra tertium dominium ex sola inuestitura non probatur. Vide, *Dominium qualiter probetur. Concluſ. 611. num. 13. & seq.*

Dominus semel amplius effici nõ potest dominus. Concluſio.

VIDE Socin. *reg. 25. Dominus semel,* vbi limitat quinque modis. ☞ Vide plenius, *Titulus potest multiplicari pro eadem re. Concluſ. 319.* Vide, *Meum semel effectum quando posit iterum effici meum, vel non. Concluſ. 226.*

Dominium non potest esse penes plures in solidum, & quando secus. Concluſ. 609.

1 DOMINIVM † eiusdem rei non potest esse penes plures in solidum; ideo probato dominio penes vnum probatur non esse penes alium. Signor. *cons. 75. In quæstione vertente, num. 9. ver. venio, &*
2 *redeo.* † Amplia, vt procedat etiam in dominio vtili; quia duo dominij vtiles non possunt esse in solidum eiusdem rei, Bald. *cons. 116. Columbinus dedit, in fin. lib. 1. ver. considera.* Alex. *consil. 3. Ex ijs, num. 5. ver.*
3 *quarto. lib. 5.* † Amplia; quia duo hæredes insolidum esse non possunt eiusdem defuncti, *l. quod contra. §. vni duo. ff. de reg. iur.* Castr. *cons.*
4 *152. Viso puncto, col. 2. ver. ijs ergo visis lib. 2.* † Limita diuersis respectibus, prout in Papa & Imperatore; quia vterque est dominus mundi, Papa in spiritualibus, Imperator in temporalibus; sic in Episcopis; quia sunt domini ciuitatum in spiritualibus, & Principes seculares in temporalibus. Ægid. *cons. 2. num. 10.* Vide tamen; quia ☞
Papa etiam habet dominium temporale vbique, vacante Imperio, *in ver. Papa est superior. Concluſ. 41. & in ver. Papa habet vtrumq; gladium. Concluſ. 45.* † Et idem in Imperatore, qui dicitur dominium
5 habere vniuersale & in temporalibus, prout etiam quilibet princeps, & tamen particulare dominium bonorum est apud dominos particulares. Alex. *cons. 1. num. 40. lib. 5.* † Extende; quia imo possunt
6 respectu temporalis dominij simul esse plures domini eiusdem rei diuersis respectibus; & idem est in spiritualibus, prout in eadem Ecclesia Episcopus, Archidiaconus, & Archipresbyter. Ægid. *d. cons. 2. n. 10.* vbi dat alia exempla. Io. Fabr. *Instit. de locato, §. adeo.*
Bolognet. *in l. 3. §. ex contrario, nu. 121. cum seq. ff. de acquir. possess.* † Ex-
7 tende; quia imo dominium directum inferius & superius datur in diuersis personis, puta, Imperator si infeudat, habet directum dominium infeudans, infeudatus habet vtile; sed si infeudatus subinfeudat alteri, subinfeudans habet directum dominium inferius, vel vtile dominium superius, subinfeudatus habet vtile inferius. Bald. *in c. cæterum. de iudic.* Curt. Iun. *de feudis, in 4. parte, num. 83.* Bald. ☞
cons. 16. Facti euidentia, lib. 1. Vide, *Feudum antiquum qualiter. Concluſ.*
190. Vide, *Feudum subinfeudatum ad quem reuertatur, & deuoluatur. Concluſ. 191.* † Imo quando Regnum datur in feudum, infeudans
8 dicitur habere dominium directum, infeudatus vtile; sed tamen in feudis regalibus, & magnis infeudatus dicitur etiam habere directum dominium subalternum quoad subditos, licet secus quoad dominium supremum. Nat. *cons. 487. nu. 9.* vbi late. Vide, *Domi-* ☞
nium directum & vtile in quibus consistant. Concl. 601. nu. 9. † Vide; quia
9 idem dicimus de possessione eadem, puta naturali, quę non potest esse eiusdem rei insolidum apud plures, *l. possideri, §. è contrario. ff. de*
acquir. possess. & tamen diuersis respectibus potest esse insolidum penes plures. † Limita; quia dominium directum licet regulariter
10 non possit esse insolidum eiusdem rei apud duos; tamen secus est, quando id est ex diuersis operationibus; nam potest esse penes præscribentem operatione legis, & penes dominum operatione naturali, videlicet traditione. Couar. *3. par relect. c. possessor. de reg. iur.*
§. 1. num. 3. ver. tertio. Vide, *Possessio eiusdem rei non potest esse penes plures. Concl. 429.* Vide Socin. *reg. 24. Domini insolidum plures eiusdem rei, vel* ☞
iuris esse non possunt, vbi limitat 8. mod.

Dominium quando, & qualiter præsumatur. Concluſ. 610.

1 DOMINIVM † præsumitur ex possessione earum rerum, quę vsu consumuntur, vel conuertuntur, & ideo dominiũ pecuniarũ præsumitur Ecclesię, si Ecclesia pecunias possidebat. Bal. *cons. 298. Hæ*
2 *materia altioris, n. 2. ver. interdum Prælat. lib. 1.* † Extende; qa possessor animalium & pecudum præsumitur dñs ex sola possessione. Bart.

cons.

cons.209.Viso processu,num.3.in fin.ver.imo præsumpt.iuris.& num.4.lib.
3 1.vbi apost.*in ver.præsumpt.*dat concord. † Declara; quia possessor præsumitur dominus ad defensionem rei possessæ; secus si ageret. Bart.*d.cons.209.num.4.lib.*1. vbi tamen dicit, quod si nuncius fecit exequutionem in re a me possessa, si comparco, & doceo de mea
4 possessione, reuocabitur exequutio.† Amplia: quia dominium rei possessæ per defunctum præsumitur, si probat hæres, vel legatarius, quod possessio rei erat vacans, quando defunctus illam apprehendit. Bald. *cons.3. In causa Basilij, circa med. ver. item dicit, lib.* 4.
5 † Extende; quia præsumitur, vel probatur probando, quod res, de qua agitur, possidebatur à defuncto tempore mortis. Guido Pap.
6 *decis.*442. † Amplia; quia semel dominus præsumitur continuasse dominus, nisi contrarium probetur, *l. siue possidetis, C.de probat.* De-
7 clara; † quia si ego cõfiteor qualificate aduersarium meum de certo tempore dominum; non tamen potest ex mea confessione velle extendere suum dominium præsumptum. Alex.*consil.*171. *In causa,& lite,num.*13.*ver.& pro hoc allego lib* 6.† Amplia, quia dominium
8 rei donatæ præsumitur fuisse donantis, si tempore donationis possidebat donans; ideo donatarius non tenetur probare, quod donans esset dominus. Guid.Pap.*decis.*442. & idem dicit Ias. *in* §.
9 *sed iste. Instit. de actio.* † Declara, vt procedat ampliatio, quando in donatione adest constitutum, vel reseruatio vsusfructus, alias autem ex sola donatione rei particularis, sine traditione non transfertur dominium; imo neque ex donatione generali omnium bonorum. Bart.*in l.1.§.in societate, ff.pro socio.* gloss.& Doct.*in l.1.ff.pro dot.* Ideo tunc necesse est probare de dominio donantis, iuxta not. *in l.cum res.* vbi gloss.*in ver.vacuam.C.de probat.& in l. traditionibus, C. de pact.* quæ probatio tam difficilis est, vt quasi impossibilis videa-
10 tur. Bart.*in l.rem quæ nobis, ff.de acquir.poss.* † Amplia: quia dominium rei locatæ præsumitur esse locatoris, qui potest agere contra conductorem personali actione, & ex condictione ex lege, absque alia probatione dominij; quia præsumitur dominus. Bartol.
11 *in l.non ab re.num.*3.*C.vnde vi.* † Et potest esse ratio; quia locatio præsumitur facta in dubio ratione dominij, non autem ratione possessionis, nisi sit expresse dictum. Bart. & alij *in l.si aliquam, ff.de acquir.possess.num.*11. vbi ponit effectum resultantem ex hoc. Alex.
* *consil.*69.*numer.*13.*lib.*5. vbi dicit * communem. Corbul.*tract.de iur.*
* *emph.fol.*418.*num.*8.*& seq.* vbi de * communi, & plures citat. Vide
*Possessionis commoda multa. Conclus.*427. Vide, *Possessio operatur multos*
12 *effectus. Conclus.* 428. † Amplia; quia dominium bonorum mobilium præsumitur eius, in cuius domo sita sunt mobilia. Vide, *Bona*
13 *mobilia cuius esse præsumantur. Conclus.*106. † Amplia; quia bona in exequutione capta penes debitorem tempore exequutionis præsumuntur esse illius & qui dicit contrarium, debet probare.
Vide Mascardum *Conclusio.* 708. *Exequutio quando fit in bonis alicuius.*

Dominium qualiter probetur. Concl.611.

1 DOMINIVM † difficilis est probationis; quia consistit in iure, & non cadit in visu, memoria testium, aut in actu, prout possessio. Bald. *consil.*89. *D. Thomas, in princ.lib.*1. Boer. *decis.*42. *num.*25. vbi, quod nedum reputatur difficilis, sed quodammodo impossibilis probationis, vbi citat infinitos, & idem dicit Alex.*cons.*4. *Vide-*
2 *tur inspectis, colum.*2. *in princ. ver.imo tam difficilis, lib.*2.† Et de dominio maxime directo, quod sit difficillimæ probationis. Alex.*consil.*39. *Visis scripturis, num.*3.*ver.talis enim probatio, lib.* 2. Vide Masc. *Conclus.* 535. vbi, quod dominij probatio est difficilis, & quasi impossibilis probationis; ideo coniecturis probatur; & reddit rationem, fallit in dominio pecuniæ; quia de facili probatur, & repetit *Conclu.*338.
3 *Dominium an possit probari per coniecturas.* † Et ideo si potest intentari remedium possessorium, vt recuperetur possessio, melius est. Cast.
4 *cons.*445. *In causa, quæ vertitur, in princ.lib.*1.† Vide plene Boer. *d.decis.* 42. *in princ.* vbi distinguit, aut per modum actionis, aut exceptionis, primo casu, quando per viam actionis principaliter intentatur, non sufficit allegare titulum, & probare possessionem, nisi doceatur de titulo, quando agitur de magno præiudicio; fallit, quando agitur contra violentum, qui rem accepit violenter; item fallit, quando possessio esset longissima, ibi *num.*9. *& seq.* sed si incidenter dominium sit probandum, sufficit possessio, quæ inducit præsum-
5 ptionem dominij, *num.*8. † Si vero agatur de dominio per viam exceptionis, siquidem actor probauit, excipiens non releuatur ex sua possessione, nisi sit antiqua, & præscripta, & cum titulo habili ad præscribendum; si actor non probauit, sola possessio inducit præsumptionem dominij. Boer. *d.decis.*42. *num.*33. *& seq.ver.si vero*
6 *dominium.* † Amplia; quia nemo probat se dominum, vel possessorem, licet in testamento, vel contractu hoc sit dictum, nisi aliter probet. Bald. *d.cons.*89. *in princip.ad euidentiam, lib.*1. Alexand. *consil.* 7
24. *circa processum, num.*2. *& seq.ver.videamus, lib.*7. † Restringe ampliationem, vt non procedat, quando testator asseruit se dominum; quia, quoad hæredem illius, probatur dominium; quia hæres factum defuncti non potest impugnare, nec potest dicere testatorem esse mentitum. Bald. *d.cons.*89. *num.*3. *ver.sed tamen vnum est*
aduertendum. † Declara; quia restrictio non procedit in præiudi- 8
cium hæredis cum beneficio inuentarij; quia potest docere de contrario eius, quod testator asseruit. Bald. *d.consil.*89. *num.*3. *lib.*1. *ver.sed tamen vnum.* † Amplia; quia ex sola sententia non probatur 9
dominium, vel quasi, nec possessio, nisi sequuta traditione. Vide,
Dominium quando, & ex quibus contractibus transferatur, vel non. Conclus.
603. *num.*78. *& multis seqq.* † Amplia; quia ex sola locatione non 10
probatur dominium, neque possessio, nisi adsint solutiones pensionis. Castr. *consil.*213. *Viso puncto circa fin. ver.præterea ad probationem,*
*lib.*2. vbi apostil. dat concord. & quod sola locatio non probet dominium, nisi adsint adminicula. Rota *in nou. decis.*141. *in princ. parte*
2. Alexand. *consil.*10. *Viso processu, num.*3. *& 4. ver.quia per solam, libr.*4.
Afflict. *decis.*14. *num.*8. † Extende; quia neque possessio, neque do- 11
minium probatur per locationem simplicem. Alexand. *d.consil.*10.
*num.*3. *lib.*4. Vide plenius per Mascard. *Conclusio.*541. *Dominium an*
probetur per instrumentum locationis. vbi ponit regulam negatiuam.
Ampliat etiam in emphyteusi, licet citet contrarium tenentes. Limitat quoad tertium, secus quoad locatorem & conductorem, licet aliqui contrarium teneant, ideo declarat in personali procedere limitationem, secus in reali actione; Secundo limitat in dominio Ecclesiæ locantis, licet citet contrarium tenentes: Tertio, quando concurrunt alia adminicula, prout solutio, vel tempus antiquum, vel quando plura sunt instrumenta locationum antiquarum.† Declara; quia si constaret de solutione pensionis, & af- 12
fictus vltra locationem probaretur possessio; item dominium, quando de eo in consequentiam ageretur. Alex. *d.cons.*10. *num.*3. *&*
*4. lib.*4. Vide, *Locatio non probat dominium, vel possessionem, & quando se-*
*cus. Conclus.*427. † Amplia; quia instrumentum emptionis non 13
probat dominium ad fauorem emptoris in præiudicium tertij; quia res aliena vendi potest. Castrens. *cons.*354. *Commodum dictæ ve-*
*næ, numer.*3. *ver.nec obstat, lib.*1. *l.cum res.* vbi gloss. *in ver.vacuam, ver.vel*
potest esse. C. de probat. vbi Bart. Bald. Salycet. & alij. Socin. *consil* 89.
*num.*9 *ver.& pro fundamento, lib.*1. Alex *cons.*98. *lib.*2. Afflict *decis.*23.
*Capellani, num.*4. Alexand. *cons.*45. *lib.*4 *& cons.*185. *lib.*5. Angel. *in l.1. ff.*
de publica. † Et quod ex instrumento venditionis, seu donationis 14
non probetur dominium, nisi probetur, quod res vendita, vel donata, tempore donationis, seu venditionis esset in bonis donantis, vel vendentis. Castr. *cons.*407. *Satisfaciendo. num.*3. *ver.tertio quæ-*
*ro, lib.*1. † Imo, quod emens non probet dominium ex instrumen- 15
to emptionis, sed debeat probare vendentem fuisse dominum, vel quod emptor præscripserit. Castr. *consil.*133. *Iste Martinus, libr* 2.
Vide plenius infra *num.*34. *& multis seqq.* † Extende; quia non pro- 16
batur dominium, neque traditio ex sola emptione, etiamsi adsint illa verba, *dedit, vendidit, & tradidit.* Alex. *cons.*10. *Viso processu, numer.*6.
*ver.quia per instrumentum, lib.*4. † Declara, nisi illa verba essent dicta 17
in præsentia rei; quia habent vim traditionis. Bart. *in l.*2. *C.de acquir.*
possess. Ias. *consil.*149. *col. fin. lib.*4. † Extende; quia neque probatur 18
quasi dominium ex contractu, nisi constet de traditione rei facta. Alex. *d. consil.*10. *num.*7. *ver. nec etiam per dictum instrumentum, lib.*4.
† Extende; quia non probatur dominium quoad alios, si enunci- 19
ent in contractu, quod rei venditæ confinant bona Titij; quia vltra quod inter alios non probant, sunt verba generalia, & possunt multis modis intelligi respectu possessionis, detentationis, dominij, & pertinentiæ. Alex. *d.cons.*10 *in fin. num.*8. *& seq.ver.quiæ respon-*
*deo, lib.*4. † Extende; quia impossibile est probare dominium in- 20
ter priuatos, vbi non interuenit traditio vera, vel ficta; imo etiam si interuenit titulus, & traditio possessionis vacuæ, non probatur dominium, nisi probetur, quod tradens fuisset dominus, vel saltem longo tempore possideret cum titulo, vel bona fide, ex qua dominium præsumatur. Alexand. *cons.*11. *Sentio, in princip.* vbi dicit communem, * *per totum, lib.*4. † Extende in casu conuerso; quia * 21
dominium venditoris non probatur contra ementem, quando non agitur inter ementem & vendentem ex illo contractu. Alex.
*consil.*92. *Perspectis ijs, in princ.lib.*1. vbi apostil. *in ver.Angel.* † Exten- 22
de; quia etiam in venditione facta per principem non transfertur dominium; neque possessio, neque quasi dominium, vel quasi possessio ex sola venditione. Ias. *consil.*148. *libr.*4. Boer. *decisio.*42.
*num.*28. † Extende in datione in solutum facta etiam pro dote; 23
quia est quædam venditio, quando fit à iudice, *l.si ob causam, C. de*
euictio. Bartol. *in l.*1.§. *hac verba, ff.ne vis fiat ei.* ergo non operatur plus, quam venditio. † Extende etiam; quia quoad ementem non pro- 24
batur,

batur dominium venditoris ex solo titulo emptionis, vel alterius acquisitionis, gloss. *in l.1.ver.à non domino. ff.de publicia.* & ibi Angel. Alexand. *consil.43.Visis & ponderatis, colum. 2. ver. praterea ad probandum, num.9.lib.4.& consil. 91.Perspectus ijs, num.1.lib.1.* quia res aliena potest vendi, *l.rem alienam, ff.de contrahen.emptio.* & emptor molestatus à creditore venditoris potest inferre quæstionem dominij vēditoris. Angel. *in d.l.1. ff.de publicia.* quia emens ab aliquo non fatetur venditorem dominum. Bartol. *in l.Iulianus, ff.de cond.indebit.* vbi
25 Alexand. in apostill. gloss. *in § alia. Institut. de action.* † Idem est, si author meus emit à te ; quia possum ego negare te dominum. Alexand. *consil.187.In causa appellationis, numer.7.lib.5.* Negus. *de pi-*
26 *gnor. in 3. membro 2. partis princip. numer. 64.* † Imo si ego emi à te, non dicor fateri te dominum. Alexand. *consil.185.In causa, numer. 5. ver. nec etiam, lib.5.* vbi apostilla. Vide ad ista Mascard. *Conclusio. 537. Dominium per quæ regulariter probetur.* vbi, quod probatur, si tria concurrunt, emptio, traditio possessionis vacuæ, & solutio pretij, & licet *numer.9.* citet communem in contrarium, & *numer.*
10, declarat; quia contra venditorem & hæredem probatur; secus contra tertium, & *numer.* 15. vltra tria requiritur quartum, quod diu possederit; quia probatur etiam quoad tertium. Vide eundem Mascard. *Conclus.549. Dominium*, vbi, quod non probatur ex solo
27 instrumento emptionis; quia res aliena vendi potest, ampliat, etiam si concurrat possessio emptoris; limitat, nisi tanto tempore possedisset post emptionem, quod esset præscriptum; item limi-
28 tat, nisi cum instrumento concurrant alia adminicula. † Restringe, quando vltra venditionem interuenisset, quod venditor passus esset rem venditam describi ad æstimum emptoris. Roman. *Singul. 433. emo rem.* vbi, quod ex sola hac descriptione dominium transfertur, & *in consil. 290. numer.7.* Deci. *consil. 20. numer.10. circa*
29 *med.* vide infra *numer.180.* † Restringe, nisi constaret aliunde de dominio venditoris. Alexand. *consil. 98. libr.2.* Afflictus *decis. 23.*
29 *Capellani, numer.4.* † Restringe, quando emptor probaret vltrà illa tria, venditorem tanto tempore possedisse bona fide, & iusto titulo, quod præscripsit, Mascard. *d. Conclusio. 537. numer.13.* vbi, quod
30 tunc probatur quoad omnes. † Restringe, nisi enunciassent partes in venditione vendeīem esse dominum; quia quoad anunciantes probatur dominium. Alex. *consil.112. numer.1.& seq. libr.6.*
31 sequitur Crauett. *consil.29. numer.1.& consil.217. numer.7.* † Restringe, nisi aliunde probetur, quod vendens erat dominus, vel nisi
32 concurrant alia adminicula, vt Bartol, & alij supra proxime. † Restringe, quando vltra illa tria concurreret, quod essent facta bannimenta, quod illi, qui prætendunt talem venditorem non esse dominum, compareant certo termino; quia si nullus comparuit, tunc probatur dominium plene quoad omnes, Boer. *decis. 42 num.*
33 31. Mascard. *dict. Conclusio. 537. numer.14.* † Restringe in beneficiato per resignationem; quia non tenetur docere de dominio, vel titulo resignantis; quia sufficit probare, quod fuit habitus & reputatus pro rectore. Mascard. *d. Conclus. 537. in fin.* Vide infra *numer.45.*
34 & multis seqq. † Amplia; quia dominium nunquam probatur ex solo titulo, & contractu inter alios, etiam fauore Ecclesiæ, quando negatur dominium medio iuramento calumniæ. Bald. *consil.*
377. *Otho prætendens, libr.1.& consil. 286. Thema proponitur, numer.2.*
* *libr.2.* vbi dicit * communem, & ratio est; quia non contractibus, sed traditionibus probatur dominium, *l. traditionibus. C.de pact.* Boer *decis. 42. numer.25.* Bartol. *in l.legata. ff.de adimend.legat.* Alexand.
* *consil.12 numer.4.lib.4.* vbi dicit * communem. Ias. *in l.2. numer.178.* C. *de iur.emphyteu.* Crauet. *consil.157. numer.4.& numer.7.* Intelligit Crauet. *consil.380. numer.3.* ampliationem procedere, quando res
35 propria recognosceretur. † Extende igitur; quia in præiudicium tertij sola instrumenta non probant dominium etiam ad fauorem Ecclesiæ. Anchar. *d.consil.291. numer.13.* quia loquitur in recognitione dominij facta ad fauorem Ecclesiæ, vt non præiudicet habenti ius conditionale eueniente conditione, & quod solus titulus instrumenti non probet dominium contra tertium. Doct. per illum text. *in l.cum res, C.de probat.* Alexand. *consil.10. Viso processu. libr.4.&*
36 *consil.11. Sentio in dubium reuocari. eod. lib.* † Extende; quia neque probantur confinia ex instrumento inter alios; quia sicuti non probatur dominium; ita neque confinia, ex quibus agitur de domi-
*37 nio. Bald. *consil.286. numer.2. lib.2.* vbi dicit communem. * † Et quod liber Ecclesiæ non probet dominium Ecclesiæ contra tertium, Specul. *tit. de locato. § nunc aliqua. ver.57.* Feli. *in c. ad audientiam,*
38 *num.16. de præscript.* Boer. *decis.105. num.13.* † Contrarium, quod imo liber Ecclesiæ probet solutionem Canonis in eo descriptam, & dominium, quod ex solutione resultat cum recognitione. Crauet. *consil.434. num.14.& seq.* plenius Roman. *d.consil.127.* vbi apostil. dat
39 concord. † Et non solum non probatur dominium ex instrumento contra tertium, sed neque possessio. Bart. *in l. ad probationem, C. locati. c. inter dilectos,* & ibi gloss. & Doct. *de fide instr. c. cum Bertoldus. de re iud.* Alex. & alij *in l. qui vniuersas. §. quod per colonum, & in l. quamuis. §.1. ff.de acquir. possess.* Tiraquel. *de constituto. in 3. parte, in 1. limit. num.21.* Alex. *consil.10. num.3. lib.4.* vbi late. Purpurat. *consil.574. numer.6. ver. &*
tanto magis, lib.2. † Imo neque quasi dominium, vel possessio pro- 40
batur ex solo titulo contra tertium, Alexand. *consil.102. Super causa, in*
princ. lib.2. † Imo neque instrumentum emphyteusis contra ter- 41
tium non habentem causam ab ipso conductore non probat dominium Ecclesiæ, *d.l.ad probationem.* vbi Bart. & Doct. *C.locat.* Bar. *in*
l.legata. ff.de adimend.legat. Alexan. *consil.10.& consil.12. lib.4.* Socin. *consil.*
266. num.9.& 13. lib.2. Ias. *in l.2. num.215. C.de iure emphyt.* Curt. Iun.
consil.158. num.6.& num.22. vbi dicit * communem. Crauet. *consil pro* *
genero, num.432. † Et ideo si vendidi tibi prædium, & statim tu mi- 42
hi concessisti illud in emphyteusim, mortuo me emphyteuta, si agis contra meos filios, qui non sunt mei hæredes, vel extraneos possessores, non probatur dominium ex venditione mea, & conductione contra tertium *l.eum qui. §. si. ff.de public.* Bald. *consil.20. Super*
primo. lib.5. Alexan. *consil.182. Viso processu. col.2. lib.7.* Socin. *consil 56. Viso*
processu, in princ. lib.4. † Extende, quia ad effectum obtinendi in rei 43
vendicatione non probatur dominium, licet actor producat instrumentum emptionis factæ de re, de qua agitur, soluto pretio in traditione possessionis; quia nisi constet, quod vendens esset dominus rei venditæ, non probatur dominium secundum communem, * de qua Alex. *d.consil.182. Viso processu, in princ. lib.7.* † Extende, *44
vt procedat, etiam si concurrat aliud instrumentum traditionis eiusdem rei, quando non tradidit in exequutione venditionis, sed simpliciter. Alex. *d.consil.182. n.1. ver. & quamuis, lib.7.* † Extende, etiã 45
si concurrat confessio partis in positionibus, quod venditor tenebat bona prædicta pro suis, & tanquam sua; quia illa confessio nõ concludit dominium, multominus, quando positio fuit ab actore negata; quia super impugnatis non potest se fundare. Alex. *d.consil.*
182. nu.1. in fi. cum seq. ver. & si bene inspiciatur, lib.7. † Imo idem Alex. 46
tenet in fortioribus, quod licet ista cõclusio habeat contradictores, quæ est communis, procedit, etiam si prædicta omnia simul concurrant, sed etiam si bona erant ad æstimum agentis rei vendicatione, non probatur dominium, vt possit obtinere. Alex. *d.consil.*
182. in prin. lib.7. vbi late. † Restringe; quia dominium feudi proba- 47
tur ex recognitione & confessione vasalli, quoties ipse vasallus recognoscit rem vti feudalem. Dynus *cons.48. col.3. ver. super eo vero, n.5.*
& seq. vbi latissime. sequitur Crauet. *d.cons. pro genero. num.431.& seq.*
vbi concord. allegat. Vide, *Feudi concessio ex quibus probetur, vel non.*
Conclus.170. cum tribus Conclus. ibi prox. sequent. † Restringe; quia re- 48
cognoscens rem propriam ab Ecclesia vti emphyteuticam sibi præiudicat, si sciat, secus si erraret ignorans. Bart. *in l. si aliquam rem, n.9.*
ver. quidam nobilis. ff.de acq. possess. sequitur Ias. *in l.2. in quæst.16 nu.177.*
C.de iur. emphyt. vbi alios citat. Cuman. *cons.165.* & Fulgos. *cons.5.* vbi,
quod non valet, si ignorat, & dicit * communem, & eandem dis- *
tinctionem veram dicit in confessione, quod res mea sit feudum Ecclesiæ, *cons.11. in princ.* † Restringe; quia si recipio rem vti censua- 49
lem, statim mihi præiudico in censu. Bald. *in l. si certis annis, C.de pact.*
quem refert, & sequitur Ias. *d.l.2. nu.177. C.de iur. emphyt.* † Restrin- 50
ge, quando constaret aliunde Ecclesiam possedisse; quia tunc recognitio ab Ecclesia probaret, & præiudicaret facienti recognitionem, & tertio, alias sola recognitio non præiudicat tertio. Anchar. *cons.291. Super pluribus, nu.13. ver. præterea sola instrumenta.* † Re- 51
stringe, quando vltra titulum habilem ad translationem dominij concurrit etiam possessio longi temporis; quia tunc probatur dominium. Bart. *in l. rem alienam, num.6. ver. ad probandum. ff.de pignor. action.* Ias. *in § omnium, num.72. Instit. de action.* † Idem, si concurrant a- 52
lia indicia cum locatione, prout solutio canonis; quia sicuti probatur possessio: ita probatur dominium etiam contra tertium, quando solutio fuit tanto tempore, quod sit præscriptum. Crauet. qui alios citat *cons.434. num.4.& seq.* Roman. *cons.127. per totum.* vbi apostil. citat plures. Abb. *cons.74. in princ. lib.1.* Marsil. *rubr. C.de probat. num.254.* † Restringe, nisi adsint alia adminicula, & instrumen- 53
ta coadiuuantia. Bald. *d.cons.377 in fin. lib.1.* Crauet. *cons.411. num.4.*
& cons.434. num.4. Socin. *cons.187. num.2. lib.2.* & est communis * o- *
pinio. Rota, vt per Cantuc. *in nouiss. decis.541. in pr. parte 2.* † Restrin- 54
ge in casu notabili, vt si quis recipiat inuestituram à ciuitate, vel Ecclesia, & recognoscat in feudum castra, quæ possidet, & quæ acquiret; quia statim facta acquisitione transfertur dominium in ciuitatem, vel Ecclesiam, in quibus est speciale. Bal. *cons.337. Inprimis*
videndum, num.5. ver. sed vltra, lib.1. & ratio specialitatis est; quia dominium sine traditione transit in Ecclesiam. Boer. *decis.221. in fi.* Vide infra *nu.173.& seqq.* † Amplia; quia Abbatia non probat se do- 55
minium habere in bonis, & Hospitali ex instrumento, ex quo apparet, quod emphyteuta, seu inuestitus ab Abbatia renunciauit

cuidam

cuidam inueſtituræ bonorum in eum factæ, & quod Abbas inueſtiuit alium ciuem volentem ibi ędificare Hoſpitale, reſeruato ſibi cenſu vnius libræ ceræ, & iure patronatus Hoſpitalis ædificandi; quia ex tali inſtrumento non probatur dominium Eccleſiæ. Bald. *conſil. 377. Otho prætendens, libr. 1.* † Extende, vt procedat, etiam ſi poſtea appareat ædificatum Hoſpitale, & ſimiliter conſtet per inſtrumentum poſterius, quod Abbas contulit dictum Hoſpitale cuidam, tanquam ſub dominio ſuæ Abbatiæ; quia ſi non conſtat, quod ille inſtitutus adminiſtrauerit, & quod collatio habuerit effectum, non probatur ex omnibus prædictis dominium Abbatiæ iuncto primo inſtrumento conceſſionis bonorum. Bald. *conſil. 378. Sequitur aliud inſtrumentum, iuncto dicto conſ. 377. libr. 1.* † Extende; quia dominium Eccleſiæ non probatur contra tertium ex libris Eccleſię, Felin. *in cap. ad audientiam, num. 16. de præſcript.* Boer. *deciſ. 105. num. 13.* † Amplia; quia dominium non probatur ex ſolo inſtrumento & inueſtitura, quando agitur principaliter de dominio, ſecus ſi incidenter. Crauett. *conſil. 434. numer. 2. &* 3. Boer. *deciſ. 42. numer. 25.* Alexand. *conſil. 10. numer. 4. lib.* 4. † Reſtringe, vt non procedat, quando ſunt plura inſtrumenta, & ſumus in antiquis. Crauett. *dict. conſil. 434. in princip.* vbi late, plene Menoch. *caſu 42. tract. de arbitr.* allegat Barba. *conſil. 8. colum. 1. & conſil. 41. colum. 2. libr. 1.* Deci. *conſil. 428.* Alba. *conſil. 64. numer. 22.* Boer. *d. deciſ. 42. numer. 3.* late Soc. *conſil. 2. num. 187. & ſequent.* maxime *numer. 5. libr. 2.* † Amplia etiam in antiquis; quia ſi reperiatur chartula antiqua, in qua Comes donauit Eccleſiæ talem rem, non probatur dominium Eccleſiæ, niſi doceat Comitem donantem fuiſſe dominum. Specul. *tit. de locat. §. nunc aliqua verſic. 8.* vbi, quod neque Eccleſiæ competit publiciana, ſequitur Ruin. *conſil. 13. numer. 7. verſic. & primo non obſtat donatio Caroli, libr. 4.* Roland. a Valle *conſil. 46. numer. 66. libr. 3.* & vide ſupra *numer. 47.* † Contrarium; quia multum ſunt priuilegiatæ donationes imperiales, & maxime in antiquis, & quando concurrit probatio per teſtes, vel famam. Angel. *conſil. 72. In caſu numer. 38. & ſequent. verb. prætea ad id, quod.* † Ratio eſt; quia inueſtitura verbalis, quæ dicitur abuſiua, nullum transfert dominium, neque poſſeſſionem. Bald. Iſer. & alii *in cap. 1. in princip. quid ſit inueſtit.* Socin. Iun. *conſil. 76. numer. 68. & 69. lib. 1.* Alba. *conſil. 112. numer. 22.* vbi, quod vltra inueſtituram neceſſaria eſt traditio, & ante nullum ius transfertur, *cap. 1. §. fin.* & ibi Bald. *de nou. for. fidelit.* Vide, *Inueſtitura quid ſit. Concluſio 353.* † Extende, quia etiam recognitio antiqua non probat dominium contra tertium, vt per Alciat. *conſil. 170. num. 2.* Specul. *dict. tit. de loca. §. nunc aliqua, verſic. 57. queritur, num. 72.* Alexand. *conſ. 12. num. 4. lib. 4.* qui dicit * communem. Socin. *conſil. 266. colum. 5. ver. confirmatur iſta concluſio lib. 2.* Ruin. *conſil. 161. num. 17. ver. prædicta procedunt, quamuis dicta inueſtitura eſſet de antiquo, libr. 1.* Curt. Iun. *conſil. 41. num. 8.* vbi dicit * communem, & *conſ. 158. num. 7.* † Et de inueſtitura antiqua, quod non probet dominium contra tertium. Bero. *conſ. 67. num. 3. libr. 1.* † Et de ſententia antiqua arbitramentali, quod non probet dominium in præiudicium tertii. Calcan. *conſ. 32. num. 14. ver. nono non obſtat.* † Et de laudo antiquo. Caſtren. *conſ. 139. num. 4. lib. 1.* † Extende; quia inueſtitura antiqua non ſolum non probat dominium contra tertium, ſed neque poſſeſſionem. Bald. *conſ. 367. Otho prætendens, lib. 1.* Soc. *d. conſ. 266. colum. 5. ver. confirmatur iſta concluſio lib. 2.* Corne. *conſ. 24. licet in themate, num. 18. lib. 4.* Barbat. *conſ. 50. Illud referam, num. 23. lib. 1.* vbi, quod non probata poſſeſſione concedentis non competit rei vendicatio, neque publiciana, neque aliud remedium contra tertium. † Extende, vt procedat etiam in antiquis; quia recipiens in emphyteuſim ab Eccleſia, vti domina, non tamen probatur dominium Eccleſię ex tali confeſſione. Silu. *conſ. 57. num. 40.* alleg. Alexand. *conſ. 69. colum 3.* † Extende; quia neque ex diuturnitate temporis præſumitur facta traditio ex ſolo titulo, etiam ſi eſſemus in vendutione facta per Principem. Iaſ. *conſ. 148. lib. 4.* † Et prædicta procedunt, etiam ſi ſunt plures inueſtituræ, quando habet originem à pluribus perſonis, quæ pro vna reputantur, cum vna alteri ſuccedat. Aretin. *in cap. cum cauſam. colum 5. num. 17. ver. ex hoc infertur. de probat.* vbi Feli. *num. 4. verb. iſtud fallit*, Socin. *conſ. 194. col. fin. verb. Sed ad primum reſpondetur, libr. 2.* Crauet. *de antiq. tempor. §. ampliatur nunc memorata concluſio, num. 17. &* 18. Crot. *conſ. 34. numer. 17. &* 19. & licet Ruin. *conſ. 14. numer. 8. ver. nec obſtat, quod not.* Aretin. *libr. 4.* aliter ſentiat; tamen vera eſt concluſio, quando agitur de probando dominio ad effectum rei vendicationis. Vide Maſcard. *Concluſ. 540. Dominium, num. 12. & ſequent.* maxime *numer. 14. &* 15. † Maxime, quando extant contraria inſtrumenta, & contrariæ inueſtituræ, quia tunc antiquitas non operatur; ratio eſt, quia inſtrumenta antiqua probant, quia habet antiquitas vim famæ, & ſi datur varietas, non poteſt dari fama inconcuſſa. Corne. *conſil. 304. colum. 4. in fin. lib. 3.* Socin. *conſ. 266. colum. 2. verſic. vnde dicit Bald. lib. 2.* & vbi ſunt varia inſtrumenta, non poteſt induci certus ſtatus. Bart. *in l. 2. num. 22. ff. ſolut. matr.* Deci. *conſ. 11. numer. 12.* Crauett. *conſ. 96. num. 5.* † Reſtringe, quando eſſemus in probatione dominii de antiquo, & ſic temporis, cuius initii non extet memoria in contrarium; quia tunc ex ſolo titulo probatur dominium. Alexand. *in l. cum aliquis. C. de iur. delib.* nam in antiquis nulla eſt maior probatio, quam illa, quæ ſit ex inſtrumentis. Bald. *in cap. cum cauſam, colum. 2. de probat.* & in antiquis multum remittitur de rigore probationis, Angel. *in leg. at qui natura, §. cum me abſente, ff. de neg. geſt. & in leg. Titius, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſoluitur. leg. quidam in ſuo, ff. de condit. inſtit.* & plenius infra *numer. 171. & ſequent.* † Reſtringe; quia dominium non probatur ex locatione facta de bonis ſimpliciter. *leg. ad probationem. Cod. locat.* ſed bene probatur concurrentibus aliis indiciis. Bart. *in leg. iudicia, C. de rei vendicat.* Bald. & Docto. *in cap. tertio loco, de probat.* Socin. *conſil. 2. In cauſa dominæ Catharinæ. colum. 1. libr. 3.* Iaſ. *in leg. 2. quæſt. 17. Cod. de iur. emphyt.* eſt verum, quod ſi probatur ſolutio penſionis, probatur locatoris poſſeſſio in præiudicium ſoluentis, & tertii. Bart. Imol. & Aret. *in l. qui vniuerſas, §. quod per colonum. ff. de acquir. poſſeſſ.* Angel. *in leg. quædam mulier, de rei vendicat.* Vide, *Locatio non probat dominium, neque poſſeſſionem, & quando ſecus. Concluſ. 427.* † Reſtringe; quia plura inſtrumenta de antiquo ſuper inueſtitura probant dominiū. Crau. *conſ. 434. n. 2. &* 3. quia æquipollent famæ. Vide Maſcar. *Concl. 546. Dominium in antiquis*, vbi, quod bene probatur per famam, & dicit * communem, item per multa * inſtrumenta antiqua, etiam cōtra tertium, etiam ſi fama ſit de antiquo dominio, probat de præſenti, licet multi cōtra teneant. Declarat, vt non procedat, quando ſtatus præſens contradicit, ſecus ſi conſormis ſit. Ampliat, & ſi fama ſit recens, quando concurrit cum ea vnus teſtis. Limitat, quando famæ contradicit præſens ſtatus, itē in adiudicatione beneficii nō ſufficit fama. † Amplia; quia ſicuti emptio non probat dominium venditoris, ita neq; donatio probat dominium donantis, argumento tex. vbi Bald. & alii, *in l. cum res. C. de prob.* † Amplia, vt neque contractus dotalis probet dominium viri inter alios. Bald. *conſ. 185. Punctus conceſſa, lib. 5.* Alexand. *conſ. 24. circa proceſſum. num. 4. & ſeq. ver. nec etiam ſufficit, libr. 7.* † Extende; quia neq; inſtrumentū dotis probat dominium, neq; quaſi dominium. Bald. *conſ. 18. Punctus, lib. 5.* Alex. *conſ. 83. Viſo themate, colum. 2. in princip. lib. 3.* Vide ad iſta omnia, quod dominium regulariter non probatur per inſtrumentum, per Maſcard. *Concluſ. 540. Dominium*, vbi ponit regulam negatiuam, ampliat per multas illationes, limitat in donatione principis; item in antiquis; item in poſſeſſorio; item quo ad contrahentes; item ſi agitur de modico præiudicio. † Amplia; quia non probatur dominium rei recognitę ab Eccleſia, quando per errorem quis recognouit rem propriā ab Eccleſia. Bart. *in l. ſi aliquam rem. n. 9. ver. quidam nobiles ff. de acquir. poſſeſſ.* qui hoc admittit, quādo recognouit tanquam Eccleſiæ, ſecus ſi ſciens ſuam voluit facere eccleſię; & hęc eſt communis * opinio, * & Iaſ. in *l. 2. in 16. quæſt. nu. 177. C. de iur. emph.* Menoch. *conſ. 105. nu. 94.* vbi ponit alia exempla, vbi, quod ſi per errorem, nedum nō probat dominium, ſed neque præiudicat. † Extende nō ſolum, quando quis recognouit rem ſuam ab alio, ſed multo magis, quando recognouit rem alienam per errorem, quia non præiudicat domino, prout in marito, qui recognouit rem vxoris in liuellū ab alio per errorem; quia non præiudicat vxori, neq; ſibi, probato errore. Caſtrenſ. *conſ. 297. Certe ſi dictus, in princip. libr. 2.* † Contrarium tenent Bald. & Io. de Im. in *l. cum tale. ff. de condit. & demon.* Alexander in addit. ad Bar. in *l. legata. ff. de adim. legat.* Iaſ. *d. l. 2. num. 178. C. de iur. emph.* qui loquuntur in recognitione ſimpliciter facta, vt non docto de errore probetur dominium inter Eccleſiam & recognoſcentē, & hæredes, ac habentes cauſam ab eis. Bald. *conſ. 331. Reuerende Pater. lib. 2.* † Declara; quia ſi conſtat, quod ex certa ſcientia voluit hoc facere, & ſibi præiudicare, tunc valet, & ſubſtinetur etiam probato errore. Ioan. de Imol. *conſ. 1. num. 11.* qui dicit ſufficere clauſulam, *ex certa ſcientia*, vel iuramentum, quod intelligas probare dominium, ſi prędcedit titulus habilis ad tranferendum dominium, alias non. Signorol. *conſ. 165. n. 45.* & quod ſufficiat, quod ex certa ſcientia fecerit, ſeu cum iuramento, plene Aſſl. *deciſ. 164.* qui ioquitur, etiam ſi confeſſio & recognitio eſſet facta abſente parte. Caſtren. *conſ. 293. Ad primum, col. fin. ver. quid ſi ſer Antonius lib. 2.* Vide, *Confeſſio inter perſonas prohibitas, vel non quando operetur donationem. Concluſ. 659.* † Declarat Bart. *d. l. ſi aliquam ff. de acquir. poſſ. num. 9.* quod ſi ex certa ſcientia fecit recognitionem, tunc probatur dominium Eccleſiæ; quia in Eccleſiam tranſit dominium ſine traditione. *l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſequitur Iaſ. *d. l. 2. C. de iur. emphyt. nu. 178.* quia cenſetur donare, *l. cenſualis C. de donat.* & hāc eſſe communem * opinionē, à qua in iudicando non eſt recedendū, dicit Rip. * in *d. l.*

in *d.l.si aliquam.num.35.ver.tertio colligitur, ff.de acquir.poſſeſſ.* & indubit. tum eſſe quoad Eccleſiam, dicit Guido Pap.*deciſ.272.prope fin.* & quod inueſtitura Eccleſiæ probat dominium Eccleſiæ ſola in præiudicium inueſtiti, & hæredum, ac habentium cauſam ab eo titulo ſingulari. Cauet.*conſ.380.nu.3.* vbi plures allegat. Ruin.*conſ.14.nu.9.lib.4.* vbi, quod in ſimplici locatione, vel emphyteuſi non probatur dominium, ſecus ſi adeſt dominii confeſſio ad fauorem concedentis, & plenius *conſ.167.nu.23. & ſeq.lib.1.* vbi, quod etiam tacita confeſſio dominii ſufficit, & promiſſio defenſionis, & contraria in ſimplici locatione procedunt. Socin.*conſ.187.num.2.lib.2.*

83 †Declara, quod ſi non probatur, quod res eſſet recipientis, an tũc recognitio facta in emphyteuſim probet dominiũ? & fuerunt opiniones, & quod non probet, tenet Bart. in *l.legata inutiliter. ff.de*

*84 *adim.leg.* & ibi * omnes. † Contrarium, quod inſtrumentum inueſtituræ, & recognitionis probet dominium concedentis, tenent plures, quos recitat Rip. *d.l.ſi aliquam.ff.de acquir.poſſeſſ.* & extat pul-

85 chri ũ conſilium Dyn.*conſ.48.num.5. & ſeq.* † Declarat Socin.*conſ.89.lib.1.num.16.* quod ſaltem facit magnam probationem, ſi non plenam, & ita Maſcar.*concl.545.n.8. & ſeq.* vbi *n.10.* conciliat, quod facit probationem non plenam, ſed præſumptiuam, quę transfert

86 onus probandi in contrarium. † Declara; quia quoad contrahentes, & hęredes & habentes cauſam ab eis probat poſſeſſionẽ. Soc.*conſ.89.n.18.lib.1.* Dyn.*conſ.48.n.5. & ſeq.* Ruin.*d.conſ.14.n.2.in fi.lib.5.* Crau.*conſ. Pro genero.nu.431.* vbi alios citat, & *conſ.380.nu.3.* & in Eccleſia hoc eſſe ſine difficultate, Guido Pap.*deciſ.272.col.pen.* Socin.*conſ.11.in prin.lib.3.* quia verba enunciatiua inter partes probant dominium. Alex *conſ.212. Viſo quodam, in prin.lib.6.* vbi apoſt. citat plures. Crau.*conſ.29.in prin. & conſ.217.nu.7.* Caſtr.*conſ.293. Ad primum.*

87 *col.fin.ver.quid ſi ſer Antonius*, & maxime *in fin.ver. & iterum, lib.2.* † Et quod dicitur de probatione contra inueſtitum, procedit etiam contra hæredes, & habentes cauſam ab eis. Soc.*conſ.50.n.8. & conſ.68.nu.6.* Crau.*conſ.380.n.3. & conſ.434.in prin.* Boer.*deciſ.211.in fin.* & idem Soc.*conſ.11.in prin.lib.3.* Crau.*conſ.29.n.4.in prin.* vbi alios citat,

88 & *conſ.217.nu.7.* † Et procedit ſiue quis habeat cauſam immediate,

89 ſiue etiam mediate, Soci.*conſ.89.n.16.lib.1.* † Contra tertium vero extraneum non probat dominium inſtrumẽtum inueſtituræ emphyteuticæ cum alio factum, neq; ſolutio canonis, neq; liber cenſualis Eccleſiæ, niſi cum ſcientia & patientia tertii factũ ſit. Rom.

90 *conſ.127 in prin.* † Declara; quia ex quo emphyteuſis, & inueſtitura operatur conceſſionem inueſtiti, vt inueſtiens ſit dominus, probatur dominium incidenter, ſi de eo incidenter agatur, vel præſumptiue, donec contrariũ probetur; quia ſtatur confeſſioni. Bart. in *l.cum falſa.n.8.* vbi Bald. & ceteri, *C.de iur. & fact.ignor.* Bart. *in l.non*

91 *ab re, cir.ſi. C.vnde vi* † Ripa *d.l.ſi aliquam.n.39. & ſeq. ff.de acq.poſſeſſ.* di-

92 ſtinguit, ſi agitur ad effectũ actionis perſonalis, probatur. † Quando vero recognitio eſt ex certa ſcientia; quia voluit donare, tunc fauore Eccleſiæ dominium transfertur, & probatur. Bart. & alii *d. l.conſualis. C.de donatio.* & iunge dicta infra *in ver.declara quia.nu.81.*

93 † In caſu contrario, qñ non ex certa ſcientia eſt facta, in dubio nõ

94 probatur, niſi longa ſolutio interuenerit, infra *n.176. & ſeq.* † Amplia; quia dominium non probatur ex ſola poſſeſſione. Bald.*conſ.486.Quidam Dom.Braſianus.n.4.ver.præterea ſi eſſet.lib.1.* Caſtren.*conſ.330.col.2.ver.ad probationem.lib.2.* vbi, q̃ non probatur ex longa poſ-

95 ſeſſione. † Extende maxime, quando principaliter agitur de dominio, prout ſi agitur rei vendicatione. Vide, & declara vt infra *nu.*

96 *213. & nu.126. & multis ſeqq.* in actore, ſecus in reo. † Declarat Caſtr.*conſ.361.Circa primũ.n.2.lib.2.* vt poſſeſſio de præterito non probet dominium, niſi ſit continuata per 40. annos bona fide; quia tunc probat, & ita intelligitur Bart.*in l.pen. ff.de condit.inſtit.* Vide plene per Maſcard.*concl.539. Dominium an probetur per ſimplicem poſſeßionem*, vbi ponit regulam negatiuam; quia requiritur titulus, & bona fides, extendit, etiam ſi teſtes dicant, quod poſſedit pro ſua, licet contrarium tenentes alleget, extendit, etiam ſi teſtes dicant poſ-

* ſediſſe & habitum pro domino, reſtringit, quãdo dominium *de-* ducitur incidenter, & per modum exceptionis, & dicit *communem, quam tamen declarat quinq; modis videndis; ſecundo reſtringit, qñ cum poſſeſſione eſſet probata alia adminicula; tertio, quando ex parte contraria non probatur dominium; quarto, quia bene inducitur præſumptio dominii; quinto ſufficit ad poſſeſſionem tuendam; ſexto, quando poſſeſſio eſſet longiſſima, & cõcurreret fama; ſeptimo ad impediendam exequutionem ſententiæ; octauo cõtra furem; nono, quando factæ fuiſſent cridæ; decimo, ſi agitur contra violentum poſſeſſorem; vndecimo, quando fuit intentatũ ſimul petitoriũ & poſſeſſoriũ; duodecimo, quando nihil conſtat per aduerſarium; quia ſemper poſſeſſor etiam recens*

97 *debet manuteneri.* † Reſtringe; quia probatur dominium ex ſola poſſeſſione, quando à lege inducitur præſcriptio dominii ex poſ-

ſeſſione. Bald.*d.conſ.486.num.4.ver.ſallit vbicunq; lib.1.* † Reſtringe; 98
quando promiſſio cũ perceptione fructuum eſſet tanti temporis, * 99
q̃ ſufficeret ad præſcribendum, puta 30. annorum, glo. * cõmuniter approbata *in d.l.cum res.C.de prob.* vt atteſtatur Natt.*conſ.26.n.6.*
† Reſtringe, vbicunq; poſſeſſio probatur antiqua, ita, quod anti- 99
quior non probatur, ſemper ex poſſeſſione tali probatur dominium; quia res præſumitur derelicta, ex quo antiquior poſſeſſio non probatur, Bald.*d.conſ.486.n.5.ver.vnum tamen lib.1.* plene Menoch. 100
lib.6.præſumpt.63.n.9. † Reſtringe, quando ageretur de vtili dominio, non directo; quia ex ſola poſſeſſione acquiritur per 30. annos etiam ſine titulo. Pariſ.*conſ.104.n.117.lib.1.* † Reſtringe, quãdo vna 101
cum poſſeſſione probatur titulus; quia tũc probatur etiã dñium. Bald.*d.conſ.486.n.5.lib.1.* quia qñ cum titulo concurrit poſſeſſio tãti temporis, q̃ potuerit præſcribi, probatur dominium. Caſtr.*l.proprietatis.C.de prob.* † Reſtringe; quia dominium probatur ex longiſ- 102
ſima poſſeſſione 30. annorum, etiam q̃ non doceatur de alio titulo. Caſtr.*conſ.297. Certe ſi dictus, in prin.lib.2.* vbi apoſtil. allegat Alex. 103
conſ.4.col.4.ver. verum quia lib.2. † Reſtringe; quia dominium probatur ex ſola poſſeſſione, quando agitur contra violentum poſſeſſorem. Roman.*conſil.424. Circa propoſitum, in fin.ver. hæc ſimiliter*, vbi apoſtil. *in ver. violentum*, citat Boer.*deciſ.42. Alia inſuper, num.6.* † Re- 104
ſtringe; quia dominium ex ſola probatione poſſeſſionis probatur, quando agens intendit contra eum, qui habet cauſam, & poſſeſſionem ab actore. Spec.*tit.de pigno.§.1.ver. ſed quæritur, & de oblig. & ſolutio.§.non omnia.ver.ſed pone.* † Vide tamen Roman.*conſ.424.in fin.* 105
qui dicit non affirmare reſtrictionem Specul. pro tunc. † Reſtrin- 106
ge; quãdo incidenter agitur de dominio, & ſic per viam exceptionis. Bart.*in leg. quidam in ſuo. ff. de condit.inſtit.* pleniſſime Menoch. *d.ĉt.lib.6.queſt.63.per totum.* & dicitur agi incidenter, quando agitur per modum excipiendi. Boer. plene *deciſ.42.num.33.* Alexand. 107
conſ.103. Super eo, in fin.lib.7. † Declara; quia licet dominium magis de facili probetur incidenter, quam principaliter, & ſic magis de facili per viam excipiendi; quam agendi; tamen teſtes deponentes vidiſſe dari damnum in re mea non reddẽdo aliam rationem, quod ſit mea, non probant. Caſtrenſ.*conſ.113.ver.contra ſuperius conſulta, in princip.lib.1.* † Et quod dominium, quando incidenter a- 108
gitur de eo, & non principaliter, prout ſi ad alium finem, prout in actione negatoria, ſufficiat probare poſſeſſionem de præſenti. Caſtrenſ.*conſ.4. in princip.lib.2. & conſil.330.colum.2.ver.ad probationem.lib.2.* † Idem, quando agitur per locatorem contra conduc- 109
torem; qui ſoluit per 10. & 20. annos, licet non probetur locatio per inſtrumentum, ex quo agitur de dominio ad alium finem, & ſic incidenter, ſufficit leuior probatio, & ſola poſſeſſio. Caſtrenſ. 110
conſ.51. In cauſa ſpectabilium, in princ.lib.2. † Idem, ſi poſſeſſor agens pro damno ſibi illato, pro quo incidenter docere debet de dominio, ſufficit leuior probatio, & ſola poſſeſſio. Caſtrenſ.*conſ.56.prope fin.lib.2. & conſ.334. Incipiendo, num.2.lib.2.* vbi, quod ex longa poſſeſſione præſumitur dominium, quando incidenter de eo agitur, videlicet, vel ad alium finem, vel per exceptionem. † Idem in in- 111
terdicto vti poſſidetis, vel retinendæ; quia actor, qui deduxit dominium, & probauit incidenter, obtinet, & probatur, ſi teſtes deponunt, quod ipſe tenuit, & poſſedit tanquam bona ſua, & collegit fructus. Ang. Aret.*conſ.19. Videtur omnino.n.13. & ſeq.ver.ſed dato*, vbi, q̃ non ſolum ex poſſeſſione probatur dominium incidenter, ſed etiam ex poſſeſſione tertii poſſidentis nomine communi, vel nomine alieno. † Idem eſt in iudicio diuiſorio; quia ſufficit proba- 112
re poſſeſſionẽ, vt incidenter dicatur probatum dominium in illo iudicio. Alex *conſ.25. Attẽtis narratis.n.9.lib.5.* † Declara; quia ex poſ- 113
ſeſſione non probatur dominium in actore, niſi adſit iuſtificatio tituli habilis; ſecus in reo, quia poſſeſſor reus quantũ ad excipiendũ præſumitur dominus. Caſt.*conſ.123. Viſo proceſſu, per tot.lib.2.* plen.
inf.*n.126. & ſeq.* † Reſtringe, niſi agatur contra hæredẽ defuncti, vel 114
habentẽ cauſam ab eo; quia non poteſt inferre quæſtionẽ dominii. Menoc.*d.lib.6.q.63.n.7. & ſeq.* Boer.*deciſ.42.n.15.* † Amplia; quia 115
teſtes non probant dominiũ, niſi deponant cauſam ſcientiæ etiã non interrogati; quia dominium non percipitur per ſenſum, ſed per intellectum. Bald.*conſ.166. A libello incipiendum, in fi.ver.dominiũ nõ probatur.lib.4.* & ideo debẽt cauſam exprimere, puta quia viderunt emere, bona tradi per emptorem, poſſideri 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes. Caſtr.*in l.proprietatis, C.de probatio.* Lanfranc.*in cap.quoniam contra.§.depoſitiones teſtium, de probatio.* vbi plena apoſtilla, late Ias.*in §.ommium, nu.72. Inſtit.de actio.* Vide, *Teſtes etiam non interrogati debent deponere de cauſa ſcientiæ multis caſibus. Concl.* 174. † Extende; quia non probatur dominiũ caſtri, etiam ſi probẽt 116
teſtes, quod pater agentis, dum vixit, fuit publicè habitus, & tentus pro domino caſtri. Alexand.*dict.conſ.24.num.11.ver.confirmantur hæc lib.7.* allegat Rotam Romanam. † Extende; quia nõ ſufficeret, 117
ſi teſtes

si testes dicerent, quod possedit pro suis, & tanquam sua; quia non probatur dominium. Alex. *cons.* 89. *in prince. lib.* 5. & est ratio; quia nō concludunt ad titulum, neq; ad dominium, sed solum, quod non alieno nomine possederunt. Bart. & Ang. *in l. 1. in fi. ff. pro suo.* Alex. *cons.* 137. *col. pen. lib.* 2. Aret. *in §. sed iste. Inst. de act.* & melius *in §. nouissime. Inst. de vsucap.* vbi dicit esse notandū. Alex. *cons.* 98. *col.* 3. *lib.* 2. plenissime Rom. *cons.* 424. Ias. *in l. si is, ad quē, in 4. not. ff. de acq. hæred.* plene Alex. *cons.* 24. *Circa processum. n.* 13. *ver. quia licet dicat l b.* 7. vbi extēdit etiā concurrente fama vicinię, *& cons.* 182. *Viso processu. nu.* 1. *in fi. ver.*

118 *& si bene inspiciatur. lib.* 7. † Extende; quia testis nō probat dominium, licet dicat bona esse talis, vel talē esse dominum; quia vidit. Bart. *in l. qui testam. §. fi. ver. vltimo nota, quod testes. ff. de testam.* quia testis debet testificari solum de eo, q̄ percipit sensu, vt probet, alias sine ratione non probat, sed dominiū non percipitur sensu; ergo, &c. Bald. *in l. solā. col.* 1. *C. de testib.* Ang. *in auth. de testib. §. & licet, ver. vnum tamen scias.* Bart. *in tract. de testib. char.* 1. *ver. testis dicit aliquē esse dominū, & cons.* 108. *Quidā Maßiolus,* & fuit dictum Innoc. *in c. cum causam, de*

* *testib.* vbi Bald. *colu.* 2. sequitur, & dicit, q̄ omnes * ita tenent. Deci.

119 *cons.* 221. *Non patitur angustia temporis. col.* 3. † Ratio etiam potest esse, vltra causam scientiæ, quam debet dicere etiam non interrogatus; quia ista probatio est incerta, quia dicere, quod res sit Titii, non concludit dominium; quia genitiuus importat quandoq; solam possessionem. Bart. & alii *in rubr. ff. de nou. oper. nunciat.* & propterea

℣ dicitur æquiuoca, & non releuans. Corn. *cons.* 201. *lib.* 1. Vide, *Genitiuus quando importet ius, & dominium, & quando possessionem. Concl.* 37.

120 † Contrarium, quod imo importet genitiuus dominium. Bart. *in l.*

121 *cū res. C. si alie. res pign. data.* glo. *in c. quo iure. 8. distinct. in ver. mea.* † Declara; quia in teste extensio est vera, sed in iudice, vel alio disponēte, secus est; quia verba in potiori significatu sumenda sunt. *l.* 1. §.

122 *qui in perpetuum. ff. si ag. vectig. §. ius. Instit. de iur. nat. gent. & ciuili.* † Restringe; quia probatur dominium, si probant testes, quod possedit longo tempore pacifice, etiā per famam, & nemine contradicēte. Alex. *cons.* 4. *col.* 6. *n.* 10. *lib.* 2. vbi loquitur, quando vltra centum an-

123 nos possedit. † Vel si probat titulū cum possessione 10. inter præsentes, & 20. annorum inter absentes cōtinuata, vel etiam sine titulo, quando per longissimum tēpus 30. annorum continuo possedit bona fide, quæ præsumitur. Alex. *d. cons.* 24. *nu.* 15. *& seq. ver. postremo. lib.* 7. & licet loquatur in possessore, & reo, idem in actore; & Alex. *cons.* 4. *in prin. lib.* 4. Vide Masc. *concl.* 547. *Dominium an probetur per testes,* vbi, quod probant, si reddāt causam scientiæ, etiam non interrogati, & non sufficit, q̄ deponant de possessione, nisi adiciant per tantum tempus, quod præscripsit, vel si dicat, scio; quia vidi, quod emit à Seio, qui tenebat pro suo, & tradidit soluto pretio, & in antiquis de auditu, & in summa probat, si super facto cō-

124 cludat, non si de iure tantum deponat. † Amplia; quia dominium de præterito nō sufficit ad probationem dominij de præsenti, sed agens debet de præsenti probare. Paris. *cons.* 27. *nu.* 128. *lib.* 1. vbi di-

* cit * communem, sequitur Rol. à Vall *cons.* 46. *n.* 22. *lib.* 3. Corn. *cons.* 63. *Excellentiß. Doctor. nu.* 12. *lib.* 3. qui dicit, quod quandoq; quis fuit

125 dominus vno tempore, quandoq; alius de præsenti. † Contrarium videtur tenere in indiuiduo. Dec. *cons.* 428. *Viso consil. per tot.* vbi di-

* cit hanc esse * communē, à qua in iudicando non est recedēdum, & allegat infinitos, & *in c. 1. nu.* 12. *de appell.* qui loquitur in antiquis; quia dominium de antiquo probatum præsumitur continuatum.

126 † Declara; quia procedit ampliatio; quia ex possessione de præterito non probatur dominium de præsenti in eo, qui agit, ita Bart. *in l. cum res, in 2. lect. colum. fi. num.* 14. *C. de probat.* ex mente gl. magnæ ibi in fi. Soc. *cons.* 112. *in fin. lib.* 4. quod dicit esse verum, quando agitur principaliter de dominio, prout si quis agit rei vendicatione, dominium non præsumitur ex possessione, sed debet probari de iure gentium, vel ciuili. Bart. *in l. Titia. ff. de solutio.* Alex. *cons.* 10. *col.* 1. *lib.* 4. Feli. *in cap. illud. colum.* 2. *de præsumpt.* Barbat. *cons.* 8. maxime *in* 3. *col. lib.* 1. Fel. *in cap. cum Bertoldus. colum.* 12. *& sequent. de ro iudic.* in simili Crauett. *cons.* 157. *num.* 15. *verb. secundo respondeo,* secus si ageretur de dominio incidenter, & per viam exceptionis; quia ex sola possessione præsumitur. Bart. *in l. quidam in suo. ff. de cond. inst.* & supra *num.*

127 113. † Vide, & declara per Castrens. *cons.* 113. *in princ. lib.* 1. quia dominium incidenter probatur ex possessione de præsenti, non ex pos-

128 sessione de præterito. † Item procedit, quando agitur inter duos de probando dominio, vel possessione tertij; quia nō sufficit pro-

129 batio de præterito. Bart. *in l. siue possidetis, in fin. C. de probatio.* † Item procedit ampliatio, quando dominium de præterito probatū apparet mutatum de præsenti, alias non, ita declarat Paris. Soc. Iun. *cons.* 96. *lib.* 4. & hanc declarationē, quæ vera est, firmat Masc. *concl.* 546. *Dominium in antiquis,* vbi, quod probato dominio de antiquo probatur etiā de præsenti & allegat pro vtraq; parte, & soluit, seu declarat; quia si præsens status est conformis, secus si contradicat statui antiquo. † Item procedit, quia si probatio dominii de anti-

130 quo esset priuilegiata, non sufficeret ad probationem dominii de præsenti, ita Corn. *cons.* 24. *n.* 7. *ver. nec releuat, lib.* 4. *& cons.* 130. *Elegan-*

† 1 *ter discussa. n.* 4. *eod. lib.* † Contrarium tenent Dec. *cons.* 428 *per tot.* vbi reprobat Corn. *d. cons.* 24. & dicit * communem in contrarium, a

* qua dicit in iudicando no recedendum. † Limita; quia dominiū 132 probatur ex recognitione facta per emphyteutam. Guido Pap. *de-*

cis. 272. vbi pro vtraq; parte allegat plures, tamen dicit probari per *l. censualis,* vbi Bald. *C. de donat.* quod intellige quoad recognoscentem, plene Crauett. *cons.* 414. *in princ.* vbi, quod procedit etiam in prætudicium habentium causam à recognoscente, plene Afflict. *decis.* 164. *per tot.* vbi Vrsil. ponit pro vtraq; parte, & tuetur decisionem per multa, quę allegat sed loquuntur, quando recognoscens dispositiue confessus est recognitum esse dominum. Vide, *Emphyteusis quomodo & qualiter probetur & an ex ea probetur dominiū. Cōcl.* 188.

℣ † Contrarium, q̄ etiam fauore Ecclesiæ nō probetur dominium. 133 Bald. *cons.* 377. *Otho pretendens, lib.* 1. *per tot.* vbi posui concord. & vide Bart. *in l. legata inutiliter, ff. de admin. legat.* Alex. *cons.* 10. *& cons.* 12. *lib.* 4.

† Declara, q̄ recognitio non probet dominium etiam inter con- 134 trahentes, sed bene possit induci probatio, per q̄ is, cui facta fuit recognitio, possit agere actione personali, & non possit recognoscens opponere de dominio, neq; inferre quæstionem, dicit * cō- *

munem Purpurat. *cons.* 574. *n.* 6. vbi loquitur in feudali recognitione. Bart. *in l. legata. ff. de adim. leg.* quem ibi omnes * sequūtur, & *in l.* *

si aliquam. ff. de acquir. possess. Alex. *cons.* 12. *Viso processu. n.* 4. *lib.* 5. vbi dicit * communem. Vide, *Conductor non potest inferre quæstionem dominij* *

rei conductæ, & quando secus. Concl. 508. Vide, *Locatio nō probat dominiū,* ℣

neque possessionem, & quando secus. Concl. 427. † Declarat Purpurat. *d.* 135 *cons.* 574. *n.* 6. *lib.* 2. procedere contrarium, maxime, quando nō fuit in recognitione dictum, q̄ bona essent eius, cui fit recognitio, & q̄ agitur inter tertios, quasi contrariū forte esset istis cessantibus.

† Declara; quia dominium Ecclesiæ probatur per verba enuncia- 136 tiua, quando sunt per modum confessionis, prout si est dictum, q̄ bona sunt sub dominio Ecclesiæ, & quia primus emphyteuta nō soluit, inuestitus est secundus. Ruin. *cons.* 167. *nu.* 23. *& seq. lib.* 1. vbi, quod licet sola inuestitura nō probet dominium, tamen secus est, quando concurrit confessio, quod res sit Ecclesiæ, quod soluatur pensio, q̄ inuestiens se obliget de euictione; quia necessario infertur dominium, & idem dicit *cons.* 14. *per totum, lib.* 4. Soci. *cons.* 89. *n.* 11. *& n.* 16. *&* 18. *lib.* 1. † Declarat Abb *cons.* 3. *Nitar, col.* 18. *ver.* 24. *qu.* 137 *lib.* 2. quod dominus rei si illam recipiat ex gratia à principe in donum, non solum non perdit dominium proprium, quod habebat mater, neque ipsemet; quia solo animo non perditur dominium, sicut possessio; & quia intentio est acquirendi, nō perdendi; si ecus esset, si dominus rei donaret alteri, postea incontinenti reciperet in feudum ab eo, cui donauit; quia sibi præiudicat; non tamen præiudicat alteri, & maxime non præiudicat primo casu, quando recepit cum reseruatione. † Extende; quia probatur dominium 138 Ecclesiæ ex confessione geminata facta per ingumbrantem, licet absente Ecclesia. Affl. *decis.* 164. vbi idem dicit in cōfessione iurata quoad confitentem, & vide cōcord. in *ver. Verba enunciatiua quæ dicantur, & non probant enunciata, & quando secus. Concl.* 81. † Extende, 139 quia licet ex confessione non transferatur dominium; tamen probatur translatum. Castillio. *cons.* 7. *num.* 13. † Extende; quia imo et- 140 iam probatur dominium ex verbis enunciatiuis, quoad enunciātes. Alex. *cons.* 112. *nu.* 1. *& seq. lib.* 6. quem refert, & sequitur Crauet. *cons.* 29. *lib.* 1. plenius *cons.* 217. *nu.* 7. † Extende; quia probatur domi- 141 nium ex descriptione rei ad æstimum, si descriptus possidet, vide Rom. *cons.* 275. *nu.* 9. *& seq. ver. nec refragatur,* vbi, quod probatur, quando tertius sciuit, & passus est, & ibi apost. in *ver. non præiudicat.* Vide Masc. *Concl.* 544. *Dominium, n.* 7. *& seq.* Ampliat, etiam si vnica sit facta recognitio, licet adducat contraria, ampliat in antiquis, limitat contra tertium, & adducit contraria. † Restringe; quia si 142 ego conduco à te scienter rem meam, siue tanquam meam, siue tanq̄ tuam, non perdo dominium, neq; tranfertur in te. propterea contractus non valet; quia si valuisset, cōducens perderet dominium, *l. ei à quo,* & ibi gl. & Doct. *ff. de vsuca.* & alii, quos Alex. *cons.* 9. *Ponderatis n.* 10. *& seq. ver. sicuti quando, lib.* 5. vbi *n.* 11. dicit * cōmu- *

nem. † Declara restrictionem, nisi constaret de animo, quod lo- 143 cans fieret dominus, & possessor; quia tunc cum habeat titulū verum, & fictam traditionē, quę sufficit, dominiū transfertur, vt per apost. ad Alex. *d. cons.* 9. *n.* 10. *an ver. sicuti. lib.* 5. † Restringe multo ma- 144 gis, q̄ conducens rem suam fecit ignoranter, seu per errorem, qui præsumitur in dubio. Alex. *d. cons.* 9. *n.* 11. *& 12. ver. aut dictus Iulius lib.* 5. maxime quando sine causa factum fuit. Vide, *Confessio inter per-*

℣ *sonas prohibitas, vel non, quando operetur, &c. Concl.* 659. *num.* 10. *& sequent.*

† Limita; quia probatur dominium ex solo titulo, & contractu 145

inter contrahentes. Bald. *d. conſ. 377. in prin. lib. 1.* Deci. *in l. ſi à furioſo, ff. ſi cert. pet. in fin.* & ibi Iaſ. *nu. 7.* vbi dicit † communem, † Contrariũ
146 dicit Caſtr. quia res aliena poteſt vẽdi, locari, deponi, & commodari, ideo licet iſti non poſſint opponere de dominio; tamẽ ſecus eſt, ſi vendens, vel locans ageret rei vẽdicatione; quia debet probare dominium. Caſtr. *conſ. 76. in facto iſto. lib. 2.* Alex. *conſ. 202. Super*
147 *cauſa, in princ. lib. 2.* plenius *conſ. 43. Viſis, nu. 8. & ſeq. lib. 4.* † Vide omnino Alex. *d. conſ. 43. n. 8. & ſeq. lib. 4.* vbi plus dicit, q̃ donatarius, rei, quam prius conducebat à communitate, etiam in donatio ſit nulla, non poteſt communitas obtinere, non probato aliunde de dominio, ſed apoſtil. ibi *in ver. aliquos*, reprobat Alex. quia nihil eſt immutatum de iure communitatis per donationem nullam, allegat
148 Iaſ. *conſ. 81. col. 1. lib. 3.* † Declara, quia ſi in inſtrumento locationis, venditionis, cõmodati, vel depoſiti fuit diſpoſitiue, & principaliter facta confeſſio, q̃ locans, vendens, commodans, vel deponens ſit dominus, tũc probatur dominium abſq; alia probatione inter cõtrahentes, ex contractu. Cravet. *conſ. 411. nu. 58.* & eſt communis
* * opinio, quando concurrunt adminicula. Rot. Cantuc. *deciſ. 141. parte 2. in nouiſſ.* vbi ponit plures coniecturas in ſpecie, quando fuit facta mentio, quod locator eſt dñs. Item, quando ſolutum eſt pretium, & facta traditio; quia probatur dñium inter cõtrahentes; & habentes cauſam ab eis, *l. cum res, C. de probatio.* Caſt. *conſ. 298. Ad pri-*
149 *mum, in pri. lib. 2.* † Contrarium tenet Alex *conſ. 43. n. 8. & 9.* quando vendens, vel donans impugnaret inſtrumentũ, in quo iſta narran-
150 tur. *lib. 4.* † Reſtringe; quia imo emens ab alio poteſt inferre quæſtionem dominii; quia non probat dominium ſola venditio, vel titulus Alex. *conſ. 92. col. 1. lib. 1.* cum aliis allegatis per Cravett. *conſ.*
151 *411. num. 58.* latiſſime Boer. *deciſ. 42. quaſi per totam.* † Declarat Deci. reſtrictionem procedere, quando agitur cum alio, & ſic cum tertio, ſecus ſi cum eo, à quo habet cauſam, *md. l. ſi à furioſo, in fi. ff. ſi cert.*
152 *pet.* † Declarat aliter Cravet. *conſ. 411. nu. 58.* vt procedat reſtrictio, etiam ſi agatur cum eo, à quo emit, rei vendicatione ſecus, ſi actione perſonali agatur. Bart. *in l. legata. ff. de adimen. leg.* Alexand. *conſ. 12.*
* *num. 4. lib. 4.* vbi de communi * opinione. Vide ſupra *à num. 3. vſque*
153 *ad num. 34.* † Limita; quia confeſſio mutui, in qua mutuans dicit mutuata eſſe Titii abſegtis, tale inſtrumentum probat dominiũ eſſe Titii. Cremen. *ſing. 105. Apparet inſtrumentum* ſequitur Vrſil. ad *deciſ. Afflict. 164.* plene Marſil. *in rub. C. de probatio nu. 253.* vbi idem in
☞ confeſſione depoſiti. Vide Maſcard. *concl. 545. Dominium*, vbi, quod probatur per confeſſionem, licet alleget contraria, ampliat in cõfeſſione de præterito, vt probet dominium de præſenti, & producit contraria, limitat in confeſſione incidenter facta; item in emphyteuſi recepta ab Eccleſia, licet quoad contrahentes inducatur
154 probatio præſumptiua, limitat, ſi confeſſio ſit generalis. † Limita; quia in antiquis dominiũ probatur præſumptionibus, & faciliori probatione. Abb. *conſ. 62. n. 11. & ſeq. lib. 2.* Dec *conſ. 22. n. 3 & conſ. 638. n. 9.* Afflict. *deciſ. 23.* Cravet. *de antiq. temper. 1. parte. viſo de fama. nu. 30.*
155 *& ſeq.* Natt. *conſ. 282. n. 8.* † Et quando dicatur antiquum. Iaſ. *in l. cum*
156 *aliquis. C. de iur. deliberan. & in l. admonendi. col. 89. ff. de iureiur.* † Extende maxime, quando plures coniecturę cõcurrunt. Aret. *conſ. 92. nu. 2. & conſ. 37. n. 1.* Alex. *cõſ. 73. n. 12. lib. 6.* Socin. *conſ. 86. n 3 lib. 1.* Cravet.
157 *de antiq. 1. par. viſo de fama. n. 19.* † Extende; quia ex ſolis inſtrumentis probatur dominium in antiquis vltra 100. ann. vide ſupra *nu. 74.*
158 † Extende; quia in antiquis dominium probatur per famam. Dec. *conſ. 428. Viſo conſilio*, maxime concurrentibus aliis adminiculis, puta cataſtro, vel inſtrumentorum antiquorum, vt ibi per eum, & Socin. *conſ. 205. col. 2. ver. quarto optime. lib. 2.* & quod multum releuet fama ad probandum dominium in antiquis. Anchar. *conſ. 310. Tres domini. num. 6.* Boer. *deciſ. 42 num. 32.* plene Alex *conſ. 4. Videtur. num.*
☞ *11. & ſequent. ver. poteſt alius modus. lib. 2.* Vide, *Fama probata legitime*
159 *quando probet. Concl. 66.* † Et quod in hac materia tempus antiquum dicatur 40. annorum. Alexand. *conſ. 4. Videtur. num. 12. lib. 2. & conſ.*
160 *187. num. 4. eod. lib. & conſ. 70. nu. 5. lib. 3. & conſ. 90. num. 8 lib. 6.* † Contrarium, quod imo requiratur tempus centum annorum, & vltra.
161 Alex. *conſ. 89. num 5. lib. 5.* vbi poſtea concord. † Declara; quia arbitrarium eſt iudici, quando ſit antiquum, vel non. Alex. *conſ. 9. nu. 9.*
☞ *lib. 3.* Vide, *Antiquum quando, & qualiter aliquid dicatur. Concluſ. 341.*
162 † Extende; quia in antiquis probatur per teſtes deponentes de auditu auditus cõcurrente fama, & aliis adminiculis, Cauoniſtę *in c. licet ex quadam, de teſt. lib.* Soc. Iun. *conſ. 128. nu. 12. & ſeq. lib. 2.* Paril. *conſ.*
☞ *104. n. 112. lib. 1.* Boer. *conſ. 11. n. 7.* Vide, *Teſtes in antiquis probandis quali-*
163 *ter deponere debeant. Concl. 290.* † Declara; quia nõ probatur res feudalis per teſtes de auditu, vel fama; niſi reddãt cauſam ſcientiæ ẽt non interrogati. Affl. *dec. 276. per tot.* vbi alleg. Gramm. *deciſ. Affl. 361.*
164 † Imo q̃ ſola fama in antiquis probet dominium. Curt. Sen. *conſ.*
69. Circa primum. n 5. & conſ. 82. in fin. Dec. *in cap. 1. nu. 12. de appell.* Bald.
conſ. 84. Res prohibita, & conſ. 89. D. Thomas. lib. 1. Alex. *conſ. 139. Circa*
primum nu. 9. cum ſeq. lib. 6. Deci. *conſ. 42. col. 6. ver. hinc eſt, quod fama & conſ. 146. ver. quarto producuntur.* Corn. *conſ. 24. lib. 4.* † Et ſola probatio per teſtes de auditu in antiquis probat dominiũ. Ruin. *conſ. 14.* 165
nu. 8. lib. 4. incip. Viſo. † Et licet non ſit ſine ſcrupulo, quod ſola fama non probet dominium in antiquis ex iis, quæ tradunt, Innoc. 166
in c. venien. de verb. ſignif. Bald. *in l. proprietatis, in fin. C. de prob.* cum concord. de quibus per Alexand. *conſ. 4. colum. 5. ver. poteſt alius modus. lib.* 2. & per Aret. *conſ. 15 col. 4.* Calc. *conſ. 11. col. 5.* Corn. *conſ. 48. col. 2. libr.* 4. Decian. *in c. cum cauſa, in 2. not. de prob. & conſ. 42. colu. 2. & conſ. 126.* *col. 2.* Iaſ. *in l. admonendi. ver. limita tamen ſingulariter. ff. de iureiur. & conſ.*
128. colum. 2. lib. 1. † Tamen omnes fatentur, quod concurrentibus 167
cum fama aliis indiciis, coniecturis, & præſumptionibus probetur dominii m in anti quis. Corn. *conſ. 304. col. 5. ver. ijs tamen non obſtantibus. lib. 3.* Rom. *conſ. 127. Poſito. quod dominium. colum. 2.* Ruin. *conſ. 14.*
Viſo, ac perlecto colum pen. & ſi lib. 4. Alex *conſ. 140. Viſo. nu. 10. lib. 7.* fa-
ciunt tradita per Socin. *conſ. 8 9. In cauſa. nu. 9 cum ſeq. lib. 2.* latiſſime
Paril *d. conſ. 104. nu. 101. cum ſeq. lib. 1.* Vide Maſcard. *concl. 548. Dominium*, vbi, quod probatur ex antiquitate temporis, cuius initii me- ☞
moria non extat, ſi dicunt teſtes communem eſſe opinionem, non extare memoriam in cõtrarium, ſeque ita ſemper vidiſſe, & audiuiſſe à ſuis maioribus, & nunquã fuiſſe obſeruatum contrarium.
†Limita; quia ex quo dominiũ eſt difficilis probationis, ſufficiunt 168
plures præſumptiones, & coniecturæ, & quæ, & quales requirantur. Barbat. *conſ. 8. col. 1. & 7. & conſ. 41. col. 2. lib. 1.* plene Menoch. *caſu.*
42. in prin. Vide plene, *Rei vendicatione agens vt obtineat, duo debet pro-* ☞
bare. Concluſ. 117. † Limita; quia cautela eſt ad probandum domi- 169
nium, quod eſt difficilis probationis, quod debens probare dicat habuiſſe rem vacantẽ de tali tempore, quo nullus poſſidebat, niſi ipſe ſolus, & ſi non probatur, quod alius poſſidebat, hoc præſumitur, & ſufficit pro dominio probando. Caſtr. *conſ. 140. Viſis allegationibus, col. 1. circa med. ver alia eſt. lib 2.* allegat Bart. *in l. rem quæ nobis. ff. de*
nequiren. poſſeſſ. & in l. rem alienam. ff. de pignor. actio. † Aliam cautelam 170
ſingularem ex mente Bart. ponit Alex. *conſ. 4. Videtur. nu. 10. ver. verum quia lib. 2.* quod fiãt bannimenta, ſi quis vult dicere talem rem fuiſſe in bonis alicuius, antequam per Titium poſſideretur, compareat, & nemine comparente, vel probante, probatur dñium Titii. † Limita; quia poſſeſſio lõgiſſimi temporis 30. annorum, vel 171
vltra abiq; alio titulo præſtat acquiſitionem vtilis dominii. Bart. *in d. l. rem alienam. col. 3. de pign. actio.* Bald. *conſ. 486. Quidam dominus. n. 4. & ſeq. lib. 1.* Caſtr. *conſ. 97. col. 2. lib. 2.* Alex. *conſ. 8. Attẽtis. col. 2. lib. 7.* Rui. *conſ. 54. Viſo, & perlecto. lib. 4. auth. niſi tricennale*, vbi Doct. *C. de bon. ma-*
ter. Bart. *in l. ſi quis emptionis. §. 1. C. de præſcript. 30. ann.* Aret. *Inſtit. de vſucapio. in fin. princ.* Fel. *in rub. de præſcript.* Balb. *de præſcript. in 2. parte*
princ. quæſt. 2. in princ. & in 2. parte tertiæ partis princ. q. 6. num. 2. & 3. late
Bald. Salyc. Alex. & Iaſ. *in l. traditionibus. C. de pact.* plane Roma. *conſ.*
127. Poſito, quod dominium, per tot. vbi apoſtil. dat concord. plenius
Cravet. *conſ. 334. in prin.* & ſupra *nu. 72.* † Extende; quia ex poſſeſſio- 172
ne continuata per 40. annos bona fide acquiritur dominiũ. Caſtr.
conſ. 361. num. 2. & 3. lib. 2. † Limita, quia dominium probatur ne- 173
dum per recognitionem ad fauorem Eccleſiæ; ſed etiam talis recognitio operatur, quod dominium transfertur in Eccleſiã. Crau.
conſ. 434. in princ. vbi dicit eſſe ſpeciale fauore Eccleſiæ. Boer. *deciſ.*
211. in fin. & Socin. *conſ. 166. num. 6.* dicit ſubmiſſionem caſtri, & hominum probare dominium caſtri, & territorii. *lib. 2.* † Extende; 174
quia etiam probatur dominium ex recognitione facta ad fauorem priuati, & laici, quando ẽt ſolutio fuit ſequuta. Cravett. *dict.*
conſ. 434. in prin. allegat Guido Pap. *deciſ. 272. in additio.* † Extendes 175
quia ex inueſtitura probatur dominium, etiam ſi vna ſit ad præiudicium inueſtiti, & ſucceſſorum. Cravett. *conſ. 380. nu. 3.* vbi plures allegat. Vide tamen ſupra *num. 34. & multis ſeqq.* vbi habes contrarium tenentes certis caſibus. † Limita; quia dominium probatur 176
ex multiplicatis ſolutionibus factis per tantum tempus, quod inducatur præſcriptio, puta 30. annorum. *l. litibus. C. de agric. & cenſ.*
lib. 10. Caſtr. *conſ. 293. Ad primum in princ. ver. ad ſecundum. lib. 2.* plene
Rom. *conſ. 127. in princ. ver. ad hoc reſpondetur*, vbi apoſtil. plena *in ver.*
quæſitum, citat plurimos † Declara; quia dominium præſumitur ex 177
pluribus ſolutionibus longiſſimo tempore factis, quãdo ſolutiones factæ fuerunt ab ipſo poſſeſſore, ſecus ſi ab alio eius nomine; quia ſi poſſeſſor docet de dominio acquiſito ab authoribus eius, cui factæ ſunt ſolutiones, tunc probatio vera dominii præfertur præſumptioni, & ſolutiones per errorem factæ præſumuntur. Caſtrenſ. plene *d. conſ. 293. Ad primum, in prin. ver. ad ſecundum. lib. 2.* & plenius *conſ. 298. Ad primum. in prin. lib. 2.* † Extende limitationem; quia 178
dominium probatur ex ſolutionibus cõtinuatis per decennium, quãdo ſunt factæ ex certa ſcientia ſoluentis, etiam quod eſſet dominus: ſi vero per errorem, ſecus eſt, ita Caſtr. *d. conſ. 293. col. ſin. ver. quid ſi ſer Antonius, per tot.* Et quod ex ſolutione cenſus præſumatur,

quod

quod ille, cui soluitur, sit proprietarius. Rom. cons.127. col.2. in prin.
vbi dicit esse verba Bald. in l. indicia. C. de rei vendic. vbi Rom. infert
179 idem ad soluentem canonem. † Extende; quia is qui soluit per
20. annos pensionem, tanquam colonus in casu statuti Paduæ in-
ducentis præscriptionẽ per 20. annos, dicitur prescripsisse domi-
180 niũ.† Extende in casu contrario, vt is, qui soluerat per 20. annos, si
postea cessauit soluere per alios 20. annos, in casu dicti statuti Pa-
duæ præscribat. Castr. cons.293. Ad primum. col.2. ver. ad tertium. lib.2.
ꝙ dicit procedere, si habet causam probabilem, puta instrumentũ
emptionis; quia licet non probet dominium, tamen prębet iustã
causam præscribendi, & cons.298. in prin. ver. sed si non apparet, eod. libr.
quod est Angeli filii Pauli Castr. & n.2. ver. nec obstat sibi. Vide Masc.
concl.544. Dominium an probetur per solutionem, vbi ponit regulam af-
firmatiuam, limitat contra tertium, item quia non vere probat,
181 sed præsumptiue, & declarat, vide eum. † Limita, quia dominium
probatur ex præscriptione longissimi temporis vltra 30. annos, in
tantum, quod etiam sine titulo præscribens potest agere rei vẽdi-
catione etiam contra dominum, qui passus est pręscribi. Cast. cons.
182 297. Certe si dictus, per tot. maxime in fi. lib.2.† Limita; quia dominiũ
probatur ex accatastratione facta in libro æstimi quoad consen-
tientes accatastrationi. vide supra nu.27. & infra num.183. Vide, Ca-
tastrum quid sit, & contineat, & an probet. Concl.128. Vide, Liber æstimi
quid sit, & non probat, & quando secus. Conclus.345. Vide, Mascard. concl.
542. Dominium per catastrum, vbi ponit regulam negatiuam, quod
non probatur, ampliat, etiã si gubernetur per officiales publicos,
limitat in præiudicium eorum, qui consenserunt, item ad effectũ
183 præsumptionis faciendæ.† Limita; quia probatur dominium Ec-
clesiæ ex libro censuali. Rom. cons.127. Posito, quod. col.1. quem citat
Mascard. cum aliis. Concl.543. Dominium Ecclesiæ, vbi citat pro con-
trario Barba. cons.8. n.20. lib.2. declarat primam veram, si libri con-
seruati sunt inter publicas scripturas à viris deputatis, item si pro
publicis habentur; item inter subditos, alias secus; limitat contra
aliam Ecclesiam, contra tertium, nisi quia facit præsumptionem,
184 & quando extat consuetudo in contrarium, vide eum. † Limita;
quia dominium probatur ex descriptione facta ad catastrum, seu
librum æstimi contra describentẽ, vel facientem describi, & con-
tra tertium, quando habet causam à describente, vel quando non
constat de contrario dominio tempore descriptionis. Vide supra
185 nu.180.† Limita, quia probatur dominium ex signo, vel sigillo ap-
posito bullis, & armis super domo ex insigniis; & vexillis, seu sten-
dardis, fallit in dolio, seu vegete vini, & declarat etiam, quod de
dominio debet constare. Vide plenius, Arma, & insignia, &c. Concl.
186 516.† Limita; quia probatur dominium & possessio ex cõcessione
in emphyteusim, quãdo vltra inuestiturã interuenit solutio. Alex.
cons.8. in princ. & per tot. lib.7. sequitur Crauet. cons.434. n.12. vbi dicit
187 non habere difficultatem.† Limita; quia in causa summaria si de-
ducitur dominium per viã exceptionis, probatur per solam pos-
188 sessionem. Alex. cons.103. Super eo, in fin. n.10. lib.7.† Limita; quia do-
minium probatur, si quis terram colendam curauerit, & fructus
perceperit per tantum tempus ꝙ sufficit ad pręscribendũ. Mascar.
concl.548. Dominium. nu.5. & seq. vbi extendit, etiã si fructus percepti
fuerint semel in anno, quia præsumuntur percepti toto anno, licet
etiam alleget contraria. num.10. imo num.12. extendit, etiam si so-
lum probetur per tantum tempus, quod sufficiat ad præscriben-
dum, quod curauerit solum, quod terra cultiuaretur, licet non
probet percepisse fructus, nisi appareret, quod iure familiaritatis
189 ea fecerit.† Limita; quia multis modis probatur dominium, de
quibus Mascard. concl.549. nu.7. & seq. videlicet per iuramentum
stante statuto, ex aditione hæreditatis, ex apprehensione rei va-
cantis, quæ non est in bonis alicuius; & ex ædificatione.

Dominium an possit prohiberi, transferri, & quando. Conclus. 612.

1 DOMINIVM † potest prohiberi transferri, quando in pacto, vel
prohibitione inter viuos apponuntur verba resolutiua con-
tractus, puta, res sit inempta. Signor. cons.200. In quæstionibus n.2. Gab.
2 cons.66. in prin. vbi allegat communem pro vtraq; parte. † Et quod
donatio facta cum prohibitione alienandi donatario; cum pacto,
si alienauerit bona, reuertantur ad donantem, contineat pactum
resolutiuum, quod importat pactum l. commissoriæ, & dominiũ
ipso iure ad donantem reuertatur, si fiat alienatio. Vide, Donatio
3 cum onere. &c. Conclus.643. num.12. † Restringe, quando pactum de
non alienando habet derogationem, quod aliter non valeat alie-
4 natio. Ruin. cons.112. num.12. & seq. lib.2. Nat. cons.474. nu.16. † De-
clara; quia licet pactum simplex cum hypotheca generali de non
alienando non prohiberet translationem dominii, in casu tamen
contrauentionis res remanet pro interesse obligata; quia contra-
ueniens tenetur ad interesse. Ruin. d. cons.112. nu.12. & seq. lib.2. se-
quitur Natt. d. cons.474. nu.9.† Vide omnino Crauet. cons.668. nu.6. 5
vbi dicit, ꝙ magis frequens* opinio est, quod vltra pactum requi- *
ritur hypotheca, vt impediatur translatio dominii. Vide, Pactum
de non alienando, & Concl.36.† Amplia in omni pacto inducente re- 6
solutionẽ contractus immediate, & directo, quia impedit trans-
lationem dominii. Sign. d. cons.200. num.2. Gabr. d. cons.66. in princ.
vbi, ꝙ potest agi rei vendicatione. † Et procedit maxime, quando 7
est data facultas capiendi propria authoritate in casu, quo contra-
rium fiat; quia eo ipso, quod fit contrarium, si capta est possessio
vigore facultatis, nõ est dubium, quod dominium transiuit. Sign.
d. cons.200. per tot. maxime num.3. & seq. † Amplia; quia prohibitio 8
alienationis facta per testatorem sub pœna priuationis operatur,
quod dominium nõ transfertur, si fiat alienatio. Ang. cons.168. Te-
stator in omnibus n.5. ver. forsitan autem.† Extende, quando prohibitio 9
esset in vltima voluntate, & bona restitutioni subiacerent; quia
tunc non transfertur dominium, sed retransfertur recta via, per-
inde ac si alienatio facta non fuisset. l.2. C. commun. de legat. Angel.
dict. consil.168. in fin. verb. sed non obstat.† Extende; quia testator si ex- 10
presse prohibet bona alienari, dominium per alienantem non po-
test transferri, & vocati poterunt bona recuperare. l. filiusfamil. §.
diui. ff. de leg.1. leg. peto. §. fratrem. ff. de leg.2. & vbique per Doctor. Vi-
de, Fideicommissum non potest. &c. Conclusio 283.† Extende; quia sola
prohibitio alienationis facta in testamento impedit translatio- 11
nem dominii; quia in vltima voluntate factum est præcise in ob-
ligatione. l. fideicommissaria. §. fi. ff. de leg.3. Ruin. in l. filiusfamil. §. diui.
char.98. versicul. deinde quærit ff. de leg.1. Ias. in l. si ita quis §. ea lege. ff. de
verb. obl. late Alexand. in l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. ff. so-
lut. mat. Negus. de pignor. in 2. par. prin. in 1. membro.† Restringe, quan-
do esset nuda prohibitio testatoris sine pœna, vel sine causa. d. l. fi- 12
liusfamil. §. diui. ff. de leg.1.† Restringe, quando testator prohibuisset 13
bona hæredis instituti alienari; quia licet possit grauare hæredem
in bonis propriis; nõ tamen valet talis prohibitio, quin alienatio
sit valida, & quin dominium transferri possit. l. si quis inquilinos. §.1.
ff. de leg.1. Bart. d. §. diui. consl.2. & ibi* omnes, & maxime Ias. in 1. lectu. *
n.45. & in 2. lectu. n.88. Bald. cons.89. Dominus Thomas Marus. n.8. lib.1.
tenentur tñ hæredes contrauenientes ad omne interesse de suo.
† Amplia; quando adest cum prohibitione inter viuos constitutũ. 14
Menoch. d. cons.63. nu.19. vbi citat alios. † Limita; quia regulariter
dominiũ non prohibetur transferri in cõtractu inter viuos. Cra- 15
uett. cons.668. n.3.† Extende. quia propterea nõ sufficit ad impedi- 16
endam translationem dominii in genere cogitasse, & prohibuisse
per relationẽ; quia requiritur certa scientia, & expressio. Crauett.
d. cons.668. quasi per tot. vbi reprobat Ias. Ruin. & Natt. contrarium
tenentes. Vide, & declara, nisi fauore alimentorum fiat prohibi-
tio. Bald. in l. ea lege. n.5. ver. octauo idem. C. de condictio. ob. caus.† Limita; 17
quia arbiter prohibens alienari, vel transferri dominium alicuius
rei vigore laudi lati inter partes non impedit, quin si contrafiat,
dominium transferat, sed contraueniens incidit in pœnam, si ar-
bitro erat data hæc facultas, alias si non appareat facultas; nec in-
curritur pœna. Bald. cons.55. Ad euidentiam præmittendum. num.4. versic.
quarto præmittendum, lib.3.† Declara, vt procedat etiam in laudo ar-
bitratoris, nisi in prohibitione partes, prout in contractu, reser- 18
uassent sibi ius specialis hypothecæ in bonis translatis, vt per Bart.
& alios in l. qui absenti. §.1. ff. de acquir. possess. & in l. filiusfam. §. diui. ff. de
leg.1. & in l. ea lege. C. de condict. ob caus. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb.
oblig. per tex. in l. creditor. §. fi. ff. de distract. pignor. quem ita * commu- *
niter intelligunt Doctores.† Restringe, nisi compromittentes ob- 19
ligassent, & hypothecassent omnia bona sua in compromisso;
quia tunc potest ex laudo prohiberi alienatio bonorum ipsorum
compromittentium, si extat facultas, & talis prohibitio impedit
translationem dominii. Alex. cons.59. Viso themate num.5. & seq. ver.
quod secundum. lib.5.† Limita; quia in contractibus inter viuos sine
pacto resolutiuo dominium non solet prohiberi. Crauet. d. cons. 20
668. nu.3. & seq.† Extende; quia nunquã censetur facta prohibitio
translationis dñii de bonis suis inter viuos, licet quis per relationẽ 21
ad aliam scripturã hoc continentẽ promiserit, nisi habuerit de ea,
& qualitatibus omnib. specificam scientiã. Crauet. d. cons.668. n.3.
& seq. ver. neq; mouet.† Contrariũ tenet Ruin. cons.112. n.7. lib.2.† Li- 22
mita in contractu inter viuos; quia licet prohibeatur alienatio, nõ 23
tñ censetur prohibita translatio dñii licet, contraueniens incidat
in pœnam. Bald. cons.491. In tres Marchiones, n.2. ver. dico igitur, lib.5.
l. ea. §. ea leg. C. de cond. ob caus. l. si ita quis, §. ea lege, ff. de ver. obl. vbi Ias. &
alii dicunt, quod solum tenetur contra faciens ad interesse; quia
in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, l.2. §. item
si in facto, ff. de verb. oblig. & idem tenet Bart. cons.72. Ex facto, nu.5. verb.
sed ad roborationem, in fin. libr.1. & tenetur ad interesse. Alexanter

cons.

24 *cons.59.nu.7.lib.5.* † Extende,vt procedat limitatio,etiam si pactum de non alienando inter contrahentes sit iuratum; quia si non est reseruatum ius in casu alienationis, iuramẽtum non impedit dominii translationem. Bald. *cons.491.num.3.ver.sed hic occurrit,lib.5.*

25 † Contrarium,quod imo si est appositum iuramentũ in contractu de non alienando, impediatur dominii translatio. Menoch. *cons.63.nu.20.* vbi infinitos allegat,& ostendit,quod si præcise obligat; ergo impedit translationẽ dominii,alleg. Brun. *cons.89.n.4.* Rube. Alex. *cons.36.nu.6.* Gozadi *cons.32.nu.6.& cons.100.num.25.* Neuiza. *cons.50.num.18.* Chassan. *cons.53.num.6.* Roland. à Valle *cons.6.nu.32.*

26 *lib.1.*& alios. † Declara,vt per Bald. quia hoc procedit in muliere, quæ iurauit non alienare, quia alienando non transfert dominiũ; quia istud est propter beneficium mulieris. Bald *d.cons.491.n.3.ver. nec obstat,lib.5.*& intelligit Bald. etiam in muliere procedere,quan-

27 do emens sciebat iuramentum,alias non. † Declara secũdo; quia iuramentum super contractu de non alienando impedit translationem dominii, quando is, cui fit alienatio, erat sciens de iura-

28 mento. Bald. *d.cons.491.nu.3.ver.nec obstat.lib.5.* † Extende,vt maxime procedat limitatio, quando partes, vel eorum hæredes consentirent,quia non solũ transfertur dominium, sed etiam contrauentio,vel pœna non cõmittitur quoad consentiẽtes. Bald. *d.cons. 491.num.2.ver.super hoc puncto,libr.5.* vbi secus esse dicit quoad non consentientes, si plures sunt contrahentes; quia potest committi pœna quoad non consentientes; & quoad consentientes non.

29 † Restringe, nisi pactum inter contrahentes supremos Principes haberet vim legis. Bald. *cons.368. Quod permutatio,in princ.lib.5.* Bart.

30 *dict.cons.72.num.5.ver.sed ad roborationem,lib.1.* † Restringe, quando in pacto de non alienando adesset constitutum; quia vnus constituit se precario nomine alterius possidere. Bartol. *d.cons.72.n.5.verb.*

31 *præterea,lib.1.* † Declara, quod nõ dicitur habere vim legis pactum, vel contractus celebratus inter plures Marchiones, qui conuenerunt, ꝙ facta diuisione vnus non possit aliquid acquirere in parte obuenta alteri, nisi de consensu; quia si emat, transfertur dominium, licet incidat in pœnam is,qui contrauenit. Bald. *dict.cons. 368.per tot.lib.5.* vbi loquitur inter Marchiones Ceuæ, & idem te-

32 net *cons.491.num.2.ver.dico igitur,eod.lib.5.* † Restringe, nisi sit facta assignatio alimentorum personæ coniunctæ super bonis; quia etiam si is,qui obligauit bona pro alimentis, sibi reseruauit facultatem disponendi, nõ potest alienare; quia obligatio pro alimentis facta in specie impedit translationem dominii. Bald. *in l.ea leg.col.3. ver.octauo idem.C.de cond.ob caus.* per tex. *in l.1.C.de donat.quæ sub modo*

33 † Restringe,quãdo prohibens in contractu alienationem sibi reseruat ius,vel suis in casum alienationis, & contrauentionis; quia prohibetur dominii translatio. Bald. *d.cons.491.nu.3.ver.in contrariũ videtur,lib.5.* Bart. *in l.si creditor.§.fin.ff.de distract.pign.* Incertus author post regulas Soc. *reg.11. Prohibitio alienationis,* in secunda limitatio-

34 ne. † Restringe limitationem,quando fieret pactum de non alienando sub pœna,& obligarentur omnia bona pro obseruatione, quia ex quo tunc ex hypotheca oritur ius in re, & impeditur trãs-

* latio dominii,& hæc est *communis,& magis communis opinio, siue hypotheca sit specialis,siue generalis. Soc. Iun. *cons.118.n.8.lib.* 2. Cast. *cons.334. Laudatio in fi.lib.1.* Brun. *cons.67.num.6.* Menoch. *cons. 63.nu.18.* Ruin. *cons.180.n.17.& seq.lib.1.* late Natt. *cons.374.nu.15.* vbi plures allegat, latius Crau. *cons.381.n.2.*& latissime *cons.485.* vbi pro

* vtraq; parte infinitos allegat,& dicit hanc veriorem;& magis *receptam. Boer. *decis.182.n.53.* vbi allegat plures, etiam si hypotheca non sit extensa, dummodo sit solita poni, & quod sufficiat hypotheca bonorũ, vt impediatur translatio dominii inter viuos. Alex.

35 *cons.59.Viso,n.5.& seq.lib.5.* † Et talis hypotheca dat retentionem; si is; pro quo bona sunt hypothecata, possidet. Soc. *cons.80.ver.vel etiam,& tertio.lib.3.* Soc. Iun. *d.cons.118.in fi.lib.2.* Crau. *cons.201.* qui etiã *nũ.9.* dicit; quod ex ista hypotheca possunt bona auocari à tertio cõfessoria actione,vt declaretur ius sibi cõpetere. Cast. *d. cons.334. Laudatio,in fi.lib.1.* Brun. *cons.67.n.6.*& de vtroq; Menoch. qui istos

36 citat *cons.63.nu.13.* Ruin. *cons.180.n.17.lib.1.* † Et idem est, quia si quis donat omnia bona sua sub conditione,& promittit nõ alienare,& obligat omnia bona sua; quia in tali obligatione veniũt bona donata eueniẽte donationis conditione, poterit donatarius retinere bona, absq; excussione, aduersus emptorẽ, vel secũdũ donatariũ. Soc. Iun. *d.cons.118.in fi.lib.2.* plenius Ruin. *d.cons.180.n.17.& seq.lib.1.*

37 † Idem etiã poterit agere hypothecaria contra tertium possessorẽ, & bona ex hypotheca ipsa recuperare,& vbi nõ requiritur excussio, absolute recuperat à tertio quocũq; sine alia excussione. Rui.

38 *d.cons.180.nu.17.& seq.lib.1.* † Imo plus dicit, ꝙ sufficit, ꝙ implicite fuerit facta promissio de non alienando, prout si donans bona cũ conditione promittit attendere,& obseruare, nõ contrafacere,& obligat bona; quia illa obseruantia hẽt implicitam obligationem de nõ alienando; quia si alienaret, nõ attenderet, neq; obseruaret promissa in euentũ conditionis, Rui. *d.cons.180.in fi.n.8.& 19.lib.1.* vbi etiã, ꝙ nulla est alienatio facta; quia ex pacto cum obligatione non transfertur dominiũ. † Contrarium, ꝙ imo generalis hy- 39 potheca non impediat dominii translationẽ; quia transit cũ suo onere,& sua hypotheca. Cagnol. *in l.2.C.de pact.inter emptor.& venditor.nu.137.* Couart. *var.resolutio.lib.2.c.15.nu.2.ver.vltimo est,* plures pro hac parte citant. Crauett. *cons.381.in princ.& cons.485.in princip.* licet ipse contrarium tenebat ibi. † Declara; quia si vendatur res 40 prohibita ex contractu, quæ est generaliter hypothecata, licet transferatur dominiũ, & non possit agi hypothecaria contra emptorem, nisi discusso principali, vt per Bartol. *dict.leg.si creditor, §.si. in fin.ff.de distractio.pignor.* tamen potest habens hypothecam generalem retinere rem hypothecatam, & venditam. Bald. *cons.368. in fin.lib.5.* & quod saltem detur retentio. Crau. *cons.485.in fin.*& allegat plures,& dicit hoc esse sine difficultate, & quæ dicatur generalis, & quæ specialis hypotheca, idem Crauett. *cons.381.n.3.& seq.* Vide, *Locationi qui stare teneantur, vel non. Concluſ. 418.* † Declara; 41 quando promisit quis alteri non vendere, quam Titio; quia si adest hypotheca generalis cum iuramento, per alienationem non transfertur dominium, ita omnes * tenere dicit Socin. Iun. *consil.* * *129.lib.2.*& maxime, quando adsunt illa verba, & *si contingat alienari,alienatio sit nulla.* Guido Pap. *cons.118. Ex facti narratione.* Cagn. *in l. 2.nu.136.C.de pact.inter emptor.& vendito.* Crauet. *d.cons.485.nu.2.* vbi infinitos citat. † Restringe, quando fuit conuentum, quod si alie- 42 naret, vel alienauit, siue per verba futuri indicatiui, siue futuri subiunctiui, quod liceat illa redimere cum hypotheca, tũc etiam si adesset sola actio personalis, daretur etiam contra tertium possessorem, tanquam vtilis realis, ita Menoch. *d.consil.63.num.14.& seq.*, quem videas; quia alios citat. † Restringe, quando esset con- 43 uentum, quod cum primum tentauerit alienare, res reuertatur ad talem; quia tunc impeditur dominii translatio; secus, si post alienationem prohibitio esset concepta. Angel. *cons.168. Testator in omnibus,num.5.ver.rursus enim,* vbi dicit hoc esse verum in alienatione reuocabili; si vero alienatio esset irreuocabilis, tunc simplex conuentio, ꝙ non possit alienare, impedit translationẽ dominii. † Restringe, quando adesset hypotheca, & constitutũ. Boer. *decis.* 44 *182.in fin.* † Restringe, qñ in prohibitione esset adiectum pactum, 45 quod si deueniatur ad aliquem actum alienationis, tũc res reuertatur ad prohibentẽ, & suos, & adsit constitutũ ex nunc pro tunc, cum hypotheca speciali ex parte prohibiti; quia tali casu impeditur translatio dominii in alium, ita Bart. *in l.filiusfam.§.diui,col.fin.in princip.* quem ibi sequũtur * omnes, *ff.de leg.1.* Iaſ. *d.l.si ita quis.§.ea lege.* * *ff.de verb.oblig.* † Restringe; quia quod si res prohibita alienari est 46 in specie hypothecata, bene impeditur dominii translatio; secus si generaliter, sic distinguit Bald. ponens vtramq; opinionẽ. *cons. 491.nu.3.ver.considera super intellectu,lib.5.*& sic videtur loqui Angel. *cons.168. in fin. ver. idem si paciscens,* & hanc * communem opinionẽ * esse, ꝙ nisi sit facta reseruatio specialis hypothecæ, non impeditur translatio dominii in cõtractu inter viuos. Doct. *in l.qui absenti,§.1. ff.de acqu.possess.* Negus. *de pign.in 2.parte,in 1.membro,n.5.* vbi dicit * * cõmunem & magis communẽ. Vide, *Donatio cum onere,quod res donata vendi non possit, quid importet. Concl.643.* Vide incertum auctorẽ post regulas Socin. *reg.11. prohibitio alienationis,* vbi ponit regulam negatiuam; quod in contractu prohibitio alienationis non impedit translationem domini, vbi ponit tres fallentias; Prima, quando alienatio est irreuocabilis, prout in libertate; Secũda, nisi prohibens ius reale reseruauerit sibi; Tertia, quando adest pactum resolutiuum, quod sit nulla. † Et dicitur hypotheca specialis, quan- 47 do quis obligat generaliter omnia & singula eius bona. Bald. *cons. 88.lib.2.* quia dictio, *singula,* est nota nedum speciei, sed indiuidui, ac si nominatim quæq; res specificarentur, facit consil. Ruin. *cons. 103.col.4.lib.4.*& in terminis Crauett. *cons.381.nu.3.* vbi, quod obligatio est specialis, quando obligantur omnia bona mobilia, & immobilia; secus si tantum obligantur omnia bona, nec dicatur mobilia, & immobilia, idem dicit Ruin. *cons.112.n.12.lib.2.* & clarius Natt. *cons.474.nu.13.& seq.* † Imo etiam si obligantur solum omnia 48 bona non adiecto, mobilia & immobilia, quod dicatur specialis, quando adiicitur locationi, vel donationi factæ de omnibus bonis; quia obligatio fit per eadẽ verba, per q̃ fit locatio, vel donatio. Ruin. *cons.180.lib.1.* Natt. *cons.474.n.14.* † Idẽ, si fiat obligatio om- 49 nium & singulorũ bonorum. Crau. plene *d.cons.381.n.4.* † Idem, si 50 cum generali obligatione interuenit iuramentum, ꝙ habet vim specialis expressionis. Crau. *d.cons.381.nu.2.ver.præcipue vero,* & latius *cons.485.nu.2.* vbi plures citat. † Idem, quando hypotheca est vni- 51 uersalis; quia singula continet, & plus operatur, quam generalis. Crauet. *d.cons.485.num.1.ver.considerandum.* Vide, *Alienatio qualiter prohi-*

prohiberi posſit in contractu. Conclus. 266. Vide, Fideicommissum inter vivos quando fieri posſit. Concl. 243. & concl. ibi prox. seq. Vide, Locationi qui stare teneantur. Conclusio. 418. Vide, Pactum de non alienando multa operatur. Conclus. 36. Vide plene per Ant. Gabriel. lib. 3. tit. de pign. Concl. 1. Hypotheca generalis an sufficiat.

Dominij quæstionem inferre non possunt multi. Conclus. 613.

1 QVÆSTIONEM † dominij non potest inferre ille, qui dominium concessit, vel qui se obligauit pro illo dominio. Bald.
2 consil. 438. Præmittendum est, circa fin. ver. item qui dat, lib. 1. † Amplia in conductore, qui non potest inferre quæstionem dominij locatori, quia esset quædam spoliatio. Bald. cons. 168. Allegationes hinc inde, num. 3. ver. ad tertium dico, lib. 4. Angel. Aretin. cons. 17. Cum quæritur, in
3 princ. † Amplia in omni eo, qui recipit rem ab alio, tanquam illius, quia non potest postea dicere illum non dominum. Deci. in l. si à furioso, ff. si cer. pet. in fin. vbi dicit procedere etiam in emente, quan-
4 do ageretur inter eum, qui vendidit, & emit. † Restringe secus esse, si agatur inter ementem & tertium, quia potest negare eum, à quo habet causam, fuisse dominum. Deci. d. l. si à furioso, in fin. ff. si
5 cert. pet. † Restringe, quando ageretur rei vendicatione, quia potest negare venditorem dominum, vt per Cravet. cons. 411. num. 58. vbi videtur declarare, quando non est dictum eum dominū principaliter; secus, si confessio dominij principaliter esset facta, & quod possunt inferre quæstionem dominij contra locatorem, deponentem, vendentem, si agit rei vēdicatione, prout quilibet ex-
6 traneus posset. Castr. plene cons. 76. in princ. lib. 2. † Amplia, quia maritus, cui bona emphyteutica data fuerunt in dotem, vel alia bona, in casu restitutionis dotis nō potest inferre quæstionem dominij hæredibus vxoris; & ideo non debet audiri sub prætenso titulo, vel dominio acquisito ab alio. Bal. cons. 476. Ex actis facti, per tot.
7 lib. 4. maxime in fin. † Extende, vt procedat, etiam si maritus fuerit inuestitus de bonis emphyteuticis ab Ecclesia domina proprietaria prætextu deuolutionis, quia si deuolutio esset causata tempore mariti, non potuit nocere vxori. Bald. d. cons. 476. in princip. lib. 4.
8 † Restringe, vt non procedat, quando reuera bona fuissent deuoluta ad Ecclesiam tempore, quo mulier non erat nupta, nec bona erant tradita marito, quia tunc si maritus fuit de nouo inuestitus, potest excipere, & inferre quæstionem hæredibus vxoris. Bald. d.
9 cons. 476. per tot. lib. 4. † Amplia in commodatario, quia si commodans agit contra eum, non potest inferre quæstionem dominij, puta dicendo, quod res sit à commodante furto subtracta. Alexand.
10 consil. 36. Visis ijs, quæ. nu. 4. in fi. versic. siue etiam consideramus, lib. 1. † Amplia, quia procedunt prædicta, siue agendo, siue excipiendo, quia qui excipit, etiam dicitur agere, & inferre quæstionem. Alexan. d. cons. 36. num. 5. lib. 1.

Dominium in quibus causis debeat necessario ab actore probari, & in quibus non. Conclus.

VIDE Mascard. conclus. 536. vbi primo in rei vendicatione debet probari etiam dominium authoris, & non sufficit possessio, neque fama: item non sufficit dominium de antiquo, limitat in petitione hæreditatis: item in repetitione rei: item contra violentum possessorem, licet aliqui contrarium velint: item in agente hypothecaria contra tertium possessorem, secus si non habet causam ab eo. Vide plenius, Rei vendicatione agens. Concl. 117.

Dominus dicitur, qui vere non est dominus multis casibus. Concl. 614.

1 DOMINI † dicuntur, vel quasi domini habentes promi-
2 scuum vsum rei, licet non sint domini, & ideo † vxor dicitur domina domus mariti, & filiusfamilias ratione promiscui vsus. l. in rebus. C. de iur. dot. l. aduersus. ff. de crim. expil. hared. Lap. alleg. 102.
3 num. 20. versic. euitat autem. † Monachus, & alius particeps rerum monasterij dicitur quasi dominus ratione promiscui vsus, Lap. al-
4 leg. 102. nuu. 20. versic. euitat autem. † Episcopus dicitur dominus Ecclesiæ suæ. cap. olim. de restit. spoliat. licet res sacræ in nullius dominio sint, & ex sola cura, & gubernio appellatur dominus, vel etiam respectu iurisdictionis. Feder. de Sen. consil. 279. per tot. maxime in
5 fin. † Imperator dicitur dominus mundi, licet non sit dominus rerum particularium, & sic quoad protectionem. Vide, Imperator
6 quibus nominibus &c. Conclus. 35. † Vsufructuarius, licet non sit dominus rei, tamen dicitur dominus iuris vsusfructus; & ideo secūdum subiectam materiam potest dici dominus. Alexan. consil. 129.
Puto de iureiu. num. 3. lib. 2. † Maioritatem habens, seu præeminentiam dicitur dominus. Alexand. d. consil. 129. num. 3. versic. pro hoc etiam, lib. 2. † Dominus potest secundum subiectam materiam dici ille, qui proprie non est dominus, sed ratione materiæ, prout quando sumus in dispositione indefinita, quod stetur iuramento domini contra laboratorem, vel operarium, late Alexand. d. consil. 129. num. 4. lib. 2. † Dominus proprie dicitur ille, qui habet dominium rei vtile, & directum, & ideo non venit appellatione domini vsufructuarius. l. 1. §. qui seruis. ff. ad Syllan. † Declara; quia si profertur hoc verbum, dominus fundi, vel dominus rei, tunc non habet locum in vsufructuario, emphyteuta, conductore, & similibus, si vero profertur simpliciter, secundum subiectam materiam comprehendit omnes, qui pro dominis reputantur in eadem materia; ideo si statutum, prout Bononiæ, dicat, quod si colonus mediarius non coluerit agrum, stetur iuramento domini, debet intelligi de domino respectu mediarij, secus si diceret, stetur iuramento domini rei, ita Alexand. consil. 129. Puto de iureiu. num. 3. & seq. versic. & licet alias, lib. 2. vbi dicit num. 4. quod etiam procedit in materia stricta. † Possessor dicitur dominus ratione possessionis; ideo licet genitiuus importet dominium; tamen secundum communem vsum loquendi verificatur in possessore, imo in detentore. Alex. d. consil. 129. nu. 4. ver. accedat. lib. 2.

Dominus quando teneatur ex delicto subditi, vel serui, aut non. Concl. 615.

DOMINVS † non tenetur ex facto, vel delicto subditi, vel ser-1
ui, nisi quando delinquunt in ministerio, in quo dominus vtitur opera eorum. l. 1. §. familiæ, de public. Bald. consil. 203. Præsupposito
statuto, in princ. ver. nam etiam domini. lib. 1. & est communis * opinio, * ✍
vt per Clar. §. fin. q. 86. in princ. Vide, Pœna debet tenere, &c. Conclus. 212.
† Amplia, vt idem sit in communitate, quæ regulariter de iure 2
non tenetur de furto, vel damno dato in territorio, nisi quando fuit in culpa, vt quia sciuit, vel prohibere potuit, & non fecit; secus si ignorauit, prout in damno facto de nocte. Bald. d. consil. 203.
in princ. lib. 1. † Amplia in officiali, quia non tenetur ex delicto fa- 3
miliaris, nisi delinquat in officio, vel nisi posset prohibere, & non prohibeat officialis. Bald. consil. 385. Casus talis est, per tot. lib. 1. Castr.
consil. 424. num. 6. lib. 1. Vide, Officiales quando teneantur, &c. Concl. 99. ✍
† Amplia, quia dominus non tenetur de furto rerum sibi pigno- 4
ratarum facto per seruum, vel scholarem, quem habebat in domo sua, quando talis discipulus erat habitus, & notus pro fideli; secus si esset incognitus. Bald. cons. 222. Hæc quæstio formatur. lib. 2. vbi idem, quando concurrit legalitas domini. † Amplia, quia neq; caupo, 5
seu hospes tenetur de delicto famuli sui, si offendat hospitantem. Ioan. de Anna. cons. 2. Circa primum, vbi Bologn. in addit. † Limita, 6
quando dominus ratum habet delictum, vt quia res deprædatas extra statum suum à subdito receptauit. Castren. consil. 424. num. 3.
vers. sed hic licet communitas. lib. 1. † Declara, quia, vt teneatur ex rati- 7
habitione, oportet, quod duo cōcurrant, quod delictum sit commissum nomine domini, & dominus ratum habeat, alias non obligatur. Castr. consil. 224. num. 6. ver. præterea posito. lib. 1. † Limita, quia 8
caupo tenetur pro furto, vel delicto reali commisso per famulum suum. Io. de An. cons. 2. in princ. & ibi Lud. Bolog. in apostillis. † Li- 9
mita, quia quando dominus scit, & potest prohibere, tenetur ex ✍
persona propria. Vide, Damni actio contra quos detur. Conclus. 11. † Li- 10
mita, quia dominus tenetur pro subdito, si res furatæ, seu contractæ ad dominum peruenerunt. Castren. cons. 424. Quia scio. num. 3. in
fin. vers. præterea ex delicto. lib. 1. † Limita in receptante furem; quia 11
tenetur, sicuti ipse fur. Castren. d. consil. 424 num. 3. in fin. lib. 1. † Li- 12
mita, quando dominus teneret famulos scelestos; ideo bene est, quod probet dominus famulum bonæ opinionis esse, ne teneatur. Clar. d. §. fin. q. 86 in princ. † Limita, quia dominus tenetur de 13
furto facto per eum, quē habebat in domo, si erat ignotus, & subtraxit res pignoratas, quia non debuit confidere de persona ignota. Bald. d. cons. 222. lib. 2. † Limita, nisi dominus consequatur com- 14
modum ex delicto famuli; quia tenetur pro eo, ita Menoch. consil.
53. num. 15. qui attestatur de * communi. † Limita, quando famu- *
lus facit occasione domini aliquid domino sciente; quia censetur 15
facere de eius voluntate. Clar. dict. §. fin. quæst. 86. num. 2. versic. scias
etiam, vbi dicit * communem. † Extende idem in filio ad obli- *
gandum patrem. Clar. d. §. fin. q. 86. nu. 4. vbi de * communi. 16

Dominus, qui olim fuit, præsumitur etiam hodie, quia dominium sine facto nostro non amittitur. Concl.

VIDE Mascard. concl. 550. Dominus, allegat contrarium tenentes, ampliat nedum in eadem persona, sed in successore, limitat è

conuerso, hodie dominus non præsumitur in præteritum, nisi adsit causa probabilis; limita, quando dominus negaret, item, quando de præterito non est plene probatum, limita dummodo allegetur à parte. Vide plen. *Præsumitur ex præsenti, &c. Concl. 623.*

Dominus an possit contrahere cum subdito. Conclusio. 616.

1 DOMINVS † & superior, prout iudex, non potest contrahere cum subditis durante officio. *l. 1. C. de contr. iudic. tut.* Vide, 2 *Officiales qui non possint, &c. Concl. 100.* † Limita in domino, seu iudice perpetuo, quia potest contrahere cum subditis, prout qui- 3 libet alius. Signor. *cons. 71. Factum sic se habet in princ.* † Limita, quando contrahit dominus pro ciuitate, vel pro eius Ecclesia; quia non prohibetur. Signor. *cons. 71. in princ.*

Dominus prædij præsumitur dominus omnium, quæ sunt in prædio. Concl.

VIDE Mascar. *concl. 552. Dominus prædij*, ampliat ex ratione, quia quicquid est intra fines diœcesis, prouinciæ ciuitatis, vel castri, præsumitur esse illius quoad iurisdictionem. Vide, *Papa habet intentionem, &c. Concl. 66.*

Dominus præsumitur scire quantitatem sui patrimonij, quando agit aliquid circa patrimonium. Concl.

VIDE Masc. *concl. 553. Dominus an præsumatur*, limitat non procedere in testamento, & actibus morientium, licet aliqui contrarium teneant; secundo limitat etiam quoad immobilia ex successione de recenti quæsita, item in eo, qui habet amplum, & diffusum patrimonium. Vide, *Scientia in quibus, &c. Concl. 64.*

Domus, vel fundus, aut prædium, quid contineat. Conclus. 617.

1 DOMVS † appellatione quando veniat hortus, apotheca, do- 2 muncula, vel molendinum. Vide, *Domus an, & quando, &c. Conclus. 619.* † Fundi appellatione veniunt prata, & pascua perpetuo destinata à testatore ad vsum fundi, quando sub vna fundi appellatione continebantur, non alias. *l. Seia. §. pen. ff. de fund. instruct.* 3 † Vineæ appellatione venit cannetum destinatum perpetuo vineæ, & ad vsum illius. Caputaq. *decis. 233. Contrauenisse. num. 10. lib. 1.* Vide, *Destinatio facta per patremfamilias quid operetur. Concl. 227.* † Po- 4 deris appellatione venit quicquid vno nomine nuncupatur, licet simul non sint; secus si non constat de consuetudine, vel voluntate patrisfamilias domini, quia eo ipso, quod constat res esse separatas, dispositio facta de vna re non comprehendit aliam separatam. Bart. *d. l. Seia. §. pen. ff. de fund. instr.* Vide, *Poderum, seu podere, quid sit. Concl. 374.*

Domus appellatione quid veniat. Concl. 618.

1 DOMVS † testatoris sumitur pro habitatione. *l. lex Cornelia.* 2 *§. domum. ff. de iniur.* † Quandoq; sumitur pro agnatione, vt de domo mea, videlicet de parentela mea, agnatione mea, & ita sumitur, si testator vocat proximiores de domo sua, quia finita linea descendentium, veniunt alij agnati, si constat de mente testatoris. Ancha. *cons. 152. Plura sunt. num. 5. & seq.* Alex. *cons. 213. Ponderatis. n. 3. ver. & licet hæc appellatio. lib. 6.* vbi apostil. in *ver. domus*, dat con- 3 cord. † Extende, quia imo in dubio domus appellatione venit agnatio, & parentela testatoris, & si vocat illos de domo sua, intelligitur pe agnatione sua. Alex. *d. cons. 213. num. 3. lib. 6.* vbi, quod etiam secundum communem vsum loquendi, ita intelligitur in 4 multis locis. † Declara, quia in dispositione testatoris odiosi ipsi testatori non continentur. Alex. *d. cons. 213. nu. 4. ver. fortificatur. lib. 6.* vbi apost. in *ver. odiosi.* citat eundem Alex. *cons. 99. n. 2. lib. 6.* & ibi a- 5 post. in *ver. odiose*, dat concor. † Quandoq; sumitur domus pro simplici habitatione, quandoq; pro domicilio, quandoq; pro familia seruorum, vel plurium simul habitantium, quandoq; pro familia agnatorum, vel consortum, quandoque pro familia patrimonij, quandoq; pro ædificio. Castr. *cons. 92. Notandũ. ver. ijs non obstan. lib. 1.* 6 † Vide, quia non omne ædificium dicitur domus, sed domus dicitur secundum communem vsum loquendi ordinata ad habitandum, alia vero ædificia assumunt sibi nomen speciale, quia appellantur villæ, si sunt in rure, vel si in ciuitate, aliquæ sunt tabernæ meritoriæ, apothecæ, stabularia, & similia, quæ non sunt ad habitandum. Castrens. *d. cons. 92. in princ. lib. 1.*

Domus an, & quando vna dicatur, vel plures, & quid contineat. Conclus. 619.

PLVRES † domus insimul iunctæ retentæ pro sua habitatio- 1 ne an dici possint plures, vel vna, statur consuetudini, & vsui patrisfamilias, an illis vtatur tanquam vna, vel pluribus. Cuma. *cons. 41. Ad primum quæsitum. nu. 4. ver. nam nomina.* Vide, *Destinatio facta per patremfamilias quid operetur. Concl. 227.* † Amplia, quia domus 2 appellatione venit ædificium, quod solo, parietibus, & tecto continetur. *l. eum qui ædes. ff. de vsucap.* † Extende, quia domus proprie est 3 ædificium deputatum pro habitatione. Corn. *cons. 206. n. 11.* Castr. *cons. 92. per tot. lib. 1.* † Vsus communis loquendi attenditur, quæ sit 4 domus. Corn. *d. cons. 206. nu. 12. lib. 3.* Socin. in *d. plerig. num. 50. ff. de in ius vocan.* Castren. *cons. 454. in princ. lib. 1.* † Extende, quia omne ædi- 5 ficium ordinatum ad habitandum dicitur domus, ideo licet apotheca non sit domus, & quandoq; appellatione domus contineatur; tamen dicitur domus, quando est ordinata ad habitandum, & in ea habitatur. Socin. *d. l. plerig. nu. 57. & seq. ff. de in ius voc.* vbi dicit esse ex mente omnium, *ver. secunda conclusio.* † Declara, quia regula- 6 riter apotheca non appellatur domus, sed meritoria domus, licet contineatur, quando est subtus domum vnita domui. Castrens. *d. cons. 454. in princ. lib. 1.* & quid veniat appellatione aporhecæ, Alex. *cons. 47. col. 2. & cons. 102. col. 2. lib. 2.* † Declara etiam, quia licet ap- 7 pellatione domus contineantur hortus, stabulum, apotheca, & similia connexa; tamen ista connexa nõ sunt domus; quia aliud est, quod sit domus, aliud, quod appellatione domus veniant; quia ad cognoscendum domum attendimus destinationem pro habitatione, vel non habitatione. Soc. *d. l. plerig. n. 57. & seq. vers. 2. concl. & n. 58. vers. 3. concl. ff. de in ius voc.* † Extende, quia molendinum venit 8 appellatione domus. Ias. in *d. l. plerig. nu. 10.* licet æquiparetur rustico, & non vrbano prædio. *ff. de in ius voc.* † Extende, quia nauis pari- 9 ter æquiparatur vrbano prædio, & appellatione domus venit. Ias. *d. l. n. 9.* † Restringe, quia domuncula non venit appellatione do- 10 mus, neq; capanna, neq; apotheca, in qua quis solum exercet artem, sed non habitat. Corn. *cons. 206. nu. 11. lib. 3.* † Contrarium So- 11 ci. Sen. in *l. plerig. num. 20. ff. de in ius voc.* vbi, quod domuncula venit appellatione domus; quia plus & minus non faciunt differre speciem, & de capanna dicit idem, quando est ad vsum hominum, secus si bestiarum, & quod vsus attenditur, vbi Ias. *nu. 7.* idem dicit de domuncula. † Extende, quia stabulum venit appellatione do- 12 mus, item hortus, quando sunt connexa, & vnita domui, alias nõ. Ias. in *l. plerig. nu. 8. & seq. ff. de ius voc.* Alex. *cons. 26. col. 1. lib. 4.* † Decla- 13 ra, quod secundum subiectam materiam domus appellatione venit etiam apotheca in iure retractus, vt per Castr. *consil. 92. Notandum. ver. ijs non obstantibus. lib. 1.* † Amplia, quia domus appellatione 14 venit ædificium ad habitandum, siue in vrbe, siue in castro. Castr. *cons. 92. col. 2. lib. 1.* † Extende, quia etiam venit domus in rure, quã- 15 do est propter se, & salubritatem aeris, non propter fundum, quia tunc est rusticum prædium, quando seruit fundo in rure. Castr. *d. cons. 92. n. 3. lib. 1.* † Amplia, quia in donatione facta de domo conti- 16 netur etiam apotheca domui vnita, & sub eodẽ solo, & tecto existens. Anch. consi. suo relato per Ias. in *l. fin. nu. 12. ff. de consti. Princ.* per rationes ibi deductas, & Anchar. sequitur Alex. *cons. 204. Perspectis. nu. 4. ver. expressius decidere videtur. lib. 6.* † Amplia, quia in legato do- 17 mus habitationis cum massaritijs, & oxiuilijs in ea existentibus, venit apotheca in eadem domo, quia sicuti venit hortus, & cœnaculum, quando per domum ad hortum, & cœnaculum aditus habetur; ita idem est in apotheca. Alex. *cons. 204. Perspectis, in princ. lib. 6. & per tot.* vbi est casus. † Imo in apotheca, etiam si aditus non es- 18 set ex domo, quando est sub eadem structura, & confinibus, veniat in legato, & donatione. Alex. *d. cons. 204. nu. 5. ver. & posito quod dicta apotheca. lib. 6.* vbi, quod contraria loquuntur in additamentis, quæ aliquando fuerunt extra domum. † Idem, quando domus & 19 apotheca vnico pretio fuit cõparata; quia sicuti eo casu venit domus, & domuncula vnico pretio comparata, ita etiam in apotheca, quia venit in legato domus, quando vnico pretio fuit empta. Alex. *d. cons. 204. n. 2. ver. ad idem lib. 6.* † Idem, quando domus & a- 20 potheca sunt nedum contigua, sed sub eadem structura, & sub eisdem confinibus, quia venit nedum in legato, vt supra, sed in venditione. Alex. *d. cons. 204. n. 3. ver. ad idem lib. 6.* & plenius *num. 4. ver. expressius*, vbi loquitur in donatione, & repetit *cons. 54. lib. 3.* † Et 21 maxime procedunt dictæ restrictiones, quando legatum, vel donatio esset ad fauorem piæ causæ, cui in dubio fauendum est. Alex. *d. cons. 204. nu. 10. & seq. ver. deniq. lib. 6.* † Declara, quia in legato 22 domus non venit hortus, neq; veniunt alia ædificia, quę non sunt contigua, secus si sunt contigua, vel annexa, & propterea contiguitas

guitas consideratur. Alex. *d. cons. 204. num. 3. ver. ad idem. lib. 6.* allegat
23 Io. Andr. in *c. Raynutius, de test. am.* † Amplia, quia appellatione domus in legato venit apotheca; item camera, & hortus, aut locus connexus, etiam si esset domuncula, quando vnico pretio fuit acquisita. Alex. *cons. 223. per tot. lib. 2. & cons. 204. lib. 6.* Castr. *consil.* 454.
24 *lib. 1.* † Imo simpliciter in legato domus venit hortus ipsius do-
25 mus. *l. prædijs, §. balneis, ff. de leg. 3.* † Et maxime, quando dicitur, *cum iuribus & pertinentijs*; quia omnia veniunt accessoria. Cephal. *consil.*
26 *144. num. 22.* † Idem in stabulo, conclaui, & similibus; quia si sunt annexa, & vnico pretio sunt comparata, & acquisita, veniunt appellatione domus in legato. Alex. *d. cons. 223. in princ. & per tot. & con-*
27 *sil. 204. lib. 6.* † Idem, quod in legato domus veniant mansiones solitæ teneri cum ea, & quæ sunt de pertinentijs eiusdem. Alexan.
28 *consil. 54. lib. 3. & cons. 204. lib. 6.* Socin. Iun. *consil. 159. lib. 2.* † Idem, quod dicitur in legato, erit in donatione. Petr. de Anchar. *cons. 291. Super pluribus, in princ.* sequitur Alex. *d. cons 223. nu. 3. ver. & fortius, lib.* 2. sequitur Ias. in *l. si. n. 12. ff. de constit. princ.* vide plenissime Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 9. in rubr. de coniect. bonorum immobilium legat. nu. 35. & seq.* vbi latissime, quid veniat in legato domus. Alexand. *d.*
29 *cons. 204. num. 4. lib. 6.* † Idem in coquina, & alio ædificio annexo, quia venit in legato domus, quando vel continetur inter confinia data, & spectat leganti, vel quando ex vsu legans solitus erat vti, tanquam annexo, vel quando constat aliunde. Alex. *consil. 54. Ponderatis verbis, per tot. lib. 3.* sequitur apostil. ad Ias. in *l. fin. nu. 14 ff. de con-*
30 *stit. princ. in ver. hortus,* vbi dat concord. † Et procedit restrictio, etiam si apotheca habeat aditum separatum, non per domum, quãdo est incorporata domui, & non est adiecta, sic declarat Alexand.
31 *cons. 204. Perspectis, nu. 5. lib. 6.* † Idem in diuisione & laudo, quia appellatione domus venit hortus, & curia contigui, maxime considerata æqualitate, vel commensuratione pretij. Alex. *cons. 26. Con-*
32 *sideratis, per tot. lib. 4.* † Amplia, quia appellatione domus venit hortus, & apotheca, & stabulum, & alia connexa habentia aditum ex
☞ domo. Ias. in *l. plerique, in princ. ff. de in ius voc.* Vide supra, *Domus appel-*
33 *latione. Concluſ. 618.* † Amplia, quia fundo legato comprehenditur paratum ad illius vsum paratum, etiam quod aliquantulum distet, & sit separatum à fundo, *l. Seiæ, §. Tyrannæ, ff. de fund. instruct.* vbi Bart.
34 † Limita, quia statutum puniens aliquem offendentem alium in domo, non habet locum, si offendat in apotheca, vel taberna non habitata per offensum, tanquam domus. Corne. *d. cons. 203. n. 4. &*
35 *seq. lib. 1.* pro quo vide omnino. Barb. *cons. 48. Præclare scribitur, col. 2. ver. facit, quod voluit Bald. lib. 2.* † Extende, quia statutum prohibens aliquem capi in domo, non habet locum in apotheca non sita in domo, neque sub eodem tecto. Corne. *dict. consil. 203, num. 6. & se-*
36 *quent. lib. 1.* plene Castrens. *consil. 211. Viso puncto, per tot.* qui dicunt,
☞ quod secundum communem vsum non venit apotheca. Vide
36 Concluſ. proxi. sequentem. † Idem dicit Castrens. etiam si apotheca esset sub domo, sed per se stans, & habens suum aditum separatum ex publico; secus si vnita; adeo, quod aditus ex domo
37 datur. *d. cons. 211. in fin. lib. 1.* Crauett. *cons. 234. Ex datione, n. 2. ver. secundo.* † Limita in datione in solutum facta de domo; quia non continet apothecam alteri concessam, quando non est aditus, & con-
38 nexitas, & non constat ex coniecturis, quod contineatur. Crauet. *cons. 234. per tot.* † Extende in horto separato à domo; quia non venit appellatione domus cum pertinentijs, etiam si possit ex domo
39 iri ad hortum, quando constat, quod alteri domui erat cohærens. Deci. *cons. 109. Pro tenui,* sequitur Crau. *cons. 234. n. 2. ver. secundo.* † Limita, quia appellatione domus in legato facto non venit apotheca, neq; taberna per se stans; quia est quid diuersum. Corne. *consil.* 203. *Quamuis in præsenti, lib. 1.* & quia secundum communem vsum
☞ non est domus, quando est separata à domo, sequitur Crauet. *cons.*
40 *234. Ex datione in solutum, col. pen. ver. nono ista dubitatio.* Vide, *Pertinentiarum appellatione quid veniat. Concl. 323.* † Declara, vt per Alex. *cons.* 223. *Visis verbis, lib. 2. per tot.* nisi sit annexa sub illo tecto, & empta vnico pretio, vel ex vsu constet, quod testator habuit domum cum
41 apotheca pro vno corpore, & sic vteretur, vide eum, & idem Alex.
☞ *cons. 204. lib. 6.* † Et quæ mobilia veniant in legato domus, vel in legato vsusfructus domus cum omnibus pertinentijs, Vide plene
42 in *versic. Legatum de omnibus bonis de domo testatoris quid contineat, vel non. Concl. 120. nu. 18. & seq.* † Casamentum dicitur nomen vniuersale comprehendens plures domos, stabula, apothecas, officinas sub
43 eadem structura. Castr. *cons. 454. De eo, quod primo loco, in princip. lib. 1.* † Et casamenti appellatione bene venit apotheca vna, vel plures, quæ sunt sub casamento sub eadem continentia; quia est nomen vniuersale continens plus quam domus, & ideo sub ista vniuersitate venit apotheca, stabulum, officina, caupona, & omnia continentia sub eodem ædificio. Castr. *consil. 454. De eo, quod primo loco, in princ. lib. 1.*

Domus est refugium, ne quis in ea capi possit, & quando secus. Concl. 620.

IN † propria domo nemo capi potest pro debito ciuili, *l. plerique, ff.* 1
de in ius voc. † Amplia, quia mulier non potest capi in domo etiã 2
ex causa criminali. † Limita in apotheca, meritorio, aut statione, 3
theatro, balneo, & similib. quia non sunt deputata ad habitandũ, sed ad lucrandum. Castr. *cons. 211. Viso puncto, in princ. lib. 1.* Bart. *cons.* 107. *Statuto cauetur, lib. 2.* vbi apost. in *vers. sed in contrarium,* dat conc.
† Extende, etiam si extat statutum idem disponens de domo; quia 4
non habet locum in apotheca, & alijs prædictis, sed habebit locũ in domo propria, vel aliena, ne sit frustratorium. Castr. *d. cons. 211. lib.* 1. † Extende, quia statutum, quod duplicetur pœna, si quis aliquẽ 5
percusserit in domo sua; quia intelligitur de domo habitationis, non autem de taberna, vinea, theatro, statione, apotheca, balneo, & loco, in quo exercet mercimonium, per eandem rationẽ. Bart.
cons. 107. Statuto cauetur, lib. 2. † Restringe, nisi statutum loqueretur 6
generaliter de omni, & quacunq; domo. Castr. *d. cons. 211. circa fin. lib. 1.* licet etiam ibi dubitet, quando haberet domus separatum aditum, secus si eundem aditum ad domum. Vide Concluſ. prox.
præced. per totam, maxime *n. 32. & seq.* Vide plenius per Ant. Gab. ☞
lib. 7. tit. de crimin. Concl. 10. Nemo in propria domo capi potest.

Domum reuocandi seu redeundi priuilegium habent multi, & quando non. Concl.

VIDE † Socin. *Reg. 27. Domum reuocandi priuilegium,* vbi ampliat duobus modis, & limitat septem modis. Vide aliquid, *Ambasciatores securi, & à quibus tuti esse debent. Concl. 324.*

Donatio quid sit proprie, & an cessio, concessio, liberatio repudiatio, & remissio sit donatio. Concl. 621.

DONATIO † est cuiuscunq; rei gratuita pactio alio remedio 1
non remanente. Bald. *cons. 341. Maritus prædium, in princ. n. 3. lib. 1.*
† Et est quasi doni datio, *l. Senatus, §. donatio. ff. de donatio. causa mortis.* 2
Vide Concl. proximam seq. † Amplia; quia donatio est cõtractus ☞
nominatus, quando interuenit stipulatio. Ang. *cons. 179. nu. 5. in fin.* 3
ver. nunc descendo. † Imo, quod sit contractus nominatus simpliciter 4
& absolute, & ideo donatio perfecta non possit per pœnitentiã reuocari, est cõmunis * opinio, de qua plene Iul. Clar. in *§. donat. q. 1.* *
† Extẽde, vt procedat, etiam si fieret reciproca donatio inter duos, 5
quia si interuenit stipulatio, est contractus nominatus. Ang. *d. cons.* 179. *n. 5. in fi.* Imo, quod hodie nõ requiratur stipulatio in donatione, est tex. in *l. si quis argentum, C. de donat.* † Restringe, quia donatio 6
non est contractus, quando incipit à traditione, secus si à promissione. Cuma. *cons. 173. nu. 3.* Vide, *Donatio facta pacto nudo valet. Conclu.* ☞
624. † Extende, quia donatio dicitur illa, quæ à mera liberalitate 7
procedit, *l. 1. ff. de donat.* Alex. *cons. 167. Visis, n. 10. ver. non obstat, lib. 7.* & ☞
vide plenius in Concl. prox. seq. † Amplia, quia siue donetur pu- 8
re, siue sub conditione, semper donatio est, quia conditio non est qualitas, quæ mutet substantiam, communem * dicit Clar. *d. §. do-* *
natie, q. 2. in prin. † Amplia, quia quando donatur ius incorporale, 9
tunc donatio nihil aliud importat, quam iurium cessio, & ideo si mulier donat florenos 200. dotis suæ, seu dotem suam florenorũ 200. quia dos est ius vniuersale. Bart. & cæteri in *l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. fact.* & donatio iurium idem est, quod cessio. Bal.
in *l. siquidem, circa med. C. de act. & oblig.* sequitur Ale. in apost. ad Bar. in *l. 1. col. pen. in fin. ver. quæro, ff. eod.* & cũ cessio habeatur pro traditione, & ad nihil aliud teneatur donans, ad tradita per Alex. *cõs. 208*
Præstantissime domine, n. 9. lib. 7. & ius cessum non potest dici intentatum, nisi facta expressa mentione cessionis. Bart. & alijs in *l. qui stipẽdia, C. de procur.* Alex. *cons. 137. In causa & lite, col. 2. ad fi. lib. 2.* Dec. *cons.*
536. In causa, quæ agitur Mantuæ. † Amplia, quia priuilegiũ Papæ dici- 10
tur donatio, quando non est contra ius, sed præter ius, ideo latior fit interpretatio eo casu. Calder. *cons. 325.* alias *6. de donat.* vbi loquitur in donatione Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Campo, ciuitatis Florentiæ, Episcopo Fesulano, vt sit late interpretãda, quod ad omnia donata. † Amplia, quia is, qui soluit scienter indebitum, censetur 11
donare, & est vera donatio, quia prouenit à liberalitate, & requiritur insinuatio. Ale. *cõs. 167. n. 12. ver. & pro hoc apparet, li. 7.* † Amplia 12
quia liberatio gratuita vel renunciatio legitime facta per filiũ, gratuita pro ea parte, qua gratis renunciat, postquam ius est sibi debitum, dicitur donatio, & indiget insinuatione. Bald. *d. consil. 371. in* ☞
princ. ver. sed tractandum, & quasi per totum, lib. 3. Vide, *Liberatio quid sit. Concl. 325.* † Declara, quia liberatio, pactum gratuitum, vel renunciatio gratuita est donatio, & indiget insinuatione, quando cõstat 13

de mente, quod voluit donare, & non est donatio, quando constat, quod noluit donare, & isti duo casus sunt clari, in dubio distinguitur, quia si pactum liberatorium gratuitū fit directe, vt quia quis facit pactum de non petendo, vel liberat, & est donatio, si vero per indirectum, vt quia dicit illum non sibi teneri ad aliquid, & non est donatio, plene Ang. *cons.* 94. *Cum lis, nu.* 7. *ver. tenetur ad primum.* † Et quod liberatio gratuita facta à minore non valeat; quia est donatio, & minor non potest donare, etiam si cū decreto, & iuramento, quia errasse apparet, quia liberauit ex causa redditæ administrationis, de qua nō constat, late Castr. *cons.* 343. *Considerandum est, per tot. lib.* 1. † Amplia, quia donatio in materia statuti intelligitur de vera & propria donatione, quæ fit ex liberalitate, non autem de ea, quæ fit ex causa, ideo si statutum mandat insinuari donationē à 100. supra, quia est cōtra ius commune, intelligi debet de propria & vera donatione ex liberalitate. Alex. *cons.* 167. *Visis, n.* 10. *& seq. ver. non obstat octavum, lib.* 7. † Limita, quia remissio, seu renunciatio nō est proprie donatio, licet largo modo dicatur donatio, & improprie. Calder. *cons.* 278. *vltra med. ver. non obstat, quod consentire*, alias 2. *de empt. & vendit. & per totū*, vbi quod impropria donatio non requirit insinuationem, licet excedat summam 500. aureorum, & quod dicitur impropria donatio illa renunciatio, quæ fit in exequutione, vel præcedente alio contractu. Vide, *Insinuatio nō requiritur in donatione reciproca, & aliis casibus. Concl.* 199. † Limita in donatione reciproca, vel ex causa; quia non est proprie donatio, nec insinuatio est necessaria. Oldr. *cons.* 139. *per totum.* Alex. *cons.* 167. *Visis, nu.* 10. *ver. hoc specifice, lib.* 7. & vtroq; casu communem * dicit Clar. in §. *donatio, q.* 2. *nu.* 2. Vide, *Donatio ex causa non est proprie donatio. Concl.* 630. † Extende multo magis in materia statuti loquētis de donatione, quia de propria & vera, quæ sit ex liberalitate, debet intelligi, nō de reciproca; quia non est proprie donatio. Alex. *d. cons.* 167. *nu.* 10. *& seq. lib.* 7. † Limita in donatione ex causa, quia licet largo modo sit donatio, non tamen proprie est donatio. Cald. *cons.* 394. *in princ.* alias 9. *de regul.* & ideo donatio remuneratoria, eo quia dicitur fieri ex causa, licet sit voluntaria, non est proprie donatio, communem * dicit Clar. in §. *donatio, q.* 2. † Limita, quia renunciatio pignoris nō est donatio. Bald. *cons.* 341. *num.* 3. *lib.* 1. † Limita in donatione causa mortis, ideo constitutio, vel statutum prohibens minorem posse donare sub quacunq; forma, vel alienare, nisi seruata certa solemnitate, non comprehendit donationem causa mortis. Bald. *consil.* 169. *Iunctio casu, egregie pater, lib.* 4. & quod donatio causa mortis non sit proprie donatio, sed ex causa. Alex. *cons.* 113. *Perspectis, nu.* 6. *lib.* 6. † Limita, quia donatio non est remissio, quam facit creditor fideiussori etiam in solidum obligato; quia ad hoc, vt fiat donatio, vel sit proprie donatio, requiritur, quod vnus efficiatur pauperior, videlicet donans, & donatarius locupletior. Bald. *cons.* 261. *Primo quæritur, n.* 3. *ver. secundum dubium, lib.* 1. † Extende, quia non est donatio illud, quod donat pater filio, vsq; ad legitimam. Franc. Aret. *cons.* 2. *Intellecta diligenter, in princ.* † Limita, quia repudiatio hæreditatis nō est donatio. *l. si sponsus, §. si quis rogata, C. de donat. inter vir. & vxor.* Bald. *cons.* 371. *Factum sic proponitur, in princ. ver. deinde inquirenda, lib.* 5. † Declara, quia repudiatio importat non acquisitionem, donatio vero contrarium, quia nemo donat, quod non habet; & ideo si is, qui habet legatum, vel acquisitum vsumfructum, repudiat, perinde est, ac si nunquam esset acquisitum, & hoc antequam acceptauerit, si vero donat necessario, censetur prius acquisiuisse. Castr. *cons.* 135. *Dubium facit, per totum, lib.* 1. Vide Concl. prox. sequentem.

Donatio est, quę fit nullo cogente imperio, & qualiter intelligatur. Concl. 622.

1 DONATIO † esse non potest, nisi concedatur nullo cogente, sed tamen non omne, quod conceditur nullo cogente imperio, est donatio. Old. *cons* 139. *Ad habendam, ver. secundum erit, nu.* 3. & 4. vbi declarat tex. in *l. donari, ff. de reg. iur.* idem tenet Cald. *cons.* 278. *in fi. ver. & per prædicta*, alias 2. *de empt. & vend.* patet; quia donatio remuneratoria, licet non fiat cogente imperio, sed voluntarie; tamē non est donatio simpliciter, sed donatio ex causa, quia non ex mera liberalitate prouenit, communem * dicit Clar. in §. *donatio, q. in* 2 *princ.* † Et donatio est doni datio, & datio est dominij translatio; ideo non potest esse donatio, nisi adsit translatio dominij. Castr. *cons.* 135. *Dubium facit, & cons.* 138. *Dicta donatio, n.* 2. *lib.* 1. Ang. Aret. *consil.* 4. *Quoad primum, n.* 17. allegat tex. in *l.* 1. *ff. de donatio.* supra Concl. 3 prox. præced. † Et propterea repudians hæreditatem, antequam adiuuerit, non dicitur donare; quia non transfert dominium, sed illud non vult acquirere. Castr. *cons.* 419. *Viso puncto, in princ. vers. nec obstat, lib.* 2. Vide, *Acquirere nolle & alienare sunt diuersa. Concl.* 441. 4 † Amplia, quia donare non dicitur, qui necessarias expensas facit, vel tenetur ad sic faciendum. Oldr. *cons.* 27. *circa fi.* vbi, quod Ecclesia vel monasterium non dicitur donare Abbati id, quod expendit pro prosequutione postulationis ipsius Abbatis; sicut nec maritus donat vxori, si expendit pro itinere illius, vt ad maritum, vel de eius cōsensu proficiscatur. † Amplia, quia donatio proprie est, quæ 5 fit ex liberalitate & ex certa scientia, non autem quando consentiens, vel renuncians recipit recompensam; ideo consentiens venditioni rei suæ, & renuncians omni iuri suo in venditione, vel pro firmitate venditionis, non dicitur donare proprie; ideo insinuatio non est necessaria. Cald. *cons.* 278. alias 2. *de empt. & vend.* † Amplia, 6 quia pater assignans monasterio pro dote filiæ impuberis, quæ est incapax ad professionem, nō dicitur donare, sed dotare; ideo mortua filia impubere repetit pater; quia non potest dici donasse, ex quo non est ex liberalitate, sed ex necessitate, quia tenebatur alere, & dotare filiam. Calder. *cons.* 394. alias 9. *de regul.*

Donatio differt à feudo. Concluſ. 623.

DONATIO † simplex, & non feudum præsumitur ex inuestitura concessionis principatus Achaiæ facta per Regem Carolum Siciliæ filio suo, ex quo vsus est verbis, *donamus & tradimus titulo donationis motus proprij quicquid iuris habemus, non obstante, quod adsint aliqua signa feudi ex retentione seruitij, & nonnullis alijs*; quia cum fit contra naturam feudi, quod dominium directum non remaneat penes concedentem, non potest dici feudum. Old *cons.* 159. *Expræsenti themate, in princ.* † Et quod potius præsumatur donatio ex li- 2 beralitate principis, quam feudum. Deci. *cons.* 413. *Consulit accurate.* † Donatio pura differt à feudo, quia feudum non est proprie 3 donatio, sed ob causam datio. Oldr. *cons.* 159. *ver. in contrarium, nu.* 3. Vide plenius, *Feudi concessio non est donatio. Concl.* 105.

Donatio facta pacto nudo valet. Concluſ. 624.

DONATIO † ad sui validitatem olim requirebat stipulationem, hodie autem valet facta nudo pacto. Alex *cons.* 53. *In causa, & lite, nu.* 4. *ver. nam donatio, lib.* 7. & est tex. in *l. si quis argentū, C. de donat.* † Extende, quia hodie non requirit stipulationē. Rom. 2 *cons.* 486. *In causa, in princ.* vbi apost. prima dat concor. Vide plenius, *Donatio requirebat traditionem, hodie secus. Concl.* 628. *n.* 7. *& seq.*

Donatio non requirit expressionem causæ. Concl. 625.

DONATIO † non requirit expressionem causæ, quia sufficit 1 pro causa, & ratione voluntas, secus si steterint partes in finibus nudæ promissionis, quia requiritur causa. Oldr. *consil.* 30. *Factum tale, quadam certe, ver. tertio quæritur.* † Extende, quia in dona- 2 tione facta priuato sufficit pro causa liberalitas. Alex. *cons.* 13. *vers. sed dubitatur, nu.* 3. *lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam in promissio- 3 ne facta sine causa; quia si est facta ex certa scientia, præsumitur animo donandi, & sufficit liberalitas pro causa, & idem, quando est facta promissio per stipulationem, videlicet præcedente interrogatione, & subsequente responsione, alias stipulatio non inducit donationem, quando est sine causa. Alex. *d. cons.* 13. *n.* 2. *& 3 lib.* 1. vbi dicit * communem, & magis * communem. † Restringe in * 4 donatione facta Reipublic. quia requiritur alia causa specifica in promissione continente donationem. Alex. *d. cons.* 13. *Ex ijs quæ, nu.* 3. *ver. sed dubitatur, lib.* 1. † Amplia, quia non requirit expressionē bo- 5 norum, quæ donantur; ideo valet donatio omnium bonorum, vel hæreditatis absq; alia specificatione bonorum. Gemi. *cons.* 13. *per totum*, per tex. in *l. hæreditatem, ff. de donatio.* † Amplia, quia neq; repu- 6 diatio hæreditatis maternæ, vel alterius requirit expressionē causę, & ideo filia valide renuncians hæreditati maternæ, etiam cum consensu patris defert parti hæreditatem. Bald. *cons.* 144. *Statuto ciuitatis Papiæ, lib.* 2. † Amplia, quia non requirit stipulationem, sed 7 pacto nudo valet. *l. si quis argentum, C. de donat.* Rom. *cons.* 488. *In casu propositæ, in princ.* vbi apostil. 1. dat concord. Vide *Concluſ. prox. præced.* & infra *Concl.* 628.

Donatio qualiter interpretatur. Concluſ. 626.

INTERPRETATIO † fit latissima in donatione, quia in con- 1 tractibus stricta, in vltimis voluntatibus latior, in donatione fit latissima interpretatio, *c. cum dilecti, in fi. de donatio.* vbi, quod dicitur beneficium, & facit *l. si. ff. de constit. princ.* vbi in beneficio principis fit latissima interpretatio contra concedentem. Abb. & alij in *d. c. cum dilecti, n.* 4. *de donat.* plene Corn. *cons.* 141. *Quanquam primo, lib.* 2. sequitur Gozadi. *cons.* 60. *n.* 16. *& seq. & n.* 19. Rota in *nouiss. decis.* 366. *n.* 40. *in* 1. *parte.* Boer. *decis.* 172. *n.* 27. Alex. *cons.* 160. *Viso themate, nu.* 2. *& seq. lib.* 2. Vide, *Fauorabilis dispositio late interpretatur. Concl.* 89. † Extende, 2

quia

quia procedit in priuilegio Papæ, vel Principis, quando non est contra ius, sed præter ius, quia contra principem fit interpretatio.
3 Cald. *cons.* 325. alias 6. *de donat.* † Extende, quia maxime in donatione reciproca est facienda lata interpretatio. Anch. *consil.* 291. *Super*
4 *pluribus, nu.* 2. † Et idem in remuneratoria, quæ non est contra ius, neq; prohibita, quia etiam per solos decuriones fieri potest. Alex.
5 *cons.* 160. *Viso themate, in fi. lib.* 2. *ver. accedit etiam.* † Et quod donatio simplex late sit interpretanda ad fauorem donatarij. Rota in *nouiss. decis.* 366. *n.* 16. *part.* 1. *&* n. 40. Alex. *cons.* 12. *Viso themate*, n. 8. *vers. septimum, lib.* 2. vbi, quod latissime interpretatur pro donatario contra
6 donantem. † Vide tamen pro vtraq; parte dicta *decis.* 366. *parte* 1. vbi, quod donatio generaliter facta restringitur per speciem copu-
7 latam subsequentem, & è contra, rationes hinc inde videas. † Extende etiam interpretãdo verba latissime, vt donator teneatur de
8 euictione. Corn. *d. cons.* 141. *lib.* 2. Gozadi. *d. cons.* 60. *n.* 16. † Declara, nisi quando donatio rei alienæ esset facta persuasione donatarij, qui, puta, narrauit rem spectare ad principem, qui donauit supplicanti, seu narranti, quia licet promiserit de euictione, non tenetur, propter suggestionem falsi, ita Ias. *cons.* 73. *n.* 3. *ver. restat attingere, lib.*
9 1. † Extende maxime, quando donatio est facta coniunctæ personæ, quia fit latissima interpretatio. Gozad. *d. cons.* 60. *n.* 16. *vers. sexto*
10 *coadsuuatur.* † Ideo, si coniunctus donat massaritias domus coniũcto, intelligitur tam de domo Florentiæ quam ruri, quia appellatione domus venit omnis domus, in qua habitatur. Bart. & Doct.
11 in *l. clerici, ff. de in ius voc.* † Extende, quia masculinũ concipit fœminum in donatione. Deci. in *l. fœminæ, n.* 107. *ver. tertio præducta concl. ff. de reg. iur. & cons.* 607. *n.* 14. Ias. in *l. si quis id, quod, n.* 21. *cum seq. ff. de iurisd. omn. iud.* & mouentur, quia verba in donatione sunt large in-
12 terpretanda ad fauorem donatarij. † Extende, quia in donatione domus continetur apotheca illi vnita, quando sub eodem solo, & tecto existit. Ias. late in *l. si. n.* 12. *ff. de constit. princ.* vbi allegat Anch. &
13 alia iura, quæ videas. † Restringe, quando contineret meri & mixti imperij donationem, vel iurisdictionis translationem in præiudicium principis, quia stricte interpretatur per Flor. *d. q.* 2. *dubio* 5. *n.*
14 4. *& seq. ver. ex aduerso.* † Restringe, quia donatio facta de bonis hæreditarijs Titij non comprehendit bona, quæ donans habuit à Titio non iure hæreditario, sed titulo singulari ex donato. Castr. *cons.*
15 344. *Quia ex allegationibus, per totũ, lib.* 1. † Restringe, quia si quis donat bona, quæ fuerunt Pontij, intelligitur donare bona, quæ fuerunt Pontij pleno iure, & simpliciter, non autem secundum quid. Castr. *cons.* 348. *col.* 2. *n.* 2. *in fi. & n.* 3. *vers. ex quo sequitur*, vbi plene, *lib.* 1.
16 † Restringe, quando donat bona, quæ fuerũt Pontij, & patris sui, quia intelligitur, prout vniformiter potest verificari, quia per copulam fit restrictio. Castr. *cons.* 348. *n.* 3. *in fi. col. fi. ver. secundo ex verbis,*
17 *lib.* 1. † Restringe, quia verba donationis restringũtur ab vsu & obseruantia 10. annexorũ, quia inducitur interpretatio partium, non
18 præscriptio. Cast. *cons.* 348. *in fi. lib.* 1. † Declara restrictiones, quando dispositio redderetur eluſoria, quia non fit restrictio. Castr. *d. cons.*
19 348. *n.* 3. *lib.* 1. † Restringe, quando agitur de controuersia inter do-
☞ 20 nantem & donatarium. Vide, *Donans habet multa priuilegia contra donatarium. Concl.* 715. † Et ideo renunciatio, quæ sapit donationem, debet stricte interpretari, vt non importet donationem, ita Curt.
21 Iun. in *l. postquam liti, n.* 5. *C. de pact.* † Restringe, quando non sumus certi de donatione facta verbis generalib. Cast. *cons.* 344. *in fi. lib.* 1. incip. *quia ex allegationibus*, vbi, quod donatio generalis non cõprehendit donata alteri, neq; ea, quæ verisimiliter non esset donaturus, sequitur plenissime. Crau. qui alios allegat *cons.* 234. *in princip. & per tot.* Paris. *cons.* 8. *in prin. lib.* 4. late Matheſil. *sing.* 136. vbi, quod sicut in
22 obligatione generali non veniunt supellectilia, vestes, & libri, & multa alia, ita in donatione generali omnium bonorum. † Et quia in dubio non præsumitur quis donare, quando alia coniectura sumi potest. Bart. in *l. cũ quid. col.* 3. *ff. si cert. pet.* & cũ dubitatur, an plus, vel minus donauerit, debemus id, quod minus est, amplecti, argu-
23 mento *l. quæ de tota, ff. de rei vendicat.* † Et procedit restrictio multo magis, quando ageretur de præsumenda donatione, quia nunquã
☞ præsumitur. Paris. *cons.* 8. *in princ. lib.* 4. Vide, *Donatio non præsumitur,*
24 *vbi alia coniectura capi potest. Concl.* 702. † Restringe, quia vbi verba donationis sunt dubia, donans potest declarare, & standum declarationi factæ ex post per concedentem. Castr. *d. consil.* 344. *in fin. lib.* 1. Crau. *d. cons.* 234. *nu.* 4. vbi alios allegat, & clarius *cons.* 248. *Quia circa*
25 *donationem, n.* 3. *ver. cum igitur, lib.* 1. † Et quod legatum dubium pos-
26 sit declarari per testatorem. Alex. *cons.* 54. *in fin. lib.* 3. † Restringe in tacita donatione, quia liberatio generalis magis large interpretatur, quando est ex causa onerosa, quam si ex causa lucratiua. Fulg.
cons. 89. *in q.* 10. *in fi.* plenius Floria. de sancto Petro. *q.* 2. *in* 5. *dubio, n.* 3.
27 *ver. item quarto principaliter.* † Restringe, quia si quis donat coniũcto omnia bona, & omnia iura, quæ haberet ex testamento, talis non

videtur donasse, neq; renunciasse iurib. fideicommissi de futuro, sed solũ de præsenti; quia licet verbum, *haberet*, sit extensiuum, & continere possit futura iura, tanquam tempus preteriti imperfecti subiunctiui modi, *l. si ita quis, §. Scia, ff. de verb. obl.* Bart. *l.* 1. *col.* 3. *in* 7. *q. de iure codicil.* tamen sufficit, quod operetur de præsenti. Cast. in *l. cũ stipulamur, ff. de verb. obl.* † Declara tamen, quia restrictio non proce- 28
deret, si donasset iura, quæ haberet, & seu de præsenti habet: nam attento, quod copula, *&*, de sui natura auget, *l. ea tamen adiectio. ff. de leg.* 3. & similiter dictio, *seu* ponitur augmẽtatiue. Abb. in *c. inter cæteras, de rescrip.* cum concor. de quib. ibi per Mod. & si diceremus, solum donata iura de præsenti, verbũ, *haberet*, staret sine virtute operandi contra dictum Bald. in *rub. C. de contrab. empt.* aut illa verba de præsenti, *habet*, essent superflua, quorum neutrum est dicendum; cũ in donatione potuerint interuenire tam iura, quæ erant in spe, *l. spem, C. de don.* quam illa, quæ erant in re, spes enim futuri fideicõmissi est considerabilis, & potest tali iuri renunciari, & videtur renunciatum, quando verba hoc important. Bart. in *Quoi Romæ, §. duo fratres, in* 4. *q. ff. de verb. oblig.* † Intellige tamen declarationem, nisi ex 29
aliis verbis donationis colligatur, voluntatem donatoris fuisse solum donare illa iura fideicommissi, quæ iam erant sibi quæsita, *&* *seu*, quod non stent tali casu ampliatiue, sed expositiue, quia ponũtur inter ea, quæ non sunt diuersa, & eo casu exponitur, pro, id est, gl. in *l. decernimus. C. de Episc. audien.* Dec. *c.* 2. *n.* 14. *de rescrip.* Alex. *cons.* 22. *col.* 2. *lib.* 1. & dictio, *seu*, stat declaratiue, *l. si quis ita legauerit, ff. de aur. & argen. leg.* † Restringe, quia donatio generalis restringitur, si est 30
contra ius commune, vel in præiudicium tertii; item quando verba possunt aliquid operari in odiũ donantis, nunquam extenduntur in præiudicium alterius. Flor. *d. q.* 2. *in* 5. *dubio, n.* 6. *&* 7. *ver. ad idẽ.* † Amplia, quia semper, quod verba sunt ambigua, vt donatio sit 31
reuocata, vel non, vel sit valida, vel non, interpretatio sumẽda est, quæ facit donationem valere. Roma. *cons.* 277. *col.* 2. *circa med. ver. & si dicatur hoc esse falsum.* † Limita, quia donatio non extenditur vltra 32
mentem donantis, *l. nec ignorans, C. de dona.* Abb. *cons.* 3. *Vtar in præsenti. in princ. lib.* 2. in ordine 112. † Limita, quia si donatio no est ex me- 33
ra liberalitate donantis, sed pro sedando bello contra se imminẽte; tunc stricte, & strictissime debet interpretari, tanquam odiosa, & est imputandum donatario, qui potuit, & debuit clarius loqui. Abb. *cons.* 62. *In controuersia, col.* 6. *n* 13. *ver. & cum Dux Austriæ, lib.* 2. vbi, quod præsumendum est isto casu, quod donans stricte intellexerit, ne iactaret suum. Vide, *Beneficium principis late interpretatur. Concl.* 49. *& concl. ibi prox. seq.*

Donatio requirebat traditionem, hodie secus, & quando. Concl. 627.

DONATIO † de iure antiquo, vt valeat, requirit traditionem 1
rei donatæ, *l. quisquis, C. de don.* † Et intelligitur facta traditio, si 2
donans sibi reseruat vsumfructum, *l. quisquis, C. de donat.* † Idem, si 3
per alium modum fictum fiat traditio, prout per constitutum, *l. certe, §.* 1. *in ver. proprie possidere videor, ff. de precar.* Bart. in *l. ab emptione, in fi. ff. de pact.* pulchre Ias. in *l. quoties, n.* 14. *cum seq. C. de rei vendic.* † Am- 4
plia in donatione inter vir. & vxor. Vide, *Donatio inter vir. & vxo. re-* ☞
quirit traditionem. Concl. 692. † Extende in donatione inter socerũ 5
& generum, seu nurum, Vide, *Donatio facta à socero genero, vel nurui. Concl.* 696. † Limita, quia hodie de iure nouissimo non requiri- 6
tur stipulatio, neq; traditio, sed pacto nudo perficitur donatio, & compellitur donator tradere donata, ipse & hæres eius, & non solum donatario, sed etiam hæredi ipsius donatarii, *l. si quis argentum, §. si. C. de donat.* vbi omnes. † Extende, vt d. limitatio ex *d. l. si quis ar-* 7
gentũ, §. fin. procedat nedum in donatione inter viuos, sed etiam in donatione causa mortis, quia pacto nudo perficitur, & non requirit traditionem, Clar. in *§. Donatio, q.* 14. *n.* 2. *ver. & hæc quidẽ conclusio.* vbi dicit * communem, & citat plurimos de communi attestates. *
† Extende, quia d. limitatio habet locum nõ solum in donatione, 8
sed etiam in pacto de donando, & licet sint, qui teneant contrarium, & dicant communem, quos pro vtraq; citat Clar. *d. §. donatio, q.* 14. *nu.* 6. *ver. Dispositio.* tamen hæc est * communis, & magis cõ- *
munis opinio, vt ipse attestatur. † Extende, quia habet locum etiã 9
in donatione facta præsenti, & tacenti. Clar. *d. §. donatio, q.* 14. *nu.* 5. *ver. sed pone*, vbi dicit communem, * & tollit cõtraria, quod non sit *
donatio præsumpta, sed vera. † Restringe, quia *l. si quis argentum, §.* 10
fi. C. de donat. non habet locũ in donatione præsumpta, prout si maritus confitetur dotem cõstante matrimonio, * communem dicit *
idem Clar. *d. §. donatio, q.* 14. *n.* 4. *ver. item quæro.* † Restringe, quia nõ 11
habet locum in donatione remuneratoria, vel ex causa, quæ nõ est ex liberalitate, quia non est proprie donatio, * communem dicit
idem Clar. *§. donatio, q.* 14. *n.* 3. *ver. quæro, an dispositio.* Vide, *Donatio fa-* ☞
cta pacto nudo valet. Concl. 624.

Donatio à pluribus facta an vna, vel plures. Concl. 628.

1 SI † maritus & vxor simul donarunt omnia bona sua Ecclesiæ, vel monasterio, post eorum mortem, vno tantum mortuo, bona mortui spectant ad Ecclesiam, nec requiritur mors amborũ. Bald. post Guil. de Cunio in *l. pen. C. de impub. & aliis substit.* Alex. *cons.* 109. 2 *col.* 3. *ad fin. ver. quarto pro hoc. lib* 7. † Contrarium, quod donatio facta duobus, & vtriq; eorum, si fuit dictum, quod post mortem eorum talis succedat, quod non debeat succedere, nisi post mortem amborum; quia videtur esse locus iuri accrescendi inter donatarios; ideo quod vno mortuo alter succedat, nõ autem substitutus post eorum mortem. Spec. in *tit. de loca. §. nunc videndum, ver.* 69. vbi dicit, quod si in concessione facta duobus fratrib. dictum fuit, ita vt post mortem eorum fundus ad Ecclesiam reuertatur, vno mortuo, non succedit Ecclesia, sed alter. *c. 1. de duobus fratr. à Capit. inuest.* Salyc. in *l.* 2. *q.* 24. *C. de iur. emphyt.* Rom. *cons.* 17. *In casu, in princ.* Alex. *cons.* 17. *Ponderatis, col.* 3. *ver. nec etiam obstat, lib.* 5. Iaf. in *l. si mihi & Titio,* 3 *col.* 3. *n.* 11. *ff. de verb. oblig.* post Alex. ibi in 6. *col.* † Declara, quia nõ est contrarium; quia prima conclusio est, quando plures donant, secundum contrarium, quando pluribus donatur, inter quos sit ius accrescendi propter illam dictionem, & *cuilibet eorum*: ideo sunt 4 potius diuersæ conclusiones, quàm contrariæ. † Extende idem, si maritus & vxor donassent Titio omnia bona eorum, reseruato sibi vsufructu certi prædij, quandiu viuent, ex quib. fructibus possint percipere alimenta; quia vno mortuo cessat reseruatio vsusfructus pro parte mortui, nec habet locum ius accrescendi. Guido Pap. *decis.* 204.

Donatio ex causa non est proprie donatio. Concl. 629.

1 DONATIO † proprie non dicitur, quæ considerationem mutui, commodi, & vtilitatis amborum contrahentium habet. & ideo, si duo donant sibi inuicem, si alter prædecedat sine filijs, non est vere donatio, sed ob causam. Oldr. *cons.* 139. *Ad habendam. ver. secundum erit.* Ang. plene *cons.* 179. *Visis prædictis, n.* 6. *ver. venio ad tertiũ, & nu.* 7. vbi pro vtraq, parte, & hanc tenet, quod sit ex causa, & nõ requiratur insinuatio, quia licet nullo cogente imperio inuicem sibi donauerint; tamen causa donandi fuit mutua donatio, plene Alex. *cons.* 83. *Visa facti, nu.* 13. *ver. venio ad secundum, in fin. cum seq. lib.* 2. vbi, quod licet vtantur verbo, *donatio*, vere non est donatio; quia * tantum recipit, quoniam donat, & communem * dicit Iulius Clarus in §. *Donatio, q.* 2. *n.* 2. & *q.* 3. *in princ.* vbi, quod propterea non indiget insinuatione, neq; reuocatur per superuenientiam liberorũ 2 pro ea rata, pro qua causa æquipollet donationi. † Amplia, vt idem sit in donatione facta filio ex causa emancipationis; quia non est simplex donatio, & in dubio datum per patrem filio tempore emancipationis videtur datum ob causam prædictam: ideo dicitur donatio ex causa. Oldr. *cons.* 138. *Thema tale est, Durandus, ver. ad quartam, n.* 6. & hanc tenent Cyn in *l. vt liberis, C. de collatio.* Bald. in *l. si tibi, ff. si cert. pet.* Alex. *cons.* 142. *Circa primum, nu.* 20. & *seq. lib.* 2. *ver. sed præ-* 3 *missis*, vbi citat plures. † Contrarium, quod sit donatio simplex nõ ex causa, & requirat insinuationem, & non computetur in legitima. Fulg. *cons.* 217. *Viso exemplo. ver. ad secundum.* Alex. *cons.* 21. *Attentis,* * *n.* 8. *in fi.* & *n.* 9. *ver. non obstat, lib.* 3. vbi dicit communem, * & ibi apo- 4 stil. in *ver. simplex*, dat concord. † Declara, quia donatio facta in præmium emancipationis dicitur simplex, sed datio in præmium emancipationis sine verbo, *dono*, est ex causa, & non indiget insinuatione, & imputatur in legitimam. Alex. *d. cons.* 142. *nu.* 21. & *seq.* 5 *ver non tamen per prædicta, lib.* 2. † Amplia, quia donans ex causa necessaria non dicitur proprie donare, *c. per tuas. de donatio.* ideo maritus donans vxori propter expensas itineris, nõ dicitur proprie do- 6 nare. Cald. *cons.* 319. *circa med. ver. item si dicatur*, alias 2. *de solutio.* † Extende, vt donatio ex causa nõ sit proprie donatio, etiam si in ea dicatur, *mere, pure, & libere.* Alex. *cons.* 40. *Super primo, nu.* 12. & *seq.* maxi- 7 me *n.* 14. *lib.* 4. † Extende in patre, qui filiæ in monasterio existenti impuberi assignauit dotem, non dicitur donasse monasterio; quia tenebatur ad hoc, ideo mortua filia impubere repetit. Cald. *consil.* 8 394. alias 9. *de regul.* † Extende, quia donatio ob causam de futuro onerosa non requirit insinuationem, prout si extraneus donat pro dote alicui mulieri; quia quo ad maritum dicitur ex causa onerosa. Alex. *cons.* 21. *Attentis, n.* 7. *ver. sed videndum, lib.* 3. allegat *l. fi. in princ. C. de iur. dot.* vbi tollit contraria. † Amplia, quia donatio reciproca, vel ex causa, non est donatio, neq; requirit insinuationẽ pro quantitate causæ, alias secus. Franc. Aret. *cons.* 2. *Intellecta diligenter, n.* 5. *ver. item nec videtur.* Iaf. *cons.* 5. *col. antepen. lib.* 3. gl. Bart. & alij in *l. Aquilius.* ☞ *in* 2. *q. ff. de donatio.* late Ang. *cons.* 179. *Visis prædictis instrumentis, col. pen.*
10 Vide, *Donatio reciproca valet, & specialia eius. Conclus. proxima seq.* † Extende, quia idem est, etiam si donatio debet insinuari ex forma statuti supra summam librarum 25. prout Placentiæ, quia non habet locum in donatione ex causa. Signo. Homod. *cons.* 8. *Quæstio præsupponitur, per totum.* † Amplia, quia donatio ex causa non est proprie 11 donatio; ideo non requiritur insinuatio, neq; solemnitas statuti; gl. & Bart. in *l. Aquilius. ff. de donat. n.* 3. vbi apost. Bald. *cons.* 351. *Quæritur, vtrum, in fi. lib.* 3. Ang. *cons.* 175. *Visis, n* 6. Oldr. *cons.* 139. *ver. secundũ erit.* Cald. *cons.* 320. alias 1. *de donat.* qui loquuntur in donatione re- proca. Tiraq. in *l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num.* 141. & *seq.* maxime 143. Becc. latiss. *cons.* 20. *per tot.* Rip. in *d. l. si vnquã, n.* 25. Alex. *cons.* 125. *col. pen. ver. item statutum prædictum, lib.* 1. Alex. plene *consil.* 21. *Attentis, per tot.* vbi pro vtraq;, sed *n.* 7. & *seq.* hanc tuetur, *lib.* 3. & *consil.* 43. *Visis, n.* 31. *ver. non obstat, quod statutum, & nu.* 32. *lib.* 4. communẽ * dicit Clar. §. *donatio. q.* 3. *in prim.* † Et ideo statutum loquens de do- * natione prohibens donari, non loquitur in donatione ex causa, 12 quæ proprie non est donatio. Alex. *d. cons.* 43. *n.* 31. *ver. non obstat, quod statutum, lib.* 4. † Declara tamen, vt non sit donatio, neq; cadat sub 13 forma statuti, quando causa donationi adiecta respicit fauorẽ donantis, vel vtilitatem; alias secus, ita Tiraq. in *d. l. si vnquam, in ver. donatione largitus, n.* 145. vbi allegat alios, *C. de reuoc. donatio.* ita pulchre Crauet. *cons.* 85. *n.* 2. vbi latius allegat multos. † Restringe, quia do- 14 natio ex causa, quæ nõ releuat donantem, est mera donatio, & indiget insinuatione, prout si dono tibi centum ex causa, quia te obligas illa centum mihi mutuare, quia cum teneat ad restitutionem mutui, non dicitur ex causa. Alex. *cons.* 21. *nu.* 2. *ver. vnde Bald. & nu.* 8. *ver. nec contrarium, lib.* 3. † Intellige tamen, quia si causa est obligato- 15 ria donantis, sufficit, vt ad illius fauorem dicatur. Crauet. *d. cons.* 85. *n.* 2. & plenius *cons.* 136. *n.* 2. † Sufficit tamen, quod causa rendat ad 16 vtilitatem donantis in totũ, vel pro parte. Iaf. in §. *sunt præterea, vers. sed & si quis, nu.* 9. *Instit. de actio.* † Amplia in donatione causa mortis, 17 quia non est proprie donatio, sed ex causa. Alex. *cons.* 113. *Per spectis, n.* 6 *lib.* 6. † Amplia, quia donatio propter nuptias, quæ fit sponsæ, 18 est donatio ob causam, quando sequutum est matrimonium, & dicitur in præmium virginitatis amissæ. Bald. in *l. res vxoris, in fin. C. de donatio. inter vir. & vxor.* Vide, *Donatio propter nuptias dicitur ob causam,* ☞ *& qualiter valeat. Concl.* 634. † Amplia, quia donatio, quæ fit in ma- 19 trimonio, quandó nobilis nubit plebeio, vel è contra, dicitur remuneratoria ob nobilitatem compensandam cum dote, & tunc potest constitui dos animo donandi. Abb. in *c. fi. de donatio. inter vir. & vxor. & in c.* 1. *de adult. in fi.* Bart. in *l. si voluntate, C. de dot. prom. ff. & in l. si diuortio. ff. solut. matr.* vbi Alex. & ideo non requirit illas solemnitates, quę sunt necessariæ in donatione simplici inter coniugatos, & est valida. Guid. Pap. *cons.* 112. † Amplia, quia donatio remune- 20 ratoria non est proprie donatio. & *l. si quis argentum, §. fin. C. de donat.* non habet locum in ea. Bart. in *l. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pact.* † In contrarium, quod licet sit impropria donatio, tamen *l. si quis* 21 *argentum, §. fi. C. de donatio.* magis habeat locum in donatione remuneratoria, quam in donatione simplici, plene Alex. *cons.* 113. *Perspectis, n.* 9. *ver. nec obstat, lib.* 6. vbi apostilla in *ver. remuneratoria*, dat concord. Vide, *Donatio ob benemerita, quando valeat, vel non. Conclus.* 636. ☞ † Amplia, quia appellatione donationis intelligitur de pura, & 22 simplici, non autem de donatione ex causa, vel ob causam. Alex. qui alios citat *cons.* 43. *Visis, & ponderatis, col.* 6. *vers. non obstat, quod statutum, lib.* 4. & *cons.* 78. *In causa Francisci, col. fi. ver. non obstat statutum, lib.* 3. & *cons.* 53. *Visis & consideratis, col. pen. ver. posset & tertio, & ver. seq. vol. lib.* 3. † Et ideo statutum disponens donationem debere insinuari, 23 intelligitur de propria, & simplici donatione, non autem de donatione ob causam, vel remuneratoria ita in terminis Bart. in *l. Aquilius Reg.* & ibi gl. *ff. de donatio. in* 2 *q.* late Iaf. in *l. ex hoc iure, col.* 9. *ver. primus est, ff. de iust. & iure. & cons.* 5. *col. antepen. lib.* 3. Signor. *cons.* 8. *Quæstio præsupponitur, col. fi. ver. ijs præmissis, & ver. seq.* † Declara tamen, vt 24 prędicta procedant, in quantum causa æquialet donationi, si vero nõ æquialet pro summa, pro qua donatio excedit causam, vel merita, requiritur insinuatio vltra 500. aureos legales Guil. de Cun. Bald. & Salyc. in *l. illud, C. de sacrof. Eccl.* Imol. in *d. l. Aquil. Regul. ff. de donat.* Salyc. in *l. fi. C. de pact.* Areti. *cons.* 17. *col.* 6. *ver. secunda autẽ obiection.* † Restringe, quando donatio esset facta ex causa, ex qua 25 nullum resultat commodum donanti, sed tertio, vt si apponatur onus, quod donatarius teneatur ad fauorem tertij aliquid dare, vel facere; quia talis causa non releuat, quin sit insinuanda, vt per Doct. prædictos in dictis locis. † Amplia, quia donatio facta sub 26 conditione extitura dicitur ex causa, & non mera donatio, quia conditio est pro causa, etiam si dicat, *pure, mere, &c.* & ideo valet, & non potest reuocari. Alex. *cons.* 40. *Super primo, n.* 12. & *seq. lib.* 4. vbi apostilla in *ver. conditione.* dicit * quod omnes ita tenent in *l. à Titio, ff.* 27 *de verb. oblig.* Alex. *cons.* 113. *Perspectis, in prim. & per totum, lib.* 6. † Contrarium tenet Iul. Clar in §. *donatio. q.* 2. *in princ.* vbi dicit * commu- *
nem,

28 nem, quia conditio non est qualitas, quæ mutet substantiam. † Declarat tamen eadem apostilla ad Alex. *d. cons. 40. num. 12. lib. 4. in ver. conditione*, vt sit vera conclusio, quando conditio est apta, & conueniens; secus omnino impertiens, prout *si Rex venret in Italiam, dono*, & idem Alex. ad aliud propositum, *cons. 113 num. 22. ver. non obstat*
29 *etiam, lib. 6.* † Amplia, quia donatio ex causa, seu ob causam non requirit insinuationem, prout de donatione ex causa dotis, est tex. in *l. si. & auth.* ibi posita, *C. de donat. ante nupt.* Ias. *cons. 171. col. 5. ver. quar-*
30 *to patet, lib.* 4. † Extende, quia quæcunq; sit causa, ex qua donatur, operatur, quod si est commentarata rei donatæ, non requiritur in-
31 sinuatio. Ias. *cons. 118. col. 2. lib. 4.* vbi plures allegat † Extẽde, vt procedant prædicta, siue simus in donatione expressa, siue tacita, prout liberatio, pactum de non petẽdo, in quibus requiritur insinuatio; quia si ex causa fiat, non est tunc necessaria insinuatio. Ias. *cons.*
32 *149. col. 2. post med. lib.* 4. † Limita, quia imo dicitur simplex donatio, si causa non est commẽsurabilis ad donationem pro ea parte,
* quæ excedit causam. Cravet. plene *cons. 301.* & est communis * opinio, vt dicit Clar. *§. donatio. q. 3. nu. 3. ver. sed nunquid.* Vide, *Exemptio*
33 *ex causa onerosa quæ sit, & qualis. Concl. 567.* † Extende, quia donatio ob benemerita dicitur ex causa, & non indiget insinuatione, quãdo merita sunt æqualia, & si non sunt æqualia, pro ea rata, pro qua ascendunt merita, valet, pro residuo valet, quatenus non excedat summam quingentorum, si excedit, tunc nõ valet pro summa ex-
34 cedente, & non statur assertioni donantis; quia simus in prohibi-
35 tis. Alex. *cons. 119. Visis narratis, n. 5. ver. pro hoc etiam, lib. 3.* † Limita in donatione facta per patrem filio, quia etiam si fiat pro legitima filij, debet insinuari. Bald. in *l. data, C. de donatio.* † Limita, quia in omnibus casibus, in quibus dicitur, quod donatio ex causa non est proprie donatio; tamen bene verum est, quod ad effectum, vt valeat sine stipulatione, secundum *l. si quis argentum. § si. C. de donat.* illa lex habet locum in omni donatione, licet sit exorbitans, & correctoria; tamen extenditur ad omnes donationes etiam improprias propter rationem expressam in lege. Alex. *cons. 113. Perspectis, n. 5. &*
* *seq. lib. 6.* vbi dicit magis * communem. Vide, *Donatio quando insi-*
nuanda, vel non. Concl. 646. Vide, *Insinuatio non requiritur in donatione re-*
ciproca, & alijs. Concl. 199.

Donatio reciproca valet, & specialia eius. Concl. 630.

1 DONATIO † reciproca, seu mutua magis valet, quia non inducit grauamen. Roma. *cons. 26. Pro decisione, in princ. ver. item,* & duplici ratione, & quando est aliquorum bonorum, vel bonorum simpliciter, valet vt pactum, quia tantum dat, quantũ reci-
2 pit. Alex. *cons. 83. Visa facti, n. 13. in fi. ver. venio ad secundum, lib. 2.* † Contrarium, quando esset donatio omnium bonorum præsentium & futurorum; quia tollit liberam facultatem testandi, ideo si matitus & vxor sibi reciproce donant post mortem vtius alteri, & alter alteri omnia bona præsentia & futura, est nulla, & potest reuocari. Abb. *cons. 48. Videtur primo, lib. 2.* vbi loquitur, etiam si interuenit
3 iuramentum. † Extende maxime, quia inter fratres donatio reciproca omnium bonorum, & collata post mortẽ sine dubio valet. Alex. *d. cons. 83. nu. 14. ver. hanc opinionem, late. lib. 2.* vbi citat plurimos,
4 & sequitur Marsil. *Singul. 333.* vbi alios citat. † Extende, seu declara, quia si pactum, vel conuentio reciproca inter fratres contineret duo, videlicet donationem reciprocam certorum bonorum validam, & etiam successionem prohibitam, valet in parte valida, maxime stante clausula, *ex nunc, pro tunc.* Alex. *d. cons. 83. n. 14. in fi. & nu.*
5 *15. ver. nec etiam obstat, lib. 2. cum multis seq.* † Extende, quia inter vir. & vxor. licet non valeat donatio, ne mutuo amore se spolient, tamen valet, quando est reciproca inter eos, *l. quod autem, §. si vir & vxor, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Soci. *reg. 29. Donatio inter vir. & vxor.* in
6 i. fallentia, vbi cumulat plures. † Declara, vt procedat, quando causa & quantitas sibi correspondent, alias est nulla, *l. ex annuo. in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Rom. *cons. 517. n. 28. ver. in contrarium,*
7 vbi apost. in *ver. nulla.* dat concor. † Contrarium, quod non attendatur, an vnus habeat filios, alter non, vnus plures filios, alter pauciores, vel vnus maioris ætatis, quàm alter, & donent sub cõditione, *si decesserint sine filijs, & quod superuuentes succedãt*, quia ista non cõsiderantur, alias donatio in causam mortis reciproca, nunquam esset equalis. Alex. *cons. 83. Visa facti, n 18. & seq. ver. nec illi responsioni, lib.*
8 2. † Restringe, quando pactum reciprocum esset, vel donatio esset de succedendo inuicem eis, qui decesserint sine filijs, etiam si adsit iuramentum, quia non valet, eo, quia est contra bonos mores, inducit votũ captandæ mortis, & quia ex contractu non potest dari successio, non autem ratio est, quia tollat liberam facultatem testandi, plenissime Alex. *cons. 28. Ponderatis, lib. 3.* vbi plene allegat pro vtraq;, & hanc tuetur, *n. 4. & seq.* vbi tollit contraria, & *n. 7. & 8.* ita
* 9 distinguit, & dicit * communem. † Declara, quia inter solos milites valet conuentio, vel pactum de succedendo, quatenus non faciant reuocationem per testamentum, extra milites non valet de succedendo etiam cum iuramento, sed bene valet aliquorum bonorum conuentio, non per modum successionis, sed pacti, vel donationis, quod sint, vel spectent reciproce superuiuẽtibus, ita declarat de militib. Alex. *d. cons. 28. n. 6. ver. & comprobatur*, vbi apost. in *ver. vltimæ*, dat concor. extra milites, quod non valeat etiam cũ iuramento, ibi *n. 8. & 9.* & quod solum valeat quoad bona particularia, *n. 11. ver. nec obstat*, vbi pleniss. apost. in *ver. aliquorum*, dat pluri. concor. *lib. 3.* † Insinuatione non indiget reciproca donatio, quia 10
non est simplex donatio. Rom. *d. cons. 26. n. 2. col. 2. ver. ijs tamen nõ ob-*
stantibus, vbi plene apost. in *ver. non indiget*, vbi plurimos concor. citat. Alex. *cons. 83. Visa facti, circa fi. n. 18. lib. 2.* vbi de * communi. † Re- *
stringe, quia speciale est in donatione propter nuptias, quæ reci- 11
proca, & debet insinuari. Alex. *d. cons. 83. nu. 14. ver. dicit tamen, lib. 2.*
† *L. si vnquam, C. de reuoc. don.* non habet locum in donatione remu- 12
neratoria. Rom. *cons. 26. n. 7. col. 3. ver. concludo ergo*, vbi apostil. in *vers.*
verisimum, citat plurimos concor. & dicit * communem. † Dispoñ- * 13
tio loquens de mera donatione nõ habet locum in reciproca, vel remuneratoria. Rom. *d. cons. 26. n. 7. ver. primo quia, & ver. secundo quia.*
† Non reuocatur prætextu ingratitudinis. Rom. *d. cons. 26. n. 7. vers.* 14
primo quia. † Metus licet rescindat donationem, & omnem con- 15
tractum, non tamen rescindit donationem remuneratoriã. Rom.
cons. 26 num. 8. ver. secundo quia, vbi apost. in *ver. adhibiti*, dat concord.
† Exceptio, ne donans conueniri possit, vltra quam facere potest, 16
non habet locum in donante ex causa remunerationis. Rom. *d. cõs.*
26. n. 8. ver. tertio quia, vbi apostil. in *ver. remuneratoria*, dat plurimos
concor. † Valet inter virum & vxorem maxime, quando sit causa 17
mortis, vt si faciunt pactum, quod altero decedente alter succedat
in bonis alterius; quia non tollit facultatem testandi. Abb. *cons. 18.*
Videtur primo, per tot. maxime *in fi. lib. 1.* vide supra *in princ.* † Fauorabi- 18
lis dicitur dispositio reciproca. Vide, *Fauorabilis dispositio ex multis.*
Concl. 88. † *Et non est proprie donatio. Concl. prox. proceed. sub num. 9.* Vide, 19
Dispositio reciproca habet multa specialia contra ius. Concl. 498. Vide, *Pa-*
ctum contrahentium quando respiciat commodum vtius, vel ambarum par-
tium. Concl. 9. Vide, *Reciproca liberatio & obligatio non recipit lasionem, &*
habet multa specialia. Concl. 48.

Donatio facta ex certa causa cessante, vel non sequuta causa, non valet, & quando secus. Concl. 631.

DONANS, † vt alimenta sibi præstentur à donatario, si dona- 1
tarius recusat præstare alimenta, potest agere vtili rei vendicatione ad bona donata. Bald. *consil. 250. Si tibi dedi, lib. 3.* vbi,
quod potest donans reuocare donata. † Et quod nõ debeat conse- 2
qui bona donata, ex quo modum non implet ex parte sua, est tex.
in *l. . . C. de donatio. quæ sub modo*, & per consequens donatio euanuit,
& donatarius se indignum reddidit, *l. ijs solis, cum sua auth.* vbi Rip.
& *l. si. C. de reuoc. don.* † Et quod nõ valeat, si donatarius contrauenit, 3
vt quia non præstitit alimenta. Bart. in *l. 1. ff. de cond. ob cauf.* Cravet.
cons. 151. n. 8. quia est vulgatissimum, quod datum ob causam, ea nõ
sequuta, repeti potest. † Extende, quia donatio omnium bonorũ 4
mobilium & immobilium, præsentium & futurorum cum cessione omnium iurium præsentium & futurorum sub modis pluribus facta, videlicet vt donatarius teneatur alere donantem in vita sua, & post mortem donantis soluere duabus sororibus donantis certam quantitatem, alias donatio sit nulla, si donatarius alimentauit donantem, sed recusauit post mortem soluere quãtitates promissas sororibus donantis, donatio redditur nulla, & debet reuocari, etiam si post litem contestatã offerat soluere; quia non potest purgare moram post ius quæsitum per litis cõtestationem. Ang. Aret. *cons. 9. Videtur primo, per tot.* vbi pro vtraq;, & hanc de iure tuetur, & dicit communem, * vide eam, quia videtur satis rigorosa opinio, * ex quo supponitur alimentario donanti vsque ad mortem; forte posset rigor insurgere, si forte paruo tempore vixisset donans, & donatarius esset in lucro magno cum ingratitudine non implendi, alias forte secus. † Extende, vt procedat, etiam si donatarius a- 5
lienasset bona data ex causa, vt alimentaret donantem, & mortuo donatario hæres recusauerit alere donantem, quia potest reuerti ad bona sua, quia resoluto iure datoris resolutur ius acceptoris, etiam si facta sit alienatio. Alex. *cons. 93. Visis & ponderatis, in fin. lib. 2.* vbi extendit, etiam si bona donata ex causa alimentorũ essent emphyteutica Ecclesiæ, & emptor à donatario fuisset ab Ecclesia inuestitus. † Extẽde, vt procedat, quod si donatarius cõtetur nõ a- 6
limentasse donantẽ, ipso iure reuocatur donatio facta ex causa alimentorũ, & licet donatarius dicat in sua cõfessione, quod stetit per donantẽ, quia recessit de donto, si hoc nõ probauit; donans habet

intentionem fundatam, quia donatarius tenetur probare, quod steterit per donantem. Alex. *conf.* 101. *Viso processu, in fi. nu. 6. ver. potest*
7 *etiam aliter, lib.* 2. † Vide tamen Alex. *conf.* 78. *Visis, n.* 5. *ver. quantum ad secundum, lib.* 4. quod reuera non est Alexandri, vbi calumniatur omnia prædicta, dicit enim ipse, quod mulier, quæ donauit bona sua omnia, reseruato vsufructu, & si non sufficiat pro alimētis, promisit donatarius alimentare, & quia non alimentauerat, sed verberauerat donatricem dicit, quod debuit prius interpellari, & in hoc bene dicit; quia erat obligatus in casu, quod vsusfructus non sufficeret, sed subiungit, quod alimenta non promittuntur, quasi donatio sit ex causa, seu sub modo, & eo non impleto rescindatur; quia dicit ipse, & donatio reciproca, & obligatio, est cōtractus vltro, citroq; obligatorius, in quo non cadit reuocatio ex causa ingratitudinis, vel ex defectu causæ, prout in donatione ex causa, & sic quærit supplantare pauperem donatricem contra præmissa.
8 † Nam quod plus est, si mulier donasset libere in vno instrumento nulla facta mentione de alimentis debendis, postea ex instrumēto separato donatarius promitteret alimenta, ex se censeretur actus correspectiuus ad donationem, & ex causa donationis, adeo, quod si deficeret in alimentis, reuocatur donatio. Corn. *conf. fin. in*
9 *princ. lib.* 1. Soci. *conf.* 273. *n.* 4. *lib.* 2. † Amplia in tantum, vt nec possit donatarius purgare moram, si denegauit alimēta per multos dies, quia non potest reparari interesse eius, qui famem passus est. Bal. *d.*
10 *cōs.* 250. *lib.* 3. *per totum.* Ang. Are. *conf.* 9. † Amplia, quia donatio facta monasterio ex causa professionis non valet, si professio non tenet, ideo quandocunq; licentietur donās à monasterio recuperat bona sua, tanquam quod cesset causa. Bald. *consil.* 240. *Quia dicta, lib.* 5.
11 † Extende idem, quando donatur Ecclesiæ, vel monasterio prætextu intrandi religionem, quia non valet, si ingressus ante pro-
12 fessionem redeat in sæculum. † Amplia in donatione facta prætextu futuri matrimonij, quia inest tacitum pactū, quod non sequuto matrimonio per casum, vel mortem vnius ex sponsis, fiat retrotraditio in donantem, vel hæredes ipsius, *l. cum veterum, C. de donat. ante nupt. & in l. si à sponso, C. eod.* vbi Bald. & Saly c. idem tenet. Corn.
13 *conf.* 81. *in princ. lib.* 1. Ias. in *l. item quia, ff. de pact.* † Contrarium dicit Rom. *conf.* 486. *In casu propositæ, in prin. n.* 2. vbi, quod ex quo non stat per donatarium, quin impleat, conditio & modus habentur pro impletis, & ibi apostilla in *ver. per eam*, dat concord. Vide, *Conditio*
14 *ex quib. purificetur, vel pro purificata habeatur. Concl.* 596. † Amplia, quia in qualiber donatione ob causam, causa non sequuta datur reuocatio, & competunt tres actiones, de quibus in *l.* 1. *C. de dona. quæ sub modo*, & tale ius non solum competit donanti, sed etiam hæredib. & non solum aduersus donatarium, sed etiam aduersus hæredem illius. Imol. in *c. præterea, col.* 2. *vers. secundo potest obyci. extra de donat.* & * ita tenet Bald. in *l. fi. C. de reuoc. donat.* & est * communis opinio, vt
15 per Clar. in §. *donatio. q. vlt. in princ.* † Amplia, quia si fiat donatio etiam cum iuramento alicui cum onere, quod teneatur præstare alimenta in domo donatarij ipsi donanti, non potest ipse donatarius agere, vel consequi bona donata, nisi doceat se impleuisse ex parte sua, *l. Iulianus*, §. *offerri, cum ibi not. ff. de actio. empti.* Corne. *conf.* 201. &
16 *conf.* 202. *lib.* 1. † Restringe, nisi stetisset per donatorem, ex eo quod voluerit recedere de domo donatarij eo inuito, & sine causa, quia conditio habetur pro impleta in præiudicium eius, per quem stetit, ne impleretur conditio. Alex. *conf.* 49. *lib.* 2. vbi plura ad hoc, nec obligatur donatarius extra domum; quia onus esset grauius, quā
17 in domo. Ange. *conf.* 28. † Declara tamen restrictionem; quia licet donatarius non teneatur extra domum præstare alimenta ex conuentione; si tamen donans, fuisset in magna necessitate constitutus; quia fuisset donatarius ingratus, ex quo tenetur donanti etiā ex
18 promissa, quando est in necessitate, ideo donatione priuatur, gl. Cyn. & Saly cet. in *l. fi. C. de reuoc. donat.* licet aliqui in hoc cō-
tradicant. † Amplia, quia procedit etiam in donatione facta Ecclesię cum hoc, quod rector teneatur alimentare donantem; quia si non alimentauit, potest donans repetere donans repetere bona donata. Rom. *conf.* 284. *Triplici ex capite, n.* 3. *ver. secundo principaliter*, v-
19 bi plena apostil. in *ver. donata sunt*, quæ dat concor. † Extende, quia multo magis potest retinere bona donata, si nondum fuerunt tradita, ita Rom. *d. conf.* 284. *n.* 3. Vide Concl. prox. sequentem. † Li-
20 mita, quando donatarius non seruasset conuenta, sed tamen donans in vita sua nullam fecit querelam; quia tunc hæres non potest opponere aliquid agendo, vel excipiendo super reuocatione donationis. Bart. in *l.* 2. *ff. de exequ. rei iudic.* Vide, *Causa finalis vel efficiens actum, si cessat, facit cessare actum. Concl.* 137. Vide, *Cessante causa cessat effectus, & quando secus. Conclus.* 202. Vide Concl. prox. sequentem. Vide, *Donatio facta cum onere, si cessat, quando cessat etiam onus. Concl.* 644.

***

Donatio bonorum profitendi, & sic certa causa, non valet cessante causa. Concl. 632.

INGREDIENS † religionem, & donans, vel offerens omnia bo-1
na sua in ingressu monasterio, recuperat bona sua, si exeat religionem non professus, quia talis oblatio sequitur personam, etiā si interuenisset iuramentum. Fede. de Sen. *conf.* 237. *n.* 2. *ver. nunc quæritur.* † Extende, quia offerens se, & bona sua monasterio, si reci-2
pitur & admittitur, omnia illius bona transeunt ipso iure in monasterium. Petr. de Perus. inter consilia Feli. *conf.* 47. *Viso puncto prædicto, col.* 2. & per eundem Felin. & Decian. in *c. in præsentia, de probat.* sed si discedat à monasterio, & in oblatione non perseuerat, recuperat boua sua, quia inest tacita conditio, si perseuerauerit, vt Petr. de Perus. *d. conf.* 47. *nu.* 8. † Amplia, vt procedat, etiam si esset pro-3
fessus, sed professio nō teneret, quia adhuc recuperat donata & oblata monasterio ex causa professionis, quando expressit, q; ex illa causa donabat, & offerebat; quia causa non sequuta pōt reperi donatū. Cald. *conf.* 412. alias 27. *de regul.* † Extende, vt idem sit, quando 4
non expressit, sed eadem die, vel incontinenti post ingressum, vel professionē donauit; quia præsumitur ex illa causa. Cald. *conf.* 412. *in fi.* vbi extendit, etiam si adsit iuramentum, alias 27. *de regul.* † Am-5
plia, quia talis donatio, vel oblatio facta in ingressu monasterij, licet teneat mero iure; iurata tamen reuocatur per iudicem. Calder. *d. conf.* 412. *in fi.* alias 27. *de regular.* † Amplia, quia donans ex causa a-6
licuius promissionis sibi factę à donatario reuocatur, si donatarius non implet promissa. Bald. *conf.* 18. *Notissimum est, in princ. lib.* 1. vbi dicit hoc procedere, etiam si promissio sit celebrata ex alio instrumento incontinenti celebrato. † Extende, vt maxime procedat, 7
quando donatio facta fuit sub modo præstandorum alimentorū, quia si alimenta non præstantur, potest donans agere vtili rei vendicatione ad donata. Bald. *consil.* 212. *Ad euidentiam, lib.* 2. vbi, quod dicitur donatio ex causa alimētorum, si est dictum cum hoc, quod donans debeat habere victum & vestitum. † Amplia, quia in tan-8
tum reuocatur donatio facta sub modo, vel ex causa præstandorū alimentorum, vt si donatarius diu fuit morosus in præstandis alimentis, non possit etiam purgare moram. Bald. *conf.* 212. *in princ. lib.* 2. vbi, quod mora longa dicitur, etiam si non durauit per annū in alimentis, & quod non potest purgari; quia subest ingratitudo.
† Amplia, vt procedat, etiā si ex causa turpi & reprobata à iure fiat 9
donatio, veluti si fiat ex causa, quod donatarius teneatur instituere hæredem donantem; quia cum causa sit reprobata, & tollat liberam facultatem testandi, non valet, tanquam à cessante causa. Dyn. *conf.* 7. *Quæstio talis est, in princ.* vbi late. † Amplia, quia quilibet 10
potest apponere modum, conditionem, & legem, quam vult, rei suæ, quam vult donare etiam Ecclesiæ, vel loco pio. Anch. *cōs.* 197. *n.* 5. *ver. venio ad aliud.* † Restringe tamen; quia donata pro dote Ec-11
clesiæ in eius ædificatione cum onere adiecto, non possunt reuerti ad donantem, etiam si adsit pactum, vel conditio, quod nō impleto onere reuertantur bona ad donantem; quia ex quo Ecclesia remaneret sine dote, reijcitur pactum tale factum in erectione, ne Ecclesia redigatur ad nihilum. Anch. *conf.* 197. *Subtiliter. & ad plenū, nu.* 6. *& seq. ver. contrarium dico*, maxime *n.* 8. vbi, quod bene Ecclesia compellitur implere onus iniunctum, sed non priuatur dote. Vide Concl. prox. præced. & prox. seq. Vide, *Dos assignata certo collegio constituendo quando possit commutari. Concl.* 796. † Limita, vt non pro-12
cedat, quando donatio, & oblatio esset facta ex certa sciētia à professo etiam sciente professionem non tenere, quia si nihilominus voluit donare, valet, & non reuocatur. Calder. *d. conf.* 412. alias 27. *de regular.*

Donatio profitendi quando reuocetur contra Ecclesiam. Concl. 633.

INGRESSVS † religionē, qui donauit omnia bona sua monasterio, 1
si exiit ex monasterio, quia male tractabatur, recuperat bona donata, & illius hæredes post eū. Lap. *alleg.* 47. Dec. in *c. in præsentia, n.* 7. *de prob.* Car. Zab. *conf.* 21. *In themate præmisso.* † Amplia, vt idē sit, quā-2
do quis donat Ecclesiæ, vel monasterio prætextu intrandi religionē, quia si nō intrat, recuperat bona donata. Curt. Iun. *cōs.* 441. *Habita diligēti, n.* 13. etiā quod donatio iuramēto esset confirmata. Soc. *conf.* 183. *Elegāter, n.* 3. *& 4. lib.* 2. Deci. *conf.* 86. *Pro tenui, col.* 4. † In con-3
trarū videtur facere, quia bona semel Ecclesiæ donata ita efficiūtur sanctum sanctorū, vt amplius nō debeant redire ad vsus profanos, vt per Inno. in *c. verū, d. foro cōp.* † Declara, quia procedit, quādo 4
sine causa, & simpliciter donatur Ecclesię, quia licet causa adiiceretur post donationē, nō operaretur, sed hic causa inest à principio, & quia nō intrat monasteriū, vel exit licite ex causa, cessante causa recupe-

receperat, ita Abb. & alij in *c. verum. de foro compet. & in cap. verum. de conditio. appos.* latissime Tiraq. qui pro vtraq; allegat, & distinguit in *tract. de retractu conuentio. rub. ad finem tituli, n.* 10. *& seq.* maxime *nu.* 15. Vide, *Donatio bonorum profitendi, & sic ex certa causa non valet cessante causa. Conclus. prox. præced.* Vide, *Oblatio sui, & bonorum suorum religioni quid operetur. Concl.* 17.

Donatio propter nuptias dicitur ob causam, & quę dicatur & quando valeat, vel non. Concl. 634.

1 DONATIO † propter nuptias facta filio existenti in potestate per patrem dicitur donatio ob causam durante matrimonio, soluto matrimonio dicitur donatio simplex. Oldr. *cons.* 151. *Si quis.* Vide, *Donatio ex causa non est, &c. Concl.* 629. † Extende, quia do-
2 natio propter nuptias regulariter soluto matrimonio reuertitur
3 ad donantē de iure communi. Card. Zab. *cons.* 43. *in fi.* † Restringe, nisi aliter per statuta, & consuetudinem sit dispositum. Card. Zab.
4 *d. cons.* 43. *in fi.* † Amplia; quia donatio propter nuptias, quæ fit propter equalitatē dotis per maritum vxori, non perficitur traditione taliter, quod transeat in vxorem; quia alias dos nullum commodū marito afferret, quod esset absurdū. ideo mortua vxore maritus liberatur, & ea viuente, ipse est dominus, non obstante traditione.
5 Bald. *cons.* 224. *Si donatio propter nuptias, lib.* 4. † Restringe, quia talis donatio Venetijs appellatur cōtra dos, seu repromissio dotis, & si interuenisset traditio, valet; imo ex sola promissione ex more Venetorū datur exequutio. Fulg. *cons.* 108. *Item si qua, in princ.* vbi, quod præmortuo marito debetur vxori, & si fuit promissa à patre mariti,
6 debetur ab omnib. filijs, & non ex parte mariti. † Et quod valeat donatio propter nuptias facta per maritū vxori, etiam si maritus sit filiusfamilias, dummodo pater consentiat. Card. Zab. *cons.* 43. *circa*
7 *fi. ver. ad secundum.* † Amplia. quia proprie, & vere donatio propter nuptias dicitur illa, quam maritus facit vxori de aliquibus reb. pro securitate dotis ab eo receptæ, vt per gl. *Instit. de don. § est & aliud, & in auth. de non eligendo, secundo nub. § si. in ver. percipiat*, & est tex. in *l fi. §. sancimus, C. de dona. ante nupt. & in auth. siue à me, C. ad Velleia. & in c. peruenit, de empt. & vend.* vbi Abb. & Io de Imol. ideo non mirū, si mulier, quando est satisfacta de dote, teneatur restituere donata pro
8 securitate dotis, prout est proprie donatio propter nuptias. † Declara, vt per Castr. *cons.* 346. *Circa, col.* 2. *in princ. ver. sed huic, lib.* 1. vbi, quod proprie donatio propter nuptias, quę est permissa patri in filium, & valet, intelligi debet, quando pater donat pro filio nurui propter nuptias, non si donat filio; primo casu valet, & indiget insinuatione, & actio acquiritur filio, in quem etiam dominiū transit, si præmoritur pater, vel emancipetur filius, secundo casu nō valet, quia licet doner filio propter nuptias, acquiritur patri, & non dicitur antenuptialis vere, & si valeret, esset aperta via fraudib donandi cum ista assertione, & repetit *n.* 4. *ver. sed hanc*, vbi, quod vt dicatur donatio propter nuptias, debet fieri mulieri, & in re compē-
9 sam dotis. † Alia etiam est donatio propter nuptias largo modo, prout sponsalitia largitas, seu donatio ante nuptias, quæ valet sequuto postea matrimonio, & non reuocatur, *l. inter eos, & l. cum hic statu, §. si quis sponsam, ff. de donat. inter vir. & vxor. l.* 2. *& l. cum veterum*, vbi Salyc. *C. de donat. ante nupt.* nec reuocaretur natiuitate filiorum;
* quia est ob causam, vt dicunt * omnes in *l. si vnquam, C. de reuoc. dona.* maxime, quando fit de summa particulari, & quæ non probatur
10 notabilis in bonis donatis de illo tempore. † Et ista donatio, quæ
* fit sponsæ ante matrimonium. præsumitur in præmium amissæ virginitatis. Bald. in *l. res tuxta, in fi. C. de donat. inter vir. & vxor.* & est magis priuilegiata, quam alia, & licet etiam ista appelletur ante nuptias, quia in effectu fit propter matrimonium; tamen nō redit ad virum, neq; ad eius hæredes. Palat. Rub. in *repet. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §.* 12. incip. *aduertendum tamen.* Vide Soci. in *reg.* 31. *Donatio propter nuptias*, vbi, quod si fiat post matrimonium, non valet, nisi ę-
11 qualitas seruetur; secus si fiat ante matrimoniū. † Amplia, quia donatio propter nuptias est in augmentū dotis, & fit contemplatione matrimonij; ideo soluto matrimonio debetur vxori, si dos fuit
12 soluta. † Extende, quia debetur, etiā si dos non fuit soluta, eo quia maritus fecisset dilationem ad soluendum; quia si pendente termino moritur maritus donans, tenentur hæredes ad donationem propter nuptias, vel ad augmentum dotis; quia ex quo fuit habita fides de dote per maritum, habetur pro soluta. Guid. Pap. *dec.* 430.
13 Afflict. *dec.* 333. † Extende etiā, quando maritus in donatione propter nuptias, vel pro augmento dotis renunciasset, *auth. sed quæ nihil. C. de pact. conuent.* vel se obligasset, siue dos sit soluta, siue non.
14 Guid. Pap. *decis.* 274. † Restringe, quia regulariter donatio propter nuptias, vel pro augmento dotis non debetur, nisi dos sit soluta, & proportionabiliter pro parte dotis solutæ. *d. auth. sed quæ nihil, C. de pact. conuent.* Afflict. *decis.* 242. Et procedit restrictio, etiam si adsit iu-

ramentum, & adsint generales renunciationes; quia non faciunt,
quod debeatur, nisi pro rata dotis solutæ. † Restringe, quādo ma- 15
ritus donans reliquit filios ex primo matrimonio, quia tunc mater & vxor non habet, nisi vsumfructum in vita sua, & tenetur cauere de restituenda proprietate cum vsufructu post mortem, & est tex. in *auth. de nupt. §. si vero expectet, iuncto vers. & non decernimus*, quem ad hoc inducit Rom. *cons.* 405. *n.* 3. *& n.* 5. *ver. primo, quia*, vbi allegat tex.
in *l. generaliter illud, C. de secund. nupt.* & alia iura, quæ videas. † Et mor- 16
tua vxore consolidatur filijs primi matrimonij, tam de iure, quam de consuetudine ciuitatis Neapolis, vt per Afflict. *dec. cis.* 37. *vers. quo vero ante factum.* Cremen. *Singul.* 172. † Contrarium tenere videtur 17
Roma. *cons.* 405. *Præsuppositis*, vbi in princ. *ver. ijs tamen non obstantibus*, dicit, quod licet mater transiens ad secunda vota perdat proprietatem omniū eorum, quæ habuit à marito, speciale est in donatione causa mortis, vt amittat proprietatem per transitum ad secunda vota, etiam si sit facta ab alio contemplatione mariti, secus in alijs donatis vel legatis à marito. † Declara, quia licet Rom. teneat, 18
quod etiam si transit ad secunda vota, non perdat vsumfructum, non tamen negat, imo fatetur, quod stantib filijs ex primo marito, quia fecit donationem propter nuptias, ipsi sunt domini proprietarij donatorum propter nuptias, vt aperte dicit *d. cons.* 405. *n.* 5. *ver.* 1 *quia.* † Amplia, quia donatio propter nuptias adeo debetur filijs 19
primi matrimonij. quādo primus maritus donauit, vt mortuo patre proprietas sit filiorum primi matrimonij viuente matre donataria, & ipsa mortua fiat consolidatio vsusfructus cum proprietate ad fauorem filiorum, secus est in aliis donatis, vel legatis à primo marito; quia si non transit ad secūda vota, libere disponit, & illi succeditur ab intestato, prout in alijs bonis, si transit ad secunda vota, perdit proprietatem tantum, quæ consolidatur filijs, & ea mortua, etiam vsusfructus consolidatur cū proprietate. Ro plene *cons.* 405. *in princ.* maxime *nu.* 5. *ver. primo quia.* † Extende, vt quod di- 20
citur de filijs primi matrimonij, idē sit de filiis secūdi matrimonij, quia si secundus maritus donauit propter nuptias vxori, proprietas est filiorum ex secundo matrimonio, quib. fit consolidatio vsusfructus mortua matre, secus est in alijs donatis, vel legatis ex alio titulo, quam propter nuptias, quia succedūt pariter filii ex primo matrimonio cum filiis ex secundo. Rom. *d. cons.* 405. *n.* 6. *vers. secundo quia.* † Extende, vt quæ dicta sunt de donatione propter nu- 21
ptias, procedant, siue sit facta à marito de bonis mariti siue ab alio contemplatione mariti, quia nulla est differentia, in alijs vero donatis, vel legatis ex alio titulo, quam propter nuptias, bene distinguitur, quia mulier transiens ad secundas nuptias perdit proprietatem donatorum à marito, nō autem donatorum ab alio contēplatione mariti. Rom. *d. cons.* 405. *in prin.* maxime *n.* 3. *ver. tertio.* † Vi- 22
de tamen, quia donationis propter nuptias sentit vxor lucra, propter superexistentiam filiorum, quod non est in aliis lucris. Rom. *cons.* 405. *n.* 3. *in fin. ver. respondetur*, allegat text. in *auth. de nupt. §. soluto.*
† Alii vero, quod hæc donatio propter nuptias facta à marito vxo- 23
ri pro contradote appellatur ante factum, & debetur vxori post mortem viri solum pro rata dotis solutę, *auth. de aquali. dot. §. hoc igitur*, & quod appelletur antefactum. Afflict. *decis.* 37. *vers. quo vero ad antefactum.* † Amplia, quia hæc donatio propter nuptias valet, et- 24
iam si fiat filio existenti in potestate, cui pater non potest donare, quia substinetur, vt det vxori propter nuptias, vel ex causa dotis.
Vide, *Donatio patris filio in potestate existenti quando valeat. Concl.* 673.

Donatio præsumitur ob benemerita, & quando secus. Conclus. 635.

VIDE Mascard. *Concl.* 559. *Donatio*, vbi ponit regulam affirmatiuam, quia nemo donat, nisi inuitatus & prouocatus meritis, etiam si non exprimantur, limitat, si fiat consanguineo, item in amico, nisi esset miles, vel familiaris, item si donatio fiat infanti. Vi-
de Concl. prox. sequentem.

Donatio ob benemerita quando valeat, vel non. Conclusio 636.

DONATIO † ob benemerita facta ab eo, qui libere donare pōt, 1
& personæ nō prohibitæ donari, valet, & dicitur pura, licet sit ob benemerita facta, quando adsunt verba, *pure, & libere*, & merita sunt generaliter expressa. Alex. *cōs.* 14. *Circa primū, in prin.* late Tiraq. in *l. si vnquā, ver. donatione largitus, n.* 92. *C. de reuoc. don.* vbi; quod specificatio meritorum non releuat etiam in nō prohibitis, quando adsunt illa verba, *pure; & libere*, nisi constaret de meritis. † Contrariū 2
posset dici ex ijs, quæ in simili Tiraq. *d. l. si vnquā. ver. donatione, n.* 97.
C. de reuoc. donat. quia talia verba ponuntur de stylo Notariorum.
† Declara; quia donatio ob causam, vel sub conditione dicitur ex 3
causa,

causa, etiam si adsint verba, *pure, mere, & libere donat.* Alex. *consil.* 40. *Super primo, nu.* 12. *& seq.* maxime *nu.* 14. *lib.* 4. Vide, *Donatio ex causa nō*
4 *est proprie donatio. Concl.* 621. † Extende, quia meritorum expressio in genere nihil operatur, quia videtur de stylo Notariorum. Soci. *cons.* 295. *lib.* 2. sequitur Ias. *cons.* 154. *lib.* 2. Tiraq. in *l. si vnquam, in vers. donatione largitus. num.* 93. C. *de reuoc. donatio.* apost. ad Alex. *d. cons.* 14. *in ver. simpliciter,* & ad Deci. *cons.* 20. *in vers. sed tamen,* vbi pro vtraque parte allegat, sed hanc tuetur partem, plenius Anchar. Regiens. *q.* 12. *num.* 14. *& seq. lib.* 2. vbi dicit hanc opinionem magis sibi placere, & in fin. allegat Deci. sibi contrarium *consil.* 366. *col.* 3. *versic. venio ad*
tertium, quia generalis expressio est obscura, non potest dari de excessu, & talia verba de stylo Notariorum ponuntur. Ange. Aretin.
5 *cons.* 9. *Videtur primo. num.* 16. *& seq. ver. non obstant allegata.* † Contrarium, quod imo talis donatio personis non prohibitis facta ob benemerita valeat, & dicatur ob causam. Deci. *consil.* 20. *In causam istorum fratrum,* vbi apostill. dat concord. pro, & contra, & allegat etiam plures Anchar. Regien. *quæst.* 12. *num.* 17. licet ipse teneat contrarium, videlicet Ias. *cons.* 158. *lib.* 2. Rip. *lib.* 3. *responsa.* 9. plene Tiraquel. in *d. l. si vnquam. vers. donatione largitus. num.* 94. vbi plura adducit, quod generalis expressio idem operetur, quod specialis, vbi quod instrumentum probat asserta inter contrahentes secundum
* omnes, & *num.* 95. dicit * communem, & *num.* 96. adducit fundamenta, & ista est communis * opinio, de qua Ang. Aretin. *cons.* 100.
6 *In casu, in princ.* † Declara, quia donatio ob benemerita habet potius vim contractus, quam simplicis magnificentiæ, & liberalitatis. Bart. in *proœ. ff. & in l. per diuersas.* C. *de mand.* quod intellige, quādo de meritis constat per testes examinatos, vt per Deci. *cons.* 336. *num.* 10. Alex. *cons.* 43. *lib.* 4. Nat. *cons.* 295. *num.* 3. secus si in genere tantum est facta mentio meritorum, & de eis non constat, quia non dicitur remuneratoria, sed simplex, & merita sunt appposita ad colo-
7 randam donationem. Soc. *d. cons.* 295. *lib.* 2. † Declara, quia donatio facta ob benemerita generaliter enunciata valet, & est ex causa, etiam si non probentur aliter, quam per generalem enunciationem, quando donatio est inter personas non prohibitas, secus est, quando inter personas prohibitas, quia donatio non valet ob merita enunciata, nisi probentur, vt per Doct. in *l. si donatione.* C. *de colla.* quia non statur assertioni donantis, ita Dec. *cons.* 366. *Pro declaratione, col.* 5. *ver. venio ad tertium.* Guid. Pap. *decis.* 95. Deci. *cons.* 20. & com-
* munem * dicit Clar. *d.* § *donatio. q.* 3. *n.* 2. *ver. sed hic occurrit,* vbi plures
* citat de communi * attestantes, vide etiam infra *n.* 9. *& nu.* 22. † Et
8 procedit etiam in donatione facta à Prælato de redditibus prædij suæ Ecclesiæ ad vitam suam alicui ob benemerita, quia si sunt specificata, & donatio iurata valet, etiam, quod non interuenerit cōsensus Capituli, neq; authoritas superioris, pulchre Ias. *cons.* 73. *lib.*
9 3. † Declarat Ang. Areti. *d. cons.* 9. *Videtur primo. col. fin. vers. non obstant allegata. n.* 16. *& seq. per totum,* quia si in genere sunt specificata etiam inter personas non prohibitas non præsumuntur, & dato, quod præsumerentur, debent esse æquialentia, alias non releuant, nisi pro rata æquialēti, quin sit pura, & in omnem casum non suffragatur talis enunciatio in aliquo, quando donatio est omnium bonorum præsentium & futurorum, plenius idem Clar. *d.* § *donatio.*
* *q.* 3. *n.* 3. vbi dicit * communem, & in fine dicit esse arbitrarium iudici, an sint æquialentia, vel non, quia non potest dari certa regu-
10 la. † Et quando est inter personas prohibitas, oportet, quod seruitia specificata sint talia, quæ personæ conueniant. Castr. *consil.* 346.
* *Circa bona. nu.* 4. *ver. tertio videtur obstare, lib.* 1 vbi dicit * communem. Vide plene Masc. *concl.* 184. vbi, quando probetur per verba enunciatiua, vel non, & *concluſ.* 185. quando ex coniecturis, & *concl.* 187.
11 quando plena probatio requiritur. † Amplia, quia donatio ob benemerita habet potius vim contractus, quam simplicis munificētiæ, & liberalitatis. Bart. in *proœm. ff. & in l. per diuersas.* C. *mand.* quod
12 † amplia, quia bene valet donatio inter personas prohibitas ob merita, quādo in specie sunt specificata merita, plures citat Tiraq.
13 in *l. si vnquam, ver. donatione largitus, nu.* 87. C. *de reuoc. don.* † Extendit maxime, quando sunt specificata merita, & adest iuramentum.
14 Tiraq. vbi sup. *nu.* 88. † Contrarium, quod in prohibitis non sufficiat expressio meritorum etiam in specie, idem Tiraquel. vbi sup.
15 *nu.* 89. † Imo etiam iuramentum cum specificatione generali non
16 sufficit, vt per Tiraq. sup. *num.* 91. † Declarat Alex. *cons.* 119. *Visis narratis. num.* 5. *& seq. ver. pro hoc. lib.* 3. vbi, quod donatio ob benemerita non indiget insinuatione, quia non est donatio pura, sed ex causa, ideo quatenus commensuratio meritorum ascendit, valet donatio sine insinuatione, quatenus donatio superabundat merita, debet insinuari, si excedit summam 500. & non statur assertioni me-
17 ritorum in prohibitis; quia aperta esset via fraudibus. † Amplia, quia imo donatio præsumitur semper facta ob merita præcedentia. Tiraquell. in *l. si vnquam. ver. donatione largitus, nu.* 70. *& 71.* C. *de re-*
uoc. donat. & nu. 75. *& seq.* † Contrarium, quod imo præsumatur fa- 18
cta fauore consanguinitatis, vel agnationis, si donatur consanguineo, idem Tiraq. *d. l. si vnquam.* § *donatione largitus. nu.* 72. *& seq.* † De- 19
clara, quia est verum, quod omnis donatio censetur facta ob merita in genere, sed tamen si non constat de meritis, donatio est simplex, quia alias si omnis donatio præsumeretur ex causa, & propter merita, nunquam esset necessaria insinuatio. Tiraq. *d. l. si vnquam,* §. *donatione. nu.* 78. † Si vero sit ob merita in parte, valebit in ea parte, 20
pro residuo erit pura donatio, idem Tiraq. *d. ver. donatione, nu.* 79. *& seq. ver. secunda declaratio, & nu.* 93. *ver. quando autem.* † Contrarium, 21
quod imo valeat in totum, nisi adsit lęsio vltra dimidiā in eo, quod donatio excedit merita, vide eundem Tiraq. *d. l. si vnquā.* §. *donatione, n.* 81. *& seq.* vbi pro vtraq; parte allegat, & tandem dicit modicū excessum non infringere donationem. Vide plenius per Masc. *concluſ.* 186. *probāda esse,* vbi, quod sunt opiniones, quod debeat esse vltra dimidiam, vt annulletur, alia, quod pro parte beneme ritorum valet tantum, alia, quod est arbitrarium iudici. † Limita, quia do- 22
natio facta ob benemerita inter prohibitos non valet, nisi vere constet de benemeritis, aliter, quam per assertionē donantis. Old. *cons.* 226. *Quidam Episcopus. n.* 7. *ver. vnde Doct.* vbi loquitur in donatione facta ab Episcopo ob benemerita. Alex. *cons.* 55. *n.* 3. *& seq. lib.* 1. &
* omnes consentiunt, quod non sufficiat generalis expressio inter *
personas prohibitas, late Tiraq. in *l. si vnquam. ver. donatione largitus. n.* 87. imo nec specialis assertio valet inter prohibitos, idem Tiraq. *nu.* 89. *& seq.* vbi, quod neq; iuramentum operatur. Ang. Aret. *cons.* 100. *In casu, in princ.* & vide supra *n.* 7. *& seq.* Vide, *Assertioni gerentis actum, &c. Concl.* 535. Vide, *Vniuersitas an posit donare. Concl.* 272. † Ex- 23
tende idem in clerico, vel milite donante concubinæ ob seruitia, & benemerita, quia nisi constet de eis, non valet donatio, & verba assertiua præsumuntur in fraudem legis. Ancha. *cons.* 247. *n.* 2. & 3. plene Anch. Regien. *q.* 12. *nu.* 7. *& seq. lib.* 2. vbi allegat Afflict. *decis.* 102. & alios. † Declara limitationem, quod etiam si constet de me- 24
ritis, tamen debet donatio commensurari ipsis meritis in quantitate, & tempore, alias si est excessiua, non valet, & excessus argumentum fraudis inducit. Old. *d. cons.* 226. *col. fi. n.* 8. *ver. secundo, vbi donatio.* Alex. *cons.* 55. *n.* 4. *lib.* 1. vbi extendit, etiam si donatarius se obligauit ad multa, quia debent probari facta & impleta. † Extende, 25
quia vniuersitas, quæ non potest concedere emptionē, nisi ex causa meritorum, vel alia, si concedat, non valet, licet asserat ex causa meritorum, nisi plene cōstet de causa, & seu meritis. Alex. *cons.* 101. *Visis instrumentis. n.* 6. *ver. præterea dato. lib.* 1. † Extende, quia donatio 26
facta ob benemerita per eum, qui tenebatur conseruare, & relinquere tertiam partem fratri, vel agnato, non valet, nisi merita probentur, quia non statur assertioni donantis. Alex. *cons.* 55. *nu.* 3. *lib.* 1.
† Extende in patre donante filio, & seu confitente rem vxoris, vel 27
filij, quia non statur assertioni in prohibitis. Tiraq. *d. l. si vnquam. nu.* 100. *& seq. ver. donatione largitus.* C. *de reuoc. don.* vbi citat plurimos, & quod donatio ob benemerita facta per patrem filio, vt valeat, requirat expressionem meritorum. Cast. *cons.* 346. *Circa bona, n.* 2. *lib.* 1. Vide incer. auth. post reg. Soc. *reg.* 7. *Donatio facta per patrē,* vbi limitat tribus modis. † Extende inter vir. & vxor. quia semper est gra- 28
tuita donatio, quia seruitia vxoris debita sunt viro. Vide, *Donatio mariti facta vxori, &c. Concluſ.* 696. † Extende, quia neq; statur iura- 29
mento asserentis ob benemerita, quando fit personæ prohibitæ. Alex. in *l. si donatione.* C. *de colla. & in cons.* 55. *vol.* 1. Corn. *cons.* 289. *lib.* 4. & ita tenet Soci. in *l.* 1. *col. vlt. ver.* 4. *limita. ff. fol. mat.* plene Tiraq. *d. l. si vnquā. ver. donatione largitus. n.* 91. *& n.* 104. † Etiam si iuramentum sit 30
assertiuum, vt quia sit iuratum, omnia & singula esse vera. Soc. *cons.* 295. *col.* 3. *& 4. lib.* 2. vbi notabiliter declarat. † Contrarium, quod i- 31
mo steturiuramento patris donantis filio ob benemerita, quando iurauit, quia iuramentum probat. Alex. *cons.* 8. *Visis, n.* 5. *ver. fortificātur,* vbi, si sunt specificata cum iuramento. *lib.* 2. Bald. in *l. si donatione.* C. *de collat.* † Declara, quia quando merita in specie sunt expres- 32
sa, & est iuratum, tunc bene probantur, & statur assertioni etiam in prohibitis, quia contraria procedunt, quando in genere de meritis est facta mentio, & sine iuramento, ita Corne. *cons.* 104. *lib.* 2. vbi respondet ad contraria. Bald. & Iaso. in *l. si donatione.* C. *de collat.* Nat. *consil.* 559. *in fin.* dicit, quod si probantur merita, valet actus. Ias. in *l. frater à fratre, in repet. num.* 45. *ff. de condit. indeb.* † Vide omnino Ti- 33
raquel. in *d. l. si vnquam. verſic. donatione largitus. num.* 10. *& sequent.* vbi dat exempla plura inter prohibitos, videlicet patrem & filium, virum & vxorem, in spurio, & similibus, in quibus dicit non sufficere expressionem meritorum, neq; in genere, neq; in specie, sed tamen si concurrat coniectura verisimilis; tūc probatio sufficeret, vbi *n.* 102. arbitrio iudicis relinquitur. † Extēde, quia imo expressio 34
meritorum debet specialiter fieri, nec inter personas prohibitas sufficit specificatio generalis; plene Anch. Regien. *q.* 12. *n.* 14. *& seq.*

part. 2.

part. 2. vbi dicit hanc partem veriorem, licet alleget pro vtraq; par-
35 te, & loquitur etiam, quando aderat iuramentum. † Contrarium,
quod imo valeat donatio ob benemerita inter personas prohibi-
tas, quando de eis nulla est facta mentio, dummodo probentur
præcisè merita, prout in donatione inter virum & vxorem. Tiraq.
in l. si vnquam. ver. donatione largitus. nu. 60. C. de reuoc. donat. vbi, quod
siue exprimantur, siue non, non releuat, dummodo probẽtur præ-
36 cessisse. † Declarat plene Ang Aret. *cons. 100. In casu prædicto, in prin.*
quod non statur assertioni meritorum inter personas prohibitas;
* secus si non sunt personæ prohibitæ, & ista est communis * opinio,
sed tamen si donans; pater, vel maritus mortui sunt, confirmatur
morte donatio ob merita, sicuti si non essent expressa merita, &
maximè, quando adest iuramentum, quod facit valere omni me-
37 liori modo. † Restringe, nisi merita essent in instrumento guaren-
tigiæ habente exequutionem paratam, quia habet vim iudicati.
38 Tiraq. *d. l. si vnquam. ver. donatione largitus. n. 103. C. de reuoc. donat.* † Cõ-
39 trarium tenet idem Tiraq. vbi sup. *nu. 104.* † Limita, quia merita
obsequialia, ad quæ tenetur vxor marito, & è contra, & filius pa-
tri, & è contra, non sunt in cõsideratione habenda, Tiraq. *d. l. si vn-*
40 *quam. ver. donatione largitus. nu. 106. & seq.* † Declara, nisi esset longa,
& in ægritudine diutina, vel alio morbo exoso; quia tunc sunt di-
41 gna remuneratione, Tiraq. vbi sup. *n. 108.* † Limita, quia donatio
propter mortis præterita, vel præsentia valet; secus pro futuris, ita
42 Tiraq. *d. l. si vnquam. ver. donatione, nu. 109.* † Benemerita, pro quibus
facta est donatio, probari possunt per testes. Rom. *cons. 95. col. 2. circa med.* vbi dubitat ex instrumento non probari. Vide, *Benemerita habent multa, &c. Concl. 87.* Vide plene etiam per Mascar. *concl. 560. Donatio*, vbi, quando debent specificari in specie, & quando sufficiat in genere, & qualiter probentur.

Donatio debet fieri præsenti, & quando secus. Conclusio. 637.

1 DONATIO † debet fieri præsenti, vel alicui recipienti pro absente, vel per nuncium, aut per epistolam, alias est nulla. Oldr. *cons. 149. in fi. ver. super donatione*, qui loquitur in donatione facta à filio familias de licentia patris. Ang. de Perus. *consil. 44. Pater quidam, in princ.* vbi quod valet facta nudo consensu præsenti, vel absenti, dummodo per nuncium, vel epistolam. Decia. *cons.*
* 39. *nu. 30. lib. 2.* Ancha. *cons. 32. in fin.* Clar. in §. *donatio. q. 12.* vbi dicit * communem, & hæc est communis opinio antiquorum, vt refert
* Rom. *cons. 295. Donatio patris. in princ.* vbi apost. in *ver. vel epistolæ*, & in *ver. veriorem*, vbi pro vtraque allegat, & dicit hanc * communem,
2 & contrarium tenentes pessime loqui. † Et nuncius, qui interue-
nit, debet esse specialiter à donatario destinatus, alias non sufficie-
* ret, communem * dicit idem Clar. *d. §. Donatio. q. 12. n. 2. ver. Scias ta-*
3 *men*, vbi citat plures de * communi attestantes. † Extende in do-
natione inter virum & vxorem; quia si non est facta præsenti, nec
aliquis pro absente interuenit, vel stipulatus fuit, non valet. Petr.
4 de Ancha. *cons. 32. in fin. ver. quarto, & vltimo.* † Extende in donatio-
ne inter patrem & filium. Roma. *cons. 295. Donatio patris, in princ.* vbi
* dicit * communem, licet ipse teneat ibi contrarium ex subtilitate,
5 vbi apostil. in *ver. veriorem*, dicit pessime loqui Roma. in hoc. † Ex-
tende, etiam si fiat in testamento, non valet, vt donatio inter vi-
uos, si non fuit præsens donatarius, vel alius pro eo. Fulgo. *cons. 92.*
6 *in prin.* † Extende in donatione causa mortis. Fulg *cons. 217. ver. ter-*
tiam autem. Alex. *cons. 53. In causa & lite, n. 4. & seq. ver. nam donatio causa*
mortis, lib. 7. vbi quod requiritur præsentia donatarij, vel alterius
7 pro eo, prout Notarij recipientis, vt valeat. † Extende idem in in-
uestitura feudi, quæ est donatio. Brun. *cons. 116. per totum, lib. 1.* Vide,
8 *Acquirere alteri quando, & per quos quis possit, vel non. Concl. 440.* † Extẽ-
de, quia ex sola præsentia donatarij bene infertur ad acceptatio-
nem, licet non dicatur. Fulg. *d. cons. 217. Viso exemplo, col. fi. ver. tertiam*
* *autem.* & hanc dicit * communem. Rota in *nouiss. decis. 249. in 1. part.*
in prin. & decis. 248. in eadem prima parte, in fi. vbi, quod imo præsumi-
9 tur rogitus Notarij ex præsentia & patientia, vt ibi *n. 2. & seq.* † Cõ-
trarium, quod requiratur præsentia, & acceptatio, alias non valet.
Tiber. Dec. *cons. 39. n. 30. lib. 2.* & idem Dec *cons. 57. n. 16. lib. 3.* vbi di-
cit, quod in donatione inter viuos requiritur præsentia, vel nun-
cius, vel epistola, & quod acceptetur & ante acceptationem non
valet, in donatione vero causa mortis requiritur agnitio. Areti. in
10 *l. 2. ff. de leg. 1.* Deci. *cons. 245. & in rub. C. de pact.* † Declara, quia acce-
ptatio requiritur vltra præsentiam ad hoc, vt reuocari non possit,
sed ad hoc, vt acquiratur præsenti, sufficit præsentia, plene Rot. la-
* nuen. *decis. 212. n. 2. & seq.* vbi de * communi, quod requiratur acce-
11 ptatio. † Amplia, quod præsentia necessaria in donatione nõ præ-
sumitur, vt per Old. *d. cons. 149. in fi.* qui eam nullam dicit; quia non
apparet, quod sit facta præsenti. Ruin. *cons. 131. Visis ac ponderatis, nu.*
4. *lib. 1.* Castr. in *l. illud. C. de sacros. eccl.* Vide, *Præsentia quando præsuma-*
tur in actu, qui geritur, vel non. Concl 605. † Contrariũ, quod imo do- 12
natio facta absenti etiam sine procuratore, nũcio, vel epistola, va-
leat, dummodo quicunq; notificet absenti donationem factam,
leat, dummodo quicunq; notificet absenti donationem factam,
tenet per plura Rom. *cons. 295. Donatio patris*, & mouetur, quia do-
natio est contractus, qui perficitur consensu, ideo debet valere, si
deueniat ad notitiam per quamcunq; personam. † Declara, quia 13
non valet donatio facta absenti sine nũcio, vel epistola de iure ci-
uili, sed bene de iure canonico. Aegid. Bellam. *decis. 742. ver. secunda*
concl. Alex. *cons. 113. Perspectis, n. 10. ver. nec obstat, lib. 6.* vbi dicit * com- *
munem. † Declara, vt plene per Alex. *cons. 113. Perspectis, in prin. & per* 14
tot. lib. 6. quia donatio non valet facta absenti sine nuncio, vel epi-
stola, vel Notario; quia videbatur necessaria stipulatio, quæ inter
absentes fieri non potest, & quia resolueretur in pactum nudum,
quod de iure ciuili non parit actionem; secus de iure canonico, sed
hodie, vt inquit Alex. superuenit. *l. si quis argentum, §. fi. C. de don.* quæ
conualidat donationem sine stipulatione, & ideo tex licet sit cor-
rectorius, tamen quia habet rationem expressam, vt conseruentur
validæ donationes, habet locum in omni donatione etiã ex causa,
& impropria, igitur dici potest, prout Alex. ibi in princ. dicit, quod
hodie donatio facta absenti, cum sit contractus nominatus, valet,
parit actionem, & non potest reuocari. † Plus dicit Alex. *d. cons. 113.* 15
in prin. lib. 6. quod etiam pactum nudum cohærentia talis donatio-
nis factę absenti parit actionem, quia quando contractus innomi-
natus miscetur cum nominato parit actionem, & sic aperte vult,
quod donatio etiam absenti facta sit cõtractus nominatus. † Imo 16
etiam dicit Alex. *d. cons. 113. n. 12. & seq. lib. 6.* quod sola præsentia do-
natarij, licet non acceptet, sed taceat, facit valere donationem in
vim taciti consensus, & ibi in *ver. præterea*, dicit, quod scriptura pri-
uata supplet præsentiam, licet requiratur, quod absens acceptet i-
psam donationem, quando absenti fuit facta, *n. 15.* licet ibi apostil-
la in *ver. absentem* requirat, quod scriptura sit per modum epistolæ,
vt hoc operetur, vel sit scriptura debitoris ad fauorem creditoris.
† Amplia in tantum, vt donatio debeat fieri præsenti, alias nõ va- 17
leat, vt procedat etiã fauore piæ causæ, quia donari non potest mo-
nasterio non existenti, & non constructo, licet legari possit, *c. Abba-*
te, §. allegabatur, de re iud. vbi Franch. *n. 3. ver. vltimo nota. lib. 6.* & hanc
* communem dicit Clar. in §. *donatio, q. 12. in fin* Roma. *d. cons. 295. in* * 18
prin. ver. ceterum. † Extende, quia legatum factum piæ causæ, licet
valeat vt legatum, non tamen peti potest vt debitum, vel ex causa
restitutionis, nisi sit factum præsenti. Cald. *cons. 362.* alias *33. de testa.*
† Imo donatio facta loco pio non valet, si non est facta præsenti, & 19
acceptanti. gl. & Doct. in *l. illud. C. de sacros. eccl.* Deci. *cons. 35. Præstan-*
tissime. in princ. & est communis * opinio, quod non valet, nisi adsit *
persona, quæ acceptauerit, quod notandum dicit Clar. in §. *donat.*
q. 12. in fi. & communem * dicit Cast. *cons. 70. n. 5. vers. præterea non ap-* *
paret, lib. 1. vbi, quod non valet etiam facta à Rege præsentibus Re-
gibus, nisi pro Ecclesia, & pia causa acceperit præsentes, vide ple-
niss. Bero. in *c. in præsentia, n. 77. & 78. de probat.* vbi extendit, etiam si
adsit iuramentum. † Contrarium, quod imo donatio facta absen- 20
ti fauore piæ causæ valeat etiam per pactum facta. Bal. *cons. 86. Cir-*
ca prædicta, vbi, quod valet donatio facta pauperibus absentibus,
etiam incertis, & extraneis, ac ignotis, tamen videtur velle, quod
aliquis recipiat pro eis, *lib. 5.* quod est cons. Accurs. Tiraq. *de priuil.*
piæ causæ priuil. 115. † Declara, quia valet donatio absenti ad piã cau- 21
sam, sed si fiat consanguineo amore Dei, non valebit, nisi probata
paupertate consanguinei donatarij. gl. in *l. illud*, vbi Bald. & Castr. *C.*
de sacros. eccl. Vide, *Donatio ad piam causam valet. Cõcl. 686.* Vide, *Dona-*
tio facta Notario, vel Cardinali pro Ecclesia stipulanti valet. Concl. 688. Vi-
de Soc. *reg. 32. Donatio facta pauperib.* vbi quod nõ valet, nisi fiat præ-
senti pro eis, fallit, nisi adsit iuramẽtum, vel nisi causa exprimatur,
puta propter maximam penuriam. † Amplia, quia donatio debet 22
fieri præsenti, etiam si fiat in testamento, per viam legati, & cum
clausula, *si non valet iure legati, valeat tanquam donatio causa mortis*, quia
tunc si non valet vt legatum, valebit vt donatio, si est facta præsen-
ti, alias non. Bald. *cons. 272. In causa egregie, n. 4. ver. quinto probatur, lib.*
5. † Amplia in donatione, siue inter viuos, siue causa mortis, quia 23
non valet, nisi fiat præsenti, vel absenti per nuncium, vel epistolam, gl. in *l. 1. C. de donat. caus. mort.* Deci. *cons. 224. n. 4.* & sup. in princ.
concluf. vbi habes commun. esse opinionem. † Et de donatione 24
causa mortis est text. in *l. inter mortuos, ff. de donat. caus. mort.* per Ioan.
Fabr. *Institut. de donat.* §. 1. Roman. *consil. 513. In casu proposito, num.*
2. † Amplia, quia etiam si pater donat filio emancipato, vel non, 25
debet fieri filio præsenti, vel absenti, dummodo per nuncium,
vel epistolam, vel procuratorem fiat. Angel. 44. *in princip.* † Am- 26
plia in tantum non valere donationem, nisi facta præsenti, vel

absenti

absenti per nuncium, vel epistolam, vt si dono Titio absenti, & in domo sua existenti, qui audiat, & dicat, accepto, non valet, nisi aliquis præsens pro eo accepter. Bart. in *l. absenti. ff. de donat.* Ruin. *cons.* 27 131 *nu. 5. lib. 1.* † Amplia, quia donatio si est facta absenti, etiam si ipse donatarius acceperit possessionem rei donatæ, adhuc non est perfecta quoad acquisitionem dominij, nisi interuenerit nuncius, vel epistola. Clar. *d.* §. *Donatio, q.* 12. *num.* 3. *ver. sed pone*, vbi dicit communem. * Amplia, quia donatio non potest fieri nascituris etiam 28 Notario stipulãte, quia requiritur, quod sit in esse donatarius. Bella. *cons.* 17. *per tot.* vbi limitat, quando primus donatarius acceptans obligatur restituere nascituris, item fauore matrimonij potest pater donare filijs nascituris ex eo, secus in alio casu, vide eum in fine, quia videtur fateri, quod seruus, Notarius, & pater possunt stipulari nascituris, plene Marzar. *consil.* 100. *in fin.* vbi, quod ex quo 29 non habet extrema donantis & donatarij, non valet. † Contrarium, quod possit donari nascituris Notario stipulante, & valeat donatio, dum est spes, quod nascantur, licet maneat in suspenso, late Boer. *decis.* 272. *nu.* 5. *& seq.* vbi late Guido Pap. *cons.* 54. *n.* 6. Cra- 30 uet. plene *cons.* 19. *n.* 10. *& seq.* † Declara, vt infra, *Donatio an possit fieri nondum nato. Concl.* 640. † Amplia in tantum donationem factam absenti non valere ante acceptationem, etiam si nuncius, vel epistola interuenerit, quod minor, qui non potest alienare, neq; repudiare legatum, bene potest repudiare donationem sibi absenti factam, ex quo non acquiritur sibi, prout in legato. Castr. *cons.* 171. *In casu præsenti, lib.* 2. vbi loquitur, quãdo extabat statutum, quod præsenti possit acquiri, quia intelligitur, postquam acceptauerit, vbi, quod facta repudiatione non potest pœnitere, sequitur Deci. *cons.* 32 225. *nu.* 13. *& seq.* † Limita in donatione ob benemerita. Tiraq. *d. l. si* 33 *vnquam, verſic. donatione largitus, num.* 65. *C. de reuoc. donat.* † Limita, quia bene valet donatio facta absenti, quando donans tradidit tertio rem donatam, vt illam deferat donatario absenti; tamen antequam ille tertius tradiderit donatario, non acquirit donatarius dominium. Dyn. *cons.* 17. *Thema tale est, quædam Ecclesia, num.* 5. *ver. item pro hoc facit.* Vide, *Absenti non acquiritur, nisi per nuncium vel epistolam, &* 34 *quomodo procedat. Concl.* 38. † Limita, quia donatio facta absenti valet, quando absens illam ratam habuit, *l. nec ambigi. C. de donat.* Ro- 35 man. *consil.* 486. *In casu proposita. in princip.* † Limita, quia donatio facta præsenti, etiam si tacuit, & expresse non acceptauit, valet. Clar. *d.* §. *Donatio quæst.* 12. *num.* 4. *verſic. sed quid si donatio, & quæst.* 14. * *num.* 5. *verſic. sed pone*, vbi dicit * communem. † Limita, quia do- 36 natio valet facta absenti sub modo, quia vtilis quæritur actio ex donatione facta absenti sub modo, vt si fiat donatio Titio præsenti sub modo, quod restituat donata Seio absenti; quia acquiritur Seio absenti vtilis actio ex donato; *l. quoties, C. de donatio. quæ sub modo.* Bald. *consil.* 238. *Ad euidentiam præmittendum, lib.* 3. & idem tenet plenius Crauett. *consil.* 19. *num.* 8. *& sequent.* vbi, quod substituto absenti acquiritur res donata etiam sine traditione, & in eum transit 37 dominium. † Limita, quia donatio causa mortis, quæ non valet facta absenti, vel alteri pro eo stipulanti, bene valet in vim fideicommissi. Roman. 53. *In casu, num.* 2. vbi apostil. in *verſic. fideicommissi.* 38 † Limita, quando donatio incipit à traditione, inter absentes va- 39 let, *l. nec ambigi, C. de donatio.* Rota in *nouiss. decis.* 245. *part.* 1. † Extende, quia valet consensus absentis ex post facto, & potest probari 40 per duos testes. Rota. *d. decis.* 245. *per tot. parte* 1. *in nouiss.* † Limita, quia valet donatio facta filijs nascituris, & eis acquiritur; ideo valet donatio facta per matrem filijs nascituris ex secundo matrimonio, dummodo reseruet legitimam filijs ex primo matrimonio, nec tenentur communicare, neque conferre, nec potest reuo- 41 cari talis donatio. Guido Pap. *cons.* 54. *n.* 6. † Contrarium, quod donatio facta per sponsam sponso, sub spe futuri matrimonij eadem die, qua sequutum fuit inter eos matrimonium, & collata in tempus matrimonij, ita vt si non sequatur matrimonium, sit nulla, nõ valet, etiam quoad filios nascituros, quibus pariter fuit donatum, nec potest conualescere, quando donatarius præmoritur donatrici, & fuit reuocata per donatricem. *l. quod sponsæ. C. de donatio. ante nupt.* nec quoad filios substinetur comprehensos in donatione, iuxta distinctionem gloss. in *l. si sponsus.* §. *generaliter. ff. de donat. inter vir. & vxor.* maxime, quando non fuit per filios acceptata. Paris. *consil.* 77. *nu.* 28. *cum seq. lib.* 1. & maxime, si approbarunt testamentum, & sunt hæredes donatricis reuocantis. Paris. *cons.* 16. *nu.* 38. & 45. *lib.* 2. ☞ Vide, *Vxor habens filios ex primo matrimonio potest plus legare filijs secundi* 42 *matrimonij, & quando secus. Conclus.* 407. † Limita, quia donatio facta absenti valet, quando interuenit nuncius, vel epistola, aut procurator absentis. Ang. *d. cons.* 44. *in princip.* Anchar. *cons.* 398. *n.* 2. vbi, 43 quod requiritur acceptatio donatarij, & ante non valet. † Declara tamen, quia si donans moritur, antequam nuncius, vel epistola perueniat ad donatarium, non valebit donatio, quia mortuo donante non loquitur epistola, neq; nuncius pro eo. Ruin. *d. cons.* 131. *n.* 6. *ver. & alia ratione, lib.* 1. † Extende in collatione beneficij, quia facta absenti non valet, antequam acceptauerit. Anch. *cons.* 398. *n.* 44 2. † Extende in familiaritate concessa alicui per Papam, quia non 45 valet, antequam ille, cui fit concessio, acceptauerit. Anch. *d. consil.* 398. *per tot.* † Restringe, quia donatio facta absenti non valet, nisi 46 fuerit acceptata per donatarium. glo. in *l. nuda ratio*, vbi Bart. & cõmuniter * omnes. *ff. de donat. & in l. absenti. ff. eod.* & ideo mortuo do- * natario, antequam acceptauerit, redditur nulla. Cagnol. in *l. fin. C. de pact. n.* 272. vbi dicit * communem. Castr. *cons.* 195. *Visis his. nu.* 2. & * 3. *lib.* 2. Curt. Iun. *cons.* 120. *nu.* 2. Areti. *cons.* 41. *nu.* 3. Ruin. *cons.* 119. *n.* 8. *ver. & istud etiam. lib.* 1. † Restringe Florentiæ stante statuto, *qualiter* 47 *alteri per alterum. lib.* 2. *c.* 39. prout in terminis Soci. *cons.* 221. *col.* 1. *verſ. ita disponitur per ſt. statutum Florentinum. lib.* 2. *& cons.* 53. *col. pen. lib.* 4. Vide Masc. *conclus.* 556. *Donatio an probetur per epistolam*, vbi, quod sic, etiam si epistola sit credentialis, etiam sine die, dummodo præsentetur ante mortem scribentis, & dummodo contineat nomen, & cognomen scribentis donantis. † Limita, quia donatio facta absenti, pro quo Notarius fuit stipulatus, valet, & non potest reuocari 48 etiam medio tempore, quando fuit facta irreuocabiliter; secus, si esset donatio reuocabilis. Socin. *d. cons.* 136. *Multum eleganter. circa fin. ver. secundo. & vltimo loco. lib.* 1. † Et procedit etiam in donatione 49 causa mortis. Bart. in *l. tam is.* § *filius familias. verſ. quæro an ista donatio. ff. de donat. cauſ. mort.* sequitur Guid. Pap. *decis.* 222. † Extende, quia va- 50 let donatio facta absenti, quando Notarius pro absente fuit stipulatus, & ei quæritur, receptissimam * opinionẽ dicit Soci. Iun. *cons.* * 67. *n.* 4. *lib.* 1. sequitur Clar. in §. *donatio. q.* 13. *in princ.* Rom. *cons.* 513. *In casu. n.* 3. vbi apost. in *ver. stipulanti*, dat concor. & dicit magis * com- * munem, teste Tiraq. *de iure const. limit.* 30. *n.* 20. † Contrarium, quod 51 imo non valeat donatio facta absenti, etiam si vltra stipulationem Notarij interuenerit constitutum, vel reseruatio vsufructus, quia non transfert aliquod ius, neq; vtilem actionem in donatarium, nisi prius ratificauerit. Deci. *cons.* 226. *Magister Ioannes. col.* 2. & videtur tex. in *l. absenti. ff. de donat.* vbi * omnes. Deci. *cons.* 432. *in fi. & cons.* * 598. *Visis ij. col. fi. ver. sed ad hoc*, & est ratio, quia non transfert constitutum, possessionem, neq; dominium in absentem, antequam ratificet, etiã si Notarius, vel alius acceptet pro absente, late Tiraq. *de constit. in* 3. *part. limit.* 30. *num.* 7. *& seq.* vbi pro vtraq; parte allegat. † Pro extensione tenet Guid. Pap. *decis.* 49. vbi allegat Bart. in *l. tam* 52 *is.* §. *filius. ff. de don. causa mortis, in* 2. *q.* incip. *Quæro, an ista donatio, & in l. si pupillus. ff. rem. pupill. saluam fore*, & vide plures pro hac parte in *verſ.* *Absenti non requiritur. Concl.* 38. *n.* 77. *& seq. ver. imo quando.* † Declara, 53 quia Florentiæ valet, etiam non sequuta ratificatione; quia acquiritur absenti. Soc. *cons.* 53. *col. pen. lib.* 4. Deci. in *l. contractus. ff. de reg. iur.* idem Soci. in terminis statuti Florentiæ *cons.* 211. *col.* 1. *lib.* 2. Vide plenius infra, *Donatio facta absenti quando possit reuocari. Concl.* 641. *nu.* 42. *& seq.* † Imo, quod Notarius præsumatur pro absente stipulatus, 54 quando adest verbum, *promisit, decis. Rotæ in nouiss.* 683. *in princip. in* 1. *parte.* † Limita fauore dotis, quia donatio facta mulieri absenti fa- 55 uore dotis valet. Deci. *cons.* 35. *Præstantissime Doctor, in princ.* † Exten- 56 de, siue donatio fiat ab extraneo, siue à patre, vel alio obligato dotare. Deci. *d. consil.* 35. *in princip. & num.* 4. *& seq. verſic. tertio, quod ius fuerit.* † Extende, quia talis donatio facta mulieri absenti, habet 57 locum, etiam si non sequatur illud matrimonium, quoad fauorem mulieris, licet quoad maritum resoluatur. Deci. *d. cons.* 35. *nu.* 5. *verſ. nec prædictæ conclusioni.* † Limita in donatione facta absenti cum iu- 58 ramento; quia valet. Tiber. Decia. *cons.* 1. *nu.* 22. *lib.* 3. plene Rota in *decis.* 683. *in princip* 1. *part.* † Contrarium, quod nullo modo valeat, 59 nisi adsit persona, quæ acceptet prò absente. Gabriel. *cons.* 112. *num.* 7. *lib.* 1. † Extende, vt idem sit, quando donauit absenti stipulante 60 Notario. Decia. *d. cons.* 1. *nu.* 23. *lib.* 3. † Declara, quia quando quæritur absenti, requiritur, quod donatarius acceptet donationem. 61 Decian. *d. cons.* 1. *num.* 61. lib. 3. vbi, quod debet acceptare cum legibus & conditionibus donationis, non autem potest velle acceptare donationem, & onera reiicere. † Intellige, quia satis dicitur fa- 62 cta acceptatio, si donatio est penes donatarium. Deci. *cons.* 39. *num.* 166. *lib.* 2. † Vide, an antequam fiat, possit reuocari donatio per donantem, plene per Clar. in §. *donatio. q.* 13. vbi distinguit plures casus, & pro vtraq; parte allegat, quasi, quod sit communis, & magis communis * pro * vtraq; parte, vide eum distinguentem. † Limita in tacita donatio- 64 ne; quia valet facta absenti. Deci. *d. cons.* 35. *n.* 2. Tiraq. in *l. si vnquam. ver. donatione largitus. nu.* 154. *in fi. C. de reuoc. donat.* † Limita, quando 65 donans dedit authoritatẽ donatario absenti apprehendendi propria authoritate res donatas; quia tunc valet. Bald. in *l. nec ambigi. C. de donat.* Patis. *cons.* 25. *n.* 52. *lib.* 3. Afflict. *decis.* 275. Soci. Iun. *cons.* 67. *nu.* 6. *lib.* 3. † Extende, quando donans constituit se tenere, & pos- 66 sidere;

fidere; quia tunc valet facta absenti. Paris. *cons.90.col.penult.libr.3.* Guido Pap. *decis.49.* Vide plurimos, quos ad hoc citat Tiraquel. *de*
*67 *constit.limit.30. num.10.* vbi dicit * communem. † Contrarium tenent multi, quos adducit idem Tiraquel. vbi supra, *nu.7. & sequent.*
68 † Limita; quia licet donatio non possit fieri absenti, vt supra; tamē bene valet successiua donatio facta presenti, si donans velit, quod post primū donatariū res donata deueniat ad alios absentes; quia
* valebit. Clar. *§. donatio, q.13. in princ. ver. certum est enim.* vbi dicit * cōmunem, & est tex. *in l. quoties, C. de donat. quæ sub modo.* Vide, *Donatio potest fieri sub quacunque conditione, vel pacto. Concl.642.*

Donatio facta præsenti, & in testamento non reuocatur. Conclus.638.

1 DONATIO † facta in testamento inter viuos donatario presenti, & acceptanti, valet, & nō potest reuocari ex posteriori donatione, vel contraria dispositione. Oldra. *cons.114. Factum tale est, quædam mulier.* Vide, *Contractus potest fieri in testamento, & qualiter.*
2 *Concl.994.* † Extende; quia confessio facta in testamento non probat debitum absente parte; secus parte presente, ad cuius fauorem emanauit confessio. Bart. *in l. Lucius, §. quisquis, il secondo, ff. de leg.2.*
3 † Declara, vt procedat secundum veram opinionem, quando in confessione causa exprimitur, alias secus. Cald. *cons.362. alias 33. de*
4 *testam.* † Amplia; quia licet legatum factum pro anima, vel ad piā causam valeat vt legatum; tamē peti non potest vt debitum, vel ex causa restitutionis, quando est factum absenti; secus, quando esset factum presenti; quia tunc vt debitum videtur posse peti. Calder.
5 *d. cons.362. alias 33. de testamen.* † Amplia; quia donatio facta in testamento per vxorem marito presenti, vel Notario stipulanti pro eo cum iuramento de non reuocando, valet inter viuos & non potest reuocari; quia iuramentum potest seruari siue interitu salutis, & etiam conualidat donationem. Abbas *cons.95. Factum sic propo-*
* *nitur. per totum. lib.2.* vbi *colum.2. in fin.* quod quasi * omnes Dd. ita
6 tenent, & respondet ad omnia contraria. † Amplia in dote; quia confessio dotis facta in testamento presente vxore habet effectū irreuocabilem, licet sit in testamento. Alex. *cons.45. Habita super iis,*
7 *num.5. lib.1.* Bald. *cons.458. lib.3. & cons.381. lib.5.* Vide, *Confessio quando fit futuræ numerationis censeatur facta, vel non. Concl.657.* Extende; †
8 quia etiam facta absente parte probat, quādo est iurata. Curt. Iun. *cons 248. in fin. lib.3.* † Restringe in tantum, vt facta absenti non etiam inducat probationem, sed habet vim legati. Alex. *dict. cons.45.*
* *num.4.* & est * cōmunis opinio. Cuman. *cons.61. Petrus heres in princ.*
9 vbi etiam dicit magis * communem. Vide, *Confessio in testamento facta absenti non probat. Concl.639.* † Limita; quia regulare est, quod donatio facta piæ causæ in testamento reuocari potest, q intellige, qñ non fuit facta presenti, & acceptanti, sic debet intelligi Dyn.
10 *cons.26. Quæstio talis est, quædam domina, per tot.* maxime *in fin.* † Extende; quia si esset facta ad eludendam vltimam voluntatem, ne esset ambulatoria, vt quia legauit, & promisit nō reuocare cū iuramento, & subiecit clausulam, *quod valeat in vim donationis inter viuos*, isto casu reuocatur. Fulg. *cons.92.* qui videtur moueri principaliter, etiam, quia non fuit præsens donatarius; & quia erat facta hæredi, & testator potest legare rem hæredis; tamen dicit non valere propter fraudem. Vide Conclus. proximè sequentem. Vide, *Legatum quando transeat in donationem, & fiat irreuocabile. Concl.134.*

Donatio facta præsenti dicitur in vim contractus, & non valet in vim fideicommissi. Concl.639.

1 DONATIO † facta præsenti, cum sit facta in forma contractus, non valet in vim fideicommissi, hoc videtur tenere Roman.
cons.513. In casu, vbi, q si donatio, siue inter viuos, siue causa mortis,
2 est facta præsenti, valet vt donatio. † Contrarium, quando est facta absenti; quia bene valet in vim fideicommissi. Rota. *in nouiss. decis.245. n.6. par.1.* quæ loquitur in donatione causa mortis. Rom. *d. cons.513. n.2. ver. igitur stat conclusio.* vbi dicit hoc verū, dummodo adsint quinq; testes, qui sunt necessarij in fideicommisso & vltima voluntate, alias non, & ibi apostil. *in ver. fideicommiss.* dat concord. & loquitur Rom. quando in contractu est facta donatio absenti, q etiam aduertit apost. ad Rom. *cons.171. in ver. fideicommissi.* Crauet.
3 *cons.139. in fi.* vbi plurimos citat. † Idem, si fieret donatio causa mortis, vel inter viuos in testamēto ad fauorē absentis; quia valebit in vim fideicommissi, Rom. *d. cons.171. Pro decis. n.6.* quem ad hoc citat apost. ad Rom. *d. cons.513. in ver. fideicommissi.* & apostill. plena *ad dict.*
* *cons.171. ver. fideicommiss.* dat plurimos concord. & dicit * communē, prout per Deci. *cons.196. In casu proposito, col.1. in fi.* Crauet. *d. cons.139.*
4 *Titius promisit. in fin. nu.11.* vbi citat plurimos. † Declara, vt plene per Clar. *in §. donat. q.5. nu.3. ver. sed pone.* quia si est facta donatio causa mortis in testamento præsenti, valet vt donatio, si absenti, valet vt legatum vel fideicommissum, qñ fit à sano; si vero fiat in testamēto vel codicillis ab infirmo, donatio simplex erit causa mortis; q si non esset ab infirmo, esset inter viuos. Clar. *quæst.4. nu.3.* † Amplia; 5
quia etiā donatio causa mortis facta per stipulationem dicitur cōtractus, & non vltima voluntas. Bald. *cons.108. Domina Ioanna. num.9. ver. quinto sit videndum. lib.3.* Angel. *cons.179. Visis prædictis, n.6. ver. ex hoc sequitur*, vbi, q si adest pactum, quod nō sit reuocabilis, dicitur etiam inter viuos, non obstante mentione, vel causa mortis; & idē tenet Rota *in nouiss. decis.107. Resoluerunt, per totam, parte 1.* vbi dicit procedere, quando dixit, q titulo donationis irreuocabilis, & ex similibus clausulis contractuum. † Extende, etiam si adsit iura- 6
mentū, & clausula, *omni meliori modo*, sine copula. Rota. *decis.107. in nouiss. parte 1.* † Amplia; quia idem est in casu contrario; quia si est 7
factum legatum cū clausula, & *si non valet iure legati, valeat vt donatio causa mortis*; quia potest valere vt donatio, si est facta præsenti, alias secus. Bald. *cons.272. In causa egregie, num.4. ver. quinto probatur, lib.5.* apostill. *ad cons. Signorol.30.* quæ allegat Alex. & Corne. *in l. senium, C. qui testam facer. poss.* & est communis * opinio, de qua Clar. *in d. §. do-* *
natio, quæst.6. num.8. ver. sed quæro. vbi, quod sufficit sola præsentia, licet non acceptauerit, & idem, si dixit, quod volebat valere iure codicillorum & cuiuslibet vltimæ voluntatis. † Amplia; quia 8
quando in testamento fit donatio præsenti, & acceptanti, an valeat, vt donatio inter viuos; quia in vltima voluntate potest fieri contractus, *l. hæredes palam, §. fi. ff. de testam.* an sit legatum, vel donatio causa mortis; quia proprie donatio est legatum, & è contra, *l.2. C. commun. de legat.* & verba sunt accipienda secundum subiectam materiam, *l. sed & si possessori §. item si inuenero, ff. de iureiur.* quia si legatum est donatio, *l. legatum, ff. de leg.3. Instit. de legat. §.1.* ergo verbum, *dono*, sumi debet pro legato, vt reuocari possit. † Quod sit donatio 9
inter viuos & nō legatum; & ideo non possit reuocari, tenet Bald. *in dict. l. hæredes palam, §. fin. ff. de testam.* quia ex quo verbum, *dono*, potest importare legatum & donationem, magis conuenit, quod sit donatio inter viuos, propter præsentiam & acceptationem; quæ in legato non est necessaria, *l. cum pater, §. surdo. ff. de legat.2.* & ita etiā tenet Bart. *in l. Lucius, §. quisquis. ff. de leg.2. & in l. cum quis, §. codicillis. ff. de leg.1.* Aretin. *Instit. de leg. §. legatum*, in gl. *super ver. donatio.* & ita est communis * opinio. Clar. *in §. donatio, q.4.* vbi tamen citat Butrium *
tenentem contrarium, *in c.2. de consuet.* & dicit, q communiter reprobatur. † Declarat tamen ipse Clar. *d. q.4. in fin.* q si esset facta do- 10
natio simplex in testamento; vel codicillis ab infirmo graui infirmitate oppresso, q esset tunc potius iudicāda donatio causa mortis. † Limita, q donatio facta per patrem filio in potestate existēti; 11
quia nō valet à principio, sed confirmatur morte, potest valere vt legatum, & fideicommissum. Oldrad. *cons.151. Si quis verba. n.2. ver. si sic*, qui licet nō aperiat, quod fuerit facta præsenti, tamen *quia contrarium non* dicit, debet ita iudicari. † Declara tamen; quia si est fa- 12
cta præsenti, vel per nuncium, aut epistolam, nō valet, neq; confirmatur morte, si nō interuenit traditio, vel aliquid q sit loco traditionis, prout reseruatio vsusfructus, constitutū, vel quid simile. Ang. *cons.44. Pater quidam in princ.* † Ex præmissa limitatione sequē- 13
retur idē esse in donatione inter virū & vxorē, quę pariter à principio non valet, sed morte confirmatur. † Limita, quando testator 14
vsus esset verbo, *lego*, quia si legat cū clausula, *& si non valet iure legati, valeat vt donatio causa mortis*, valebit vt legatū, etiam si presenti sit factū, si vt legatum valere potest. Bald. *d. cons.272. n.4. ver. quinto probatur, lib.5.* † Limita; quia donatio etiā irreuocabilis cum iuramē- 15
to, & facta donādi, & hæredibus, q ob stipulationem dici posset inter viuos, tamē si non valet inter viuos, ex quo est facta expressa causa mortis, & propter iuramentū, q facit valere actū omni meliori modo, valere debet vt causa mortis. Bald. *d. cons.108. circa fi. n. 9. ver. sed mihi remanet. lib.3* † Limita, quia donatio causa mortis, vel 16
etiā inter viuos si nō subsistinetur vt donatio, valet vt fideicommissum, si donans nō se restrinxit ad alios modos expressos, Rota in *nouiss. decis.107. part.1. n.8. & per totā*, vbi, tenet, q se restrinxit, quoniā adsunt clausulæ titulo donationis irreuocabilis. † Declara igi- 17
tur, quia si donās dixit, q si hęredes molestent donatariū, vel non, valeat donatio, tunc re inquit donata eidē, valet in vim legati, & vltimæ voluntatis, si extat numerus quinq; testium; si vero dixit, q si hæredes molestent, relinquit, vel legat ex causa præsentis donationis, non pōt valere vt legatum, vel fideicōmissum, quia se restrinxit ad causam donationis. Castr. *cons.138. Dicta donatio, in fi. vers. sed an saltem, lib.1.* Vide, *Contractus differt ab vltima voluntate in multis. Concl.993.* Vide *Dispositio ordinata per vltimam voluntatem an possit fieri inter viuos, &c. Concl.495.*

Donatio an possit fieri nondum nato, & facta an possit reuocari. Concl. 640.

1 DONATIO † non potest fieri filio nascituro, & facta non valet, plene Ægid. Bellam. *cons.* 17. *Contrahens matrimonium, nu.* 10. *& seq. per totum*, vbi per decem fundamenta hanc tuetur; 1. quia Ecclesiæ non ædificatæ non potest donari; 2. quia donari non potest persona non habenti in essentia vera; 3. quia Notarius sine cõmissione iudicis nõ potest stipulari in extraiudicialibus; 4. quia nulla lege cauetur; 5. quia stipulationes sunt inuentę, vt sibi quisq; acquirat; 6. quia in prętoriis non prohibetur, ergo ius cõmune est in contrarium; 7. quia speciale in iudicato, & officiali; 8. quia filio non existenti non potest donari à patre, & cum incipit esse, est in potestate, & patri acquiritur; 9. quia non valet pactum; 10. quando est omnium bonorum; quia tollit factionem testamenti. Con-
2 trarium, † quod valeat. Ægid. *dict. cons.* 17. *in prin.* per decem fundamenta; 1. quia potest nõ nato stipulari, & acquiritur ei cũ nascetur; 2. quia ea, quæ sunt perfecta, non possunt alterari, & quia alteri stipulari potest per Notarium; 3. quia Ecclesiæ, quæ non est, sed speratur, potest legari; 4. seruitus prædio futuro acquiri potest; 5. quia posthumus, qui nascetur, in stitui potest; 6. quia in sinuatio confirmat; 7. quia iuramentum hoc operatur; 8. quia reseruatio vsusfructus transfert dominium; 9. quia in feudis ad morganaticã permittitur; 10. quia filius hodie sibi potest acquirere, & quod valeat donatio facta filiis, & descendentibus nascituris. Bald. *in l.* 3. *in vlt. quæst. C. de vsucapio. pro donato.* Guido Pap. *cons.* 54. *in fi. num.* 6.
3 Boer. plene *decis.* 172. *nu.* 5. *& seq.* vbi late. † Declara; quia aut fit donatio super re dotali, & pro liberis illius matrimonij, & valet donatio, & pactum pro non natis; aut pro aliis, & nõ valet. Io. Fabri. *in l. quoties, C. de reuoc. donatio.* Ægid. Bellã. *d. cons.* 17. *n.* 13. *ver. nono, quia.*
4 & Io. Fabr. *Instit. de inutil. stipul. § si quis alij.* † Declara; quia valet stipulatio facta pro non nato, qñ est filius posthumus, vel quando confortur in tempus post mortẽ patris stipulantis, ita Io. Fabr. *dict. § si quis alij. Instit. de inutil. stipul.* quẽ sequitur Ægid Bellam. *d. cons.* 17.
5 *nu.* 19. *ver. item pro ista parte.* † Declara; quia potest pater stipulari in cõtractu matrimonii, ꝙ filius primogenitus habeat aliquid plus, qui alii, & isto casu bene valet stipulatio facta pro non nato à patre, ita tenuisse Gaufred. de Salerniaco *in l. si quis operas. ff. de oper. liber.*
6 dicit Ægid. Bellam. *d. cons.* 17. *nu.* 21. *ver. item pro ista parte.* † Declara; quia Notarius, iudex, & seruus publicus, ac pater, qui natis possũt stipulari, licet absentibus fauore reipublicæ; ita etiam non natis possunt stipulari, dũmodo non stipulẽtur à patre, sed à matre, vel extraneo ad beneficium nascturorum, vel à patre, solum quãdo post mortem patris confertur stipulatio, ita Ægid. Bellã. *dict. cons.*
7 17. *num.* 22. *in fin. cum seq. ver. nam si ponamus.* † Limita; quia bene potest legari filiis non natis, & si cedat dies legati, ꝙ adhuc filii non sint nati, non vitiatur legatum, *l. si duo, in princip. & §. fin. ff. de legat.* 1.
8 Castr. *cons.* 247. *In causa, quæ vertitur, col.* 5. *in prin. ver. & ideo potest legari, num.* 3. *lib.* 1. † Extende; quia valet legatum factum incertæ perso-
☞ næ, quæ potest reduci ad certitudinem, puta futuræ vxori. Vide,
9 *Legatum factum incertæ personæ quando valeat, vel non. Concl.* 45. † Extende; quia valet legatum factum Ecclesię, vel Hospitali ædificando,
☞ sed non valet donatio. Vide, *Legatum factum Ecclesiæ certæ, vel in cer-*
10 *tæ, quando valeat, vel non. Concl.* 46. † Declara totam hanc materiam; quia bene valet legatum factum nondum nato, & sic Ecclesię nõdum ædificatæ; quia cum primum natus erit, debetur; & idem est in priuilegio, secus est in donatione; quia cum donatio sit contractus, non potest fieri cũ eo, qui non est in rerum natura. Bart. *in cons.* 26. *Testator. in princ. lib.* 1. fallit, quando donatur Ecclesiæ ædificandæ, vel nascituro pro dote; quia tunc fauore dotis valet donatio, & donatio facta non existenti in rerum natura. Vide, *Dos assignata certo collegio construendo an possit commutari. Concl.* 796. Vide, *Donatio debet fieri præsenti, & quando secus. Concl.* 636. *num.* 28. *& seq.*

Donatio facta absenti quando possit reuocari, vel non, etiam Notario stipulante pro absente. Concl. 641.

1 DONATIO † facta absenti etiam Notario stipulante, pro absente, potest reuocari per donantem, antequã fuerit ratificata, & acceptata per donatarium. Dec. *cons.* 225. *Magister Ioannes, n.* 12.
* Cagn. *in l. quo tutela. § nec paciscendo, in fin. ff. de reg. iur.* vbi dicit * communem. Tiraquel. *tract. de constit. limit.* 30. *num.* 8. *& seq.* Alba. *cons.* 36.
* *nu.* 1. vbi de magis * communi. Alciat. *in c. cum contingat, n.* 324. *& seq. vsque ad n.* 332. *de iureiur.* vbi, quod imo non valet. Bero. *cons.* 4. *per tot.*
* *lib.* 1. & hanc dicit * cõmunem, & magis communem, Clar. *in § donatio. q.* 13. *n.* 2. *ver. primo ergo.* licet dicat etiã contrariam magis * com-
2 munem. † Et quod possit reuocari, tenent Grat. *cons.* 25. *n.* 37. *& seq. lib.* 1. vbi *n.* 39. dicit * communem. & *cons.* 127. *n.* 19. *& seq. eod. lib.* allegat Bertrand. *cons.* 173. *lib.* 1. *& cons.* 1. *lib.* 2. Et quod procedat conclusio, ꝙ possit reuocari, etiã si esset donatio facta Ecclesiæ, Notario stipulante, dũmodo ante acceptationem, plene Ber. *cons.* 4. *n.* 34. *lib.* 1. † Extende; quia imo donatio interim facta Notario stipulante 3
pro absente non valet, anteq̃ illam acceptauerit. Alciat. *d. cap. cum contingat, nu.* 324. *& seq. vsque* 332. *de iureiur.* vbi dicit magis * commu- *
nem, & ꝙ mortuo donatario non possunt illius heredes ratificare, vel acceptare, & *in l.* 2. *§. ex ijs, n.* 3. *ff. de verb. oblig.* vbi de cõmuni, * *
& pluries pro ista consuluit Decian. *cons.* 39. *n.* 30. *lib.* 2. *& cons.* 57. *nu.* 16. *lib.* 3. Bero. *cons.* 4. *per tot. lib.* 1. & magis * cõmunem vtramq; Clar. *in § donatio, q.* 13. plenissime Cephal. *cons.* 440. *per tot.* vbi de * cõmu- *
ni. † Et ꝙ possit reuocari, anteq̃ sit acceptata, non obstante stipu- 4
latione Notarii. Castr. *cons.* 195. *Visis ijs, quæ narrãtur. in* 2. *dubio, lib.* 2. *& cons.* 171. *an pri. eod. lib.* Ceph. qui plurimos allegat *cons.* 33. *in princ.* vbi dicit * cõmunem videri, licet ipse teneat contrariũ. Dec. *in l. contra- * *
ctus. n.* 22. *ff. de reg. iur.* Soc. Iun. *cons.* 125. *n.* 12. *lib.* 2. Dec. *cons.* 246. *n.* 6. *&* 422. *nu.* 26. Corne. *cons.* 73. *nu.* 7. *lib.* 3. *& cons.* 254. *eod. lib.* Curt. Iun. *cons.* 120. *n.* 4. Paris. *cons.* 88. *n* 1. *lib.* 3. Ang. *cons.* 73. Aret. 95. Cur. Iun. *cons.* 52. *nu.* 12. *& cons.* 55. *n.* 9. Natt. *cons.* 315. *per tot. & cons.* 253. Castr. *cons.* 182. *In casu sequenti.* vbi * omnes tenent posse reuocari, anteq̃ sit accepta- *
ta, & hanc partem tenet etiã Castr. *in l. Paulus, in fin. prin. ff. de reb. dub.* † Ratio est, quia nõ acquiritur absenti, licet Notarius pro eo stipu- 5
letur, nisi postq̃ ratũ habuit, *l. si ego. ff. de neg. gest. l. illud, C. de sacrosanct. eccl.* Dec. *cons.* 432. *in fin.* plenius *cons.* 225. *Magist. Ioan. n.* 12. *& per tot. & in l. contractus, nu.* 15. *ff. de reg. iur.* Castr. *cons.* 195. *Visis ijs, in* 2. *dub. lib.* 2. Paris. *cons.* 77. *n.* 28. *lib.* 4. Bertran. *cons.* 116. *n.* 15. *lib.* 2. Paris. *cons.* 78. *col. fi. lib.* 1. Bertazol. *cons.* 151. *n.* 3. vbi alios allegat in materia pacis non ratificatæ, plenissime Ceph. *cons.* 440. *per tot.* vbi ꝙ non acquiritur ante ratificationem, & id ꝙ dicitur, quod acquiritur, intelligitur adhoc, vt possit acceptare. † Et ꝙ non acquiratur ante ratificationem, etiã si 6
Notarius sit stipulatus pro absente. Alciat. *in d. c. cum cõtingat, n.* 231. *de iureiur.* vbi dicit * cõmunem. Cagnol. *in l. fi. C. de pact. n.* 133. vbi at- *
testatur de * cõmuni, Cur. Iun. *cons.* 55. *nu.* 10. vbi dicit * communẽ, ** & hanc maioribus auctoritatibus, & melioribus rationib. munitã dicit Vrsil. in addit. ad Affl. *decis.* 361. *n.* 43. & hanc veriorem * dicit * Rimin. Iun. *cons.* 103. *n.* 17. plures citat Masc. *concl.* 1157. *n.* 104. *& seq. vsque ad n.* 114. vbi *n.* 109. dicit magis * communem. † Et procedit in * 7
donatione facta per patrem filię; quia etiam, ꝙ Notarius sit stipulatus pro filia absente, sibi non acquiritur ante ratificationẽ. Dec. *cons.* 35. *in prin.* vbi aliquid, plenius *d. cõs.* 225. *Magist. Ioannes, n.* 12. Paris. *cons.* 77. *n.* 28. *lib.* 1. † Imo quod non sufficiat, ꝙ possederit, & tacite 8
ratum habuerit, nisi probet donatarius scientiã, anteq̃ alteri sit ius quæsitũ, & data scientia, ꝙ sit in tempore, plene Purpur. *cons.* 95. *n.* 23. & seq. † Vide; quia acceptatio non præsumitur ex lapsu tẽporis; 9
quia nõ est solemnitas, sed substãtia contractus, apostill. ad Alex. *cons.* 50. *In causa & lite, n.* 7. *lib.* 5. *in ver. substantia.* † Contrarium, ꝙ imo 10
donatio facta absenti Notario stipulãte sit valida, & acquiratur absenti; quia potest Notarius alteri stipulari, est opinio * receptis- *
sima, vt per Soc. Iun. *cons.* 67. *nu.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 127. *num.* 8. *lib.* 3. Rol. à Valle *cons.* 19. *per tot. lib.* 1. latiss. Ceph. *cons.* 33. *n.* 5. *& seq.* vbi dicit magis * cõmunem. *n.* 16. & ꝙ acquiratur donatario absenti, qñ Nota- *
rius pro eo est stipulatus, est magis cõmunis * opinio, vt per Socin. * Iun. *cons.* 118. *lib.* 3. Rubens Alex. *cons.* 117. *n.* 5. Cagn. *in l. quod nostrum. ff. de reg. iur.* vbi refert consiliũ sui genitoris. Boer. *dec.* 253. *circa fi. ver. tertio.* Crau. *cluſ.* 252. *col.* 1. *ver. aduertendum.* vbi, ꝙ non est curandum de Decio; quia sibi est contrarius, neq; de Castr. quia cõmunis est contra eum. Alex. *cons.* 106. *lib.* 4. *col.* 4. *& cons.* 47. *lib.* 5. & hãc Tiraq. *de constit. lim.* 30. *n.* 23. de consuetudine dicit seruari, & magis cõmunem, * vbi infinitos allegat, Cacher. *decis. Pedemon.* 33. *n.* 4. *& seq.* vbi *
citat plures, & magis cõmunem * dicit Gozad. *cons.* 78. *circa fi.* & se- *
quitur etiã Clar. *in § donatio, q.* 13. *n.* 12. † Imo, ꝙ non possit reuoca- 11
ri etiam anteq̃ donatarius acceptauerit est magis * communis opi- *
nio, de qua Gozad. *cons.* 78. *circa fi.* & sequitur Clar. *in § donatio. q.* 13. *n.* 2. vbi præmissa omnia allegat, vide omnino Crau. *cons.* 19. *n.* 10. *in fin. & n.* 11. vbi allegat Bald. *in l. cũ à socero, col. fi. C. de iur. dot.* Salyc. *in l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.* Corn. *cons.* 68. *col.* 2. *ad fi. ver. quarto prædicta confirmantur. lib.* 3. Rom. *cons.* 94. *col.* 2. *ver. Clara autem.* Dec. *cons.* 58. *col.* 1. *in fin. ver. non obstat quod ius quæsitũ, &* in multis aliis consiliis, quos ibi videas. Soc. *cons.* 137. *col. fi. lib.* 1. Alex. *cons.* 27. *lib.* 3. Rub. Alex. *d. cons.* 117. Goza. *cõs.* 87. *col.* 3. *n.* 14. *post med.* vide infr. *ver. contrariũ, quod imo.* Ceph. *d. cõs.* 33. *n.* 5. *& per tot.* qui citat alios. Rui. *cons.* 119. *n.* 6. & 7. *lib.* 1. Bald. *in l. cũ à socero, C. de iur. dot.* cũ quo transeunt Imol. & Alex. *in l. qui Romæ, §. Flavius. ff. de verb. oblig.* Corn. *cons.* 2. *lib.* 4. & arte statur hanc verã, & * communem, à qua non est recedendum, quicquid *
contrariũ dixerit Dec. & hanc partem tenet Rota *in nouissimis decis.* 683. *n.* 3. & 4. & plenius *decis.* 489. *in pri.* vbi plures citat, & de * com- *

muni

muni attestatur, parte 1. vbi quando adest verbum, promisit, adest
stipulatio Notarii, plenissime Roland. à Valle cons.19.n.22. vbi de
communi, allegat Crauet. attestan em de cōmuni, cons.152. col.
2.& miratur de Alciato, qui attestetur de cōtraria communi. Mar-
cabru. cons.30.n.187.& seq. vbi pro vtraq; allegat infinitos, & hanc
tuetur vti veriorem. Castr. cons.195. Visis ijs.nu 3.ver.sola vero reuocatio,
lib.2. Ruin. cons.119.n.6.& 7.lib.1. & hanc magis communem dicit
Clar. in dict.§.donatio, quæst.13.num.2.versic primo ergo. vbi etiam con-
12 trariam communem & magis communem dicit. † Et quod do-
natio facta absenti Notario stipulāte pro absente, nō potest reuo-
cari per donantē, etiam re integra, plurimos allegat Couarr. de te-
stam.in 3.part.nu.13.ver.sed si Notarius. vbi dicit communem. Bald. in
l.cum à socero. C.de iure dot. apostil. ad decis. Capell. Tholos.453. plenissi-
me Decian. cons.1.num 23.lib.3. vbi dicit, quod totus mundus hanc
partē sequitur, & allegat plurimos de communi, & de consuetu-
dine attestantes, communem dicit Simon de Prętis cons.91.n.38.
13 † Et ꝙ ex stipulatione Notarij acquiratur donatario absenti etiā
ante ratificationem. Guido Pap. decis.49.& decis.222. vbi dicit, ꝙ
ita fuit iudicatū, & cons.32.n.5.ver.præterea. Rip. lib.3 respons.c.11.nu.7.
ver.tertio respondetur. Bertrand. cons.156.n.5.lib.1. Socin. cons.125.nu.9.
lib.1. Ias. in l.stipulatio ista.§.stipulor.nu.5 ff.de verb.obl. Vesil. in addit.ad
Afflict.decis.300. vbi, ꝙ schola omnium affirmat, & hanc partem, ꝙ
non possit reuocari, qñ Notarius stipulatus fuit pro absente, etiam
re integra. Couar. de testam in 3 par.nu.13.ver.sed si Notarius. vbi dicit
cōmunem. Bald. in l.cum à socero. C.de iure dot. apostil. ad decis. Capel.
Tholos.453 plenissime Decian. cons.1.n.23.lib.3. vbi dicit, quod totus
mundus hanc partem sequitur, & allegat plurimos de cōmuni,
& de consuetudine attestantes. Simon de Prætis cons.91.n.38. dicit
14 etiam communem. † Declara; quia quoad acquisitionem domi-
nij, & possessionis non valet, nisi acceptauerit, licet reuocari non
possit, etiā si adsit constitutum, vel reseruatio vsusfructus, etiam si
adsit iuramentū. Rota in nouiss.decis.583.nu.3.& 4.ver.sed quarta.in 1.
part. vbi ꝙ bene acquiri potest vtilis actio ad tradendum, si hęres
donatarii ratificat, quando alteri nō est ius quæsitum titulo parti-
culari, allegat Couarr. de testam.in 1.part.n.13. Tiraq. de constit.limit.3.
Decian. cons.1.n.23.lib.3. Purp cons.396.n.56.& quoad possessionem
15 Purp. cons.478.n.21.& seq. † Contrarium, ꝙ imo donatio facta ab-
senti Notario stipulante valeat, & quæratur actio donatario sine
cessione, est communis opinio, vt dicunt Socin. Iun. cons.67.n.4.
lib.3. Clar. d.§.donatio.q.13.n.2.ver.primo ergo casu. sed difficultas con-
16 sistit, an possit reuocari ante acceptationē. † Declara; quia ex sim-
plici reuocatione facta per donantē, ante acceptationē donatarii,
non est reuocata prima donatio facta absenti Notario stipulante,
vel interueniente nuncio, vel epistola, Castr. cons.195.nu.3.ver.sola
17 vero reuocatio, lib.2. sequitur Deci. cons.225.num.12.& seq. † Declara;
quia est speciale fauore dotis, ꝙ possit donari absenti. Deci. cons.35.
in princ. & idem dicit Purpurat cons.353.in fi.ver.secundo. vbi dicit idē
18 etiam fauore matrimonij. † Declara; quia bene valet tacita dona-
tio absenti facta absque ratificatione. Dec. d.cons.35.in princ. Intelli-
19 gas, † quando absenti acquiritur, & ipse non obligatur; quia tunc
requiritur actus inferens consensum absentis. Alex. cons.204. Viso
themate, nu.1.ver.& licet.lib 7. vbi apostil. in ver.tamen. dat concord.
20 † Declara; quia sufficit tacita ratificatio ex actu facta, qui inducat
acceptationē. Dec. d.cons.35. & ꝙ sufficiat tacita ratificatio, plene
21 Tiraqu. de constit.parte 3.limit.30.nu.11. † Imo quod sufficiat scientia
sola, quando est pura donatio. Roland. à Valle cons.19.nu.34.& seq.
lib.1. Purpur. cons.353.in fin.ver.tertio dici potest. infra num.17.& sequ.
22 † Declarat plene Clar. in §.donatio.quæstio.13 per totam. vbi distinguit
materiam in tres casus diuersos; Primus est, qñ donans simpliciter
reuocat donationem factam absenti, Notario stipulante, ante ra-
tificationem donatarij; & isto casu licet sit communis, quod nō
possit reuocari; tamen magis communis est, quod talis reuocatio
simplex non impedit ratificationem donatarij fieri post, & sic nō
reuocatur; Secūdus casus est, si donans reuocat donationem ante
ratificationem, & donat alteri, & isto casu licet sit communis, &
magis communis vtraq; opinio, ꝙ valeat reuocatio, & non va-
leat, ipse distinguit, vt præferatur is, qui primo habuit possessionē
rei donatæ, si nullus habuit possessionē, præferatur primus dona-
tarius; Tertius casus est, quando non est facta ratificatio; neq; re-
uocatio, & donans moritur, hæres illius non pōt ratificare, secun-
dum Castr. cons.195.lib.2. sed Clarus tenet contrarium; quia hæres
donantis non potest facto defuncti contrauenire. Adde quartum
casum, quando nō facta reuocatione dominus moritur, & res ad
tertiū non hæredem deuenit in præiudicium tertij; quia nō potest
23 ratificari. Deci. cons.225.Magister Ioannes.n.14.& seq. † Declara; quia
qñ donans dat auctoritatē donatario propria auctoritate adipi-
scēdi res absenti donatas, valet donatio absenti facta. Bald. in l.nec
ambigi. C.de donatio. Raris. cons.15.n.52.lib.3. Afflict. decis.275. Soci. Iun
cons.67.nu 6.lib.3. Vide plene, Absenti non acquiritur, nisi per nuncium,
vel epistolā. Concl.38.n.38.& seq.& iterum n.72.& seq. † Contrarium, 24
quia imo constitutum cum sit prius acceptandū, non operatur an-
te acceptatione, sicut nec donatio. Deci, plene in l.contractus, nu.15.
& seq.ff.de reg.iur. † Declara, quādo donatio fit pupillo absenti sti- 25
pulante, vel etiā pręsente pro eo tutore; quia plures sunt personę,
quę possunt pro alio acquirere, prout tutor pro pupillo, Notarius
pro omni absente, l.stipulatio ista.§ si stipuler.in ver.si quis ff. de verb ob-
lig. vbi Bart. & alii, late Ruin. cons.172.n.15.lib.1. late Rota in nouiss de-
cis.683 n.6.& seq. quæ loquitur in infāte, vt valeat, & ei acquiratur
etiā dominium, & non possit reuocari, part.1. † Imo quod Notarius 26
pro pupillo donatario acquirat possessionē, licet pupillus absens
non ratificet. Gabr. cons.177.n.42.lib.1. allegat Tiraqu. d.constit. part.
3.limit.30.num.30.& seq. Rip.l.4.§.hoc autem num.42 ff.de damn infect.
† Nec est verum, quod requiratur ratihabitio pupilli, in que do- 27
natio collata fuit; quia nedum per tutorem, verum etiā per Nota-
rium pro ipso stipulantem statim ius quæsitum fuit, etiam anteq̄
ratā habuerit, l.3.ff.rem pupill.saluam fore. Ruin. d.cons.172.nu.15.lib.1.
Rota d.decis.683.nu.6.& seq.in 1.part. † Et quod sola præsentia tuto- 28
ris, etiam si non constet de acceptatione, sufficiat; quia in iis, quæ
sunt vtilia, pręsumitur acceptatio. Socin. Iun. cons.67.nu.11 cum plu-
ribus sequentib.lib.3. † Idem, quando fuit acceptata a condonatario; 29
quia etiā reddit efficacem quoad absentem, nec reuocari potest,
& acquiritur absenti. Rota dict.decis.683.nu.8.in 1.part. † Et quando 30
Notarius dicatur stipulatus pro absente; dic, quod sufficit pro-
missio donātis habere ratum, &c. quia præsumitur eo casu rogi-
tus Notarii, vt per Rotā in nouiss. d.decis.683. in princip. in prima parte
† Amplia; quia si reuocauit donans ante acceptationem donata- 31
rii, & alteri donauit; tunc bene reuocatur prima donatio, & secū-
da præfertur, secundum Castr. dict. cons.195.lib.2.& hāc partem te-
net Dec. cons.225. Magister Ioannes per totum. maxime in fin. vbi sequi-
tur Castr. & hāc communem dicit Cagnol. in l.fin.num.272.C.de
pactis. & hāc crebriorem dicit apostil. ad Alexand. cons.31.num.16.
lib.6. in ver.vtilis. Curt. Iun. cons.55.num.9. Dec. in l.contractus num. 6.
ff.de regul.iur. Bertrand. cons.116.in fin.lib.2. & alii plures, quos dicta
apostil. ad Alexand. citat, & dicit hanc crebriorem Tiraq. de con-
stitut.in 3.part.limit.30.nu.73. † Contrarium, quod imo nullo mo- 32
do possit reuocari, quando Notarius pro absente est stipulatus;
quia plene ius tunc est quæsitum, dicit Socin. Iun cons.118.post nu.
10.ver.non obstat tertia.lib.2. vbi, quod licet auctoritas Castrens. &
Dec. sit magna; tamen bonus quādoque dormitat Homerus, &
dicit, quod contra eos est communis opinio, sequitur Couarr.
in rubr. de testam.in 3.part.post num.11. & magis communem dicit
idem Socin. Iun. cons.127.num.8.& sequent.lib.3.& hāc veriorem di-
cit apostil. ad Dec. in l.contractus, ff.de regul.iur. & supra versic.imo quod
non possit, & hāc opinionem tuetur latissime Cephal. cons.33.per to-
tum. vbi dicit magis communem, num.16. & respondet ad omnia
contraria. Purpur. consil.396 num.60. Rota in nouiss.d.decis.683.num.
3.& sequent. plenius decis.489 in princ part.1. vbi plures citat, & dicit
communem apostil. ad Alexand cons.204. in princ lib.7. † Decla-
rat † plene Clar. in §.donatio quæst.13.num.3.ver.ego vero. vt si facta est 33
traditio primo, vel tacite ratam habuit donationem, nullo modo
possit reuocari, alias si non habuit ratā tacite, neq; possessionem,
quæ sit tradita secundo donatario; & tunc præfertur secundus, l.
quoties. C.de rei vendic. Si vero neq; primo, neque secundo donata-
rio sit tradita possessio, credit, ꝙ primus donatarius debeat præ-
ferri. † Declara; quia qñ facta fuit reuocatio, & donatio alteri, qui
acceptauit ante ratificationem primi absentis; tunc prima opinio 34
potest procedere, non autem, quādo tertio non est quæsitum ius
ante ratificationem primi, ita Socin. Iun. Gozzad. & Cephal. in
dictis consiliis. † Declara, vt per Cephal. cons.33.per tot. vbi, quod 35
non acquiritur absenti, citat plurimos, postea, quod acquiratur,
qñ pro absente alius stipulatus est, vel acceptauit, ostendit verius;
quia per seruū maxime acquiritur absenti, & Notarius est seruus
publicus; ideo per eū acquiritur absenti, sed distinguit; aut est do-
natio simplex, & acquiritur etiā ignoranti, prout in legato; quia
habet merum commodum. Socin. Iun. cons.67.libr.3. Si vero habet
onus annexū, prout in priuilegio ciuilitatis, in donatione cū ali-
quo onere; tūc requiritur ratificatio; quia agitur de obligādo ab-
sente. Bene fatetur, quod licet queratur ius absenti, illud est reuo-
cabiliter respectu donatarii; quia inuito beneficiū non confertur,
& potest repudiare donationem, Rube. Alex. cons.217. quem alle-
gat in fin.nu.23. aliter declarat, quod si Notarius est pro absente sti-
pulatus, non potest reuocari; quia acquiritur absenti irreuoca-
biliter respectu donantis, non donatarii; si vero priuatus ac-
ceptat pro absente, acquiritur reuocabiliter ex parte vtriusque.

36 Contrarium, † & melius Cephal.*cons.* 440. vbi, quod si donatarius non acceptauit in vita donantis, non valet, & ita se declarat.
37 †Et quod prę umatur ratificatio facta per ipsum donatarium eo ipso, ꝙ in vita donantis habuit notitiam de ea, qñ concernit simplicem fauorē donatarij, iuxta *l. qu patitur ff. mandati.* Areti. *in l. qui absenti. nu. 4. ff. de acquir posses.* late Rota *in nouiss. decis.* 248. & 249. *in 1. part.* vbi, quod etiam rogitus ex prę sentia, & reuera loquuntur decisin donatario prę sente, non in sciente, qui erat absens, supra *nu.*
38 21. & infra plenius *num.* 70. & *seq.* † E scientia probatur ex coniecturis. Bart. *in l. eius, qui in prouincia. n.* 19. *ff. si cert. pet. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in* 3. *quæst. ff. de verbor. oblig.* Paris. *cons.* 100. *nu.* 88. *lib.* 1. & *cons.* 12. *num.* 19. *lib.* 2. puta si erat coniunctus, & fuit facta in eadem domo, in qua morabatur donatarius, vt per Roland. à Valle *cons.* 19. *nu.* 36. *cum seq. lib.* 1. Cephal. *d. cons.* 33. *num.* 19. *ver. postremo duo.* † Decla-
39 ra; † quia fauore pupilli valet facta absenti, nec potest reuocari; item qñ vnus pro omnibus est stipulatus. Rota Rom. *in nouiss. decis.*
40 683. *num.* 6. & *seq. in* 1. *parte.* † Declara: quia pater potest reuocare in profectitiis; secus in alis. Alexan. *cons.* 204. *lib.* 7. Corne. *cons.* 68. *nu.* 8. *lib.* 3. Rimin. Iun. *cons.* 112. *num.* 246. Rota *in nouiss. part.* 1. *decis.* 489.
41 *num.* 2. †Declara, quando vltra stipulationem Notarii iurauit non
42 reuocare, sed ratum habere. Thob. Non. *cons.* 56. *nu.* 19. & *seq.* † Amplia; quia mortuo donante, antequam donatarius acceptauerit donationem, quod nō possit post mortem acceptare, tenet Castr. *d. cons.* 171. & *cons.* 195. *nu.* 2. *lib.* 2. Cephal. *d. cons.* 33. *in princ.* vbi dicit, ꝙ
* videtur * communis opinio, & plures allegat, & respondet ad cōtraria, licet ipse postea teneat contrarium, tāquam verius, & communius, & pro hac parte Castr. *cons.* 195. *Visis ijs, in* 2. *dubio. lib.* 2. *ver. re integra.* sequitur Dec. *in l. contractus, nu.* 15. *ver. amplia singulariter. ff. de reg. iur. & cons.* 225. *nuu.* 12. & *seq.* Natt. *cons.* 189. *nu.* 2. *ver. & ratificatio.* latiss. Tiraquel. *de constit. in* 3. *part. limit.* 30. *num.* 73. vbi recitatis hinc
* inde opinionibus dat hanc distinctionem, & ꝙ * omnes ita tenēt, quod si donans viuit, potest ratificare donatarius re integra, & valet secus si ante ratificationem esset mortuus donans, citat infini-
* tos, Cephal. *cons.* 440. *nu.* 31. & *seq.* vbi de * communi, & declarat ita procedere, quæ dixit *cons.* 33. quia ibi acceptauit viuente donante.
43 † Vide tamen supra, *Donatio debet fieri præsenti. Concl.* 637. *num.* 50. & *multis sequentib.* vbi pro vtraque parte, & declaratur multis modis.
44 † Extende multo magis; quādo moritur donans ante acceptationem donatarii, & res donata deuenit ad tertium, qui non est hęres donantis; quia in præiudicium tertii non potest donatarius ratifi-
45 care. Deci. *d. cons.* 225. *Magister Ioannes, n.* 14. & *seq.* † Extende; quia etiā si mortuus fuit donans, & donatarius, nō possunt hæredes donatarij ratificare donationē factā defuncto, & multo magis, qñ non esset ad cōmodum hæredum, sed alterius; quia res nō est integra, Castr. *cons.* 195. *Visis ijs, col.* 3 *in fin. nu.* 2. *in fin. & n.* 3. *ver. & ex hoc videtur,*
46 *lib.* 2. †Extende maxime, quādo lapsi sunt decem anni, quibus hęredes donantis possederunt; quia sicut tāto tempore præscribitur iuri petitionis hæreditatis, ita etiā petitioni rei donatæ post mortē
47 donantis. Castr. *d. cons.* 195. *n.* 3. & 4. *lib.* 2. † Contrarium Clar. *d. §. donatio q.* 13. *n.* 4. *ver. tertius est casus, & in fin.* vbi reddit rationē; quia hæres donantis nō potest venire contra factum defuncti, qui tacuit, & non reuocauit, & plenissime Cephal. *d. cons.* 33. *n.* 5. & *seq.* vbi, ꝙ si ab aliquo nomine donatarii fuit acceptata, nedū à Notario; ideo
* non potest reuocari; vbi plurimos allegat, & dicit * cōmunem, & ita obseruari, & ad omnia respōdet; quia Notarius est seru⁹ publicus, & per seruū, & filium, & personā publicam acquiritur absenti.
48 Declara † tamen; quia acceptatio præsumitur ex impensa facta in instrumento authentico reperto penes donatariū. Feli. *in c. cum sicut nu.* 44. *de re iud.* Cresc. *de præsumpt. decis.* 1. alias 15. † Declara; quia dato ꝙ requiratur ratificatio per absentē, vt plene Tiraquel. *de iure constit. in* 3. *part. limit* 30. tñ interim non potest donans reuocare, qñ interuenit stipulatio Notarii, aliās secus, ita est de mente Rube. Alex. *cons.* 91. *in fin.* Ruin. *cons.* 172. *nu.* 19. *lib.* 1. quos, & alios citat Ce-
* phal. *d. cons.* 33. *n.* 5. & *nu.* 16. *cum seq.* vbi dicit * communē, sed tamen remanent in bonis donantis bona donata, si donatarius non acceptauit in vita donantis, nec potest acceptare post mortem. Ce-
50 phal. *d. cons.* 440 *nu.* 31. & *seq.* † Declara, nisi donatio esset geminata. Paris. *cons.* 89. *num.* 20. *ver. patet etiam. lib.* 3. maxime, qñ est facta coniunctis. Bald. *cons.* 86. *lib.* 5. & facit; quia donatio aliās nulla per ge-
51 minationem valet. Socin. Iun. *cons.* 67. *num.* 45. *lib.* 2. † Declara; quia Florētiæ non requiritur acceptatio, vt valeat propter statutum, ꝙ absenti possit acquiri. *lib.* 2. *rubric.* 39. ita in terminis statuti Floren-
52 tini Socin. *cons.* 211. *col.* 1. *lib.* 2. & *cons.* 53. *col. pen. lib.* 4. † Declara, seu restringe, vt non procedat viuente donāte; quia si donatio fuit per Notariū stipulata, non potuit à donāte renocari, & potuit quādocunq; ipso viuēte rata haberi & acceptari. Castr. *d. cons.* 195. *n.* 3. *ver.*
sola vero reuocatio, li. 2. Vide aliās declarationes *in ver. absentinō acquiritur, nisi per nuncium vel epistolam. Concl.* 38. † Amplia; quia si in dona- 53
tione facta Titio prę senti, adest conditio, ꝙ post ejusdē Titii mortem acquiratur alicui absenti, vel in aliū casum, & euentum, poterit donans, qñ Notarius, neq; alius fuit stipulatus pro absente, reuocare, anteq̄ acceptetur. Bald. *in l. qui Romæ, §. Flauius, n.* 1. *ff. de ver. oblig.* cuius opinionem magis * cōmunem, & seruādam dicit Clar. *
d. §. Donatio, quæst. 13. *col. fin. n.* 5. *ver. sed quis si nullus pro ipso.* † Contrariū 54
dicit teneri à multis, & esse contra Bart. * communem, idē Clar. *d. * §. Donatio q.* 13. *col.* 5. *ver. contrariū autē.* vbi citat plures. † Declarat idē 55
Clar. *d. q.* 13. *col. fin. ver. ego tamen*, vt si res sit integra, possit reuocari, vt quia adhuc primo donatario res non est tradita, vel si nō venit casus in conditione positus, alias secus. † Declara; quia si est facta 56
substitutio de aliquibus in donatione, etiā si non sint nati, facta reuocatione donationis non fit reuocatio substitutionis factę etiā ad fauorē nascituroꝝ, ita Crauet. plene *cons.* 19. *n.* 8. & *seq.* vbi latiss. me, licet *n.* 10. *in fin.* & 11. loquatur, qñ fuit facta stipulatio. Vide, *Donatio facta cū pacto quod in certum casum tertio acquiratur. Concl.* 657.
Restringe, qñ Notarius, vel alius fuit stipulatus pro absente; quia 57
tunc nō poterit donans reuocare ante acceptationē, etiā si donās, & donatarius concordarent contra tertiū absentem, cui sub conditione est donatū, ita Clar. *d. §. donatio, q.* 13. *n.* 5. vbi omnes * Doct. *
in hoc concordāt, allegat Soc. Iun. *cons.* 118. *n.* 13. *lib.* 2. infinitos allegat Crau. *cons.* 19. *nu.* 11. vbi loquitur etiā in substitutis nondū natis; quia adhuc eis potuit acquiri. † Declarat tñ Alex. *cons.* 204. *libr.* 7. 58
nisi interueniat consensus vtriusq;; sequitur Crau. *d. cons.* 19. *nu.* 11.
†Restringe; quia si esset mortuus donās, non posset illius hęres re- 59
uocare donationem factam Titio præsenti cum conditione, ꝙ transeat in tertium absentem certo casu, ita Clar. *d. §. donatio, q.* 13. *in fi. n.* 6. *ver. sed pone.* Vide plenius per Ant. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de Donatio. Concl.* 5. *Donatione facta cum pacto, quod fundus post certū tempus sit Ecclesia, an tale pactum posit reuocari.* † Amplia; vt procedat etiā in do- 60
natione facta Ecclesiæ, & pio loco; quia absenti nō acquiritur etiā Notario stipulāte, nisi sequuta ratificatione: ideo potest reuocari ante ratificationē. Cast. *in l. illud. C. de sacr. Eccles.* & * cōmunem dicit *
Clar. in *d. §. donatio, quæst.* 12. *in fi.* vbi, q. sicuti non valet facta absenti; ita neq; causæ piæ & Ecclesię valet, qñ non interuenit nuncius, vel epistola. † Contrarium, ꝙ imo donatio facta Ecclesiæ, & in 61
piā causam valeat, etiam si sit facta absenti, & nemine stipulante; tenent * cōmuniter Doct. allegati per Tiraqu. *de priu. pię causæ, priu.* *
115. vbi licet alleget plures contradicentes; tñ hæc opinio est magis * communis, & magis æqua, & procedit sine difficultate, qñ ad- *
est clausula: *omni meliori modo* quæ operatur, ꝙ censeatur electa illa via, quę facit valere actum. Bald. *in l. quoties, C. de hared. instit.* Curt. Iun. *cons.* 71. *n.* 12. Grat. *cons.* 34. *n.* 6. & *cons.* 37. *n.* 6. & *cons.* 58. *n.* 9. Crau. *cons.* 141. *n.* 3. Paris. *cons.* 40. *nu.* 24. *lib.* 3. † Amplia, quando esset non 62
solum facta reuocario, sed etiam traditio alteri titulo particulari. Deci. *cons.* 225. *Magister Ioannes, nu.* 13. & *seq.* † Contrarium, quod imo 63
etiā si titulo vniuersali sit facta. Castr. *cons.* 195. *Visis, nu.* 2. *lib.* 2. Ceph. *cons.* 440. *num.* 38. Tiraq. *de const part.* 3. *limit.* 30. *n.* 73. allegat Cassan. *cons.* 7. *Visis themate, col.* 7. *ver. item vna alia ratione.* † Declara; quia non 64
potest reuocari, neq; requiritur ratificatio donatarii ad validitatem, quādo fauore Ecclesiæ est facta cum stipulatione Notarii; pro vtraq. infinitos allegat Marcabrun. *cons.* 30. *num.* 187. & *seq.* maxime *num.* 223. & *seq.* † Declara; quia potest reuocari, quando est condi- 65
tionalis, pendente enim conditione ius potest reuocari, quæsitum sub conditione; quia non est radicatum. Rimin. Iun. *cons.* 339. *num.* 55. & *seq. ver. secundo comprobatur.* † Amplia; quia donatio facta 66
absenti nemine stipulāte potest ante acceptationem donatarii reuocari. Couar. *rub. de testam. in* 3. *par. n.* 13. *in prin.* vbi dicit * commu- *
nem, & frequentissimā. Castrens. *cons.* 171. *libr.* 2. plene Curt. Iun. *cons.* 120. *in princip.* Felin. *in cap.* 2. *de constit. num.* 7. vel ad idem, quod not. Paulus, late Neuiza. *consil.* 35. *num.* 17. vbi allegat infinita similia. † Extende etiam, si sit nuncius destinatus Notarius ad traden- 67
dum; quia nulla est ante ratificationem. Barbat. *cons.* 8. *num.* 8. *lib.* 3.
† Amplia; quia licet non possit reuocari, bene requiritur accepta- 68
tio donatarii, etiā si interuenit stipulatio Notarii, quia licet operetur, ꝙ acquiratur absenti sine cessione; non tñ sine ratihabitione. Simon. de Prætis *cons.* 150. *num.* 42. plene, & clare Maluatic. *cons.*
100. *num.* 15. & *seq.* maxime *num.* 16. vbi plures citat, ꝙ non potest reuocari, qñ Notarius fuit stipulatus pro absente, sed intelligitur, quatenus consensus, & ratificatio absentis sequatur, vt *num.* 17. vbi
plures allegat, allegat simile de caducitate emphyteutę ipso iure, vt intelligatur domino volēte secundū * communē, de qua Rol. à *
Valle *cō.* 81. *n.* 5. & 6. *li.* 3. & à speciali tenet hāc partē. Bar. *in l. ff. de iur. fisc. & in l. arbiter intra certū. de arb.* sequitur Ber. *in c. in præsēt. n.* 78. *de probat.* hanc partē videtur tenere Zucc. *in l.* 1. *C. de pact. n.* 124. Gui-
do Pap. *cō.* 23. *n.* 4. vbi alleg. *c. si tibi absenti, de prab. in* 6. & vide sup. *n.* 6.

Contra-

69 Contrarium † Decian. *cons.*1.*n.*23.*lib.*3. Simon de Prætis *cons.*91.*nu.*
* 39. pleniſſ. Maluatic.*cons.*98.*nu.*34. vbi citat infinitos atteſtãtes de communi, * & magis communi, & Neuiza.*cons.*35.*num.*22. pleniſſ.
Ruin.*in* l.1.§.*ſublata.n.*32.*& ſeq.ff.ad Trebell.* vbi reſpondet ad cõtra-
70 ria. Nonius *conſ.*56.*nu.*10.*& ſeq.* licet ibi eſſet ratificatio. † Declara; quia ſi donatio eſt mere fauorabilis, non requiritur ratificatio; ſe-
* cus ſi obligatoria donatarij. Alex.*conſ.*117.*n.*5. ſequitur Nonius *cõſ.*
56.*n.*25. Alex.*conſ.*204.*Viſo themate, in fi. n.lib.*7. vbi *nu.*3.*&* 4. dicit *
71 cõmunem, vt ſi habet onus annexum. Vide ſupra *n.*37.*& ſeq.* † Declarat tamen ipſe Maluatic.*d.conſ.*98.*nu.*34.*ver. bene verum eſt.* vt acquiratur abſenti irreuocabiliter, ſed bene illi acquiritur reuocabiliter ex ſola ſtipulatione Notarij; quia poſſet repudiare donatarius, &*conſ.*100.*n.*16. ſic videtur declarare Corn.*conſ.*50.*n.*13.*& ſeq.*
72 *lib.*1. Decian.*d.conſ.*1.*nu.*61.*lib.*3. † Contra declarationem tenet idẽ Maluatic.*conſ.*100.*n.*17. vbi abſolute, q̃ non acquiratur, niſi ſequuta ratificatione; quia eſt contractus, qui requirit conſenſum; item
73 quia ignoráti, & inuito non acquiritur. † Declara; quia ſi donatio fiat naſcituro, non requiritur ratificatio, ſed ſufficit donatio facta cũ Notario. Purpur.*conſ.*353.*n.*15.*& ſeq. ver. & omiſſo, iuncto nu.*32.*ver.*
74 *vltimo.* & idem ſi fauore matrimonij, vt ibi. † Limita; quia nõ reuocatur donatio facta abſenti miniſterio legis, Alex.*d.conſ.*204.*in fin. lib.*7. vbi apoſtill. & loquitur in præiudicium tertij, etiam de conſenſu donantis, & primi donatarii. † Reſtringe, qñ donatio eſſet
75 miniſterio hominis; quia quoad tertiũ poteſt reuocari à donante, & primo donatario, ante q̃ ſit purificata. Alex.*d.conſ.*204.*in fin. lib.*
76 7. † Limita; quia non poteſt reuocari donatio facta per patrẽ filiis, & deſcendentibus naſcituris; quia valet ſtipulatio facta à donãte, vel donatario pro eis, vt nõ poſſit reuocari, ita apoſt. ad Alex.*conſ.*
77 204.*in ver. Primum. lib.*7. † Declara; quia in profectitiis poteſt re-
78 uocari. apoſt. ad Alex.*conſ.*204.*in ver. primum, circ. fin. lib.*7. † Limita; qñ in loco adeſſet ſtatutum, quod abſenti poſſit acquiri; quia tũc non eſt locus pœnitentiæ. Alex.*d.conſ.*204.*n.*3.*ver. nec videtur obſtare. lib.*7. & indubitatũ dicit 1. apoſt.*ad d.conſ. in ver. primum.* Corn.*d.conſ.*
79 68.*n.*5.*li.*3. † Limita; quia non poteſt reuocari, etiã de conſenſu donantis, & donarii primi, qñ ſecundus donatarius ratã habuit do-
80 nationem. apoſt. ad Alex.*d.conſ.*204.*lib.*7.*in ver. primum, in fin.* † Limita, quando donatio eſt facta infanti Notario ſtipulante, vel etiã
81 nuncius abſentis interuenit. Abb. Mandel.*conſ.*36. † Limita; quia donans non poteſt reuocare donationem factam abſenti, quãdo abſens illam acceptauit etiã ex interuallo; quia licet ex longo interuallo nõ poteſt perfici ſtipulatio, bene perficitur conuentio, & donatio. Alex.*conſ.*113 *Perſpectis, per tot.* maxime *n.*12.*& ſeq. ver. præterea ſcriptura. lib.*6. vbi, q̃ non præſumitur mutatio voluntatis, niſi
82 probetur. † Limita; q̃ a imo abſolute Alex.*d.conſ.*113.*Perſpectis, in prin. lib.*6. tenet, q̃ hodie donatio facta abſenti ex ſcriptura priuata, quę dicitur pactum nudum continere, valet, & quando eſt ob cauſam de futuro, valet vt contractus nominatus, & non poteſt reuocari, maxime ſi pactum nudũ, vel conditio extitura reſpicit commodum donatarij; vel vtriuſq; allegat rationẽ; quia hodie *l. ſi quis argentum.*§.*ſi.C.de donatio.* conualidat donationẽ ſine ſtipulatione factam, & licet ſit contra ius commune; tamen propter rationem expreſſam habet locum, & extenditur etiam ad donationem ex
83 cauſa, quæ nõ eſt proprie donatio propter eandem rationẽ. † Extende multo magis, qñ eſſet donatio facta abſenti per ſcripturã; puta, quia *d.l. ſi quis argentum,* §.*fin. C.de donatio.* multo magis habet locũ, vt valeat, & non poſſit reuocari, rationes plures adducit; prima eſt; quia cum non requiratur ſtipulatio, valet vt cõtractus nominatus, vt ipſe dicit in princ. ſecunda ratio; quia ſcriptura ſup-
☞ plet præſentiam.*num.*12.*ver. præterea, cum ſequ.* Vide, *Donatio inter viuos, &c. Concluſ.*660.

Donatio poteſt fieri ſub quacunq; conditione, vel pacto. Concluſ.642.

1 DONANS † poteſt apponere quęcunque pacta voluerit in donatione, quæ ſeruanda erunt. Bald.*conſ.*143.*Omnia prædicta. libr.*
4. Dyn.*conſ.*49.*Thema quæſtionis n.*2.*& ſeq. ver. præterea certum, & n.*3. vbi, q̃ poteſt fieri pure, & ſub conditione, &*nu.*8. Ang. Aretin.*conſ.*
2 73.*nu.*5. Ægid. Bellam.*conſ.*48.*nu.*19. † Amplia; quia donatio facta alicui cum conditione, *ſi ſtuduerit in legibus*, valet, & intelligitur cũ effectu, ita vt Doctor efficiatur, alias non haberet effectum Iaſ.*conſ.*
149.*lib.*4. vbi, quod partes poſſunt libere de conſenſu recedere à
3 donatione. † Amplia, vt procedat, etiam ſi donans ſit oblatus, ſed non profeſſus; quia in eo, quod ſibi retinuit, poteſt donare cũ
☞ pactis beneuiſis. Bald.*d.conſ.*143.*lib.*4. Vide, *Donatio profitenti facta,*
4 *&c. Concl* 687. † Amplia; quia donatio etiã inter viuos, & irreuocabilis facta ſub conditione mortis valet, & eſt donatio inter viuos,

non autem cauſa mortis; quia licet mors ſit cauſa donationis; tamen non eſt donatio cauſa mortis. Ang.*conſ.*383. *Statuto Piſtorienſi.*
☞ *nu.*2.*& per tot.* vbi, q̃ non eſt pura donatio. Vide *Donatio inter viuos, &c. Concl.*656. † Amplia maxime, qñ donatio eſſet pro dote; quia 5
etiã fauore dotis acquiritur abſenti mulieri. Vide, *Dotis actio quando cõpetat, &c. Concl.*792. † Amplia; quia in traditione rei ſuæ, vel iu- 6
ris ſui poteſt quilibet apponere legem ſibi beneuiſam, etiã in ſpiritualibus prout in collatione conceſſa beneficiorum, dummodo canonicis conferatur, & perſonæ nubendæ, dũmodo nubat tali; quia ſi honeſte poteſt, valet cõditio, & pactũ, & obligatio, & ſi nõ ſeruatur, actus cõtrarius nõ valet, vel priuatur re tradita. Caſt.*conſ.*
366.*Super primo per tot.* vbi late *lib.*1. Vide, *Matrimoniũ quando dicatur.*
☞ *&c. Concl.*134. † Amplia, quia in donatione inter viuos poteſt fieri 7
ſubſtitutio, & fideicommiſſum. Soc. Iun.*conſ.*118.*n.*8.*lib.*2.*l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo.* Crauet.*conſ.*19.*nu.*8. vbi dicit vtilẽ actionẽ acquiri ſubſtituto abſenti, & eſt gl.*in l.*1.*in ver. donatione. C. de donatio. cau. mort.* vbi Cyn. & Salyc. Caſtr.*conſ.*384.*per tot. lib.*1. Dec.*conſ.*
498.*n.*19. † Extende, vt idẽ ſit in donatione cauſa mortis.*l. vt hæredibus. ff. de leg.*2. Dec.*conſ.*245.*col.*2. † Extende; quia acquiritur ſubſtituto abſenti vtilis actio cõtra regulas iuris; quia alteri ſtipulari nemo põt; fallit in ſubſtitutione facta in donatione inter viuos, ſiue cauſa mortis. Crauet.*conſ.*19.*nu.*8.*& ſeq.* & eſt cõmunis * opinio, vt per
Clar.*in* §.*donatio.q.*13.*in prin. ver. certum eſt.* Vide, *Abſenti nõ acquiritur,*
☞ *niſi per nuncium, vel epiſtolam. Concl.*38.*nu.*1127.*& multis ſeqq.* † Extende; 10
quia imo ſi reuocetur donatio quoad primũ donatarium; non tñ cenſetur reuocata quoad ſubſtitutos. Crauet.*d.conſ.*19.*nu.*8.*& ſeq.*
† Declara; quia bene poteſt reuocari quoad ſecundũ donatarium, 11
etiã ſi eſſet Eccleſia, vel pia cauſa, vt p Bar. Alex. & alios *in l. qui Romæ.*§.*Flauius circa fi. ff. de verb. oblig.* vbi Iaſ. dicit * communem, vbi, q̃ ★
ſi donatur Titio cum pacto, q̃ poſt certum tẽpus donatũ ſpectet Eccleſiæ, vel alteri, poteſt tolli huiuſmodi pactu per donãtem ad
fauorem Eccleſię re integra, non aũt per hæredem donantis. † Ex- 12
tende; quia licet dominium non transferatur ſine traditione; tñ fallit in ſubſtituto in donatione; quia adueniente caſu, poterit agere rei vẽdicatione ad bona ſibi donata, licet non fuerit facta traditio. Dec.*in l. traditionib. C. de pact. col. pen. & conſ.*239.*col. pen.* Crau.*d.*
*conſ.*19.*nu.*10. † Contrarium tenet Guido Pap.*deciſ.*512. vbi, q̃ bene 13
cõpetit ſecundo donatario vtilis actio perſonalis contra hæredes primi donatarii ex quadã benigna interpretatione, qua cõpellitur hęres reſtituere. *l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo.* & loquitur, etiã ſi donans conſtituit ſe poſſidere, quãdo ſtipulatio non interuenit.
† Extende; quia etiã fideicommiſſum poteſt induci in donatione 14
facta, ex prohibitione alienãdi facta, & in caſum alienationis vocãdo Eccleſiam, vel pium locum; quia valet tale fideicõmiſſum; quia poteſt donãs adponere omnem legẽ ſibi beneuiſam in re donata. *l. traditionib. ff. de pact. l. lege. C. eo.* & acquiritur ſubſtituto ex cõtrauentione actio vtilis etiã ſine ceſſione. *l. quoties. C. de donat. quæ ſub*
modo. Soci.*conſ.*115.*in pr. li.*4. Ruin.*in l.*1.§.*ſublata. ff. ad Trebell.* vbi dicit ſe ita conſuluiſſe Regij, & eſt verũ *in conſ.*119.*lib.*1. vbi reſpondet ad
Caſtr. qui conſuluit contrarium, plene Dec.*conſ.*226.*col. pen. & fin.*
† Extende, quia maxime hoc procedit Florentiæ, vbi eſt ſtatutum 15
ſub rubrica, *qualiter alteri per alterum. lib.*2.*cap.*39. diſponens, quod alteri per alteriũ poteſt acquiri etiam ſine ceſſione, & ratificatione, facit Guido Pap. *deciſ.*267. *Pactum factum.* & in terminis huius ſtatuti vide Alexand.*conſ.*207.*& conſ.*208.*lib.*7. vbi, q̃ ſemper actio ex ſtatuto acquiritur abſenti, qui ſeruat ſtatutum. † Et q̃ traditio, 16
& acquiſitio facta per primum acquirentem, & ſtipulantem proſit, & iuuet etiã aliis vocatis abſentibus; quia prima ſufficit pro omnibus. Bart.*in l. mihi donatum. ff. de donation.* Aretin.*in l.*1.§.*per procuratorem. ff. de acquir. poſſ.* Ruin.*conſ.*25.*Dubitabilis. nu.*16.*lib.*1. † Extende; quia poteſt induci fideicommiſſum per expreſſam prohibitionem alienationis rei donatæ per verba prægnantia, & comprehẽdentia non ſolum alienationem, ſed etiam pignorationem, & ad longum tempus locationem, & obligationem; quo caſu impeditur etiam adiudicatio facta cum decreto iudicis, vt per Baldum *in*
*authent. ei qui. C. de bon. aut. iud. poſſ. num.*38.*ver. quid in prohibitis alienari.*
Alexand.*conſ.*23.*num.*7.*ver. moueor. lib.*1. † Amplia, quia donatio, 18
ſeu conceſſio facta alicui cum facultate de ea diſponendi ad libitum importat liberam poteſtatem diſponendi. Socin.*conſ.*170.
*In præſenti conſultatione. colum.*5.*verſic. quoniam conceditur. lib.*2. Iaſ. *in l.*
*ſic legatum, in princ. ff. de leg.*1. & in terminis laudi Bald. *conſ.*195. *Laudare. colum.*4.*ver. porro. libr.*2. † Amplia; quia alienatio, vel dona- 19
tio facta in fauorem Eccleſiæ cum pacto, quod non alienetur, operatur, quod non poterit Eccleſia vnquam alienare. *auth. ſancimus. de ſanctiſſ. Epiſcopis. colum.*9. Ægid. Bellam. *conſil.*48. *numer.*19. vbi, quod in traditione rei ſuæ quælibet apponere poteſt omnem conditionem. Declara, vt infra. *Concluſio prox. ſeq.*

20 Amplia; † quia in contractu donationis, tam puræ, quam etiam
reci rocæ potest fieri fieicommissum. Soci. Iun. *cons.*143.*per tot. lib.*
21 1.† Extende in prohibitione vicissitudinaria. Ias. *cons.*60. *lib.*3. *& in*
22 *l.stipulatio hoc modo concepta.n.*17. *ff. de verb.oblig.*† Amplia in dotatio-
ne; quia dotans sororem de suo proprio potest apponere pactum,
& legem, ꝙ post mortem sororis reuertatur ad dotantem; secus si
dotatio fiat de bonis sororis, & sorore absente, vt quia pactum est
23 cum marito. Castr. *cons.*352. *Pro fundamento, in prin lib.*1.† Amplia in
laudo diuisorio. Ias. *in l. qui Romæ. § . coheredes. ff. de verb. oblig.* vbi etiam
24 Socin. & Socin. Iun. *d. cons.*143. *nu.*24. *& seq. lib.*1.† Amplia in con-
tractibus feudalibus, emphyteuticis. Bald. *cons.*249. *Verba inue stitu-*
25 *re, circa med. lib.*2. Cruet. *cons.*19. *Super transactione. nu.*8.† Amplia in
dote constituta à patre vltra legitimam filiæ. Castr. *cons.*59. *Pro ple-*
26 *niori. lib.*1.† Extende; quia valet donatio facta filio suo sub condi-
tione, *si contingat me donare alteri filio, vel etiam extraneo, dono etiam tibi*
ex nunc tantùdem; quia facta donatione alteri filio erit pariter facta
ipsi, & in collatione bonorum, vel equaliter deducent, vel confer-
re debent. Ang. Aret. *cons.*100. *In casu prædicto. nu.*22. *& seq per tot. ver.*
27 *venio nunc ad secundum.*† Extende; quia valet donatio facta primo
28 filio nascituro ex tali matrimonio. Guido Pap. *decis.*267. † Exten-
de; quia si primo nascatur fœmina, postea masculus, donatio cen-
29 setur facta masculo, non fœminæ, Guido Pap. *decis.*506.† Extende,
etiam si ex eodem partu duo nascãtur filij; quia debetur primoge-
30 nito tantum, non ambobus. Guido Pap. *decis.*505. † Imo etiam va-
let donatio facta per verba; *quod tale prædiũ remaneat Titio casu, quod*
alter contrahens decedat sine liberis; quia erit inter viuos, quãdo inter-
uenit iuramentum. Guido Pap. *decis.*510.† Amplia; quia valet do-
31 natio facta Titio, & post eius mortem sine filiis Seio; quia aduenie
nte conditione, secundus donatarius poterit agere vtili actione
personali contra hæredes primi ad tradendũ. Guido Pap. *decis.*512.
† Extende idem, si dicatur, quod rem donatã alteri restituat post
32 certum tempus. Angel. Aretin. *cons.*73. *num*1.† Extende, vt supra
33 *n.*12. quia imo etiam directa actione potest agere secundus dona-
tarius.† Extende, vt procedat in quacunq; conditione appositа,
34 puta, ꝙ si donatarius moriatur sine filiis, reuertatur res donata ad
donãtem, & eius hęredes, & debet conditio seruari. *l. in traditionibus. ff. de*
pact. l. legem. C. eodem titul. Socin. *cons.*78. *lib.*1. imo aduenie
nte conditione perinde est, ac si in illo casu esset facta pure. Dec. *cons.*
551. *num.*7. *& cons.*629. *num.*4. Socin. Iun. *cons.*69. *num.*4. *lib.*3.† Am-
35 plia; quia donatio facta Titio, & eius filiis, & descendentibus ma-
sculis per lineã masculinam in perpetuũ, & deficientibus mascu-
lis pro fœminis, valet, & substitutio talis obseruari debet; quia in
donatione põt fieri quæcunq; substitutio. *l. quoties. in fin. C. de dona-*
tion. quæ sub modo. Bar. & alii *in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. oblig.*
Castr. *cons.*247. *Quia circa, ad prim. lib.*1. Soci. *cons.*25. *Non insistendo, in*
36 *prim. lib.*3. Socin. Iun. *cõs.*118. *lib.*2.† Amplia, seu declara; quia ad hoc,
vt donatio valeat facta secũdo loco, quid fieri oporteat. Gabriel.
37 *cons.*112. *nu.*7. *in fin. lib.*1.† Amplia; quia etiam in testamento potest
fieri donatio præsenti, & acceptanti irreuocabiliter, & sub condi-
38 tione mortis. Castr. *cons.*331. *Super primo, & per tot. lib.*1.† Extende,
quia ex quo est irreuocabilis, potest donatarius etiam ante condi-
tionis euentum donare alteri, & valet donatio illius spei, quã ha-
bet, Castr. *cons.*331. *num.*3. *verfic. super quarto, lib.*1.† Extende, etiam si
39 donatarius moriatur ante euentum conditionis, & disponat, valet
dispositio, & transmittit ad hæredes si nõ disposuit. Castr. *dict. cons.*
331. *nu.*3. *lib.*1. allegat §. *ex conditionali. Instit. de verb. oblig. & l. spem, C. de*
donatio. cum ibi not. in gloss.† Contrarium, quod conditionalis dona-
40 tio non transmittatur ante conditionem, neq; possit cedi, est tex.
*in l.*1. *ff. de donat.* vbi, ꝙ non est donatio. Vide, *Conditio nihil ponit in*
*esse. Concl.*593. *nu.*46. Vide, *Donatio inter viuos sub conditione qualiter in-*
*telligatur. Concl.*656.† Limita; quia non valet donatio facta sub cõ-
41 ditione turpi, vel reprobata à iure, veluti faciens testamentũ pro-
mittit non reuocare cum iuramento, & si reuocare contigerit, ex
nunc pro tunc donat bona sua, vel partem illorum inter viuos;
quia non valet, ex quo tollit liberam facultatem testandi; & quia
fit quasi per modum adiectionis pœnæ in casu mutationis testa-
menti, & sic cõditio turpis, & reprobata est. Abb. plene *cons.*41. *In*
*quæstione. nu.*3. *& seq. ver. venio nunc ad secundum. lib.*2. vbi late, plenius
Alex. *cons.*25. *Viso testamento. n.*6. *lib.*3. vbi dicit magis cõmunem. Ex-
* tende; † quia non valet donatio inter viuos, siue sit omniũ bono-
42 rum, siue partis bonorum, & siue sit in cõtractu, siue in vltima vo-
luntate, qñ fit sub conditione impossibili, vel turpi, aut à legibus
reprobata. Abb. *dict. cons.*41. *col. fin. ver. sed prædictis non obstantibus*, ma-
xime *num.*5. *lib.*2. † Limita, vt non procedat quoad legitimam fi-
43 liorum; quia non valet donatio in præiudicium filiorum. Baldus
*dict. consil.*143. *libr.*4. & idem quoad legitimam monasterii, in quo
postea profitetur. Bald. *cons.*18. *Notissimum est, num.*5. *libr.*1. De-
clara; † quia non potest fieri pactum gratuitum per patrem, vel 44
matrem in præiudicium legitimæ filiorum; secus si ex contractu
oneroso fiat; quia tũc pater præiudicat filiis in legitima. Castr. *cons.*
352. *Pro fundamento, nu.*2. *ver. si vero quæritur. lib.*1.† Limita, quando 45
conditio, vel modus adiceretur in præiudicium absentis; quia nõ
valet, veluti si frater dotando sororem de bonis sororis faciat pa-
ctum cum marito, quod mortua sorore dos reuertatur ad fratrem;
quia non præiudicat sorori; idem, si vxor facit pactum in præiudi-
cium mariti absentis. Castr. *cons.*352. *Pro fundamento, in princ. lib.*1. Vide,
*Rei suæ quilibet est moderator & arbiter. Concluſ.*112. Vide, *Donatio*
cum pacto, quod in certum casum tertio acquiratur, quando possit reuocari.
*Concl.*657.

Donatio cum onere, quod res donata vendi non possit, quid importet. Concluſ. 643.

DOnans † aliquid Hospitali cum onere, quod res donata nõ 1
possit vendi, neq; alienari in totum, nec in parte, non habet
actionem reuocãdi donationem, si contra fiat, ex quo non fuit di-
ctum. Feder. de Sen. *cons.*189. *Donatio vineæ.* Vide Concl. proxim. 2
præcedentem.† Et quod donatio facta Ecclesiæ cum onere quo-
cunq; aliquid implendi, non reuocetur, licet Ecclesia nõ impleat,
nisi sit expresse actum, sed solum possit agi ad implemẽtum. Abb.
per illum tex. *in c. verum, de cond. appos.* vbi* omnes, qui assignãt ratio- *
nem; quia contractus principaliter fit propter Deum, & in fauore
animæ, nõ vt modus seruetur, qui modus dicitur causa impulsiua,
& non finalis; ideo ea cessante non cessat contractus. Vide ple- 2
nius *Imperator iura Imperij alienare non potest, & quando secus. Concl.*40.
*num.*1. *& seq.*† Restringe, seu declara prædicta non procedere, qñ 3
constaret de mente donãtis Ecclesiæ, vel pio loco; quia si consta-
ret de ea, quod voluerit principaliter modum impleri, alias dona-
tio non haberet effectum; tunc Ecclesia, & pius locus priuarentur, vt per Corset. *Singul. suo in ver. contractus.*† Et est regulare in o- 4
mnibus contractibus, siue nominatis, siue etiam innominatis, ꝙ
si modus appositus fuerit finalis causa contractus, potest agi ad re-
uocationem, si modus non seruatur, *l. cum tefundum, C. de pact. inter*
*empt. & vendit. l.*1. *C. de donat. quæ sub modo.*† Et hæc facultas reuocã- 5
di ex modo non impleto tranſit etiam ad hæredes donantis, secũ-
dum Cyn. Bald. & Saly cet. *in l. fin. C. de reuoc. donat.*† Contrarium, 6
quod imo si donans tacuit, nec voluit reuocare propter modum
non obseruatum, neque hæres possit reuocare, videtur facere ille
tex. *in l. fin. C. de reuoc. donat.*† Declara; quia ille tex. *in l. fin.* procedit, 7
ne hæres possit reuocare ex causis specialibus contra regulam iu-
ris, de qua *in l. sicut. C. de actio. & oblig.* sed nõ procedit in reuocatio-
ne propter inobseruantiã promissorum; quia etiam hæres potest
reuocare, vt ibi per Doctor.† Et cui incumbat onus probandi, an 8
donãti, quod modus non sit impletus, an donatario, ꝙ impleue-
rit; dic, quod incumbit donatario. Corne. *cons.*179. *lib.*2. Vide, *Pro-* 2
*batio negatiua incumbit, &c. Concl.*769.† Amplia, quia potest res pro- 9
hibita alienari in donatione ad vitã tenentis cõcedi, vel iure pre-
cario, & non dicitur contra factum. Feder. de Sen. *d. cons.*89. *ver. &*
si non vis concedere.† Amplia; quia licet filius emancipatus possit do- 10
nare, & inducere fideicommissum, & legatum. Dyn. *cons.*7. *quæstio*
talis. secus est in filio in potestate; quia licet donata sibi à patre pro-
pter nuptias possit patri redonare; non tñ potest inducere fidei-
commissum, vel prohibitione, nisi prout promittitur in cõtractu.
Oldr. *cons.*110. *per tot.*† Limita, & imo hæc est regula; quia donatio 11
facta alicui cum prohibitione alienationis, adiecta causa; quia vo-
luit donans, ꝙ non possit extra familiã donatarii exire, sed quod
perpetuo trãseat ad descendentes, & illos de familia, grad atim o-
peratur, ꝙ non potest etiã permutari. DD. Tres Rotæ Florentiæ in
motiuis 25. Iunij 1572.† Extende; quia si quis donauit prædiũ cum 12
hoc, *quod casu quo donatarius modo aliquo alienaret bona donata, ipsa bona*
redirent ad donantem, ac si donatio facta non fuisset; talia verba inducent
pactũ resolutiuũ, ita vt facta alienatione, donatio fit nulla, & re-
soluta, & bona ipso iure reuertãtur ad donantem eo ipso, ꝙ peruc-
nit ad alienationem. Castr. & Alex. *in l. qui absenti, §.*1. *ff. de acquir. poss.*
Bald. *in l. ea lege, C. de cond. ob caus.* Chassan. *super consuetud. Burgun. rubr.*
11. §. 3. *ver. septimo limita.* vbi dicunt, ꝙ pactum resolutiuũ h. bet vim
pacti l. cõmissoriæ, & ipso iure retro trãsfert dominium in donan-
tem, *l. commissoriæ, C. de pact. inter empt.* gloss. *in l.*1 *in ver. mortis, ff. de do-*
nat. caus. mort.† Restringe; quia si est facta donatio alicui sub cõdi- 13
tione cũ promissione de non alienãdo pendente conditione, &
donans constituit se tenere, &c. non tamen fuit appositа specialis
hypotheca, si interim alienauit donans, valet alienatio; quia sola
specialis hypotheca impedit trãslationem dominii, *l. si creditor, §.*
final. ff. de distract. pignor. Bartol. *in l. si ita qui, §. ea lege, ff. de ver. oblig.*

obligidem Bartol. & alij *in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1.* Alexan. & Ias. *in l. pacisc endo. ff. de pact.* Rube. Alex. *cons. 58. Series facti, nu. 5.* Guid. Pap. *decis. 569. Per pactum, in princ.* Boer. *decis. 49. n. 4.* sed solum alienans tenetur ad interesse, vt in dictis locis. † Et constitutum in contractu conditionali non trahitur retro in præiudicium eius, qui ante purificatam conditionem ius sibi quæsiuit per titulum habilem ad translationem dominij ab eodem constituente, Dec. *consil. 247. & in l. contractus. ff. de reg. iur.* Signor. Homod. *cons. 217. Factum sic se habet.* Grat. *cons. 75. Quamuis sit, col. 2.* & ratio est, quia extremum, à quo tempore purificatæ conditionis nō reperitur habile, cum in illo tempore constituens alienauerit. Bart. *in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap.* & licet ibi Ias. *nu. 334.* velit tenere contra Bart. tamen fatetur cum * Bar. esse communem * opinionem; & quia licet illa verba, *ex nunc,* faciant trahi conditionem retro, est per fictionem, quæ fictio nūquam operatur in præiudicium tertij, & licet aliter senserit Alexan. *cons. 83. lib. 2.* & Ias. *cons. 147. lib. 2.* tamen eorum dicta debēt intelligi, quando bona sunt penes constituentem, vel eius hæredem eundē repræsentantē, & satis operātur in eorum terminis, cum dicta verba faciant constitutum valere post mortem, quod alias non valet, & in casu eorum res non erat alienata in tertium, neque in casu, in quo consuluit Old. *cons. 139.* & licet Negus. in suo *tract. de pign. in 2. parte prin. n. 4.* reprehendat Dec. & alios allegatos per eum, tamen * communis * est opinio Bar. & Dec. Vide, *Dominum an possit prohiberi transferri, & quando. Concl. 612.* † Limita; quia bene potest donans implorare officium iudicis, vt compellat Ecclesiam, vel Rectorem donatarium ad seruandam cōditionem in donatione appositam. Fed. de Sen. *d. cons. 189. in fin. l. Mœuia. in fin. ff. de manumiss. testam.* idem dicit Abb. *in c. verum. de condit. appos.* † Declara secus esse, quando constaret de mente, vt supr. *n. 2.* † Limita; quia bene potest Rector Ecclesiæ recuperare rem alienatam, donatam cūm onere, quod non posset alienari, licet donans hoc non possit. Fed. de Sen. *d. cons. 189. circa fin.*

Donatio facta cum onere, si cessat donatio, quando cesset etiam onus. Concluſ. 644.

1 DONATIO † facta per me Titio de annuo censu scutorum centum, cum onere iniuncto, quod Titius, & sui teneantur soluere annua decem conuentui Carmelitarum, cum pacto, quod si Titius decesserit sine filiis, census donatus reuertatur ad me, vel hæredes meos; & idem sit, si decedat cum filiis, qui decedant sine filiis finita donatione, quę habuit effectum, si census reuertitur ad me, vel hæredes meos, non tenentur soluere decē conuentui, quia finita causa donationis finitur onus iniunctum donationi, *l. Titia, ff. de ann. legat. l. Stichus. §. Titia. ff. de alim. legat.* Castr. *cons. 368. Super eo, in*
2 *princ. lib. 1.* † Extende in tantum finiri onus, vt si hæredes donatarij possideant de facto censum donatum, & litigent cum hæredibus donantis super restitutione, adhuc nō tenentur soluere scuta decem pro onere; quia, licet contraria allegent, videlicet donatione finitam, & non finitam, licitum est possessori contra diuersas personas agere, Castr. *d. consil. 368. in pr. & n. 2. ver. sed hic incidit, lib. 1.* & in hoc concor. Roma. *cons. 347. num. 7.* Vide, *Excipiens auditur super contrarijs. & quando secus. Concl. 428.* † Limita, quando donatio finiretur; quia non habuit effectum; quia fuit caducata, neq; à donatario acceptata; quia tunc bene onus iniunctum à donante rei suæ
3 continuat, *l. si ab eo. ff. de vsufr. leg.* Castr. *d. cons. 368. in pr. lib. 1.* Vide, *Donatio facta ex certa causa, cessante causa, non valet, & quando secus. Concluſ. 631.*

Donari non potest res aliena, vel alteri obnoxia in præiudicium Domini, vel habentis rem obnoxiā. Concluſ. 645.

1 DONARI † non potest aqua ab eo, in cuius fundo oritur, nisi accedat consensus eorum, qui ex irrigatione dictę aquæ con-
2 sueuerūt habere vtilitatem. Old. *cons. 30. ver. quarto quæritur.* † Amplia, quod non valet donatio aquę transeuntis per fundum publicum, vel priuatum, nisi consentiant ij, per quorum fundum aqua
3 transit. Old. *d. cons. 30. ver. quinto quæritur, & ver. sexto quæritur.* † Amplia; quia res aliena non potest donari in præiudicium veri Domini, sed in præiudicium donantis sic, vt est tex. *in l. si pignoris, §. 1. ff. de furt.* not. *in l. Aristo. ff. de donatio. & in l. si alienam. ff. de donat. cau. mort.*
4 † E. quando teneatur de euictione donans rem alienam. Ias. *consil. 73. in 3. & vlt. dubio, lib. 1.* vbi, quod tenetur donans ratione mendacij, quando dixit rem suam, quæ non erat; secus si donatarius hoc dixisset; quia tunc nō tenetur donans, etiamsi promisisset euictio-
5 nem, ne ex mendacio, & dolo suo quis cōmodum reportet. † Amplia; quia pater non potest donare vsumfructum filio, vel alteri in præiudicium sui creditoris, cui dictus vsusfructus est obligatus, vel in eo habuit immissionem. Petr. de Anch. *cons. 106. Dubitatur,* vt infra *n. 3. ver. secundo dato.* † Restringe, vt non procedat ampliatio in re 6
feudali obligata creditori, quia bene potest debitor creditori præiudicare, puta propter delictum, vel alias; quia istud est ex natura rei, non ex facto directo debitoris. Petr. de Anch. *d. cons. 106. n. 5. ver. secus quando ius.* † Amplia; quia res, cuius est dubius euentus, an cō- 7
perat donanti, non potest donari in præiudicium eius, cui ab euētu potest ius quæri; ideo vxor non potest donare dotem, quæ subiacet lucro mariti in euentum mortis vxoris, in præiudicium mariti. Dyn. *cons. 44. Quæstio. de qua agitur. n. 4. ver. item si cogitaut.* † Extende in re subiecta fideicommisso, si sine filiis decesserit; quia licet 8
grauatus possit donare, & transeat dominium in donatarium; tamen eueniente casu fideicommissi resoluitur donatio, *l. fin. C. commun. de legat.* imo si donatio esset facta substituto, statim, quod euenit conditio, mutatur causa dominij ipso iure. Cast. *cons. 346. Circa bona. in princ. lib. 1.* & plenius *cons. 388. Pro declaratione. in pr. lib. 1.* Vide, *Fideicommissum non potest alienari, & quando secus. Concluſ. 283.* † Am- 9
plia; quia mulier etiam cum consensu mariti non potest donare dotes suas, quin repetat hiue constante matrimonio, siue eo soluto. Vide, *Dotem relinquere & de ea testari, vel alienare quando possit mulier. Concluſ. 791.* † Extende; quia non valet pactum, neq; conuen- 10
tio, quod mulier non possit repetere dotem, per mortem viri, superstite vxore; quia est improbatum à iure, *l. 2. ff. de pact. dotal. l. 1. in princ. ff. de dot. præleg.* † Et procedit extensio, siue ipsa mulier dede- 11
rit, & pacisceatur, siue alius; cum dictæ leges generaliter loquantur, & est expressum *in l. quamuis. C. de pact. dotal.* licet gloss. ibi videatur aliqualiter limitare, & tradat Bart. *cons. 126.* Vide, *Alienæ res alienatæ vel legatæ quādo debeatur. Concl. 256.* Vide, *Legatum rei alienæ quando debeatur. Concluſ. 63.*

Donare non potest princeps terras suas subditis. Concluſ.

VIDE incertum authorem post reg. Socin. *reg. 6. Donare non potest princeps.* vbi limitat, nisi contemplatione pacis, vel in causam remunerationis.

Donatio quando insinuanda, vel non. Concl. 646.

DONATIO † inter viuos, quæ excedit quingentos aureos, non 1
valet sine insinuatione, nisi pro summa quingentorum, *l. sancimus. C. de donatio.* Bald. *cons. 6. Vsque ad quingentos, lib. 4.* vbi, quod intelligitur de moneta legali, videlicet de aureis, quorum numerus 72 faciat libram. Bald. *consil. 105. Factum tale est. nu. 1. lib. 3. & cons. 163. Super eo. num. 2. ver. super eo. lib. 4.* Roman *cons. 126. num. 2.* Cuma. *consil. 173. Saluanus, in princ.* Socin. *cons. 48. In præsenti consultatione. n. 7. & seq. ver. circa secundam, lib. 1* Clar. *in §. donatio, q. 17. nu. 2. ver. sed quæro.* † Et 2
quod a dicta summa quingentorum legalium supra non valeat; si non est insinuata, & debeat nulla declarari ex defectu insinuationis, est tex. *in d. l. sancimus. in pr. cum ibi not. & in l. pen. §. fi. & in l. data.* vbi hoc probatur etiam in coniunctis personis, *C. de donatio.* & quod non valeat supra summam scutorum 500. sed bene infra summam scutorum 500. quia non est prohibita. Castr. *d. cons. 161. Non est dubium in pr. lib. 2.* Clar. *d. §. donatio, q. 17. n. 2. ver. sed quæro.* † Extende, vt 3
procedat, etiamsi fiat inter coniunctos; quia quatenus excedit 500. aureos legales, debet insinuari, alias non valet, *l data. C. de donatio.* ita Aret. *cons. 17. Considerato diligentissime. colum. 5. ex tertio etiam capite.* † Extende, quia etiam inter patrem & filium debet insinua- 4
ri. Aret. *d. cons. 17. colum. 5. ver. ex tertio etiam.* † Declara tamen, quod 5
aurei legales quingenti hodie excedunt aureos septingentos modernos; quia olim 72. aurei faciebant libram vnam, hodie 96. faciunt libram. Bello. *cons. 4. Diligenter considerato. in fin. nu. 12. & seq. ver. valebit igitur. decis. Perusina 66. n. 9.* & infr. *n. 7.* & quod ista sit communis * opinio. Clar. *in §. donatio. quæst 15. in pr.* † Et quod insinuatio sit * 6
necessaria, quando donatio excedit 500. aureos legales, & quod quingenti aurei legales redacti ad scuta currentia monetæ hodie excedant 600. Angel. *in l. sancimus, in princip. C. de donatio.* Castrens. *in l. fin. in fin. princ. C. commun. de legat.* Anton. de Canar. in suo *tract. de insinuat. q. 5.* Alex. *cons. 4. Circa primum, col. pen. ver. nec ad hoc obstat. lib. 1.* Alex. & Ias. *in l. fin. ff. de in ius vocan.* Felin. *in c. conquerente, de offic. ordin.* Soc. *cons. 48. In præsenti. colum. 4. ver. circa secundum, lib. 1.* Ias. *in l. 2. §. ex ijs. col. pen. ff. de verb. oblig.* Deci. *cons. 239. col. 1. ver. secundo prædicta. & cons. 432. num. 5.* † Et quod hodie ascendant quingenti aurei legales ad 7
scuta 700. nostri temporis. Castrens. *in l. fin. in princip. col. fin. in fin. C. commun. de legat.* Deci. *cons. 339. Primo non videtur, numer. 3. & cons. 432. Cum sit, quod Almerigus, col. 2. ver. sed prædictis,* & supr. *nu. 5.* † Imo quod 8
hodie ascēdant ad scuta 800. nostri temporis. Ias. *in l. 2. §. ex ijs. col. fi.*

ver.tu scis,quod donatio, ff.de verb.oblig.vide etiam Alciat.lib.3.dispunct.
c.9.vbi,quod 500.aurei legales ascendunt ad scuta mille nostri té-
poris; & idem tenet Duennas reg.224.limit.19.in fin.quem citat ad
hoc Clarus dict.§.donatio, quæst.15.in princip. sed Ripa reprobat eius
9 opinionem in l.si constante,num.28.ff.solut.matr. † Extende, vt pro-
cedat etiam in donatione inter viuos collata post mortem.Signo.
10 cons.181.num.13. † Declara;quia licet donatio sit supra summam
500.& non valeat; tamen valet indubitate vsque ad illam sum-
mam,l.sancimus,iunct.l.penul.C.de donatio.Alex.cons.21.Attentis ijs,n.6.
11 in fi.ver.tamen præmissu,lib.3.† Restringe;quia donatio,quæ excedit
500.aureos, licet valeat infra 500. quando non est insinuata, d.l.si
quis argentum,C.de donatio.tamen secus est in donatione facta vxori,
quæ morte donantis confirmatur,l.2.C.de dote cauta non num.& ibi
glos.& Doct. quia si est vltra 500.in totum est nulla,& in parte ali-
qua morte non confirmatur,l.donationes la prima, C.de donatio.inter
vir.& vxo.vbi Salycet.quem sequitur Socin.in l.1.numer.97.ff.solut.
matr.attestans ita consuluisse, & eius consilium à Collegio Pisano
approbatum fuisse,& in l.si inter,in princip.ff.de reb.dub.vbi dicit se ita
consuluisse in ciuitate Florentiæ, & eius consilium approbatum
vt supra, & repetit cons.115.nu.5.lib.4.sequitur Curt.Iun.consil.95.col.
fin.num.6.Ruin.cons.52.num.8.& consil.125.num.3.lib.1.& consil.132.n.
18.lib.4.Paris.consil.62.num.20.lib.1.Ias.in l.1.§.sed & si mihi,numer.7.
ff.de verb.oblig.& est ratio; quia adest duplex defectus, videlicet rei
excedentis & personæ, in quam est prohibita donatio, vt in dictis
locis.Dec.cons.296.In casu,col.1.circa med.& idem in donatione cau-
sa mortis,quę transit inter viuos propter pactum de non reuocan-
do; secus, quando est inter personas prohibitas.Anchar.cons.76.n.
7.ver.item concluditur.Contrarium tenet Bello.cons.4.post num.11.v-
* bi, quod opinio Salyc.magis communiter * reprobatur, sequitur
Clar.in §.donatio.qu.17.n.3.ver.sed hic incidenter,vbi quod ista pars est
12 etiam ęquior.† Declara;quia insinuatio fuit adinuenta ad tollen-
das fraudes, quæ in donationibus confingi solent, ne quis effusa
largitione,&inordinata affectione patrimonium suum exhauriat;
quia interest Reipublicæ,ne quis re sua male vtatur.Instit.de ijs, qui
sunt sui,vel alie.iur.§.si maior, quod maxime inter personas coniun-
ctas conuenit custodiri, inter quas plerunq; tales fraudes contin-
gunt, l.data iampridem, C.de donatio.ideo quatenus fraus possit sub-
esse;prima opinio tenenda est,alias contraria æquior est. Vide,In-
13 sinuatio quid sit.Concl.195.n.27.& sequent. † Amplia,vt procedat,quod
requiratur insinuatio, etiá si donatio sit, siue inter extraneos, siue
inter coniunctos, l.data,C.de donatio.Roman.cons.26.n.2.ver.præsup-
14 posita erga, & ibi apostill.in ver.coniunctos, citat plures conc. † Am-
plia, vt procedat, etiam si sit actum expresse in donatione, quod
tot sint donationes,quot sunt summæ nó excedétes; quia tanquã
in fraudem legis facta non valet, quando eodem tempore, & sub
vna donatione comprehenduntur. Bald.plene.cons.18.Notissimum
est,nu.4.ver.tertio dubitatur,lib.1.vbi quod sufficit,quod omnia co-
pulata excedant,& cós.113.Quædam domina,ver.sed pone,quod dono,lib.
1.Oldr.cons.253.Factum tale est, domina S.in princ.ver.respondetur.Bald.
cons.60.lib.4.& cons.324.Casus talis est.numer.2.lib.3.& cons.400.Super
primo,n.4.vers.nec obstat,quod est Bartoli,& Cyni,lib.4.allegat text.
in l.quemadmodum,C.de agricol.& censi.lib.11.Castr.consil.161.Non est
dubium,in princ.lib.2.Roman.cons.26.Pro decisione nu.2.ver.nec videtur,
& cons.305.Quoad primum,versic.tertio inducitur.Abb.plene cons.107.
Quatuor sunt,in princ.lib.2.plene Clar.in §.donatio.qu.17.nu.4.ver.sed
* pone,aliquis,vbi dicit * communem,& veram,alias esset aperta via
15 fraudandi legem.† Extéde,vt procedat,etiam si plures essent res,
quæ donarentur in eadem donatione;quia adhuc licet sit dictum,
quod tot sint donationes,quot res donatæ; tamen requiritur insi-
nuatio, quando vno tempore, & vno instrumento fiunt. Bald.d.
16 cons.400.Super primo,nu.4.lib.4.quod est Bart.& Cyn. † Et quod sit
nulla donatio non insinuata vltra 500.aureos legales,etiam si plu-
res res essent simul donatæ, & quoad omnem excessum, etiam si
sint tot donationes,quot res donatæ,est tex.in d.l.sancimus,§.si quis
autem per diuersa,C.de donatio.Bar.& alij in l.Modestinus,in vlti.qu.ff.de
donatio.Alexan.& alij in l.si plures,ff.de pact.& in l.filio,§.fin.ff.solu.matr.
17 & in l.scire,vbi Ias.ff.de verb.oblig.& cons.21.Attentis,lib.3.† Contrariũ
tenet Bald.ex mente Specul.cons.163.Super eo,nu.3.ver.sed dubitatur,
lib.4.vbi,quod tot sunt donationes,quot sunt res specificatæ,si ita
18 fuit actum. † Extende;quia imo si donatio fiat pluribus personis,
puta Titio, & eo defuncto, eius filiis, & descendentibus ordine
successiuo, etiam quod res, vel quantitas, quæ contingit cuilibet,
non excedat 500. nihilominus debet insinuari,alias non valet,Io.
And.in addit.ad Specul.tit.de donatio.§.1.in addit.incip.Plus dicit.Rom.
cons.305.Quoad septimum,& Singul.305.& Singul.210.alias 376.Alex.
19 per illum tex.in l.si plures,ff.de pact. † Extende,vt procedat,etiam si
fierent plures donationes separatæ;quia non valerent in fraudem

legis.Bald.d.cons.113.ver.quinimo idem,lib.1.vbi,quod nullum consi-
lium potest inueniri, quin sit fraudulentum,quod non conuenit pro-
bo viro; & idem Bald.cons.324.per totum,lib.3. vbi loquitur in loca-
tione bonorum Ecclesiæ permissa ad nouem años, vt non valeant
successiuæ locationes de noueñio in noueñium factæ singulis tri-
bus añis; quia successor non tenetur illis stare,nisi secũdum ordi-
nem primæ. Vide, Prohibitio directa impedit factum tanquam prohibitũ
etiam per indirectum.Concl.900.† Extende; quia si fiat donatio,puta 20
duorum millium pluribus, ita quod singulis non tangit sũma 500.
adhuc tamen debet insinuari,alias erit nulla;quia licet tot sint do-
nationes,quot personæ,vel sũmæ singulares donatæ;tamen vnica
est donatio considerata persona donantis.Roma.plene d.cons.305.
Quoad septimum,in princ.vbi plura similia,& dicit non habere con-
tradictorem,& ibi apost.in ver.existimo,citat concor.eũdem Rom.
Sing.713.pone,facta est donatio.Cremen.Sing.131.facta est donatio.Tiraq.
de retract.tit.2.§.1.glos.6.in fin.& plenior apostil.ad Roman.d.consil.
305.n.3.ver.donatio.citat plurimos,& dicit * communem,plene A- *
lex.cons.21.Attentis ijs,in pr.& in fin.lib.3.† Extende,vt procedat,et- 12
iamsi esset dictum,quod essent tot donationes,quot sunt sũmæ 500.&
quod Notarius potest facere tot instruméta separata tot donatio-
num;quia adhuc istæ clausulæ sunt ex dolo appositæ,& nihil ope-
rantur.Abb d.cons.107.in pr.lib.2.† Restringe;quia licet hæc clau- 22
sula,quod tot sint donationes,quot res,vel summæ,non tollat insinuatio-
nem,tanquam in fraudem apposita; tamen ostendit mentem do-
nantis fuisse talem.Alexan.d.cons.21.in fin.ver.præterea intentio,libr.3.
† Declara,seu restringe,nisi plures fierent donationes separatæ,& 23
diuersis temporibus;quia si vnaquęq; non excederet summam in-
sinuationis,valerent sine insinuatione. Oldr.d.cons.253.in princ.ver.
respondetur.Bald.cons.400.n.4.ver.præterea.lib.4. quod est Bartoli,&
Cyn.Abb.d.cons.107.in princip.lib.2.† Amplia,vt procedat,etiam si 24
donatio sit causa mortis cũ pacto de non reuocando; quia ex quo
transit in donationem inter viuos debet insinuari, alias non valet.
Bal.cons.113.lib.1.in princ. † Amplia in donatione facta inter patrem 25
& filium.l.donationes,quas parentes.C.de donat.inter vir.& vxo.† Am- 26
plia in donatione inter virum & vxorem; quia debet insinuari, vt
supra proxime.† Extende, vt procedat etiam in donatione resul-
tante ex confessione dotis facta per maritum constante matrimo-
nio;quia quatenus excedat summam,debet insinuari l.sancimus.C.
de donat.† Et an si confirmetur morte,valeat vsq; ad sũmam 500.an 27
in totum sit nulla.Vide plene per Ant.Gabr.lib.3.tit.de donatio.Con-
clus.6.Donatio inter virum,& vxorem. † Amplia, etiamsi sit donatio 28
facta in testamento præsenti,& acceptanti inter viuos,vel irreuo-
cabiliter; quia non valet, nisi pro summa 500. si non est insinuata.
Castr.cons.331.Super primo.lib.1.in prin.ver.super secundo.† Amplia;quia 29
insinuatio, quæ debet fieri de iure, fit etiã, si inter fratres, vel alios
consanguineos esset facta donatio quia consanguinitas non rele-
uat,quin insinuatio habeat locum. Angel.cons.179.Visis prædictis.nu.
7.vers.sed incidenter videnda.† Amplia in liberatione gratuita, quan- 30
do creditum est liquidum, veluti si quis est creditor in duabus par-
titis, vna mille, altera sexcentorum; quia si liberat ab illa sexcento-
rum, dummodo soluantur mille, liberatio est donatio,& requirit
insinuationem,alias non valet,secus si creditum remissum non es-
set liquidum, vel obstaret exceptio, ita Bal.cons.231.Præsupposito sta-
tuto,per totum.lib.1.vbi pro vtraq; parte allegat, & ita distinguit Ia-
son in l.si mulier.ff.de cond.causa data.& est cõmunis * opinio,de qua *
Iason in l.creditori,in princip.C.de pact. † Extende in liberatione gra- 31
tuita filiæ renunciantis legitimæ paternæ sibi delatæ pro minori
pretio;quia est donatio,& requiritur insinuatio.Bald.cons.317.Fa-
ctum sic proponitur,in princ.ver.sed est tractandum lib.3.quasi per tot.vbi,
quod Bart.sæpe ita consuluit,concord.Angel.cons.59.in fin.vbi lo-
quitur in filia,quæ gratuito renunciauit hæreditati maternæ.† Ex- 32
tende;quia remissio gratuita facta vni ex duobus reis obligatis,vl-
tra summam, quæ requirit insinuationem, non valet sine insinua-
tione;quia est vera donatio,& non ficta.Bald cons.352.Itẽ statuimus.
lib.5.vbi loquitur in statuto Papiæ. Vide, Statutum circa insinuationẽ,
& registrationem.Concl.571.† Extende in pluribus creditoribus libe- 33
rantibus debitorem hæreditatis iacentis; quia si excedit summam
500. sine insinuatione non valet liberatio, quæ resultat in dona-
tione.Ang.de Perus.cons.78.Plures creditores.in fin.† Idem est,si ma- 34
ritus obligatam habens vxorem,& alios pro dote,liberat vxorem;
quia est donatio gratuita, quæ non valet.Bald.d.cons.352.circa fin.
ver.hinc est,quod si maritus.lib.5.† Extende,etiamsi non adsit verbum 35
dono,sed sit mera liberatio gratuita.Alexan.in d.l.creditori.C.de pact.
vbi dicit * communem.Iason.cons.199.In præsenti dubitatione libr.2. *
idem Iason consil.149.colum.2.lib.4.vbi declarat non procedere,
quando ex causa fieret liberatio, quæ excluderet donationem.
† Extẽde, vt procedat etiam in eo, qui remittit nedum actionem, 36
sed

sed exceptionem claram; quia si importat supra summam insinuandam requiritur insinuatio. Bald. *d. cons. 352. in fi. ver. item ille, qui re-*
37 *mittit. lib. 5.* † Extende in remissione bonorum paternorum, quibus minor soror renûciat fratri; quia dotauit in certa quantitate; quia si excedunt bona quantitatem dotis supra 500. non valet. Castren. *consil. 386. Siue dicamus, in princip. lib. 1.* vbi, quod requiritur insinuatio, & non sufficit decretum, neque quod insinuationi renuncia-
38 uerit. † Extende, vt procedat etiam in donatione, quæ fit per remissionem, vel declarationem, vt si tibi mutuaui mille, & obligatio fit de restituendo mille, cui ego nominationem fecerim; nam si nominaui alium, animo donandi, potest post nominationem heres opponere, quod nominatio erat ad commodum nominantis, alias si esset donatio esset nulla. Bald. *cons. 150. Casus talis, Vagnolus, in fin. ver. præterea, & hic lib. 1.* †
39 Contrarium, quod remissio facta etiam fideiussori indigeat insinuatione, etiam quod detur aliquid pro remissione; quia alias esset aperta via fraudibus, examinat plenè Bald. *d. cons. 261. num. 7 in fin. per totum. ver. dicit Bart. lib. 1.* vbi hinc inde multa adducit, & dicit quæstionem satis dubiam, & tandem concludit, quod requiritur insinuatio, nisi remissio fit facta, vel per transactionem, vel per confessionem de recepto; quia istis
40 duobus casibus non requiritur insinuatio. † Restringe, vt non procedat ampliatio, quando remissio fieret per viam transactionis, quæ non rescinditur ob non insinuationem odio litium. Bald.
41 *d. cons. 261. num. 4. ver. præterea certum est. lib. 1.* † Restringe, vt non procedat, quando liberatio fieret fideiussori obligato soluêti aliquid pro magna summa, quam creditor in residuo remisit; quia videtur potius transactio, quæ non est insinuanda; item quia potest exigere ab obligato debitore; item quia non fit remittens pauperior, & cui remittitur, ditior. Bald. *d. consil. 261. Primo quæritur, numer. 5. & seq.*
42 *ver. secundum dubium. lib. 1.* † Restringe; quia delicti remissio facta per Principem etiam in casu inæstimabili vitæ; quia non est proprie donatio, non requirit insinuationem. Flor. de S. Petro, *quæstio. 2. dub. 4. à numer. 8. vsque in fin.* vbi pro vtraq; parte, sed hanc veriorem asserit. † Restringe; quia vbicunque remissio gratuita, vel pac-
43 tum gratuitum esset ex causa expressa, quæ si probaretur, excluderet meram donationem; tunc causa probata non annullatur, neque requiritur insinuatio. Bald. *d. cons. 352. post med. ver. in contrarium, lib. 5.* & idem dicit Ias. *cons. 149. lib. 4. colu. 2. post med.* veluti si ex
44 causa remunerationis fieret liberatio. † Declara ista omnia de pacto gratuito, liberatione, & remissione, vt requirat insinuationem, quando constat de mente, quod voluerunt donare; secus, si constat de contrario, & in dubio requiritur insinuatio, quando pactũ gratuitum, vel liberatio; est per verba directa, vt *facio pactum de non petendis mille*; secus si per verba obliqua, videlicet, *dico te non teneri ad mille, quæ tibi mutuaui.* Angel. plene *cons. 94. Cum lis, num. 7. & 8. ver. re-*
45 *uertor ad primum.* † Restringe in repudiatione hæreditatis facta per filiam; quia is, qui repudiat, antequam adiuerit, non diminuit patrimonium, sed potius non vult augere, neque acquirere. Castr.
46 *cons. 419. Viso puncto in princip. ver. n. c obstat. lib. 2.* † Contrarium tamẽ tenent multi, quod in liberatione non requiratur insinuatio; quia cum possit fieri sine causa; ergo non requiritur insinuatio. ita Ias. on
* *in l. creditori in princip. C. de pact.* vbi plures allegat, licet dicat * communem in contrarium. Vide, *Insinuatio donationis quando fiat. Conclu.*
47 198. *num. 8. & sequen.* † Amplia, vt procedat etiam in marito intercedente pro vxore, puta pro melioramentis factis in rebus dotalibus ad perpetuam vtilitatem, vel si maritus de suo illa soluere promisit; quia est donatio, & non valet. Bald. *cons. 341. Maritus prædium, per totum. lib. 1.* qui licet non loquatur de insinuatione; vel summa excedente; tamen dicit, quod est donatio vera; vnde sequitur,
48 quod est insinuanda; si excedat summam. † Amplia in donatione tacita; quia requirit insinuationem. Floran. de sancto Petro, *quæstio. 2. dubio. 5. num. 10.* Clar. *in §. donatio. quæstio. 16. in princip.* vbi, quod habet locum in donatione tacita, vel præsumpta; & ideo confessio dotis per maritum constante matrimonio, quæ valet vt donatio, requirit insinuationem, quod dicit notandum ipse Cla-
49 rus, vbi supra. † Amplia; quia Florentiæ omnis donatio debet registrari in gabella contractuum secundum formam nouæ legis, aliis est nulla quoad præiudicium tertij, licet quoad præiudicium
50 donantis valeat, vt disponitur per legem dictæ Ciuitatis. † Restringe; quia dicta lex non habet locum in donatione iurata; quia non facit expressionem de iuramento; & quia non extenditur ad donationes iuratas, Alexand. *consil 62. col. pen. num. 20. & 21. lib. 7. & consil. 179. num. 25. lib. 2. & consil. 38. col. 4. lib. 3* quod est repetitum *consil. 137 lib. 6.* Castrens. *consil. 13. libr. 2.* Roman. *consil. 517. ad fin.* vbi specialiter loquitur de statuto annullante contractus non insinuatos, seu registratos Officialibus Gabellæ. Corn. *cons. 35. col. 2. lib. 3. & cons. 67. col. 2. lib. 4.* post Castr. *in auth sacramenta puberum. C. si ad-*
uer. vend. Socin. *cons. 87. colum. 3. lib. 2.* Ias. on *cons. 216. colum. 3. lib. 2. & cons. 233. colum. 6. & cons. 239. colum. 2. lib. 2.* Afflict. *decis. 5. & decis. 111. n.* 14. & nouissime Magalottus *in tract. de saluo cond. colum. 1. ver. tertio limita.* Vide Alexand. *cons. 4. n. 10. lib. 1.* & apostill. ibi, quę infinitos cit. pro vtraque parte; tamen hæc est * communior opinio. † Re- * 51
stringe, quia cum sit lex laicorum, nõ comprehendit clericum donantem laico. Imol. *in cap. Eccles. S. Mariæ, num. 11. de constit.* Alexand. *cons. 210. nu. 6. ver. & eadem ratione, lib. 2.* vbi attestatur * communem. *
† Amplia; quia grauatus restituere post mortem, si restituat in vita, 52
dicitur donare, & habet locum insinuatio. Bart. *in l. post mortem, ver. ad idem opponо. C. de fideicomm.* post antiq. & ibidem Bald. *in 3. oppos.* vbi refert, quod requiritur insinuatio, si excedat 500. scutos legales, sequitur Aretin. *consil. 2. colum. 2. ver. vltrim. videtur probari.* & istam esse * communem opinionem Doct. fatentur, Bald. vbi supra. † Li- * 53
mita in donatione facta, & non insinuata; quia si per Imperatorem ex certa scientia confirmatur etiam post mortem donantis, conualescit etiam in præiudicium iuris quæsiti medio tempore; quia potest tollere ius quæsitum iure ciuili, prout ex non insinuatione, & perinde est, ac si lex inducens insinuationem esset sublata quoad talem donationem, quod facere potest Imperator, Abb. *consil. 84. Videtur primo*, vbi late *lib. 1.* † Extende; quia imo etiamsi esset ta- 54
lis donatio facta Bononiæ, & sic in statu Ecclesiæ, conualescit ex confirmatione Imperatoris, quando venit in consequentiam; puta quia donatio est de bonis in statu Imperij, & etiam in statu Ecclesiæ. Abb. *dict. consil. 84. circa fi. & per tot. lib. 1.* † Limita in donatione 55
iurata; quia iuramentum supplet defectum insinuationis requisitæ à iure, vel à statuto, Ias. on *cons. 51. lib. 1. in vlt. colum. ver. quinto, & vltimo.* vbi quod est * communis, & vera, à qua in iudicando esset te- *
merarium recedere, idem Ias. on *cons. 118. colu. 2. lib. 4.* vbi multos allegat. Dec. *cons. 239. Primo non videtur.* vbi dicit * communem, & ab *
ea non recedendum, licet sit disputabilis. Ias. on *cons. 109. colu. 6. ver. secundo principaliter, libr. 4.* vbi infinitos adducit, attestando magis **
communem. Dec. *cons. 432. Cum sit, colum. 2.* vbi plurimos allegat, *n.* 16. & hanc partem tuetur Guido Pap. *decis. 350.* Corne. *cons. 194. videtur in fin. lib. 3.* Dec. *cons. 414. in fin.* & quod suppleatur omnis insinuatio iuris, vel statutorum per iuramentum donantis. Io. And. *in addit. ad Specul. tit. de instru. editio. §. pono, col. pẽul. ver. quid si renuncians.* Alexan. *cons. 4. lib. 1. colum. penul.* incipit, *Circa primum, n.* 10. *ver. quin imo.* vbi plenissima apostilla *in ver. iuramenti*, dat infinitos concord. pro vtraq; parte, & ibi Alexan. dicit se ita consuluisse cum Franc. de Aretio, & Mariano Socino Senensi, & quid vidit consilium Io. de Anania subscriptum pro hac parte à Ioan. de Imola, Flor. de sancto Petro, Iacobo de Zoccis de Ferraria, & Angelo Aretino, & repetit ista omnia *cons. 21. Attentis. nu. 11. & sequen. ver. præterea iuramentum, lib. 3.* vbi plenius tollit omnia contraria, & quod vltra prædictos fere omnes Doctores Bononienses consuluerunt, & consilũ Alexand. plenissimum, quod citat, est 26. *Cumulatissime, nu. 3. & seq. ver. quantum vero ad secundum. libr. 7.* quod est inter cons. Socin. *consil. 79. lib. 1.* consilium vero Socin. est plenius 77. *lib. 1. num. 10. & per totum. ver. circa secundum,* vbi plenis. pro vtraque, & hanc tuetur, vt in *l. nemo potest. colum. 4. ff. de leg. 1.* Aretin. *consil. 2. Intellectis, & diligenter, colum. 2.* Abb. *consil. 95. Factum sic, in fin.* vbi dicit hanc * veriorem, *lib.* *
2. Bald. Nouel. *inter consilia Soc. 78. In eadem, n. 2. ver. circa secundam, lib.* 1. plene Clarus *in §. donatio, quæst. 18. ver. contrariam,* vbi citat 24. Doctores tenentes hanc partem, quod firmetur iuramento, non obstante insinuatione, & dicit hanc * communem, & magis commu- *
nem, & dicit, quod licet alias esset magis * comunis opinio Legi- *
starum; quia secundum eos iuramentum non supplet insinuationem; tamẽ hodie magis * communis opinio est tam Canonistarũ, *
quam Legistarum, quod iuramentũ supplet insinuationem, & donatio iurata valet, non obstante, quod non sit insinuata, allegat Ripam *responso 5. lib. 1.* & vide infinitos conclus. prox. seq. *n. 6. ver. contrarium.* † Contrarium tenet Cast. *cons. 346. circa bona, n. 4. ver. secundo* 56
principaliter. lib. 1. vbi, q̃ insinuatio est inducta fauore publico, & ad fraudes euitandas; ideo non supplet insinuationem iuramentum; plus dicit *nu. 6.* quod etiam si in specie sit iuratum; & renunciatum insinuationi, *num. 6. ver. vnum omiseram,* vbi adducit plures, & Bald. summæ auctoritatis. Vide eundem Castr. *consil. 386. Siue dicamus, in princ. lib. 1.* vbi, q̃ inducta est fauore publico, & non potest renunciari insinuationi, etiam cum iuramento, & non valet. Castillio. *cons. 24. n. 45. & seq.* vbi late tuetur; quia insinuatio respicit publicã vtilitatem, & est de forma; & ideo iuramentum non operatur, & hanc partem seruari in Regno Franciæ apostil. ad Alex. *cons. 4. n. 10. lib. 1. in ver. iuramenti.* quæ plurimos pro vtraque parte citat, & Soci. *d. cons. 77. In præsenti, num. 10. ver. circa secundum, lib. 1.* pariter citat plurimos, & adducit decem fundamenta, licet postea reprobet, & teneat aliam opinionem Canonistarum, Clarus in *§. donatio, d. qu. 18.*

vbi

* vbi dicit hanc * communem, & esse magis communem Legistarũ, licet hodie dicat esse concordes cum Canonistis, & vide plurimas
57 Conclus. prox. seq. *nu.* 5. † Declara, quia secundum Canonistas ve-
* rior, & communis, * & magis communis est opinio, quod renuncians insinuationi cum iuramento validam reddat donationem,
* & secundum Legistas, contraria sit magis * communis, sed in hac materia Canonistis standum est; quia est materia ad eos pertinẽs, sicuti staretur Legistis in materia substitutionum, quæ est materia legalis, ita Socin. *d. cons.* 77. *In præsenti, n.* 10. *& seq. ver. circa secundum, vsq; in fin. lib.* 2. vbi adducit decem fundamẽta pro Legistis, & ea reprobat tanquam fragilia, & reddit rationem *n.* 12. *& seq.* quia iuramentum à iure ciuili non habebat tantum robur, & per ius authẽticorum fuit auctum, & vltimo de iure canonico, cui standum est, & Clar. *d.* §. *donatio. quæst.* 18. vbi dicit, quod hodie sine dubio magis
* * communis est Legistarum, & Legistæ conueniunt cum Canoni-
58 stis. Vide alias declarationes Concl. prox. seq. *n.* 7. *& seq.* † Limita, quando non excedit 500. aureos; quia de iure communi non re-
59 ritur insinuatio. Alex. *cons.* 12. *Viso instrumento. lib.* 1. *nu.* 3. † Extende, etiamsi esset donatio omnium bonorum. Alex. *d. cons.* 12. *nu.* 3. *lib.* 1.
60 † Limita; nisi esset deducẽda gabella, vel aliud onus pro donationẽ; quia tunc si soluta gabella non excedit aureos quingentos, valet in totum; quia intelligitur vsq; ad quingentos aureos deducta
61 gabella. Bart. *in l. quoties. ff. ad l. Falcid.* † Extende; quia si donatio esset cum reseruatione vsusfructus ipsi donanti; quia talis reseruatio minuit valorem rei donatæ, debet fieri æstimatio, deducto vsufructu, argumento *l. si quis putans.* §. *si fundus. ff. communi diuid. l. item quanuis,* §. *si vsus. eod. tit. & in l. fundum. ff. de euictio. l. hæreditatum ff. ad leg. Falcid.* † Limita; quia si extat statutum, quod contra instrumentũ non possit opponi aliqua exceptio, nisi talis, &c. tunc defectus insinuationis opponi non potest contra instrumentum donationis. Alex.
62 *cons.* 4. *colu. fin. n.* 11. *lib.* 1. qui loquitur, quod confessio sine causa exe-
63 qui debet, non autem loquitur de insinuatione. † Contrariũ dicit
64 ibi apostilla ad Alexan. *dict. cons.* 4. *lib.* 1. *in ver. causa.* † Limita in donatione facta à Principe non recognoscente superiorẽ; quia non insinuatur, Old. *cons.* 231. *nu.* 1. *ver. si quis autem.* Florian. de sancto Petro *quæst.* 2. *dub.* 5 *circa fin. n.* 12. allegat text. *in l. Sancimus, in princip. C. de*
65 *donatio.* † Extende, vt idem sit in donatione facta ab Antianis, & populo ciuitatis Lombardiæ; quia iura Principis habent ex pace
66 Constantiæ. Floria. *d. q.* 2. *dubio* 5. *nu.* 12. † Extende, vt idem sit in donatione facta principi. Ias. *cons.* 169. *colum.* 5. *ver. Circa secundum, lib.* 4.
67 † Contrarium tenet Cast. *cons.* 444. *Præmittendum, n.* 3. *ver. nunc circa donationem, lib.* 2. vbi loquitur in Domino Aldobrandino Comite, qui donauit Domino Alto eius filio tria castra, inter quæ erat Castrum Vallismontionis, quod fuit ab antiquo dictæ familiæ; & ga non erat insinuata, etiam quod facta à Domino habẽte omnimodam iurisdictionem in dicto Castro, non valet; quia siue requiratur causæ cognitio, siue non, bene requiritur præsentia alterius iudicis, quam donantis; quia ob publicam vtilitatem introducta.
68 † Limita in remissione, vel consensu præstito super alienatione rei propriæ, vel communis; quia non est proprie donatio; igitur non est necessaria insinuatio, ex quo est potius exequutiue ad vendi-
69 tionem. Cald. *cons.* 278. alias 2. *de empt. & vendit.* † Limita in donatione facta coram iudice; quia insinuare est donationẽ coram iudice facere, nec requiritur causæ cognitio, vel decretum iudicis. Castr. *cons.* 419. *Viso puncto. colum.* 1. *ver. & posito, quod requireretur, lib.* 2.
70 Alexand. *cons.* 157. *Viso instrumento, in princ. & per tot. lib.* 2. † Limita in donatione ad pias causas, vel ad fauorem Ecclesiæ facta. Cald. *cons.* 322. alias 3. *de donat.* Iason. *cons.* 169. *colu.* 5. *ver. circa secundum, lib.* 4. plene Castrens. *cons.* 212. *Omisso ordine, col.* 2. *ver. præterea donatio lib.* 2.
71 apostill. ad Castren. *cons.* 444. *nu.* 2. *lib.* 2. *in ver. Non.* † Limita in donatione facta coram iudice, & penes acta; quia nõ requirit aliam insinuationem; quia præsentia iudicis est pro insinuatione. Ang. A-
72 ret. *cons.* 4. *Quoad primum. n.* 18. *& seq. ver. quia fuit facta.* † Limita in donatione reciproca. Cald. *cons.* 320. alias 1. *de donatio.* Old. *consil.* 139. *ver. secundum erit.* Angel. *consil.* 175. *Visis prædictis. nu.* 6. *ver. venio ad tertium, & num.* 7. vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur. Flor. *q.* 2. *dubio* 5.
73 *num.* 11. † Extende etiam in donatione remuneratoria. Rom. *consil.* 26. *nu.* 3. *ver. ijs tamen non obstantibus.* vbi accipit remuneratoriam, pro
74 reciproca, vt ibi, & apost. ibi in *ver. non indiget*, citat infinitos. † Limita, quando excessus esset supra 500. ob fructus prædij donati, puta de mense Maij; quia tales fructus in sequelam rei donatę non augent ad effectum donationis insinuandæ. Bald. *in l. fin. C. pro don.*
75 per *l. filius famil.* §. *ex rebus.* & ibi Alex. *ff. de donat.* † Limita; quia donatio ex causa non requirit insinuationem, prout nec donatio reciproca. Alex. *cons.* 125. *nu.* 10. *in fin. ver. item statutum. lib.* 1. *& cons.* 83. *Visa*
* *facti. n.* 18. *lib.* 2. vbi communem * dicit, & Iul. Clar. *in* §. *donatio. qu.* 3.
* *in prin.* vbi de * communi, quod non est propria donatio; ideo non insinuanda, & plenius *q.* 16 *in fin. n.* 5. *& seq. ver. sed nunquid.* vbi dicit
* communem, etiamsi causa sit de futuro. † Declara, vt procedat, *76
quando causa, & merita sunt de præterito; secus si de futuro. Cast. *cons.* 346. *Circa bona, nu.* 4. *ver. secundo videtur obstare. lib.* 1. † Declara, vt 77
procedat pro quantitate causæ; vel reciprocæ donationis, non autẽ vltra. Franc. Aret. *cons.* 2. *n.* 5. *ver. item nec videtur. l. illud. C. de sacrof. Eccl.* Imol. *in l. Aquilius. ff. de donat.* Alex. *cons.* 21. *Attentis. col.* 2. *n.* 3. *ver. & saltẽ videtur, & nu.* 10. *lib.* 3. Corn. *cons.* 45. *col.* 3. *& in fi. lib.* 4. Soc. *cons.* 48. *In præsenti. col.* 4. *ver. secundo est aduertendum, lib.* 1. *& cons.* 215. *lib.* 2. Tiraq. *in l. si vnquam. ver. donatione largitus,* vbi declarat *nu.* 44. Vide, *Donatio* 1
ex causa non est, &c. Concl. 630. † Limita; quia licet donatio non insi- 78
nuata non valeat vltra summam insinuandam; tamen valet vsq; ad summam; quia solum superfluum vitiatur. *l. sancimus. C. de donat.* & ideo donatio potest fieri secreto, & valet vsq; ad summam 500. Bald. *cons.* 472. *Super primo. n.* 3. *ver. super quinto. lib.* 4. Castr. *cons.* 178. *Donatio prædicta. lib.* 1. *in prin. & cons.* 346. *Circa bona, n.* 4. *secundo principaliter. lib.* 1. Ang. Aret. *cons.* 4. *Quoad primum. nu.* 16. *vers. secundo dato.* & hoc esse indubitatum dicit Alexan. *cons.* 21. *n.* 6. *in fin. ver. tamen præmissis. lib.* 3.
† Restringe, vt non procedat in donatione facta inter personas p- 79
hibitas, puta inter virũ & vxorem; quia in nullo non valet, quando excedit summam, & non fuit insinuata, Bello. *cons.* 4. *Diligenter considerato, nu.* 5. *ver. hoc non procedit.* allegat Salyc. *in l. donationes. la* 1. *C. de donat. inter vir. & vxor.* Socin. *cons* 115. *Videbatur. colum.* 2. *lib.* 4. Angel.
Aret. *d. cons.* 4. *num.* 16. *ver.* 2. *dato.* † Contrarium tenet idem Bello. *d.* 80
* *cons.* 4. *n.* 11. *ver. non obstat.* vbi hanc partem magis * communem dicit, quod etiam non vitietur in totum; quia Salyc. communiter reprobatur, & dat plurimos pro hac parte, q̃ valeat vsq; ad summam promissam. † Limita; quia potest Imperator supplere insinuatio- 81
nis defectum, etiam post mortem donantis in præiudicium hæredis confirmando donationem vti validam, non obstante defectu insinuationis. Cast. *cons.* 178. *Donatio prædicta. lib.* 1. † Limita in dona- 82
tione iurata; quia non requiritur insinuatio; quia iuramentum de sui natura supplet defectum insinuationis secundum * communẽ, *
de qua Dec. *cons.* 432. *Cum sit. n.* 16. *cum seq.* Paris. *cons.* 33. *Vt præsens. nu.* 45. *cum seq. lib.* 3. Alexan. *cons.* 83. *Visa facti, in fin. n.* 20. *ver. præterea vbi iu-*
ramentum. lib. 2. † Contrarium Castr. *cons.* 346. *nu.* 4. *ver. secundo princi-* 83
paliter. lib. 1. † Limita in donatione facta filio emancipato vsq; ad 84
legitimam; quia non requiritur insinuatio. Franc. Aret. *cons.* 2. *Intellecta diligenter, in princip.* vbi apostil. *in ver. emancipato. & per totum.* vbi hoc inde, & ita tenet, quando fuit iurata, Castr. *cons.* 346. *nu.* 4. *ver. quarto videtur obstare*; quia dicitur debiti solutio, & non indiget insinuatione, vsque ad quantitatem legitimæ, quando speciali ter in
causam legitimæ est facta emancipato. † Contrarium, quod imo 85
donatio patris facta filio non valeat vsque ad legitimam, ex quo pater non tenetur ad legitimam, nisi post mortem & quia restituens fideicommissum conditionale ante conditionem casualem dicitur donare, faciunt multa per Aret. *d. cons.* 2. *n.* 5. *ver. in contrarium.*
vbi dicit * communem, & hanc partem tenet Fulg. *cons.* 217. *Viso ex-* *
emplo. ver. ad secundum. † Declara vt per Castrens. 346. *Circa bona. nu.* 86
4. *ver. quarto videtur obstare. lib.* 1. quia donatio, quæ fit filio emancipato in causam legitimæ, non indiget insinuatione, vsq; ad quantitatem legitimæ, & sic dicit fecisse Accursium; secus si ex alia causa donaret. † Limita in donatione causa mortis; quia non debet 87
insinuari. Bald. *cons.* 169. *Ista constitutio. lib.* 4. *cir. princ. l. fin. C. de donatio. causa mort.* Spec. *tit. de instrum. editio.* §. *pono.* Guido Pap. *decis.* 610. & pro indubitato ponit Castillio. *cons.* 24. *num.* 51. *& nu.* 54. *ver. sed non*
est curandum. † Declara, vt procedat limitatio, quando causa est cõ- 88
mensurata donationi, sed pro eo, quod excedit causam, requiritur insinuatio, si excedit aureos 500. Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. donatione largitus. num.* 149. *C. de reuoc. donat. & num.* 44. plene Alex. *consil.* 21.
Attentis ijs. num. 3. *& 4. ver. & saltem videtur esse verum. lib.* 3. † Limita in 89
donatione facta ex causa dotis mulieri, quia fauore dotis, & matrimonij non requiritur insinuatio. Bald. *cons.* 351. *Quæritur vtrum. lib.* 3. *in fin. ver. ex hoc sequitur.* sequitur Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in ver. donatione largitus,* vbi multos allegat. *C. de reuoc. donat.* † Et quod do- 90
natio ob causam dotis, vel ob aliam causam non requirat insinuationem, est text. *in l. fin. & auth.* ibi posita. *C. de donat. ante nupt.* Iason *cons.* 171. *colum.* 5. *ver. quarto patet. lib.* 4. † Extende maxime, quando 91
fit donatio ex causa dotis ab extraneo ad fauorem viri; quia quoad virum dicitur ex causa. Franc. Aret. *consil.* 2. *num.* 4. *ver. pro ista conclu-*
sione. † Extende; quia non requiritur insinuatio, quando donatio 92
non est simplex, sed ex causa onerosa, vt quia donatarius tenetur ad alimenta, & alia onera; quia non est simplex. Alexan. *cons.* 12. *n.* 5.
lib. 1. † Restringe, quando fit inter personas prohibitas, prout in- 93
ter virum & vxorem; quia maritus confitendo dotem constante matrimonio, quæ valet vt donatio tacita, debet insinuari necessario, si excedit 500. ita Socin. *in l.* 1. *numer.* 97. *ver. primæ conclus. ff.*
soluit.

solut.matr. Roland.à Vall.*cons.*93.*num.*17.*lib.*1.vbi alios allegat.*decis.*
94 *Perus.*66.*nu.*3.† Limita in donatione propter nuptias; quia insinua-
95 tione non indiget,*authent.vt sponsi.larg.coll.*9. † Restringe; quia si donatur mulieri propter nuptias,nõ requiritur insinuatio, ex quo dedit dotem,si donatur viro; secus est,*auth.vt fratrum filij,in princip.*
96 *collat.*9. † Declara; quia non indiget insinuatione,quando socer donat nurui pro filio propter nuptias, vel donatur mulieri pro dote;tũc intrat priuilegium;secus si donatur filio, vt det propter nuptias; quia non dicitur donatio nuptialis; antequam dederit vxori,& indiget insinuatione.Castr.*d.cons.*346.*num.*1.*vers.primo quia.col.*2.*uncto num.*4.*ver. secundo principaliter. lib.* 1.vbi ponit rationem diuersitatis. Vide, *Insinuatio non requiritur in donatione reciproca, & aliis. Conclus.*199. Vide Ant.Gabriel.*lib.*3.*tit.de donatio.Conclus.*1. *Donatio vltra summam* 500. vbi latissime.

Donans non potest renunciare insinuationi, & quando secus. Conciu.647.

1 DONANS † non potest renunciare insinuationi donationis in casu,in quo est necessaria, & renunciatio non tenet.Old.*cons.*
* 173. *Quidam habens.*& ista est communis * opinio,de qua Cald.*cons.*320.*in princ.ver. secundo si opinio*,alias 1.*de donat.*Bald.*cons.*113. *Quædam domina.in princ.lib.*1.*& cons.*115.*Verba dicunt. ver.quoad secundum.num.*2.*lib.*1. vbi loquitur de insinuatione inducta à statuto, quod ei nõ possit renunciari.Angel.*cons.*94.*Cum lis,& quæstio,col.pen.ver.superest igitur.*Castren.*cons.*346.*Circa bona.num.*4.*& cons.*386. *Siue dicamus,in princip.lib.*1.plene Castilli.*cons.*24.*nu.*45.*& seq.*vbi,quod est pro bo-
2 no publico adinuenta,& iuramentum non valet. † Amplia; quia non valet donatio supra summam sine insinuatione,etiamsi sit iurata donatio Bald.29.*n.*2.*vers.item sequeretur.lib.*1.*& cons.* 113. *Quædã domina.ver.& credo.lib.*1.*& cons.* 115.*Verba dicunt,in fin.eod.lib.*1.Angel. *cons.*179.*Visis prædictis.col.fin.in princ.ver.nec iuramentum.*Angel.*d.cons.*
3 94.*col pen ver.superest.* † Extende, etiamsi sit donatio facta per pactum,vel liberationem gratuitam.Ang.*d.cons.*94.*n.*8.*col.pen.ver. su-*
4 *perest igitur.* † Amplia,vt procedat etiam in insinuatione inducta à statuto, vel lege municipali; quia sicut non potest renunciare insinuationi inductæ à iure communi; ita neque inductæ à statuto. Bald.*cons.*115.*Verba dicunt.nu.*2.*ver.quoad secundum.lib.*1. qui loquitur etiam, quod interuenerit iuramentum, vbi loquitur de statuto Cæsenæ.Ang.de Perus.*cons.*59. *Quidam paterfamilias,in fin.*vbi loquitur in statuto Pistorij,& ambo loquuntur in renunciatione iurata,
5 quæ redundat in donationem. † Amplia; quia donans cum iuramento, & promittens cum iuramento non venire contra,non dicitur periurus, si veniat contra, ex quo non fuit insinuata; quia iuramentum non extenditur ad ius superueniens.Feder.de Sen.*cons.* 281.*Casus talis est.*Bald.*cons.*371.*Factum sic proponitur.n.*3.*lib.*3. Ang de Perus.*cons.*59. *Quidam paterfamilias,in fin.*multos allegat apostill.ad Alexand.*cons.*4.*num.*10.*in ver.iuramenti,in fin.lib.*1.vbi quod ita obseruatur in Regno Franciæ.Roman.plene *cons.*12.*num.*4.vbi plene
* apostill in *ver. iuramento*,citat plurimos, & dicit * communem;& est ratio; quia regulatur iuramẽtum,& intelligitur,rebus sic stantibus,& secundum tempus contractus.Clar.in §. *donatio.quæst.*18.*n.*
* 3.*ver.scias etiam*,vbi dicit * communem,citat Curt.Iun.*cons.*141.*nu.* 22.Vasquius *in lib.de succeff.creat.*§.5. & hanc partem late tuetur Castren.*cons.*61. *Notandum.*& quod ista opinio sit verior,quod per iuramentum non censeatur renunciatum insinuationi, sic pro ampliatione consuluit Socin.*cons.*215.*colum.*2. vbi plures allegat.*lib.*2. Angel.*cons.*59. *Quidam.*Bald.*cons.*28.*Certum est.& cons.*29.*Casus.lib.*3. Castr.*cons.*90.incip.*Visa quadam scriptura priuata.lib.* 2.*& consil.*346. *lib.* 1.incip. *Circa bona,quæ fuerunt D.Vberti.num.*4.*& num.* 6.& licet Socin.*d. cons.*non bene firmet hanc pattem,illam firmat Curt.*cons.* 67.*Circa hoc*, vbi multas authoritates allegat, & ibi apostilla addit plurimos, & dicit, quod credit hanc partem veram. Socin. etiam firmat hanc partem *cons.*22.*col.*2.*vol.*4.*& cons.*229. *Præstantissimi iuris interpretes.colum.*2.*lib.*2.*& cons.*146.*Viso processu.colum.*5.*lib.* 1. Angel. *in l.illud*,& ibi Bald.C.*de sacrosanct.Eccles.& in l.si quis pro eo. ff. de fideiuff.* Cuma.& Roman.*in l.Modestinus.ff.de donatio.*vbi dicit,quod ita
* fere * omnes tenent.Roman.*cons.*12.*Viso facto.*Anton.de Canario *tractat.de insinuat.quæst.*63.Ioan.Fabr. *Institut.de donatio.*§.*aliæ.*Barba. *cons.*15.*Præclare.lib.*1.& latius *cons.*65.*inter consilia Curtij, sapienter.*vbi,
* quod ista est communis * opinio.Cardin. Alexand. *consil.* 67.*inter consilia Curtij*, cui se subscripserunt Hieronymus Tortus, Iacob. de Putt.& Hieron.de Sancto Nazar.& multos hanc partem tenentes congestos per Dec. in ratione dubitandi *cons.*30.& hanc opinionẽ
* veriorem,& crebriorem * dixit Menoch.indistincte *cons.*1.*nu.*377. *lib.*1.& idem firmat Rimin.Iun.*cons.*72.*n.*151.*lib.* 1.*& in* §.1.*nu.*270. *Institut.de donat.* Castrens. *cons.*386.*Siue dicamus, per tot.lib.*1.*& cons.*195. *num.*5.*ver. supereſt tertium.lib.*2. vbi latissime,& apostilla citat Socin. & Alexan.in pluribus consiliis, & Castrens. adducit ibi plures rationes;quia donatio,quę indiget insinuatione,non insinuata redditur simulata præsumptione iuris, & iuramentum non tollit simulationem;secunda est; quia ob publicam vtilitatem insinuatio est introducta, & non insinuare est contra bonos mores;quo casu iuramentum non operatur; tertia est; quia odio recipientis donationem, non fauore donantis est inducta insinuatio; quo casu iuramentum non operatur, & pro ista parte adde alios concordantes,de quibus in Concl.prox.præced.*n.*56.† Contrariũ,quod imo 6
donatio non insinuata non possit infringi, stante iuramẽto de nõ veniendo contra,maxime,quando non est indiscreta.Alex.*cons.*4. *n.*10.*lib.*1.vbi multos allegat,& dicit omnes Doct.Bonon.* in hoc * subscripsisse cons.D.Paris. de Aquila, prout refert Io. de Anan. in cõsil.subscripto à multis,& enumerat plures magnæ authoritatis, prout Florian.de S.Petro,Io.de Imol. Abb.Io.de An.Ang.Aretin. Franc.Aret.Maria.Soc.& Iacob.de Zocch.q omnes pro hac parte consuluerunt,plures consulentes ponit apostil.ad Alexan.*d.cons.*4. *n.*10.*in ver.iuramenti.lib.*1.vbi dicit communem, & magis communis est * opinio.Clar.*in* §.*donatio.q.*18.*ver.contrariũ autem.*Port.*concl.* * 40.*limit.*16.*lib.*1.Alex.*cons.*12.*nu.*4.*lib.*1.vbi apost.allegat Tiraq. de-clarãtem *in l.si vnquam.C.de reuo.don.in ver.donatione largitus.n.* 44.& hanc magis * communem, quod iuramentum supplet defectum * insinuationis, *decis.Perus.*66.*n.*6.*& seq.*vbi *n.*10.quod hæc seruatur in praxi.Roma.*cons.*26.Alex.*in l.nemo potest.ff.de leg.*1.Aret.*cons.*2.*col.* *pen.& cons.*17.*cons.*47.*& cons.*77.*circa fin.*vbi dicit * communem Ca-* nonistarum.Alexan.*cons.*53.*lib.*3.*& cons*83.*lib.*2.*in fin.*vbi tollit contrarium,& *cons.*32.*lib.*2.*colum.*2.*n.*6.*& cons.*20.*&* 21.*lib.*3.*& cons.*217. *num.*6.*lib.*6.*& cons.*26.*& cons.*137.*col.fin.lib.*7.Socin.*consil.*77.*lib.*1.& procedit contrarium, etiamsi sit iuratum, omnia & singula in donatione contenta obseruare,& non contrauenire; quia licet in indiuiduo non sit renunciatum insinuationi, censetur tamen ex tali iuramento facta renunciatio.Aret.*cons.*17. *Consideratis.& cons.* 2.*colum.penul.& cons.*47 *circa fin.& cons.*77.*in fin.*vbi licet multos p contraria allegat;tamen dicit hanc communem * Canonistarum. A- *
lexan.*in l.cum de indebito.ff.de probat.*Dec.*cons.*30.*colu.*2.*& cons.*239.*co-* *lum.*1.vbi dicit * communem.Corn.pulchre,qui respondet ad cõ- *
traria,*cons.*121.*lib.*1.& hanc opinionem, quod iuramentum supleat donationem, late Ias.*cons.*5.*lib.*1.*colum.fin.*vbi,quod ista est ve- *
ra,& communis * opinio, à qua valde temerarium esset recedere *
in iudicando, & idem Ias.*cons.*5.*lib.*3.*col.antepen.ver. secundo respondetur.*& idem Ias.*cons.*118.*lib.*4.*colum.*2. vbi infinitos allegat, & dicit * *
communem.Paris *cons.*69.*n.*95.*lib.*3.vbi dicit * communem.Curt. *
Iun.*cons.*34.*num.*1.Socin. Iun.*cons.*67.*num.*6.*lib* 2.& hanc magis * *
communem dicit Clar.*in* §.*donatio.quæst.*18.Gabriel.*lib.*3.*in titul.de donat.conclus.*1.*num.*66.vbi dicit esse verum,licet in specie non fuerit insinuationi renunciatum,& citat infinitos, & Corne.*consil.*69. *lib.*2.sequitur Clarus,vbi supra. Vide pro hac parte Roman. *consil.* 26.*num.*4.*ver. secundo quia donatio.*vbi apostill.plenissima in *ver.iuramento.* ponit contrarias opiniones, & tandem *ver. alij vero hanc firmant communem*; citat infinitos, quos videas, & dicit sine dubio apud Canonistas hanc opinionem veriorem, communem, * & ap- *
probatam,& eam tenet Abb.*cons.*107.*Quatuor sunt.col.*2.*ver.sed magis dubium.lib.*2.vbi, quod est tutior; quia in dubio fit interpretatio pro iuramento,& vt euitetur periurium,& hanc magis * commu- *
nem dicit Alexand.*cons.*157.*Viso instrumento.nu.*17.*ver.non obstat etiã. lib.*2.& adde alios concordantes, de quibus conclus.proxim.præced.*nu.*55.Vide,*Donatio iurata valet.&c.Concl.*708.† Declarat Abb. 7
*cons.*107.*num.*2.*lib.*2. quod tutior est opinio,quæ est,quod iuramẽ-
tum tollat defectum insinuationis; quia in dubio pro iuramento pronunciatur, & vt euitetur peccatum; & quia insinuatio respicit priuatam vtilitatem principaliter, licet publicam secundario, & opinio, quod non tollat iuramentum solemnitatem, procedit, quando solemnitas est principaliter ob publicam vtilitatem, vel quando iuramẽtum esset contra bonos mores; q.a tunc nihil operatur.† Declarat Castr.*d.cons.*195.*in fin.lib.*2.quod iuramentum hoc 8
casu non firmat contractũ,& licet sit seruandum;si tamen fuit exequitioni semel demandatũ, potest postea repeti,& idem plenius in simili dicit *cons.* 193.*Super isto puncto.n.*2.*ver.ad tertiam rationem.lib.* 2.† Declarat eadem apostil.ad Roman.*cons.*26.*in ver.iuramento, cir-* 9
ca fin. vt non conualidet donationem inter virum & vxorem,neq; inter patrem & filium;quia plura impedimenta obstant;item non habet locum stante statuto Vrbis, quod iuramẽtum non tollat insinuationis defectum.† Contrarium tenent allegati in limit.infra 10
*n.*24.quod imo donatio etiam inter patrem & filium,& inter maritum & vxorem, q̃ de iure communi non valet,valet,si est iurata, vt per Clar.*in* §.*donatio.quæst.*8.*num.*8.vbi dicit * communem,& ci- *
tat infi-

tat infinitos, & dicit, quod ineptus esset aduocatus, qui vellet in
11 disputatione hoc ponere; quia in practica ita seruatur. † Declara; quia iuramentum assertorium non supplet, sed requiritur obligatorium, vel promissorium. Rota Perusin. *decis.66.n.11.* vbi dicit ma-
* 12 gis communem * opinionem. † Declara; quia opinio prima procedit, quando non est in specie renũciatum insinuationi, contrarium procedit, quando est in specie renunciatum insinuationi, alias non. Soci. *cons.80.col.fin.ver.non obstat authoritas.lib.1.* Bero. *cons.56.lib.1.* Tiraq. *in proœm.l.si vnquam.nu.159.* C. *de reuoc.donatio.* Gozad. *cons.57.n.13.* post Aret *cons.2.& cons.17.* & hoc esse sine difficultate, quando in specie non est renunciatum insinuationi cum iuramẽto, dicit apost. ad Roman. *cons.12.ver.iuramento.* & hanc communẽ
** declarationem Canonistarum & Legistarum dicit Clar. *d.§.do-*
13 *natio,qu.18.n.2.ver.retenta.* citat Corn. *cons.69.lib.2.* † Et diceretur renunciatum in specie, si esset renunciatum omni legum & statutorum auxilio cum iuramento. Corn. *cons.269. De duobus quaritur.lib.2.*
14 Paris. *cons.3.n.44.lib.3.* † Contra declarationem, quod imo etiam si in specie est renunciatum cũ iuramento insinuationi, quod non validetur donatio, dicit apost. ad Roman. *consil.12. in ver.iuramento.*
* vbi dicit * communem. Castr. *cons.346. Circa bona.colum.fin.nu.6.lib.*
15 1. † Imo totum contrarium, quod licet non sit in specie renunciatum insinuationi, tamen iuramentum suppleat defectum insinuationis. Aretin. *d.cons.17. Consideratis, & cons.col pen.& cons.47. circa fin.*
* *& cons.77. in fin.* vbi dicit * communem Canonistarum, & ita etiam dicit Clar. *in d.§. donatio.q.18.num.2.ver.retenta.* vbi, quod in puncto iuris ista est verior; quia idem fauor animæ militat, si non est in
16 specie renunciatum. † Declara secundo; quia vnicum iuramentum non sufficit, quando plures defectus patitur contractus, puta confessio inter virum & vxorem; quia prohibita non valet, & vt tanquam donatio valere possit, requiruntur plura iuramenta; qa vnicum non supplet plures defectus. Bello. *cons.4. Diligenter.num.3.*
17 † Contrarium, quod vnicum iuramentum sufficiat, vt confessio inter virum & vxorem valeat vt donatio: & etiam suppleat insinuationem. *decis. Perus.66.n.6.& 7.* allegat Roland. à Vall. *cons.93.n.*
18 *37.lib.1.* Ceph. *cons.6.n.17.lib.1.* † Declara; quia si esset renunciatum insinuationi cum iuramento; quia valet renunciatio ex quo iuramentum non est super re turpi. Calder. *cons.320. circa fi.ver.sed omnibus ijs cessantibus,* alias *1. de donatio.* vbi in specie erat iuratum, & renũciatum cum iuramento solemnitati insinuationis, & omni alij le-
* 19 gum auxilio, & est communis * opinio, *supra nu.12.* † Contrarium vide supra Conclus. prox. præced. *n.56.* vbi, quod insinuatio est fa-
20 uore publico inducta, & *n.57.* declaratur. † Declara; quia licet donatio non valeat supra summam non insinuata, etiamsi fit cum iuramento renunciatum insinuationis; tamen si in specie est renunciatum, non venire contra, & iuratum; tunc repellitur donans volens venire contra ob defectum insinuationis. Ang *cons.94.col.pen.*
21 *ver.superest igitur.* vbi loquitur in donatione ex remissione facta. † Imo quod sufficiat iurasse donationem, vt suppleatur insinuatio, etiamsi non sit in specie iuratum super defectu insinuationis, neq; de ea facta mentio. Alex. *cons.21.nu.14.& 15.ver.& ex prædictis est re-*
22 *sponsum.lib.3.* † Extende limitationem; quia si in specie est renun-
* ciatum insinuationi cum iuramento secundum communem * va-
23 let. Gozad *cons.57.n.13.* † Idem est, quando cum iuramento renunciatum est omni legum beneficio. & auxilio. Aret. *cons.2.& 17.* vide plene Monterent. *in stat. Bonon. de donat. fol.106. in glos. magna. in fin.*
Alexand. *cons.21.n.15.ver.accedit etiam.lib.3.* vide alias declarationes Conclus. prox. præced. *n.57.& seq.* & supra hac Conclus. *n.7.& mul-*
24 *tis seqq.* † Limita; quia donatio iurata facta per patrem filio cum. iuramento etiam supra legitimam valet sine insinuatione, quando fuit reiterata donatio, & pluries facta. Franc. Aret *cons.2. Intellecta*
* *diligenter.per tot.* vbi pro vtraq; parte, & à *num.11.ver.sed tamen ijs non*
* *obstantibus.* vsq; *in fin.* tollit omnia contraria, & dicit * communem, vbi apostil. *num.12 in ver.auramento,* dicit * communem de iure canonico, vbi Aret. dicit contraria procedere de iure ciuili, & ista est
25 veritas. † Contrarium vide supr. *num.9.* ex ijs, quæ allegat apostil. magna ad Roman. *cons.26. Iuramento, in fin.*

Donatio omnium bonorum valet, & quando secus. Conclus. 648.

1 DONATIO † omnium bonorum præsentium & futurorum valet, quando non est deuentum ad traditionem veram, vel fictam & sic ad translationem dominij. Ang. *cons.179. Visis prædictis,*
2 *per tot.* maxime *n.5.v. concludo igitur* vbi tollit omnia contraria; quem sequitur Alex. *cons.83. Visa facti narratione.nu.14.vers. quinimo fortius.*
lib.2. Marsil. *singul.333.* † Contrarium, quod regulariter non valeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, pro regula ponit Iul. Clar. in *§. donatio.q.19.* vbi plene declarat, & dicit * com- *
munem, & citat plurimos de communi attestantes, & dicit, quod ratio est; quia tollit facultatem testãdi, & infra *n.82. & n.91. & seq.* Vinius inter communes opin. * in *ver. donatio omnium bonorum*, & *
communem dicit Rom. *cons.181. Pro decisione.in prin.* vbi dicit communem, & * communem dicit Abb. *cons.48. Videtur primo.lib.2.n.2.* *
prout etiam ponit pro reg. Soc. *reg.33. Donatio omnium bonorum,* vbi, quod non valet, limitat sex modis, qui inseruient pro extensionibus. † Declara; quia donatio omnium bonorum præsentiũ & fu- 3
turorum facta sine traditione valet; quia non tollit liberam facultatem testandi; quia remanet dominium donanti; secus, si translatum esset dominium vere, vel etiam ficte per constitutum, ita declarat Ang. *d.cons.179.* vbi primo adducit, quod non valet, postea, quod imo valet cum ista distinctione, & adducit vnum mirabile, quod si esset facta in Ecclesiam, vel piam causam, nullo modo valeret; quia sine traditione dominium transit in Ecclesiam, & piam causam, sed tamen dicas vt infra *nu.83. & seq.* vbi plenius. † Amplia 4
maxime esse verum sine dubio in milite militante donante omnia bona sua presentia & futura; quia valet, & maxime reciproca. Ang. *d.cons.179.nu.3.ver.& si isti fuissent,* vbi, quod non procedit in militibus nostri temporis, sequitur Rom. *cons.26. Pro decisione.in prin.ver.*
& duplici ratione, & ibi 1. apost. in *ver protestando,in fin.ver.secundo quia,* quæ citat concor. Alex. *cons.59.in primo.lib.5.* per tex. in *l.licet inter priuatos,iuncta l.quod dotali.C.de pact.* † Amplia; quia valet donatio om- 5
nium bonorum mobilium & immobilium, presentium & futurorum; secus, quando non apponitur, *mobilium & immobilium*; quia primo casu non veniunt iura & actiones. Deci. *cons.237. In casu, in princip.& cons.414. Viso.colum.fin.in princip.* Ias. in *l.stipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verb.oblig.& in l.à diuo Pio.§. an venditione.colum.2. in prin.ff.de re iudic.* Guido Pap. *decis.291.* Guid. Panciro. *cõs.123.* D. *Antonius Grassius.nu.7.* & communem * dicit Clar. *d.§. donatio.q.19.n.5.ver.pariter* *
etiam. & procedit hæc cõclusio etiam in donatione facta Ecclesiæ, Abb. *cons.102.n.5.lib.2.* Vide, & declara in *versicul. Donatio omniũ bonorum quid contineat. Concl.650.* † Amplia, quod valet saltem quoad 6
bona præsentia donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum. Alex. *d.cons.83.n.15.ver.& similem.lib.2.& cons.152. In causa & lite.n.13. ver.præterea Ang.lib.6.* allegat Ang. *cons.106 Quædam mulier, in prin.* qui hanc tenet; quia vtile per inutile nõ vitiatur in diuiduis. † Contrarium tenet Ang *d.cons.179.n.5.vers.præsupposito autem,* vbi, 7
quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quę non valet, non etiam valebit, quoad sola præsentia, vbi pro vtraq; parte allegat, & hanc tenet, vbi, quod non detur diuisio, quando nullitas ex coniunctione surgit. & *cons.365.n.2.* vbi hoc tenet etiam fauore piæ causæ, ex quo est contra bonos mores. Marsil. *singul.333.* Vide, & declara infra *n.31.ver.Declara.* † Declara etiã; quia si adest 8
iuramẽtum, operatur, quod valeat quoad præsentia, prout valere potest. Aret. *cons.54. In causa Magnifici Domini.* Guido Pap. *sing.844. in fin.* Corn. *cons.252.n.6.lib.3.* Ruin. *cons.81. in fi.lib.1.* vbi subdit, quod qui tenent, quod donatio vitietur in totum, quando est de omnibus bonis præsentibus & futuris, nõ loquuntur, quando adest iuramentum. Grat. *cons.70.n.25.& seq.lib.1.* etiam dicit, quod Doct. qui tenent, quod talis donatio non firmetur iuramento, loquuntur, & debent intelligi quoad futura omnia, nõ quoad præsentia. Bauer. *in tract.de virt.iuram.col.2.ver.septimo,* & est communis * opinio; vt p *
Seraph. *de priuil.iuram.priuil.107.n.3.& seq.* licet ipse teneat ibi contrarium, & hanc partem in puncto iuris posse substineri dicit Clar. in *§. donatio.qu.20.n.2.* quia iuramentum supplet insinuationem, vt ipse Clar. *d.§. donatio.q.18.* vbi de magis * communi, & *q.8. in fi.& q.* *
9.n.3. vbi de * communi, q̃ firmat donationem inter patrem & fi- *
lium, virum & vxorem; & quia ius ciuile non comprehendit casum iuratum, infra *n.21.& seq.& n.96.* † Contra declarationem, q̃ 9
imo iuramẽtum nihil operetur isto casu; quia censetur contra bonos mores, & consequenter non valet, ex quo aufert liberam facultatem testandi. Cast. *cons.75. Notandũ. col.2.ver.nec videtur obstare,*
lib.2. & hanc cõmunem * dicit Clar. in *§. donatio.q.20.n.2.ver.itẽ quæ-* *
ro, licet dicat in pũcto iuris declarationem posse substineri, sed tamen à cõmuni non recedendum. † Amplia, dũmodo donatio ex- 10
presse non sit facta de omnibus bonis presentibus & futuris; quia non valeret, sed quando donantur omnia bona psentia, vel simpliciter omnia bona, valet; qa intelligitur de psentibus. Cald. *cons.321.* alias *2. de donatio.* Ang. *d.cons.179. Visis prædictis, in prin.ver.de primo nõ est*
dubitandũ, vbi dicit * cõmunem, & quando simpliciter omnia sunt * donata, q̃ valeat. Gemi. *cons.13. per tot.* & q̃ valeat donatio omnium bonorum quoad præsentia bona. Gemin. *cons.139.num.4.ver.non enim dicitur,* vbi, quod secus est, si est facta omnium bonorum præsentium & futurorum, & cõmunem * dicit Fulg *cons.116. circ.fi.* vbi *

quod

quod poterit donans testari quoad futura. Ruin. *consil.* 178. *nu.* 3. *lib.* 1.
* vbi dicit * communem, Clar. *d.* §. *donatio, q.* 19. *num.* 2. *ver. & extratione.*
* vbi dicit * communem, & ponit tres casus, quando donauit bona
præsentia tantum; item, quando donauit bona sua indefinite; item,
quando donauit vniuersaliter omnia bona sua, semper valet, & dicit
* * communem, & quod omnes ita tenent, & citat plurimos, vide in-
10 fra *num.* 22. *& seq.* † Et idem, quando donantur omnia bona reserua-
* tis bonis futuris; quia valet secundum * communem. Alex *consil.* 59.
11 *Viso, n.* 3. *lib.* 5. † Amplia; quia licet nō valeat donatio omnium bono-
rum præsentium & futurorum; quia donans redderetur intestabilis;
tamen secus est, si donatio fiat de omnibus bonis præsentib. vel si fiat
simpliciter de omnib. bonis; quia intelligitur de præsentib. Calder.
cons. 321. aliàs 2. *de donatio.* Bart. *in l. stipulatio hac modo, num.* 5. *ver. aut pro-
mittit bona, ff. de verb. oblig.* Deci. *consil.* 655. *Viso eleganti, num.* 6. *& 7. ver.
talis enim conuentio.* Gemin. *consil.* 139. *numer.* 4. *ver. non enim dicitur tolli.*
12 † Extende; quia donatio omnium bonorum, quæ donans habet, &
omnium iurium, quæ sibi competunt, valet; quia restringitur ad pre-
* sentia secundum * communem, de qua Angel. Aretin. *consil.* 4. *Quo-
ad primum, in princip.* Clar. *d.* §. *donatio, q.* 19. *num.* 3. *ver. eademque ratione.*
* 13 vbi, quod ita tenent omnes * Doctor. † Extende, vt procedat, etiamsi
fiat per auum paternum nepoti ex filio, qui sit spurius, quando non
adsunt filij legitimi, & naturales; imò quod valeat facta nepoti spu-
rio ex filio, licet adsint filij legitimi, & naturales, quando fit ab auo,
vel auia, qui non habent in potestate filium, ex quo natus est spurius.
Angel. Aretin. *d. cons.* 4. *in princip. ver. nec obstat, à num.* 3. *vsque ad num.* 9.
14 † Et quod donatio facta simpliciter de omnibus bonis etiam absq;
aliqua reseruatione valeat; quia intelligitur duntaxat de præsentib.
& non trahitur ad futura, & cessat ratio impeditiua; quia poterit lu-
crari & testari, *l. si ita, ff. de aur. & argen. legat.* licet secus sit in obliga-
tione, quæ ad futura trahitur, *l. fin. C. quæ res pignor. obligat. poss.* & ma-
xime valet, si sperari potest lucrum, apostill. ad Roman. 1. *in consil.* 26.
in ver. protestando, post med. ver. hinc etiam. Clar. *dict.* §. *donatio, quæstio,* 19.
* 15 *num.* 4. *ver. idem dicendum*, vbi dicit * communem. † Amplia, quia
mater potest donare omnia bona sua vni filio, reseruata legitima a-
16 lijs. Bald. *consil.* 81. *Mater potest, lib.* 5. † Amplia, quando donata es-
sent simpliciter omnia bona donantis; quia si nō est dictum de præ-
sentibus, neque de futuris, valet quoad præsentia. Angel. *cons.* 179. *in
17 princ.* & communem * dicit Clar. *d.* §. *donatio, quæst.* 19. *numer.* 2. *& seq.*
☞ Vide, *Donatio omnium bonorum comprehendit præsentia, & non futura, &
quando secus. Conclus. proxim. seq.* † Extende; quia donatio omnium
bonorum præsentium valet. Roman. *cons.* 95. *Viso prius. in princ. in con-
18 sil.* 26. *in princ.* † Extende; quia non est necesse specificare bona sin-
gulariter, *l. si quis argentum,* §. *sed & quis vniuersitatis, C. de donatio.* Ale-
xand. *cons.* 157. *Viso instrumento, num.* 2. *ver. & absque singulari, lib.* 2. ple-
19 nius supra *nu.* 9. † Extende maxime, quando donans omnia bona
sua præsentia est in spe, quod possit alia bona acquirere, vel lucrari,
apostil. 1. ad *cons.* 26. *Roman. in ver. protestando, ver. hinc etiam volunt*, vbi
20 plurimos citat concord. † Amplia, & imò donatio omnium bonorum
præsentium & futurorum valeat cum iuramento, tenet Abb. *consil.*
18. *Videtur primo, circa fin. ver. plus dico, lib.* 1. vbi, quod moderni non
21 sequuntur Bart. † Contrarium, quod donatio omnium bonorum
præsentium & futurorum nō valeat etiam cum iuramento. Cagnol.
in l. fin. num. 263. *ver. sed Bart. & Doct. communiter, C. de pact.* ea ratione;
quia videtur esse contra bonos mores, cum auferat liberam testandi
* facultatem, secundum * magis communem, vt attestatur Dec. *in l.
pactum quod dotali, C. de pact.* Castrens. *consil.* 244. *Viso & examinato, in fi.
* ver. super quinto, lib.* vbi, dicit * communem, *lib.* 2. Abb. *cons.* 48. *Videtur
* primo, per tot. lib.* 2. vbi dicit * communē. Clar. in § *donatio, q.* 20. vbi
* citat plurimos, & dicit * communem; quia est contra bonos mores.
22 † Vide tamen; quia valebit quoad præsentia propter iramentū su-
23 pra *num.* 7. *&* 8. & infra *num.* 96. † Amplia, quod valet, quando est
facta reciproce de omnibus bonis præsentibus & futuris inter duos,
vt superuiuens habeat omnia bona præmorientis sine filijs. Alex. *d.
cons.* 83. *Visa facti narratione, ver. venio ad secundum, libr.* 2. sequitur Mar-
sil. *Singul.* 333. *pactum*, vbi multos allegat. Oldrad. *consil.* 139. *Ad haben-
dam, in princip.* vbi etiam, quod non indiget insinuatione, & Alex. vbi
supra dicit, quod non est proprie donatio, licet partes vtantur ver-
bo, *donarunt*, & quod ita fuit iudicatū, & ita proprie consuluit Ang.
24 *d. cons.* 179. *in princ.* vbi tollit omnia contraria. † Extende, etiamsi al-
ter ex duobus donantibus reciproce sit minor 25. annis, si donat cum
iuramēto; quia repræsentatur maior. Alex. *cons.* 59. *Viso, n.* 3. *& 4. lib.* 5.
25 † Maxime reseruato vsufructu; quia valet donatio reciproca om-
nium bonorum. Calder. *cons.* 320. aliàs 1. *de donatio.* qui loquitur in
donatione reciproca omnium bonorum reseruato vsufructu sine
insinuatione, quando fuit cum iuramento renunciatum insinuatio-
26 ni, infra *num.* 44. † Extende; quia valet donatio reciproca omnium
bonorum præsentium & futurorum. Roman. *consil.* 26. *in princip. ver.
item duplici ratione.* & prima apostil. ibi *in ver. protestando. circa fi. ver. pri-
mo quia.* Angel. *d. consil.* 179. *in princ.* & plenius Clar. *in* §. *donatio. quæst.*
20. *in fin.* vbi extendit, siue sint fratres, siue socij siue extranei, vide
eum. Vide tamen contrarium infr. *num.* 79. † Amplia, vt donatio 27
bonorum præsentium valeat sine dubio. Oldrad. *cons.* 139. *Ad haben-
dam, in princip. ver. pratrea.* Alex. *cons.* 28. *Ponderatis. in fin. lib* 3. Dec. *cons.*
63. *in fin. & cons.* 225. *incip. In causa, quæ, in fin.* & hanc dicit esse * com- *
munem Angel. *cons.* 179. *in princip.* Hier. Gabriel. *consil.* 137. *Ad decisionē.*
n. 34. Castrens. *cons.* 340. *Dico non obstante, in fin. lib.* 1. Bart. plene *consil.*
108. *Domina Mathiola, lib.* 2. † Extende, etiamsi fieret ab eo, qui esset 28
constituturus in mortis articulo, & quem verisimile est, quod alia bo-
na non possit acquirere. Ang *cons.* 179. *n.* 4. vbi, quod omnes * Doct. *
hoc tenent. † Extende, vt procedat, etiamsi donans prius iurasset nō 29
donare; quia adhuc valet donatio omnium bonorum præsentium,
non obstante iuramento de non donando. Castrens. *cons.* 340. *per tot.
lib.* 1. vbi est casus. † Restringe; quia non valet donatio omnium bo- 30
norum præsentium, quando fit in testamento sub conditione, si reuo-
cetur testamentū; quia ex quo tolleret facultatē testandi, si reuocat
testamentū, tunc donatur, ita Rom. plene *d. cons.* 181. *Pro discussione, in
princip. ver. aliquando vero.* vbi recitat opiniones, sed dicit hanc * com- *
munem, & idem Roma. *consil.* 292. *Præsupposito, nu.* 2. *ver. & igitur.* vbi
plena apostilla *in ver. consilijs suis*, quæ citat plurimos, & dicit * com- *
munem reprobata opinione Dyn. & Oldrad. eius discipuli, & hanc
partem tenet etiam Dyn. *cons.* 7. *Quæstio talis est, Titius habens per totum.*
† Declara toram istam materiam; quia donatio facta specifice de 31
certis bonis, & postea generaliter de omnibus bonis præsentib. & fu-
turis, quo ad futura non valet; quia tolleret facultatem testandi; sed
quoad bona specificata, & etiam quoad omnia bona præsentia, be-
ne valet; quia non tollit facultatem testandi, ex quo potest acquire-
re alia, & testari; ideo spes, quod possit acquirere in futurum, facit
valere quoad præsentia, & adiectio futurorum non annullat, ex quo
sumus in diuiduis, sed habetur pro non adiecta, ne inducatur nulli-
tas, maxime stante iuramento. Bart. *consil.* 108. *Domina Mathiola, lib.* 2.
per tot. vbi loquitur etiam non obstante Castri plebis, stante, quod
sit iurata, vide etiam supra *num.* 5. *& seq.* † Amplia, quod donatio 32
bonorum post obitum suum, intelligitur de bonis donantis tempo-
re contractus, & ideo valet, nec retractatur sub prætextu, quod con-
tineat hæreditatem, vel futuram successionem, & si fiat ob causam
mutuam, & reciprocam, non indiget insinuatione. Oldrad. *consilio*
139. *Ad habendam, per tot.* vbi ponit hunc casum. Angel. *d. consil.* 179.
per tot. † Declara; quia donans omnia bona sua inter viuos, quæ 33
habet tempore donationis, & quæ habebit tēpore mortis, seu quæ
reperirentur tempore mortis, non comprehendit bona postea quæ-
sita, & alteri donata; quia non reperiuntur tempore mortis. Cal-
der. *cons.* 326. aliàs 7. *de donat.* † Amplia; quia valet donatio omnium 34
bonorum inter viuos, quando effectus donationis conferatur post
mortem donantis. Roman. *consil.* 26. *in princ.* vbi apostilla 1. in *ver.
protestando.* vbi plures citat, & dicit hanc * communem, & est ratio *
secundum Oldrad. *consil.* 139. Quia intelligitur de præsentibus tem-
pore donationis. Clar. in § *donatio, quæst.* 19 *n.* 7. *ver. sed si quis*, vbi dicit
communem *, & *quæst.* 20. *in fi.* † Amplia; quia valet donatio omniū * 35
bonorum præsentium & futurorum, quando est facta ex causa mor-
tis; quia per eam non tollitur libera facultas testandi, ex quo potest
reuocari. Bald. *cons.* 34. *Ad euidentiam præmittendum, nume.* 2. *ver. secun-
do ad euidentiam, lib.* 5. Castrens. *cons.* 75. *Notandum est, in fin. libr.* 2. Alex.
in l. stipulatio hoc modo concepta, n. 19 *ff. de verb. oblig.* glos. *in l. fin. C. de pact,
in ver. accommodauerit.* quam * communiter teneri, dicit Clar. in §. *do- *
natio, q.* 19. *n.* 7. *ver. sed quid si quis.* † Extende, vt procedat etiamsi in tali 36
donatione appositum fuerit pactum, quod non possit reuocari, vel
de non reuocando; quia adhuc remanebit donatio causa mortis, si
pactum est diuisibile, & solum pactum reijcitur, ne faciat toram do-
nationem nullam. Paul. de Castr. *consil.* 75. *Notandum est, quod præ-
fatum statutum, num.* 3. *vsque in fin. ver. quantum vero, lib.* 2. Vide, *Donatio*
☞ *causa mortis quando transeat in donationem inter viuos. Conclus.* 671. † Re- 37
stringe; quia licet valeat donatio omnium bonorum causa mortis;
tamen hæres institutus debet deducere Falcidiam, seu Trebellianī-
cam, si fecit inuentarium, aliàs secus. Bald. *d. cons.* 354. *nu* 3. *vsque in fi.
ver. est tamen verum, lib.* 5. † Amplia; quia valet facta per eum, qui vult 38
profiteri, & reuocatur solum quoad legitimam. Vide, *Donatio profi-*
☞ *tendi an valeat in præiudicium religionis. Conclus.* 687. † Amplia; quia va- 39
let donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quando
donans sibi reseruauit facultatem testandi, vel disponendi inter vi-
uos, ita vt si non est testatus tempore mortis, vel non disposuit inter
viuos, omnia cadant in donatione. Hier. Gabriel. *d. consil.* 139. *in princ-
cip. & per tot. lib.* 1. vbi, quod omnia erunt donata eo casu, allegat Pur-
pur. post alios *in l. fin. C. de pact. n.* 229. & dicit, quod istud tacite inest
ex tacita reseruatione. † Amplia; quia valet donatio omnium bono- 40

rum præsentium & futurorum facta ab eo, qui non potest testari; quia cessat ratio prohibitionis, licet non valeat pactum ab eo factũ de non succedendo. Hier Gabriel. *cons.* 138. *Pactum factum, numer.* 5.

41 † Amplia; quia donatio omnium bonorum præsentium & futurorum valet facta Ecclesiæ, vel loco pio, aut ad piam causam; quia quæ spiritu Dei aguntur, iure poli, non iure fori regulantur, *l. sancimus, C. de sacros. Eccles.* Abb. *consil.* 102. *Circa personarum, in princip. lib.* 2. vbi allegat Bart. *in l. fi. C. de pact.* Bal. *in auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccles.* & dicit quod pro ista parte consuluit Card. Zabarel. Doctor excellentissimus & præceptor suus, allegat Euangelium; *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia.* item in Actibus Apostolorum; *quia vendebant omnia, & deferebant pretium ad pedes Apostolorum.* Deci. *cons.* 488. *numer.* 4. & 5. qui loquitur in donatione facta Hospitali. Ruin. *consil.* 7. *num.* 17. *lib.* 3. Ias. plene *consil.* 169. *Duo testamenta, in princ. lib.* 4. vbi, quod sicuti miles potest donare omnia bona sua præsentia & futura, & pacto dare successionem inter se, ita etiam pia causa, maxime *n.* 5. *ver. ista ratio, &* * *n.* 6. dicit esse * communem, & in practica seruãdam, & hanc partem tuetur Clar. *in* §. *donatio, quæst.* 20. *num.* 3. *ver. vlterius quæro*, quam dicit * communem, & tenendam fauore Ecclesiæ, & piæ causæ, licet dicat pro cõtraria esse opiniones magnæ authoritatis; tamen dicit nõ

42 esse recedendũ ab hac communi, pro qua dat concord. plures. † Cõtrarium tenet Aneh. *cons.* 231. *De primo dubio*, vbi latissime *num.* 3. *& seq.* vbi, quod est reprobata de iure ciuili, & contrarium non reperitur de iure canonico decisum, & hanc partem tenet Ang. de Perus. *cons.* 179. *Visis prædictis, n.* 5. *ver. & ex prædictis, & in qu.* incip. *In refulgenti palatio.* & Zabarell. *consil.* 21. *In themate, in fin.* vbi dicit * communem, quod si non adest oblatio, seu donatio etiam personæ, non valet omnium bonorum præsentium & futurorũ; quia sine oblatione per-

43 sonæ remanet donans vt alius priuatus, & vide supr. *n.* 3. † Declara; quia per modum professionis valet; quia professus omnia bona censetur cum persona offerre monasterio, & hoc modo valet, aliàs non. Anchar. *d. consil.* 231. *per tot.* vel melius declara; quia valet secundum ☞ communem, vt supra in ampliatione. Vide, *Oblati religioni si sunt de-*

44 *bitores, quando religio obligetur. Conclus.* 18. † Amplia, quia valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quando donans sibi reseruauit vsumfructum eorundem. Bald. *cons.* 377. *Quadam mulier, lib.* 5. *& consil.* 270. *libr.* 2. Hier. Gabriel. *d. consil* 147. *num* 35. vbi multos allegat, & dicit hanc veriorem. Cagnol. *in l. fin. C. de pact. nu.* 240. *ver. sit tamen dicendum.* Deci *consil.* 30. *n.* 3. *ver. vnde fructus. & cons.* 251. *num.* 3. Couarru. *variar. resolut. lib* 3. *cap.* 12. *num.* 1. *ver. aliud esse, & ver. denique* * *mihi.* Abb. *consil.* 102. *colum.* 2. *ver. ex hac concludo.* vbi dicit * communem. Alexand. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta.* vbi quod ita consuleret, & iudicaret, vbi Ias. *num.* 10. Aretin. *cons.* 54. *colum. penul.* Bertrand. *consil.* 168. *colum.* 2. *& consil.* 173. *col.* 2. *& cons.* 175. *col.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 138. *n.* 19. *& cons. sin. lib.* 2. Socin. Iun. *consil.* 143. *n.* 20. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 127. *n.* 38. *lib.* 3. sequitur latissime Crauet. *consil.* 222. *n.* 2. vbi tollit contraria. Clar. *in* §. *donatio, q.* 19. *ver. aut vero donator*, Rol. à Valle *cons.* 65. *n.* 5. *lib.* * 1. Natt. *cons.* 146. *n.* 1. & sic est cõmunis & magis * cõmunis opinio. Soc.

45 Iun. *cons.* 65. *n.* 47. *lib.* 1. † Et quod valeat, Alex. plene *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* quia nec aufert liberam facultatem testandi, & quod ita consuleret, & iudicaret, nisi fructus reseruati essent ita tenues, vt vix sufficerent ad alimenta, & dicit, quod fructus, qui supersunt, non cadunt in donatione, facta de præsentibus & futuris, & magis * communem dicit Deci. *in l. pactum, quod dotali, C. de pact.* Alexand. *cons.* 59. *Viso themate, colum.* 2. *ver. nec obstat dicere, libr.* 5. Abb. *cons.* 102. *Circa personarum, colum* 3. *in princip. ver. raro tamen, lib.* 2.

*46 vbi dicit * communem. † Et maxime procedit, quando reseruatio non facta de vsufructu, sed de fructibus. Gozadin. *cons.* 87. *libr.* 3. *responsorum. cap.* 14. *num.* 3. *ver. sed non obstat.* Purpur. *in l. fin. C. de pact. num.* 253. Didac. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 12 *in princip. ver. denique illud mihi satis probatum est.* Cagnol. *d. l. fin. C. de pact. num.* 240. & communem * dicit Viui. in suis *communib. opin. ver. donatio omnium bonorum, limit.* 31. Cephal. *consil.* 33. Doct. maxime Alexand. *d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl.* sequitur Socin. *cons.* 101. *n.* 1. *lib.* 3. Alex. *cons.* 59. *Viso themate, nu.* 2. *&* * *seq. lib.* 5. vbi dicit * communem, & ibi apostil. *in ver. donatio*, dat con-

47 cor. quando reseruatio non est de vsufructu. † Et multo magis, quando est facta reseruatio fructuũ, & interuenit iuramentum. Gozad. *d. cons.* 87. Natt. *cons.* 415. *n.* 16. Ægid. Bella. *cons.* 18. maxime *nu.* 6.

48 † Contrarium tenet Castrens. *cons.* 75. *lib.* 2. Dec. *cons.* 30. *& consil.* 251. Castrens. *in l. si n.* 10. *C. de pact.* sequitur ibi Dec. *n.* 32. *& in cons.* 251. *col.* 2. *ver. prædictis tamen non obstantibus.* Corne. *consil.* 176. *libr.* 2. cum aliis allegatis per Curt. Iun. *consil.* 25. vbi, quod non valet, etiamsi sit facta reseruatio vsusfructus. Castrens. *cons.* 101. *Notandum est, quod præfatum statutum.* quod secundum nouam impressionem est 75. *libr.* 2. supra allegatum, vbi allegat rationem; quia si quid de fructibus superesset, non posset testari; quia caderent in donationem omnium bonorũ. Bart. *consil.* 76. *Pater filio emancipato donauit.* & apostilla ad Bartol. in *ver. donando omnia.* dat concord. Abb. *consil.* 48. *lib.* 2. Roland. à Valle *consil.* 29. qui dicunt * communem. † Pro contrario Bartol. in *49 *l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. obligat. num.* 5. *&* 6. Deci *cons.* 30. *Pro tenui, nu.* 2. *& seq. ver. sed tamen supradictis non obstantibus.* vbi plures citat, & pluries dicit * communem, & *num.* 3. allegat, & sequitur Bart. *d. consil.* 76. & vtitur eadem responsione, qua vtitur Castrens. quia extinguitur vsusfructus, & si quid superesset, veniret sub donatione tanquã bona acquirenda, & apost. ad Dec. *in ver. concludo*, dat plures cõcord. & dicit * communem, & seruari in practica, & iterum Dec. *cons.* * 250. *In causa Magnifici, num.* 2. *ver. prædictis tamen.* † Declara, vt per Co- 50 uarr. *var. resolut. libr.* 3. *cap.* 12. vbi, quod non valet reseruatio vsusfructus, quando reseruatus fuit, vt de illo in vita possit disponere; item, quando sufficit solum ad alimenta; item, quando pro alimentis reseruatur, aliàs secus, & dicit * communem. Iul. Clar. *in* §. *donatio. quæ-* * *stio.* 19. *in fin.* † Declara; quia si donatio esset facta causa mortis de o- 51 mnibus bonis præsentibus & futuris, & postea fuit additum pactum de non reuocando, vel de non veniendo contra, sed perpetuo obseruando, vel quod non possit reuocari, nisi præmoriente donatario, per quæ pacta transiret in donationem inter viuos, quæ non esset valida; quia priuaretur facultate testandi, etiamsi adesset iuramentum; tunc tale pactũ non operatur, quod transeat in aliam speciem, vt annulletur, sed potius huiusmodi pactum reijcitur, cum sit diuisibile; & ideo potius vitiantur pactũ, & iuramentum tanquam contra bonos mores, quam quod tota dispositio corruat. Castrens. *cons.* 75. *n.* 3. *& seq. ver. potest dici melius, lib.* 2. & dicit regulam pacti procedere, vt faciat transire in donationem inter viuos, quando pactum potest compati cum donatione inter viuos, aliàs non. † Declara; 52 quia pendet à futuro euentu; quia si extabit quantitas vsusfructus non contemptibilis, valebit, aliàs non, ita Cagnol. *in l. fin. n.* 210. *C. de pact.* quem citat apost. ad Dec. *d. cons.* 250. *In causa Magnifici, in ver. idem ergo.* † Extende declarationem; quia licet sit nulla ab euentu, si 53 non haberet, vnde posset testari, si tamen donatarius concederet facultatem testandi, conualidatur à cessante ratione, quando nullitas non consistit in defectu momentaneo. Imol. *d. l. stipulatio hoc modo concepta, n.* 6. *ff. de verb. oblig.* & est exemplum in donatione in patrem & filium, quæ est nulla, sed conualidatur cessante patria potestate, si emancipetur, vt est * communis opinio, de qua post Albert. *in l. si pa-* * *ter. post princip. C de inoffic. testam.* testatur Clar. *d.* §. *Donatio, quæst.* 8. *ver. scias etiam.* † Intellige tamen; quia ista donatio omnium bonorum 54 reseruato vsufructu valida semel non inualidatur, licet iste donans postea contraxerit debita, per quæ vsusfructus remanet obligatus, & quæ requirantur, vt dici possit in fraudẽ. Ias. *in* §. *si quis in fraudem. Instit. de actio.* † Et è conuerso si nihil disposuit de eo, quod poterat 55 testari, transmittit ad suos hæredes, non autem ad donatarium spectat; quia illud non est donatum, nisi sit dictum, ita Curt. Iun. *cons.* 4. *col.* 2. Cagnol. *in l. hæredem, n.* 7. *ff. de regaur.* si vero adest pactum, quod remaneat donatio, si non disposuerit, valet pactum. Gabriel. *cons.* 155. *in princip. & per tot. lib.* 1. Vide Ægid. Bellam. *cons.* 17. *num.* 6. vbi, quod 56 si acquirit bona alia ex vsufructu, licet non disponat, non sunt donatarij. † Contrarium, quod imò donans omnia bona sua præsen- 57 tia & futura reseruato sibi vsufructu, sialiquid supereest de vsufructu, vel si quid ex eo acquisiuit, cedat totum lucro donatarij, Castrens. *cons.* 75. *Notandum, col.* 2. *ante med. ver. sed quantum ad commodum, lib.* 2. † Declara; quia procedit prima opinio Alexandri, quod valeat, 58 quando est facta reseruatio vsusfructus sufficientis pro alimentis, & testandi; quia excedit alimenta, & reseruatio est simplex; secus, si reseruatio sit restricta, puta ad vitam, vel pro victu, aut necessitate donantis, ita Deci. *consil.* 30. *Et pro tenui facultate*, quia cum sit limitata, non posset testari. † Declara iterum; quia si facta est simplex reser- 59 uatio vsusfructus cum facultate disponendi in vita sua. Bart. *d. consil.* 76. *circa med. ver. & si dicatur. lib.* 1. tenet, quod non valet donatio; quia non potest disponere, nisi inter viuos, & non in vltima voluntate; quia vltima voluntas habet effectum post mortem, non in vita, sequuntur Alexand. 14. *Circa primum, lib.* 1. *consil.* 30. *num.* 3. *&* 250. *In causa magnifici, numer.* 2. *&* 3. Socin. *consil.* 19. *numero* 15. *& consil.* 22. *lib.* 1. Curt. Iun. *consil.* 25. vbi imo, quod reseruatio disponendi simplex facta in contractu intelligitur inter viuos. Contrarium, quod imò reseruatio facta in contractu disponendi intelligatur in vltima voluntate. Ias. *consil.* 130. *Institutio facta, libr.* 2. & alij plures; ideo distinguitur, si adsunt verba in vita; prima opinio Bart. procedit, si non adsunt; secunda procedit. Couarru. *var. resolut. lib* 3. *c.* 12. *n.* 3. *in fin.* Paris. *consil.* 20. *Viso testamento, num.* 49. *lib.* 2. Petr. Peck. *de testamen. coniug. cap.* 15. *tomo* 8. *part.* 2. † Extende declarationem; quia sola reseruatio 60 non sufficit de vsufructu; item nec modica res; item nec magna, quãdo remanet affecta certæ dispositioni, prout quod possit in pios disponere, vel testari, apostil. ad Alexand. *cons.* 59. *lib.* 5. *in ver. donatio.* † Item, quando donans sibi simpliciter reseruasset aliquam rem 91

non

non minimam, de qua possit ad libitum testari; secus, si reseruatio sit limitata de bonis certis, vt ad pias causas possit disponere, vel ad alium vsum, ita Deci. *consil.* 203. *Vt vera resolutio, colum. 2. circa med.* † Prout nec valeret reseruatio 300. florenorum, de quibus in vita pariter & in morte possit disponere. Deci. *dict. consil.* 251. *colum.* 2. † Declara, dummodo vsusfructus non sit ita tenuis, vt non sufficiat pro alimentis, quæ alimenta semper censentur reseruata, Hie. Gabriel. *cons.* 139. *Donatio, de qua agitur, num. 2. & seq.* vbi late, *lib.* 1. allegat multos, maxime, Ruin. *cons.* 182. *lib.* 1. Boer. *decis.* 204. *nu.* 37. † Et quod requiratur, quod fructus reseruati attenta qualitate, & conditione donantis vltra alimenta, & expensas necessarias supersint in aliquo, vt possit testari. Purpur. *d. l. fin. nu.* 212. *ver. & sufficeret, C. de pact.* Couar. *var. resolut. c.* 12. *lib.* 3. *ver. Pauli sententia, & ver. tertia eadem ratione*, & hæc qualitas debet probari per donatarium; quia donans habet intentionem fundatam ex regula, & qui super exceptione, seu limitatione se fundat, probare debet, glo. in *rubr. de reg. iur. in* 6. *ver. habet enim aduersarius necesse ostendere.* †, Amplia, vt procedat nedum, quando reseruauit vsumfructum, sed etiam quando seruauit officia Roland. Cu. vacatura; quia valet donatio. Hier. Gabriel. *d. cons.* 137. *num.* 35. *lib.* 1. † Extende; quia in tantum valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, reseruato vsufructu, vt donatarius non teneatur ad debita postea contracta per donantem, *omnes*, §. *Lucius*, *ff. de iis, quæ in fraud. credit.* Dec. *cons.* 237. quia possessio & dominium transiuit in donatarium, licet naturalis possessio remanserit donanti; ideo, &c. † Extende, vt valeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quando donans sibi reseruauit aliquid, de quo possit testari, licet non sit vsusfructus, sed proprietas. Roman. *cons.* 26. *pro decisione in princip.* vbi, quod tunc nulla est dubitatio, & apostilla ibi in *ver. * protestando, in ver. Rursus*, vbi infinitos citat, & dicit * communem, prout attestatur Soci. Iun. *consil.* 101. *Visis duobus, post princip. lib.* 3. † Extende; quia quando fructus, vel quantitas reseruata excedit necessaria alimenta donantis, ita quod supereſt, de quo possit testari valet plene Abb. *cons.* 102. *num.* 2. *ver. ex iis concluditur, lib.* 2. vbi dicit ita tene* re * omnes. † Extende idem, quando sibi reseruauit fructus bonorum donatorum, qui excedunt necessaria alimenta. Bart. & alii in *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* Deci. *cons.* 30. *in princip.* Gabriel. *cons.* 139. *in princip. lib.* 1. Riminald. Iun. *cons.* 234. *num.* 89. *&* 90. * Roland. à Valle *d. cons.* 61. *n.* 5. *li.* 1. communem * dicit Abb. *d. cons.* 102. *n.* 2. *lib.* 2. Socin. Iun. *d. l. stipulatio hoc modo concepta*, Clar. *d. §. donatio, qu.* 19. Couarru. *lib.* 3. *variar. resolut. d. c.* 12. vbi de * communi, & ponit * quatuor limitationes, quas videas, & communem * dicit Alex. *d. l. stipulatio hoc modo.* † Restringe, vt procedat ampliatio; vbicunque aliquid sibi reseruauit, de quo possit testari, dummodo excedat vigesimam partem eius quod donatur, alias secus. Iul. Clar. in §. *donatio q.* 19. *n.* 8. *ver. secundo principaliter.* Plot. *cons.* 79. *nu.* 14. & plenius Ceph. *cons.* 485. *n.* 133. vbi allegat plures hoc tenentes, & *n. seq.* dicit esse arbitrarium iudici. † Contrarium, quod sufficiat quælibet reseruatio etiam modica, per quam reperiret quis hæredem. Pancir. *cons.* 123. *nu.* 2. *ver. tertio respondetur*, vbi dicit contrarium iure non probari. † Declara, dummodo non sit ita modicū, quod non reperiatur hæres. Soc. *cons.* 108. *n.* 3. *&* 4. Aquen. in *stipulatio, col. fi. ff. de verb. oblig.* & ita etiam apost. ad Alex. *cons.* 59. *lib.* 5. *in ver. donatio.* † Restringe ampliationem, quando vsusfructus, vel fructus reseruati essent ita tenues, vt vix sufficerent ad alimenta, & nihil remaneret, de quo posset testari donator. Alex. & Ias. *d. l. stipulatio hoc modo concepta, num.* 10. *versic. saluo. ff. de verb. oblig.* vbi Socin. *num.* 91. *&* 94. Cagnol. *d. l. fi. C. de pact. n.* 242 *cum aliis sup. pra proxime alleg.* † Dicenti tamen fructus non sufficere ad alimenta, vel nisi pro alimentis, incumbit onus probandi, cum donatarius habeat intentionem fundatā ex instrumento donationis. Soc. Iun. *cons.* * 127. *col.* 2. *lib.* 3. nam iuxta opinionem * Doct. communem, quod siue agens, siue excipiens debet probare id, quod est fundamentum suæ intentionis, *l. in illa. ff. de verb. oblig.* vbi Ias. & Rip. late Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 32. *glo. vnica, nu.* 94. *&* 95. idem Ias. in *Rubr. C. qui admitti.* † Contrarium in hoc vltimo, quod imo, qui habet regulam pro se, quod donatio omnium bonorum nulla est, quando est præsentium & futurorum, limitatio est, quando reseruat aliquid pro testamento, & de quo possit testari; vnde incumbit probatio ei, qui fundat se in limitatione. Deci. in *rubr. & l. 1. ff. de reg. iur.* & per prædicta. † Amplia; quia valet donatio omnium bonorum suorum præsentium & futurorum cum pacto, quod post mortem donatricis, ipse donator debeat distribuere medietatem in pauperes; quia pro ista medietate potest reuocare, etiam quod donauerit inter viuos, & faciendo testamentum diuersum censetur reuocasse. Bald. *dict. consil.* 377. *lib.* 5. *per tot.* † Contrarium, quod non possit reuocare, sed valeat, quia donans sibi vsumfructum reseruauit, tenet idem Baldus *consil.* 270. *Quædam mulier, lib.* 2. † Amplia, quod dicitur de donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, vt valeat vel non, procedit siue sit facta directe per cōtractum donationis, siue per compromissum, & laudum subsequutum, & homologatum; quia à pari procedunt. Alex. plene *cons.* 59. *Viso themate. in princ. lib.* 5. & infr. *nu.* 97. † Limita; quia donatio omnium bonorum præsentium & futurorum reciproca inter duos non potest valere; quia est ridicula, & inanis. Cagnol. *in l. fin. n.* 278. *C. de pact.* Vide contrarium sup. *n.* 23. † Limita; quia non valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, etiamsi donans sibi voluit præstari victum & vestitum. Bald. *cons.* 212. *Ad euidentiam est præmittendum, in fin. lib.* 2. † Limita; quia non valet donatio omnium bonorum simpliciter, quando in ea apponeretur pactum, quod donatarius teneatur instituere hæredem donantem vniuersaliter; quia tanquam cōtra bonos mores non valet. Dyn. *cons.* 7. *Quæstio talis est, Titius habens, in princip.* & in totum est nulla; quia ex causa reprobata dicitur facta. Vide, *Pactum circa futuram successionem quando valeat vel non. Conclus.* 14. † Limita; quia donatio omnium bonorū non valet, etiamsi donans sibi aliquid reseruat, quando de illo reseruato non potest testari. Durant. *de arte testan. tit.* 10. *col.* 2. *n.* 2. qui dicit * communem. Soci. *in reg. incip. donatio omnium bonorum.* Cagnol. * *l. fin.* 237. *C. de pact.* Bolognet. ibi *num.* 126. Couar. *var. resolut. lib.* 3. *c.* 12. *decis. Pedemont.* 70. *nu.* 10. & communem * dicit Clar. *in* §. *donatio q.* 19. * Vgo *consil.* 37. *nu.* 5. *& consil.* 100. *n.* 8. Borgnin. *tract. de vsufruct. fol.* 347. *num.* 155. vbi de * communi, & supr. *n.* 2. & infr. *n.* 91. *& seq.* † Limita; * quia non valeret donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quando deuentum est ad traditionem per constitutum; quia tunc verum est dicere, quod non posset testari; quia nihil haberet, cum omnia donasset, & tradidisset præsentia & futura. Ang. *d. consilio* 179. *n.* 5 *ver. vbi autem interuenisset*, supr. *n.* 3. † Contrarium, quod imo donatio omnium bonorum præsentium & futurorū valeat, etiamsi deuentum sit ad traditionem per constitutum; quia quoad præsentia valet, ex quo sunt separata à futuris. Angel. *cons.* 106. *Quadam mulier, in princip.* vbi, quod ita est solitus tenere legendo. † Declara maxime, si adest clausula, *omni meliori modo*, vel adest iuramentum, quod habet vim talis clausulæ. † Extende contrarium, vt procedat, quod valeat etiam in præiudicium eius, cui postea donāns bona donata alienauit, etiamsi post constitutum donatario factum, donans semper possedit. Ang. *d. cons.* 106. *per tot.* vbi est casus. † Extende; quia minus valet donatio omnium bonorū præsentium & futurorum, iurium & actionum, secundum * cōmunem. Bald. *in l. fin. C. de pact.* vbi * Castr. & alij. Imol. *in l stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver. oblig.* vbi Alex. Ias. & alij Ang. *d. cons.* 79. Abb. *cons.* 48. *in pr. lib.* 2. & cōmunem * dicit * Decia. *cons.* 30. *n.* 2. † Extende, vt neq; valeat donatio omnium bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorū, quando etiam in ea cessit omnia iura præsentia & futura; quia licet possit referri ad iura respectu bonorum mobiliū & immobilium; tamen secus est, quando deuenit ad traditionem; & quia cessio omnium iurium comprehendit omnia iura; quia aut respectu mobilium, vel immobilium, plene Ang. Aretin. *cons.* 9. *Videtur primo, per totum.* vbi plenissime pro vtraque, & hanc tuetur. † Extende limitationem, vt procedat, etiamsi non esset deuentum ad traditionem, quando donatio esset facta piæ causæ, in quam sine traditione dominium transfertur. Ang. *cons.* 179. *n.* 5. *ver. & ex prædictis infero*, vbi reprobat Bar. tenentem, & male contrarium. † Contrarium tenet Bart. *in l. fin. C. de pact. nu.* 13. * *ver. prædicta forte.* quem ibi sequitur Ias. *n.* 33. & cōmunem * dicit opinionem Bart. Deci. *in c. in præsentia, num.* 5. *de probat.* vbi in pia causa secus, & communem * dicit Vinius inter communes opiniones, *ver. donatio omnium bonorum.* † Limita; quia donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valet; quia aufert liberam facultatem testandi, *l. fi. C. de pact.* vbi * omnes, & *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* Castrens. *cons.* 75. *lib.* 2. Socin. *cons.* 130. *& cons.* 133. *lib.* 1. Deci. *cons.* 30. *& consil.* 482. Corne. *cons.* 50. *& cons.* 176. *lib.* 2. *& cons.* 54. *lib.* 4. Cranet. *cons.* 139. Curt. Iun. *cons.* 120. *lib.* 2. post Aretin. *cons.* 17. Afflict. *decis.* 338. Castrens. *cons.* 82. *In ista donatione, in fin. lib.* 2. vbi dicit * * communem, & plures citat apostil. ad Rom *cons.* 26. *in ver. pro testando, ver. rursus*, vbi dicit * communem, & *cons.* 181. *Pro decisione, in princ.* vbi de * communi. † Et quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, non valeat; quia aufert facultatem testandi, cō* munem * dicit Abb. *cons.* 48. *Videtur primo, per tot.* maxime *num.* 2. *lib.* 2. vbi respondet ad contrarium Angeli, quod non tollat facultatem testandi, est verum verbo, sed effectu, secus est; quia nullus hæres reperiretur sine bonis à communiter contingentibus, & idem tenet * Abb. *cons.* 102. *in princ. lib.* 2. vbi dicit * communem, & tollit motiuū Angel. contrarium tenentis in quæstione sua incip. *In refulgenti palatio.* † Contrarium tenet Angel. de Petrū. in sua *quæst. incip. In refulgenti palatio.* vbi, quod imo valet donatio omnium bonorū præsentium & futurorū facta priuato; secus si fiat Ecclesiæ; quia in priuato valet, si non est deuentum ad traditionem: quia dominium remanet penes donantem, licet hæres eius teneatur tradere, sed satis est,

quod nõ priuatur facultate testandi, prout priuatur, quando donat
94 Ecclesiæ; quia absq; traditione tranſit dominiũ in Ecclesiã. † Abb. *d.conſ.*102.*in princ. lib.*2. tollit rationes Angeli, & dicit in priuato non valere; quia tollit facultatem testandi, nec releuat, quod non tradiderit dominium; quia satis est, quod tàm donans, quàm hæres possunt compelli ad tradendum, si valeret donatio, & sic perinde est, ac
95 si esset translatum, cum sit affectum, & alteri debitum. † Extende, etiamsi adsit iuramentum, vt per Doctor. in locis prædictis, maxime Alex. *d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* vbi dicit communem *. Castrens. *d.conſ.*82.*in fin. lib.*2. vbi dicit communem *; quia iuramentum est contra bonos mores, & *conſ.* 75.*eod. lib. colu.*2. *& per tot.*
96 † Declara extensionem, vt non valeat quoad futura, sed tantũ quoad præsentia; quia iuramentum habet vim clausulæ, *omni meliori modo*. Alex. vbi supra. Aret. *conſ.*54.*in fi.* Grat. *conſ.*70.*n.*26. *lib.*1. & idem est, si adest clausula, *omni meliori modo*, Bald. & Imol. *in l. cum pater*, §. *filius matrem. ff. de leg.*2. Fulgos. *conſ.*100. Dec. *conſ.*11.*col.*5. Grat. *d. conſ.*
97 70.*n.*17. *lib.*1. & vide supra *num.*7. *& ſeq. & n.*21. *& ſeq.* † Extende, vt procedat, siue donatio sit facta in cõtractu, siue in vltima voluntate.
* Rom. *d.conſ.*181.*in princ.* vbi dicit * communem. Abb. *conſ.*41. *per tot.*
98 *lib.*2. maxime *col. fin.* & sup. *n.*78. † Extende, vt procedat, etiamsi donatio sit quartæ partis omnium bonorum, qñ mulier ex statuto non potest testari, nisi de quarta parte omnium bonorũ; quia censetur de omnibus bonis, ita quod aufert sibi liberam facultatẽ testandi. Abb. *conſ.* 41. *In quæſtione, col. fin. prope fi. ver. ſecundo, quia auferebat, libr.*2. *vſque in fin.* vbi patet, quod loquitur, siue donatio inter viuos sit in vltima
99 voluntate, siue in cõtractu. † Restringe; quia valet donatio omnium bonorum suorum præsentium & futurorum Ecclesiæ, vel pio loco. Abb. *d.conſ.*102. *Circa perſonarum, in princip. lib.*2. supra *num.*93. *&* 94.
100 † Limita; quia non valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum etiam fauore piæ causæ, quando esset in testamento in quo mulier instituit causam piam, & si non valeret tale testamentum, donauit irreuocabiliter inter viuos; quia si reuocatur testamẽtum, non potest pia causa velle habere ex donatione, quæ non valet etiam quoad præsentia. Angel. *conſil* 365. *Quædam domina, in princ.* se-
101 quitur Alexand. *conſ.*25. *Viſo teſtamento, nu.*6. *ver. nec obſtat, lib.*3. † Declara, & vide plenius in *ver. Teſtamenti factio à quibus & ex quibus poſſit*
102 *tolli, vel non. Concluſ.*93. † Extende; quia non valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta per eum, qui se obtulit religioni, & bona sua omnia præsentia & futura; quia si non valet oblatio, non etiam potest valere donatio omnium bonorum, secun-
* dum * communem, de qua Card. Zabarel. *conſ.*21. *Quidam Laurentius,*
103 *circa fin.* † Limita; quia non valet donatio facta de sua hæreditate; quia tollit liberam facultatem testandi, & licet sit controuersa opi-
* nio, & contraria communis *; tamen ista est magis * communis. Clar. *in* §. *donatio, q.*19. *n.*6. *ver. ſed quæro.*

Donatio omnium bonorum comprehendit præsentia, & non futura, & quando secus. Concl. 649.

1 DONATIO † omnium bonorum suorum facta non comprehendit regulariter bona futura, sed restringitur ad bona præsentia tempore contractus in dubio; quia aliàs non valeret; & quia omnis dispositio in dubio refertur ad statum præsentem, si de cõtrario non apparet. Oldrad. *conſ.*139. *Ad habendam, per tot.* Alex. *conſ.*83. *Viſa facti narratione, n.*15. *ver. & ſimiliter, lib.*2. Calder. *conſ.*321. aliàs 2 *de donatio.* Gemin. *conſ.*139. *n.*4. *ver. non enim dicitur.* & latius *conſil.*13. *per tot.* Angel. *conſ* 179. *Viſis prædictis, nu.*1. Hier. Gabriel. *conſ.*137. *Ad deciſionem, num.*34. Deci. *conſ.*237. *& conſ.*387. Ias. *conſ.*5. *ver. ſed præmiſſis non*
* *obſtantibus, libr.*3. vbi dicit * communem, & Deci. *conſ.*488 *numer.*2.
Abb. *conſ.*102. *Circa perſonarum, num.*4. *& 5. colum.*3. *ver. ſed dubitari poſ-*
* *ſet, lib.*2. & communem * dicit Angel. Aretin. *conſ.*9. *Videtur primo, nu-*
*mer.*4. *ver. hoc videtur.* vbi, quod valet secundum cõmunem, quando
2 non adsunt verba, *præſentiæ & futurorum.* † Extende, vt procedat, etiamsi donatio fiat per laicum de omnibus bonis; quia intelligitur de præsentibus, quando donans retinet statum personæ, vt prius, vt quia non facit professionem, neq; offert personam suam, sed bona omnia, aliàs secus, ita Abb. *d.conſ.*102. *col.*3. *numer.*4. *& ſeq. ver. ſed dubi-*
3 *tari poſſit, lib.*2. † Extende, etiamsi quis offerat se, & omnia bona sua Hospitali, seu Ecclesiæ non religiosis; quia ex quo oblatio personæ non mutat statum, non veniunt bona futura. Abb. *d.conſ.*103. *in fin.*
4 *ver. nunc attingam, libr.*2. † Declara; quia si oblatio fieret religioni de persona, & bonis bene venirent præsentia & futura; quia persona mutat statum; & idem est, etiamsi oblatio fieret Hospitali non religioso, si extaret cõsuetudo, quod comprehenderentur futura. Abb.
5 *d.conſ.*103. *in fin. ver. nunc attingam, num.*5. *lib.*2. † Amplia, vt procedat, etiamsi sit dictum, quod donat omnia bona sua post obitum suum; quia de præsentibus tempore donationis intelligitur. Oldrad. *d.conſ.*
139. *per totum.* Bertrand. *conſ.*265. *volum.*3. vbi, quod exponitur, *dono bona mea præſentia, quæ habeas poſt mortem meam, & non ante*, secundum
* communiter Doct. *in l. fin. C. de pact.* Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo* *
*concepta, nu.*14. *ff. de verb. oblig.* vbi citat concord. & dicit magis * com- *
munem respondendo obiectis Salycet. qui tenuit contrarium. † Et 6
facit; quia verba habentia tractum successiuum de futuro, si possunt aliquid operari, restringuntur ad ius futurum, quod habeat causam de præsenti. Bartol. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, ff. de verb. oblig.* Vide, *Fideicommiſſum quando cenſentur remiſſum, vel non. Concluſ.* 286. † Amplia; vt procedat maxime, quando adsunt verba pos- 7
sessiua, vt puta, *bona mea, vel bona, quæ poſſideo, vel quæ habeo, vel ad me ſpectantia*; quia de præsentibus sunt intelligenda verba. Bart. *in l. ſi ita, de aur. & argen. leg.* & Bald. & Alber. & alij *in l fin. C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Bello. *conſ.*5. *in puncto, de quo quæritur, in princip.* vbi dicit hæc procedere, si non constat de mente in contrarium, vel nisi sint contrariæ coniecturæ in donatione reciproca, & *num.*4. dicit * commu- *
nem. † Limita, vbi esset expressum, quod donat omnia bona sua 8
præsentia & futura; quia tunc extenditur etiam ad futura. Gemin. *d. conſ.*139. *n.*4. *ver. non enim dicitur.* Calder. *conſ* 321. aliàs 2. *de donatio.* quo casu cõprehenduntur futura, etiamsi donatio nulla reddatur. † Li- 9
mita, quando donatio esset facta de quota parte bonorum, puta de quarta parte bonorum meorum per verba infinitiui modi, puta quia dixit, *quod donabam, & promitto libere relaxare quartam partem bonorum meorum*; quia intelligitur de præsentibus & futuris, quando non agitur de magno præiudicio donantis, puta quia esset donatio ex causa reciprocæ liberationis, ita pulchre Bellon. *conſil.*5. *per tot.* vbi est casus, & comprobat multis rationibus. † Declara maxime, quod dis- 10
positio refertur ad statum præsentẽ, & consequenter donatio; quia agitur de præiudicio donantis, quando est mera liberalitas; secus, si est reciproca donatio. Bello. *d.conſ.*5. *nu.*13. *vſque in fin.* vbi multa in hoc proposito. Vide Concluſ. prox. præced.

Donatio omnium bonorum quid contineat. Concluſ. 650.

DONATIO † omnium bonorum mobilium & immobilium 1
facta per matrem filio non comprehẽdit iura & actiones Bald. *conſ.*232. *Super infra ſcriptis, nu.*2. *ver. nunc venio ad* 2. *lib.*2. † Extende; 2
quia donatio omnium bonorum suorum mobilium & immobiliũ, etiamsi dicatur, præsentium & futurorum, valet; quia non comprehendit iura, etiam actiones, quæ est tertia species; & ideo sicuti valet, quando donans sibi reseruat aliquid, de quo potest testari; ita etiam, quando non donauit iura & actiones præsentia & futura; quia licet adsit clausula, *item cesſit omnia iura*; tamen talis clausula restringitur ad iura, respectu bonorum mobilium & immobilium. Ang. Aretin. *conſ.*9. *Videtur primo, in princip.* † Contrarium tenet idem Angel. Are- 3
tin. *d.conſil.*9. *nu.*8. *& ſeq. per tot. ver. ſed tamen in caſu noſtro.* vbi, quod non valet, quando deuentum est ad traditionem etiam per constitutum; quia donatio omnium bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorũ non comprehendit iura & actiones; tamẽ si adest cessio omnium iurium, vel clausula, *item omnia iura*, necessario cõcludit omnia iura præsentia & futura, & sic nõ valet; quia tollit liberam facultatem testandi; patet; quia necessario iura debent applicari vel ad mobilia, vel ad stabilia; ergo omnia iura præsentia & futura veniunt, ex quo bona omnia mobilia, & immobilia, præsentia & futura sunt donata, ita plene Ang. Aret. vbi supr. vbi *n.*10. *& ſeq.* videtur moueri; quia reuera donans nihil aliud habebat, nisi certa bona specificate donata, & adiecit clausulam, *& generaliter omnia, &c.* quæ clausula fuit apposita ad augendum cum clausula, *cedentes omnia iura præſentia & futura.* † Declara iudicio meo; quia in contrariũ est quæ- 4
dam subtilitas; quia aliàs sequeretur, quod semper, quod donantur omnia bona mobilia & immobilia, essent etiã donata iura & actiones, quæ necessario debent applicari, vel ad mobilia, vel immobilia, quod tamen est falsum; quia solum procedit, quando donata essent bona omnia præsentia & futura sine expressione, mobilia & immobilia, vt infra *num.* 8. *ver. limita.* item quia in dubio debet actus subsistineri, non annullari per subtilem interpretationem. † Am- 5
plia; quia non comprehendit bona subiecta fideicommisso, & prohibita alienari, vide late Ias. qui declarat *conſ.*124. *num.*4. *lib.*4. † Ex- 6
tende; quia non cõprehendit bona, quæ donans tenetur post mortem alteri restituere. Cephal. *conſ.*485. *num.*148. *& ſeq.* vbi, quod non comprehendit etiam feudalia. † Limita; quia in donatione omnium 7
bonorum facta per matrem filiæ, veniunt etiam bona mobilia & bestiamina sibi donatrici legata per patruum, etiamsi non constet de formali acceptatione legati, ex quo dominium à morte testatoris in eam est translatum, *l. ſi tibi homo.* §. *cum ſeruus. ff. de leg.* 1. vbi Bartol. Castrens. & alij; ideo licuit donare, & satis constat de accepta-

tione

tione ex solo facto, ex quo bona possidebat. Dec. *consil.* 58. *Et pro te-*
8 *nui.* Alex plene *cons.*88.*col.pen.lib.*5. Rota *decis.pen.de procur.* † Limita, quando fieret donatio omnium bonorum simpliciter sine dictione mobilium & immobilium; quia tunc comprehendit mobilia & immobilia, ac iura & actiones præsentia tantum. Dec. *cons.*237. *& consil.* 387. plenius *in ver. Bonorum appellatione quid veniat. Conclus.*101. *num.*15. *& num.*16. nisi adesset dictio vniuersalis, vt ibidem, *n.*26. vbi videas.
9 †Extende etiam, si esset dictum, *vbicunq; existentia*; quia licet videantur tunc excludi iura & actiones, quæ loco non circumscribuntur, *l. Gaius, ff. de leg.*2. Iaf. & Crot. *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* vbi Iaf. dicit, se ita consuluisse in notabili, & ardua quæstione; tatenillaverba, *vbicunque existentia*, referuntur ad bona tantum, arg. *l.*
10 *plenum*, §. *equitij, ff. de vsu. & habit.* † Contra extensionem, quod imò illa verba, *vbicunque existentia*, non possint comprehendere iura & ☞ actiones. Vide in *ver. Bonorum appellatione quid veniat. Concl.*101. *nu.*25.
11 *ver. restringe.* † Restringe in eo, qui donat res suas, vel bona sua; quia licet appellatione rei veniant etiã iura & actiones; tamen secus est, qñ adijcitur dictio, *meas*, vel *mea*, *l. res, in princip. ff. de leg.*3. ita Guil. de Cun. *in l. omne ius, ff. de statu hom.* licet ibi glossi. & Bald. teneant contrarium, & super qua controuersia vide Guido Pap. *decis.*584. vbi
12 nihil eligit; sed solum opiniones recitat. † Restringe, quando esset facta donatio omnium bonorum mobilium & immobilium, ac se mouentium in quocunque loco existentium; quia non comprehendit iura & actiones, Iaf. *d. l. stipulatio hoc modo cõcepta, ff. de verb. oblig.* & est * communis opinio, quando adijciuntur illa verba, *mobilia & immobilia, aut se mouentia*; quia ista non conueniunt iuribus & actionibus. Alex. *in l. à duo Pio*, § *in venditione. ff. de re iudic.* Lap. *allega.*91. *in fi.* Alex. *cons.*52. *col.*2. *ver. tertio moueor, lib.*1. Oldrad. *consil.* 219. *Factum tale est.* Gemin. *in c. fi. de reb. Eccles. non alien. in* 6.

Donatarius omnium bonorum ad quid obligetur. Concluſ. 651.

1 DONATARIVS † omnium bonorum non tenetur satisfacere creditoribus donantis, *l.*1. §. *si hæres, ff. ad Trebell. l. æris alieni, C. de donatio.* Capell. Tolos. *decis.*386. & debet intelligi de creditoribus non habentibus hypothecam expressam, vel tacitam, secundũ Abb.
2 *consil.*102. *col.*3. *n.*3. *ver. aut quæritur, lib.*2. † Et istud est indubitatum quoad debita contracta post donationem facta. Abb. *cons.*102. *Circa personarum, col.*3. *nu.*2. *ver. hoc ergo casu, lib.*2. vbi loquitur, quando donatio erat facta Ecclesiæ, seu loco pio, sed Angel. *cons.* 48. *Quidam Franciscus.* tenet, q; etiã contracta paulo post donationem inducant
3 fraudem, & reuocationem donationis. † Declara; quia quoad debita præterita ante donationem factam cum hypotheca bonorum expressa vel tacita, etiam res est clara; quia res transit in donatarium cum sua obligatione, & hypotheca & creditores hypothecarij priores præferuntur donatario. Abb. *d. consil.*102. *colum.*3. *numer.*3. *ver. aut*
4 *quæritur de debitis ante, lib.*2. † Si vero debita sunt anteriora habentia solãm personalem obligationem, certum est, quod donataria Ecclesia non tenetur ex eo solo, quod donatio sit vniuersalis, quasi hæres.
5 Abb. *d. cons.*102. *colum.*3 *num. ver. nec Hospitale, lib.*2. † Declara, nisi prius actum fuerit reuocatoria contra donantem, tanquam quod donatio fuerit in fraudem creditorum facta, glos. in *d. l. æris alieni, C. de*
☞ *donatio.* quem ibi * communiter sequuntur Doct. Vide, *Frandulenter facta in fraudem creditorum q taliter dicantur, & reuocentur Concl.*479.
6 † Qualiter autem creditores anteriores non habentes, nisi personalem obligationem, possint agere reuocatoria contra donatarium omnium bonorũ, sic distingue; quia si donatio est ex causa onerosa, agunt reuocatoria, quatenus donatarius fuerit fraudis cõscius, & sic in dolo, aliàs si in bona fide, non agunt reuocatoria; si verò donatio est ex titulo mere lucratiuo, tunc agunt reuocatoria, siue donatarius fuerit fraudis conscius, siue non, ex quo agitur de lucro captando. Abb. *cons.*102. *circa personarum. col.*3. *n.*3. *ver. aut illi, lib.*2. vbi loquitur in donatione facta de omnib. bonis præsentib. & futuris Hospitali; eo ipso, q; habet donans creditores quibus soluere tenebatur, præ-
7 sumitur in dolo. † Extende, vt eadem distinctio agendi reuocatoria, procedat etiam in donatione bonorum præsentiũ, vel bonorum particularium. Abb. *d. cons.*102. *col.*3. *in fin. num.*4. *ver. quid si simpliciter,*
8 *lib.*2. † Extende, quando donans omnia bona sua præsentia & futura reseruato sibi vsufructu cõtraxit debita post donationem; quia cum valeat talis donatio, supra in *ver. Donatio omnium bonorum valet. Conclusio.*698. *num.*44. *& sequen.* non poterit minui vigore debitorum, postea contractorum, *l. omnes.* §. *Lucius, ff. de ijs, quæ in fraud. credit.* late Deci. *cons.*237. Ratio est; quia in donatarium transiuit dominium, & ciuilis possessio, & licet naturalis possessio remanserit penes donantem durante vsufructu, glos. magna in *l.*1. §. *fin. ff. quemadmod. vsufruct. cau.* ideo debita post dominium translatum contracta non afficiunt, *l. Seia mancipia, ff. ad Vellei. authent. de æqualit. dot.* §. *primum quidem.* aliàs esset in potestate cuiuslibet donantis, quod alteri donasset, auferre, & cõditionem donatarij facere deteriorem, contra *l.*1. *in fin. cum l. seq. ff. quod vi, aut clam*; *l. ne in potestate, ff. de arb.* facit *l. fin. ff. ad Syll. l. fraudati.* 8 *fin. de public.* & hoc modo esset in facultate ipsius reuocare donationem inter viuos, quam alteri fecisset irreuocabilem, contra *l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo.* † Restringe, 9
9 quando non reperitur hæres, contra quem possit agi; quia tunc cõtra donatarium potest agi non præcedente reuocatoria, Guido Pap. *decis.*105. subdens, quod dicta opinio, tanquam æqua etiam circuitum fuit approbata per Parlamentum, sequitur Guil. de Bened. in *cap. Raynerius in ver. cætera bona, num.* 46. *extra de testamen.* Boer. *decis.* 204. *num.*42. Vide, *Circuitus vitandus est, & quando secus.*229. † Re- 10
10 stringe in donatione omnium bonorum facta, reseruata sibi facultate testandi de scut.25. quia si donans post donationem constituat se debitorẽ tertij in scut.20. licet aliàs nõ sit testatus, debet donatarius soluere scut.20. quia si potuit testari; ergo & de illis in contractu disponere; quia valet argumentum de contractu ad vltimam
11 voluntatem, *l. fin.* vbi Salycet. *C. de legat.* † Limita; quia donatarius tenetur ad debita donantis ex eisdem bonis donatis, *l. omnes*, §. *Lucius, ff. de ijs, quæ in fraud. credit.* vbi, quod in eum transeant omnia iura actiue & passiue. † Limita; quia si donans decedat sine hære- 12
12 de, donatarius omnium bonorum, & sic vniuersalis obligatur omnibus creditoribus, & potest conueniri vt hæres vniuersalis, text. cum gloss. in *l. æris alieni, C. de donat.* vbi Bald. dicit talem donatarium dici successorem vniuersalem totius iuris defuncti. Guido Papæ *decis.*105. *In terminis.* Dionys. Pontia. *in consuetud. Blesen. titul.*2. *artic.*5. *in fi.* allegat *l. nam quod*, § *fin. cum l. seq. ff. Trebell.* Boer. *decis.* 204. Beron. *in cap. in præsentia, num.* 90. *& sequen. de probatio* Bellam. *decis.* 31. & Franc. Marcus *decis.*322. *num.*13. *lib.* 1. † Restringe, quando 13
13 donatio bonorum omnium præsentium & futurorum facta fuit Ecclesiæ vel pio loco statu personæ donantis nõ mutato; quia non dicitur Ecclesia quasi hæres obligari omnibus creditoribus; secus si statu personæ mutato; vt quia obtulit etiam personam, ita Abb. *consil.*102. *Circa personarum, col.*3. *num.*3. *ver. nec Hospitale, lib.*2. † Siverò do- 14
14 nat se, & bona sua Ecclesiæ vel Religioni, obligatur Ecclesia ad debita tanquam successor vniuersalis, videlicet quoad præterita, & postea facta cum mandato Ecclesiæ, vel pro vtilitate conuersa in Ecclesiam, & nihilominus nunquam tenetur vltra vires bonorum. Abb, *cons.*102. *in fin. lib.*2.

Donatio ex quibus verbis inducatur. Concluſ. 652.

DONATIO † vere & proprie fit per verbum. *donauit*, vel *donat*, 1
& licet sit controuersia, quando est per verba præteriti temporis, vt per Castrens. *consilio* 407. *num.*2. *lib.*1 tamen quod valeat, siue verba sint præsentis, siue præteriti temporis. Curt. Iun. *cons.*277. *numer.*12. *in fin. & numer.* 13. † Extende; quia imo promissio facta 2
2 de donando aliquid certum, & specificarum habetur pro donatione. Vide, *Pactum de donando an valeat, & habeatur pro donatione. Con-* ☞
clus. 21. † Amplia; quia etiam fit per alia verba, veluti si fiat con- 3
3 uentio particularis, quod in casu decedentiæ alterius contrahentis sine filijs tale prædium remaneat superstiti; quia est vera donatio, in tantum, quod si est iuramento vallata, dicitur inter viuos, Guido Pap. *decis.*510. † Extende; quia si dico promitto tibi bona 4
4 mea post mortem meam, erit donatio causa mortis. Alexand. *cons.* 53. *In causa & lite, numer.*7. *in fin. ver. vnde dicimus, libr.*7. † Extende; 5
5 quia si fiat per patrem legatum filio de certo prædio reseruato leganti vsufructu, & postea filius sciente patre per plures annos possideat prædium legatum, & patri det fructus, dicitur transiuisse in donationem inter viuos, ita Afflict. *decis.*275. vbi, quod non reuocatur reuocaro testamento, in simili Grat. *cons.*7. *numero* 23. *lib.* 2. vbi, quod scientia, & taciturnitas, quod alius possideat cum traditione facta, & perceptione fructuum, inducit præsumptam donationem.
† Extende; quia quæcunque verba aptantur ad donationem causa 6
6 mortis; ideo verba, *disposuit, reliquit, vel voluit bona sua ad fratrem suum peruenire, vel pertinere*, & similia important donationem causa mortis; quia etiam verba impropriantur, vt mens disponentis substineatur. Alexan. *cons.*53. *In causa & lite, n.*5. *& 6. ver. & in dubio, lib.*7.
† Amplia; quia si filius familias cum consensu patris, qui potest do- 7
7 nare, sed non testari, coram septem testibus instituat filium cum clausula codicillari, *si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & cuiuslibet vltimæ voluntatis*, valebit vt donatio causa mortis; quia ita valere potest. Alexand. *d. cons.*53. *num.*7. *& seq. libr.*7. † Amplia; 8

quia in dubio, quando adsunt verba, *concedimus, inuestimus, & donamus*, quæ possunt applicari ad feudum & donationem, potius est donatio, quàm infeudatio. Ruin. *consil.39. in princip. lib.1.* Bero. *consil.65. num.18 & seq. libr.1.* Roland. à Valle *consil.50. Visa concessione. per tot. lib.3.* vbi *num.31. & seq.* tollit contraria, & dicit communem*. Vide, *Feudi concessio non est donatio. Conclus.105.* Vide, *Feudum qualiter esse probetur, & in quibus differat à donatione. Conclus.171.*

Donatio qualiter, & ex quibus probetur. Conclus. 653.

1 DONATIO † probatur per vnum testem, qui fuit præsens donationi, & per plures deponentes de auditu à donante, ac per publicam vocem, & famam simul probatam, maxime, quando est modicæ summæ, & potest deferri iuramentum in supplementũ donatario. Bald. *consil.240. Donatio facta, per tot. lib.1.* vbi dicit hoc procedere, maximè coram arbitratoribus. † Extende; quia donatio verbo facta potest probari per duos testes, qui tamen sint optimæ opinionis, & qui non patiantur defectum, neque in persona, neque in dicto Alexand. *consil.37. & cons.131. libr.6.* Roland. à Valle *consil.* 2
40. *nu.8. lib.1.* & loquuntur in donatione inter viuos. † Declara; quia si donatio excederet scutos centum non posset probari duobus te- 3
stibus tantum, ita Bald. *in l. contractus, in fin. C. de fide instrumen.* † Amplia; quia donatio probatur ex scriptura recognita donantis, quando continet donationem certam per verba dispositiua, prout est verbum, *dono*. Castrens. *consil.407. Satisfaciendo, num.2. ver. secundo quæro,* 4
lib.1. † Extende; quia probatur donatio, etiam quoad expressa, & certa, licet adiecerit, *dono talia, & talia bona, quæ pater meus donauit*; quia cum sit certa, licet non constet, quod pater donauit, valet tamen donatio. Castrens. *cons.407. num.2. ver. sed aduertendum, lib.1.* vbi, quod 5
falsa demonstratio hoc casu non vitiat. † Restringe secus esse, si donasset in genere, quæ pater ipsius donauit; quia si non constat, quod pater donauerit, nihil donasse censetur Castrens. *d. consil.407. nu.2. ver. sed aduertendum, lib.1.* vbi pro hoc allegat text. *in l. Quintus Mutius, ff. de aur. & argen. leg. la prima.* Vide Mascar. *Concl.562. Donatio*, vbi, quod probatur per duos vel tres testes inter viuos; item per scripturam priuatam, & coniecturas, sed donans non admittitur pro teste, 6
& qualiter deponere debeant testes. † Limita quia donatio non probatur dispositiue, quando donans non dixit, *dono*, sed per verba præteriti temporis, *donaui*; quia ista sunt verba enunciatiua, quæ nõ disponunt, sed inducunt confessionem, seu probationem. Castrens. 7
dict. consil.407. num.2. lib.1. † Contrarium dicit expressè Curt. Iun. *cons.277. num.12. in fin. & 13. ver. non obstant igitur.* quia in ijs, quæ dependent à voluntate disponẽtis, legatum & donatio per verba tem- 8
poris præteriti disponunt de futuro. † Limita; quia non probatur donatio, neque potest habere effectum, nisi donatarius probet bona donata fuisse tempore donationis in bonis donantis; quia posset esse, quod rem alienam donasset. Castrens. *cons.407. num.3. ver. tertio quæro, lib.1.*

Donatio inter viuos quæ dicatur & præsumatur. Conclus. 654.

1 DONATIO † dicitur inter viuos, & irreuocabilis, licet sit dictũ, quod donat causa mortis, si adijcitur, quod sit irreuocabilis. Oldrad. *cons.114. ver. circa quod.* Angel. *consil.179. Visis prædictis, n.6. ver. ex hoc sequitur.* & plenius Angel. *cons.383. n.2 & n.4.* Dyn. *cons.44. Quæstio, de qua agitur.* & plenius Ang. *cons.254. Domina Antonia, per tot.* Alex. *consil.14. Circa primum, in princip. lib.1.* Socin. *cons.136. per tot. libr.1.* qui 2
loquitur, quando non valeret aliter. Natt. *consil.123. nu.7.* † Contrarium videtur tenere, quod solum pactũ de non reuocando non im- 3
pediat, quin sit causa mortis, idem Oldrad. *cons.149. in fin.* † Declara; quia si pactum est in clausulis, & de stylo Notariorũ, puta quia promiserunt partes perpetuo firma & grata habere, non reuocare, &c. 4
non operatur. Ang. *d. consil.254. circa fin. ver. primo quia.* † Declara; quia donatio si est facta sine mentione mortis, & edictum, *quod donat irreuocabiliter*, tunc erit inter viuos. Dyn. *cons.49. nu.6. & 7.* vbi apostilla 5
ponit concord. † Extende, quia vbicunq; adsunt verba, ex quibus donans promittit dispositiue non reuocare, vt quia donat irreuocabiliter, & promittit non contrauenire, vel donat irreuocabiliter cum iuramento, semper est donatio inter viuos. Alex. *d. cons.78. n.2. in fin.* 6
ver. quantum ad primum, lib.4. † Item, quando donans promittit non contrauenire cum iuramento, est donatio inter viuos. Alexan. *d. con-* 7
sil.78. numer.3. ver. item cum promittat, lib.4. † Item, si adsunt verba, quæ idem importent, prout quia donans promittit bona donata cõseruare, non contrauenire, vel alteri non donare, non alienare, item donanti nõ mouere, non reuocare donationem, & similia, quæ habent eundem effectum, vel sensum, quia etiamsi sit facta mentiõ mortis, iudicatur inter viuos. Alexand. *d. cons.78. num.3. & seq. ver. item cum promittat.* vbi alia similia inculcat, *lib.4.* † Amplia, quod non 8
minus sit inter viuos, etiamsi sit facta in testamento, dummodo facta sit præsenti & acceptanti causa mortis, & irreuocabiliter; quia non poterit reuocari. Oldrad. *cons.114. Factum tale.* Angel. *consil.383. Statuto Pistoriensi. per tot.* maxime *nu.2. & nu.4.* vbi quod est inter viuos ex causa, & non pura, & licet mors sit causa donationis; tamen non est donatio causa mortis. † Amplia; quia in dubio donatio 9
præsumitur inter viuos, vbi non est facta mentio mortis. Petr. de Anchar. *consil.22. Et circa istam quæstionem, numer.2. ver. aut constat, quod isti.* Abb. *consil.41. num.3. & 4. ver. venio nunc ad secundum, libr.2.* plene Clar. *in §. donatio, quæst.4. nu.2. ver. sed quæro.* vbi dicit* communem. * 10
† Extende, etiamsi sit facta in testamento præsenti & acceptanti; quia dicitur inter viuos, si non est facta mentio mortis. Abb. *consil.* 11
41. *In quæstione, num.3. & 4. ver. venio nunc ad secundum, libr.2.* † Extende, etiamsi esset facta ab infirmo ex contractu; quia licet possit dici, quod donauerit cogitatione mortis; tamen dicitur inter viuos secundum* communem, reprobato Anton. de Butr. *in c.2. de consuet.* * 12
ita Clar. *in §. donatio, quæst.4. numer 3. ver. & hæc quidem*, vbi declarat opinionem Ant. de Butr. procedere, quando facta esset in testamẽto, vel codicillis, & ab infirmo, tunc præsumeretur causa mortis. † Extende, vt imò etiam est facta mentio mortis, sed tamen mors non adijcitur donationi, sed alicui reseruationi cõtentæ in donatione; tunc quando dubium est, an sit causa mortis, vel inter viuos, debet iudicari inter viuos. Bald. *consil.107. Anno Domini, colum. fin. ver. præterea quando est dubium, lib.2.* qui tamen loquitur fauore piæ causæ. † Am- 13
plia; quia donatio inter viuos præsumitur, & iudicatur, quando fuit facta libere, & verbum, *libere*, est adiectum verbo, *dono*; quia licet sit facta mentio mortis, quoad vsumfructum reseruatum donanti, vt finiatur morte; tamen est inter viuos iudicanda, maxime fauore piæ causæ. Bald. *consil.107. per tot.* & maxime *colum. fin. ver. & quia etiam, lib.2.* † Amplia; quia donatio iudicatur inter viuos, quando adest- 14
clausula, *ad habendum, &c.* quia ista est coniectura inducens hoc, vt ponderat Bald. in donatione dubia, *cons.107. in fin. ver. ad hoc etiam. faciunt, lib.2.* † Amplia; quia verbum *donationis* prolatum ab homi- 15
ne, siue sit in ipso actu donandi, siue in facultate donandi, alia qualitate non adiecta, semper intelligi debet de donatione inter viuos. Signor. Homod. *consil.30. Factum tale est, num.6. ver. non obstant.* † Am- 16
plia; quia dicitur inter viuos, quando expresse fuit dictum, *quod donat inter viuos*. Dyn. *cons.49. Thema quæstionis, num.6. ver præterea constat.* † Amplia, quando est facta donatio pro se & suis hæredibus; quia 17
dicitur inter viuos; quia donatio causa mortis non transit ad hæredes. Bald. *cons.108. in princip. lib.3.* † Amplia, quando fuit dictum, 18
quod donat irreuocabiliter; quia est inter viuos. Dyn. *d. consil.49. num.7. ver. secundo quia*, vbi apostilla *in ver. irreuocabiliter.* † Amplia; quia do- 19
natio dicitur inter viuos, licet sit facta mentio mortis in verbis exequutiuis, vel per modũ dilationis, quando aliter non valeret; vt quia duo testes soli interuenerunt. Soc. *cons.136. Multum eleganter, per tot. lib.1.* vbi respondet ad contraria. † Extende, vt procedat etiã simpli- 20
citer, qñ posset esse inter viuos, & causa mortis; quia si mentio mortis est in clausulis exequutiuis, non in dispositione, mentio mortis censetur ad differendũ, non vt donatio sit causa mortis, ita Alex. *in l. quæ dotis, n.12. ff. solut. matr.* vbi Ias. *n.40.* Rimin. Iun. *Instit. de donatio n.341.* † Declara, vt procedat extensio in donatione expressa; secus in tacita; quia plura specialia non possunt concurrere, vt sit tacita donatio, & præsumatur inter viuos, ita pulchre Riminald. Iun. *consil.254. n.85. & seq.* maxime *n.91. lib.3.* † Amplia; quia donatio facta cum verbis 22
pure, mere, irreuocabiliter inter viuos, dicitur inter viuos, quantumcunque sit etiam facta mentio mortis. Alexan. *cons.78. Visis, in princ. lib.4.* † Extende; quia si donans pure, mere, & irreuocabiliter ex causa 23
mortis proprietatem, reseruato sibi vsufructu, dicitur inter viuos quoad proprietatem, & causa mortis propter vsumfructum reseruatum, & sic distinguitur, & verba omnia operantur. Alexan. *d. consil.78. Visis, in princip. lib.4.* vbi *nu.2.* quod videtur inesse contrarietas; tamen tollitur per distinctionem. † Amplia; quia legatum factum à 24
testatore reseruato sibi vsufructu domus legatæ, habet effectum donationis inter viuos, & non potest reuocari, si legatarij possederunt viuente legante, & illi dederunt vsumfructum. Afflict. *decis.275.* Vide, *Contractus cognoscitur ex substantia, & ex verbis. Conclusio. 999.* †
† Amplia, quia donatio facta irreuocabiliter causa mortis, quæ põt esse dubia, an sit inter viuos, vel causa mortis, iudicatur inter viuos, si adsunt solũ duo testes, vel pauciores quinque; quia si esset causa mortis, esset nulla, *l. fin. C. de donat.* igitur vt valeat, ex quantitate testium iudicatur inter viuos. Socin. *cons.232. colu.2. ver. tamen quia non fuit facta, libr.2. & cons.136. colum.1. ver. ergo eodem modo dicamus, libr.1.* Corn. *cons.126. col.2. ver. tertio quia fuerunt adhibiti, lib.1.* vbi, quod idem

est in

est in casu contrario, si adsunt quinque testes, licet dicatur inter vivos, erit causa mortis. Ias. *cons.6.col.4.lib.3.* Deci. *cons.305.in fin.* Crauet. *cons.277.vol.fin.ver.tertio respondeo.* Natt. *cons.115.col.2.ver.sed princi-*
26 *palis.concluso.* Roland. *cons.8.n.27.lib.1.* † E conuerso, si fiat donatio inter vivos cum pacto, quod possit reuocari, quod dicatur causa mortis, arguit Angel. Aretin. *cons.73. Quia eleganter, n.9. & multis seqq. ver. nec dici potest.* sed contrarium tenet, quod imo sit donatio inter vi-
27 vos sub incerto die, vt ibi *n.59. & multis seqq. ver. nec aduersatur.* † Amplia; quia quando est dubium, an sit donatio inter vivos, vel causa mortis, semper debet iudicari inter vivos. Bal. *cons.107.col.1.in fin. lib.*
28 2. allegat gloss. *Instit. de donat. post princ.* † Amplia, quia donatio facta inter vivos dicitur inter vivos, licet effectus sit post mortem translatus. Roma. *cons.26.in princ.* vbi 1. apostil. *in ver. pro testando.* allegat plu-
☞ res concord. Vide, *Donatio inter vivos a donatione causa mortis ex quibus*
29 *cognoscatur. Concl. prox. seq.* † Limita, quod donatio facta cum pacto de non reuocando potest esse, & inter vivos, & causa mortis secundum Oldrad. *cons.149. Super prima, ver. super donatione, in fin.* sed ibi loquitur non discusso hoc; quia erat nulla, ex quo facta absenti sine nuncio, vel epistola, & à filiofamilias. Vide, *Donatio causa mortis quan-*
☞ *do dicatur. Concl. 661.*

Donatio inter viuos à donatione causa mortis ex quibus cognoscatur. Concluſ. 655.

1 DONATIO † inter viuos dicitur, vbicunque est facta mentio, quod inter viuos vel irreuocabiliter donatur, vel per se, & suos hæredes, etiam si fiat mentio mortis per modū dilationis ipsius donationis. Alex. *consil. 14. Circa primum dubium, lib. 1.* quia potest fieri donatio etiam inter viuos, licet conferatur effectus donationis post mortem donantis; quia tunc mentio mortis, videlicet, quod valeat, & habeat effectum post mortem, respicit effectum donationis, non autem respicit ipsam donationem. Angel. *consil. 179. Visis prædictis, nu. 6. ver. ex hoc sequitur. & consil. 383. Statuto Pistoriensi, per totum,* maxime *num. 2. & num. 4.* vbi, quod licet sit inter viuos; tamen non est libera donatio, sed ex causa mortis. Socin. *cons.136 Multum eleganter. lib. 1. per totum. & cons.53. In præsenti, eod. lib. 1.* plene Roland. à Valle *cons.61. per totum. lib. 2.* Signorol. *cons 181. num. 13.* Bald. *cons.273. Quod ista donatio, lib. 2.* Socin. *cons.53. In præsenti consultatione. in 1. dubio, lib. 1.* Alexan. *consil. 69. Visis, lib. 4.* Corne. *cons.289. circa col. 6. & seq. lib. 4.* Ruin. *cons.182. Ex themate, num. 4. lib. 1.* Roman, *cons.26. Pro decisione, in princ.* vbi 1. apostil.
2 dat concord. in princ. † Contrarium vide, *Donatio causa mortis quan-*
☞ *do dicatur. Concl. 661.* vbi habes, quod vbicunque facta est mentio de
3 morte, dicitur donatio causa mortis. † Et quod donatio dicatur facta inter viuos, vbicunq; dicitur, quod sit irreuocabilis. Castr. *consil.*
4 138. *Dicta donatio, in princ. lib. 1.* † Et quod vbicunq; non est facta mentio mortis, sit donatio inter viuos, etiā si sit facta in testamento. Abb. *cons. 41. In quæstione, nu. 4. lib. 2.* late Iul. Clar. *in § donatio, qu. 4.* vbi dicit
* 5 *communē, quod in dubio præsumitur inter viuos. † Amplia; quia donans bona sua reseruato sibi vsufructu inter viuos cum conditione, quod donatarius teneatur post mortem donantis distribuere medietatem bonorum in pauperes, tota est donatio inter viuos etiam respectu medietatis pauperum post mortem collatam. Bal. cons.270. Quædam mulier, in fin. lib. 2.* vbi, quod si donatio totalis est talis; ergo
☞ etiam cætera capitula. Vide, *Donatio inter viuos sub conditione qualiter*
6 *intelligatur. Concl. 656.* † Contrarium tenet idem Bald. *cons.277. Quædam mulier, libr. 2.* vbi, quod respectu partis pauperum, ex quo causa
7 mortis capiunt, dicitur donatio causa mortis. † Amplia; quia donatio causa mortis facta, quando est coram duobus testibus, & cum promissione de non post reuocando, dicitur inter viuos, & non potest reuocari, maxime, quando donatarius ex parte sua impleuit, puta quia præstitit alimenta donanti, *l. vbi ita donatur, ff. de donation.*
8 *causa mortis.* † Extende etiam, quando est dubia, an sit inter viuos, vel causa mortis; quia multum operatur numerus testium, vt si sunt duo, dicatur inter viuos; quia aliter non valeret; si sunt quinque, dicatur causa mortis. Corne. *consil. 126. col. 2. ver. tertio, quia fue-*
9 *runt adhibiti, libro primo.* † Extende; quia donatio pro se, & hæredibus, & cum clausulis, quæ non conueniunt vltimæ voluntati, vt quia fuit promissum non reuocare; & quia coram duobus testibus dicitur inter viuos, etiā si mortis mentio sit facta in ea. Ruin.
consilio 51. n. 5. lib. 1. Crauet. *consilio 214. in princ.* Natt. *consilio 104. nu-*
10 *mero 4.* † Declara; quia quandoque clausula, *omni meliori modo,* operatur, quod transit de donatione inter viuos in donationem causa mortis, & econtra. Paris. *consil. 90. num. 10. lib. 3.* Roland. à Valle *cons 8. n. 24. lib. 1.* Crauet. *d. consil. 214. n. 19.* quod tamen intelligas esse verum, quando non valet eo modo, quo sonat, & facta est. Bartol. &
11 Dd. *in l. 1. § si quis ita. ff. de verb. oblig.* † Amplia; quia donatio facta causa mortis cū pacto, q̄ nō possit ex pœnitentia reuocari, dicit inter viuos. Æg. Bella. *cons.39. n. 4. & seq. ver. sed parcat.* vbi tollit cōtraria omnia, &
respondet plene Roma. *cons.513. In casu propositæ. in fin. ver. cæterum.* vbi apostil. fin. *in ver. inter viuos.* dat concord. † Extende, vt procedat, 12
etiam si talis donatio, in qua fit mētio de morte cum pacto, quod nō possit reuocari, haberet alia pacta conditionalia, ex quibus reuocaretur; quia dicitur inter viuos, licet ex conuentione possit reuocari; quia donatio causa mortis reuocatur ex sui propria natura sine pacto, non ex conuentione partium, & sic non potest dici causa mortis, secundum suam propriam naturam. Ægid. Bellam. *d. cons.39. nu. 5. ver. & non obstat, quod reuocatur.* † Extende, quando adsunt aliæ conie- 13
cturæ contrariæ, puta quia donatur ex causa amoris, & consanguinitatis ex pacto. Ægid. *d. cons.39. num. 5. ver. & si in aliquo.* † Limita, vbi- 14
cunque fit mentio de morte, etiam non per modum causæ finalis; si tamen tota dispositio confertur post mortem; quia est causa mortis, licet sit translatum domitium. Bald. *cons.29. Punctus ta is est, lib. 2.* vbi loquitur in donatione facta monasterio, quæ potest reuocari, & dicit hanc * communem Angel. *cons.254. per totum.* Ægid. Bellam. *cons.* *
39. nu. 2. & 3. ver. circa primum. vbi tamen limitat, seu restringit, quando coniecturæ sunt in contrarium. † Contrarium tenet idem Bald. 15
qui maturius consuluit, & magis deliberate in eodem met casu, *cons.* 107. *Anno Domini. per tot.* maxime *nu. 2. ver. & ideo illa verba, lib. 2.* vbi, quod mentio mortis non facit donationem causa mortis, nisi quando mors adiicitur donationi; secus si alteri reseruationi, vel pacto comprehenso in donatione. † Extende limitationem, vt procedat 16
etiam, quando donatio esset facta causa mortis omnium bonorum præsentium & futurorum; quia licet adiiciatur pactum, quod non possit reuocari; tamen erit causa mortis, & reiicitur pactum; quia aliàs redderetur nulla. Castr. *cons.75. Notandum est, n. 3. vsque in fin. lib. 2.* vbi hoc verum dicit, si pactum potest separari, sequitur Socin. *consil.* 136. *Multum eleganter, col. 2. in princ lib. 1.* Vide, *Donatio causa mortis quan-*
do transeat in donationem inter viuos. Concluſ. 671. † Extende limitatio- 17
nem; quia donatio facta simpliciter absque expressione, quod sit inter viuos, vel causa mortis, cum pacto, quod nō valeat, nisi post mortē donantis, est causa mortis, etiam si adsit pactū de non reuocando, etiam si redderetur nulla propter numerum testium. Angel. *cons.254.* *Domina Antonia. per tot.* † Vide tamen Rolandum à Valle plenissime 18
cons.61. lib. 2. vbi, quod donatio facta causa mortis, & nō aliàs per verba præcisa cum quinq; testibus dicitur inter viuos, & quando est facta reseruato vsufructu, & donatario coniunctæ personæ, pro se, & hæredibus, cum promissione de habendo ratam & gratam, vbi multa dicit. Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Donatio inter viuos sub conditione qualiter intelligatur. Concluſ. 656.

DONANS † omnia bona sua, quæ habet tempore donationis, & 1
quæ tempore mortis donantis reperientur, non censetur donasse bona, quæ post donatinem acquisiuit, sed ante mortem alteri donauit; quia non reperiuntur sua tempore mortis. Calder. *cons.326.* aliàs *7. de donat.* † Donatio omnium bonorum reseruato vsufructu 2
facta Ecclesiæ inter viuos, irreuocabiliter, saluo, si donans haberet filios, & filias, & non præiudicando suæ vltimæ voluntati, postea fiendæ, comprehendit bona, etiam vendita per donantem, si non habuit filios. Calder. *cons.327.* aliàs *8. de donat.* † Extende, vt etiam ha- 3
beat locum, si donans non habuit filios, licet fecerit testamentum; quia illa conditio non præiudicando suæ vltimæ voluntati, nō inducit eluſoriam donationem, nisi quatenus habuerit etiam filios. Calder. *d. cons.327. ver. de testam. vsque in fin.* aliàs *8. de donat.* † Donatio o- 4
mnium bonorum suorum facta inter viuos Titio reseruato sibi vsufructu cum hoc, quod post mortem donatricis teneatur medietatē distribuere pauperibus, p̄ anima donantis, est tota irreuocabilis, ita quod respectu etiam medietatis distribuendæ pauperibus non potest reuocari. Bald. *cons.270. Quædam mulier donauit. lib. 2.* † Contra- 5
rium, quod imo respectu medietatis distribuendę post mortem possit reuocari; quia habet vim donationis causa mortis. Bald. *cons.277.* *Quædam mulier. lib. 5.* † Declara, vt per Bald. *cons.383. Quod domina Aga-* 6
tella, in princ. lib. 2. vbi, quod donatio si est facta Titio inter viuos præsenti cum conditione, quod eo mortuo bona transeant ad talem, potest conditio tolli, si contemplatione donantis est appositа; secus si gratia tertii. Vide plenius, *Donatio cum pacto, quod in certum casum tertio*
acquiratur, an possit reuocari sine tertio. Concl. 657. † Extende; quia dona- 7
tio facta in testamento hæredi præsenti inter viuos irreuocabilis, licet dictum fuerit, quod donatio valeat post mortem; quia licet mors sit causa donationis; non tamen est donatio causa mortis, quando fuit dictum, *irreuocabiliter, vel inter viuos.* Angel. *consilio 382.* *Statuto Pistoriensi, per totum,* maxime *num. 4. vsque in fin.* vbi, quod non est pura donatio, sed ex causa. † Adde, quod donatio facta sub 8
modo, videlicet, cum hoc, quod donatarius teneatur in subsidium

alere donatarium, si vsusfructus sibi reseruatus non sufficiat, non dicitur sub modo, ita, quod non valeat modo non impleto, neque sub conditione, ita vt non valeat, nisi conditione impleta, sed dicitur donatio vltro, citroque obligatoria, & inter viuos facta non reuocatur.

9 Alex. *consil. 78. Visis. num. 5. ver. quantum ad secundum, libr. 4.* † Donatio facta per A. de omnibus bonis suæ matris; quia ipsa sic mandauit B, & eius filiis, quatenus contingat donantem mori sine filiis, adiecto pacto, & etiam si contingat ipsum donantem, & filios, & filias decedere sine filiis ex se natis, ipse donans bona omnia prædicta promisit, & conuenit reddere, & restituere donatario stipulanti pro se, & suis hæredibus in euentum conditionis prædictæ, si A. donans decessit sine filiis, bona donata non debentur donatario, sed hæredi filii donantis, ita Bar. plene *consil. 155. Facti contingentia, per tot. lib. 1.* primo mouetur; quia verba pacti sunt de præterito, & sic enunciatiua: secundo; quia sine causa, & titulus donationis non est repetitus; quia non subest ratio eadem fideicommissi à matre iniuncti: tertio; quia etiam data repetitione conditio non extitit, quæ est copulata, si donans, & filii sine filiis decesserint, sed in donante non verificatur; ergo, &c. vltimo; quia etiam si coniuncta posset pro disiuncta accipi; non tamen isto casu; quia si donans decederet sine filio, sed cum nepote, excluderetur nepos, quod esset absurdum. *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* Vide, *Donatio potest fieri sub quacunque conditione, vel pacto. Concl. 642.*

Donatio cum pacto, quod in certum casum tertio acquiratur, quando possit reuocari, vel non sine tertio. Concluſ. 657.

1 DONATIO † facta de certo fundo cum pacto, quod post certum tempus fundus ille esset Ecclesiæ, potest per donatorem pura fieri, & pactum ad fauorem Ecclesiæ liberari. Bar. *in l. qui Romæ.*
2 *§. Flauius. num. 1. ver. viterius habetis. ff. de verbor. oblig.* † Amplia; quia donatio inter viuos omnium bonorum præsentium & futurorum, reseruato vsufructu, cum pacto, quod donatarius statim mortuo donante debeat medietatem pauperibus distribuere, potest reuocari quoad medietatem pauperum; imo donans faciendo testamentum, quod aliàs non valeret; quia non habebat, quid posset testari, censetur reuocasse hanc medietatem pauperum, quæ stabat in pendenti. Bald. *consil. 377. Quædam mulier. lib. 5.* Abb. *consil. 48. per totum. lib. 2.* maxime *in col. 2. ver. nec obstat, si dicatur*, vbi, quod donatio accessoria semper reuocatur, & redditur nulla, quando reuocatur, vel red-
3 ditur nulla principalis. † Declara, vt non procedat ampliatio, quando donatio facta Seio cum pacto, quod si decedat sine filiis, bona perueniant in Titium, si ante reuocationem Titii; & Seius conuenerunt, quod non fiat præiudicium huic donationi in diuisione inter eos facta. Bald. *consil. 383. Domina Agatella. lib. 2. in princ.* vbi tamen nihil firmat propter authoritatem Bartoli contrariam, & dat distinctionem, quod aut pactum apponitur gratia vnius, vel duorum, aut omnium, & requiritur consensus eorum, in quorum gratiam pactum factum est, sed nihil firmat. Vide, *Donatio inter viuos sub conditione qualiter intelligatur. Concluſ. 656.* quæ est prox. præced. † Contrarium, quod imo donatio facta omnium bonorum, reseruato vsufructu, inter viuos cum onere, quod donatarius teneatur post mortem donantis distribuere medietatem pauperibus, non possit reuocari etiam quoad partem pauperum; quia omnia à donatione inter
5 viuos pendent. Bald. *consil. 270. Quædam mulier. lib. 2.* † Declarat Abbas *consil. 48. Videtur primo, per totum*, maxime *col. 2. num. 2. ver. nec obstat, si dicatur. lib. 2.* vbi, quod donatio reciproca post mortem inter virum & vxorem de omnibus bonis præsentibus & futuris cum iuramento; quia tollit liberam facultatem testandi, non valet; sicut non etiam valebit accessoria donatio, quod post mortem superuiuentis, quod superesset, esset Angeli; quia ista est donatio accessoria, & si non valet principalis, neque accessoria, & consequenter rttenditur, an prima donatio sit nulla, vel reuocabilis, & accessoria est talis, pro-
6 ut etiam in casu conuerso. † Amplia; quia donatio causa mortis facta per filiam cum consensu patris, cum pacto, quod mortuo donatario bona donata sint donata tertio, licet per mortem donatarij viuente donante sit quoad eum reuocata; non tamen quoad substitutos. Castrens. *consil. 385. Si quæritur, in princ. lib. 1.* Vide, *Donatio facta absenti quando possit reuocari. Concluſ. 641. num. 53. & seq.* Vide plene Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de donatio. Concl. 5. Donatione facta cum pacto.*

Donatio quando dicatur in fraudem creditorum, & qualiter reuocetur. Concluſ. 658.

1 DONATIO † aliquando dicitur simulata, & aliquando facta in fraudem; simulata est, quando donans fingit donare, & proponit & habet nihil facere; quia solum facit, vt bona tueatur ab oneribus, vel creditoribus, & in ista non requiritur reuocatoria; quia nulla est; donatio verò facta in fraudem fisci, vel creditorum valet in præiudicium donantis; ideo ipse non potest illam reuocare, vel annullare; quia detegeret turpitudinem suam; ideo creditor, vel fiscus, aut habens interesse agit reuocatoria ex dolo, & fraude. Socin. plene *consil. 264. num. 5. & seq. lib. 2.* plenius Mascard. *concluſ. 557. Donationem allegans.* vbi, quod is, qui donauit, siue simulate, siue fraudulenter, non potest agere, sed alius, nisi donatarius participasset de fraude, vel simulatione, sed hæres donantis agere poterit, vide eum. † Et 2
allegans donationem simulatam, vel fraudulentam probare debet, & probatur, siue præsumitur ex eo, quod donauit omnia bona sua, vel maiorem partem bonorum; item si post donationem donans remansit in possessione, quod declara, vt per Mascard. *concluſ. 558. per totam*, maxime *num. 3. & seq. & num. 17. & seq.* præsumitur, quando coniunctæ personæ est facta, vbi declarat; Quarto, quando est facta clerico, vel iudicij mutandi causa; Quinto, si fiat clam; Sexto, quando post donationem committitur delictum; Septimo, quando fit sub conditione, si bona mea confiscari contingat; Octauo, quando modico tempore est duratura; Nono, quando est simulata; quia agitur, quod non valeat; Decimo, quando pater omnia bona vni filio donat ex pluribus; Vndecimo, quando donans hoc confessus est; Duodecimo, quando continet enormissimam læsionem; Decimotertio, præsumitur in fraudem hæredum facta ab infirmo, qui decessit; item, quando fuit renunciatum exceptioni non habitæ dotis, sed tamen prædicta non habent locum, quando fuit reiterata cum interuallo temporis. † Et quando dicatur facta in fraudem 3
successoris, Afflict. *decis. 370. in tertio & vltimo dubio.* † Amplia; quia 4
donatio facta ab eo, qui sciebat se habere creditores, cuius bona non sufficiebant ad satisfaciendum, non valet in præiudicium dictorum creditorum, sed venit reuocanda, tanquam facta in fraudem. *§. item si quis in fraudem.* vbi glossi. & Dd. & plene Iaf. *Instit. de actio.* † Exten- 5
de; quia neque valet, quando est facta in fraudem futurorum creditorum, vide Ripam *consil. 8. num. 4. lib. 3.* † Amplia; quia donatio 6
præsumitur facta in fraudem, quando donatio fit consanguineo donantis, & potest tendere in præiudicium tertij, puta fisci, vel alterius. Bart. *in l. post contractum. ff. de donat.* Castr. *consil. 193. col. 2. ver. præterea tunc præsumitur, libr. 2.* † Extende, vt idem sit, quando fit donatio con- 7
sanguineo alicuius banniti, vel incapacis, quantum ad præiudicium incapacis; quia videtur in fraudem facta, ne ad ipsum deueniat. Castren. *d. consil. 193. col. 2. ver. præterea tunc præsumitur, lib. 2.* † Amplia; quia 8
donatio facta sorori vxoris per maritum inter viuos, cum non possit donare vxori, præsumitur in fraudem, maxime, quando concurrit, quod tempore donationis stabant sorores simul, & continuato tempore. Cast. *d. consil. 193. col. 2. in fin. ver. iis non obstantibus, lib. 2.* † Extende 9
maxime, quando interuenit multiplicatio contractuum donationũ, vt quia maritus primo donauit vxori, & sorori vxoris simul, postea donauit soli sorori vxoris ipsa vxore petente, & renunciante suæ donationi. Cast. *d. consil. 193. il primo, statim post casum, in princ. lib. 2.* † Limi- 10
ta; quia donatio omnium bonorum non facit donatarium haberi pro hærede, ita vt possit cõtra eum agi personali actione, prout contra hæredem posset. Doctores * communiter *in l. æris alieni. C. de donat.* * *& l. 2. C. de hæred. vel actio. vend.* vbi glossi. 2. † Et ideo debent credito- 11
res prius agere reuocatoria contra donatarium, tanquam in fraudem creditorum facta fuerit donatio glossi. *in d. l. æris alieni, C. de donat.* Guido Pap. *decis. 105.* † Declara; quia si donans non est soluendo, vel 12
nullus eius hæres repertetur; quia tunc posset agi contra donatariũ omnium bonorum, etiam actione personali, & directe, & non intentata reuocatoria. Guido Pap. *decis. 105.* vbi, quod ita fuit ex æquitate iudicatum. † Quid in donatario hæreditatis, an possit directe con- 13
ueniri actione personali à creditoribus hæreditatis donatæ, Guido Pap. *decis. 460.* Vide, *Fraudulenter facta in fraudem creditorum qualiter dicantur, & reuocentur. Concl. 479.*

Donatio facta à donatario quando dicatur à primo donante, vel non. Concluſ. 659.

1 DONATIO † facta à primo donante, cum facultate donandi, & libere disponendi, si donatarius alteri donet, nõ propterea dicitur facta secunda donatio à primo donante, sed à donatario, sicuti procurator substitutus à procuratore domino litis non dicitur à primo domino. Castr. *consil. 331. Super primo, n. 2. lib. 1.* vbi, quod illa dispositio, quod possit alteri donare, intelligitur, iure donantis primi. Declara; † quia si constituisset procuratorem ad donandũ nomine suo 2
in donatione, posset eo casu dict donatio nomine primi donantis. Castr. *d. consil. 331. n. 2. lib. 1.* vbi in fin. ponit effectum, qui resultat; quia si donatio peccat in aliquo, primo donatario non plus donat, quam

sibi

3 sibi sit donatum, secus si à primo donante proueniat. † Et alius ef-
fectus est; quia si primus donans mille Titio præsenti donasset, po-
test sequi effectus, quod prima donatio non sit insinuata; & ideo
non valet, nisi in 500. si donatarius donet piæ causæ, in qua non re-
quiritur insinuatio, si suo nomine, non valet, nisi in 500. quia sua
donatio non est insinuata; si nomine primi donantis, valeret in to-
tum; quia ad fauorem piæ causæ non requiritur insinuatio. Castr.
d.cons.331.in fin.lib.1.ver.sed videndum, n.3. Vide, *Feudum antiquum qua-
liter poßit subinfeudari.* Concl.190. Vide, *Feudum subinfeudatum ad quem
deuoluatur.* Conclus.191. Vide, *Vasallus vasalli mei non est mihi vasallus.*
Conclus.27.

Donatio inter viuos quando reuocari possit, vel non. Concl. 660.

1 DONATIO † inter viuos facta irreuocabiliter absenti per nun-
cium, vel epistolam potest reuocari, antequam ille, cui dona-
2 tur, illam acceptauerit. † Contrarium, quod imo donatio facta ab-
senti non possit reuocari per donantem, antequam donatarius ratifi-
3 cauerit. Decia.cons.39.n.144.lib.2. allegat plures. † Restringe, vt non
procedat, quando absenti aliquis esset stipulatus valide; quia potest
stipulari inter duos, vt tertio acquiratur, & non est locus pœnitentiæ.
Socin.cons.136.Multum eleganter, circa fin.ver.secundo, & vltimo, lib.1. Vi-
de plenius, *Donatio facta absenti quando poßit reuocari, vel non.* Concl.641.
4 Amplia; † quia donatio facta in testamento etiam inter viuos potest
reuocari; quia est contra ius publicum, vt ambulatoria sit vltima vo-
luntas, quod procedit, quando donatarius non erat præsens; item
quando constat, quod donatio fuit pro cautela nō reuocandi testa-
mentum, puta quia legauit, & promisit non reuocare etiam cum iu-
ramento, & votum amisit, & subiunxit clausulam, quod valeret in
vim donationis inter viuos. Fulg. cons.92. ad id, de quo. Vide, *Donatio
5 facta præsenti etiam in testamento non reuocatur.* Concl.638. † Amplia;
quia donatio inter viuos potest reuocari ex causa ingratitudinis, &
quando. Vide, *Donatio reuocatur ex causa ingratitudinis.* Conclus.711.
6 Amplia; † quia potest reuocari per superuenientiam liberorum ipsi
donanti, & quomodo. Vide, *Donatio reuocatur per superuenientiam li-
7 berorum, & quando.* Concl.712. † Limita; quia regulariter donatio in-
ter viuos sortita effectum non potest reuocari, l.1.ff.de donatio.in princ.
Ang.Areti.d.cons.4.Quoad primum.num.22.ver.non obstat, quod dicatur.

Donatio causa mortis quando dicatur. Concl. 661.

1 DONATIO † causa mortis capitur, vbicunque occasione mor-
tis accipitur, & mortis causa capio est genus, quod complecti-
tur, quicquid propter mortem alicuius obuenit. l.qui pretio, & l.si mor-
tis causa capitur.ff.de donat.caus.mort. Fede.de Sen.consil.4.Testator.in vl-
tima, num.5. vbi, quod vbicunque fit mentio de morte, dicitur causa
mortis fieri, vel dari. l.Seia.§.fin.ff.de don.cau.mort. Ang.consil.179.Visis
prædictis.num.6.ver.ex hoc sequitur. vbi, quod semper est donatio causa
mortis, si est facta mentio de morte, nisi pactum contrarium de non
reuocando adesset. Roma.cons.229.Pro declaratione, in princip.ver.se-
2 cundo quia. † Natura huius donationis est; quia donans vult ma-
gis habere donata, quam is, cui donatur, & quod mortuo donante
censetur potius voluisse, quod donatarius habeat, quam hæres do-
nantis. l.1.ff.de donat.causa mort.in fin.ver.& igitur mortua. plene Clarus
3 in §.donatio, q.4.in princ. † Extende; quia vbicunque pro anima do-
natur, communiter mortis cogitatione donatur. Roman.dict.consil.
4 229.num.2. † Et vbicunque in donatione fit mentio de morte,
dicitur donatio causa mortis. Gemi.cons.46.nu.8.ver.vnde voluit con-
cludere. Petr.de Anch.cons.22.in princ.num.2.ver.si autem esset facta. vbi
vult, quod sit facta mentio, ita, quod mors sit causa donationis, &
quod requiratur mentio mortis per modum finalis causæ. Bald.cons.
29.Punctus talis, circa fin.ver.sed ad hoc respondetur.lib.2. & dicitur causa
finalis, quando aliter, quam causa mortis non donasset; quia tunc est
donatio causa mortis. Bald.cons.239.Laurentius fuit confessus.lib.2. vbi,
quod pactum lucrandæ dotis post mortem vxoris est donatio causa
* mortis. Angel.cons.81.Viso instrumento, num.2.lib.1. vbi dicit * commu-
* nem. Roman. plene cons.229.in princ. vbi dicit * communem, & ibi
apostil.in ver.censetur, dat concord. Alex. cons.7.Viso instrumento.num.
5 12.ver.sed voluit.lib.6. † Declara; quia ad hoc, vt donatio dicatur
causa mortis, duo requiruntur, mentio mortis, & quod conferatur
* in tempus mortis; & ita omnes * tenere, & notandū esse dicit Clar.
6 d.§.donatio.q.4.n.4.ver.cæterum.† Et potest fieri donatio causa mortis
ipsius donantis, vel etiam causa mortis alterius. Alex.cons.53. In causa
7 & lite.n.4.ver.nam donatio.lib.7. † Declara; quia vbicunq; fit mentio
mortis, in dubio donatio dicitur causa mortis, sed quando apparet,
quod animo donandi inter viuos donauit, nō curatur mentio mor-
tis. Alex.cons.14.in prin.lib.1.& repetit cons.7.Viso instrumento.n.14. ver.
secundo respondeo.lib.6. † Idem est, quando aliæ concurrunt coniectu- 8
ræ contrariæ; quia ab ista, quæ est vna, receditur. Corne.cons.68. Ar-
dua.n.16.& seq.in ver.nec pro vna parte.lib.3.† Extende; quia maxime est 9
causa mortis, quādo facta est mentio mortis per modū causæ finalis.
Rom.cons.513.In casu proposita, in princ. vbi apostilla 1.in ver.causæ finalis.
dat concor. sed dicit esse maximam restrictionem, quod debeat esse
causa finalis, allegat Corn.cons.289.Circa primum.n.11.lib.4..† Decla- 10
rat Crauet.cons.214.Puto donationem, per tot.maxime n.6.& seq.& n.10.
vbi, quod mentio mortis simpliciter inducit donationē causa mor-
tis, sed si per modum causæ finalis est facta mentio mortis, id multo
magis procedit; secus si enunciatiue. † Extende, vt procedat, etiam 11
si sit facta consanguineo; quia si est facta mentio mortis, dicitur cau-
sa mortis. Socin.cons.136.Multum eleganter.col.2.ver.sed vlterius.libr.1.
Extende, † etiam si sit facta piæ causæ, & pro anima, prout in eo, qui 12
dedicauit bona sua Hospitali; quia si post mortem est donatio facta,
censetur oblatio causa mortis, & potest reuocari. Alex.cons.81.Viso in-
strumento.nu.2.& per tot.lib.1. vbi dicit * communem. Alex. cons.152.In *
causa & lite.n.10.ver.ac etiam si recte consideretur.li.6. † Declara; quia si 13
est facta mentio mortis in donatione per modum causæ finalis; tunc
est donatio causa mortis; si vero mentio mortis fiat causa demōstra-
tionis, secus est; quia potest esse inter viuos, vt effectū post mortem
habeat. Alex.cons.14.per tot.lib.1.plenius cons.78.Visis.n.2.ver.præterea.
lib.4. † Adde, quod mentio mortis facta etiam non ex causa finali, 14
sed quando dispositio donationis confertur tota post mortem, licet
dicatur translatum dominium in vita in donatarium, dicitur donatio
causa mortis, non autem inter viuos. Bald.cons.29.Punctus talis, per tot.
lib.2. vbi dicit * communem, & loquitur in donatione facta piæ cau- *
sæ, videlicet monasterio; idem tenet Alex.cons.81.Viso instrumento.qui
loquitur in donatione facta Hospitali post mortem donātis, & vxo-
ris.lib.1.& idem dicit plenius Alex.cons.152.In causa & lite.nu.10.ver.ac
etiam si recte.lib.6. vbi si facta est mentio mortis, & confertur effectus
post mortem dicitur causa mortis. Vide plene per Mascardum, Con-
clus. 561. *Donatio facta mentione mortis.* vbi ponit regulam, ampliat,
etiam si extat pactum de non reuocando, licet contrarium sit ve-
rius, & declarat, vt ibi, ampliat etiam nulla facta mentione mortis,
maxime, quando non potest valere inter viuos; item si ab infirmo est
facta, vbi contraria opinio verior est, & declarat; item si in testamen-
to, vel eodem die testamenti est facta, limitat tredecim modis, quos
videre poteris. † Amplia; quia donatio facta per matrem filio sim- 15
pliciter cum pacto, quod valeat post mortē donantis, & non ante, &
cū pacto attendendi, & non reuocandi, dicitur causa mortis, etiam si
sit nulla; quia non interuenerunt quinq; testes, vbi pro vtraq; parte
allegat, sed tenet, quod sit causa mortis; quia pactū apponit de stylo per
Notarios, & non habet locum in totali reuocatione. Ang.consil.254.
D.Antonia, per tot. † Extende; quia donatio dicitur causa mortis, & 16
inter viuos secundum coniecturas, de quibus plene pro vtraq; parte
Ias.cons.5. & cons.6. lib.3. vbi plenissime Deci.cons.196.& cons.245.in
quibus locis plenissime hæc materia declaratur. Castr.consil.122.lib.1.
Restringe, † vt non procedat, quando potest valere vt donatio inter 17
viuos, vt quia mentio mortis non est facta, ita vt repugnet donationi
inter viuos, veluti si in verbis exequutiuis, vel si non substantiæ do-
nationis adiecta est mentio mortis. Socin.d.cons.136.per tot.lib.1. Re-
stringe, † quando mentio mortis esset facta per viam dilationis solu- 18
tionis rei donatæ. Socin.d.cons.136.circa fin. ver. quod autem.lib.1. Alex.
consil.14.num.2.lib.1. Oldrad.cons.114. Angel.cons.179. & latius consil.
383.per tot. maxime num. 2. † Amplia; quia donatio causa mortis 19
dicitur, quādo in proœmio, & dispositiuā fuit facta mentio de mor-
te; secus si in verbis exequutiuis. Ias.cons.6.Primum dubium, per tot.lib.
3.& cons.169.Duo testamenta.col.penult.ver.quarto lib.4.Decia.cons.304.
Iuridicam esse.& cons.470.Duo dubia.per totum.& in l.non omnis.col.2.ff.si
cert.pet.Socin.cons.137.Multum eleganter.col.2.lib.1. † Extende, vt pro- 20
cedat, etiam si donatū sit donatario, & hæredib. Deci.d cons.470.col.
2.vbi, quod ista coniectura tollit ex aliis præsumptionib. † Limita; quia 21
donatio iuris patronatus certi Hospitalis facta per mulierem com-
munitati Sabinensi, nō potest reuocari, quando adsunt coniecturæ,
quod sit donatio irreuocabilis, vel quia adsunt clausulæ, ex quib. trans-
fertur dominium, vel obligatio de non reuocando, vel promissio de
non veniendo contra; quia licet sit facta mentio mortis, & donatio
causa mortis, & mandatū procuræ, & testamentū possint reuocari, et-
iam si adsit iuramentū de non reuocando; secus, si inter viuos transi-
uerit. Castr.plene cons.122.Quod dicta domina.lib.1.† Limita; quia men- 22
tio mortis ratione adiuncti desinit esse causa mortis donatio, vt si est
facta Titio pro se, & hæredib. suis; quia licet sit facta mentio mortis;
tamen est donatio inter viuos. Bald in l.1.C.de donat.cau.mort. Alexan.
cons.14.Circa primum.n.2.in fin.& n.3.ver.postremo.lib.1. vbi, quod men-
tio hæredum; & donatio facta Titio pro se, & hæredibus operatur;
quod

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quod non est causa mortis, licet sit facta mentio mortis. Ias. *in l. 2. ff.*
23 *de leg. 1.* † Contrarium tenet Bald. quod imo donatio facta causa mortis Titio recipienti pro se, & suis hæredibus sit causa mortis, licet transeat, & effectum habeat in hæredes, etiam mortuo Titio ante donantem, *cons. 108. D. Ioanna, in princip. vsque ad numer. 6. libr. 3.* vbi etiam in fortioribus donans promisit non reuocare, nisi per specialem
24 reuocationem instrumenti celebrandam. † Declara; quia ibi erat causa mortis, ex quo non poterat valere inter viuos stante statuto prohibitorio, ita declarat Bald. *d. cons. 108. numero 8. ver. septimo, & vltimo. lib. 3.* vbi *num. 9. versic. sed mihi remanet*, dicit, quod si non potest valere inter viuos, oportet, quod valeat, prout potest, maxime stante
25 iuramento, prout in illo casu. † Limita; quando fuit factum pactum de non reuocando; quia dicitur inter viuos, & debet insinuari. Bald. *cons. 113. Quædam Domina per tot. libr. 1.* Angel. *consil. 179. numer. 6.* Alexand. *cons. 14. num. 1. in fin. ver. quinimo fortius, lib. 1.* Bartol. & alii in *l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mor.* Alexand. *consil. 7. lib. 6.* Aret. *cons. 41. & cons. 74.* Socci. *cons. 53. & cons. 137. lib. 1. & cons. 232. lib. 2.* & commu-
* nem * dicit Clar. *d. § donatio. q. 4. in fi.* allegat Natt. *cons. 104. num. 6. &*
☞ *seq.* dicentem non reperiri contradictorem. Vide, *Donatio causa mortis*
26 *quando transeat in donationem inter viuos. Concluſ. 671.* † Contrarium quod imo dicatur causa mortis, non obstante pacto de non reuocando, & non contraueniendo; quia ponitur de stylo Notariorum.
27 Ang. *cons. 254. D. Antonia, per tot.* † Restringe limitationem, vt non procedat, quando donatio esset facta causa mortis, & esset factum pactum, quod non posset reuocari, nisi in duobus casibus, videlicet per instrumentum, & quod reuocatio esset specialis; quia licet sit facta pure & irreuocabiliter, nisi in istis duobus casibus, & cum iuramento; adhuc tamen est causa mortis in totum. Bald. *cons. 108. D. Io-*
28 *anna, in princip. & per tot.* maxime *num. 5. ver. quarto videndum. lib. 3.* † Declara limitationem; quia pactum de non reuocando donationē causa mortis, tunc facit illam transire in donationem inter viuos, quādo est valida, alias secus. Cast. *cons. 75. Notandum. col. 2. ver. potest dici melius.*
29 † Limita; quia donatio facta in testamēto præsenti, & irreuocabiliter licet donans voluerit sibi reseruare vsumfructū in vita, & quod non valeat, nisi post mortem; tamen est inter viuos, licet nō sit pura; quia mors est causa donationis, sed non est propterea donatio causa mor-
☞ tis. Ang. *cons. 383. Statuto Pistorien. per tot.* maxime *n. 2. & n. 4.* Vide, *Do-*
30 *natio inter viuos quæ dicatur. Concl. 654.* † Limita, quando fuit dictum, quod non posset reuocari, vel quod donabat irreuocabiliter. Alex. *d.*
31 *cons. 14. n. 1. in fin. ver. quinimo. lib. 1.* † Limita; quia donatio causa mortis facta coram duobus testibus dicitur inter viuos, quando mors est adiecta, vt valeat post mortem, & sic verbis exequutiuis. Socin. *cons.*
32 *136. Multum eleganter, per tot. lib. 1.* † Limita, quando donatio est facta pure, libere, & simpliciter; quia dicitur inter viuos, licet in verbis exequutiuis, vel alias sit facta mentio mortis. Alex. *d. cons. 14. in princ.*
33 *lib. 1.* † Limita, quando donatio esset facta causa mortis, sed fuit dictum, quod voluerunt, quod sit donatio inter viuos; quia erit inter
* viuos secundum * communem, de qua Alex. *cons. 14. col. 2. ver. & di-*
34 *cit etiam Bart. lib. 1.* † Limita, quando mentio mortis est facta in verbis exequutiuis, non autem in loco substantiali donationis. Alex. *d.*
cons. 14. n. 2. ver. insuper. lib. 1. Ias. *cons. 169. Duo testamenta, in 3. & vlt. dub.*
35 *lib. 4.* † Limita, quando donans sibi reseruauit vsumfructum; quia licet sit facta mentio mortis; tamen dicitur inter viuos. Alex. *cons. 14.*
36 *n. 2. ver. hoc etiam. lib. 1.* † Contrarium tenet apost. ad Alex. *d. cons. 14.*
37 *n. 2. in ver. vsufructus, lib. 1.* † Declara; quia si apparent coniecturæ, quod inter viuos donauerit, vt quia promisit non reuocare, vel donauit donatario, & hæredibus suis, vel quando esset donatio inter virum & vxorem, quæ cum iuramento esset firmata, dicitur esse inter viuos, aliàs secus, ita Alex. *cons. 7. Viso instrum. per tot. lib. 6.* maxime *n. 13.*
38 *& seq. ver. non obstant.* † Limita; quia ex eo solo, quod habet quinq; testes, non dicitur donatio causa mortis, si est facta inter viuos. Rol.
39 à Vall. *cons. 61. n. 59. & 60. lib. 2.* Natt. *cons. 104. n. 14. & 15.* † Limita; quia donatio facta Titio pro se, & hæredibus, & successoribus, licet habeat mentionem mortis; tamen est inter viuos. Alexan. *d. cons. 7.*
Viso. n. 15. ver. alia ratione. lib. 6.

Donatio causa mortis sub vltima voluntate comprehenditur, & quomodo. Concluſ. 662.

1 DONATIO † causa mortis sub vltima voluntate comprehenditur. *l. fin. in fin. C. de don. caus. mort.* Feder. de Sen. *cons. 298. in fin. versic. & quia in effectu.* & habet omnes effectus vltimæ voluntatis, secundum regulam, & si quando accedat contractui, sunt casus speciales. Cuma. *cons. 190. Filius familias. nu. 2. ver. pro parte vero negatiua.* & quod donatio causa mortis dicatur actus vltimæ voluntatis; quia quoad substantiam, & exequutionem expectat mortem. Alex. *cons.*
☞ 14. *Circa primum. num. 4. lib. 1.* Vide Conclusiones duas proxim. seqq.
2 † Amplia; quia vsurarius, qui non potest testari, nisi secundum formam *c. quanquam, de vsur. lib. 6.* non etiam potest donare causa mortis; quia ille tex. loquens in testamento verificātur in donatione causa mortis. Calder. *cons. 12. in fin. de constit.* Bal. *cons. 294. Quæritur vtrum,*
lib. 2. † Et appellatione legati, & vltimæ voluntatis venit donatio 3
causa mortis. Cuman. *d. cons. 190. n. 2.* vbi excepto filiofamilias dicit, quod qui non potest testari, neq; potest donare causa mortis. Amplia; † quia statutū prohibens minorem posse donare sub quacunq; 4
forma, vendere, vel alienare, non prohibetur donare causa mortis. Bald. *cons. 169. Ista constitutio. lib. 4.* † Restringe, nisi donatio causa 5
mortis sit facta per stipulationem, vel habeat pacta respicientia obligationem in forma contractus, vel donationis inter viuos. Bald. *cons.*
108. D. Ioanna. nu. 6. ver. quinto sit videndum. lib. 3. † Declara, nisi statu- 6
tum disponeret minorem non teneri, vel non obligari; quia cum verba statuti non conueniant donationi causa mortis, in quā nō obligatur minor, nisi velit; tunc non habet locum in donatione causa mortis. Bald. *d. cons. 108. num. 8. ver. septimo, & vltimo. lib. 3.* de quo dubito in casu restrictionis; quia imo obligatur ex pactis, vel ex stipulatu. Vide, *Donatio causa mortis an sit obligatio, vel non. Concl. 667.* Amplia; † quia sicuti adultus potest testari; ita etiam potest donare cau- 7
sa mortis de iure communi, maxime cum iuramento. Bald. *cons. 108.*
num. 8. ver. sed sumus in iure communi. lib. 3. † Amplia; quia causa, quæ 8
non sufficit ad rescindendum testamentum, non etiam sufficit ad rescindendam donationem causa mortis. Bald. *cons. 108. n. 7. ver. ego tamen vidi. lib. 3.* † Amplia; quia Falcidiam detrahit hæres cum be- 9
neficio legis, & inuentarii de donatis causa mortis, sicut de legatis. Bald. *cons. 288. Hæ quæstiones, in princ. lib 3.* † Et quod sit regulare, quod 10
Falcidia detrahitur per hæredem ex donatis causa mortis, est tex. *in*
l. in donationib. C. ad leg. Falcid. in l. cum sic status. ff. de donat. inter vir. & vxo.
in princ. & sic est in omni donatione, quæ morte donantis confirmatur. Alexand. plene *cons. 7. Viso instrumento. nu. 11. ver. modo ad secundum.*
lib. 6. & nu. 12. vbi allegat tex. *in l. 1. §. si quis mortis. ff. quorum legat. & in*
l. si mortis. & in l. penul. C. ad leg. Falcid. † Extende maxime in vsufru- 11
ctu sibi reseruato per donantem vsque ad mortem; quia detrahitur ipsa Falcidia. Alex. *d. cons. 7. n. 11. lib. 6.* & plenius *n. 12.* vbi allegat tex. *in*
l. 1. §. si vsusfructus, & in l. si vsusfructus leg. ff. ad leg. Falcid. † Restringe, 12
quando donatio inter virum & vxorem valet, vel confirmatur iuramento; quia cum non expectet tempus mortis, Falcidia non habet locum. *l. si vsusfructus legatus. §. dos legata, cum ibi not. ff. ad legem Falcid.*
Alexand. *dict. cons. 7. numer. 12. in fin. vers. sed iis non obstantibus. libr. 6.*
& pariter restrictio procedit in vsufructu, & donatione quacunque, licet sit facta mentio mortis, quando transiuit in donationem inter viuos, vel quia promisit non reuocare, vel iuramento firmatur, vel aliàs, vt ibidem. Alexand. *numer. 13. & sequent. vers. non obstant iura.*
† Limita; quia filiusfamilias, qui non potest testari etiam cum cōsen- 13
su patris, sed potest donare causa mortis, si testetur, & adiiciat, quod si non valet vt testamentum, valeat vt vltima voluntas, nō valebit vt donatio causa mortis; quia non est proprie vltima voluntas. Bal. *cons.*
481. Pone, quod filius, lib. 5. vbi recitat opiniones. † Limita; quia donatio 14
causa mortis magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati. Bal.
cons. 233. Verba statuti, ver. contrarium est verum, lib. 2. † Declara, vt non 15
procedat, vbi agitur de legum correctione. Bald. *cons. 298. n. 3. circa pr.*
ver. sed contra hoc. lib. 2. † Vide speciale in donatione causa mortis facta 16
in testamento; quia requirit stipulationem, alias non valet. Signorol.
cons. 171. num. 14. vbi reprobat tenentes contrarium. † Declara to- 17
tam hanc materiam; quia si donatio est in testamento, vel codicillis; tunc cum sit causa mortis, & in vltima voluntate, erit vltima voluntas; si vero est de per se facta, dicitur contractus, & obligatio. Abb.
cons. 40. Factum in effectu. in princip. lib. 2. vbi, quod statutum Senarum loquens de cōtractu, & obligatione habet locum in donatione causa mortis de per se stante; secus vero, si est in testamēto, vel codicillis.
† Aliter & melius distinguit Clar. *d. § donatio. q. 5. nu. 3. ver. sed pone,* vbi, 18
quod si est facta in testamento, vel codicillis absenti, est vltima voluntas in vim legati; vel fideicommissi; si est facta præsenti, est donatio causa mortis, & dicit communem * opinionem, & citat plures de *
* communi attestantes. † Restringe declarationem, vt non procedat 19
semper; quia si statutum disponat, quod in vltima voluntate sufficiant tres testes, prout in statuto Senarum, sufficient etiam in donatione causa mortis. *l. Marcellus. ff. de donat. caus. mor. l. fin. C. eod. tit.* & ita etiam mouet hanc difficultatem Abb. *d. cons. 40. in fin. ver. ex prædictis*
lib. 2. † Declara plenius totam hanc materiam, vt per Iulium Clarum 20
in § *Donatio, quæst. 5.* vbi recitatis opinionibus contrariis, & communibus, quod sit vltima voluntas simpliciter; item quod imo sit contractus, distinguit, quod quatenus est in fieri, cadit sub contractibus; quatenus vero est facta; habet effectum vltimæ voluntatis quoad omnia, excepto vno casu quoad confirmationem; quia vltimæ voluntates non confirmantur, nisi adita hæreditate; donatio vero causa mortis confirmatur sola morte donantis.

Donatio

Donatio causa mortis in quibus habet effectum vltimæ voluntatis. Concluſ. 663.

1 REGVLA † eſt, quod donatio cauſa mortis omnes effectus vltimę voluntatis ſortitur, & ſi quando contractui accedit, ſunt caſus ſpeciales. Cuma *conſ.190. quod eſt vltimum, num.2. ver. pro parte vero*
2 *gattua.* † Contrarium tenet Ægid. Bellam. *conſ.39. nu.14.* vbi, quod donatio cauſa mortis habet vim & naturã pacti, præter caſus ſpecialiter in iure expreſſos, & *n.17.* idem repetit, quod æquiparatur legato, & debet intelligi quoad reuocationem, puta ſi præmoriatur donatarius, vel etiam ſi donans reuocet; in reliquis autem retinet naturã
3 pacti. † Declarat Abb. *d. conſ.40. Factum in effectu. in princ. lib.2. & n.5.* quod ſi eſt facta in teſtamento, vel codicillis abſolute, ſortitur effectum vltimæ voluntatis; ſi de per ſe, dicitur contractus, & obligatio, & non eſt vltima voluntas, niſi vno caſu; quia ſolemnitas quinq; teſtium correcta in vltima voluntate, quod tres ſufficiant, ſufficiet etiam in in donatione cauſa mortis, *l. Marcellus. ff. de donat. cau. mort.* Sed vide meliorem declarationem in concluſione prox. præced. *n.18. &*
4 *ſequ.* † Amplia; quia donatio cauſa mortis habet effectum vltimæ voluntatis; quia qui non poteſt ex ſuo delicto teſtari, non poteſt etiam donare cauſa mortis, *l.1. ff. ſi quid in fraud patro.* Bald. *conſ.294. quæritur, vtrum. lib.2. ver. ſed contrariam.* Vide Concluſionem proximam
5 præcedentem. † Item ſicut pupillus non poteſt teſtari, ita non po-
6 teſt donare cauſa mortis, *l.1. §.1. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* † Imo excepto filiofamilias, qui non poteſt teſtari, non poteſt donare cauſa
7 mortis generaliter. Cuman. *conſ.190. nu.2.* † Item cum aliqua forma requiritur in vltima voluntate, eadem requiritur in donatione cauſa mortis, *l. cum ñ, ff. de tranſact.* Bald. *d. conſ. 294. ver. ſed contrarium,*
8 *lib.2.* † Contrarium tenet Bald. *conſ.248. An cæcus.* quod eſt Aloyſii de Peruſio, & *conſ.249. Doctor meus.* quod eſt Marci Angebelli de Peruſio, *lib.5.* quia licet cæcus non poſſit teſtari ſine ſolemnitate, *l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. facer. poſſ.* tamen poteſt donare cauſa mortis
9 ſine illa ſolemnitate. † Item reſciſſo teſtamento per contra tabu-
10 las, reſcinditur etiam donatio cauſa mortis, *l.1. ff. de lega. præſtan* † Item licet donatio in contrahendo accedat magis contractui, quam vltimæ voluntati; tamen in acquirendo dominium, ex eo, quod obligatio incipit poſt mortem, & ab hærede, accedit vltimæ voluntati. Bal.
11 *dict. conſil.294. num.2. ver. & licet. lib.2.* † Declara; quia in contrahenda donatione cauſa mortis ea plus accedit contractui iuxta not. *in l.2. circa princ. ff. de dote præleg.* ideo facta abſenti validatur ſtipulatio-
12 ne Notarij, *l. non tantum. ff. de adoptio.* Guido Pap. *deciſ.222.* † Item dominium ſine traditione tranſit ex donatione cauſa mortis, ſicut ex legato. Bald. *dict. conſil.294. num.2. lib.2.* Cuman. *conſil.190. num.2.*
13 *ver. patet etiam.* † Contrarium, quod ex donatione cauſa mortis non tranſeat dominium ex donante in donatarium ſine traditione. Ægid. Bellam. *dict. c.39. numer.13. ver. præterea.* vbi dicit eſſe ſpeciale,
14 quod ex reſolutione reuertatur ad donantem. † Declara; quia quoad dominium non tranſit à die donationis, ſed à die confirma-
* tionis ex morte, ſed bene tranſeunt fructus, communem * dicit Cla-
15 rus *in §. donatio q.9. num.7. ver. ſed quæro.* † Et etiam reuertitur ad donantem, ſi donatarius præmoriatur ipſo iure, etiam ſi alienaſſet; quia donanti competit rei vendicatio, quæ non habet locum in contractu; quia ſola actio perſonalis competit. Cuman. *conſil.190. num.2.*
16 *ver. conſtat.* † Declara; quia imo eſt ſpeciale hoc caſu, quod ex reſolutione donationis dominium reuertatur ad donantem. Ægid. Bel-
17 lam. *d. conſ.39. nu.13. & 14.* † Item conſiderato effectu donatio cauſa mortis habet effectum vltimæ voluntatis, *Inſtit. de donat. §.1.* Bald.
18 *conſ.233. verba ſtatuti, ver. contrarium eſt verum, lib.2.* † Et quoad ſui eſſentiam, & validitatẽ donatio cauſa mortis per omnia vltimæ voluntati comparatur, *l. vnica. ad fin. C. de caduc. tollen.* Roman. *conſ.75. Ne-*
19 *ſcio, qua ex re, num.2. & in fin.* † Item licet in contrahendi modo magis accedat contractui, quam vltimæ voluntati; tamen in facultate reuocandi magis accedit vltimæ voluntati. Bald. *conſ.108. D. Ioan. nu.*
20 *3. ver. tertio eſt videndum, lib.3.* † Declara, niſi eſſet actum, quod non poſſet reuocari, niſi per contractum, vel certo alio modo ſpecifico; quia tunc in reuocatione accedit conuentioni ex contractu, non autem vltimæ voluntati; ideo non valebit reuocatio ſimplex. Bald. *d.*
21 *conſ.108. num.4. ver. ſed contrarium, lib.3.* † Effectum non ſortitur à tempore donationis, ſed mortis. Cuman. *dict. conſ.190. num.2. in princ.*
22 Item † quoad actionem naturalem pariendam ex donatione cauſa mortis oritur actio naturalis ex teſtamento. Bald. *conſ.108. num.3. ver.*
23 *vnde ſecundum quoſdam, lib.3.* † Item poteſt detrahi Falcidia ex donatione cauſa mortis, ſicut ex legato, tanquam ex vltima voluntate Bald. *d. conſ.108. num.4. ver. item de ea detrahitur, lib.3.* Roma. plene *conſ.*
24 *75. per totum.* † Declara; quia hæres detrahit Falcidiam ex donatione omnium bonorum cauſa mortis, quando confecit inuentarium, aliàs ſecus. Bald. *conſil.354. Ad euidentiam præmittendum, num.3. & ſeq.*
25 *libr.5.* vbi declarat. † Item donatio cauſa mortis requirit aditionem hæreditatis ad ſui confirmationem, vt valeat. Bald. *conſ.108. nu.*
4. ver. item ſecundum quoſdam, lib.3. licet ibi non firmet pro abſoluto. Contrarium † tenet Bald. *conſil.248. circa med. ver. ſecundo dixi, libr.5.* 26
quod eſt Aloyſii de Peruſio. † Fideicommiſſum poteſt fieri in do- 27
natione cauſa mortis, & prohibitio alienandi impedit transferri dominium, ſicut ſi eſſet in teſtamento. Cuman. *conſ.190. Filiusfamilias, per tot.* † Sicut mortuo hærede ante teſtatorem teſtamentum reuo- 28
catur, & fit caducum; ita etiam mortuo donatario cauſa mortis ante donantem, donatio fit caduca. Fulgoſ. *conſ.87. Viſis ſuperius, in princip.*
Viduæ † ſi legetur aliquid, dummodo vidualem vitam teneat, tene- 29
tur vidua cauere, ſi vult legatum; ita etiam ſi eidem donetur cauſa mortis cum ea conditione; quia habet effectum vltimæ voluntatis. Anch. *conſ.76. n.8. ver. quærenti.* † Ius accreſcendi, & non decreſcendi 30
habet locum in donatione cauſa mortis, quod eſt proprium vltimæ voluntatis. Anch. *conſ.384. in prin.* † Limita; quia non habet effectũ 31
vltimæ voluntatis multis caſibus de quibus in Concluſ. prox. ſequ. Sed ramen declara totam hanc materiam, vt ſupra Concl. proxim. præced. circa fin.

Donatio cauſa mortis in quibus non habet effectum vltimæ voluntatis, ſed contractus. Concluſ. 664.

DONATIO † cauſa mortis, quæ conſenſu duorũ perficitur, eſt 1
ſpecies contractus. *l. verba geſſerunt. ff. de verb. ſign.* Bald. *conſ.298. Quæritur, vtrum. n.3. ver. præterea donatio. lib.2.* † Item non eſt relictum, 2
licet habeat vim relicti iuxta not. *in auth. ex teſtamento. C. de collation.* & ideo per interpretationem extenſiuam dicitur habere vim relicti, ꝙ non procedit in materia odioſa. Bald. *conſ.298. n.3. ver. porro ſi quæ leges, cir. med. lib.2.* † Item deportatus & excommunicatus non poteſt te- 3
ſtari, ſed bene poteſt donare cauſa mortis, & contrahere. Bald. *conſil.*
298. poſt med. ver. accedat prædictis. li.2. † Item in donatione cauſa mor- 4
tis veniunt fructus percepti viuo donante; in legato vero, & vltima voluntate ſecus eſt. Bal. *d. conſ.298. cir. fin. ver. & ad prædicta ſiciunt, lib.2.* Vide Concl. prox. ſeq. † Et donatio cauſa mortis deducta in pactũ, 5
vel ſtipulationem dicitur cõtractus obligatorius; ſecus ſi eſt facta ſola traditione, vel ſola ꝓmiſſione, quod quis accipiat ex donato; quia tunc donatio non eſt obligatio. Bal. *conſ.455. Quæritur, an filiafamiliæ. lib.2.* vbi, quod prohibitus obligari prohibetur donare cauſa mortis, niſi donatio incipiat à traditione. † Contrarium videtur dicere Abb. 6
conſ.40. in princ. quod ſi non interuenit traditio, non eſt contractus, neq; obligatio. *lib.2.* licet poſtea *n.2. ver. ſed nulli dubium.* dicat, quod ſemper inducit obligationem, & contractũ, licet reuocabilem; quia pacto nudo etiam perficitur. † Item, ſi eſſet actum, quod non poſſet 7
reuocari, niſi per contractũ, vel certo alio modo expreſſo; quia tunc accedit contractui, ne poſſit reuocari alio modo. Bald. *conſil.108. D. Ioanna. n.3. & 4. ver. tertio eſt videndum. lib.3.* † Item donatio cauſa mor- 8
tis, quando eſt contracta per ſtipulationem, vel habet pacta, quæ accedunt donationi inter viuos, & ſic contractui, dicitur potius contractus, quam vltima voluntas; quia comprehenditur ſub ſtatuto prohibente minorem 25. annis poſſe ſe obligare, vel contrahere ſine certa ſolemnitate. Bald. *conſ.108. D. Ioanna. num.6. ver. quinto ſit videndum, in fin. lib.3.* † Et maxime donatio cauſa mortis facta à filiofami- 9
lias cum conſenſu patris accedit contractui; quia non poteſt teſtari, ſed donare. Cuman. *conſ.190. Filiusfamilias, in princ.* † Donatio cau- 10
ſa mortis quoad ſui ordinationem dicitur cõtractus, & accedit contractui, non autem vltimæ voluntati; ideo cæcus, qui non poteſt teſtari ſine ſolemnitate, de qua *in l. hac conſultiſſ. C. qui teſtam. fac. poſſ.* poteſt donare cauſa mortis ſine illa ſolemnitate. Bald. *conſ.248. An cæcus,* quod eſt Aloyſii de Peruſio, & *conſ.249. Doctor meus. lib.5.* quod eſt Marci Angebelli de Peruſ. qui appellat cauſam actiuã id, quod alius appellat ordinationem. Anch. *conſ.384. Dubium in iſta quæſt. nu.3. in fin.*
Idem † eſt quoad ſui cõfirmationem; quia nõ requiritur aditio here- 11
ditatis, licet requirat mors; quia ſola morte cõfirmatur. Bald. *d. conſ.*
248. cir. med. ver. 2. dixi. li.5. ꝙ eſt Aloyſ. de Peruſ. & ſic quoad cõfirmationem, partim habet naturã vltimæ voluntatis, partim nõ. † Effectũ 12
etiam habet mixtũ; quia quoad aliqua effectũ vltimę voluntatis, pot in translatione dominii; ſecus eſt quoad tres actiones, q̃ oriuntur ex teſtamento, videlicet hypothecaria, rei vendicatio, & actio perſonalis; quia iſta non cõpetunt ꝓ donatione cauſa mortis. Bal. *d. conſ.248.*
poſt med. ver.3. dixi. li.5. ꝙ eſt Alo. de Per. † Donatio cauſa mortis con- 13
ſiderata cauſa actiua accedit cõtractui. Bal. *conſ.249. Doctor meus, in pr.*
li.5. ꝙ eſt Marci Ang. & iſta eſt ordinario, allegat Bal. *in l. cũ ii, §. adẽ erit*
dicendũ. ff. de tranſact. † Ratione cauſæ ſubiectę, q̃ donat, donatio cau- 14
ſa mortis participat de vtroq; quia quod poteſt legari, poteſt donari, etiam inter viuos ex cauſa mortis, & e contra. Bal. *d. conſ.249. circ. med.*
ver. aut loquimur reſpectu cauſæ ſubiectæ. libr.5. † Ratione cauſæ perfe- 15
ctionis exiſtentialis, prout conſideratur forma contractus, magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati. Bald. *d. conſ.249. poſt med.*
ver. aut loquitur reſpectu cauſæ perfectionis. lib.5.

Ratio-

16 Ratione † causæ finalis, ad quam, hoc est effectualis, habet effectum vltimæ voluntatis; quia à morte recipit effectum, prout vltima voluntas, & dicitur vltima voluntas. Bald. *cons.* 249. *in fin. lib.* 5. Et
17 quod † magis assumat de natura contractus, quam vltimæ voluntatis. Anch. *cons.* 384. *Dubium in ista quæst. n.* 3. vbi, quod requiritur præsentia donatarii, & donantis, quod est proprium contractus, & *nu.* 4.
18 Item † filiofamilias licita est donatio causa mortis de consensu patris; secus est in vltima voluntate, quæ non potest pendere ex alieno
19 arbitrio. Anchar. *d. cons.* 384. *n.* 3. † Maxime, quando est facta à filiofamilias, qui non potest testari, & præsenti; quia tunc est contractus,
20 non vltima voluntas necessario. Anchar. *cons.* 384. *num.* 3. *ver. & maxime est hoc verum.* † Limita multis casibus, de quibus in Conclus. prox. præced.

Donatio causa mortis in multis differt à legato, & in multis non. Conclus. 665.

1 DONATIO † causa mortis differt à legato in multis, vt per Hostiens. *in summa de don. caus. mort.* §. 1. *in fin.* † Fortior est donatio causa mortis, quam legatum, Feder. de Sen. *cons.* 298. *circa fin. ver.*
3 *item assignando.* † In donatione causa mortis veniunt fructus percepti tempore donantis, sed in legato secus est. Bal. *cons.* 298. *Quæritur,*
4 *vtrum, circa fin. ver. & ad prædicta faciunt, lib.* 2. † Legatum potest fieri absenti, donatio vero causa mortis debet fieri præsenti. Bal. *cons.* 272. *In causa egregie, n.* 4. *ver. quinto probatur, lib.* 5. Vide Conclus. prox. præced. *num.* 4. & Conclus. prox. seq.

Donatio causa mortis non differt à legato, & vltima voluntate in multis. Concl. 666.

1 CONVENIT † donatio causa mortis legato; quia detrahitur Falcidia, sicut ex legato. Bald. *cons.* 108. *Domina Ioanna, nu.* 4. *ver.*
2 *item de ea detrahitur, lib.* 3. † Item requirit aditionem hæreditatis ad sui confirmationem. Bald. *d. cons.* 108. *nu.* 4. *ver. Item secundum quosdam,*
3 *lib.* 3. † Contrarium dicit absolute Clarus *in* §. *Donatio, q.* 5. *nu.* 2. *ver. Scias tamen.* vbi, quod differt in hoc à legato, & vltima voluntate, quæ requirit aditionem, vt confirmetur. Donatio vero causa mortis
4 sola morte confirmatur, & non requirit aditionem. † Declara; quia Baldus debet saluari, quando donatio causa mortis facta est in testamento, & absenti; quia tunc non potest valere, nisi vt legatum, vel in vim fideicommissi, vt dicit Clar. *d.* §. *Donatio, q.* 5. *nu.* 3. *ver. sed pone, quod aliquis.* vbi dicit * communem, & requiritur aditio. Vide su-
5 pra, *Donatio facta præsenti dicitur in vim contractus, & non valet in vim fideicommissi. Conclus.* 639. † Reuocatur donatio causa mortis, prout legatum; quia sicuti legatum nominis debitoris reuocatur, si legans exegerit, & consumpserit; ita etiam donatio nominis debitoris; quia à pari procedunt, ita Roman. *cons.* 229. *nu.* 2. *& seq. ver. quo autem ad secundum.* vbi idem dicit in subrogato loco nominis debitoris; quia si legans nomen debitoris, vel donans causa mortis exigat creditum, legatum, vel donatum, accipiat in solutum bona debitoris, reuocatur donatio, vel legatum. Vide, *Donatio causa mortis quando caduca fiat, vel reuocetur. Conclus.* 672.

Donatio causa mortis an sit obligatio, vel secus. Conclus. 667.

1 DONATIO † causa mortis, si incipit à promissione, est obligatio; ideo prohibitus se obligare prohibetur etiam donare causa mortis hoc modo. Bald. *consil.* 455. *Quæritur, an filiæfamilias, libr.* 2.
2 Contrarium † videtur velle Bald. *cons.* 108. *Domina Ioanna, num.* 8. *ver. septimo & vltimo. lib.* 3. vbi, quod statutum prohibens minorem 25. annis ex suo contractu, sine solemnitate celebrato teneri, vel obligari, non habet locum in donatione causa mortis; quia donans non tenetur, neque obligatur proprie, nisi velit, sed solue; quia Bald. hic loquitur in donatione, quæ incipit à donatione non à promissione
3 de donando. † Declara; quia siue donatio causa mortis incipiat à promissione, siue incipiat à traditione, semper retinet suam naturã, vt possit reuocari. Petr. Anchar. *cons.* 76. *Per modum consilii, num.* 3. *ver.*
4 *sed ad hoc dubium.* † Declara; quia donatio causa mortis semper est obligatio bonorum donatorum; quia licet possit reuocari; tamen, donec non reuocatur, inducit obligationem. Abb. *d. cons.* 40. *num.* 2.
5 *ver. sed nulli dubium, lib.* 2. † Amplia; quia donatio causa mortis dicitur contractus, & obligat, quando fieret in ea pactum de non reuocando, nisi per publicum instrumentum, & specifice; quia si aliter fiat reuocatio cuiuslibet vltimæ voluntatis in genere, ista non reuocatur; & idem est, si habet pacta obligatoria, vel est per stipulationẽ concepta, ita videtur velle Bald. *cons.* 108. *per tot.* maxime *num.* 6. *ver. quinto sit videndum, vsque in fin. lib.* 3. licet per subtilitatem *nu.* 8. videatur sibi contradicere. † Limita, quando donatio incipit à traditione 6
causa mortis facta; quia tunc prohibitus obligari non prohibetur taliter donare. Bald. *d. cons.* 455. *ver. sed tradendo, lib.* 2. † Contrarium 7
tenet Petr. Anchar. *cons.* 384. *Dubium in ista quæstione.* vbi, quod mulier prohibita contrahere, vel se obligare sine consensu viri ex forma statuti, non potest donare causa mortis præsenti; quia est contractus; & maxime; quia attenditur prohibitiua causa, nõ permissiua, quando concurrunt, & ita etiam consuluit Abb. *cons.* 40. *Factum in effectu, in princ.* maxime *num.* 2. *ver. sed nulli dubium, lib.* 2. vbi loquitur super statuto Senarum. † Extende hoc contrarium, vt procedat sine diffi- 8
cultate, quando donatio causa mortis est facta à muliere filiafamilias; quia non potest testari; ergo necessario est obligatio, & contractus. Anchar. *d. cons.* 384. *n.* 3. *ver. maxime.* † Extende, vt procedat et- 9
iam, quando donatio esset facta permissiue, & non promissiue; quia si donans promisit aliquem capere ex donato, talem rem non dicitur obligare; & ideo taliter promissus licite retinebit, licet licite non ageret. Bald. *d. cons.* 455. *in fin. lib.* 2. vbi limitat, si esset fraudulenter facta promissio.

Donatio causa mortis, & aliæ, quæ morte confirmantur, quo iure petantur. Concl. 668.

DONATIO, † quæ confirmatur morte, quo iure petatur, an vt 1
legatum, vel fideicommissum, vel quo alio iure, vide Bart. *in l. ex verbis. ff. de donat. inter vir. & vxorem.* † Amplia; quia donatio, quæ 2
confirmatur morte, quoad translationem dominii rerum donatarum, non valet, nisi à die mortis donantis, & sic à die confirmatæ donationis, sed quoad fructus valet à die donationis; & ideo peti possunt etiam pro tempore, quo vixit donans. Clar. *in* §. *Donatio, q.* 9. *nu.* 7. *ver. sed quæro, numquid hæc confirmatio.* Vide, *Donatio causa mortis in quibus habet effectum vltima voluntatis, vel non. Conclus.* 663. *num.* 12. *& seq.*

Donatio causa mortis quot testes requirat, & quam solemnitatem. Conclus. 669.

DONATIO † causa mortis requirit quinque testes, prout vlti- 1
ma voluntas, ad hoc vt valeat, alias est nulla, *l. fin. C. de donat. caus. mor.* Corne. *cons.* 68. *n.* 14. *lib.* 3. Patri. *cons.* 50. *lib.* 3. Deci. *cons.* 305. Castr. *cons.* 444. *Præmittendum, in fin. lib.* 2. vbi apostilla citat Corn. vbi supra. Abb. *cons.* 40. *Factum in effectum, nu.* 7. *ver. ex prædictis, lib.* 2. Roman. *cons.* 513. *In casu, num.* 2. *ver. & hoc si assuerit numerus testium.* † Extende, vt 2
idem sit in donatione facta absenti; quia si debet substineri in vim fideicommissi, necesse est, quod adsint quinque testes, prout requiruntur in vltima voluntate. Rom. *d. consil.* 513. *num.* 2. *ver. tamen valet iure fideicommissi.* † Amplia in tantum, vt non sufficiant quatuor ad- 3
hibiti. etiam si Notarius describat quatuor, & dicat, & multi alii; quia non valet donatio causa mortis, neque alius contractus, nisi testes in instrumento exprimantur. Bald. *cons.* 108. *Domina Ioanna, nu.* 2. *ver. secundum dubium, lib.* 3. Vide, *Instrumentum sine testibus, & aliis requisitis non probat, & quando secus. Conclus.* 244. † Declara; quia licet 4
instrumentum rogatum per Notarium requirat quinque testes, vt donatio causa mortis valeat; tamen si quatuor testes, & Notarius rogatus se examinarent, probarent donationem causa mortis, quæ non probatur per instrumentum. Castr. *consil.* 75. *Notandum, in fin. ver. concluditur, lib.* 2. *in princ. nu.* 2. idem dicit de testamento coram sex testibus; quia non probatur per instrumentum, sed si sex testes, & Notarius deponerent de contentis in instrumento, probarent testamentum extra instrumentum. † Rogati non debent esse de necessita- 5
te in donatione causa mortis, prout neque in codicillis, *l. fin.* §. *in omni. C. de codicill.* Bald. *d. cons.* 108. *num.* 2. *lib.* 3. † Limita in donatione 6
causa mortis ad pias causas; quia sufficiunt duo testes; imo etiam testamentum valet ad piam causam coram duobus testibus, *c. relatum, de testam.* late Tiraquel. *de priuil. pia causæ, priuil. secundo.* & procedunt prædicta etiam in foro ciuili, & in terris Imperii, cum agatur de salute animæ. Tiraqu. vbi supra. Vide, *Testamentum ad pias causas quam solemnitatem requirat. Concl.* 116. † Limita in donatione causa mortis 7
facta filio; quia sicut valet testamentum coram duobus testibus; ita valet donatio causa mortis. Castr. *consil.* 444. *Præmittendum, in fin. lib.* 2. Declara; † quia testamentum valet inter liberos coram duobus, et- 8
iam si plus vni relinquat, quam alteri, sed quando donat vni filio tantum, res dubia est. Castr. *d. cons.* 444. *in fin. lib.* 2. † Non est necessa- 9
ria traditio in donatione causa mortis; quia imo ea, prout donatio inter viuos, potest incipere à traditione, vel à promissione, siue interueniat stipulatio, siue nudum pactum de iure nouissimo, nisi esset inter coniuges; quia inter eos requiritur traditio vera, vel ficta, vt confirmetur morte. Castr. *consil.* 75. *notandum, in fin. lib.* 2.

Limita:

10 Limita; † quia ſtante ſtatuto (prout Senis) quod in vltima voluntate ſufficiant tres teſtes, debent etiam ſufficere in donatione cauſa mortis, vt eſt tex. *in l. Marcellus. ff. de donat. cau. mort. & in l. fin. C.* 11 *de donatio. cau. mort. Inſtit. de donatio. in princip.* † Declara; quia quando donatio eſſet facta cauſa mortis in teſtamento, vel codicillis, res eſt clara, quod tunc donatio eſt vltima voluntas; ſed ſi eſſet facta de per ſe, videtur, quod ſit contractus, & obligatio; ideo forte non procederet, ita Abb. *conſil. 40. in princip. per totum, lib. 2.* licet in fin. *ver. ex prædictis.* alleget iura prædicta contraria, & dicit articulum eſſe ſatis dubitabilem.

Donatio cauſa mortis non præiudicat creditoribus. Concluſ. 670.

1 REGVLA † eſt, quod donatio cauſa mortis, vel quæ confirmatur morte, prout donatio inter virum & vxorem, cum æquiparetur vltimæ voluntati, non præiudicat creditoribus etiam non habentibus hypothecam; quia ipſi præferuntur donatario facta diſcuſſione prius contra hæredem, ſiue ſit cum beneficio legis & inuentarij, ſiue non Alex. *conſil. 7. Viſo inſtrum. num. 2. lib. 6.* allegat 2 *l. ſi debitor, ff. de don. cau. mor.* & alia iura. † Declara; quia ſi hæres non non feciſſet inuentarium; tunc quia teneretur de ſuo in totum, non poſſent creditores moleſtare donatarium; quia tenentur excutere prius hæredem; ſecus ſi hæres feciſſet inuentarium. Alex. 3 *d. conſil. 7. num. 10. ver. præterea poſito, lib. 6.* † Limita, quando donatio inter virum & vxorem eſſet cum iuramento; quia ex quo valet ſtatim, & non expectat confirmationem in morte, quando eſt inter viuos; tunc creditores habentes priorem hypothecam bene præferri debent, facta prius diſcuſſione contra hæredem; ſed creditores habentes hypothecam poſt donationem non poſſunt præferri, ſicuti neque creditores ante donationem non habentes hypothecam. Alex. *d. conſil. 7. num. 2. & ſeq. ver. ſed iis non obſtantibus, lib. 6.* 4 & item *num. 10. ver. præterea.* † Declara, niſi eſſet facta in fraudem creditorum, vt quia donaſſet fere omnia bona ſua; quia bene poſſet reuocari. Alex. non decidit *d. conſil. 7. nu. 4. in fin. ver. vtrum autem, lib. 6.* quia dicit, quod non fuit requiſitus, ſed vide ſupra, *Donatio quando dicatur in fraudem creditorum, & qualiter reuocetur. Concluſ. 658.*

Donatio cauſa mortis quando tranſeat in donationem inter viuos, & è contra. Concluſ. 671.

1 DONATIO † cauſa mortis facta regulariter tranſit in donationem inter viuos, quando donans promiſit cum iuramento non reuocare, *l. vbi ita donatur. ff. de donatio. cauſ. mor.* Caſtr. *conſil. 122.* 2 *col. 2. ver. in contrarium, lib. 1.* † Extende etiam, ſi ſit facta in teſtamento per modum legati, & donationis factæ præſenti, vel Notario ſtipulanti, quando cum iuramento promiſit non reuocare, etiam ſi eſſet inter virum & vxorem, plene Abb. *conſil. 95. Factum ſit* 3 *proponitur, lib. 2.* vbi tollit contraria. † Et quod donatio cauſa mortis, quæ eſt reuocabilis, fiat irreuocabilis propter pactum de non reuocando. Dyn. *conſil. 70. Quæſtio talis eſt, Titius, num. 9. verſic. præterea donatio.* Angel. *conſil. 179. num. 6. ver. ex hoc ſequitur.* Anchar. *conſil. 76. Per modum conſilij, in princip.* & eſſe hoc ſine dubio. Caſtr. *conſil. 82. In* * *iſta donatione, lib. 2.* & eſt * communis opinio, Couarr. *in rubr. de teſta. in 2. parte, num. 10.* quem citat, & ſequitur Clar. *in §. donatio, q. 4. in fin.* Vide ſupra, *Donatio cauſa mortis quando dicatur. Concluſ. 661. num. 25. &* 4 *ſeq.* † Extende, quia pactum ſtipulatione vallatum de dando, & donando in donatione, quæ confirmatur morte, videtur facere donationem irreuocabilem, prout pactum de non reuocando; quia videtur innuere, licet non affirmet. Petr. Anch. *conſil. 76. in pr.* 5 Et † quod promiſſio, ſeu pactum de non reuocando, ſed de habendo perpetuo ratam donationē cauſa mortis; faciat illam tranſire in donationem inter viuos. Anch. *conſil. 265. Quod donatio, in prin.* 6 Reſtringe, † quando donatio cauſa mortis eſſet facta dę omnibus bonis præſentibus & futuris; quia licet adijciatur pactum, & iuramentum de non reuocando; tamē remanebit adhuc donatio cauſa mortis, ſi modo pactum poſſit ſeparari; quia cum non poſſit valere inter viuos; quia donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valet; quia tollit liberam facultatem teſtandi, non tranſit tunc ad ſpeciem inter viuos, vt annulletur, ſed potius pactū de non reuocando reijcitur. Caſt. *conſil. 75. Notandum eſt, quod præfatum ſtatutum, n. 3. vſq; in fin. ver. quantum vero ad ſecundum, lib. 2.* ſequitur 7 Soc. *conſ. 136. Multum eleganter, col. 2. in pr. lib. 1.* † Contrarium tenuit Alex. *in l. quæ dotis. ff. ſolu. matr. col. 3. in fi.* prout refert, & eum ſequitur Benedictus de Vadis in apoſtil. ad *conſil. Dyn. 7. in verb. procedere*, Ang. *conſil. 179. n. 6.* qui loquitur in donatione omnium bonorum præ- 8 ſentium & futurorum. † Declara; quia procedit reſtrictio Caſtr. quando nō poterat valere vt donatio omnium bonorum præſentium & futurorum; alij vero, quando poterat valere; quia Ang. loquitur, quando non erat facta traditio, vt per totū illud conſilium. Amplia, † quia donatio cauſa mortis tranſit in donationem inter 9 viuos, quando eſt facta donatario pro ſe, & hæredibus, Dec. *conſil. 470. Duo dubia, n. 4. ver. venio ad ſecundum.* & eſt ratio; quia regulariter donatio cauſa mortis non tranſit ad hæredes, ita Bal. *in l. 2. ver. quid enim ſi iſte filius ſtipuletur, C. de iur. dot.* Iaſ. *in l. nō omnis. ff. ſi cert. pet.* Alex. *conſil. 14. Circa 1. lib. 1. & in conſil. 7. Viſo inſtr. col. pen. ad fi. ver. alia ratione, lib. 6.* Soc. *conſil. 53. In præſenti conſultat. lib. 1.* Bald. *conſil. 273. Quod iſta donatio, lib. 1.* Iaſ. *conſil. 5. col. fi. ver. tertio facit, lib. 3.* † Contrarium te- 10 net Dec. *d. conſil. 470. num. 6. ver. prædictis tamen*, quando concurrunt plures preſumptiones fortiores, & conſtat de mente, veluti ſi dixit quod titulo donationis cauſa mortis donabat, ſi adſunt quinq; teſtes, ſi donans voluit poſſe diſponere de re donata, & contrarium abſolute Crot. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. oblig.* Vide, *Donatio cauſa mortis quando caduca fiat. Concl. prox. ſeq. n. 8. & ſeq.* † Am- 11 plia; quia donatio cauſa mortis tranſit in donationem inter viuos, quando eſt facta corā duobus teſtibus tantum; quia ſi adeſt clauſula, *omni modo meliori modo*, vel iuramentum, quæ habet virtutem dictæ clauſulę, operatur, quod valeat, vt valere poteſt, ſed non poteſt cauſa mortis propter defectum quinq; teſtium valere; ergo valebit inter viuos, *l. quoties, ff. de reb. dub.* † Contrarium; quia non 12 procedit regula, q̄ actus ſubſtineatur eo modo, quo poteſt, quando ſumus in claris. Ang. *conſil. 254. hac quæſt. col. 2.* Alex. *in l. quæ dotis, col. 5. ff. ſol. mat.* & maxime; quia clauſula, *omni meliori modo*, de ſtylo Notarij appoſita nihil operatur, maxime, quando inducit perplexitatem. Alex. *conſil. 110. Attentis, col. 2. lib. 5.* ſequitur Dec. *conſil. 62. In cauſa, col. 2.* & ita contra Notarios Florētinos arguit Ang. *d. conſ. 254.* *col. fin.* † Amplia; quia donatio cauſa mortis regulariter poteſt re- 13 uocari, *l. quæ mortis, & l. Senatus, §. ſed mortis cauſa, & l. Scia, ff. de donat. cau. mort.* tamen ſi donator promiſit non contrauenire, ſed contenta in inſtrumento attendere, & obſeruare; tunc talis donatio efficitur irreuocabilis, & aſſumit naturam donationis inter viuos, *l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor.* vbi Bart. & *in l. ſi alienam, in fi. eo. tit.* Bal. *in* *l. 2. C. de iur. dot.* Are. *cōſ. 41. Diligēter, & maturę.* Ang. *conſ. 199. Viſis præd.* *col. 6. ver. ex hoc ſequitur.* Alex. *conſ. 14. lib. 1. & conſ. 7. col. pen. ver. & ſimiliter non obſtat, lib. 6.* Soc. *conſ. 232. Multum eleganter, lib. 2.* Iaſ. *in l. nō omnis, ff. ſi cert. pet.* vbi, quod pro iſta parte conſuleret, ſi caſus contingeret, & idem Iaſ. *conſ. 5. & 6. lib. 3.* vbi deducit fundamenta pro vtraque parte Caſt. *conſ. 122. quod dicta Domina, col. 2. ver. item patet ex eo, lib. 1. &* *conſ. 61. Notandum eſt, in pr. lib. 2. & conſ. 75. Notandum, n. 3. & conſ. 82. In* *iſta donatione, in pr. lib. 2.* † Contrarium, quod per talem promiſſio- 14 nem non tranſeat in donationē inter viuos, & poſſit reuocari, tenet gl. *in l. ſi alienam, in ver. accepit. ff. de don. cauſ. mor.* Bald. vbi arguit ad partes *in l. cum quis, de cond. ob cauſ.* Alex. ſibi contrarius *in l. quæ dotis,* *col. 4. ver. ſed iuxta hoc cadit. ff. ſol. matr.* Ang. ſibi contrarius *conſ. 254. D.* *Antonia de Florentia.* & hoc videtur ſentire Bal. *conſ. 107. Laurentius fuit* *cōfeſſus, lib. 1.* Cor. *conſ. 126. licet in hac cōſultatione videatur prima facie, col.* *2. lib. 1.* & pro hac parte cōſuluit, & iudicauit D. Matthęus Niccolinus Aduocatus Florētinus, ēt reprobata diſtinctione Dec. *cpſ. 305.* & idem etiam conſuluit Rol. â Valle *conſ. 8. n. 16. lib. 1.* vbi reprobat diſtinctionem, quod imo ſit inter viuos. † Declara; quia ſi in diſ- 15 poſitiua donationis factæ cauſa mortis fuit promiſſum illam non reuocare, illa tranſit in donationē inter viuos, & non poteſt reuocari; ſi vero poſt diſpoſitiuam cantantem cauſa mortis fuit dictum in clauſulis exequutiuis, *quod promiſit rata habere, perpetuo non contrauenire, &c.* quia clauſulæ exequutiuæ non alterant ſubſtantiam, illa verba intelliguntur ſecundum naturā actus. Dec. *conſ. 304. Iuridi-* *cam, per tot.* maxime, *nu. 5. & ſeq.* vbi latiſſ. & ponit plura exempla, & *conſ. 470. duo dubia, n. 3.* vbi poſt. allegat Ruin. *conſ. 51. n. 14. lib. 1.* Dec. *in l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* Soc. *conſ. 137. Multum eleganter, col. 2. lib. 1.* plene Iaſ. *conſ. 6. Primum dubium, per tot. lib. 3. & conſ. 169. Duo teſtamenta,* *col. pen. ver. 4. lib. 4.* Ang. *conſ. 254. circa ſi. ver. primo quia.* † Et hanc de- 16 claritionem extendit Iaſ. in caſu contrario, vt quando in clauſulis exequutiuis de morte eſt facta mentio, non dicatur cauſa mortis. Iaſ. *conſ. 169. Duo teſtam. in tertio, & vltimo dubio, lib. 4.* Didac. Couarr. *in rubr. de teſt. in 2. parte*, vbi late. † Contra declarationem, quod imo 17 ſit donatio inter viuos. Rol. *conſ. 8. n. 16. & ſeq. lib. 1.* † Declara; quia 18 quando eſt facta mentio mortis, verum eſt, quod pactū de non reuocanda in clauſulis exequutiuis non mutat donationem; ſecus ſi non eſt dictum, q̄ cauſa mortis, neq; quod inter viuos donat; quia in dubio operatur pactū. *Dyn. conſ. 49. n. 6. &* 7. vbi poſt. dat conco. Declara; † quia ſi concurrunt plura, vt quia eſt facta coram duo- 19 bus teſtibus, & fuit factum pactum de non veniendo contra; tunc valet inter viuos, quia non poteſt valere vt cauſa mortis, ita Petr. & Cyn. *in l. licet. C. de pact.* Corne. *conſil. 68. Ardua quidem, colum. 6. lib. 3.*

idem Corn.*consil.126.Licet in hac,colum.1.ver.tertio,quia fuerunt adhi-*
20 *biti,lib.1.* † Et maxime hæc sunt vera, quando in donatione est cluasula, *omni meliori modo*; qa ad hoc, vt subsistineatur actus, debet fieri interpretatio, vt subsistineatur in vim donationis inter viuos, & in ijs terminis Corn.*d.consil.68. col.6. ver. & maxime attentis, lib.3.*
☞ Vide plene per Mascard.*Conclus.561.Donatio facta*, vbi *num.2. & seq.* allegat, quod non mutat naturam mortis per pactum de non reuocando,*num.5. & seq.* tenet contrarium, & plurimos allegat, & di-
* cit * communem, quod transit inter viuos,*num.7.* declarat, quod non transit inter viuos, quando esset omnium bonorum præsentium & futurorum, nihil reseruato; secus si sibi aliquid reseruauit,
21 vide eum. † Amplia; quia legatum factum per patruum suis nepotibus in testamento de certo prædio, reseruato sibi vsufructu, seu reseruatis fructibus, si postea nepotes per plures annos possederint tale prædium legatum, & patruo dederint fructus, transit in donationem inter viuos; ideo reuocato testamento non reuo-
22 catur talis donatio, vel legatum, Afflict. *decis.275.* † Amplia; quia donatio causa mortis cum pacto, quod non possit reuocari, nisi præmoriente donatario, transit in donationem inter viuos, glos.*in l.Senatus, §.mortis causa,ff.de donat. caus. mort. in ver. & tunc* per *pœnitentiam*, vbi Iacob.de Raue.Bart.*in l.si alienam, §.1.ff.eo.* Cast.qui pro vtraque citat, & hanc veriorem tuetur *consil.82. In ista donatione, in princip.lib.2.* vbi, quod censetur facta sub conditione, si donans præmoriatur; & tunc in talem casum pactum operatur, quod non possit reuocari, sicut etiam, si sub alia conditione casuali; quia in casum deficientis conditionis non est donatum; & ideo sicuti pactum de non reuocando facit transire in donationem inter viuos, quando est pura; ita pactum sub certa conditione, idem operatur in donatione conditionali, & idem tenet Cast.*cons.75.n.3.lib.*
23 2. † Contrarium tenet gl.*in d.l.si alienam, §.1.in ver.sed an tũc, ff.de don.*
24 *cau.mort.* & Dyn. quẽ citat Cast.*d.cons.82. in pr.lib.2.* † Declarat Bart. *in dict.leg.si alienam, §.1.ff.de donat.caus.mort.* vt si est facta in testamento, vel codicillis, tale pactum non faciat transire in donationem
25 inter viuos; secus si est facta in contractu. † Limita; quia pactum de non reuocando non facit transire donationem in contractum irreuocabilem, quando est inter personas prohibitas, prout inter patrem & filium, socerum & nurum, existente filio in potestate vel inter virum & vxorem. Petr. Anchar. *consil.76.numer.7.ver.item concluditur*, & potest esse ratio; quia duplex defectus non ita de facili tollitur; prout in simili dicitur de donatione vltra 500. aureos legales non insinuata, quæ valet vsque ad quingentos; secus si est
☞ inter personas prohibitas, late supra, *Donatio quando insinuanda. Con-*
26 *clusio.646.num.11.* † Limita in donatione facta per matrem filio, quam post mortem donantis, & ea sequuta voluit valere, & non prius; quia licet adiecerit pactum, quod promisit attendere, & obseruare perpetuo; tamen est causa mortis, etiam quod reddatur nulla ex defectu testium. Angel.*consil.254. Domina Antonia, per totum.*
27 vbi pro vtraque parte, sed inclinat in hanc partem. † Declara; quia si constat, quod donatio sit causa mortis, pactum de non reuocando non facit eam esse inter viuos, neque adimit facultatem reuocandi in totum, sed solum priuat donantem, ne possit reuocare in parte, vel mutare. Angel.*d.consi.254.n.4. vsque in fi.* vbi, quod ista pacta vbique per Italiam apponuntur de stylo Notariorum, & ideo non releuant.

Donatio causa mortis quando caduca fiat, vel reuocetur. Concluſ.672.

1 DONATIO † causa mortis reuocatur, & fit caduca, si donatarius moriatur ante donatorem. Bald.*consil.352. Donatio causa mortis, lib.2.* quia tale ius non transmittitur pendente è conditione, *l.1.in fi.C.de indict.viduit.tollen.* Dyn.*consil.44. Quæstio, de qua agitur, in fi.*
☞ Fulg.*consil.151. Egregius miles, col.fin.in princ.* Vide, *Donatio transit ad*
2 *hæredes, & quãdo secus. Cõcl.704.* † Amplia, vt procedat, ẽt si sit iurata; quia lex est, quæ reuocat, non homo: ideo non obstat iuramentũ. Bal.*d.consi.352.lib.2. & latius cõs.293. Donatio causa mortis, in pr.lib.3.* vbi reprobat Fed.de Sen. tenentẽ contrarium *consil.140.* Quia licet iuramentum operetur validitatem; tamen nõ alterat naturam, quin si præmoriatur donatarius, fiat caduca, & idem tenet *consil.292. Fa-*
3 *ctum sic proponitur, lib.3.in pr.* † Extende; quia quod dicitur de donatione causa mortis, vt morte donãtis requirat confirmationem, alias si donatarius præmoriatur donãti, fiat caduca, idem sit in donatione facta per patrem in filium in potestate existentem; quia si filius donatarius p̃moritur patri, fit caduca donatio patri donanti
4 superstiti. Cast.*cons.346. Circa bona, col.2.ver.primo, quia lib.1.* † Amplia; quia donatio causa mortis reuocatur prout legatum, ideo sicuti legatũ nominis debitoris reuocatur, si legans illud exigat, ita ẽt donatio reuocatur eodẽ modo. Rom.*cons.229.nu.2. & seq.ver.quo*
aũt ad secundum. † Amplia; quia donatio causa mortis facta reuoca- 5
tur per existentiam liberorũ; ideo si coniugatus offerat bona sua monasterio post mortẽ, & suscipiat filios, nõ valet donatio, ex quo professio nõ tenuit, secus si professio tenuisset. Bal.*cõs.240. Quia dicta oblatio.lib.5.* † Limita; quia donatio causa mortis non reuocatur 6
donatore nõ pœnitente vsq; ad extremũ vitæ exitũ. Rom.*cons.330. Circa primũ.n.14. & 15.ver.secundo probatur.* † Restringe; quia reuoca- 7
tur, qñ facta est in testamẽto, si testamentũ reuocatur. Ro.*d.cõs.330. n.15.* † Limita, qñ donatio causa mortis esset facta donatario, & hę- 8
redibus; quia tũc transit ad hæredes, & potest donatarius hanc donationẽ alteri legare. Bal.*cons.93. Super dictis punctis, in pr. lib.2. & cõs.* 108. *Domina Ioanna, in pr.ver.sed ad hoc respõdetur.lib.3.* vbi loquitur idẽ in legato facto Titio, & illius hæredibus. † Restringe, vt nõ proce- 9
dat, qñ donatio causa mortis esset facta Titio recipienti pro se, & suis hæredibus; quia hæredibus non donatur principaliter, vt moriente donatario incipiat donatio ab hæredibus, sed dicta verba operãtur, vt radicata donatione in primũ donatariũ transeat ad hæredes illius Bal.*d.cõs.108. in pr.lib.3.* & licet ibi videatur tenere cõtrarium; tñ adducit iura, qñ donatio erat facta Titio, & hęredibus; nõ aũt Titio recipienti pro se, & suis hæredibus, licet in fi. teneat contrarium absolute ẽt isto casu. † Contrarium videtur tenere idẽ Bal. 10
q̃ vbicunq; est facta mentio hęredum ẽt in consequentiam, valeat donatio in hæredes, licet præmoriatur donatarius, *d.cõs.108. in fine.* vbi stat pro ista parte. *lib.3.* † Declara, vt plane Dec.*cõs.470. Duo du-* 11
bia.n.6. & seq. vt si reuera est donatio inter viuos, valeat ẽt in hæredes; secus si extat ẽt cõiecturæ in contrarium q̃ donatio esset causa mortis. † Declara, vt per Bal.*cons.386. Factũ tale est, in pr.lib.3.* quia si 12
donatio fiat per patrẽ filiæ in potestate existenti, & hæredibus filiæ & filia p̃moriatur patri, efficitur caduca; qa nõ valuit in personã filiæ; quia debuit morte cõfirmari, neq; in personã hæredũ filię; quia ius nõ fundatũ in filiã nõ potuit trãsmittere ad hęredes; secus si donasset filię, & desecẽdentibus, vel natis, aut nascituris ex ea, vt p̃Bal. *cõs.360. Quantũ ad punctũ lib.2.* † Limita; quia donatio causa mortis 13
licet reuocetur per pœnitẽtiam donãtis; si tñ donans post reuocationẽ, & pœnitẽtiam decedat sine hærede, adhuc valet, ex quo nõ est, qui possit objicere reuocationem. Ang. & plenius Alex.*in l.qui Roma. §.Flauius.col.pen.ff.de verb.obl. & in l.2.ff.de leg.2.* Ang.*in repet.l.eam quã.col.10. C.de fideic. & in q.per eum disputatã*, incip. *Astensis miles.col.13. in fi.* Alex.*in l.nõ omnis, in pr.ff.si cert.pet.* plene Com.*cõs.68. Ardua.n.12. in fi.ver.licet aũt.lib.3.* vbi q̃ esset durũ cõtra hãc limitationẽ obtinere. Vide, *Donatio causa mortis in multis differt à legato, & in multis nõ. Cõcl.* ☞
665. & Cõcl.ibi prox.seq. Vide, *Donatio causa mortis quãdo reuocetur. Cõcl.* 710. Vide, *Donatio inter virũ & vxorẽ quãdo efficiatur caduca. Concl.707.*

Donatio patris filio in potestate existenti facta quando valeat, vel non. Concluſ.673.

REGVLA † est, q̃ donatio simplex facta per patrẽ filio in pote- 1
state nõ tenet à principio, sed morte cõfirmatur; ideo habet vim legati, & põt in fideicõmissum expresse deduci, & subijcitur Falcid. & nõ confertur. Old. qui hęc omnia breuiter cõgerit *cõs.151. n.2.ver.si sic.* Bal.*cõs.430. in pr.lib.1.* Pet.de Anch.*cõs.106. Dubitatur*, vt *inf.n.6.ver.3.dubitatur.* † Hanc regulã cũ pluribus limitationib. po- 2
nit Las.*in l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.* Soc.*in reg.103.* sed secundã nouam impressionẽ est *reg.28. in ver.Donatio facta a patre filio in potestate regulariter nõ valet.* hanc ẽt regulã firmat Clar.*in §.donatio.q.8. in prin.* vbi dicit * communẽ, & citat alios, & reddit rationẽ; quia cũ filius * acquirat patri, impossibile est, q̃ valeat donatio patris; quia reuertur donatũ ad patrẽ. † Declara; quia nõ valet donatio patris facta 3
filio in potestate existenti, qñ duo nõ concurrunt; primũ, q̃ interuenerit traditio vera, vel aliquid, quod loco traditionis sit; alterũ vero est, q̃ perseuerat vsq; ad mortẽ, ita vt donatio morte confirmetur. Rom.*cõs.277. Non est dubium, in pr.* Ang.*cons.44. Pater quidam, in pr.* quæ duo si cõcurrant, valebit; quia confirmatur morte. † Et 4
hęc traditio si nõ interuenit, impedit, ne morte cõfirmetur; si vero interuenit cũ perseuerantia vsq; ad mortẽ, confirmatur morte donantis. Rom.*d.cons.277. in ver. Et non est dubium, in pr.* vbi apost. *in ver. sufficit*, & inf.*n.10.* † Traditio hæc in incorporalibus fit sola scientia 5
& patientia donantis, q̃ donatarius exerceat, vel se ingerat in donatis. Rom.*cons.277.col.2.in pr.* vide infra.*n.47.* † Perseuerantia pa- 6
riter requiritur; quia potest reuocari, & reuocata non confirmaretur morte. Ro.*d.cons.277.col.2.ver.secundum autẽ*, vbi q̃ perseuerantia præsumitur, nisi contrarium probetur. † Extende; quia dona- 7
tio patris facta filio existenti in potestate non valet, nisi quando est facta traditio, & confirmata est morte, siue sit simplex, siue sit ex causa meritorum; quia licet * communis opinio sit, quod * donatio ex causa meritorum non valeat inter personas prohibitas, nisi merita probentur; tamen hoc intelligitur, vt non valeat

statim,

ſtatim, ſed quod morte non confirmetur, etiam ſi non conſtat de meritis, nō procedit; quia expreſſio eorū, quæ non ſunt neceſſaria,
8 ſed abundant, non inducunt nullitatem, etiam ſi non ſint vera, plene Angel. Aretin. *conſil. 100. In caſu prædicto, in princ.* † Amplia, quod ſicuti non valet donatio facta filiæ in poteſtate; ita non valet donatio facta per patrem marito filiæ exiſtentis in poteſtate, &
☞ ſic genero ſuo. Oldr. *conſil. 245. Quidam paterfamilias, in princip.* Vide, *Donatio facta à ſocero, genero, vel nurui, aut e conuerſo quando valeat. Concl.*
9 *696.* † Declara hanc ampliationem, vt non procedat in matre, vel ſocru, quæ poteſt donare nurui, vel genero; quia mulier non habet in poteſtate, *l. 3. §. ſocrui, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Oldrad.
☞ *d. conſil. 245. in princip.* infra *num. 12.* Vide, *Donatio filio naturali, vel*
10 *ſpurio quando valet, vel non. Concluſ. 701* † Amplia, quia in tantum verum eſt, quod donatio patris facta filio, vel filiæ in poteſtate exiſtenti non valet, niſi confirmetur morte, vt etiam cenſeatur reuocata per alienationem rei donatæ; etiam ſi donatio cantet, quod irreuocabiliter, & inter viuos donabat; quia aliter non valet. Bald.
11 *d. conſil. 430. lib. 1.* † Amplia; quia donatio facta per patrem filio morienti, & donanti ſocero patris ſui non valet; tum quia per mortem filij eſt reuocata; quia requirit confirmationem in morte donantis; tum etiam, quia qua ratione non poteſt gener donare ſocero, eadem ratione non poteſt gener donare filio, vt donet ſocero ſuo. Petr. de Anchar. *conſil. 106. numer. 7. ver. quarto dubitatur.*
12 Amplia; † quia quod dicitur de donatione facta filio legitimo & naturali in poteſtate exiſtenti, vt non valeat, niſi firmetur morte; idem eſt, ſi fiat filio naturali legitimato; quia ipſe quoque reincidit in patriam poteſtatem. Alexand. *d. conſil. 8. Viſis, & conſideratis,*
13 *in princip. lib. 2.* ſupra *num. 9.* † Amplia; quia donatio facta per patrem filiæ nuptæ, & hæredibus eiuſdem filię, etiam ſi pater promiſit non reuocare, non valet, neque filia tranſmittit ad filios ſuos, ſi ipſa præmoriatur patri donanti; quia dum ipſa vixit, non valuit, ea mortua non tranſmittitur ad hæredes; ſecus ſi eſſet facta filiæ, &
☞ eius filijs. Bald. *conſil. 386. Factum tale eſt, in princip. lib. 3.* Vide, *Donatio*
14 *cauſa mortis quando caduca fiat vel reuocetur. Concluſ. 672.* † Amplia; quia donatio patris filio in poteſtate exiſtenti non valet, *l. donationes, Cod. de donat. inter vir. & vxor. l. 2. Cod. de inoffic. donat.* vbi Doctor.
15 Reſtringe; † quia ſicuti confirmatur morte; ita confirmatur emancipatione filij ſubſequuta, *l. donationes, §. pater, ff. de donat. l. ſiue*
16 *emancipatis, Cod. eod. tit.* † Et in caſu reſtrictionis non requiritur, quod interuenerit traditio vera, vel ficta, gloſſ. *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.* Iaſ. *in l. frater à fratre, in repet. col. penult. ver. in ſecunda fallentia.*
17 Bart. *ff. decond. indebit.* † Amplia; quia donatio facta filio præſenti, vel abſenti per nuncium, vel epiſtolam, aut procuratorem, quando filius eſt in poteſtate, non valet, ſed confirmatur morte, ſi eſt facta traditio, vel ſi aliquid interuenit, quod ſit loco traditionis, vt conſtitutum, vel reſeruatio vſusfructus, alias non. Angel. de Peruſ.
conſil. 44. Pater quidam, in princ. Rom. *conſil. 277. Non eſt dubium, in prin.*
18 ſupra *num. 3.* † Declara; quia donatio facta per patrem filio in poteſtate exiſtenti, licet confirmetur morte; tamen iſtud procedit quando donatio fuit facta vere; ſecus ſi pater ſimulate donaſſet filio, videlicet emendo nomine filij ſub aſſertione, quod emebat de pecunijs aduentitijs filij; quia ſicut non valet emptio, niſi conſtet aliunde, quod eſſent pecuniæ filiorum; ita non valet vt donatio etiam poſt mortem patris. Angel. *conſil. 341. Pater emit, num. 2. ver. non*
19 *obſtat.* † Contrarium, quod valeat donatio facta per patrem filio exiſtenti in poteſtate, ſi eſt confirmata morte patris donantis, etiam ſi donatio non ſit expreſſa, ſed quædam tacita donatio, vel interpretatiua, veluti ſi ſocer promiſit tradere, & dare nurui donata à filio; quia cenſetur filio donare velle. Petr. Anch. qui hoc videtur admittere, *conſil. 76. in princip. ver. & maxime quia ſtante,* & ſimile ponit Caſtr. de donatione palliata facta per maritum vxori, vt confir-
* metur morte, *conſil. 379. in princip. lib. 1.* & iſta eſt communis * opi-
20 nio, de qua Gozad. *conſil. 28. num. 21. & 22.* † Reſtringe; quia licet non valeat donatio facta per patrem filio in poteſtate; tamen valere incipiet, ſi poſtea filius emancipetur; quia incipit valere ceſſante cauſa, quæ faciebat eam non valere, videlicet patria poteſta-
* te. Alber. *in l. ſi pater, poſt princ. C. de inoffi. teſtam.* vbi dicit * communem, & poſt eum Clar. *in §. donatio, quæſt. 8. verſicul. ſcias etiam.* quia non eſt nullitas ex momentaneo defectu, ſed ſucceſſiuo, vide infra
☞ *num. 30.* Vide, *Donatio facta per patrem filio emancipato valet. Concl. 674.*
21 Limita; † quia donare poteſt pater filio in poteſtate exiſtenti propter nuptias, id eſt, vt conuertat eam in donationem propter nuptias vxori ſuæ, & eſt eius efficaciæ perinde, ac ſi propter nuptias donaſſet pater nurui ſuæ. Oldr. *conſil. 110. in princip.* Bald. *conſil. 430.*
22 *Præmittendum eſt, circa princ. ver. præterea, lib. 1.* † Et eſt ſpeciale in dote & donatione propter nuptias, quod filiusfamilias, vel nepos in poteſtate aui retinet pro ſe, & non acquirit patri, neque auo; quia cum ęmel pater, vel auus donauerit, vt illis acquiratur propter nuptias, non poteſt aliquid prætendere. Caſtr. *conſil. 348. Quia circa donationem, in princip. lib. 1.* qui loquitur, quando donauit cum pacto, quod mortuo donatario filij eius ſuccedant. † Extende, quod 23
hæc donatio, facta per patrem, filio propter nuptias, valet durante matrimonio tanquam propter nuptias; poſtea vero valet tanquam ſimplex donatio, & filius eam non confert cum alijs Old. *conſil. 151. Si quis verba,* vbi dicit circa non communicationem magis * com- *
munem opi. Vide, *Donatio facta per patrem filio ob nuptias eſt ob cauſam.* ☞
Concl. 676. † Limita in donatione facta per regem, vel alium do- 24
minum temporalem non recognoſcente ſuperiorē ſuum; quia valet donatio facta per Regem, & talem dominum filio ſuo ſtatim. Old. *conſ. 231. Vt eius in pr. ver. ſi quis autem vellet dicere,* vbi, quod perſonæ incapacitas, & iuris ſolemnitas nō attenditur in cōtractu Principis, licet quoad ſe retineat actus ſuam naturam propriam quoad alia. † Limita; quia valet donatio facta per patrem filio in 25
poteſtate exiſtenti etiam inter viuos, quando interuenit iuramentum. Bal. *d. conſ. 430. Præmittendū eſt per tot. lib. 1.* vbi eſt caſus Dec. *conſ.*
86. col. ſi. Martil. *Sing. 674.* Alex. *conſ. 7. n. 7. & 8. lib. 6.* incip. *Viſo inſtrumento.* vbi dicit communem, & magis * communē. Alex. *conſ. 8. Viſis* *
n. 2. ver. tamen veritatē, lib. 2. vbi plena apoſt. *in ver. propter,* citat infinitos concor. & dicit Alex. *n. q.* ſicuti valet inter virum & vxorem ſecundum magis * communē; ita inter patrem & filium ſi interuenit *
iuramentū. Boer. *deciſ. 92. n. 6.* Alex. *conſ. 54. n. 12. lib. 7.* infinitos citat Clar. *in §. donatio, q. 8. n. 8. ver. ſed quæro, tu ſcis,* vbi citat 20. Doctores pro hac parte, & quod ita iudicauit Parlamentū Delfinale, allegat Guid. Papæ *dec. 146.* & pluries dicit * communē, & infra *n. 52. & ſeq.* *
Contrarium, † q. imo donatio facta per patrem filio in poteſtate 26
exiſtenti cum iuramento nō valeat, plene Fulg. *conſ. 199. Viſis infraſcripto inſtrumento,* vbi, q. non reperitur iure cautū, & licet iuramentum ſit ſeruandum; nō tamen conualidat donationē, prout in donatione facta per dominum ſeruo; quia nō poteſt dominus venire contra iuramentū; non tamen ſeruus efficitur capax dominij; ideo hæredes domini eo mortuo reuocabūt, & idē tenet plenius Caſtr. *conſ. 346. Circa bona, n. 3. ver. tertio videtur, lib. 1.* vbi, q. licet iuramētum ſit ſeruandū; tamen quia pater donās filio in poteſtate ſibi ipſi donat, iuramentum non poteſt reddere, vt filius familias ſit capax; & ideo non conualidat actum nullū ex incapacitate, vide plurimos conc. quos citat apoſt. ad Alex. *conſ. 8. Viſis, in pr. lib. 2. in ver. quod non.*
Declara; † quia licet alias apud antiquos fuerit aliqua cōtrouerſia 27
tamē hodie fere apud omnes * Doctores iuramentū confirmat, & *
conualidat donationē inter patrem & filium. Clar. *d. §. donatio, q. 8. n. 8. v. r. ſed quæro,* vbi vltra q. dicit pluries eſſe * communē, compro- *
bat viua ratione; quia hæc nullitas cauſatur à iure cōmuni, q. non cōprehendit caſus iuratos, & in fine dicit, q. in practica hæc cōcluſio nullā habet difficultatē, & q. ineptus eſſet aduocatus qui vellet eā in diſceptationē deducere, & bene & extēde in infra *n. 52. & ſeq.*
Declara, † vt per Alex. *d. conſ. 7. lib. 6. nu. 7. & 8.* quia in iis, quæ ſunt 28
perpetuo prohibita de iure naturæ, vel quia inducunt peccatum, non conualidat iuramentum; in iis vero, quæ perpetuo non ſunt prohibita, ſed ſecundum quid, conualidat, & hæc eſt communis, & magis * communis opinio. † Declara; quia iuramētum validat, * 29
ſi interuenit traditio, alias non. Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de donatio. concluſ. 3. in fi.* Vide, *Donatio inter virum & vxorem an & qualiter firmetur* ☞
iuramento. Concl. 694. Vide Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de donatio. Concluſ. 4.*
Donatio inter patrem & filium an firmetur iuramento. † Limita; quia va- 30
let donatio facta per patrem filio emancipato, dummodo ſi excedat ſummam quingētorum, inſinuetur. Bald. *conſ. 451. Nobilis Marchio, per tot. lib. 1.* vbi, quod valet donatio facta de caſtro feudali per patrem filio emancipato, quando fuit coram domino feudi habente iuriſdictionē ratificata; quia ſuppler pro inſinuatione. † Ex- 31
tende; quia donatio facta filio in poteſtate, licet non valeat; tamē incipit valere, ſi filius poſtea emancipetur, ſupra *nu. 20.* † Exten- 32
de in filio emancipato, quia valet donatio patris irreuocabiliter. Anchar. *d. conſ. 176. nu. 4.* & valet à principio, nec expectat confirmationem ex morte patris. Alex. *conſ. 117. Viſo tit. in fin. lib. 6.* Corne. *conſ. 228. Quod dictus Ser. Antonius lib. 4.* Socin. *conſi. 4. Viſis actis, col. 2. lib. 1.* † Extende, quia imo donatio facta per patrem filio etiam ſu- 33
pra legitimam, & vltra 500. non requirit inſinuationem, ſi eſt iurata. Aretin. *conſ. 2. Intellecta diligenter, per tot.* vbi *nu. 12.* apoſtill. in *ver. iuramento,* dicit * communem de iure canonico, & idem Franc. *
Aret. tollit omnia contraria, & dicit * communem, & quod con- *
traria loquuntur de iure ciuili, bene verum eſt, quod Areti. fundat intentionem ſuam etiam ex eo, quod fuit geminata, vt *nu. 11.* † Li- 34
mita, quia donatio facta per patrem filio exiſtenti in poteſtate de vſufructu bonorum filii valet quoad fructus perceptos, licet quoad percipiendos poſſit reuocari. Anch. *conſil. 176. Præmittendum eſt,*

num.3.& seq. vbi dicit esse in cõtrouersia, an possit reuocare quoad
35 præteritos fructus, sed quoad futuros reuocat. † Extende; quia etiam renunciatio, vel patientia, quam præstat pater fiuendo filiifamilias percipere per se fructus bonorum filij in quibus pater habet vsumfructum, operatur, quoad perceptos, donationem, sed quoad percipiendos potest reuocari. Anchar. *consil.167.num.3.*
36 *& 4.* † Extende; quia confirmatur morte donatio vsufructus tacita, expressa patris ad fauorem filij in potestate, ita quod non possit ab hæredibus, vel cohæredibus patris molestari. Anchar. *d. consil.*
37 *176. circa fi.* † Limita; quia valet donatio patris filio existenti in potestate patris, quando est facta occasione studij, nec potest à pa-
* tre reuocari, communem * dicit Ias. *in l.1.num.52.ff. solut. matr.* Con-
* 38 trarium, † quod imo non valeat, est magis * communis opinio. Ri-
39 pa *in d.l.1.num.140.ff. solu. matr.* † Declara, quia si filius non est effectus Doctor, non valet, alias si est Doctor, valet. Alexand. *in l. in*
* *quartam, num.22. in fi. ff. ad leg. Falcid.* vbi dicit * communem, & ma-
40 gis communem. † Declarat plenius Clar. *d. §. donatio, q.8. num.6. ver. tertio infertur*, vbi citat omnes supradictos, & tandem dicit & bene, quod si donatio non esset immodica, & cessaret suspicio fraudis, ipse illam admitteret; quia fauor publicus est, quod iuue-
41 nes inuitentur ad studia. † Limita; quia filiæ in potestate donat pater occasione dotis, & valet donatio statim Zab. *consil.111. Desin-*
42 *gulis dubijs, in princip.* † Declara, vt infra, *Donatio facta per patrem filiæ nuptæ, & descendentibus valet, & qualis. Conclus.677.* † Limita; quia valet talis donatio facta per patrem filio in potestate contemplatione matrimonij. Guido Pap. *decis.145.* vbi late, & tollit contraria. Alex. *consil.117. in fin. lib.6.* Vide, *Matrimonij causa habet multa specialia.*
43 *Conclus.154.* † Extende; quia etiam mortuo filio donatario cum filijs, talis donatio non redit ad patrem donantem, sed spectat fi-
44 lijs. Guido Pap. *decis.147.* vbi late. † Contrarium, quod valeat donatio facta per patrem filiæ, illam dotãdo, quando pater dat dotẽ marito filiæ, & pariter valet donatio facta filio propter nuptias, quando pater propter nuptias donat vxori filij; quia istis casibus est speciale, quod filiæ, & filio respectiue acquiritur actio, tanquam si essent patres familias, vt repetant filia dotem mortuo marito, & filius donationem propter nuptias mortua vxore, & mortuo patre, vel emãcipatis ipsis filijs etiam fiunt domini, sed si pater donet filiæ, vt det in dotem, vel donet filio, vt det in donationem propter nuptias, non reperitur iure cautum, vt valeat, & antequam dentur, non sunt dotales, neque antenuptiales, neque illis acquiritur; quia hoc modo esset aperta via fraudibus, & donandi contra leges. Cast. plene *consil.346. Circa bona, colum.2. ver. primo quia filius fa-*
45 *milias, lib.1.* vbi, quod dicitur donatio ex causa nuptiarum. † Limita; quia valet donatio patris filio, si confirmetur morte, *l. cum hic status, §.1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. donationes, quas parentes.* vbi glo. Bart. & alij, *C. eod.* Dec. *consil.86. colum. fi.* Marsil. *Sing.674* gloss. *in l.2. C. de inoffic. donat. & in l. donationes, la prima, C. de donat. inter vir. & vxor.* Cast. *consil.346. Circa bona, col.2. ver. primo quia, lib.1.* & est communis
46 * opinio, * de qua Clar. *d. § donatio, q.8. ver. scias etiam.* † Declara, vt procedat, si interuenit traditio, alias secus, vt per Dec. *d. consil.86. colum. fi.* Marsil. *Singul.674.* Dec. *consil.239.* Ias. *in repet. l. frater à fratre,*
47 *num.44. ff. de cond. indeb.* Castr. *consil.346. col.2. ver. primo quia, lib.1.* † Et requiritur vero traditio, licet ficta sufficiat, quando pater donans præmoritur. Castr. *d. consil.346. col.2. ver, primo quia, lib.1.* & in incor-
48 poralibus, supra *num.5.* † Limita; quia potest mater filio donare, & valet donatio, *l. si constante, C. de donat. inter vir. & vxor.* vbi Bald. idem Bald. *in l. filium quem habentem, C. famil. hercis.* facit text. vbi glo.
49 *in l. donatio. § ipsis, ff. de donat. & in l. fi. C. de donat. quæ sub modo.* † Et quod mater possit donare vni ex filijs maiorem patrem dotis suæ, dummodo alijs filijs relinquat suam legitimam, ex tex. *in l. si mater, & in l. si liqueat, C. de reuo. donat. l. Titia, §. Imperator.* vbi Doct. *ff. de leg.2.*
50 Bald. *consil.22. & consil.81. lib.5.* Dec. *consil.246. num.4.* † Extende in casu conuerso; quia pariter filius potest donare matri, & non est prohibita de iure hæc donatio. Ias. *in l. frater à fratre, in repet. in fi. ff. de*
51 *cond. indeb. & consil.154. col.1. lib.2.* Paris. *consil.73. lib.1.* † Declara, dummodo fiat insinuatio, si excedit summam scutorum 500. legalium. Vide, *Donatio quando insinuanda, &c. Conclus.646.* † Limita;
52 quia valet donatio facta per patrem filio existenti in potestate, quando pater promisit eum iuramento non reuocare. Bald. *in l. vxitum, C. de vsur.* Alexand. *consil.157. lib.1. & consil.8. lib.2.* late Dec. *cons.*
* 239. *Primo non videtur*, vbi dicit * communem, à qua in iudicando non est recedendum, licet alleget contrarium tenentes, & hanc partem tenet Guido Pap. *decis.146.* Dec. *consil.414. ad fi. & consil.432. Cum sit, col.2. circa med.* Alexand. *consil.20. lib.3.* vbi supra *nu.25. & seq.*
53 Extende † maxime, quando adest iuramentum de non reuocando, & sequita est traditio vera, vel ficta, puta per constitutum,
* vel reseruationem vsusfructus; quia tunc valet, vt * communiter tenent Doct. moderni *in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* vbi Caccialup. *quæst.15.* latissime, & consulendo tenuit Ias. *consil.118. colum.1. lib.*
4. vbi infinitos allegat, & asserit esse communem * opinionem. *
Limita; † quia donatio facta per patrem filio naturali valet. *l.* 54
Lucius, ff. mand. Roman. *consil.98. Quoad id, in princip. & consil.222. Dubitatur, in princ. & consil.397. Placet mihi, in princip.* vbi apostilla *in ver. validam.* dat concord. & *in consil.43. Ad primum, num.2. ver. ad secundum* † Restringe; quia pater non potest donare filio naturali bo- 55
na feudalia acquisita pro se, & filijs, vel pro se, & hæredibus; quia non potest præiudicare filijs, quibus est ius quæsitum. Roman. *dict. consil.98. in princip.* vbi quod naturalis non potest capere hæreditatem patris, & per consequens nec bona pro hæredibus stipulata. Declara † restrictionem; quia si princeps confirmat donatio- 56
rem rei feudalis factam per patrem filio naturali, ipsa confirmatio habet vim donationis factæ à principe, si facta est confirmatio ex certa scientia. Roman. *dict. consil.98. in princip.* vbi plena apostilla *in ver. aliquando*, quæ dat concord. † Restringe; quia non potest de- 57
nare filio spurio, vel incæstuoso. Roman. *dict. consil.43. Ad primum, num.2. ver. ad secundum.* Vide, *Donatio facta filio naturali, vel spurio quando valet, vel non. Conclus.701.* † Limita; quia valet donatio patris fi- 58
lio, quando non est pura, sed ex causa; quia non est proprie donatio; ideo si pater donat filio benemerito propter beneficia recepta à filio, valet donatio, si exprimat merita, & constet de eis; quia non statur assertioni patris astantis de eis, etiam si illa specificaret in
specie, secundum * communem, de qua Clarus *in §. dona io,* *
qu est.8 num.2. ver. Hæc tamen conclusio. † Restringe; quia non etiam 59
sufficit adesse merita, nisi sint æquiualentia rei donatæ; quia tunc valebit solum vsque ad summam meritorum probatorum, in residuo erit nulla, ac si pura esset, Clarus *dict. §. donatio. quæst.8. num.3. ver. scias tamen plenius, quæst.3. num.3. ver. sed nunquid.* vbi dicit * com- *
munem. † Declara; quia si merita non æquiualeant in totum 60
donationi, etiam si excedant medietatem, non tamen valebit donatio, nisi vsque ad valorem meritorum, & in residuo erit nulla secundum * communem, de qua idem Clarus *dict. §. donatio, quæst.*
8. num.4. ver. sed pone, vbi citat prout vtraque & reddit rationem; *
quia alias de facili fieret fraus legi. † Limita; quia valet donatio 61
facta per patrem filio in potestate existenti, quando pater donat vti extraneo, ob merita specificata; quia tunc donatum reputatur aduentitium, non autem profectitium, & in aduentitijs non quæritur patri, nisi quoad vsumfructum; secus si donat vti filio; quia non valet donatio; quia sibi ipsi pater donaret, etiam si in genere exprimat ob merita, quia præponderat affectio filiationis. Castr. *consil.346. Circa bona, numer.2. ver. secundo videtur obstare.* vbi * dicit *
communem, *lib.1.* † Extende; quia si donatur filiofamilias ab ex- 62
traneo licet in aduentitijs quæratur vsusfructus patri; si tamen donans apponat clausulam, quod patri non acquiratur vsusfructus, non acquiritur tunc patri. Socin. *consil.198. Primo aspectu, ver. secundo*
ista conclusio, lib.2. † Extende, quando donat pater filio ob bene- 63
ficia recepta à principe contemplatione filij; quia datum patri per principem contemplatione filij dicitur filio datum, & profectitium; imo quasi castrense; ideo potest per patrem donari. Angel. Aretin. *consil.100. In casu prædicto, num.21. & seq. ver. secundo dicendum.* Limita; † quia valet donatio facta per socerum genero, Vide, 64
Donatio facta à socero genero, vel nurus, aut è conuerso quando valeat. Conclus.696. Vide, *Filiusfamilias valide non contrahit sine consensu patris, & quando secus, &c. Conclus.360.* Vide, *Filius quando, & in quibus patri acquirat; vel non. Conclus.351.* Vide, *Pater & filius in quibus possunt contrahere inter se, vel non. Conclus.126.* Vide Socin. *in reg.28. Donatio facta per patrem filio in potestate, regulariter non valet*, vbi limitat 11. modis.

Donatio facta per patrem, vel alium filio emancipato, quando valeat, vel non. Conclus.674.

DONATIO † facta per filiamfamilias in potestate existen- 1
tem fratri suo in eadem potestate patris existenti de dote, valet, quando pater consenserat, quod posset donare, cui voluerit; quia consensus videtur inducere emancipationem quantum ad omnes, & quoad existentes fratres sub potestate. Oldrad. *consil.26. Pater consensit.* † Contrarium dubitatiue videtur tene- 2
re Oldrad. *consil.149. in fin.* quod consensus non se extendat quoad alios in potestate filios. Vide, *Donatio filiusfamilias quando valeat* 3
facta patri, & alijs, vel non. Conclus.678. † Amplia; quia valet donatio facta per patrem filio emancipato. Dyn. *consilio septimo, Quæstio talis est, Titius habens, in princip.* Bald. *consil.451. Nobilis Marchio, per totum. lib.1.* Angel. *consil.44. in princip.* Angel. Aretin. *Instituit. per quas personas nobis acquir. §. hoc quoque.* Dec. *consil.86. colum. fin.*

Marsil.

4 * Marsil.*singul.*764.& ista est communis * opinio. † Intellige; quia donatio facta per patrem filio emancipato valet statim.Alex.*consil.*
5 117.*Viso titulo,in fin.lib.6.* † Extende, vt etiam valeat donatio feudi facta per patrem filio emancipato, quando est facta coram domino feudi, qui ratificauit. Bald.*d.consil.*451.*Nobilis Marchio.lib.*1.
6 *per tot.* Extende; † vt eadem ratione,qua valet donatio patris filio emancipato facta, valet in casu conuerso, videlicet filij eman-
7 cipati in patrem. Dyn.*dict.consil.*7.*in princip.* † Declara;quia valet donatio facta per patrem filio emancipato,dummodo fuerit præsens,vel si erat absens, dummodo interuenerit nuncius, vel epistola,aut procurator.Ang.de Perus.*consil.*44. *Pater quidam,in princ.*
8 Amplia; † quia valet donatio facta filio per patrem in præmium emancipationis.Angel.Aretin.*Instit.per quas person.nobis acquir.* §.*hoc*
* *quoque*,& est text.*in l.si emancipatis.C.de donatio.*& est communis * opinio.Socin.*consil.*127.*num.*13.*lib.*3. quem citat, & sequitur Clar.*d.* §.*donatio.quæst.*8.*num.*5.*ver.secundo infertur*,vbi, quod licet talis donatio sit pura, & non ex causa; quia filius potius acquirit ex eman-
* cipatione secundum * communem;quia tamen nō potest eman-
9 cipari inuitus, valet propter consensum filij. † Intellige, & declara, quando emancipatio est legitime facta,videlicet coram iudice authoritatem, & decretum interponente, prout de iure requiritur.*l.non nuda.C.de emancip.liber.* quia decreti interpositio non præsumitur, cum sit facti, nisi diceretur in instrumento. Alexand. in simili *in l.sciendum.ff.de verb.oblig.* quia ex inspectione instrumenti negatiua probatur, ex quo in eo non legitur, neque enunciatur.
10 Dec.*consil.*218. † Adde tu,quod imo Florentiæ debet etiam notificari in consilio generali, & in officio mercantiæ intra certum
11 tempus ex lege municipali ita disponente. † Limita; quia nulla donatio valet facta cōtra bonos mores,veluti si adijciatur pactum quod donatarius teneatur testari ad fauorem donantis alias non
☞ valeat;quia non valet Dyn.*d.consil.*7.*in princ.* Vide Conclus.prox. seq.*num.*4.*& seq.*

Donatio facta per patrem filio non imputatur in legitimam. Conclus.675.

1 DONATIONEM † factam per patrem filio,quæ valet in vita, non tenetur filius imputare in suam legitimam.Soci. *consil.*93.
* *Circa primum.lib.*1.*nu.*20.*ver.ijs tamen non obstantibus*,vbi dicit * com-
2 munem. † Amplia, vt procedat, siue donatio sit expressa, siue præsumpta ex coniecturis.Socin.*dict. consil.*93.*num.*21.*versicu.sed in-*
3 *stabit.lib.*1. † Amplia, vt non imputet filius donata in legitimam siue sit legitima iuris communis, siue sit aucta per statutum. Soc.
4 *d.consil.*93.*num.*20.*& seq.lib.*1. † Amplia in donatione facta per patrem filio in præmium emancipationis;quia cum sit simplex, & libera donatio, non tenetur imputare in legitimam Fulgos. *consil.*
217.*Viso exemplo,ver.ad secundum*, bene verū est,quod valet, quando legitime est facta emancipatio,vt per Aret.*Instit.per quas personas no-*
5 *bis acquir.* §.*hoc quoque*,& est tex.*in l.emancipatis.C.de collatio.* † Tamen dicit Bartol.*in l.cum oportet.* §.*cum autem.Cod. de bonis quæ liber.* quod est pura, non autem ex causa; quia imo pater deberet præmiari à filio, non è contra. Abb. *consil.*116.*in princip.num.*1.*lib.*2.*&*
*num.*3.*versic.nec obstat, si dicatur*, vbi quod Notarij per ignorantiam hoc exprimunt,ideo tenetur filius conferre. Decian.*consil.*41.*num.*
6 12.*lib.*1. † Et quod donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis abusiue dicatur præmium;quia imo filius ex emancipatione lucratur; quia liberatur à patria potestate; & ideo non sit ex causa,sed ex liberalitate.Alexand.*consil.*112. *Post redditum,in*
*fi.lib.*3.imo apost.ibi*in ver.ineptæ*,citat Alexand.*consil.*21.*num.*9.*lib.*3.
* vbi dicit * communem, quod non est ex causa, sed simplex, & requirit insinuationem,sicut donatio simplex,& repetit *consil.*142.
*num.*18.*lib.*2.vbi, quod propterea non computatur in legitimam,
☞ nisi sit dictum.Vide,*Emancipatus filius, &c. Conclus.*113. † Amplia;
7 quia si pater donat filio pro æqualitate seruanda inter filios, vt quia donauit alteri filio,non tenetur conferre, neque imputare in legitimam, quando alter filius non tenetur; quia illa verba, *pro*
æqualitate,debent per omnia verificari Fulgos.*dict. consil.*217.*ver.ad*
8 *secundum.* † Amplia; quia filius in potestate non confert donata simpliciter.Fulgos.*consil.*119. *Visis infra scripto instrumento, in princip.*
9 * vbi dicit * communem. † Amplia; quia filius emancipatus non confert filio in potestate, neque è contra. Fulg.*consil.*199.*cir.*
10 *fin.* † Amplia; quia donatio facta filio emancipato valet statim.
☞ Alexand.*consil.*117.*Viso tit.in fin.lib.*6. Vide, *Legitimam imputat quid-*
*quid habuit à patre,vel auo petens eam. Conclus.*205. Vide, *Collatio bono-*
*rum quando fieri debeat,vel non.Conclus.*416. Vide,*Pater quando acquirat*
11 *filio,&c.Conclus.*116.Vide Conclus.prox.præced. † Limita; quia si filia,cui pater donauit pro dote vel causa mortis, est nupta, donatio valet,sed eam tenetur computare in legitimam. Alexand.
*consil.*117. *Viso tit.num.*22.*& seq.ver.vnde sicut.lib.*6.

Donatio facta per patrem filio ob nuptias est ob causam, & valet. Conclus.676.

DONATIO † propter nuptias est quædam largitas, quam te- 1
netur facere maritus vxori, vt tantundem ipse donet vxori, quantum ipsa dedit in dotem marito, *auth. dos data. C. de donat.pro-*
*pter nupt.*sed hodie non est in vsu, vt ibi Bald. Iacob. Mandel. *consil.*
22.*num.*8.quos citat Clar.*in* §. *donatio. quæst.*11. *in princip.* † Et ista 2
donatio secundum aliquos habebat locum ipso iure, & secundum alios, quod imo peti debebat,vt haberet locum,& istam veriorem, & communem * confirmat Clar.*d.* §.*donatio. quæst.*11.*n.*2. *
ver.sed quæro. † Donatio propter nuptias facta à patre mariti ipsi 3
nurui, vel etiam filio conuertenda in nurum, dicitur donatio ob causam,& sicuti dos abscedit à dotante;ita donatio prædicta à donante,& in ea succedunt filij ex matrimonio prædicto,non autem pater donans, si filius moriatur, qui esset etiam in potestate patris. Oldrad.*consil.*110.*Pro examinatione,in princip.* † Et quod valeat ista 4
donatio patris in filium in potestate existentem, quando est propter nuptias, & est speciale, quod retinet eam filius pro se. Vide, ☞
*Donatio patris filio. Conclus.*673.*num.*21.*& seq.* † Amplia in tantum, 5
vt si mortuo filio marito,cui successerit filia,excluso auo donante, si etiam filia moriatur, succedit mater ipsi filiæ in donatione, non autem auus donans,eo modo,quo successerat filia neptis excluso auo.Oldrad.*consil.*110.*ver.donatio itaque,& in fin.ver.ex prædictis.*Amplia, † vt donatio facta per patrem filio marito,conuertenda in 6
donationem propter nuptias,operatur, vt etiam si sit in potestate patris donantis,videtur quoad ipsam donationem habilitatus, vt possit rem donatam filijs suis donare;non tamen fideicōmissum potest iniungere.Oldrad.*consil.*110.*ver.nec potest dici.* † Alia est do- 7
natio propter nuptias, quæ etiam valet,licet sit libera, quando fit ante matrimonium Zab. *consil.*43.*ver. ad secundum.* † Alia est quæ- 8
dam dos repromissa, hoc est augmentum dotis, seu contra dos, vt apud Venetos est in vsu, quæ debetur nurui præmortuo marito. Fulgos.*consil.*108.*Item si quæ quæstio,in principio.* † Differt autem con- 9
trados, seu dos repromissa à donatione propter nuptias; quia donatio propter nuptias facta à socero nurui contemplatione filij, seu pro filio debet extrahi ex parte,& portione filij mortuo patre, non autem ex parte tangente alios filios; secus est in dote repromissa;quia quilibet ex filijs tenetur pro rata, ita Fulgos. *dict.consil.*
108.*nuu.*2.*ver.concludo itaque.* † Et quando,& in quibus ambulant 10
paribus passibus dos & contrados, seu augmentum dotis vel non. Vide,*Dos & augmentum dotis quando paribus passibus. Conclus.*757. De- ☞
clara; † quia in ista donatione propter nuptias adeo seruatur æ- 11
qualitas, vt si maritus donet vxori propter nuptias, quam mulier lucratur per mortem mariti;ita & debet maritus posse lucrari tantundem,alias non valet,nisi pro summa,quam donans potest lucrari,*auth.de æqualit.dot.*§.2.Cuman.*consil.*26. *Cum statutum, ver.quin*
amplius.

Donatio facta per patrem filiæ, & descendentibus ex ea, qualis sit,& quando valeat. Conclus.677.

PATER si donat filiæ nuptæ,& descendentibus ex ea, censetur 1
donare causa dotis;ideo valet statim talis donatio,& in ea succedunt tam filij ex primo matrimonio tempore donationis,quam ex secundo matrimonio.Bald.*consil.*360.*Quantum ad punctum.lib.*2.
Amplia; † quia fauore dotis & matrimonij valet donatio facta 2
mulieri absenti.Dec.*consil.*35.*in princip.* † Extende;quia in tantum 3
acquiritur mulieri absenti ex donatione facta per patrē,vel alium, vt etiam si nō sequatur matrimonium, quoad mulierem valet donatio dotis Dec.*consil.*35.*num.*5. Vide, *Donatio debet fieri præsenti, &* ☞
*quando secus. Conclus.*637. Amplia; † quia valet donatio facta fi- 4
liæ pro dote,licet sit in potestate patris Zab.*consil.*111.*in princ.* † Ex- 5
tende; quia valet etiam donatio facta per patrem filiæ nuptæ, licet sit in potestate.Zab.*d.consil.*111.*num.*2.*vers.secundum quæsitum.* vbi quod valet tanquam donatio causa dotis. † Limita; quia dona- 6
tio facta per patrem filiæ suæ nuptæ, & hæredibus filiæ, non valet;quia viuente filia in potestate non valuit; ea vero præmortua patri donanti efficitur caduca;quia non fuit facta nominatim filijs sed hæredibus,ad quos non transmittitur.Bald.*consil.*386. *Factum*
*tale est.lib.*3.*in princip.* & idem dicit Fulg.*consil.*151.*col.fin. ver. aut quod*
fortius stringit,vbi loquitur in donatione paraphernalium facta per patrem filiæ nuptæ; quia non valet, nec confirmatur morte filia præmortua. † Contrarium videtur velle Zaba. quia sicut valet 7
donatio

donatio facta filiæ occasione dotis per patrem, licet sit in potestate; ita valet donatio facta per eundem patrem filiæ nuptæ, ita Zab. 8 *consil.111.n.2.ver.secundum quæsitum.* † Declarat Alex.*consil.117.Viso tit.n.22.& seq.ver.vnde sicut.lib.1.* quia si donatur filiæ fauore dotis & matrimonij, valet statim; si donatur, vt sint bona paraphernalia, sunt opiniones, vt valeat statim, & opinio contraria, quod non valeat, nisi confirmetur morte, bene verum est, quod siue valeat occasione dotis, siue causa mortis, semper filia imputat in legitimam. Vide, *Matrimonij causa habet, &c. Concluſ.154.*

Donatio filijfamilias quando valeat facta patri, & alijs, vel non. Concluſ.678.

1 REGVLA † est, quod filiusfamilias potest donare patri, & quibuscunque alijs bona, quæ habet libera ab vsufructu patris, videlicet inter viuos, & hoc esse sine difficultate dicit Crau. *consil.* 84.*num.9.& consil.92.in princip.ver.sed posito*, quem refert, & sequitur 2 Clar.*in §.donati q.6.n.2.ver.aut quæris.* † Restringe secus esse in bonis, in quibus pater habet vsumfructum; quia non potest illa donare sine licentia patris, & ista est alia regula, ita Clar.*d.q.6.num.2.* 3 Amplia; † quia donare potest filiusfamilias res sibi donatas à patre propter nuptias; quia in hoc videtur pater sibi præiudicasse, & consensisse. Old.*cons.110.ver.quid donatio itaque*, qui loquitur, quando idem filius donauit filiæ suæ. Vide, *Donatio patris filio in potestate* 4 *existenti quando valeat, vel non. Concluſ.673.* † Amplia; quia qua ratione valet donatio patris in filium emancipatum, eadem ratione valet donatio filij emancipati in patrem, si alias est licita. Dyn. *consil.7.Quæstio talis est, Titius habens, in in princ.* Vide, *Donatio facta per patrem, vel alium filio emancipato quando valeat, vel non. Concluſ.674.* 5 Amplia; † quia valet donatio facta à filia patri authorizanti de dote sua; quia licet nemo possit sibi authorari; tamen id non procedit, quando authoritas requiritur pro fauore eius, qui debet authoritatem præstare. Bal.*consil.58.Factum tale est.n.2.& 3.ver.sequitur videre.lib.4.* qui dicit hoc procedere, quãdo donatio nõ est in fraudem filiorum; secus, si est in fraudem, & pro hac parte citat Clar. *in d.§.donatio.q.6.n.7.vers.quæro etiam plurimos*, & dicit communem, 6 * & magis * communem. † Contrarium, quod imo non possit pater authorizari in donatione sibi facta à filio, tenet Guid.Pap.*decis.* 223.*in princ.* vbi late, & plen. Clar.*d.§.donatio.q.6.n.7.ver.contrarium.* * vbi citat plurimos attestantes de communi * opinione, & magis communi, & hanc dicit veriorem, & illam tuetur; quia iste consensus non solum requiritur pro interesse patris, sed pro solemnitate, & non potest pater sibi authorari; ideo cautela est, vt adhibeatur 7 decretum iudicis. † Et pro contrario etiam allegat Bal. tenere gl. * & Dyn. Bart.*in l.1.ff.de auct.tut.* & alios, quos allegat, & dicit * hanc communem *in d.consil.58.n.2.lib.4.* tamen ipse Bal. distinguit, vt su- 8 pra, & dicit distinctionem æquam. † Declara; quia licet sit magna controuersia, an consensus patris, qui requiritur in donatione facta per filium, sit ratione præiudicij patris, an potius ad integran- * dam personam filij, & vtraque sit * communis; tamen ista secun- * da est verior, & tenenda, & magis * communis. Clar.*d.§.donatio.* 9 *q.6.n.5.ver.habes ergo.* vbi late explicat, vide eum. † Declara; quia ad hoc, vt donatio filiæ, vel filij in potestate valeat causa mortis alteri, quam patri, requiritur: primo, quod patre promittente faciat: secundo, quod pater eisdem expresse, & nominatim concedat licentiam, quod donet causa mortis: tertio, quod talis consensus præcedat donationem: quarto, quod is, cui donatur, sit præsens, aut Notarius pro eo stipuletur. Guid.Pap.*decis.*223. vbi in princ. quod non valet facta donatio patri; quia sibi nõ potest authorari. Extende; 10 quia † filia, quæ soluto matrimonio successit filijs, potest donare patri suo, & valet donatio. Cuma.*consil.116. D.Catharina, circa princ.* 11 allegat *l.quoties*, & ibi Ang. *ff.solut.matr.* † Limita; quia non potest filius, vel filia donare causa mortis sine patris consensu, vide plene Fulg.*consil.88.col.2.* vbi declarat text. *in l.tamsi.ff.de donatio.caus.mort.* * & istud apud * omnes esse expeditũ, dicit Clar.*in §.donatio q.6.n.3.* * *ver.aut vero quæris.* vbi dicit communem, & magis * communem. 12 Extende, † vt procedat etiam quoad bona aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum; quia licet filiusfamilias possit illa donare sine patre inter viuos; non tamen potest donare illa causa mortis sine consensu patris. Abb.*consil.40.in fin.lib.2.* Rub.*consil.64.* *n.2.& sequen.* & alij, quos citat idem Clarus *d.§.donatio.q.6.num.3.* * *ver.aut vero quæris.* vbi citat plures, & dicit magis * cõmunem con- 13 tra Bart. † Contrarium quoad bona aduentitia tenet Bar.*in auth. vt liceat matri & auiæ n* 7. quod imo causa mortis possit donare ad- 14 uentitia sine consensu patris. † Restringe; quia potest filiusfamilias donare causa mortis patre consentiente, licet non possit testari patre consentiente. Ias.*in l.senium §.filium, in pr.C.qui testam.fac. poss.* vbi tamen non distinguit §. à lege, sed simul legit, est sub *n.*8. & hanc communem * dicit Clar.*d.§.donatio.q.6.n.4.vers.si autem quæritur.* & citat plures, & dicit, quod ratio diuersitatis, quare sufficiat consensus patris in donatione causa mortis & non in testamento, est; quia testamentum non potest pendere ex alieno arbitrio. † Li- 15 mita, quod licet possit filius donare, vt supra, non tamen potest fideicommissum, legatum, vel testamentum facere, etiam accedente consensu patris, & si fecerit fideicommissum, valebit donatio pura, nõ autem fideicommissa; quia de donatione habet facultatem à patre, de fideicommisso secus. Old.*d.consil.110.ver.nec potest dici*, & ista est communis * opinio, de qua plene Clar.*in §.testamentum.q.18.n.2.ver.vera igitur est.& in §.donatio.q.6.n.4.ver.si autem quæritur.* † Si tamen pater consensit filio, vt possit donare causa mor- 16 tis, & filius fuit testatus cum clausula codicillari, *si non valet vt testamentum, valeat vt codicillus, & vt donatio causa mortis*, ex quo consensus patris non valet quoad testamentum, potest facere valere causa mortis, quatenus ille, cui fit donatio, sit præsens, etiam si non loquatur, sed taceat; secus si esset absens. Clar.*d.§.donatio.q.6.num.8.* *ver.sed quæro*, vbi idem dicit, si clausula diceret, *quod valeat in vim cuiuslibet vltimæ voluntatis*, & dicit * communem vtroque casu. † De- * 17 clara limitationem, quod non potuit apponere fideicommissum per modum testamenti, vel vltimę voluntatis, nec in fauorem patris, in cuius erat potestate; quia pater sibi authorari non potest, sed bene potuit per stipulationẽ eius, cui donabat apponere onus per viam contractus, & donationis. Old.*d.consil.*110. vbi ita videtur distinguere, si bene inspiciatur. † Et intelligas, quod consensus 18 patris, vbi est necessarius, debet esse expressus, & non sufficeret tacitus. Clar.*d.§.donatio, q.6.n.6.ver.succes.sue quæro.* Vide, *Filiusfamilias non potest aliquid circa testamentum, & vltimam voluntatem sine consensu patris, & quando secus. Concluſ.362.& Concluſ.ibi proxima seq.*

Donatio facta per filios metu reuerentiali patri qualiter rescindatur. Concluſ.679.

DONATIO † facta per filias patri quando dicatur metu reue- 1 rentiali, ita vt rescindi possit, vel non. Rim Iun. *in princip. quib. alie.licet vel non.in Instit. n.*503. secundum posteriorẽ impressionem. Declara; † quia licet donatio facta in præsentia patris præsumatur 2 meticulosa ob reuerentiam, & possit reuocari, etiam si sit iurata; tamẽ illud procedit, quando adest læsio enormissima vltra dimidiam, alias non probata tali læsione metus reuerentialis non operatur. Soc.*consil.263.n.4.ver.præterea facit, lib.2.* quem sequitur Curt. Iun.*consil.141.n.2.* Crau.*consil.11.n.12.* † Et quod donatio facta per 3 filium minorẽ metu reuerentiali, & minis paternis etiam in alium non valeat, neq; sit attendenda, maxime constito de enormi lęsione donantis, *l.interpositas, C.de transact.* probatur enim metus per indicia probabilia, & verisimilia, inspecta qualitate personarum, secundum Bal.*consil.226.lib.3.* & grauis læsio cum metu reuerentiali, & obsequij paterni rescissionem contractus operatur. Castr.*consil.* 174.*lib.1.* Aret.*consil.24.col.2.* Crau.*consil.11.col.pen.& cons.*114.*n.1.* vbi dicit metum reuerentialem cum enormi læsione sufficere ad rescindendum cõtractum, nec minas, aut verbera requiri, & succurrendum est liberis contrahentibus cum parentibus concurrente læsione vltra dimidiam, concurrente metu reuerentiali, etiã quod contractus esset firmatus iuramento. Castr. *dict.consil.*174.*col.1.post med.lib.1.* Crau.*d.consil.11.n.12.* vbi alios citat. † Et quando metus 4 iustus sit probatus, vel non, statur iudicis arbitrio. Paris. *consil.60. num.18.& 25.lib.4.* Vide, *Metus reuerentialis quando, & qualiter rescindat. Concluſ.219.*

Donatio facta fratri, & eius filijs, an simul, vel ordine succesiuo. Concluſ.680.

DONATIO † si est facta Roberto fratri, & filijs eiusdẽ, an intel- 1 ligatur cõiunctim, an potius ordine succesiuo, vt post patrem filijs censeatur donatum, est controuersia; quia licet ex natura copulæ omnes simul & semel admitti debeant; tamen attenta mẽte & sensu donantis in illo casu intelligitur ordine succesiuo. Andr. de Iser.*in c.1.circa fi.de alien.feud.pater.* Dec.*cons.*607. *Viso puncto.col.4.* *ver.sequitur secundum, & consil.662. Accurate, & diligenter*, ibi, *non obstat, quod legatum, & consil.239. Non videtur, ver.tertio principaliter quæritur*, vbi quod acquiritur ordine succesiuo filijs vt filijs, non vt hæredibus. Anch.*consil.143. Pro domina Paula.* Rom.*consil.22.& consil.35. Visa facti serie*, & ita communis * practica interpretatur, vt dicit Corne. * *consil.47.col.3.lib.4.* † Restringe, quando extant coniecturæ cõtra- 2 riæ, veluti si esset donatum ab extraneo mulieri viduæ, & eius filijs & successoribus ob seruitia habita ab ea olim eius marito; quia coniunctim debent admitti. Iason *consil.157.lib.4.* vbi respondet

ad

ad contraria, & dicit, quod dato, quod ordine succesſiuo, ſi mulier tranſeat ad ſecunda vota, tenetur conficere inuentarium. Vide, *Ordo ſucceſſiuus quando attend. &c. Concl.* 199.

Donatio facta coniuncto habet multa ſpecialia. Concluſio 681.

1 STATVTVM † prohibens donari poſſe officia collegii ſine conſenſu deputatorum collegio non habet locum, ſi pater donat filio, vel coniunctus coniuncto. Roma. *conſ.* 277. *Non eſt dubium, nu.* 4. *& 5. ver. quoad ſecundum.* quia debet intelligi, quando in extraneum.
2 † Extende; quia ſtatutum Vrbis, quod donatio non valeat, niſi ſit ſubſcripta à donante, & duobus teſtibus, non habet locum in donatione facta per patrem filio, maxime in modica quantitate, ita Rota Roma. vt per Creſcent. *deciſ.* 1. *de donatio.* alias ſub *num.* 244.

Donare nō poteſt minor etiam cum decreto. Concl. 682.

1 MINOR † non poteſt donare bona immobilia etiam cum decreto iudicis, & donatio non valet, *l.* 1. *in princ.* & ibi Bart. *ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* Bald. in *l.* 1. *C. ſi aduer. donat.* Caſtr. *conſ.* 142. *nu.* 2. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 11. *n.* 6. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 129. *n.* 6. *lib.* 5. *& conſ.* 222. *n.* 6. *lib.* 1. Deci. *conſ.* 86. *nu.* 5. & videtur tex. ad literam in *l. ſi.* §. *cum autem, C. ſi maior. fact.* & ibi Bald. & idem Bald. in *l.* 1. *in princip.* vbi etiam Bart. & alii, *ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* Ruin. *conſ.* 222. *lib.* 1. *nu.* 6. Caſtr. *conſ.*
2 386. *Siue dicamus, in princ. lib.* 1. † Ratio eſt; quia decretum debet interponi ad fauorem minoris, non contra minorem, prout quando
3 donat. Caſtr. *conſ.* 386. *in princ. lib.* 1. † Reſtringe niſi donatio eſſet remuneratoria; quia tunc valet ſecundum Roman. in *l. ſi ante, ff. ſolut. matr.* quem ſequitur Laſ. in *l. ſi non ſortem,* §. *libertus, in* 9. *effectu obligationis ad antidora, ff. de cond. indeb. & in l. ex hoc iure, in* 11. *effectu, ff. de iuſt. & iur.* vide plures, quos refert Tiraq. in *l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.*
4 *in ver. largitus, nu.* 29. † Contra reſtrictionem tenet Aretin. *conſ.* 24.
5 † Reſtringe, quando interuenit iuramentum in donatione minoris; quia valet, & obſeruanda eſt, *c. cum contingat,* & ibi ſcrib. *de iureiur. quamuis de pact. in* 6. & videtur tex. in *auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendit.* quæ habet locum etiam in donatione ſecundū glo. Bart.
* & communiter * ibi Doct vt per Socin. *conſ.* 279. *in princ. lib.* 2. Deci. *conſ.* 181. *num.* 4. Felin. in *c. in præſentia, de probatio.* vbi Decian. & idem
6 Decian. *conſi.* 86. *num.* 5. † Et procedit reſtrictio, non obſtante ſtatuto Florentino, *lib.* 2. *c.* 115. *de ætate legitima*; quia licet tollat iuramentum, niſi interpoſitum fuerit cum ſolemnitate, de qua in ſtatuto, tamen non poteſt auferre robur iuramenti. Bart. in *l. omnes populi n.* 25. *ff. de iuſt. & iur.* Abb. & * Doct. *d. c. cum contingat, de iurei.* Alex.
* *conſ* 38. *n.* 11. *lib.* 3. Soci. *conſ.* 179. *in princ. lib.* 2. vbi dicit * communem.
7 Iaſ. *d. auth. ſacramenta puberum, col. pen. C. ſi aduer. vend.* † Cogita tamen quia licet ſtatutum non poſſit directe tollere iuramentum, poteſt tamen per indirectum præſumendo contractum meticuloſum vel doloſum, vel inducendo ſolemnitatem probatoriā, qua deficiēte inſtrumentū non probet, & ei non credatur, quia tunc iuramentū per indirectum nullum operatur effectum. Bar. in *l. ſi quis pro eo, q.* 7. *in prin. ff. de fideiuſſ.* Abb. in *c. cum contingat. de iureiur.* Roman. *conſ.* 12. Alex. *conſ.* 95. *in fi. lib.* 1. ex quo n. per inſtrumentum non probatur iuramentum, habetur pro non appoſito, *l. duo ſunt Titii, ff. de teſt. tutel.* cum iuramentum vt validet actum, debeat prius cōſtare, quod fuerit iuratum, *l. non erit,* §. *dato,* vbi glo. *ff. de iureiur.* in ſimili Bart. in *l. diuus, ff. de teſtam. milit.* per quæ ita firmarunt Soci. *conſ.* 97. *in vlt. qu. lib.* 1. Corne. *conſ.* 64. *num.* 7. *in fin. lib.* 3. Ruin. *conſ.* 55. *numer.* 9. *lib.* 5. *& conſ.* 201. *num.* 14. *li.* 1. ſequitur Alciat. *c. cum contingat, num.* 150. *&* 153. *de iureiur.* ex quibus videtur dici poſſe iuramentum non probatum & actum de ſe nullum non potuiſſe confirmari; quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. verum, in fi. ff. pro ſocio,* maxime, quando ali-
☞ ter, quam per inſtrumentum non conſtitit de iuramento. Vide, *Statutum laicorum non poteſt tollere iuramentum, neque effectum illius, &*
8 *quando ſecus. Concluſ.* 581. † Amplia; quia pubes donare non poteſt, *l.* 1. §. 1. *ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* plurimos citat apoſtill. ad Roma. *conſ.* 199. *Præſens, col. penul. num.* 9. *ver. quoad ſecundum, in ver. per textum.*
9 † Reſtringe, quia imo pupillus libere, & inter viuos donat illis, qui ſuccedunt pupillo ab inteſtato, & valet donatio. Roman. *d. conſ.* 199. *num.* 9. *ver. hoc tamen non refragante,* allegat *l.* 1. §. *ſed nonnullos, ff. de tute. & ratio. diſtrah.* & ſi inter viuos eſt permiſſum, multo magis cauſa mortis, vt ibi, & apoſt. in *ver. per text.* allegat Tiraquel. *de vtroque retract. tit.* 1. *in præfatio. num.* 51. & dat apoſt. multa ſimilia cum
10 Roman. † Reſtringe, vt idem ſit, quando donat cauſa mortis cauſæ piæ; quia valet donatio facta à pupillo. Roma. *dict. conſil.* 199. *nu-*
11 *mero* 11. *ver. quarto quia.* † Amplia; quia tutor pupilli nullo modo
☞ poteſt donare, Vide, *Tutor non poteſt alienare bona pupilli. Concluſ.* 450.
12 † Reſtringe in tutore Principis, quia modice poteſt donare, Vide, *Tutor qualem adminiſtrationem habeat. Concl.* 446. Vide, *Minor non poteſt donare*, Vide, *Tutor qualem adminiſtrationem habeat. Concluſ.* 446. Vi- ☞
de, *Minor non poteſt donare, & Concluſ.* 247.

Donatio facta ab Eccleſia, vel Prælato quando valeat, vel non. Concl. 683.

DONATIO † facta per monaſterium de hæreditate obuenta 1
moniali profeſſæ eſt nulla, per tex. in *c. nulli liceat*, vbi Doct. *de reb. Eccleſ. non alien. c. non liceat*, 12. *q.* 2. & ex tex. in *extrauag. ambitioſæ. eod. tit.* † Extende in tantum, quod idem monaſterium, quod alie- 2
nauit, poteſt repetere, non obſtante iuramento per eum præſtito; quia non obligat iuramentum, *c. ſi quis presbyteror.* vbi Abb. & omnes * *de reb. eccl. non alien.* quia licet iuram. inducat maiorem obliga- *
tionem; & vinculum obſeruantiæ. Areti *conſ.* 74. *Diligenter, n.* 5. Bar. & Iaſ. in *l. quæ dotis, col.* 2. *ff. ſolut. matr.* tamen, quando tollitur, & prohibetur actus in beneficium alterius, geminatio & iuramentum nihil operantur, *c. licet, de iureiur. in* 6. Bart. in *l. Titia,* §. *Imperator. ver. quæro mater & pater, ff. de leg.* 2. † Imo peccant mortaliter non conſu- 3
lentes indemnitati Eccleſiæ, etiam contra factum proprium. Card. in *Clem.* 1. *in* 4. *mor. de reſtit. in integr.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi 4
monaſterium donaſſet iura dotis maternæ obuenta moniali profeſſæ, alteri ſorori ipſius monialis, vt poſſit nubere, quaſi noluerit acquirere, iux. tex. in *c. placuit,* 16. *q.* 3. gl. fi. in *c. ſi.* 16. *q.* 6. Innoc. in *c. fraternitatem. de donat.* Abb. *conſ.* 31. *Ad claram, lib.* 1. Deci. in *c. Eccleſia S. Mariæ, nu.* 53. *de conſt. ver. tertia concluſio.* quia monaſterio ex perſona monialis profeſſæ fuit delatum ius adeundi. *auth. ingreſſi*, vbi glo. & * Doct. *C. de ſacroſ. Eccl.* Bald. plene *conſ.* 494. *Magna quæſtio. lib.* 5. & * *
eſt magis * communis opinio, de qua Canoniſtæ in *c. præſentia, de* * *
prob. Bart. & alii in *l.* 1. *ff. de vulg. & pupil.* & eo ipſo, quod monaſterium donat, cenſetur prius adiuiſſe. Socin. *conſil.* 147. *Viſa facti contingentia, col.* 3. *num.* 7. *ver. ſecundus effectus, lib.* 1. *& conſ.* 34. *Viſa renunciatione, num.* 7. *ver. ſecundus effectus, lib.* 1. † Extende, etiam ſi cauſa pia do- 5
naſſet; quia generalis prohibitio alienandi bona Eccleſiarum extenditur etiam ad piam cauſam, glo. in *clem.* 2. *in princ. ſuper verb. non ad alium. de relig. domib.* quia non licet vnum altare diſcoperire, vt aliud cooperiatur. *c. cum cauſam, de præb.* Card. in *d. clem.* 2. *in* 9. *notab. in* 2. *& 3. q. de relig. domib.* † In contrarium facit; quia in acquirendis po- 6
teſt Prælatus præiudicare Eccleſiæ, quod tamen, intellige, & declara, vt in *ver. Alienatio bonor. Eccleſiæ eſt prohibita regulariter. Concluſio.* 273. † Amplia; quia licet Prælati poſſint diſponere donando in 7
pios vſus de bonis Eccleſiæ; tamen illud procedit de acquiſitis tantum ex fructibus, & redditibus Eccleſiæ, & moderate, *cap. cæterum,* vbi Io. Andr. & alii *de donatio.* Abb. plene *conſil.* 45. *Satis videtur, lib.* 1. Vide, *Prælatus ſolus quæ poſſit ſine conſenſu Capituli. Concl.* 498. ☞

Donatio inofficioſa quæ dicatur, & quod tempus attendi debeat. Concluſ. 684.

DONATIO † inofficioſa dicitur, quando pater non relinquit 1
legitimam filiis, & attenditur tempus donationis, vt conſiderari debeat, an ſit inofficioſa, vel ne, Glo. in *l.* 1. *C. de inoffic. donat.* Caſt.
conſ. 356. *Dubitatio, quæ fit. lib.* 2. *per tot.* † Contrarium, quod attenda- 2
tur tempus mortis, non autem tempus donationis, tenet Alexan. *conſ.* 14. *num.* 5. *lib.* 1. vbi dicit communem; quia ſi quis donaret medietatem omnium bonorū ſuorum, poſtea acquiteret tot alia bona, quę confuſis donatis non excedunt ratam filiorum, donatio eſt valida, & non eſt inofficioſa, licet eſſet tempore donationis. † De- 3
clara; quia vt legitima computetur, attenditur quantitas bonorū, & iurium donatorū tempore donationis, & inſimul quantitas bonorum, & iurium, q̄ remanſerunt donanti tempore mortis donantis, deducto tamen ære alieno & funeris impenſa, per text. & ibi
* omnes Doct. in *l. Papinianus.* §. *quarta. ff. de inoff. teſtam.* vbi Cagn. ci- *
tat conc. † Probatio incumbit aſſerenti extare tot bona, quæ ſuffi- 4
ciant pro filio agente de inofficioſo, quia ipſe filius habet intentionem fundatam, quod non extent alia bona, niſi probentur. Fulgo. *conſ.* 180. *Viſo proceſſu. num.* 2. *ver. reliquum eſt*, vbi dicit * communem. *
† Declara; quia ſi donans pater potuit prouidere caſui, qui contin- 5
git, & non prouidit; tunc iudicatur inofficioſa ex tempore donationis, alias ſecus. Bald. *conſ.* 167. *Quidam Franciſcus. num.* 3. *ver. ſed modo dubitatur. lib.* 5. † Amplia, quia donatio nullo modo debet dimi- 6
nuere legitimam filiorum; ideo ſi ſuperſunt tot bona, quæ ſufficiant ad legitimam, non poteſt dici inofficioſa, ſi vero non ſufficiunt tot bona; tunc reuocatur vſque ad quantitatem legitimæ, etſi ſit ad piam cauſam. Corn. *conſ.* 190. *num.* 8. *lib.* 2. limitat hoc procedere, quando pater acquiſiuiſſet totidem bona, poſt donationem; quia tunc non reuocatur. † Extende; quia ſi pater ſe- 7
cit teſtamentum, & reliquit 10. filiæ, & inſtituit hæredes extraneos

postea donauit, puta tertiam bonorum, vel valorem tertiæ hæredibus institutis, licet remaneant in hæreditate duæ tertiæ, quæ sufficiunt pro legitima; tamen donatio est inofficiosa; quia fit ad fraudandum in legitima, & licet si supersint tot bona in hæreditate, quæ sufficiant pro legitima, cessaret inofficiositas, si in residuo legasset filiæ totam legitimam, sed quia legauit solum 10. remanet inofficiosa, saltem re ipsa, & si re & consilio, esset nulla in totum. 8 Castr. *cons.356. Dubitatio, per tot. lib.2.* † Amplia; quia donatio dicitur inofficiosa, si pater donat omnia bona sua non reseruata legitima filio. *l.1. C. de inoff. donat.* vbi Bar. Bal. Saly. Castr. & alii. Corn. *cons.66. in fi. lib.2.* & ideo debet rescindi. *l. Titia. §. Imperator. ff. de leg.2. l. si mater,* ☞ *& tot. tit. C. de inoff. donat.* Vide, *Donatio inofficiosa quando, & qualiter valeat, vel non. Concl. prox. seq.* Vide, *Querela inofficiosa donationis quando, &* 9 *qualiter competat. Concluſ.41.* † Limita; quia inofficiosa non dicitur donatio, si pater in rebus mobilibus assignauit filio suam legitimã, & reliqua bona stabilia donauit; quia nõ potest filius velle legitimã hoc casu in bonis stabilibus, & agere de inofficioso. Bald. *cons.167.* 10 *nu.4. ver. sed statim quæritur. lib.5.* † Limita; quia donatio, quæ non est inofficiosa tempore donationis, ex post facto non potest effici inofficiosa, quod intellige, quando pater filio legasset legitimam integram in eo, quod supereſt vltra donata; sed si ante donationem disposuisset de residuo per vltimam voluntatem in extraneos, in qua voluntate moritur; tunc bene redditur inofficiosa; quia constat de animo fraudandi. Castr. *d. cons.356. per tot. lib.2.* Vide, ☞ *Inofficiosi quæ. laquando, & ex quibus competat filio. Concluſ.172.*

Donatio inofficiosa quando, & qualiter valeat, vel non. Concluſ. 685.

1 DONATIO † inofficiosa valet, quando pater donans habet tantum valoris, quod ascendat ad legitimam debitam filiis secũdum iura nouissima. Cald. *cons.323.* alias 4. *de donat. in pr.* & est com- * munis * opinio, vt per Clar. in §. *donatio. q.24. n.2.* † Extende maxi- 2 me, quando mater donat omnia bona sua vni ex filiis reseruata legitima aliis; quia valet talis donatio. Bald. *cons.81. Mater potest. lib.5.* 3 † Idem erit, si pater donauit vni filio iam nato, etiam si nihil reseruasset; quia superuenientibus aliis filiis reuocant superuenientes solum vsque ad legitimam. Calder. in §. *donatio. quæst.22. nu.3. ver. sed* * *quid si pater*, vbi dicit * communem, & iterum *quæst.24. in prin. ver. aut* 4 *vero pater habens vnum filium.* † Extende; quia donatio valet etiam facta extraneo, licet sit inofficiosa; quia reuocatur solum vsque ad legitimam, quando solum est inofficiosa re ipsa, & non consilio. 5 Bart. *cons.47. Puccinus. nu.2. & seq. ver. secundo videndum. lib.2.* † Contrarium, quando est facta extraneo; secus si vni ex filiis, videtur tenere. Bald. qui allegat pro vtraque parte *cons.167. Quidam Franciscus. n.* 6 *2. ver. si vero quæratur, lib.5.* vbi dicit articulum dubium. † Declara; quia quando est inofficiosa re ipsa tantum, siue sit donatum extraneo, siue filio, fit reuocatio solum vsque ad legitimam; quia quando re tantum, non est differentia aliqua an donauerit filio, vel extraneo, ita Saly. *c. d. l.1. C. de inoff. donat. col.4.* † Si vero est inofficiosa re & consilio; tunc intrat distinctio, quod si est facta extraneo, reuocatur in totum, si vni ex filiis, reuocatur vsq: ad legitimam tantum, * & est communis * opinio. Clar. *d. §. donatio, quæst.24. nu.2. ver. aut vero* 7 *quis non agit.* & vide infra *n.34.* † Extende, vt procedat, siue sint nati filii tempore donationis, siue postea nascantur, dummodo testator de eis cogitauerit, & disposuerit; quia reuocatur solum vsq; ad legitimam; secus si non essent nati, & testator de eis non cogitasset; quia in totum reuocatur. Bald. *d. consil.167. circa princ. ver. sed in-* 8 *terdum. lib.5.* & *n.2.* † Amplia; quia etiam si legitima non superesset pro filiis, imo nihil; adhuc tamen non reuocatur donatio inofficiosa in totum, sed solum pro parte ascendente ad legitimam. Calder. *cons.323.* alias 4. *de donat. in princip.* Roman. *cons.95. Viso prius,* 9 *circa fi.* † Et ideo filia dotata debet dotem in legitima compensare, vt reuocet, vsque ad supplementum legitimæ. Rom. *d. cons.95. in fi.* 10 † Extende, vt imo neque reuocetur, etiam quoad legitimam, si extarent filii, quando filii decesserunt non præparata querela; quia ad extraneos hæredes non fit transmissio querelæ non præparatæ. ☞ Bald. *cons.163. Super eo. num.7. ver. non obstat. lib.4.* Vide, *Querela inoffi-* 11 *ciosæ donationis quando & qualiter competat. Concluſ.41.* † Declara, quod si filii non sunt nati, neque concepti; tunc legitimam habere non debent ex bonis donatis ante conceptionem; ideo donatio non erit eo casu inofficiosa. Cald. *d. cons.323. circa princ. ver. si vero non fuissent.* alias 4. *de donat.* † Extende declarationem, vt nec talis donatio re- 12 uocari possit ex defectu voluntatis, ex quo superuenerũt filii; quia iam in forma contractus valuit ante; ideo res perfecta non reuocatur. Cald. *cons.323. cir. med. v. sed hoc.* alias 4. *de donatio.* † Contra hanc extensionem videtur text. in *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* Oldrad. *cons.238. in princ.* vbi, quod imo reuocatur. † Declara, vt infra, *Dona-* 14 *tio reuocatur per superuenientiam liberorum. Concl.712. num.61.* & plenius ☞ Clar. in §. *donatio. q.24.* vbi declarat, quæ sit differentia, & quando sit locus ex *l. si vnquam*, superuenientia liberorum, & quando sit locus reuocationi ex inofficioso. † Extende etiam in filio, qui reuo- 15 cat in parte, per *cons. Bal.18. in fi. nu.5. ver.4. dubitatur. lib.1.* vbi, quod donatio facta de omnibus bonis per eum, qui vult ingredi religionem, reuocatur vsq; ad bonorum subsidium per religionem, tanquam locum filii habentem, nisi nominatim sit renunciatum, & sic licet cogitauerit de religione; tamen quoad legitimam non præiudicauit donando. † Amplia, vt quæ dicuntur de donatione, 16 habeant locum etiam in refutatione facta per patrem sine causa; quia est donatio. Bald. *consil.184. Refutatio facta. lib.4.* † Extende, vt 17 idem sit in donatione admixta alteri contractui, quia pro rata donationis fit reuocatio. Bald. in *l.1. C. de reuoc. donat.* † Amplia in do- 18 natione facta per matrem, siue vni ex filiis, siue extraneo; quia non potest præiudicare aliis filiis in legitima. *l. si mater. & l. si liqueat. C. de inoff. donat.* pro qua legitima consequenda cum habeant filii actionem, si possident, multo magis habent retentionem per *reg. cui damus ff. de reg. iur.* † Et quod donatio facta per matrem filiæ, licet à 19 principio sit valida, *l.1. l. si mater. l. si liqueat. C. de inoff. donat.* tamen si nihil remanet masculo filio, rescindi debet, quatenus importat legitima masculi. *d. l.1. C. de inoff. don.* vbi Bart. Bald. Saly. & talis legitima consideratur nõ solum respectu bonorum donatorum tempore donationis, sed etiam respectu bonorum, quæ remanserunt tempore mortis. † Et quod mater habens duos filios si alteri donat 20 domum, non possit alteri reuocare donationem, nisi quatenus, & pro quanto sibi præiudicat in legitima, plene Abb. *cons.65. Attingam breuissime. nu.2. ver. dico tamen. lib.1.* † Extende ampliationem, vt idem 21 sit in patre donante filio suo non facta mentione de aliis filiis; quia nõ præiudicat in legitima aliis filiis. † Et quod donatio facta nepti 22 naturali per auiam de vna possessione libera, & de alia emphyteutica, nihil reseruato filio masculo legitimo & naturali reuocetur nedum vsque ad legitimam quoad possessionem liberam, sed in totum, tanquam in fraudem re & consilio; quia neptis extranea quoad emphyteuticam pro se & aliis in totum; quia non potuit alienari tanquam acquisita primo pro filiis, tenet plene Ang. Areti. *cons.64. Quoad primum. num.24. ver. quoad. ad secundum. per tot.* † Amplia; 23 quia reuocatio inofficiosæ donationis habet locum, etiam si donatio sit iurata. Clar. *d. §. donatio. q.24. num.3. ver. hæc autem omnia.* vbi dicit * communem; quia iuramentum non debet tertio præiudi- * care, & sic filiis. † Limita; quia licet donatio sit inofficiosa, non ta- 24 men est nulla ipso iure, sed per querelam inofficiosæ donationis, nisi quando contingit reuocari per superuenientiam liberorum, iuxta terminos *l. si vnquam. C. de reuoc. donat. & l. si tot as. C. de inoff. don.* Bart. in *l.1. col. fi. C. eod. tit.* † Et propterea filius, de qua non est facta 25 mentio, non potest pro legitima propria author[illegible] apprehendere bona donata, sed debet per viam querelæ reuocare, à qua potest abstinere. argum. *l. non conuenit. C. de inoff. test.* † Limita, quia si filius 26 approbauit donationem patris, vel testamentum patris, non potest agere de inof. donatione. *l. cum donatio. C. de inoff. donat.* † Limita; 27 quia inofficiosa donatio facta per patrem filiæ in potestate, puta ex causa dotis, non potest ab aliis filiis reuocari, nisi vsque ad legitimam, siue sit inofficiosa re tantum, siue etiam re & consilio Bart. Saly. & alii *d.l.1. C. de inoff. donat.* quia filiis facta donatio nunquam reuocatur, nisi vsque ad legitimam. Roman. *consil.95. versic. breuiter.* † Extende, vt procedat, etiam si donanti nascantur filii alii; quia 28 non reuocatur donatio, nisi vsque ad legitimam filiorum postea susceptorum; secus, si esset facta extraneo. Ias. plene *cons.171. lib.4.* † Extende, quod dicitur, quando est facta donatio inofficiosa fi- 29 liis, nunquam fit reuocatio, nisi vsque ad legitimam per alios filios; idem, si esset facta donatio ad pias causas stante filio; quia reuocabitur vsque ad legitimam. Ias. *cons.141. col. pen. lib.4.* † Limita in 30 aliis contractibus, puta in alienatione pretio soluto facta, vel ex causa onerosa; quia non reuocatur. Iul. Clar. *d. §. donat. q.24. in fi.* vbi allegat contraria, & dicit hanc contra Bar. esse magis * communẽ, * sed tamen declarat hoc procedere, nisi ille tertius cum patre fuerit particeps fraudis; quia tunc reuocaretur, prout si donasset, vide eum. † Limita, quando donatio nõ esset, neque consilio, neque re 31 ipsa inofficiosa, veluti si ex causa vtili esset facta. Grat. *d. cons.17. nu.* *31. ver. nec obstat, cum seq.* † Limita, quando pater donans aliquid re- 32 seruat filio; quia non reuocatur; nisi vsque ad legitimam, secundum * communem, de qua Clar. *d. §. donat. q.24. num.4. ver. sed quid si* * *pater.* vbi dat simile, quando pater aliquid legat filio, agit ad supplementum, non autem dicit testamentum nullum. † Limita, 33 quando bona peruenissent patri, vel matri, ita quod non trãsirent ad filios patris, vel matris ex dispositione testatoris, vel alias, pulchre

chre Corn. *consil.* 132. *Licet videatur, in princ. ver. nam si testator. lib.* 1. † Limita; quia donec pater, vel mater viuunt, non potest filius dicere de inofficiosa donatione, sed tantum post mortem patris, vel matris. Abb. *d. consil.* 65. *Attingam, in fi. lib.* 1. † Regulam facias contrariam quia donatio inofficiosa facta extraneo reuocatur in totum, quando est inofficiosa re & cõsilio; si vero est inofficiosa re ipsa tantum, reuocatur vsque ad legitimam. Rom. *consil.* 95. *Viso prius, cir. princ. ver. breuiter dicendum.* † Et quod si est inofficiosa re & consilio, facta extraneo reuocetur in totum, est tex. in *l. si libertus, in fin. ff. de iure patr.* Bart. in *l.* 1. *C. de inoff. donat.* Rom. *consil.* 95. *ver. breuiter*, & est communis opinio. Clar. *d.* §. *donatio. quæst.* 24. *num.* 2. *ver. aut vero quis.* † Contrarium tenet Bald. vt refert Cast. *consil.* 356. *Dubitatio, in fi. lib.* 2. vbi recitat opiniones, & nihil affirmat. † Circa præmissa, an reuocetur in totum, vel in parte donatio inofficiosa, distingue, vt plene per Bar. in *l.* 1. *C. de inoff. donat.* quia aut est facta, antequam essent filii nati, & de eis non est cogitatum, & reuocatur in totum; quia inest clausula, *si filios non susceperit*; aut cogitauit de filiis, & voluit illis præiudicare donando aliis filiis in præiudicium aliquorum filiorum re & consilio, & reuocatur vsque ad legitimam; aut extraneus donauit re & consilio, volens præiudicare filiis, & reuocatur in tantum, vide omnino Bart. qui clare distinguit, & *consil.* 47. *Puccinus. n.* 2. *& seq. ver. secundo videndum. lib.* 2. & ita Salyc. *d. l.* 1. *C. de inoff. donat.* Abb. in *c. si. de donatio.* & hanc communem * dicit Ias. in *auth. vnde si parens. C. de inoff. testam.* Deci. *consil.* 331. *ad fin.* vbi dicit, quod si pater alienauit bona in fraudem legitimæ, potest retractari, vt ibi per eum. Alex. *consil.* 47. *& consil.* 102. *lib.* 2. Cæpol. *consil. ciuil.* 22. *Pater volens.* plene Tiraq. in *l. si vnquam, in ver. in tot. nu.* 3 4. *& 5. C. de reuoc. donat.* Castre. *consil.* 251. *Viso, per tot. lib.* 2. Roma *consil.* 26. *nu.* 9. *ver. quoad quintum. & consil.* 95. *ver. breuiter*, plenius Clarus in §. *donatio. q.* 22. *nu.* 3. *ver. secundo infertur.* vbi dicit * communem, & citat alios, & vide supra *num.* 3. *& seq.* & iterum * Clar. plenius *quæst.* 24. *nu.* 2. *ver. aut vero quis non agit*, vbi dicit * communem. † Et dicitur extraneus in hac materia quicunque non est filius, vel ascendens, vt per Grat. *consil.* 17. *num.* 7. *lib.* 1. Bart. *d. consil.* 47. *lib.* 2. *num.* 3. † Et ideo si filia, cui pater dedit dotem, & stipulatus est filiæ reddi; quia acquiritur filiæ, & censetur donata, tanquam aduentitia, non profectitia, si mater effecta cedit patri dotem, filii possunt in totum reuocare; quia est inofficiosa re & consilio, etiam si facta sit titulo venditionis; quia censetur in fraudem. Castre. *consil.* 51. *Viso quodam, per tot. lib.* † Et dicitur inofficiosa re ipsa, quando donantur omnia bona, vel fere omnia; consilio, quando animo fraudandi expresse, vel præsumptiue à lege; & tunc si facta est vni filio, nunquam reuocatur, nisi pro legitima, licet re & consilio sit inofficiosa. *l. si liqueat. C. de donat.* secus si extraneo sit facta inofficiosa re & consilio; quia reuocatur in totum, & sic non est differentia, quando re ipsa solum est inofficiosa, siue sit donatum filio, siue extraneo, ita Salyc. *d. l.* 1. *C. de inoff. donat. col.* 4. † Vel forte melius dicas, quod dicitur re, quando aliquid reseruat pro filiis; re & consilio, quando nihil reseruat filiis, vt in princ. *nu.* 6. & vide Corn. *consil.* 66. *col. pen. & fi. lib.* 2. † Dicas, quod dicitur inofficiosa reipsa, quando filius priuatur sua legitima; consilio, quando scit se habere filium, seu filios. Bart. *d. consil.* 47. *Puccinus, in fin. ver. quod sit inofficiosa. lib.* 2. sed imo dicas, quod dicitur re & consilio, quando vltra id, quod pater non reseruauit tantum, quod sufficiat pro legitima filiorum; quia hoc casu dicitur reipsa, sed si fecit; vt fraudaret filios; tunc dicitur consilio, ita Clar. in §. *donatio. q.* 24. *nu.* 2. *ver. dicitur autem.* & infra in fine *num.* 51. † Et quod reuocetur donatio in totum, quando facta est extraneo inofficiosare & consilio. Bar. Bald. Salyc. & alii in *d. l.* 1. *C. de inoff. donat.* Bart. & communiter * omnes in *l. Titia.* §. *Imperator. ff. de leg.* 2. Ias. post alios in *auth. vnde si parens, in fi. C. de inoff. testam.* * vbi dicit istam esse communem * opinionem, & *consil.* 115. *lib.* 1. Rom. *consil.* 26. *num.* 9. Soc. Iun. *consil.* 67. *num.* 56. *lib.* 2. Alexan. Rube. *consil.* 99. *in fin.* Tiraq. qui plures allegat in *l. si vnquam, in ver. in totum. num.* 3. & 4. *C. de reuoc. donat.* Roma. *consil.* 95. *circa princ. ver. breuiter*, vbi apostil. in *ver. in totum.* dat concord. plene Bart. *consil.* 47. *Puccinus in* 2. *dubio. lib.* 2. † Et dicitur reipsa inofficiosa, quando est facta ob benemerita. Rom. *d. consil.* 95. *col.* 1. *in fi. ver. attamen.* & idem, quando fuit remuneratoria. Roman. *consil.* 26. *num.* 9. *ver. quoad quartum.* † Declara; quia si fiat donatio extraneo, si pater aliquid reseruat filiis pro legitima, reuocatur solum vsque ad legitimam, siue supplementum; si vero nihil reseruauit filiis; reuocatur in totum, ita Bart. in *l. Titia.* §. *Imperator. ff. de leg.* 2. & glo. Bar. & Doct. in *l.* 1. *C. de inoff. donat.* & Corn. *consil.* 66. *col. pen. & fi. lib.* 2. vbi bene declarat, & idem, si pater reseruat sibi, & filii ab intestato habeant, vt per gl. Bart. & alios in *auth. de immens. donat. in ver. distributio*, & est ratio; quia non dicitur consilio inofficiosa isto casu, igitur reuocatur solum vsque ad legitimam vel * supplementum legitimæ, communem * omnium dicit Rom. *consil.* 95. *ver. attamen, vsque in fin.* † Adde, quod reuocatio, & rescissio donationis pro quantitate legitimæ inducit validitatem donationis in reliquo; quia rescissio necessario præsupponit validitatem actus, qui rescinditur, non autem nullitatem; quia quod nullum est, nõ rescinditur. *l. nam & si sub conditione.* §. *post defecta*, & ibi glo. *ff. de iniusto, rupto.* † Si vero fiat filio donatio omnium bonorum re & consilio inofficiosa reuocatur solum vsque ad legitimam. Roman. *consil.* 95. *ver. breuiter, circa princ.* vbi apostil. in *ver. in totum*, vide supra *nu.* 38. *ver. circa præmissa.* † Et quod non competat post quinquennium hæc querela, siue agatur pro tota legitima, siue pro parte, siue vt tota donatio reuocetur, siue pro legitima, est tex. in *l. fi. C. de inoff. donat.* licet enim inter querelam inofficiosi testamenti, & ius agendi ad supplementum legitimæ sit differentia; quia querela inofficiosi tollitur quinquennio, non autem ius agendi ad supplementum, vt tradunt communiter * Doct. in *l. si quis iulium. C. de inoff. testam.* contra Bar. ibi, & tradit Deci. *consil.* 303. *In casu, post pr.* tamen querela inofficiosæ donationis, siue intentetur ad totalem reuocationem, siue vsque ad legitimam, indistincte tollitur quinquennio, per tex. in *d. l. fi. C. de inoff. donat.* † Sed bene poterit præscripta querela agere ex lege intra 30. annos pro sua legitima, vel pro supplemento. Surd. *consil.* 148. *in fin.* vbi alios citat. Vide, *Inofficiosi querela intra quantum tempus proponenda. Conclus.* 170. vbi pro vtraque parte habes concordantes. † Consilio inofficiosa dicitur, quando animo fraudandi filios, & ex dolo donantur omnia bona. Rom. *consil.* 95. *col.* 2. *in princ.* & vide sup. *nu.* 43. † Declara totam istam materiam; quia si filius, qui potest dicere inofficiosam donationem patris, illam approbauit, valebit in totum, & non poterit querelare. Roma. *consil.* 26. *nu.* 9. *ver. quoad quartum.*

Donatio ad piam causam valet, quæ alias non valeret. Conclus. 686.

1 DONATIO † debet fieri præsenti, alias non valet; tamen fallit, si fiat pauperibus, & piæ causæ. Bald. *consil.* 86. *Circa prædicta, li.* 5. quod est consil. Accurs. Vide, *Donatio debet fieri præsenti, & quando secus. Conclus.* 637. Vide, *Legata ad pias causas quæ dicantur, vel non Conclus.* 106. † Amplia; quia valet donatio facta pauperibus etiam incertis, 2 quia ratione incertitudinis non vitiatur. Bald. *d. consil.* 86. *lib.* 5. Vide, *Incertitudo quando non vitiat dispositionem, vel secus. Concl.* 66. † Amplia; 3 quia valet donatio facta certo sancto, vel ad fauorem certi sancti. Bald. *d. consil.* 86. *in fin. lib.* 5. † Amplia; quia donatio fauore matrimonii contrahendi valet, quæ alias non valeret; secus fauore contracti. Boer. *decis.* 253. *nu.* 10. Oldra. *consil.* 5. Petr. Duen. *reg.* 219. *ver. limita primo.* † Extende, quia multo magis valet donatio facta piæ causæ, 5 quæ non valeret. Felin. qui communem * dicit in *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. num.* 82. Vide, *Pia causa habet specialia, vt admittat multa prohibita. Conclus.* 333. † Amplia, quia donatio facta Ecclesiæ, & 6 piæ causæ dicitur facta propter Deum, nisi appareat alia causa. Vide Mascard. *Conclus.* 555. *Donatio facta Ecclesiæ.* † Limita, quia donatio facta pio loco ex procuratione, per quam priuantur pauperes consanguinei donantis, non habet priuilegium piæ causæ, nec dicitur in piam causam, & non valet, arg. not. in *c. constituit*, 20. *qu.* 3. *& in c. si.* 17. *qu. vlt.* † Limita, quia facta per insanum & dementem 8 est nulla, etiam si disposuisset, prout alius sanæ & rectæ mentis, & qualiter probetur insania, Ias. *consil.* 141. *In secundo dubio principali, li.* 4.

Donatio profitendi facta de omnibus bonis qualiter valeat in præiudicium religionis, vel non. Concl. 687.

1 DONATIO † omnium bonorum valet in præiudicium religionis, si fiat ab eo, qui est professionem emissurus, vel religione ingressurus. sed tamen religio potest reuocare debitum bonorum subsidium, tanquam filius, nisi nominatim ei renunciet. *l. si quando* §. *fi. C. de inoff. test.* Bald. *consil.* 18. *Notissimum, nu.* 5. *ver. quarto dubitatur, li.* 1. † Amplia, vt idem sit in oblato religioni nondum professo, quia 2 excepta legitima potest donare cum pactis beneuisis. Bal. *consil.* 143. *Omnia prædicta, lib.* 4. † Limita, nisi donatio sit ob causam de futuro, 3 quia valet, & non reuocatur in aliquo, ex quo est contractus innominatus, & non lucratiuus. Bald. *d. consil.* 18. *n.* 5. *ver. secus in donatione, li.* 1. Vide, *Donatio omnium bonorum valet, & quando secus. Conclus.* 648.

Donatio facta Notario, vel Cardinali stipulanti pro Ecclesia valet. Concl. 688.

1 DONATIO † facta Cardinali, vel Notario stipulantibus nomine Papæ, & pro Ecclesia valet, & facta traditione procuratori, vel negociorum gestori, acquiritur domino; sequuta ratihabitione. Oldra. *consil.* 30. *v. secundo quæritur.* Vide plenius supra, *Donatio debet fieri præsenti, & quando secus. Conclus.* 637. † Et donatio facta à 2

Con-

* Constantino Ecclesiæ Romanæ tenet secundum communem * opinionem antiquorum, & modernorum Doctorum. Anch. *consil.* 320. *Primum dub.nu.*8. de quo plen. Conclus. prox. seq.

Donatio facta per Constantinum Ecclesiæ Romanæ valet, & quid si Ecclesiæ particulari. Concl. 689.

1 DONATIO † facta ab Imperatore Papæ Sylvestro, tribuit merum & mixtum imperium, & hodie Ecclesia virtute dictæ donationis vtitur mero & mixto imperio, *c.ego Ludouicus. 63. dist. c. Constantinus. 96. dist.* Oldrad. *cons.* 252. *in fin. ver. vltimo.* & ita præsupponit Lap. de ciuitate Tuderti *alleg.* 86. *n.* 3. *ver. sed nec.* Ang. *cons.* 350. *Pro decisione. in princ.* vbi supponit hoc pro vero, licet in facto relinquat hoc veritati pro vtraque parte, allegat Signor. *cons.* 26. *per tot.* & ni-
2 hil soluit. † Et quod valeat talis donatio. Calder. *cons.* 468. *in princ.* vbi ponit hãc donationem tanquam assertiuam, vbi, quod ex quo Imperator subest Papæ, dicit, quod fuit potius quædam exercitii, & fructuum iurisdictionis relaxatio Ecclesiæ facta, quasi quod iurisdictio esset Ecclesiæ, sed exercitium Imperatoris, & quod valeat,
* Petr. de Anch. *cons.* 320. *Primum dubium, nu.* 8. vbi dicit * hanc veram, & communem, vt tenent communiter antiqui, & moderni. Alex. *cons.* 67. *Consideratis, in fi. v. & pro hoc etiam, lib.* 1. vbi, quod secundum approbat ã opinionem valuit donatio, & quod nullum ius remansit penes imperium in rebus donatis Ecclesiæ Romanæ, & q̃ Ferraria est de statu Ecclesiæ, tanq̃ donata. Zabar. *cons.* 154. *n.* 4. *v. sed Constantinus Monarcha.* vbi, q̃ valet, & cõtinet totam Italiam cum Vrbe Romana, & omnes Prouincias Occidentales, & quod valeat, idem Zabarel. *cons.* 137. *n.* 5. vbi, quod non habet dubium; quia est approbata, *c. fundamenta, §. ne autem, de electio. lib.* 6. & Io. de Anan. *cons.* 81. *in*
* *pr.* vbi de * communi; quia fuit remuneratio, non liberalitas, & *n.* 3. & quod valeat, licet sit magna quæstio, dicit Cast. *cons.* 70. *Quia frustra, nu.* 7. *v. praterea sit magna, lib.* 1. vbi apostilla allegat Alex. *cons.* 87. *col.* 5. *lib.* 2. & Corn. *cons.* 1. *col.* 3. *ver. tertio, lib.* 2. vbi quod Deus, & mũdus approbat illam, & Abb. *cons.* 84. *Videtur primo, col.* 2. *ver. sed in casu nostro, lib.* 2. vbi, quod nõ procul ab hæresi tenere contrarium. Alex. *cons.* 24. *Ponderatis, n.* 23. *vsque in fi. lib.* 5. vbi, quod valet facta Ecclesiæ Romanæ; quia Ecclesia Romana habitu habet iurisdictionem imperii, & Imperator exercitium; & quia imperium pendet à Deo, & ab Ecclesia Romana; ideo fuit potius diuina, quam humana, &
* magis * communem dicit Mandel. *cons.* 62. *nu.* 11. vbi apostil. in *v. per Constantinum*, citat Gozad. *cons.* 1. *n.* 31. Rolan. à Valle *cons.* 88. *n.* 28. *lib.* 1. vbi, quod non procul est ab hæresi tenere contrarium Menoch. *cons.* 149. *n.* 39. Neuiza inter cõs. Brun. *cons.* 11. & plures alios, qui hãc partem tuentur, omnes in *proœm. C.* vbi Bald. Salycet. Cuma. qui di-
* cit * communem, & alii. Bar. *in pr. ff. n.* 13. & 14. & circa fi. dicit, quod valuit; quia donando Ecclesiæ dat Deo & Vicario eius, & quasi ipsi
3 Deo donare videtur, ergo. † Contrarium, quod non valeat, allegat multa Signor. *cons.* 26. *Quæstio talis est, n.* 11. *v. in oppositum.* vbi pro vtra-
4 que parte, & hanc vltimam partem ponit. † Declara; quia valet, ex quo non solum Constantinus Imperator donauit ciuitatem Romanam, sed etiam Romani consenserunt tali donationi, & quod subiicerentur Ecclesiæ, ita Bald. in *c.* 1. *§. in generali, ver. quæro, vtrum*
5 *Rex Franciæ, in tit. si de feudo fuerit controuersia inter domin. & vasall.* † Declara; quia donatio facta à Constantino Ecclesiæ valet, quia est facta miraculose pro statu totius Ecclesiæ. Bal. *cons.* 159. *Super eo, quod,*
6 *lib.* 3. *nu.* 3. *v. & hac vera.* † Donatio an fuerit facta à Constantino Ecclesiæ, & sic Papæ Sylvestro, probant *c. ego Ludouicus. 63. distin. & c. Constantinus 96. dist.* & tenet Castr. *cons.* 179. *In causa, quam Magnificus, col.* 5. *n.* 5. *ver. super secundo, lib.* 1. Continet donatio facta à Constantino Papæ Sylvestro Vrbem Romanam ac totam Italiam cum omnibus Prouinciis occidentalibus. Card. Zabar. *cons.* 154. *nu.* 4. *ver. sed Constantinus Monarcha.* Et quod ciuitas Romana cum adiacentiis fuerit donata per Cõstantinum Papæ Sylvestro nomine Ecclesiæ, & q̃ deinde Bononia cum suo districtu, & Romandiolæ Prouincia fuerunt donatæ per Rodulphum Regem Romanorum, dicit Io. de Imol. *cons.* 116. *In causa spectabilis, in pr.* alleg. Specul. in *tit. de rescrip. præsentati, §. fi. n.* 18. *ver. & sunt hæc in argumentum.* qui hoc dicit, idẽ dicit Bologn. in *addit. ad cons.* 17. Io. de Anan. *in fin.* Vide tamen; quia Ecclesia Sarsinatẽsis, quę est ciuitas Romandiolæ habens iurisdictionem temporalem in dicta Ciuitate, & multis Castris ab Imperatoribus Conrado, & Federico, qui fuerunt ante Rodulphum, habet priora iura in iurisdictione temporali, vt non recognoscat ipsam iurisdictionem temporalem ab Ecclesia Romana. Io. de Imo. *d. cons.*
7 116. *in princ.* † Imo aliqui & pessime ausi sunt dicere, quod sit potius donatio, quæ asseratur, quam quod vere facta fuerit, videntur tenere Cald. *cons.* 468. *in pr.* alias 3. *qui filij sint legitimi.* Ang. *cons.* 350. *in pr.* vbi, quod est dubiũ in facto. Dicas quod ex quo habemus authoritates canonicas probantes & cõmunem * opinionem Doctorum, * & dicentium, non esse procul ab hæresi tenere contrarium, vt dicunt Abb. *cons.* 84. *Videtur primo, col.* 2. *v. sed in casu, lib.* 1. Rolan. à Valle *cons.* 88. *nu.* 28. *lib.* 1. ex obseruantia & possessione immemorabili, & non solum vltra centum, sed vltra mille annos continuata, nullus negare poterit Ecclesiam Roma. posse quemcunque titulum allegare, maxime stante iuramẽto de quo in *clem.* 1. *de iureiur.* quod præstant Imperatores donationem approbando. † Amplia; quia etiam 8 si Imperator donat libere Ecclesiæ particulari ciuitatẽ, vel Castrũ, quia acquirit ecclesiæ vniuersali, valet donatio, etiam quoad omnia iurisdictionalia; quia censetur donatum Ecclesiæ Romanæ, & efficitur patrimonium Christi absolutum; secus, si concessio fieret Ecclesiæ particulari in feudum, glo. in *c. solita, v. suscipiunt, de maior. & obed.* quæ dicit, quod debet ad Archiepiscopum appellari, non ad Imperatorem, vel Regem concedentem, iuxta *c. Romana, §. debet, de appell. in* 6. & Innoc. ibi in *v. in tempora aliqua.* Hostien. *col.* 2. *in v. tẽpora alia.* allegat se ipsum in *summa tit. de appell. §. à quo, & ad quem, ver. sed pone, quod Episcopus habens,* & ipsam glo. in *c. solita. de maior. & obed.* approbat absolute. Io. Andr. ibi *col pen. in ver. glossa nunquid.* Ægid. Bell. *n.* 10. *circa fi. v. credit.* Innoc. & Bald. ibi *in princ. v. in textu* ibi, *non negamus.* Petr. de Anch. in 7. *nor.* Ant. de Butr. *n.* 24. *ver. quærit glo.* vbi remittit se ad not. in *c. cæterum, de iudic.* plenius Zabarel. in 12. *not. n.* 3. & plenius ibi *nu.* 7. *in* 1. *q. ver. quæro circa* 12. *notabile.* Io. de Imol. *num.* 15. *ver. in glo. suscipiunt.* plenius Abb. *nu.* 3. *in* 6. *not. & nu.* 8. *ver. in glo. in ver. ab eo recipiunt.* vbi, quod solum appellatur ad Imperatorem concedentem, quando bona sunt Ecclesiæ concessa in feudum, alias ad Archiepiscopum, iux. *c. Romana, §. debet, de appel. in* 6. & plenissime Feli. *nu.* 4. *ver. in quantum dicit hic singulariter. Innoc.* vbi, quod si est dubium, an Ecclesiæ sint temporalia concessa in feudum, vel totaliter, præsumitur concessio totalis, & istam conclusionem firmant Præposit. in *rubr. de appellat. nu.* 53. & Franc. *n.* 55. Alex. de Næuo *num.* 73. & idem tenet Collectar. in *cap. verum, in fin. de for. compet.* vbi plenius. Ægid. Bella. *n.* 7. *ver. sexto quæritur.* Henric. Boich. *nu.* 2. *& seq.* Io. de Imol. *n.* 4. *ver. in glo. cognitionem.* Franc. Areti. *nu.* 8. *ver. in glo. fi.* plenissime Barbat. *num.* 69. *& seq. quærit hic Innoc.* vbi clare, quod quando Ecclesiæ concessio facta est simpliciter de temporali iurisdictione, debet appellari ad Ecclesiasticum superiorem; secus si concessio sit facta in feudum, vel cum reseruatione. † Et quoad appellationem, quod 9 deuoluat ad Archiepiscopũ, quãdo Episcopus indicat quoad ea, quæ temporaliter habet, non autem ad Imperatorem, vel Regem, est tex. clar. in *d. c. Romana, §. debet, de appel. in* 6. qui tex. excipit tres casus, in quibus ad Imperatorem, vel Principem secularem appellatur, & ibi plenissime Archidiac. *n.* 15. *in v. temporaliter.* Io. Monachi, *n.* 14. *in v. temporalem,* & Io. Andr. *n.* 9. *v. debet.* Petr. de Anch. *nu.* 4. *in fi. in not.* 14. plenissime Gemin. vbi, quod si ex donatione habet; secus si titulo feudi, & idem ibi tenet Franch. & ita debere intelligi glo. in *c.* 2. *de delict. pueror.* † Hanc eandem opinionem tenent Legistæ, vt 10 per Bar. in *l.* 1. *§. si quis in appellat. n.* 14. *v. pone, quod aliquis, ff. de appell.* quẽ ibi * omnes sequuntur, maxime Io. de Imo. ibi in fi. & fuit opin. Ol- *
dra. *cons.* 252. *Ad quæst. per tot.* vbi pro vtraque, & hanc veram tuetur, & magis * communem attestatur Iacob. Mandel. *cons.* 64. *nu.* 81. & * *seq. & cons.* 62. *n.* 14. Paris. *cons.* 46. *n.* 6. *cum seq. lib.* 1. Bertr. *cons.* 331. *Etiam si non sit, lib.* 2. *n.* 16. & 29. & *cons.* 98. *n.* 63. qui dicit magis communem, * * prout etiam communem * dicit Burlat. *cons.* 45. *n.* 9. *lib.* 1. Andr. de Iser. in *c.* 1. *qualiter vassal. fidelit. iurare debeat & in const. Regni Siciliæ lib.* 1. *tit. de offic. iustitiariatus, ver. de feud. fol.* 63. Afflict. *decis.* 331. *& in const. Regni lib.* 1. *tit. de offic. iustitiariatus, nu.* 30. *ver. tangit hic Andr. de Iser. fol.* 110. Paris de Put. *de feud. reintegran. c. assensum an cogatur Rex venditioni factæ Ecclesiæ de re feudali, num.* 2. & 3. *fol.* 145. Marcus Freccia *de subfeudatio. lib.* 2. *c. vigesimanona auctoritas, num.* 5. *versic. intellige, fol.* 483. Mascard. *de probat. Conclus.* 1050. *nu.* 13. Bald. etiam tenet hanc partem in *proœmio. C. num.* 7. *ver. aut donatio sit per nomina rerum.* vbi, quod non potest reuocari. Capic. *decis.* 137. *num.* 11. & *seq. ver. quarta dubitatio.* † Contra- 11 riam opinionem, quod donatione facta Ecclesiæ inferiori supremum dominium, & appellationes non transeant in Ecclesiam particularem, tenet Io. Andr. in *addit. ad Specul. de iurisd. omn. iudic. nu.* 17. *in ver. pastoralis, circa fi.* Angel. in *l.* 1. *§. qui mandatum. nu.* 3. *ff. de offic. eius.* Castr. in *l. deprecatio, num.* 6. *ff. ad legem Rhod. de iactu. & cons.* 70. *num.* 7. *ver. & finaliter, lib.* 1. Alex. *cons.* 24. *nu.* 23. *lib.* 5. Caccialup. in *l. imperium, num.* 19. *ff. de iurisd. omn. iud.* Præposit. in *c.* 1. *num.* 5. *ver. si autem fieret donatio per principem alteri Ecclesiæ, de Capit. qui curiam vend.* Franc. Marc. *decis.* 455. *num.* 8. & *seq.* Iaf. in *cons.* 123. *lib.* 1. *per tot.* sequitur Cacher. *cons.* 3. & Couarr. *pract. q. c.* 4. *in princ.* vbi, quod ita in Gallia seruatur, prout etiam de obseruantia in Francia dicunt Io. Andr. & ibi Franch. in *c. Romana, §. debet. de appell. in* 6. Guiliel. Bened. in *c. Raynucius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, num.* 24. ego addo Bald. *consil.* 345. *Ad euidentiam præmittendum, num.* 2. *ver. ad euidentiam, lib.* 1. Vide pro declaratione,

tione, *Appellatio ad quem debeat fieri. Concluſio. 352. num. 24. & multis ſeq.*
22 † Mihi vero videtur, quod cõſtituendi ſunt plures caſus, quorum vnus differt ab alio, & hoc modo apparebit clariſſima concluſio * *communis; quia contraria loquuntur in caſibus diuerſis, & diuerſam rationem habentibus, & allegatio cumulata, & in confuſo ex diuerſis caſibus non debet fieri; quia inducit confuſionem.
23 † Primus caſus eſt; quia ſi cõceſſio fiat in feudũ Eccleſiæ in feriori, ſine dubio procedit cõtrarium; quia ex quo natura feudi eſt, quod apud cõcedentem remanet directum dominium, in feudatarium ſolum transfertur vtile dominium, vt per Nat. *conſ. 487. n. 12. & ſeq.* Roland. à Valle *conſ. 1. nu. 134. & ſeq. lib. 1. conſ. 80. n. 30. & ſeq. lib. 2. & conſ. 4. n. 45. & ſeq. lib. 3.* Surd. *conſ. 1. nu. 74.* & eſt ratio; quia cum iura feudorum habeant locum etiam contra Eccleſias; quia natura feudi eſt annexa origini feudi; ideo ad quoſcumque tranſeat, tranſit cum onere feudali. Iaſ. in *prælud. feudorum nu. 5.* & tradunt Canoniſtæ poſt glo. in *c. Romana, §. debet. de appell. in 6. & in c. ſolitæ de maior.*
24 *& obedien.* vt ſupra, *num. 8.* † Declara; quia ſi concedatur in feudum Regnum, vel Ducatus magnus, licet vniuerſalis ſuprema iuriſdictio ſit penes concedentem; tamen creatur alia vniuerſalis iuriſdictio, & ſupremum dominium directũ reſpectu Regni, vel Ducatus in ipſũ feudatariũ ita, q̃ in vaſallos, & ſubditos Regni, vel Ducatus poteſt omnia, nec ſubditi ad ſupremum dominum recurrunt, licet Rex, vel Dux recognoſcat ſupremũ dominium quoad ſe. Pariſ. *conſ. 1. n. 97. & ſeq. lib. 1.* Nat. *conſ. 497. n. 9.* Rolan. *conſ. 4. n. 39. lib. 3.* vbi ſe cus
25 dicit, ſi cõceſſio fiat aliis inferioribus in feudum. † Secundus caſus eſt. ſi non in feudum fiat conceſſio, ſed libera donatio ciuitatis, vel Caſtri nulla facta mentione de iuriſdictione vel mero & mixto imperio, ſed bene fuit dictum, cum iuribus & pertinẽtiis; nam magna eſt quæſtio iſto caſu, an veniat merum & mixtum imperium, & ſupremum dominium; quia donatio libera recipit latiſſimam interpretationem, & ſumus in vniuerſali cõceſſione, q̃ omnia comprehendit, & contra concedentẽ, vnde plurimi tenent, quod veniant omnia, quę ſpectant donãti, ita quod nihil apud eum remaneat, &
* hanc vti * communem tenent Doct. vt per Iaſ. in *l. imperium, n. 10. & ſeq.* Deci. ibi *n. 36. & ſeq. ff. de iuriſd. omn. iudic.* alii tenent contra; quia merum & mixtum imperium non venit, ſicuti neq; regalia, niſi fiat mentio; & quia ſpeciali nota digna ſunt; & quia non ſunt delegabilia, & ex aliis multis, de quibus Specul. *tit. de iuriſd. omn. iudic. §. 1. n. 15. & ſeq. v. quæ autem meri imperij*, pleniſſime Præpoſit. in *tit. de Capita. qui curiam vendidit, n. 3. & ſeq. ver. item.* Oldr. *conſ. 121.* incipit *Ad primam quæſtionem*, vbi latiſſime citat pro vtraque, in caſu iſto Io. Andr. in *addit. ad Specul. d. §. 1. de iuriſd. omn. iud. in v. paſtoralis*, recitat ſex opinio. & poſtea diſtinguit; quia ſi donatur ciuitas ſimpliciter Eccleſiæ Romanæ, nulla facta mentione de mero imperio, venit merum & mixtum imperium, licet non ſit expreſſum: ſi vero donatur laico, vel Eccleſiæ inferiori, non venit, ſicque loquitur Io. Andr. clare, quando in donatione ciuitatis, vel caſtri nõ fuit facta aliqua mentio de iuriſdictione omnimoda, vel de mero & mixto imperio, & ita Ange. de Peruſ. per verba clara intelligit Io. Andr. dum eum ſequitur in *l. 1. §. fi. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd.* & ita etiam eum ſequitur in iſta quæſtione donationis, nulla facta mentione de mero imperio, Præpoſit. *d. c. 1. de Capit. qui curiam vendid. n. 5. ver. tamen eſt aduertendum.* prout etiã ita debent intelligi multi allegantes Io. Andr. ſimpliciter in caſu, quando eſt facta donatio ciuitatis cum omnimoda iuriſdictione, vel mero & mixto imperio Eccleſiæ particulari; quia in caſu iſto non loquitur Io. Andr. & allegantes eum iſto caſu, prout eum allegat Iaſ. *conſ. 123. lib. 1.* inaduertenter, & per errorem allegatur, prout ipſemet Iaſ. in *l. imperium, n. 10. v. ex hoc, ff. de iuriſd. omn. iud.* ita inducit eundem Io. Andr. tanquam loquentem, quando ſimpliciter conceſſa fuit iuriſdictio, & ſic redditur in con-
26 ſtans, & ſibi contrarius. † Tertius caſus eſt, q̃n Imperator, vel alius Princeps magnus habens ſupremam & vniuerſalem iuriſdictionẽ donat libere ciuitatem, vel caſtrum cum omni iuriſdictione, mero & mixto imperio, vel alia ſimilia verba vniuerſalia alicui laico, vel Eccleſiæ particulari, an iſto caſu cẽſeatur donaſſe ẽt ſuprema iuriſdictionẽ vniuerſalẽ, an potius illã ſibi reſeruaſſet, in hoc diſtinguitur; quia ſi ſibi reſeruauit expreſſe iſtam vniuerſalem & ſupremam iuriſdictionem in actu donationis factæ, & tunc caſus eſt indubitatus, *c. verum. de cond. appoſit.* vbi Abb. & alii, & eſt tex. in *c. Romana, §.*
27 *debet, de appellat. in 6.* † Quartus caſus etiam eſt indubitatus, quando donauit caſtrum, vel ciuitatem cum mero & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, nihil penitus ſibi reſeruato; quia ex quo exprimit, quod nihil penitus vult eſſe reſeruatum imperio, ſtatur verbis expreſſis, vt dicit Iaſ. in iſtis terminis, *conſ. 45. Aggredior, lib. 1. per tot.* quod tamen intelligas, quando talis alienatio, vel donatio nõ tendit in magnam diminutionem imperii. † Quintus caſus eſt, quando Imperator libere donauit ciuitatem, vel caſtrum cum iuriſdictionẽ omnimoda mero & mixto imperio, & vlterius nõ dixit, q̃ ſibi reſeruaſſet ſupremã iuriſdictionẽ neq; q̃ nihil eſſet reſeruatũ, adeo q̃ poteſt eſſe res dubia; & in hoc articulo ſunt opiniones; quia aliqui tenent, quod ſuprema iuriſdictio vniuerſalis ſemper in dubio cenſetur reſeruata; quia non poteſt abdicari, cum inhæreat oſſibus Imperatoris; alii contrarium, quod donatio libera cõtinet dominium vtile & directum, & ſi nihil eſt reſeruatum, omne ius cenſetur conceſſum. Vide pro vtraque parte in *ver. Imperator iura imperii alienare non poteſt, & quando ſecus. Concl. 40. nu. 5. & multis ſeq.* vbi conſtat, quod iſta eſt * communis, & magis cõmunis opinio. † Di- * 19
ſtinguitur; quia ſi donatio fiat ſubdito donantis, & quia remanet ſubditus, donans cenſetur ſibi reſeruare ſupremã vniuerſalẽ iuriſdictionem, quam habet; quia iſto caſu illam à ſe non abdicauit; ſi vero donat Eccleſiæ particulari, vel alteri perſonæ, quæ nõ eſt ſubdita, & in quam non habet iuriſdictionem, neq; ſupremam, neque ordinariam; & tunc cenſetur vniuerſalem ſupremam iuriſdictionẽ conceſſiſſe, ex quo ſumus in donatione verbis vniuerſalibus facta nõ ſubdito, & nulla facta reſeruatione, & agitur cõtra cõcedentẽ, & donantẽ in Eccleſia particulari, eſt tex. in *d. c. Romana §. debet*, vbi glo. & omnes * Doct. *de appellat. in 6.* glo. Inn. & alii in *c. ſolitæ, de mai.* *
& obed. & iſta eſt * communis, & magis communis opinio. Mandel. *
conſ. 62. n. 15. & ſeq. & conſ. 64. n. 80. & ſeq. † In laico vero, an ſit ſubdi- 20
tus, vel non ſubditus, diſtinguit Surd. *conſ. 47. nu. 4. ver. ſed intelligas.*
† Sextus caſus eſt, quando cõſuetudo eſt præſcripta legitime; quia 21
ſi donans eſt in poſſeſſione immemorabili ſupremæ iuriſdictionis in caſu dubio iuriſdictio à principio præſumitur donata cum iſta reſeruatione, prout de Rege Hiſpaniæ. Couarr. *pract. reſolutio. c. 4. in princ.* quia ita euitare conatur *c. Romana, §. debet de appell. in 6.* † Septi- 22
mus caſus eſt, quando conceſſio eſt dubia, an ſit feudum, an donatio libera; quia ſi adſunt verba, quæ poſſunt importare vtrumque, vel adeſt verbum *donamus*, & iuramentum fidelitatis, in dubio potius donatio libera præſumitur, quam feudum. Vide plene in *ver.*
Feudi conceſſio non eſt donatio. Concl. 105. Vide, *Feudum probatur per ſigna, & in quibus, differat à donatione. Concl. 171.* † Extende igitur regulam, 23
ſeu concluſ. prædictam; quia ſi in caſibus, in quibus Eccleſia habet iuriſdictionem temporalem non in feudum, & regalia; poteſt appellari ad Archiepiſcopum, & non ad Principem ſecularẽ, multo magis poteſt appellari ad Papã glo fi. in *c. 2. de delictis puer.* quem ibi omnes * ſequuntur, maxime Ant. de But. Abb. & Soc. *n. 20.* vbi cla- *
riſſ. loquitur, & plenius ibi Io. de Anan. *n. 3. ver. in gl. 1.* vbi, quod excepto feudo temporalis iuriſdictio Epiſcopi deuoluit ad Papã, vel Archiepiſcopum ſuperiores Eccleſiaſticos, non ad Imperatorem, vel Principem ſecularem. Capic. *deciſ. 137. n. 11.* † Extende hãc ean- 24
dem Concluſionem, ſeu eam cõfirma, quia in terris Eccleſiæ temporalibus ſeruari debet ius Canonicum, vt omnes * tenent Cano- *
niſtæ in *c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt.* vbi Feli. *n. 44. & ſeq.* Deci. poſt alios in *c. ſi duobus, nu. 14. de appellat.* vnde neceſſario infertur, quod omnes effectus reſultãtes ex Canonico iure attẽduntur, vt ibi, inter quos eſt tex. in *Romana, §. debet, de appell. in 6.* vt appelletur ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, quando non retinet in feudũ ſecundum præmiſſa, & approbat Gig. in *addi. ad Deci. in ver. Canones*, & ibi Io. de Imo. *n. 8.* & cæteri * omnes, & in ſpecie Guido. Pap. *d. c. ſi duobus, circa ſi. ver. in* * *glo. pen. vſque in fin.* vbi, quod laici, etiam ſi ex conſuetudine poſſunt iudicari in foro Eccleſiaſtico, iudicati appellant ad Sedem Apoſtolicam. † Extende, vt quod dicitur de appellatione, ad quam de- 25
beat interponi, idem ſit de recurſu ob negligentiam; quia ad eundem debet haberi recurſus ob negligentiam, ad quem recurritur per appellationem ob iniuſtitiam; quia à pari procedunt, plene Barb. in *c. verum, num. 37. ver. tu pondera, de foro competen.* vbi alios citat.
† Reſtringe primo, quando adeſſet conſuetudo contraria, quæ ſit 26
præſcripta, vt idem tex. in *c. Romana, §. debet, iuncta glo. in ver. de conſuetud. d. appell. in 6.* & ibi Archidiac. *num. 13.* Io. Monachi, *num. 14. in ver. temporalem.* Io. Andr. *num. 17. ver. in glo. præſcripta.* Gemin. ibi, & Franch. † Reſtringe, quando ex priuilegio, vel alio iure ſpeciali 27
eſſet appellandum ad dominum concedentem, prout in conceſſione feudali, *c. verum, de for. compet. & c. ex tranſmiſſa*, ita in *d. c. Romana, §. debet, iuncta gl. in ver. iure alio, de appel. in 6.* & ibi Arch. *num. 13. in fi. in ver. iure.* Io. Monachi *num. 14. ver. temporalem.* ibi Io. Andr. & ita declarat plenius Gemin. in *d. §. debet*, quem videas, & eum ſequitur Franc. † Declara, quando in conceſſione facta Eccleſiæ de iuriſdi- 28
ctione temporali concedens ſibi reſeruaſſet iuriſdictionem temporalem, vel ſuperioritatẽ, ſed appellationem cõceſſiſſet, q̃ facere poteſt, *c. verum, de condit. appoſit. c. præterea, il ſecondo, de iure patro.* quia ẽt in feudis appellatio ſpectaret ad Epiſcopum ſecundum Boatin. quem refert, & ſequitur Io. Andr. *d. c. Romana, n. 18. ver. in glo. in feudalibus.* & tenet Bero. *conſil. 65. num. 31. lib. 1.* † Idem, ſi ſibi reſeruaſſet 29
appellationem, Gemin. *d. c. Romana, §. debet, de appell. in 6. numer. 3.*

† Re-

30 † Restringe secundum Io. Monach. *d.c. Romana. § debet, nu. 14. ver. & ideo.* vbi exemplificat in decimis ex priuilegio concessis laico cum facultate audiendi causas appellationum, quod fieri posset ex priuilegio, licet laici sint incapaces, sequitur ibi Io. Andr. *n. 9. v. & dicit hic.* Io. Monachi, & Gemin. *nu. 4.* vbi, quod à solo Papa potest dari
31 hoc priuilegium. † Restringe; quia donatio non posset fieri à Rege, quando resultaret in magnam læsionem Regni, etiam ad fauorem Ecclesiæ, quando non esset facta pro vniuersali statu Ecclesiæ. Bal. *d. cons. 159. nu. 3. lib. 3.* vbi, quod si Rex donaret, prout Constantinus donauit, nō valeret in præiudicium successoris. Castr. *cons. 70. Quia frustra, n. 7. lib. 1.* vbi etiam dicit, quod valet facta Ecclesiæ Romanę,
32 sed nō alteri Ecclesiæ inferiori. † Quod valuerit solū tempore donantis, videtur tenere Signor. *cons. 26. circa fi.* dum partem contrariā,
33 quod non valuerit, tenet. † Contrarium Cast. *d. cons. 70. n. 5. & seq. v. circa secundum. lib. 1.* vbi, quod non valet in præiudicium Regni,
34 quando fit Ecclesiæ inferiori; secus si Ecclesiæ Romanæ. † Declara; quia imo secundum magis * communem facta Ecclesiæ particula-
ri valet, supra *n. 8. & seq.* Vide, *Regalia non possunt alienari, & quando secus. Concluſ. 83. n. 27. & multis seq.*

Donatio facta Ecclesiæ & piæ causæ præsumitur propter Deum, & quando secus. Concluſ.

Vide Mascard. *Concl. 555. Donatio facta Ecclesiæ.* vbi, quod in dubio præsumitur propter Deum, nisi alia causa appareat. Vide plenius, *Pia causa quæ dicatur. Concl. 332.* Vide, *Donatio ad piam causam valet, quæ aliter non valeret. Concl. 686.*

Donatio inter virum & vxorem prohibita, & quare. Concluſ. 690.

1 * Regvla † est, quod donatio inter virum & vxorem non valet, *l. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & in l. donationes, quas parentes, §. 1. C. cod. tit.* vbi * omnes. Vide Concl. prox. sequentem. † Ratio est,
2 ne maritus & vxor donando se inuicem spolient, & ne paupertas inducatur; quia ex luxu corporis prouenit luxuria bonorum, profusio, & prodigalitas. Bal. *d. cons. 29. col. 2. ver. in contrarium, lib. 1.* plene
3 Clar. in *§. donatio, q. 9. in princ.* † Item; quia est contra bonos mores, quod matrimonia fiant vænalia, vel quod sequantur diuortia; quia occasionaliter induci possent rixæ. Bald. *d. cons. 29. n. 1. ver. item contra bonos mores, lib. 1.* vbi, quod ratione ad euitandam perfidiam inter virum & vxorem non admittuntur fideiussores dotium, & idem dicit Castr. *cons. 61. in princ. ver. sed contrarium, lib. 2.* vbi etiam subiungit, quod si hoc permitteretur, magis solliciti essent spoliationi ad inuicem, quam educationi filiorum, & quod sit contra bonos mores; ideo non firmetur iuramento. Castr. *cons. 193. il primo, ver. & quod*
4 *dicta donatio, in princ. lib. 2.* † Contrarium tenet Fed. de Sen. *cons. 140. Punctus, ver. sed opponitur.* vbi, quod ratio, ne diuortia sequantur, est hodie sublata; quia non permittuntur amplius diuortia; ideo non est vera; item, quod non sit contra bonos mores, neque contra educationem filiorum; quia iuramento firmatur; & quia non habet perpetuam prohibitionem; quia morte confirmatur sequuta tra-
5 ditione. † Declara, quod prohibitio huius donationis inter virum & vxorem non est propria prohibitio; quia alias morte non confirmaretur, sed est potius præter legem; quia prohibitio non est odiosa, sed fauorabilis ad beneficium donantis principaliter introducta; vnde largo modo est prohibita, ita Bal. *d. cons. 29. in prin. lib. 1.* & ita consuluit Fed. de Sen. vbi, quod non habet perpetuam pro-
6 hibitionem, sed temporalem, *d. cons. 140.* † Declara Ang. Aret. *cons. 4. Quoad primum, n. 22. in fi. cum seq. ver. vlt. duo.* quod non est prohibita fauore publicæ vtilitatis principaliter inter virum & vxorem, nurum & socerum, q. patet; quia confirmatur iuramento, licet Bart. in *l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 3.* tenuerit contrarium, & male.
7 † Contrarium, quod donatio inter virum & vxorem imo sit prohibita, & contra legem, ideo neque firmatur iuramento. Bal. *cons. 29. Casus, vir donauit vxori per tot. lib. 1.* Alex. *cons. 86. Super, in princ. lib. 5.* vbi extendit ad omnem alium contractum sapientē donationem vide Curt. Sen. *cons. 66. n. 3. ver. & si dicat quispiam.* vbi, quod est contra bonos mores, vbi recitat, an de bonis moribus naturalibus, an vero ciuilibus; quia contra bonos mores naturales non valet iuramen-
8 tum, secus contra bonos mores ciuiles. † Declara, quod firmetur
* iuramento. Deci. *cons. 240.* vbi dicit * communem. Aret. *cons. 2. n. 16.*
* vbi dicit * communem. Castre. *cons. 61. in princ. lib. 2.* vbi pro vtraque parte, & hanc tenet, quando iuramentum apparet ex contractu, &
infra Concl. prox. seq. *n. 34. & seq.* Vide, *Donatio inter virum, & vxorem an, & qualiter firmetur iuramento. Concl. 694. n. 5. & multis seq.* vbi, quod
* ista est communis, & magis * communis, quod imo firmetur iuramento. † Adde, quod ad hoc, vt sit prohibita donatio inter virum 9
& vxorem, requiritur, quod is, qui donat, efficiatur pauperior, & is, cui donatur, efficiatur locupletior. Bald. *cons. 292. Factum sic propo-*
nitur, n. 2. in fi. ver. tertio quod licet, lib. 3. † Declara; quia ex consumptio- 10
ne fructuum bonorum vxoris facta per maritum præsumitur maritus locupletior, & vxor pauperior; quia maritus de suo expendisset, & mulier conseruasset, & hoc, nisi probetur contrarium per maritum. Bald. *d. cons. 292. in fi. ver. quantum ad aliud, quod dicitur, vsque in fi. lib. 3.*

Donatio inter virum & vxorem non valet, & quando secus. Concluſ. 691.

Donatio † inter virum & vxorem non valet, & est prohibita, 1
quando est inter viuos, & dicitur inter viuos, quando adest pactum, quod non possit reuocari, etiam si sit facta mentio mortis. Dyn. *cons. 44. Quæstio, de qua agitur, per tot.* Castr. *cons. 138. Dicta donatio, in princ. lib. 1.* Vide, *Donatio inter viuos, &c. Concl. 654.* † Extende; quia
dicitur inter viuos, licet sit facta causa mortis, quando promisit firmam & ratam habere, & non contrafacere; quia tale pactum facit 2
illam transire in donationem inter viuos. Castr. *cons. 61. in princ. lib. 2.* † Extende, etiam si non sit sequuta copula, neque traducta ad do- 3
mum, quia non valet donatio secundum magis * communem, de *
qua Soc. *cons. 123. Supradictis, lib. 1.* Feli. in *c. tertio loco, de præsumpt.* † Ex- 4
tende, vt neo valeat assertio, quo fiat benemeritis, nisi probentur. Bald. in *l. si donationē.* & ibi scrib. *C. de collat.* Vide, *Donatio mariti facta*
vxori, &c. Concl. 695. † Extende; quia sicut non valet donatio inter 5
viuos, inter virum & vxorem; ita non valet consensus tendens ad confirmationem donationis prohibitæ. Dyn. *d. cons. 44. per tot.* Vide, 6
Prohibitio directa impedit, &c. Concl. 900. † Extende, in tantum, vt ipso iure non valeat donatio inter virum & vxorem, *l. 3. §. sciendum, ff. de*
donat. inter vir & vxor. Aret. *cons. 74. col. 3. ver.* ad secundum. † Exten- 7
de idem, si donationis effectus post mortem conferatur. Aret. *d. cons. 74. ver. ad secundum.* sequitur Cephal. *cons. 61. nu. 2.* Paris. *cons. 90.*
nu. 12. lib. 3. † Extende; quia donatio causa mortis cum pacto, *de non* 8
veniendo contra, sed perpetuo attendere, &c. quæ transit in donationem inter viuos, inter virum & vxorem pariter non valet. Castr. *cons. 75.*
nu. 3. ver. quantum vero ad secundum, lib. 2. vbi quod non confirmatur morte, nisi interuenerit traditio. Vide, *Donatio inter viuos quæ dica-*
tur. Concluſ. 654. † Amplia; quia neque valet donatio causa mortis 9
inter virum & vxorem secundum * communem, de qua Clarus *
in *d. §. donatio, q. 9. nu. 2. ver. & hæc quidem conclusio.* † Amplia; quia pro- 10
pterea non valet etiam tacita donatio inter virum & vxorem palliata, veluti si maritus constante matrimonio confitetur habuisse in dotem medietatem omnium bonorum suorum; quia præsumitur in fraudem donasse; ideo si moritur mulier, hæredes illius non poterunt repetere. Castr. *cons. 379. Primo videndum, in prin. lib. 1.* † De- 11
clara; quia si præmoritur maritus, valebit, vt donatio confirmata morte, late Castren. *d. cons. 379. ver. sed certe, lib. 1.* † Amplia; quia nec 12
confirmatur morte, quando non interuenit traditio, vel quasi traditio. Bald. *cons. 341. Maritus, in princ. ver. e contra videtur, lib. 1.* Petr. Anchar. *cons. 76. nu. 5. ver. si autem dicamus.* Castr. *cons. 138. in princ. lib. 1.* vbi *
de * communi. Vide, *Donatio inter virum & vxorem requirit traditio-*
nem. Concluſ. 692. † Extende, quod propterea promissio facta per 13
maritum vxori ex causa donationis non confirmatur morte. Bald. *cons. 397. Casus talis, n. 2. lib. 1.* etiam si interuenit traditio. Castr. *d. cons.*
138. in princ. lib. 1. vbi reddit rationem. † Extende, vt nec sufficiat tra- 14
ditio facta post mortem alterius; quia non confirmatur. Bal. *d. cons.*
341. in fi. ver. sed contra hoc, lib. 1. † Restringe; quia confessio facta per 15
maritum ex causa donationis confirmatur morte; quia fingitur maritus possidere, vel retinere. Bald. *d. cons. 397. nu. 1. in fi. ver. si autem*
non interuenit. lib. 1. † Amplia; quia nedum non valet donatio inter 16
virum & vxorem, sed nec valet renunciatio, vel pactum, per quod maritus de suo remittit vxori, veluti si maritus dederit in emphyteusim fundum vxoris pacto, vt in casu soluti matrimonii reuertatur ad vxorem, & melioramenta facta refici debeant à marito; quia maritus, vel hæredes, quatenus soluerint, ab vxore poterunt repetere; quia est donatio, & remissio facta sine traditione, quæ morte non potest confirmari. Bald. *cons. 341. Maritus, per tot.* vbi est casus,
lib. 1. & cons. 368. Casus, vir fundum, lib. 3. vbi, quod censetur maritus gessisse negotia vxoris, non donasse, & *consil. 369. lib. 3.* dicit, quod emphyteuta aget pro melioramentis, & quod non potest retinere rem dotalem interim. † Extende; quia neque maritus impendens 17
in re dotali ad perpetuam vtilitatem, censetur donare, neque tradere; ideo repetet, in quantum mulier est locupletata. Bald. *d. cons.*
341. in fi. lib. 1. † Amplia, vt nec valeat donatio annulorum pretio- 18
sorum, qui immittuntur vxoribus, quando de more post matrimonium

nium donantur; quia cum ex consensu sit perfectum matrimonium, illa donatio non valeret inter virum & vxorem inter viuos.
19 Card. Zabar. *cons.* 43. *Dico, quod.* † Extende; quia imo in dubio datio annulorũ non præsumitur donatio, sed potius datio, vt incedat
20 ornatior. Zabar. *cons.* 43. *circ. med. ver. puto enim.* † Restringe, quando donatio annulorũ fieret ante perfectũ matrimoniũ, vt videtur innuere Card. *cons.* 43. *in fi.* vbi facit differentiã inter donationẽ pro-
21 pter nuptias & donationẽ coniugalem. † Amplia; quia minus valet donatio mariti versus vxorem, quando ipse maritus est filiusfamilias; quia non valet donatio, nisi donaret castrẽsia, vel quasi, aut de consensu patris. Card. Zabarel. *cons.* 43. *Dico, quod.* Vide Soci. *reg.* 29. *Donatio inter virum & vxorem prohibita.* vbi limitat duobus mo-
22 dis, quando est reciproca, & quando est cum iuramento. † Limita, quando maritus senex donat iuueni sponsæ; quia valet in compensationem senectutis. Clar. in §. *donatio, in 9. q. nu. 5. v. sed pone,*
*23 vbi dicit * communem, Fichard. *inter comes opin. lib.* 4. † Extende; quia licet non valeat donatio per virum vxori constante matrimonio etiam pro dote mulieris, *l. si quis vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor.* tantum valet inter viuos, quando fit pro remuneratione, vt quia donans est plebeius, mulier nobilis. Bart. & alii in *l. si voluntate, C. de dot. promiss.* & licet non exprimat pro tali recompensa; tamen præsumitur. Ias. in *l. si non sortem,* §. *libertus. colum. 3. versic. ego ta-*
24 *men, ff. de cond. indeb.* † Limita, quando adest magna inæqualitas, puta quia senex constitueret dotem vxori iuueni, vel eidem dotẽ remitteret, vel donaret, aut liberaret; quia valet, & de suo facere velle præsumitur in compensationem, gl. Bart. & alii in *l. si voluntate, C. de dot. promiss.* Ias. in *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, num.* 55. *& in l. diuortio. num.* 11. *&* 12. *ff. solut. matr.* Bart. in *l. si ita stipulatus fuero, te fisti,* §. *si tibi nupsero, ff. de verb. oblig.* Bald. in *l.* 1. *ad fin. C. de donat. ante nupt. & in l.* 2. §. *fin. ff. si cert. pet.* Imol. in *rubr. ff. solut. matr.* Tiraquel.
* *de leg. connubial. 6. lege. gloss. 1. parte 6. num.* 27. & * communem dicit
25 Clar. *d.* § *donatio, q.* 9. *num.* 5. *ver. sed pone* vbi citat plurimos. † Extende, vt idem sit, quando ignobilis accipit nobilem. Iacob. Butr. Cyn. Bald. Bart. & alii *d. l. si voluntate, C. de dot. promiss.* com aliis supra adductis. Alexand. in *l. diuortio. ff. solut. matr. nu.* 8. vbi quod etiam in dubio præsumitur donatio ex causa. Bart. in *d. l. si diuortio.* Ias. in *d. l. si pater puellæ. C. de inoff. testa. & in l. ex hoc iure, num.* 15. *ver. tertius effectus, ff. de iust. & iur. & consil.* 173. *num.* 5. *lib.* 4. Guido. Pap. *consil.* 112. Bart. in
26 *l. si stipulatus fuero, te fisti,* §. *si tibi nupsero, ff. de verb. oblig.* † Extende; quia valet donatio inter virum & vxorem, quando donans est impar nobilitate; vel conditione. Fulgos. *cons.* 108. *Item si qua, numer.* 2.
27 † Extende; quia quando senex diues accipit puellam nobilẽ pauperem, ineſt causa, quod dotet eam; ideo legatum illi factum cen-
28 setur ex hac causa. Anch. *cons.* 219. *Mirum. nu.* 3. † Et talis donatio facta in præmium matrimonii futuri, & in recompẽsationem nobilitatis mulieris valet, *l. si volũtate. C. de dot. promiss.* & talis donatio cõuertitur in dotem; quia fingitur ex retentione mariti, quod ex donato tradiderit vxori, & vxor restituerit marito in dotem, cum primum sequutum est matrimonium. Cast. *cons.* 434. *Visis omnibus, in pr.*
29 *& per tot. lib.* 1. † Limita; quia licet non valeat donatio facta per maritum vxori; tamẽ valet legatum factũ vxori de rebus sibi donatis; quia licet dispositio intelligatur de actu valido in dubio; tamẽ, ne legatum reddatur inutile, debet intelligi de donatis etiam inualide. Alex. *cons.* 248. *Ponderatis, in princ. iuncto ver. & licet ex superius, n.* 12.
30 *lib.* 6. † Limita; quia valet donatio propter nuptias, & sic ante ma-
31 trimonium. Zabar. *cons.* 43. *ver. ad secundum.* † Limita, quando donatio inter virum & vxorem est, vt donatarius cõuertat in piam causam, puta amore Dei; quia valet. Alex. *cons.* 152. *In causa & lite, nu.* 8.
32 *ver. tertio, nam licet, lib.* 6. † Extende; quia siue sit causa mortis, siue inter viuos etiam coram duobus testibus valet. Alex. *d. cons.* 152. *nu.* 12.
33 *& seq. lib.* 6. † Limita, quãdo maritus donat vxori, vt det alteri; quia semper valet, prout è conuerso, si vxor donat marito, vt det alteri,
34 valet. Alex. *d. cons.* 152. *n.* 8. *lib.* 6. † Limita; quia valet facta cum iuramento. Bart. in *l. si quis pro eo, in fi. ff. de fideiussor.* quicquid alibi dixerit,
* sequitur Soc. *reg.* 104. vbi attestatur hanc communem * opinionẽ. Cast. & Ias. in *l. pacta quæ contra, in* 2. *col. C. de pact.* vbi etiam Deci. Cæ-
* pol. *caut.* 112. incip. *donatio, col.* 2. & communem * magis sequitur, & dicit Deci. *cons.* 202. *Vt præsens consultatio. & cons.* 232. *Dura admodum, col.* 3. *ad fi. & cons.* 240. *Et diligenter.* vbi declarat procedere, quando
* donataria superuixit donanti, alias secus. Areti. *cons.* 2. *nu.* 16. vbi dicit communem, prout etiam communem * dicit Alexan. *cons.* 8. *&*
* *cons.* 157. *lib.* 2. plenius *cons.* 7. *Viso instrumento, n.* 3. *& seq.* maxime *nu.* 5. *& seq. lib.* 6. vbi dicit * communem. Abb. *cons.* 95. *Pactum sic proponitur, lib.* 2. *& in c. fi.* & ibi Præpos. *de donat. inter vir. & vxor.* Beltran. *cons.* 61.
* *Quamuis donatio, lib.* 3. Corne. *cons.* 118. *In hac consultatione, in princ. lib.* 1. *& cons.* 42. *lib.* 3. Aret. *cons.* 74. *Diligenter, n.* 5. qui omnes dicunt * communem, prout etiam communem plurimi, quos citat Clar. in §. *do-*

natio, q. 9. *n.* 3. *ver. sed quid si.* vbi citat 23. authores pro hac parte, & dicit in fine, hodie esse de indubitabili, & ab ea non recedendum.
† Contrarium, quod non valeat, etiam si interuenit iuramentum, 35
tenet Barb. *cons.* 67. *inter cons. Curt. Sen.* vbi dicit * communem. Cast. *
cons. 193. *Super isto puncto, n.* 2. *ver. ad tertiam.* vbi dicit hanc veriorem, quod non valet; quia est contra bonos mores, & aliquos etiam citat Clar. *d.* § *donatio, q.* 9. *n.* 3. vbi citat Soci. *cons.* 66. *n.* 12. *& seq. lib.* 1. dicentem longe plures, & excellentiores Doctores, & longe maioris authoritatis tenere hanc partem. † Declara, quando in donatione 36
inter virum & vxorem, etiam si sit inter viuos, & non sequuta traditione, interuenit iuramentum; quia hodie firmatur iuramento, & non expectat confirmationem ex morte. Castr. *d. cons.* 75. *Notandum est, in* 3. *col.* 2. *ver. sed in contrarium.* vbi apost. citat Soci. *cons.* 67. *per tot. & cons. seq. per tot. & cons.* 115. *col.* 3. *lib.* 1. & magis * communem di- *
cit Rol. à Vall. *cons.* 93. *n.* 4. *& seq. lib.* 1. Vide, *Maritus & vxor in quibus possint contrahere inter se. Conclus.* 93. Vide plenius, *Donatio inter virum & vxorem an & qualiter firmetur iuramento. Concl.* 694. † Restringe; quia 37
non valet donatio inter virum & vxorem inter viuos etiam cum iuramento, quãdo est palliata, & diuersis artibus fraudulenta, veluti si primo maritus donat inter viuos vxori, & cognatæ, postea totum donat cognatæ consentiente vxore, & dicit, quod donat propter benemerita; quia tanquam suspecta non valet; quia multiplicatio contractuum circa eandem rem arguit fraudem. Castr. *cons.*
193. statim post casum, incipit, *Et quod dicta donatio, in prin. lib.* 1. † Re- 38
stringe, quia non firmatur iuramento donatio inter virum & vxorem, si esset donatio simulata, vel præsumpta, & non vera secundũ
* communem, de qua Clar. *d.* § *donatio, q.* 9. *n.* 4. *ver. hæc tamen conclu-* *
sio, secus, si confirmetur morte; quia valet, ex quo ficta traditio interuenit, infra *n.* 54. Vide, *Donatio inter virum & vxorem an, & quali-*
liter firmetur iuramento. Concl. 694. † Contrarium; quia etiam dona- 39
tio tacita, & palliata, & facta in fraudem per maritum vxori confirmatur iuramento. Castre. *cons.* 379. *Primo videndum, in princ. lib.* 1. vbi loquitur, quando maritus confessus est constante matrimonio se habuisse in dotem medietatem bonorum suorum; quia certe non valet, cum sit in fraudem facta, sed si moritur maritus, cõfirmatur morte; quia ficta traditio ineſt, quod notandum dicit Clarus *d.* §. *donatio, q.* 9. *n.* 6. *v. secundum exemplum,* vbi dicit * communem. † Vide 40
tamen pro vtraque parte, quod confirmetur morte, & non confirmatur donatio fraudulenta. Vide, *Donatio patris filio in potestate existenti. Concl.* 673. *n.* 17. *& seq.* † Limita; quia valet donatio inter virum & 41
vxorem, quando est remuneratoria, *l. quod autem,* §. *si vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ias. post alios in *l. si pater puellæ, C. de inoff. testam.* idem Ias. in *l. ex hoc iure, col.* 12. *vers. si tertius effectus. ff. de iust. & iur. & cons.* 177. *nu.* 5. *lib.* 4. Deci. in *l. si donatione, n.* 8. *C. de collat. & in l. licet, n.* 11. *col.* 3. *C. de pact. & cons.* 202. *n.* 6. Abb. in *c. si. de donat. inter vir. & vxor.* Rom. *cons.* 445. *nu.* 8. Curt. Sen. *cons.* 66. *n.* 1. *& seq.* vbi, quod debent probari merita. Curt. Iun. *cons.* 142. *num.* 6. Paris. *cons.* 90. *nu.* 13. *& cons.* 18. *lib.* 1. Alciat. in *l. creditores, num.* 13. *ff. de verb. signif.* Vide, *Donatio ob benemeri-*
ta quando valeat, vel non. Conclus. 636. † Extende, vt procedat, etiam si 42
maritus donando nõ exprimat, quod donet ob benemerita, si tamen vxoris benemerita præcesserunt donationem; quia tunc propter benemerita donasse censetur. Alex. in *d. l. si donatione, col.* 2. *C. de collat.* latissime Tiraq. in *l. si vnquam, in ver. donatione largitus, n.* 60. *C. de reuoc. donat.* vbi dicit procedere etiam in prohibitis dummodo ꝓ-
bentur merita præambula. † Contrarium, quod nõ sufficiat, quod 43
interuenerint merita obsequialia, ad quæ vxor tenetur marito, & filius patri, sed requiritur, ꝙ sint merita non obsequialia, & æquialentia rei donatæ. Corne. *cons.* 144. *lib.* 2. Curt. *cons.* 67. *Sapienter, col.*
1. & late Ias. *cons.* 154. *lib.* 2. qui videatur. † Imo, quod non valeat, nisi 44
merita exprimantur, & probentur; quia est inter personas prohibitas. Cast. *cons.* 193. *il primo,* quod est statim post casum ibi positum, incipit, *Et quod dicta donatio, n.* 2. *lib.* 2. † Limita; quia omnis cõtractus 45
excepta donatione tacita, vel expressa, potest celebrari, & valet inter virum & vxorem. Alex. *cons.* 86. *Super dictis duobus, col.* 1. *vol.* 1. Vide, *Maritus & vxor in quibus possint contrahere inter se, vel non. Concl.* 93. † Li- 46
mita, quod valet donatio inter virum & vxorem, quando fit per modum subrogationis, veluti si sponsus donauit sponsæ suæ annulum alienum, inter quos tenet donatio; quia poterit loco annuli alieni donare tantundem de suo etiam durante matrimonio, & valet propter subrogationẽ, *l. si donatæ,* §. *si sponsus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Oldrad. *cons.* 224. *num.* 25. *ver. & ad hoc facit,* plene Menoch. *cons.* 211. *num.* 71. allegat Roman. *cons.* 146. *in fin.* † Limita, quia valet 47
augmentum dotis factum per vxorem marito, & pactum, quod maritus superuiuens totum lucretur, quando mulier iurauit non contrauenire, in tantum, quod non valet donatio facta postea per vxorem alteri in præiudicium mariti. Feder. de Sen. *consil.* 140. *per tot.* † Limita, quia donatio inter virum & vxorem valet, vbicunq; 48

duo integraliter non interueniunt, vt donás efficiatur pauperior, & donatarius efficiatur ditior, quorum alterum si deficit, donatio impeditur, *l. si sponsus, §. concessa, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Feder. de Sen. *cons.* 298. *Quoniam veritas, nu.* 2. *in princ.* vbi, quod propterea valet donatio facta à marito vxori, vt det Deo, non propter causam
49 piam, sed quia non fit ditior donataria. † Declara; quia requiritur, quod donatarius sit effectus locupletior tempore litis contestatæ, *l. si sponsæ, §. concessa, & §. si iuncta l. quod autem, in princ. ff. de donat. inter*
50 *vir. & vxor. c. si. extra eod. tit.* † Extende; quia valet donatio quærendorum per donantem per modum renunciationis; quia ex quo donans non efficitur pauperior, valet donatio. Socin. *cons.* 189. *Viso*
51 *testamento, ver. ad secundam rationem, lib.* 2. † Limita; quia valet donatio, & etiam promissio quantitatis facta per virũ vxori in augmentum dotis à principio, seu saltem confirmatur morte viri præmorientis vxori, *l.* 1. *in princ. C. de donat. propter nupt.* & ibi glo. in *ver. tradiderit.* vbi dicit idem, si promiserit, allegat tex. in *l.* 3. *§. si. & in l. seq. ff. de donat. inter vir. & vxor.* facit *l.* 2. vbi glo. *C. de dot. cauta, non num.* &
52 sufficit traditio, vel aliquid, quod loco traditionis habeatur. † Et quod morte confirmetur, tenet Soci. in *l.* 1. *ff. solut. matr. in* 1. *parte pri. in secundo corollario.* per glo. in *d. l.* 2. quam dicit communiter * ap-
53 probatam, *C. de dot. caut. non numer.* † Limita, quia valet donatio facta à marito vxori pro expensis viatici, seu itineris ad maritum.
54 Calder. *cons.* 319. *circa med. ver. item si dicatur*, alias 2. *de solutio.* † Limita, quando maritus & vxor donant sibi reciproce; quia tunc valet
55 donatio. Alex. *cons.* 152. *In causa & lite, n.* 9. *ver. præterea, lib.* 6. † Limita; quia valet donatio inter virum & vxorem, si confirmetur morte donantis, vt quia donans præmoritur donatario in eadem voluntate. Fulg. *cons.* 108. *nu.* 2. *ver. secundo respondetur. l.* 1. *&* 3. *C. de donat. inter vir. & vxor. l. si inter.* vbi Bart. *ff. de reb. dub.* Ang. Alex. *cons.* 7. *Viso instrumento, in princ. lib.* 6. Clar. *d. §. donatio, q.* 9. *n.* 6. *ver. scias autem.* vbi, quod substinetur in vim relicti potius, quam in vim contractus, & ideo
56 debetur Falcidia, sicut de legatis eo casu. † Declara; quia valet sequuta traditione, alias ea non interueniente à principio non confirmatur morte, *l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Bald. in *l. & si mortis. C. ad leg. Falcid.* Castr. *cons.* 138. *Dicta donatio, lib.* 1. sequitur Soci. in *reg.* 105. Ang. in *l. donationes, la prima, C. de donat. inter vir. & vxor.* & * est magis * communis opinio. Alex. *d. cons.* 7. *in princ. lib.* 6. & com-
* munem * dicit Clar. *d. §. donatio, q.* 9. *nu.* 6. *ver. scias autem.* vbi, quod requiritur traditio vera, vel ficta, alias non confirmatur morte, & * dicit, quod in hoc omnes * Doct. concordant, & quod est commu-
* nis * opinio. Vide Concluſ. prox. sequentem, vbi plenius, maxime
57 *nu.* 29. † Extende in tantum esse verum requiri traditionem à principio, vt valeat, quod neq; validatur per iuramentum. Corne. *cons.* 238. *Quanquam, nu.* 16. 17. *lib.* 1. allegat Castre. *cons.* 346. *Circa bona, quæ fuerunt D. Oberti, n.* 3. *lib.* 1. Ang. in *auth. de immens. donatio. col.* 2. *v. sed tunc quæro pro declaratione.* Bal. in *l.* 2. *in* 2. *col. C. de cond. ob caus. & in l. si. ff. pro*
58 *donat.* † Ratio videtur esse; quia cum donatio à principio sit nulla, non admittitur donatarius ad agendum ex contractu nullo; quia inanis causa inanem parit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.*
59 † Extende, quod dicitur de traditione, vt sufficiat, siue sit vera, siue sit ficta, puta per clausulam constituti, vel precarii, glo. & Bald. in *l.* 2. *C. de dot. caut. non numer.* Roma. *cons.* 277. *Non est dubium.* Cuma. *cons.* 40. *Quidam filio.* Soci. *cons.* 6. *Licet adicere, col. pen. lib.* 4. Corne. *cons.* 257. *&* 289. *lib.* 3. late Tiraquel. *de constit. parte* 2. *ampliat.* 31. Deci. *cons.* 202. *nu.* 7. Vilallob. *in suis communibus opinio. in ver. donatio.* 124. Clar. in
60 *§. donatio, q.* 9. Alexan. *cons.* 7. *Viso instru. in princ. lib.* 6. † Restringe; quia non confirmaretur morte etiam sequuta traditione, si excederet 500. aureos legales, & non esset insinuata; quia neque confirmatur morte etiam in 500. *l. donationes, la grande, C. de donat. inter vir. & vxor.* Soci. in *l. si inter virum, ff. de reb. dub.* vbi dicit, quod ita consuluit in ciuitate Florentiæ, & quod illud consilium fuit approbatum à toto Collegio, licet referat Io. Andr. tenuisse cõtrarium, plene Ias. in *l.* 1. *§. sed & si mihi, in* 4. *col. nu.* 7. vbi ponit 4. limit. quibus pecunia nõ habet effectum diuidui, *ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 296. *In casu, col.*
1. *circa med.* Vide, *Donatio quando insinuanda, vel non. Concl.* 646. *nu.* 11.
61 *ver. restringe.* † Contrarium Io. Andr. in loco supra per Soci. allegato, & Franc. Areti. consallegato per Ias. in *d. l.* 1. *§. sed & si mihi, n.* 7. *ff. de verb. oblig.* vbi pro vtraq; opinione allegat. Declara; quia si plures defectus concurrunt, potest procedere restrictio. Bello. *cons.* 4. *n.* 3. *ver. præterea.* vbi citat Chassan. *cons.* 7. & alios; quia vnum iuramen-
62 tum non supplet plures defectus. † Restringe; quia etiam si interuenerit traditio, non confirmatur morte, quando est facta in fraudem legis, puta; quia emit maritus nomine vxoris cõstante matrimonio de suo, vel vxor emit. Bart. in *l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg.* 3. Alex. in *l. diuortio, col.* 5. *ff. solut. matr.* Socin. in *l.* 1. *C. de donat. ante nupt.* & egregie Paris. *cons.* 42. *nu.* 20. *& seq. lib.* 1. vbi dicit, quod etiam Soci. ita consuluit, & obtinuit, vide eum; quia multa congerit ad hoc. Ias. *d. l.* 1. *§. sed & si mihi, n.* 7. *ver. secundo limita. ff. de verb. oblig.* Vide Bello. *d. cons.* 4. *in fi. ver. vltimo non obstat*, quod potest reuocari viuente donante, alias secus, vide eum. † Limita; quia valet pactum fac- 63
tum per vxorem marito, quod si ipsa præmoriatur sine filiis, maritus lucretur dotem, sed habet effectum in vim donationis causa mortis; ideo potest reuocari per vxorem. Bald. *cons.* 239. *Laurentius fuit confessus, lib.* 2. *in princ. & per tot.* † Limita; quia valet donatio causa 64
mortis inter coniuges, & confirmatur morte; quia censetur legatum, & habet vim legati, *l. si cum, & l. seq. ff. de donat. inter vir. & vxor.* quam ad hoc allegat Deci. *cons.* 196. *In casu proposito, nu.* 3. & probat tex. in *l. si vxori sua, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Palat. Rub. in *repet. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §.* 76. *ver. aduerte nunc, num.* 1. Alex. plene *cons.* 153. *In causa, & lite, num.* 10. *ver. ac etiam si recte consideretur, lib.* 6. vbi apost. in *ver. mortis.* † Extende, etiam si contineat donationem om- 65
nium bonorum præsentium & futurorum causa mortis; quia valet. Alex. *d. cons.* 152. *num.* 10. *& seq. ver. subiungo tamen, lib.* 6.

Donatio inter virum & vxorem requirit traditionem. Concl. 692.

DONATIO † inter virum & vxorem, vt valeat, & morte con- 1
firmetur, requirit traditionem *l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Cuma. *cons.* 40. *Cuidam filio, nu.* 3. *ver. sed posito, quod pater.* Petr. Anchar. *cons.* 76. *Per modum consilij, num.* 5. *ver. si autem dicamus.* Clar. in *§. donatio, qu.* 9. Corne. *cons.* 257. *in fi. vol.* 3. *& cons.* 124. *num.* 2. *lib.* 4. Paris. *cons.* 90. *num.* 16. *lib.* 3. communem * dicit Castren. *cons.* 138. *Dicta* *
donatio, lib. 1. *in princip. & in fine.* Vide Concluſ. proxim. præced. *num.*
56. *ver. Declara.* † Et quod requiratur traditio, probat Castren. 2
consil. 138. *col.* 2. *ver. præterea, quod requiratur, lib.* 1. quia ante orationem diui Seueri, & Antonini, de qua in *l. si maritus quondam, C. de donat. inter vir. & vxor.* non valebat donatio, neque morte confirmabatur vllo modo, sed per illam constitutionem fuit dictum, quod morte confirmaretur, *l. cum hic status, in princ. & §.* 1. *ff. eod.* Papinianus autem restrinxit ad donationem rerum, non autem ad stipulationem, vel promissionem; donatio vero rerum incipit à traditione, & ratio est; quia facilius quis promittit donare, quam donet, & donatio cũ sit doni datio, & datio requirit traditionẽ; ergo, &c. † Extende; quia licet confirmetur morte donantis; tamen in- 3
telligitur, si interuenit traditio, alias Soci. *Reg.* 30. *Donatio inter virum & vxor.* † Sufficit tamen traditio vera, vel ficta secundum 4
Castren. *consil.* 75. *Notandum, in fi. lib.* 2. *& consil.* 82. *In ista donatione, in fi. ver. breuiter, lib.* 2. allegat tex. in *l. Papinianus, ff. de donatio. inter vir. & vxor.* & communem * dicit Clarus in *§. donatio, qu.* 9. *num.* 6. *ver. scias* *
autem. † Imo sufficit, quod adsit aliquid, quod sit loco traditio- 5
nis. Alexand. *consil.* 152. *num.* 6. *& 7. lib.* 6. vbi de constituto hoc ponit pro constanti. † Contrarium, quod imo non requiratur tra- 6
ditio; quia ad effectum retinendi requiritur, quasi expediat; quia facilius datur retentio, quam actio, & hac de causa Doct. * com- *
muniter dicunt requiri traditionem, arguit Castren. *d. cons.* 138. *in princ. ver. in contrarium facit, lib.* 1. † Declara; quia non valet, neque 7
morte confirmatur, si non interuenit traditio viuente marito, in tantum, quod etiam si maritus donauit domum, in qua ipse maritus & vxor habitant simul, mortuo marito, non potest vxor perseuerando retinere velle; quia non interuenit traditio, ex quo iure familiaritatis in habitabat vxor, & sic tenetur restituere domum; quia statim mortuo marito finitur facultas tradendi, & donatio, quæ expectabat traditionem, annullatur, plene Castre. *cons.* 138. *per tot. ver. breuiter si ista domina, lib.* 1. † Amplia in tantum requiri tradi- 8
tionem, vt non sufficiat, si fiat post mortem donantis. Bal. *cons.* 341. *Maritus prædium, in fi. ver. sed contra hoc videtur, lib.* 1. Castren. *cons.* 138. *Dicta donatio per tot. lib.* 1. † Extende in tantum, quod si mulier do- 9
nataria receperit possessionem post mortem mariti, tenetur illam restituere; quia sicut legatarius tenetur accipere de manu hæredis ita etiam donatarius, alias datur possessorium adipiscendæ hæreditatis donantis contra donatarium, & saltem vtile interdictum, quorum bonorum. Castr. *cons.* 138. *col.* 1. *in fi. & seq. lib.* 1. † Amplia, vt 10
procedat non solum in donatione expressa, sed etiam in promissione de donando; quia morte non confirmatur; quia non interuenit donatio, neque traditio, sed sola promissio. Bal. *cons.* 397. *Casus talis, n.* 2. *lib.* 1. Petr. Anch. *cons.* 76. *n.* 3. *& seq.* Castr. *d. cons.* 138. *per tot. lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam in donatione facta per maritum 11
vxori de bonis patris mariti præsente patre, & ꝓmittente de dando, & tradendo; quia si non interuenit traditio patris quoad eum, obligatio de dando ẽt per stipulationẽ nõ tollit, quin possit reuocari, & quin requiratur traditio. Petr. Anch. *d. cõs.* 76. *n.* 3. *& seq.* † Ex- 12
tende, vt ꝓcedat ẽt in donatione facta à tertio do bonis mariti; qa licet marit⁹ cõsentiat donationi; tñ requritur traditio. Cast. *cõs.* 319.

13 *Visis & examinatis, col. fin. ver. sed si quid fuit, lib. 2.* † Amplia, vt quod dictum est de donatione viri in vxorem, vel è contra, procedat etiam quando socer donaret nurui, quia pariter non valet, nec cõfirmatur morte, nisi interuenerit traditio. Cuma. *d. cons. 40. n. 3. ver. sed posito.* Petr. Anch. *cons. 76. per tot.* Vide, *Donatio facta à socero genero, vel*
14 *nurui, aut è contra quando valeat. Concl. 696.* † Amplia, quia si maritus etiam tradat vxori rem donatam; non tamen transfertur dominium in donatarium, nisi à die mortis donantis; quia non incipit valere, nisi à morte, & translatio dominii non trahitur retro ad diem traditionis. Castren. *cons. 193. Super isto puncto, n. 2. ver. secunda ra-*
15 *tio, lib. 2.* † Amplia; quia si non interuenit traditio vera, vel ficta, non confirmatur morte donantis talis donatio. Bald. *cons. 341. Maritus prædium, in princ. ver. è contra videtur, lib. 1. l. Papinianus, iuncta* glo. ibi, & Doct. *ff. d. donat. inter vir. & vxor.* Bald. in *l. 1. C. de donat. ante nupt.* Ancharan. *cons. 76. num. 5. ver. si autem dicamus.* Roman. *consil. 44. A-*
16 lexand. *cons. 26. lib. 2.* Deci. *cons. 202.* † Amplia, quia donatio inter virum & vxorem sine traditione non valet etiam in vim legati, etiam si dixit, quod donabat, & legabat in vim, & ex causa præsentis donationis, secus si adessent verba, per quæ voluisset valere in
17 vim legati. Castren. *d. cons. 138. in fin. lib. 1.* † Amplia, quia idem est in donatione patris facta filio in potestate, quia requirit traditionem, prout donatio inter virum & vxorem. Roman. *consilio 277.*
18 *Non est dubium, in princ.* † Limita in confessione facta per maritum vxori ex causa donationis, quia is, qui confitetur, videlicet maritus, præsumitur possidere nomine vxoris, pro qua, seu à qua confitetur habuisse, & ideo talis donatio morte mariti confirmatur, tanquam quod traditio interuenerit. Bald. *cons. 397. Casus talis est, in princ. lib. 1.* Signorol. Homod. *consil. 67. In quodam instrumento, num.* 3. & 4. Alexand. *cons. 45. Habita super iis, nu. 6. in fi. ver. ergo sequitur, lib.* 1. plene Roman. *cons. 445. Consultatio præsens, num. 6.* vbi, quod con-
* fessio est loco traditionis, & * communẽ dicit Soc. *cons. 79. in prin.*
* *lib. 4.* quod confessio habet vim traditionis, & communem * dicit Cou. *var. resolut. lib. 1. c. 7. nu. 4. ver. sed quod etiam, in fi.* Castr. *cons. 379. Primo videndum, ver. nec obstat, lib. 1.* Roman. *cons. 44. num. 2. ver. secundo*
* *casu.* Alex. plene *cons. 26. Viso, nu. 3. lib. 2.* & hanc communem * dicit Clar. in § *donatio, qu. 9. num. 6. in fin. vers. secundum exemplum*, vbi citat
19 plures. † Contrarium tenet Angel. *cons. 5. Andreas Ianis, num. 4. versic. hic solum dubitatur*, vbi, quod requiritur traditio, alias non valet, vel aliquid, quod sit loco traditionis. Fulgos. *cons. 207. Franciscus*
20 *filius, in princip.* Signorol. *cons. 200. num. 6.* † Limita in donatione incorporalium; quia sufficit scientia & patientia, quæ loco traditio-
21 nis. Roman. *consil. 277. col. 2. in princip.* † Limita in donatione viri causa dotis facta vxori; quia cum de natura dotis sit, quod debet possideri à marito, non requiritur traditio. Bald. *cons. 456. Scia origine, num. 2. ver. præterea, & si diceretur, lib. 1.* Alexan. *cons. 45. num. 6. in fi. lib. 1.* imo sola causa dotis est pro traditione, vt per Bald. *d. l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Castren. *cons. 434. Visis omnibus, in princ.*
22 *& per tot. lib. 1.* † Et dicit Castren. *cons. 383. Circa primum, col. penul. ver. super secundo, lib. 2.* quod fingitur longa manu tradidisse, & iste actus occultatur celeritate coniungendarum actionum, & postea fingitur habuisse in dotem actione de dote, & est donatio quæ incipit
23 à traditione ex causa dotis, non à promissione. † Limita in donatione facta pro æqualitate dotis propter excellentiã mulieris; quia non requiritur traditio. Cuma. *d. cons. 40. num. 3. ver. nec per mortem.* Fulgos. *cons. 108. num. 2.* idem pro nobilitate mulieris; quia censẽ-
24 tur in recompensam facta. Castre. *d. cons. 434. in princ. lib. 1.* † Limita in ciuitate Venetiarum, quia sola promissio, vel confessio animo donandi sine traditione valet. Cuma. *cons. 40. n. 3. ver. nec per mortem.*
25 Fulgos. *cons. 108. n. 2.* † Extende vbique; quia sola donatio, vel promissio pro dote, vel augmento dotis valet, glo. in *l. 1. C. de donat. propter nupt. in ver. tradiderit.* vbi dicit idem, si promiserit; quia sola expressio in causam dotis operatur, vt sit loco traditionis. Bald. in *d. l.*
26 *Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* † Limita quia donatio inter virum & vxorem valet sine traditione, quando donatarius sine vitio habet rem donatam; quia potest excipere, licet non agere, & ideo *l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* solum denegat actionẽ; ergo à contrario sensu concedit exceptionem. Castr. *cons. 138. Dicta*
27 *donatio, in princ. ver. in contrarium, lib. 1.* † Restringe; quia si nomine donantis possidebat prout iure familiaritatis, non potuit sibi mutare causam possessionis; ideo talis possessio non dat exceptionẽ; cum teneatur prius restituere, postea si agit, non potest sine tradi-
28 tione. Castr. *d. cons. 138. col. 1. ver. breuiter si ista, lib. 1.* † Limita, quando coniuges faciunt sibi inuicem donationem reciprocam, si contingat alterum præmori; quia non indiget confirmatione mortis, & valet sine traditione, & post mortem poterunt bona peti. Cyn. & post eum Castr. in *l. si pater puellæ, in fi. C. de inoff. testam.* quod dictum ibi commẽdat Castr. & quod potest frequenter contingere. Mar-

sil. *Sing. 50. Donatio inter virum*, quos omnes citat apost. ad Castr. *cons.*
61. lib. 2. in v. non valet. † Limita, quando traditio ficta interuenisset, 29
prout constitutum, quia operatur validitatem, sicvera traditio. Cum. *d. cons. 40. n. 3. v. nec per mortem*, & Deci. *cons. 207. n. 7.* vbi, quod sufficit traditio vera, vel ficta per constitutũ. Neuiza. *cons. 28.* Bapt. Villa. *in communibus opin. ver. donatio, q. 9. n. 124.* & quod sufficiat constitutum, latissime Palat. Rube. in *rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 75. & 76. ver. aduerte nunc circa prædicta.* Paris. *cons. 90. col. pen. lib. 3.* Bartol. *cons. 81. Martinus, in fi. nu. 9. lib. 1.* Alex. *cons. 7. Viso instrumento, nu. 2. lib. 6.*
Alex. *cons. 152. In causa, n. 6. & seq. ver. secundo respondetur, lib. 6.* & communem * dicit Clar. in § *donatio, q. 9. n. 6. ver. & in hoc proposito.* & su- *
pra Concl. prox præced. *nu. 56. ver. declara.* † Retentio in causa do- 30
tis habet vim traditionis respectu mariti donantis. Fulgo. *cons. 108.*
nu. 2. ver. 2. secundo respondetur, vbi, quod morte confirmatur talis donatio. † Confessio habet vim traditionis. Bald. *cons. 397. Casus talis,* 31
in princ. lib. 1. † Reseruatio vsusfructus facta per donantem inducit 32
traditionem proprietatis, *l. quisquis, C. de donat.* Ang. *cons. 44. Si emancipatio, in princ.* Deci. *cons. 239. Primo non videtur, post princ. & cons. 296.*
Corne. *consil. 284. lib. 4.* Palat. Rub. in *repet. rubr. de donat. inter vir. &*
vxor. §. 75. & 76. ver. aduerte nunc circa prædicta. Paris. *cons. 90. col. penul.*
lib. 3. Castren. *cons. 193. num. 2. ver. secunda ratio, lib. 2.* Alexand. *cons. 7.*
num. 2. lib. 7. Vide, *Traditio ex quibus inducatur. Conclusio. 343. numer. 31.*
† Scientia in incorporalibus habet vim traditionis; quia aliter in- 33
corporalia tradi non possunt, supra *num. 20.* † Confirmatio possef- 34
sionis per constitutum in alio instrumento traditæ habet vim traditionis. Castr. *cons. 95. in prin. lib. 2.* † Constitutum ipsum habet vim 35
traditionis, *l. quod meo, ff. de acquir. possess.* Vide, *Constitutum operatur*
multa. Conclus. 786. † Contrarium, quod non sufficiat ficta traditio, 36
sed requiratur vera, per plura tenet Castr. *cons. 193. Super isto puncto,*
num. 2. in fi. col. penul. ver. & quod per mortem, lib. 2. † Declara; quia ficta 37
traditio sufficit, quando duplex actus fictus interuenit, vnus à donante, alter à donatario, & ita intelligendam esse glos. in *l. quod de*
suo, C. de dot. caut. non numer. dicit Castr. *d. cons. 193. col. pen. ver. & quod per*
mortem, lib. 2. Vide Alex. *cons. 26. col. 2. lib. 2.* † Limita; quia donatio in- 38
ter virum & vxorem, quando est iuramento firmata, valet à prin- 39
cipio, neque requiritur traditio. Alex. *cons. 54. In casu, de quo, n. 8. ver.*
præterea dicta, lib. 7. vbi dicit se pluries ita consuluisse, & dicit * ma- *
gis communem, & ibi apostil. in *ver. consului*, dat concord. Vide,
Donatio requirebat traditionem, hodie secus, & quando. Concl. 627. † Con- 40
trarium videas, *Donatio inter virum & vxorem an & qualiter firmetur*
iuramento. Conclus. 694.

Donatio inter virum & vxorem habet naturam vltimæ voluntatis. Concl. 693.

DONATIO † inter virum & vxorem habet naturam vltimæ 1
voluntatis; quia ista natura est sibi attributa à lege, vt liberũ arbitrium reuocandi vsque ad mortem. Bald. *consil. 29. Casus, vir*
donauit, num. 3. ver. ergo firmiter teneo, lib. 1. † Et valet argumentum de 2
donatione causa mortis ad donationem inter virum & vxorem; quia sicut donatio causa mortis etiam iurata, etiam promissa non reuocari cum iuramẽto, reuocatur à lege, & efficitur caduca præmoriente donatario; ita etiam donatio inter virum & vxorem; quia simili modo regulatur. Bald. *consil. 393. Donatio causa mortis, in*
princ. lib. 3. & cons. 292. Factum sic proponitur, num. 1. lib. 3. † Et quod eo- 3
dem modo fiat reuocatio donationis inter virum & vxorem, sicut donationis causa mortis, ac etiam vtraque confirmetur eodem modo morte donantis, ac etiam eodem modo reuocetur præmoriente donatario, tenet Petr. Anchar. *consil. 76. Per modum consilij, in*
princ. † Declara, quod donatio inter virum & vxorem, licet con- 4
firmetur morte, & trahatur retro ad tempus donationis, & dicatur habere vim relicti; tamen reuera non est donatio inter viuos, neque relictum, sed tertia species. Alexand. *cons. 26. Viso, & considerato, num. 4. ver. nec prædictis obstat, lib. 2.* † Et maxime in materia sta- 5
tuti, in quo verba proprie sunt sumenda. Alexand. *cons. 54. In casu,*
de quo, num. 7. ver. quarto quia, lib. 7. † Imo quod donatio inter vi- 6
rum & vxorem, quæ resultat ex confessione dotis facta per maritum constante matrimonio, quæ expectat confirmationem ex morte mariti, non sit proprie donatio, neque inter viuos, neque causa mortis, ex presse tenet Alexan. *d. cons. 26. in fi. lib. 2.* vbi, quod est tertia species, & ideo statutum, quod donatio inter viuos, vel causa mortis debeat rogari per duos Notarios, non habebit locũ in ista. † Contrarium tamen tenet apostil. ad Alex. *d. cons. 26. in fi. lib.* 7
2. in v. species. vbi, quod Alex. sophistice loquitur. † Et quod dona- 8
tio inter virum & vxorem possit regulariter reuocari; quia requiritur confirmatio in morte, videlicet, quod morte confirmetur, *l.*
penul. C. de donat. inter vir. & vxor. † Reuocatur autem, si maritus 9

vxorem adulterio culpoſam verberauit. Bald. quem citat Alexan. *conſ.189.num.5.ver.accedit,lib.6.* † Limita; quia donatio inter virum & vxorem non poteſt reuocari, ſicuti neq; donatio inter filium & patrem, quando fit per modum conſenſus; nam maritus habens ex ſtatuto, quod tertia pars dotis ſibi reſeruetur, ſi cõſentiat, quod vxor poſſit totam dotem alteri legare, & legauit, non poteſt reuocare talem conſenſum. Alex.*conſ.246.Placet admodum,lib.6.* ſequitur Roland. à Valle *tract.de dot.qu.41.* † Extende, vt idem ſit, ſi pater conſentiat, quod filius, quem habet in poteſtate, poſſit donare tertio certa bona patris; quia licet ſit quædam donatio primo facta filio, quæ poteſt reuocari, tamen quia non remanet filio, ſed tendit ad beneficium alterius, valet, & non poteſt reuocari; idem, ſi maritus conſentiat, quod vxor de bonis mariti vſque ad certam ſummam poſſit donare, vel legare, valet, & non poteſt reuocari. Alex.*d.conſ.246.poſt med.ver.hanc partem,lib.6.* † Contrarium tenet apoſt. ad Alex.*d.conſ.246.lib.6.in ver. quod non, & in ver. conſentientis*, vbi verũ eſt, quod quando maritus, vel pater conſentiunt quoad bona vxoris, vel filii, ſibi præiudicant in vſufructu, ſed non eſt verum, quando conſentit, quod bona propria mariti, vel patris conſentientis, ab vxore vel filio legentur. Vide, *Donatio cum pacto, quod in certum caſum tertio acquiratur, quando poſſit reuoc. &c. Concl.657.*

Donatio inter virum & vxorem an, & qualiter firmetur iuramento. Concluſ.694.

DONATIO † inter virum & vxorem non firmatur iuramento, quin ſit ambulatoria vſq; ad mortem, & quin poſſit reuocari; quia requirit confirmationem morte donantis, nõ obſtante iuramento Bal.*conſ.29.Caſus,vir,lib.1.* ſequitur Deci.*conſ.240. Et diligenter,per tot.* Oldr.*conſ.245.in fi.n.8.v.non obſtat, reuocationem.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi eſſet compromiſſum in arbitrium, vel arbitratorem, & laudaſſet dictam donationem valere, & non poſſe reuocari; quia quod prohibetur directe prohibetur etiam per indirectum. Bald.*conſ.29.col.fi.nu.4.ver.2.quæſt.lib.1.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi interueniſſet pater mariti, vel vxoris, & ſe obligaſſent pro obſeruatione laudi; quia adhuc non poteſt firmari, quin ſit reuocabilis. Bald.*d.conſ.29.in fin.lib.1.* † Amplia; quia donatio inter virum & vxorem non poteſt iuramento, neque alia cautela fieri irreuocabilis; & ideo ſi primo moriatur donatarius, quam donans, efficitur caduca. Bald.*conſ.29.n.3.ver.teneo igitur,lib.1.* Caſtr.*conſ.193. Immediate*, poſt caſum ibi poſitum, *lib.2.in pri.* vbi allegat rationem; quia ſemper durat prohibitio, & eſt contra bonos mores. † Contrarium, quod imo donatio inter virum & vxorem, quæ eſt ambulatoria, & reuocabilis, firmetur iuramento, ita vt ſi fuit promiſſum per vxorem nõ reuocare, efficiatur irreuocabilis, & vxor, quæ dotem auxit, & fecit pactum, quod maritus ſuperuiuens lucretur augmentum, & iurauit non reuocare, non poſſit reuocare, & donatio poſterior facta matri non valeat in præiudicium viri. Fede.de Sen. *conſ.140. Punctus quæſtionis, per tot.* & quod firmetur iuramento donatio inter virum & vxorem, tenet Deci.*conſ.240. Et diligenter.* vbi * dicit * communem. Bal.*conſ.430. Præmittendum eſt, lib.1.* vbi, quod conualidatur de iure canonico. Caſtr.*conſ.379.n.1.in fi.lib.1.* Rom. * *conſ.44.n.4.ver.non obſtat.* vbi de * communi. Abb.*conſ.95.Factum ſic proponitur,per tot.lib.2.* vbi tollit contraria. Alexa. *conſ.152.In cauſa &* * *lite.n.6.v. nec ad hoc obſtat,lib.6.* vbi dicit * cõem. Tiraq. in *l.ſi vnquã,v.* * *libertis,n.12. C. de reuoc.donat.* & * communẽ dicit Clar. in §.*donatio*, 6 *q.9.n.3.* † Et hanc partem quod firmetur, & valeat cum iuramento. Soci.*Reg.29.Donatio inter virum & vxorem,in 2.fallentia*, vbi plura adducit. † Et quod firmetur iuramento donatio inter virum & vxo- * rem, vt de magis * communi opinione in donatione expreſſa, atteſtatur Rolan. à Valle *conſ.93.n.4.& 5.lib.1.* Areti. *conſ.4.Quoad primum, num.22.& ſeq.verſic.vlt.dico.* vbi reddit rationem; quia non eſt prohibita fauore publicæ vtilitatis principaliter, & *conſ.100. In caſu,n.19.& ſeq.ver.vltimo non eſt.* Alex.*conſ.8.Viſis, & conſideratis,n.3.ver.* * *& ita ſe habet,lib.2.* vbi dicit magis communem * opinionem, & ibi apoſt. in *ver.firmatur*, dat concord. pro vtraque, licet dicat communem falſam eſſe. Alex.*d.conſ.152.In cauſa, & lite,n.6.ver.nec adhoc,lib.6.* 8 vbi dicit * communem. † Declara in expreſſa; quia firmatur iura- * mento ſecundum magis * communem. Roland. à Valle *d.conſ.93. n.4.& 5.lib.1.* ſecus in tacita; quia non firmatur iuramento, ſecun- 9 dum magis * communem, de qua Curt. Iun. *conſ.95.col.2.* † Decla- * ra, quia communis * opinio, quod validetur iuramento, procedit in donatione vera, & expreſſa valida; ſecus in ſimulata, vel fictitia, prout ſi maritus confitetur habuiſſe dotem, quam non habuit, et- 10 iam cum iuramento. Rom.*conſ.44.n.4.v.non obſtat.* † Declara; quia licet iuramento conualidetur, & fieri poſſit irreuocabilis; tamen ſi præmoriatur donatarius, hoc ſolo caſu donatio non habet effectum; quia hoc eſt de natura donationis, ita declarat Fed. de Sen. Bald.*conſ.293 Donatio cauſa mortis,n.2.lib.3.& conſ.392. Factum ſic propon.n.1.lib.3.* Signor.*conſ.106. In quæſtione, quæ vertitur.* † Declara ma- 12 xime, vt non valeat remiſſio dotis facta per mulierem marito etiã cum iuramento, etiam ſub aſſertione, quod non fuit ſoluta, quando apparet confeſſio mariti per inſtrumentum; quia iuramentum nihil operatur, quando eſt de præterito, vel præſenti cõtra apparentem confeſſionem. Signorol.*d.conſ.106.per tot.* † Et quod donatio 12 inter virum & vxorem firmetur iuramento. Anchar.*conſ.307. Nulli dubium, in fi.* † Extende contrarium, vt idem ſit in donatione inter 13 patrem & filium; quia firmatur iuramento, plene Aret.*conſ.100. In caſu,n.19.& ſeq.ver.vlt.non eſt dubium*, vbi, quod per æquiparationem idem eſt, q̃ in donatione inter virũ & vxorem. † Extende contra- 14 rium, etiam ſi ſit donatio tacita, quę inducitur ex confeſſione mariti ſuper dotis conſtitutione, vel receptione. Anchara.*d.conſ.307.* † Extende contrarium; quia donatio etiam in teſtamento per vxo- 15 rem marito præſenti, cum pacto, quod legatum, puta centum, ſit, & valeat iure donationis, & non poſſit reuocari vllo modo cũ iuramento, valebit in vim donationis inter viuos, & non poterit reuocari, & iuramentum conualidat eam, quia iuramentum poteſt ſaluari ſine interitu ſalutis æternæ, & nõ eſt contra bonos mores naturales. Abb.*conſ.95.Factum ſic propon.per tot.lib.2.* vbi reſpondet ad omnia contraria. † Videtamen apoſtil. ad Alex.*conſ.8.nu.3.* 16 *lib.2.in verb.firmetur*, quæ dat concord. pro * communi, quod firme- * tur iuramento, tandem improbat, & dicit * communem eſſe fal- * ſam, & allegat plures tenentes contrarium, & adde Deci. contra communem, *conſ.240.* Vide, *Donatio inter virum & vxorem prohibita. Concl.690.in fi.* † Amplia, quia donatio inter virum & vxorem, li- 17 cet firmetur iuramento ſecundum magis * communem, tamen nõ * procedit in tacita donatione, quæ fit confitendo dotem conſtante matrimonio, ſecundum magis * communem, vt de vtroque atte- * ſtatur Rol. à Valle *conſ.93.n.4.& 5.lib.1.* & de magis * communi, q̃ * non firmetur iuramento tacita, Curt. Iun. *conſ.95.col.2.* † Extende 18 in ficta donatione, vel ſimulata inter virum & vxorem, quia iuramento non firmatur. Crauet.*conſ.81.nu.1. in fi.* Pariſ.*conſ.86.n.2.lib.3.* cum aliis, quos allegat Ancha. Regien.*qu.12.nu.14.lib.2.* & Bart. in *l. cum quis decedens*, §. *Titia, ff. de leg.3.* Roma.*conſ.44. Ex ſupra narratis,num.3.& ſeq.& conſ.293. Præſuppoſito,nu.3.ver.quo autem ad ſecundum*, vbi pleniſſima apoſt. in *ver.non aſſumit*, infinitos citat, & de cõmuni * atteſtatur Crot. latiſſime in *rep.l.ſi conſtante,num.10.& multis ſeq.ff.* * *ſolut.matr.* † Amplia, qui confeſſio vxoris facta ad fauorem mariti 19 conſtante matrimonio, in qua liberat maritum à reſtitutione dotis, qui dicit & confitetur reuera nullam dotem ſoluiſſe, non conualidatur iuramento, quia iuramentum eſt contra ius publicum. Bald.*conſ.398. Quæſtio talis, per tot.lib.1.* † Limita, quia ſecundum 20 communem * opinionem confirmatur iuramento in ea parte, in * qua de iure ciuili eſt prohibita Deci.*d.conſ.240.in princ.* qui alios allegat, & quod iuramentum conualidet donationem inter virum & vxorem. Deci. *conſ.202.* vbi dicit * communem, & in *l.pacta, quæ* * *contra,num.6.& ſeq.C. de pact.* vbi dicit communem, & magis * com- * munem. Anch. Regien. *q.12.lib.2.* vbi de communi, & magis * com- * muni. † Declara forte, vt procedat, quod iuramentum obligat iu- 21 rantem, donec abſoluatur, ſed non confirmat, quia iuramentum ſuper facto reprobato à lege obligat iurantem donec abſoluatur, ſed poſt abſolutionem contractus non remanet conualidatus, niſi quando lex aſſiſtit, vt caſu *auth.ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendit.* ita diſtinguit Curt. Iun. *conſ.152.num.7.lib.1.* qui dicit hanc opinionem * magis communem, & loquitur in donatione filiæ ſine con- * ſenſu patris, quæ pariter non eſt abſolute prohibita. † Declara, 22 quia licet iuramentum cõfirmet donationem inter virum & vxorem, tamen iſtud procedit ad effectum, vt iuramentum exequutioni mandetur, qua exequutione facta poteſt hæres donantis repetere donata, quando donatio eſſet nulla ſine iuramento. Caſtr. *conſ.193. Super iſto puncto,nu.2. ver.ad tertiam rationem,lib.2.* † Declara, 23 vt procedat, quod iuramentum conualidat donationem inter virum & vxorem, quãdo eſt præſtitum iuramentum tactis ſcripturis Euangelii. Bello. *conſ.4. Diligenter conſiderato, nu.3.ver.quia reſpondetur.* † Declara, quia ſi iuramentum eſt in inſtrumento nullo, puta quia 24 ſtatutum annullat inſtrumentum donationis non inſinuatæ intra certum terminum, certe eo caſu iuramentum nihil operatur, nec releuat, quod nõ poſſint ſtatuere laici ſuper iuramento, quia nihil hoc caſu contra iuramentũ eſt ſtatutum, ſed contra inſtrumentũ, q̃ fieri poteſt, Caſtr. *d.conſ.61.v.ſed contrarium,lib.1.* vbi late. † Decla- 25 ra, ſeu reſtringe, vt non procedat limitatio, quando donatio laboraret duplici defectu, vt quia eſſet inter virum & vxorem, & ſupra ſummam ſine inſinuatione. Bello. *conſ.4.num.3.ver. præterea* allegat Chaſſan. *conſ.7.col.6.* Vide pro vtraque ſupra, *Donatio inter virum & vxorem*

26 *vxorem non valet, & quando secus. Conclus. 691. num. 61. & seq.* † Extende; quia imo donatio inter virum & vxorem firmatur iuramento, & non expectat confirmationem morte donantis, secundum magis * communem opinionem, * de qua Alex. *cons. 54. In casu, de quo, num. 8. ver. praterea dicta donatio, lib. 7.* vbi apostil. in *ver. consului*, dat concord. & iterum ibi *num. 12. & 13. ver. oct auo*, dicit iterum magis * communem, & quod opinio Bart. contraria magis communiter reproba-
27 tur. † Limita multis casibus; de quibus, *Donatio inter virum & vxo-*
28 *rem non valet, & quando secus. Conclusio. 691. num. 34. & multis seq.* † Limita, seu declara, quod iuramentum conualidat donationem inter virum & vxorem respectu prohibitionis iuris ciuilis; quia valebit, non obstante prohibitione; sed tñ, quia iuramentum sequitur naturam contractus, cui interponitur, si præmoriatur donatarius, quia de hoc non fuit cogitatum, reuocabitur donatio iurata, & erit caduca. Bald. *d. cons. 29. nu. 3. ver. teneo igitur, lib. 1.* Deci. *d. cons. 240.*
29 *per tot.* † Limita in casu Feder. de Sen. *cons. 140.* Quando fuit donatum ex titulo permisso, puta pro augmento dotis, & fuit iuratum non contrauenire, vel reuocare; quia tunc non est simplex donatio, ex quo æqualiter potest lucrari mulier. *Auth. de æqualit. dot. &* ☞ *donat.* Vide, *Donatio patris filio in potestate existenti, quando valeat, vel non. Conclus. 673. num. 25. & seq.* Vide Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de Donatio. Conclusio. 3. Donatio inter virum & vxorem.*

Donatio mariti facta vxori propter benemerita dicitur gratuita. Conclus. 695.

1 DONATIO † facta per maritum vxori ob grata seruitia, dicitur simplex donatio, vel antenuptialis, non autem ob causam; quia merita generaliter enunciata videntur pro colore; secus,
2 si seruitia specificarentur. Oldrad. *cons. 5. Titius dedit.* † Contrarium vide, *Donatio inter virum & vxorem non valet, & quando secus. Conclusio. 691. num. 41. & seq.* vbi, quod imo valet, si constat de meritis, Curt.
3 Sen. *cons. 66. in princ. & per tot.* † Amplia; quia donatio facta per maritum vxori inter viuos ob grata seruitia, non valet; quia non statur assertioni etiam cum iuramento inter personas prohibitas. Castr. *cons. 193. il primo*, quod est immediate post casum ibi præcedentem, ☞ & incipit, *Et quod dicta donatio, num. 2. lib. 2.* Vide, *Donatio ob benemerita quando valeat, vel non. Conclus. 636.*

Donatio facta à socero genero, vel nurui, vel é conuerso, quando valeat. Conclus. 696.

1 DONATIO † facta à socero genero suo non valet, si habet filiam donantis vxorem, quæ sit in potestate donantis; quia eadem ratione, qua non potest donare filiæ existenti in potestate, nec genero donare potest. Oldrad. *cons. 245. Quidam pater familias. in princ.*
2 Alex. *cons. 157. Viso instrumento, n. 16. in fi. ver. non obstat, lib. 2.* † Declara, vt procedat, donec viuit filia in potestate soceri; quia non potest donare socero, ita Alex. *cons. 157. Viso instrumento, nu. 16. in fi. & nu. 17. ver. non obstat etiam, lib. 2.* vbi in fin. *ver. pro hoc etiam.* dicit, quod æquiparatur donationi factæ per patrem filio; & ideo sicuti illa firma-
3 tur iuramento, ita etiam ista. † Amplia in casu conuerso; quia gener non potest donare socero, vt valeat, nisi morte confirmetur. Petr. de Anch. *cons. 106. Dubitatur*, vt infra *nu. 7. ver. quarto dubitatur.*
4 † Extende, vt nec valeat donatio per circuitum facta per generum filio suo, vt filius donet socero. Petr. de Anch. *cons. 106. nu. ver. quar-*
5 *to dubitatur.* † Extende; quia sicuti non potest nurus donare socero & marito; quia est eadem persona; ita neque potest donare cognato, qui esset in potestate soceri, quando per filium in totum acquireretur patri socero donatricis; si vero acquiritur solus vsusfructus patri, vel si nihil; tunc valet in eo, quod patri non acquiritur; quia cessat ratio prohibitionis, quia redundaret in commodum soceri, ita plene Ang. Aret. *cons. 4. Quoad primum nu. 9. & seq. v. capio secundum,*
6 maxime *nu. 12. seq. ver. sed præmissis.* † Amplia; quia sicuti pater non potest donare filio suo; ita neque potest vxori filii sui, & sic non valet donatio soceri facta nurui suæ, quando maritus erat in potestate; quia fingitur facta filio. Petr. Anchar. *cons. 76. per modum consily, in*
7 *princ.* † Et donationes factæ per socerum genero, vel nurui requirunt traditionem, & quod morte confirmetur, alias dicuntur causa mortis, & reuocari possunt quandocumque prout aliæ donationes causa mortis, & inter virum & vxorem. Petr. Anch. *cons. 76. per*
8 *tot.* quia contemplatione filii. † Extende, vt prædicta procedant, etiam si socer donans nurui donauit hoc modo; quia promisit post mortem filii sui dare, & tradere quædam bona sua, quæ filius donauerat patre consentiente ipsi nurui; quia adhuc mortuo filio potest socer reuocare talem donationem collatam post mortem filii.
9 Petr. Anch. *d. cons. 76. n. 2.* † Amplia, vt omnia, quæ dicuntur de donatione inter virum & vxorem, & causa mortis, vt requiratur traditio, vt confirmetur morte, alias possit semper reuocari, procedant, siue sit donatio, siue promissio, & stipulatio de donãdo. Petr. Anch. *d. cons. 76. nu. 3.* Et reuocari potest donatio ista facta per socerum nurui contemplatione filii. Petr. Anch. *d. cons. 76. in princ.* † Li- 10
mita, quod licet socer nõ possit donare genero, vel nurui, quando habet in potestate filium, vel filiam vxorem, vel maritum, generi vel nurus; tamen id nõ procedit in socru donante nurui, vel genero, ex quo socrus non potest eos habere in potestate. Oldra. *d. cons. 245. in pr. n. 1. v. non obstat.* vbi, quod statim valet. Bal. *cons. 456. Seia origine. n. 2. v. constat autẽ, lib. 1.* Cast. *cons. 139. Super isto puncto. in pr. lib. 2.* vbi
apostil. citat. Alex. *cons. 145. col. fi. lib. 2.* † Extende è conuerso; quia 11
nurus potest donare socrui; quia inuicem non potest esse patria potestas. Castr. *d. cons. 193. in princ. lib. 2.* † Limita; quia donatio facta 12
per socerum genero, vel nurui, valet, & confirmatur morte, si ante generum moriatur, tam donans, quam filia donantis vxor generi; quia vt valeat, requiritur mors vtriusque. Oldr. *d. cons. 245. in pri. n. 2. v. secundo est quærendum.* Petr. Anch. *cons. 76. per totum.* † Extende idem 13
in socero donante nurui; quia non confirmatur morte filii mariti neque morte soceri, ex quo contemplatione filii donauit. Petr. Anch. *cons. 76. per tot.* † Limita; quia etiam maritus potest donare a- 14
uiæ maternæ, vel matri vxoris suæ, licet propriæ vxori donare non possit, nisi causa mortis, & ideo valet confessio dotis facta à marito constante matrimonio receptæ ab auia materna suæ vxoris. Bald. *cons. 456. Seia origine, in pr. lib. 1.* † Declara ea, quæ dicuntur, donatio- 15
nes istas confirmari morte, procedere, si interuenit traditio, prout in donatione facta inter virum & vxorem. Cuma. *cons. 40. Cuidam* ☞ *filio, n. 3. ver. sed posito.* Vide, *Donatio inter virum & vxorem requirit tradi-*
tionem. Concl. 692. † Limita; quia maritus potest donare sorori vxo- 16
ris suæ, & sic cognatæ; quia non habet potestatem patriam vna in aliam Castr. *cons. 193. Super isto puncto in princ. lib. 2.* † Limita; quia do- 17
natio facta per socerum genero habenti filiam donantis in vxorem firmatur iuramento, sicuti firmatur donatio facta per patrem filio, secundum magis * communem, de qua Alex. *cons. 157. Viso instrumẽ-* *
to, nu. 17. lib. 2. vbi *nu. 18.* idem dicit esse in donatione inter virum & vxorem. † Extende; quia imo iuramentum operatur, quod nõ po- 18
test allegari defectus insinuationis. Alex. *d. cons. 157. in fi. lib. 2.* vbi dicit magis * communem. † Limita; quia donatio facta per socerum * 19
genero firmatur silentio, & morte donãtis, si post mortem donantis non sequitur diuortium inter generum & filiam donantis. Alex. *d. cons. 157. n. 18. ver. insuper dico, lib. 2.* † Limita; quia reseruatio vsusfru- 20
ctus facta per socerum non impedit, quin donatio dicatur perfecta, & inter viuos, imo operatur traditionem, & quod dominium sit translatum. Alex. *cons. 157. in fi. n. 18. ver. non habet etiam, lib. 2.*

Donatio facta per sponsum sponsæ, & è contra quando valeat, vel non. Conclus. 697.

DONATIO † facta per sponsam sponso, & filiis nascituris sub 1
spe futuri matrimonii, videlicet eadem die, qua sequutum est matrimoniũ inter eos, & collata in tempus matrimonii, videlicet, si non sequatur matrimonium, nõ sortiatur effectũ, est nulla, nec potest cõualescere, quando donatarius præmoritur donatrici, & potuit reuocari per donatricem, *l. quod sponsæ C. de donat. ante nupt. l. si ita. stipulatus, §. si tibi nupsero, ff. de ver. oblig. l. cum hic status, §. si sponsus, ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. maritus, C. eod.* † Contrarium quando do- 2
natio esset facta per sponsum futurum sponsæ futurę in casu matrimonii in præmium nobilitatis sponsæ; quia tunc valet etiam præmortua vxore, si sequutũ est matrimonium; quia debet restitui hæredibus mulieris, put patri, vel aliis. Cast. plene *cons. 434. Visis omnibus.* † Declara; quia si sponsus donauit sponsæ ante matrimonium 3
dum erat in domo patris, valet, & non indiget cõfirmatione; si vero spe futuri matrimonii; tunc dicitur sponsalitia largitas, & sequuto matrimonio non reuocatur; si vero nõ est sequutum matrimoniũ, distinguitur, quia si stetit per donantem, & nihil repetit, si stetit per mulierem, vel casũ, repetit, nisi interuenerit osculum; quia tũc solum repetit pro medietate. Castr. late *cons. 428. Viso casu, in prin. v. sed si non erat desponsata, lib. 2.* † In dubio tamen ista data per sponsum 4
sponsæ, quæ sunt pretiosa, prout vestes pretiosæ, zonæ, iocalia, & similia, ad quę tenetur pro honore, & necessitate, & ista non censentur donata. Castr. *cons. 428. n. 2. ver. quantum vero ad annulos, lib. 2.* vbi
secus dicit, quoad coronas, fazzolettos, & similia; quia ad ista non tenetur, ex necessitate donata præsumũtur, nisi esset cõtraria consuetudo, & hanc communem * dicit Corne. *cons. 84. lib. 1.* quem ad * *
hoc pro * communi, & multos alios citat Clar. in §. *Donatio q. 10. n.* * *
3. ver. secundo quæro. & in Concl. prox. seq. *nu. 15. & seq.* † Extende; quia 5
neque sub stinetur quoad filios in donatione comprehensos iuxta distinctionem traditam per glo. in *l. si sponsus, §. generaliter, ff. de donat.*

nter vir.& vxor.in verb.interposuit.ver.quid ergo si mulier, per text. ibi in §.*si maritus*. maxime quando appareret, quod per filios non fuit ratificata, nec acceptata, ex iis, quæ tradit Paris. *cons.* 77. *num.*28.*cum* 6 *seq. lib.*1. † Extende maxime, quando filii fuerunt hæredes matris, quæ reuocauit; quia non posset impugnare factum defuncti. Paris. *cons.*16.*num.*38.*cum seq.* maxime *num.*45.*lib.*2. Vide Concl. prox. seq. *num.*15.*& seq.* vbi plenius.

Donata marito contemplatione vxoris, & è contra cuius sint. Concluſ. 698.

1 DONATIO † facta marito contemplatione vxoris ab ipsa muliere profectum esse videtur, vel è contra, *l.dedit dotem auus.ff.de collat.bon.* Oldrad. *cons.*245.*num.*6.*ver.illud etiam non omitto.* vbi, quod perinde est, ac si is dedisset, cuius contemplatione datum fuisset. Ancha. *cons.*76.*Per modum consilij, in princ.* Clarus in §. *Donatio. quæst.* * 10.*num.*2.*ver.sed nunquid ea*, vbi dicit communem, & magis * com-2 munem. † Idem est in donatis sponsæ à consanguineis sponsæ, quia sponsæ acquiritur, ex quo contemplatione illius sunt dona-* ta. Cagn. in *l.contractus, nu.*48.*ff.de reg.iur.* vbi de * communi, & magis communi. Castr. *cons.*428.*Viso casu, in prin.lib.*2. vbi, quod donata per matrem mulieris sunt mulieris; quia vel vltra dotem, vel paraphernalia sunt; & idem, si data sunt à consanguineis mulieris, quia censentur contemplatione mulieris, & mulieri acquiruntur * secundum communem, & magis * communem, de qua Clar. *d.*§. 3 *donatio.q.*10.*nu.*2.*ver.sed nunquid ea.* † Amplia; quia donata vxori per consanguineos mariti remanent viro; si vero sunt donata per consanguineos mulieris, debent restitui hæredibus mulieris. Bart. in *l.sed si plures.*§.*in arrogato ff.de vulg.& pupill.* & hanc esse communem * * opinionem, attestatur Roland. à Vall *cons.*10.*nu.*8.*& seq.lib.*1. vbi * * omnes citat pro vtraq; parte, & tandem dicit hanc communem, ** & magis * communem, & hanc communem * dicit Rom. *cons.*172. *nu.*1.*in fi.ver.quoad vltimum*, licet ipse ibi teneat contra communem, sequitur hanc partem Deci. *cons.*280.*Placet mihi.n.*4. vbi, quod frater dotando neptē ex fratre, censetur facere contemplatione fratris; & ideo dos dicitur profecta à patre. Ias. in *l. vt liberis.nu.*17. *C.de* 5 * *collat.* vbi dicit magis * communem. Castr. *d.cons.*428.*in princ.lib.*2.& * communem, & magis * communem dicit Iul. Clar. *d.*§.*donatio.q.* 10.*n.*2.*v.sed nunquid*, vbi alios citat. Vide etiam Mascard. *Concl.*726.

4 *Expensa factæ per coniunctum mariti*, vbi idem in expensis factis. † Cōtrarium tenet Bal. *cons.*62.*Facta super quibus.n.*3.*ver.super secundo.lib.*1. vbi, quod verius est, quod imo donata vxori per consanguineos mariti transmittūtur ad hæredes mulieris, ex quo donatio est perfecta, & *cons.*316.*Factum super quo.nu.*2.*ver.super secundo.lib.*4. Ang. de Petr. *cons.*339.*Nicolettus de Tartagnis nu.*3.*ver.si.non obstat, quod in eis non militat ratio, quod magis ornata incedat, prout in marito, vel sponso.* Bald. *cons.*422.*lib.*3. Rom. *cons.*172.*In proposito themate, nu.*2.*ver.sed secundum.* allegat tex. in *l.seruus communis.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Bar. *cons.*11. *Quæstio talis.lib.*2.*per tot.* & hanc partem tenet Rom. *cons.*172.*num.*2. vbi, quod dominium transit in vxorem, & ibi apost. dat concord. * plures, licet dicat contrariam Bart. esse cōmunem, & magis * com-5 munem. † Declara; quia in donatione facta propter nuptias vxori non distinguitur, an sit facta à marito, & de patrimonio mariti, vel sit facta à tertio contemplatione mariti, & de bonis tertii; quia semper mortuo marito, si extant filii, proprietas talis donationis est filiorum, & vxor habet tantum vsumfructum; & ratio est; quia hæc donatio propter nuptias fit propter superexistentiam filiorum, in aliis vero donatis, vel legatis distinguitur; quia donata, vel legata vxori alio titulo, quam propter nuptias, mulier est domina, & de eis disponit libere, siue sint à marito, vel contemplatione mariti; si vero agatur de perdenda proprietate propter transitum ad secunda vota; tunc bene distinguitur; quia donatorum à marito, vel legatorum, non propter nuptias. perditur proprietas; secus in donatis, vel legatis à tertio etiam contemplatione mariti; quia non perditur proprietas. Rom. plene *cons.*405.*Præsuppositis, in princ.* vbi apostil. in *ver.verius.* dat concor. & reddit rationem; quia text. in *auth. de nupt.* §.*si vero expectet.* inducens hanc priuationem, tanquam odiosus, non extenditur ad casum fictum, prout est donatio, vel legatum factum à tertio contemplatione mariti; quia 6 vere non est mariti, nisi per fictionē. † Declara; quia omnia donata, vel missa facta à consanguineis mariti vxori ipsius simpliciter sunt vxoris; ideo mortuo marito illa sibi retinet vxor; si vero sunt res missæ, vel datæ à marito, vel à quocunq; nomine, vel contemplatione expressa mariti; tunc restitui debent hæredibus mariti. Bald. 7 *cons* 422.*Factum tale est, Ser Ioannes.lib.*3. † Declara; quia in dubio donatio censetur facta contemplatione mariti, & ei quæritur per vxorem, nisi constet, quod ipsi vxori voluerint donare, & q̄ vxori, & non marito acquiratur; & ideo statur coniecturis, si extant, alias donata sunt mariti. Bisignet. *d.cis.*1.*de donat. inter vir.& vxor.n.*7.*vsq; in fi.ver.quoad alia donata*, sequitur Rol. à Val. *cons.*10.*Circa primum. n.*8.*& seq.v.circa secundum.lib.*1. & hanc partem tenet Sign. Homod. *cons.*49.*In quæst.col.*2.*circ.med.ver.nec obstat.* vbi, quod in dubio contemplatione mariti. † Contrarium tenet Bart. *cons.*11. *Quæstio talis,* 8 *lib.*2. vbi, quod inspicitur qualitas rei donatæ, vt si conueniant marito, sint mariti, si mulieri conueniant, sint mulieris, si mixta, vtrique quæritur, sed tamen Corne. *d.cons.*81.*nu.*38.*lib.*1. dicit non esse Bart. consilium, & illam distinctionem reprobat; quia in dubio nō præsumitur donatio, sed datū, vt ornatior incedat † Declara; quia 9 donata à consanguineis vxoris, maxime in domo sua, censentur contemplatione vxoris, & acquiruntur vxori, & è conuerso. Cast. *cons.*328.*in pr.v.& maxime*, & ita videtur loqui Signor. Homod *cons.* 49.*col.*2.*circa med.ver.nec obstat.* † Declara; quia vestes hominis nullo 10 modo sunt vxoris, & hoc est clarum; quia non conueniunt, vestes vero muliebres sunt vxoris, quando non sunt festiuæ, & pretiosæ, alias secus; quia præsumuntur emptæ, & traditæ, vt ornatior incedat, plene Bart. *d.cons.*50.*lib.*1.*circa fin. ver.secundo quæritur.lib.*1. quod duplicatur *lib.*2.*cons.*87.*Mathiolus.* † Amplia; quia donata, seu data 11 etiam per extraneos inuitatos ad nuptias censentur contemplatione mariti. Corn. *cons.*81.*Primus consultationis.n.*4.*ver.nec refert, quod neutri.lib.*1. † Amplia; quia si extraneus promisit dare vestes tales 12 tali puellæ, si nuberet Titio, siquidē per stipulationem, obligatur sine dubio; si vero sine stipulatione, est promissio, vt facias, & facto implemento datur actio; si vero promissio est, vt cures, quod nubat tali; & tunc est controuersia pro affirmatiua, & negatiua, & an valeat, vt donatio facta marito, vt lucretur ex forma statuti, nō affirmat, licet multi teneant, quod sic. Alex. *cons.*129.*super primo nu.* 14.*& seq.vsque in fi.lib.*7. † Amplia; quia vbicunq; aliquis cōsangui- 13 neus vel pater sponsi habens administrationem bonorum sponsi, vel debitor eiusdem sponsi dat ornamenta magni valoris, cēsetur dare de bonis spōsi, tex. est in *l.fi.ff.de petit.hæred.* vbi Bart. & alii, maxime Ang. ibi *in princ.* Bart. in *l.*1.§.*nec castrense.ff.de collat.bonor.* & idē tenet Ant. de Butr. *cons.*38.*in princ.* † Declarat tamen Alex. in addi- 14 tio. ad Bart. in *l.*3.§.*fi.ff.de muner.& hon.* procedere nisi propter diuitias, vel nobilitatem sponsæ præsumeretur donatio, sed loquitur in patre sponsi, cuius interest, non in alio, & ista declaratio procedit, quando aliæ coniecturæ non sunt in contrariū, veluti si fuisset verecundia, non facere, quia tunc censetur accommodasse. Felin. in *cap.super eo, il secondo.num.*3.*de testib.* † Amplia etiam in marito tra- 15 dente sponsæ futuræ vxori iocalia, vestes, & ornamenta; quia censetur animo concedendi ad vsum, non autem donandi. Corn. *cons.* 81.*in princ.* maxime *n.*10.*lib.*2.*ver.non obstantibus*, vbi loquitur in filia Ducis Vibini vxore Roberti Malatestæ, vt mortuo viro debeat restituere data à sponso, vbi dicit hanc esse fere * communem om- * nium sententiam, & *cons.*114.*In hac consultatione, n.* 7.*& in fi.lib.*4. & communem * dicit Alex. *cons.*115.*Viso tit.nu.*11.*lib.*7. quod non præ- * sumitur donatio in transmissis, vel datis sponsæ. Rota vt per Bisignet. *decis.*1.*de donatio.inter vir.& vxor.* vbi dicit * communem. Bart. *cons.*50.*Gilius, circa fi.lib.*1. & iterum *cons.*87.*Matthiolus.lib.*2. & plene Clar. in §.*donatio.q.*10.*n.*3.*ver.successiue quæro.* vbi, quod est communis * opinio, & quod ab ea in practica non est recedendum. † De- * 16 clara, vt per Rom. *cons.*146.*Ista quæstio, in prin.* quia quoad vestes, aut constat, quod animo donandi sunt datæ, & est donatio; aut animo non donandi, & sumus in claris; aut dubitatur, & distinguitur; quia si sunt parui pretii, & ad vsum quotidianū, & sunt vxoris; aut magni pretii, & in dubio non præsumuntur donatæ, sed datæ ad vsum, vbi dicit * communem, & eamdem distinctionē tenet Ang. * *cons.*339.*in princ.* qui aut constat de animo donandi, vel non, in dubio non præsumitur donatio in sponso, neq; marito, sed commodatum, vt incedat magis ornata; secus in consanguineis mariti, & hanc distinctionem communem * dicit Alex. *cons.*155.*nu.*11.*lib.*7.& * communem * Rol. à Vall. *d.cons.*10.*nu.*11.*in fi.ver.descendo ad tertiam.* * *lib.*1. sequitur Soc. Iun. *cons.*134.*nu.*38.*ver.restat nunc.lib.*1. vbi, quod, quæ sunt pretiosæ, vel non, statur arbitrio iudicis. Angel. *cons.*134. *Quidam nomine.* Ant. de Butr. *cons.*38.*nu.*4.*ver. ad secundum*, vbi apost. in *ver.ornatior*, dat plures concord. Alex. *cons.*42.*in fi.lib.*5. communem * dicit Rol. à Val. *cons.*10.*nu.*12.*lib.*1. plenissime Clar. in §.*donatio, q.*10. vbi, quod ista fuit distinctio Ang. *cons.*251.*Nicolettus de Tartagnis*, quam dicit communem, & magis * communem, & procedit. * siue sponsus, siue pater sponsi sit, qui mittat, & iterum *nu.*3. in fine quæst. dicit * cōmunem. † Extēde, vt idem sit, si datæ fuerunt nedū * 17 sponsæ, sed vxori, quia non confirmatur morte, ex quo censentur datæ, vt ornatior incedat, & maxime, quando esset cōsuetudo ista dandi, quia esset verecundia, non dare. Corn. *cons.*81.*n.*10.*& seq.lib.* 1. & q̄ istæ vestes datæ per maritum vxori traducendæ præsumātur

missæ,

missæ, vel ad vsum, vt ornatior incedat, datæ, & sint mariti mortua vxore. Anch. *consil.* 181 *Quæstio talis*, vbi dicit * communem. Rota, vt per Bisignet. *decis.* 1. *de donat. inter vir. & vxor. in princ.* vbi * dicit communem, & sequitur attestando de communi, Roland. à Vall. *consil.* 10. *num.* 11. *in fin. cum seq. ver. descendo ad tertiam. lib.* 1. Socin. Iun. * *d. consil.* 134. *num.* 38. *& seq. lib.* 1. vbi dicit * communem, & hanc partem tenet Rom. *consil.* 172. *in princip.* & quod spectent ista, quæ non sunt ad vsum quotidianum, hæredibus mariti. Alexand. *consil.* 42. *Super præmisso. num.* 12. *lib.* 1. Bart. & alij per illum text. *in l. si vt certo.* §. *interdum. ff. commod.* Angel. *consil.* 134. *per tot.* Alciat. *consil.* 241. *per tot.* Laur. Bart. plene *consil.* 50. *Gilius patri. num.* 3. *lib.* 1. qui loquitur in ve-
18 stibus festiuis, & ibi apost. *in ver. vestes festiuæ*, dat concord. † Restringe, nisi sponsæ, vel vxori sint donata ea, quæ sunt necessaria ad matrimonium, prout annulus sponsalium. Rom. *consil.* 146. *num.* 2. *ver. nunc vero.* Bald. *in l. ex testamento. num.* 10. *C. de collat.* & est communis * opinio, vt per Clarum *d.* §. *donatio. quæst.* 10. *num.* 3. *ver. successiue quæro.* Vide, *Annuli sponsalium an censeantur donati, & vxoris fi. ant.*
19 *Conclus.* 344. † Restringe; quia annuli & vestes, quæ sunt in vsu quotidiano data per maritum vxori censentur donata, & mortuo marito, vxor ea retinet. Alexand. *consil.* 42. *In causa. num.* 4. *lib.* 5. vbi, quod secundum conditionem personarum pro vsu quotidiano plures annuli, iocalia, & vestes censentur secundum morem famí-
20 liæ, & dignitatis. † Restringe; quia in sponsa, si constat de donatione spe futuri matrimonij, & vt sequatur matrimonium, valet, & non reuocatur, sed in vxore secus. Corn. *consil.* 114. *In hac consultatione. num.* 6. *lib.* 4. vbi tamen tenet, quod in dubio non præsumitur
21 * donatio, & dicit * communem. † Contrarium, quod imo donata sponsæ ante contractum matrimonium efficiantur sponsæ, dicit Bald. *in l. ex testamento. C. de collat. num.* 10. vbi hoc dicit verum,
22 quando remanserunt penes sponsam. † Declarat Bald. vbi supra quando non sunt iocalia magni valoris, quia tunc donata censen-
23 tur, & valet donatio; secus si sunt magni valoris. † Restringe, nisi donatio esset facta sponsæ per maritum, vel socerum in domo patris sponsæ, quia tunc donatio valet, neque indiget confirmatione mortis. Castr. *consil.* 428. *in princip. ver. sed si non erat desponsata. lib.* 2. quia ista, siue sit simplex donatio, siue sponsalitia largitas, non repetitur, sed remanent penes mulierem, ita Bald. ex mente Nicolai de Mattarel. *in l. ex testamento. num* 10. *C. de collat.* allegat text. *in l.*
24 *cum te. C. de donat. ante nupt.* † Restringe, quando essent donata ante matrimonium contemplatione futuri matrimonij; quia si matrimonium fuit sequutum, acquiritur ipsi sponsæ. Cast. *d. consil.* 428.
25 *in princip. ver. sed si non erat. lib.* 2. † Declara; quia si matrimonium non sequeretur culpa mariti, sponsa lucratur; si vero culpa vxoris, vel casu; tunc distinguitur; quia si interuenit osculum, valet donatio pro medietate, alia medietas restituitur; si non interuenit, cessat causa, & non valet. Castr. *d. consil.* 428. *circa principd. ver. sed si non*
26 *erat. lib.* 2. † Prout si non sequitur matrimonium culpa mulieris, tenetur restituere omnia. Roman. *d. consil.* 146. *num.* 2. *in fin. ver. eo autem casu.* Vide, *Cessante causa cessat effectus. Conclus.* 202. † Amplia,
27 vt procedat, etiam si sponsus, vel maritus dedit iocalia, & pretiosa per verbum, *dono*; quia adhuc censetur donasse solum quoad vsum. Corn. *d. consil.* 81. *num.* 14. *lib.* 1. cui consilio se subscripsit Bald. de Bartolinis, vt idem Corn. attestatur *lib.* 4. *consil.* 114. *in fin.* sequitur Roland. à Vall. *consil.* 10. *num.* 15. *ver. imo plus dicitur, lib.* 1. Alexand.
28 *consil.* 155. *num.* 11. *lib.* 7. Alciat. *consil.* 241. *num.* 11. secundum impressionem Lugdun. Laur. à Pin. *consil.* 110. Socin. Iun. *consil.* 139. *lib.* 2. † Extende; quia si donatio fit ad vsum, vt supra, vel vt ornatior incedat; tunc dominium rerum donatarum est mariti donantis. Corn.
29 *d. consil.* 114. *circa fin. lib.* 4. † Extende, etiam si pater sponsi dedit iocalia sponsæ in festo sponsalium; quia poterit illa repetere mor-
30 tuo filio marito. Ant. de Butr. *consil.* 38 *num.* 4. *ver. in dubio.* † Extende, vt idem sit, quando per alium missit dicta iocalia, vestes, & pretiosa; quia licet nuncius vsus fuerit verbo, *talis donat*, non tamen probatur mandatum ad donandum. Corn. *d. consil.* 81. *num.* 14. &
31 *seq. lib.* 1. † Non tamen firmat hoc verum esse. Roman. *consil.* 146.
32 Extende, † vt idem sit, etiam si sponsus, vel maritus mittens ista munera dixit nuncio, *vade, & dona ista nomine meo sponsæ meæ*; quia licet donauerit ad hoc, tamen non confirmatur morte; quia præsumitur quoad vsum tantum. Corn. *dict. consil.* 81. *num.* 16. *& seq. lib.* 1. qui dicit hoc procedere, quando erat verecundia ista non mittere; quia videtur ex quadam necessitate facere, & verbum, *dono*, impropriatur, & idem Corn. *consil.* 114. *in fin. lib.* 4. vbi, quod ita cum
33 eo consuluit Bald. de Bartoli. apud Ariminum. † Contrarium, quando maritus, vel sponsus donauit; quia si vsus est verbo, *dono*, tunc videtur donatio, quæ morte confirmatur. Rom. *consil.* 146. *Ista quæstio. n.* 3. *ver. & est tertius*, quem declarat, idem, quod efficiantur sponsæ donata ornamenta, tenet Ant. de Butr. *consil.* 38. *nu.* 4. *ver. ad secundum*, vbi secus dicit, quando essent donata talia ornamenta vxori. Ang. de Perus. *consil.* 339. *in princ.* vbi quod statur verbis, quæ denotant mentem; & idem tenet Rota Bisignet. *de Donatio inter vir. & vxor. decis.* 1. *num.* 4. *& seq. ver. quoad vasa & iocalia*, vbi allegat alios. Rom. *consil.* 146. Bald. *in auth. ex testamento. nu.* 10. *C. de collat.* † De- 34
clara, vt procedat contrarium, quando maritus non compellebatur donare, & sibi non erat verecundia; quia tunc expresse donando, donatio confirmatur morte; alias secus, sic distinguit Bisignet. *d. decis.* 1. *de donatio. inter vir. & vxor. nu.* 4. *& 5. ver. quoad vasa*, & clarius Corn. *consil.* 81. *n.* 19. *lib.* 1. vbi ita dicit intelligi debere Rom. & alios tenentes contrarium, sequitur hanc distinctionem Rolan. à Valle *cons.* 10. *nu.* 15. *& seq. lib.* 1. vbi complures concord. allegat, Castr. *cons.* 428. *Viso casu. n.* 2. *lib.* 2. *ver. etiam si fuit vsus.* † Restringe, nisi sponsa 35
prima donasset sponso; quia præsumeretur sponsus donasse reciproce. Ro. *cons.* 146. *n.* 3. *ver. item, & eo casu.* † Amplia in ornamen- 36
tis datis à patre sponsi ipsi sponsæ; quia censentur data, vt ornatior incedat, si non constat de animo donandi, Anton. de Butr. *cons* 38. *Quia maior, n.* 4. *ver. ad secundum.* Corn. *cons.* 114. *n.* 7. *lib.* 4. vbi, quod dicitur de marito, idem in socero dante, vel mittente ornamenta. Alexand. *consil.* 31. *Viso testamen, num.* 10. *ver. & per prædicta, lib.* 4. vbi idem in vestibus festiuis pretiosis, & iocalibus; quia non sunt donata. † Extende multo magis, si pater dedit vxori filij iocalia, & 37
ornamenta; quia censentur data, vt ornatior incedat, & accommodata, vnde possunt repeti. Ant. de Butr. *consil.* 38. *num.* 4. *ver. non obstat.* † Imo, si sunt penes filium & vxorem, post mortem pa- 38
tris tenetur computare in legitimam, vel restituere hæredibus. Alexand. *d. consil.* 31. *Viso testamento, num.* 10. *ver. & per prædicta, lib.* 4. Extende † maxime, quando filius haberet aliunde bona; quia 39
pater præsumitur de bonis filij dedisse, & expensas fecisse. Ant. de Butr. *consil.* 38. *circa princ.* Alexand. in additio. ad Bart. *in l.* 3. §. *fin. ff. de muner. & hon.* † Extende etiam in transmissis à marito, vel spon- 40
so, aut à patre ipsius mariti, vel sponsi; quia in eis non præsumitur donatio. Corn. *consil.* 65. *Consuluit d. Bald. in princip. lib.* 3. † Declara; 41
quia talia donata ad vsum restituuntur, vt nunc sunt tempore restitutionis, non autem restituuntur secundum pretium, & expensum. Alexand. in additio. ad Bart. *dict. l.* 3. §. *fin. ff. de muner. & honor.* Cast. *d. consil.* 358. *num.* 2. *lib.* 2. † Extende, etiam si extat statutum, 42
quod maritus lucretur medietatē dotis, & ornamentorum transmissorum, vel donatorum sponsæ; quia non propterea hæredes mulieris habebunt medietatem eorum, quæ donauit maritus, vel socer, seu transmisit. Corn. *d. consil.* 65. *per tot. lib.* 3. † Extende idem 43
in expensis nuptialibus per socerum, vel fratrem mariti factis; quia ipsi marito sunt ponendæ ad debitum. Bart. *in l.* 1. §. *nec castrense. ff. de collat. bon.* Rom. *consil.* 172. *col.* 2. *ver. quoad quintum.* Ang. per illum tex. *in l. fin. ff. de petitio. hæred.* Vide, *Donatio facta per sponsum sponsæ, & è contra, quando valet. Conclus.* 697. † Amplia, vt idem sit in socru, quæ 44
non præsumitur donare nurui ornamenta, sed vt magis ornata incedat. Corne. *d. consil.* 114. *num.* 6. *vsque in fin. ver. quantum pertinet, lib.* 4. *vsque in fin.* vbi, quod ista donata remanent in dominio donantium. † Amplia in tantum donata, seu data à marito, vel spon- 45
so, vxori, vel sponsæ censeri data, & accommodata, vt ornatior incedat, vt dominium sit ipsius mariti. Corn. *consil.* 114. *circa fin. lib.* 4. plenius Angel. de Perus. *consil.* 339. *num.* 3. vbi, quod potest maritus, vel sponsus de eis testari, & disponere; quia remanet dominus. Extende, † vt idem sit in patre mariti, vel sponsi; quia remanet 46
dominus, in tantum, quod data in die solemni nuptiarum sponsæ, vel vxori filij potest reuocare, & repetere. Ant. de Butr. *d. consil.* 38. *num.* 4. *ver. non obstat.* † Contrarium, quod iste vsus duret, donec 47
viuit mulier saltem vidua, late Alc. *consil.* 241. *per tot.* vbi multos allegat, & dicit neminem in hoc discrepare. Laur. de Pinu *consil.* 110. qui dicit, quod ex reuocatione infertur infamia vxori. Socin. Iun. *consil.* 139. *num.* 12. *lib.* 2. Rom. *consil.* 146. *in princip.* † Extende; quia 48
pater potest auferre donata filiæ, quando iuit ad maritum, si post effecta est vidua, & redijt ad domum patris. Corn. *consil.* 144. *Licet dicendum videatur, in fin. lib.* 2. † Extende in socero dante nurui ad 49
vsum; quia potest reuocare. Ant. de Butr. *cons.* 38. *n.* 4. † Contrarium 50
etiam in socero tenet Rom. *cons.* 146. *in pr.* quia donec viuit, non fit reuocatio vsus concessi. † Restringe; quia maritus, etiam si sit do- 51
minus eorū, quæ dedit vxori, vel donauit, & possit auferre; quia nō sunt vere donata; nō tamen solēt mariti ista auferre. Cor. *d. cōs.* 144. *in fi. lib.* 2. † Imo, q̄ maritus nullo modo possit auferre, neq; hęredes 52
mariti, donec vidua est vxor. Alc. *cōs.* 241. Laur. de Pinu. *cōs.* 110. Soc. Iun. *cons.* 139. *n.* 12. *lib.* 2. † Restringe; quia pater dando filiæ sponsæ 53
aliqua iocali cēsetur illi donare, Ang. *cōs.* 134. *in fi.* † Restringe; quia 54
hoc nō procedit in cō sanguineis secundū Ang. *d. cōs.* 339. *n.* 3. *ver. nō obstat.* † Amplia idē in pluribus fratribus in cōmunione viuētibus; 55
qa si dederūt vestes, & iocalia vxoribus, tenētur conferre inter se,

vt qui plus habet altero, vel compenset, vel restituat; quia nō cen-
56 sentur donata. Cast. *consil.* 358. *ad* 1. *num.* 2. *ver. circa* 2. *lib.* 2. † Amplia; quia si mittantur iocalia, vel alia pretiosa, prout vestes sponsæ per nuncium, qui dicat, *talis sponsus donat vobis ista iocalia*; quia non probatur donatio, nisi constet de mandato ad donandum. Bal. *in auth.*
57 *ex testamento, num.* 10. *C. de collat.* Corn. *consil.* 81. *num.* 14. *lib.* 1. † Contrarium, quod imo, etiam si dixit, *talis sponsus mittit vobis hæc iocalia*, censetur donatio, quādo fit sponsæ, tenet Nicol. de Mattarel. pro-
58 ut refert Bal. *d. Auth. ex testa. num.* 10. *C. de coll.* † Declara; quia si non constat de mandato mittentis in personam missi, nō probatur donatio, vtatur quibuscumque verbis; si vero constat de mandato, & res sint grandis valoris, etiam quod dictum sit, quod donat, intelligitur, vt ornatior incedat; si vero sunt parui valoris, & remanent penes sponsam, & valet donatio, siue simplex, siue sponsalitia liberalitas; quia non repetitur, ista est distinct. Bald. *Auth. ex testamento,*
59 *num.* 10. *ver. quæro hic C. de collat.* † Amplia in casu conuerso; quia donatio facta per maritum sorori vxoris suæ censetur facta in fraudem, vt donetur vxori, quando vltra consanguinitatē concurrunt aliæ præsumptiones, prout fraus in præiudicium tertij multiplicatio contractuum, & similia. Castr. *consil.* 193. *colum.* 2. *ver. ijs non obstantibus*, *lib.* 2. Vide ad ista omnia Mascard. *Conclus.* 563. *Donatio.* vbi, quod in dubio donata à sponso sponsæ præsumuntur, vt ornatior incedat, nisi sint res modicæ, & ad quas tenebatur; quia donatæ censentur; ea vero, quæ à consanguineis viri, censentur viro donata, nisi constet de mente contraria, vide eum, vbi quod donata ambasciatoribus censetur contemplatione eorum, non principis sui.
60 Limita † in vestibus quotidianis, & parui pretij datis à marito; quia censetur maritus illas dare in causam alimentorum; quia tenetur ad ista constante matrimonio, & victus nomine vestes continentur; & ideo soluto matrimonio donata vxori præsumuntur.
* Rom. *consil.* 146. *col.* 2. *ver. tertio casu*, vbi dicit * communem, prout etiam Soc. Iun. *consil.* 134. *num.* 38. *vsque in fi. lib.* 1. Alex. *d. consil.* 42. *lib.* 5. vbi apostill. Cast. *consil.* 358. *ad primum, num.* 2. *ver. circa secundum, lib.* 2.
* *& consil.* 428. *in princip. eod. lib.* 2. Ang. *consil.* 134. & magis * commu-
61 nem dicit Rol. à Valle *consil.* 10. *num.* 12. *lib.* 1. † Imo mulier lucratur istas vestes indistincte soluto matrimonio. Alex. *consil.* 42. *nu.* 12. *ver. nam exceptis, lib.* 1. vbi, quod reliquas vestes, non quotidianas habitas à marito restituit, & omnia alia bona, & apostil. *ibi ver. quoti-*
62 *dianum.* † Extende, vt quod dicitur de vestibus, idem sit de alijs ornamentis datis per maritum vxori; quia si sunt parui pretij, præsumuntur donata, alias secus. Rom. *in consil.* 146. *nu.* 3. *circa fin. ver. aut nulla donatio.* Soc. Iun. *consil.* 134. *num.* 38. *lib.* 1. *vsque in fin.* quia ea, quæ sunt in vsu quotidiano, siue vestes, siue annuli, & iocalia sunt mulieris. Alex. *consil.* 42. *In causa, & lite, per tot. lib.* 5. *& consil.* 42. *Super præ-*
63 *misso, num.* 12. *lib.* 1. Ang. *consil.* 134. *in fi.* † Extende maxime in annulis sponsalium, quibus fit matrimonium. Vide, *Annuli sponsalium.*
64 *Conclus.* 344. † Extende; quia vbicumque donantur muliebria à consanguineis viri, vel vxoris, sunt vxoris, & etiam ea, quę sunt ha-
* bilia pro vsu * communi sunt communia, & quæ ad vsum hominis, sunt mariti. Bart. *consil.* 11. *Quæstio talis est, lib.* 2. quod Corn. *consil.*
65 81. *num.* 38. *lib.* 1. dicit esse Sign. Homod. & non Bart. † Extende; quia non ponuntur in inuentario vestes quotidianæ parui valoris, & alia ornamenta. Soc. Iun. *d. consil.* 134. *num.* 38. *& seq. lib.* 1. vbi * di-
66 * cit * communem. † Extende in ijs, quæ possunt soli vxori conuenire; quia si sunt donata etiam à consanguineis mariti, censentur
67 ipsi vxori, non autem marito donata Bart. *consil.* 11. *lib.* 2. † Limita, quando mulier esset nobilis, vel diues, aut iuuenis, maritus vero esset ignobilis, vel pauper, aut senex; quia si non adest contraria coniectura, præsumitur donatio; secus si contraria concurrat. Fel. *in c. de catero, il secundo. num.* 3. *ver. & per istum tex. de testib.* Angel. *consil.* 5. *Andreas Ianis, circa fin.* sequitur. Alex. in additio. ad Bart. *in l.* 3. §. *fin. ff.*
68 *de mun. & honor.* qui loquitur etiam in socero dante ista. † Limita in donatis à consanguineis vxoris; quia contemplatione vxoris sunt donata, & ad vxorem spectant. Castr. *consil.* 428. *Viso casu, in pr. ver. idem dicendum.* Bart. & alij *in l. fed. si plures*, §. *in arrogato. ff. de vulg. &*
* *pupil.* & hanc * communem dicit Rol. à Valle *consil.* 10. *num.* 8. *lib.* 1.
69 Limitare † videtur Cyn. *in l. si à sponso, C. de donat. ante nupt.* vt sicut maritus lucratur medietatem dotis; ita mulier lucrari debeat medietatem donationis antenuptialis; & ideo sponsus cum primum osculatus fuit sponsam, non posset disponere de hac medietate lu-
70 crata. Flor. à sancto Petro *consil.* 21. *num.* 18. † Limita in ijs, quæ maritus fecit, & seu donauit non ex necessitate, prout sunt sudaria, pater noster, coronæ, bursæ, & alia, quæ aliquando dantur, sed non ordinarie; quia sunt vxoris post mortem mariti; quia morte confirmatur talis donatio. Castrens. *dict. consil.* 428. *num.* 2. *ver. sed in*
71 *alijs donatijs, lib.* 2. † Limita; quia vestes lugubres datæ mulieri sunt
72 donatæ. Socin. Iun. *consil.* 134. *num.* 39. *lib.* 1. † Limita, nisi constaret de contraria voluntate volentis libere donare; quia donatio confirmatur morte. Cast. *d. consil.* 428. *num.* 2. *lib.* 2. *ver. nisi de contraria.*

Donatarius primus præfertur secundo, & quando secus. Conclus. 699.

DONATARIVS † primus præfertur secundo, etiam si donans 1
secundo dederit possessionem rei donatæ, dummodo vel se constituerit possidere rem donatam nomine primi donatarij, vel eidem obligauerit, seu hypothecauerit bona donata. Oldrad. *cons.* 114. *Factum tale, quædam.* Alexand. *consil.* 25. *Viso testamento, in fin. ver. tertio principaliter. lib.* 3. Alexand. *consil.* 78. *Visis, col. fin. in princ. ver. quantum ad quartam partem, lib.* 4. † Extende, vt procedat, etiam in ca- 2
su statuti Vicentiæ de insinuandis donationibus, vt nisi sint intra annum insinuatæ, non præiudicent creditoribus, qui postea contraxerunt; quia si prima & secunda non sunt intra annum insinuatæ primus præfertur, ex quo secundus non potest dici creditor ex contractu. Cuma. *consil.* 173. *Galuanus, per totum.* † Extende, etiam 3
si sit donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quando sibi reseruauit aliqua bona, de quibus possit testari. Alexand. *d. consil.* 25. *in fin. lib.* 3. † Extende, vt idem sit, quando in prima do- 4
natione adest reseruatio vsusfructus; quia habet effectum traditionis; ideo posterior traditio facta non facit secundum præferri. Alexand. *consil.* 14. *circa primum, in fin. lib.* 1. vbi dicit * communem. *
Alexand. *consil.* 78. *Visis, col. fin. ver. quantum ad quartam partem, lib.* 4. Amplia; † quia si prima donatio est valida, & irreuocabilis, nō po- 5
test vllo modo donans præiudicare donatario per secundam donationem, siue fiat inter viuos, siue causa mortis. *l. si ante matrim. C. de donat. ante nupt.* vbi Bald. & alij. † Restringe, nisi prima dona- 6
tio esset in testamento facta in pœnam reuocationis testamenti; quia non valet, vel si valeret, est conditionalis conditione potestatiua; ideo non trahitur retro in præiudicium donationis, medio tempore factæ. Alexand. *consil.* 25. *Viso testamento, in princip. lib.* 3. Amplia; † quia prima donatio cum iuramento, quod perpetuo ob- 7
seruabit, nedum præfertur secundæ donationi cum simili iuramento, sed imo neq; donans potest conueniri ratione secundi iuramenti; quia non valet, tanquam contrarium primo iuramento. Guid. Pap. *decis.* 463. vbi allegat Specul. & alia iura. † Extende, 8
quia valet prima donatio facta filiæ cum constituto, & iuramento, & præfertur Hospitali, vel loco pio, cui secundo eadem donatio facta fuit. Dec. *consil.* 432. *Cum sit.* † Amplia; quia vbicumque de 9
eadem re fiunt plures donationes diuersis personis, semper præualet prima donatio facta inter viuos; quia cum dicatur actus perfectus, & irreuocabilis, *l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo. l. si quis argentum*, §. *pen. C. de donat.* §. *aliæ. Instit. eod. tit.* Soc. *consil.* 53. *num.* 5. *lib.* 4. *&*
consil. 226. *col.* 2. *lib.* 2. Soc. Iun. *consil.* 67. *num.* 14. *lib.* 2. & dicatur donatio contractus gentium validus, & irreuocabilis, siue incipiat à traditione, siue à stipulatione, siue etiam à nudo pacto. Socin. *d. consil.*
53. *num.* 5. *lib.* 4. igitur cum donator abdicauerit à se irreuocabiliter omne ius, quod habebat in rebus donatis, & transtulerit in primum donatarium, nō potest modo aliquo donare secundo. Abb.
consil. 55. *in quæst. nu.* 3. *ver. sed ijs non obstantibus, lib.* 1. † Extende; quia 10
prima donatio facta collegio religiosorum præfertur secundæ donationi factæ de eadem re alteri collegio religioso; quia nō potest reuocari sine causa, cum sit perfecta. Abb. *d. consil.* 55. *num.* 3. *lib.* 1. vbi maxime procedit à fortiori, quando primus donatarius habuit primo possessionem, per *l. quoties C. de rei vend.* † Restringe in do- 11
natione facta extraneo, & hæredi de eadem re; quia hæres non potest allegare se primum contra factum defuncti. Alexand. *d. consil.*
25. *Viso testamento in princ. lib.* 3. † Limita, quando mater donauit fi- 12
liæ quędam bona cum fructibus, & postea eidem filiæ donauit eadem vel alia bona, & sibi donatrici reseruauit fructus, quos donauerat in prima donatione; quia ex quo filia acceptauit hanc secundam donationem, sibi præiudicauit, licet de prima non sit facta mentio, Bald. *in l. fi. C. de nouatio.* dum allegat *l. Valerianus, ff. de prætor. stipul.* Dec. *in l. pacta nouissima. C. de pact. in princ.* facit Alexand. *consil.* 28.
In causa, & lite, col. 2. *lib.* 5. ideo si donauit fructus, tertio loco præfertur vltimus donatarius. † Limita; quia secundus donatarius præ- 13
fertur primo, quando donatio prima fuit de omnibus bonis præsentibus, & quę postea tempore mortis reperientur acquisita; quia donata interim secundo reperiuntur tempore mortis; ideo non debentur primo. Cal. *consil.* 326 alias 7. *de donat.* † Extende, etiam 14
si prima donatio sit facta pro se, & hæredibus, & cum pacto, quod non possit reuocari; quia si in dispositiua est facta mentio mortis, dicitur causa mortis. Dec. *consil.* 470. *col.* 2. & pactum, quod non possit reuocari, intelligitur secundū naturam actus, super quo in-
terponitur. † Limita, quando prima donatio etiam cum consti- 15
tuto,

tuto, & iuramento esset facta absenti, & secunda esse facta præsenti, antequam primus donatarius acceptasset. Dec. *consil.* 432. *Cum sit in fin.* Vide, *Emens primus, an secundus præferatur. Concluſ.* 144. Vide, *Vendens rem duobus, præfertur emptor, cui res est prius tradita. Concluſ.* 64. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de emptio. & venditio. Concluſ.* 2. *In venditione ille est præferendus.*

Donatio facta concubinæ quando valeat, vel non. Concluſio 700.

1 DONATIO † facta concubinæ, & cuicumque alteri personæ inhonestæ, valet regulariter, *l. affectionis, ff. de donat. l. donationes, ff. eod. tit.* Rom. *consil.* 43. *Ad primum, num.* 5. *ver. ad quartum*, vbi, quod apost. dat concord. *in ver. fore.* Anch. *consil.* 247. *Quæstio talis, in princip.* Ias. plene *conſ.* 37. *Pro veritatis, & iustitiæ, lib.* 3. *per tot.* Menoch. *de præ-*
2 *sumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 51. *num.* 12. *& seq.* † Contrarium, quod imo hodie non valeat donatio facta concubinæ à quocumque; quia concubinatus de iure canonico est prohibitus, & dicitur concubi-
3 na inhonesta persona. † Declara, vt plenissime Lancellot. Galli. *in tract. de stat. q.* 3. *tom.* 2. *fol.* 298. vbi cumulat hinc inde, & plene declarat, quando donari eidem, vel legari possit, & quando non.
4 Declara; † quia licita est donatio, & valet facta etiam meretrici, quæ palam pluribus, & indistincte se prostituit, vt declarant Bald. & Salyc. *in l. palam, ff. de ritu nupt.* Castr. *dict. l.* 4. § *sed quod meretrici, ff. de*
5 *cond. ob turp. cauſ.* † Declara; quia si donatio fit concubinæ ex causa coitus prohibiti; quia ex turpi causa, non valet, neque legatum; si vero simpliciter, valet; quia præsumitur ob benemerita, vel vt possit viuere honeste; ideo valet. Ant. de But. *consil.* 14. *per tot.* maxime
6 *in fin.* † Amplia; quia valet donatio facta etiam à militibus nostri temporis; quia non sunt veri milites. Bald. *consil.* 248. *Quæritur, vtrum, lib.* 1. *& consil.* 267. *eod. lib.* 1. quod duplicatur. *lib.* 5. *consil.* 447. & rationes ponit Bald. *consil.* 262. *Recolo me consuluisse. in prin. lib.* 1. *& cons.*
7 446. *lib.* 5. † Contrarium tenet Roma. *cons.* 43. *num.* 5. vbi quod licet donans non sit propriè miles secundum iura; tamen si quotidie in
8 armorum exercitio versatur, reputatur miles. † Declara; quia in casibus, in quibus valet donatio facta concubinæ debet intelligi, dummodo donans, si habet fratres non donet omnia bona, neque in immensum, quia sicuti instituta turpi persona fratres reuocant,
9 ita facta donatione in immensum, arg. *l. fi. C. de inoffi. donatio.* † Amplia; quia valet donatio facta à Duce Mediolani suæ concubinæ; quia licet Princeps se commilitonem appellet; tamen illius donatio facta concubinæ valet. Bald. *consil.* 248. *Quæritur, vtrum, & consil.* 267. *lib.* 1. *& cons.* 447. *lib.* 5. & idem Bald. *consil.* 262. *Recolo me consuluisse, lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 5. *consil.* 446. vbi, quod censetur derogasse legi contrariæ; & quia Princeps non est proprie miles, sequitur apostil. ad Roma. *consil.* 43. *in ver. magnificis.* vbi allegat ista con-
10 silia, & sequitur. † Extende maxime, vt valeat donatio facta à Principe suæ concubinæ, si interuenit traditio; quia morte confir-
11 matur. Bald. *consil.* 267. *num.* 8. *lib.* 1. *& consil.* 447. *num.* 2. *lib.* 5. † Extende, quia valet donatio facta à Principe Duce Mediolani suæ concubinæ existenti in patria potestate cum hoc, quod non acquiratur alicui; quia ipsa viuente valet, nec transmittit ad patrem, neque ad filios; quia censetur personalis donatio. Bald. *consil.* 262.
12 *num.* 3. *ver. sequitur aliud lib.* 1. & duplicatur *consil.* 446. *lib.* 5. † Amplia; quia nedum donari, sed etiam legari potest concubinæ. Angel. *consil.* 171. *l. qui concubinam, in princip. & l. item legata, §. parui autem, ff. de leg.* 3. Ant. de Butr. *consil.* 14. *in fin.* vbi ponit rationem; quia præ-
13 sumitur facta, vt honeste viuat, vel nubat. † Extende; quia potest hæres instituì concubina. Ias. *consil.* 37. *col.* 2. *ver. confirmantur prædicta.*
14 Natt. *consil.* 559. *circa fin.* † Restringe; quia licet possit legari, vel donari concubinis; tamen quia sunt turpes personæ, non possunt hæredes instituì, si testator haberet fratrem; quia erit locus querelæ inofficiosi. Angel. *consil.* 171. *ver. de secundo.* vide plenam apostillam Caballi. ad Ant. de Butr. *consil.* 14. *in ver. turpis.* vbi citat plures,
15 quibus adde Roland. à Valle *consil.* 87. *num.* 14. *lib.* 3. † Declara; quia si in testamento, in quo concubina instituere tur hæres, adesset clausula codicillaris; tunc frater teneretur deducta Trebelianica restituere concubinæ residuum ex fideicommisso. Angel. *d. consil.* 171. *numer.* 2. *ver. de tertio, vsque in fin.* Ant. de Butr. *consil.* 14. *in fin.*
16 Amplia; † quia etiam milites, Clerici, & alii prohibiti donare concubinæ, vel legare, legant, & donant valide alienis concubi-
17 nis; secus propriis concubinis. Natt. *consil.* 559. *num.* 6. † Extende; quia valet donatio facta per clericum septuagenarium, vel octuagenarium mulieri cum eo moranti ob seruitia, etiam quod esset inhonesta, si non probatur suspecta vita cum clerico; quia cessat in
18 eo suspitio rei venereæ. Natt. *consil.* 559. *per tot.* † Limita, quia non valet donatio facta per militem concubinæ suæ, *l.* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor.* apostil. ad Roma. & Roman. *consil.* 43. *num.* 5. *in ver. miles.* quam plurimos allegat, Decian. *consil.* 132. *num.* 1. Ias. *consil.* 37. *lib.* 3. vbi reddit duplicem rationem in fi. vide licet quia maior honestas in milite; item quia publica vtilitas, ne spolietur miles, quod intellige de veris militibus populi Romani. Bald. *d. consil.* 446. *lib.* 5. *in princip. & consil.* 262. *lib.* 1. Angel. *consil.* 171. Petrus Capobranci, *in princip.* Anchar. *consil.* 247. *in princip.* Capel. Tolos. *decis.* 141. vbi apostilla allegat, qui sint milites, & vtantur priuilegio militari. † Extende; 19
vt procedat, etiam si non sit vere miles, dummodo in armis versetur. Rom. *consil.* 43. *num.* 5. *ver. vnde puto.* † Extende etiam in Baro- 20
nibus, & Domicellis, seu magnificis viris; quia licet vere non sint milites; tamen quia profitentur se commilitones. non possunt donare concubinæ. Rom. *d. consil.* 43. *num.* 5. *ver. item quia.* vbi apostil. *in ver. magnificis.* dat plurimos concord. † Extende; quia sicuti non 21
potest donari per militem; ita neque potest legari concubinæ. Angel. *consil.* 371. *in princip.* † Restringe limitationem, vt non pro- 22
cedat, quando iurata esset donatio facta per militem concubinæ; quia valeret. Rom. *consil.* 43. *Ad primum quæsitum, num.* 5. *ver. aduertendum.* Bauer. *in tract. de virtu. iuramen. ver.* 25 *mouetur.* Rom. *dict. consil.* 43. *num.* 5. quia sicuti confirmatur donatio inter virum & vxorem secundum magis * communem, de qua etiam Vrsil. in additio. ad * Afflict. *decis.* 102. *num.* 2. ita etiam inter concubinam, vbi apostil. ad Roman. *in ver. concubinam.* dat concordan. vt sit eadem ratio. Con- 23
trarium † tenet Crauet. *consil.* 229. *per tot.* vbi reprobat Roman. quia ius canonicum reprobat concubinatum, & standum est in hoc iuri canonico saltem in donatione facta à clerico. Rip. *in l. miles, numer.* 12. *ff. de re iud.* sequitur apostil. ad Roman. *dict. consil.* 43. *in ver. concubinam.* plene Vrsil. in addit. ad Afflict. *decis.* 102. vbi allegat Capr. *consil.* 127. & alios. Roland. à Valle *consil.* 98. *per totum, lib.* 1.
Declara † forte, vt valeat donatio facta concubinæ cum iura- 24
mento, quando non stat actu amplius in concubinatu. Capic. *decis.* 102. † Contrarium, quod sine lege loquatur. Vrsil. dict. addit. ad 25
Afflict. *decis.* 102. *in princip.* † Declara; quia imo valet sine iuramen- 26
to, quando non est amplius concubina. Guido Pap. *consil.* 115. *in princip.* † Declara; quia magis de facili substinetur donatio cum 27
iuramento facta à milite mundano, quam à clerico, vel milite cœlesti, cui minus conuenit concubinatus. Crauet. *consil.* 229. *num.* 12. *ver. tertio principaliter.* Roland. à Vall. *consil.* 98. *num.* 37. *& seq. lib.* 1.
Restringe; † quia valet donatio remuneratoria facta à milite, vel 28
clerico concubinæ. apostill. ad Roman. *consil.* 43. *in ver. miles.* allegat Anchar. *consil.* 247. *Dubium facit.* alias incipit, *Quæstio talis*, & Afflict. *decis.* 102. *Legatum factum.* cum alijs, quos videas ibi per Vrsil. in apostil. quia benemerita faciunt recedere à regulis iuris. Decian. *in l. si donatione. num.* 8. *& 9. C. de collat.* † Restringe limitationem, vt li- 29
cet non valeat donatio facta à milite concubinæ, tamen valet facta pro dote filiæ ipsius concubinæ; quia persona, cui acquiritur, consideratur, non fistula, per quam transit. Bald. *consil.* 351. *Quæritur, vtrum. nu.* 4. *vsque in fi. ver. restat ergo. lib.* 3. vbi, quod nec insinuatio est
necessaria pro dote, & plenius *consil.* 262. *nu.* 2. *ver. sequens quæstio. lib.* 30
1. *& consil.* 446. *lib.* 5. *num.* 8. *ver. sequens. quæstio.* † Limita in milite cœlestis militiæ; quia non valet donatio clerici facta concubinæ. Bar. *in l. affectionis, circa fin. ff. de donat.* sequitur Ias. *in l. miles. nu.* 15. *ff. de re iud.* Dec. *consil.* 132. Ang. *d. consil.* 171. *in princ.* apostil. ad Rom. *cons.* 43. *in ver. miles*, vbi allegat multos concord. Anch. *d. consil.* 247. *in princip* plene Natt. *consil.* 559. *per totum.* Lancellot Galli. *de statut. q.* 4. *num* 10. *& seq.* Afflict. *decis.* 10. *& seq.* Afflict. *decis.* 102. Bart. Bald. & Salyc. *in l.* 2. *C. de donat.* † Extende; quia non valet donatio, neque legatum cleri- 31
ci factum concubinæ, seu meritrici. Ang. *d. consil.* 171. *in princ.* Nat. *in consil.* 559. *per tot.* vbi limitat, quando non probatur vsus carnalis. Extende, † etiam si sit firmata iuramento donatio facta per cle- 32
ricum concubinæ; quia non valet. Crauet. *consil.* 229. *per tot.* Rol. à Val. *cons.* 98. *per tot. lib.* 1. vbi, quod iuramentum nihil operatur. Rip. *in l. miles. num.* 10. *ff. de re iud.* † Extende, vt neq; valeat fauore piæ 33
causæ, puta si concubina clerici donasset piæ causæ; quia si non valet prima facta concubinæ, neq; valet secunda. Anch. *d. cons.* 247. *in fi. & per tot.* Extende; † quia neque statur assertioni talium pro- 34
hibitorum; quod propter seruitia & seruitutem donauerit, nihiliter constet, quam ex assertione. Dec. *cons.* 132. *n.* 2. *& per tot.* vbi * di- *
cit communem. † Extende; quia neq; valent emptiones factæ per 35
clericum nomine concubinæ etiã si dicat, emere de pecuniis concubinæ; quia præsumitur pecunia clerici, & nõ valet emptio. Dec. *cons.* 132. *n.* 2. *vsque in fi.* † Extende; quia neq; valet in vim seruitiorum 36
præstitorum, qñ non probantur seruitia, & salariũ conuentũ; quia expensæ solæ debentur cõcubinæ clerici. Dec. *d. cons.* 132. *in fi.* † Ex- 37
tende in tãtum prohiberi donationẽ clerico, & militibus, ac alijs, de quibus supra, vt etiã repetat donata, & tradita, vide Vrsil. qui ꝓ vtraq; allegat d. addit. ad Affli. *decis.* 102. *n.* 5. *& seq.* † Restringe; quia 38
valet donatio facta concubinæ de præterito, & legatũ, si tempore

donatio-

donationis, vel legati amplius non est concubina clerici. Guido.
39 Pap. *consil.* 115. *Dominus Ioannes, in princ.* † Restringe non procedere quando donatio concubinæ fieret ob benemerita, & constaret de eis aliter, quam per assertionem donantis; quia valet donatio sacerdotis facta concubinæ eo casu. apost. vlt. ad Bartol. *in l. affectionis. in ver. cœlestis, in fin. ff. de donat.* allegat Petr. de Anch. *consil.* 247. *Quæsto talis*, vbi late Tiraq. *in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in ver. donatione largitus. num.* 22. *& seq.* Dec. *consil.* 132. *num.* 2. sequitur Vrsil. in addit. ad Afflict. *decis.* 102. *in princip.* in qua decisione ita fuisse iudi-
40 catum attestatur Afflict. † Et procedit restrictio etiam, quod adsit iuramentum donantis; quia debent seruitia probari. Rol. à Val.
41 *consil.* 98. *num.* 44. *& seq. lib.* 1. † Limita, vt non solum miles prohibeatur donare concubinæ, sed etiam persona magnifica armorum dedita exercitio militari. Rom. *d. consil.* 43. *num.* 5. *ver. ad quartum.* vbi
42 apost. *in ver. magnificis.* † Limita; quia mulier inhonesta concubina, in qua coitus punibilis versatur, prout si est adultera, ex quo versatur turpitudo, non potest ab eo, qui coitum punibilem cum ea habuit, aliquid capere ex donato, neque ex legato, neque ex institutione. Ias. *consil.* 37. *col. fin. ver. quædam sunt*, sequitur Vrsil. in addit. ad Afflict. *decis.* 102. *num.* 3. vbi alios allegat, idem repetit per
43 omnia Ias. *in l. miles. ff. de re iud. num.* 15. *vsque in fi.* maxime *num.* 18. † Et quod mulieri nuptæ viuenti in concubinatu non possit donari, propter damnatum coitum. Io. Pet. Bim. *consil.* 40. vbi *nu.* 4. *fol.* 113.
* de * magis communi. Bursat. *consil.* 205. *nu.* 19. *lib.* 2. Purp. *consil.* 305.
44 *num.* 13. *& consil.* 404. *num.* 9. † Extende; quia donatio facta adulteræ non valet. Castr. *in l.* 4. §. *sed quod meretrici. ver. quia committit adulterium. ff. de cond. ob turp. caus.* Cy. & Salycet. *in l. cum te. C. eod. tit.* Abb.
45 *in c. quia persona. num.* 14. *de immunit. Eccles.* † Extende, etiam si donatio esset iuramento firmata; quia præstitum est super re improbata vtroque iure, & contra bonos mores; ideo non valet. *c. non est obligatorium, de reg. iur. in* 6. Ias. *consil.* 37. *col.* 2. *in fin. lib.* 3. Alexand. *consil.* 49.
num. 17. *lib.* 4. *& consil.* 99. *num.* 9. *lib.* 6. quia adulterium est punibile quoad ipsam mulierem, etiam si viuat impudice, & meretrix. gl.
46 *l. quæ adulterium. C. de adulter.* † Limita; quia non valet donatio facta à priuato concubinæ futuræ. Alexand. in addit. ad Bartol. *in d. l. affectionis, in princip. in ver. affectionis. ff. de don.* allegat Angel. *in l. miles.* §.
47 *mulier. ff. de testam.* † Limita in Doctore, & Aduocato; quia non
* possunt donare concubinæ, prout nec miles, communem * dicit Vrsil. in addit. ad Afflict. *decis.* 102. *in fi.* Ias. *in l. miles, ff. de re iud.* Alex.
48 in addit. ad Bart. *in d. l. affectionis. ff. de donat. in ver. cœlestis.* † Extende idem in Licentiato. Vrsil. d. apostil. ad Afflict. *decis.* 102. *in fin.* De-
49 clara † omnes limitationes, quod non liceat donare concubinis, vt procedant, si constat de concubinatu, vel quod donans, seu legans habuit rem cum ea; quia non sufficeret probare, quod sit inhonestæ vitæ, vel meretrix. Natt. *consil.* 559. *in princip. & per tot.* Vide plene, *Concubinæ qui donare possint, vel non. Concluſ.* 568. Vide, *Meretrix quæ dicatur, & de quibus sit capax, vel non. Concluſ.* 211.

Donatio filio naturali, vel spurio quando valeat. Concluſio 701.

1 DONATIO † facta per patrem filio naturali & è contra valet. Rom. *consil.* 43. *Ad primum. num.* 2. *ver. ad secundum, & consil.* 397.
2 *in principio.* vbi apostil. † Extende; quia imo filij naturales possunt hæredes institui, si non extant filij legitimi & naturales. Rom. *cons.* 43. *num.* 3. *in tertio dubio.* vbi apostill. *in ver. quod sic*, dat concord. & al-
3 legat Cauet. *consil.* 200. *num.* 9. qui declarat. † Imo procedit extensio etiam, quando extant filiæ legitimæ & naturales, quæ renunciarunt cum iuramento; quia perinde est, ac si non extarent, dummodo non in fraudem fecerint. Rom. *d. consil.* 42. *in tertio dubio.*
4 vbi apostil. *in ver. quamuis.* † Extende; quia etiam filio spurio possunt donari, vel legari alimenta, & valet donatio, vel legatum.
5 Guido Pap. *consil.* 115. *num.* 2. † Amplia; quia valet donatio facta per patrem filiæ quantumcunq; naturali etiam de omnibus bonis
* præsentibus & futuris, reseruato vsufructu, secundum * communem, de qua Doct. *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & in l. fi. C. de pact.* quia filiæ naturali potest donari, *l. licet C. de natural. liber.*
6 Extende; † quia valet, etiam si pater donans habeat fratres; quia licet dici soleat, quod frater habeat querelam contra testamentum fratris instituta turpi persona, qualis est naturalis, & spurius. Ias. *in l. fratres. C. de inoffic. testam.* tamen id non procedit, quando frater donauit, seu instituit propriam filiam naturalē, ita Mart. Laud.
in quæst. de legitimat. num. 144. *ver. vlterius fui interrogatus de tali casu.* vbi
7 quod ita consuluit. † Limita; quia donatio patris facta filio naturali legitimata non valet, sicut neq; facta filio legitimo & naturali; quia per legitimationem cadit sub patria potestate; ideo non valet, nisi cõfirmetur morte, vel nisi confirmetur iuramẽto. Alex. plene *cons.* 8. *Visis & consideratis, per tot. lib.* 2. vbi pro vtraque parte allegat, quod iuramento non fiat efficax, & irreuocabilis, & plena apostilla *in ver. quod non.* dat concor. postea tenet contrarium, quod imo valet, & à principio confirmatur iuramento, *n.* 2. *& seq.* & apost. *in ver. propter*, dat concord. infinitos, & *in ver. firmetur.* Vide, *Donatio patris filio in potestate existenti quando valeat, vel non. Concluſ.* 673. *num.* 54. *& seq.* † Limita; quia spurijs non potest pater donare. Rom. *cons.* 8
43. *Ad primum, num.* 2. Vide, *Spurij non possunt hæredes instituí, & quando secus. Concluſ.* 418.

Donatio non præsumitur, vbi alia coniectura capi potest. Concluſ. 702.

DONATIO † non præsumitur in fratre dotante sororem, ad 1
quam obligatus erat, quod voluerit de suo donare, & obligationem non extingui; quia imo censetur soluere, tanquam obligatus & sic dotem dare animo compensandi, licet simpliciter dotem soluerit. Anch. *consil.* 7. *num.* 6. *ver. secundo veniens propius, vsq; insi.* Rom. *consil.* 172. *In proposito, circa princ. ver. fin autem.* † Extende; quia 2
multo minus præsumitur donatio in extraneo renunciante exceptioni non numeratæ pecuniæ, maxime, si agitur de magna quantitate. Fulg. *consil.* 192. *Quidam emit, in princip.* † Et in dubio actus 3
præsumitur factus eo modo, quo magis vtilis est facienti, etiam si esset donatio dubia, & debet intelligi ex causa præcedenti, & magis vtili, & minus damnosa, plura Cauet. *consil.* 106. *num.* 8. *& seq.* Vide, *Actus quando omni meliori modo censeatur factus. Concluſ.* 137. Amplia; † quia in dubio donatio non præsumitur, vbi alia conie- 4
ctura capi potest. Petr. de Anch. *consil.* 32. *Subtiliter & copiose, nu.* 10. *& seq. ver. tertio probo.* & latius *cons.* 106. *Dubitatur. vt infra in pr.* vbi, quod pater consentiens filio donanti bona, in quibus pater habet vsumfructum, non inducit remissionem vsufructus; quia actus potest valere sine remissione. Alex. *consil.* 114. *Super eo. in fin. lib.* 3. vbi apost. *in ver. coniectura*, dicit, quod vbi alia coniectura capi potest, nunquam præsumitur donatio. Anch. *consil.* 180. *nu.* 12. Rom. *consil.* 445.
num. 7. *l. si cum aurum.* vbi Bart. Castr. & alij. *ff. de solutio.* Alexand. *cons.* 40. *super primo. num.* 4. vbi apostilla *in ver. coniectura, lib.* 4. *& consil.* 87.
Accurate num. 15. *ver. secundo, lib.* 6. † Extende in eo, qui renunciat 5
exceptioni non traditæ rei, vel non numeratæ pecuniæ; quia fit non animo donandi, sed spe futuræ traditionis; quia in dubio non præsumitur donatio, vbi alia coniectura capi potest. Fulg. *consil.* 192.
in princip. † Extende; quia magna coniectura, quod is, qui erat 6
creditor ex instrumento, fuerit satisfactus, postquam viuens per viginti annos nunquam petiit debitum ne videatur donare; ideo si testes duo deponunt de confessione parte præsente probant, etiam si non recordentur de tempore; quia si dixit se satisfactum, coniectura ista multum adiuuat. Alex. *consil.* 185. *Viso processu, per tot.*
maxime *num.* 8. *ver. accedit etiam alia coniectura, lib.* 7. † Extende, vt 7
multo magis hoc procedat in muliere; quia genus mulierum auariſſimum est, & non præsumitur mulier donare. Pet. de Anch. *consil.*
22. *num.* 2. *in fi. & num.* 3. *ver. aut dubitatur.* † Imo in muliere potius 8
præsumitur error iuris, quam donatio. Cuma. *consil.* 37. *Quidam legauit, in fin.* † Extende inter coniunctos. Alexand. *in consil.* 137. 9
In causa & lite. ad fin. lib. 2. & maxime, vbi non est cœptum à traditione. Bart. *in l.* 1. §. 1. *ff. de donat.* † Extende, vt neque donatio præsu- 10
matur inter consanguineos, nisi circa descendentes. Pet. de Anch.
d. consil. 22. *num.* 3. *ver. & licet hoc lex.* † Extende, maxime, quando 11
donatio esset de quantitate non contemnenda. Ruin. *consil.* 171.
Consideratis accurate, col. pen. ad fin. lib. 1. qui etiam loquitur in causa dotis, & *consil.* 162. *Quæstio prima, num.* 11. *& seq. lib.* 3. † Declara; quia 12
si concurrant hæc tria, consanguinitas, taciturnitas longi temporis & sæpius calculata ratio, iuxta text. *in l. Procula, ff. de probat.* bene inducitur donationis præsumptio. Afflict. *decis.* 13. *nu.* 12. latius Tiraq.
de retract. §. 1. *gl.* 4. *ver. octauo, istis annecte.* Vide, *Solutio quando & ex quibus præsumatur. Concluſ.* 345. † Extende; quia si duo fratres stant si- 13
mul in communione, & filia vnius illorum dotetur de bonis communibus, patruus licet sit consanguineus, non præsumitur donasse suam medietatem, ex quo subest alia causa, quam donandi, puta quia ipse quoq; habebat filiam, quæ debebat dotari; quia præsumitur animus, vt etiam sua filia de communi dotaretur. Castr.
plene *consil.* 96. *circa fin. lib.* 2. sequitur Ruin. *consil.* 171. *lib.* 1. vbi tuetur Castrensem aduersus Socin. qui Castrensem reprobat. *consil.* 5. *in secundo dubio, lib.* 4. *& consil.* 291. *lib.* 2. † Contrarium tenet Soc. *consil.* 14
291. *lib.* 2. *& consil.* 50. *lib.* 4. & idemmet Cast. sibi contrarius *consil.* 211.
Ad primum respondetur, lib. 2. *nu.* 2. vbi, quod attinentes dantes dotem censentur animo donandi. † Declarat idem Castr. *d. cons.* vbi re- 15
sponder ad text. *in l.* 1. §. *accedit. C. de rei vxor. actio.* & dicit, quod ille text. procedit, quod dotatio à consanguineo præsumitur animo

donan-

16 donandi, quando non extat pater, qui tenetur dotare. † Declara; quia si soluens esset administrator mulieris dotatæ, etiam quod sit consanguineus, præsumitur soluisse de bonis mulieris, quæ administrat, & tanquam administrator. Castr. *consil.211.num.2.lib.2.*
17 vbi dicit idem, si esset debitor mulieris. † Extende; quia patruus, qui alimentauit neptem infantem, & diuitem, non præsumitur donasse alimenta, cum esset administrator bonorum pupillæ.
☞ Anchar. *consil.435. Præmittendum est.* Vide, *Alimenta qualiter petantur,*
18 *vel repetantur, Concluſ.300.* † Extende; vt etiam mater adhibita ad stipulandum dotem filiæ, censeatur vt ministra, non autem animo donandi, & generaliter quis semper potius cēsetur adhibitus, tanquam minister alterius quam quod inducatur donatio. Anchar. *consil.32.num.10. ver. vnde si mater*, vbi ampliat, etiam si interuenit traditio; quia potius, vt ministro censetur facta, quam
19 animo donandi. † Extende in fratribus diuidentibus cum clausulis generalibus de non contraueniendo, qui non censentur remittere fideicommissum; quia esset donare, ex quo alia coniectu-
20 ra sumi potest. Alexand. *dict. consil.40. num.4. lib.4.* † Restringe circa descendentes; quia in eis parentes præsumuntur conferre titulo donationis de facili. Anchar. *dict. consil.22.num.3.vers. & licet hoc*
21 *lex.* † Declara; quia pater negotians filij emancipati nomine censetur filio donare; secus si filius non est emancipatus; quia censetur concedere illi in peculium tantum, & tenebitur alijs communicare fratribus mortuo patre. Bald. *consil.470. Notandum est,*
22 *lib.5.* † Restringe in ijs, pro quibus potest quis stipulari; quia illis stipulando videtur illis acquirere, & consequenter donare. Petr.
23 de Anchar. *dict. consil.32.num.10. ver. fallit in ijs personis.* † Restringe, vbi alia coniectura quam donationis capi non posset; quia tunc donatio præsumitur, vt actus valeat. Petr. de Ancharan. *d. consil.32. in*
24 *princip. & per tot.* † Amplia in marito versus vxorem; quia si concedit bona dotalia in emphyteusim cum onere, quod libere dimittantur vxori per emphyteutam in casu restitutionis censetur vt minister, non autem animo donandi melioramenta de suo em-
25 phyteutæ. Bald. *consil.368. Casus, vir fundum, lib.3.* † Extende; quia si maritus mittat iocalia sponsæ, vel vxori, quæ debet visitari, non censetur donare; quia coniectura est, vt ornatior sit pro honore mariti. Anchar. *consil.181. Quæstio talis per totum.* vbi de * communi.
26 † Imo dando annulos pretiosos post matrimonium non præsumi-
27 tur donare. Zabarel. *cons.43.* † Extende, etiam si maritus confiteatur dotem ad fauorem vxoris nobilis, & seu iuuenis; quia non præsumitur animo donandi, licet ipse sit senex, vel ignobilis. Roman.
28 *consil.445.num.7.* † In contrarium est * communis opinio, vt apo-
☞ stil. ibi in *ver. animo donandi.* Vide, *Dos confessata per maritum debetur*
29 *vxori, & quando. Concluſ.748.* † Restringe, quando talis maritus disparis conditionis aliquid traderet vxori; quia tunc præsumitur
30 animo donandi. Rom. *consil.445. num.8. ver. quin imo.* † Amplia; quia etiam fauore dotis potius præsumitur error in soluēte, quam donatio, si alia coniectura capi potest. Bald. *consil.120. Quidam Auidius, lib.5.* Castren. *consil.96. in fin. lib.2.* Corne. *consil.124.num.6. lib.1.* plene Mascard. *de probat. Concluſ.571. num.12. & 13.* Ruin. *consil.*
171. *Consideratis accurate, col. penul. ad fin. lib.1. & cons.162. Quæstio prima,*
31 *num.11. & seq. lib.3.* † Contrarium Socin. *consil.5.num.11. & seq. lib.4.*
32 cum aliis, quos Mascard. *d. concluſ.571. num.13.* † Amplia in tantum non præsumi donationem, vt potius præsumatur fatuitas, item error etiam in facto proprio, item inutilitas actus, imo & delictum, plene Crauet. *consil.666. Impugnatur venditio. num.8. & consil.*
192. *num.7.* vbi, quod etiam præsumitur potius error iuris, quam donatio, & quod omnia prædicta potius præsumantur, quam donatio, late Franc. Becci. *consil.90. num.18.* plenissime *consil.52. nu.70. & seq.* vbi prædicta omnia, & quod etiam præsumitur potius fraus,
33 simulatio, & dolus, quam donatio. † Amplia in patre erga filium in potestate existentem; quia licet pater negotietur nomine filij, & ipsi filio faciat adscribere, quod patri debetur; tamen censetur in peculium concedere, non autem donare; ideo nisi pater in te-
34 stamento prælegauerit filio peculium, omnes filiæ qualiter succe-
dent. Bald. *consil.389. Notandum est, quod quando in princ. lib.3.* † Extende etiam in fructibus dotis vxoris filii perceptis per filium, quando pater substinuit onera matrimonij; quia nisi probetur donatio,
non præsumitur, & filius tenetur conferre acquisita ex dictis fructibus, nisi probetur donatio. Bald. *dict. consil.389. num.2. ver. super se-*
35 *cundo vsque in fi. lib.3.* † Restringe, vt non procedat ampliatio, quando filius esset emancipatus; quia præsumeretur donatio. Bal. *d. cons.*
36 389. *in princip. lib.3.* † Amplia in actibus traditiuis, & permissiuis; quia non præsumitur donatio etiam inter virum & vxorem. Petr.
37 de Anchar. *consil.181. Quæstio talis, in princip.* † Declara; quia si vxor sit nobilis, maritus ignobilis, vel alias disparis conditionis, licet confessio mariti non intelligatur animo donandi; tamen præsumitur donatio in actibus traditiuis. Rom. *cons.445. nu.7. &* 8. † Am- 38
plia; quia persona Ecclesiastica non præsumitur donare. Paris. *cons.*
8. *in prin. lib.4* † Amplia in iis, quæ fiunt ex necessitate, seu verecun- 39
dia, prout si maritus mittat iocalia vxori, vel sponsæ; quia præsumitur facere, vt ornatior incedat, quando extat consuetudo mittendi. Petr. de Anchar. *d. consil.181. num.2.* Corn. *consil.81. Primus consultationis, num.10. & seq. lib.1.* Vide, *Donata marito contemplatione vxoris, &*
è contra, cuius sint. Concluſ.698. † Extende, vt procedat, etiam si ma- 40
ritus vsus sit verbo, *dono*, quia isto casu impropriatur. Corne. *d. cons.*
81. *num.14. & seq. lib.1.* vbi *num.19.* dicit ita debere intelligi Roma. qui contrarium sentit *consil.146. num.3.* † Amplia in patre admini- 41
strante bona materna, vel bona propria filii; quia si expendat pro filio in Decurionatu, vel alio officio, vel in studio, aut aliis expensis honorariis, censetur expendere de re filiorum, non de propria, *l. fin. ff. de petit. hæred.* † Extende in exequutore ad pias causas; quia si 42
habet rem communem cum defuncto, & vendat, vt pauperibus distribuat, censetur solum partem defuncti vendere, & sibi non præiudicat in sua parte. Anch. *consil.436. num.6. ver. venio ad quartum.*
† Extende, vt idem sit in patruo viuente in communi cum nepote 43
infante; quia præsumitur facere omnes expensas infantis de re, & patrimonio infantis. Angel. de Perus. *consil.60. morte dicti filij, num.4.*
ver. super tertio. vbi, quod non præsumitur donatio, vbi loquitur in alimentis, in expensis funeralibus patris pupilli, & aliis. † Extende 44
in fratre, & quocunqumque administrante bona neptis, vel sororis; quia si dotauit eam, præsumitur de bonis dotatæ, quæ administrabat, voluisse dotare, non de suo. Fulg. *consil.19. in princ.* incip. *Tertio principaliter.* † Amplia, quia in casibus, in quibus donatio præ- 45
sumitur, quando, puta, mater, vel frater iure familiaritatis passus est morari in domo, percipere fructus bonorum; secus si vigore
mandati procuratæ talia facta sunt; quia non præsumitur vnquam donatio, *l. fin. ff. de petit. hæred.* Bart. in *l. cum post, §.1. ff. de administ. tuto. &*
in l. Nesennius, num.5. ff. de neg. gest. quia qui pro alio gerit, & alienum ministrat, scire debet, se teneri reddere rationem, & reliqua restituere. *l. si autem, §.1. ff. de neg. gest.* Bart. in *l. si cum tale, §.1. ff. de cond. &*
demonstr. & in l. apparitores, C. de exact. tribut. lib.10. Bald. in *l. nulli, num.*
10. *& seq. C. de Episc. & Cleric. & consil.323. in princip. lib.4.* † Extende 46
maxime, quando is, cui prætenditur donatum, non indiget, & res est magni momenti. Ias. in *l. si fundum per fideicommissum, ff. de leg.1.* Capic. *decis.180.* † Amplia; quia sicut donatio non præsumitur, 47
vbi alia coniectura sumi potest; ita etiam si verba donationis sunt dubia, vt plus, & minus importent, debet, quod minus est, iudicari, argumento *l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* † Amplia; in tantum dona- 48
tionem non præsumi, vbi alia coniectura sumi potest, vt si quis constituat procuratorem cum libera ad exigendum, & fructus colligendum, cum obligatione de non molestando pro exactis; quia non censetur donare; ideo potest molestare; quia intelligitur de molestatione scrupulosa, vel indebita, ne inducatur donatio. Imol. *consil.29. Viso quodam instrumento.* † Et ideo cum quidam con- 49
ditionasset quasdam pagas montis in personam mulieris, erga quā filii dicti conditionantis tenebantur ad quasdam annuas præstationes, vigore cuiusdam oneris eisdem iniuncti in testamento patrui, fuit tentum Florentiæ patrem conditionasse mōtes animo compensandi, non animo donandi, ex quo alia coniectura capi potest *l. cum de indebito. ff. de prob.* Alexan. *consil.87. Accuratè pro viribus,*
num.18. lib.6. † Extende; quia nemo præsumitur renunciare excep- 50
tioni sibi competenti; quia esset iactare, & donatio non præsumitur; ideo transactio facta in dubio non censetur continere res communes finitas per concordiam, sed alias, Io. de Imol. *consil.49.*
In casu præmisso. † Et quod vbi alia coniectura capi potest, quam 51
donationis, non probetur, neque præsumatur donatio. Anchara. *32. Subtiliter. num.4.* Corne. *consil.61. Nicol. num.15. lib.1.* cum aliis adductis per Bart. Alexand. & cæteros in *l. qui a dotis. ff. solut. matr.* † Exten- 52
de; quia vbi potest cadere alia leuis occasio, vel præsumptio, aut coniectura, non præsumitur in dubio donatio. Bald. in *l.1. C. ad*
Trebell. † Imo potius præsumitur fatuitas, quam donatio. Bald. in *l.* 53
generaliter. col.3. C. de non num. pecun. † Imo ad excludendam præ- 54
sumptionem donationis, quæ alias præsumitur in soluente scienter indebitum, sufficit quælibet alia præsumptio, etiam si capiendo talem præsumptionem actus sit inualidus, & inefficax. Ias. *consil.*
160. *col.2. lib.4.* † Amplia, vt procedat in eo, qui approbare videtur 55
sententiam, soluendo contenta in ea; quia si potest cadere alia coniectura, quod soluerit; quia non poterat euitare exequutionem, stante statuto, non præsumitur soluisse animo approbandi totaliter sententiam. Io. de Imol. *consil.144. Cæpit dubitari, in princip.*
Vide omnino Mascar. *Concluſ.554. Donatio regulariter non præsumitur,*
vbi ponit 17. Ampliationes, & 34. limitationes, quas videre poteris. † Limita; quia odio vsurarum donatio, & remissio vsurarum 56

præsu-

præsumitur lapsu 10. annorum. Alexand. *consil. 63. Stantibus. num. 16. & seq. ver. secundo respondeo, lib. 4.* vbi, quod est casus specialis odio vsurarum, & ibi apostilla *in ver. specialem*, dat plurimos concord. Li-
57 mita, † quando donans permisit eo sciente, & vidente rem suam per alium possideri, & fructus percipi; quia ex tali assignatione, & permissione præsumitur donatio, si alia coniectura non apparet
58 contraria. Grat. *consil. 7. num. 23. lib. 2.* † Restringe, vt non procedat in patre dante in peculium aliquid filio; quia licet administrare permiserit filium, & nihil vnquam ab eo petierit; non tamen censetur donare, neque proprietatem, neque vsumfructum in profectitijs; in aduentitijs vero est speciale, quod vsumfructum remiserit, & donauerit, si passus est filium administrare bona aduentitia, & nihil vnquam ab eo petijt. Abb. *consil. 36. Circa primum, col. fin. ver.*
59 *an autem in eo casu, quo probaretur, lib. 2.* † Limita in feudo; quia donatio præsumitur, si agnatus inuestitus de feudo patitur per annum scienter, alium agnatum pariter inuestitum in totum possidere feudum. *c. Titius, cum gloss. in tit. si de feud. fuerit controuer.* Cast. *cons.*
60 84. *Quæstio ista. num. 2. lib. 2.* † Limita in marito confitente dotem constante matrimonio; quia potius præsumitur confiteri animo donandi, quam sub spe futuræ numerationis. Bello. *consil. 4. diligen-*
* *ter considerato. num. 8. ver. secundo principaliter*, vbi dicit magis * communem, infra *Concluſ. prox. seq. num. 5. & seq.* Vide plenius, *Dos confes-*
61 *sata per maritum debetur vxori. Concluſ. 748.* † Limita; quia maritus sciens vxorem suo nomine acquirere de pecunia mariti, censetur donare; ideo donatio morte confirmatur. Fulgos. *consil. 198. col. fin.*
62 Limita; † quia potius præsumitur donatio, vel mandatū, quam dolus, & fraus. Bald. *consil. 298. Hæc materia. num. 6. ver. sequitur videre.*
63 *lib. 1.* † Extende; quia licet mulier præsumatur acquirere ex bonis mariti, licet frater non præsumatur donare sorori maritatæ: si tamen pro ea acquirit, potius præsumitur donare, quam quod sit persona interposita pro fraude coloranda, nec præsumitur dolus,
64 sed donatio. Fulgos. *consil. 198. In quæst. proposita, per tot.* † Limita inter consanguineos, quando modica est summa, veluti si frater redemit fratrem, vel nepotes de captiuitate cum modica summa; quia præsumitur intuitu pietatis. Bald. *consil. 74. Res communiter. lib. 2.*
65 Ias. *consil. 193. lib. 2.* † Vide tamen Corn. *consil. 141. lib. 2.* qui dicit ratione coniunctionis fieri latissimam interpretationem, vt sit do-
66 natio, & *consil. 202. num. 21. lib. 2.* † Limita in ijs, quæ fiunt ex domestica affectione, vt si cōsanguineus petat tutorem pupillo; quia
67 expensas tales non repetit. *l. 1. C. de neg. gest.* † Limita in alimentis, & vestiarijs, aut alijs necessarijs præstitis per patrem, vel matrem fi-
68 lio, vel è contra Bart. *in l. alimenta. C. de neg. gest.* † Extende; quia facilius præsumitur donatio alimentorum, quam aliarum expensa-
69 rum. Aret. *in l. alimenta. C. de neg. gest.* † Restringe; quia alimentandus iure actionis nunquam præsumitur donasse alimenta sibi de-
70 bita. Corn. *consil. 175. lib. 4.* † Limita in patre, qui emit libros, & præstitit alimenta filio etiam emancipato in studio; quia etiam si pater sit debitor filij; tamen præsumitur donasse, Signor. *consil. 62. Quæstio proponitur, per tot.* vbi in fin. *ver. quinto non obstat.* vbi quod præsumitur donatio, vbicunque ille, qui dedit considerato principio
71 posuit se in necessitate dandi. † Limita in eo, qui non est solitus locare operas suas; quia inseruiendo præsumitur gratis donare.
Bald. *in c. grauis, col. 2. de restit. spol.* Vide, *Salarium quando, & quibus de-*
72 *beatur, vel non. Concluſ. 7.* † Limita, quando tria concurrunt, consanguinitas, diuturnitas temporis, & sæpius calculata ratio, vt *l. Procul. a. ff. de probatio.* vbi Bart. & alij; si tamen vnum deficit, non præsumitur. Afflict. *decis. 13. num. 12.* Rom. plene *consil. 517. In causa proposita. num. 15. ver. tertio quando concurrunt*, vbi plene apostilla *in ver. hæc*
73 *tria*, dat plurimos concord. † Limita multis casibus, de quibus
74 *in ver. Temporis cursus operatur multa. Concluſ. 41.* † Limita; quia imo non est absurdum, quod interpretatio fiat, quod censeatur donatum in dubio, quando concurrit, vel consanguinitas, vel reciproca donatio. Alexand. *consil. 167. Visis, & ponderatis. num. 7. vers. non ob-*
75 *stat dum 5. lib. 7.* † Limita; quia omnis liberatio, pactum, vel renunciatio gratuita præsumitur donatio. Tiraq. *de legib. connub. gl. 5.*
76 *num. 43.* † Limita; quia potius præsumitur donatio, quam, quod actus non valeat, quando potest valere, vt donatio, & concurrit certa scientia agentis actum, prout confessio, vel obligatio ex certa scientia facta sine causa; quia pro causa est donatio præsumpta.
* Alexand. *consil. 4. Circa primum. num. 9.* qui dicit * communem. *lib. 1.*
77 vbi dat plura exempla. † Contrarium Ias. *consil. 160. colum. 2. lib. 4.*
78 Limita; † quia licet donatio non præsumatur, tamen facta late interpretatur contra donantem. *cap. cum dilecti*, vbi Abb. *num. 4. & 5.*
79 *de donat.* plene Gozad. *consil. 60. num. 16. & 19.* † Limita in eo, qui expendit in melioramentis rei alienæ, quam non possidet; quia non repetit, ex quo præsumitur donasse, nisi probetur contrarium ex coniecturis. §. *ex diuerso. Instit. de rer. diuis.* vbi Aretin. & alij. Bart. & Angel. *in l. in fundo. ff. de rei vendic.* † Extende, etiam si possidet, 80
quando est malæ fidei; quia præsumitur donare. Vide, *Meliora amen-* 81
ta non repetuntur multis casibus. Concluſ. 79. † Restringe, nisi sit minor
vel mulier, qui donare non possunt; quia propter impedimentum solemnitatis repetunt. Aret. *d. §. ex diuerso, Instit. de rer. diuis. col. 1. in fi. ver. si vero vtiles.* † Limita fauore dotis, quia extraneus dans dotem 82
præsumitur animo donādi dare. *l. 1. §. accedit. C. de rei vxor. actio. l. si pa-*
terno. C. de neg. gest. Vide, *Dos data à tertio quo nomine data censeatur. Con-* 83
cluſ. 786. † Extende in attinentibus, etiam si non essent obligati dotare, & crediderunt se obligatos; quia donasse præsumuntur.
Castr. *consil. 211. Ad primum. num. 2. ver. ad tertium. lib. 2.* † Extende, et- 84
iam si administrarent bona dotatæ; quia præsumuntur donare secundum magis * communem. Mandel. *consil. 12. in princip.* qui ta- *
men loquitur in fratre, & matre. † Contrarium in alijs; quia po- 85
tius animo gerendi negocium obligati, Corn. *consil. 124. col. fin. lib. 1.*
vbi dicit * communem Castr. *consil. 211. num. 2. lib. 2.* † Extende, *86
vt imo etiam sola scientia, & patientia fratris pro dote inducat do-
nationem, veluti si frater det sorori suæ in dotem bona communia
cum alijs fratribus, & ipsi sciant, & taceant, videntur & ipsi donare
Mandel. *d. consil. 12. in princip.* † Restringe in minore. Castr. *consil.* 87
211. num. 2. lib. 2. † Declara, quando alia coniectura diuersa à do- 88
natione non concurrit. Alexand. *consil. 100. Viso puncto. lib. 2.* Dec.
in reg. cuius per errorem. ver. tertio regula. ff. de reg. iur. † Restringe in de- 89
bitore mulieris; quia præsumitur animo compensandi. Castrens.
dict. consil. 211. numer. 2. lib. 2. † Declara; quia si alia coniectura 90
capi potest, quod non voluerit donare, sed quod errauerit, potius
error præsumitur, quam donatio; ideo frater, qui dotauit sororem
dotatam à patre suo, dum ipse erat absens, repetit dotem ex errore
solutam, ita Ias. *consil. 160. lib. 4.* vbi late. † Limita, quando aliquis 91
habet rem suam pro derelicta, quæ fit occupantis: nam primus occupans videtur habere ex donato ab eo, qui habuit rem pro derelicta. Rom. *consil. 113. Pro decis. in princ.* allegat tex. *Inst. de rer. diuis. §. hoc amplius.* Vide, *Renunciatio non præsumitur, & quando præsumatur spontanea. Concluſ. 161.*

Donatio inter virum & vxorem, quando, & ex quibus præsumatur, vel non. Concluſ. 703.

MARITVS † non præsumitur donare vxori creditum, quod 1
habet, si illud per procuratorem mandet transferri in vxorem, & à se deleri, & vxori fiat descriptio; quia licet vxor exegerit, & maritus ratificauerit, præsumitur tamen hoc facere causa custodiæ, non animo donandi, quia mandatum non continebat donationem. Anchar. *consil. 32. Subtiliter & copiose, per totum.* vbi est casus.
Amplia; † quia donatio fraudulenta præsumitur inter virum & 2
vxorem, licet sit colorata ex instrumento venditionis, quando ex coniecturis hoc apparet, puta; quia pretium venditionis non apparet, nisi confessatum, & confessio non adminiculatur, alias secus. Bal. *consil. 66. in princ. ver. si autem dubitatur. lib. 1.* † Amplia; quia 3
vxor, vel amicus, & alius, cui quærere nō possumus, semper in actu præsumuntur adhibiti, tanquam ministri, vel procuratores, quando eorum nomine aliquid fit, vel acquiritur, non vt eis censeatur donatum, licet cōtrarium sit in ijs personis, quibus acquirere possumus. Anch. *d. consil. 32. num. 10.* vbi late. † Extende; quia maritus 4
acquirens aliquid nomine vxoris, non censetur vxori donare, sed vxor ratum habens, licet rem acquisitam habere possit; tamen pretium restituere tenetur hæredibus mariti. *l. & si de tua. C. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. & l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi.* Abb. *consil.* *46. in 3. dubio. lib. 1.* Roland. à Valle *consil. 4. num. 3. cum seq. lib. 2.* & quod ex acquisitione facta pro tertio non censeatur inducta donatio, præterquam in ascendente. Natt. *consil. 94. in fine.* † Limita; quia 5
maritus confitens dotem, seu augmentum dotis, de cuius numeratione non constat, censetur animo donandi, & donare secundum communem, * de qua Bello. *consil. 4. per tot.* Vide Conclu- *
sionem prox. præced. *num. 60.* † Extende; quia si maritus confi- 6
tetur habuisse in dotem constante matrimonio medietatem bonorum suorum, censetur in fraudem donare; ideo non valet, nisi morte confirmetur. Castr. *consil. 379. Primo videndum, in princip. lib. 1.*
Limita; † quia si maritus dedit in solutum vxori pro dote bona, 7
quæ essent valoris maioris, & renunciauit *l. 2. C. de rescind. vend.* in eo pluri, quod valeret, censetur illud plus donasse; ideo morte illius confirmatur donatio in præiudicium hæredum mariti, non autem in præiudicium creditorum. Bald. *consil. 243.*
Visis dicto puncto. libro 3. in
princip.

Donatio

Donatio transit ad hæredes, & quando secus. Conclusio 704.

1 DONATIO inter † viuos regulariter transit ad hæredes, etiam si donatarius moriatur ante donantem. Bald. *cons.* 108. *D. Ioannina, in princ. vsque num.* 6. *lib.* 3. † Amplia in tantum, quod non potest reuocari, licet præmoriatur donatarius, & bona transeant ad
3 extraneos. Bald. *cons.* 195. *Visa donatione. lib.* 4. † Contrarium per plura tenet Mascar. *Conclus.* 564. *Donatarius. n.* 2. *& seq.* vbi citat plures, & loquitur simpliciter, & male; quia allegata per eum loquuntur in donatione, quæ expectat confirmationem ex morte donantis; quia si præmoritur donatarius, efficitur caduca, etiam si sit facta per patrem filio pro se, & suis hæredibus, prout ita loquuntur allegati per Mascard. & consilium Baldi est 386. *Factum tale. lib.* 3. & sic
4 loquitur Bologn. *cons.* 64. & alii. † Limita, quando contemplatione personæ est facta donatio, & renunciatio; quia si præmoriatur donatarius donanti, efficitur caduca; ideo soror, quæ renunciauit etiam cum iuramento hæreditati paternæ, & maternæ ex testamento, vel ab intestato ad fauorem fratrum; quia dotem suam habuit, si præmoriantur fratres, non prohibetur succedere parentibus. Bald. *cons.* 115. *Verba dicunt, per toe. lib.* 1. & in istis terminis debet
5 intelligi, Mascar. *d. conclus.* 564. *num.* 2. *& seq.* † Limita in donatione causa mortis; quia licet transeat ad hæredes, si confirmetur morte donantis; tamen secus est ante confirmationem; quia si præmoriatur donatarius, nullo modo transit ad hæredes. Vide, *Donatio cau-*
6 *sa mortis quando caduca fiat, vel reuocetur. Concl.* 672. † Limita in donatione etiam inter viuos facta donatario, & eius hæredibus inter personas prohibitas, prout inter patrem & filium, maritum & vxorem; quia ex quo expectat talis donatio confirmationem ex morte donantis, præmoriente donatario non valet in hærede eius. Bologn. *cons.* 64. & alii citati à Masc. *concl.* 564. *num.* 2. *& seq.*

Donans non potest venire contra suam donationem. Conclus. 705.

1 DONANS † non potest venire contra donationem suam prætextu, quod sit facta in potentiorem. Oldra. *cons.* 30. incip. *Fa-*
2 *ctum tale, quædam certe, in princ.* † Amplia, vt nec possit donans venire contra donationem suam ex susceptione filiorum post donationem. Calder. *cons.* 323. *circa med. ver. sed hoc præsuppositio, vsque in fin.* a-
3 lias 4. *de donat.* Vide, *Donatio reuocatur per superuenientiam liberorum. Conclus.* 712. † Amplia; quia donans non potest venire contra suam donationem prætextu, quod sit prodigalitas, vel sit læsus, quando fuit insinuata, & solemnis, Bald. *cons.* 129. *Factum proponitur. num.* 6.
4 *ver. nunc venio. lib.* 2. † Amplia; quia donatio non potest infringi, vel reuocari, licet donatarius præmortuus sit, & donata ad extraneos transiuerint, quando erat libere facta donatario, & hærediby bus. Bald. *cons.* 195. *Visa donatione, lib.* 4. † Amplia; quia donatio non reuocatur, licet Notarius, qui de ea fuit rogatus, post rogi-
6 tum fuerit effectus furiosus. Bald. *consil.* 195. *lib.* 4. † Amplia, quia confessio donantis, quod obligauerit bona sua alteri, antequam donaret, non præiudicat donatario, ne sit in facultate reuocare donationem, quam alteri fecit, quod intellige, quando post
7 donationem confitetur. Castr. *cons.* 337. *Si prima duo, per tot. lib.* 2. Vide, *Confessio authoris quando noceat successori, vel non. Concl.* 663. † Amplia; quia donatio irreuocabilis à principio perfecta non potest reuocari sine causa, *l. iis solis. l. pen. & l. fi. C. de reuoc. donatio. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo.* & dicit ibi glossa quod si secus factum est, rene-
8 tur donator ipsi donatario. Abb. *cons.* 55. *In quæstione. num.* 3. *lib.* 1. † Et quod quis per pœnitentiam non possit donata reuocare, est text. *in l. Aristo. ff. de donatio. l. cum profitearis, C. eod.* Corne. *cons.* 176. *n.* 3. *lib.* 3. Bald. *in d. l. fi.* Castr. *in l. bonorum. ff. rem ratam hab.* Ruin. *cons.* 119. *num.* 6.
9 *lib.* 1. † Extende, quia donans non potest donata alteri postea alienare. Ruin. *cons.* 180. *num.* 19. *lib.* 1. Bart. *in l. fi creditor, § fi. ff. de distract. pignor.* quem sequitur Ias. *in l. quoties, in* 11. *limit. C. de rei vendic.* latius Ruin. *d. cons.* 180. Quod procedit, quando in donatione adest hypotheca bonorum donatarum. Tiraquel. *de retract. conuentio.* § 3. *gloss.* 1. *num.* 3. & quod per alienationem rei donatæ non inducatur reuocatio donationis validæ, est text. *Instit. de donatio.* § *. alia. & in l.*
10 *perfectam, C. de donatio. quæ sub modo.* † Nec obstat, quod donator non teneatur de euictione, *l. Aristo.* §. *Labeo*, vbi Bart. *ff. de donat.* quia non agitur hic de euictione, sed de contrauentione donantis, de
11 quo non loquitur ille text. † Extende, quia post donationem libere factam non potest donans adiicere modum, vel conditionem. Vide, *Donatio potest fieri sub quacunque conditione. Concl.* 642. *in fin.*
12 † Restringe, quia de consensu ambarum partium posset donatio
13 infringi, *l. clauis.* vbi Doct. & *l. si ea, quæ, C. de donat.* † Restringe, quando essemus in donatione reprobata à iure, quia non impediret alienationem, *reg. non præstat impedimentum, de reg. iur. in* 6. † Amplia; 14
quia donatio libere facta de aliqua re, non potest alterari addendo conditionem, vel onus, *l. perfecta, C. de donatio. quæ sub modo.* † Exten- 15
de; quia donatio facta alicui, quæ contineat repugnantiam, non valet. Ægid. *cons.* 17. *num.* 20. *& seq.* † Restringe, nisi donatio esset 16
cum pactis, & modificationibus infrascriptis, & infra contineretur onus. Deci. *cons.* 1. *num.* 18. *& seq. lib.* 3. † Limita; quia si donatio requi- 17
rat insinuationem, & non fuit insinuata, potest donans venire contra, etiam si iurasset. Calder. *cons.* 178. alias 2. *de iureitur.* † Extende, vt 18
idem sit, quando adesset statutum annullans omnes donationes, quæ non essent registratæ intra certum tempus, quia si non esset registrata, potest donans venire contra. Feder. de Sen. *cons.* 281. *in prin.*
† Limita, nisi ex causa ingratitudinis, vel alia iusta causa reuocari 19
posset, puta, quia donatarius non impleret promissa ex parte sua. Bald. *cons.* 18. *lib.* 1. *in princ.* Vide, *Donatio reuocatur ex causa ingratitudi-* 20
nis. Conclus. 711. † Limita in donatione etiam inter viuos facta absenti, antequam acceptet. Vide, *Donatio facta absenti quando possit re-* 21
uocari. Concl. 641. † Limita in donatione, quæ expectat confirmationem ex morte, quando non interuenit iuramentum, prout si pater donauit filio, vel genero, quia si ipsemet donans petit reuocari, quia sit facta in fraudem aliorum suorum filiorum, vel quia sibi placet, debet rescindi, *l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. l.* 2. *C. de inoff. donatio. lib.* 1. § *. si pater, C. pro donat.* Paris. *cons.* 53. *in princ. lib.* 1. maxime, quia facta est de omnibus bonis, & coniunctis, vt Paris. *d. cons.* 53. *num.* 17. *& seq. lib.* 1.

Donatio causa mortis per quem sit reuocanda. Conclusio 706.

DONATIO † causa mortis facta per filium familias de consen- 1
su patris, siquidem est facta de bonis filii, vel de peculio eastrensi, sicuti expectat confirmationem à morte filii donantis; ita potest reuocari ab ipso filio, non autem à patre consentiente. Ang. *cons.* 16. *Diligenter consider. in princ.* † Limita, quando filius donasset 2
causa mortis de consensu patris, & de bonis patris, seu de peculio paterno, quia licet sit filius, qui donat, tamen hoc casu expectatur confirmatio donationis ex morte patris, de cuius bonis facta est donatio, & ideo reuocari potest à solo patre, non autem à filio, ita Ang. Areti. *d. cons.* 16. *num.* 4. *& seq. ver. sed iis non obstantibus*, vbi *numer.* 9. dicit * communem. † Et dicitur facta reuocatio donationis * 3
causa mortis factæ de bonis patris consentientis per filium. si pater in suo testamento legat aliquid donatario pro omni eo, & toto, quod petere, vel prætendere potest, quia talia verba inducunt compensationem, & reuocationem donationis causa mortis. Areti. *d. cons.* 16. *num.* 9. *& seq. ver. quoad secundum.*

Donatio inter virum & vxorem quando efficiatur caduca. Concl. 707.

DONATIO † inter virum & vxorem etiam iuramento firma- 1
ta, vel facta cum obligatione de non reuocando efficitur caduca, si primo moriatur donatarius, quam donans. Bald. *cons.* 29. *Casus, vir donauit, per tot.* maxime *num.* 3. *ver. teneo igitur, lib.* 1. sequitur Dec. *cons.* 240. *Et diligenter.* Bald. plene *cons.* 292. *in princ. Factum sic proponitur*, & latius *cons.* 293. *in princ. Donatio causa mortis, lib.* 3. vbi reprobat Feder. de Sen. *cons.* 140. vt non procedat quoad reuocationem, quæ fit per mortem donatarii, quia fit à lege. † Extende et- 2
iam in donatione ficta, puta in confessione mariti cõstante matrimonio, quod habuit in dotem medietatem bonorum suorum, quia cum sit in fraudem facta, licet confirmetur morte, si maritus moritur, tamen efficitur caduca, si mulier donataria præmoritur. Castr. *cons.* 379. *Primo videndum, lib.* 1. *in princ.* † Contrarium tenet 3
Feder. de Sen. *cons.* 140. *Punctus quæstionis, per tot.* vbi, quod si est iuratum non reuocare, non valebit reuocatio. Vide, *Donatio inter vi-*
rum & vxorem qualiter firmetur iuramento. Concl. 694. † Amplia, quia 4
donatio inter virum & vxorem etiam ex causa dotis, quæ confirmatur morte, vt per Socin. *in l.* 1. *ff. solut. matr. in* 1. *parte princ. in* 2. *corollario.* reuocatur, si bona donata per maritum alienata fuerunt in vita donantis, *l. si maritus, la seconda, C. de donat. inter vir. & vxor.* Amplia, † quia donatio inter virum & vxorem etiam inter viuos, 5
& cum iuramento facta reuocatur, si maritus legat vxori aliquid pro omni eo, & toto, quod petere posset ex quacunque causa de bonis testatoris, quia legataria si acceptat legatum simpliciter, censetur renunciare donationi. Castr. *cons.* 193. *il primo.* statim post casum, *in fin. & cons.* 193. *Super isto, num.* 3. *ver. super* 3. *dubio, lib.* 2. † Ex- 6
tende, vt procedat, etiam si legatum acceptatum minus conti-

neat, quam donatio. Castr. *cons.*193. *in fin. num.*3. *lib.*2. † Amplia; quia reuocatur, si maritus donans ob adulterium, vel aliam iniuriam verberauit, seu castigauit vxorem. Alex. *cons.*189. *In causa, & lite, num.*5. *ver. accedit, lib.*6. Vide, *Donatio causa mortis quando caduca fiat vel reuocetur. Concl.*672.

Donatio iurata valet non seruata solemnitate requisita, & quando. Concl.708.

1 DONATIO † facta per mulierem etiam sine Mondualdo, qui de necessitate requiritur iuxta formam statutorum Florentiæ sub *rubr.*112. *lib.*2. de iure valet, quando in ea interuenit iuramentum mulieris, siue assertorium, siue confirmatorium, vel promissorium, quo casu statutum non loquitur, neque ad casum iuratum extendi potest ex communi * theorica, quod quælibet dispositio simpliciter loquens nunquam trahitur ad casum iuratum, gl. *in c. cum non deceat, in ver. effectus, de elect. in* 6. *c. constitutus, de rescript.* vbi Felin. Deci. ibidem *col.*2. Roman. late *Singul.*7. *Quod dispositio.* & ibi apostil. dat concord. Alex. *cons.*38. *Visa petitione, col.*2. *lib.*3. & propius ad casum istum *cons.*125. *Visis, num.*18. *lib.*1. latius *cons.*102. *Cum statutum, lib.*4. & dato, quod ex defectu solemnitatis omissæ possit dici nulla, attamen virtute iuramenti confirmata fuisset secundum magis * communem opin. de qua per Abb. Innoc. & alios *in c. cum continetur. de iureiur.* Castr. & latius Ias. *in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vendit.* abundanter per Abb. *in disputat.* incip. *stante statuto ciuitatis Senarum.* & per Socin. *cons.*147. *Visa facti, n.*7. *lib.*1. Parisi. *cons.*96. *In præsenti, num.*101. *lib.*1. & in simili de donatione facta per patrem filio, quæ de iure communi non valet, vt non habeat locum in donatione iurata. Clar. *in* §. *donatio. num.*8. vbi de * communi, & citat 20. Doctores, & dicit ita iudicatum per Parlamentum Delphin. & seruatur in practica, & ineptus esset iudex, qui vellet hoc deducere in disputationem; quia dispositio iuris communis non habet
2 locum in casu iurato. † Extende, quia donatio iurata valet sine insinuatione, vsq; ad quamcunque summam, quia insinuatio supplet defectum insinuationis, siue à statuto, siue à iure communi inducatur secundum magis * communem opinionem. Vide, *Donatio quādo insinuanda, vel non. Concl.*646. Vide plenius, *Donans non potest renūciare insinuationi, & quando secus. Concl.*647. † Extende in donatione inter virum & vxorem, quæ licet non valeat, nisi post mortem sequuta traditione, tamen secus est, si est iurata secundum magis *
3 communem, de qua supra. Vide, *Donatio inter virum & vxorem non valet, & quando secus. Concluf.*691. Vide, *Donatio inter virum & vxorem*
4 *qualiter firmetur iuramento. Concluf.*694. † Extende in donatione facta per patrem filio in potestate, quia licet nō valeat, nisi post mortem, & sequuta traditione, tamen secus est, si interuenit iuramentum de obseruando, & est communis opinio *. Vide, *Donatio patris*
5 *filio in potestate existenti quando valeat. Concl.*673. *num.*25. *& seq.* † Extende, quia licet donatio facta absenti non valeat, tamen valet, si interuenit iuramentum, quia iuramentum operatur, quod alteri per alterum acquiratur. Ias. *in l. stipulatio ista, habere,* §. *alteri, num.*4. *ff. de verb. oblig.* Rube. Alex. *cons.*117. *num.*9. Felin. *in proœm. decret. al. num.*
6 24. vbi dicit * communem. † Extende, quia donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quæ non valet, quia reddit donantem intestabilem, valet, si adest iuramentum, quia facit valere
7 quoad præsentia tantum. Vide supra, *Donatio omnium bonorum valet, & quando secus. Concl.*648. † Extende in donatione facta per minorem non seruata solemnitate, quia cum iuramento valet. Vide, *Minor non potest donare, & quando secus. Concluſio.* 247. Vide, *Donare non potest minor etiam cum decreto. Concluſio.*682. Vide, *Iuramentum operatur multa. Concl.*524. Vide, *Iuramentum coniualidat contractum, alias de iure prohibitum. Concl.*528.

Donatio, quæ confirmatur morte, qualiter reuocetur. Concl.709.

1 DONATIO † facta inter personas prohibitas, quæ confirmatur morte, reuocatur, si donans rem donatam in alium titulum deduxerit, puta vendiderit, vel distraxerit; quia sola pœnitentia reuocatur. Oldrad. *cons.*245. *Quidam paterfamilias, in princ. num.*2.
2 *ver. secunda ratio.* † Amplia, vt facilior sit reuocatio talis donationis, quam legati, ideo licet legatum ex sola obligatione rei legatæ non reuocetur, tamen reuocatur res donata, quæ expectat confirmationem in morte, si donans rem donatam obligauerit. Ol-
3 drad. *d. cons.*245. *num.*3. *ver. circa quod.* † Contrarium tenet glossa *in*
4 *l. qui post test. C. de leg.* † Declara, quia sicuti reuocatur legatum per alienationem rei legatæ, vel per exactionem crediti legati, ita etiam donatio reuocatur, plene Roman. *cons.*226. *Pro declara-*
5 *tione, num.*2. *ver. quo autem*, vbi plene declarat. † Amplia, vt procedat reuocatio donationis, quæ expectat confirmationem in morte, nedum si alienatio ex alio titulo, vel obligatio rei donatæ fiat tertio, sed etiam si fiat donatario. Oldrad. *cons.*245. *n.*3. *ver. non obstat, si dicatur.* † Amplia, quia donatio causa mortis reuocatur, si 6
res donata legetur, vel alias donans de ea disponat. Petr. de Anchar. *cons.*22. *num.*2. *ver. si enim de hac pœnitentia.* † Amplia, quia do- 7
natio facta inter viuos omnium bonorum præsentium & futurorum cum pacto, quod donatarius post mortem donantis, teneatur medietatem distribuere inter pauperes, quæ dicitur causa mortis, quoad medietatem pauperum reuocatur per testamentum subsequutum, ex quo non alias valet testamentum, nisi reuocetur donatio. Bald. *cons* 377. *Quædam mulier, lib.*5. † Amplia, quia donatio 8
causa mortis quandocunque ante mortem potest reuocari. Petr. Anchar. *cons.*76. *Per modum consilii, per tot.* † Extende, vt procedat 9
nedum in donatione causa mortis, sed in donatione inter virum & vxorem, vel inter patrem & filium, vel socerum & nurum, quando filius est in potestate, quia cum requirant cōfirmationem ex morte donantis possunt semper reuocari. Petr. Anchar. *d. cons.*76. *in princ.*
† Extende, siue donatio incipiat à promissione, siue à traditione, 10
quia pariter est locus reuocationi, quando expectat confirmationem in morte. Anchar. *d. cons.*76. *num.*3. † Amplia, quia donatio 11
facta per maritum filiumfamilias vxori de bonis patris præsente patre, & consentiente, imo promittente post mortem sui filii donantis, quod daret, & traderet nurui bona donata per filium, potest per patrem reuocari mortuo filio, quia non confirmatur morte filii, sed vtriusque. Petr. de Anchar. *d. cons.*76. *per totum.* vbi est casus, & de filia, quæ donauit cum substitutione directa, quod mortua donataria non reuocetur quoad substitutos. Castr. *cons.*385. *Si quaritur, in princ. lib.*1. qui videtur tenere, quod reuocetur quoad mortuum. † Limita, quia donatio causa mortis non reuocatur 12
per testamentum reuocans omnem vltimam voluntatem, quando in donatione causa mortis fuit factum pactum de non reuocando, nisi per instrumentum publicum, & per specialem reuocationem. Bald. *cons.*108. *num.*3. *ver. tertio est videndum, lib.*3. † Limita, 13
nisi adsit iuramentum de non cōtraueniendo, quia dotis augmentum factum per vxorem marito cum pacto, quod lucretur post obitum vxoris, non potest reuocari, nec valet donatio facta per vxorem in præiudicium mariti, quando iurauit non contrauenire. Feder. de Sen. *cons.*140. *per tot.* † Contrarium videtur velle Oldra. 14
*cons.*245. *circa fin.* vbi quod iuramentum de iure ciuili super actu de sui natura reuocabili non operatur, nisi forte, quia ibi non est speciale iuramentum de non veniendo contra, sed iuramentum super obseruantia contractus. Bald. *cons.*293. *Donatio causa mortis, lib.*3. vbi reprobat Feder. in hoc, quod imo per mortem donatarii fit caduca, non obstante iuramento, quia lex est, quæ reuocat, non autem iurans, ita tenet Dec. *cons.*240. *num.*2. *& per tot.* & quod donatio facta per maritum vxori etiam cum iuramento, & inter viuos reuocetur, si donans in testamento fecit donatariæ legatum pro omni eo, & toto, quod petere posset. Castr. *cons.*193. *il primo*, statim post casum. *num.*3. † Limita, quia donatio causa mortis non reuocatur 15
per factionem testamenti, nisi quando testamentum, vel legatum aliter non valeret, nisi donatio reuocaretur. Bald. *consil.*377. *lib.*5. 16
† Et quod non reuocetur per testamentum, & hæredis institutionem. Areti. *cons.*74. *In quarto dubio.* sequitur Crauet. *cons.*144. *num.*10. Anchar. Regien. *q.*75. *num.*11. *lib.*1. † Restringe, quia potest reuo- 17
cari in testamento, & per testamentum etiam inualidum, quando constat, quod voluit donans reuocare, quia per solam pœnitentiam reuocatur. Ias. *cons* 60. *col.*4. *ver. stat ergo ex prædictis, lib.*3. Cephal. *cons.*44. *num.*30. *lib.*1. Ruin. *cons.*7. *num.*15. *lib.*3. & vide gloss. & Doct. *in l. non omnis, ff. si cert. pet. Instit. de donatio.* § *mortis causa, l. vxori. ff. de don. inter vir. & vxor.* † Restringe, quia reuocatur, si donans instituat fi- 18
lium donatarium in re certa, sed dicit, quod prohibet eum plus petere posse de bonis, & hæreditate sua, quia non poterit petere donata ex hæreditate, secus si donata non essent hæreditaria, prout officium emptum, quod est personale; quia per talia verba non reuocatur. Roman. *cons.*277. *Non est dubium, col.*2. *ver. nec quidem dici potest.* † Idem, si donans facit legatum donatario pro omni eo, & 19
toto, quod habere & consequi posset, iubens eum plus petere non posse; quia tale legatum videtur factum in compensationem donationis, & reuocata remanet donatio causa mortis. Angel. Areti. *cons.*16. *Diligenter considerato, num.*9. *& seq. ver. quoad secundum.*

Donatio causa mortis quando reuocetur. Concl. 710.

DONATIO † causa mortis potest à donatore quandocunque 1
reuocari, *l. mortis causa, l. a quarta, ff. de donatio. causa mortis,* & valet nedū expressa reuocatio, sed etiam tacita, communem * dicit Clar. *
in

2 *in §. donatio, q. vlt. num. 2. ver. sciendum est etiam.* † Donatio igitur causa mortis facta per filiam de consensu patris reuocatur, si facta sit in infirmitate, & donator dixit, quod donabat causa infirmitatis, & si conualesceret, esset reuocata, dicitur reuocata per conuale-
3 scentiam. Castr. *cons. 385. Si quæritur, col. 1. in fi. ver. si quæritur, lib. 1.* † Extende idem, si donator expressit, quod donabat causa mortis; quia dubitabat mori ex illa infirmitate; quia si conualuit, est reuocata. Castr. *d. cons. 385. col. 1. in fi. ver. si quæritur, vtrum, lib. 1.* vbi, quod cau-
4 læ expressæ in præfatione dicuntur finales. † Extende; quia imo sufficit, quod donatio fiat in infirmitate causa mortis; quia recu-
5 perata sanitate reuocatur, licet nihil sit dictum, quod dubitaret mori, gloss. *in l. 3. ff. de donat. caus. mort.* † Contrarium dicit Castrens. *cons. 385. col. 2. in princ. ver. sed in casu nostro, lib. 1.* vbi, quod licet infirmitas inducat ad donandum, sicut peccator infirmus ad confitendum, & ad se communicandum; non tamen sequitur, quod ex qualibet leui infirmitate fiat reuocatio per sanitatem recupera-
6 tam; quia esset absurdum. † Declarat Castr. *d. cons. 385. num. 2. lib. 1. ver. breuiter.* quod si infirmitas est grauis, non requiratur alia expressio, si leuis, requiritur expressio, tu vide Clar. *in §. donatio, q. vlt. in fi. ver. sed nunquid ob conualescentiam*, vbi, quod donatio facta causa
* mortis nullo instante periculo mortis non reuocatur ob conualescentiam; secus si instante periculo mortis, & dicit * communem,
7 & ita debere intelligi, & citat alios. † Sed tamen probatio incumbit asserenti fuisse in graui infirmitate, quæ probatur per medicos, obstetrices, assistentes, vel custodes, qui audiebant lamentari, vel si sumpsit omnia sacramenta. Castr. *d. cons. 385. in fi. ver. item dico, lib. 1.*
8 * † Amplia; quia si donans causa mortis rem donatam alienauerit, censetur reuocasse donationem, communem * dicit Clar. *d. §.*
9 *donatio, quæst. vlt. num. 2. ver. sciendum est etiam.* † Limita; quia donatio causa mortis facta per filiam de consensu patris continens substitutionem factam donatario post eius mortem, mortuo donatario ante donantem, licet reuocetur quoad eum, non reuocatur quoad substitutos, siue sint substituti per fideicommissum, vt caperent de manu donatarii, siue directe vocentur; quia donans post mortem primi donatarii donauit istis. Castr. *cons. 385. Si quæritur, in princ. lib. 1.* vbi tamen non firmat pro vero, quando substituti debuissent recipere de manu donatarii defuncti. Vide, *Dona-*
10 *tio causa mortis quando caduca fiat, vel reuocetur. Concluſ. 672.* † Limita singulariter; quia donatio causa mortis etiam reuocata conualescit, si testator, qui reuocauit, non habet hæredem ex testamen-
* to. Clar. *d. §. donatio, q. vlt. num. 3. ver. in hoc tamen proposito.* vbi dicit * communem.

Donatio reuocatur ex causa ingratitudinis, & ex aliis causis. Concl. 711.

1 DONATIO † reuocatur, si donatarius commiserit ingratitudinem contra donantem, *l. fin. C. de reuoc. donatio. c. fin. de donatio.* & dicitur ingratus donatarius, qui infert donanti atroces iniurias, vel cruciatus. Bald. *cons. 129. in fin. num. 7. ver. tamen aduertendum, lib. 2. & consil. 497. Si quæratur, lib. 4.* Clar. *in §. donatio, quæst. 21. per totum*, vbi, quod multa possunt adduci exempla ingratitudinis, de
2 quibus aliqua sunt expressa *in d. l. fi. C. de reuocand. donatio.* † Declara; quia probata ingratitudine non reuocatur donatio ipso iure,
3 sed officio iudicis. Bald. *cons. 497. lib. 4.* † Extende; quia reuocari possunt donata ex causis, de quibus *in d. l. fi. C. de reuoc. donatio.* etiam si esset renunciatum omnibus causis, ex quibus posset reuocari; quia talis renunciatio non respicit causas de futuro, ex quo induceretur dolus, sed de præterito, nisi esset iuratum, quo casu esset magis dubium. Ioan. de Imol. *d. cons. 35. num. 21. & seq.* & quod non valeat renunciatio; quia induceret causam delinquendi. Roman. *d. cons. 26. colum. fin. num. 9. ver. quinto posset, & num. 10.* Re-
4 stringe, † seu declara; quia quod dicitur donationem posse reuocari ex causa ingratitudinis, intelligi debet, dummodo in vita donatarii committentis ingratitudinem fiat reuocatio; quia post illius obitum non potest reuocari. Rip. *in l. fin. C. de reuoc. donatio. quæst. 64.* Tiraquel. *in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num. 216. & seq. C. de reuoc. donatio.* & quod non transmittatur hoc beneficium ad hæredes, est text. *in l. fi. C. de reuoc. donatio.* Roman. *cons. 26. num. 10. ver. ter-*
5 *tio quia*, vbi apostil. *in ver. reuocandis.* Vide, *Pœna non transit ad hæredes, & quando secus. Concluſ. 256.* † Declara, nisi esset cœpta lis super reuocatione viuente donante. Corne. *consil. 15. Ex quo dictus Francis-*
6 *cus, lib. 1.* † Declara restrictionem, nisi donans post ingratitudinem commissam per donatarium alteri eadem bona donasset, vel reliquisset; quia hæres potest tunc se tueri, si bona possidet, vel agere, vt recuperet; quia tunc transmittitur. Roman. *cons. 284. Triplici, in fi. ver. nec etiam refragatur*, vbi apostilla *in ver. relinquendo*, dat concord.

† Et quid si donans viuens dixit, quod volebat reuocare, sed mor- 7
te præuentus non potuit, an hæres possit isto casu reuocare. Guido Pap. *decis. 214.* vbi declarat. † Restringe declarationem; quia non 8
requiritur aliquod officium iudicis, si donatarius cessit donationi ex causa ingratitudinis, etiam si non interuenit retrotraditio actualis. Bald. *cons. 497. per tot. lib. 4.* † Declarat Bart. *in extrauag. ad* 9
reprimendum, in ver. videbitur, num. 7. circa fin. ver. nam ei qui indignus, vbi, quod de iure ciuili hoc est inductum, quod nedum non doneturingrato, tanquam indigno, sed quod ab eo auferatur donatum, *l. fin. C. de reuoc. donatio.* sed de iure diuino maior perfectio est donare indigno, quam benefacienti; ideo si quis haberet liberam facultatem donandi; quia tolluntur ea, quæ sunt iuris ciuilis, potest donare indigno. † Dicas, quod ad hoc vt fiat reuoca- 10
tio, necesse est, quod fiat ex causa ingratitudinis, vel alia causa reuocatio, postea agatur vtili actione rei vendicationis ex remedio *l. fin. C. de reuoc. donatio.* Io. de Imol. *cons. 35. num. 21.* † Am- 11
plia, vt procedat, etiam si donatarius non impleret promissa; quia nulla maior est ingratitudo, nec iustior causa beneficii auferendi, quam si id, pro quo datum fuit, non sequatur. Bald. *cons. 18. Notissimum est, in princip. lib. 1.* & est expressum *in d. l. fin. C. de reuoc. donatio.* † Extende, siue implementum sit promissum in ipsa donatio- 12
ne, siue in alio instrumento incontinenti facto. Bald. *d. cons. 18. in princ. lib. 1.* † Declara extensionem, vt procedat cum amplatio- 13
ne, nisi adsit clausula, *firma semper manente donatione*; quia in euentum contrauentionis fuit facta obligatio damnorum & interesse. Bald. *d. cons. 18. in princ. ver. sed quid est, lib. 1.* † Restringe; quia 14
licet donans donauerit simpliciter; ea tamen intentione, quod sibi daretur compensatio, non cessat donatio, neque reuocatur, licet nulla detur remuneratio. Roman. *cons. 298. Circa præmissa, in fi. ver. sin autem fuit.* † Amplia; quia donatio reuocatur etiam ex aliis 15
causis expressis in iure. Bald. *d. cons. 18. num. 2. ver. aliud dubium. lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiam si fuit renunciatum reuocationi 16
ex causa ingratitudinis, vel ex aliis causis, quando ingratitudo prouenit delinquendo ex dolo malo; quia dolus futurus non potest remitti; secus si causa & ingratitudo consistit in alio, quam in dolo, vel delicto. Bald. *d. consil. 18. Notissimum est, num. 2. ver. aliud dubium. lib. 1.* † Amplia, quia si donaui tibi bona mea, vt mihi ali- 17
menta præstares, si diu negata sunt alimenta, donatio non valet, neque potest purgari mora, quin donans reuertatur ad bona sua donata. Bald. *cons. 250. Si tibi dedi, lib. 3.* vbi, quod donans vtili rei vendicatione. † Amplia; quia etiam si alimenta non sint pro- 18
missa donanti: si tamen donatarius non præstaret alimenta in casu necessitatis, incideret in ingratitudinem; & licet sit opinio controuersa; tamen distinguitur, quod licet non teneatur donatarius alere donantem, quando non se obligauit secundum * com- *
munem; obligatur tamen in casu necessitatis, ne fame pereat habito respectu ad qualitatem personarum, & rei donatæ. Clarus plene *d. §. donatio. quæst. 21. num. 3. ver. quid ergo*, vbi dicit magis * com- *
munem cum temperamento, quatenus donans hoc petat, alias non tenetur, nisi petat. † Amplia; quia licet *l. fin. C. de reuoc. donat.* 19
requirat claras probationes; tamen sufficit contumacia donatarii, cuius bona sunt confiscata per Principem donantem. Ioan. de Imol. *cons. 35. num. 21. & seq. ver. item posset esse.* † Declara; quia con- 20
tumacia non sufficeret quoad præiudicium aliorum creditorum, & tertii; secus quoad præiudicium contumacis. Io. de Imol. *d. consil. 35. num. 21. cir. fin. sed quoad præiudicium.* † Amplia; quia habet lo- 21
cum etiam contra Ecclesiam; quia si quis donauit omnia bona sua Ecclesiæ sub modo, quod Rector Ecclesiæ teneatur alimentare donantem, si non alimentauit, vel si illum percussit verberibus, potest reuocari ex causa ingratitudinis. Roman. plene *consil. 884. Triplici ex capite. colum. 2. num. 3. ver. secundo principaliter.* † Decla- 22
ra; quia si est sub modo, Ecclesia tenetur implere modum, sed si donatio est facta simpliciter Ecclesiæ, non sufficit ingratitudo Prælati, vel Capituli, etiam si Prælatus, & Capitulum simul sunt ingrati; quia donatio censetur facta Deo, qui non potest dici ingratus, ita Clarus *in §. donatio. quæst. 21. num. 5. vers. item quæro*, vbi dicit * communem, reprobata opinione contraria. † Amplia; quia 23 *
donatio reuocari potest nedum ex causis expressis *in l. fin. C. de reuoc. donatio.* sed etiam ex aliis causis similibus, vel maioribus, prout idem dicimus in exhæredatione filiorum, in priuatione feudatarii; quia attenduntur causæ expressæ, & similes expressis. Alexan. *consil. 203. Super themate, numer. 6. vers. quinimo. lib. 2.* Clarus *d. §. donatio. quæstio. 21. num. 2. versic. huius autem ingratitudinis.* vbi dicit * com- 24
munem, & adducit simile de causis, ex quibus potest filius exhæredari; quia etiam ex non expressis potest ex similibus exhæredari. † Limita, nisi donatio esset facta Ecclesiæ, vel monaste- 25
rio; quia licet Abbatissa, vel Prælatus committat ingratitudinem,

non reuocatur; quia non possunt Ecclesiæ præiudicare. Oldrad. *consil.* 278. *num.* 7. *ver. ad secundum.* & est communis * opinio, vt dicit apostilla ad Roman. *consil.* 284. *num.* 4. *ver. cæterum, in ver. nocere,* * & hanc communem * dicit Clar. *d.* §. *donatio. quæstio.* 21. *num.* 5. *vers. item quæro.* & extendit, etiam si ingratitudo sit commissa à Prælato cum Capitulo. † Contrarium tenet Roman. *consil.* 284. *Triplici. num.* 4. *ver. cæterum.* quia saltem reuocatur in odium, & durante vita Rectoris ingrati, ne aliquid consequatur. † Declara, vt supra prox. *num.* 22. † Limita in Prælato conferente beneficium alicui, qui reddit se ingratum; quia licet collatio beneficii sit donatio; tamen non habet locum reuocatio; quia est donatio impropria, quæ fieri debet ex necessitate. Clarus *in d.* §. *donatio. quæst.* 21. *in fine. numer.* 6. *versic. sed hic quæro.* † Limita, quando donatarius via iuris ad aliquid egisset, per quod donans ingratitudinem allegaret; quia non dicitur inferri iniuria, vel ingratitudo per exequutionem iuris. Oldrad. *d. consil.* 278. *in fin.* † Limita in donatione ob causam; quia in illa non potest cõsiderari ratio ingratitudinis. Bal. & Saly c. *in d. l. fin. C. de reuoc. don.* Alex. *consil.* 40. *col. fin. vers. fruſtra opponitur. lib.* 4. * Corn. *consil.* 349. *colum.* 2. *lib.* 1. & hanc communem * dicit Clar. *d.* §. *donatio. quæstio.* 21. *num.* 4. *ver. sed quæro.* † Extende maxime, quando adest iuramentum. Alex. *d. consil.* 40. *in fin. num.* 16. *lib.* 4. vbi apostill. *in ver. legendo*, citat pro vtraque parte. † Bene reuocatur donatio ex causa facta, cessante causa. Vide, *Donatio facta ex certa causa, cessante causa non valet, & quando secus. Conclus.* 632. † Declara, quia si donatarius delinqueret in donantem, posset donans non obstante iuramento accusare ad effectum, vt puniatur, & etiam vt delinquens perdat donata. Alex. *d. consil.* 40. *in fi. num.* 16. *lib.* 4. & sic potest isto casu reuocare. † Limita; quia donatio remuneratoria non reuocatur ex causa ingratitudinis. Rom. *consil.* 298. *Circa præmissam, ante fin. num.* 4. vbi apostilla *in ver. non potuit*, vbi citat infinitos, * & dicit * communem, licet idem Roman. *consil.* 26. *num.* 8. *vers. primo quia.* videatur tenere contrarium; tamen id fuit errore impressorum, vt ibi auertit apostill. *in ver. reuocatur.* & eadem apostilla ad *consil. Roman.* 95. *in ver. non indiget.* & Rom. *consil.* 436. *Quod indultum. numer.* 15. expresse tenet idem, quod non potest reuocari. Alex. *consil.* 216. *Nec arguendi, in princ. lib.* 2. vbi, quod nec indiget insinuatione, nec potest reuocari ex causa ingratitudinis. † Extende; quia donatio ob merita dicitur remuneratoria, & ex causa. Vide, *Donatio ex causa non est proprie donatio. Concl.* 630. *num.* 20. *& seq.* † Restringe in Principe; quia potest reuocare exemptionem factam ex causa remunerationis, vel ob merita. Alexand. *d. consil.* 216. *num.* 30. *lib.* 2. *ver. quia respondeo.* vbi, quod procedit limitatio in priuatis. † Limita; quia donatio simplex non potest reuocari, quamuis donans ea intentione donauerit, quod sibi fieret remuneratio; quia cessante remuneratione, quam sperabat, vel putabat fieri; non tamen efficitur reuocatoria. Rom. *d. consil.* 298. *in fin. ver. fin autem.* † Limita in donatione ex causa reciproca; quia videtur contractus vltro, citroque obligatorius. Alexan. *consil.* 78. *Visis. num.* 5. *& num.* 6. *lib.* 4. vbi, quod reuocatio habet locum ex causa ingratitudinis solum in mere gratuita. Vide Concl. prox. præced. & prox. seq.

Donatio reuocatur per superuenientiam liberorum. Concl. 712.

1 DONATIO † reuocatur ipso iure, si donans filios susceperit; quia inest talis conditio in ipsa donatione ex recta consuetudine; quia non est verisimile, quod successionem alienam propriæ anteponat. *l. si vnquam. C. de reuoc. donatio.* Oldrad. *consil.* 238. *Cum mulier.* & licet text. *in l. si vnquam.* loquatur in donatione facta liberto; tamen habet locum in donatione etiam facta extraneo. Corn. *consil.* 4. *Dubia satis mihi. num.* 3. *col.* 2. *ver. ex quo autem patet.* vbi dicit hanc communem * opinionem. *lib.* 3. Castr. *consil.* 435. *Respondeo, in princ. lib.* 1. *num.* 2. plene Roman. *consil.* 269. *Non est dubium, in princ.* vbi apost. *in ver. euacuatur*, & dicit Rom. quod inest tacita clausula, *nisi filios susceperit donans.* Alex. *consil.* 71. *Consideratis. lib.* 4. & communem * dicit Clar. *in* §. *donatio. quæst.* 22. *in princ.* allegat Ruin. *consil.* 107. *num.* 22. *lib.* 1. & dicit, quod est verior, humanior, & ex mente legis * communior tam Canonistarum, quam Legistarum, & practica, & vsus ita seruat. † Et quod ipso iure immediate, quod nascuntur filii, fiat reuocatio donationis, est communis * opinio, plures citat de communi Clar. *in d.* §. *donatio. q.* 23. *num.* 8. *ver. præterea quæro.* † Extende; quia sufficit, quod vnus esset natus tempore donationis; quia licet alii postea nati essent post donationem; tamen non reuocatur donatio, quando sunt legitimi; quia satis est, quod nato vno cogitauerit de liberis. Castr. *d. consil.* 435. *col.* 2. *ver. tertio facit. libr.* 1. 4 † Restringe; quia loquitur *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* de filiis natis post donationem; secus ergo erit, si nati erant ante donationem; quia non reuocatur; quia de eis est cogitatum. Castrens. *d. consil.* 435. *num.* 2. *lib.* 1. *& consil.* 435. *Super hoc puncto, in princ. lib.* 2. & ita ex verbis *d. l. si vnquam.* dicit Clar. *d.* §. *donatio. quæst.* 22. *num.* 3. *ver. secundo infertur.* sumi argumentum à contrario sensu, quod non habet locum in eo, qui habet filios. † Amplia, etiam si in tali donatione interuenerit iuramentum; quia habet iuramentum eandem tandem conditionem. Oldrad. *consil.* 238. *vers. vnde cum iuramentum.* & latius *consil.* 278. *num.* 8. *ver. ad tertiam.* Corn. *consil.* 30. *In hac consultatione, in fi. lib.* 4. qui dicit * communem. Bald. *consil.* 215. *Punctus, quidam donauit. lib.* 5. qui loquitur in donatione facta monasterio cum iuramento, vt reuocetur per susceptionem liberorum. Aret. *consil.* 24. *Quatuor. col.* 1. Soc. *consil.* 215. *& consil.* 224. *lib.* 2. Alex. *consil.* 71. *in fi. lib.* 4. Rom. *consil.* 269. *Non est dubium, in pr.* vbi plena apost. *in ver. iuramenti*, citat plurimos, & dicit * communem; quia ineſt tacita clausula, *nisi filios susceperit*; * & quia non trahitur ad incogitata. Deci. *consil.* 240. *Et diligenter, ad fin. & consil.* 366. *Pro declaratione. col.* 4. *post med. & in l. si donatione. ver. tertia conclusio. gloss. in fin. C. de collatio. & in l.* 1. *ver. secundo, quod dictum est, C. de pact.* Socin. *consil.* 126. *lib.* 3. *& consil.* 22. *num.* 7. *lib.* 4. Decia. *consil.* 6 *lib.* 3. & * hanc magis communem * dicit Tiraq. *d. l. si vnquam, in præfatio. num.* 173. vbi lare pro vtraque parte allegat, & sequitur Clar. *in d.* §. *don. q.* 23. *in princ.* vbi citat plures, & mouetur; quia iuramentum habet tacitam clausulam, *rebus stantibus in statu suo*; vnde si peruenit noua causa, iuramentum non operatur. † Contrarium tenent plures, quos citat Tiraquel. *in l. si vnquam. C. de reuoc. donatio. in præfatio. num.* 135. *& seq.* † Extende, etiam si iuramentum sit de non veniendo contra donationem ex aliqua causa; quia adhuc filii postea suscepti poterunt venire contra, de quibus cogitare non potuit, sed renunciatio intelligitur ex aliqua causa cognita. Cast. *consil.* 435. *circa fin. num.* 2. *ver. quod promissio. lib.* 1. Rom. plenius *consil.* 269. *Non est dubium, num.* 2. *ver. nec etiam refragatur.* vbi plena apostil. *in ver. derogatum*, citat plurimos. † Amplia; quia nulla renunciatio generalis, vel vniuersalis per quæcunq; verba prægnantia etiam cum iuramento facit, vt censeatur derogatum, vel renunciatum, si postea filios susceperit donans; quia requiritur nedum specialis, sed specialissima renunciatio verbis expressis. Roman. *d. consil.* 269. *num.* 2. *ver. secundo quia hæc renunciationu verba.* vbi apostil. *in ver. specialissima*, quæ dat concord. & docet, quando renunciatio non est specialis, sed specialissima, & dicit, quod tunc dicitur, quando de beneficio est facta mentio, & postea illi verbis specialibus renunciatur. † Amplia in tantum, quod donans non potest etiam in specie renunciare. *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* quia si donans suscepit post donationem & renunciationem filios, etiam si in donatione renunciauit *d. l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* non valet; quia lex illa est non solum ad fauorem donantis, sed filiorum. Oldrad. *consil.* 173. *Quidam habens.* Io. Andr. *in add. ad Spec. titul. de instru. editio.* §. *porro. ver. sed quid si renuncians.* vbi reddit rationem; quia illa non est ad fauorem donantis, sed filiorum, plenissime Rom. *consil.* 269. *Non est dubium, in fin. ver. vlt.* & ibi apostill. *in ver. non posse*, citat plurimos, & dicit, quod ista est * communior, verior, æquior, benignior, & humanior. Paris. *consil.* 73. *Donatio. num.* 31. *& seq.* & iterum *num.* 49. *lib.* 1. vbi citat plurimos. Socin. *in l. cum auus. col.* 19. *ff. de cond. & demonst.* vbi, quod est communis * modernorum. Curtius *consil.* 1. *in princ.* Alciat. *in l. pacta quæ contra. C. de pact.* Socin. Iun. *consil.* 137. *num.* 2. *lib.* 2. † Contrarium, quod imo * possit donans renunciare *l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* tenent Bart. *in l. Titia.* §. *Imperator. ff. de legat.* 2. Bald. *in l.* 1. *ad fin. ver. deinde quæro. pater donauit. C. de inoffic. donatio.* & mouentur; quia reuocatio fit ob præsumptam voluntatem donantis, gloss. *in d. l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* & hanc dicit esse veriorem Rom. *consil.* 26. *num.* 6. & istam communem, & magis * communem dicit eadem apostil. ad Rom. *consil.* * 269. *in ver. Non posse*, quæ ad hoc allegat plures, & in specie Bertran. *consil.* 32. *Optassem, in* 3. *dubio, vol.* 3. *in ant.* & communem * dicit Socin. * *consil.* 147. *Visa facti contingentia. col. fin. num.* 17. *lib.* 1. *& consil.* 263. *num.* 13. *lib.* 2. quem refert Nat. *consil.* 125. *num.* 1. Ias. *in l. si quis in conscribendo. numer.* 8. *C. de pact. & consil.* 225. *col.* 3. *lib.* 2. Dec. *in d. l. si quis in conscribendo. num.* 24. Ripa *in d. l. si vnquam. quæstio.* 5. vbi Tiraq. *in præfatio. num.* 174. 11 † Et dicit Grat. *consil.* 50. *num.* 65. *lib.* 1. quem refert, & sequitur Clarus *in d.* §. *donatio. quæstion.* 22. *num.* 4. *ver. tertio infertur.* quod iste articulus adeo est dubius, quod non potest sciri, quæ sit verior, & magis * * communis, & quod indigeret declaratione Cæsarea, & fatetur, quod opinio Bartol. est magis * communis, sed quod prima opinio * est magis æqua, & illam tenuit Senatus Mediolani tanquã æquiorem. † Declarat tamen ipse Clarus *d. q.* 22. *vers. pro concordia.* distinguendo plures casus. Primus, quia renunciatio generalis facta omnibus legibus, & legum auxiliis in genere nullo modo præiudicat, & ita etiam sentit Castr. *consil.* 435. *col.* 2. *ver. quarto facit. lib.* 2. Secundus casus, si renunciatio fit in specie, & siquidem renuncians est minor, sibi non præiudicat, etiam si cum iuramento renunciaret; quia

ea facilitate iurat, qua renunciat; maxime quia in omnibus contractibus de stylo apponitur iuramentum; si vero donans est maior, & renunciat in specie *d.l.si vnquam, C. de reuoc. donat.* & sibi præ-
13 iudicat; multo magis si renunciatio est cum iuramento. † Amplia; quia filii possunt venire contra donationem patris ex remedio *l.si vnquam, C. de reuoc. donat.* etiam si essent hæredes patris. Castrens. *dict.*
14 *cons.* 435. *in fin. lib.* 2. † Amplia in tantum reuocari donationem factam per patrem per superuenientiam liberorum, vt etiamsi liberi suscepti moriantur, non conualescat donatio, sed donata reuertantur ad patrem donantem, nisi donasset inter viuos. Bal. *con-*
15 *sil.* 167. *Quidam Franciscus, in princ. lib.* 5. † Dicas, quod imo si pater mortuis filiis non reuocauit, firma maneat donatio, quia cessat ratio coniecturatæ mentis, in tantum, quod hæredes patris non poterunt reuocare; quia tenentur stare voluntati patris, qui potuit reuocare, & non reuocauit. Clar. *d.* §. *donatio. q.* 23. *num.* 9. *& seq. ver.*
*16 *vlt. quæro.* vbi dicit * communem. † Amplia; quia *d.l.si vnquam. C. de reuoc. don.* habet locum tam in donatione inter viuos, quam etiam causa mortis. Castrens. *cons.* 435. *circa fin. ver. circa quintum, lib.* 1. vbi apostil. citat Corne. *consil.* 206. *Viso supradicto, col.* 7. *ver. sitaque est ad-*
17 *uertendum, & colum. seq. lib.* 3. † Amplia; quia legitimatio filii spurii facta ante prolem legitimam reuocatur per superuenientiam li-
18 berorum. Rimin. Iun. *cons.* 46. *num.* 54. *lib.* 1. † Amplia; quia pater donans omnia bona sua monasterio cum iuramento, & illa recipiens in emphyteusim, postea suscipiens filium, talis donatio reuo-
19 catur per superuenientiam filiorum; quia monasterium sine ingressu non habetur loco filii. Bald. *d. cons.* 215. *lib.* 5. † Restringe; quia donatio facta locis piis per superuenientiam liberorum reuocatur solum vsque ad legitimam per querelam inofficiosi, Florian. *cons.* 8.
* *Quæritur, an filius. n.* 8. & hanc esse communem * opinionem Bartoli dicit Socin. *cons.* 53. *post num.* 6. *lib.* 4. & alii plures, quos citat Clar. *in* §. *donatio. quæst.* 23. *num.* 4. *ver. quæro etiam*, vbi dicit, quod sibi videtur dura decisio, licet credat, quod Ecclesia obtineret in practica, sed quod Episcopus teneretur facere restituere, & nihil allegat, nisi ex capite suo, & certe quoad legitimam, si filii suscepti priuarentur, bene diceret, sed vltra ipsemet se confundit, dum in quæstione præcedenti *num.* 3. *ver. secundo infertur.* dixit contrarium, quod *l.si vnquam.* non habet locum, quando pater donauit filiis, nisi quo-
20 ad recuperandam legitimam, & ita Tiraquell. *d.l.si vnquam.* † Restringe, quando donasset pro anima, vel donasset monasterio omnia bona per ingressum; quia tunc reuocaretur donatio per susceptionem filiorum solum vsque ad legitimam filiorum, non in totum, & hoc propter inofficiositatem. Bald. *cons.* 215. *lib.* 5. *in fin.* Flo-
21 rian. à S. Petro *cons.* 8. *num.* 8. † Amplia; quia licet *l. si vnquam. C. de reuoc. don.* loquatur in liberto; tamen non est casus specialis, sed in quocunque alio libero. Castren. *cons.* 435. *lib.* 1. *in fine*, & ita commu-
* niter * omnes Doctores Legistæ, & Canonistæ, & seruatur in practica; quia militat eadem ratio, vt dicit Clar. *in* §. *donatio. quæst.* 22.
*22 *in princip.* vbi citat plures de communi * attestantes. † Amplia; quia donatio facta per patrem, qui non cogitauit de liberis suscipiendis reuocatur in totum per susceptionem liberorum, ita, quod reuerterentur donata ad patrem donantem, si non donasset inter viuos; quia tunc non reuerterentur donata ad eum. Bald. *d. consil.*
23 167. *Quidam Franciscus, in princ. ver. circa primum. lib.* 5. † Extende, vt procedat, etiam si filia donauit patri, quia si postea habuit filios, reuocatur in totum donatio, & liberi poterunt vendicare donata ab auo; quia non præsumitur voluisse præferre patrem filiis, quorum prima causa successionis est, & pater hoc casu reputatur extra-
24 nens. Flori. à S. Petro *cons.* 8. *num.* 6. *ver. ex alio, vsque in fin.* † Extende, quia neque conualescit donatio reuocata per superuenientiam liberorum, etiam si liberi moriantur ante patrem, qui donauit. Bal.
25 *d. cons.* 167. *num.* 1. *ver. circa primum, lib.* 5. † Extende, vt procedat, etiam si testator cogitauit de posthumo, & filiis natis post donationem; quia si non disposuit aliquid circa ipsos filios, adhuc reuocatur in totum donatio. Bald. *d. cons.* 167. *n.* 1. *ver. sed interdum. lib.* 5. vbi, quod dicitur cogitasse, & non disposuisse, si disposuit de filio nascituro,
26 victuro vsque ad pubertatem, & nihil de filio nascituro, & mortuo in pupillari disposuit. † Restringe, quando pater iam habebat filios tempore donationis, & totum donauit vni; quia alii non reuocant totam donationem, sed solum agunt de inofficiosa vsq; ad legitimam. Bald *cons.* 167. *num.* 2. *ver. si vero quæratur. lib.* 5. Florian. à S.
27 Petro *cons.* 8. *num.* 8. † Idem etiam, quando donauit extraneo; quia si habuit filios tempore donationis, agunt filii aduersus inofficiosam donationem vsque ad legitimam. Bald. *d. cons.* 167. *num.* 2. *ver. si vero.* vbi recitat pro vtraque parte opiniones, & videtur contrarium tenere, licet dicat articulum dubium propter authoritates hincinde
28 *lib.* 5. † Idem, quod dicitur de filiis natis, dicas de filiis posthumis, quando pater de illis cogitauit, & etiam disposuit, quia agunt de

inofficioso, prout filii nati. Bal. *d. cons.* 167. *num.* 1. *ver. sed interdum. lib.* 5. † Amplia, quia reuocatio donationis, quæ fit ex *l.si vnquam. C. de re-* 29
uoc. don. fundatur ex defectu voluntatis donantis, & procedit etiam in vnico filio, & in re particulari donata, quando non modica sit, item in donatione ob causam, quando donatio excedit causam notabiliter. † Et quod fundetur super præsumpta mente donan- 30
tis talis donatio, quia donat, ex quo non habet liberos. Castr. *consil.* 435. *Super hoc. col.* 1. *in fi. ver. si vero tales, & col.* 2. *lib.* 2. † Restringe, 31
nisi contraria coniectura appareat, veluti si ob merita, vel ob causam donauit, vel si in specie renunciauit beneficio legis prædictæ. Castren. *d. cons.* 435. *col.* 2. *ver. quarto facit. lib.* 2. vbi tamen, quod merita debent probari. † Amplia, quia habet locum, etiam si nascatur 32
post donationem filius naturalis, qui legitimatur, quia donatio * reuocatur. Paris. *cons.* 72. *num.* 21. *lib.* 1. qui dicit * communem, & eum sequitur Clar. *d.* §. *donatio. q.* 23. *num.* 6. *ver. sed quæro.* † Amplia, quia 33
d.l.si vnquam. C. de reuoc. donat. habet locum etiam in filio legitimato, etiam si tempore donationis esset natus, & illegitimus, & reuocatur in totum, & non vsque ad legitimam, nisi esset facta piæ causæ. Tiraq. *d.l.si vnquam.* † Contrarium Clar. *in* §. *donatio. q.* 23. *num.* 7. 34
ver. sed quid si filius. vbi dicit * communem, citat Paris. *cons.* 72. *num.* * 24. *lib.* 1. & reddit bonam rationem, quia pater de iam nato cogitauit; & *l.si vnquam.* loquitur de nascituris, nisi forte dicas, quod legitimatus æquiparatur posthumo. † Amplia, quia habet locum 35
etiam in donatione facta mulieri pro ea dotanda, quia etiam si fit de re particulari non modica reuocatur, quia quoad mulierem dicitur causa lucratiua, licet quoad maritum sit onerosa causa. Alex. plene *cons.* 71. *Consideratu, in princip. lib.* 4. vbi apostill. *in ver. liberorum*, citat plures, & citat Tiraquell. *in l. si vnquam, in princ. num.* 67. *& in ver. donatione largitus. num.* 193. † Amplia, quia donatio etiam 36
facta in vltima voluntate, quando pater non cogitauit de filiis, reuocatur in totum susceptis filiis: ideo si testator, ante quam nupserat, fecit testamentum, in quo instituit piam causam, & legata fecit, cum clausula, *si non valet, vel non valebit vt testamentum, valeat in vim codicillorum*; si nupsit, & habuit filios, testamentum non valet etiam quoad legata, neque in vim fideicommissi ex clausula codicillari. Bartol. *cons.* 57. *Quidam condidit, lib.* 2. *per totum*, vbi apostill. *in ver. dico ego*, dat concord. plurimos, & *cons.* 65. *Quidam no-*
mine. eod. lib. 2. † Extende, vt procedat etiam in testamento militis, 37
vt ait Bart. *d. cons.* 57. *circa med. ver. præterea. & cons.* 65. *Quidam nomine. in princ. lib.* 2. † Extende, etiam si testator diu vixit, postquam na- 38
ti sunt posthumi; quia ex clausula codicillari nō valet in vim fideicommissi, quando extranei sunt instituti; secus si alii filii testatoris. Bartol. *d. consil.* 65. *num.* 2. *ver. nec obstat. lib.* 2. † Limita in dona- 39
tione, quæ non ascendit ad dimidiam bonorum donantis, quia non reuocatur. Corn. *d. cons.* 4. *lib.* 3. *colum.* 3. *num.* 4. *& seq.* vbi dicit * *
communem. Alex. *cons.* 40. *Super primo dubio. colum. penul. num.* 14. *ver. nec obstant, lib.* 4. † Contrarium, quod habeat locum in qualibet 40
minima re donata, tenet Ias. *in l.* 1. *colum.* 3. *C. de pact. & in l. generaliter.* §. *fin. colum.* 4. *C. de instit. & substit. & in authent. ex causa, C. de liber. præterit.* & hanc partem pro Bart. contra Bald. sequitur Castr. *consil.* 435. *colum.* 2. *ver. secundo facere videtur. lib.* 2. Alex. *cons.* 71. *Consideratis, num.* 4. *& seq. ver. non obstat etiam. lib.* 4. vbi quod licet appellatione partis veniat dimidia, tamen quia text. dicit, *aliqua pars*, includit partem infra dimidiam, idem Alex. *cons.* 162. *Visis in princ. lib.* 6. vbi apost. *in ver. particularis*, dat concord. † Declara vt per Dec. *in dict.* 41
l. 1. *in* 2. *not. C. de pact.* qui facit duos casus, & dicit, quod pro re minima non fit reuocatio, quia pro minimis non receditur à regulis iuris communis, ita expresse Imol. *in c. fin. colum.* 8. *ver. circa prædicta de donat.* sequitur Alex. *cons.* 71. *Consideratis, lib.* 4. Corn. *cons.* 4. *Dubia satis. colum.* 4. *lib.* 3. idem Alex. *cons.* 40. *Super primo. colum. penult. ver. pro hoc facit. lib.* 4. Deci. *cons.* 366. *Pro declaratione. colum.* 4. *ver. in secundo dubio*, ea ratione, quia donans rem minimam donasset, etiam si filios habuisset, & ita videtur etiam sentire Ias. sibi contrarius *in d. l. generaliter.* §. *fin. C. de instit. & substit.* dum refert *d.l.si vnquam.* procedere etiam in re singulari, & in re certa, quantumcunque minima, quia subdit postea ex mente Imol. *in d. c. fin. de donat.* limitationem, nisi esset donata res minimi valoris, & quod habeat locum in re particulari, & quando non est dimidia, vel quota, dummodo non sit minima res. Alexand. plene *consil.* 162. *Visis iis, in princ. lib.* 6. vbi apost. citat plures *in ver. particularis.* Tiraquel. *d.l.si vnquam. C. de reuoc. don. in ver. omnia, vel partem, num.* 2. † Secundus casus 42
est, si agatur de re non minima, sed notabilis valoris, puta constituente quotam bonorum omnium donantis, prout 3. vel 4. & verum est, quod *d.l.si vnquam. C. de reuoc. donat.* habet locum, quando verisimile est, quod donans non donasset, si de filiis cogitasset, ita Alex. *d. cons.* 71. *lib.* 4. Socin. *cons.* 147. *Visa facti contingentia, col. pen. ver. secundo principaliter.* vbi allegat Caccialup. & ita fuisse iudicatum

43 Senis. † Declara hoc esse arbitrarium iudici, & non posse dari certam regulam, & consilium Cacialup. erat subscriptum etiam à D. Antonio Malogonnello Aduocato Florentino, in quo concludebant, quod donatio scutorum 200. ab eo, qui habebat in bonis valorem scutorum 1200. non debebat iudicari apud discretum iudicem esse adeo modica, quin sit locus *d.l.si vnquam*, quia si de liberis cogitasset, non donasset, & D. Ant. in sua subscriptione attestabatur, ita etiam consuluisse quosdam Doctores Perusinos, & quod stetur arbitrio iudicis, inspecta qualitate rei donatæ, & personarum, & quantitate patrimonii donantis. Tiraquell. *dict. l. si vnquam. ver. omnia, vel partem aliquam. C. de reuoc. don.* vbi relatis hinc-
44 inde opinionibus ita resoluit. † Sed tamen quod donatio facta de re particulari etiam infra dimidiam, dummodo non sit modici momenti, habeat locum *d.l.si vnquam. C. de reuoc. donat.* tenet Ruinus * *cons.* 173. *lib.* 1. vbi dicit * communem. Iul. Clar. *in* §. *donatio, q.* 22. *ver.* 4. *infertur.* Flor. à S. Petr. *cons.* 8. *in fin.* & plenius Alex. *cons.* 71. *Con-*
45 *sideratis. num.* 3. *lib.* 4. † Et vide ad hanc quæst. Corn. *cons.* 4. *Dubia satis mihi visa. lib.* 3. sed plenius Clar. *in* §. *donatio. quæst.* 22. *in fin. ver. quarto infertur. num.* 5. vbi quod habet locum sine dubio in donatione maioris partis bonorum, & secundum * communem habet locum etiam in qualibet parte quotæ bonorum infra dimidiam, imo secundum eandem * commun. em habet locum in qualibet re magni valoris; secus si modici valoris, & allegat plures de communi * attestantes, sed quia non est decisum, quæ sit magni, vel parui valoris res, sed arbitrio iudicis remittitur, bonum erit iudicem ha-
46 bere propitium. † Limita, dummodo proles susceptа sit legitima, alias non reuocatur donatio. Oldrad. *cons.* 278. *num.* 8. *ver. ad tertiam.* Alexand. *cons.* 46. *Super primo dubio. colum. penult. ver. circa quartum. numer.* 15. *lib.* 4. vbi hoc tenet in spuriis, qui filii non appellantur, in naturalibus vero dubitat, sed Tiraquell. *in d.l. si vnquam. C. de reuoc. donat. ver. susceperit liberos, num.* 45. tenet, quod etiam non reuocetur propter naturales. Castrens. *cons.* 435. *Super hoc puncto, in princ. &* co-
47 *lum.* 2. *ver. tertio facit. lib.* 2. † Extende, etiam si filius naturalis legitimaretur. Bald. *in l. fi. C. si quid in fraud. patro. cir. fin. & in l.* 1. *C. de inoff. donat. col. pen. in fin.* Salycet. *in l. si totus. C. de inoff. donat. in fin.* Ia. *in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. num.* 276. *& in l. Gallus.* §. *& quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* Castr. *cons.* 435. *Super hoc puncto. col.* 2. *lib.* 2. *ver. ter-*
48 *tio facit.* † Contrarium Socin. *cons.* 226. *Quæstio præsentis consultationis. lib.* 2. & quod filii naturales reuocent, non autem spurii, tenent plerique vt per Alex. *d. cons.* 40. *num.* 15. *lib.* 4. vbi apost. citat pro v-
49 traque. † Extende; quia legitimatus post donationem, sed natus ante non reuocat donationem; quia non debet esse in potestate donantis reuocare per legitimationem postea factam, & quia non præsumitur fuisse de mente legitimantis non facta mentione, ne-
50 que citata parte. Castr. *cons.* 435. *Super hoc puncto, in princ. lib.* 2. † Contrarium recitat Castr. *eod. cons.* 435. *in princ. ver. in contrarium. lib.* 2. vbi, quod nihil differt à legitimo, sed per modum disputationis, & referens opiniones, *in cons.* vero 435. *Quoad primum. colum.* 1. *ver. nec obstat. lib.* 1. vbi præcise tuetur hanc partem; quia alias esset in facultate donantis reuocare, & esset aperta via fraudibus, & respondet, quod licet posthumus rumpat testamẽtum, tam natus ante, quam post illud ex solennitate testamenti; tamen secus est in donatione
51 facta. † Declara, vt per eundem Castr. *d. cons.* 435. *circa princ. ver. mihi autem videtur. lib.* 2. quod si constat de mente donantis; quia donat ex quo per plures annos non habuit filios ex vxore, & quod si speraſſet habere filios, non donasset; tunc si suscipit ex alia muliere filios, viuente vxore, & mortua vxore legitimauit eos, & desponsauerit matrem; quia tunc præsumitur non donasse, si credidisset filios habere, & reuocatur donatio, quasi ea conditione donauerit; secus si non adessent, nisi coniecturæ tacitæ voluntatis;
52 quia illæ non sufficiunt in illegitime natis, sicut in legitimis. † Extende limitationem; quia attenditur tempus legitimationis; ideo licet tempore donationis essent nati filii spurii; si tamen postea moritur vxor donantis, & faciat legitimare spurios, etiam contrahendo matrimonium cum matre, licet in legitime natis sufficiat, quod vnus esset natus ante donationem; quia satis cogitauit de filiis, non potest reuocare, etiam si alii post donationem nati sint; secus est in illegitime natis; quia fuit ante donationem, vel post nati sint, attenditur dies legitimationis. Castr. *d. cons.* 435. *col.* 2.
53 *ver. tertio facit. lib.* 2. † Limita in filiis adoptatis post donationem, quia non inducunt reuocationem, alias autem daretur modus contraueniendi. Alex. *cons.* 40. *col. fin. ver. nec puto. num.* 15. *lib.* 4. Castr.
54 *cons.* 435. *colum.* 1. *in fin. ver. præterea si aliud. lib.* 1. † Limita; quia *l. si vnquam. C. de reuoc. don.* habet locum solum in donatione pura, & simplici. secus in donatione ex causa, vel ob causam. Alex. *consil.* 40. *Super primo dubio. lib.* 4. *num.* 13. *ver. circa tertium.* Corn. *cons.* 4. *col. pen. lib.* 3. Alexand. *cons.* 29. *Præclare, & subtiliter, ad fin. lib.* 3. Corn. *cons.* 206. *co-*
lum. 7. *vers. concurrit etiam. lib.* 3. Deci. *cons.* 181. *col. fin. circa fin.* Tiraq. *d. l. si vnquam. ver. donatione largitus. num.* 122. vbi plures congerit, plenius *consil.* 162. *Visis iis. num.* 3. *& 4. vers. nec obstat. lib.* 6. plene Clar. *in* §. *donatio. quæst.* 23. *num.* 3. *ver. item quæro*, vbi dicit communem *, dummo-* do causa æquipolleat donationi, vel pro ea rata; quia *l. si vnquam.* non habet locum, nisi in vera donatione, quæ est ex mera liberalitate. † Si tamen pro causa est conditio, sufficit talis causa. Alex. 55 *cons.* 40 *num.* 12. *lib.* 4. vbi apost. *in ver. conditione.* dicit * communem, * licet restringat ad conditionem pertinentem. † Limita, quia imo 56 donatio facta per patrem, antequam habeat filios, non potest ab eo reuocari ob susceptionem filiorum, tanquam inofficiosa, quia ante filios conceptos, ex contractu res desiit esse in patrimonio donantis, & sic non potest reuocari. Calder. *cons.* 323. *circa med. vers. sed hoc præsupposito*, alias 4. *de donatio. vsque in fin.* vbi, quod non releuat, quod deficiat consensus post donationem perfectam. † In 57 contrarium facit *l. si vnquam. C. de reuoc. don.* & quæ in princ. supra habentur. † Declara, vt Calder. intelligatur, quod donans non 58 possit per superuenientiam liberorum reuocare donationem quoad commodum proprium, puta si nati essent sibi filii post donationem, & mortui essent, alias non bene diceret. † Limita, quia 59 licet per susceptionem filiorum reuocetur donatio in totum, quando est facta per patronum liberto, tamen secus est, si esset facta prorsus extraneo, quia reuocaretur solum vsque ad legitimam. Fulg. *cons.* 65. *Titius coniugem, circa med. ver. ad argumenta in oppositum.* † Vide in contrarium supra in princ. *num.* 1. quia licet *l. si vnquam.* lo- 60 quatur in liberto, idem est in extraneo secundum veram, & communem, & * communiorem, & vsu receptam opinionem. † De- * 61 claraquia si pater habens filios donat, vel extraneo, vel filiis susceptis, & postea alios filios suscipiat, certe eo casu non habet locum *l. si vnquam.* à contrario sensu; quia loquitur in donante non habente filios, vt supra *n.* 3. sed bene fit reuocatio ex remedio inofficiosæ donationis, vt donatio facta filiis reuocetur vsque ad legitimam, aliæ in totum. plen. Clar. *in* §. *don. quæst.* 22. *num.* 3. *ver. secundo infertur.* vbi dicit * communem, vide etiam supra *num.* 26. Vide plenius de * filiis, & de extraneis, supra. *Donatio inofficiosa quando, & qualiter valeat, vel non. Conclus.* 685. † Limita in renunciatione facta per filiam 62 patri cum iuramento ex causa dotis; quia non reuocatur, licet filia susceperit filios communem * dicit Alex. *cons.* 29. *Præclare. n.* 16. & * *seq. ver. postremo. lib.* 3. † Limita, quia non habet locum *l. si vnquam.* 63 *C. de reuoc. donat.* quando donans cogitauit de filiis, communem * * dicunt Socin. *cons.* 53. *num.* 7. *lib.* 4. & alii, quos citat Clar. *in d.* §. *donatio. quæst.* 22. *num.* 2. *ver. ex qua quidem.* † Contrarium, & melius 64 sentit ipse Clar. ibi ex alia contraria communi opinione, quia non præsumitur donans cogitasse de filiis, nisi constet expresse de contrario, vide eum, quia allegat conc. † Extende, quia dicitur cogi- 65 tasse de filiabus fœminis, si eas exclusit in donatione. Rom. *cons.* 26. *num.* 8. *ver. in hoc concludo.* † Extende; quia dicitur cogitasse de fi- 66 liis, si donasset in contractu matrimonii, vt per Clar. *d.* §. *donatio. quæst.* 22. *num.* 2. *ver. ex qua quidem*, vbi dicit communem *, licet ipse * teneat contrarium, per superius proxime dicta. † Limita, quia si- 67 cet reuocetur donatio; non tamen reuocatur legitimatio, arrogatio, vel adoptio facta per patrem, antequam haberet filios legitimos & naturales, quos postea suscepit. Fulgos. *cons.* 65. *Titius coniugem per tot.* † Limita, quia non reuocatur donatio, seu pactum do- 68 tis lucrandæ, quia non agitur de præiudicio filiorum magno, quia aut pater non transit ad secunda vota, & filii habebunt; aut transit, & lex conseruat filiis. Alexand. *cons.* 162. *Visis iis. num.* 3. *vers. nec obstat. lib.* 6. vbi *num.* 4. plenius respondet, quod non est donatio, sed pactum in contractu dotis, & maritus dicitur habere tale lucrum titulo oneroso propter onera matrimonii, & ibi apostilla *in ver. oneroso.* dat plurimos concord. & reprobat tenentes contrarium. Vide plene per Ant. Gab. *lib.* 3. *tit. de dona. conclus.* 2. *Donatio per superuenientiam liberorum reuocatur.*

Donatio potest rescindi ex enormissima lęsione, & quando secus. Concl. 713.

LÆSIO † enormissima habet locum in donatione ob causam, 1 & correspectiua. Cast. *cons.* 174. *lib.* 1. *in fi.* Curt. Iun. *cons.* 121. *num.* 14. *& consil.* 141. *col.* 2. Crauet. *cons.* 192. *num.* 1. Vide plene, *Læsio vltra dimidiam habet locum in omni contractu. Concl.* 293. *n.* 65. *& mult. seqq.*

Donatio libera quando dicatur vel non, & quando in fraudem. Concl. 714.

DONATIO † dicitur libera, quæ fit mere, pure, libere, quia ista 1 verba in dubio hoc probant. Alex. *cons.* 78. *in pr. lib.* 4. † Limita,

quia

quia non dicitur libera donatio ea, quæ fit instante aliquo timore, per quem donans inducitur ad donandum. Gemin. *consil.* 112. *nu.* 3. *ver. item ista*, vbi loquitur de donatione facta per debitorem mutuanti quoad fructus rei pignoratæ, durante pignore, vt censeatur facta contemplatione necessitatis, & sic in fraudem vsurarum.
3 † Extende, quod tales donationes non libere factæ non prosunt creditoribus mutuantibus. Gem. *d. consil.* 112. *in fi. n.* 4. *ver. sed tales donationes.* Vide, *Donatio quando dicatur in fraudem creditorum, & qualiter reuocetur. Concluſ.* 658.

Donans habet multa priuilegia contra donatarium. Concluſ. 715.

1 DONANS † non tenetur donatario de euictione: ideo non agit donatarius contra donantem, si res donata euincatur. *l. Arist.* §.
2 *Labeo*, vbi Bar. *ff. de don. t.* † Extende, quia edictum ædilium curuliũ non habet locum ad fauorem donatarii contra donantem: ideo si res donata est vitiosa, non tenetur ad aliquid. Rol. à Val. *consil.* 37. *n.*
3 16. *& seq. ver. secundo facit. lib.* 2. † Amplia, quia non tenetur donans donatario, nec ab eo conueniri potest, nisi in quantum facere potest Rol. à Val. *d. consil.* 37. *n.* 19. *& seq. lib.* 2. Rom. *consil.* 26. *n.* 8. *ver. tertio*
4 *quia.* † Extende, quia mitius agendum est per donatarium contra donantem. *Pedemont. decis.* 153. *n.* 2. Borgnin. *de vsufructu. n.* 153. *fol.* 323.
5 † Restringe, vt non procedat in donatione remuneratoria. Rom. *d. consil.* 26. *n.* 8. *ver. tertio quia.* vbi apost. *in ver. remuneratoria*, citat plurim.
6 † Amplia, quia, quod non potest manumissus contra manumittentem circa onus consequendum, non potest consequi donatarius à donante, quia valet argumentũ. Rol. à Vall. *d. consil.* 37 *n.* 21. *lib.*
7 2. † Amplia, quia licet vsufructuarius teneatur cauere de vtẽdo, & fruendo arbitrio boni viri, tamen secus est in donante reseruato sibi vsufructu, quia non tenetur cauere. Rol. à Vall. *consil.* 37. *nu.* 24.
8 vbi multos allegat, *Pedemont. decis.* 153. *Mulier. nu.* 2. † Extende, quia neque tenetur facere inuentarium. Borgni. *de vsufructu. fol.* 323. *num.* 153. & ita seruat consuetudo. Boer. *decis.* 61. *num.* 5. *&* 6. *& per totam*,
9 vbi limitat multis casibus. Vide; *Administrator quilibet tenetur conficere inuentarium. Concluſ.* 202. † Extende, quia non tenetur accipere vsumfructum de manu donatarii, sed propria authoritate capit.
10 Borgni. *d. tract. de vsufruct. fol.* 323. *num.* 154. † Amplia, quia non potest donatarius molestare donantem in iis, quæ sunt contra æquitatem, & habent verisimile, quia valet argumentum, donans non se arctasset ad hoc verisimiliter, ergo. Rol. à Val. *d. consil.* 37. *nu.* 22. *&*
23. *lib.* 2. Corn. *consil.* 267. *num.* 7. *lib.* 4. vbi idem videtur tenere, quia videtur nedum cessare æquitas, sed extra verisimile insurgit mali-
11 gnitas. † Amplia, quia donans medietatem omnium bonorum suorũ inter viuos, licet fecerit bona sua communia cũ donatario, poterit tamen alienare vnam rem integram inuito donatario, licet habeat medietatem in illa ex speciali prærogatiua, quã habet donans cum donatario, dummodo fiat recompensatio donatario in alia re. Guido Pap. *decis.* 602. allegat *l. si quis argentum. ff. de*
* 12 *donat.* facit. *l. non amplius*, § *cum bonorum*, vbi Doct. *ff. de leg.* 1. † Extẽde; quia donans domum, reseruata sibi habitatione eius vita durante, potest inuito donatario locare domum. Afflict. *decis.* 401. vbi refert opiniones, & fuisse iudicatum contrarium; tamen sententia fuit
13 reuocata, & respondet omnibus contrariis. † Amplia, quia quod dicitur de patre erga filium, vt non teneatur pro vsufructu cauere, neq; inuentarium facere, neq; de manu illius accipere, idem in donante dicit Borgn. *d. tract. de vsufruct. fol.* 323. *n.* 153. *&* 154. Corn. *consil.*
267. *n.* 8. 9. *&* 10. vbi etiam, quod plus consequitur donans à dona-
14 tario, ne conueniri possit, quam pater à filio, *lib.* 4. † Amplia; quia plenior fit interpretatio pro donãte in iis, quæ sibi reseruauit, prout in administratione rerum donatarum, dicit Deci. *consil.* 264. *col.*
15 *pen. & per tot. ver. capio* 3. *&* 4. 5. vbi latiss. † Extende idem in vsufructu reseruato; quia pinguior dicitur vsusfructus; quia non cauet & alia non facit, quæ vsufructuarius facere tenetur. Dec. *d. consil.* 264. *n.* 5. in tantum quod Borgn. *de vsufruct. fol.* 323. *n.* 153. dicit valde diuersum
16 ab vsufructuario testamentario. † Extende; quia si donans sibi reseruauit vsumfructum & dominium, vel vsumfructum dominii, censetur reseruasse vtrunque, & sic vsusfructus erit casualis, non
17 formalis. Put. *decis.* 222. *In causa Romana, lib.* 3. † Amplia; quia actus semper interpretari debet ad vtilitatem gerẽtis, vt minus lædatur,
18 quam fit possibile. Crau. *decis.* 106. *n.* 9. *& seq.* † Amplia; quia verba donationis debent interpretari à donante, non à donatario. Crau.
cons. 234. *in princ. & per totum.* Vide, *Donatio qualiter interpretetur. Con-*
19 *cluſ.* 626. vbi plura similia reperies. † Extende; quia forma rescripti, & mandati, & gratiæ, pendet ab interpretatione mandantis, plene Feli. *in c. causam, quæ, num.* 6. *in fi. ver. prædicta declara, de rescript.*

Dormiens non delinquit. Concluſ. 716.

DORMIENS † non delinquit; nisi præcessisset causa, quare debuit vigilare. Bald. *cons.* 250. *In quæstione domini Milani, num.* 6. *ver. item dormiens, lib.* 1. † Et quod dormiens non delinquat, quia furioso æquiparatur, ideo de delicto non potest puniri, nisi esset in lata culpa, vt quia sciret se esse solitum delinquere surgendo in somnis, & percutiendo, quia tunc extra ordinem posset puniri. Vide plene Clar. *in* § *fi. q.* 60. *n.* 13. *ver. quæro etiam.* Vide, *Ignorans nihil agit, neque consentit. Concluſ.* 17.

Dos quid sit, & quotuplex; & de multiplici specie dotis. Concluſ. 717.

DOTIS † diffinitio est, dos est, quod ex muliere, vel ab eius patre datur marito, vel patri propter onera matrimonii sustinenda, vt perpetuo sit penes eum. Bart. in sua *quæst.* 7. *mulier habens, num.* 4. *in ver. contra quod, ver. secundo probo.* † Dos est quid vniuersale. Angel. *cons.* 81. *Domina Maria, num.* 2. *ver. in contrarium.* plene Alex. *cons.* 49. *Viso processu, nu.* 7. *ver. rursus*, vbi, quod est quid vniuersale, sicut hæreditas, & peculium, *lib.* 3. & ibi plena apostil. *in ver. dos*, quæ dat plurimos concord. & iterum *consil.* 79. *Eleganter, num.* 6. *lib.* 5. vbi, quod est ius vniuersale, & incorporale distans à corporibus dotalibus, prout in hæreditate. † Contrarium, quod dos non est quid vniuersale, nisi vniuersitas sit data in dotem, apostil. ad Alex. *d. consil.* 49. *num.* 7. *in ver. dos, lib.* 3. quæ ad hoc allegat Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *ff. solut. matr.* Corn. *consil.* 40. *col.* 2. *lib.* 3. & alios, quos videas. † Item est, quod à muliere, vel eius patre datur marito, vel patri mariti propter onera matrimonii sustinenda, ita vt perpetuo sit apud eum, ita Azo. *in rubr. de iure dot.* Bart. in sua *disput. Mulier habens amplum matrimonium.* † Declara, quia non constante matrimonio, sed dissoluto per mortem viri dos debet restitui vxori, *l.* 2. *in princ. ff. solut. matr.* † Patrimonium mulieris dotatæ appellabatur dos de iure antiquo. *l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. herciſc.* Florian. *consil.* 4. *num.* 2. Vide, *Dos est patrimonium mulieris, & quando. Concluſ.* 736. † Est nomen iuris. Bart. *d. qu.* 7. *ver. contra quod, num.* 4. *ver. secundo probo sic.* Vide, *Nomina vniuersalia sunt nomina iuris, & quæ. Concluſ.* 56. † Duplex est secundum Signorol. Homod. *consil.* 49. *In quæst. vertente. circa fin. ver. dico, quod duplex.* vbi dicit esse duplicem, videlicet veram, & confessatam. † Imo dos triplex est, naturalis, quando vere operatur numeratio sine stipulatione. Bal. *cons.* 456. *Secundum est, in princ. lib.* 2. vbi idem dicit esse in mutuo. † Alia ciuilis, cui natura cooperatur, vt quando vere numeratio & stipulatio interuenerunt, vel si præcedente chirographo sequitur postea numeratio. Bald. *d. cons.* 456. *in princ. lib.* 2. † Alia ciuilis etiam simpliciter dicitur dos, quãdo sola confessio dotis interuenit, & lapsa sunt tempora excipiendi de nõ numerata pecunia. Bald. *d. cons.* 456. *in prin. lib.* 2. † Amplia, quia dos est vera, vel præsumpta, dos dicitur vera, quando de ea constat, præsumpta, quando non constat de ea, sed tamen maritus possedit bona mulieris, quia præsumitur dotata saltem arbitrio boni viri. Bal. *cons.* 98. *Mulierem maritus lib.* 4. vbi, qualiter procedat. † Amplia, quia omnis dos aliquando est soluta, aliquando est promissa, aliquando est confessata, & semper dicitur dos. Ang. *cons.* 180. *Præmitto ad euidentiam, colum.* 2. *ver. pro hoc quia.* † Soluta dicitur, quando re-
14 uera est soluta, vel tradita pro matrimonio existenti. † Quandoq;
15 est soluta, & tradita pro matrimonio futuro, prout quando datur sponsæ. Angel. *consil.* 180 *colum.* 2. *verb. pro hoc quia.* † Promissa dicitur
16 multis modis, quandoque ex pollicitatione, vel promissione, aut alia obligatione, vel quando est legata. Angel. *d. cons.* 180. *col.* 2. *circa*
med. † Extende, quia licet maritus ducat vxorem nulla facta men-
17 tione dotis, tamen potest petere dotem mulieri debitam secundũ veram opinionem, quia dos debetur pro se, & liberis, & marito alendis. Alex. *cons.* 56. *In præsenti, num.* 5. *lib.* 4. vbi apostil. *in ver. & bene.* dat plures concord. & quod potest peti nomine mariti, vel vxoris, aut filiorum, vna cum fructibus, vt ibi per totum consilium. Vide concord. infra, *Dotare qui teneantur. Concl.* 780. *nu.* 30. *& multis seq.*
† Contrarium, quod imo pater non tenetur dotare filiam, quæ
18 nupsit sine dote. Alex. *cons.* 33. *num.* 2. *ver. fortius, lib.* 3. † Declara, quia
19 dos debetur pro alendis mario, vxore, & filiis, & ideo si non est factum matrimonium sine dote, quia sic sit conuentum, debetur, & potest peti, secus si esset conuentum, quod sine dote contraheretur, ita Alexand. *d. cons.* 56. *num.* 5. *lib.* 4. & ibi apostil. *in ver. & bene.* Vel dicas, quod si pater officio iudicis tenetur, liberatur, si filia sine dote nupsit, secus si pater tenetur iure actionis, ita Alex. *cons.* 7. *Visis & diligenter, n.* 10. *ver. non obstant allegata in contrarium, lib.* 2. & quia minus operatur officium iudicis, quam actio. Alex. *cons.* 58. *n.* 6. *li.* 1.

† Confessata dicitur dos, vt infra, *Dos confessata per maritum quando vxori debeatur. Conclus.* 748. † Amplia, quia alia est dos temporalis, quæ datur, vel promittitur pro matrimonio carnali, alia vero, quæ datur, vel promittitur moniali pro ingressu monasterii, & sic pro matrimonio spirituali. Vide, *Dos ita debetur pro matrimonio spirituali, sicut pro carnali. Conclus.* 730.

Dos quando, & quibus modis constitui possit. Conclusio 718.

1 DOs † potest constitui filiæ, vel nepti nondum concepte tempore vitæ aui dotantis, & ante matrimonium, & valet constitutio, sed istud non procedit in statuto excludente neptem dotatam ab auo, quia non potest adaptari ad neptem non conceptam viuente auo, etiam si ab auo sit dotata, quia duplex concurrit fictio, quod ante matrimonium, & antequam sit in rerum natura, neptis dotaretur. Bald. *cons.* 394. *Punctus talis est, Antonius, per totum,*
2 maxime *in fin. lib.* 3. † Amplia, quia potest constitui constante matrimonio, tam per confessionem, quam per numerationem, nisi constituatur in fraudem aliorum creditorum. Bald. *consil.* 456. *Seia origine, in princip. lib.* 1. & quod possit constitui vtroque modo con-
3 stante matrimonio, Anchar. *cons.* 307. † Extende, quia potest constitui etiam ante matrimonium, tam per confessionem, quam per
4 numerationem; Anchar. *cons.* 307. *Nulli dubium.* † Amplia, quia dos potest constitui pro matrimonio contracto iam ante constitutio-
5 nem. Bald. *d. cons.* 456. *in princ. ver. certe nec illud, lib.* 1. † Extende, quia potest constitui ab vxore, licet à principio nupserit sine dote, & valebit constitutio, & habet priuilegia, prout si ante matrimoni-
6 um. Boer. *decis.* 331. *in fin.* † Declara, quia si constitutio dotis fiat per confessionem mariti constante matrimonio ad fauorem vxoris, tunc requiritur confirmatio per mortem mariti, quia talis donatio aliter non valet. Vide, *Dos confessata per maritum debetur vxori & quando. Conclus.* 748. Vide, *Confessio mariti ad fauorem vxoris quibus præiudicat, vel non. Conclus.* 667. † Contrarium, quod imo lapso decennio
7 constante matrimonio omnis querela, vel exceptio denegatur, ideo non est necessaria confirmatio per mortem. Anchar. *consil.* 307.
8 vbi allegat tex. hoc dicentem. † Si vero confessio est facta de ipsa dote ad fauorem auiæ maternæ vxoris, vel alterius personæ, cui non prohiberetur donare maritus, & est lapsum tempus opponendi de numeratione pecuniæ, vel est illi renunciatum, valet etiam viuente marito, & in præiudicium creditorum, & tertii pos-
9 sessoris. Bald. *d. cons.* 456. *per totum, in princ.* vbi est casus, *lib.* 1. † Amplia, quia dos potest constitui per maritum futurum in præmium matrimonii futuri, & recompensationem nobilitatis mulieris, & statim sequuto matrimonio dicitur vere dos constituta, vt debeatur hæredibus mulieris, licet mortua sit, antequam traduceretur
10 ad domum viri. Castr. *cons.* 434. *Visis omnibus, in princ. lib.* 1. † Amplia, quia in vidua, si nihil est dictum, eadem dos censetur constitura, quæ data fuit primo marito. Bald. *cons.* 412. *Ioannes Benetenga, in prin. ver. item ipsis sic manentibus, lib.* 2. quod confirmat Cuma. in vidua ma-
11 iore 25. annis, *cons.* 110. *in princ.* † Extende, vt quod dicitur viduam maiorem præsumi dotatam in dote data primo marito, procedere, etiam si agatur de lucro vigore statuti, quia licet statutum non habeat locum in casu ficto, tamen habet locum in casu à iure præ-
12 sumpto. Cuma. *d. cons.* 110. *in princ.* † Restringe, vt non procedat, si vidua est minor, quia sine decreto non potest se ipsam dotare. Cu-
13 ma. *cons.* 110. *Domina Ioanna, in princ.* † Amplia, quia sola traditione dos dicitur constituta. Bart. in *lua qu.* 7. *Mulier habens, ver. contra quod, num.* 4. *in fin. ver. pro hoc facit* allegat *l. quemadmodum,* §. 1. *ff. de iur. dot.*
14 † Amplia, quia constituitur ita dos promissione, sicut constitutio-
15 ne, vel solutione, quia parem vim habet. Afflict. *decis.* 61. *nu.* 2. † Extende, quia si socer promisit dotem mulieris secundo viro, quæ data fuerat primo viro filio promittentis, dicitur dos constituta, & ipsa mulier habet prælationē in bonis promissoris, late Ruin.
16 *cons.* 183. *num.* 5. *lib.* 1. † Amplia, quia sicuti peculium constituitur sola patientia, ita & dos, quia peculium, & dos æquiparantur. Bart.
17 *d. q.* 7. *ver. contra quod, num.* 5. *ver. tertio probo sic.* † Limita; quia non potest dos constitui à matre in bonis filiorum cum consignando. Ias.
18 *cons.* 238. *in princ. lib.* 2. per tex. *in l. mater, C. de rei vendic.* † Limita, quia dos non dicitur constituta, licet maritus ante matrimonium cœperit possidere bona puellę in 12. anno, quam postea duxit in vxorem, & continuauit in possessione bonorum, neque æstimatio bonorum subsequuta, absque alia dotis mentione, operatur quod dos censeatur constituta. Rom. *cons.* 314. *in casu propos. per tot.* vbi apost. Vide tres Conclusiones prox. seq.

Dos à quibus constitui possit. Conclus. 719.

CONSTITVI † potest dos à patre, quia imo tenetur filiā do- 1
tare, *l. fin. C. de dotis promiss.* † Item mulier potest se ipsam dota- 2
re, & in dubio præsumitur dotata, si passa est maritum omnia bona sua possidere, vel in omnibus bonis, vel saltem in tanta dote, quā-
ta declarabitur arbitrio boni viri, considerata consuetudine loci, & qualitate personarum, & si mulier est vidua, maiorem dotem
dare debet. Bald. *consil.* 98. *Mulierem maritus per tot. lib.* 4. Vide con- M
clus. proxi. seq. † Item tertius potest dotare mulierem. Vide, *Dos* 3
data à tertio quo nomine data censeatur. Conclus. 786. † Curator 4
mulieris potest illam dotare. Bald. *d. cons.* 59. *in fin. ver. de curatore, lib.*
3. † Extende etiam in curatore dato hæreditati iacenti repudiatæ 5
per filiam, vel suspensæ, quia potest dotare filiam, dummodo non
in præiudicium creditorum. Bald. *cons.* 59. *Tres personæ, num.* 2. *verb.*
incidit hic quæstio, libro 3. Vide, *Dotare qui teneantur. Conclu-* M
sio 780.

Dos an possit constitui à minore. Conclus. 720.

MVLIER † minor non potest sibi dotem constituere sine de- 1
creto. Bart. *in q.* 7. *Mulier habens amplum patrimonium, ver. solutio.*
in princ. sequitur Roma. *cons.* 314. *in casu propositæ consultationis, in princ.*
& per tot. Ang. Aret. *cons.* 15. *Attento, & diligenter, num.* 32. *ver. septimo.*
† Extende, quia sicuti mulier minor non potest expresse, & sine 2
decreto dare omnia bona sua in dotem, ita etiā neq; tacite. Rom.
cons. 314. *in princ.* Bar. *d. q.* 7. *in ver. solutio in princ.* † Amplia, quia licet 3
mulier secundo nubens videatur dedisse in dotem secundo viro
id, quod dedit primo, tamen fallit, si mulier est minor. Cuma. *cons.*
110. *Domina Ioanna, in princ.* † Amplia, quia sicut non potest minor 4
mulier constituere dotem sine decreto, ita multo magis non po-
test donare inter viuos dotem, vel iura dotalia sine decreto. Dyn.
cons. 44. *Quæstio, de qua agitur, per tot.* † Amplia, quia neque minor re- 5
cipiens dotem censetur obligare bona sua immobilia; quæ sine
decreto obligare non potest. Aret. *cons.* 15. *Attento, & diligenter, num.*
28. *& seq. ver. & hoc confirmatur.* † Amplia, quia si mulier existens in 6
12. anno non completo, & sic non habilis ad matrimonium passa
est maritum possidere omnia bona sua, non tamen censetur ali-
quam dotem constituisse, nedum in omnibus, sed neque in aliqui-
bus bonis, quia vbi non potest esse matrimonium, neque dos cen-
setur constituta. Rom. *d. consil.* 314. *colum.* 2. *ver.* 2. *considerandum.* † Ex- 7
tende, vt procedat, etiam si postea maritus consummato matri-
monio continuauit in possessione omnium bonorū mulieris ipsa
sciente, & patiente, quia adhuc nulla censetur dos constituta, quia
matrimonium potest esse sine dote, & quia non exquiritur conti-
nuatio possessionis, sed origo possessionis tempore, quo non erat,
neq; esse poterat matrimonium. Roma. *d. cons.* 314. *col.* 2. *ver. & licet*
ipse maritus, vbi apostil. *in ver. exquirenda.* allegat concord. † Exten- 8
de vt, procedat, etiam si pater vxoris, & maritus æstimassent bona
possessa per maritum nulla facta mentione, vel constitutione do-
tis, quia adhuc non erit dos constituta, neq; æstimatio hoc casu o-
peratur emptionem, quia procederet, si constituta esset dos, vel
præcessisset contractus habilis ad trāslationem dominii, alias æsti-
matio non operatur, nisi quod si de leui culpa tenetur, tenebitur
de leuissima, & si tenebatur de leuissima, tenebitur de casu fortui-
to. Rom. *dict. cons.* 314. *col.* 2. *ver. caterum post carnalem.* † Contrarium in 9
præmisso casu, quoad omnia tenet Abb. *cons.* 46. *n.* 2. *& seq. lib.* 1. sed
reuera est casus diuersus, quia mulier non erat minor, item facta
erat mentio dotis in casu. Abb. † Limita, quia valet constitutio do- 10
tis facta filiæ impuberi per matrem tutricem, quæ dedit omnia bo-
na filiæ in dotē, quia si postea adulta facta cōsumpsit matrimoniū,
debet maritus habere lucrū statuti ex omnib. bonis ipsa morie:e.
Bald. *cons.* 99. *Punctus talis est, lib.* 4. *per tot.* vbi loquitur in terminis
fortioribus, quando filia post mortem tenebatur restituere bona
data in dotem ex fide commisso paterno. † Limit:, quia si mulier 11
minor, vel alius minor, qui dotauit non habebat curatorem, valet
dotatio sine curatore. Cur. Iun. *cons.* 168. *Habita diligenti considera-*
tione, n. 17. *ver. non obstat etiam cum seq.* Gozzad. *cons.* 33. *nu.* 20. † Limita, 12
quia quando minor promittit dotem, valide obligatur, quando
non alienat bona stabilia: ideo valet promissio in quantitate, & bo-
na obligantur, quia non est alienatio. Curt. Iun. *cons.* 168. *n.* 19. & 20.
vbi, quod decretum non requiritur, quod intelligas, quando ma-
ritus tanta dote esset dignus. † Extende, quia etiam minor reci- 13
piens dotem obligat omnia bona sua secundum * communem, *
de qua Ias. *in l. si constante, num.* 210. *& sequent. ff. solut. matrim.* sequitur
* communem attestando Curt. Iun. *d. cons.* 168. *num.* 20. & Gramm. *
decis.

14 *decis.*103.*num.*17. † Restringe, in minore muliere, vel alio minore, quia si dotem promittat excessiuam sine curatore, vel tutore, & decreto restituitur, & non obligatur. Gozadi. *cons.*33. *nu.* 20. *& seq.* qui loquitur, etiam stante statuto, quod mulier presumatur omnia bona sua dedisse in dotē, quia loquitur in maiore, vel cum solem-
15 nitatibus, vel competit restitutio. † Idem tenet Roman. *d. consil.* 314. *In casu propositæ, in fin.* vbi loquitur secundum iuris communis dispositionem, vt restituatur nedum ipsa, sed eius hæredes & reducitur ad honestam dotem considerata qualitate personæ, mari-
ti, & facultatibus vtriusque. Vide, *Minor an possit sine decreto dotare. Concluſ.*248.

Dos an possit constitui sub conditione, & à quibus. Concluſ.721.

1 DOs † à principio potest ab eo, qui illam dat, siue sit pater, siue extraneus, constitui sub pactis, & cōditionibus bene visis illi, qui ipsam constituit, etiam in preiudicium mulieris. *l. quoties. ff. solut. matri.* Vide, *Dos data à tertio recipit omnem conditionem. Concluſ.* 787.
2 † Contrarium in dote constituta à patre, quia non recipit grauā-
3 men. Vide, *Dos profecta à patre recipit grauamen. Concluſ.* 782. † Ampla, vt istā pacta, & conditiones possint apponi doti, etiam post constitutionem illius, dummodo à principio in constitutione sit conuentum de apponendis conditionibus, quia quod fit post cēsetur factum à principio, secus si à principio non esset conuentum. Petr. de Anchar. *cons.*7. *in quæstione agitata, in princ. nu.*3 *& seq. ver. non*
4 *obstat, quod declaratio.* † Amplia, quia procedunt istra, nedum in dote mulieris, sed in dote Ecclesiæ, loci pii, vel monasterii, quia is, qui dat pro dote, vel augmento, aut alias potest apponere conditionem rei suæ, quam dat, sibi bene visam. Anchar. *consil.* 197. *num.*5.
5 *& 6. ver. venio ad aliud.* † Restringe, quia si dotatio fiat in erectione Ecclesiæ, vel loci pii, non potest apponi conditio, per quam bona pro dote assignata reuertantur dotanti, quia esset contra naturam Ecclesiæ, quæ non potest esse sine dote, & redigeretur ad nihilum, ideo non valet hæc conditio. Anchar. *cons.* 197. *num.* 6. *& seq.*
maxime *num.*8. vbi late. Vide, plenius. *Ius patronatus secundum dispositā in institutione regulatur, & quando secus. Concluſ.* 607. † Amplia quia
6 legatum factum per testatorem suis consanguineis maritandis cum onere, quod hæres teneatur illas maritare, & dotes cum nupserint tradere, importat dotem conditionalem quando nupserint, Alexand. *consil.*145. *Viso processu, n.* 2. *& sequent. lib.* 5. & illud onus iniunctum hæredi, vt teneatur maritare, non facit, vt præcise compelli possit maritare, sed bene, vt præcise possit compelli deponere dotes in loco tuto, vt facilius possint maritari. Vide, *Dotis actio*
7 *quando competat, vel non. Concluſ.*729. † Extende; in legato dotis relicto per patrem filiæ, quia dicitur conditionale. Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero.* vbi Doct. *ff. de condit. & demonstr.* Bald. & Salyc. *in l. sancimus, C. de nup.* Rom. *cons.*134. Ang. *cons.*392. *& cons.*393. Alex. *cons.*
77. *lib.*5. & ibi apost. quæ dat plurimos concor. Corn. *cons.*32. *in prin. & cons.*229. *lib.*4. Soc. *cons.*92. *lib.*1. *& cons.* 288. *colum.* 11. *ver. secundum*
*decidit Bar. lib.*2. Deci. & Ias. *in l. si pater, C. de instit. & substit.* & propterea
8 ita demum debetur, si nubat. † Extende quia idem est in dote promissa, quia semper inest tacita conditio, si matrimonium sequatur, *l si extraneus, & l. seq. ff. de cond. ob causam* Ias. *in l. item, quia in* 4. *not. ff. de pact.* vbi limitat respectu mariti, sed secus respectu mulieris, quan-
9 do apparet facta animo donandi, vt ibi per eum. † Extende maxime, quando legatum esset, quādo nuberet, quia dictio, *quando* importat conditionem, *le. cum vir. ff. de cond. & demonst. l. si Titio. ff. quando*
10 *dies legati ced.* in terminus Bald. *cons.*486. *Super eo, lib.*5. † Item quādo prouidisset interim de alimentis. Salyc. *in l. Sancimus, col. fi. C. de nupt.*
11 Campeg. *de dote, quæst.*29. † Declara, quia dos legata vel promissa à patre ita demum habet conditionem, *si filia nupserit*, quatenus excedat legitimam debitam filiæ, quia pro legitima legatum, & dos est pura, & debetur sine conditione. Bart. *d. l. Titio centum, §. Titio genero, num.*4. *& seq. ff. de cond. & demonstr.* quando à statuto esset exclu-
sa, vt ibi. Vide, *Legatum factum pro dote quando, & qualiter debeatur. Concluſ.*102.

Dos qualiter probetur constituta, & an bona præsumantur dotalia. Concluſ.721.

1 TESTES † duo probant dotem constitutam. Bald. *cons.*461. *Lippus habuit. lib.*4. vbi, quod probatur solutio, & constitutio ex duo-
2 bus testibus deponentibus. † Extende, quia probatur dos constituta ex confessione extraiudiciali per tres testes probata, etiam si vnus sit consanguineus, & frater mulieris, & tractet de suo commodo, quia suppletur per alios. Bald. *consil.*10. *In quæstione, quæ verti-*
*tur, lib.*5. † Amplia, quia probatur etiam per testes consanguineos vxoris, quando agitur differentia inter nepotes ex dotata, vel inter filios, quia cum sit consanguineus æqualiter, integer testis est. Bald. *consil.* 461. *in fin. lib.*4. † Extende, vtidem sit, quando supple- 4
tur per alios testes, quia tunc consanguinitas non obstat. Bald. *cons.* 10. *num.*4. *verb. & si ducatur, lib.*5. Vide Mascard. *Concluſ.*568. *Dotis dictio*, vbi, quod potest probari per testes, etiam si frater sit, qui dotauit, admittitur, & mediatores sunt idonei; imo etiam per testes probatur, licet statutum prohibeat posse probari per testes vltra talem summam, imo ampliat, vt in dubio per iuramentum mulieris probetur, vide eum. † Amplia, quia dos licet non 5
præsumatur constituta, nisi probetur, tamen præsumitur constituta ex solis indiciis. Bald. *cons.*185. *Punctus. concessa sunt, in princ. lib.*5. plene Petr. Surd. *cons.*94. *nu* 18. *& seq.* etiam per verba enunciatiua probatur. † Extende, quia etiam solis indiciis præsumitur dos constituta in omnibus bonis. Surd. *consil.*94. *per tot.* Vide pro, & contra per Mascard. *Concluſ.*565. *in fin.* † Amplia, quia dos nudo con- 7
sensu constituitur. *l. ad exactionem, C. de iure dot.* & ideo nudis verbis probatur dos constituta. Angel. *consil.*335. *num.*2. Bart. *in quæst.*7. *Mulier habens, ver. contra quod num.* 6. *verb. quarto probo.* † Extende, 8
quia nudo pacto promisso dotis etiam sine scriptura probata parit actionem. *l. ad exactionem, C. de dot. promiss.* Aretin. *in §. est illud, prope fin. Instit. de donat.* Bald. nouel. *de dote in* 6. *parte, priuil.*5. † Amplia, 9
quia si maritus promittit restituere vxori certa bona soluto matrimonio, censentur dotalia, *l. si stipulatione, cum l. sequent. ff. de iure dot.* Bart. *in quæst.*7. *mulier, ver. solutio, nu.*3. *in* 2. *dub. in fin. ver. non obstat*, vbi ait secus esse, si restitutio promitteretur sine illis verbis, *soluto matrimonio*, quia non probaretur dos, nisi aliunde constaret. † Am- 10
plia, quia traditione doti perficitur contractus dotis. Soc. *consil.* 170. *col.*1. *ver. confirmantur prædicta, lib.*2. plenius *cons.* 207. *num.*3. *lib.* 2. † Extende, quia contractus dotis consistens in promissione non 11
constituit dotem, sed bene, si incipit à traditione. Socin. *d. consil.* 207. *num.*3. *ver. sed ad hoc respondetur. lib.*2. Vide Mascard *Concluſ.*215. *Bona vxoris quomodo præsumantur data viro in dotem.* † Amplia, quia 12
probatur ex præsumptionibus, & coniecturis, *l. cum citra fidem* vbi glo. 1. & Bald. *C. de iure dot.* Salycet. *in l. fin. ante num.* 4. *ver. ex quo not. C. eod.* Alexand. *cons.*58. *In præsenti causa, num.*2. *& 7. lib.*4. Marsil. *in rubr. C. de prob. num.*62. *& 63. ver. & specialiter, & n.*76. *& Sung.*442. *n.*2. Corne. *cons.*282. *num.*38. *lib.*1. Decian. *cons.*49. *nu.*4. *lib.*2. Ruin. *cons.* 34. *n.*4. *lib.*4. Rota Bononiæ *decis.*62. *nu.*6. Soc. Iun. *cons.*29. *n.*16. *ver-*
sus fin. ver. stante igitur, lib 2. Gabriel. *de legib. & constit. conclusio.*1. *num.* 1. *&* 10. vbi magis * communem, Bursat. *cons.*32. *nu.*11. *&* 27. *& cons.* * 56. *in princ.* Iatius *cons.*120. *n.*1. *lib.*1. Deci. *cons.*135. *nu.* 2. & de libro gabellæ Decian. *cons.* 135. *num.* 5. *ver. secundo dicitur*, vbi loquitur etiam contra tertium. † Amplia, quia verba enunciatiua probant do- 13
tem. Bart. *consil.* 124. *Et quæ ibi posui, lib.*1. Vide, *Dos habet multa priuilegia. Concluſ.*743. *num.* 48 *& seq.* † Extende etiam inter alios, 14
quia verba enunciatiua probant dotem. Mascard. *Concluſ.*569. *Dos comprobetur*, maxime, *nu.*2. † Extende, etiam in laudo inter alios lato, *l.*2. *C. de dot. promissio.* Deci. *cons.*35. *nu.*4. Vide plenius, *Absenti non* 15
*acquiritur, & quando secus. Concluſ.*38. *numer.* 141. *& sequent.* † Amplia; quia probatur ex scriptura mariti subscripta per tres testes, 16
quorum vnus est frater mariti, duo alii sunt mortui, quando concurrit recognitio manus mortuorum, examen viuentis, & iuramentum in supplementum mariti. Ias. *cons.*129. *In casu præsenti, libr.* 1. † Amplia; quia probatur per instrumentum, quæ dicitur proba- 17
tio probata. Rim. Iu. *cons.*30. *num.*27. † Extende; quia probatur per 18
descriptionem in libris gabellæ, & solutionem gabellæ inter comitatinos, vt disponit lex Florentiæ anni 1529. per quam æquiparatur per omnia dos comitatinorum instrumēto, si apparet descriptio in libris gabellæ iuncta solutione, ideo sicut ex instrumento mulier incipit à tenuta, quia adest hypotheca, vt in *stat. de præcept. de disgumbr. cap.*58. de quo meminit Roma. *cons* 121. ita pariter ex dicta solutione cum æquiparatorum eadem sit censura. *c. translato. de constit. l. fi. C. ad leg. Falcid.* maxime, quando æquiparatio fit in omnibus, & per omnia. Curt. Sen. *cons.*48. *nu.*19. *& cons.*49. *num.* 43. Vide Mascard. *Concl.*569. *Dos an probetur, nu.*3. *& seq.* vbi, quod probatur ex solutione gabellæ quoad præsentes & consentientes, alias secus, prout dicit idem de accatastratione, vt probet dominium rei accatastratæ quoad ipsos, qui posuerunt in catastro, vel consenserunt, alias non vide eum. † Amplia, quia mulier, quæ stetit in ma- 19
trimonio per plures annos, præsumitur dotata. Brun. in *tract. quod stant. masc. in* 6. *art. in* 8. *quæst. numero* 227. † Vide plene per Ma- 20
scard. *Conclusio.*565. *Dos vt probetur*, vbi, quod fauor dotis operatur, quod sufficiunt leuiores probationes, etiam quæ alias non sufficerent, & in pari probatione præfertur probatio pro dote, ampliat etiam ex solis præsumptionibus, licet alleget pro contra

ria, vt

21 ria, vt videre poteris.† Limita, quâ vbi non sunt onera matrimonii, non est dotis constitutio; neque lucrum, *l. Iulianus, ff. de iure dot.*
22 Roman. *consil.* 406. *Quæstio, num.* 3. *verb. secundo probo.*† Limita, quia in dubio bona mulieris non præsumuntur dotalia, sed paraphernalia, nisi probetur promissio dotis. Bald. *consil.* 69. *Factum tale est, num.* 2. *lib.* 5. *& consil.* 185. *Punctus, concesse sunt, in princip. lib.* 5. Angel.
23 *consil.* 335. *in princip.*† Contrarium, quia si nulla dos probatur constituta præsumptio est, quod mulier non nupserit sine dote ex generali consuetudine. Bald. *consil.* 102. *Mulierem maritus, colum.* 1. *in fi. lib.* 4. sequitur Soci. Iun. *consil.* 8. *In præsenti consultatione, num.* 33. *lib.* 2.
24 †Declara contrarium, vt supra, *Dos data primo viro, an censeatur data* ☞ *secundo. Concluſ.* 725. *num.* 16. stante statuto Florentiæ, vt ibi dicitur.
25 † Limita, quia dominium non probatur ex solo instrumento etiam fauore dotis contra tertios possessores. Mascard. *Concluſ.* 568. *in fin.*

Dotata quando præsumatur mulier, vel non, & à quibus. Concluſ. 723.

1 DOTATA† non præsumitur mulier, nisi probetur, quia regula est, quod allegans dotem, vel solutionem debet probare.
2 Paris. *consil.* 90. *num.* 19. *lib.* 1.† Extende, quia non sufficit, mulier est maritata, vel ingressa monasterium, ergo præsumitur dotata, quia sic consuevit fieri, quod dantur dotes tempore matrimonii, vel ingressus religionis. Brun. *tract. quod extantibus masculis art.* 6. *principali, quæst.* 8.† Vide, quia in dubio quis non præsumitur ducere vxorem
☞ sine dote, & indignum iudicatur, quod mulier sit maritata, vel
4 monialis sine dote. Vide. *Dos ita debetur pro matrimonio spirituali, sicuo*
5 *pro carnali. Concluſ.* 730. *num.* 2.† Et pro hac parte, quod præsumatur dotata. *Concluſ.* 572. vbi pro vtraque parte allegat.† Extende; quia quando duæ requiruntur præsumptiones, non sufficit vnam probare, quia præsumptio non inducit aliam præsumptionem; ideo si præsumitur dos soluta, non præsumitur magis à Titio soluta, nisi ostendatur, in simili Alexand. *consil.* 115. *Super primo, num.* 2. *lib.* 1. vbi quod præsumptio solutionis annuæ præstationis non inducit in futurum obligationem, nisi titulus probetur. Alex. *in leg. cum seruus, ff. de verb. oblig.* quem sequitur Brun. *tract. quod extantibus mascul. art.* 8. *qu. ſt.* 16. *in fin.* vbi, quod non sufficit præsumptio, quod præ-
6 sumatur ab eo, qui tenetur facere, vel dotare, nisi alię præsumptiones concurrant.†Limita, quando semel fuit dotata cum primo vi-
☞ ro, qui decessit sine filiis communibus, quia dos data primo viro
7 censetur reperita secundo tacite, quod declara, *Dos data primo viro an censeatur data secundo. Concluſ.* 725. *num.* 7.† Restringe Florentiæ, quia mulier primo loco maritata; etiâ mortuo viro sine filiis communibus non censetur eandem dotem tacite dedisse secundo
☞ marito, quia ex quo mulier non potest se obligare sine mondual-
8 do expresse, ergo neque tacite. Vide Concluſ. prox. seq. Vide; *Dos data primo viro an censeatur data secundo. Concluſ.* 725. *nu.* 16. *& seq.*† Declara, quia si mulier præsumitur, vel probatur dotata, in dubio præsumitur à patre, vel fratribus, & ab obligatis. Mascard. *d. Concl.* 572. *Dotata filia.*

Dotata an præsumatur mulier in omnibus bonis, vel non. Concluſ. 724.

1 MVLIER† non præsumitur dedisse in dotem omnia bona sua, quia dos est variabilis, quia quandoque maior, quandoque minor, quandoque in rebus, quandoq; in pecunia, ideo cessat præsumptio. Bald. *conſ.* 98. *Mulierem maritus. lib.* 4. & Ang. *conſ.* 335. *Statuto Communis Bononiæ, in princ.* Bart. plene *in quæſt.* 7. *Mulier habens, ver. ſolutio. in princ.* plene Ang. Aret. *conſil.* 15. *per tot.* inc. *Attento, & diligenter*, vbi tollit omnia contraria. Alexand. plene *conſ.* 144. *Circa primum dubium, in princip. verb. ſed præmiſſis non obſtantibus. lib.* 5. vbi plenissima apostilla *in ver. dediſſe*, dat plurimos concord. *& conſil.* 122. *Viſo proceſſu. numer.* 7. *& ſequent. verb. ex ijs ergo. lib.* 7. & iterum *conſil.* 142.
* *Viſo ſtatuto. num.* 2. *verſicul. nec obſtat. lib.* 7. vbi dicit* communem.
2 †Extende; quia statutum, quod maritus lucretur dimidiam, vel aliam partem dotis non habet locum, quando mulier habens bona nupsit pluribus, sed neque primo dedit dotem, neque secundo, quia licet secundus administrauerit bona vxoris in communes vsus, tamen non lucrabitur aliquid. Alexand. *conſ.* 142. *per totum*, vbi
3 casus consilii, *lib.* 7. & maxime, si extant filii ex primo marito mortuo.† Et nulla lege cauetur, quod mulier censeatur omnia bona sua dedisse in dotem Bartol. *quæſt.* 7. *Mulier habens, in princ.* imo Ang.
4 Aretin. *d. conſil.* 15. *num.* 11. *& ſequent.* adducit plures text. qui probat, quod non præsumitur omnia bona dedisse in dotem.† Et dos non est omne patrimonium mulieris, sed tantum id, quod datur in dotem, vel promittitur. *l. hac. C. de pact. conuent. l. ego.* § *fin. ff. de iure dot.*
† Sicuti è conuerso indignissimum est mulierem nullam habere 5
dotem. *l. cum pater. ff. de pact. dotal.* nec præsumitur quis velle ducere mulierem indotatam, *leg. fin.* § *à socero. ff. de ijs quæ in fraud. cred. l. pure.* § *in fin. ff. de dol. except.*† Contrarium, quod mulier habens bona, & 6
simpliciter nubens censeatur omnia bona sua dedisse in dotem, Abb. *conſ.* 46. *Tria mihi. num.* 2. *& 3. ver. venio ad ſecundum. lib.* 1. allegat glo. *in l. mulier bona. ff. de iure dot.* vbi Bart. & latius eundem Bart. *in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matr.*† Declara, quia mulier non præsumitur om- 7
nia bona sua dedisse in dotę, nisi qñ mulier nubędo dixisset marito, *trado, vel committo me & bona mea tibi*, quia si maritus tanta dote sit dignus, ꝙ capiat omnia bona; cęsetur tradidisse, vel nisi extaret cōsuetudo in loco tradendi omnia bona in dotem. Alex. *conſ.* 122. *Viſo proceſſu, nu.* 9. *& ſequent. ver. & quod non intelligatur. lib.* 7. *& conſ.* 142. *Viſo. num.* 2. *lib.* 7.† Declara, quia si post matrimonium nulla dote
constituta, mulier passa est maritum omnia bona administrare, 8
censetur omnia bona dedisse in dotem. Abb. *d. conſil.* 46. *num.* 2. *& ſequent. verſic. venio ad ſecundum. lib.* 1.† Contrarium expresse tenet Rom. *conſ.* 314. *per tot.* Alex. *conſ.* 122. *Viſo proceſſu. num.* 12. *ver. denique,* 9
lib. 7. maxime, quando extaret statutum de lucro mariti.† Idem, si mulier primo nupta alteri dedisset omnia bona, quia nubendo se- 10
cundo viro absque alia dotis constitutione, præsumitur cum eadem dote, quam nec pater potest minuere. Abb. *d. conſ.* 46. *nu.* 2. *& ſeq. lib.* 1.† Amplia quia imo constitutio, & promissio dotis non præsumitur facta, nisi maritus eam probet, maxime in casu, quando 11
vir esset ignobilis, mulier vero nobilis. Ang. *d. conſ.* 335. *in prin.*† Extende in augmento dotis, quia si mulier certam dotem dedit, licet 12
patiatur maritum possidere omnia bona sua, non præsumitur velle augere dotem, & valet argumentum de vno ad aliud. Bart. *d. qu.* 7. *Mulier, in princ. ver. tertio probatur.*† Amplia, quia non præsumitur dedisse omnia bona in dotem, quando constat de vsu mulieris, 13
quæ alias fuit nupta, & non dedit nisi certam dotem in quantitate. Ang. Aret. *d. conſ.* 15. *Attento, & diligenter. num.* 17. *ver. ſecundo videtur.*
† Et idem, si alias fuit nupta, & primo marito non dedit dotem, neque secundo, quia non præsumitur omnia bona dedisse in do- 14
tem, etiam si passa est per maritum bona sua administrari in promiscuos vsus per decennium. Alexand. *conſ.* 142. *Viſo ſtatuto. num.* 2. *& 3. ver. nec obſtat. lib.* 7.† Extende maxime, quando mulier aliqua bona vti sua durante matrimonio alienauit cum consensu mariti. 15
Ang. Areti. *d. conſ.* 15. *num.* 32. *& ſequent ver. oĉtauo hoc videtur.*† Extende quando maritusmet vti procurator vxoris recepisset inuesti- 16
turam, vel præsente vxore confessus fuisset bona esse vxoris, quia etiam si ad æstimum mariti essent descripta, & maritus bona administrauerit, non præsumuntur omnia bona data in dotem, quando extaret statutum, quod forensis maritus non possit acquirere stabilia, vide eundem Ang. Aret. *d. conſ.* 15. *num.* 36. *& ſeq. ver. nono ex alio, per tot.* vbi tollit contraria, quia procedunt, quando agitur de modico præiudicio, secus si de magno præiudicio, & quia administratio mariti præsumitur iure familiaritatis, & descriptio ad catastrum non nocet mulieri.† Amplia, quia non præsumi- 17
tur mulier dedisse in dotem nomina debitorum, nisi interuenerit cessio actionum, quia nomina debitorum non traduntur, sed ceduntur. Alexand. *dict. conſil.* 122. *num.* 10 *ver. confirmo. lib.* 7.† Extende, maxime; quando mulier fecit mandatum in maritum, & alium 18
ad exigendum nomina debitorum, quia clare constat; quod aliud est mandare, aliud cedere, & quia cum mandatum sit in maritum, & alium, clarum est, quod alteri non dedit dotem, ideo nec marito eidem tertio æquiparato. Alexand. *dict. conſil.* 122. *num.* 11. *& ſequent. verb. & per hoc patet. lib.* 7.† Amplia, quia si mulier habens filios ex prima matrimonio, nubat secundo viro, non præsumitur bo- 19
na sua in dotem dedisse ad effectum lucri statuti, etiam si passa est maritum dicta bona administrare, quia maritus non potest consequi plus quam vnus ex filiis primi matrimonii, qui minus percepit inter filios. Alexand. *dict. conſil.* 142. *Viſo ſtatuto, in fin. lib.* 7. vbi apostil. *in ver. vnus.*† Amplia maxime, quando mulier, ante- 20
quam nuberet, donauit partem bonorum filiis, quia tunc non præsumitur omnia bona dedisse in dotem, & sic quoad donata. Alexand. *conſil.* 142. *num.* 3. *in fin. ver. & tanto magis. lib.* 7.† Amplia in
muliere minore, quia sicut non potest expresse se dotare, ita ne- 21
que tacite, vt *in ver. Dos an posit conſtitui à minore. Concluſ.* 720.† Extende, vt idem sit, quando mulier nupsit forensi, & extat statutum, ☞
quod forensis non possit acquirere bona stabilia, nisi sit ciuis, alias 22
bona quæsita censeantur confiscata, quia etiam si bona omnia vxoris administrauit, non censentur data in dotem, vt non incidat in pœnam. Aret. *conſ.* 15. *Attento, & diligenter. numer.* 19. *& ſeq. ver. tertio arguitur, & n.* 24. *& ſeq. ver. quarto vt dixi*, dicit esse generale vbicunq;

extaret

extaret prohibitio, vel pœnæ incursus, & *n.26. & seq. ver. nec huic argumento*, extrédit, etiam si postea effectus esset ciuis, quia requiritur
23 ciuilitas tempore dotationis. † Limita, quando mulier fuit nupta, quia secundo viro censetur eandem dotem dedisse, per text. *in l. dotem quæ, & l. diuus, ff. de iur. dot.* quem tex. tanquam exorbitantem non posse extendi ad alium casum, dicit Alex. *cons. 122. Viso processu,*
24 *n. 13. ver. ex præmissis, lib. 7.* † Limita, quia si est contractum matrimonium hoc modo, *do tibi omnia iura mea*, censentur data omnia bona in dotem. Rom. *cons. 44. Ex supra narrato, col. 2. in fi. n. 3. ver. in quo breui-*
25 *ter*, vbi apost. *in ver. quod autem*, allegat Crem. *in sing. Videndum.* † Extende idem, quando mulier dicit, *trado me tibi, & mea.* Rom. *d. cons.*
26 *44. col. 2. in fi.* vbi apostil. *in ver. & mea.* † Restringe, quando simpliciter contrahitur matrimonium nulla facta mentione de dote, vel bonis, quia tunc omnia bona non sunt data in dotem, sed dos debet declarari considerata facultate vxoris, & qualitate tam mariti quam vxoris, & idem, quando dos incerta est promissa. Roman. *d. cons. 44. col. penul. in princ.* vbi apostil. *in ver. facultatibus*, quæ dat concord. plurimos Alexand. *cons. 142. ver. & in hoc casu saluat. lib. 7.* Vide, Masc. *cons. 576. Dotis ratione*, vbi ponit hanc limitationem, & restri-
27 ctionem. † Limita; quando mulier passa esset diu maritum administrare omnia bona sua, tãquam dotalia, quia si agatur de retentione ad effectum lucri, maritus debet habere lucrum in omnibus bonis, tanquam dotalibus, vel saltem hoc debet declarari arbitrio boni viri, considerata consuetudine loci, qualitate personarum, & quia si mulier est vidua, maiorem dotem debet dare, quam si esset virgo. Bald. *cons. 98. per tot. lib. 4.* plene Surd. *cons. 94. per tot.* vbi
28 plures allegat. † Contrarium, quãdo agitur de magno præiudicio, quia vxor, quæ nupsit nulla dote data primo, neque secundo marito, nullo modo censetur dedisse omnia bona etiã si per biennium, imo si per decennium passa esset, quod maritus administraret bona sua, & expenderet in communes vsus. Alex. *cons. 142. Viso*
29 *statuto, n. 3. ver. & dato etiam, lib. 7.* † Declarat Bart. in sua *qu. 7. mulier habens, in ver. solutio, n. 3. ver. circa secundum*, quia aut est scientia & patientia formis, vt quia aliquis ex certo titulo, vel causa rem meam possidet, me sciente & patiente, & tunc tacita scientia & patientia habetur pro consensu, aut est informis, vel defectus, qui fit circa rem meam, non cadit in speciem, vel formam alterius contractus, & tunc si præcedit contractus, scientia & patientia habetur pro consensu, aut non præcedit contractus, & si agitur de modico præiudicio, habetur pro consensu, aut de magno præiudicio, & tunc
30 secus est, sequitur Alex. *cons. 144. n. 2. ver. & hac ratione, lib. 5.* † Declarat apost. ad Alex. *d. cons. 144. in ver. dedisse, lib. 5.* quod mulier præsumatur dedisse omnia bona sua in dotem tribus concurrentibus, primo, quod sit consuetudo generalis in loco, quod mulieres non maritantur sine dote, secundo, quod maritus sciente & patiente muliere possederit bona mulieris, tertio quo. hodie maritus sit
31 possessor, & excipiat. † Restringe in muliere minore, quia licet passa sit 12. annum esset in 12. anno, maritum ingredi possessionem omnium bonorum, & perseuerauerit continuo, tamen non dicitur constituisse dotem in omnibus bonis, etiam quod esset facta maior; & matrimonium habuisset locum, quia attenditur origo possessionis declare Roma. *cons. 314. In casu propositæ consultationis, per totum.*
32 † Limita, quando concurrunt multæ coniecturæ, ex quibus bona omnia præsumuntur data in dotem; & maritus vsus fuit bonis tãquam dotalibus. Ang. *cons. 335. in princ.* vbi, quod ita debet intelligi. Bart. in sua *qu.* incip. *Mulier habens amplum patrimonium.* Petr. Surd.
33 *cons. 94. per totum.* † Limita, quando esset generalis consuetudo loci, quod mulier censeatur dare omnia bona sua in dotem. Ale. *cons.*
34 *142. n. 2. ver. nisi secundum eum, lib. 7.* † Limita, quando extaret statutum (prout Bononiæ) quod omnia bona immobilia censeantur data in dotem, si non constat de contrario, quia tunc habet locũ statutum, sed tamen intelligi debet de bonis mulieris tempore matrimonii, non autem de peruentis ad eam post, quæ non com-
35 municauit. Angel. *d. cons. 335. per tot.* vbi casus. † Extende in statuto Vicentino, super quo Fulg. *cons. 63.* vbi, quod habet locum in bonis propriis vxoris, non autem non in alienis, & suppositis restitutioni, quia eo modo censetur dedisse in dotem, prout sibi ius competit, ideo si sunt bona legata à primo marito, ex quo transeundo ad secunda vota priuatur proprietate, censetur dedisse in dotẽ quo-
36 ad vsumfructum. † Imo quod huiusmodi statutum non deroget *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* tenet Fulgos. *cons. 88. Domina Catherina.*
37 † Contrarium, quando fuisset dotata in primo matrimonio, quia censetur in dubio eandem dotem dedisse secundo marito, non obstante statuto Vicentino, quod debet intelligi, quando nullam dotem constituit, neque expresse, neque tacite, neque à iure, neque ab homine. Castr. *cons. 60. nu. 2. ver. quantum ad secundum, lib. 2.* Vi-
Yy de Conclus. prox. seq.

Dos data primo viro an censeatur data secundo. Conclus. 725.

DOs † data & constituta primo viro, si mortuo primo marito 1
mulier secundo nubit, non constituta dote, de iure communi censetur eadem etiam data secundo marito, per tex. *in l. Diuus, ff. de iure dot. & in l. penult. §. vxor*, vbi *omnes; ff. solut. matrim.* Bart. *in disput.* 2
7. Mulier habens, in ver. solutio, in princip. Socin. *consil. 69. Viso laudo, col. penult. num. 14.* & latius *cons. 80. Præsens consultatio. per tot. lib. 4.* Corn. *consil. 172. Circa primum, colum. pen. lib. 1.* Alexand. *consil. 122. colum. 3. in princip. lib. 7.* Abb. *cons. 46. Tria, in 2. dubio, lib. 1.* Cuman. *consil. 109. Domina Ioanna, in 1.* Cur. Iun. *cons. 4. n. 5* dubio. Crau. *de antiq. tempo, in 4. parte, nu. 172.* Cyn. *in auth. sed quamuis in 3. quæst. C. de iure dot. l. si mulier.* vbi Castr. *ff. solut. matr. & cons. 60. num. 2. lib. 2.* Abb. *cons. 46. Tria mihi, num. 2. & 3. lib. 1.* Angel. Areti. *cons. 121. In casu prædicto, nu. 13. & seq. ver. & quod dicta bona.* † Extẽde, vt procedat, etiam si mulier pri- 2
mo viro omnia bona sua dedisset in dotem, quia etiam præsumitur dedisse eandem dotem omnium bonorum suorum secundo marito. Abb. *cons. 46. nu. 2. & seq. lib. 1.* Alex. *cons. 144. nu. 3. ver. fortius, lib. 5.*
† Extende maxime, quãdo concurrunt coniecturæ, prout confessio mariti, dum vixit, item legatum, tanquã de bonis datis in dotẽ 3
item quando maritus tanta, imo maiori dote esset dignus. Angel. Aret. *d. cons. 121. In casu prædicto, num. 13. & sequent. ver. & quod dicta bona*, vbi etiam, quando maritus fecit melioramenta, quia præsumitur eadem dos data secundo viro, quæ fuit data primo etiam in odium mulieris. Alexand. *consil. 122. Viso processu, in princip. lib. 7.*
† Restringe, quia etiam quod mulier primo marito dedisset om- 4
nia bona in dotem, si ex primo matrimonio supersunt filii, tunc non præsumitur eadem omnia bona dedisse in dotem secundo viro, si extaret statutum, quod maritus lucretur medietatem, quia tunc censetur data secundo viro, cum pacto, quod non possit lucrari, nisi tantam ratam, quanta erit portio vnius ex filiis primi matrimonii. Alexand. *d. cons. 144. Circa primum, n. 5. ver. fortius voluit, lib. 5.* vbi loquitur in statuto Bononiæ. † Restringe maxime, quãdo mu- 5
lier non probat dedisse dotem primo marito, nisi ex legato primi mariti, quia legat libras 450. vxori, quæ sunt pro dote illius, vel reliquit dotes suas vxori, quæ sunt libræ 450. quia si aliud non appa-
ret, & extant filii ex primo marito, non probatur dos data primo marito. Alex. plene *d. cons. 122. Viso processu, nu. 3. & sequent. per tot. ver. tamen præmissis, lib. 7.* vbi *nu. 5* dicit quod ista est communis * opi- *
nio, & talis confessio in testamento absente parte non probat dotem, quando non est iurata. † Declara quia licet præsumatur da- 6
ta eadem dos; tamen intelligitur de constitutione, & de promissione præsumpta, non autem quod præsumatur soluta per mulierem, si non constat, ita Alex. *cons. 144. nu. 3. lib. 5. in ver. non obstat quod lex* quia dario requirit verba habilia ad traditionem. † Declara, vt 7
per Bart. *d. qu. 7. in ver. solutio in princip.* quia si mulier non habet filios ex primo matrimonio, dos data primo censetur data secundo simpliciter; si vero habet filios ex primo matrimonio, censetur data, ita quod maritus non possit lucrari, nisi quantum est portio vnius ex filiis primi matrimonii, *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* sequitur Cuma. *cons. 110. n. 1.* † Extendit Bart. *d. qu. 7. in ver. solutio, in princip.* et- 8
iam si primum matrimonium solum de facto tenuit. † Amplia, 9
multo magis, si secundo viro expresse promittit eandem dotem datam primo viro; quia valebit talis dotatio. † Extende in tantum 10
vt mulier non liberetur cedendo iura secundo viro, quæ habet cum hæredibus primi, sed tenetur ipsa dare tantam dotem, Bald. nouel. *de dote in 6. parte priuil. 71. num. 2.* † Amplia; quia neque pater 11
potest minuere dotem filiæ datam primo marito, vt minor detur secundo. Abb. *d. cons. 46. Tria mihi, num. 3. lib. 1.* allegat *auth. sed quamuis, C. de rei vxo. actio.* † Amplia etiam stante statuto, prout Vicentiæ, 12
quod non constituta aliqua dote censeatur mulier dedisse omnia bona sua in dotem; quia statutum non habet locum in muliere, quæ primo viro, dederat certam dotem; quia eandem dotem, non omnia bona dedisse censetur secundo viro, ita Castr. *cons. 60. num.*
2. per tot. lib. 2. † Extende; quia sicuti mulier præsumitur dedisse ean- 13
dem dotem secundo marito, quam dederat primo; ita negatiue; quia si primo marito nullam dedit dotem, ita neque secundo marito. Alex. *cons. 142. Viso statuto, per tot. lib. 7.* maxime vt ibi quando mulier habebat filios ex primo matrimonio; tamẽ declarat vt ibi.
† Amplia; quia etiam fideiussores, qui promiserunt dotem sponso 14
simpliciter, & cum iuramento etiam cum pœna, non obligantur si non sequatur matrimonium; quia hæc conditio, quæ inest in principali promissione dotis, inest etiã in promissione accessoria fideiussoris. Abb. *d. cons. 48. Atringam, col. 2. circa fi. versicu. descendo ad 4. lib. 1.* † Extende, quia pœna non committitur promissa si matrimo- 15
nium nõ sequatur, quia siue sit promissa à parentibus, siue à cõsan-
guineis

guineis fideiussoribus, si matrimonium non sequitur, sicut mulier non incurrit pœnam; quia matrimonium debet esse liberum; ita neque fideiussores, vel expromissores non incurrũt pœnam. Abb. 16 *d.cons.48.in fin.lib.1.* † Limita Florentiæ; quia stante statuto sub *rubr.* 112.*lib.*2. quod mulier sine mondualdo expresse non possit se obligare, multo minus tacite, & ita consuluit Corn.*cons.*254.*lib.*1. Vide 17 *Dotata quando præsumatur mulier.Concl.*723.† Contrarium, quia licet Florentiæ ex statuto mulier non possit e[x]presse obligari sine mondualdo, multo minus tacite, tamen non sic in dote. Soci.*cons.*80. *lib.*4. Alexand.*cons.*144.*lib.*5. & hanc partem sequitur Corne.*cons.* 172.*col.*3.*lib.*1.*ad propositum.* Soci.*cons.*56.*lib.*1.*& cons.*69.*lib.*4. & hanc partem tenet Ruin.*cons.*61.*lib.*3. Tiraq. *de legib. connub. glo.* 8. *numer.* 18 197.† Declara, quia si est vtile mulieri, præsumitur dos data primo marito data etiam secundo, secundum ius commune, non obstante statuto, secus si esset damnosum mulieri, & est ratio, quia etiam sine mondualdo contrahit in iis, quæ sunt ad sui fauorem, prout etiam sine consanguineis in casu statuti. Ias.*in l. si vnus*, §. *pactus*, *nu.*32.*ver.quinto intelligitur*, *ff. de pact.*† Contrarium quod etiam si in damnum mulieris vergeret, possit obligari, quando concurrunt coniecturæ, & maritus tanta dote dignus erat. Angel. Aret. *d. cons.* 19 1. *num.*13.*& sequent. ver.& quod dicta bona.*† Declara, secundo, quia statutum non comprehendit causam dotis in casu necessariæ alienationis, & sublata læsione mulieris solemnitates alias requisitæ cessant, vt de necessitate non requirantur. Fabia. de Monte *tract. de emptio.& vendit.in* 5. *qu.princ.num.* 97. faciunt quæ tradit Bald. nouel.*de dote in* 7.*parte*, *pruul.*59.*&* 60. stante maxime prima constitutione dotis facta cum solemnitatibus requisitis, vt in simili multa congerit Tiraq. *de legib.connub.glo.*3. *num.*155. *& seq.* Crauett. *consil.* 21 205.*num.*3. *&* 4.† Limita, quia non habet locum extra casum illum *l.dotem qua.& l.diuus*, *ff. de iur.dot.* quæ loquuntur, quod constat, quod primo viro dedit eandem dotem, censetur data etiam secũdo viro secus si non constat, quod sit data primo viro, quia illæ ll. sunt exorbitantes, & non extenduntur ad alios casus. Ale.*cons.*122. 22 *Viso processu*, *nu.*13.*ver.ex præmissis*, *lib.*7.† Limita, quando extant filii ex primo matrimonio, & constat, quod eadem dos fuit data primo viro, quia censetur data eam secundo viro ad effectum dotis, sed non ad effectum lucri statuti, quia maritus non potest lucrari, nisi tantum, quantum habeat vnus ex filiis primi matrimonii, secun- * dum * coniunctum, de qua Alex.*d.cons.*122.*n.*14. *ver. illud etiam constat*, *lib.*7. & iterum *cons.*158.*col.*1.*lib.*5.

Dotalis fundus qualiter dicatur constitutus. Concl. 726.

1 FVNDVS † dotalis dicitur constitutus, quando datur in dotem sine æstimatione, quia bona ineæstimata reputantur proprie dotalia, & de ipsis bonis non æstimatis, & in dotem datis iudicatur, vt de fundo dotali, *l.vnica*, §. *& cum lex*, *C. de rei vxor. actio. leg. si nuptura*, §. *penult. ff. de fund. dot. l. si æstimatis*, *ff. solut. matr.* ideo in restitutione est idem fundus, & mulier potest illum vendicare, *leg. in rebus*, 2 vbi glo. & Doct. *C. de iure dot.* † Extende, quia licet æstimatio faciat venditionem, si tamen potest constare, quod sit facta animo demonstrandi valorem, tunc adhuc fundus remanet dotalis. Bal. *in leg. si inter virum. Cod. de iure dot.* Afflict. *decis.* 270. vbi, quod in dubio æstimatio operatur venditionem, vt pretium sit in restitutione. Paris. *consil.* 81.*numer.*42.*lib.* 2. quia tunc dicitur facta, vt sciatur valor, vel causa designandi interesse deteriorationis, vel melioration is. Saly c. *in l. ex conuentione*, *C. de pact.* Vide, *Extimatio facit venditio-* 3 *nem*, *& quando secus. Concl.*671.† Extende, vt procedat etiam, quando datur fundus æstimatus, si conuenitur, quod nihilominus remaneat fundus dotalis. Afflict. *d. decis.* 270. nec valet contraria cõuentio postea facta inter maritum & fratres vxoris, absente vxore, & idem si conuentum est, quod idem fundus restituatur, per *l. cum* 4 *post*, §. *cum res*, *ff. de iure dot. l. si æstimatis. ff. solut. matrim.* † Restringe, quando dantur bona in dotem æstimata, quia in dubio æstimatio facit emptionem, *l. fi. C. de præd. cur. lib.*10. Bald. *in l. ex conuentione*, *C. de pact.* & dominium irreuocabiliter acquiritur viro, quia tenetur ad pretium. *leg. si extraneus*, *cum leg. sequent. ff. solut. matrim. leg. quoties*, *& leg. si inter*, vbi glo. *Cod. de iure dot.* Afflict. *dict. decis.* 270. cum aliis per Paris. *consil.* 64. *colum. fin. lib.* 2. infra *num.* 18. *& sequent.* 5 † Amplia, quia etiam dos data in bonis mobilibus non æstimatis, remanet dos, quæ restitui debet in bonis eisdem, prout reperiuntur, quia tunc bona mobilia augentur, & minuuntur commodo, & periculo mulieris respectu viri. Afflict. *decis.* 247. vbi, quid si filia succedit patri, quæ tenetur communicare, quomodo communicabit consumpta, & an teneatur de consumptis communicatione facere, & dicit, quod non nisi dolo consumpsisset, vel culpa sua. 6 † Extende, quia idem est in fundo dotali, quia periculum, & lucrum est mulieris, *l. cum in fundo*, §. *si fundus cõis in dotem*, *ff. de iure dot. l. si maritus fundum. ff. de fundo dot. cum ibi not.* † Declara, nisi deteriora- 7 tio proueniat culpa, vel negligentia mariti, quia tenetur reficere deteriorationẽ, *l. si inter virum*, vbi Doct. *C. de iure dot.*† Amplia, quia 8 fundus dotalis potest etiam constitui per maritum in bonis suis constante matrimonio, vt magis consulat eius vxori, & tunc non erit in facultate creditorum, offerendo dotem vxori post mortem viri, eam expellere de dictis bonis, tex. est *in l. ita constante*, *ff. de iure dot. & in l. si mulier*, *ff. de pact. dot. al. l. cum maritus eod.* in quibus probatur, quod si est vtile mulieri, potest permutare pecuniam dotalem in re stabili, vt ibi glo. & Aretin. *Instit. quib. alien. licet vel non*, & est tex. ad literam *in l. quod si fuerit*, *ff. de iure dot.* † Extende etiam in ca- 9 su conuerso, quia licitum est permutare rem mulieris in pecunia, vt dicitur *in dict. leg. ita constante & in leg. cum in fundo*, §. *si fundus*, *ff. de iure dot.* vbi dicitur, quod si fundus communis in dotem datus fuerit, & socio cum marito agenti communi diuidundo fundus adiudicatus fuerit in dotem, erit quantitas, qua socius marito damnatus fuerit. Alexand. *cons.*21.*lib.*6.† Restringe, quando esset dam- 10 nosum mulieri, puta si maritus distraxit credita montis dotalia, quæ postea in pretio sunt aucta, quia debet cedere damno mariti, & hæredum, non autem vxoris. Corne. *cons.* 145. *In hac consult. col.*3. *ver. præterea*, *lib.* 2.† Declara, quia quod fundus dotalis possit con- 11 stitui per maritum in rebus suis constante matrimonio, intelligendum est, dummodo maritus tradat possessionem rei dotalis realiter, vel saltem ficte per constitutum in instrumento appositum, quia alias non posset dici fundus dotalis, nisi tradita possessione, *l. de diuisione*, vbi Ias. *in* 3. *not. ff. solut. matrim.*† Sed quia de stylo consue- 12 uit apponi, & posset in extensione addi. Ias. *in l. certi condictio*, §. *si nummos*, *ff. si cert. pet.* videtur quasi sine substantia, siue adsit, siue non nisi in locis, vbi de stylo non apponitur.† Amplia, quia præ- 13 dium emptum ex pecunia dotali, licet non efficiatur fundus dotalis, *l. si ex pecunia*, *C. de iure dot.* tamen efficitur fundus dotalis, si volũtate mulieris sit em[illegible] quod sit dotalis. Bald. nouel. *de dot.* *parte* 7.*pruul.* [illegible] *aliena quando acquirat sibi*, *vel* *domino pecunia* [illegible] *lis.* 138.† Exten[illegible] subsidium, quando alia 14 bona non extant. Bald. nouel. *de dot.* [illegible] *arte*, *speciali* 34. Campeg. *de dote in* 4.*p. arte quæst.* 8. *glo. in tit. de ijs*, [illegible] *da dare poss.* §. *sin autem vnus*, *in ver. nominatim.* Angel. Aretin. *consil.* [illegible] *um.* 9. *& sequent.* †Extende, quia [illegible] frater dedit dotem sorori, & [illegible] matrimonio 15 exegit frater dotem ab hæredibus primi mariti a[illegible] iendo domũ in solutum, tals domus erit obligata sorori, ita [illegible] d in domo in subsidium præsertim debeat. Ang. Areti. *cons.*132. *In* [illegible] *prædicto*, *n.*8. *& seq. verb. sed tenetur ijs non obstantibus.* † Extende, q[illegible] i vxor dedit 16 400. in dote marito forensi, qui emit bona [illegible] lia nomine proprio, & declarauit, quod conseruaret, & restit[illegible] t illa in casum dotis, censetur quasi fundus dotalis, & licet su[illegible] uerit, quia est incapax, & erit nomine proprio, non prohibetu[illegible] re nomine vxoris, & filiorum ciuium, quibus poterit acqui[illegible] Castrens. *cons.*286. *Videtur*, *quod*, *per tot. lib.* 2.† Amplia, quia lic[illegible] ulier non 17 possit pro marito fideiubere, quia iuuatur Velleian[illegible] *uth. si qua mulier*, *C. ad Velleia* tamen potest in causa fundi dotalis [illegible] gari marito, puta si superfundo dotali esset quæstio, seu lis, q[illegible] ũc dicitur fideiubere in rem suam. Ias. per illum text. *in leg.* [illegible] *re*, §. *qui mulierem*, *in* 3. *not. ff. qui satisd. cog.* † Limita, igitur, quando bona 18 dantur æstimata in dotem, quia æstimatio facit æstimationem, & venditionem, ita vt teneatur maritus ad pretium. Bald. *in l. si inter virum*, *C. de iur. dot.* Afflict. *decis.*270. & isto casu maritus dicitur emere. Corne. *cons.*170. *in princ. lib.*4. *supra n.*4.† Declara, quia licet non 19 sit fundus dotalis, quando fuit facta æstimatio, tamẽ est in electione mariti restituere eundem fundum, aut pretium, vt post glo. tenent Cyn. Saly cet. & Alex. *in l. si ex toto*, §. *fi. ff. de leg.*1. Bart. *cons.*124. *Casus qu. & in rub. solu. matr.* Corne. *cons.*47. *& cons.*102.*lib.*2. Bald. *in l. quoties*, *in fin. verb. vel pone*, *Cod. de iure dot.* sequitur Socin. *consil.* 16. *ver.*7.*casus*, *lib.*1.† Contrarium tenent Bald. & Soci. *in d. l. si ex toto*, §. 20 *fi. ff. de leg.*1. Bart. *in l. qui balneum*, §. *Titia. ff. qui potio. in pign. hab.* & quod solum cogi possit ad pretium. Corne. *cons.*92.*lib.*4. *& cons.*177.*lib.*1. †Declara, quia mulieri cõperit ius in fundo æstimato in subsidiũ, 21 quando alia bona mariti non reperiuntur, & tunc potest mulier vendicare, vt fundum dotalem etiam contra tertium possessorem. Corn. *cons.*137.*lib.*1. Marsil. *Singul.*691. Cremen. *Singul.* 18. Corne. *d.* *cons.*170. Doct. *in l. d. l. si ex toto*, §. *fi. ff. de leg.*1. Vide, *Dos seu bona dotalia* *data in æstimationem. Conclus.*758.*num.*16. *& seq.* † Si vero adsunt alia 22 bona mariti, tũc agere potest contra talem fundum tanquam hypothecatum cum priuilegio dotis in hypothecaria. Bald. *in auth. sed iam necesse*, *C. de secund. nupt.* Afflict. *decis.*270. & si hoc casu ageret tanquam ad fundũ dotalem, male ageret.† Declara, vt plene Soc. 23 *cons.*56.*il secondo*, *lib.*1. vbi distinguit plures casus.† Extende, vt pro- 24

cedat

cedat etiam, quando bona sunt data in dotem pro æstimatione fienda per amicos communes intra certum tempus, quæ nunquã fuit sequuta, si bona per maritum fuerunt meliorata, quia debetur mulieri æstimatio de tempore conuento. Soci. *consil. 60. In causa dominæ Laurę, lib. 3.* † Contrarium credere verius, quod bene mulier teneatur reficere melioramenta, quæ extant; sed quod ipsa sit domina, quia donec fiat æstimatio, dominiũ non transit in virũ, quia est incertũ pretium. Vide, *Dos seu bona dotalia data æstimata qualiter debent restitui. Concl. 758.* † Restringe, nisi mulier fuisset deceptain æstimatione etiam infra dimidiam, quia illi succurritur. Afflict. *d. decis. 270.* qui ita respondet declarando Azo. *in summa, C. de iure dot.* † Limita; quia qñ promissio dotis est in quantitate, semper dos est in pecunia, non in re subrogata. Soc. *cons. 69. Viso laudo, col. 3. ver. circa secundam difficultatem, nu. 52. lib. 4.* Alex. *cons. 79. Eleganter, lib. 5. per tot.* † Extende, quia si mulier promittat in dotem viro centum, & postea mulier emat fundum pro centum, & illum tradat viro, non erit fundus dotalis; quia reuera maritus potest velle consequi scuta centum, *l. 1. C. si quis alteri, vel sibi*, vt ibi gloss. & Doct. sicuti è conuerso, si maritus ex centum emat fundum, non erit fundus dotalis, nisi sit expresse actum, & nisi expediat mulieri, *l. si ex pecunia, C. de iure. dot.* Vide, *Emens ex pecunia dotali an doti acquirat. Concluſ. 141.* † Contrarium infra, *Dos & bona dotalia data in æstimationem qualiter debent restitui. Concl. 758. n. 23.* † Limita, quia fundus dotalis non cõstituitur ex confessione, vt per Doct. *in l. de diuisione, ff. sol. matr.* Vide, *Dotalis fundus qualiter alienari possit, vel non. Concluſ. 759.*

Dos incerta potest constitui, & qualiter ad certitudinem Concluſ. 727.

1 DOs † potest constitui, & promitti incerta, & valet promissio, *l. cum post, §. gener. ff. de iure dot.* Castren. *cons. 23. Solet aromatum, per tot. lib. 1.* Bart. in sua *quæst. 7. mulier habens, ver. contra quod, num. 8. ver. octauo probatur sic*, plene Alex. *cons. 99. Super primo, num. 3. ver. corroborari etiam, lib. 7.* † Et ideo confessio receptionis dotis habitæ de illa summa, quam declarabit talis, valet, si constat ex declaratione, vel solutione postea subsequuta. Bald. *consil. 218. Viso instrumento, lib. 5.*

2 Castr. *cons. 23. per tot. lib. 1.* † Extende, quia etiam fideiussores, qui se obligarunt pro restitutione dotis declarandæ per tertium, obligantur, si est facta solutio sine declaratione tertii, quia solutio est

4 loco declarationis. Castren. *cons. 23. per tot. lib. 1.* † Reducitur autem ad certitudinem ex congruentia & conuenientia, quæ taxatur ex facultatibus patris, dignitate mulieris & mariti. Petr. de Anchar. *cons. 21. Pro solutione, num. 16. & seq. ver. descendo ad tertium.* Signorol. *cons. 107. num. 10. & seq.* Afflict. *decis. 337. n. 6.* Alex. *cons. 7. col. 3. per tot. lib. 2.* Roma. *cons. 44. Ex supranarrato, colum. penul. in princ.* vbi plena apostil. *in ver. facultatibus*, quæ dat concord. plures. Vide, *Dos congrua quando, & ex quibus dicatur. Concluſ. 733.* † Imo maior summa attenditur fauore dotis. Vide, *Dos habet multa priuilegia. Concluſ. 743.* † Extende, vt dos incerta confessata per filiam volentem succedere in bonis patris debeat communicari, & est taxanda, ac si esset certa secundum facultates patris, & morem regionis, quia talis fuisse præsumitur. Bald. *cons. 115. Verba dicunt, in fin. num. 4. ver: nisi forte dicatur, lib. 1.* † Idem est in legato dotis incerto, quia debet taxari per

7 iudicem arbitrio boni viri, habito respectu ad qualitatem personarum, & ad patrimonium, de quo extrahenda est dos. Afflict. *d.*

8 *decis. 337. num. 6.* Alexand. *cons. 7. colum. 3. per tot. lib. 2.* † Declara, quod si dos non est declarata, neque certa, mulier non est proprie dotata in materia statuti, quia istud est per fictionem, ideo statutum conferens lucrum dotis non haberet locum in dote incerta. Bald. *consil. 291. Item viso puncto, circa fin. ver. item ista nondum erat, lib. 1.* licet in fine dicat quæstionem dubiam, quia ex promissione dicitur dotata, & quia incertitudo potest reduci ad certitudinem.

9 † Contrarium, quod imo statutum de lucro dotis habet locum etiam in dote incerta, quædebet ad certitudinem reduci, quando maritus tenuit bona omnia vxoris, quia poterit retinere partẽ lucri, vel ex omnibus bonis, vel saltem ex illa rata, quæ declarabitur, tenet Bald. *cons. 98. Mulierem maritus, lib. 4.* vbi in fine dicit hoc procedere, quia datur retentio, & sic fauore retentionis, quæ habet locum in dote incerta ex pacto, secus si agere debet maritus.

10 † Amplia in tantum dotem incertam posse constitui, vel constitutam præsumi, vt si maritus possedit bona vxoris, etiam si non interuenerit stipulatio, sine qua in dote non datur actio, bene detur retentio marito. Bald. *d. cons. 98. in fin. ver. sed contrarium, lib. 4.* vbi, quod poterit reduci ad certitudinem etiam post mortem mulie-

11 ris. † Amplia in tantum dotem incertam posse constitui, & committi in arbitrium tertii, vt si ille tertius non fuerit arbitratus; iudex arbitrari possit. Castr. *cons. 11. Viso dicto, nu. 3. ver. quantum ad 2. lib. 1.* quia incertitudo non vitiat dotem, ne mulier remaneat indotata. Castr. *cons. 23. colum. 2. ver. contrarium dico, lib. 1.* Signorol. *cons. 107. nu.* 10. † Extende, quia etiam si declarauerint, & non stetur declarationi eorum, recurrendum est ad iudicem; qui succedit loco arbitrii boni viri, late Afflict. *decis. 371.* † Extende etiam ad effectum statuti excludentis filiam dotatã, stantibus filiis masculis, quia si pater legat filiæ dotem arbitrandam per Titium, vti bonum dicitur certa, & dicitur dotata ad effectum statuti, licet Titius nunquam arbitratus fuerit. Bart. *in l. quæro, ff. de iure dot.* vbi dicit not. † Extende, quia nedum dos incerta potest constitui, & promitti declaranda arbitrio tertii, sed etiam restitutio, & ideo si partes declarant, & non tertius, idem est, etiam si dati sint fideiussores, quia ita obligantur ex solutione, & declaratione partium, sicuti ex declaratione tertii. Castrens. *cons. 23. per tot. lib. 1.* † Declara quia si sponsus se obligat restituere dotem vxoris suæ declarandam per tertiũ, & dedit fideiussores, talis declaratio respicit potius constitutionem, quam restitutionem; quia donec soluatur, non tenetur, ideo declaratio respicit constitutionem dotis, & est causa efficiens dotis, restitutio causatur à solutione, ideo si soluatur dos sine declaratione, consensus partium operatur declarationem, etiam circa fideiussores, quia obligantur ex solutione, non ex declaratione. Castrens. *cons. 23. per tot.* vbi late *lib. 1.* † Restringe, quando declaratio commissa esset in arbitrium certi iudicis determinati, non autem in arbitrium boni viri. Castren. *cons. 23. col. 2. ver. contrarium dico, lib. 1.* † Restringe, vt non procedat respectu augmenti, quia si dos est constituta in 800. & augmentum sit commissum in arbitrium tertii, non poterit alius, neque iudex arbitrari, sed illo, in quem est commissum augmentum, non arbitrante, nihil debetur, ratio est, quia hoc modo mulier non est indotata, quia habet dotem certã. Castrens. *d. cons. 11. num. 3. ver. quantum ad secundum, lib. 1.* Vide, *Arbitrium iudicis quando succedat loco arbitrij priuatorum. Concluſ. 472.* † Amplia, quia licet legatum incertum, & collatum in arbitrium tertii non valeat, tamen secus est, quando legatum est pro dote, quia dicitur certum, ex quo ad certitudinem reducitur à lege, ideo valet, & non est captatorium. Signorol. *d. cons. 107. Quidam nomine, nu. 10. & sequent.* est text. *in l. si filia, ff. de leg. 3. & ibi l. Theopompus. ff. de dot. præleg.* † Extende; quia dos confessata in vltimo testamento sine certitudine, vt quia non constat de quantitate, potest reduci ad certitudinem ex primo testamento reuocato. Alex. *d. cons. 45 n. 7. in fin. li. 1. ver. fortificantur.* † Restringere videtur Alex. *cons. 45. Habita super iis, n. 4. li. 1.* vt non valeat confessio dotis in testamento, quando certa quantitas nõ est expressa. *l. si non designat. 1, & l. si. C. de falsa causa adiecta* vbi *n. 7. in fi.* dicit, quod potest deduci ad certitudinem ex primo testamento reuocato. † Amplia; quia valet legatum incertæ quantitatis pro dote; quia per iudicem debet reduci ad certitudinem, considerata qualitate personarum, & quantitate patrimonii. Affl. *decis. 337.* & est ratio; quia sicut legatum incertum valet fauore piæ causæ; ita pro dote, quæ dicitur pia causa Alex. *in l. 1. ff. solut. matr.* † Limita; quia non valet constitutio dotis incerta de omnieo, quod erit in hæreditate promittentis; quia aufert liberam facultatem testandi, & sicuti non valet alia dispositio; ita nec dotatio Deci. & aliì in *l. pactum, quod dotali. C. de pact.* Vide, *Pactum circa futuram successionem quando valeat, vel non. Concl. 14.* † Limita; quia non valet obligatio mariti incerta hoc modo, puta, confessus est habuisse dotem vxoris in bonis non æstimatis, de quibus infra, quia si bona non sunt specificata, non valet obligatio, quæ bene valet, si dos promittitur in genere, secus in certis bonis specificandis, quæ non specificantur. Io. de Imol. *cons. 110. In causa, quæ vertitur, numero 7. & sequent.* † Extende, vt procedat limitatio, etiam si postea constante matrimonio confiteatur dotem; quia si non refert se ad instrumentum incertum, non valet in præiudicium aliorum creditorum, tanquam confessata constante matrimonio, & non facta mentione primi instrumenti; secus si facta esset mentio primi instrumenti, Io. de Imol. *d. cons. 110. n. 8. ver. item non habet obstare.* † Limita, quia legatum dotis certæ valet, etiam quod maritus illam dotem, quam legat, non habuerit, sed si legatum est incertum, puta, *lego dotem vxori meæ, quam habui*, tunc tanquam incerta dos non debetur, vel saltem debetur pro illa rata solum, quam constat maritum habuisse, ad text. *in l. si sic legatum, §. si mihi quod Titius, ff. de leg. 1. & Instit. de legat. §. sed si vxori maritus*, de quo cogita, quia si non esset dotata, & pauper mulier esset, forte deberet reduci ad certitudinem, si legauit dotem, prout arbitrio iudicis visum sit, quia legatum est pium. Vide, *Incertitudo vitiat dispositionem, & quando secus. Concl. 65. cum Concl. ibi proxima seq.* Vide. *Emphyteusis incerta qualiter reducatur ad certitudinem. Concl. 153.*

Dos semel à patre constituta minui non potest. Concluſ. 728.

1 PATER † ſi ſemel conſtituit dotem filiæ, illam minuere nõ poteſt, quia filiæ acquiritur actio de dote. Bart. *conſ. 55. D. Amatus, in princip. ver. præterea hoc videmus, lib. 1.* vbi apoſtill. *in ver. de dote*, & idem Bart. iterum *conſil. 60. Quæſtio iſta, ver. præterea videmus*; & iterum *conſil. 183.* vbi conſilium duplicatur, *lib. 1.* † Et quod dos promiſſa à
2 patre filiæ, vel genero non poſſit minui per patrem. Decian. *conſ. 35. num. 6. & ſeq.* vide plures, quos allegat. Tiraq. *de retract. conuentio. ad fin. tit. num. 35.* late Sard. *in addit. ad Laſ. §. fuerat. Inſtit. de actio. num. 134. in ver. adde, quod ego.* Afflict. *deciſ. 61. in princip.* vbi Vriſil. dat concord.
3 Rube. Alexand. *conſil. 29.* † Contrarium tenet glo. *in d. authen. ſed*
* *quamuis, C. de rei vxo. actio.* quam communiter * teneri dicit Alciat. *conſil. 46. tom. 3. lib. 8. in fin.* vide plures, quod Tiraq. *de retract. conuent.*
4 *ad fin. tit. num. 56. & ſeq.* Roma. *Sing. 605. Tu habuiſti.* † Extende multo magis in dote ſoluta per patrem, quia non poteſt minui. *authen. ſed*
5 *quamuis, C. de rei vxo. actio.* † Reſtringe, vt non procedat; quando patrimonium patris eſſet diminutum caſu fortuito, *d. auth. ſed quamuis,*
6 *C. de rei vxo. actio.* Alciat. *conſ. 4. lib. 8.* † Item, quando ſecundus maritus non eſſet tanta dote dignus. Alciat. *d. conſ. 46. tom. 3. lib. 8. in 2. li-*
7 *mit.* † Item, quando mulier ſine patre acciperet virum indignum.
8 Alciat. *d. conſ. 46. tom. 3. lib. 8.* † Reſtringe in extraneo dotãte, quia ex quo cenſetur donare mulieri ſequuto illo matrimonio, ſi non ſequitur matrimonium, liberatur. Dec. *conſ. 35. n. 10. in fi. & ſeq.* vbi facit differẽtiam inter patrem & filium, quia pater omnino cenſetur abſolute donare, non ſic in extraneo, hanc diſtinctionẽ de extraneo tenet Cyn. *in d. auth. ſed quamuis, nu. 2. in 2. oppoſ. C. de rei vxo. actio.* Thomat. *in addit. ad Bart. in l. quamuis, C. de pactis conuent.*

Dotis actio quando competat mulieri, vel non. Concluſ. 729.

1 ACTIO † dotis, vel pro dote eſt perſonalis, & competit contra eum, qui recepit, vel cuius nomine recepta eſt. Caſtr. *conſ. 357. Primo videndum, lib. 1.* & vbi actio dotis non competit mulieri, vt
2 quia matrimonium non fuit validum, competit condictio ſine cauſa. Caſtrenſ. *conſ. 355. Videretur, in fi. lib. 1.* † Dos promiſſa ante matrimonium futuro marito habet tacitam conditionem; ſi matrimonium ſequatur, etiam ſi nihil de nuptiis fuerit dictum; *l. ſtipulationem, & l. promittendo, & l. dotis promiſſio, ff. de iure dot.* Corne. *conſil. 318. Videtur, num. 3. ver. ijs non obſtantibus, lib. 3.* ideo non queritur actio mulieri. Alexand. *conſ. 145. Viſo proceſſu, nu. 2. ver. quia illa promiſſio, lib. 5.*
3 vbi apoſtil. *in ver. tacitam.* Vide. *Dos an poſit eſſe ſine matrimonio. Concluſ.* 737. † Extende, quia dotis promiſſio facta alicui, etiam ad omnem eius requiſitionem, debet intelligi, ſi matrimonium, vel nuptiæ ſequantur. Alex. *conſ. 145. lib. 5. num. 2.* vbi allegat tex. *in l. tali ſti-*
4 *pulatione, in princip. ff. de iure dot.* † Et ideo, ſi eſt facta promiſſio dotis intra annum, intelligitur annus à die matrimonii. Alexand. *d. conſ.*
5 *145. num. 3. lib. 5.* † Extende; quia procedunt prædicta, etiam ſi eſſet dos ſoluta ſimpliciter ſponſo futuro marito, quia repeti poteſt nõ ſequuto matrimonio, vt quia receſſum fuit à ſponſalibus ex cauſa quacunque. Abb. *conſil. 48. Attingam, colum. 2. ver. circa tertium, lib. 1.*
* vbi dicit * communem. Vide, *Datum ex cauſa quando poſſit repeti ceſ-*
6 *ſante cauſa. Concluſ. 31.* † Extende in tantum ineſſe tacitam conditionem, vt ante quam exiſtat, non ſit nata actio, & ideo etiam ſi obligatio ſit de dote ad omne beneplacitum, & ſtatutum, quod capiatur debitor, qui promiſit ad beneplacitum pro dote ante matrimonium, captura eſt nulla. Ale. *d. conſ. deciſiuo 145. Viſo proceſſu*; vbi
7 eſt caſus, *lib. 5.* † Reſtringe multis modis, quando conſtat de mente, quando eſt pro legitima; & quando libere conſignatur. Vide,
8 *Dotis fructus augent dotem. Concl. 738. num. 15. ver. nec obſtat*, & in ſpecie, quãdo fuit conuentum aliter, quod conuentio ſit ſeruanda. Alex. *conſ. 61. Viſo proceſſu, num. 4. & 5. ver. opponitur etiam. lib. 5. & conſ. 145. n. 2. ver. tamen fallit, lib. 5.* † Amplia, quia ſi fiat promiſſio dotis, facta per ſtipulationem marito præſenti, ſoli marito acquiritur actio, non autem mulieri, etiam ſi interueniant nuptiæ. Corn. *d. conſ. 318. nu. 3.*
9 *lib. 3.* allegat *l. ſi pro te. C. de dot. promiſſ.* † Extende etiam, quia ſoluto matrimonio non acquiritur actio contra promiſſorem, ſiue ſit ſequutum matrimonium, ſiue multo magis ſi non eſſet ſequutum.
10 Corn. *d. conſ. 318. nu. 3. lib. 3.* † Declara, quia non competit actio perſonalis mulieri contra promittentem viro, *l. ſi pro te, C. de dot. promiſſ.* quia in perſona mulieris non eſt concepta ſtipulatio, neq; alterius pro ea, ſed competit actio hypothecaria contra bona, *l. vnica, C. de*
11 *rei vxo. actio.* † Declara, quia ſi pater promiſit ſcuta 400. in dotem filiæ; quam nupſit, & facta fuit confeſſio de recepto per ipſam, & maritum, cum tamen non fuerit ſoluta, poteſt conſtante matrimonio, tam maritus, quam vxor agere pro dote conſequenda prõ ſuo intereſſe, ne tanquam indotata ſpernatur à marito, & ratione intereſſe poteſt implorare officium iudicis. Caſtr. *conſ. 455. Ad primũ, col. 2. in fi. cum ſeq. ver. læditur, & tertio, lib. 2.* † Reſtringe, quando pro- 12
miſſio fieret ex forma ſtatuti Florentiæ excludentis fœminã à ſucceſſione mandantis eam dotari in bonis patris, quia bona ſunt hypothecata filiæ. Corne. *conſ. 52. lib. 1.* Bart. *conſ. 123. Factum ſic ſe habet, Titius, lib. 1.* Vide Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de iure dotium. Concluſ. 3. filia non poteſt agere.* † Amplia; quia dos data primo viro per patrem mulie- 13
ris, defuncto viro redit ad patrem quoad exercitium actionis contra hæredes primi mariti, & filia non poteſt agere ſine voluntate patris, *l. 2. §. 1. l. non ſolum*, & ibi Doct. *ff. ſolut. matrim.* & onus dotandi filiam ſecundo nubentem ſpectat ad patrẽ. *l. ſi cum pater*, vbi glo. & Doct. *ff. eod. & in auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio.* † Extende, quia 14
onus recuperandi dotem à primo viro, & ſoluendi eam ſecundo viro ſpectat ad patrem mulieris; quod in tantum eſt verum, quod etiam mortuo patre, qui exegit ab hæredibus primi viri; ipſi hæredes non poterunt moleſtari à filia. *leg. ſi cum pater*, vbi glo. & Docto. *ff. ſolut. matrim.* † Extende in tantum actionem dotis datæ 15
filiæ per patrem conſolidari in patrem, & poſt eum in hæredes patris, vt imo etiam poſſit actio legari per patrem. *l. ex legato. C. de leg.* Alexand. *conſ. 139. Viſo themate, in princ. lib. 2.* † Extende, vt iſta con- 16
ſolidatio in patre fiat nedum per mortem naturalem, ſed etiam per mortem ciuilem, & è conuerſo per mortem ciuilem patris fiat conſolidatio in filiam. Alexand. *d. conſ. 139. in princ. ver. ſed ita eſt. lib. 2.* quod tamen intelligas, quando mors ciuilis æquiparatur naturali, non alias. † Extende in tantum dotem profectam à patre con- 17
ſolidari in patrem viuentem actionem dotis, vt mulier filia dotata non poſſit ſine patre diſponere. *l. 2. §. ſi voluntate, & l. non ſolum. ff. ſolut. matrim.* † Reſtringe, quando ſtipulatio eſt facta, quod dos 18
reddatur patri, vel filiæ, vel ei, cui ius, & caſus dederit, quia tunc præſumitur ſtipulatio continere eundem caſum, ac ſi nulla fuiſſet facta ſtipulatio, & propterea mortuo marito conſolidatur dos in filiam eo modo, quo conſolidaretur in patrem, quando nulla ſtipulatio facta fuiſſet, vt quandocunq; pater moriatur, dos ſit filiæ, licet pater viueret, quando morte viri ſolutum eſt matrimonium, ſi modo pater viuens dotem non exegit. Alex. *d. conſ. 139. col. 1. ver. ſed præmiſſis non obſtantibus, lib. 2.* vbi per totum conſilium vult, quod filia ingrediente monaſterium dos acquiratur monaſterio; tũ quia mors ciuilis iſto caſu non æquiparatur naturali; tum etiam, quia ſi actio dotis diceretur patri conſolidata, teneturillam filiæ conſeruare, & ſicuti, ſi ſecundo nuberet, teneretur dotem reſtituere; ita pariter, ſi monaſterium ingrediatur. † Reſtringe; quia actio dotis 19
non conſolidatur in patrem, etiam ſi eſſet ſtipulata in ſpecie reddi patri, quando eſt data filiæ vigore ſtatuti eam excludẽtis à ſucceſſione; quia tunc tenẽtur pater & hæredes talem ſtipulationem remittere. Alex. *d. conſ. 139. col. 1. in fi. & col. 2. in prin. ver. præterea etiam dato. lib. 2.* † Reſtringe; quia ſicuti actio dotis conſolidatur in patre 20
mortua filia, ita etiam è conuerſo conſolidatur in filia per mortem patris viuente filia. Alex. *d. conſ. 139. Viſo themate, in princip. ver. & primo, lib. 2.* † Amplia, quia ſoluto matrimonio actio pro dote non ex- 21
acta competit hæredibus mariti, non autem mulieri: ideo, quia dos eſt in reſtitutione, debent hæredes cedere iura, quæ ſunt in reſtitutione. Corne. *conſ. 1. num. 11. libr. 2.* ſequitur Pariſ. *conſilio 95. numer. 3. & ſequen. lib. 2.* & eſt text. in *l. ſi pro te pater. C. de dot. promiſſio. & in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matr.* Bald. Nouell. *de dote in 8. par. priuil. 24.* & 25. & eſt de hoc *conſilio Roman. 386. In conſultatione*, vbi, quod hæredes tenentur, vel ſoluere dotem mulieri, vel eidem cedere iura, & ſi minores ſunt ſolus tutor cum decreto ſoluit, vel cedit valide, quia cauſa eſt neceſſaria pro liberandis hæredibus, ſecus ſi voluntaria, quia ſolus non poſſet. † Extende in tantum hæredes mariti 22
habere exactionem dotis non exactæ, & reſtituendæ contra illum, qui promiſit, vt etiam ſtante pacto nullo, quod remaneat penes hæredes mariti, cuius vigore non poſſent agere liberati ab vxore, tamen agunt, donec obligantur vxori. Bar. *conſ. 126. Titius maritauit. n. 2. ver. item ſuper alio puncto. lib. 1.* † Contrarium, quod imo ſit in 23
electione mulieris velle conſequi dores ſuas ab hæredibus mariti, vel ab hæredibus promittentis, ſeu ab ipſo promittente, quia licet promiſſio ſit facta marito, non vxori tamen acquiritur etiam vxori abſenti. Dec. *conſ. 35. Præſtantiſs. Doctor.* & ſaltem vtili actione poterit agere. Guido Pap *dec. 375.* & eſt tex. in *l. 1. §. videamus, & §. accedit. C. de rei vxo. act.* gl. in *l. ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matr.* & maxime iudicis officio nobili implorato. cui congruit, vt dos mulieri conſeruetur nec ea deſtituatur. *l. 1. ff. ſolut. matri.* & videtur bonus tex. in *l. in rebus, in princip. C. de iure dot.* Caſtrenſ. in *d. l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matri.* Ruin. *conſ. 183. Viſis. col. 2. nu. 5. lib. 1.* quia eadem actio hypothecaria, quæ competebat marito contra ſocerũ conſtante matrimonio, ea-

dem

dem competit vxori soluto matrimonio, tanquam contra debitorem debitoris. Bald. *in l. si pro te, in fin.* & ad euitandum circuitum.

34 †Declara, quia contrarium procedit ex æquitate; vt supra implorato officio iudicis, & ita tenet Guido Pap. *decis.* 375. vbi respondet ad *l. si pro te pater*; vt procedat viuente marito, secus eo mortuo, tamen consulit, quod ad abundantem cautelam vxor procuret sibi cedi iura ab hæredibus mariti, iuxta tex. *in l. si. sic. ff. de leg.* 1. §. 1. *in ver. & si debitor*, & quod possit agere implorato officio iudicis, quod succedit loco deficientis actionis, maxime in contractu bonæ fidei; vt per Bald. Nouel. *de dote in 4. parte princ. num.* 8. *in 2. quæst.* vbi, quod iudex ex officio succurrit, vbi deficit actio, si subest æquitas. Curt. Sen. *cons.* 71. *n.* 4. & huius opin. est Cast. *cons.* 455. *Ad primum. col.* 2. *in fi.*

35 *cum seq. verb. laditur, & tertio lib.* 2. † Restringe ampliationem, quia mulier habet obligata omnia bona mariti. *l. vnica.* §. *& vt plenius. C. de rei vxo. actio.* in qua veniunt nomina debitorum. *l. nomen. C. quæ res pignor. obligat. poss.* & contra nomina debitorum potest prosequi vti li hypothecaria. *l. & hæredes. C. de hered. actio* Saly c. *dict. leg. nomen.* Vi-

36 de, *Dos promissa marito, &c. Concluf.* 773. † Et restrictio procedit sine dubio Florentiæ stante statuto. *lib.* 2. *rubr.* 59. quod non requiratur excussio, sed possit deueniri immediate contra tertios possessores obligatos, non excusso principali, & stante alio statuto, quod alteri per alterum acquiratur obligatio, quia tunc mulier potest pro dote agere contra maritum pro confessata, & contra promittentem pro dote promissa marito, vt concludit Alex. *cons.* 63. *inf. n.* 15. *lib.* 4. *& cons.* 207. *& cons.* 208. *lib.* 7. vbi, quod eo casu non habet locum *l. si pro te. C. de dot. promiss.* & Florentiæ sunt ambo hæc statuta,

37 alterum, quod acquiratur absenti, est sub *rubr.* 39. *lib.* 2. † Sed si mulier vellet agere mortuo patre contra tertios possessores, qui emissent a patre directe non excussa hæreditate patris, non posset, quia illa æquitas, quæ subest contra promittentem, & hæredes, nõ subest contra tertios bonorum possessores, si forte posset satisfieri sine circuitu contra principalem, & *decis.* Guido Pap. 375. non pro-

38 cedit hoc casu. † Amplia, quia mulier, quæ agit pro dote contra tertium possessorem, vel fideiussorem, tenetur cedere iura sua omnia, alias repellitur, & idem, si alius offert mulieri dotes suas. Vide, *Cessio iurium debet fieri, &c. Concl.* 211. † Amplia, quia mulieri non cõ-

39 petit actio, nisi soluto matrimonio. *l. 2. in prin. ff. de dot. præleg. l. 2. ff. sol. * matr.* Alex. *cons.* 153. *Circa litem. in fi. lib.* 6. vbi dicit * communem. Ale. * *cons.* 106. *Visis. n.* 3. *lib.* 5. vbi dicit magis * communem, quod non est

40 data actio constante matrimonio. † Et quod constante matrimonio actio dotis competat marito, non vxori in tãtum, quod si mulier ageret, deberet repelli, quia sine actione experitur. Castr. *cons.*

41 250. *Viso puncto, in princ. lib.* 2. † Restringe, nisi vergat maritus ad inopiam, quia licet non sit vera restitutio, tamen datur actio. *l. si con-*

42 *stante*, & ibi Doct. *ff. sol. matr.* † Limita, quia soluto matrimonio per mortẽ viri competit actio mulieri ad dotem cõtra hæredes mariti, etiã si esset factum pactum per eum; qui dotem tradidit, siue mulier, siue frater, siue quicunque extraneus, quod quocunq; modo solueretur matrimonium, dos deberet esse penes hæredes mariti etiam cum iuramento, quia pactum non continet hunc casum, &

43 si contineret, non valeret, plene Bart. *cons.* 126. *Titius. lib.* 1. † Limita, quia si fuit posita pecunia super monte pro dote puellę fauore dotis, illi etiam absenti fuit ius quæsitum, & competit actio. Soc. *cons.*

44 6. *colum. fin. lib.* 4. † Extende, quia conditio apposita super pecunia montis, quod sit pro dote, vel debetur pro dote, aut seruiat pro dote talis puellæ, vel etiam pro inuestiendo in bonis stabilibus operatur, quod absenti, & tertio ius acquiritur, prout etiã pactum. Alex. *in l. si fideiussor.* §. *fi necessaria. ff. qui satisd. cog.* Negus. *de pign. in* 5. *par. in* 2. *memb. n.* 131. vbi dicit hoc frequentari, & practicari Floren-

45 tiæ. † Extende idem in laudo lato inter fratres diuidentes, quia si in eo fit mentio de dote sororis ex dicto laudo, acquiritur actio pro dote mulieri absenti speciali fauore dotis. Bart. *cons.* 123. *Titius, & Seius. lib.* 1. Alex. *cons.* 4. *Videtur. nu.* 20. *lib.* 2. latius Bald. Nouel. *de*

46 *dote in 6. par. priui.* 78. sequitur Ias. *in l. ex iis. C. de milit. testam.* † Limita in dote constituta mulieri, & ipsa præsente, vel alio pro ea acceptante, quia tunc sibi acquiritur. Corn. *d. cons.* 318. *num.* 3. *& seq. lib.* 3.

47 † Declara, quia quando alius stipulatur restitutionem dotis gestorio nomine puellæ, licet sibi acquirat directam, tamen puellæ acquirit vtilem actionem, quæ præfertur directæ. Bald. in simili

48 *cons.* 186. *Punctus, quo quæritur. num.* 1. *lib.* 5. *& cons.* 11. *Factum. nu.* 3. *lib.* 3. † Extende, quia si promittatur restitutio dotis in petio terræ traditio in æstimationem, debet restitui idem corpus pro eadem æstimatione. Socin. *cons.* 57. *Stantibus super adictis. colum.* 1. *& 2. lib.* 1. in simili Dec. *cons.* 227. *In causa. n.* 3. vbi dictio illa, *datum*, repetit eandẽ quali-

49 tatem, & substantiam. † Limita, qñ constantibus nuptiis, vel matrimonio, quia tunc efficitur dos patrimonium mulieris, & inest conditio, quod pro omni matrimonio mulieris inseruiat. Corn. *d. cons.* 318. *n.* 6. *lib.* 3. allegat *auth. sed quam. C. de rei vxo. act. & l. si socius pro filia. ff. pro socio. l. in rebus. C. de iure dot.* † Limita in dote, quæ succedit 40 loco legitimæ, quia sicuti legitima debetur statim, & sine onere, ita etiam dos, communem* dicit Abb. *cons* 92. *Illud, in princip. & per* * *tot. lib.* 2. & quando succedat loco legitimæ. Vide, *Legitima loco quæ esse dicantur. Conclus.* 206. † Limita, quia si frater dedit dotem de suo 41 sorori nuptæ secundo loco, poterit repetere solutum ab hæredibus primi viri, qui dotem habuerant, quod declara, vt per Corne. *cons.* 157. *Licet. lib.* 1.

Dos ita debetur pro matrimonio spirituali, sicut pro carnali. Conclus. 730.

DOS † filiæ ingressuræ in monasterium ita debetur; quemad- 1
modum filiæ, quæ viro traditur, vt dicit Bal. *in l. fi. C. de dot. promiss.* † Et sicut præsumitur, quod quis nolit vxorem indotatam re- 2
cipere. *l. fi.* §. *fi a socero. ff. de ijs, quæ in fraud. credit. l. pure.* §. *ff. de dol. except.* quia iniquissimum videtur, quod mulier non habeat dotem. *l. cum pater. ff. de pact. dot.* ita dicendum est in monasterio, quod non præsumitur velle monialem sine dote, maxime cum à communiter contingentibus id factum præsumatur. *l. certi condictio.* §. *fi nummos, cum ibi not. ff. si cert. pet.* Decian. *in l. vt liberis. C. de collat.* † In dubio tamen, nisi probetur dotata mulier, an præsumatur data dos, vide 3
sup. *Conclus.* 722. † Amplia, quia licitum est monasterio pacisci su- 4
per dote monialis ingressuræ Monasterium sine peccato, ita Felin. *in c. ad Apostolicam. super gl. fin. in fin. de Sim.* vbi dicit hanc * com- *
munem, & seruari de consuetudine; quia cum sit consuetudo respiciens pietatẽ, debet seruari, & ita etiã apostill. ad Guido. Pap. *decis.* 80. & ità hodie vbique seruatur; & non admitteretur disputatio, an sit licitum, vel non. Feli. *in ca. quoniam, de simon.* † Contrari- 5
um tenet Bal. qui hanc quæst. examinat allegando pro vtraq; parte *in l. si quicquam. C. de Episc. & Cler.* vbi, quod licet monasterium supportet onera ingredientium, non tamen licitum est pactum facere pro ingressu, vt tantum recipiat pro dote; quia est simonia, sequitur Guido Pap. *decis.* 80. pro qua opinione allegat tex. *in c. quoniam simoniaca labes, de simon.* vbi secundũ eum est casus huius quæst. & quod bene potest recipi id, quod sponte offertur amore Dei, 32. *q.* 2. *c. honorantur*, vbi glo. 1. & licet Guido Pap. dicat vidisse in contrarium iudicari; tamen damnat consuetudinem peccati inductiuam. † Declara; quia forte pactio esset illicita, si applicatur ad in- 6
gressum religionis; quia nihil pro tali ingressu sacrandi personam Deo debet dari, sed si pactio applicatur ad alimenta & onera, quæ subire tenetur monasterium, vel vt sit eleemosyna; non est vllo modo illicitum, ita Abb. & Felin. in *c. non satis de simon.* quia etiam matrimonium carnale est sacramentum, pro quo nihil dari, vel recipi potest; & tamen pro oneribus & alimentis vxoris licita est conuentio, & pactio dotis. † Amplia; quia sicuti dos soluto matri- 7
monio, vel quia nullum sit matrimonium, vel morte viri soluatur, debet restitui; ita etiam moniali, si nullus declaratur ingressus. *l. & si necesse. ff. de donat. inter vir. & vxor.* glo. Bart. & Ias. in *l. auunculo. ff. de cond. sine causa.* † Amplia; quia pater sicut tenetur, & compelli potest 8
officio iudicis dotare filiam pro matrimonio carnali, vt infra, *Dotare qui teneantur. Concl.* 780. ita etiam tenetur dotare filiam volentem ingredi monasterium, ita vt viuere possit, & Deo seruire. Bart. in *l.* 1. §. *si parens. ff. si quis à paren. fuerit manumiss.* Bald. *d. l. fi. C. de dot. promiss.* Bal. Nouel. *tract. de dot. in 6. par. priui.* 15. † Extende in tantum, 9
quod si filia fuit dotata, & maritata, & vidua effecta velit monachari, non potest pater minuere illi primam dotem, sed tenetur dare monasterio, vt dicunt prædicti. Doct. † Amplia; quia sicuti actio 10
dotis pro matrimonio carnali competit marito, & soluto matrimonio competit mulieri. *l.* 1. §. *videamus; & §. a. cedit. C. de rei vxo. actio.* Guido Pap. *decis.* 375. *Pater pro filia*, ita pro eleemosyna, vel dote spirituali promissa monasterio pro ingressu puellæ competit monasterio. *l. si pro te. C. de dot. promiss.* Corne. *consil.* 212. *num.* 2. *& consil.* 318. *num.* 3. *lib.* 3. Paris. *cons.* 121. *in princip. lib.* 1. & quando monasterium est dissolutum, vel destructum; actio competit puellæ, sicut vxori soluto matrimonio Guido Pap. *d. decis.* 375. † Extende, vt procedat, 11
etiam si aliud monasterium erigatur, quia si est diuersum nomine, titulo, & religione, non potest dici subrogatum loco dissoluti, nisi sit expresse ordinatũ; quia diuersitas nominum arguit diuersitatẽ rerum. Bald. *in l. ex legato. C. de legat. & cons.* 194. *col. fin. ver. facit etiam. li.* 2. Vide, *Diuersitas nominum diuersitatem rerum & locorum inducit. Concl.* 517. † Restringe, quando iam dos esset soluta monasterio, & dissol- 12
uitur monasterium, quia quoad dotes solutas fit deuolutio ad superiorem monasterii dissoluti. Bart. *in l. sed ales. num.* 21. *ff. de colleg. illicit.* Feli. *in c. cum dilecta. nu.* 11. *ver. destructo, de rescript.* † Amplia; quia 13
sicuti matrimonium debet esse liberum, & filia etiam minor po-

rest nubere sine patre, ita nupta consequitur dotem ab inuito patre. Rom. *cons.* 486. *In casu. n.* 4. *ver. praterea*; vbi apost. citat Boer. *decis.* 130. *Ista quæst. nu.* 7. † Amplia, quia sicuti dos temporalis pro matrimonio carnali habet tacitam hypothecam, & alia priuilegia, ita etiam dos spiritualis, seu pro matrimonio spirituali. Vide, *Dos habet tacitam hypothecam. Concl.* 745. *nu.* 44.

Dotis nomine datum quando censeatur, & repeti possit. Concluſ. 731.

1 DATVM † per patrem filiæ, quam maritauit, censetur datum, vel promissum nomine dotis. *l. quia autem. ff. de iure dot.* Old. *cons.* 2 245. *nu.* 5. *ver. sicut ergo.* † Amplia, vt procedat, etiam si datum fuerit marito per socerum nomine filiæ, quia licet de dote nihil fuerit dictum, tamen soluto matrimonio repetitur, tanquam dos, *l. tali. §. vlt. ff. de iure dot.* Oldrad. *dict. consil.* 245. *numer.* 5. *verb. & hoc potißime.* 3 † Amplia, vt procedat nedum, quando à principio dotis constituendæ aliquid simpliciter promittitur, vel datur, sed etiam si post matrimonium & dotem constitutam aliquid simpliciter promittitur, vel datur, quia censetur promissum, vel datum in augmen- 4 tum dotis. Oldrad. *d. cons.* 245. *num.* 5. *ver. sicut ergo* † Amplia, etiam si pater promiserit filiæ dotem in certa quantitate, & postea omnia bona sua dederit genero, quia adhuc ipsa omnia bona censentur in dotem data genero, contemplatione filiæ, etiam si dederit illa in solutum expresse pro dote. Oldrad. *d. consil.* 245. *Quidam pater familias, per totum consilium.* † Amplia, quia maritus confitens dotem, 5 vel augmentum dotis constante matrimonio obligatur, & si constat de receptione, est vera dos, si vero constat, quod spe futuræ numerationis fuit facta confessio, & sit lapsum tempus opponendi de non numeta pecunia, adhuc est idem, quia hæredes mariti tenentur restituere, tanquam dotem, vel augmentum dotis. Bald. 6 *consil.* 397. *Casus talis est, in princip. lib.* 1. † Declara, quia si non interuenit vera receptio, neque confessio est facta sub spe futuræ numerationis, sed animo donandi expresse, tunc non est dos, sed donatio, quæ morte confirmatur. Bald. *consil.* 397. *in princ. ver. si autem non* 7 *interuenit. lib.* 1. † Extende declarationem, vt procedat, etiam si non constat, qua de causa voluerit confiteri, quia præsumitur animo donandi; etiam si pro dote, vel augmento dotis sit facta confessio, quia nihilominus animo donandi præsumitur, & confirmatur morte, & eo casu non habet priuilegium, sed habebit mulier ex donato. Bald. *d. cons.* 397. *num.* 2. *cir. med. ver. si autem dubitatur, vsque in fin. lib.* 1.

Dotalia instrumenta, & bona, quæ dicantur. Concl. 732.

1 DOTALE † instrumentum est omne instrumentum, in quo continetur dos data, vel promissa. Bald. *cons.* 10. *lib.* 5.

Dos congrua quando, & ex quibus dicatur. Conclusio 733.

1 DOS † congrua arbitrio boni viri, & secundum facultates, & qualitates coniugum, & morem ciuitatis statui debet. *l. quæro ff. de iure dot. l. si filiæ. ff. de leg.* 3. Patis. *cons.* 63. *num.* 50. *lib.* 2. Abb. *cons.* 11. *num.* 7. *ver. & vlterius, cum sit dos.* Port. *cons.* 6. *num.* 17. *ver. quibus, & nu.* 49. *& cons.* 92. *nu.* 103. *& cons.* 38. *nu.* 15. tradunt Moder. in *l. vt si quis. §. hæc actio. n.* 9. *ff. de relig. & sumpt. fune.* & vide plenius infra in *ver. Dotare qui teneantur, vel non Concl.* 780. *n.* 175. *ver. quanta autē.* Vide Masc. *Concl.* 570. *n.* 12. vbi, quod semper est locus arbitrio iudicis, an dos 2 sit congrua, vel non. † Et quoad quantitatem facultatum, quando filia excluditur à statuto, non imputantur, neque comprehendūtur nomine debitorū omnino inexigibilia, vt augeatur dos secundum patrimonium defuncti, sed bene reseruantur iura filiæ cōtra tutricem, quatenus culpa sua effecta sint non exigibilia. *l.* 2. *C. arb. tutel.* Rom. *cons.* 413. *col. pen. ver. quoad septimum & cons.* 425. *col.* 2. *ver. o-* 3 *ctauo* & ita fuit tentum. † Exigibilia vero computantur facta æstimatione iusto pretio deductis expensis. *l. si nomen, & l. nomine. ff. de hæred. vel actio. vend.* Bald. in *l. si ea lege. col.* 2. *de vsur.* Cagnol. in *l.* 2. *num.* 200. *C. de rescind. vend.* Soci. *cons.* 143. *in fi. lib.* 1. Cagnol. in *l. qui actio-* 4 *nem, in fin ff. de reg. iur.* † Amplia; quia ad congruitatem dotis inspicitur valor facultatum patris, vel obligati ad dotem de tempore dotationis, non autem de tempore mortis dotare debentis, nec debet haberi in consideratione, quod postmodum procedente tempore sint auctæ facultates. Grammat. *decis.* 57. *num.* 29. 30. *cum* 5 *seqq. vsque in fin.* † Declara, quia dos data congrua tempore dotationis, si tempore mortis patris sunt auctæ facultates, debet suppleri maior dos. secundum Castr. *cons.* 210. *Ego Paulus. lib.* 1. vbi idem dicit stante statuto, quod filia dotata congrue non succedat. † Amplia, 6 quia qualitates, quæ habentur in consideratione, sunt persona viri, vires patrimonii, & consuetudo loci. Castr. in *l. vlt. numer.* 4. *C. de contr. empt.* Ruin. *cons.* 42. *num.* 13. *lib.* 2. Gabr. *consil.* 143. *numer.* 7. *lib.* 1. ob quas circumstantias, & qualitates totum committitur arbitrio iudicis. Crau. *d. cons.* 291. Menoch. *de arb. cas.* 149. *num.* 38. *& seq.* † Ex- 7 tende, quia si qualitates prædictæ absorberent totum fideicommissum, potest dotari in toto fideicommisso, si aliter virum non reperiret condignum. Bald. *d. auth. res quæ numer.* 4. *C. commun. de leg.* Castrens. in *l. mulier. §. cum proponeretur. num.* 2. *ff. ad Trebell.* Socin. *reg.* 12. *ver. septimo amplia.* † Amplia, quia dos congrua dicitur, & præsu- 8 mitur data, vel relicta per patrem filiæ. plene Tiraquel. in *l. si vnquam in præfatio. num.* 3. *C. de reuoc. donat.* nisi ex magno excessu, quod est iudici arbitrarium. Vide plenius, *Dotis supplementum. Concl.* 784. *num.* 5. *& multis seqq.* † Limita, quia dos congrua non dicitur illa, quę 9 debetur etiam ex fideicommisso, vel in subsidium, si semel fuit congrua tempore taxationis, si procedente tempore efficitur incongrua tēpore matrimonii contracti, quia ad hoc, vt sit congrua, vel non, inspicitur tempus dotationis, & matrimonii. Cast. *in auth. res quæ. nu.* 8. *C. commun. de leg.* ideo poterit augeri, vt efficiatur congrua. Crauet. *consil.* 291. *per tot.* Vide, *Dos quanta esse debeat filiæ exclusa à statuto. Concluſ.* 789.

Dos inofficiosa quando dicatur, & qualiter agatur de inofficioso. Concluſ. 734.

DOS † dicitur inofficiosa, si pater tantum dedit in dote filiæ, 1 quod aliis filiis non remaneat legitima illis debita. *l.* 1. *ff. de inoff. dot.* Vide, *Donatio inofficiosa quando, & qualiter valeat, vel non. Concluſ.* 685. † Agere possunt filii fraudati à patre in legitima mor- 2 tuo patre contra maritum, cui pro filia pater dedit tantam dotem, quod aliis filiis non remansit legitima. Castr. *in leg.* 1. *ff. de inofficios. dot.* per text. *in leg. fin. §. si à socero. ff. de iuis, quæ in fraud. credit.* † Con- 3 trarium, quod donec durat matrimonium non possint filii agere de inofficioso contra maritum; sed debeant expectare mortem mariti, & tunc poterunt agere contra hæredes pro rata inofficiosæ dotis, videlicet vsque ad eorum legitimam, ita Afflict. *decis.* 86. † Declara, quia si inofficiosa esset re, & consilio, vel mari- 4 tus participasset de dolo, & consilio doloso patris, crederem, quod etiam ab eo posset recuperari. Vide *in ver. Fraudulenter facta in fraudem creditorum. Conclusio* 479. *num.* 16. *& sequent. versicul. limita.*

Dos quando suppleri debeat, vel non. Concluſ. 735.

FILIA † congrue dotata à patre paupere potest petere supple- 1 mentū dotis, si pater postea effectus esset diues, quia congruitas consideratur secundum facultates tempore mortis. Castr. *cons.* 210. *Ego Paulus. lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam stante statuto, 2 quod filia congrue dotata non succedat, quia congrua dos intelligitur tempore mortis, ideo poterit petere supplementum. Castr. *d. cons.* 210. *lib.* 1. † Extende, quia si pater reliquit filiæ centum pro do- 3 te, postea nupsit cum 50. poterit petere alia 50. ex legato augmenti. Castr. *d. cons.* 210. *lib.* 1. † Declara, quia lex licet pro patre præsu- 4 mat, quod dotem dederit congruam, tamen si constat de excessu, filia audiretur, alias non. Alex. *cons.* 33. *Videtur, in fin. lib.* 4. Vide. *Dotis supplementum an possit peti, & quando. Concluſ.* 784. *per tot.* maxime *nu.* 5. *& seq.* vbi pro vtraque parte, & declaratur.

Dos est patrimonium mulieris, & quando. Concl. 736.

DOS † est patrimonium mulieris. *leg.* 3. *§. licet, & §. sed vtrum. ff. de* 1 *minor.* quod declarat Castren. *cons.* 11. *Viso dicto libello. nu.* 2. *col.* 2. *ver. item dicere. lib.* 1. vt procedat solum constante matrimonio, vel quando est consignata dos mulieri, alias secus. † Extende maxime, 2 quia de communi vsu loquendi in aliquibus locis, dos dicitur patrimonium mulieris, siue sit virgo, siue vidua, prout de Ciuitate Tuderti attestatur Bartol. *consil.* 200. *Quæritur de legatis.* maxime *in fine lib.* 1. vbi dicit esse secus de iure communi, quia dos legata vltra legitimam expectat nuptias, & non debetur, nisi sequuto matrimonio; & repetit *consil.* 45. *Super quæstione. num.* 4. *circa fin.* & iterum *consil.* 50. *Viso testamento. num.* 5. *lib.* 2. † Extende quia cum 3 primum pater dedit dotem filiæ, dominium rerum dotalium trāsfertur in filiam, & illa dos efficitur patrimonium mulieris. Angel. Aretin. *d. cons.* 81. *In themate supradicto. nu.* 17. *& seq. ver. secundo hoc probatur.* † Et quod dos sit patrimonium mulieris. *leg. Pomponius. ff.* 4 *famil. hercis.* Socin. *cons.* 9. *Prosequendo. num.* 1. *lib.* 1. Abb. *cons.* 81. *Videtur primo,*

primo, in princip. lib. 1. allegat tex. in l. 3. §. si igitur. ff. de minor. Ang. Aret. cons. 81. In themate supra d. num. 17. & seq. Flor. à S. Petro cons. 4. numer. 2.

3 † Et si confessio dotis discordat à scripta parētelæ, standū est pactis scriptæ, tanquam originali. Vide, *Originale & prothocollum Notarii si*

6 *discrepat ab exemplato, statur originali. Concl.* 202. † Amplia, quia licet facta traditione dominium rerum dotalium transeat in maritum. *l. doce ancillam. C. de rei vendic.* tamen mortuo marito dominium rerum dotalium ipso iure retrotransfertur in vxorem. *l. in rebus. C. de iure dot.* Abb. *consil.* 72. *Videtur primo, in princip. & colum. fin. versiculo ad contraria. lib.* 2. vbi; quod propterea soluto matrimonio mulier agere potest rei vendicatione ad bona data in dotem æstimata, item potest agere hypothecaria contra alia bona mariti, item; &

7 personali contra hæredes mariti. † Amplia, quia quando dos constituitur mulieri præsenti, vel etiam ea absente constantibus nuptiis, vel matrimonio, tunc efficitur patrimonium mulieris, siue illud matrimonium, quod speratur sequi, habeat effectum, siue non, secus si constituatur pro matrimonio futuro, vel promissio fiat marito futuro, quia non habet locum in alio matrimonio, nec dos efficitur patrimonium mulieris, plene Corn. con-

8 *sil.* 318. *Videatur. num.* 3. *& sequent. lib.* 3. † Amplia in bonis paraphernalibus, quia licet detulerit ea in domum mariti, tamen non transit dominium in maritum, licet sibi consignentur, sed remanet pe-

9 nes mulierem. *l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot.* Vide, *Maritus an lucretur fructus bonorum vxoris. Conclus.* 97. Vide, *Mulier habet bona triplicis genes. Conclus.* 424. † Limita, quia dos data per patrem filiæ dicitur patrimonium patris soluto matrimonio, quamdiu apud patrem

10 est ipsa dos, quia potest illam minuere, si patrimonium illius est diminutum. Castr. *d. cons.* 11. *num.* 2. † Extende, vt idem sit, quandiu

11 actio patri competit, quia dicitur esse in patrimonio patris, & non mulieris. Castrens. *dict. consil.* 11. *num.* 2. *ver. item dicere, lib.* 1. † Limita, quia bona data in dotem marito per vxorem non dicuntur esse amplius in dominio vxoris, sed viri. *l. doce ancillam*, vbi glo. & scrib. *C. de rei vendic.* glo. *in l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argento legat.* glo. & Doct. *in leg. in rebus. C. de iure dot.* Ias. *in l. de die. §. qui mulierem. ff. qui*

☞ *satisd. cog.* vbi dicit, quod bene commoditas, & incommoditas est vxoris. Vide, *Maritus est dominus dotis, & qualiter procedat. Conclus.* 90.

12 † Limita, quia si mulier dedit in dotem pecuniam, & maritus in pecunia numerata deposuit penes camsorem, vel mercatorem, mortuo marito dominium non spectat ad mulierem, neque potest pecuniam vendicare à camsore. *l. si pro te. C. de dot. promiss.* quia cum depositum non sit in sacculo, sed in pecunia numerata, vt communiter etiam fieri solet. Bald. *in l. incendium. C. si cert. pet.* consequenter dominium pecuniarum in camsorem translatum est. *l. certi cond. §. deposui. ff. si cert. pet.* & ideo non erit amplius dotalis, ideo non potest vxor soluto matrimonio exigere sine cessione. *l. si socer.*

13 *§. Lucius. ff. sol. matr.* † Restringe, nisi pecunia remansisset dotalis, quia tunc posset agere, & vendicare, quia dominium transiuisset in mulierem ipso iure. *d. l. in rebus, C. de iure dot.*

Dos an possit esse sine matrimonio. Conclus. 737.

1 DOs † non potest esse sine matrimonio. *l. 3. ff. de iure dot. l. si. C. de donat. ante nupt.* Doct. *in l.* 1. *ff. sol. matr.* Curt. Iun. *in auth. res quæ. n.*

2 22. *C. commun. de legat.* † Et propterea dicit Bart. in sua *quæst.* 7. *Mulier habens, ver. contra quod. num.* 7. *versicul. sexto probo sic.* quod dos est ac-

3 cessoria ad matrimonium, & ab eo regulatur. † E conuerso matrimonium potest esse sine dote, etiam si mulier habeat bona, ex quibus possit dotari. *leg. fin. C. de repud.* Alexand. *consil.* 144. *Circa primum, in princip. lib.* 5. *& consil.* 56. *numer.* 3. *versicul. & valet. lib.* 4.

4 † Declara, quia quod dicitur, dotem non esse sine matrimonio, procedit, quia ex titulo dotis non transfertur dominium rei dotalis propter dotem, sed propter matrimonium futurū, sic Soc. *cons.*

5 170. *colum.* 1. *ver. confirmantur.* † Declara, Bart. *cons.* 45. *Super quæstione, in princip. lib.* 2. quod licet matrimonium possit esse sine dote, tamen dos non potest esse sine matrimonio, & propterea licet factū sit pactum lucrandæ dotis, tamen non habet locum, si mulier de-

6 cedat ante 12. annū. † Amplia, quia quod dicitur, dotē non posse esse sine matrimonio, est verum quoad hoc, vt mulier consequatur cum effectu dotem ab obligato ante matrimonium, quia non debetur ante matrimonium. Castrens. *cons.* 275. *num.* 2. *lib.* 1. Bero. *cons.* 51. *nu.* 20. *lib.* sed bene quoad constitutionem dotis potest constitui; & taxari ante matrimonium, vt dicit Castr. *d. cons.* 275. vbi,

7 quod facta taxatione, & constitutione solutio retardatur in tempus matrimonii. † Extende, vt procedat etiam in dote donata per maritum vxori futuræ, puta ratione nobilitatis mulieris, maritus donat 300. pro dote, si mulier contraxerit secundum matrimonium, nam ante matrimonium non est dos, quia sub conditione data est, sed sequuto matrimonio, licet illud non sit consummatum, statim dos efficitur, ita quod, si moriatur vxor, antequam traducatur ad domum viri, hæredibus mulieris debeatur. Castre. *cons.* 434. *Visis omnibus, in prin. lib.* 1. † Amplia, in casu contrario, quia 8

matrimonium de facili non contrahitur sine dote, & promissione, seu obligatione restituendæ dotis, & ideo statutū prohibens posse obligari bona stabilia forensi, non habet locum in dote, quia impediret liberam facultatem matrimoniorum. Anton. de Butrio *consil.* 35. *num.* 2. *ver. idem puto.* † Amplia, quia mulier maritata sine 9

dote perdit officium iudicis, vt debeat dotari, quia cessat causa, vt maritari possit. Alexand. *consil.* 7. *Visis & diligenter, in princip. lib.* 2. † Restringe, vt non procedat, quando aliquis esset obligatus iure 10

actionis, quia licet sit maritata sine dote, non tamen perdit actionem dotis. Alex. *d. cons.* 7. *num.* 10. *ver. non obstant allegata. lib.* 2. † Limi- 11

ta; quia licet dos non sit sine matrimonio, tamen mulier potest esse dotata ante matrimonium, & sine matrimonio, & ideo secundum communem * vsum puella dicitur dotata, si dos est assignata * etiam ante matrimonium. Ang. *cons.* 349. *Consultatio hæc. n.* 2. Signor. Homod. *cons.* 213. *Factum sic præsupponitur.* Bart. *cons.* 200. *Quæritur de legatis, per tot. lib.* 1. † Extende, quia puella dicitur dotata etiam an- 12

te matrimonium, si pater reliquit dotem in testamento. Ang. *cons.* 349. *num.* 2. *in fin.* † Extende, quia filia ante matrimonium dotata à 13

patre, tanquam dotata excluditur vigore statuti excludentis dotatas. Bal. *cons.* 69. *De iure communi. lib.* 4. † Extende, quia filia à patre 14

dotata ante matrimonium, si non nubat marito destinato per patrem, cui pater soluerat dotem, illam repetit mulier à dicto marito destinato, & habet priuilegia, prout si esset vera dos. Sign. *d. cons.* 213. *per tot.* † Declara, quia quod dicitur dotem promissam ante 15

matrimonium facere mulierem dotatam, debet intelligi ad fauorem mulieris, secus in odium respectu alimentorum, quia ex dote promissa per patrem non liberantur hæredes ab alimentis. Bald. *cons.* 408. *Quidam ciuis. num.* 8. *lib.* 1. Vide, *Dotata quando dicatur mulier* ☞ *exclusa à statuto. Conclus.* 788. † Limita, in Ecclesia, vel Hospitali, seu 16

loco pio, quia potest dotari etiam antequam sit in rerum natura. Card. Zabar. *cons.* 1. *per tot.* † Limita, quia relatio facta ad matrimo- 17

nium non censetur facta ad dotem, ideo si promittant partes contrahere matrimonium secundum legem Romanā, & morem Venetorum, non refertur hæc dispositio ad dotem, & lucrum dotis, prout inter Venetos, quia diuersa sunt & matrimonium potest esse sine dote. Anchar. *cons.* 213. *Quæstio talis, in fin.* † Limita, quia dos reli- 18

cta per patrem filiæ in terminis iuris communis pro quantitate legitimæ potest statim peti, non expectato matrimonio, illud vero, quod excedit legitimam, non debetur de iure communi, nisi sequuto matrimonio, quia habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, quia dos non est sine matrimonio. Bart. *d. cons.* 200. *Quæritur de legatis. lib.* 1. vbi limitat etiam, quando in loco, prout Tuderti, esset communis vsus loquēdi, quod dos esset patrimonium mulieris, & debetur etiam non sequuto matrimonio, & est repetitum ad litteram *cons.* 45. *Super quæstione. num.* 4. *vers. secundo quæritur de legatis*, & iterum *cons.* 50. *Viso testamento. num.* 5. *ver. secundo quæritur de legatis. lib.* 2. † Limita, quia licet dos non sit sine matrimonio re- 19

gulariter, tamen statutum disponens, quod mulier teneatur relinquere tertiam partem dotis fratri, seu agnatis, vsque ad certum gradum, habebit locum etiam in vidua muliere. Alexand. *consil.* 55. *Consideratis verbis. num.* 7. *&* 8. *ver. non obstat, si dicatur. lib.* 1. † Extende 20

idem in statuto, quod mulier contrahens secundas nuptias teneatur dotem filiis vtriusq; matrimonii relinquere, quia habebit locum in vidua. Alex. *d. cons.* 55. *nu.* 8. *lib.* 1. † Limita in casu conuerso, 21

quia matrimonium potest esse sine dote, & propterea contracto matrimonio absque vlla mentione dotis, mulier non videtur bona sua dare in dotem, nisi sit dictum. glo. *in l. mulier bona. ff. de iure dot.* † Restringe, nisi mulier alias fuisset dotata primo viro, quia tunc 22

eadem dos censetur repetita, & data secundo viro, etiam si nihil sit dictum de iure communi. Bart. *in disput. Mulier habens amplum patrimonium. ver. solutio.* Soc. *cons.* 80. *Præsens consultatio, per tot. lib.* 4. † De- 23

clara restrictionē, vt procedat, quando primus maritus esset mortuus sine filiis communibus, per *l. dotem quæ, in princ. ff. de iure dot. l. diuus. ff. sol. mat. l. pen. §. vxor. ff. de pact. dotal.* quia si extant filii ex primo matrimonio, censetur repetita dos tacite solum pro tanta summa, quanta tangit cuilibet ex filiis primi matrimonii, ne filii habeant minus, quam secundus maritus, contra tex. *in l. hac edictali. C. de secund. nupt. l. si constante. §. pen. C. de donat. ante nupt.* per quæ iura ita Bar. *d. qu. in ver. solutio.* † Et mulier semel maritata sine dote non potest 24

compelli, vt constituat dotem. Bart. *d. q.* 7. *Mulier habens, in princ. n.* 2. *ver. quarto probo.* Vide; *Dotis actio quando competat mulieri, vel non. Concl.* ☞ 729. Vide, *Legatum factum pro dote, vel occasione dotis quando, & qualiter debeatur. Conclus.* 102.

Dotis fructus augent dotem, & quando. Concluſ. 738.

1 FRvctvs † dotis aſſignatæ & traditæ contracto matrimonio augent dotem vſq; ad tempus nuptiarum ſolemnium, quia ex quo maritus non ſubſtinet onera, non lucratur fructus. *l. ſi ante. ff. ſol. matr.* ita Bal. ibi *in princ.* qui hoc expreſſe dicit. Io. de Imol. Alex. & Aret. qui hoc expreſſe dicunt. Soc. *conſ.* 93. *Circa primum. num.* 14. *ver. confirmatur. lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 434. *Viſis omnibus. n.* 2. *ver. ſecundo principaliter. lib.* 1. vbi apoſtil. *in ver. non lucratur.* † Extende, quia priuilegium competit etiam pro fructibus, qui augent dotem. Socin. *d.*
3 *conſil.* 93. *num.* 14. *lib.* 1. † Amplia multo magis in pupilla minore, quia etiam ſi vellet donare iſtos fructus, non poſſet. Bart. *in d. l. ſi*
4 *ante, in fin. ff. ſolut. matr.* † Et quod debeatur dos legata per patrem filiæ vna cum fructibus; donec filia fuit minor à die, quo nupſit, ſine interpellatione, & poſtquam nupſit, à die interpellationis. Alex. *conſ.* 134. *animaduerſis. nu.* 38. *ver. fructus autem. lib.* 6. & iterum *in*
5 *fin. conſil.* † Declara, quia maritus lucratur fructus dotis, etiam ante nuptias contracto matrimonio, quando ſponſus non fuiſſet aliter contracturus matrimonium; niſi lucraretur fructus, ita Bald. *conſ.*
6 237. *Titius in teſtamento, in fin. ver. de legitima. lib.* 1. † Amplia, quia ſocer, qui percepit fructus bonorum puellæ, & illam alimentauit ante matrimonium, tenetur id, quod ſupereſt, deductis alimentis, & expenſis, ponere in augmentum dotis puellæ. Gozad. *conſ.* 33. *col.*
7 1. † Amplia, quia etiam poſt contractum matrimonium, & poſt nuptias ſolemnes maritus non lucratur fructus dotis traditæ, ſi non ſubſtinet onera matrimonii, niſi ſtaret per vxorem, quia tunc
8 illos lucratur. Bald. *conſ.* 53. *Quædam Domina; num.* 2. *lib.* 5. † Extende, quia ſi dos eſt ſoluta marito in duobus prædiis, & maritus ſe abſentauit relicta vxore, & filiis, quicquid augetur ex fructibus prædiorum dotalium, auget dotem. *l. dotis fructus. ff. de iure dot. l. de diuiſione. & l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. matrim. cū ibi not.* Feder. de Sen. *conſ.* 110. vbi dicit, quod ſicuti colonus pro tempore, quo operam non præſtat in colendo agro, non conuenit, quod percipiat fructus, ita maritus non debet habere fructus dotis pro tempore, quo onera matrimonii non ſubſtinuit, facit Gozadi. *conſ.* 33. *col.* 1. & 2. vbi, quod ſi pater ſponſi retinuit in domo nurum, antequam eſſet deſponſata, & fructus matrimonii puellæ percepit, & illam alimentauit, quod
9 tenetur augere dotem ex fructibus, qui ſuperſunt deductis alimentis. † Amplia, quia alimenta præſtita per ſocerum genero & familiæ cedunt in augmentum dotis filiæ, ſi ſocer deſcripſit debitorem, & iudex poteſt illa taxare. Alex. *conſ.* 100. *in fin. lib.* 1. & *conſ.*
10 70. *nu.* 7. *lib.* 5. † Amplia, quia ſi pater legat filiæ deſponſatæ dotem in ſumma ſcut. 3000. & in alio capitulo teſtamenti iuſſit dictam ſummam deponi penes campſorem eligendum per exequutores ſub nomine filiæ cum ordine cambiorum more pupillorum, quia etiam cambia decurſa erunt dotalia, non autem hæredis, & ita
11 fuit conſultum per primarios aduocatos. † Primo, quia ex quo teſtator iuſſit deponi ſummam 3000. pro dote filiæ, interpretandū eſt ad vtilitatem ipſius. *l. filia. §. interdum. ff. de leg.* 3. & ita conſuluit
12 Caſtr. *conſ.* 225. *Viſo teſtamento. lib.* 2. † Secundo, quia dos relicta à patre filiæ inſtitutis filiis maſculis ſuccedit loco legitimæ, aliter diceretur præterita, & ex legitima debet deduci omne onus, itaque ſtatim debetur, non aliter, expectato matrimonio. Cyn. *in l. ſancimus. num.* 5. *C. de nupt.* Alexand. *conſ.* 55. *num.* 10. *lib.* 2. Rom. *conſil.* 64. Anchar. *conſ.* 232. Igitur ſi ſtatim ſors eſt effecta filiæ mortuo patre, etiam lucrum ad eam ſpectat. & in terminis Alex. *conſ.* 88. *Viſis. n.* 15.
13 *lib.* 6. Soc. *conſ.* 57. *In cauſa reſtitutionis. col.* 8. *li.* 4. † Tertio, quia vbicunque dos eſt aſſignata, & ſeparata, ſeu tradita, prout hic, quia fuit depoſitata nomine puellę, licet haberi nō poſſit à depoſitario, niſi ſequuto matrimonio, tamen acceſſiones illius augent dotem, & efficiuntur dotis, caſus eſt *in l. videamus. la ſecunda. §. ante. ff. de vſu. l.*
* *dotis fructus, & l. ſi ſeruo in dotem. ff. de iur. dot. l. ſi ante*, vbi * omnes ponunt. *ff. ſol. matr.* nam dicta iura expreſſe diſponunt, quod omne lucrum proueniens ante matrimonium ex re tradita in dotem viro futuro, auget ipſam dotem taliter, quod poſtea ſequuto matrimonio maritus debet habere rem dotalem, & fructus, qui etiam augent dotem, & in reſtitutione dotis veniunt dicti fructus, qui non effecti dotis, & maritus illos non lucratur, prout lucratur eos, quos percipit conſtante matrimonio. *l. pro oneribus. ff. de iure dot.* & ita dicit Socin. *conſil.* 27. *Viſis inſtrumentis. colum.* 2. *lib.* 3. *& conſil.* 93. *Circa*
14 *primum. lib.* 1. *& conſil.* 170. *In præſenti, in fin. lib.* 2. † Et prædicta in tertio motiuo, licet loquantur in dote tradita, in qua videtur maior ratio, quam in dote legata, vt per Alexand. *in rubr. ff. ſolut. matrim. ver. item in quantum.* tamen procedunt etiam in legato & depoſito facto ex præcepto teſtatoris, quia habet vim traditionis. Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de condit. & demonſt.* Nec obſtat, quod legatum dotis ſit conditionale, & propterea ita demum debeatur, ſi nuptiæ ſequantur. *d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtr.* & propterea fructus pendente conditione ſint hæredis, quia reſpondetur, quod illud procedit in legato ſimpliciter facto pro dote, ſecus, quando dos fuit aſſignata, & ſeparata, prout in caſu noſtro, vt ſupra in tertio fundamento, vbi fructus debentur, etiam ſi adſit conditio, ſi nuptiæ ſequantur: poteſt etiam ſecundo reſponderi, quod hic dos eſt loco legitimæ; & non recipit conditionem, vt in ſecundo fundamento: & tertio loco reſpondetur non procedere, quando ex coniecturis poteſt apparere, quod legatum ſit purum. Bart. *d. §. Titio genero. col.* 3. *ver. ex prædictis*, & illa verba, *ſequuto matrimonio*, reſpiciunt exequutionem legati, non autem ſuſpendunt diſpoſitionem, neq; eam faciunt conditionalem, faciunt *clem.* 1. *in fi. de præb.* Dec. *conſ.* 413. *Conſuluit, col. fi.* vel forte important monitionem. Bar. *in d. §. Titio genero, col. pen. in prin.* & quia in dubio pro dote *l. in ambiguis. ff. de iur. dot.* † Extende, quando ex- 16
preſſe conuentum eſt de ſoluenda dote, certo expreſſo termino, quia tunc ſeruanda eſt promiſſio, prout tenet. Alex. *conſil.* 61. *Viſo proceſſu. num.* 4. *& 5. ver. opponitur etiam. lib.* 5. vbi apoſtil. *in ver. conditionem.* † Limita, quia fructus dotis non augent dotem; quando ma- 17
ritus ſubſtinuit onera, ſiue vxoris deſponſatæ, ſeu ſponſæ futuræ vxoris, quæ poſſet diſponere, quia imo maritus lucratur fructus propter onera, ita Socin. *conſil.* 170. *num.* 13. *lib.* 2. vbi late declarat.
† Extende in tantum maritum, & hæredes mariti lucrari fructus 18
dotis durante matrimonio, vel eo ſoluto per mortem viri infra annum reſtituendæ dotis, vt licet fructus excedant onera, tamen faciant illos ſuos. Bart. *in l. diuortio, in fin. princ. ff. ſol. matr.* quia ſicut ſi fructus non aſcenderent ad alimenta, tenentur alere, ſic & è contra, ſequitur Ang. ibi in fin. Bald. *in l. pro oneribus. C. de iur. dot.* vbi Barbat. *in ver. onera.* † Extende in tantum fructus dotis eſſe mariti pro 19
tempore, quo ſubſtinuit onera matrimonii, vt non valeat pactum contrarium, ſecundum text. *in l. ſi conuenerit, la ſeconda. C. de pact. dot.* vbi Bald. in fin. qui dicit vxorem, quæ habet fructus ex pacto; debere expendere in alimentis, & ita tenet Io. Cop. *tract. de fruct. titul. de fruct. dot. cap.* 3. *numer.* 6. *in* 8. *tomo fol.* 157. Vide, *Dos & augmentum dotis quando paribus paſſibus ambulant, vel non. Concluſio* 757.

Dotis fructus quando cenſeantur remiſſi, vel non. Concluſ. 739.

FRvctvs † dotis cenſentur remiſſi lapſu decennii, ſi maritus 1
obiit, & illos non petiit. Bald. *conſ.* 464. *Poſt biennium. vol.* 3. Alex. *conſ.* 74. *lib.* 5. *num.* 8. *ver. ſecundo*, vbi apoſtilla *in ver. noſtra.* Corn. *conſ.* 106. *colum. fin. lib.* 2. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *ſall.* 32. *num.* 7. Cremen. *ſing.* 5. vbi apoſtil. Marſil. *ſing.* 360. *col.* 3. *ver. item multum nota.* Roman. *conſil.* 517. *num.* 16. Abb. *conſil.* 85. *par.* 2. Oſaſch. *deciſ. Pedemon.* 132. & fundatur hæc concluſ. ſuper text. *in l. cum quidam. §. Diuus. ff. de vſur.* & maxime, quando maritus nō petiit in vita. *l. vir vſuras. ff. de don. inter vir. & vxor.* † Extende, vt procedat magis in vxore mortuo ma- 2
rito non petente dotes ſuas per decennium, quia non debet habere alimenta, ſi conſtat in pecunia, ex quo non petiit per decennium, neque etiam per minus tempus. Caſtillio. *conſil.* 33. *in princip.*
† Contrarium tenent Areti. *in §. fuerat. Inſtit. de actio.* vbi Ias. *num.* 20. 3
Corne. *conſ.* 250. *col. pen. vol.* 2. cum aliis allegatis per Rim. Iun. *conſ.* 67. *num.* 34. *& ſeq. lib.* 1. vbi dicit * communem. Grammat. *deciſ.* 70. *
deciſ. Pedem.* 132. *nu.* 18. Rom. Alex. & Ias. *in l. quæ dotis. ff. ſol. matr.* Alex. *conſ.* 208. *nu.* 10. *lib.* 7. Corn. *conſ. ſi. lib.* 2. Deci. *conſ.* 571. Rom. *conſ.* 517. *n.* 14. cum multis relatis per apoſt. ad Alex. *d. conſ.* 63. *n.* 19. vbi plena apoſt. *in ver. ſpecialem*, dat plures concord. vbi Alex. dat plures ſolutiones. Bart. *in l. quæ dotis. nu.* 4. *ff. ſolu. matr.* Corn. *conſ.* 145. *col. fin. lib.* 2. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 23. *num* 17. Grat. *conſil.* 58. *lib.* 1. Grammat. *deciſ.* 70. pleniſſime Alexand. *conſ.* 56. *In præſenti. num.* 6. *ver. ſed an alimenta. lib.* 4. vbi, quod debentur, etiam ſi nulla dos fuiſſet conſtituta. † Declara, quia ſi fructus debentur marito, vel vxo- 4
ri iure actionis, poſſunt peti etiam poſt ſententiam latam ſuper ſorte principali, ſi debentur officio iudicis, ſecus eſt, quia lata ſententia ceſſat officium iudicis, Caſtillio. *conſ.* 33. *in fin.* † Declara, quia 5
procedit in lucro odioſo, non in fructibus matrimonii fauorabilibus. Rimin. Iun. *conſ.* 67. *n.* 37. *cum ſeq.* Alex. *d. conſ.* 56. *n.* 6. *& ſeq. lib.* 4. maxime *nu.* 12. *ver. nunc reſtat*, plenius *conſ.* 63. *Stantibus. nu.* 56. *ver. ſecundo reſpondeo. lib.* 4. vbi plena apoſt. dat concor. & pleniſſime Ale. *conſ.* 208. *Præſtantiſſime. nu.* 10. *ver. in quantum vero. lib.* 7. vbi apoſt. citat Corne. *conſ.* 164. *colum. fin. lib.* 3. † Declara, quia ſi maritus agit de 6
damno, quia ſubſtinuit onera matrimonii, verior opinio eſt contra Bald. ſi vero agit, vt recipiat lucrum ceſſans, verior eſt opinio Bald. *conſ.* 571. *col. ſi. ver. ſecundo non obſtat.* Alexand. *conſil.* 63. *num.* 10.

lib. 4.

7 *lib.4.* Ruin. *conſ.224. ante fin. lib.4.* † Declara; quia præcedit in vſuris debitis ex diſpoſitione legali; ſecus, ſi ex conuentione. Rimin. Iun. *d. conſ.67. n.44. verſ. quin & tertio. lib.1.* Alex. *d. conſ.208. n.10. verſ.*
8 *non obſtat l. vir vſuras. lib.7.* † Declara; quia mala fides operatur, quod
9 non poſſunt præſcribi, & conſequenter non ſunt remiſſi. Alex. *d. conſ.63. num.15. in fin. ver. non obſtat etiam. lib.4.* † Declara, vt procedat, quando concurrit ſignum remittendi fructus, vel vſuras dotis, puta ſi debitor voluit ſoluere, & creditor noluit recipere; &
10 poſtea ſtetit per 10. annos. Rim. *d. conſ.67. num.40.* † Declara; quia poſſunt dici remiſſi, quando debentur ab vxore propter mutuum amorem viri & vxoris; ſecus ſi ab alio. Alex. *d. conſ.63. n.17. ver. item reſpondeo, lib.4.* vbi dicit, quod text. *in l. vir vſuras. ff. de donat. inter vir. & vxor.* eſt exorbitans; quia inducit ipſam præſumptam donationem contra ius; igitur non debet extendi ad alium caſum, & idem repe-
11 tit *conſ.208. col. fin. lib.7.* † Declara; quia ſi concurrit mors mariti; tunc præſumitur remiſſio, *deciſ. Pedem. 132. num.18.* vbi pro vtraque parte, & conciliat opiniones; ſecus ſi maritus viuat, vel dum viueret, petierit, & idem dicit Alex. *d. conſ.208. nam.10. ver. item reſpondeo. lib.7.* quando eſt dubium, an maritus mortuus ſit ante vxorem. De-
12 clara; quia *d. l. vir vſuras. ff. de donat. inter vir. & vxor.* eſt exorbitans, & loquitur; quando vxor tenebatur: igitur non debet extendi ad a-
13 lium caſum. Alex. *d. conſ.208. in fin. ver. quarto reſpondetur. lib.7.* † Extende; quia procedit opinio Baldi, quod cenſeatur remiſſum intereſſe dotis per lapſum decem annorum, quando maritus recepiſſet ſortem principalem ſine proteſtatione intereſſe. Bart. Caſtr. & Iaſ. *in l. fin. ff. de eo, quod certo loco. & in l. centum Capuæ, & in l.3. §. idem*
14 *Iultanus. ff. eod. tit.* Bart. & alii *in l.2. ff. ſi quis cautio.* Iaſ. poſt alios *in l.1. C. de iudic.* Ruin. *conſ.135. ſeu 155. lib.5.* Roman. *conſ.143.* † Contrarium Rom. *in l. ſi marito. §. fin. num.9. cum ſeq. & num.30. ff. ſolut. matr.* Bald. Noucl. *de dote, par.2. num.11.* quia hoc intereſſe à marito, qui ſubſtinuit onera matrimonii, peti poteſt iure actionis; ſicut dos; & ideo non perditur per receptionem ſortis, niſi quando officio iudi-
* 15 cis debetur. Vincent. Franch. *deciſ.21.* vbi de * communi. † Amplia; quia maritus præſtans vxori alimenta, niſi proteſtetur, cenſetur præſtare illa pietatis & affectionis cauſa. *l. quod in vxorem. C.*
16 *de neg. geſt.* † Contrarium, quod imo maritus præſumatur præſtitiſſe alimenta vxori animo repetendi, probatur *in cap. ſalubriter, de*
17 *vſur.* † Declarat Alexand. hanc materiam *conſ.31. Viſo themate*, vbi in princ. arguit, quod animo donandi, niſi proteſtetur. *num.2. libr.6.* poſtea *num.11. in fin. cum ſeq. ver. & minus obſtat*, arguit contrarium, deinde diſtinguit, quod cenſeatur pietatis cauſa, & ex affectione alimentare, quando mulier eſt infirma, vel quando mulier nullam habebat dotem, neque patrem obligatum dotare, alias ſecus, &
18 quia maritus non tenetur alimentare vltra dotem. † Limita; quia maritus poteſt petere, & ſibi debentur alimenta, & onera præſtita vxori, quæ promiſit dotem in pecunia, & non ſoluit Alex. pleniſ. *conſ.31. Viſo themate. num.5. ver. ſed iis non obſtantibus. lib.6.* vbi, quod
* * non eſt vſura, ſed eſt per modum antecedentis, *facio, vt des*, & dicit communem, & tollit omnia contraria, & ibi poſtill. *in ver. puto*, citat eundem Alex. *conſ.141. num.4. lib.5. & conſ.200. lib.6.* & ple-
19 nius *conſ.208. Præſtantiſſime. num.10. ver. in quantum vero. lib.7.* † Contrarium, quod imo ſit vſura, niſi in quantum maritus peteret, vt intereſſe, vt quia eſſet ſolitus luctari, & mercari. Alex. *d. conſil.31. in princ. lib.6.* vbi, quod quicquid accedit ſorti pecuniæ, vſura eſt. De-
20 clarat † Alex. *d. conſ.31. num.5. lib.6.* vt ſi maritus eſſet ſolitus lucrari, res ſit clara; quia, vt intereſſe lucri ceſſantis poteſt peti à ſolito ne-
21 gociari. † Si vero non eſſet ſolitus maritus negociari, adhuc debentur ex mora, ſi lapſum eſt tempus ſoluendi; quia ſicuti permittitur per *c. ſalubriter, de vſur.* quod maritus faciat ſuos fructus prædii dati in pignus pro dote, & in alio caſu, quam dotis eſſet vſura; ergo idem eſt dicendum, licet dos ſit in pecunia propter eandem rationem fauoris matrimonii, & pro oneribus ſupportandis, & ex identitate rationis, non ſolum fit extenſio in exorbitantibus, ſed etiam in correctoriis, imo non eſt extenſio, ſed quædam comprehenſio.
22 Alex. *d. conſ.31. num.5. & ſeq. ver. nam paria ſunt. lib.6.* † Declara; quia refert, an maritus petat intereſſe ex dote conſiſtente in pecunia, vt lucrum ceſſans; & iſto caſu debet docere, quod ſit ſolitus lucrari, vel quod habuerit promptam occaſionem inueſtiendi, & non potuit culpa debitoris; ſi vero petat intereſſe, vt damnum emergens; quia ſubſtinuit onera matrimonii, bene peti poteſt, & debetur poſt moram ſimpliciter. Alex. *d. conſ.31. num.10. & ſeq. lib.6. ver. ſecundo non obſtat.* & idem per omnia Rom. *conſ.517. In caſu propoſit. n.11.*
☞ *& ſeq.* vbi poſt. *in ver. lucrum.* Vide, *Maritus quando conſequi poſſit in-*
23 *tereſſe dotis. Concluſ.96.* † Limita; quia non præſcribit debitor in mala fide, & dato, quod præſcripſiſſet, contra hæredes ignorantes competit reſtitutio in integrum. Alex. *conſil.208, in fin. lib.7.*

Dotis fructus quando debeantur ſocero, vel marito. Concluſ.740.

FRvctvs † dotis debentur ſocero, ſi ſocer ſubſtinuit onera 1
matrimonii, alias ſecus; ideo diuiduntur, & communicantur inter fratres hæredes, & non ſunt filii mariti. Bald. *conſil.389. Notandum eſt, quod quando. num.2. ver. ſuper ſecundo. lib.3.* quod duplicatur *conſil.470. lib.5.* & diſtingue, vt melius per Roman. *conſil.406. Quæſtio præſens. col.2. ver. vltima fuit.* & ibi poſt. *in ver. opinio.* dat concord. Vide, *Collatio bonorum à quo peti, & fieri debeat. Concluſ.414.* 2
num.5. & ſeq. † Amplia, vt procedat, etiam ſi filius maritus eos exegerit nomine patris; quia efficiuntur patris. Bald. *conſil.389. nu-*
mer.2. ver. ſuper ſecundo. lib.3. & conſil.470. lib.5. † Extende, vt pro- 3
cedant præmiſſa, ſiue dos à principio fuerit ſoluta ſocero, ſiue marito; quia quandocunque ſocer ſubſtinuit onera matrimonii, fructus ſunt ſoceri, & non mariti, & acquiſita ex ipſis fructibus debent communicari omnibus filiis. Bald. *d. conſ.389. poſt med. ver. tamen veritas. lib.3.* vbi loquitur maxime, quando filius eſt in poteſtate patris, vſque in fin. & duplicatur *lib.5. conſ.470.* † Extende, 4
quia debentur fructus, vel alimenta dotis marito, vel fratribus, qui ſubſtinuerunt onera matrimonii. Bald. *conſ.109. Super primo, in fin. lib.5.* † Amplia; quia ſocer, cui eſt promiſſa dos, debet conſequi 5
fructus dotis à die moræ, quando non ſtetit per eum, neque per filium, licet non ſubſtinuerit onera matrimonii culpa vxoris, filii, vel eius parentum. Soc. Iun. *conſ.15. in fin. lib.2.* † Declara, quia licet ſo- 6
cero, vel marito debeantur fructus dotis à moroſo debitore; tamen non debet moroſus, niſi pro illa rata, quantum fructuaſſet res, vel dos danda, ſi data fuiſſet. Abb. *in c. ſalubriter, & in c. conqueſtus, de vſur.* Alex. *conſ.141. Perſpectis. num.3. ver. & poſito etiam. lib.5.* Salycet. *in l.2. num.3. C. de vſur.* † Amplia; quia fructus dotis debentur ma- 7
rito ſubſtinenti onera matrimonii, quando non fuit ſoluta; quia hoc eſt de natura contractus vltro, citroque obligatorii, in quo vno implente, alter, qui non implet, incurrit moram irregularem ſine alia interpellatione, ſed etiam actio pro dote eſt bonæ fidei ſecundum communem * opinionem. † Amplia; quia fructus dotis * 8
ſemper debentur marito ſubſtinenti onera matrimonii, ſicut debentur fructus rei venditæ emptori, qui ſoluit pretium, quia à pari procedunt; quia maritus dicitur emptor, vxor dicitur venditrix, pretiũ dicitur eſſe onus matrimonii; ideo ſi maritus ſubſtinet onera in parte etiam ante matrimonium lucratur fructus dotis pro rata, ſicut emptor, qui ſoluit partem pretii ei, qui promiſit vendere, ita pulchre docet Tiraq. per plura, *de retract. conuent. ad fin. tit. n.69. &*
ſeq. vbi multa allegat, & eodem modo arguit Alex. *conſ.74. Viſo ti-*
tul. in princ. lib.5. vbi dicit communem *, & quod pro hac parte alias * 9
conſuluit, licet ibi teneat contrarium propter compenſationem, & alia, & conſil. quod allegat Alexand. eſt 147. *Perſpectis, in princip. & per tot. lib.5.* & idem repetit *conſ.63. Stantibus. num.4. & 5. ver. quo etiam ad alimenta, lib.4.* vbi dicit * communem, & quod ſunt vſuræ ex * 10
cauſa oneroſa, & vulgus appellat alimenta. † Ratio eſt; quia lapſo biennio à tempore, quo maritus cœpit ſupportare onera matrimonii, inducitur morare ipſa, vt debeantur vſuræ. Alex. *d. conſ.74. n.3.*
lib.5. & num.10. ver. præterea. ſed iſtud eſt in extraneo dotante; ſecus in patre, vel fratre, aut alio, qui tenetur alere; quia ſtatim, quod ſubſtinet, mora intrat mora irregularis. Alexand. *conſil.147. num.4.*
verſ. nec obſtat. libr.5. vbi dicit magis * communem. † Reſtringe, * 10
quando maritus ex alia cauſa eſſet debitor, quia ad euitandas vſuras & pœnam fit compenſatio vſurarum ipſo iure. Alexand. *d. conſ.*
74. num.4. & ſeq. ver. ſed præmiſſis, lib.5. † Reſtringe, quando age- 11
ret maritus filius, & hæres patris ad dotem receptam per patrem mortuum contra fratrem cohæredem, quia non tenetur ad vſuras, niſi ſit in mora vera. Alexand. *conſ.74. num.8. & ſeq. ver. tertio principaliter, lib.5.* † Reſtringe in extraneo dotante; quia quoad ipſum 12
mora irregularis non intrat ex eo, quia maritus ſubſtinuit onera matrimonii, quia quoad extraneum non obligatum ad alimenta nihil refert, ſed requiritur interpellatio, vel mora regularis, vel lapſus biennii, ita declarat Alexand. *conſil.147. numer.4. lib.5. ver.*
non obſtat. † Limita, ſi ſocer renunciaſſet vſufructui dotis ſolu- 13
tæ filio, quia licet ſubſtinuiſſet onera matrimonii, ſi tamen appareret, quod voluerit fructus donare filio, erunt filii, & non communicabuutur, quia morte talis donatio confirmatur. Bald. *dict.*
conſil.389. poſt med. ver. tamen veritas. lib.3. & idem dicit *conſ.470. circa*
med. ver. tamen veritas. lib.5. † Limita, quando filius ſeorſum à pa- 14
tre teneret vxorem, & ſubſtineret onera matrimonii, quia facit fructus dotis ſuos. Bald. *d. conſ.389. numer.2. ver. ſuper ſecundo, lib.3. vſque in fin.* quod duplicatur *lib.5. conſ.470.* † Extende, etiam ſi dos 15
ſoluta fuiſſet ſocero, & ſocer illam filio ſeorſum à patre habitanti reſtituiſſet, quia fructus, & acquiſita ex fructibus dotalibus ſunt filii, & non communicantur. Bald. *d. conſil.389. circa fin. & per totum.*

*lib.*3.quod intelllige,quando filius ipse substinuit onera matrimo-
16 nii,&duplicatur *cons.*470.*lib.*5.† Limita;quia debentur filio mari-
to.si ipse substinuit onera matrimonii,& non socero,neque fratri-
bus viuentibus in communi,alias secus; quia si socer,vel fratres de
communi fecerunt expensas matrimonii, ipsis debentur fructus
17 dotis.Bald.*cons.*438.*Primo dicam.num.*3.*ver.circa secundam.lib.*3.† De-
clara,quia licet fructus dotis debeantur ei,qui substinuit onera,vi-
delicet socero, vel marito; tamen non procedit in fundo dotali
constituto, & non tradito; quia ante traditionem non debentur
fructus,nisi tradere debens fuisset in mora. Ang. de Peruf.*cons.*76.
Statutum loquitur.

Dotis fructus quando debeantur, & quando alimenta. Concl.741.

1 DOTIS † fructus nō debentur vxori etiam post annum,quan-
do dos est in pecunia;quia esset vsura,& hoc,siue adsit mora,
siue non.Bart.*in l.insulam.*§.*vsuras.ff.solut.matr.*Anch.plene *cons.*150.
*In quæstione,quæ vertitur.*Alexand.plenius *cons.*141.*Viso themate.n.*4.&
* *seq.lib.*5. vbi *n.*6.& *n.*8.& 9.pluries dicit * communem,à qua in iu-
dicando non est recedendum,& *cons.*74.*Viso tit.n.*12.& *seq.*vbi *n.*14.
* dicit * communem. *lib.*5.& *cons.*122.*Viso processu.n.*18.*vers.plus valuit.*
2 *lib.*7.vbi apostil.*in ver.tamen.*dat concord.pro vtraque parte. † Ex-
tende, etiam si maritus reliquerit annuos fructus ab hærede, do-
nec restituat dotem vxori;quia non debentur tanquam vsura.Pet.
de Anch.*cons.*93.*Verba testamenti,* vbi examinat. Alex.*cons.*27.*Viso.n.*
☞ 5.*lib.*4. vbi apostil.*in ver.concludo,* citat infinitos, & dicit * commu-
nem; & *consil.*74.*n.*14.*ver.plus voluit.lib.*5. Vide,*Legatum quando dica-*
3 *tur vsurarium,vel non. Concl.*131. † Etiam si esset conuentum ex cau-
sa transactionis soluere pro alimentis decem pro centenario; quia
esset vsura, & nihil debetur, nisi damnum & interesse,quod debet
constare aliter, quam per confessionem. Anchar.*cons.*150.*per tot.*
4 Contrarium † tenet Bal.*cons.*86.*Punctus,Ang.circ.med.ver.primo casu,*
vbi dicit verius esse, quod debeantur;quia dos est proprium patri-
monium mulieris, & debet ex eo ali; ideo debetur interesse,quod
vulgus appellat alimenta *lib.*2.& quod debeantur fructus vxori re-
petenti dotem vsq; ad alimenta, etiam si consistat in pecunia. Bal.
*cons.*369.*n.*2.*lib.*4.& pro hac parte plene Alex.*cons.*27.& *cons.*74.*lib.*
4.& *cons.*141.*Viso,in prin.lib.*5.vbi,quod lapsus anni inducit moram:
licet ibi postea teneat contrarium;sed imo *in cons.*172.*In causa & li-
te.num.*19.& *seq.ver.& ideo dico.lib.*6. vbi nedum quod lapsus anni
inducit moram, sed quod iudex potest taxare interesse ad ratio-
nem decem pro centenario,etiam per 35.annos decursos,quod est
5 mirabile. † Declara; quia si petuntur vt alimenta, debentur pro
primo anno indistincte, post annum non debentur,nisi miseratio-
nis causa, si non habet, vnde se alat, etiam si esset mater hæredum;
si vero petuntur fructus post annum, non debentur; quia esset v-
sura, quando dos est in pecunia; si vero petuntur, vt interesse, de-
bentur,quatenus probetur per mulierem, quod fuerit passa inter-
esse. Ang.*consil.*369.*Ritius Stellæ,per tot.* vbi ita distinguit,sequitur
Afflict.*decis.*284.*An soluto matrimonio,per tot.* vbi dicit deberi, quan-
do est pauper, & aliunde non habet, alias secus, sed tamen debe-
tur interesse passum, siue lucri cessantis, siue damni à die moræ,&
plene Fulgos.*cons.*196. vbi in fine dubitat,etiam an debeantur mi-
serationis causa, ex quo non petiit dotem, & plenius *consil.*201.*D.*
6 *Gualdrada.* † Tu declara melius secundum Capic.*decis.*24.*per tot.*
*In causa Lucentis,*vbi,quod pro primo anno debentur alimenta,tam
pro pecunia,quam pro bonis mobilibus;si vero sunt fructuosa bo-
na mobilia,prout nauis, animalia,&c. debentur fructus,quod in-
tellige, nisi hæredes vellent soluere partem, vt se aleret in sorte
principali; & dicit prædicta procedere, etiam si vidua habeat pa-
trem diuitem; & quod non tenetur stare in domo hæredis, & pro-
cedit, etiam si hæres sit extraneus, imo dicitur, quod etiam post
moram debentur fructus pro alimentis, si vidua aliunde non ha-
beret,& accepit pecunias mutuo,& an teneatur operari pro hære-
7 de,quod non sit nobilis. † Declara; quia vbicunque debentur a-
limenta in domo vxori viduæ, siue intra annum, siue post,debet o-
perari ad fauorem hæredis, & si honeste in domo non potest mo-
rari,debentur extra, diminutis operibus,vt minus consequatur;si
tamen est nobilis non solita operari, non obligatur ad operas. Ca-
☞ stillio.*cons.per tot.* Castrens.*cons.*428.*num.*3.*lib.*2. Vide,*Alimentandus*
8 *quando teneatur operari, vel non. Concluf.*288. † Sed tamen in hoc est
differentia, quod fructus, qui debentur viduæ,nunquam possunt
excedere alimenta, secus, qui debentur marito; ideo, si viduæ es-
sent soluta 100.& 50.sufficerent pro alimentis, teneturrestitue-
re,quod supereft,sed secus est in marito;quia lucratur. Cast. *d.cons.*
9 11.*Viso dicto libello, cir.fin.lib.*1. † Imo quod neq; alimenta præstita
viduæ matri habenti,vnde se aleret,debentur;quia tenetur in sor-
tem compensare, dicit Fulgos.*cons.*196.*Ad id,de quo.* † Et procedit 10
maxime, quando ipsa fuit tutrix filiorum, & transiuit ad secunda
vota,nec sibi satisfecit; item si erat debitrix, & fuit opposita com-
pensatio,ita Fulgos.*d.cons.*196.*per tot.* † Declara, vt per Afflict.*de-* 11
*cis.*284.*An soluto matrimonio.* quia si extat statutum seruatur; de iu-
re vero communi debentur alimenta, si non habet, vnde se alat;
si vero habet, vnde se alat; tunc debentur, quatenus probetur da-
mnum & interesse, vel lucrum cessans, prout in extraneo, & pro
summa damni emergentis, vel lucri cessantis, & ita etiam tenet
Alex.*cons.*27.*Viso themate.lib.*4. vbi dicit nullo modo deberi, si ali-
unde potuit ali, & non petiit. Vide, *Statutum circa dotales fructus,* ☞
*vel alimenta dotalia, Concluf.*519. † Qualiter probetur, vide Anchar. 12
*cons.*150.*num.*8.*ver.& pro tanto.* vbi, quod debet probari, quod po-
tuisset emere tot bona, & prædia, quæ fructuassent, vel tot loca
montium. † Declara; quia vsuræ debentur mulieri pro dote solu- 13
to matrimonio de iure ciuili.*l.Titia.ff.de solut.* secus de iure canon.
quia non debentur vsuræ, nisi quatenus ex mora mulier probet se
damnum passam, ita distinguit Fulg.*cons.*201.*D.Gualdrada,* vbi di-
cit hanc * communem, & frequentiorem, & idem dicit *consil.*196. *
ver.& si prædicta. & hanc tuetur Bart.*cons.*128.*Franciscus,per tot.lib.*1.
quod est repetitum *cons.*84.*lib.*2.& communem * dicit Alex.*cons.* *
141.*num.*6.& *seq.lib.*5.& communem * dicit idem *in cons.*27.*lib.*4.*in* *
*prin.& in cons.*141.*num.*2.& *seq.lib.*5.vbi,quod solum petitur interes-
se, vel lucri cessantis, vel damni emergentis,quod debet probari,
sequitur Deci.*cons.*39.*num.*4.& *cons.*111.*nu.*3.& *cons.*332.*nu.*5.& idem
Alex.*cons.*27.*num.*4.*lib.*4. vbi apost.*in ver.consuet.* † Extendit Bart. 14
*cons*128.*Franciscus.lib.*1.& *cons.*84.*lib.*2. vt procedat etiam in mulie-
re secundo viro maritata; quia si petatur vsura, seu alimenta ex
dote consistente in pecunia à filiis primi matrimonii, penes quos
est dos, dicit illos non teneri, quia si petuntur, vt alimenta à filiis
non tenentur, sed maritus, qui habet operas ab ea, si vt vsuræ,
vel interesse,quod appellat vulgus,alimenta non debentur ex pe-
cunia, quia esset vsura, & est standum Canonistis, sed tenerentur,
si se obligassent, quia vt onera matrimonii deberentur, non alias,
sequitur Alexand.*cons.*141.*Viso.num.*4.& *seq.lib.*5.vbi dicit * com- *
munem. † Contrarium consuluit Dionysius de Peruf. inter cons. 15
Bartol.*cons.*85.*lib.*2.quia onera matrimonii sunt multa, & debetur
interesse, & debentur fructus quandiu cessatum in solutione,
& dicit, quod licet ex pecunia non debeantur fructus, sed vsura,
tamen fallit in dote, quia dos est patrimonium mulieris,& deben-
tur fructus etiam in pecunia, & dicit, quod Io.Calder.ita exponit
in cap.salubriter, de vsur. & est vera opinio, & hanc tenent Anchar.
*cons.*93.*Verba testamenti,*quem sequitur Alexand.*cons.*27.*Viso.num.*6.
& *seq* & maxime *num.*9.*ver.licet aliud.lib.*4. quando sunt hæredes in
mora, vt infra *num.*88.*ver.limita, quia maritus.* † Declara, vt pera- 16
post.ad Alex.*cons.*31.*lib.*6.vbi pro vtraque parte,& dicit opin.Bart.
esse * communem. † Declara, quia vxori mortuo marito non de- *17
bentur vsuræ, neque alimenta, sed solum debetur interesse lucri
cessantis, vel damni emergentis, si fuit probatum, quando dos est
in pecunia post annum, vel debentur alimenta eo casu, quo non
habuit,vnde se aleret,si fuit diligens in petenda,& exigenda dote,
ita plene Alex.*cons.*141.*Viso themate.num.*2.& *seq.per tot.lib.*5. † Si ta- 18
men hæres mariti esset minor, etiam quod mulier feciſſet omnem
diligentiam, vel ex mora ipse minor teneretur ad alimenta, dicit
Alex.*d.cons.*141.*num.*9.& *seq.ver.plus etiam videtur dicendum.lib.*5.quod
minor deberet restitui, ram aduersus moram suam, & culpam et-
iam per tutorem commissam, etiam quod minori esset consultum
aduersus administratores morosos,quando extat statutum de hoc
vltimo, & quod minor de iure communi restituitur aduersus mo-
ram commissam in minori ætate,etiam si tempore ferendæ senten-
tiæ sit factus maior. † Declara plenius, quia vxori debentur ali- 19
menta pro dote in pecunia,vel vsuræ,quando post annum ipsa fe-
cit omnem diligentiam habendi dotem suam,& non habet, vnde
se alat, alias secus, quia si non fecit diligentiam consequendi do-
tem,vel habebat,vnde se aleret, nihil debetur, prout, neque infra
annum,quando nihil petiit,& habuit, vnde se aleret. Alex.*d.consil.*
74.*Viso titulo.num.*14.& *seq.ver.vnde vltimo loco.lib.*5.vbi dicit,quod
omnes * ita tenent,& idem Alex.*cons.*200.*per totum.lib.*6.† Vide ta- *20
men Alex.*cons.*141.*Viso themate.num.*7.& *seq.ver.item non potest dici.*
*lib.*5.vbi,quod non dicitur feciſſe omnem diligentiam,si egit iudi-
cialiter ad dationem bonorum in solutum,& non fecit sibi illa ad-
iudicari, etiam si ageret contra minorem, & consanguinei recusa-
bant præstare consensum pro pupillo, quia hoc casu non erat ne-
cessarius consensus, imo idem Alex. ibi *num.*9.& *seq.ver.plus etiam*
videtur. dicit, quod si mulier feciſſet omnem diligentiam cōtra mi-
norem,minor debet restitui in integrum. † Amplia, vt nec debe- 21

antur

antur filio repetenti dotem matris suæ post mortem patris. Oldra.
22 *cons.296.in fi.* † Extende; quia non debentur extraneo fructus dotis, imo soluti extenuant dotem. Bald. *cons.369. in primo puncto*, vbi, quod est vsura. *lib.4.* vbi loquitur in eo, qui dedit dotem in pecunia, & euenient casu restitutionis possedit quædam bona hypothecata, vt teneatur fructus compensare in sortem, etiam si partes conue-
23 rint, quod fructus faceret suos. † Amplia; quia post annum mulier vidua habens dotem in pecunia non consequitur fructus bonorũ hæredum mariti, in quorum possessionem fuit missa; imo fructus extenuant dotem. *l. Titia. ff. de solut.* Ang. *cons.142. Tutor pupilli, cir. med. vers. post annum.* & plenius *cons.369. Ritus Stellæ, per tot.* vbi recitat opiniones diuersas, & dicit hanc veram, quod pro primo anno debentur, sed post annum, secus est. Crauet. *cons.358. cir. fi.* vbi idem, Fulgos. *cons.196. Ad id, de quo, circ. fin.* vbi, quod compensat in sortem,
24 quod habuit ex pignore; & plenius *cons.201. D. Gualdrada.* † Declara istam materiam; quia quod dicitur deberi fructus marito, intelligitur existente in mora debitore, alias sine mora non debentur, licet possit conueniri de alimentis, sed non de certis fructibus sine mora; sic videtur distinguere Bero. *cons.178. num.18. vsque in fin. lib.1.* & sic intelligit Castr. *cons.428. num.3. lib.2.* vbi reddit rationem; quia post annum hæres morosus non debet esse melioris conditionis, quam hæres non morosus infra annum, sed loquitur in vxore.
25 † Et non dicitur in mora soluere habens, si fuerunt commissi fructus in arbitrium tertii, & maritus distulit facere declarare; quia non debetur aliquid. Castr. *cons.11. Viso dicto libello. n.4. ver. sed in casu*
26 *nostro. lib.1.* † Amplia; quia fructus dotis legatæ non debentur mulieri, seu filiæ, nisi soluere debens sit in mora soluendi. Fulgos. *cons.124. Egregius miles*, vbi, quod non sufficit mora irregularis hoc casu, videlicet, quod legataria sit minor, quando etiam debitor est minor; maxime quia legataria tractat de lucro captando ante matrimonium contractum; secus si deberetur marito substinenti onera,
27 vt infra *num.88.* † Amplia; quia in omnibus casibus, in quibus mulier non potest habere fructus, seu alimenta dotis, quod pariter illius hæredes non poterunt habere; quia plus iuris habere non possunt, quam defunctus in hoc, plene Alex. *cons.74. Viso titulo, in fi. ver.*
28 *postremo, circa tertiam. lib.5.* † Amplia, quando iudex condemnauit solum ad dotem, & nihil de fructibus dixit; quia si fuit acceptata sententia, vel transiuit in iudicatum; nihil debetur, nec peti possunt
29 fructus. Fulg. *cons.201. in fi.* † Amplia; quia de iure Canonico, quod præualet, non debentur vsuræ, neq; alimenta, etiam post moram, nisi quatenus probetur damnum, & interesse, vel quod aliunde non habuit alimenta. Fulg *cons.196. Ad id, de quo. ver. & si prædicta.* ple-
* nius *cons.201. Domina Gualdrada, in princ.* vbi dicit *communem. De-
30 clarat † Ant. de But. *cons.7. ver. ad quartum.* vbi, quod matri debentur fructus soluto matrimonio vsque ad alimenta etiam sine interpellatione; si vero excedunt alimenta debentur, quatenus filii
31 sint effecti locupletiores, alias non, & loquitur, quando non fuit facta interpellatio, & dos erat in bonis. † Amplia; quia non debentur fructus, vel vsuræ dotis mulieri post annum à filiis, & hæredibus, quando ipsa fuit tutrix filiorum; quia debuit sibi soluere, & illi imputatur, Fulg. *cons.196. cir. med. ver. rursum, & tertio*, qui loquitur, etiam si essent pupilli in mora, & *cons.201. D. Gualdrada, colum. fi.*
32 *ver. quin etiam.* † Amplia; quia non debentur fructus, neque alimenta, vel vsuræ, quando ipsa tanquam tutrix, vel alias est debitrix; quia facta censetur compensatio vel à lege, vel etiam ab homine, si est oppositum. Fulgos. *d. cons.196. in princ. & 201. in princ.* Ex-
33 tende, † vt procedat, etiam si habuit alimenta, vel fructus ex re pignorata; quia compensat in sortem principalem. Fulgos. *d. cons.196.*
34 *per tot.* † Amplia, quia fructus, & alimenta, vel vsuræ non debentur post annum, ex quo fuit in potestate mulieris agere commu-
* nem, & magis * communem dicit Ioseph. de Ludoui. *concluſ.2. tit. sol. matr. in princ. est lib.3. communium opinionum. fol.520.* vbi idem, quãdo sunt bona immobilia restituenda post annum; quia ex quo po-
35 terit agere, sibi imputat. † Extende, quia non debentur fructus dotis mulieri ex aliqua conuentione, quia est vsura. Paris. *in cap. cum venerabilis. colum.9. de except.* Bologn. *consil.19.* Cagnol. *in l. curabit. num.15. & seq.* vbi extendit, etiam si nominentur alimenta, etiam si
36 taxatio sit congrua, quia est vsura. C. *de act. empt.* † Extende; quia non valet legatum, in quo maritus legat vxori, quod consequi debeat ab hærede tot pro centenario pro tempore, quo dotes non petierit, vel non habuerit, quia si habet, vnde possit viuere, est vsura. Socin. *cons.56. Viso testamento, in princ. lib.3.* Ias. in vtraque lectura plene *l.1. C. de summ. Trinit.* supra in princ. plenius Alex. *consil.27. Viso themate. num.4. & seq. ver. est modo videndum. lib.4.* vbi citat plures, maxime Anchar. *consil.93. ver. testamenti.* & apostil. ad Alex. ibi *in*
37 *ver. concludo*, vbi citat plurimos, & dicit *communem. † Idem in legato certæ annuæ summæ singulo anno pro alimentis, quæ sibi debebuntur, quia est vsura; & non debetur, nisi pro interesse post moram. Alexand. *d. cons.27. in fin. lib.4. ver. fortificatur.* licet apost. ibi *in ver. debebuntur.* aliter sentiat. † Contrarium, quod imo tale le- 38
gatum factum per maritum vxori de tot libris singulo anno, donec petierit dotes suas, valeat, tenent plures, quos eadem apost. ad Alex. *d. cons.27. lib.4. in ver. concludo.* citat. † Restringe, nisi mulier 39
esset pauper non habens aliunde, vel nisi sit solita negociari, vel nisi extet statutum permittens alimenta, vel tantum pro centenario, quia poterit honestam taxam percipere. Cagnol. qui plurimos
citat *d. l. curabit. num.16. & seq. ver. nisi statutum. C. de actio. empt.* † Am- 40
plia, quia in casibus, in quibus permittitur mulieri, vel marito aliquid recipere pro dote: non tamen potest alteri cedi hæc perceptio. Neguſ. *de pignor.* quem allegat Cagnol. vbi supra *num.17. & 19.*
† Contrarium tamen allegat idem Cagnol. *d. l. curabit. num.19. C. de* 41
actio. empt. tenere Paris. *cons.64. lib.4.* † Amplia, quia neque potest 42
habere alimenta conuenta ab hærede mariti, qui se obligauit soluere, puta decem pro centenario pro tempore, quo non petierit dotem. Alex. *cons.27. Viso themate, num.9. & seq. ver. bene facit. lib.4.* allegat Anchar. *cons.139. In quæstio. quæ vertitur.* & Alex. ibi, quod non attenditur causa alimentorum, vel pietatis in vsura, & interesse, non potest substineri, quia non est causatum, & cum sit in fraudem vsurarum, non debetur, nisi pro rata interesse, quod probabitur.
† Contrarium Alex. *cons.200. num.7. & seq. lib.6.* vbi, quod debetur 43
conuentum interesse mulieri ex dote, ne cogatur mendicare, & vitam inhonestam ducere, & ibi apost. *in ver. respondetur.* citat plures, maxime Crauett. *cons.189.* vide supra in princ. *num.4.* † Declara, 44
quia potest peti interesse, quod constiterit. Alex. *cons.221. lib.2. & d. cons.27. num.9. ver. & licet etiam. lib.4.* vbi, quod pro interesse futuro non valet promissio, sed pro interesse præterito, & *consil.200. Perspectus, per tot. lib.6.* vbi, quod sine dubio debetur interesse mulieri, quæ mediante filio pecunias suas exercebat cum lucro, & *num.7. & seq.* quod etiam debentur quinque conuenta post moram mulieri indigenti, ne cogatur mendicare, & forsan inhonestam vitam ducere, quia dos est patrimonium mulieris, de quo viuere debet, & *num.6.* reprobat Io. Andr. contrarium tenentem, vbi apostil. *in*
v.r. respondetur. dat concord. maxime Crauet. *cons.189.* † Amplia, 45
quia mulier vidua non potest dimittere dotes suas in manibus hæredum mariti, vel alterius tertii pro habendo interesse nec super eo potest de iure pacisci à principio, vt late tradit Cagnol. *in l. curabit. num.15. C. de actio. empt. & in l. vnica num.49. & 50. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.* † Et facit; quia lucrum cessans non debe- 46
tur, nisi solito negociari, vel quando est certum. *l. quemadmodum. §. item Labeo. cir. fi. ff. ad leg. Aquil.* Dec. *cons.39. Iuridicam. col.2. ver. quarto.* Socin. *cons.179. Circa præsentem.* † In contrarium faciunt ea, quæ tra- 47
dunt communiter * gl. & Doct. *in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. acti.* *
videlicet, quod stante mora debentis dotem mulier percipit alimenta, & interesse, quando est pauper. Afflict. *decis.284. de quibus supra num.11.* † Declara; quia procedit ampliatio in eo, quod con- 48
ueniret supra id, quod reuera percipere posset ex emptione prædiorum, seu ex alia licita negociatione, sed vsq; ad illam summam potest pacisci, & percipere. Anch. *cons.150. In quæst.* Alex. *cons.27. lib.*
3. num.4. vbi loquitur, quando esset solita emere, vel industriosa. & ibi apost. *in ver. consueta*, Palat. Rub. *in cap. per vestras, in 6. not. vers. hinc est. de donat. inter vir. & vxor.* Crauet. *cons.189. num.7.* † Amplia 49
in omnibus casibus, in quibus non debentur marito substinenti onera, neque viduæ. Vide, *Maritus quando consequi, &c. Concl.96.* Amplia, † quia si maritus legauit vsumfructum bonorum suorum, vel 50
alimenta, si non petierit vxor dotem, si petat, vel exigat, non debet habere legatum, neque alimenta, & idem, si non sunt legata. Ang. Aret. *cons.121. In casu, n.19. & seq. ver. alias autem.* Vide, *Legatum quando dicatur vsurarium, vel non. Concl.131.* † Amplia; quia si mulier vi- 51
dua habitauit domum mariti, tenetur ad illam pensionem, quam ipsa soluisset alteri pro sui habitatione, iuxta text. *in l. is qui bona, §.1. ff. de pignor.* vbi Bart. dicit, quod quis habitando dicitur fructus percipere. gloss. *in l. ex venditione, §.1. in ver. ex culpa. ff. de bon. authorit. iudi. possid.* Neguſ. *de pignor. in 5. parte, in 5. membro, num.7.* & ideo tenetur fructus perceptos ex bonis viri computare in dotem, gloss. & communiter * Doct. *in l. diuortio, in princ. ff. solut. matrim.* & Doct. *
in l. mica, §. exactio, C. de rei vxor. actio. ita Neguſ. vbi supra *num.17.* Alexand. plene *cons.141. Viso themate, num.12. ver. circa secundum, lib.5.* vbi, quod mulier compensat habitationem, & tollit contraria, quia dicit ea loqui in eo, qui missus est in possessionem ex primo decreto; quia ipse possidendo domum non dicitur percipere fructus. † Ex- 52
tende; quia fructus percepti per mulierem ex re hypothecata pro dote, soluto matrimonio, si fuerunt consumpti, extenuant sortem dotis principalem, *l. diuortio, §. ob donationes. ff. sol. matr. l. Titia, ff. de sol.*
Abb. *in cap. salubriter. de vsur.* Bald. nouel. *de dote in 8. parte priuil. 1. in 1.*
limit.

mit. communiter * Doct. *in l. insulam, §. vsuras, ff. solut. matr.* Negu. *de pignor. 2. parte princ. in 5. memb. ad fi.* plene Alex. qui disputat ad partes *in d.l. diuortio. in princ. ff. solut. matrim.* vbi dicit * communem. Credo † contrarium verius, quando mulier esset pauper; quia si non habet, vnde viuat, debet consequi alimenta congrua ex dote, vt infra *n. 73.* & venit habitatio appellatione alimentorum, vide, *Alimentorum appellatione. Concl. 282.* † Dicit Alex. *d. cons. 141. n. 12. & seq. lib. 5.* quod mulier creditrix dotis, si fuit missa in possessionem ex primo decreto domus mariti, non compensat habitationem cum fructibus dotis debitis ex mora, seu alimentis; secus si ex alia causa possedit domum; quia habitando dicitur percepisse fructus, quibus potuisset locari. † Limita, quia debentur fructus dotis consistentis in pecunia vxori, quæ transiuit ad secunda vota, quando petuntur tanquam interesse, vt quia maritus pro oneribus matrimonii illos petit. Bart. *in d.l. si insulam, §. vsuras, ff. solut. matr.* plenissime Alex. *cons. 31. Viso themate, num. 5. & seq. ver. sed præmissis, lib. 6.* vbi tollit contrariæ. † Restringe, vt non procedat, quando vitricus administrasset bona priuigni, & vxor simul cum eo; quia non debentur fructus, ex quo sibi soluere & tutorem pupillo dari facere debuerunt; ideo cum sint in culpa, non debentur fructus, neque interesse. Bald. *d. cons. 86. ver. hic autem, in fi. lib. 2.* † Limita; quia si vxor transiuit ad secunda vota, & hæredes sunt in mora, soluendi, seu restituendi dotem post annum; tunc debentur fructus, seu alimenta; quia lapsus anni interpellat; & multo magis, quando in iudicio interpellatio facta fuit. Bald. *consil. 86. Punctus, Angelus Petri, circa med. ver. si autem secundo, lib. 2.* & hoc procedit de iure ciuili. Fulgos. *cons. 201. in princ.* † Contrarium tenet Alex. *cons. 122. Viso, num. 18. ver. plus valuit, lib. 7.* vbi quod hæredes primi mariti non habent obligationem secundo marito; ideo non tenentur illi, neque vxori, quando consistit in pecunia, nec vxor tenetur marito, quando fecit mandatum ad exigendum, & apostil. ibi *in ver. tamen.* pro vtraque parte allegat, & dicit limitationem veram. † Amplia, seu extende, quia eo ipso, quod mulier mortuo marito pro dote sua constituit hæredes debitores in mora, dicitur esse in damno emergenti, si non habeat, vnde aliter se alat. Rom. Imol. & Alex. *in l. diuortio, in princ. ff. solut. matr.* Alex. *cons. 141. col. 2. num. 7. lib. 5.* Negus. *de pignor. in 2. memb. tertiæ partis princ. num. 17.* Crauett. *cons. 189. col. 5. in 6. casu, ver. est verum, quod si mulier.* etiam si consistat dos in pecunia; quia post moram tenetur ad alimenta, si non habet mulier, vnde possit ali. Castr. *cons. 428. num. 3. lib. 2.* vbi reddit duplicem rationem: prima est; quia non debet morosus hæres post annum esse melioris conditionis, quam non morosus intra annum; secunda est; quia mulier sine dote, donec est vidua, debet ali, prout in matrimonio. † Extende, etiam si fuisset alimentata à fratribus suis; quia adhuc debet consequi alimenta. Bald. *in l. de alimentis, in fi. C. de transact.* vbi dixit notandum pro viduis se alentibus, vt nihilominus alimenta dotium suarum petere possint, & ibi sequitur Deci. prout etiam sequitur Crauet. *d. cons. 189. colum. pen. ver. nam contrarium.* † Et ideo, quando mulier est pauper propter moram sibi factam in restitutione dotis, debet consequi ab hæredibus mariti interesse, secundum Imol. & Roman. *in l. diuortio. ff. solut. matr.* Areti. *Instit. de actio. in §. fuerat.* & fuit taxatum tale interesse per Consilium Neapolis ad rationem quinque pro centenario singulo anno, vt per Afflict. *decis. 284.* per text. *in auth. de non alien. §. si vero alicuius.* & per glos. *in auth. perpetua, in ver. iusta. C. de sacr. Eccles.* quia ille est fructus, qui in 20. annis constituit sortem, & sic quinque pro centenario. Paris. * *cons. 64. in princ. lib. 4.* vbi dicit magis * communem. Bart. post Cyn. *in auth. ei qui, C. de bon. auth. iud. possid.* Ang. & alii *in l. Titia, ff. sol. matrim.* † Si vero est diues, & habet, vnde se alat, & neglexit agere ad dotem, quia debet sibi imputari, non habet fructus, neque alimenta, licet debitor sit in mora, nisi plene probet de suo interesse, siue lucri cessantis, siue damni emergentis, quia tunc sibi deberetur. Alex. *cons. 74. & cons. 147. lib. 5.* & plenius *cons. 27. Viso themate, lib. 4.* vbi dicit communem *. † Imo quando est pauper, & non habet, vnde se alat, nedum debetur interesse post moram, sed imo potest conueniri de eo, & valet conuentio, & taxatio. Crauet. *cons. 189. n. 7. & 8. ver. sextus casus.* vbi allegat Castr. Alex. & Deci. vt ibi per eum. † Restringe, quando quantitas non esset certa, vel habuissent hæredes iustam causam litigandi, vel ex eo; quia erant creditores, vel ex eo; quia obtulerant partem debitam, quæ non fuit acceptata. Fulgos. *cons. 201. col. fin. ver. in iure ciuili etiam.* † Restringe, vt non procedat, quando hæres est talis, qui moram contrahere non potest, vt est pupillus, qui etiam si contraheret moram, restitueretur. Bald. *d. cons. 86. circa med. ver. primo casu, lib. 2.* Fulg. *cons. 201. colum. fin.* Alexan. plenius *cons. 141. Viso, num. 9. in fi. cum seq. ver. plus etiam videtur, lib. 5.* † Et procedit restrictio etiam in minore 25. annis tempore moræ, licet tempore ferendæ sententiæ sit factus maior. Alex. *d. cons. 141. num. 10. lib. 5.* † Declara restrictionem; quia quatenus passa sit mulier damna, non releuaretur pupillus, si habuit tutorem; quia lex, quæ inducit moram, licet non afficiat pupillum; tamen afficit tutorem maiorem. Fulgos. *cons. 201. col. fi. ver. rursum si quis.* † Limita, quia vxori debentur alimenta, donec est vidua, si non habet dotem. Castr. 428. *num. 3. lib. 2.* † Limita; quia licet non debeantur fructus dotis, quando consistit in pecunia; tamen debentur alimenta mulieri; quia qui possidet dotem, ex temporis cursu, & dotis vsu ad alimenta obligatur. Bald. *consil. 318. Practica ciuitatis, num. 3. ver. item dubitatur, lib. 1. & cons. 86. circa med. ver. primo casu, lib. 2.* Negus. *de pignor. in 3. parte in 2. membro, num. 17.* vbi dicit communem * opinionem. Vide, *Vxor soluto matrimonio consequitur alimenta, & quando. Concl. 398.* † Et debentur officio iudicis mercenario, non autem iure actionis. Bald. *cons. 109. Super primo, lib. 5.* Fulgos. *cons. 201. ver. ad allegata in diuersam.* † Extende; quia alimenta, & fructus dotis debentur vxori, quando non habet, vnde se alat; quia imo etiam si non haberet, vnde se aleret, debentur miserationis causa, ipsa operante in domo hæredis, si honeste morari potest cum eo, alias minus consequitur. Angel. *cons. 142. Tutor pupilli, per tot.* maxime *ante med. ver. sed quid si vidua.* Fulgos. *cons. 196. col. fin.* licet dicat adesse contradictores, & duo requirit, quod hæredes sint locupletes, & mulier non habeat, vnde se alat, & hanc communem * dicit Areti. *cons. 77. In casu supradicto, num. 3.* † Contrarium, quod nihil debeatur de iure communi, nisi intra annum luctus; quia debuit petere dotes suas. Castillio. *cons. 33. per tot.* Vide plene *in ver. Alimenta quando debentur vxori defuncti. Conclus. 296.* † Et quod imo taxata alimenta, vel certum quid taxatum pro fructibus, & alimentis dotis debeantur pauperi viduæ, donec restituatur dos, maxime, quando non habet, vnde se alat, toleratur. Socin. *consil. 126. Diligenter, ad fin. libr. 1.* † Habere, vel non habere, vnde se alat, consideratur, dummodo non alienet, sed ex redditibus possit viuere, puta, quia recolligit granum, vinum, & similia, quæ suppetunt, vel tantum de vno istorum, quod sufficit pro omnibus; secus si venderet annulos, & alia bona sua non consistentia in fructibus. Bald. *consil. 30. Sicut dixit, lib. 2.* † Limita, quia fructus non debentur intra annum, quando dos est in pecunia, sed tenetur hæres alere vxorem intra annum. *l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio.* & ipsa tenetur operari in domo, nisi sit nobilis matrona non solita operari. Castillio. *cons. 33. per tot.* maxime *num. 4.* Castr. *consil. 428. num. 3. ver. de alimentis, lib. 2.* † Extende, vt maxime debeantur alimenta intra annum vxori in domo mariti, quæ non debentur secundum quantitatem dotis, sed prout maritus solebat præstare. Bald. *cons. 58. In restitutione, num. 7. ver. super quarto, lib. 2.* Angel. *cons. 369. per totum.* † Declara, quia fructus debentur vxori intra annum, videlicet alimenta, si vxor non habet, vnde se viuat, alias secus, ita Zabarel. *cons. 78. Amice optime, in fin.* † Extende; quia debentur dicta alimenta vxori pro dote non restituta, quando extat statutum, etiam extra domum hæredum mariti, quando non potest honeste morari in domo hæredum, vel extat consuetudo, quod vxores viduæ se recipiunt ad domum parentum suorum. Bald. *d. cons. 58. num. 5. ver. super tertio, lib. 2.* † Declara; quia mulier vidua si non habet, vnde se alat, debet habere alimenta in domo mariti, & in ea habitare, & operari, si potest honeste facere; si vero non potest honeste, debet habere extra domum, & habetur aliqua ratio, vt minus consequatur in alimentis propter operas, quas non præstat. Castill. *cons. 33. per tot.* maxime *numer. 2. 3. & 4.* vbi late, & non habent locum operæ si sunt viduæ magnates. † Extende, quod debeantur ista alimenta vxori etiam pro præterito tempore, licet à fratribus fuerit alimentata, quando per statutum debentur. Bald. *d. cons. 58. in fi. ver. & licet mulier, lib. 2.* † Contrarium dicit Abb. quod non valet tale statutum inducens vsuras, nisi quatenus concurrat mora, & interesse, *cons. 39. per tot. lib. 2.* vbi, quod etiam de rigore iuris procedit, licet mulier non habeat, vnde se alat, licet dicat contrarium in hoc casu æquius esse. Vide, *Statutum circa dotales fructus. Conclus. 519.* † Si vero non debentur à statuto, & dos non fuit petita consistens in pecunia, non debentur alimenta; quia sibi imputet, ex quo non petiit dotem. Castillio. *cons. 33. num. 4. & seq. ver. proculdubio.* † Declara; quia pro alimentis non habet hypothecata bona mariti; quia non reperitur iure cautum. Roman. *cons. 454. In repræsenti, in fin. ver. quoad vltimum.* vbi dicit * communem & apostil. fi. dat concord. † Extende; quia debentur alimenta vxori viduæ, si operatur ad vtilitatem hæredum, vel per eam non stet, & hoc, siue sint filii hæredes, siue extranei. Bald. *cons. 86. Punctus, Angelus Petri, in princ. ver. circa alimenta; lib. 2.* vbi loquitur, siue post annum, siue ante. † Si vero non potest neste in domo operari, & morari, debentur alimenta deducta operatione arbitrio boni viri. Castr. *cons. 428. Viso casu, num. 3. ver. de alimentis, lib. 2.* † Declara; quia debentur ista alimenta vxori, si operetur

retur pro hæredibus; si vero non potest honeste morari cum hæredibus, si habet, vnde viuat, non debentur alimenta ex pecunia. Bald. *cons.92. Hæres viri, lib.2.* & quod non debeantur, nisi in domo mariti operetur, Bald. *consil.304. Quidam de Insula, lib.4. circa fin.* vbi idem in filio, qui à patre non consequitur alimenta, nisi operetur pro patre. Angel. *cons.142. in princ.* & intellige saltem de operibus custodiæ domus, & coniuii. Bald. *cons.484. circa fin.*

☞ *lib.4.* Vide, *Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. Concl.296.*

87 † Item intellige de operibus earum, quæ solent operari, secus in

88 nobilibus. Castillio. *cons.33. num.4.* † Limita; quia maritus substinens onera matrimonii debet habere dotem, vel fructus dotis, & non dicitur vsura in marito. Bal. *cons.369. In primo puncto, lib.4.* Cravet. *cons.358. num.2. & seq.* Bald. *in l. pro oneribus, C. de iur. dot.* Alex. *consil.31. Viso themate, in princ.* maxime *num.5. & seq.* vbi apostil. *in ver. puto*, dat concord. *lib.6.* & infra *num.103. & seq. & num.115. & seq.* Vide tamen supra *n.14. & seq.* varias opiniones in dote data secundo ma-

89 rito, & declara, vt ibi. † Extende, vt debeantur fructus etiam nulla facta interpellatione lapso biennio; quia per lapsum biennii oritur mora irregularis sine petitione. Bal. *cons.464. Post biennium, lib.3.*

90 vbi limitat, nisi lapsum esset decennium. † Intellige respectu mulieris, vel patris illius; quia mora contrahitur statim, quod maritus substinet onera matrimonii, sed secus est respectu extranei; quia lapso biennio dumtaxat tenetur. Cast. *cons.11. num.4. ver. quantum ad tertium, lib.1.* † Extende; quia promissio facta ad fauorem

91 mariti de soluendis quinque pro centenario valet, & intelligitur nō semel, sed singulo anno. Bar. *in l. eum qui ita, §. qui ita.* vbi Ial. *n.11.*

92 *de verb. oblig.* † Et quod valeat conuentio cum marito de soluendo quinque pro centenario propter onera matrimonii. Soc. *cons.176.*

93 *Præsens consult. colum.3. ver.4. adduco, lib.2.* † Extende, etiam si non sit contractum matrimonium, sed solum sponsalia; quia licet dos non sit sine matrimonio; tamen si sponsus substinet onera sponsæ, potest petere dotem, vel fructus, si ita sit actum. Bald. *cons.135. In cau-*

94 *sa egregii. num.3. ver. quarto etiam, vsque in fin. lib.2.* † Declara; quia licet debeantur fructus, & alimenta marito, qui substinuit onera matrimonii; tamen procedit, dummodo non sit lapsum decennium, & non fuerint petiti; quia præsumuntur remissi, ita quod pro præterito decennio peti non possunt. Bald. *cons.464. Post biennium, per tot. lib.3.* maxime in fi. & idem tenet, quando viuente vxore nō sunt petiti. Capic. *decis.103. Illustriss. Marchionissa, num.25. & seq.* maxime

95 *n.29.* † Item intelligitur, nisi esset datus terminus, longior, quam dat lex, vel commissi essent fructus in arbitrium tertii; quia sine interpellatione non debentur. Castr. *cons.11. num.4. vsque in fi. lib.1.* Li-

96 mita; † quia si vidua repetens dotem accipiat bona in solutum non seruata solemnitate, & illa bona det in dotem secundo viro, licet datio in solutum fuerit nulla, & possint hæredes primi mariti vendicare bona data nulliter in solutum; tamen fructus fecit suos maritus secundus; quia dos non debuit esse sterilis. Bald. *consil.322. Vi-*

97 *dua petiit, per tot. lib.2.* maxime *circa med. ver. ista quæstio.* † Vide Alex. *cons.141. Viso themate, num.7. & seq. ver. item non potest dici, lib.5.* vbi, quod solemnitas in alienatione bonorum minoris, quæ fit per adiudicationem in causa dotis mulieri non est necessaria, quia iudex potest adiudicare etiam inuitis consanguineis minoris, qui

98 ex forma statuti deberent consentire. † Limita, quia debentur fructus dotis filiæ exclusæ à statuto contracto matrimonio, vel quando stat per hæredem post interpellationem. Ang. *cons.349. per tot.*

99 maxime *circa fin.* † Extende, quia filia etiam, antequam nubat, debet saltem habere alimenta. Angel. *d. cons.349. circa fin.* Cuman. *cons.46. per tot.* Cravet. *cons.466. num.10.* Bero. *cons.178. num.18. lib.1.* De-

100 clara, † quia quando dos succedit loco legitimæ, & est quota bonorū, vel debetur in corporibus hæreditatis, semper mulieri debentur fructus, si vero in pecunia esset, fructus non debentur, sed alimentari debet, si aliunde non possit alimentari, & alimēta præstita in dubio ex causa necessaria præsumentur. Cravet. *cons.466.*

101 *n.10. & seq.* incip. *A viuis recesit.* † Declara, quia vbicunq; debentur fructus, vel alimenta dotis mulieri, eadem hypotheca, quæ cōpetit pro dote, competit pro fructibus, & alimentis dotalibus. Bald. *con-*

102 *sil.268. Super primo, num.3. lib.5.* † Limita, quia dote simpliciter promissa, & non soluta, incipit deberi, & potest peti cum fructibus, & interusuriis statim, quod maritus consummauit matrimonium cum vxore, & cœpit substinere onera matrimonii, & sic marito de-

* bentur absolute secundum * communem, de qua Bart. post gloss. *in l. de diuisione, ff. sol. matr. & in l. fi. §. fi. C. de iure dot.* vbi cæteri sequun-

* tur, & hanc esse æquiorem, * dicit Alex. *in d.l. de diuisione, & cons.147.*

* *Perspectis instrumentis, lib.5.* vbi dicit magis * communem, & magis veram, sequitur Corn. *cons.59. Placet, n.6. lib.3.* Ial. *Institut. de actio. §. fue-*

103 *rat, num.20.* Cagnol. *in l. curabit, num.41. C. de actio. empt.* † Extende, quia imo non valet pactum, quod maritus substinens onera matrimonii nullos fructus dotis habeat, nisi quando maiorem dotem hac de causa habuit, vel nisi sit remissio de parte tantum; itē quando applicantur dotis, vt augeatur, ita Castr. qui plene declarat *cons.*

59. *Pro pleniori, n.2. ver. secundo videndum, lib.1.* † Extende, vt procedat, 104
etiam si nulla sit facta interpellatio per maritum; quia sufficit, quod substinuerit onera, & ex parte sua impleuerit. Doct. *in d. l. de diuisione, ff. de solut. matr.* † Declara extensionem, quando promissio 105
dotis fuit facta à socero, fratre, vel patruo, aut alio obligato ad alimenta puellæ; secus si ab extraneo; quia tunc necessaria est interpellatio, vt constituatur in mora seu saltem requiritur lapsus biennii à die consummati matrimonii, vt inducatur tacita mora legis, vt per Alex. *cons.147. Perspectis, lib.5.* † Extende; quia potest super 106
ipsis alimentis, & fructibus dotalibus fieri licite conuentio inter virum, & promissorem dotis, quando promittens tenetur ad alimenta mulieris, vt quia pater, frater, patruus, qui excluit filiam, & similes maxime, si exprimatur, quod pro alimentis sit promissio, & si non exprimeretur, in dubio præsumitur pro alimentis. Canon. *in c. salubriter. de vsur.* Imol. & Rom. *in l. insulam, §. vsuras, ff. solut. matrim.* Rom. *cons.517. In casu, col.2. & seq.* Abb. *cons.85. lib.2.* Bald. nouel. *de dote in 7. part. in 3. priuil.* Corn. *cons.44. In hoc, vol.2.* Aret. *in §. fuerat, Instit. de actio.* Alex. *cons.200. Perspectis, n.5. lib.6. & cons.31. Viso themate, n.*

11. *eod. lib.* Soc. *cons.88. Abunde, n.4. & 18. lib.4.* Campeg. *de dote in 2. parte, in 6. q.* Ruin. *cons.73. Quæstio, n.4. cum seq. lib.1.* Soc. *cons.176. Præsens, col.3. ver. quarto adduco, lib.2.* Ambros. de Vignate *in repet. d.c. salubriter, n.14. & 15. de vsur.* Io. Lup. *in c. per nostras, in ver. octauo infertur, de donat. inter vir. & vxor.* Rub. *cons.108. In causa, col.fi.* Alciat. *in 1. reg. præsum.32. col.fi. in fin.* sequitur Cagnol. *in l. vnica, num.5. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.* & eandem opinionem firmat Cravet. *cons.189. Quando fœmina, n.6. cum seq.* qui latissime respondet omnibus rationibus, ex quibus in contrarium mouentur Io. Andr. & Hostien. & alii sequaces, contra quos ex præmissis patet * hanc communem esse opinio- *
nem, & veriorem. Vide, *Interesse conuentum quando & qualiter debeatur* ☞
vel non. Concl.308. † Declara extensionem, vt procedat conuentio, 107
vt supra, quando corresponderet alimentis, seu oneribus matrimonii, aut saltem non multum excederet; quia si esset magnus excessus, non valeret conuentio, vt multi dicunt in locis supradictis.
† Extende, quia marito debentur fructus, seu interesse ex dona- 108
mentis dotis retardatis post moram, *l. si. §. præterea, ver. sin autem aliæ res, C. de iure dot.* vbi, quod tenetur debitor ad interesse, & licet pecunia, & mobilia non germinent, *l.1. ff. de contrah. empt.* tamen generant interesse ob moram. Castr. *in l. insulam, §. vsuras, ff. solut. matrim.* Dec. *cons.119. num.4.* † Contrarium videtur velle Salyc. *in l. 2. n.3.* 109
C. de vsur. Abb. *in c. conquestus, & in c. salubriter, eod. tit.* vbi, quod fructus non debentur ex re non fructuosa. † Restringe; quia non de- 110
bentur fructus dotis promissæ marito, nisi pro tempore durantis matrimonii; quia eo dissoluto per mortem vxoris, seu viri cessant alimenta, seu fructus dotis, *l. cum post, §. in domum, & §. vsuras, ff. de iure dot. l. insulam, §. vsuras, l. dotis fructus, in princ. ff. solut. matr.* facit; quia cessante causa finali etiam contractus nominati resoluuntur, *l. cum te fundum, C. de pact. inter empt. & vendit.* not. Doct. *in l. fin. C. de cond. ob caus.* Corne. *cons.105. Visis, col.1. in fi. vol.1.* Soc. *cons.26. Quoniam, col. fin. lib.3.* † Declara; quia pro tempore decurso in vita viri debentur hę- 111
redibus seu viro, & transeunt ad hæredes. Dec. *cons.571. Socer.* Vide ☞
infra *num.118.* vbi, quod debentur etiam mortua vxore, si extant ex ea filii, & descendentes; quia durat causa oneris. † Restringe, quia 112
si esset facta solutio sortis principalis dotis in toto, vel parte pro parte soluta, non debentur post solutionem, quia euanescit omnis conuentio, & promissio, *l.2. cum ibi not. ff. de pecul. leg. & in l. cum post, §. vsuras, ff. de iure dot. l. insulam, §. vsuras, ff. sol. matr.* † Restringe, quando 113
per maritum esset data dilatio ad soluendum; quia dilatione durante non potest dici commissa aliqua mora, & per consequens interesse peti non potest. Castr. *in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. empto.* Socin. *cons.176. Præsens consultatio, & cons.179. Circa præsentem, libr.2.* Castr. *cons.11. Viso dicto libello, col.fi. lib.1.* † Limita; quia debentur fru- 114
ctus dotis marito, qui substinuit onera, & ideo potest illos consequi. Cravet. *cons.358. Quæritur, si magister, num.2. & 3.* vbi concordantes allegat. † Extende, etiam si fructus excessiui sunt pro alimen- 115
tis, quia maritus illos facit suos, secus in vidua, quia restituit, quod excedit alimenta. Castr. *cons.11. in fi. lib.1.* † Extende, vt idem sit mul- 116
to magis, vt retineat, etiam si rem in pignus susceperit; quia fructus lucrabitur à maiori. Cravet. *d. cons.358.* vbi hoc in muliere restringit. Bero. *cons.178. n.21. & seq. lib.1.* & quod debeantur fructus marito etiam ex re pignorata pro dote. Abb. *cons.39. in princ. ver. & præsertim, lib.2.* vbi secus dicit, si onera non substinuit. Alexand. *cons.*

156. *num.4. lib.6.* † Extende, quia etiam debentur hæredibus mariti 117
pro tempore decurso viuente marito, qui substinuit onera matrimonii. Decian. *consil.571. Socer promisit*, & ita fuit iudicatum Florentiæ.

118 rentiæ. † Extende, quia debentur fructus dotis marito etiam mortua vxore, quando extant filii communes, secus si non extant,
119 quia remanent onera matrimonii, & subest eadem ratio. † Declara de consuetudine Neapolis, vt est *decis.* Afflict. 93. qui dicit deberi vsumfructum etiam post appretium rei, & durante appellatione,
120 & idem tenet *decis.* 284. *in princ.* & loquitur in muliere vidua. † Extende, etiam si non fuerunt promissi, neque conuenti. Alex. *cons.* 31. *Viso themate. lib. 6. & cons.* 200. *Perspectis narratis in themate, colum. 2. eod. lib. & cons.* 141. *Viso themate, col. 2. ver. ita etiam consulendo, lib.* 5. & quod plus est, in tali interesse habetur etiam ratio lucri cessantis. Abb. *in*
121 *c. salubriter, de vsur.* Declarat Crauett. *cons.* 189. *In quinto casu.* † Extende, quia fructus debentur marito etiam ante matrimonium, quando substituit onera sponsę, quando est maior, quæ posset dis-
122 ponere de fructibus. Socin. *cons.* 170. *infi. n.* 13. *lib.* 2. † Extende, quia fructus dotales debentur marito etiam conuenti, & taxati inter partes, ita Alex. *cons.* 31. *Viso themate, num.* 13. *ver. quarto etiam non obstat. lib.* 6. vbi, quod ista est communis * opinio contra Io. Andr. *in c. salubriter, de vsur.* quia maritus est adinstar venditoris, cui debentur fructus rei venditæ pro rata pretii non soluti, quod etiam fir-
123 mat Tiraquel. *de retract. conuentio. ad fin. tit. num.* 69. *& seq.* † Contrarium, quod fructus promissi soluere per socerũ genero ad certam quantitatem, donec veniat tempus soluendæ dotis promissæ, non debeantur, & sit vsura, tenent. Io. Andr. *in c. salubriter, de vsur.* quem
124 ibi sequitur Card. Zabar. † Declara; quia prima opinio contra Io. * Andr. est * communis, & eam tuetur, & communem asserit Alex. *d. cons.* 31. *nu.* 13. *ver. quarto etiam non obstat, lib.* 6. vbi tollit omnia con-
125 traria. † Declara secundo, quia opinio Io. Andr. procedit, quando promissio fructuum fit ante moram, quo casu non valet, sed post moram soluere debentis debentur, vt interesse pro mora, vel etiam, vt promissi loco onerum matrimonii. Alex. *cons.* 31. *num.* 13. *in*
126 *fi. ver. secundo respondeo, cum seq. lib.* 6. † Extende, quia debentur isti fructus, vt interesse, ratione moræ, si maritus substinuit onera matrimonii, etiam si dos consistat in pecunia, quia non est vsura, sed damnum. Alexan. *d. cons.* 31. *Viso themate, num.* 5. *& seq. ver. sed iis non obstantibus, lib.* 6. vbi extendit, siue maritus sit solitus lucrari ex pecunia, siue non; quia non potest vt lucrum cessans, sed vt damnum e-
127 mergens. † Extende mirabiliter, vt maritus consequatur istud interesse ex mora soceri non soluentis dotem promissam, etiam si ipse maritus sit in mora soluendi vxori donationem propter nuptias factam, quam promisit consignare, & non consignauit, quia cum fructus, tam dotis, quam donationis propter nuptias constãte matrimonio sint mariti, non soceri, neq; vxoris, non impedit cursum interesse dotis non solutæ propter onera, quæ maritus substinuit. Alex. *cons.* 31. *in fin. lib.* 6. *n.* 17. *& seq.* vbi dat exemplum de venditore, qui promisit dare cautionem, seu fideiussionem de euictione; quia si emptor non soluit pretium, tenetur ad fructus compensatiuos, iuxta *l. congruit, C. de actio. empt.* non obstante, quod venditor
128 fuerit in mora dandi cautionem. † Restringe; quia mulieri viduæ retinenti bona mariti pro pignore non debentur fructus. Crauet. *d. cons.* 358. *prope fi.* vbi allegat opiniones. Abb. *d. cons.* 39. *n.* 3. *lib.* 2. Li-
129 mita, † quia marito debentur fructus dotis per eum lucratæ, si extant, vel si à malæ fidei possessore sunt percepti, videlicet à die litis contestatæ, alias si filii vxoris perceperint illos, & consumpserint, siue sint effecti ditiores, vel non, non tenentur restituere. Cuman.
130 *cons.* 110. *D. Ioanna, circa fi. ver. ad* 3. † Limita, quia Florentiæ ex forma statutorum debentur fructus cuicunque creditori ad rationem quinque pro centenario, & maxime mulieri viduæ, siue diues, siue pauper sit, à die tenutæ, quæ datur omnibus indistincte, seruata forma dicti statuti, *tit. de præcept. de disgumbr. lib.* 2. *c.* 57. *ver. & quicunque*
131 *habuerit, &c.* 58. † Restringe, quia si mulier habuit bona mobilia mariti, & obtenta tenuta percepit fructus, tenetur conuertere in sortem principalem illud, quod habuit supra quinq; pro centenario summæ sibi restantis, ex dicto statuto & etiam de iure commu-
132 ni, *c. salubriter, de vsur.* Ias. & alii *in* §. *fuerat, Inst. de act.* † Æstimatio autem bonorum mobilium consumptorum, si non potest apparere, qualia essent, an noua, vel vetera, fit ex arbitrio secundum mediocritatem, videlicet medium statum. Bart. *in l.* 1. *& 2. ff. vti possid.* Felin. *in c. licet causam, de probat.* Deci. *in c. cum causam, il secondo, de testib.*

☞ Vide, *Alimenta, quando debentur vxori defuncti, vel non. Concl.* 296. Vide, *Interesse an possit induci, & taxari à statuto. Concl.* 312. Vide, *Vidua debet ali ex fructibus suæ dotis. Concl.* 205. Vide, *Vxor soluto matrimonio consequitur alimenta, & quando. Concl.* 398.

Dotis fauore fit interpretatio in dubio. Concl. 742.

1 INterpretatio † debet semper fieri in dubio pro dote, & ad fauorem dotis, *l. in ambiguis, ff. de regul. iur.* Io. de Anan. *cons.* 52. *In*
2 *causa, in fi.* † Extende, etiam si sit actor pro dote. Abb. *cons.* 73. *Circa*

primum, n. 5. *ver. sed dat.* 1, *lib.* 2. † Amplia etiam in casu *l. scripturas*, C. 3
qui potiores in pign. quia mulier habens confessionem dotis probatam per duos testes, & alias coniecturas concurrit in hypotheca instrumentali, & in dubio interpretatio fit pro dote. Fulg. *cons.* 132. *in fin.* † Amplia; quia si statutum disponit, quod non currat præ- 4
scriptio contra dotes, non etiam curret contra legatum factum pro dote; quia licet statuta debeant intelligi vere, & proprie; tamen pro dote in dubio est facienda interpretatio. Bald. *consil.* 285. *Super primo, num.* 7. *ver. super sexto, lib.* 3. † Amplia, etiam si dubietas non 5
esset in pari, sed dispari pondere; quia sicuti pro matrimonio statur opinioni vnius Doctoris contra plures, ita etiam pro dote. Abbas *d. cons.* 73. *num.* 5. *lib.* 2. † Amplia; quia si concurrunt simul cre- 6
ditor habens hypothecam expressam anteriorem, & dos posterior, sicuti creditor anterior præfertur in quæsitis ante dotem, & dos posterior præfertur in quæsitis post dotem, quando alius non est priuilegiatus; ita in dubio dos præferri debet, si non constat an ante, vel post, bona, de quibus agitur, essent in bonis debitoris, quia in dubio pro dote pronunciandum, Bald. *cons.* 189. *D. Lanfranchus, num.* 2. *ver. quod si non apparet, lib.* 3. † Amplia; quia si apparent 7
plura instrumenta receptionis dotis, puta vnum de ducentis solutis pro parte dotis, aliud de 300. pro dote, fiet cumulatio, quod sint quingenta, non autem quod in totum 300. etiamsi non consteret, & dubium sit de quantitate. Bald. *consil.* 218. *Viso instrum. lib.* 5. vbi tamen dicit, quod in illo casu concurrit coniectura, quod sint plures summæ; quia vltimum instrumentum facit mentionem de
legato facto, alterum non. † Extende; quia si apparent plura in- 8
strumenta eodem die confecta, fauore dotis instrumentum dotis præsumitur anterius. Mascard. *Conclus.* 574. *dotis instrumentum.* vbi de * communi, ampliat, etiam si concurrat cum instrumento fisci, *
& idem in probatione per testes æquales; quia præfertur probatio dotis, limitat, quando aduersarius possideret, item, quando instrumentum eodẽ die haberet horam, nisi esset hora vltima diei, item, quando ex ordine scripturæ ab eodem Notario instrumentum dotis est in ordine posterius; item nõ procedit in dote confessata. Vide, *Pares in concursu quis præferri debeat. Conclus.* 83. † Extende idem, si 9
sunt testes pares numero, & qualitate hinc inde, quia in dubio pro dote pronunciatur. Rom. *cons.* 157. *Honorabilis, in princ.* † Declara, seu 10
restringe, vt non procedat, quando contra dotem testes sunt plures; quia statur probationi maiori, & maxime pro reo. Rom. *d. cons.* 157. *num.* 1. vbi apostil. *in ver. sequuntur.* † Amplia; quia concessa ci- 11
uitate in dotem censetur etiam concessum territorium fauore dotis. Bald. *cons.* 357. *Nota pro Duce, num.* 1. *& in fin. lib.* 5. † Amplia, quia 12
fauore dotis repetitio non inducitur in sequentibus, quæ aliàs induceretur. Bald. *cons.* 75. *Verba dicunt, lib.* 5. vbi, quod si mulier stipulata est dotem sibi reddi, si soluatur matrimonium sine liberis, &
in omnem alium casum, non censetur repetita conditio, *si sine liberis*, in aliis casibus, quam soluti matrimonii. † Amplia, quia con- 13
tractus dubius, siue quia oratio, & verba sint dubia habentia plures sensus propter varias significationes, siue propter diuersum modum punctandi dictiones, semper pro dote fit interpretatio, &
punctus. Ang. *cons.* 398. *Quædam, circa fi.* vbi, quod non habet locum in dote, tex. *in l. veterib. ff. de pact.* † Extende, quia in opinionibus Do- 14
ctorum dubiis pro dote est facienda interpretatio; ideo gl. *in auth. sed quamuis in ver. diminuere. C. de rei vxo. act.* quæ vult posse minui dotem promissam à patre, sed non datam, & reprobatur, cum in dubio standum sit reprobantibus, quia est fauore dotis. Dec. *cons.* 35.
num. 9. *ver. & ad confirmationem.* † Amplia, quia in dubio fit inter- 15
pretatio pro dote in casu statuti præiudicãtis doti confessatæ, quãdo fuit sublatum, & factũ de nouo, quia medio tempore fit interpretatio, vt confessio anterior præiudicet posterioribus. Sign. *cons.* 202. *per tot.* maxime *in fin.* † Amplia, quia in dubio fit interpretatio 16
pro dote, vt non censeatur factum legatum vxori animo compensandi dotem, etiam si dixit, quod sit tacita, & ex quacunque causa non possit plus petere, quia dos, quæ est pia causa, non includitur, & in dubio fit interpretatio pro dote. Signor. *cons.* 176. *in fin.* vbi loquitur etiam mortua vxore, & sic de tempore, in quo desinit esse dos. † Extende igitur, vt procedat, quod fauore dotis iudicandum 17
est etiam pro hærede mulieris non descendente. Sign. *cons.* 176. *in fi.* † Declara, quia quod dicitur fauore dotis esse respondendũ, intel- 18
ligitur, an sit dos, vel non, sed quod quis teneatur dotare, vel non, agitur de persona, non de dote, ideo cessat argumentum, ita Guilliel. de Ponta. Perus. *in l.* 1. *ff. sol. matr. num.* 48. *in fi.* † Limita, quia si 19
filii agunt pro dote matris contra vxorem secundam vitrici, quando non sunt hæredes matris, fit interpretatio in dubio pro secunda dote, quia pro reo, & quia filii agunt, vt lucrentur, ideo non habent hoc priuilegium. Fulg. *cons.* 59. *D. Beata, in fi.* Vide Concl. prox. ☞
seq. cum multis aliis seqq.

Dos

Dos habet multa specialia priuilegia. Concl. 743.

1 DOS † est constituta mulieribus, vt viros inueniant, & mundus liberis hominibus repleatur, non seruis. Alex. *consil. 56. In*
2 *præsenti, nu. 4. lib. 4.* † Dos habet priuilegium speciale, quod si mulier cessit creditum dotale, vel aliud dedit pro re vendita sibi, vel in solutum data, si illa res tacite, vel expresse euincatur, vel nō tradatur, potest agere mulier ad ius suum cessum, etiam nō expectata euictione, & reconsolidantur in ea iura cessa fauore dotis, cū tamen alius debeat agere ex empto ad interesse. Bald. *cons. 289. An-*
3 *tonia de Mayo, per tot.* maxime *in fi. lib. 2.* † Item sequta euictione rei datæ in dotem, licet regulariter agatur de euictione, tamen in do-
☞ te agitur primæua actione. Vide, *Euictionem passus qualiter agit contra*
4 *vendentem, vel obligatum. Concl. 357.* † Hypotheca tacita inducitur à lege fauore dotis omni casu, quia aut constat, quod non interuenit, & fingitur; aut est dubium, & præsumitur, aut interuenit, & est
☞ vera. Gram. *decis. 93. nu. 7.* Vide, *Dos habet tacitam hypothecam. Concluf.*
5 745. † Et habet locum à die promissionis dotis, adeo quod sequta postea confessione cōstante matrimonio præfertur mulier creditoribus post promissionem, licet sint ante confessionem dotis,
* vt communiter tradunt * Doct. in *l. assiduis, C. qui potior. in pignor.*
6 † Etiam si dos transmutetur de re in pretium, quia habet primam
7 hypothecam. Bart. *cons. 124. Punctus, q. in fi. lib. 1.* † Mulier consequēs alimenta ex contractu suæ dotis, si faciat nouum contractum, debentur eadem alimenta, si à primo contractu non est penitus recessum & saltem, si non eadem, arbitrio iudicis debentur alimenta mulieri ex vsu dotis eiusdem. Bald. *cons. 318. Practica ciuitatis, nu. 3.*
8 *ver. item dubitatur, lib. 1.* † Pœnitentiæ non est locus fauore dotis, ideo contractus innominatus non reuocatur, qui alias potest reuocari. Bero. *cons. 6. nu. 19. lib. 1.* & declaratio semel facta pro dote non potest reuocari, etiam in casu, in quo posset variare declarans. De-
9 ci. *cons. 35. num. 10. ver. & per illum tex.* † Stipulari potest quilibet pro muliere, & mulieri acquiritur actio sine cessione fauore dotis. Bal.
10 *cons. 422. In ciuitate Alexandriæ, per tot. lib. 1.* † Declara, quia si marito fit stipulatio, licet actio de dote vxori absenti quæratur, non tamē
11 agit ex stipulatu sine cessione. Sylua *cons. 13. num. 10. & seq.* † Incertitudo licet soleat vitiare dispositionem. Marsil. *sing. 223. Nonnulla dedi tibi*, tamen secus est in dote, quia promissio dotis generalis, &
☞ incerta obligat. *l. cum post, §. gener, ff. de iure dot.* Vide, *Dos incerta potest*
12 *constitui, & qualiter ad certitudinem reducatur. Concluf. 727.* † Vtilis actio sine cessione transit, quando datur nomen debitoris in dotē,
☞ *l. 2. C. de actio. & oblig.* Vide, *Cessio iurium debet fieri ex necessitate multis ca-*
13 *sibus. Concl. 211.* † Alienatio bonorum mariti facta per Episcopum exequutorem, vt pauperib. distribuat bona, non præiudicat mulieri in dote, etiā si sunt factæ publicæ proclamationes in alienationibus, si mulier in specie non fuit citata. Ba[1]. *cons. 126. Vxor agens, lib. 2.*
14 † Læsa mulier etiam maior in æstimatione bonorum datorum in dotem marito, etiam si læsio non sit vltra dimidiam, potest obtinere ex priuilegio dotali, quod suppleatur per maritum illud, in quo est læsa. Castr. *cons. 275. Ad primum, nu. 3. ver. ad tertium, lib. 2.* vbi
15 dicit esse tex. singularem in *l. si res, § si mulier, ff. de iure dot.* † Statutum prohibens mulierem habentem filios posse donare, vel alienare vltra quartam partem bonorum, non prohibet, quin possit se dotare, licet datio in dotem sit alienatio. Petr. de Ancha. *consil.*
105. *In themate præmisso, per tot.* quod est Francisci de Rampo. duplicatum inter eadem cons. Anchar. 381. vbi de statuto Senarum, vbi hoc ampliat, etiam si maritus ex forma statuti lucraretur medietatem dotis, & illa medietas excederet quartam; & hoc, quādo dos non conuenit minor ipsi mulieri, & de simili statuto Senēsi, quod
16 non prohibeat dotare, nec etiam secundus maritus possidens stabilia teneatur cauere filijs primi matrimonij. Bald. *cons. 19. Factum tale est, lib. 3.* idem Bald. plene *cons. 380.* vbi ponit verba statuti. † Cōtrarium, quod non valeat datio in dotem contra statutum, nisi ad effectum fructuum, quia valebit, donec viuat secundus maritus, sed eo mortuo non valebit quoad lucrum mariti. Bald. *cons. 276. n.*
17 *3. ver. sed de iure municipali, vsq. in fin. lib. 3. & cons. 19. Factum tale est, eod. lib. 3.* † Præfertur dos data ab vsurario filiæ etiam in concursu cum ijs, qui soluerunt vsuras ante dotem constitutam, quia non habēt hypothecata bona vsurarij, vt præferantur doti. Bald. *cons. 68. Pun-*
18 *ctus quæstionis, lib. 4.* † Et quod mulier præferatur omnibus in rebus suis datis in dotem etiam præuia æstimatione, tenet plene Angel. Areti. *cons. 90. In prima consultatione, n. 25. & seq. vsque in fin. verfic. capio*
19 *quintum.* † Declara, quia licet mulier possit velle bona data æstimata in dotem, si extant, & in eis præferatur omnibus, tamen tenetur reficere melioramenta facta vtilia, & necessaria, & etiam vo-
20 luptuosa, quando res pluris venderentur. Areti. *d. cons. 90. in fi.* † Itē

præfertur maritus in dote sibi data ab eo, qui erat non solūendo, quando maritus bona fide, quæ præsumitur, dotem recepit, ideo non potest conueniri à creditoribus anterioribus, si vero soluatur matrimonium; tunc dos non restituitur mulieri, sed creditoribus. Bald. *d. cons. 68. in princ. lib. 4.* allegat casum in *l. fin. §. 1. ff. quæ in fraud. credit.* † Item mulier habet pro dote tacitam hypothecā, quæ præ- 21
fertur cuicunq; tacitæ etiam anteriori, & etiam præfertur expressæ posteriori, gl. in *l. assiduis, C. qui potio. in pigno.* Castr. *cons. 394. col. pen. ver. circa secundum*, plene Capel. Tolos. *decis. 217.* vbi apost. distinguit plures casus, quia dos præfertur habenti tacitam anteriorem, & hoc, siue dos habeat tacitam, siue expressam posteriorem, quando vero vtraque est expressa, prior præfertur, excepto fisco; quia siue agatur de tacita hinc inde, siue expressa, primus præfertur. † Res 22
empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, & acquiritur dominium mulieri. Bald. *consil. 298. Inter Dominicum, lib. 4.* intellige, si expedit mulieri, *l. ita constante, ff. de iure dot.* Vide supra, *Dotalis fundus qualiter dicatur constitutus. Concluf. 726.* vbi, quod in subsidium efficitur dotalis, & mulier præfertur. † Priuilegia dotis ita procedunt in pro- 23
missa, sicut in soluta. Deci. *cons. 35. num. 6.* & plenius sub *num. 14. & seq.* vbi replicando hoc tuetur verissimum. † Extende, etiam si mu- 24
lier aliunde habeat, vnde dotetur. Deci. *cons. 35. nu. 16. in fin. primæ responsionis.* † Amplia, quia dos nedum habet priuilegia, quando est 25
contractum matrimonium, sed etiam adest spes matrimonij, vt quia sunt contracta sponsalia. Bald. *d. cons. 298. circa med. ver. & si dicatur, lib. 4.* Deci *cons. 35. num. 2. & 3.* † Falsa, seu erronea causa in cō- 26
tractu nominato, quæ non reddit contractum nullum ipso iure, sed ope exceptionis, bene reddit contractum nullum ipso iure fauore dotis. Rom. *cons. 517. In casu propositæ. num. 23. ver. si vero transeat,* † Absenti mulieri acquiritur pro dote promissa. Deci. *consil. 35. Præ-* 27
stantissime Doctor, in princ. Castr. *cons. 361. Bart. in fin. lib. 1. & cons. 23. lib. 1.* vbi addidi Castr. *cons. 96. D. Cornelia, lib. 2.* Alex. *cons. 40. lib. 2.* Corne *cons. 124. lib. 1.* Alex. *cons. 190. Plura narrata, lib. 6. n. 28.* plenius *cons.* 28
99. Super primo, in princ. lib. 7. † Et non potest minui dos semel promissa mulieri etiam absenti. Deci. *d. cons. 35. n. 6. & seq. ver. circa secundum.* Sylua. *cons. 2. nu. 48.* † Declara, quod sit speciale in diuisione, 29
quod absenti acquiratur. Ruin. *cons. 40. n. 5. & 6. lib. 4.* Soci. *cons. 25. n. 5. lib. 4* Soci. Iu. *cons. 48. n. 42. lib. 1.* & videtur sentire Bart. *d. cons. 123.* 30
n. 3. lib. 1. † Melioramenta facta in re dotali non dant retentionem ei, qui melioravit, sed agere debet actione negociorum gestorum fauore dotis. Bald. *cons. 368. Casus, vir fundum, & 369. lib. 3. I. vnica, §.* 31
sed nec ob impensas, C. de rei vxo. actio. † Actio primæua competit mulieri, cui data sunt bona in solutum sequuta euictione; quia potest redire ad primæua iura, licet non sit dictum in sententia vel adiudicatione. Bart. in *l. si vero. & in l. qui res, in princ. ff. de soluto.* Bald. in *l. libera, C. de sentent.* & sic potest mulier vel agere sua primæua actione, vel de euictione. Bald. *cons. 300. lib. 1. & cons. 298. lib. 2.* † Imo si bo- 32
na propria sunt restituta ei pro dote, & est decepta, agit vti possidetis, & iura dotalia remanent illæsa. Bart. *cons. 121. In quæst. in fin. lib.* 1. † Velleianum non habet locum in dote; ideo mulier tenetur efficaciter restituere dotem receptam, vel promissam pro alio, quādo erat vera dos, etiam si non renunciauit Velleiano; secus si esset 33
donatio colorata pro dote, quia non sufficeret renunciatio mulieris, quæ se obligauit sine specificatione Velleiani. Bald. *cons. 305. Passus difficilis, lib. 3.* † Legitima æquiparatur ijs, in quibus non est 34
differentia; ideo sicut legatum agnitum, quod est minus, in legitima non præiudicat filio, ita neq; legatum dotis agnitæ, quæ est minor, etiam si filia quietauerit. plene Castren. *cons. 73. Licet ista D. Lisa, lib. 1.* † Præfertur creditum dotale posterius creditori anteriori ha- 35
benti hypothecam expressam quoad bona acquisita per debitorem post debitum dotale, & hoc, quando prior creditor nō est priuilegiatus in personali. Bald. *cons. 189. D. Lanfranchus, in princip. lib. 3.* vbi recitat plures opiniones, & hanc veriorem dicit Rip. in *l. priuilegia, ff. de priuil. credit.* vbi idem dicit fauore fisci. † Extende, vt pro- 36
cedat, etiam si non constat, an bona sint quæsita per debitorem ante, vel post; quia præfertur dos, ex quo in dubio pro dote pronunciatur. Bald. *d. cons. 189. n. 2. in fi. ver. quid si non appareat, lib. 3.* † E- 37
lectionem habet mulier exigendi dotem promissam viro ab extraneo, quæ non fuit soluta marito ab hæredibus mariti, vel ab ipso extraneo promittente, quia licet extraneus non promiserit vxori, sed marito; tamen acquiritur vxori absenti. Deci *cons. 35. Præ-*
stantissime Doctor, & vtili actione agere poterit. Guido Pap. *decis. 375.* 38
† Filius licet non possit aliquid consequi à patre, sub cuius potestate est, quia omne profectitium est in dominio patris, tamen fallit fauore dotis. Bald. *cons. 304. Quidam de Insula, lib. 4.* † Et filius fa- 39
milias licet non possit obligari sine patre, potest tamen dotem constituere sorori, & valet doris constitutio. Ant. de Butr. *consil. 9.*
ver. secundum autem, n. 2. † Compensationem non admittit dos eum 40

legato vsusfructus facto à marito, vel filio debente dotem. Alex. *consil. 99. Super primo, in fin. versic. circa vltimum, lib. 7.* secus in augmento dotis, vt dicit ibi apostill. in *ver. dote.* Causa finalis semper præsumitur causa dotis, *l. si ego, in princ. ff. de iure dot.* Bald. *consil. 145. Punctus*
41 *quæstionis, in fin. num. 7. lib. 4.* † Priuilegia dotis competunt etiam pro ijs, quæ loco dotis successerunt. Roma. *cons. 201. Pro decisione, n. 2. versic. quamobrem,* vbi loquitur in statuto, quod contra dotem nó possit præscribi, quia neque præscribi potest id, quod loco dotis
42 successit. † Dominium rerum dotalium transfertur à lege in maritum. Angel. Areti *consil. 81. In themate, num. 17. versic. secundo hoc probatur.* Vide, *Dos est patrimonium mulieris. Concluf. 736.* † Extende, quia soluto matrimonio ipso iure reuertitur ad vxorem, *l. in rebus, C. de iure dot.* Abb. *consil. 72 in prin. ap. lib 2. & col. fin. versic. ad contraria,* vbi, quod propterea soluto matrimonio mulier potest agere vtili rei vendicatione; item hypothecaria contra alia bona mariti, ité per-
44 sonali contra hæredes mariti. † Imo si dos promittatur pro muliere absente marito pro certo matrimonio, fingitur, quod ipsa promiserit marito, & stipulata sit, quia præsumitur ipsam mulie-
45 rem dedisse, & promisisse. Deci. *consil. 35. num. 4.* † Declara, quia non procedit in dote omnium bonorum. Angel. *consil. 335. Statuto Communis, in fi.* allegat *l. 1. § si vniuerse, ff. pro dote,* vbi dicit esse casum,
46 iuncta glo. † Extende, quia stipulatio intelligitur pro dote, siue sit omissa in totum, siue sit inutiliter apposita. Barto. *cons. 179. Martinus, num. 3. lib. 1.* vbi, quod ita inepte non potest concipi, quin lex
47 suppleat. † Probatur dos ex solis coniecturis & præsumptionibus, *l. cum ita fidem,* cum gl. 1. vbi Bald. & alij *in princ. C. de iur. dot.* Vide, *Dos qualiter prob. &c. Concluf. 722.* Et testes, qui non admittuntur, prout parentes pro filijs, admittuntur in causa dotis; quia ficuti admittuntur in causa matrimoniali, quando non est lis inter
48 virum & vxorem, ita etiam pro dote, quæ dependet à matrimonio. Ioan. de Ana. *consil. 52. num. 2.* † Item verba enunciatiua in diuisione, & alijs probant fauore dotis. Bart. *cons. 125. Factum sic se habet, lib. 1.* cum concord. quos ibi posui. Iaſ. in *l. ex ijs, in 2. limit. C. de test. imilit.* Deci. *consil. 35. num. 4.* vbi alios allegat. Roma. *Singul. 540. verba enunciatiua.* Alexand. *consil. 4. num. 8. versic. quod sit verum, lib. 2. & consil.*
190. *nu. 28. lib. 6.* Iatius *cons. 69. lib. 7.* Marsil. *Singul. 442. vulgata.* Ca-
69 strens. *cons. 92. lib. 2.* † Contrarium, quando fit legatum vxori absenti de dotibus suis, quæ sunt libræ 450. quia non probatur dos tanta, sed valet vt legatum. Alexand. *consil. 122. Viso processu. num. 3. &*
*50 *seq.* vbi * dicit communem, *lib. 7.* † Declarat Alexend. *d. consil. 122. lib. 7.* vt non probetur data prime marito leganti, & confitenti ad effectum, vt nupta secundo viro simpliciter censeatur dotem eandem dedisse, vt secundus maritus habeat lucrum contra filios pri-
51 mi matrimonij. † Extende in laudo, in quo fratres dotant sororem absentem, & quæ non compromisit, *l. Cauu, ff. solut. matrim. on.*
52 † Declara, quando verba sunt prolata ab eo, qui teneturad do-
53 tem. Riminal. *consil. 31. nu. 39. lib. 1.* vel ab alio ipso presente. † Contrarium tenet apostill. ad Deci. *consil. 35. in ver. Paulus.* vbi, quod solum est verum in contractu dotis fauore matrimonij, secus in alio
54 contractu ob aliam causam facto. † Declarat Alexand. *consil. 99. Super primo, num. 4. vers. non obstat, lib. 7.* vt procedat priuilegium fauore dotis. & mulieris, aliud, si fauore alterius pro dote, & ita tol-
55 lit, & conciliat contraria. † Statutum, & lex generaliter disponens aliquid non comprehendit causam dotis, de qua non facit mentionem. Salycet. in *l. fin. C. de iure dot.* Anto. de Butr. *cons. 35. num. 2.* &
* est communis * opinio, de qua Negus. in *tract. de pignor. in 8. parte in 1. memb. num. 23. & seq.* vbi reprobat Deci. restringentem conclusio-
* nem *cons. 5. & cons. 301.* & dicit communem * esse indistincte in omni materia, & idem plenius tenet Menoch. *cons. 242. nu. 6.* vbi per
* totū dicit magis * communem, & receptam, vbi extendit, etiam si verba sint geminata, etiam si alia statura excipiant dotem; quia dicit dotem generaliter priuilegiatam, non sic in milite, & fisco, ex quibus arguit Deci. & citat multos pro hac parte Luc. Petr. in *prae-*
* *xi tit. de exequutione instrum. dot. al. nu. 15.* vbi de * communi, late Rui. *cons. 194. & 195. lib. 1.* Natt plene *cons. 410. num. 3. & seq* vbi reddit rationem, quia pia causa est & respicit alimenta. Vide, *Statutum ge-*
☞ *nerale non comprehendit, neque extendit multis casibus. Concluf. 540.* Vide Ant. Gabriel. *lib. 6. tit. de legib. Concluf. 1. lex generalis an comprehendat casum priuilegiatum.* Vide etiam Mascard. *Concluf. 568. num. 2.* vbi statutum, quod non possit probari, nisi per instrumentum non habet
*56 locum in dote secundum communem, * vt ibi. † Contrarium, quod imo statutum generaliter loquens comprehendat causam dotis, quando dos non reperitur in illo casu priuilegiata Deci.
* *consil. 301. In causa, quæ Ferrarie, per tot.* & hanc communem * dicit Card. Alba. in add. ad Bart. in *l. Papinianus, § si quis, num. 4. ff. de inoffic. testam.* multos refert Menoch. *consil. 242. num. 4.* & plures Luc. Petr. in *Praxi tit. de exequu. instrum. dotal. num. 16.* vbi hanc partem verio-

rem putat, plenissime Tiraq. *de retract. lignag. § 1. gloss 14. num. 96. & seq.* vbi plura adducit, & magis communem * dicit Gabriel. *consil. 92.* *
num. 21. lib 2. cum seq. vide apost. ad Ant. de Butr. *cons. 35. in versic. statuto.* † Declara multis modis per Ruin. *cons. 194. num. 6.* quando iu- 57
ramentum interuenit, & *cons. 195. num. 4. & seq. lib 1.* vbi ponit plures declarationes, quando mulier prohibetur geminate, maxime *num. 6. & seq.* vbi per totum reprobat Deci. *consil. 300.* † Minor non 58
habens curatorem potest se valide obligare pro dote. Menoch. *consil. 242. in princip. & per tot.* † Extende, quia potest etiam habens 59
curatorem solus pro dote obligare, & alienare mobilia. Menoch. *d. cons. 242. num. 14.* † In dubio fauetur doti, vt maior summa atten- 60
datur, ideo si pater relinquat dotem filiæ, quam dedit alijs filiabus, & reperiatur diuersa dos data alijs, licet essent omnes conseruandæ, vt fieret diuisio æqualis; tamen maior summa in dote est capienda. Bald. Nouel. *de dote in 6. parte priuil. 73.* Castrens. *cons. 383.*
col. 3. in princ. lib. 2. † Et valet obligatio incerta fauore dotis; quia 61
reducitur ad certitudinem. Alex. *cons. 99. Super primo, num. 3. versic. corroborari, lib. 7.* Vide, *Dos incerta potest promitti, & qualiter reducatur ad certitudinem. Concluf. 727.* † Pia causa dicitur causa dotis, quæ nó 62
excluditur per verba generalia. Natt. *consil. 410. num. 3.* † Et pri- 63
uilegia piæ causæ concessa, quod verba enunciatiua probent, & quod acquiratur absenti, comperunt doti ad fauorem mulieris. Alexand. *consil. 190. num. 28. lib. 6.* † Restringe, quia procedit con- 64
stante matrimonio, alias secus. Corne. *consil. 50. Videtur, num. 15. lib. 1.*
† Restringe, quia non datur ea pietate, quæ facit cessare leges hu- 65
manas. Corn *d. cons. 50. num. 14. lib. 1.* † Restringe, quando dos est 66
pro diuite muliere, secus si mulier sit pauper. Natt. *consil. 613. num. 5. & seq.* † Dos spiritualis habet priuilegia dotis temporalis. Vide in- 67
fra, *Dos habet tacitam hypothecam. Concluf. 745. num. 44. & seq.* † Ali- 68
menta respicit, quibus nunquam fit præiudicium. Natt. 410. *num.* 69
4. † Declara, vt per Natt. *cons. 613. num. 5.* † Æquiparantur dos & 69
alimenta. Bart. in *q. 7. mulier habens, versic. contra quod, num. 8 ver. octauo probatur.* † Instrumentum donationis ex causa dotis factæ non 70 71
requirit insinuationem. Castrens. *cons. 383. Circa primum, in fin. lib. 2.*
† Donatio facta tacite ex causa dotis ex traditione mariti confi- 72
tentis dotem cum iuramento operatur traditionem esse occultā, & fauore dotis inducit actionem ex dote, non ex donato, quod est magis vtile. Castrens. *d. consil. 383. col. pen. in 2. dubio, lib. 2.* † Excus- 73
sio non est necessaria, quando mulier agit ad res datas in dotem. Io de Anan. *cons. 52. num. 3.* † Filia in dote habet hæredes, & respe- 74
ctu dotis non acquirit patri, sed filijs & descendentibus. Ange. Areti. 81. *In themate, num. 27. in fin. cum sequent. versic. quarto dictum statutum.* † Statutum Florentiæ, quod dos confessata æquiparetur, ac si 75
esset vere tradita (prout Florentiæ, *lib. 2.*) operatur, quod non potest opponi exceptio, quod confessio habeat vim donationis inter virum & vxorem, quæ est prohibita, vbi, quod quando duo æquiparantur, quicquid est dispositum in vno, censetur dispositum in alio, *l. si quis seruo,* vbi gloss. & Doct. *C. de furt.* † Statutum Floren- 76
tiæ sub *rubr. 10.* in materia cessantium excipiens creditores ex causa dotium, ibi, *saluis dotibus,* operatur, quod non tenentur concurrere, sed credita dotalia integre soluenda sunt, est sub rubrica *de creditoribus cessantium.* † Extende, vt procedat, etiam si debitor do- 77
tis fuit alteri delegatus per maritum creditorē dotis; quia si postea ipse debitor decoxit non satisfacto marito, neq. creditori mariti, cui erat facta delegatio, adhuc dicitur dotale, si is, cui facta erat delegatio, non liberauerat maritum delegantem; quia non est facta nouatio, licet maritus liberauerit debitorem dotis, qui postea decoxit; quia dicta liberatio censetur facta ob causam solutionis faciendæ, tertio, qua non sequuta, perinde est, ac si facta non fuisset. Deci. *consil. 279. col. fin.* † Compensatio non admittitur con- 78
tra dotem etiam pro credito liquido, ideo solui debet dos, & fieri petitio crediti sui, ita Bald. Nouel. *de dote in 8. parte in 1. priuil.* vbi dicit hanc æquiorem, quam multi tenent. * † Contraria opinio est 79
* communis à qua in iudicando non est recedendum, vt per Bald. *
Nouell. vbi supra, & Afflict. *dec. 121.* vbi plus dicit, quod compensatio poterit opponi in causa dotis, etiam post sententiam, quæ transiuit in iudicatum, etiam stante statuto, quod contra instrumentum dotale nulla probatio admittatur, imo quod plus est, etiam si in eo foret renunciatum exceptioni compensationis, quod est mirabile. Vide Concl. præced. & Concl. prox seq.

Dotis fauore mulier potest retinere bona mariti. Concluf. 744.

DOs † habet priuilegium, quod vxor mortuo marito potest
retinere bona illius pro dote sua loco pignoris, donec dos restituatur. Bald. *cons. 10. In quæst. per tot. lib. 5.* Io. de Imo *consil. 12. num. 8.*

num. 8. & seq. Bald. *in l. pen. in 1. not. C. de non numer. pecun. & in l. 1. C. de seru. pign. dat. manumiss. & in l. cum tibi. C. qui potio. in pignor. hab.* sequitur Ias. *in § item Seruiana, n. 72. Instit. de actio.* Deci. *cons. 671. in fi.* Bald. *in l. pignoris. C. de pignor. actio.* Bart. *in l. si filio, la prima, ff. solut. matr.* vbi Alex. dicit * communem. Deci. *cons. 222. num. 2.* Bal.
2 Nouell. *de dote in 6. parte col. 11. ad fin.* † Extende, quia etiam propria authoritate potest intrare in possessionem mortuo marito. Deci. *cons. 237. num. 7. & cons. 449. nu. 23.* Bald. Nouell. *de dote in 8.*
3 *parte priuil. 6. num. 20.* † Extende; quia imo Florentiæ vigore pacti dotalis appositi in instrumento dotis confessatæ potest mulier capere possessionem bonorum defuncti mariti, & percipere fructus, quos lucratur, vt in formulario *in ver. dotis confessio in pecunia. & in ver. cum pacto apposito.* Doct. *in l. 3. C. de pignor.* vbi Bart. quod tale pactum dotale non differt à licentia concessa per iudicem, se-
4 quitur Areti. *cons. 32. Diligenter consideratis, in princ.* † Declara; quia procedit conclusio quoad bona vacantia ante aditam hæreditatem; secus post aditam, vel quando extat statutũ, quod possessio defuncti sit translata in hæredem; quia non posset tunc retinere, nisi prædicta bona, in quibus insistit, puta habitando, vel retinendo, prout domus; secus quoad alia. Angel. Areti. *cons. 77. In casu*
5 *supradicto, num. 15. & seq. ver. non obstant allegata.* † Amplia, vt hoc priuilegium competat vxori etiam contra fiscum, quando sunt
6 confiscata bona mariti. Bald. 171. *Condemnatus lib. 1.* † Extende, vt procedat in tantum, quod neque mulier possit per præcepta expelli, & si non obediat, excusatur; quia potest insistere possessioni, & propterea non præsumitur contemnere iussa principis. Bald.
7 *d. cons. 171. in fin.* † Extende; quia bonis confiscatis mariti potest vxor accipere possessionem rerum suarum detentarum per maritum propria authoritate, nec debet expectare authoritatem
8 iudicis. Petr. de Rauen. *Singul. 773. quando bona.* † Amplia; quia potest retinere bona mariti, & agere hypothecaria, nedum pro dote, sed etiam pro fructibus, & alimentis dotis. Bald. *cons. 268.*
9 *Super primo, num. 3. lib. 5.* Ang. Areti. *cons. 77. in princ. nu. 4.* † Contrarium tenuisse Bart. sibi contrarium docet Areti. *d. cons. 77. num. 28. ver. nec etiam obstat.* vbi, quod Bart. *in l. Lucius, ff. de alim. & cibar. leg. in fi.* tenet, quod pro alimentis debitis vxori mortuo mari-
10 to bona non sunt obligata. † Amplia; quia mulier, quæ sine violentia accepit bona mariti, non potest amoueri, donec satisfiat.
11 Deci. *cons. 191, In causa, quæ agitur, col. pen. ad med.* † Extende; quia imo etiam pro legatis sibi factis potest retinere, etiam si sint annua, & conditionalia. Negus. *de pignor. in 1. memb. 5. partis, num. 19.*
12 † Amplia; quia potest retinere etiam bona aliena retenta per maritum, in quibus maritus fecit melioramenta; quia talia melioramenta remanent hypothecata tacite vxori, *l. si fundus, § 2. ff. de pignor.* Ias. *in l. creditor, nu. 6. ff. si cert. pet.* & propterea competit hy-
13 pothecaria, vt sibi satisfiat in eis defuncto viro, antequam restituantur, *l. distractis. & l. pignoris, C. de pignor. l. pignoris, ff. eod.* † Amplia, vt procedat, etiam si dos probaretur constituta per duos testes, vel tres ex confessione extraiudiciali præsente parte facta. Bald. *d. cons. 10. lib. 5.* vbi, quod etiam fratres mulieris admittun-
14 tur, quando supplentur per alios testes. † Amplia; quia si maritus alienauit fundum dotalem vxoris, & moriatur, potest mulier soluto matrimonio retinere alia bona mariti, donec sibi restituatur fundus suus dotalis. Bald. Nouel. *de dot. in 7. parte in 6. priuil. n.*
15 20. Deci. *cons. 449. nu. 23. & cons. 225. n. 7.* † Extende, quia si cedit iura sua dotalia, transfert hoc ius in cessionarium, & hanc hypothecam, licet non exprimat. *l. emptor. & l. venditor actionis, ff. de hæred. vel actio. vend.* Alex. *in l. si vero, in princ. ff. solut. matr.* Bart. *in l. 1. C. de*
16 *priuil. dot.* † Amplia; quia talis possessio vxoris præsumitur potius iure dotis, quam iure familiaritatis; quia ex titulo præambulo
17 præsumitur possidere. Bald. *d. cons. 10. circa fi. lib. 5.* † Contrarium tenet Soci. *cons. 131. col. 3. in prin. lib. 1.* vbi quod non censetur mutare in dubio causam possidendi, *& cons. 60. col. 2. & 3. lib. 1.* quod mulier, quæ stetit cum filijs, præsumitur iure familiaritatis posse-
18 disse, sequitur Capic. *decis. 46. n. 4.* † Amplia; quia possessio vxoris de bonis mariti pro dotibus suis est manutenenda aduersus
19 turbantem. Bald. *d. cons. 10. per tot.* maxime *in fi. lib. 5.* † Amplia; quia potest retinere correda, quæ portauit in domo mariti, & in eis præfertur omnibus anterioribus creditoribus. Bal. *in l. pen. C. de*
20 *pign. actio. l. in rebus, C. de iure dot.* † Amplia; quia mulier potest retinere bona mariti etiam Ecclesiæ, & piæ causæ legata, donec de satisfiat; quia præfertur legatariis. Io. de Imol. *cons. 112. num. 8. &*
21 *seq.* vbi limitat stante statuto, quod si extant alia bona, non molestet legatarios. † Amplia; quia mulier mortuo marito pro dote confessata restituenda potest retinere etiam bona subiecta cuicunque fideicommisso, vt per Alexandr. *cons. 78.* Couar. *var. resol. lib. 3. c. 6.* Soc. *cons. 23. lib. 3.* vbi refert eius genitorem, & omnes ad-

uocatos Florentinos ita consuluisse, sequitur Deci. *cons. 519.* vbi facit mentionem de statuto cogente debitorem ad solutionem, *& cons. 376.* & inter communes * opiniones ponit Villalob. *in tract.* * *commun. opin. in ver. bona subiecta fideicommisso*, & olim consuluit Castr. cum aliis valentissimis Doct. in ciuitate Florentiæ in causa ardua, prout ipse refert *in d. auth. res quæ C. comm. de leg.* & est *cons. 13. & cons. 130. in antiq.* & ita etiam Ruin. *cons. 89. n. 41. lib. 2.* Cruet. *cons. 19. n.* 18. Paris. *cons. 81. n. 47. lib. 2.* Curt. Iun. *cons. 59. n. 3. & seq.* vbi ait, quod solent iudices in fauorem mulierum intrepide iudicare. Syluan. *cons. 90. num. 21.* Natt. *cons. 61.* † Contrarium Ruin. *cons. 123.* 22
lib. 2. † Vide, *Dos cautelatur super fideicommisso. Concl. 747. n. 42. & seq.* 23
ver. limita. vbi plurimos pro contrario, & quod ampliatio est ve- ¶
rior. † Extende; quia etiam bona mobilia obligata vxori pro do- 24
te, si alienentur per virum, vel pendente iudice tenutario ad instantiam vxoris viduæ, quæ ea accepit in tenutam, fuerunt; vendita per hæredes viri, vel alios, penes quos essent, non potuerunt eximi ab obligatione, sed transeunt affecta, & obligata in emptores, *l. 1. in fi. ff. de distr. pignor.* & ideo mulier poterit agere contra emptores ad exhibendum, & etiam hypothecaria. Bar. *in d. l. 1. iuncta l.* ¶
3. §. est autem, ff. ad exhiben. † Imo si bona mobilia non supersunt, po- 25
terit agere in subsidium ad pretium contra eos, ad quos pretium deuenit. Bart. *d. l. 1. ff. de distract. pign.* Bald. *in l. fi. §. & si præfatam, C. de iure deliberan.* Specul. *tit. de oblig. & solut. §. 1. ver. sed pone, quod res non ex-*
tat. † Amplia in casu contrario; quia si maritus, qui habuit in do- 26
tem vnam domum inæstimatam minantem ruinam, & certas pecunias, & pro necessaria reparatione domus, quæ cecidisset, expendit in melioramentis, potest vel retinere domum, donec soluantur melioramenta, vel compensat cum pecunia contanti, *l. v-*
nica, §. sed nec ob impensas, C. de rei vxor. actio. & in l. quod dicitur, vbi Bart.
ff. de impens. in reb. dot. & est tex. *in l. si is qui. §. quod dicitur, ff. de iure dot.*
Bart. *in l. impensæ, ff. de impens. in reb. dotal.* Vide, *Meliorамenta facta per* ¶
maritum in re dotali qualiter deducantur. Concl. 181. † Declara, seu re- 27
stringe, nisi essent modicæ impensæ, *l. omnimodo. cum l. seq. ff. de im-*
pens. in reb. dot. † Vel nisi constaret de mente mariti contraria, pu- 28
ta, si legasset vxori dotes suas exprimendo quantitatem; secus, si in genere Afflict. *decis. 359.* † Limita, quando dos esset restituenda 29
constante matrimonio marito vrgente ad inopiam, vel bannito, quia eo casu debet habere solum tot bona, quæ sufficiant pro dote. Alex. *cons. 142. n. 15. lib. 5.* Bart. *in l. si constante, in 4. qu. princ. 3. qu. ff.*
solut. matr. quem ibi sequuntur Alex. & cæteri, excepto Rom. sequitur Bald. Nouel. *de dote in 7. parte, speciali 47.* Negus. *de pign. in 5.*
parte in 1. memb. n. 42. † Extende, quia licet agat hypothecaria, 30
prout potest, & natura hypothecariæ sit auocare omnia bona debitoris, *l. quandiu, C. de distract. pignor. l. creditoris, ff. eod.* tamen secus est in restitutione dotis ob inopiam. *Pedemont. decis. 135.* † Declara; 31
quia potest mulier sibi eligere vnum prædium, vsque ad concurrentem quantitatem dotis, & æstimationẽ dicti prædii. Negus. *de*
pign. in 5. parte in 1. memb. n. 33. maxime stante statuto Florentiæ, quod in casu inopiæ possit mulier agere ad bona mariti, & defendere contra quoscunque creditores, de quo Negus. vbi supra *nu. 29. &*
30. Vide, *Hypothecaria auocat possessionem. Concl. 126. n. 19. in ver. restrin-*
ge. † Limita, quando extaret statutum (prout Regii) quod posses- 32
sio defuncti censeatur continuata in hæredem; quia mulier non potest possessionem capere, & incidit in pœnam statuti. Areti. *cons.*
121. In casu prædicto, in princ. maxime *nu. 11. & seq. ver. & quod hoc sit verũ.*
† Limita in rebus asportatis per vxorem viduam de domo viri, ex- 33
ceptis vestibus ad vsum quotidianum sibi per maritum traditis; quia tenetur asportatas reportare per viam actionis, etiam si prætendat fructus dotis. Bald. *cons. 92. Hæres viri, circa fi. ver. tamen ista bo-*
na domina, lib. 2. † Limita; quia non posset retinere bona subiecta 34
fideicommisso, neque illa capere, nisi in subsidium, quando non extarent alia bona, Saly cet. *in l. voluntas, C. de fideicomm.* Soci. *cons.*
75. col. 1. & 2. lib. 1. Ruin. *cons. 123. col. 3. lib. 2.* Vide, *Vxor retinet bona*
maritipro dote. Conclus. 399.

Dos habet tacitam hypothecam, quæ præfertur alteri tacitæ hypothecæ. Concl. 745.

DOS † habet tacite hypothecata bona mariti, etiam si nihil sit 1
dictum à partibus; quia habet hanc hypothecam à lege, *C. de*
iure dot. l. 1. Gramm. *decis. 103. n. 7.* vbi cum seq. quod aut constat quod non interuenit, & fingitur interuenisse; aut est dubium, & præsumitur; aut interuenit, & inest vere, & quod sit à lege, est tex.
in l. vnica, §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. Instit. de actio. §. fuerat. Alex.
cons. 104. Plura, in fi. lib. 6. Negus. *de pign. in 2. parte in 4. memb. n. 122. &*
seq. † Extende, quia Florentiæ quandoq; plures hypothecæ con- 2
currunt in dote; vna est tacita ex priuilegio dotis, *l. vnica, §. sed vt*

plenius, C. de rei vx. actio. secunda expressa ex instrumento confessionis dotis, tertia ex immissione in tenutam, ex quo pignore prætorio oritur hypotheca, *l. 2. C. de prætor. pign.* quarta vigore statuti Florentiæ *rubr. 63.* & maxime ex sumptu vigore statuti mercatorum *rub. 13. in 4. lib.* de quo per Soci. *cons. 240. lib. 2.* quæ oritur à die scriptæ in libro, non à die desumptæ partitæ. Neguſ. *de pign. in 5. parte in*
3 *2. membro n. 49. & seq.* † Amplia in tantum, vt tacita hæc hypotheca pro dote sit priuilegiata, vt præferatur cuicunque alteri hypothecæ tacitæ anteriori, *l. fi. C. qui potio. in pign. l. assiduis, C. eod.* & ista hypotheca incipit à die promissionis dotis, non à die confessionis tantum, vt per Bart. & alios *in d. l. assiduis.* Castr. *cons. 383. Circa pri-*
4 *mum. in princ. lib. 2.* Alex. *d. cons. 104. Plura, in fi. lib. 6.* † Extende, vt procedat, quod tacita hypotheca dotis præferatur etiam tacitæ hypothecæ Ecclesiæ, & Communitatis, vel Ciuitatis in casibus, in quibus habent tacitam hypothecam etiam anteriorem. Alex. *cons.* 104. *Plura, in fi. lib. 6.* Neguſ. *de pign. in 2. parte in 4. memb. nu. 122. &*
5 *seq.* plenius *num. 164.* † Extende; quia ista tacita hypotheca dotis, quæ præfertur alteri tacitæ anteriori, procedit, etiam si mulier sibi prouidit de expressa; quia per hoc non cessat priuilegium tacitæ secundum * communem, de qua Alex. *cons. 58. In causa mota, nu. 3.*
6 *ver. non obstat etiã oppositio, lib. 7.* † Restringe, quia tacita hypotheca fisci concurrit cum tacita dotis, & qui prior est tempore, potior est
7 iure. Alex. *cons. 104. in fi. lib. 6.* † Restringe, nisi adesset statutum in loco, quod hypotheca expressæ adæquata sit, licet sit tacita; quia tunc hypotheca dotis non præfertur anteriori tacitæ propter adæquationem. Roman. qui pro vtraque parte, allegat *consil. 147. Licet hæc*, tamen hanc veriorem dicit, & ibi apostil. *in contrarium*, ci-
8 tat plures concord. † In contrarium faciunt allegata per Roma. *d. cons. 147. in princ.* quod in dubio secundum ius commune intelligatur; sed ego addo aliam rationem; quia cum non faciat mentionem de dote, non tollit priuilegium dotis, sed habebit locum
9 quoad alias hypothecas. † Et ideo licet bona vsurarii recepta pro vsuris sint tacite hypothecata ei, cui debet fieri restitutio; tamen vxor habens tacitam posteriorem præfertur in dictis bonis. Cal-
10 der. *cons. 476.* aliàs *2. de donatio. inter vir. & vx.* † Restringe; quia non habet locum, quando expressa hypotheca esset anterior dote. glos. & Doct. *d. l. assiduis, C. qui potio. in pign.* & hanc communem
* 11 *dicit Castr. cons. 483. in princ. lib. 2.* † Amplia; quia ex tali hypotheca tacita potest agere nedũ contra bona mariti hypothecaria, sed etiã contra tertios possessores, siue sint cum titulo, siue sint sine titulo. Alex. *cons. 4. Videretur, col. 4. lib. 2. & cons. 82. lib. 6.* itẽ potest agere Saluiano interdicto, in quo sufficit probare possessionẽ viri, & occupationem conuenti. Bart. in *l. rem alienam, ff. de pign. act.* Ias. *in §. itẽ*
12 *Seruiana, Instit. de actio.* † Amplia, vt procedat nedum pro dote, sed etiam pro fructibus, & alimentis dotalibus. Bald. *cons. 268. Super primo n. 3. lib. 5.* Neguſ. *de pignor. in 2. parte princ. memb. 4. in 7. ampliat. n.*
13 *47. & seq.* Rip. *in l. priuilegia, col. 2. & seq. ff. de priuil. credit. n. 9. in 8. am-*
14 *pliat. cum nu. seq.* vbi late disputat, & distinguit multos casus. † Extende; quia habet eandem prælationem pro fructibus, & alimentis dotalibus, quam habet pro dote. Neguſ. *de pign. in 5. parte, in 1.*
15 *memb. n. 12. cum seq.* Vide plenius per Ant. Gabr. *lib. 6. tit. de aliment. Concl. 2. Mulier pro alimentis.* † Extende, etiam si concurrant duæ dotes; quia illa, quæ habet priorem, præfertur etiam quoad fructus, *l. fi. C. qui potio. in pignor.* Neguſ. *de pignor. in 4. memb. 2. partis princ. num.*
16 87. *& in 1. memb. 5. partis eod. num.* † Extende, quia hoc priuilegium hypothecæ nedum competit mulieri, sed etiam eius hæredibus.
* Bart. cum quo * omnes transeunt *in l. 1. circa princ. ff. sol. matr.* tex. *in*
17 *l. dotale in verb. hæred. ff. de fundo dotali.* quia est priuilegium actionis, non personæ, vt ibi Neguſ. *de pign. 5. parte in 2. membro, n. 30. & seq.*
18 vbi *n. 36.* quod est ius in re, seu reale. † Extende; quia nedum procedit contra maritum, sed etiam contra fideiussorem pro dote datum. Neguſ. *de pign. par. 2. in 4. memb. n. 57. ver. vera est ergo*, & contra quem extenditur actio de dote, extenditur etiam tacita hypothe-
19 ca. Neguſ. vbi supra *nu. 62.* † Extende; quia sicuti bona mariti recipientis dotem sunt tacite hypothecata; ita bona societatis sunt hypothecata, quando socii recipiunt dotem, *l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxo. actio.* & Florentiæ extat statutum *rubr. 61. de dot. restit.*
20 *ver. & ad restitutionem.* † Extende; quia hæc tacita hypotheca nedũ cõpetit pro dote, sed etiam pro donatione propter nuptias. Bald.
21 *in l. vbi adhuc, col. fi. ver. item quæro, C. de iure dot.* † Extende, quia competit etiam pro bonis paraphernalibus vxoris. Aret. & Ias. *in §. fue-*
22 *rat, Instit. de actio.* Neguſ. *de pignor. in 2. parte in 4. memb.* † Declara; quia pro bonis paraphernalibus bona mariti sunt obligata, sicut pro dote, etiam si ex instrumento non constat, quod peruenerint ad manus mariti; quia eo ipso, quod sunt in domo mariti, tenetur maritus, *l. fi. §. penult. C. de pact. conuent.* Ias. *in l. maritus, ad fi. C. de procur.* Dec. *cons. 521. Consultus ab Illustri, nu. 6.* quod est intelligendum quando fuerunt commissa custodiæ mariti, vt est tex. *in l. si ego. §. fi.* vbi Bald. declarat. *ff. de iure dot.* † Restringe; quia hypotheca com- 21
petit pro fructibus dotis mulieri; non tamen pro alimentis mulieri debitis soluto matrimonio; quia non reperitur iure cautum, nisi quando hæredes mariti possiderent fundum dotalem inæstimatum, ita Abb. *cons. 43. Ex omnibus. in fi. ver. ad vltimum, lib. 2.* licet alleget etiam contra, sed hæc vera. † Amplia, vt procedat, etiam si 22
stipulatio non interuenerit, sed nuda capitula dotis; quia fingitur stipulatio, & tacita hypotheca habet locum. Gramm. *decis. 103.*
in princip. † Extende; quia stipulatio, quæ inest doti à lege, inest 23
etiam donationi propter nuptias factæ à marito; quia augmentum dotis est. Alex. *cons. 31. Viso them. n. 15. ver. & quod quæsita fuerit, lib. 6.* † Extende, etiam si sola probatio dotis fiat per testes; quia ta- 24
lis probatio habet tacitam hypothecam, quę resultat ex dote. Fulgos. *cons. 132. per tot.* maxime *in fin.* † Extende; quia tacita hypo- 25
theca, quæ resultat ex dote, si prior est, præfertur expressæ posteriori. Fulgos. *cons. 132. in princ.* Bald. *cons. 268. circa med. ver. & posito, quod non præsumeretur, lib. 5.* Vide, *Hypothecarius creditor prior præfertur posteriori, & quando secus. Concluſ. 129.* † Amplia; qui priuilegium hy- 26
pothecæ, & prælationis dotis incipit à die promissionis. Socin. *cons. 269. lib. 2.* Neguſ. *de pign. in 5. parte in 1. membro, nu. 12. & seq.* Vide plenius, *Dotis confessio facta præcedente promissione præiudicat creditoribus. Conc. 760.* † Amplia; quia hæc tacita hypotheca non cessat, 27
quantumcunque fuerit mulieri prouisum de expressa, & speciali. Bald. Nouel. *de dote in 6. parte in 5. qu. n. 82.* & infra. *nu. 34.* Vide. *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, & quando secus. Concluſ. 951.*
† Amplia etiam in minore recipiente dotem; quia eius bona sunt 28
tacite hypothecata secundum communem, * de qua Ias. *l. si con-* *
stante. nu. 210. ff. solut. matr. Gramm. *decis. 103. nu. 16.* & plene Curt. Iun. *cons. 168. nu. 20.* † Amplia; quia nedum sunt obligata tacite 29
omnia bona mariti ex promissione dotis sequuto matrimonio, sed etiã sunt obligata melioramenta à viro facta, *l. si fundus, §. 2. ff. de pignor.* Ias. *in l. creditor, nu. 6. ff. si cert. pet.* & ideo mulieri competit hypothecaria, vt sibi satisfiat defuncto viro, antequam restituat, *l.*
distractis. l. pignoris, C. de pignor. l. pignoris. ff. eod. † Amplia; quia ta- 30
cita hypotheca, quæ oritur à lege ex promissione dotis sequuto matrimonio, præfertur alteri tacitæ hypothecæ etiam anteriori, non dotali, & posteriori expressæ, non dotali, vt communiter * *
Doct. *in l. assiduis. C. qui potior. in pignor. hab.* vbi plene Salycet. † Ex- 31
tende; quia tacita hypotheca dotis anterior præfertur expressæ hypothecæ, posteriori etiam dotali. Castr. *cons. 394. col. 3. in antiq.* & est tex. de duabus dotibus, vt prior præferatur *in l. fi. §. exceptis, C.*
qui potio. in pignor. † Et procedit extensio, etiam si constet solum de 32
confessione dotis facta per maritum; quia si est ante expressam hypothecam alterius creditoris, mulier præfertur, *l. assiduis*, vbi Bart. & alii, *C. qui potio. in pignor.* etiam contra tertium tit. posteriori possidentem; quia res transit cum illa obligatione ad quemcunque, *l. si prædium, cum l. seq. C. de euict.* late Alex. *cons. 4. Videtur, nu. 20. cum seq. lib. 2.* † Contrarium, quando prima dos, quæ habet 33
solam confessionem dotis, & sic tacitam hypothecam, esset ex apocha priuata quantumcunque authentica, vel recognita, & secunda constaret ex instrumento; quia nõ præfertur eo casu. Doct. *in l. vnica, §. sed vt plenius, C. de rei vxor. actio.* Soci. *cons. 269. col. 2. lib. 2.* Corne. *cons. 21. Videtur in hac, n. 13. ver. non obstat. d. l. assiduis, lib. 4.* nisi constaret de vera, & actuali solutione dotis; quia tunc cessat difficultas, *l. assiduis, C. qui potio. in pign.* per glo. ibi *in ver. data.* Bald. *cons. 456. Sciendum. lib. 2. & cons. 189. D. Lanfranchus, col. 1. ad fi. lib.* 3. Ang. *cons. 180. Præmitto, ad fi.* Roma. *cons. 445. ad fi.* Corn. *cons. 183.*
col. fi. lib. 3. quod scilicet priuilegium prælationis datur contra tertium possessorem, quando constat de vera numeratione dotis.
† Extende; quia ipsa tacita à lege, quæ oritur ex promissione do- 34
tis, non cessat, licet maritus postea confitendo dotem inducat hypothecam expressam; quia promissio hominis de expressa hypotheca fortiori non facit cessare prouisionem legis, quia cessaret anterioritas, & sic prouisio non esset per omnia pinguior, glo. *in l. fi. C. de pact. conuent.* Salycet. *d. l. assiduis in 7. qu. C. qui potio. in pign.* vide
supra *num. 27.* † An priuilegium dotis possit cedi, ita vt transeat in 35
extraneum, magna est controuersia, & late Neguſ. *de pignor. parte 2. memb. 4. num. 107. quæst. 11.* recitat plures opiniones, quas vide, & dicit non posse discerni quæsit communis opinio. † Amplia; 36
quia tacita hypotheca legalis comprehendit omnia bona mariti tam præsentia tempore promissionis vel confessionis dotis, quam futura. Roma. *Singul. 149. Fui hodie interrogatus.* ad quod facit; quia lex semper loquitur, *l. Ariani, C. de hæret. l. hac edictali, §. omnibus. C. de secund. nupt.* late Bald. Nouell. *de dote parte 6. priuil. 7.* & ideo in eis potest fieri tenuta, vt retineantur loco pignoris, & hypothecæ, donec plene fuerit satisfactum secundum Bart. *in l. rem alienam.*

ff. de

37 *ff. de pignor. actio.* † Et idem est in hypotheca expressa; quia nihil sit dictum de bonis futuris, tamen veniunt in obligatione *l. fi. C. quæ*
38 *res pignor. oblig. poss.* † Et ideo si maritus & vxor vendunt bona dotalia, & pretium succedat loco dotis, hypotheca in pretio non est à tempore venditionis, sed à tempore dotis constitutæ. Bart. *cons.* 124. *Punctus quæst. in fi. lib.* 1. † Et competit actio de dote, & hypo-
39 thecaria nedum vxori, dum viuit, sed etiam ea defuncta hæreditaria. Doct. *in l. si constante, §. exhæredata, ff. solut. matr. l. in rebus, §. omnis, C. de iure dot. iuncta l.* 1. *C. si cert. pet. & l.* 2. *C. de hæredit. actio.*
40 † Declara; quia intelligitur de bonis futuris, quæ alio priori onere non sint affecta vigore præambuli contractus; quia non præiudicatur iuri antiquiori, *l. assiduis, C. qui potio. in pigno. hab.* quia finito iure viri ex præambulo contractu, vel onere finitur ius hypothecæ *l. verum*, vbi Bart. *ff. quibus modis pignus vel hypoth. sol. l. lex. vectigal. ff.*
41 *eod. tit.* † Et pro declaratione facit; quia si pater recipiens dotem vxoris primi filij se obliget, posteaquam moriatur, deinde facta diuisione inter filios secundus filius accipit vxorem, & obligat bona sua, & moritur, vxor secundi filij fuit satisfacta, postea moritur primus filius, eius vxor non habet integram satisfactionem, poterit ire contra cognatam; quia licet primo fuerit satisfacta; tamen quia bona obuenerunt viro suo obligata per patrem vxori primi filij, præferri debet, vt de duabus dotibus est casus *in l. fi. §. exceptis, C.*
42 *qui potio. in pigno.* & ita fuit iudicatum; quia bona transuenerunt in posteriorem vxorem affecta primæ vxori, *l. si vsucapio, l. si dominium, & l. distractis. C. de pignor.* † Nec obstat statutum inducens annalem præscriptionem in fauorem accipientium bona in solutum; quia non præiudicat non valenti agere intra annum, *l.* 1. *C. de annali except.* & tale statutum expresse reseruat ius mulieribus durante matrimonio.
43 † Restringe; quia non comprehendit bona prohibita alienari sub pœna. Negus. *de pignor. parte* 2. *in* 3. *memb. ver. postremo pro complemento.* glo. *in auth. de restit. & ea quæ parit. in princ.* vbi, quod non ve-
44 niunt supposita restitutioni in cõditionis euentũ. † Amplia in dote spirituali; puta si quis ædificat Ecclesiam, quã tenetur dotare; quia talis dos Ecclesiæ habet tacitam hypothecam, prout dos temporalis, vel matrimonii. Io. de Imol. *cons.* 50. *In casu præmisso, per tot.* Cast. *cons.* 295. *In causis. num.* 3. *ver. aliud est instrumentum. lib.* 1. vbi videtur moueri, quod habeat hypothecam ex legato dotis facto capellæ, & quod præferatur tacita hypotheca ex sola constructione, sicuti præfertur filia in bonis patris. Abb. *cons.* 89. *Ex themate, num.* 2. *ver. moueor. lib.* 2. Vide, *Dos ita debetur pro matrimonio spirituali, sicut pro carnali. Concl.* 730. † Declara; quia licet tanquam debita
45 debeatur dos; tamen intelligitur sine præiudicio æris alieni an-
46 terioris. Io. de Im. *d. cons.* 50. *in fi.* † Amplia; quia tacita hypotheca comprehendit iura, & actiones, ac nomina debitorum mariti. *l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poss. l. grege. §. cum pignori.* & ibi Bart. *ff. de pignor.* & quod includantur in generali obligatione bonorum,
* tradunt * omnes *in l.* 3. *C. de hæred. actio.* Vide, *Nomina debitorum qualiter veniant in obligatione, & exigantur. Concl.* 63. † Qualiter autem
47 conueniantur pro exequutione ista nomina debitorum, Vide, *De-*
48 *bitor debitoris qualiter exigi possit. Conclus.* 45. † Amplia; quia mulier habens siue tacitam, siue expressam hypothecam præfertur etiam in rebus emptis per maritum, licet non soluerit pretium venditori, quando fuit habita fides de pretio; quia cum transiuerit dominium in maritum, præfertur vxor in eo, non venditor per iura
49 infrascripta. † Extende idem in mercibus venditis marito, quia licet extent, & non sit solutum pretium, præfertur vxor habens anteriorem hypothecam. Bar. *in l. quod quis. ff. de priuil. credit.* Alex. *in l. si cum dotem. §. mulier. ff. solut. matr.* Ias. *in l. creditorem. n.* 5. *ff. si cer.*
50 *pet.* Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratrib. in* 8. *parte. q.* 48. † Amplia; quia quod dicitur bona mariti esse tacite obligata pro dote vxoris, idem est in bonis cuiuscunque tertii, ad cuius manus dos mulieris peruenit; quia sunt pariter tacite obligata. *l. cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matr.* Spec. *tit. de donatio. inter vir. & vxor. §. formatis. versic. quid si filius.* allegat text. *in l. vnica. §. & vt plenius.*
51 *C. de rei vxor. actio.* Bald. Nouell. *de dote in* 6. *parte. priuil.* 20. † Amplia; quia hæc tacita hypotheca bonorum mariti anteriorem competit etiam contra tertios bonorum possessores. *l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. l. assiduis. C. qui potio. in pign. hab. cum ibi not. &*
52 *in l.* 1. *ff. solut. matr. §. fuer at. Instit. de actio.* † Etiam si bona possideantur à tertio quocunq; tit. posteriori Bald. Nouell. *de dote in* 8. *part. in* 2. *priuil. ver. sexto limitatur.* Soci. Iun. *consil.* 119. *col.* 4. *ver. & hoc maxime*
53 *procedere debet. lib.* 2. † Restringe, quia si tertius possessor offert dotem consistentem in quantitate, & mulier recusat recipere, si deponat dotem in contumaciam mulieris, liberatur, quia mulier
54 solum potest agere contra depositarium. *l. obsignatione. C. de solut. l. acceptam. C. de vsur.* declara, vt in *ver. Depositum contentiosum vt reluet,*

quæ requirantur. Concl. 203. † Declara, quia si mulier agat contra tertios bonorum mariti possessores, ne in præiudicium tertij habeat bona pro modico pretio, debet fieri illorum æstimatio per peritos. *l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. in scriptura. §.* 1. *ff. de distract. pigno. l. iure naturæ. ff. de reg. iur.* † Amplia, quia hæc tacita hypotheca non tollitur per statutum prohibens posse obligari bona stabilia ad fauo-
55 rem forensis (prout Mutinæ) quia cum sit odiosum, non extenditur ad tacitam hypothecam legalẽ, & prouisio hominis circa obligationem expressam non tollit prouisionem legis circa tacitam. Ant. de Butr. *cons.* 35. *n.* 3. *ver. item statutum.* † Amplia, quia priuile-
56 gium tacitæ hypothecæ transit ad quemcunq; hæredem etiam extraneum, ad quem transit actio dotis, communem * dicit Negus. * *de pign.* 2. *par. in* 4. *memb. n.* 111. vbi allegat tenentes contrarium, & vide Iasin *l.* 1. *ff. sol. matr.* vbi *n.* 16. *& seq.* dicit priuilegium tacitæ hypothecæ, & in personali non transit, secus in priuilegio dato dot. Bald. plenissi. *in l. vnica. C. de iur. dot. nu.* 6. vbi facit plures casus, & distinguit. † Limita, quia ista hypotheca oritur propter actionem ex
57 stipulatu; fingitur, ideo competit soli mulieri, non tamen competit extraneo hæredi, vel extraneo, qui dedit dotem, neque filijs, si non sunt hæredes, neque aliis singularibus successoribus. Fulgo. *cons.* 59. *D. Beata. num.* 2. *& per tot.* † Declara, quia priuilegium dotis,
58 quod tacita hypotheca præferatur alteri tacitæ anteriori, competit soli mulieri, & eius filiis hæredibus natis ex illo matrimonio, pro quo dos est constituta, secus si ex alio matrimonio. Alex. *consil.* 58. *in causa mota. n.* 4. *vers. quia ad hæc respondeo. lib* 7. vbi apostill. in *ver. filios*, declarat, quod hypotheca transit ad omnes etiam extraneos, sed priuilegium, quod præferatur tacitæ anterioti, restringitur ad mulierem, & filios ex eodem matrimonio, & hæredes. † Limita,
59 quia non habet mulier hypothecata bona mariti pro alimentis, quia non reperitur cautum. Rom. *cons.* 454. *In repræsenti, in fi. ver. quoad vltimum*, vbi attestatur * communem, & ibi apost. fi. dat concor. *
† Limita, quia mulier, cuius dos fuit promissa marito certo termi-
60 no exigenda, potest agere contra bona mariti, si maritus fuit negligens in exigendo, nec habet hypothecata bona mariti alienata antè commissam negligentiam. Bal. Nouel. *de dote in* 8. *parte. n.* 24. vbi, quod non poterit agere contra tales tertios possessores. † Extẽ-
61 de, quia si maritus post dotem receptam emat prædium à Titio nõ soluto pretio, si venditor sibi reseruauit dominium bonorum vẽditorum, donec pretium soluatur, & maritus dicta bona alienauit tertio pro maiori pretio, quam ipse emerit, & tertius emens soluit primo venditori pretium sibi debitum per maritum venditorem, residuum soluit marito, erit emptor tutus ab hypotheca vxoris mariti vendentis, quia nunquam fuerunt bona in dominio mariti, igitur non fuerunt sub hypotheca. *l. si res aliena ff. de pigno. actio. l. aliena res. ff. eod.* imo si fingeretur quæritum dominium marito in ipso
62 actu solutionis pretij facta à secundo emptore statim, & sine momento de marito in secundum emptorem transit, & non datur medium, arg. *l. fin. in fin. C. de bon. quæ liber.* † Limita, quia si maritus, antequam accipiat vxorem, vendidit bona, & se obligauit inuestire pretium, postea accepta vxore, & dote, si aliud non reperiatur liberum, tenetur mulier seruare conditiones promissas emptori, *
vt per Bart. in *l. verum. ff. quibus mod. pigno. vel hypoth. sol.* Bec. *cons.* 87. *n.*
17. *lib.* 1. † Limita, quia tacita hypotheca dotis non præfertur ex-
63 pressæ anteriori secundum * communem, de qua Gozad. *consil.* 28. * *n.* 30. *& seq.* & hanc magis communem * dicit Ægid. Bellam. *consil.* * 31. *in princip.* licet contrariam dicat veriorem, & hanc * communem * Castr. *cons.* 383. *lib.* 2. *in princ.* † Contrarium, quod imo tacita hypo-
64 theca inducta à lege fauore dotis præferatur, nedum alteri tacitæ, sed etiam expressæ hypothecæ, tenent multi, & hanc veriorem dicit Aeg. Bellam. *cons.* 31. *nu.* 2. *& seq.* licet dicat contrariam * com- *
muniorem. † Declara, quia procedit priuilegium respectu bono-
65 rum acquisitorum post tacitam hypothecam, quæ præfertur expressæ posteriori, & anteriori in bonis postea quæsitis, non autem in rebus ante quæsitis. Aegid. *d. consil.* 31. *nu.* 5. *ver. caue tamen*, & idem Aegid. *consil.* 33. *nu.* 3. *prope fin. ver facit. quod not. Iacob.* † Intellige de-
66 clarationem, vt procedat, quando habens expressam anteriorem in bonis post dotem quæsitis non esset etiam priuilegiatus in personali. † Extende limitationem, vt procedat, etiam si in instrumẽto mulieris sit iuramentum appositum, quia nihil operatur in præ-
67 iudicium iuris iam quæsiti alteri habenti expressam hypothecam. Alex. *d. cons.* 58. *n.* 9. *ver. nec est curandum. lib.* 7. † Et hanc tenet Alex.
68 *cons.* 184. *In causa & lite, in fi. lib.* 6. Alex. *cons.* 58. *In causa mota. n.* 8. *ver. sed ita est. lib.* 7. vbi dicit magis * communem. † Extẽde, quia imo pro- *
69 cedit, etiam si quis vigore statuti haberet hanc expressam hypothecam, prout si diceret statutum, quod mercatores pro partitis librorum suorum habeant eandem hypothecam, quam habent habentes instrumenta publica, quia de expressa intelligitur. Alex.

70 *d.cons.58.n.5.ver.praterea.lib.6.* † Limita, quia tacita hypotheca dotis, vel aliorum creditorum non præfertur expensæ funeris. Bart.
71 in *l.1.in 4.oppo.ff.solut.matr.* Areti *Insit.ad l.Falcid.§.fin.in 2. not.* † Secus, quando dos, vel etiam alij creditores haberent expressam anteriorem; quia ipsi præferri debent expensæ funeris. *l.at si quis.§.1.ff.*
72 *de relig.& sumpt fun.* Bald.Nouel. *de dote in 10.parte in 9.limit.* † Limita, quia dos data, vel promissa per sponsam marito per verba de futuro, licet habeat priuilegium in personali, non tamen habet tacitam hypothecam. Negus. *de pign.in 4.memb.2.partis.nu.71.* vbi *num.*
67. *& seq.* ponit quatuor casus, in quibus dos non habet tacitam hypothecam, videlicet quando extraneus, qui dotauit, repetit dotem, secundo in vxore hæretica, tertio in pœna adiecta promissio-
73 ni dotis, quarto in dote sponsæ per verba de futuro. † Limita, quia vxor licet habeat tacite hypothecata omnia bona mariti; non tamen mortuo marito habet tacite hypothecata bona propria hæredis mariti. *l.Paulus, in prin.* & ibi Bar. & Bald. *in lectu. antiq. ff. de pigno.*
gl. & Doct. in *l. assiduis. C. qui potio. in pign.* Vide in *ver. Hæres adeundo ob-*
74 *ligatur, & qualiter. Concl.51.nu.23. & seq. ver. limita.* † Extende, vt procedat, etiam si maritus pro restitutione dotis per se, & hæredes, & successores suos obligasset omnia bona, quia illa verba, *per se, & hæredes*, non important obligationem bonorum hæredis; secus si dixisset, quod obligabat bona sua, & hæredum suorum. Afflict. *decis.*
75 200. *& 201.* † Extende etiam si dixisset, quod in casu restitutionis dotis dabat authoritatem vxori capiendi propria authoritate tot de bonis suis, & suorum hæredum; quia non inducitur hypothe-
76 ca. Affl. *d. decis.* vbi multa pro vtraq; parte, & ita decidit. † Extende, quia si extant bona mobilia reperta in domo mariti, & ad ea concurrant mater mariti, & vxor pro dotibus earum, præfertur vxor, licet sit posterior, quia bona præsumuntur mariti, in cuius domo sunt. *l.ob maritorū. C. ne vxor pro marito.* Ang. in *l. qui vi.us.§.1.ff. de damn. infecto.* Alex. *cons.112.col.1.in fin. lib 6.* Imol. in *cap. cum olim, de priuil.* & quia licet maritus fuerit hæres patris; tamen eius bona non sunt obligata pro debitis patris. *l.Paulus, in princ.* vbi Bart. & Bald. *ff. de pi-*
77 *gnor. cum alijs supra adductis.* † Restringe, quando clare constat, quod obligauit nedum bona sua, sed etiam expresse bona hæredis; quia
* tunc erunt obligata, quia potest obligare secundum * commu-
78 nem, licet sit controuersa. Afflict. *decis.111. ad fin.* † Limita, quia dos confessata, vel promissa restitui per maritum tacitum, vel effectum cessantem, non præiudicat creditori, qui fecit tangere, vel cessantem debitorem, etiam si habeat solam personalem, ita Deci. *consil.5.*

79 † Limita; quia tacita hypotheca dotis nō præfertur alteri tacitæ primæ dotis, sed locus est prioritati, vt quæ prima est, præferatur, tex. & ibi glos. Bart. & alij in *l. assiduis. C. qui potio. in pign.* Vide. *Creditor*
80 *primus quando, &c. Concl.1066.* † Restringe, quia tacita, vel expressa hypotheca dotis primæ præfertur secundæ, nisi prima renunciauerit dori, & reseruauerit sibi alimenta, quia tunc præfertur secunda, quia reseruatio non habet anterioritatem, sicut dos prima. Castr. *cons.374. Vxor iustus, versic. sed nunc quæritur. lib.1.* Vide, *Hypotheca*
tacita oritur, &c. Concl.118. Vide plene Soci. *reg.34. Dotis causa*, vbi limitat nouem modis, quos videas.

Dos non confiscatur ex delicto mariti. Concl.746.

1 DOs † vxoris non potest confiscari ex delicto mariti, & si fiat confiscatio, iudex facit litem suam. Bald. *consil.196. Visa senten-*
2 *tia. lib.2.* † Extende, quia imo etiam si vxor sequatur maritum rebellem; tamen debet habere suam dotem, quæ nullo modo confiscatur ex delicto mariti, sed mulieri statim marito bannito restituitur dos, & illam retinet, etiam si sequitur maritum rebellem, notandum dicit Iul. Clar. in *praxi crimin.q.78.nu.15. ver. publicatis autem.* † Amplia, quia neq; repressaliæ concessæ contra Senenses per Pisanos possunt exequi in bonis mulieris Pisanæ nuptæ Senensi; quia siue sint bona dotalia, siue paraphernalia mulieris, non potest in eis exequutio fieri pro delicto mariti. Bald. *consil.185. Puncti us,*
4 *concessæ sunt. lib.5.* † Amplia, quia neq; dos potest confiscari ex delicto mulieris etiam in crimine læsę maiestatis, quod intelligas constante matrimonio, sed eo soluto bene potest confiscari, plene Clar. in *praxi crimin. §. fin. quæst.78. num.15. versic. quæro si bona mulieris.*
Vide plenius, *Confiscatio bonorum vxoris, & dotis, quibus casibus fiat, vel non. Concluſ.723.* Vide, *Confiscatio bonorum generalis, quæ bona comprehendat, vel non. Concluſ.719. num.108.* Vide, *Maiestatis læsæ pœna, &c. Conclusio. 12. num.7.*

Dos cautelatur super fideicommisso, & fideicommissario præualet, & quando. Concl.747.

DOs † potest assecurari in bonis subiectis fideicommisso; quia 1
bona fideicommissi nedum obligantur, sed etiam distrahuntur pro soluenda dote. Oldr. *cons.107. in fin. ver. ad octauam.* Castren. *cons.15. Circa ea. lib.1.* habet enim lex fideicommissum pro non scripto in fauorem filiarum neptum, & proneptum, & pro restitutione dotis; quia imo dos deducitur in subsidium, vt æs alienū. Curt. Iun. *cons.59.nu.6.* vbi dicit * communem, & Bald. Nouel. *de dote in 7.* *
parte priuil.19.cir. fin. Paris. *consil.81.n.46. & 47. lib.2.* Ruin. *cons.137.n.*
28. *lib.2.* Ias. in *l. commodis. ff. de re iudic.* † Amplia, quia possunt alie- 2
nari bona subiecta fideicommisso pro dote descendentium mulierum, etiam si dotentur vltra legitimam. Deci. *consil.519.* Crauet. *cons.291.* † Amplia, vt idem sit in lucro dotis, vel certæ partis, quia 3
non obstante fideicommisso debetur, siue proueniat à statuto, siue proueniat à pacto, & conuentione. Cuma. *consil.56. Quidam filia, circ. med. ver. legitima autem.* Bald. *consil.73. Filia, lib.4.* † Amplia, quia 4
procedit etiam in dote filiæ spurię; quia debet dotari ex fideicommisso. Vide, *Dotare qui teneantur. Concl.780.n.136. ver. extende.* † Amplia, quia filia grauata de restituenda hæreditate patris potest se 5
dotare, etiam in omnibus bonis, bona fide, & valebit lucrum stipulatum in casu mortis, vel à statuto inductum. Bald. *d. consil.73. per*
tot. lib.4. † Restringe ampliationem, vt non procedat, quando mu- 6
lier decederet sine filijs; quia bona reuerturtur ad fideicommissarium, cui debebat fieri restitutio. Bald. *d. cons.73. circ. med. ver. alias cessante. lib.4.* † Contrarium tenet Curt. Iun. in *auth. res quæ. nu.22.* vbi, 7
quod mulier, quæ potuit se dotare, si moriatur, antequam nubat, transmittit illud ius ad hæredes suos, vt deducant dotem. † Am- 8
plia, quia procedit tam in fideicommissis vniuersalibus, quam etiam particularibus, vt per Bald. & Ias. *d. auth. res quæ. C. commu. de leg.* † Amplia, quia *auth. res quæ.* habet locum, nedum ad fauorem nu- 9
lieris, sed etiam ad fauorem hæredum. Rol. à Vall. *cons.20. nu.4. lib.*
4. etiam si hæredes sint extranei, & dicit * communem, & plenius * *cons.85.nu.33. lib.1.* † Amplia, quia licet dos debeatur in subsidium 10
ex fideicommisso; tamen si maritus tempore dotis habebat bona sufficientia libera pro dote, quæ distraxit, dos debet restitui ex fideicommisso absq; eo, quod mulier teneatur agere contra bona libera distracta, quando sine dolo sunt vendita, sed bona fide. Cast. *cons.15. Circa ea, quæ. lib.1.* † Amplia, quia si pater constituit do- 11
tem condecentem tempore mortis, sed postea creuerunt dotes, adeo, quod non sit dos condecens, debet suppleri ex fideicōmissa, si non adsunt alia bona libera. Crau. *cons.291.* Menoch. *de arbitr. casu 149* qui loquuntur de supplemento, sed debet habere locum in fideicommisso, si alia bona non adsunt. † Et quod dos debeat 12
constitui arbitrio boni viri, est tex. in *l. quæro ff. de iure dot. l. cum post. §. gener, eod. tit. l. si filia. ff. de leg 3. l. si cum ea. C. de dot. promiſ.* quod arbitriū
versatur circa vires patrimonij, circa qualitates, & conditiones cōiugalium, circa numerum filiorum, consuetudinem patriæ, & familiæ patris dotantis, & suorum maiorum. Bald. Nouel. *de dote in 6.*
par priu.17.col.2. Alex. *cons.169. in fi. lib.7.* & non debet esse in dubio minor legitima, sed ex circumstantijs potest esse maior, & minor. vide plenius per Grammat. *decis.101.n.33. & seq.* † Extende, quia bo- 13
na fideicommissi possunt etiam in totum alienari pro constituenda dote congrua. Vide supra, *Dos congrua, quando, & ex quibus ducatur. Concluſ.733.* † Amplia, vt procedat, etiam si mulier habet ido- 14
neos fideiussores de dote restituendā, quia adhuc debet fieri restitutio ex fideicommisso. Castr. *d. cons.15. nu.2. in 2. dubio. lib.1.* sequitur Curt. Iun. *auth. res quæ. nu.39. C. commun. de leg.* Rolan. à Vall. *cons.20.*
n.3. lib.4. † Extende, quia etiam fideiussor habens iura cessa à mu- 15
liere, pro dote potest agere, & conse qui satisfactionem contra fideicommissum. Castr. *d. cons.15. n.2. lib.1. vsq. in fi.* † Amplia, quia pro 16
dote, siue constituenda, siue restituenda procedit *authent. res quæ. in* descendentibus fideicommittentis, siue dos sit constituenda, vel restituenda ante fideicommissum, vel post. Rol. à Vall. *cons 20. n.5.*
& seq. ver. quo vero. lib.4. vbi citat plures pro vtraque parte, sed dicit hanc communem, & magis * communem. † Amplia, vt procedat, * 17
quod ex fideicommisso est soluenda, etiam si adsint alia bona libera à fideicommisso, sed adeo litigiosa, quod non est facilis consequutio; quia ex æquitate fideicommissum tenetur: ratio est, quia quod fideicommissum teneatur in subsidium, est quædam excussio, vt per Soci. *consil.75. Circa præsentem. col.4. ver. quantum vero ad alia*
bona. lib.1. & excussio non est necessaria, quando exactio est difficilis in bonis principalis, præsertim quando esset peregrinandū pro exigendo à principali. Bald. in *l. si. ff. si cert. pet.* plene Alex. *cons.84. In*
causa, quæ vertitur. col. fi. lib.3. † Extende, quia si bona, quæ dicuntur 18
libera,

libera, possidentur à clerico, & diuersis litigijs sunt affecta, debet confirmari tenuta super fideicommisso; quia quando bona capta pro pignore patiuntur controuersiam, potest creditor illa dimittere, & alia capere sine controuersia. *l. à duo Pio. §. sed & illud, & in §. sic*
19 *quoq; ff. de reiud.* † Amplia; quia dos nedum constituenda descendentibus fœminis, sed etiam restituenda à masculis descendentibus, debetur in subsidium ex fideicommisso ascendentiũ. Couar. *var. resolu. lib. 3. cap. 6.* vbi late examinat, & affirmat esse veriorem, & Cast. *cons. 357. Primo videndum, in fi. ver. restat. lib. 1.* Rom. *cons. 332. Quatuor sunt, in princip.* vbi dicit procedere, quando non habet propria bona, alias secus, & ibi apostil. in *ver. habuisset*, dat concord. & dicit
* * communem. † Extende, vt procedat etiam quoad expensas, &
20 alimenta debita filiabus, & dotatæ mulieri, quando sumus in descendentibus fideicommittentis. Bart. in *d. auth. res quæ. C. commun. de leg.* vbi Ias. *n. 31.* Bal. *cons. 50. Viso testam. col. fi. lib. 5.* Ruin. *cons. 199. col. 2.*
21 *lib. 2.* Rom. *cons. 267. Circa id.* † Declara, quia debet haberi ratio sexus, ętatis, temporum; & operarum ipsarum puellarum, & modus in præstatione alimentorum adhiberi debet. *l. officio, & l. ius alimentorum, ff. vbi pupil. educ. deb. l. cum alimenta ff. de alimen. & cibar. legat.* & si præstitissent operas, alimenta cum operis compensari debẽt, quatenus sint æquiualentes. Aret. *cons. 48. Reuocatur.* Cuma. *cons. 87. Ca-*
22 *sus talis est. col. fin.* Ruin. *cons. 94. in 3. duo. lib. 5.* † Amplia 17. modis, de
23 quibus Ias. in *d. auth. res quæ. C. comm. de leg. n. 32.* † Amplia, quia fideicommissum nedum obligatur pro dote cõstituenda in subsidium descendentibus testatoris, sed etiam pro alimentis, donec nubat. Capic. *cons. 72. col. 2.* Soc. *reg. 12. ver. sexto limita.* Alex. in *l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* & taxari debet, & regulari à quantitate dotis. *l. cum vnus. §. fi. ff. de alim. leg.* Bald. *cons. 57. in 4. dubio. lib. 2.* Ang. *cons.*
357. Crauet. *cons. 189. nu. 9.* & modus remittitur arbitrio iudicis. *l. 2.*
24 *ff. vbi pupill. educ. deb.* † Amplia, quia bona fideicommissi sunt tacite obligata pro dote danda, vel restituenda. Castr. *cons. 13. Quia per supradicta, & cons. seq. Visis, & consideratis. lib. 2.* sequitur Soci *cons. 78. col.*
25 *pen. lib. 1.* Goza. *cons. 79.* † Contrarium Negus. *de pign. in 2. par. 4. mẽb.*
26 *n. 36.* † Amplia, quia dos in subsidium debet constitui super fideicommisso ascendentium, & tam pro constitutione dotis descendentium, quam pro restitutione possunt alienari bona suppositа fideicommisso. *auth. res quæ. C. comm. de leg.* vbi Bart. ait, quod procedit non obstante quacunq; prohibitione, & etiam ad fauorem filiarum neptum, & proneptum, & descendentium, quia lex habet fideicommissum pro non scripto ad fauorem earum, quando non habent, vnde dotentur. Rip. in *l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 37. ver. tertiam rationem assignat. ff. ad Treb.* & idem dicit Bar. in *l. à filia. n. 3. eod.* Io. de An. *cons. 61. ver. circa tertium.* Soc. *cons. 23. lib. 3.* Cor. *cons. 256. ver. facit pro hac parte. lib. 1.* Dec. *cons. 519.* Roma. *cons. 252.* Areti. *cons. 37. col. 2.* Rol. à Vall. *cons. 20. lib. 4. in prin.* plenissime ad omnia ista Rol. à Vall. *cõs.*
85. *lib. 1.* Rom. *cons. 457. Circa propositi. 2, circa fi. n. 3. ver. secundo quia*, vbi
27 apost. in *ver. alienari.* † Extende, etiam si fideicommissum aliquis dẽtis expresse prohibeat posse alienari, quia non comprehendit cau-
* sam dotis, vt est magis * communis opinio in *d. auth. res quæ. C. comm.*
28 *de leg.* † Extende, vt procedat, tam in dote constituenda, & restituenda pro descendentibus fideicommittentis, qui nati erant tẽpore mortis fideicommittentis, vel concepti, quam non nati, neq; concepti, vt tenuit Collegium Florẽtiæ de an. 1537. & facta fuit relatio DD. Officialibus rebellium, & ita fuit obseruatum, & practicatum. Rui. *cons. 89. Casus iste. lib. 2.* Couar. *var. resol. lib. 3. c. 6. n. 10.* vbi
29 dicit veriorem, & canonizatam Florẽtiæ. † Extende, etiam si causa fideicommissi præcedit dotem. Soc. *cons. 23. n. 4. lib. 3.* vbi dicit hãc conclusionem carere probabili dubitatione, & ita per genitorem suum sæpius cõsultum fuisse, ac pariter per omnes aduocatos Florentinos contra Ang. contrarium tenentem, & hanc communem
* * dicit Dec. *cons. 37. col. 2. & cons. 519.* post Cast. *cons. 15. & cons. 219. in fi. lib. 1.* vbi procedit, siue matrimonium contrahatur, siue dos cõsti-
30 tuatur post fideicom. † Restringe, quando adessent alia bona debitoris, quia fideicommissum solum tenetur in subsidium. Castr. *cons. 387. Pro declaratione. lib. 1.* Ro. *cons. 232.* Soc. *cons. 75. lib. 1.* Deci. *cons.*
519. *in fi.* Io. de An. *cons. 61.* Aret. *cons. 37.* Alex. *cons. 64. lib. 4.* Soci. *cons.*
23. *lib. 3.* Deci. *cons. 376.* Cast. *cons. 13. & 14. lib. 1. & cons. 357. Primo vide-*
31 *dum, in fi. lib. 1.* vbi apost. dat concor. † Et an si obligatum semel est fideicommissum, si fideicõmissarius acquirat alia bona, an extinguatur actio super fideicommisso sunt opiniones. sed Cast. illis recitatis tenet, quod non extinguitur, in *cons. 357. in fin. ver. restat nunc. lib. 1.* sed tamen dicit, quod quicquid sit de dictis opinionibus, licet bona fideicommissi sint obligata, necesse est agere primo contra hæredem fideicommissarij, & discutere eius bona, quod si est verum, nihil releuaret; quia semper fideicommissum obligatur in
32 subsidium. † Amplia, quia pro regula ponit hanc concl. Soci. *reg.*
46. *Prohibita alienari*, vbi limitat 4. modis, quando prohibitio est expressa etiam ex causa dotis, item si bona sunt de sui natura prohibita, prout feudum: tertio inter viuos: quarto, quando pro grauato se excarcerando, vel redimendo à captiuitate. † Limita, quia si 33
extant alia bona libera, nedum non potest capere in solutum bona subiecta fideicommisso, sed neq; potest mulier illa retinere loco pignoris, & hypothecæ. Salyc. in *l. voluntas. C. de fideicom.* Soc. *cons.*
75. *col. 1. & 2. lib. 1.* Rui. *cons. 123. col. 3. lib. 2.* † Limita, quia fideicõmis- 34
sum solum tenetur in subsidium, quãdo non adsunt alia bona pro constitutione, vel restitutione dotis debitæ à descendentib. testatoris. *l. pater filium. §. 1. ff. de leg. 3. auth. res quæ. C. comm. de leg.* & ratio est, quia priuilegiũ concessum doti, ne obstet fideicommisso, est subsidiaria, quando aliter indemnitati mulieris consuli non potest. ne dotibus fraudentur ignaræ. *auth. de restit. & ea, quæ parit.* Cast. *cons. 15. Circa ea quæ. n. 2. ver. primo quia. lib. 1.* Deci. *cons. 376. col. 1. ver. & hoc idem.* Paris. *cons. 119. nu. 5. lib. 1.* Rol. à Vall. *cons. 20. in princ. lib. 4.* Rom. *consil.*
232. *in princ.* vbi apost. in *ver. habuisse*, dicit * communem. † Extende, * 35
quia nõ tenetur fideicommissum dotare, si extat mater vidua, quæ sit diues; quia debet ipsa dotare filias, & licet possit transire ad secundas nuptias, tamen dos sua debet esse cũ isto onere, ita Hier. Hereul. *in motiu. 5. Nouemb.* 1575. & idem tenuit Rota Florentiæ in *motiu.* 24. *Maij* 1563. vbi dixerunt matrem & auiam diuites teneri cauere cum fideiussoribus, quod non dilapidabunt dotes, vt filia possit dotari ab eis, non autem super fideicommisso in subsidium, quia cauendum est regulariter à suspecto. *l. in omnibus. ff. de iud.* Affl. *decis.* 108. Dederunt tamen optionem matri, vt possit inuestire super monte, vel in stabilibus cum præambula hypotheca, cum non sit facile inuenire fideiussorem. *l. 2. C. de Epis. & Cler.* † Contrariũ est 36
verius; quia bona ascendentis patris, vel auiæ sunt primo obligata; quia officium paternum est dotare. *l. si. C. de dot. promis.* quę procedit in auo, & proauo paterno, quia si viuerent, deberent de suo dotare, non mater, quæ non tenetur, nisi in subsidium, quando non extant bona paterna, igitur si extant paterna, vel auita, mater dicitur liberata. Crau. *cons. 77.* & licet teneatur fideicommissum in subsidium, & mater in subsidium, tamen primum subsidium est patris, & aui, secundum est matris, & ita iudicarunt Clariss. Consiliarij Florentiæ in causa filiarum Pigelli Pandulphini de mense Ianuarij 1590. dũ essem in d. Consilio Auditor Sereniss. Magni Ducis Ferdinandi Principis iustissimi, & benignissimi, & alijs pro hac parte idem sentientibus, licet Magnif. D. Paulus Vinta Fiscalis generalis contradiceret, & esset pro parte contraria, & tandem venit in hanc sententiam, quæ verissima est. Vide plenius, *Dotare qui teneantur. Cõclus. 780. n. 81. & seq.* vbi declaratur. † Extẽde, quia non potest pro- 37
cedi ex abrupto ad venditionem bonorum subiectorũ fideicommisso. Rol. à Vall. *cons. 85. n. 29. lib. 1. & cons. 19. nu. 6. & consil. 20. lib. 4.* † Extende, quia si hæres grauatus fideicommisso habuit tot fru- 38
ctus, qui constituant Trebelliani causam non potest dotẽ ex fideicommisso consequi. Rom. *d. cons. 232. in fi.* & dicit de hoc esse tex. in *l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* † Extende, quia is, qui agit 39
ad bona subiecta fideicommisso, debet probare nõ extare alia bona, ad hoc, vt in subsidiũ obtineat bona suppositа fideicommisso vendi, vt per Corn. *cons. 3. n. 3. lib. 3.* & Paris. *cons. 219. n. 5. lib. 1.* Beltran. *cons. 161. n. 26. lib. 3.* Crau. *cons. 77. n. 4.* Bello. *cons. 83. nu. 7.* † Contra- 40
rium, quod imo is, qui dicit extare alia bona, & sic fideicommissarius debeat probare, tenent Rol. à Vall. *cons. 19. n. 9. lib. 4.* Curt. in *repet. d. auth. res quæ. C. comm. de leg. n. 46.* Soci. *cons. 104. in fi. lib. 3* Dec. *cons.*
519. *in fi.* & communem * dicit Curt. Sen. *d. cons. 27. n. 17.* & hanc te- *
net etiam Curt. Iun *cons. 150. n. 10.* Cast. *cons. 287. Pro declarat. lib. 1.* Alex. *cons. 55. Consideratis. n. 6. lib. 1.* † Si tamen obtinuit sententiam, & 41
facta est venditio, quam fideicommissarius vult impugnare, ipse tunc debet probare ad fuisse alia bona, non autem is, qui obtinuit. quia licet excipiens non extare bona teneatur probare, etiã quod sit reus, vt per Cast. in *l. 2. C. de ordi. cognit.* Ias. in *l. non solum. §. sciendum. ff. de non. oper. nunciat.* Aret. in *rubr. Instit. de except.* Affl. *decis.* 268. tamen secus est, quando reus habet intentionem fundatam in decretis, & rebus iudicatis, pro quib. stat præsumptio; ideo actor, qui agit contra res iudicatas, debet probare, vt in terminis tradunt Soci. *consil.*
27. *n. 17. lib. 1.* Curt. Iun. qui alios citat *cons. 150. n. 10.* Deci. *consil. 519.* Crau. *cons. 19.* Cast. *cons. 387. lib. 1.* Alex *cons. 55. Consideratis. nu. 6. lib. 1.* Cagnol. in *l. fi. n. 273. C. de pact.* † Limita, quia *auth. res quæ.* non habet 42
locum in dote confessata; ideo pro tali dote non rumpitur fideicommissum, nisi vera numeratio interuenerit, gl. in *auth. de restit. & ea, quæ parit. §. quamobrem, in ver. non sufficeret*, quam ibi ponderat Ang. ad hoc, & sequi videtur Ias. *ad fi. in 9. limit.* Paris. *consil. 52. col. fin. lib. 2.* Rol. à Val. *consil. 85. n. 26. lib. 1.* Soci. in *l. 1. nu. 89. ver. vnde dixit singulariter. ff. sol. mat.* Ruin. *consil. 132. Visa confessione, in fin. lib. 4.* Palat. Rub. in *repetit. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 15.* Bald. Nouell. *de dote part. 6. priuil. 13. in fin.* infinitos citat pro hac parte Roland. à Val.

43 *cons.20.num.7.& seq.ver.venio ad secundum.* † Contrarium, quod imo etiam pro dote cõfessata vxor possit retinere pro restitutione dotis bona mariti, & etiam subiecta fideicommisso. Vide supra, *Dotis fuore mulier potest retinere bona mariti. Concl.744.nu.21.vers. Amplia.* & ista est verior opinio. Ant. de Butr. *cons.77.n.2.ver. quarto extenuatur.* Vide plenius in *Concluſ. prox. seq.* maxime *num.53.* & iterum *num.155.*

44 *& multis seq.* † Declara, vt pleniſſ. per Rol. à Val. *cons.20.lib.4.nu.13. & seq. per tot. ver. sed præmissis*, quod si lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, habet locum *auth. res quæ.a-*

45 lias secus. † Limita, vt non procedat in donatione facta à marito supra dotem, veluti si maritus viuens dediſſet in ſolutum bona ſua maioris valoris vxori pro dote, & si plus valerent bona, renunciauit *l.2.C. de reſcind. vendit.* quia licet mortuo marito vxor habeat illud plus ex donatione confirmata morte in præiudicium hæredum mariti; non tamen in præiudicium fideicommiſſi iniũcti marito, neq; in præiudicium creditorum. Bald. *conſil.243. Viſis dicto punc̃to, in princip. lib.2.* Vide, *Dos quando non habet priuilegia aliqua. Concluſ.*

46 753. † Extende, quia vbicunq; adhibetur fraus, vel læsio fideicõmiſſi fit reuocatio, ideo si filius grauatus reſtituat dotem matri, licet poſſit, si dat meliora bona, si viliori pretio, si non vocato fideicõmiſſario mortuo filio; tamen poteſt fideicommiſſarius reuocare ea, quæ facta in ſuam, & fideicommiſſi læsionem fuerunt, plene

47 Ceph. *conſ.344.nu.20.& seq.* & plenius *conſ.676. per tot.* † Limita, vt non procedat, quando mulier, quæ dat in dotem bona ſubiecta fideicommiſſo, habet alia bona libera, quia poteſt fideicommiſſarius euincere bona à marito prætendente lucrum dotis in totum, & maritus paſſus euictionem ager contra reliqua bona libera. Bal. *conſ.468. Quidam habens. lib.4.* Caſtr. *conſil.43. col. fin. in princip. verſic. nec*

48 *maritus. lib.2.* † Extende, quia si mulier habet, vnde poſſit dotari, non præiudicatur fideicommiſſo. Caſtr. Alex. & Iaſ. in *l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg.1.* idem Alexan. *conſ.56. lib.1.* cum alijs allegatis per Pariſ. *conſ.63. col. ſi. lib.2.* vbi declarat, qualiter tali caſu debeat con-

49 ſiderari dos congrua. † Limita, quia non habet locum, quando teſtator expreſſe prohibuit bona poſſe alienari etiam pro dote, quia tunc non poterunt bona alienari pro dote. Alex. *conſ.56. Conſideratis verbis n.3. ver. quo ad ſecundum. lib.1.* ſequitur Cur. Iun. *d. auth. res quæ. C. commu. de leg. n.35. in fi. ver. ſecunda datur limitatio, & nu.36.* vbi adducit rationem fortem, quia ceſſat ratio intentionis fideicommit-

* tentis, ſuper qua ſe fundat *d. auth.* & hanc magis communem * opinionem dicit Menoch. *de præſum. lib.4. præſumpt.189.n.116. vers. de-*

* *cima dubitatio*, vbi etiam contrariam magis communem * dicit.

50 † Contrarium tenent multi, quos idem Alex. citat *d. conſil.55.nu.3. lib.1.* vbi apoſt. in *ver. contrarium*, quę tuetur hanc partem, Iaſ. etiam tuetur hanc partem in *d. auth. res quæ. in 5. not. n.24. & in 10. ampliat. n.* 32. & plenius in 13. *limit. n.33. cir. fin.* vbi, quod Alex. nihil allegat, & hanc partem tuetur Guido Pap. *deciſ.96.* & Bart. in *l. filiusfamil. §. di-*

* *ui. ff. de leg.1. in 2.q.* vbi Iaſ. *n.39.* & hanc communem * dicit Dec. *conſ.* 519. *n.4.* Caſt. *conſ.80. Quia per inſtrumentum. lib.1.* Alexan. *conſ.56. in 2. dub. lib.1.* Iaſ. *conſ.157. in 2. dub. lib 2.* Tiraq. *de priuil. q.61. num.4.* & ma-

* gis * communem iſtam, & contrariam dicit Menoc. *lib.4. præſumpt.*

51 189. *n.116.* vbi declarat tres caſus. † Declara in omnem caſum contrarium procedere in ſubſidium, quando non extant alia bona, alias secus, & ita declarat Guido Pap. *deciſ.96.* vbi plus dicit, quod procedit, etiam si filius adita hæreditate patris cum dicta prohibitione iurauerit ſeruare mentem patris; quia in ſubſidium poteſt alienare fideicommiſſum pro dotanda ſua filia nepte teſtatoris,

52 quando non habet aliunde. † Declara, quia articulus est multum dubius, vt apparet ex Iaſ. in *d. aut. res quæ. n.32. C. commu. de leg. & in §. diui. n.39.* late Couar. *var. reſol. lib.3. c.6.* Dec. *conſ.519.* tamen quando

53 expreſſa est prohibitio non habet locum; ſecus si tacita. † Declara, quia procedit contrarium in eo, qui tenebatur dotare, & limitatur in eo, qui non tenebatur dotare, ita Iaſ. in *d. auth. res quæ. in 13. limit.*

54 *cir. fin.* vbi videtur ita diſtinguere. † Declara, quia si pater reliquit filię legitimam, non poteſt petere dotem in fideicommiſſo; si vero reliquit filio, qui conſumpſit, non nocet nepti, quin doteturin fideicommiſſo, nõ obſtante prohibitione, & idem, si pater filiæ do-

55 tem non reliquit. Menoch. *d. lib.4. præſumpt.189. n.117. & ſeq.* † Declara, quia limitatio procedit, quando teſtator ſolum filias poſſe in ſubſidiũ dotari permiſit, quia alias non filias ſuas proprias prohibuit, quia tunc valet prohibitio. Alex. *conſ.56.nu.3. lib.1.* Iaſ. in *l. filiusfam. §. diui. n.70. ff. de leg.1.* vbi etiam Rip. *n.73.* vbi, quod non po-

56 teſt eo caſu dos reſtitui in præiudicium fideicommiſſi. † Et an hæres grauatus onere fideicommiſſi poſſit alienare bona pro dotibus reſtituendis, vel conſtituendis filiabus, & deſcendentibus, & quid si fideicommiſſarius, cui erat facienda reſtitutio, ſe opponat, cui competat electio dandi bona in ſolutum, vel vendendi, an grauato, vel ſubſtituto, vide Deci. *conſ.235. Non parua. nu.13. & ſeq. ver. capio igitur ſeptimum*, vbi loquitur in legitima, & dicit, quod electio non ſpectat ad filium, neq; grauatum, ſed cõmittitur arbitrio boni viri, & iudicis, & *n.17.* dicit, quod reuocatur alienatio facta mala fide in damnum fideicommiſſi, & in dote extendit Menoc. *de arbitr. caſu 163.n.25. & ſeq.* † Extende, quia mulier creditrix poteſt agere cõ- 57
tra quæcunq; bona fideicommiſſi pro ſuis dotibus. Bald. in *l.2. C. ſi aduer. vend. pigno.* vbi, quod non poteſt fideicommiſſarius reuocare
talem dationem in ſolutum. † In contrarium facit; quia ſententia 58
lata contra grauatum non nocet ſubſtitutis non citatis, ideo poſſunt appellare, poſtquam ſunt certificati. Alex. in *l ſi filiusfa. ff. de leg.* 1. † Et quod reſcindatur venditio fideicommiſſi facta in damnum 59
fideicommiſſi pro ære alieno ſoluendo, vel pro reſtituendis dotibus, quando in fraudem ſunt alienata, vt quia meliora bona, vel quia pro minori pretio, quam valerent, ſunt diſtracta, vel quia res magni valoris eſt alienata in totum, & ſola pars ſufficiebat pro ære alieno, vide plene Ceph. *conſ.344.n.20. & ſeq. & cõſ.676. per tot.* † Limita, quia ſi pater legauit dotem filiæ congruam tempore le- 60
gati, inſtituit maſculos hæredes, & fecit fideicõmiſſum vniuerſale, ſi eueniat, q̃ tempore nuptiarũ dos legata nõ ſit congrua, & debet augeri, & filij mortui ſunt, non tenentur ad ſupplendum fideicõmiſſarij, ſed hæredes filiorũ, qui ſunt extranei ex legitima, vel Trebellianica, ſi ſupereſt, quia legitima, & Trebellianica debet ſatisfacere dotes filiarum, donec ſuperſunt, ante quam ponatur manus ad fideicommiſſum, quibus cõſumptis, tunc fideicommiſſum tenetur, & ita tenet Caſt. *conſ.64.n.4. ver.5. loco. lib.2.* vbi, quod legatũ, ſubrogatur loco prouiſionis legalis. † Si tamen ſunt conſumptæ 61
iſtæ portiones, tenetur fideicommiſſum. Crau. *conſ.29. Quoniã.n.1. & 5.* † Limita, quando prohibitio eſſet in contractu eo modo, quo 62
impeditur dominij translatio rei prohibitæ. Curt. Iun. *auth. res qua. n.35. C. comm. de leg.* Vide, *Dotari de quibus bonis, &c. Concluſ.779.* Vide, *Fideicommiſſum obligatur, &c. Concl.284.* Vide etiam Soci. *reg.12. Alienari prohibita in dotem, &c.* vbi ampliat 18. modis, & limit. 3. modis.

Dos confeſſata per maritum debetur vxori, & quando. Concluſ. 748.

CONFESSIO † dotis quatuor de cauſis fieri poteſt; prima eſt ſpe futuræ numerationis, ſecunda, quando fuit facta animo donandi, tertia, quando fuit facta vera ſolutio, quarta, quãdo ſpe futuræ promiſſionis ſibi faciendæ eſt facta. Abb. plene *conſil.73. Circa primum. col.2.n.2. ver. ſed prædictis non obſtantibus. lib.2.* † Amplia, quia 2
dos confeſſata à marito etiam conſtante matrimonio valet, & probat dotem, quando lapſum eſt longum tempus. Vrſil. in *additio. ad Affl. deciſ.402.nu.4.* vbi, quod etiam contra fiſcum, & tertiũ procedit, quod intellige, quando lapſum eſt decennium, & præſtitit alimenta vxori, ita declarat *deciſ. Peruſ.66.n.22. ver.7. concluſ.* quæ dicit cõmunem * opi. quod minus tempus nõ ſufficit, reprobato Crau. *
† Extende, vt procedat, etiam ſi non eſt lapſum longum tempus, 3
dũmodo ſit lapſum tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel eſt renunciatum, quando confeſſio fit tertio ſoluenti pro vxore, quia præiudicat marito, & creditorib. poſterioribus, ſecus, ſi cõfitetur habuiſſe ab vxore, vel patre vxoris, ita Vrſil. *d. addit. ad Affl. 402.n.5. ver. ſigna vnam limitationem*, allegat Marſ. *ſing.* 345. *Maritus.* † Amplia multo magis, quãdo plura concurrunt, quia 4
lapſum eſt tempus opponendi exceptionem, & adeſt iuramentũ, & guarẽtigia. Goza. *conſ.28. ver. vndecimo.* & plenius *conſ.42. ver. quinto licet.* Affl. *deciſ.402. col.4. ver. itẽ vera concluſio.* vbi de * cõmuni, prout *
etiam de cõmuni, quando lapſum eſt tẽpus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, atteſtatur Rol. à Val. *conſ.85. n.42. & 43.* vbi reprobat Goza. *conſ.28.* † Contrarium, quando eſt donatio, 5
vt quia renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ex quo nõ valet principalis diſpoſitio, neq; clauſulæ acceſſoriæ. Goza. *d. conſ. 28.n.21. & multis ſeq.* & plenius *n.27. & ſeq.* vbi latiſſime. † Amplia, 6
quando coniecturæ apparent vltra confeſſionem, vt quia maritus præſtitit vxori alimenta tanquam dotatæ, communẽ * dicit Goza. * *conſ.28.n.7. & n.12.* plura allegat Crau. *conſ.40.nu.3. ver. quarto principaliter*, vbi dicit * communem, & ab hac in iudicando non eſſe re- *
cedendum, dicit Soc. *conſ.82. in prin. lib.3.* ſi coacte ſunt ſoluta, & reprobat ſe contrarium in *l.1. ff. ſol. matr.* plurimos apoſt. ibi ad Socin. quos vide. Rol. à Vall. *conſ.85.n.43. lib.1.* vbi de * communi. † Extẽ- 7
de, quando vxor fuit alimentata per decenniũ à marito, vel quando aliæ coniecturæ concurrerent, quod fuerit dotata, communem * dicit *d. deciſ.66. nu.22.* † Quod imo ſufficiat etiam minus tempus * 8
decennij, in quo maritus præſtiterit alimenta vxori, tanquam dotatę. Crau. *conſ.40. num.3. & 4.* quem reprobat *d. deciſ. Peruſ.66. num.* 22. † Contrarium, quando confeſſio ſubſtinetur, vt donatio, quia 9
ſi donat dotem, cenſetur donare alimenta, ideo nõ valet inter viuos, neq; præiudicat. Gozad. *conſil.28. num.21. & ſeq.* vbi *n.32.* dicit

commu-

communem. * Soc. in *l.1.n.8.ff.sol.matr.* † Declara, vt per Crau. vt
10 limitatio procedat, quando aliæ coniecturæ concurrunt, vel veri-
11 similitudo *conſ.40.n.4.* † Amplia, quia cõfeſſio dotis facta per maritum conſtante matrimonio præiudicat confitenti, & habentib. cauſam ab eo, & ſic creditoribus, quando maritus renunciauit ex-
* ceptioni non numeratæ pecuniæ, communem * dicit Gozad. *conſ.* 28. *in prin.* & ita in Francia ſeruari dicit apoſt. ad Alex. *conſ.142.lib.5. in ver. non tenet*, vbi idem, etiam ſi non ſit renunciatũ, quia exceptio
12 non numeratæ pecuniæ non habet locum in Francia. † Reſtringe quinq; modis, vt per Gozad. *d.conſ.28.n.30.& 31.ver. non obſtant allegata*, maxime, quia debet intelligi, quando renunciauit ante matrimonium, quia poſt non poteſt donando præiudicare etiam po-
13 ſterioribus creditoribus. † Amplia, quia licet confeſſio dotis conſtante matrimonio non valeat, tanquam animo donandi facta ſe-
* cundum magis communem * opin. quia eſt inter perſonas prohibitas; tamen ſi eſt facta ſocero, vel fratri vxoris, qui ſe obligauerat, vel promiſerat dotem, præiudicat, etiam ſi non exegit, neq; cedendo iura vxori contra fratrem liberatur eo caſu, quia non poteſt ce-
14 dere, plene Ruin. *conſ.183.per tot.lib.1.* † Extende, quando confeſſio dotis ſine iuramento fieret non ad fauorem vxoris, ſed fratris, vel patris vxoris, quia inter iſtos nulla eſt prohibitio, ita Rui. *conſ.* 183. *n.4.& ſeq.lib.1.* Rol. à Vall. *conſ.53.n.26.lib.1.* Marſil. *ſingul.* 385. Iaſ. *inſtit. de actio. § fuerat. col.22. ver. vnum etiam.* Couar. *var. reſol. lib.1.c.7. ver.*
15 *ſic eſt, & alia in hac re.* † Contrarium tenet *deciſ. Peruſ.66.nu.21.* quia
16 eſſet de facili aperta via malitijs. † Amplia, quia dos cõfeſſata per maritum à ſocero debetur vxori per maritum in caſu reſtitutionis etiam ſi maritus dotem nõ exegerit; quia ſibi imputare debet. Fe-
17 de. de Sen. *conſ.63. Quidam vſurarius. n.2. ver. quid plus.* † Imo ex ſola promiſſione dotis ſi maritus ſe obligauit, vel acceptauit promiſſionem, tenetur reſtituere, & exigere. Ruin. *conſ.183. col. fi. lib.1.* vbi, quod ſi eſt facta confeſſio ad fauorẽ fratris vxoris precedente promiſſione, mulier præfertur creditoribus poſt promiſſionem, etiam ſi non exegerit, nec liberatur cedendo actiones extinctas ex con-
18 feſſ. † Amplia, quia maritus recipiens à ſocero pecuniam vſurariã, & alteri debitam, & confitens recepiſſe dotem, obligatur vxori, & ſibi imputare debet. Feder. *d.conſ.63.n.2. verſ. præterea mulier*, vbi eſt
19 caſus conſilij. † Amplia, quia confeſſio dotis facta per maritum animo donandi valet, & confirmatur morte, quando præmoritur maritus, qui eſt confeſſus, quia quando confitetur id, quod nõ habuit, animo donandi fingitur tradidiſſe tempore confeſſionis. Rom. *conſ.445. Conſultatio præſens. nu.6. ver. ſecundo caſu.* Soci. *conſ.79.*
* *in princ. lib.4.* vbi dicit communem * opi. quod confeſſio dotis per maritum facta, quæ valet vt donatio, habet effectum traditionis.
20 † Extende, quia confeſſio dotis facta per maritum conſtante matrimonio, non conſtito aliter de ſolutione, cenſetur, & præſumitur facta in fraudem donationis prohibitæ inter coniuges, & ideo inſtrumentum tale oppoſita exceptione non habet exequutionem paratam, niſi extaret ſtatutum, quod propter guarentigiam exequutionem habeat. Caſtr. *conſ.86. Viſis, & conſideratis, in princip. lib.2.*
21 † Reſtringe, quando mulier primo mortua eſſet, quia tunc donatio non habet effectum. Roma. *conſ.445.n.6.* Caſtr. *conſ.86. Viſis, & conſideratis, in princ. lib.2.* qui loquitur in confeſſione facta conſtante matrim. vt præſumatur in fraudẽ donationis, & ideo ſi præmoritur vxor, non habet effectum. Rom. *conſ.44. Exſupradictis n.2. ver.*
22 *ſecundo caſu.* † Quando vero dubitatur, quis primo mortuus ſit, re-
23 curritur ad *l. ſi ambo. § ſi maritus. ff. de reb. dub.* † Cõtrarium, quod donatio confirmetur morte ad fauorem mulieris, quia in dubio pro
24 validitate actus præſumitur Rom. *conſ.44. in princ.* † Extende multo magis, quando confeſſio fuit facta ante matrimonium, quia cõ-
* firmatur morte ſequuto matrimonio, communem dicit * opinio-
25 nẽ Soci. in *l.1.ff.ſolut.matr.n.70.& ſeq.* † Imo, quod ante matrimonium facta confeſſio valeat, & præiudicet omnib. Caſt. *conſ.383. lib.*
26 2. † Amplia, vt idem ſit, ſi conſtante matrimonio maritus cõfeſſus fuerit dotem, vel augmentum dotis, quia ſiue conſtet de vera receptione, ſiue etiam de confeſſione ſub ſpe futuræ numerationis; tamen quoad hæredes mariti tenentur reſtituere, ſi modo lapſum ſit tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis. Bal. *conſ.* 397. *Caſus. lib.1. in prin.* vbi loquitur in augmento dotis. Cuma. *conſ.* 31. *Teſtator. ver. circa ſecundum*, vbi dicit * communem quoad dotem, quo vero ad augmentum, videtur tenere contrarium, ſtante ſtatuto, quod vxori nihil poſſit legari; & idem de dote, quando lapſum eſt tempus, vel eſt renunciatum exceptioni non numeratæ dotis. Bald. *conſ.349. Quæritur, an confeßio. lib.3.* vbi pro vtraq; parte allegat, & ita tenet, quod valeat in præiudicium mariti, non autem creditorum, & de dote, & augmento confeſſato, tenet Ange. de Peruſ.
27 *conſ.5. Ser. Andreas Ianu. n.4. & ſeq.* † Extende, vt procedat ampliatio quoad dotem confeſſatam, etiam ſi exret ſtatutum, quod maritus nihil poſſit legare, ſecus quoad augmentum. Cuma. *d. conſ.31. verſic.*
circa ſecundum. † Extende etiam in augmento dotis confeſſato per 28
maritum ad effectum lucri ſecũdum ſtatutum; quia ſi maritus renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel augmenti, præſumitur numeratio aliunde, quam ex bonis mariti, & vxor habebit augmenti lucrum. Signo. Homod. *conſ.67. In quodam inſtrumento*, qui diſtinguit tres caſus. Primus eſt, ſi conſtat, quod pecunia prouenit aliunde, quam à marito vere: Secundus eſt, ſi enunciatiue: Tertius, quando nihil cõſtat, quia licet præſumatur de bonis mariti, adhuc tamen morte cenſetur confirmata donatio, & habebit augmentum. † Idem etiam in augmento dotis facto animo donãdi ex liberalitate, vel neceſſitate, vel in dubio, quia ſi eſt renuncia- 29
tum exceptioni nõ traditæ dotis, valet augmentum, & mulier habebit lucrum conuentum, vel ex forma ſtatuti. Signor. *d.conſ.67.n.3. ver. quarto caſu, vſq; in fi.* † Reſtringe, quia confeſſio dotis receptæ in teſtamento facta non præiudicat tertio, vt cõtra eum agatur ex 30
hypotheca. Rom. *conſ.445. col. pen. num.8. in fi.* † Reſtringe, quando præceſſit inſtrumentum dotis in 300. & poſtea maritus nulla facta 31
mentione de primo inſtrumento confeſſus eſt cõſtante matrimonio habuiſſe 600. quia talis confeſſio vltra primum inſtrumentũ non obligat, neq; præiudicat creditorib. Fulg. *conſ.207. Franciſcus fil.* † Reſtringe, quia imo neq; obligat hæredes mariti quoad ſummam, quæ eſt vltra primum inſtrumentum, quia ſi nõ conſtat de 32
ſolutione, eſt ſuſpectum inſtrumentum, ſi vero conſtat de non ſolutione, non poteſt valere vt donatio; quia nõ interuenit traditio, neq; confeſſio eſt loco traditionis, ideo non poteſt cõfirmari morte. Fulg. *d.conſ.207. in prin.* † Vno caſu ſolũ valet hæc confeſſio maioris dotis, quando præcedit confeſſio minoris dotis, videlicet ſi 33
cõſtat de vera ſolutione, vel ſi mulier habuit hæreditatem, vel bona, ex quib. veriſimiliter potuit dare augmẽtum, alias ſecus. Fulg. *d.conſ.207. per tot.* † Reſtringe, quia confeſſio dotis facta à marito
precedente promiſſione etiam conſtante matrimonio probat do- 34
tem, etiam in præiudicium tertij. Rui. *conſ.183. in fi. lib.1.* pleniſſ. Affl. *deciſ.402. per tot.* vbi pro vtraq; parte, & ita cõcludit plenius Crau. *conſ.40.n.1.* vbi plurimũ allegat, & quod in cõſulendo, & iudicãdo ab iſta opi. non eſt recedendum, & ita tenuit Rot. Rom. coram Illuſt. Palæot. *deciſ.132.* Ceph. *conſ.131.n.9.* Alciat. *conſ.332.* † Declara,
quia reſtrictio procedit, quod confeſſio poſterior nocet creditori 35
priori, quando præceſſit promiſſio ante creditum tertij, ſi modo maritus confitens non ſit tempore confeſſionis oneratus debitis, & ſic ſuſpectus proximus fallimento. Bald. Nouell. *in repet. l.ff. ſolut. matr. n.148.* Affl. *deciſ.402. nu.7. ver. item pro iſta parte.* Boer. *deciſ.*
331. *cir. med.* vbi dicit * cõmunem. † Contrarium, quod imo præiu- 36
dicet ſimpliciter, tenent Chaſſan. in *conſue. Burg. Deſdoitrex. rub. 4. §.* *
5.n.1. fol.158. Aymo. *conſ.40. in prin.* Gram. *conſ. ciuili 114.* & * omnes *
refert, & ſequitur Vrſil. in *addit. ad Affl. deciſ.402.n.6.* † Declara, quia 37
nõ procedit, ſi confeſſio fieret poſt decoctionem mariti, quia fallitus non poteſt facere oriri hypothecam. Vrſil. *d. addit. ad deciſ.402.*
n.6. in fi. & n.7. † Declara, niſi probaretur fraus, videlicet, quod in 38
fraudem creditorũ eſt facta. Vrſil. *d. addit. ad deciſ.402.n.6. in fi.* † De- 39
clara, quia ſi maritus præſtitit alimenta vxori, tanquam quod dotẽ receperit, ipſa cõfeſſio probat, quia eſt adminiculata. Rolan. à Val.
conſ.85.n.43. lib.1. † Et quod præiudicet, quando præceſſit promiſ- 40
ſio. Soc. *d.l.1. nu.95. in* 8. *limit.* late apoſt. ad Alex. *conſ.148. lib.5. in ver.*
promiſſionis. in fi. Rom. *conſ.445.* Vrſil. in addit. ad Afflict. *deciſ.402. in*
prin. Bal. Nouel. *d.l.1.n.211. ff. ſolut. matr.* Vide plenius, *Dotis cõfeßio facta præcedente promiſſione præiudicat creditoribus. Concl.760.* † Declara,
quando illa promiſſio erat efficax, & probata, alias non, apoſt. 1. ad 41
conſ. Alex.148. lib.5. in fin. † Declara plene, vt per Bald. Nouell. in *l.1.*
n.213. ff. ſol. mat. vt promiſſio præcedens etiam conſtante matrimo- 42
nio tollat ſuſpicionem præſumptæ donationis, & exceptionem non numeratæ dotis, ſed non præſumptam fraudem, ſi fallitus eſt.
† Idem, quando duplex eſt confeſſio, quia prima habet effectum 43
promiſſionis. Soc. *d.l.1.nu.95. ver. ſed tenendo primum. ff. ſol. matr.* ſequitur Couar. *var. reſol. lib.1.c.7.n.5. ver. quandoq; tamen, in fin.* † Declara, 44
quia confeſſio dotis facta per maritum præiudicat creditoribus, quando præceſſit promiſſio, niſi fieret talis confeſſio in fraudem, puta à decocto vel decoquendo de proximo. Vrſil. in add. ad Affl.
deciſ.402.n.6. & ſeq. vbi alios citat. † Declara, vt per Soc. *d.l.1.n.102.* 45
ver. hanc tamen. ff. ſol. matr. vt procedat ſolum, quando promiſſio eſt facta ante matrimonium; ſecus ſi cõſtante matrimonio, quia fraudis ſuſpecta eſt. † Reſtringe, quando confeſſio fuit iurata per iura- 46
mentum obligatorium. Ceph. *conſ.131. lib.1. nu.7. & ſeq.* Alciat. *conſil.*
332. vbi, quod procedunt à pari promiſſio & iuramentum obligatorium de ſoluendo, ita Soc. in *l.1.n.81. ff. ſol. matr.* vbi iuramentum ſuper confeſſione de recepto non operatur, ſed iuramẽtum de reſtituendo. † Contrarium dicit Gozad. *conſ.28.n.21. & ſeq.* quando 47

valet

valet in vim donationis ; quia clausulæ accessoriæ non alterant.
48 † Restringe, quando interuenit iuramentum assertorium, & concurrunt coniecturæ pro dote. Gozad. *consil.28.num.5.& 6.& nu.10.*
49 Gabriel.in *tit.de donat. Conclus.3.n.12.& seq.* † Contrarium, quia iuramentum non nocet tertio. Gozad.*consil.28.nu.32.vers.ad quintum.*
50 † Restringe, quando confessio est facta, & lapsum est tempus opponendi exceptionem. Crau.*consil.40.* Soc.*consil.82.lib.3.* Goz.*consil.28.*
51 *n.2.&13.* † Declara, quia possunt creditores petere restitutionem in integrum, si ignorarunt. Gozad.*d.consil.28.nu.4.* vbi secus, si sciuerunt, & *n.19.& 20.* vbi, quod præsumitur ignorantia, & quod de-
* bet restitui, secundum * communem, imo Socin.in *d.l.1.ff.sol.matr. num.90.ver. tertio limita*, dicit, quod non debet lapsus opponendi exceptionem non numeratæ dotis præiudicare creditoribus, &
52 quod sine dubio ignorantes restitui debent. † Restringe, quando fuit facta confessio non vxori, sed tertio pro ea soluenti, puta, fra-
53 tri. Rolan.à Val. *consil.93.n.27.lib.1.* Ruin.*consil.183.lib.1.* † Restringe Florentiæ, vbi dos confessata, & dos soluta æquiparantur, quia si confessio est facta etiam in testamento præsente vxore non valet, vt legatum, neq; vt donatio, sed vt dos ex contractu, qui non potest reuocari. Vide infra *n.155.& seq.* maxime *n.157.ver.& quod huiusmodi*, imo, quod statutum fingat dotem confessatam veram esse, & propterea non possit dici simulata. Bald.in *l. antiqua, in princip. C.ad*
54 *Velleia.* Soci.*consil. 66.col.2.ver.ad quod optime.lib.1.* † Restringe, quando adest guarentigia in instrumento confessionis. Ceph.*consil.131. n.12.lib.1.* Gozad.*consil.28.n.9.ver.octauo.* quod habet exequutionem
55 paratam, & tunc præiudicat creditoribus. † Declara, quia vbicunque Doctores dicunt requiri promissionem præcedere, loquuntur quando confessio non erat iurata. Ceph.*d.consil.131.num.9.lib.1.*
56 † Contra omnes restrictiones, præterquam quando præcesserit promissio, tenet Goza.*consil.28.n.21.& seq.* vbi, quod iuramentum, guarentigia, & aliæ clausulæ accessoriæ nihil operantur, quando esset vel simulata, vel valeret in vim donationis, vt quia confitens re-
57 nunciauit exceptioni nõ numeratæ pecuniæ, & plenius *n.27.* † Declara totam istam materiam confessionis dotis, an sit fraudulenta, vel vera, an præiudicet, vel non posterioribus, vel prioribus creditoribus post promissionem creatis ; quia statur arbitrio iudicis cõsiderata qualitate personarum soluentis, & mariti, & consideratis alijs circumstantijs, ita Vrsil.in addit.ad Affl. *decis.402.n.7.in fin.* ex
58 mente Tiraq.quem citat. † Amplia, vt quod dicitur de dote, idem sit de augmento dotis ; quia si constat de vera receptione augmenti dotis constante matrimonio, tenentur hæredes mariti restituere augmentum, sicut dotem. Bald.*consil.397. Casus talis est, in princ.lib.*
59 1.concor. Ang *consil.5.n.4.vsq; in fi.* † Contrariũ videtur tenere Cuma.*consil.31.Testator in testamento.vers.circa secundum*, quando adesset statutum prohibẽs aliquid legari vxori, & sic est restrictio ampliа-
60 tionis. † Extende, vt procedat, etiam si non interuenit vera receptio, sed spes recipiendi ; quia si lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, tenentur hæredes mariti restituere augmentum confessatum. Bald.*d.consil.397.in princ.ver.si au-*
61 *tem non interuenit.lib.1.* Ang.*d.consil.5.n.4.vsq; in fi.* † Restringe, quia vbicunq; confessio resoluitur in donationẽ, quæ confirmatur morte ; tunc priuilegium dotis non habet locum, licet confessio sit ex causa dotis, vel augmenti dotis. Bald.*d.consil.397.circa fin.vers. & ideo*
62 *pro tali.lib.1.* † Amplia in tantum dotem confessatam per maritum constante matrimonio deberi vxori, vel eius hæredi, vt si in instrumento confessioni fiat mentio, quod confessus fuit habuisse à tali ibidem dante præsentialiter, & numerante, non valeat contraria confessio vxoris facta etiam cum iuramento, & pro exoneratione conscientiæ, in qua dicit, quod nihil debet habere, quia nihil fuit reuera numeratum ; quia talis confessio iurata non releuat hoc ca-
63 su. Bald.*consil.398. Quæstio talis, per tot.* vbi est casus, *lib.1.* † Restringe ampliationem, vt non procedat, si iuncta confessione iurata mulieris adessent aliæ coniecturæ, quod confessio dotis fuerit simu-
64 lata. Bald.*d.consil.398.nu.3.ver.nunc ad propositum. lib.1.* † Restringe, quando confessio mariti de dote recepta staret in puris terminis confessionis, nec appareret de numeratione ; quia tunc contraria confessio mulieris iurata, quod nihil fuerit solutum, tolleret effe-
65 ctum primæ confessionis. Bald.*d.consil.398.per tot. lib.1.* † Contrarium tenet Signor.*consil.106.In quæstione, quæ vertitur*, vbi, quod si maritus confessus est habuisse 1500. in dotem, & vxor infirma cum iuramento asserat mille tantum habuisse maritum, & superuiuat vxor marito, habebit 1500. quia vt pactum non valet, neque vt vltima voluntas, neque, vt donatio, & iuramentum non operatur de
66 præsenti, vel præterito contra veritatem apparentem. † Amplia, quia si maritus confessus fuit dotem vxoris scutor. 400. habuisse ; & tamen per posteriora instrumenta constat de promissione solutionis faciendæ ab *ijs*, à quibus confessus est, ita, quod apparet, quod spe futuræ numerationis fecit confessionem ; si tamen maritus in testamento legat vxori 400. pro dote recepta valet legatum. Bald.*consil.58.In restitutione dotis, in fin.vers.vltimo sciendum, iuncto princip.lib.2.* Vide, *Dos confessata per maritum, &c. Conclus.750.* † Extende, quia si maritus confessus est recepisse dotem à socero, & 67
promisit restituere eidem vxori, & socero, postea socer nomine suo se obligauit soluere incontinenti, mulier debet habere dotem, quia pater non potest præiudicare filiæ ; ideo si maritus legat vxori 10. vltra dotes, debetur dos confessata, & decem. Bald.*consil.224. Vir fuit. lib.5.* vbi pro vtraque parte, tamen inclinant in hanc.
† Amplia, quia dos confessata per maritum in contractu inter vi- 68
uos quoad virum confitentem & illius hæredes valet, & probat contra eos, licet contra creditores sit secus. Cuman.*consil.31. Testator in testamento, vers.circa secundum*, vbi dicit esse communem * o- *
pinionem, & communem practicam, dummodo sit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel sit lapsum tempus eam opponendi. † Extende, quia valebit tanquam donatio causa mor- 69
tis intra summam 500. sine insinuatione, cuius effectus erit, vt mortuo marito, qui confessus fuit, retrotrahatur, magis * com- *
munem dicit *decis.Peruf.66.num.3. versic.secunda conclusio.* † Exten- 70
de, quando est facta ob remunerationem seruitiorum, de quibus constare debet ; quia assertioni non statur inter personas prohibitas, *d.decis.Peruf.66.num.19.versic.quinta conclusio.* † Extende, quan- 71
do confessio dotis esset de modica dote, quia est verisimilis. *decis. Peruf.66.num.23.versic.octaua conclusio.* † Extende, quando confes- 72
sio probatur pro parte vera, quia præsumitur in totum vera. *decis. Peruf.66.num.24.* vbi plurimos allegat. † Contrarium consuluit 73
Deci. *consil.421. Plena num.14.* quem sequitur Vrsil.ad Affict. *decis. 402. in fin.* vbi, quod confessio de centum præsumitur simulata in quinquaginta, si post confessionem cõstat de solutione quinquaginta. † Extende, quando præcedit confessionem promissio dotis, 74
magis communem * opin. dicit eadem *decis.66.num.25.* Roma.*con- *
sil.445.num.8.versic. hæc autem, vbi, quod non admittitur exceptio non numeratæ dotis. † Extende, quando vere constat de solutio- 75
ne ; quia valet *d.decis.Peruf.66.num.26.* † Præiudicat confessio in di- 76
ctis casibus extensionum, quando valet, tam confitenti marito, quam hæredibus. *d.decis.66.num.27.* quæ extendit, etiam si sit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis. † Idem in socero cõ- 77
fitente etiam in testamento, & absente parte, licet possit reuocare, vt *d.decis.66.num.29.* † Extende, quia præiudicat talis confes- 78
sio posterioribus creditoribus, non autem præiudicat anterioribus, *d.decis.66.num.31.* vbi, quod licet retrotrahatur quoad fructus, quando confirmatur morte, tamen non præiudicat creditoribus, qui sunt ante mortem, etiam habentibus solam personalem actionem. † Item præiudicat habentibus causam post lapsum tempus 79
biennij ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, alijs vero habentibus causam ante lapsum tempus non præiudicat, sed eis datur restitutio aduersus lapsum tempus, *decis.Peruf.66.num.33. versic.tertius casus*, & idem dicit Roma. *consil.445.num.10. vsque in fin.* vbi, quod creditores restitui debent aduersus lapsum temporis.
† Extende, etiam si extet statutum, quod maritus nihil possit v- 80
xori legare ; quia ex quo cõfitetur dudum recepisse dotem ea præsente, & dum est infirmus, valet confessio. Cuman.*d.consil.31.col.2. ver.item dato*, qui loquitur inter viuos. † Restringe ampliationem, 81
vt non procedat, quando non esset renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, & adhuc non sunt lapsa tempora ad excipiendum, quia tunc non probaret etiam contra confitentem, vel hæredem. Cuman.*d.consil.31.ver.circa secundum.* † Restringe, quia con- 82
fessio dotis inter virum & vxorem constante matrimonio facta simpliciter sine iuramento non valet, ex quo est inter personas prohibitas, magis communem * dicit *decis.Peruf.66.in princip.* Vide, *
Confessio mariti ad fauorem, &c. Conclus.667. † Amplia, quia confessio 83
mariti facta in testamento de dote recepta præsente vxore probat, si sunt lapsa tempora excipiendi de non numerata pecunia, ita, quod mulier agere poterit actione de dote. Bald.*consil.458. Confessio viri facta. lib.3.* vbi, quod si transit ad secunda vota, non perdit illam, tanquam legatum ratione vsusfructus, neq; ratione proprietatis ; quia est dos, & non legatum. Bald.*consil.381. Confessio viri.lib.5.*
† Extende, vt ampliatio in tantum procedat, quod talis confessio 84
probet dotem, vt licet vxor transiens ad secunda vota spretis filijs primi matrimonij perdat proprietatem legatorum sibi à marito, tamen non perdet dotem confessatam in testamento, ea 85
præsente, vt supra. Bald.*dict.consil.458.lib.3.* † Amplia, quia si maritus, & fratres confitentur habuisse dotem, & omnes se obligant ad restitutionem, in casum restitutionis, & incontinenti fit obligatio marito, & fratribus de soluenda dote confessata, tenentur omnes obligati, licet solutio nõ fuerit facta omnib. sed soli marito,

quia

quia negocium tangens ipsum videtur ab alijs promissum sui con-
86 templatione. Bald.*cons*.388. *Factum,per tot.lib*.3. † Amplia, quia si
maritus dedit in solutum vxori bona pro dote, quæ plus valerent,
& renunciauit, *l*.2.*C.de rescind.vend*.in eo, quod plus bona valerent,
censetur donasse illud plus vxori, quæ illud consequetur contra
hæredes, licet non contra creditores, vel fideicommissarios. Bald.
87 *cons*.243.*Visis dicto puncto,in princ.lib*.3. † Amplia, quia dos confessata
per maritum etiam in fraudem creditorũ nocet marito agenti, sed
non nocet excipienti. Soci.in *l*.1.*n*.84.*ver.quinta,& vltima.ff.sol.matr*.
88 † Amplia, quia dos legata per maritum vxori simpliciter non de-
betur, nisi constet de instrumento; si vero legatur certa summa pro
dote, debetur, etiam si non constet de instrumento dotis. Castr.
89 *consil*.244.*Viso,& examinato,in fin.lib*.2. † Amplia, quando dos con-
fessata constante matrimonio concurrit cum creditoribus haben-
tibus quoq; credita confessata, quia priuilegia dotis habent locũ.
Gozad.*cons*.28. *num*. 3.*ver.septimo, & pluri*.Soci.in *l*.1.*num*. 88.*ff.solut*.
90 *matr*. † Contrarium tenet Gozad *cons*.28.*num*.28.vbi, quod si sunt
creditores ex alia causa, quam mutui, censetur confessio vera; quia
exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum, nisi in mutuo,
& dote, ideo ex quo sunt anteriores, omnino præferuntur. Soci.*d*.
☞ *l*.1.*nu*.88. Vide Conclus.prox.seq. † Amplia, quia confessio mariti
91 facta constante matrimonio de dote cum iuramento valet, & re-
uocari non potest, & præiudicat marito, & hæredibus, vt tuetur
Castr.*cons*.383.*Circa primum.num*.2.*& seq.per tot.lib*.2. vbi, quod hæc
pars est benignior, & tenenda, quia fauet dotibus, & contraria ni-
mis rigorosa; quia à principio contingit, quod mulieres ignaræ dãt
dotes, & mariti dicunt facturos confessionem, & quando sunt ab-
sentaturi, vel in periculo volentes bonam fidem seruare, esset ini-
quũ, quod non valeret confessio; quia pronunciatur in dubio pro
dote, vbi respondet ad omnia cõtraria pro opin. Bart. quæ videas.
92 † Extende, quia posito, quod esset donatio valet, & potest peti,
quia fingitur facta traditio vxori, & retrotraditio marito per vxo-
rem. Castrens.*cons*.383.*prope fi.ver.super* 2.*lib*.2. vbi imo dicit, quod si
præsumatur acceptilatio, est quædam donatio, quæ incipit à tradi-
tione ex causa dotis, & sic oritur actio ex dote, non solum ex do-
93 nato. † Imo cum sit ex causa dotis cõstituendæ facta ficta traditio
per maritum, non requiritur insinuatio. Castr.*d.cons*.383.*in fin.lib*.2.
94 † Extende etiam, quando interuenit iuramẽtum; quia supplet in-
sinuationem, & facit valere talem confessionem in præiudicium
* mariti, & hæredum, magis communem *opi. dicit *ead.decis*.66.*n*.6.
& seq.vbi, quod non sufficit assertorium iuramentum, sed requiri-
95 tur promissorium, vel obligatorium. † Extende; quia valet etiam
sine iuramento, quando fieret à marito disparis ætatis, puta sene,
vel disparis conditionis, puta à diuite ignobili; quia valet, *decis.Pe-*
* *rus*.66.*n*.12.*ver.quarta concl*.vbi *n*.13. dicit magis * communẽ. † Am-
96 plia, quia confessio dotis facta in transactione, & sic ad alium finẽ,
puta, quia maritus confessus est habuisse dotem 500. ab vxore, &
fratre vxoris, & postea illico vxor, & frater promiserũt soluere do-
tem marito, demum quia maritus non potuit vnquam habere do-
tem; nisi pro flor. 180. vt narratur in transactione præsente vxore,
ipsa mulier remisit marito flor.180. propter alimenta, mortuo ma-
rito petuntur flor.180. confessati, opponitur, quod confessio ad a-
lium finem non probat, si principaliter agitur de confessato inci-
denter, dicit Abb.*cons*.85.*Videtur,in prin.& per tot.lib*.2. quod probat
dotem receptam, quia principaliter se fundarunt partes super e-
nunciato; item quia hoc probatur in testamento, in quo confessio
dotis facta per maritum præsente vxore probat, licet ad alium fi-
97 nem. † Ego credo in casu Abbatis causam esse; quia cõstat de pro-
missione antecedente; quo casu confessio probat etiam cõtra ter-
tios; vt inf.*Conclus.prox.seq.n*.5. item quia verba enunciatiua fauore
☞ dotis probant, per Bart.*cons*.123.*Factum,lib*.1. Vide, *Verba enunciatiua,*
98 *quæ dicantur,&c. Concl*.81.*n*.135.*ver.limita*. † Amplia, quia dos & au-
gmentum dotis factum, postquam maritus creauerat alia debita,
non præiudicat prioribus creditorib. Cast.*cons*.291.*Visis ijs,quæ.n*.4.
99 *ver.videamus nunc.lib*.1. † Extende, vt etiam creditorib. futuris non
præiudicet, quando de illis erat spes tempore facti augmẽti. Castr.
100 *d.cons*.291.*n*.7.*ver.præterea etiã futuris.lib*.1. † Vide Masc.*concl*.566.*Do-*
tis receptio an probetur per confessionem viri, vbi ponit regulam negati-
uam, & limitat, & limitationes in casu nostro erunt ampliationes,
primo, si confessio fiat soluto matrimonio; secundo, quando non
extaret alius creditor, vel bona mariti sufficiunt pro omnib. tertio
confessio mulieris bene probat contra mulierem, quarto, quando
* promissio præcedit confessionem, & est magis communis * opin.
licet habeat contradictores, imo talis cõfessio præcedente promis-
☞ sione præiudicat creditorib. licet adsint contrarium tenẽtes. Vide
101 de hac *vlt.Concl.Dotis confessio facta præcedente promissione.Conclus*.760.
† Limita, quia non debetur dos cõfessata per testatorem in primo
testamento reuocato, etiam si esset confessio iurata, vel alias con-
staret de veritate dotis, quando testator in secundo testamẽto re-
liquit filiabus vxoris, vltra id, quod debebat de suo tantum, quod
ascendat ad dotem, & iussit eas esse tacitas, & nihil vlterius petere
posse; quia censetur animo compensandi. Ang.*d.cons*.181.*col*.1. *in fi.*
ver si vero datam dotem. Vide, *Legatum factum creditori,&c.Conclus*.141. ☞
† Limita, quia confessio dotis facta per maritum constante matri- 102
monio, censetur facta sub spe futuræ numerationis, si non constat
de vera receptione. Ang.*cons*.5.*in fi.ver.aut dubitatur*. Anch *cons*.307.
Nulli dubium, vbi allegat tex. in *l.fi.C.de dote cauta non num.& auth*. ibi
posita. Goza.*cons*.28.*n*.5.*ver.quarto,quod dicit verum*. Alex.*cons*.142.*nu*.
n.4.*& 5.lib*.5. quando est ante matrimonium, alias secus, & ita tenet
Rom.*cons*.445.*n*.7. vbi reddit rationem, quia donatio nõ præsumi-
tur, & vt euitetur delictũ; & quia nõ esset vnquam locus exceptio-
ni non numeratæ dotis. Soci.in *l*.1.*nu*.75.*ff.sol.matr*. vbi dicit potius
hanc causam, quam donationis præsumi, & limitat ibi quinq; mo-
dis. late Couar. *var.resol.lib*.1.*c*.7.*n*.4.*ver.sed quod etiam*. & latius *nu*.5.
ver.est item hoc, vbi dicit magis * communem. † Contrarium, quod *
imo censeatur facta animo donandi, & propterea cõfirmetur mor- 103
te mariti, & valeat post mortem. Bello. *cons*.4.*Diligenter,nu*.8.*ver.se-*
cundo principaliter, vbi dicit in tribus locis hanc magis communem
* opin. & allegat attestantes de magis * communi. Alex.in *l.diuor-* *
tio.ff.sol.matr. Soci.*cons*.79.*Si essemus in prin.lib*.4. Ant. Rub.*cons*.78.& *
magis communem * dicit Rolan. à Vall.*consil*.93.*Viso instrumento.in* *
princ.lib.1.& de magis * communi Alexan.*cons*.45.*n*.6.*lib*.1.& Ruin. *
cons.183.*lib*.1. vbi dicit magis * communem, prout idem de magis *
* communi attestando dicit Rom.*cons*.44 *nu*.2. vbi apost.in *ver.do-* *
nandi, plures allegat, & dicit communem, & magis * communem, *
& eadem apost.ad eundem *cons*.445.*num*.7.*in ver.animo donandi*, vbi
dicit communem, & magis * communem Socin.*cons*.79.*in prin.lib*. *
4.& vide Rom.*cons*.44.*ver.tertio casu*, vbi apostil. in *ver donandi*, citat
pro vtraque parte infinitos, & dicit magis * communem, quando *
sunt paris conditionis. † Declara, quia si constat de vera receptio- 104
ne, confessio dotis facit dotem, si non constat, & sit expressum,
quod spe futuræ solutionis quis confitetur, tunc non est dubium,
si nihil est expressum, sunt opiniones, alij sentiũt, quod animo do-
nandi censeatur facta: alij vero, quod spe futuræ numerationis: alij
autem, quod statur publico instrumento, de quib. vide Bald.*consil*.
397.*n*.2.*ver.si autem dubitatur.lib*.1.*& cons*.349.*lib*.3. Ang.*cons*.5.*num*.
6. vbi, quod præsumitur sub spe futuræ solutionis in dubio ad eui-
tandum delictum. † Extende, quia non præsumitur confessio fa- 105
cta animo donandi vxori, etiam si sit nobilis, & maritus ignobilis,
vel mulier iuuenis, maritus senex, sed solum, quando maritus ali-
quid tradit vxori tali, bene præsumitur animo donandi, ita Rom.
cons.445.*n*.7.& 8. vbi, quando est in contractu. † Si vero confessio 106
est in vltima voluntate, facta præsumitur animo donandi Rom.*d*.
cons.445.*n*.7.*in fi.ver.vlt.casu*, vbi apost.in *ver.animo donandi*, quia tũc
cessat causa spei futuræ munerationis. Soci.*cons*.79.*in princ.lib*.4. vbi
dicit magis * communem. † Declara, quia confessio facta per ma- *
ritum constante matrimonio, si renunciauit exceptioni non nu- 107
meratæ dotis, necessario valet, & censetur facta animo donandi
extra istos duos casus, si ambo non concurrant, censetur confessio
spe futuræ numerationis, opin. communem * dicit Couarr.*var. re-* *
sol.lib.1.*c*.7.*n*.4.*ver.sed quod etiam*. Soci.in *l*.1.*n*.76.*ver. quam conclusionẽ,*
limit.1.*ff.sol.matr*. † Declarat Rom. *cons*.44. *Ex supra narrato, in princ.* 108
quia aut confessio est clara super spe futuræ numerationis, & ante
lapsum tempus excipiendi non præiudicat, post lapsum secus de
iure ciuili; de iure autem canonico potest semper opponi exce-
ptio non numeratę pecuniæ, & probari, aut cõfessio est animo do-
nandi, & mortua prius vxore non valet, aut mortuo marito prius,
& confirmatur morte, quia confessio est loco traditionis, & idem,
si non constat, quis prædecesserit; aut est dubium, & si sunt paris
gradus, in dubio præsumitur animo donandi, & hanc communẽ,
& magis * communem dicit apost.ad Rom. ibi in *ver. donandi*, licet *
pro vtraq; parte citet plurimos. † Declara, quia si est renunciatum 109
exceptioni non numeratę pecuniæ, nõ potest esse spes futuræ nu-
merationis, sed tunc censetur renunciatũ animo donandi neces-
sario. Goz. *cons*.28.*n*.21.*ver*.4. Alex.*cons*.142 *n*.3.4.& 5.*lib*.5 vbi dicit
magis * communem, & vide plene Soc in *l*.1.*n*.70.*& seq.ff.sol.matr*. *
vbi ponit quinq; conclusiones, in quibus necessario animo donã-
di præsumitur. † Si tamen præcedit promissio, non potest intelligi 110
animo donandi, siue promissio fiat ante matrimonium, vel in ma-
trimonio, vt per Crau.*cons*.40.*in princ*. siue etiam promissio fiat cõ-
stante matrimonio ab alio, quã ab vxore, puta à fratre vxoris; quia
tunc confessio nõ potest esse animo donandi, communem * dicit *
Rui.*cõs*.183.*in fi.lib*.1. Soc.*d.l*.1.*ff.sol.matr.nu*.78.*ver. tertio limita*. † In- 111
tellige contrariũ, quando cõstante matrimonio, ante matrimoniũ

potest

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

poteſt alia coniectura intrare ſpei futuræ ſolutionis. Soc. *l.1.n.75.ff. ſol.matr.& n.70.cum ſeq.* vbi videtur tenere, quod non præſumitur animo donandi ante matrimonium niſi probetur, & eo caſu diſtinguit, an inter coniuges pares, & non valet; an diſparis conditionis, & videtur in recompenſam facta, ſuper quo eſt aliqua differē-
112 tia inter DD. † Extēde, ſi fiat ante matrimonium; quia præſumitur facta ſpe futuræ numerationis. Soc. in *l.1.nu.75. ver. tertia concl. ff. ſol. matr.& nu.87. ver. tertia concluſ.* vbi, quod propterea exceptio non
113 numeratæ dotis poteſt opponi. † Reſtringe, niſi fuerit renunciatū. Soc. *d.l.1.n.76.ff.ſol.matr.* vbi intelligit, quando ex interuallo fuit
114 renunciatum; ſecus ſi in continenti. † Idem, quando ſuper renunciatione exceptioni in eodem contractu fuit iuratum in ſpecie; ſe-
115 cus ſi iuramentū ſit in genere. Soc. in *d.l.1.n.83.ff.ſol.matr.* † Reſtringe, niſi tempora eſſent lapſa ad opponendum. Soci. *d.l.1.n.77.ff.ſol.*
116 *matr.* † Reſtringe, quando ante confeſſionem præceſſiſſet promiſ-
117 ſio dotis. Soc. *d.l.1.n.78.ff.ſol.matr.* † Reſtringe, quando inſtrumentum ex forma ſtatuti habet exequutionem paratam. Soci. *d.l.1.nu.*
118 *79.ver.quarto limita.ff.ſol.matr.* † Declara procedere, quando inſtrumentum habet vim rei iudicatæ; ſecus ſi ſimpliciter ratione guarentigiæ haberet exequutionem; quia annullato primo contractu, etiam præceptum, & guarentigia redditur nullum. Soc. *d.l.*
119 *1.nu.79.ver.hoc autem arbitror.ff.ſol.matr.* † Reſtringe, quando vltra confeſſionem apparent indicia numerationis dotis. Soc. *d.l.1.num.*
120 *80.ver.quinto limita.ff.ſol.matr.* † Exemplum ponunt, puta, quando
121 exhibuit maritus alimenta vxori tanquam dotatæ. † Contra exemplum tenet Soc. *d.l.1.n.80.ff.ſol.matr.* quia præſumitur donatio
122 alimentorum facilius; ideo hæc coniectura non ſuffragatur. † Declara præfatas reſtrictiones, vt infra, *Dos confeſſata per maritum quæ-*
123 *do præiudicet creditoribus, vel non. Concl.749.per totam.* † Limita, quia confeſſio mariti facta conſtante matrimonio de dote non probat dotem in præiudicium creditorum mariti, etiam ſi ſint poſteriores dictæ confeſſioni. Calder. *conſ.*477. alias 3. *de dom.inter vr. & vxo.* Bald. *conſ.*349. *per tot.lib.*3. Io. de Imol. *conſ.*110. *nu.*8. *vſq; in fin.* Rom. *conſ.*137. *in prin.lib.*4. Signor. *conſ.*202. *per tot.* vbi loquitur in ſtatuto Mediolani, quod diſponit idem, & clarius *conſ.*200. *nu.*6. Gozad.
124 *conſ.*28. *nu.*25. *ver.decimo.* Alex. plene *conſ.*142. *per tot.lib.*5. † Contra limitationem principalem, quod præiudicet quoad futuros creditores, ſed non quoad anteriores, dicit Tiraq. *de retract.conuen.*§.4. *gl.6.n.*14. vbi plurimos allegat, quod non præiudicat, poſtea allegat in ſi plures ſic diſtinguentes, & tenet Signorol. *d.conſil.*202. vbi ceſſante ſtatuto videtur tenere de iure communi præiudicare po-
* ſterioribus, & magis communem * dicit iſtam Crauet. *conſ.*40. *nu.*
5. & 6. & hanc partem tuetur Boer. *deciſ.*330. vbi pro vtraque parte
125 allegat, & ita declarat. Vide Concl. prox. ſeq. *nu.*12. & *ſeq.* † Declara, quia poſteriores dicuntur habentes cauſam à marito poſt lapſum tempus ad opponendum de non numeratione; ante vero
126 dictum tempus creditores ſunt priores, ita Crau. *conſ.*40. *n.*6. † Declara, niſi corroboretur ex præambula promiſſione, & obligatione, quia tunc confeſſio ſubſequens præiudicat creditoribus. Bald.
127 *conſ.*432. *Caſus, in princ.lib.*1. & *conſ.*384. *Duo, cir.fi.lib.*3. † Intellige tamen, quando facta eſt mentio promiſſionis præcedentis incertæ, alias ſi non eſt facta mentio de promiſſione incerta præcedente, cenſetur confeſſio conſtante matrimonio, & non præiudicat cre-
128 ditoribus etiam poſterioribus. Io. de Imol. *d.conſ.*110. *num.*8. † Et quod confeſſio dotis præcedente promiſſione non admittat exceptionem non numeratæ pecuniæ. Rom. *conſ.*445. *n.*8. *ver.hæc au-*
129 *tem omnia*, vbi poſt. in *ver.quod non*, dat plurimos concord. † Contrarium, quod imo admittatur probatio, & exceptio non numeratæ dotis. Roman. *d.conſ.*445. *num.*8. vbi recitat tres opiniones, licet præcedentem teneat, & proiſta poſt. 16. in *ver.quod non*, allegat pro
130 vtraq; parte. † Extende, quia ſi promiſſio eſt ante donationē bonorum, licet confeſſio ſit poſt donationem; tamen ſuccumbit donatarius, contra quem agit mulier, quia hypotheca mulieris incipit à die promiſſionis. Bald. in *l.aßiduus. C. qui potior. in pignor.* vbi Salyc. vnde trahitur retro ad promiſſionem. *l. qui balneum, ff. eod. tit.*
131 † Limita, quia dos confeſſata per maritum conſtante matrimonio præſumitur animo donandi; ideo tanquam inter perſonas prohibitas non valet. Soci in *l.1. in 5.q.2. art.prin.n.*10. & *ſeq. in fi. ff. ſol.matr.* quem ſequitur Bello *conſ.*4. *Diligenter conſiderato, in princip.* vbi dicit
* * communem. Gozad. *conſ.*28. *n.*32. vbi de * communi atteſtatur, &
* allegat Soc. in *l.1.ff.ſol.matr.* atteſtantem de * communi à *n.*97. *vſq;*
* *in fin.* quod dicas procedere, niſi confirmetur morte; & iſto caſu non ſufficit, quod morte confirmetur, niſi interuenerit traditio, vel aliquid, quod habeatur pro traditione. Ang. *conſ.*5. *n.*4. *vſque in fin.* ſed quod ſufficiat mortis confirmatio. Bald. *conſ.*397. *lib.*1. vbi, quod confeſſio habet vim traditionis. Signor. *conſ.*67. *n.*3. *vſq; in fin.* vbi traditionem probat ex ſola confeſſione; quia ſi maritus confi-
tetur habuiſſe ab vxore, præſumitur breui manu tradita vxori, & ab vxore marito, & quod talis confeſſio habeat vim traditionis, Alex. *conſ.*45. *n.*6. *in fi.lib.* 1. Rom. *conſ.*445. *nu.*6. & *ſeq. ver. tertio caſu*, vbi poſtill. in *ver. animo donandi*, dicit * communem, & quod in *
fraudem donationis. Caſt. *conſ.*86. *li.*2. † Contrarium, quod imo ex 132
confeſſione mariti non ſufficiat confeſſio loco traditionis. Fulgo. *conſ.*207. *Franciſcus ſilius, in prin.* Signor. *conſ.*200. *n.*6. vbi, quod ſola confeſſio non habetur pro traditione. † Declarat Alexan. *conſ.*165. 133
*Dubitatur. nu.*9. & *ſeq. ver. item de cauſa. lib.*6. quod ſi dos eſt confeſſa-
ta per maritum conſtante matrimonio, præſumitur animo donā-
di, & mulier tractat de lucro, etiam ſi ſit renunciatum exceptioni
non numeratæ pecuniæ, quia talis renunciatio eſt donatio, ſecus
ſi confeſſio eſt ante matrimonium, vbi apoſtil. in *ver. donandi*, citat
Alex. *conſil.*142. & 148. *lib.*5. vbi tollit Alex. contraria, & dicit com-
munem * opin. † Extende, quia imo talis confeſſio dotis facta in *
teſtamento cenſetur animo donandi, non autem ſpe futuræ nu- 134
merationis. Alexand. *conſil.*45. *Habita ſuper iis, num.*6. vbi dicit magis
* communem. *lib.*1. † Extende, etiam ſi talis confeſſio ſit iurata, *
quia valet in præiudicium viri, & hæredum, ſed non in præiudiciū 135
creditorum. Soci. *conſ.*82. *Super quæſt. lib.*3. Ang. & Iaſ. in §. *fuerat, inſtit. de actio.* Bald. Nouel. late *de dote, parte* 10. † Extende limitatio- 136
nem, vt in tantum præſumatur facta confeſſio dotis conſtante ma-
trimonio, animo donandi, non autem ſpe futuræ ſolutionis, vt
procedat, etiam ſi non ſit renunciatum ſpei futuræ ſolutionis. Bel-
lo. *d.conſ.*4. *n.*8. vbi dicit magis * communem. † Extende, quia ta- *
lis confeſſio mariti conſtante matrimonio habet non ſolum vim 137
confeſſionis, ſed etiam confirmatur morte, quia habet vim tradi-
tionis. Alex. *conſ.*26. *Viſo, & conſiderato, n.*3. *ver. ſecundo præſuppono, lib.*2.
vbi poſtil. citat eundem Alex. *conſ.*45. *num.*6. *lib.*1. † Extende vt va- 138
leat etiam ſtante ſtatuto, (prout Parmæ,) quod maritus non poſ-
ſit legare, nec quoquo titulo relinquere vltra libras centum, quia
non habet locum in contractu, etiam ſi ſtatutum dicat, quod ne-
que in teſtamento poſſit per contractum donari; quia non habet
locum, niſi in vltima voluntate, & licet iſta donatio confirmetur
morte; tamen eſt tertia ſpecies. Alex. *d.conſ.*26. *nu.*4. *verſ. nec prædictis*
*obſtat, vſq; in fin. lib.*2. † Reſtringe, vt limitatio non procedat, quan- 139
do promiſſio dotis ante matrimonium fuiſſet facta, quia tunc cō-
feſſio ſequens valet, & tenet Bello. *d.conſ.*4. *num.*6. & 7. *ver. iis tamen*
non obſtantibus, vbi dicit * communem, & idem, ſi eſſet ante matri- *
monium, vel in actu matrimonij ante conſummationem. Crauet.
*conſ.*40. vbi latiſſime, & plenius Couarr. *var. reſolut. lib.*1. *cap.*7. *col. an-*
tepen. ver. quod confeſſio dotis, plene deciſ. Peruſ. quæ alios allegat, &
dicit * communem *deciſ.*66. *n.*25. † Reſtringe, vt non procedat li- *
mitatio, quando interuenit traditio, vel aliquid, quod ſit loco tra- 140
ditionis; quia tunc talis cōfeſſio tranſit in donationem, quæ mor-
te confirmatur, ſecus ſi non interuenit traditio. Ang. *d.conſil.*5. *num.*
4. & *ſeq.* † Contrarium, quod non requiratur traditio hoc caſu, 141
quia maritus videtur poſſidere id, quod confitetur, & ſic confeſ-
ſio habet traditionis effectum. Bald. *conſil.*397. *Caſus talis, in princip.*
& *conſ.*456. *Scia origine, nu.*2. *ver. præterea, lib.*1. Signor. *conſil.*67. *In quo-*
*dam inſtrumento, nu.*3. vbi declarat, quia mulier præſumitur habuiſ-
ſe à marito breui manu. Alexand. *conſ.*45. *num.*6. *lib.*1. † Reſtringe, 142
quando in tali confeſſione adeſſet guarentigia, contra quam ex
forma ſtatuti nihil poteſt opponi, quia tunc etiam ſine traditione
valeret, Ang. *d.conſ.*5. *nu.*4. & 5. Cephal. *conſ.*131. *num.*12. *lib.*1. † De- 143
clara, quia guarentigia nihil operatur, ſi confeſſio principalis non
eſt valida, ſed procedit reſtrictio ſolum, quando adeſt ſtatutum,
quod habeat inſtrumentum vim rei iudicatæ, ita Soci. in *l.1. nu.*79.
ff. ſolu. matr. † Reſtringe, quando donatio eſſet delictū; quia prohi- 144
bita tali prohibitione, quæ induceret delictum; tunc præſumitur
animo futuræ receptionis facta, ideo lapſo tempore excipiendi de
non numeratione valet. Angel. *d. conſ.* 5. *in fin.* † Imo etiam dona- 145
tio præſumitur in marito ſciente & patiente vxorem emere ſuo
proprio nomine ex pecunia dotali; quia præſumitur donaſſe, &
donatio morte confirmatur. Fulgoſ. *conſil.*198. *col. fin.* † Reſtringe, 146
quando maritus non eſſet dignus tali vxore nobili; quia tunc con-
feſſio valet, etiam antequam labantur tempora excipiendi de nō
numerata pecunia; & non obſtat, quod non ſit facta traditio, ne-
que quod præſumatur donatio; quia debetur ſimpliciter iſto caſu.
Ang. *d.conſ.*5. *num.*6. *ver. & ſi vir non fuiſſet.* Contrarium tenet Rom.
*conſ.*445. *num.*7. & 8. Vide ſupra *num.*102. & *multis ſeq.* † Reſtringe, 147
quando eſſent lapſa tempora opponendi exceptionem non nu-
meratæ dotis; quia præiudicat, & non animo donandi facta cen-
ſetur, iuxta not. in *l.1. C. de dot. caut. non num.* ſecundum Buttrig. Bart.
& Angel. in *l. aßiduis, C. qui potio. in pigno. hab.* Bald. in *rubr. C. de priuil.*
dot. Anton. de Butr. & Imol. in *c. ex literis, de pignor.* Soci. *conſ.* 82. *col.*1.
& *conſ.*122. *col.*4. *lib.*3. Deci. *conſ.*336. † Reſtringe Florentiæ ſtante 148
ſtatu-

statuto *lib.2.c.61. de dot. & donat. restit.* quod disponit idem in dote cõfessata, quod in dote soluta, quod est seruandũ. Vide, *Confessio quando spe futuræ numerationis censetur facta, vel non. Concluſ.* 657. Vide, *Confessio inter personas prohibitas, vel non quando operetur donationem. Concluſ.* 659.

149 Vide, *Statutum Florentiæ circa dotes qualiter intelligatur. Concl.* 521. † Declara omnes limitationes dicẽtes, quod confessio dotis facta per maritum constante matrimonio præsumuntur spe futuræ solutionis, vel animo donandi, vel in fraudem, procedere, si nõ constat de alia causa, sed si constat de alia causa, secus est; quia præsumitur vera confessio, & præiudicat marito, & hæredibus, etiam creditoribus posterioribus, & etiam anterioribus habentibus solam hypothecam tacitam, & non requiritur lapsus temporis non numeratæ pecuniæ. Cast *cons.* 383. *Circa 1. lib.* 2. vbi ponit quatuor casus, in quibus præiudicat, vt supra. † Primus est, si confessio fuit ante matrimonii, vel in actu matrimonii, vel etiam post matrimonium, ante tamen copulam carnalem; quia præiudicat. † Secundus est, si præcesſit promissio confessionem mariti; quia statim præiudicat, prout solutio. † Tertius est, si ignobilis duceret nobilem in vxorem, & confitetur dotem etiam constante matrimonio; quia præiudicat. † Quartus est casus de iure antiquo, quando confessio fieret post solutum matrimonium per diuortium; quia cessat omnis prohibitio, & si fiat ex certa scientia, valet vt donatio. † Adde quintum casum, quem ponit Roma. *cons.* 44. *Ex supradictis, n.2. ver.2 casu.* quia si confessio fuit animo donandi, & præmoritur maritus vxori, & confirmatur morte, & præiudicat marito, & hæredibus; & idem est, si ambo mortui sunt, maritus & vxor, & ignoratur, quis eorum primo sit mortuus; secus si primo mortua sit vxor; quia non potest valere; quia morte non est confirmata donantis. † Limita, quando maritus confessus est dotem recepisse ab vxore pro tanta summa, & dixit constare instrumentum rogatum per talem Notarium, & dictam dotem legat in testamento, etiam si non constaret de dicto instrumento, voluit tamen hæredem suum teneri; quia si præmoriatur vxor, non poterunt hæredes petere dotem ex tali confessione facta, nisi doceatur de solutione enunciata. Angel. *cons.* 181. *A. fecit testamentum.* vbi, quod effectum est caducum ipsum legatum dotis, & hanc partem tenet Roma. *cons.* 445. *n.8. col. pen. ver. vltimo casu.* vbi dicit, quod semper præsumitur animo donandi morte mariti confirmari, vt ibi *nu.*6. † Declara melius, vt per Roman. *cons.* 44. *& cons.* 445. vbi, quod confessio animo donandi præsumitur in testamento semper, & donatio non valet, nisi morte confirmetur. Vide, *Donatio inter virum & vxorem requirit traditionem. Concluſ.* 692. † Et quod huiusmodi confessio facta in testamento præsente vxore non habeat vim simplicis legati, iuxta tex. *in l. Lucius, §. quisquis, ff. de leg.* 2. sed habeat effectum irreuocabilem, ac si inter viuos facta fuisset. Bart. *in l. si quis decedens, §. codicillis, ff. de leg.* 3. per Alex. *cons.* 45. *col.* 2. *lib.* 1. Deci. late *cons.* 196. *col.* 2. *ver. ex quibus omnibus.* & quamuis talis confessio censeatur animo donandi, non spe futuræ numerationis. Bart. *in l. Papinianus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. si diuortio, in princ. ff. ſolut. matr.* vbi Alex. & idem Alex. *conſ.* 26. *col.* 1. *lib.* 2. quæ donatio est prohibita; tamen quando statutum æquiparat dotem datam & confessatam, prout statutum Florentinum, vt dixi supra *num.* 148. idem dicendum est de dote confessata, ac si esset tradita; quia quando duo æquiparantur à lege, vel statuto, quod disponitur in vno, censetur etiam dispositum in alio, *l. si quis seruo.* vbi gloss. & Dd. *C. de furt.* præterea contraria procedunt in dubio; secus, quando concurrunt aliquæ coniecturæ, quæ faciunt semiplenam probationem. Bald. Nouell. *de dot. in 6. parte priuil.* 78. *ver. inſuper, quæ concurrebant in isto casu; ideo, &c.* vide supra *num.* 53. † Et quod stante dicto statuto Florentiæ dos soluta, & confessata à pari procedant, & non possit opponi de simulatione, vel ficta confessione. Bald. *in l. antiqua, in princ. C. ad Velleia.* Socin. *conſil.* 66. *col.* 2. *ver. ad quod optime, lib.* 1. † Et idem est in augmento dotis confessato, gloss. *in l. fin. C. qui potio. in pign. hab.* late Iaſ. *in rubr. ff. ſolut. matr.* Negus. *de pignor. in 4. memb.* 2. *partis.* quia augmentum dotis dicitur eadem, non noua dos, *l. si proprietati. ff. de iure dot.* † Imo, quando non valet, vt contractus, sed vt legatum; quia non fuit mulier præsens confessioni, neque constat de promissione, neque de solutionẽ dotis; tunc adeo est purum legatum, vt non possit obtinere mulier rem alteri in specie legatam, & si confessio est in pecunia, non potest dari domus alteri in specie legata. Castrens. *in l. si testamento 1. ff. de leg.* 1. *& in l.* 1. *§. interdum, ff. ad leg. Falcid.* vbi, quod præfertur legatarius in sua specie legatario non in specie. Vide, *Legata quæ excedunt vires hæreditatis qualiter soluenda, vel non.*

161 *Concluſ.* 55. † Extende, etiam si testator postea reuocasset illud testamentum; quia talis confessio non probaret, neque deberetur dos confessata sine causa, & inter personas prohibitas; ideo tanquam reuocatum legatum non deberetur. Angel. *dict. conſil.* 181. *in princ. ver.*

162 *sed vbi secundum.* † Limita, quando maritus confitetur recepisse centum nomine dotis ab vxore absente in testamento, quæ centum sibi legauit; quia non debentur, vt dos, sed vt legatum, nisi per vxorem probarentur illa centum in dotem data, *l. Lucius, §. quisquis, il secondo.* vbi Bart. *de leg.* 2. *l. Lucius, §.* 1. *ff. de leg* 3. *l. Aurelius, §. fin. ff. de liber. leg. l. qui vxori.* vbi Bart. *ff. de aur. & argen. leg.* vbi dicit notandum; quia sæpe occurrit. Alex. *conſ.* 122. *Viſo proceſſu, num.* 3. *lib.* 7. Roma. *conſ.* 201. *Pro deciſione, in princ.* † Extende; quia confessio dotis facta per maritum in testamento, habet vim legati, *l.* 3. *C. de falſa cauſa adiect. & in l. qui teſtamento, ff. de probat.* & idem dicit Bart. *in l. cum quis, §. Titia. ff. de leg.* 3. *& in l. Lucius, la seconda, §. quisquis, il secondo. ff. de leg.* 2. *& in l. Aurelius, §. fin. ff. de liber. lega.* Alex. *conſ.* 45. *num.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 26. *num.* 3. *& 4. & conſil.* 153. *num.* 18. *lib.* 2. vbi dicit *communem. Roman. *conſil.* 445. *. Extende; † quia non debet solui gabella de tali dote legata; quia est legatum, & verba statuti debent proprie intelligi. † Contrarium est verius. Alexand. *d. conſ.* 26. *A contrario ſenſu. lib.* 2. Socin. *conſil.* 79. *in princ. iuncto ver. in ciuitate Piſana, col.* 2. *& ver. poſtremo, col penul. lib.* 1. & in terminis, quod statutum loquens de legato dotis, quod solui debeat gabella, extendatur ad confessionem dotis factam per maritum in testamento, Bald. *dict. l.* 3. *ver. & facit, C. de falſa cauſa ad leg.* † Et ideo non competit hypothecaria, quæ datur pro dote. Negus. *de pignor. in 2. part. 4. memb. in 4. caſu.* sed competit actio, quæ datur pro legatis, de qua *in l.* 1. *C. comm. de leg.* quæ oritur à morte defuncti; igitur probare debet, quod bona tempore mortis erant in hæreditate, & non sufficeret probare ea tempore confessionis extitisse. † Extende, vt procedat, etiam si legatum huiusmodi, & confessio facta fuisset ad fauorem vxoris præsentis; quia nihilominus, si præmoreretur mulier, vel si testator reuocaret testamentum, non deberetur ex confessione; quia est inter personas prohibitas, nisi probetur aliunde solutio dotis. Ang. *d. conſil.* 181. *col.* 1. *ver. nec credo hoc caſu.* † Contrarium vide *ſupr. n.* 157. *ver. & quod huiuſmodi.* † Extende, vt procedant prædicta etiam in foro conscientiæ, nisi hæres, vel testator haberet remordentem conscientiam. Angel. *dict. conſil.* 181 *poſt med. verſic. deſcendo igitur.* Restringe, † nisi testator iurasset in testamento se recepisse; quia talis confessio probaret contra eum, & hæredem suum. Angel. *d. conſil.* 181. *col.* 1. *ver. ſaluo, niſi teſtator.* † Restringe, nisi probaretur de solutione dotis per instrumentum enunciatum, vel etiam per alias probationes, seu præsumptiones. Angel. *Act. conſil.* 181. *col.* 1. *ver. ſi vero data tam dotem.* † Limita; quia quotiescunque prima dos fuit solum confessata, vt quia apparent posteriora instrumenta super promissione dotis; tunc nunquam talis dos circa prælationem habet priuilegium; imo secunda dos vere soluta præferri debet; quia licet sit quæsitum ius vxori quoad maritum; non tamen quoad alios. Bald. *conſil.* 456. *Sciendum eſt, lib.* 2. *per totum.* † Limita; quia dos confessata, neque legatum factum à marito vxori debetur post 30. annos à morte viri. Bald. *dict. conſil.* 224. *in fin. lib.* 5. Vide, *Præſcriptio non procedit, &c. Concluſ.* 521. † Declara; quia dos confessata per maritum debetur mulieri, etiam si postea constet ex aliis instrumentis factis per procuratorem mulieris, quod non fuit soluta; quia quicquid agit procurator, non præiudicat mulieri; secus si prima confessio est facta cum eodem procuratore mulieris, qui statim confessus fuit, quod numerabit dotem, vel cum quo alia instrumenta confecta sunt, per quæ constat, quod non fuit soluta; quia tunc neque mulieri quæritur. Bald. *conſil.* 460. *Quæritur, quid iuris, lib.* 2. vbi pro vtraque parte allegat, & ita distinguit. † Extende; quia si dos est confessata, puta, in mille, & postea constet de solutione partis, puta, centum, in reliquo erit simulata. Deci. *conſil.* 421. *Plena. num.* 14. sequitur Vrsil. in addit. ad Afflict. *deciſ.* 402. *in fin.* † Limita; quia confessio mariti inter viuos, vel aliàs ad fauorem vxoris non præiudicaret etiam confitenti, vel hæredibus, quando esset pro augmento dotis, & non pro dote; quia ex quo mulier habuit dotem à principio, & non habet alia bona, fraudulenta præsumitur confessio, prout etiam in spurio, si pater pro eo, & ad eius fauorem confiteatur. Cuman. *d. conſil.* 31. *col.* 2. *ver. ego autem puto* & propterea non valebit, nisi vt donatio, & post tempus opponendi exceptionem. † Contrarium renet Ang. de Peruſ. *conſil.* 5. *Andreas Ianis, num.* 4. *ver. hic ſolum dubitatur.* vbi, quod valet, & debetur ab hærede, si lapsum est tempus excipiendi de non numeratione, qui loquitur in dote secundo loco confessata constante matrimonio, & sic in augmento. † Limita in testamento; quia si maritus confitetur dotem in testamento habuisse etiam vxore præsente, quando extat statutum, quod nihil possit legari vxori, nihil probat etiam contra hæredem; quia præsumitur simulata, ex quo est inter personas prohibitas. Cuman. *conſil.* 31. *nu.* 2. *ver. circa tertium.* vbi etiam idem dicit, si esset iurata confessio. † Limita; quia confessio dotis facta per maritum constante matrimonio ad fauorem secundæ vxoris censetur animo donandi, & in præiudicium filiorum ex prima vxore; ideo non valet. Bald. *conſil. 11. Iſta mulier, lib.* 5. † Declara; quia confessio dotis facta per maritum non contracto, neque constante matrimonio, qui confitetur habuisse,

& recepisse nomine dotis centum à tali dante, & soluente, non probat veram numerationem in mutuo, neque in dote, nisi sit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel sit lapsum biennium; quia præsumitur spe futuræ solutionis; secus, si est renunciatum, vel est lapsum tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ. Bald. *cons.* 73. *Interdum confessio, lib.* 5. vbi ait non procedere in contractibus extra dotem, & mutuum; quia præsumitur facta solutio.
131 Extende † declarationem, vt procedat, etiam si appareant alia instrumenta, ex quibus idem maritus liberauit pro dote eundem, à quo confessus fuerat recepisse; quia non præsumitur noua dos soluta, sed
132 liberatio refertur ad eandem dotem. Bald. *d. cons.* 73. *in fin. lib.* 5. † Limita; quia confessio dotis facta constante matrimonio in testamento non præiudicat tertio, vt mulier possit agere hypothecaria. Rom.
133 *cons.* 445. † Declara, nisi sit iurata. Castrens. *cons.* 383. *Circa primum, nu.* 2. *lib.* 2. vbi, quod iurata probat, & quod licet non præiudicet creditoribus; tamen præiudicat marito, & hæredibus. † Declara; quia
134 confessio mariti in testamento, quando est facta vxori præsenti cum iuramento, probat, & non reuocatur; quia est in vim contractus; secus, si vxor est absens; quia est in vim legati, & potest reuocari. Castr. *d. consil.* 383. *col.* 2. *& seq. num.* 2. *libr.* 2. vbi, quod ita debet Bart. intelligi.
135 Limita; † quia confessio dotis facta per maritum animo donandi vxori, non præiudicat marito, quin possit reuocare; & quia non valet donatio, non sequuta morte mariti. Socin. *in l.* 1. *num.* 70. *ff. solut. ma-*
136 *trimo.* † Restringe, nisi sit ex causa, vt quia maritus senex donaret mulieri iuueni, vel ignobilis mulieri nobili; quia valet, ex quo dicitur ex causa. Socin. *d. l.* 1. *num.* 72. *ff. solut matrim.* vbi, quod præiudicat
137 marito, & hæredibus, & dicit * communem, & quod est remuneratoria. Castr. *consil.* 382. *ver. tertius casus, lib.* 2. † Limita; quia si confessio & cautio dotis fiat per maritum constante matrimonio, antequam soluatur dos, competit exceptio marito, & hæredibus, & habentibus causam ab eo de dote cauta, & nõ numerata intra annum, quando intra biennium solutum est matrimonium à die confessatæ dotis; si vero post biennium soluatur matrimonium, competit exceptio non numeratæ pecuniæ intra decennium, *auth. quod locum. iuncta l. fin. C. de dote caut. non numer.* vt ibi Salycet. Vide, *Exceptio non numeratæ pecuniæ per obligatum potest opponi infra &c. Concluſ.* 418. *numer.* 4.
138 Extende; † quia imo si matrimonium durat vltra decennium post dotem confessatam, & non solutam, tempus non currit, nisi finito matrimonio, ita Alber. *d. auth. quod locum.* & est de mente Bald. *in l. pen.*
139 *§. mulier. ff. solut matr.* Corne. *cons.* 284. *col.* 3. *ver. accedat, lib.* 1. † Extende; quia in decocto, & cessante vltra exceptionem prædictam non audiretur mulier; quia omnia bona, & iura decocti, & falliti transeunt in creditores ex forma statuti Florentiæ. Vide Mascard. *Concluſ.* 362. *Confessio facta à marito.* Vide plenius, *Confessio mariti ad fauorem vxoris quibus præiudicet. Concluſ.* 667. Vide Concluſ. proxim. seq.

Dos confessata per maritum quando præiudicat creditoribus, vel non. Concl. 749.

1 REGVLA † sit, quod si facta est promissio dotis ante matrimonium, & sequatur confessio mariti, siue lapsum sit tempus ad opponendam exceptionem, siue non, dos præfertur omnibus credi-
* toribus post promissionem, communem * opinionem dicit *decis. Perus.* 66. *nu.* 25. vbi plurimos allegat. Castr. *consil.* 383. *circa primum. ver.*
2 *2. casu. lib.* 2. vbi, quod non refert, quod confessio fiat constante matrimonio, quando præcessit promissio; quia statim præiudicat. † Extende idem, si confessio fiat post promissionem factam cõstante matrimonio; quia siue promissio fiat ante matrimonium, siue post, semper confessio præiudicat creditoribus post promissionem, licet sint ante confessionem. Ruin. *cons.* 183. *col. fin. lib.* 1. *ver. & quamuis.* vbi di-
* cit * communem contra Socinum, Castrens. *consil.* 383. *ver. secundus ca-*
3 *sus, lib.* 2. † Contrarium tenet Socin. *in l.* 1. *col. antepenul. ff. solut. ma-*
4 *trim.* † Extende; quia etiam si maritus non confitetur post promissam dotem recepisse, sed liberat promittentem; tunc censetur ficte soluta, & tantum valet quantum vera solutio. Castrens. *consil.* 383.
5 *ver. secundus casus, in fin. lib.* 2. † Extende, etiam si maritus post promissam dotem in alio instrumento, puta, transactionis, & ad alium finem confessus sit habuisse partem dotis; quia licet verba narratiua inter cõtrahentes probent; tamen secus est, si principaliter de enunciato disputatur, & non habet locum in dote promissa prius. Abb. *consil.* 85. *Videtur primo, per totum.* maxime *in prin. lib.* 2. *ver. & quanquam.*
6 Vide *Concluſ. proxim. seq. num.* 23. † Restringe, dummodo promis-
sio fiat in actu matrimonii, vel post; quia si fiat ante matrimonium expressa promissio dotis, & obligatio de restituendo, & puta matrimonium non sequatur, nisi post annum, creditores, qui intra matrimonium, & promissionem habent obligata bona mariti, præferuntur doti; quia obligatio, vel promissio facta ante de dote trahitur ad matrimonium. Neguſ. *de pign. in* 2 *part. membr.* 4. *num.* 79. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 3. *titul. de iure dot. Concluſ.* 4. *Dotis promissio quando præcedit.* † Amplia; quia dos confessata per maritum spe futuræ 7
solutionis ante matrimonium, licet post nõ præiudicet ante lapsum biennium; tamen si lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, præiudicat marito, & hæredibus. Gozad. *consil.* 28. *numer.* 18. *ver. secundo.* qui loquitur simpliciter, sed Socin. *in l.* 1. *numer.* 75. *ver. tertia conclusio. ff. solut. matrim.* vbi loquitur etiam ante matrimonium. Roman. *consil.* 44. *Ex supradictis, in princip. & consil.* 445. *numer.* 5. *ver. secunda dubitatio.* vbi, siue sit ante matrimonium, vel eo constante non præiudicat facta spe futuræ numerationis ante lapsum temporis opponendi exceptionem; secus si lapsa sint tempora. Vide omnino Didacum *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 7. vbi omnia sequ. ponit latius, quam alius quisquam. † Extende; quia 8
confessio facta ante matrimonium præiudicat etiam creditoribus, si lapsa sunt tempora, vide plene Socinum *dict. l.* 1. *numer.* 85. *& sequent. ff. solut. matrimon.* vbi ponit octo limitationes, quæ sunt extensiones, quas videas. † Contrarium tenet Socinus *dict. l.* 1. *numer.* 90. *ff. so-* 9
lut. matrimon. vbi, quod possunt ignorantes restitui; imo quod possunt opponere hanc exceptionem; quia eis competit alio modo, quam marito, alias esset in potestate mariti fraudare creditores, vide eum; quia plene & bene loquitur. † Restringe; quia licet lapso 10
tempore opponendi exceptionem præiudicet de iure ciuili; tamen secus est de iure canonico. Roman. *consil.* 44. *Ex supra narrato. num* 2. vbi apostil. *in ver. perpetuo.* † Extende; quia præiudicat etiam posterio- 11
rib. creditoribus, quando lapsum est tempus opponendi exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, plurimos allegat Tiraquell. *de retract. conuentio. §.* 4. *gloss.* 6. *numer.* 16. vbi de prioribus non est dubium, quod non præiudicat, & plene Vrsil. in addit. ad Afflict. *decis.* 402. *in princ.* vbi allegat Andr. de Isern. dicentem, contrarium renentes esse imperitos, & hanc dicit * communem, ex mente Alexand. & Socin. * quos citat Cravet. *consil.* 40. *numer.* 5. imo etiam attestatur magis * communem ex Bald. Nouell. *tractat. de dote par.* 10. *col.* 7. *in princ.* & * hanc communiter seruari dicit Boer. *decis.* 330. *per totam.* & esse * com- *
munem, prout communem attestatur etiam Couarr. *variar. resolut.* * *lib.* 1. *cap.* 7 *num.* 6. *ver. de creditoribus.* vide infra *num.* 20. *& sequ. ver. amplia; quia quando est lapsum.* † Imo, quod confessio mariti facta an- 12
te matrimonium contractum, vel tempore, quo matrimonium contrahebatur, vel ante coniunctionem copulæ carnalis, quo tempore nondum incepit amor esse iugalis, & sic nulla fraus præsumitur, confessio præiudicat marito, & creditoribus, qui postea contraxerunt, & etiam illis, qui prius contraxerunt, si erant tales, quibus vera numeratio noceret, prout si non habebant hypothecam, vel illam habebant tacitam; secus si haberent expressam, & essent anteriores; quia neque vera numeratio noceret secundum * communem. Ca * strens. *consil.* 383. *Circa primum, in princip. lib.* 2. † Contrarium tenent 13
plurimi, quod non præiudicat creditoribus, etiam posterioribus, supra *Concluſ. proxim. praced. numer.* 123. *& sequ. ver. limita; quia confessio.* Gozad. *consil.* 28. *numer.* 18. *& sequ. ver.* 2. *etiam.* Roman. *consil.* 415 *in vltimo dubio.* Soci. in *l.* 1. *col.* 15. *ver.* 3. *limita. & ver. postremo ad ea, quæ dicta sunt. ff. solut. mat.* plene Ias. in *§. fuerat. Instit. de actio. n.* 73. *verb. quid autem si dos, vsque ad num.* 88. *Instit. de act. decis. Toloſ.* 217. quam refert cum aliis Boer. *dict. decis.* 330. vbi dicit ita seruari, vide Couarr. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 6. *ver. in contrarium.* vbi allegat alios, & dicit * commu- *
nem non tutam, quæ est in contrarium, & hanc non satis iure munitam; ideo distinguit plures casus. † Declara; quia si confessio fit 14
ante matrimonium, vel in matrimonio, vel paulo post lapsum tempus exceptionis opponendæ non numeratæ pecuniæ, præiudicat posterioribus creditoribus; si vero fiat constante matrimonio, secus est, communem * dicit Couarr. vbi supra *ver. quod propterea. & in ver.* * *expræmissis*, videas plene Neguſ. *de pign. in* 4. *membr.* 2. *partis numer.* 76. vbi declarat relatiue materiam. † Declara; quia si præcessit pro- 15
missio dotis, & maritus in casu restitutionis obligauit bona sua, postea obligauit creditoribus, postea confessus est habuisse dotem, sine dubio præfertur dos, licet confessio sit posterior, ex quo præcedit promissio, & hoc, siue sit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, siue non, & siue sint lapsa tempora opponendi, siue non; quia hoc casu præfertur dos omnino, ita plene Afflict. *decis.* 402. *agitur causa.* vbi multa hinc inde, & ita distinguit. sequitur Cravet. *consil.* 40. *in princip.* vbi alios allegat, & dicit in iudicando, & consulendo, non esse ab hac opinione recedendum. Boer. *decis.* 331. *per totam.* & est communis * opinio, *decis. Perus.* 66. *numer.* 25. Bald. Nouell. *in l.* * 1. *numer.* 225. *ff. solut. matrim.* † Imo etiam contra fiscum excipien- 16
tem de non numerata pecunia debet vxor obtinere, & ita fuisse iudicatum dicit Vrsil. per consilium Neapolit. *in addit. ad decis. Afflict.* 402. *numer.* 4. † Vide tamen Bald. Nouell. *de dot.* quem refert, & 17
sequitur Couar. *var. resolu. lib.* 1. *c.* 7 *n.* 6. *ver. cæterum.* vbi, q̃ neq; præiu-

dicat

dicat posterioribus, videlicet qui sunt post promissionem, & ante
18 confessionem. † Restringe declarationem, nisi esset maritus deco-
ctus, vel constaret de fraude, plene Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.* 402.
☞ Vide plenius, *Dos confessata præcedente promissione præiudicat creditoribus.*
19 *Concl.* 760. † Amplia; quia si promissio esset facta à fratre vxoris,
vel alio constante matrimonio, confessio subsequens constante ma-
trimonio valet, & præiudicat creditoribus post promissionem, ac si
esset facta ante matrimonium. Ruin. *cons.* 183. *per tot. lib.* 1. vbi in fin.
*20 dicit * communem esse. † Amplia; quia quando lapsum est tem-
pus opponendi exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, vel dotis; tunc
præiudicat. Socin. *d. l.* 1. *n.* 90. *ff. solut. matr.* Alex. *cons.* 142. *per tot. lib.* 5.
plenius *cons.* 90. *Viso instrumento, n.* 5. *lib.* 3. plenius *cons.* 97. *nu.* 2. *lib.* 7. &
veriorem dicit apost. ad Alex. *d. cons.* 90. *lib.* 3. *in ver. dotis.* vide supra *n.*
7. *& seq. & num.* 11. *& seq. ver. extende.* vbi plene concord. contrarios.
21 Contrarium tenet Bald. cuius opinionem sequitur Socin. vbi supra
ver. sed pro certo. plenius *n.* 102. *ver. secundo limita.* vbi reprobat, quia cum
22 sit simulata, non conualidatur lapsu temporis. † Declara; quia si
confessio est ante matrimonium, nocet posterioribus; si vero post
matrimonium in vim donationis valet, non nocet, si in vim futuræ
numerationis, præiudicat, si lapsum est tempus opponendi, alias nõ.
23 Couar. *lib.* 1. *var. resolut. c.* 7. *in fin.* † Declara; quia si ignorarunt, cre-
ditores restituuntur aduersus lapsum temporis, ita Socin. *dict. l.* 1. *nu-*
24 *mer.* 90. *ver.* 3. *limita, ff. solut. matrim.* & infra *num.* 25. 26. *& seqq.* † Intel-
ligas declarationem veram eo casu, quo tempore confessionis mari-
tus iam erat fallitus, vel statim post contraxit debita, alias non, ita
* Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.* 402. qui dicit * communem, & ita debe-
re intelligi Gozad. *consil.* 28. & alij, qui videntur contrarium tenere,
& *num.* 4. dicit, quod contra fiscum ita fuit iudicatum, quando præ-
☞ cessit longum tempus, antequam contraxerit debita. Vide, *Dos*
25 *confessata à marito, &c. Concluſ.* 751. † Declara; quia si promissio non
* præcessit, quando lapsa sunt tempora, competit restitutio in inte-
grum creditoribus, qui ignorarunt secundum * communem. Go-
zad. *consil.* 28. *num.* 19. *& seq.* vbi, quod præsumitur ignorantia; item
quia petita censetur restitutio eo ipso, quod opponitur confessioni.
26 Iaſ. *in* §. *fuerat, num.* 84. *Instit. de actio.* & vide supra *numer.* 23. † Et
quod competat restitutio creditoribus ex clausula, *si quæ mihi iusta*
causa, etiam lapso biennio, si ignorarunt, vel fuerunt absentes. Ale-
27 xand. *in addit. ad Bart. in l. assiduis, C. qui potio. in pigno.* † Intellige ta-
men, & declara, vt competat restitutio ignorantibus creditoribus,
si confessio mariti fuit, postquam erat proximus decoctioni, & sic
prope fallimentum, vel quando statim post confessionem dotis cre-
auit debita; quia tunc competit restitutio, aliàs non competit re-
stitutio, nisi creati fuerint, antequam lapsum esset tempus oppo-
nendi exceptionem, ita Crauet. *consil.* 44. *numer.* 1. *& sequen.* Vrsil. *in*
addit. ad Afflict. decis. 402. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. & omnino Crauet.
consil. 40. *num.* 6. *in fin. ver. quod ipsum tamen.* Boer. *decis.* 330. *numer.* 3.
* *ver. fatetur tamen.* communem * dicit Couarru. *variar. resol. lib.* 1. *c.* 7.
28 *fol.* 44. *ver. de creditoribus.* † Imo, quod habeat locum restitutio, si
lapsum est tempus, antequam essent creditores, & quod quoad cre-
ditores nullum currat tempus, si ignorarunt. Iason plene *in* §. *fuerat.*
numer. 84. *& seq. Instit. de action.* vbi dat remedium etiam contra iura-
mentum, & renunciationem, vt non præiudicet tertio, si dicat de si-
29 mulatione. † Declara; quia si confessio dotis fit ante matrimo-
nium, vel in actu matrimonii ante consummationem, nocet credi-
toribus, nisi creati sint durante tempore opponendi; si vero confes-
sio fiat constante matrimonio; tunc non præiudicat etiam posterio-
ribus post lapsum tempus opponendi, ita late distinguit Couarruu.
30 *variar. resolut. cap.* 7. *lib.* 1. *fol.* 44. *ver. de creditoribus, cum seqq.* † Sed si
non præcessit promissio, & agat mulier contra tertium possessorem,
etiam si quoad maritum lapsa sint tempora opponendi non nume-
ratam pecuniam; non tamen sunt lapsa ad præiudicium tertij pos-
sessoris, ita Felin. *in c. si cautio de fide instrumen. in vltima fallent.* quam
refert, & sequitur Afflict. *dict. decis.* 402. *numer.* 7. *ver. item pro ista parte.*
31 Iaſon *in* §. *fuerat, numer.* 84. *Instit. de action.* † Amplia, vt idem sit,
quando maritus confitens dotem renunciauit exceptioni non nu-
meratæ pecuniæ, ita Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.* 402. *in princip.* vbi
allegat Andr. de Isern. reprehendentem tenentes contrarium, tan-
* quam imperitos, & communem * dicit Gozad. *consil.* 28. *in princip.* &
* hanc communem, & magis * commnem dicit apostil. Roman. *consil.*
32 44. *in ver. donandi, in fin.* vbi plures citat. † Contrarium; quia
confessio eo casu non potest esse facta spe futuræ numerationis, sed
necessario debet valere vt donatio; ergo si inter viuos, nõ nocet ma-
rito, multo minus nocebit creditorib. mariti. Gozad. *cons.* 28. *n.* 21. &
* *seq.* vbi dicit * communem, & allegat Soci. *in l.* 1. *n.* 89. *in* 5. *q.* attestan
tem de communi. Alex. *cons.* 142. *n.* 2. *& seq. lib.* 5. vbi apostil. *in ver. non*
tenet. dat concord. pro vtraq; parte, & quod confessio inter perso-
nas prohibitas, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, præsumitur
in fraudem. † Ratio contrarii est; quia confessio dotis facta per 33
maritum constante matrimonio, præsumitur animo donandi, quan-
do renunciauit exceptioni non numeratæ dotis; & tunc non præiu-
dicat etiam marito, neque creditoribus posterioribus; quia dona-
tio est prohibita inter virum & vxorem, plene Alexand. *consil.* 142.
Viso processu, per tot. lib. 5. quia si non valet instrumentum confessio-
nis vt donatio, ex quo præsumitur simulata; ita non valet hypothe-
ca, & accessorium, sequitur Gozad. *consil.* 28. *numer.* 29. *& per totum.*
Castrens. *consil.* 86. *& consil.* 383. *lib.* 2. Socin. *consil.* 61. *lib.* 1. Rubr. Ala.
consil. 119. & ita Socin. *in dict. l.* 1. *ff. solut. matrimon. num.* 102. † Et pro- 34
cedit contrarium etiam, vt futuris creditoribus non noceat. Gozad.
consil. 28. *numer.* 25. *ver. decimo.* † Extende contrarium, etiam si 35
confessio sit facta post promissionem constante matrimonio, vel an-
te matrimonium; quia vbi maritus renunciat exceptioni non nu-
meratæ pecuniæ, semper præsumitur donatio, quæ non valet. Areti.
consil. 86. *col. fin.* † Contra extensionem tenet Crauet. *consil.* 40. 36
num. 1. *ver. & licet Aretin.* † Declarat Alexand. *consil.* 142. *Viso pro-* 37
cessu, lib. 5. quando confessio fit ante matrimonium, non si constan-
te matrimonio cum renunciatione exceptionis non numeratæ do-
tis. † Declara, vt per Vrsil. *in additio. ad Afflict. decis.* 402. *in princip.* 38
quando erat confitens oneratus debitis, vel contraxit debita statim,
aliàs nocet lapsus etiam creditoribus ignorantibus, vt per Baldum
Nouell. *in l.* 1. *numer.* 206. *ff. solut. matrim.* † Declara; quia si con- 39
fessio est facta ante matrimonium simpliciter, censetur sub spe futu-
ræ numerationis, & valet, & habet locum titulus *de dote cauta non nu-*
mer. & talis confessio præiudicabit futuris creditoribus; & idem, si
est renunciatum exceptioni; quia non est prohibita donatio ante
matrimonium; si vero fiat post matrimonium, & renunciatum est
exceptioni, non potest esse spe futuræ numerationis; imo etiam fa-
cta simpliciter semper præsumitur in fraudem, & non nocet etiam
posterioribus creatis ante motum iudicium mulieris, communem,
& magis * communem opinionem dicit Alexand. *consil.* 142. *numer.* 3. *
4. *& 5. cum sequentib. lib.* 5. idem tenet Gozad. *consil.* 28. *numer.* 21. *& se-*
quent. vbi dicit * communem, pleniss. Crauet. *consil.* 40. *in princip.* vbi *
plurimos allegat. Socin. *dict. l.* 1. *numer.* 100. *ver. quarta conclus. ff. solut.*
matrim. & magis * communem distinctionem esse, quod post ma- *
trimonium non præiudicat, licet sit renunciatum, vel lapsa sint tem-
pora; secus si ante matrimonium est facta. Couarru. *variar. resolut.*
lib. 1. *cap.* 7. *fol.* 44. *col.* 2. *ver. quamobrem.* † Declara alio modo secun- 40
dum Roman. *dict. consil.* 44. *num.* 3. *ver. secundo casu.* quia si confessio
fuit animo donandi, & maritus præmoritur, non præiudicat; quia
non valet, ex quo morte donantis non fuit confirmata; secus si ma-
ritus primo moritur, vel ambo sunt mortui, & non constat, quis pri-
mo sit mortuus. † Restringe; quia confessio facta animo donandi 41
non præiudicat marito inter viuos; quia requirit confirmationem
morte. Gozad. *consil.* 28. *nu.* 21. *ver.* 4. *& n.* 22. *ver.* 5. vbi dicit * commu- *
nem. Castren. *cons.* 379. *Primo videndum, in princ. lib.* 1. Roma. *d. cons.* 44.
n. 2. † Restringe; quia renunciando exceptioni non numer. pecu- 42
niæ non præiudicat creditoribus Boer. *decis.* 330. *col. fin. ver. si vero.* vbi
plurimos allegat. † Restringe; quia vbicunq; maritus videt se non 43
esse, vel futurum non esse soluendo, & confitetur dotem, non præ-
iudicat creditoribus; quia præsumitur in fraudem creditorum. Go-
zad. *d. cons.* 28. *num.* 26. *ver.* 11. Vide plene *in ver. Confessio mariti ad fauo-* ☞
rem vxoris quibus præiudicet. Concluſ. 667. † Amplia; quia idem est, 44
si confessio fiat de dote in actu matrimonii; quia à communiter con-
tingentibus solent tunc dotes solui; quia præiudicabit, ex quo siue
spe futuræ solutionis, siue animo donandi sit facta, non est prohibi-
ta, & præiudicat, etiam si non esset renunciatum exceptioni non nu-
meratæ dotis. Crauet. *consil.* 40. *num.* 1. 2. *&* 3. maxime *in fin.* vbi dat
rationem. † Imo quando fit in actu matrimonij, vel ante, vel etiam 45
parum post matrimonium, non censetur animo donandi, neque in
fraudem; idem est, si lapsum est tempus opponendi nõ numeratam
dotẽ; quia simpliciter præiudicat posterioribus. Couar. *var. resol. lib.*
1. *cap.* 7. *n.* 6. *ver. quod propterea.* † Amplia; quia dos confessata præ- 46
iudicat creditoribus, quando ipsi creditores etiam fundant credita
sua super sola confessione. Socin. *d. l.* 1. *nu.* 88. *ver.* 1. *limita. ff. solut. matr.*
Bald. Nouell. ibi *num* 209. *ver. quinto limita*, alios citat Couarru. *libr.* 1.
variar. resolut. cap. 7. *nu.* 6. *ver. ex præmissis.* † Et procedit restrictio, et- 47
iam si creditum sit confessatum occasione mutui, non si ex alia causa,
vt tradunt Aretin. *dict. l.* 1. *num.* 7. Alexand. *numer.* 35. Socin. *numer.* 88.
Gozad. *consil.* 28. *num.* 28. quia si ex alia causa, non habet locum excep-
tio non numeratæ dotis. † Declara, vt per Couarr. *lib.* 1. *var. resolu.* 48
vt si ante matrimonium, vel in matrimonio, aut paulo post fiat con-
fessio; tunc quia cessat suspicio fraudis, præiudicat posterioribus o-
mnibus, etiam ex alia causa, quam mutui; si vero fiat constante ma-
trimonio, præiudicat solum iis, quib. opponi potest eadem exceptio.
Extende, † nisi creditores haberent solam personalem actionem. 49

50 Socin.*dict.l.1.num.92.ver.quinto limita.ff.solut.matrim.* † Declara, vt
plene per Bald. Nouel.*in l.1 ff.solut matrim.num.*205. nisi probaretur
51 fraudulenter confessata. † Amplia, quando confessio dotis facta
esset à marito, non quod receperit ab vxore, vel patre vxoris, sed à
tertio extraneo, ita Marsil.*Sing.*545.*Maritus.*quem refert,& sequitur
Vrsil.*in addit.ad Afflict.decis.*402.*num.*5. vbi alios citat. Couarr.*variar.
resolut.lib.1.cap.7.num 5.ver.est, & alia.* vbi dicit non ita de facili posse
opponi exceptionem non numeratæ pecuniæ, quoad maritum &
52 hæredes, sed erroneam esse conclusionem prædictam. † Declara,
vt per Bald. Nouel.*in l.1.num.*206.*in* 3.*limit.ff.solut.matrim.* nisi extra-
neus esset coniuncta persona, vel confitens maritus oneratus debi-
53 tis. † Amplia; quia quando creditores respondendo positionibus
essent confessi dotem solutam,sibi præiudicant. Socin.*dict.l.1.nu.*91.
54 *ff.solut.matrim.* & ibi apostilla. † Amplia, quando maritus senex
dotem confitetur à muliere iuuene, vel maritus ignobilis confitetur
* ab vxore iuuene; quia secundum * communem valet,& præiudicat
* marito. Bald. Nouel.*in repet.l.1.ff.solut.matrim.n.*202. vbi dicit * com-
55 munem. † Declara tamen vsque ad summam proportionabilem,
56 & non vltra. Nouel. vbi supra. † Amplia; quia præiudicat,quan-
do confessio dotis esset in instrumento habente exequutionem pa-
ratam, & sic instrumentum haberet effectum rei iudicatæ. Socin.*d.l.*
1.*num.*93.*ff.solut.matrim.* & declara,vt ibi per eum. Bald. Nouell. ibi
*num.*214. vbi plenius,& declarat vt ibi, maxime in statuto Florentiæ.
57 Contrarium † idem Socin.*d.l.1.nu.*102.*ff.solut.matrim.* vbi declarat,
si instrumentum esfante matrimonium, vel quando constat de pro-
58 missione, alias non. † Declara; quia confessio facta per maritum
constante matrimonio vxori,si aliter non constat de solutione,est in
fraudem, & viuente marito non habet tale instrumentum exequu-
tionem paratam,nisi aliter per statutum disponatur. Castren.*cons.*86.
59 *Visis,& consideratis,in princ.lib.*2. † Declara; quia Florentiæ si con-
stat de confessione mariti,quod recepit dotem ex instrumento gua-
rentigiato,mulier habet exequtionem paratam ex statuto, *lib.*2. *de*
60 *præcept.guarentig.* † Extende idem, si maritus in libro suo scripsit
recepisse dotem,& descripsit vxorem creditricem; quia vigore sta-
tutorum fori mercatorum *in* 4.*vol.rubr.*3.*quomodo libri mercatorum ex-
hibeantur.* transumptatur partita, & habet exequtionem paratam,
& obligatio bonorum incipit à die scriptæ partitæ, non à die sumpti
61 facti. † Extende, quando maritus soluisset gabellam dotis, &
confessus esset habuisse dotem in libris gabellæ; quia probat contra
tertium,de quo vide *in ver. Gabellæ liber probat solutionem. Conclus.*13.
62 Extende idem, † si constat de solutione dotis per libros campsoris,
vel alterius tertiæ personæ legaliter tentos; quia licet isto casu mu-
lier non possit agere via exequtiua per viam tenutæ, vel præcepto-
rum; quia non constat de promissione restitutionis, neque de præ-
cepto guarentigiæ,sed solum competit hypothecaria, quæ oritur ex
receptione dotis,vt *in l.*1. §.*accedit, C. de rei vxor. actio.* & isto casu de-
bent produci libri gabellæ,vel campsoris, qui licet de iure communi
probent plene ad fauorem tertii; tamen probant ex forma statuti
63 probata legalitate dictorum librorum. † Amplia; quia præiudi-
cat, quando apparerent indicia solutæ dotis, vt quia maritus coacte
præstitit alimenta vxori. Socin.*consil.*82.*in princ.lib.*3. vbi,quod in iu-
64 dicando ab hac opinione non est recedendum. † Contrarium te-
net idem Socin.*dict.l.1.num.*94.*in* 7.*limit.ff.solut matrim.* Couarru.*va-
riar.resolut.lib.1.c.*7.*num.*5.*ver.sic ex consistione.* vbi reprobat hanc con-
65 iecturam alimentorum, & ponit alias. † Declarat Bald. Nouell.
*dict.l.1.num.*207.*ver.quarto limita.ff.solut.matrim.* vt procedat, quan-
do diu alimentauit vt dotatam; secus si maritus esse oneratus debi-
tis; quia non concludit necessario dotatam in summa confessata.
66 Amplia; † quia præiudicat, quando duplex, vel geminata est con-
fessio; quia prima habet vim promissionis. Socin.*dict.l.1.numer.*95.
67 *solut.matrim.* † Extende, quando post confessionem iterum re-
cognosceret debitum. Bald. Nouell.*dict.l.1 nu.*207.*in* 4.*limit.* Con-
68 trarium, † quod etiam geminata confessio non præiudicet; quia
esset aperta via malitiis, Bald. Nouell.*dict.l.1.ff.solut matrim.nu.*208.
69 Declara, † vt non releuet geminatio.quando fieret vxori constante
matrimonio; secus si ab extraneo. Grat.*consil.*54.*&* 55.*nu.*44.*lib.*1.
70 Declara, † vt non releuet, quando maritus esset oneratus debitis,&
suspectus tempore recognitionis, sicuti tempore confessionis. Bald.
71 Nouel.*d.l.1.ff.solut.matr.n.*207.*in* 4.*limit.* † Amplia; quia præi-
dicat, quando constat in parte de veritate; quia tunc tota præsumitur
72 vera. Socin.*consil.*82.*in princip.libr.*3. † Amplia; quia præiudicat,
quando adest iuramentum assertorium,quod sunt omnia vera. Soci.
73 *dict.l.1.num.*103.*ff.solut.matrim.* † Declara, vt per Baldum Nouel.
*repet.dict.l.1.num.*203.*& sequ.* quia procedit ampliatio, quando iura-
mentum est obligatorium, & de futuro; secus, si assertorium, & de
* præterito,& hanc magis * communem dicit, *decis.Peruf.*66.*numer.*6.
& sequent. vbi, quod sufficit iuramentum obligatorium, vel promis-
sorium. † Amplia; quia præiudicat,quando confessio esset facta 74
sub spe futuræ promissionis; quia tunc sequitur posteriori promis-
sione videtur impleta,& præiudicat Bartol. & alij *in l.penult.*§.*si vir,in
fin.ff.solut.matrim.*cuius opinionem * communiter ibi sequuntur Do- *
ctores, pro qua late Alexand. *consil.*148. *In causa appellationis, in princ.
lib.*5. vbi apostill. *in ver. promissionis.* allegat plures pro vtraque parte,
& pro hac parte Neuiza.*in Sylu.nuptia fol.*43. qui plures allegat, & di-
cit,quod ita fuit iudicatum per Senatum Mediolani in contradicto-
rio cum Curtio Seniore, vide Roma.*Singul.*26.*Quod si confiteor,* vbi a-
postil.dat.plures concord. † Contrarium consuluit Curt.Sen.*cons.* 75
54.*per totum,* vbi sequitur opinionem contrariam,quam etiam verio-
rem, & male iudicatum per Senatum Mediolani asserit apostilla ad
Alexand.*d.cons.*148.*lib.*5. † Limita; quia confessio dotis facta per 76
maritum de dote in dubio præsumitur spe futuræ numerationis; &
ideo non præiudicat creditoribus; quia non habet dos confessata
priuilegium veræ dotis contra creditores. Socin.*in l.1.num.*87.*& seq.
ff.solut.matrim.ver.*3 *conclus.* vbi dicit * communem, quod non præiu- *
dicat creditoribus, & ibi apostill.*in ver. numerationis.* quæ dicit,quod
imo, si confessio est facta constante matrimonio, præsumitur animo
donandi,non spe futuræ numerationis, & esse magis * communem. *
Limita; † quia confessio dotis etiam anterior non præiudicat poste- 77
rioribus, qui sunt veri creditores ex vera numeratione. Vrsil. *d.decis.
Afflict.*402.*in fin.* vbi alios citat. † Contrarium quod præiudicet sin- 78
gularibus successoribus posterioribus. Aretin.*consil.*36. quem sequi-
tur Socin.*cons.*82.*nu.*3.*lib.*3. qui loquuntur in confessione per instru-
mentum. † Imo,quod præiudicet posterioribus creditoribus, qui 79
contraxerunt cum marito post emanatam confessionem. Bald. No-
uel.*d.l.1.n.*209.*ver.*6.*limita,ff.solut.matr.* † Declara,nisi constaret, 80
quod in fraudem futurorum creditorum confessionem fecerit, vt
quia statim, vel paulo post, contraxit cum aliis; quia arguitur fraus,
ita Bald.Nouell.*d l.1.n.*209.*ver.*6.*limita,ff solut matr.* & ista est magis
communis * opinio. Bald. Nouel.*de dot.in* 10.*par.* Afflict.*decis.*402.*a-* *
gitur causa,ad fin. Crauet.*cons.*40.*Proponitur, quod nobilis Guido, col.*3. *ad
fin.cum seq.* Tiraq.*de retract.lignag.*§.1.*gloss.*18.*n.*88. Ruin.*cons.*130.*lib.*1.
Gozad.*cons.*28. † Declara totam hanc materiam,quod an confessio 81
dotis præiudicet posterioribus creditoribus, vel non, istud est arbi-
trarium iudici, consideratis omnibus, quæ possunt mouere, vel ad
fraudem,vel ad veritatem præsumendum. Vrsil.*ad Afflict.decis.*402.*n.*
7.*in fin.* † Limita;quia recognitio debiti facta ad fauorem vxoris nō 82
valet in præiudicium creditorum, licet expressum sit in ea se longe
ante fuisse debitorem,iuxta doctr. Barto. *in l.repetita.ff.de fide instrum.*
Extende † in casu conuerso; quia maritus non potest præiudicare 83
mulieri ex assertione contra confessionem dotis; quia non valet,*l.
cum hic status,* §.*ait,ff.de donat.inter vir & vxor.* Roma.*Singul.*559. Lop.
in rubr.extra de donat.inter vir.& vxor.§.69.*num.*11. Vide Conclusio-
nem proxime præcedentem *sub nu.*102.*& seq.* vbi plenius. † Limita; 84
quia si constante matrimonio maritus constituit dotem vxori causa
donationis non valet, & non præiudicat. Vide plene Socin. qui po-
nit hanc regulam *in reg.*9.*Maritus constante matrimonio.* vbi limitat, seu
restringit sex modis. Vide omnino Conclusionem proximam se-
quentem. Vide etiam, *Maritus acquirens pro vxore quando vxori acquiratur,vel non. Concl.*92.

Dos confessata per maritum an debeatur vxori, si constat de posteriori promissione facta marito. Concl. 750.

DOs † confessata per maritum à socero non debetur, quando 1
socer post confessionem mariti confessus est se debitorem do-
tis confessatæ, vel se obligauit ad illius solutionem; quia ex quo
constat, quod socer adhuc est obligatus; ideo mulier non agit ad
exactionem, quando est hæres patris; quia exceptio, quæ obstaret
patri, obstat mulieri hæredi. Angel.*consilio* 145. *Gener à socero,numer.*2.
ver.quid dicendum. † Extende, vt idem sit pro rata, quando mulier 2
fuisset hæres solum pro rata. Angel. *dicto consilio* 145. *num.*2. † Et di- 3
citur confessio facta isto casu spe futuræ numerationis. Ias. *consil.*122.
libro 1. † Amplia, vt idem sit viuente socero, etiam si filia non sit 4
hæres, quando eodem tempore, vel incontinenti maritus fuit con-
fessus habuisse dotem, & socer promisit illam soluere marito; quia
isti actus incontinenti, seu vicini videntur correspectiui, ita quod v-
nus est contemplatione alterius, & maritus videtur fecisse contem-
platione promissionis; ideo nihil potest diciquæsitum mulieri. An-
gel. *dicto consilio* 145.*numer.*2.*col.*2.*ver.secundo casu.* tenet eandem o-
pinionem Roman. *consil.*445.*numer.*4.*ver.secunda opinio.* vbi allegat
Bald. & Angel. contra Bartolum, sed tamen vide apostillam ad A-
lexand. *consil.*148.*libr.*5.*in ver.promissionis.* vbi allegat concord. plu-
res, & dicit hanc veriorem, & contraria opinio est sophistica, &
concord.

5 concord. Curt.Sen.*conf.*54.*per tot.* † Declara, quando confessione facta procuratori mulieris, vel alteri pro ea, ille statim promittit; quia præsumitur facta spe futuræ numerationis; secus si promissio fiat à tertio; quia non præiudicat mulieri, ad cuius commodum est facta confessio. Bal.*conf.*460.*Quæritur, li.*2. & declarat procedere in præiu-
6 dicium mariti non creditorũ, *conf.*456.*Sciendum, eod.lib.*2. † Extende ampliationem, vt procedat, siue confessionem mariti, precederet prima promissio dotis, siue non; quia sufficit, quod socer se obligauerit post confessionem mariti incontinenti, vel contextualiter. An-
7 gel.*d.conf.*145.*col.*2.*ver.quid dicendum.* † Contra ampliationem, & extensionem. Castr.*in l.penult.*§ *si vir. ff.solut.matr.* vbi, quod confessio præiudicat; quia censetur facta contemplatione futuræ promissionis; ideo præiudicat, ex quo causa est sequuta, quod intelligit verum, quando promissio est à tertio; sequus si ab ipsamet muliere, ad cuius commodum facta est confessio. Roman.*singul.*26.*quod si confiteor.* vbi apostill. dat concord. & ista est opinio Bartol. ibi, quæ est
* communis, vt attestatur apostill. ad Roman. *consil.*445.*num.*4.*ver. mihi placet.* allegat Alex.*conf.*148.*In causa appellationis, n.*1.*lib.*5. vbi apo-
* still. *in ver. promissionis.* dicit * communem, licet contrarium teneat. Socin.*conf.*88 *abunde, n.*21.*lib.*4. Neuiza.*in Syl. nuptia. lib.*2.*nu.*73. vbi
* de * communi, vide pro ista parte plene Bald.*in l.vir ab eo, ff.de iure dot.* Alex *conf.*36.*Viso themate, col.*2.*lib.*2. Abb.*conf.*73.*circa* 1.*col.*2. vbi extollit hanc opinionem Bar. * communem, & in *conf.*85.*prope fin. lib.*2. Corne.*conf.*284.*lib.*1.*& conf.*66.*col.*2.*lib.*4. Socin.*conf.*179.*vol.pen.lib.*2.
* vbi dicit esse magis * communem, & hanc partem tuetur Ang. Areti. *conf.*30.*Videtur dicendum. per tot.* vbi, quod obligatio dicitur sine causa, & simulata, & loquitur in liberatione societatis, & obligatione incontinenti facta per ipsum liberatum, & apostil. ad Alex. *d. conf.*148.
8 *lib.*5. citat Castr.*conf.*73.*lib.*2. & Socin.*conf.*88.*nu.*21.*lib.*4. † Contrarium, quod imo spe futuræ solutionis censeatur confessio facta, & simulata, apostill. ad Alexan. *conf.*148.*in princ lib.*5. *in ver. promissionis. & in verb. quidam.* vbi citat plures, & maxime Corne. *conf.*284.*In præsenti, lib.*1. Curt.Sen.*conf.*54. vbi dicit ita fuisse Mediolani iudicatum.
9 Castr. & Ias.*in l.qui in furum,* §.1.*ff.de pact.* † Declara; quia sunt tres casus; primus est, quando post confessionem dotis incontinenti succedit promissio de soluenda dote, & in hoc dicitur facta spe futuræ promissionis, non spe futuræ solutionis, prout Alex.*d.conf.*148.*in prin. lib.*5. vbi apostill. pro vtraque parte, ita primum casum ponit. Roma. *d.conf.*445.*in princ.* pleniſſime Roma.*in l.penult.*§ *si vir, ff. solut. matrim.* Abb.*conf.*73.*circa* 1.*col.*2.*num.*3.*ver.potest addi, lib.*2. plene Alex.*conf.*36.
10 *Viso themate, n.*2.*lib.*3. allegat Bar.*in l.pen.*§ *si vir, ff.solut. matrim.* † Vide tamen Abb.*d.conf.*73.*num.*4.*ver.sed ego. lib.*2. vbi, quod si incontinenti facta est promissio post confessionem, magis probatur, quod spe futuræ promissionis, quam si fiat post lapsum tempus opponen-
11 di de non numer. pecu. quod est contra Bart.*in l.pen.solut.matr.* † Secundus est, quando non incontinenti, sed ex interuallo post confessionem dotis subsequuta est promissio; sed tamen intra tempus opponendi exceptionem; & iste casus idem est cum primo. Rom.*conf.*
12 445.*num.*4.*ver.secundus.* † Tertius est, quando longe post, & extra tempora ad opponendum exceptionem; & isto casu nullus discrepat; quia non potest præiudicari mulieri, quæ potest consequi do-
13 tem à marito. Roman.*conf.*445.*num.*4.*in fin.ver.tertius.* † Quartus tamen casus potest considerari, prout per Castr.*in l.penult.*§ *si vir, in fi. ff.solut.matrim.* vt sit differentia, an confessio fiat mulieri, & promissio à muliere incontinenti, & maritus non ita præiudicat sibi, sicut, si confessio esset facta mulieri, promissio vero à tertio, vel fratre mulieris, vt etiam tenet apostil. ad Alex.*d.conf.*148.*in ver.promissionis, li.*5.
14 vbi dat concord. † Quintus casus potest considerari, vt si maritus confitetur habuisse centum pro dote, postea apparet de solutione quinquaginta pro dote; quia solum valet confessio in quinquagin-
ta. Roman.*conf.*445.*num.*2. Deci.*conf.*421.*n.*14. Roman.*dict.sing.*26.
15 Sextus † est casus, quando confessio expresse est facta spe futuræ solutionis; tunc enim nisi appareat de solutione maritus non obligatur; quia solutio est facti, & non præsumitur, & non releuat, quod pater puellæ, vel alius statim promittit soluere; quia non propterea potest dici spe futuræ promissionis, ex quo expresse confiteris spe futuræ solutionis, ita videtur tenere Alex.*d.conf.*148.*num.*2.*ver.ex iis ergo apparet, lib.*7. vbi sic declarat procedere tex.*in l.si voluntate. C.de dotis*
16 *promiss.* † Septimus casus potest addi, quando facta est confessio mariti de tota dote, postea fuit facta promissio dotis per mulierem, & longe post transactio, in qua maritus confitetur non potuisse exigere, nisi 180. & hæc summa remittitur propter alimenta marito; quia probatur vera solutio summæ confessatæ, etiam si principaliter agatur de confessione. Abb.*conf.*85. *Videtur primo, per tot. lib.*2. Am-
17 plia; † quia maritus confiteris dotem recepisse, siue præcedat promissio, siue non, tenetur de suo, quando socer se obligauit post confessionem ex interuallo illam soluere, sed adhuc non erant lapsa ma-

rito tempora opponendi exceptionem nõ numeratæ pecuniæ; quia sicut exceptio poterat opponi contra socerum; ita contra mulierem, & præsumitur maritus non opposuisse propter promissionem subsequentem. Ideo mulieri non erat ius quæsitum. Angel.*d.consil.*145. *col.*2.*circa fin.ver.*2.*casu.* vbi, quod solũ tenentur hæredes mariti cedere actiones, idem tenet Ruin.*conf.*183.*num.*5.*in princ. libr.*1. † Am- 18
plia, quando maritus etiam in testamento legasset vxori dotes suas; quia non censetur legare, nisi eam ratam, quam exegit, non autem ratam, q̃ confessus est, quando confessio non nocet. Ang.*d.conf.*145. *in fin.* † Declara, nisi legando expressisset dotem etiam confessatam, 19
veluti si dos 400. confessata esset, & maritus legaret dotem vxoris 400. tunc deberentur 400. etiam quod socer post confessionem illam soluere promisisset; quia habebit eam in vim legati. Bald. *consil.* 58.*In restitur. dotis, in fin. ver. vlt. sciendum, iuncto princ. lib.*2. † Amplia; 20
quia si maritus confitetur habuisse dotem, videlicet centum, & post confessionem apparet solutio dotis in quinquaginta, quoad residuũ confessio præsumitur simulata. Deci.*consil.*421.*num.*14. incip. *Plena,* quem sequitur Vrsil.ad Afflict.*decis.*402.*in fin.* Roman.*conf.*445.*n.*2. vbi apostil. citat alios *in ver. non vltra.* † Amplia; quia si est consue- 21
tudo, quod maritus primo confiteatur, postea promittatur illi dos; tunc nihil operatur obligatio confessionis subsequuta promissione. Roman.*consil.*445.*col.*1.*in fin.nu.*3.*ver.tertio idem probatur.* vbi apostill. *in d.ver.tertio idem probatur.* dat concord. † Limita; quia sola con- 22
fessio dotis probat dotem etiam facta constante matrimonio per 30. annos, quando præcessit promissio in contractu matrimonij, & mulier præfertur omnibus creditoribus à die promissionis, nec contra eam præscribitur, quæ non potest agere viuente marito. Fulgos.*conf.* 216 *Proponitur, quod domina.* † Limita, quando præcederet promis- 23
sio dotis facta à socero, & constaret, quod maritus confessus fuit dotem animo nouandi dictam promissionem; quia licet socer postea se obliget soluere dotem confessatam; tamen ex quo prima promissio est nouata, & est quæsitum ius mulieri, ipsa debet habere dotem à marito confessatam, & hæredes mariti agent contra socerum, ex quo voluerunt nouare inter se. Angel.*consil.*145.*num.*2.*ver.quid dicendum.* † Limita Florentiæ; quia dos confessata per maritum, & dos 24
soluta æquiparantur, vt in statuto, *lib.*2.*cap.*61. † Limita; quia siue 25
præcedat promissio dotis, siue non, si maritus confessus est recepisse dotẽ, & ex interuallo post lapsum temporis ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, socer se obligauit soluere dotem confessatam; maritus tamen tenetur, & vxor consequetur dotem confessatam; quia ei erat ius quæsitum per lapsum temporis ad excipiendum de non numeratione, cui socer præiudicare nõ potuit. Angel.*d.conf.*145.*col.*2.*in fin.ver.secundo casu.* Ruin.*conf.*183.*nu.*5.*ver. & vbi maritus, lib.*1. vbi *col. fin.ver. & quamuis.* dicit * communem reprobato *
Socin. contrarium dicente, vt infra proxime, quando præcedit promissio etiam constante matrimonio. Bald.*consil.*460.*lib.*2. † Ex- 26
tende, etiam si promissio præcedens sit facta constante matrimonio. Ruin.*d.conf.*183.*col fin.ver. & quamuis, lib.*1. vbi reprobat Socin. contrarium tenentem, & dicit contra eum * communem. † Extende, 27 *
vt idem sit, si non erant lapsa tempora opponendi exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, quando extaret statutum, quod non possit opponi exceptio. Ang.*d.conf.*145.*num.*3.*ver.sed tunc dubium.* vbi loquitur, siue sit eodem contextu facta confessio, & promissio, siue ex interuallo, ex quo non potest opponi exceptio, & idem consuluit Ruin. *conf.*183.*num.*5.*ver. & vbi maritus, lib.*1. † Limita; quando post con- 28
fessionem mariti alius promitteret, non autem socer; quia siue incontinenti, siue ex interuallo censetur noua persona, & nouatio facta, quæ non præiudicat mulieri. Ang.*d.conf.*145.*circa fin.ver.cæterum si alius.* † Extende, vt procedat etiam quando maritus confessus fuisset habuisse dotem, & se obligasset illam restituere mulieri, & so- 29
cero; quia si solus socer se obligat ad dotem soluendam, non præiudicat mulieri. Bald.*conf.*224.*Vir fuit, lib.*5.

Dos confessata à marito inuoluto debitis non præiudicat creditoribus. Concluſ. 751.

DOs † confessata constante matrimonio per maritum implici- 1
tum debitis censetur facta in fraudem creditorum; ideo non valet, ex quo creditores eidem non consenserunt, etiam si renunciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ. Alex *conf.*142.*lib.*5. Ias.*conf.* 32.*lib.*3. Paris.*conf.*102.*col.*2.*lib.*3. † Restringe, nisi in contrarium sint 2
coniecturæ, quod dos vere fuerit soluta. Bald. *in rubr. C. de priuil.dot. col.*3.*ver.vnde quæritur.* Deci.*consil.*437.*In causa quæ agitur Mantuæ, col* 3. *ver.sed respondetur.* † Coniecturæ sunt; prima, si maritus semper 3
aluit vxorem in domo sua. Bald.*in d.rubr. C.de priuil.dot.col.*3. † Con- 4
trarium, quod hæc coniectura sit debilis, & non releuans, tenet Socin. *in l.*1.*col.*12.*ver.*5.*limita. ff.solut.matrim. & col.*15.*ver.*7.*limita.* Bald.

Nouel. *de dote in 16. parte in 4 limit.* vbi dicit esse valde debilem præsumptionem. Felin. idem dicit *in c. si cautio. de fide instrum. num. 77. ver.* 5 *fallit tertio.* Ruin. *cons. 130. col. 2. ver. & si adhuc insistetur, lib. 1.* † Secunda est coniectura, quando præcedit promissio dotis ipsam confessio- 6 nem. Vide, *Dos confessata per maritum. Concluſ. 749.* † Tertia coniectura est, quando ipsa promissio constat, & est verisimilis, vt quia pater tantundem dedit aliis filiabus; quia præsumitur æqualitas ser- 7 uata in dubio. Paris. *consil. 126. lib. 1.* † Quarta est, si fuit soluta gabella. Vide, *Gabellæ liber probat solutionem gabellæ, & quando probet enunciata, pro quibus soluta est, &c. Concluſ. 13.* † Contrarium, quod hæc 8 solutio gabellæ sit suspecta, quando est facta tempore suspecto, ex quo maritus iam erat debitis implicitus; & quia non probat dotem traditam, etiam si extet promissio. Vide, *Gabellæ liber*, supra proxime. Amplia; † quia confessio dotis facta per maritum post venditionem 9 bonorum per eum factam tertiæ personæ est suspecta, & non præiudicat creditoribus mariti ante confessionem, vt est text. *in auth. de æqual. dot. §. aliud, ver. si vero non fuerit.* Salycet. *in l. si mater, C. de contrahen. emptio.* Alciat. *in reg. 3 præsumptio. 26.* † Restringe, nisi præcedat 10 confessio dotis; quia tunc confessio præiudicat tertiis possessoribus posterioribus, contra quos mulier agere potest hypothecaria secundum magis * communem, quam tenent Angel. *in l. 1 ff. solut. matrim.* * Afflict. *decis. 402. num. 9.* vbi dicit ita iudicatum in sacro Regio consilio. Boer. *decis. 330.* vbi citat pro vtraque opinione, quod confessio præiudicet, & non præiudicet, postea distinguit, quod præiudicet, si est anterior; secus si posterior cõfessio dotis, nec sufficit lapsus temporis; quia creditores ignorantes habent restitutionem aduersus lapsum. Cruet. *consil. 40.* vbi de * communi. Castr. *consil. 303. lib. 2. & in l. 1 ff. solut. matrim. in 8. limit.* Bald. Nouel. *de dote, in 10. parte col. 9.* Vide, *Dos confessata per maritum quando præiudicat creditoribus. Concluſ. 749.*

Dos admittit dubiam interpretationem contra se in multis. Concl. 752.

1 INTERPRETATIO † fit contra dotem, quod non sit libera, quando à principio fuit constituta sub pactis, & conditionibus apponendis in instrumento; quia ipsa pacta, & conuentiones debent intelligi ad fauorem promittentis dotem in dubio, non autem ad fauorem dotis. Petr. de Anchar. *cons. 7. In quæstione agitata, nu. 5. ver. præterea non videtur verum.* † Amplia; quia licet dos dotata à tertio pos- 2 sit stipulari restitui tertio dotanti, si fiat incontinenti; secus, si ex interuallo temporis hoc fieret; quia ius esset quæsitum mulieri; tamen si adsunt duo instrumenta, dotationis, & stipulationis, quod tertio restituatur, in dubio præsumitur incontinenti facta stipulatio contra dotem. Bald. *consil. 179. Ad euidentiam est præmittendum, lib. 1.* quia 3 præsumptio est pro instrumento, & pro causa in eo existente. † Amplia; quia doti non fauetur licet sint contrariæ probationes hinc inde, quando sunt plures numero testes contra dotem; quia tunc nõ procedunt regulæ, quod in dubio pro dote fiat interpretatio, ita Ro- 4 man. *cons. 157. Honorabilis domine, in princ.* † Amplia; quia licet mulier habeat priuilegium exigendi dotem à patre promittente, qui nõ soluit, vel à marito recipiente promissionem, qui non exegit, & fuit negligens, cum æquitas suadeat, quod pater, qui tenetur dotare filiã, soluat dotem promissam, non autem hæredes mariti, actio de dote debet dirigi in patrem, vt infra, *Dos marito promissa ab eo potest repeti, etiam si non exegerit. Concluſ. 773. n. 45. ver. contra declarationem.*

Dos quando non habet priuilegia aliqua. Concluſ. 753.

1 DOS † confessata constante matrimonio, quæ fuit simulata, sed tamen tanquam donatio causa dotis, confirmatur morte inter virum & vxorem, non est propriè dos, nec habet priuilegia dotis, Bald. *consil. 397. Casus talis est, in fin. ver. & ideo pro tali confessione, lib. 1.* Cuman. *consil. 31. Testator in testamento, col. 2. ver. quamuis aduersus.* Iate Tira- 2 quel. *de vtroque retract. tit. 2. §. 4. gloss. 6. nu. 14.* † Et ideo dos confessata, quæ apparet non fuisse soluta, non habet priuilegium prælationis, propterea secunda dos soluta vere præfertur. Bald. *consil. 456. Sciendum est, per tot. lib. 2.* & quod dos confessata non habeat priuilegia dotis. Signorol. *cons. 49. In quæstione vertente, in fin. ver. dico, quod duplex.* 3 Extende, † etiam si lapsa sint tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis. Bald. *cons. 456. In primo dubio, lib. 1.* Mathe- * sil. *Singul. 192. Nota quod.* & hæc est communis * opinio, de qua Rube. Alex. *consil. 78. Præsupponitur, num. 9.* Cruet. *consil. 40. nu. 6.* & de communi apostill. fin. ad Roman. *consil. 445.* vbi etiam Roman. ibi in fin. quod datur tertio restitutio in integrum, & quod potest tertius semper opponere de dote non soluta etiam post lapsum temporis. Contrarium † tenent multi, quos citat eadem apost. fin. ad Roman. *cons.* † 445. *in ver. lapsum temporis.* vbi dicit hanc * communem, & citat Rub. * Alex. & Cruet. supra citatos de * communi attestantes. Vide, *Dos habet multa specialia priuilegia. Concl. 743.* † Amplia; quia dos non ha- 5 bet priuilegia sua, quando matrimonium non fuit validum, sed mulier consequitur suum creditum, & si habet hypothecam expressam, agit hypothecaria ex illo instrumento dotali, licet non fuerit matrimonium. Bald. *consil. 352. Ista causa, num. 3. ver. certum est, lib. 2.* † Am- 6 plia; quia regula est, quod licet dos sit in multis priuilegiata, *l. 1. ff. solut. matr.* tamen illud est in casibus à legibus expressis, & extra illos casus seruatur ius commune, & non habet dos alia priuilegia. Bald. *in l. in fraudem. §. fin. per illum text. ff. de testam. milit.* Tiraquell. *de retract. gl. 14. §. 1. nu. 96.* vbi multis rationibus comprobat. † Extende; quia 7 quoad probationes debet habere legitimas probationes. Alexand. *cons. 13. in secundo dubio, lib. 1.* Soci. Iun. *cons. 12. n. 15. cum seq. li. 2.* maxime, quando mulier agit contra tertios possessores, seu contra creditores mariti. Bal. Nouel. *de dote in 9. par. speciali 12.* † Amplia; quia vbi nõ est 8 matrimoniũ, non potest esse dos, nec actio dotis vel priuilegiũ dotis; quia omnis dos habet tacitam conditionẽ, si matrimonium sequat. Bald. *cons. 135. In causa egregii, n. 3. ver. quarto etiam, lib. 2.* Vide, *Dos an possit esse sine matr. &c. Concl. 737.* † Extende; quia licet constante matri- 9 monio dos non possit permutari, nisi sit vtile doti; tamen secus est soluto matrimonio per mortem coniugum; quia amplius non est dos, nec competunt priuilegia dotis. Roman. *cons. 190. Clarum est, col. 2. ver. & posito, quod solutio dotis.* † Declara; quia maritus subsistens o- 10 nera matrimonii futuri, vt quia sponsalia sunt contracta, & habet sponsam penes se, potest petere dotem, si hoc actum est, tanquã dotem, licet non sit adhuc matrimonium inter eos. Bald. *cons. 135. n. 5. ver. sexto, & vlt. lib. 2.* † Declara; quia potest dari, & constitui dos filiæ 11 nõ nuptæ, & dari futuro marito, & competit repetitio mulieri, si nubat alteri, sicut si esset solutum matrimonium. Signorol. *cons. 213. Factum sic præsupponitur, per tot.* † Amplia; quia licet dotes presbytero- 12 rum orientalium ex tolerãtia permissæ, habeant priuilegia dotis, tamen Bald. *cons. 23. Orientalibus, lib. 3.* videtur restringere, vt procedat solum in locis principum, qui regnant cum ista lege; secus vero extra illas iurisdictiones, vbi idem dicit circa exemptionem pro bonis patrimonialibus; quia non debet extendi ad eos, qui habent vxores, ne concurrant plura specialia simul, vt habeant vxores, & priuilegium continentiæ in cœlibatu. † Amplia; quia si maritus dedit 13 in solutum vxori bona pro dote, quæ plus valerent, & in eo pluri renunciauit *l. 2. C. de rescind. vend.* licet mortuo marito vxor consequatur illud plus ex donato; tamen non habebit in eo priuilegium dotis, licet nomine dotis, & pro dote sit restitutum. Bald. *consil. 243. Visis dicto, in princ. lib. 3.* † Extende, vt procedat etiam in augmento dotis 14 confessato per maritum, quando renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ; quia præsumitur solutum vere, nisi contrarium probetur, quod ex bonis mariti processerit. Signorol. *consil. 67. In quodam instrumento, per totum.* vbi, quod in ipso augmento mulier habebit lucrum secundum statutum. † Præscribitur contra dotem per lapsum 15 40. annorum de iure communi, non solum quoad actionem de dote, sed etiam quoad hypothecam. Bald. *consil. 4. lib. 3. & cons. 231. lib. 4.* & incipit contra mulierem currere ea die, qua potuit agere. Baldus Nouel. *de dote parte 7. in primo speciali, col. 2. ver. sed contra prædicta. & col. 4. ver. & hinc est.* Bald. *tract. de præscript. par. prima 6. parte principalis. 16. casu, num. 10.* sed Florentiæ vigore statuti per lapsum 30. annorum demptis feriis, & aliis, qui constituunt annos 35. præscribitur. † Am- 16 plia; quia ista est regula, quod constante matrimonio maritus non potest constituere dotem vxori ex causa donationis. Vide plene Socin. *reg. 9. maritus constante matrimonio*, vbi limitat sex modis, quos videas. † Limita, quando præcessit promissio dotis ante matrimo- 17 nium, vel in contrahendo matrimonio; quia licet longe post contractum matrimonium maritus confiteatur dotem; tamen dos habet sua priuilegia à die promissionis, non à die confessionis. Fulgos. *cons. 216. Proponitur, quod domina.* Roman. *cons. 445. num. 8. ver. hæc autem omnia.* † Extende, vt procedat, tam contra maritum, & hæredes, 18 quam etiam contra tertios emptores, & bonorum possessores, seu creditores mariti. Fulg. *cons. 216. per totum.* vbi, quod non currit præscriptio contra mulierem longissime viuente marito. † Limita, 19 quoad præiudicium mariti confitentis, & hæredum; quia mariti cõfessio etiam in testamento præsente vxore probat dotem, ita quod si transeat ad secunda vota etiam spretis filiis, non perdit proprietatem, prout perderet, si esset legatum; & hoc, si lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ. Bald. *consil. 458. Confessio viri, lib. 3.* quod duplicatur *lib. 5. consil. 381.* † Contrarium tenet Rom. *cons. 445. n. 9.* 20

*

Dotis causa an sit fori Ecclesiastici, vel secularis. Concluſ. 754.

1 QVANDO † agitur de dote constituenda principaliter, & de se, causa, & cognitio huiusmodi spectat ad iudicem secularem; ideo coram eo est agendum. Petr. de Anchar. *cons.* 21. *Pro solutione, nu-*
2 *mer.* 20. *ver. venio ad sextum.* † Contrarium, quod etiam iudex Ecclesiasticus possit cognoscere de dote principaliter, tenet Innocent. *in cap. nuper, de donatio. inter vir. & vxor.* quia defensio dotium est Ecclesiæ, ita allegat Petr. de Anchar. *d. consil.* 21. *in fin. n.* 20. *ver. venio ad*
3 *sextum.* sed ibi Innocent. nihil dicit de hoc. † Declara, vt iudex Ecclesiasticus cognoscat de dote iam constituta; secus si agatur de cō-
4 stituenda. Pet. de Anch. *cons.* 21. *n.* 20. *ver sed Innocentius.* † Limita, quando ageretur de matrimonio principaliter, & de dote secundario; quia tunc cognitio dotis, quæ fit non principaliter, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, *cap. prudentia, de donatio. inter vir. & vxor.*

Dos succedit loco alimentorum, & qualiter sit verum. Concluſ. 755.

1 DOS † succedit loco alimentorum. Alexand *consil.* 7. *Visis, & diligenter, in princip. lib.* 2. vbi apostil. citat plures, videlicet Curt. Sen. *consil.* 39. *colum.* 1. Afflict. *decis.* 111. *num.* 10. Fulgos. *consil.* 228. *Antonius de Morando, numer.* 4. Bald. Nouel. *de dote in* 6. *parte priuileg.* 16. *ver. in fratre autem.* vbi, quod vltra fratres patrui, & alij vlteriores gradus, qui non tenentur alere, non tenentur dotare; quia dos succedit lo-
* co alimentorum, & hæc est * communis opinio, quod dos succedit loco alimentorum, vt per Menoch. *cons.* 251. *num.* 11. *ver. ceterum.* & ita arguit Bartol. *in authent. ex complexu. C. de incest. nupt.* vbi, quod procedunt à pari, & sicuti pater spuriæ potest legare alimenta; ita etiam dotem. Mathesil. *Singul* 147. Angel. Aretin. *cons.* 40. *Circa primam,*
num. 28. *ver. & dos succedit. & consil.* 81. *In themate supradicto, num.* 23. &
2 *sequent. ver. nam officium paternum.* † Et quod legatum dotis factum filiæ succedat loco alimentorum, & loco legitimæ, plene Alexand. *consil.* 208. *Viso summario, num.* 7. & 8. *ver. tertio videtur, lib.* 2. vbi propterea vult, quod non possit filia legataria agere ad bona pro legato, ad quæ non poterat agere pro legitima, & alimentis, vt quia essent
3 in dominio alieno. † Restringe; quia non valet argumentum de dote ad alimenta. Alexand. *d. consil.* 7. *num.* 11. *lib.* 2. vbi apost. l. *in ver.*
4 *non procedit.* † Contrarium tenet Fulgos. *cons.* 228. *num.* 4. vbi, quod fauorabilior est dos, quam sint alimenta, & dicit dotem habere præstationem alimentorum annexam, & idem dicit Bald. Nouel. *de dote in* 6. *parte priuil.* 4. quia dos & legitima debentur filiæ diuiti, non autem alimenta, & *priuil.* 15. *in fin.* Ioan. de Anan. *cons.* 42. *in princ.* plene Socin. *in l.* 1. *num.* 45. *ff. solut. matr.* Angel. Aretin. *cons.* 40. *Circa primam, nu.* 26. *ver. secundo esset contra.* Alex. *cons.* 208. *Viso, nu.* 7. & 8. *lib.* 2.
5 & *cons.* 169. *visis instrumentis. numer.* 4. *ver. & confirmantur. lib.* 7. † Et sicuti filio spurio potest legari pro alimentis, & valet; ita filiæ spuriæ pro dote, vide plene *ver. Spurij non possunt hæredes instituì à patre, vel auo.*
6 *Concluſ.* 418. *n.* 89. *& seq. & n.* 127. *& seq.* † Amplia; quia valet argumentum de alimentis ad dotem. Cephal. *cons.* 485. *n.* 80. Ita etiã arguit Angel. Aretin. *d. cons.* 81. *n.* 19. *ver. tertio nulli dubium.* vbi, quod pater tenetur alere filiam, etiam naturalem, etiam spuriam; ergo dota-
7 re. † Declara, vt per Ruin. *in l.* 1. *num.* 177. *ff. solut. matrim.* quia non valet argumentum negatiuum, si incipias ab alimentis; secus si inci-
8 pias à dote. † Restringe, & declara multis casibus, quibus non valet
9 hoc argumentũ. Cephal. *cons.* 485. *n.* 101. † Amplia; quia legatũ dotis, & legatum alimentorum æquiparantur, & vtrumq; est pium, & fauorabile; ideo debetur vtrumque, si vtrumque legatur. Ioann. de
10 Anan. *cons.* 42. *In fauorem, in princip.* vbi Bologn. in apostil. † Contrarium; quia magis fauorabilis est dos, quam alimenta; quia dos habet alimentorum præstationem, non è contra, *l. pro oneribus. C. de iure dot. l. si cum dotem, §. fin autem fœuiss. ff. sol. matr.* Castrens. *cons.* 162. alias 434. *Ad confirmationem, circa fin. lib.* 2. Fulgos. *consil.* 227. Antonius de
11 Morando. *decis. Tolos.* 289. *colum. fin.* † Amplia; quia dos succedit lo-
12 co legitimæ. Vide, *Legitimæ loco quæ esse dicantur. Concluſ.* 206. † Declara; quia licet legitima debeatur pure, & dos sub conditione, & sic differant in multis; tamen in ijs, in quibus non reperitur differentia, valet argumentum de vno ad aliud. Castrens. *consil.* 73. *Licet ista,*
13 *num.* 2. *ver. nec quicquam. lib.* 1. † Extende etiam in dote legata per patrem filiæ; quia succedit loco legitimæ, & alimentorum. Alex. *consil.* 208. *Viso summario, n.* 7. & 8. *lib.* 2.

Dotis lucrum, & exactio qualiter fiat, & qui forus attendatur. Concluſ. 756.

1 EXACTIO † dotis cum lucro, vel damno debet fieri secundum statutum mariti, si aliter non est inter partes conuentum, etiamsi contractus, vel instrumentum dotis alibi fuerit celebratum, *l. exigere.* vbi Bartol. *ff. de iudic.* Bald. *consil.* 471. *Queritur vtrum, libr.* 1. Cuma. *consilio* 26. *in princip. & consil.* 110. *D. Ioanna, num.* 2. *ver. ad id autem.* vbi dicit communem opinionem, & communem * etiam di-* cit Fulgos. *consilio* 92. *Ad id, de quo, numero* 3. Becc. *consilio* 74. *numero* 6. Alexand. *cons.* 101. *lib.* 3. *per tot. & cons.* 129. *Super primo, num.* 13. *ver. super* 2. *lib.* 7. vbi dicit * communem, & *cons.* 155. *Viso titulo, in princ. lib.* 7. * vbi dicit * communem. † Ratio, quare statutum deferat lucrum * 2 dotis marito est multiplex, videlicet propter onera matrimonij; item in solatium amissæ vxoris; sed potior est ratio fauore matrimonij, vt facilius inuitentur homines ad contrahendum. Becc. *cons.* 74. *nu.* 18. & quia mulier sequitur forum mariti, & illius domicilium, attenta destinatione, dicitur iuris præsumptione matrimonium contractum in domicilio mariti, & non in domicilio vxoris. Felin. *in cap.* 1. *de sponsal. num.* 24. *ver. secunda conclusio principalis.* Alexand. plenissime *consil.* 129. *Super primo, num.* 4. *& seq. ver sed præmissis. lib.* 7. † Amplia; quia lu- 3 crum dotis potest induci pacto, & statuto, & de iure communi fit ad æqualitatem. Castrens. *cons* 441. *Ista quæstio per tot. lib.* vbi in fi. quod fortior est prouisio ex cõtractu, quam ex statuto. † Extende in tan- 4 tum lucrum ex pacto debere continere æqualitarem, vt licet non sit dictum virtualiter; tamen intelligitur pro vtroq; æqualiter. Castren. *d. cons.* 441. *num.* 3. *lib.* 1. † Et si statutum tollat lucrum, debet intelligi 5 de lucro inducto à statuto, non autem ex contractu; quia difficilius soluitur, quando est reciprocum. Castr. *d. cons.* 441. *col.* 2. *lib.* 1. † Am- 6 plia, vt procedat, etiamsi exactio fiat in alio loco, puta contra hæredem mariti commorantem in diuerso domicilio; quia potest conueniri secundum statutum mariti super lucro, & exactione dotis, licet licet potestas, qui procedit, circa ordinatoria debeat seruare suũ statutum. Bald. *cons.* 471. *per tot. lib.* 1. & idem tenet Cuma. *cons.* 26. *Cum statutum.* † Extende multo magis, quando dos fuit soluta in loco do- 7 micilij viri; quia lucrum fit secundum statutum domicilij viri sine dubio. Alex. *cons.* 129. *nu.* 13. *ver. & tanto magis, lib.* 7. † Amplia; quia ex- 8 actio dotis, & lucrum debet fieri secundum statutũ viri etiamsi mulier, quæ mortua est, ex cuius morte maritus prætendit lucrum, esset forensis ignara statuti mariti, & instrumentum dotis fuerit celebratum in ciuitate mulieris. Cuma. *d. cons.* 26. *in princ.* Vide, *Statutum mariti circa dotis lucrum. Concluſ.* 513. Vide, *Statutum circa dotes restituendas. Concluſ.* 518. † Amplia, etiamsi mulier sit diuersi loci, & domicilij, 9 etiamsi contractus dotis sit celebratus in loco domicilij vxoris, vt per Cuma. *d. cons.* 26. & hanc esse communem * opinionem attesta- * tur Dec. *cons.* 19. *Et pro tenui facultate mea.* vbi plurimos allegat. Afflict. *decis.* 226. vbi in fin. dicit, quod ista est veritas, & quod est speciale in dote, quod maritus non sortitur forum loci contractus. † Amplia, 10 vt procedat etiam circa ea, quæ tertius promisit date mulieri, puta vestes, & iocalia, si talis illam acciperet in vxorem; quia sequuto matrimonio cum illo tali potest maritus exigere, & lucratur talia donata per mortem vxoris. Alex. *d cons.* 129. *Super primo, nu.* 14. *& seq. ver. circa tertium, vsque in finem. lib.* 7. quem videas; quia distinguit. † Amplia, 11 vt procedat, quod attenditur domicilium mariti, etiamsi postea maritus mutauit dictum domicilũ; quia attenditur primum tempore matrimonij, non secundum tempore mortis vxoris. Crem. *Sing.* 67. incip. *Vnus scholaris.* † Contrarium, quod imo attẽdatur domicilium 12 tempore mortis vxoris, per maritum mutatum. Alexand. *consil.* 101. *Ex inspectione, libr.* 3. de qua quæstione Iason *in l. cunctos populos, in vtraque lect. C. de sum. Trin.* vbi pro vtraque parte allegat, & non firmat. † Declara; quia si bona dotalia, de quibus agitur, essent in territo- 13 rio vltimi domicilij; tunc attendendum est secundum domicilium, si ibi sunt bona, & ita conciliantur opiniones, vt per Dec. *cons.* 283. *Et diligenter, col. penul. ad fin.* † Amplia; quia si ambo maritus & vxor mo- 14 riantur, vel naufragio, vel peste, ita quod non possit sciri, quis primo, vel secundo sit mortuus, præsumitur primo mortua vxor, & quod sit locus lucro, ita Cremen. *Singul.* 52. *statuto cauetur.* Vide, *Mortuus primo an præsumatur pater vel filius. Concluſ.* 401. † Limita quoad dona- 15 tionem propter nuptias, quia non attenditur statutum, vel lex mariti. Fulgos. *cons.* 92. *ver. ad secundum, num.* 3. vbi quod *l. exigere de dotem, ff. de iudic.* continet ius speciale; ideo non trahitur ad donationem propter nuptias, licet consulat ibi pro concordia. † Limita, nisi maritus 16 ratione officij vel alias transtulisset domicilium in loco vxoris; quia tunc non attenderetur primum domicilium mariti mutatũ. Cuma. *cons.* 110. *num.* 2. *ver. ad id autem.* † Extende; quia potius attenditur 17 domicilium habitationis, quam originis mariti, maxime si magis fauet dotibus; ideo si in domicilio habitationis seruatur ius commune, & in domicilio originis mariti lucratur maritus totam dotẽ, fiet restitutio secundum ius cõmune, etiamsi esset factum pactũ secundum statutum originis, quando statutum fuit conditũ post solutum matrimonium. Bald. *cons.* 31 *Statuto ciuitatis, lib.* 3. *per tot.* † Imo attenditur domiciliũ habitationis mariti simpliciter, non autem domicilii 18 originis; ideo si statutum originis domicilij tempore matrimonij

per maritum sortiti disponat, quod maritus lucretur medietatē dotis, & in loco originis mariti nihil lucratur, attendi debet domicilium habitationis, & statutum deferens lucrum. Bald. *consil. 53. Quæ-*
19 *dam domina, in fin. lib. 5.* † Limita, nisi factum fuerit pactum diuersum à statuto domicilij mariti. Bald. *d. consil. 31. num. 1. ver. & hoc verum, lib. 3.* Castrens. *consil. 59. Propleniore, num. 2 dib. 1.* Alexand. *cons. 150. Viso themate, num. 2. & seq. ver. quin imo, libr. 2.* vbi quod à pari procedunt,
20 subijci, vel forum sortiri. † Et quod maritus possit etiam tacite renunciare huic lucro, & censeatur renunciasse, si dotem subiectam restitutioni in casu mortis vxoris scienter recipiat. Castrens. *consilio*
21 *59. nu. 2. lib. 1.* vbi late disputat. † Extende; quia in successione dotis filiæ mortuæ succeditur, vel secundum ius commune, si non extant statuta, vel si extant statuta secundum ea, & attenditur locus originis patris dotantis, maxime, si ita est conuentum; ideo pater succedit in dote filiæ mortuæ exclusa matre secundum statutum Prati, quando conuentum est, quod illa attendantur. Alex. *cons. 150. num. 2. & seq. ver. quinimo, & per tot. lib. 2.* vbi extendit, etiamsi filia mortua
22 esset spuria; quia ita disponit statutum Prati. † Limita; quia procedunt ampliationes, quādo maritus duxit vxorem ad suum domicilium; secus si vxor duceret maritū ad suum domicilium; quia tunc inspicitur statutum domicilij vxoris. Bald. *in l. fin. C. si à non compet. iu-*
23 *dic.* sequitur Cremen. *singul. 66. Statuto Florentino cauetur.* † Declara limitationem, vt procedat, dummodo constet, quod maritus intenderit perpetuo in domicilio vxoris habitare, per tex. *in l. lex Cornelia. §. 1. ff. de iniur.* ita Fel. & Moder. *in cap. fin. col. pen. ver. tertio limita, de*
24 *sponsal.* † Limita; quia maritus non lucratur medietatem dotis secundum formam statuti, quando is, qui dedit dotem mulieri, dedit bona subiecta fideicommisso, & fecit pactum, quod mortua muliere bona reuertantur pleno iure ad hæredes dotantis. Alexand. plene *consil. 176. Visis narratis. num. 5. & seq. lib. 7.* maxime, quando dotans non tenebatur dotare; secus si dedisset bona libera; quia teneretur
25 de euictione. † Limita pluribus modis, vt per Iaſ. *in l. cunctos populos, in 1. lectu. in 6. col. cum seq. C. de summ. Trinit. & in 2. lect.* Campeg. *de dot. in 5. par. quæst. 20.* Moder. *in d. cap fi. de sponsal.* Vide, *Statutum mariti circa dotis lucrum an attendatur. Concluſ. 513.* Vide, *Statutum circa*
26 *dotes restituendas. Concluſ. 518.* † Limita, quando mulier esset dotata de bonis alienis; quia maritus nihil lucratur in præiudiciū Domini. Alexand. *d. cons. 176. num. 9. lib. 7.* vbi, quod tale statutum non aufert ius suum tertio sine culpa.

Dos & augmentum dotis quando pari passu ambulant, vel non, & ex quibus bonis præsumatur augmentum. Concluſ. 757.

1 DOs † & augmentum dotis pari passu ambulant, quantum ad constituendi facultatem, & pactorum subintellectam repetitionem. *l. fin. C. de donat. ante nupt.* Oldrad. *consil. 245. num. 5. vers. ad cu-*
2 *ius intelligentiam.* Bald. *cons. 369. In primo puncto, in fin. lib. 4.* † Extende; quia pactum lucri dotis extenditur ad augmentum dotis, etiamsi nihil sit dictum; quia recipit omnes conditiones dotis, dummodo si mulier faciat augmentum dotis, maritus faciat augmentum donationis propter nuptias, alias augmentum non valeret. Abb.
3 *consil. 46. Tria mihi, in princip. lib. 1.* † Amplia, vt procedat etiam; quia sicuti pater maritans filiam suam, & simpliciter promittens aliquid pro dote, promittere videtur. *ff. de iure dot. l. quod autem.* ita etiam post matrimonium constitutum aliquid promittens, vel tradens pro augmento, seu in augmentum dotis tradere videtur, vt sit par ratio dotis à principio constituendæ, & ex post facto augendæ. Oldrad. *cons.*
4 *245. num. 5. ver. sicut ergo.* † Et quod mulier possit augere dotem cōstante matrimonio, & valeat pactum, quod maritus lucretur augmentum, si superuixerit, in tantum, quod si mulier iurauit non contrauenire, non valeat donatio facta per mulierem in præiudiciū
5 mariti. Feder. de Sen. *cons. 140. Punctus, per tot.* † Declara; quia de iure antiquo ista procedunt, sed de iure nouissimo secus est; quia post matrimonium non valet augmentum dotis factum ab vxore, nisi pariter per maritum fiat augmentum, *auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt.* & vnde sumitur, *auth. de æqualit. dotis. §. 2.* ita declarat Abb.
6 *consil. 46. Tria mihi, in princip. lib. 1.* † Amplia; quia sicuti dos consistens in pecunia promissa restituitur statim soluto matrimonio; non tamen est restituenda, nisi intra annum, ita idem est etiam in lucro
7 dotis. Bald. *cons. 58. In restitutione dotis, in princ. lib. 2.* † Amplia; quia in tantum seruanda est æqualitas in dote, & antidote, seu augmento, & lucro, vt si maritus donauit vxori pro augmento, tantundem debeat ipse lucrari per mortem mulieris, vt seruetur æqualitas. Cuman.
8 *cons. 26. Cum statutum, ver. quin amplius.* † Amplia; quia fructus percepti ex dote ante matrimonium augent dotem, & idem priuilegium est de dote, quod de fructibus facientibus augmentum, & econtra. Soc. *cons. 93. Circa primum. n. 14. lib. 1.* † Amplia; quia in casibus, in qui-9
bus dos confessata debetur vxori, ijsdem casibus debetur augmentū dotis confessatum, si lapsa sunt tempora excipiendi de non numerata dote. Bal. *consil. 397. Casus talis est. lib. 1.* Ang. *consil. 5. Andreas Ianis, n. 4. & seq. ver. hic solum dubitatur.* † Contrarium tenet Cuma. quādo extaret 10
statutum quod vxori nihil possit legari; quia licet valeat cōfessio dotis, si lapsum est tempus excipiendi de nō numerata dote; non tamē valet confessio augmenti, *in cons. 31. Testator in testamēto, ver. circa secundum.*

† Extende; quia statutum Florentiæ, quod dos confessata, & so-11
luta æquiparentur, procedit etiam in augmento dotis; quia augmētum non est noua dos, sed eadem cum prima. *l. si proprietati. ff. de iure dot.* ideo debetur augmentum confessatum, sicut dos confessata. gl. *in l. fin. C. qui pot. in pign. hab.* late Iaſ. *in rub. ff. solut. matr.* Negus. *de pignor. in 4. memb. 2. partis, n. 46.* † Amplia, quod dicitur de augmento dotis, 12
vt pari passu ambuler cum dote, idem esse in supplemento. Io. de An. *cons. 36. Circa, in pr.* Bolo. ibi in apost. † Extende idem in parte dotis; 13
quia idem de parte dicimus, quod de tota dicitur. Io. de Anan. *d. consil. 36. in pr.* † Extende idem esse in appendicijs dotis. Io. de Anan. *d.* 14
consil. 36. in prin. Alex. *cons. 117. n. 23. ver. vnde sicut. lib. 6.* Vide, *Augmentum regulatur, &c. Concluſ. 355.* † Declara; quia sicuti valet dos data à 15
patre filiæ; ita etiam valet donatio iocalium, cophanorum, & mobilium, quæ donantur pro apparatu dotis; quia tanto minorem dat pater dotem, quanto maiora sunt donaria; & ideo sicuti dos data à patre filiæ computatur in dotem; ita etiam ista donaria computantur in dotem, ita Alexand. *consilio 117. Viso tit. num. 22. & seq. ver. circa aliud dubium. lib. 6.* vbi, quod licet paraphernalia non sequantur dotem, & sit dubium, an donatio paraphernalium valeat à principio, vel confirmetur morte; tamen semper est verum, quod filia computat in legitimam paraphernalia, & dotem † Amplia; quia si mulier 16
ex forma statuti non potest testari, nisi de dote, poterit etiam testari de augmento, vel supplemento, aut appendicijs dotis; quia pari priuilegio gaudent. Ioan. de Anan. *cons. 36. per totum.* vbi Bologn. in apostill. † Amplia respectu priuilegij hypothecæ tacitæ, & ante- 17
rioritatis, quia quod conceditur doti concessum censetur augmento dotis. Negus. *de pignor. in 2. parte, in 4. memb. num. 46.* † Extende 18
idem in donatione propter nuptias. Bald. *in l. vbi adhuc. colum. fin. ver. item. C. de iur. dot.* † Extende idem in alimentis; quia eadem hypo- 19
theca competit vxori pro alimentis, quæ competit pro dote. Negus. *dict. tractat. de pignor. part. 2. in 4. membro. num. 47. & sequen.* Bartol. *in l. si cum dotem. § fin autem. ff. solut. matr.* Rip. *in l priuilegia. num. 10. &* 20
seq. ff. de priuil. credit. † Contrarium tenet Tiraq. *de vtroque retract. §. 1. gloss. 10. num. 43.* Vide, *Alimenta quando deb. &c. Concluſ. 296.* † Limi- 21
ta ad effectum in certæ dotis constituendæ, quæ valet, & commissa in arbitrium tertij, si non declarat, potest iudex declarare; secus est in augmento dotis; quia si tertius non declarat, iudex adiri non potest; quia cessat fauor dotis, quæ est constituta, quando sit augmentum. Castrens. *cons. 11. Viso. n. 3. lib. 1.* † Limita; quia augmentum dotis dici- 22
tur causa lucrativa, & non spectat periculum danti augmentum ex causa lucrativa, postquam tradidit, non tenetur de euictione, neque ad aliud. ita Alexand. *consil. 208. Præstantiß. num. 9. ver. item in quantum. libr. 7.* vbi, quod cessio habetur pro traditione in incorporalibus. † Limita; quia licet pro dote possit alter pro muliere stipulari, & ac- 23
quiratur mulieri ius, & actio sine cessione; tamen secus est in augmento, nisi sit donatio; quia tunc ratione donati idem est, sed non ex priuilegio dotis. Bald. *cons. 422. In ciuitate Alexandriæ. lib. 1. per totum.* † Limita, quando mulier transit ad secunda vota habens filios ex 24
primo matrimonio; quia quatenus augeret dotem, statutum præbens lucrum dotis marito etiam stantibus filijs primi matrimonij non habet locum in dote aucta, & sic in augmento, nisi mulier ex necessitate auxisset; quia aliter maritum non reperisset. Angel. *consil. 396. Doctor insignis. numer. 4. vsque in fin.* † Contrarium tenet 25
Abb. *consil. 46. Tria mihi. in princip. lib. 1.* vbi, quod valet augmentum dotis, si maritus pariter auxit donationem propter nuptias, & & habet augmentum pactum lucri, etiamsi nihil sit dictum, prout habet dos, & loquitur in vidua. † Declarat Alexand. *cons. 158. Cir-* 26
ca primum. num. 10. ver. circa tertium. lib. 5. quia si augetur à tertio extraneo in augmento habebit maritus lucrum statuti. † Limita; quia 27
leges, & statuta loquentia de dote non habent locum in donatione propter nuptias. Fulgos. *cons. 92. Ad id, de quo, num. 3. ver. ad secundum.* † Extende; quia soluto matrimonio debetur vxori dos sua, sed do- 28
natio propter nuptias, vel in augmentum dotis, non debetur, nisi dos fuerit soluta marito, & pro ea parte, quæ est soluta, & solum debetur rata donationis, & augmenti, *authent. sed quæ nihil. C. de pact. conuent.* & procedit extensio etiam non obstantibus iuramento, & renunciationibus generalibus. Guido Pap. *decis. 274.* nisi expresse maritus

ritus renunciasset. *d. auth.* quod deberetur donatio, & augmentum, siue sit dos soluta, siue non. Afflict. *decis.* 242. Vide, *Donatio facta per patrem, &c. Conclus.* 676. † Limita; quia augmentum dotis habet prælationem, & priuilegia dotis, quando augmentum est in bonis stabilibus; secus si est factum in bonis mobilibus. Castrens. *consil.* 291. *Visis ijs, quæ. n. 4. col. 4. in fin. & col. seq. ver. item posito, lib. 1.* † Extende etiam stante statuto Florentino, quod mulier præferatur; quia intelligitur secundum distinctionem iuris communis. Castrens. *d. cons. nu. 5. ver. contra prædicta. lib. 1.* † Præsumitur augmentum dotis prouenisse ex bonis mariti, nisi mulier haberet ditissimos consanguineos. Vide Mascard. *Conclus.* 152. *Augmentum dotis de cuius bonis præsumatur.*

Dos, & bona dotalia data æstimata qualiter debeant restitui, an bona, an æstimatio. Concl. 758.

1 DOs † data in æstimationem, seu bona data in dotem in æstimationem, debet restitui in æstimatione, non autem bona; quia æstimatio inducit emptionem. *l. quoties. C. de iur. dot.* Dyn. *consil. 1. colum. 2. num. 10. ver. præterea cum res.* & vide ibi apostil. *in ver. l. quoties. l. si æstimatis. ff. solut. matrim. l. cum dotem. C. de iur. dot.* gloss. *in l. si inter vir. eod. tit.* Alexand. *cons.* 156. *Viso. colum. 1. lib. 6.* Socin. plene, qui distinguit plures casus *consil. 56. Stantibus supradictis. lib. 1.* gloss.* communiter approbata *in l. si inter virum, in verb. æstimatæ. C. de iur. dot.* vbi Bal. quod contractus emptionis occultatur, & contractus dotis exprimitur, & celeri manu transit de vno in alterum. *l. singularia. ff. si cert. pet.* sequitur Soc. *consil. 56. Stantibus. lib. 1. ver. septimus casus.* † Et in dubio semper æstimatio facit venditionem; quia vbi fit mentio pretij, intelligitur emptio. gloss. *in l. fin. C. de prædijs curial. lib. 19.* Bald. *in l. ex conuentione. C. de pact.* vnde dominium rei æstimatæ datæ in dotem irreuocabiliter transit in virum, iuxt. not. *in l. si æstimatis, cum l. seq. ff. solut. matrim.* † Si tamen valor monetarum esset alteratus, restitutio debet fieri secundum valorem monetæ, quæ erat tempore solutionis Afflict. *decis.* 194. Vide, *Monetæ valor quo tempore. &c. Conclus.* 349.

4 † Si tamen maritus vellet restituere eadem bona æstimata, est in eius electione restituere, vel rem æstimatam pro æstimatione noua faciendа, vel pretium primæ æstimationis. Bald. *in d. l. quoties. C. de iure dot.* Vide supra contrarium *in ver. Dotalis fundus. Conclus.* 726. *numer.* 5 19. *& sequent.* † Amplia; vt procedat etiam in dote data à muliere habente filios ex primo matrimonio; quia licet non possit fraudare filios primi matrimonij, vt maritus habeat plus, quam vnus ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquit; tamè potest dare bona in dotem æstimata sine fraude, & æstimatio facit transire dominium corporum in secundum maritum. Bald. *cons.* 276. *Verba statutorum. libr 3.* vbi, quod si æstimatio fuit minor vero valore, maritus supplebit ve-6 rum valorem. † Amplia, vt procedat, quod datio in dotem per æstimationem faciat venditionem, siue sit facta à Domino, siue ab habente mandatum ab ipso Domino; quia paria sunt. Dyn. *consil. 1. nu-7 mer. 11. col. 2. in fin. ver. & si dicatur.* † Extende idem in donamentis, & corredis; quia si sunt data æstimata, prout fit Florentiæ faciunt emptionem. *l. plerumque. in pr. & § pen. l. quotes. ff. de iure dot. l. si cum dotem. C. eod. l. vnica. § æstimatur. C. de rei vxor. actio.* Corn. *cons.* 137. *col. 1. lib. 1.* & idea poterunt hæredes viri ad pretium cõdemnari. Paris. *cons.* 64. *nu.* 17. *cum seq. lib. 4.* Affl. *decis.* 270. qui dicunt æstimationẽ deberi, nõ res ipsas, maxime, qñ sunt attritæ, infr. *n. 9. & seq.* Vide, *Mulier habet bona triplicia, &c. Concl.* 424. † Et maxime, si non extant; quia qñ res debita non põt præstari, fit condemnatio in æstimatione. Bart. *in l. si seruũ. § fi. ff. de ver. obl.* sequitur Cur. Iun. *cons.* 30. *n.* 15. infr. *n.* 11. Vide, *Mediũ, 9 & media via, &c. Concl.* 170. † Amplia, vt procedat nedũ in dote, sed etiam in corredis, quæ dantur vltra dotem; quia si dantur æstimata, debet reddi illorum æstimatio. Paris. *cons.* 64. *n.* 17. *cum seq. lib. 4.* supr. 10 *n.* 7. † Restringe; quia si talia corredа data sunt in æstimata, remanẽt in dominio vxoris, & consequẽter eius periculo pereunt, & deteriorantur. *l. si ego. §. fi. ff. de iur. dot. de ijs. C. de don. int. vir. & vxor.* vbi Bal. clarius Alex. *in l. æstimatis. ff. sol. matr.* Soc. *cons.* 289. *Difficultas non parua, in pr. & col. 2. circa med. lib. 2.* & ideo restituenda sunt, prout reperiuntur 11 consumpta. Soc. *cons.* 122. *n. 3. lib. 3.* † Declara; quia si constat, q̃ fuerunt portata in domum viri, licet non plene, nec concludenter probetur eorũ æstimatio; non tñ mulier debet ea perdere, sed à iudice sunt arbitranda secundũ tempus, quo veniunt restituẽda, vt per Bar. *in l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. 2.* Bal. *cons.* 270. *Ad euidentiã. col. 2. n. 7. & seq. lib. 1.* Roma. *cons.* 281. *In præsenti. col. 2. ad med.* vbi dicit, quod potest iudex hoc ex officio facere, etiã parte non petente. Alex. *consil.* 133. *Viso processu, in fin. lib. 1.* Guid. Pap. *decis.* 221. *ad fin* Affl. *decis.* 83. *nu. 6.* & in 12 dubio media via est eligenda, *sup. n. 8.* † Amplia; quia datio in dotem facta per æstimationẽ cum pacto, quod is, qui dedit in dotem, teneatur redimere pro eodem pretio, operatur translationem dominij, ita quod non potest is, qui dedit in dotem velle redimere inuito marito, cui facta est datio, nec competit danti rei vendicatio; quia est translatum dominiũ in accipientem. Dyn. *consil. 1. per tot.* maxime *n. 10. ver. præterea cum res, vsque in fin.* † Extende, vt idem sit, qñ dos fuit 13 promissa in quantitate, & postea bona data sunt in solutum, etiã cum pacto, q̃ mulier teneretur recipere eadẽ bona in casu restitutionis; quia intelligitur, si maritus voluerit, aliàs potest restituere pretium; quia pactum est ad fauorem mariti. *l. quod fauore. C. de legib.* † Amplia 14 in datione in solutũ simpliciter facta, qñ præcedebat debitũ dotis in quantitate, vel qñ maritus promisit retrouendere pro eodem pretio, vel qñ adest clausula, *ad habendũ pro se, & hæredibus*; vel qñ fuit collata electio mariti, & multis casibus, quos enumerat Bero. plene *cons.* 63. *n. 5. & seq. lib. 3.* † Limita; quia licet æstimatio faciat venditionem; si tñ 15 conuentum esset, quod bona æstimata restitui debeãt pro eodẽ pretio; tunc sunt restituenda, vt fundus dotalis, & alienari non possunt per maritũ sine consensu mulieris. *l. si. in pr. ff. de pact. dotal.* Soc. *cons.* 56. *Stantibus, ver. septimus casus. lib. 1.* † Limita; quia bona data in dotẽ æsti- 16 mata, licet æstimatio faciat venditionẽ marito, ita vt æstimatio possit solui; tamen in subsidium, quando nõ adsunt alia bona mariti, possunt vendicari per vxorẽ. Bal. *cons.* 160. *Libellus iuri contrarius. ver. in contrariũ. lib. 2.* Bal. *in l. in rebus. col. pen. in 5. not. C. de iure dot.* Ias. *in l. 1. col. 2. in pr. C. de æstim. actio.* Bal. Nou. *de dote. par. 7. prin. 7.* Negus. *de pign. in 2. par. in 1. memb. q. 12. num. 50.* Bar. & Cast. *in auth. siue à me. C. ad Velleia.* gl. & Doct. *in l. in rebus. C. de re iure dot.* Vide, *Dotalis fundus, &c. Concl. 726. n.* 18. *& seq.* † Extende, vt imo eo ipso, quod nõ offertur dos in quanti- 17 tate, põt vxor agere rei vendicatione ad bona data in dotẽ æstimata. Bal. *d. cons.* 160. *ver. in contrariũ. lib. 2.* alleg. *l. si cum dotẽ. ff. sol. matr.* † Ex- 18 tende, vt bona data in dotem æstimata possint peti, & vendicari per vxorẽ absq; alia discussione, quando maritus est absens, & bannitus, & hoc est notoriũ, & procedit libellus. Bal. *d. cons.* 160. *per tot. lib. 2.* vbi est casus. † Restringe; quia imo mulier habet solũ actionem ad pre- 19 tium, quando res æstimata data fuit in dote. Castr. *in l. si æstimatis. ff. sol. matr.* & ideo hoc casu, licet detur rei vendicatio fuore dotis in subsidiũ, intelligi debet, vt pretiũ, & æstimationẽ mulier consequatur, non vt rem ipsam habeat liberã. † Limita, quãdo bona fuerunt data 20 in dotem, æstimata, vt electio sit mulieris. Bero. *cons.* 63. *Viso toto processu. n. 5.* vbi distinguit sex casus. † Limita, quãdo promisit alternati- 21 ue pecuniã intra certum tempus, vel agrũ; quia tunc ager datus pro mora in solutũ, licet pro quantitate, dicitur dotalis. Alex. *cons.* 156. *lib. 6. Viso instr.* † Limita, si in æstimatione bonorũ datorum in dote adest 22 læsio; quia dans bona ipsa in dotem æstimata, & mulier, pro qua dantur, potest tanquã læsa reuocare talem dationẽ. Oldr. *cons.* 245. *n. 6. ver. illud etiã non omitto.* † Limita, quando promissa esset dos in quã- 23 titate, & cõmutata in bonis, vt quia postea soluta sunt bona sine æstimatione; quia bona debẽt restitui. Oldr. *cons* 245. *n. 4. ver. tertio habito.* Contrariũ supr. *Dotalis fundus qualiter dicatur constitutus. Concl. 726. n.* 28. † Limita, quando res non dantur in dotẽ, sed æstimatio rei; quia 24 restitutio fit æstimationis; secus si res ipsæ dantur in dotem nomine mulieris, etiam q̃ promissio in quãtitate præcesserit Oldr. *d. cons.* 245. *n. 4. ver. secunda ratio.* † Limita, quando bona dantur in dotẽ æstima- 25 ta, sed cum pacto, quod remaneat fundus dotalis, & in casu dotis restituendæ fuit promissa bonorũ restitutio; quia mulieri fieri dẽt restitutio bonorũ in eadem æstimatione, quæ facta est, vt sciatur valor, nõ vt sit emptio. gl. & Doct. *Instit. quib. alien. licet, vel nõ. in pr. l. inter virũ. C. de iure dot.* & cum instrumentũ sit clarum, ab eo, ranquã à casu legis non est recedendũ. Bal. *cons.* 233. *lib. 1.* & *cons.* 215. *col. 2. in fin. lib. 2.* Rol. à Val. *cons.* 40. *n. 12. & cons.* 58. *n. 6. lib. 2.* † Limita, quãdo pater filiæ pro- 26 misisset dotẽ in quãtitate. & postea omnia bona sua pro dote dedisset in solutũ genero; quia adhuc debent bona restitui soluto matrimonio. Oldr. *d consil.* 245. *per tot.* vbi iste est casus, & mouetur; quia cũ bona sint maioris æstimationis, nõ est verisimile, quod alteri, quam filiæ voluerit emolumentũ hoc applicari, & multa allegat. † Limita, 27 vt non procedat *l. quoties.* quando bona non dantur marito æstimata suo proprio nomine; quia tunc non transeunt in emptionem mariti, etiamsi adsit clausula; *ad habendũ, & quicquid sibi, & suis placuerit faciendum*; quia intelligitur de filijs communib. vel vxoris, cuius contemplatione dantur bona. Oldr. *d. cons.* 245. *num. 6. ver. non obstat. si dicatur.* † Extende, vt idem sit, quando bona sunt data æstimata in dotẽ mix- 28 tim, non marito nomine suo, sed marito tanquã marito; quia fuit dictũ, *ad habendum, & disponendum, ac quidquid placuerit faciendũ*, prout verus maritus de re dotali æstimata facere potest; quia dicitur mixta, & non simplex æstimatio. Bal. *cons.* 160. *Libellus. lib. 2.* Vide, *Extimatio facit venditionem, &c. Concl.* 671. Vide, *Dotalis fundus qualiter dicatur constitutus. Concl.* 726.

Dotalis fũdus qualitet alienari possit, vel nõ. Cõcl. 759

FVNDVS † dotalis potest alienari cum iuramento. *cap. cum con-* 1 *tingat, de iureiur.* vbi Doct. *cap. licet mulieres, eod. tit. in* Dec. *in l. pacta, quæ contra, in gloss. 1. C. de pact.* Afflict. *decis.* 336. † Contrarium, 2

quod

quod etiã accedente iuramento mulieris non valeat alienatio fun-
3 di dotalis. Bart. *in l. qui superstitis, in fin. ff. de acquiren. hæred.* † Extende; quia valet alienatio facta per vxorem de fundo dotali cum iuramento pro liberando marito à carceribus, ita quod etiam soluto matrimonio non poterit contra emptorem agere stante iuramento. Bartol. *in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. ver. tertio dixi.* Angel. Aretin. *Instit. quibus alien. licet.* Salyc. *in l. si prædium. C. de iur. dot.* Bald. Nouel. *de dot.*
4 *par. 7. priuileg. 1. limit. 11.* † Declara, dummodo sit secura mulier in alijs bonis mariti, cum quo vendidit cum iuramento. Afflict. *d. de-*
5 *cis. 336.* † Amplia; quia licet non adsit iuramentum, potest permutari fundus dotalis cum extraneo cum alio fundo. Specul. *tit. de dote, post diuort. restit. §. formatis instrumentis, ver. sed quæritur, vtrum mulier.* argum. text. *in l. si ei nupta, & l. seq. ff. de iure dot.* text. *in l. fin. ff. eod.* & ita firmat Bald. in *addit. ad Specul. titul. de donatio. inter vir. & vxor. ver. fundus.* vbi dicit, quod fundus dotalis potest permutari cum extraneo, & cum viro, allegat text. in *l. ita constante. & l. fin. ff. de iure dot.* vbi etiam Bald. sequitur idem, dum se remittit ad Specul. in *d. ver. quæro, vtrum*
mulier. & idem dicit Bald. in *d. authent. si qua mulier. C. ad Velleia.* Vide, *Dos quando possit per maritum constante matrimonio permutari. Conclus.*
6 795. † Declara; quia dicta ampliatio procedit, quando talis permutatio fuit vtilis, vel non damnosa ipsi mulieri, vt dicit glo. in *d. l. ita constante*, vide Corn. *consil. 145. In hac consultatione, ver. præterea. lib.* 2. vbi, quod si est damnosa, damnum cedit periculo mariti, & hære-
7 dum, non vxoris. † Amplia; quia licet fundus dotalis non possit alienari; tamen potest constante matrimonio permutari in alijs bonis mariti, magis vtilibus mulieri, & postea valebit alienatio fundi dotalis; quia non est amplius dotalis. Bald. *in authent. si qua mulier. C. ad Velleia.* vbi dicit, quod facta permutatione, poterit postea mulier in alienatione præstare consensum marito, & valebit; quia tunc est locus *auth. siue à me. C. eod.* vbi Cyn. & alij, & ita declarat Afflict. *de-*
cis. 336. & maxime, quando interuenit iuramentum in alienatione, si modo in re subrogata, vel alijs bonis mariti mulieri est succursum.
8 † Extende, vt infra, *Dos an & quando possit alienari, permutari, vel donari*
9 *per mulierem. Conclus. 792. num. 12. ver. limita.* † Amplia; quia fundus dotalis potest locari etiam ad longum tempus, etiamsi sit speciesalie-
10 nationis. Bald. Nouel. *de dote in 7. parte princip. priuil. 19.* † Restringe; quia talis locatio non durat, nisi viuente viro; ideo soluto matrimonio mulier non tenetur stare locationi. *l. si filiofamil. §. si vir. ff. solut. matr.* & potest mulier auocare fundum dotalem à conductore mortuo marito, siue per actionem in rem, siue per hypothecariam. *l. in re-*
bus. C. de iure dot.
11 † Et procedit restrictio, etiamsi mulier in instrumento locationis interuenerit; quia ex quo negocium spectabat ad maritum, alij censentur fideiubere, etiamsi se principaliter obligent. Castrens. *cons. 331. in princ. lib. 1.* sed vxor non potest fideiubere pro marito, *authen. si qua*
mulier. C. ad Velleia. nisi cum iuramento. Castrens. *cons. 8. num. 1. lib. 2.*
12 † Limita; quia si maritus vergat ad inopiam, probata inopia, sicuti mulier repetit dotes suas aduersus maritum constante matrimonio, & aduersus tertios possessores, vt se, & filios alere possit. *l. vbi adhuc.* vbi Bartol. Bald. & alij. *C. de iure dot.* Socin. *consil. 111. lib. 1.* multo facilius recuperat suum fundum dotalem alienatum, vel non, vt per * o-
13 mnes in locis prædictis. † Amplia; quia fundus dotalis, & bona dotalia non possunt capi pro pignore in causam iudicati contra maritum, nisi in subsidium, quãdo alia bona non extant. Bapt. de S. Blas.
14 *in tract. de priuil. dotis, priuil. 285.* vbi allegat iura, & rationes. † Amplia; quia valet renunciatio iuri hypothecæ facta per mulierem, de
15 quo. Vide, *Mulier, quando possit renunciare hypothecæ, vel non. Conclus.* 420. † Et an mulier, quæ non potest cedere iura integra, si cessit, re-
16 pellatur à tertio possessore, Vide, *Exceptio cedendarum actionum qui-*
bus competat ad excludendum debitorem, vel non. Conclus. 386. † Amplia; quia si mulier non reuocauit alienationem bonorum dotalium factam per maritum, filij non possunt illam reuocare, donec viuit pater, qui est vsusfructuarius, & si filij egerunt sine patre iudicium est nul-
lũ. *l. 1. §. fin. C. de annal. except. in fi.* Salyc. *in l. 1. ver. quæro, si defideiusso-*
re. C. de bonis mater. Rimin. *cons. 153. num. 2. lib. 1.* & propterea fuit bene prouisum, quod filiofamilias non currat præscriptio in aduentitijs;
17 quia non potest agere. *dict. l. 1. §. fin. C. de annal. except.* † Extende, etiamsi pater in causa appellationis ratificauit gesta per filios in prima instantia, vt validaret iudicium retroactum absque patrono consensu, & declarauerit non agnouisse vsumfructum bonorum suæ vxoris; quia post sententiam non sufficit patris consensus. Salyc. *in l. fin.*
§. necessitate. C. de bon. quæ liber. numer. 10. ver. contrarium tenent gloss. Dec.
Tholos. 306. incip. *Item filiusfamilias.* & quia omnia ex dolo patris, qui colludit cum filijs ad fraudandum emptorem, censentur pro-
18 uenire. † Limita; quia nedum non valet alienatio fundi dotalis, sed neque valet locatio in præiudicium mulieris; ideo soluto matrimonio recuperabit fundum dotalem locatum per maritum, & co-
lono non datur contra eam exceptio, neque retentio. *l. filiofamiliæ. §. fin. ff. solut. matr.* & ibi Bart. Castrens. & alij. *l. 2. ff. solut. matr.* & competit vxori tacita hypotheca, tam si constat per instrumentum de dote, quàm sine instrumento. *l. vnica. §. sed vt plenius. C. de rei vxor. actio.* Vide, *Locationi qui stare teneantur, vel non. Concl. 418.* † Extende; quia huiusmodi priuilegium extenditur etiam ad dotem confessatam. 19
Bald. Nouel. *de dot. in 10. parte.* † Declara tamen; quia conductori 20
datur actio, & regressus pro interesse contra hæredes mariti, vt dicit text. & ibi Doct. *in d. l. filiofamilias. §. fin. ff. solut. matrim.* † Extende; 21
quia non tenetur mulier, neque eius fideiussor ex tali venditione, aliàs haberet regressum contra mulierem. Alexand. *cons. 109. num. 8. lib. 4.* † Limita; quia non valet alienatio fundi dotalis in præiudi- 22
cium mulieris, quin soluto matrimonio possit repetere suum fundũ dotalem. *d. l. 1. §. & cum lex Iulia.* vbi glos. *C. de rei vxo. actio. l. si prædium,* vbi glos. Bartol. Bald. & alij. *C. de iure dot.* gloss. *in l. dotalem. ff. de testam. milit. Instit. quib. alien. licet vel non, in princip.* vbi Aretin. *l. 2. & l. dotale. §. 1. ff. de fund. dotal.* Vide, *Maritus non potest alienare bona vxoris. Conclus.* 98. † Extende; quia ex quo non valet in præiudicium mulieris, nõ 23
etiam valet in præiudicium sui fideiussoris. Bart. *in l. cum lex. numer. 2. ff. de fideiussor.* quia est generale, si lex prohibet contractum, prohibet etiam fideiussorem ad illum contractum; quia aliàs per indirectum mulier obligaretur fideiussori, si fideiussor teneretur. Alexan. *cons. 109. num. 8. lib. 4.* Vide, *Prohibitio directa impedit factum, tanquam prohibitum etiam per indirectum. Conclus. 900.* † Extende; quia em- 24
ptor non præscribit. *l. si fundus.* vbi Bartol. *ff. de fundo dot.* quia titulus est reprobatus. Afflict. *decis. 228 numer. 2.* † Limita; quia regula est, 25
quod bona data in dotem inæstimata, & pro fundo dotali de iure alienari non possunt, & talis alienatio est nullius roboris, vel momenti, siue sit facta per virum constante matrimonio, accedente consensu vxoris, siue per mulierem accedente consensu viri. *l. vnica. §. non lex. C. de rei vxor. actio. Institut. quib. alien. licet, vel non, in princip.* plene Iason *cons. 44. In tertio quæsito, lib. 1.* & est text. *in l. 1. & 2. C. de fundo dot.* & in *authen. vt immobil. ante nupt. donat. in fin. collat. 5. l. si præsidium.* vbi Bald. dicit * communem. *C. de iure dot.* vbi, quod * 26
potest venire contra eadem mulier, vt ibi Bartol. gloss. & alij. † Extende; quia tenetur emptor ad restitutionem fructuum fundi dotalis à die mortis viri, anteriores verò non tenetur restituere; quia sunt mariti, qui Dominus erat dotis, donec vixit, *l. doce ancillam,* vbi gloss. & Doct. *C. de rei vendicat.* si verò essemus in secundo emptore, excusaretur propter bonam fidem, & non tenetur, nisi de præceptis à die litis contestatæ; quia tunc efficitur malæ fidei. *l. si litigator.* vbi Bald. & * omnes. *C. de fruct. & lit. expen.* †Extende, siue alienatio fiat fun- *27
di dotalis durante matrimonio, siue eo soluto; quia etiam post solutum matrimonium fundus dotalis manet. *l. etiam. ff. de fundo dotal.* Cremen. *singul. 170. Nosti, quod fundus.* & sicuti hoc priuilegium competit mulieri, ita etiam competit hæredibus, & descendentibus, *l. dotale prædium. §. 1. ff. de fundo dotal.* †Et quando res dotalis possit alie- 28
nari, vel non, plene Afflict. *decis. 336.* † Restringe; quia licet non va- 29
leat alienatio fundi dotalis in præiudicium mulieris; tamen valet in præiudicium mariti alienãtis. Corn. *cons. 170. lib. 4.* quia maritus obligatur ad obseruantiã contractus, & ad tradendum, & tenetur de euictione. Bart. Castrens. & alij *l. cum vir. ff. de vsucap.* Bartol. *in l. cum lex. ver. quærit glos. quid in fundo dotal. ff. de fideiuss.* Bald. *in l. si prædium. ver. pone, quod maritus. C. de iure dot.* & ideo si Florentiæ præmoriatur vxor; quia maritus lucratur totam dotem ex forma statuti, alienatio fundi dotalis conualidatur ex iure superuenienti. *l. pen. ff. de fundo dotal.*
†Et ideo maritus vendens fundum dotalem, ignoranti esse fundum 30
dotalem tenetur de euictione, secundum magis communem * opin. *
Alexand. *cons. 154. lib. 8.* † Et vide Cæpol. *cautel. 131.* qui vult eme- 31
re, vbi dat modum cautelandi ementem fundum dotalem, vel saltem quod non perdat pretium. Vide, *Dotalis fundus qualiter dicatur*
constitutus. Conclus. 726.

Dotis confessio facta præcedente promissione præiudicat creditoribus. Conclus. 760.

DOs † confessata per maritum constante matrimonio præiu- 1
dicat creditoribus etiam ante confessionem, quando præcedit promissio dotis ante creditum. Afflict. *decis. 402. Agitur causa.* vbi pro vtraque parte allegat, & ita distinguit Crauett. *cons. 40.* vbi plurimos citat, in princ. & dicit in iudicando, & consulendo non esse recedendum ab hac opinione. Boer. *decis. 331. per totum.* & est communis * opinio, *decis. Perus. 66. num. 25.* Bald. Nouel. *in l. 1. num. 225. ff.* * *solut. matr.* communem * dicit Ruin. *consil. 183. in fin. libr. 1.* Bald. *cons.* * 432. *Casus talis est, in princip. lib. 1. & consil. 384. Duo instrum. circ. fin. lib. 3.* Bello. *cons. 4. num. 6. 7. & seq.* vbi dicit * communem Rot. Ro. vt per * Illustris. Palæot. *in decis. manuscript. 132.* quæ est *decis. 485. lib. 3. par. 3.*

diu. Non.

diu. Nou. impref. & Cæphal. *conſ.* 131. *num.* 9. Alciat. *conſ.* 332. Fulgoſ. *conſil.* 216. *per tot.* Rom. *conſil.* 445. *nu.* 8. vbi apoſtilla. plene Soc. *conſ.* 269. *Pro inueſtigatione veritatis. col.* 3. & 4. *ver. quarto, & vlt lib.* 2. vbi dicit * cõmunem. Neguſ. *de pign. in* 2. *parte, in* 4. *memb. nu.* 87. *ver.* 4 *quæritur vtiliter.* Caſtr. *conſil.* 86. & *conſ.* 385. *lib.* 2. Rip. *in l. fœminæ, num.* 45. vbi dicit hanc * communem, C. *de ſecund. nupt.* Caſtr. *conſ.* 295. *circa fin. ver.* 4. *poſito. lib.* 1. Caſtr. *conſil.* 455. *Ad primum. n.* 4. *ver. ad ſecundum. libr.* 2. & *conſ.* 383. *Circa* 1. *ver.* 2. *caſus, lib.* 2. † Contrarium tenuit gl. *in d. l. aſſiduis. C. qui potio. in pign. in ver. hypothecam*, quam ſingularem ibi dicit Bald. & cum ea videtur pertrãſire. Bald. Nou. *de dote*, quem refert Couar. *var. reſolut. lib.* 2. & *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 6. *ver. cæterum.* Vide pro vtraque Maſcard. *Concluſ.* 566. *nu.* 7. & *ſeq. vſque in fin.* vbi, quod ad hoc, vt marito præiudicet, eſt magis * communis opinio, licet ſit controuerſa etiam illo caſu: quo verò ad creditores, an præiudicet, citat pro vtraque parte. † Declara; quia tres ſunt opiniones, vel quod non poſſit opponi, vel poſſit opponi, niſi confeſſio ſit geminata, vel quod ſolum intra 30. dies poſſit opponi, ſed prima eſt verior. Rom. *d. conſ.* 445. *n.* 8. *ver. hæc autem omnia.* † Declara; quia verior eſt prima opinio; quia confeſſio trahitur ad promiſſionem, & perinde habetur, ac ſi tunc dos tempore promiſſionis fuiſſet ſolura. Bald. Nou. *de dote in* 10. *parte col.* 12. omnes * in *l. aſſiduis. C. qui pot. in pign.* Soc. *conſil.* 269. *in* 3. *q. ver. quarto & vltimo. lib.* 2. vbi dicit * communem, & veriorem. Neguſ. *de pigno. in* 4. *memb.* 2. *partis. n.* 8. *ver. vnde cum iſta opinio.* † Declara; quia prima opinio, quod confeſſio dotis facta præcedente promiſſione præiudicat quoad hoc, quod præſumitur vera etiam intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ; ſed tamen nõ tollitur, quin maritus poſſit probare nõ factam numerationem, etiamſi maritus iurauit non uenire contra. Caſtr. *conſil.* 455. *Ad primum. ver. ad ſecundum, lib.* 2. † Extende, quoniam, ſiue promiſſio fiat poſt, ſiue ante matrimonium, ſemper quod præcedit creditum alterius, debet præferri dos. Ruin. *conſil.* 183. *col. fin. ver. & quamuis, lib.* 1. vbi dicit * communem. † Contrarium tenet Soc. *in l.* 1 *col. ante pen. ff. ſolut. matr.* † Extende, etiam ſi promiſſio eſſet facta à fratre mulieris poſt matrimonium, & ſequatur confeſſio mariti; quia præiudicat creditorib. poſt promiſſionem, licet ſint ante confeſſionem. Ruin. *d. conſ.* 183. *per tot. lib.* 1. vbi in fi. dicit * communem, plene Affl. *dec.* 402. vbi plene examinat. † Extende, vt procedat etiam contra Fiſcum; quia præfertur mulier habens promiſſionem anteriorẽ, licet confeſſio ſit poſterior. Vrſil. in addit. ad Affl. *dec.* 402. *nu.* 4. vbi, quod ita fuit iudicatum per conſilium Regium. † Extende; quia præiudicat multo magis donatario poſt promiſſionem, licet ante confeſſionem. Bald. *in l. aſſiduis, C. qui potio. in pignor. hab.* vbi, quod confeſſio trahitur ad tempus promiſſionis. † Extende; quia confeſſio dotis præcedente promiſſione non admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ. Rom. *conſ.* 445. *n* 8. vbi poſt. † Contrarium tamen recitat tenere aliquos idem Roma *d. conſ.* 445. *n.* 8. vbi poſt. dat concord. pro vtraq; parte. † Amplia; quia hypothecã tacita, quæ incipit à die promiſſionis dotis, præfertur creditori habenti expreſſam hypothecam poſt promiſſionem, & ante confeſſionem ſubſequutã. Bart. *in l aſſidua. col.* 2. *C. qui potio. in pignor. hab.* Cyn. *in l. cum tibi. C. eod tit.* & licet Cyn. loquatur in expreſſa hypotheca mulieris; tamen idem eſt in tacita. Bald. Nou. *de dote in* 8. *parte in* 23. *ſpeciali.* Neg 1. *de pignor. in* 2. *parte in* 4. *memb. n.* 83. Fulg. *conſ.* 216. Soc. *conſ.* 269. *col.* 2. *ad fin. verſ.* 4. & *vlt. lib.* 2. Crot. *in repet. l. ſi is, qui pro emptore, n.* 67. *ver. notabis tamen. ff. de vſucap.*

† Extende, quia imo ſi marito fuit promiſſa dos, poſtea maritus vendidit prædia. vltimo confeſſus eſt recepiſſe dotem, mulier habẽs priorem promiſſionem præfertur emptori, licet emptor ſit ante cõfeſſionem. Socin. *conſil.* 269. *lib.* 2. vide infra in proxima extenſione. † Extende, vt procedat nedum ad fauorem vxoris, ſed etiam fideiuſſoris mariti, qui ſoluit dotem, nam ſi marito fuit promiſſa dos de anno 1530. poſtea de anno 1531. maritus contraxit debita, vltimo de anno 1532. recepit dotẽ, & dedit fideiuſſorem de reſtituenda dote, ſi mortuo marito concurrant creditor de an. 1531. & fideiuſſor de anno 1532. præfertur fideiuſſor; quia obligatio trahitur ad tempus promiſſionis, & vxor habet hypothecam ab illo tempore. Bal. Nou. *de dote, parte* 8. *priuil.* 23. & *par.* 10. *n.* 3. *ver. ſed tunc inſurgit.* Neguſ. *de pign. in* 2. *par. memb.* 4. *n.* 77. Soc. *conſil.* 269. *lib.* 2. Gramm. *conſ.* 114. *nu.* 1 Pariſ. *conſil.* 102. *nu.* 16. *lib.* 3. † Amplia; quia procedit etiam promiſſione de ſe obligando facta per ſocerũ; quia licet ſe non obligauerit, ſatis eſt, quod probetur per teſtes, quod receperit dotem, ex quo remanet obligatus. Bald. *in* 1. *C. quod cum eo.* Alex. *conſ.* 67. *Viſis, & ponderatis, in fin. lib.* 4. Affl. *dec.* 332. † Extende; quia imo filij hæredes ſoceri poſſunt conueniri in ſolidum ad totam dotem. *l. cum ab vno ff. de leg.* 2. Cyn. *in l. pro hæreditarijs. C. de hæred. vel actio. vend.* Bartol. *in l. debitorem. ff. de pact.* Imol. *in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de leg.* 1. licet quod hæredes poſtea inter ſe teneantur ſibi familiæ herciſcundæ, vt etiam tenet Affl. *dict. dec.* 332. † Amplia, vt procedat, etiamſi conſtat de promiſſione ex ſola ſcripta parentelæ, quando eſt legitime recognita, & conſtat de illius veritate abſque alio inſtrumento. Bartol. *in l. aſſiduis. C. qui potio in pignor.* Neguſ. *de pignor. in* 4. *membro* 2. *partis. num.* 87. & *in* 1. *membro* 5. *partis. num. eodem.* vbi extendit etiam contra tertium poſſeſſorem. † Amplia; quia promiſſio dotis præcedens probatur, etiamſi conſtet ſolum de promiſſione fructuum ſeu vſuratum dotis promiſſæ. Maſcard. *Concluſ.* 567. *dotis promiſſio.* vbi, quod non probatur talis promiſſio ex probatione tractatus de contrahendo, & de ſoluenda tanta dote; quia multa tractantur, quæ non perficiuntur. † Amplia in caſu conuerſo; quia ſi maritus conuenta dote ſe obligauit, quando ſolueretur, illam cautelare, & promittere reſtitutionẽ, ſi poſtea reuera fuit ſoluta, & non fecit confeſſionem, neque obligationem, habetur tamen pro obligato. Ioan. Andr. *in addit. ad Spæcul. ſuper rubr. de oblig. & ſolutio.* Alexand. *in l. cum fundus. §. ſecundum tamen. ff. ſi cert. pet.* Iaſ. *in l. Dominus. ff. de cond. indeb.* Afflict. *deciſ.* 61. † Contrarium Deci. quod teneatur ad intereſſe in *d. l. cum fundus. §. ſecundum tamen. ff. ſi cert. pet.* † Limita; quia procedit regula, quod præcedente promiſſione mulier præferatur, quando maritus fecit confeſſionem in exequutione præcedentis promiſſionis de ea faciendo expreſſam mentionẽ, aliàs ſecus, ita declarat, & limitat Ioan. de Imol. *conſ.* 110. *num.* 8. † Reſtringe, niſi ſcripta parentelæ haberet probationem veritatis per teſtes. Bald. *in l ſcripturas. in fin. C qui potio. in pign.* reprobata ibi gloſſ. *ver. decernimus.* † Reſtringe, quando ſuper veritate apochæ parentelæ eſſet lata ſentẽtia mercantiæ citato tertio poſſeſſore, contra quem agitur pro ſuo intereſſe, & qui comparuit, & defendidit; quia præiudicat ſibi. Caſtrenſ. in *l. cum filius, in fin princip. ff. de verb. oblig.* Vide, *Scriptura priuata non concurrit cum publico inſtrumento. Concluſ.* 79. † Limita; quia ſi maritus facit compromiſſum cum aliquo, & obligat bona ſua pro eo, quod laudabitur, poſtea accipit vxorem, & recipit promiſſionem dotis, & ſe obligat pro dote, quæ etiam ſoluta eſt, poſtea feratur laudum, in quo maritus condemnatur, marito mortuo, vel vergente ad inopiam, ſi concurrant vxor, & habens condemnationẽ ex laudo, præfertur creditor ex laudo; quia quoad obligationem attenditur tempus compromiſſi *l. 1. ff. de arbitr.* Vide, *Compromiſſi tempus, & non laudi attenditur, & quando. Concluſ.* 517. † Extende, vt procedat, etiam ſi compromiſſum fuerit prorogatum ab arbitris, quibus erat data facultas; ſecus ſi eſſet facta à partibus. Bal. *in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appellat.* † Limita; quia maritus poterit probare non numerationem, & ſi præcedente promiſſione confeſſus eſſet recepiſſe cum iuramento; quia confeſſio transfert onus probandi contra confitentem etiam intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſed nõ tollit, quin poſſit probari contrarium. Caſtrenſ. *conſ.* 455. *num.* 4. *lib.* 2. † Limita, quando tertius poſſeſſor poſterior fecit melioramenta in re hypothecata pro dote; quia poſſeſſori datur retentio. Vide, *Melioramenta dant retentionem rei, & quando ſecus. Concluſ.* 182. † Limita, quando maritus tempore confeſſionis eſſet decoctus. Vrſil. in addit. ad Afflict. *deciſ.* 402. vbi late *nu.* 6. & 7. declarat. Vide, *Dos confeſſata per maritum, &c. Concl.* 751.

Dos reſtitui debet, marito vergente ad inopiam. Concluſ. 761.

DOs † reſtitui deber conſtante matrimonio, ſi maritus vergat ad inopiam. *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* not. *in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matr.* Soc. *conſ.* 111. *lib.* 1. † Florentiæ tamen ex lege municipali nõ poteſt intentari hoc iudicium ſine licentia, quæ debet proponi in conſilio generali, & talis licentia durat ſolum per quatuor menſes, intra quos ſi cauſa non eſt expedita, requiritur noua licentia; bene verum eſt, quod Clariſſimi Conſiliarij cum Dd. de Collegio extra conſilium generale illam concedunt. † Extende, ſiue agatur contra maritum, ſiue contra tertios poſſeſſores, quibus maritus alienauit. Bart. Bald. & alij in *d. l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Caſtren. *conſ.* 8. *in fin. lib.* 2. Bart. *in l. ſi conſtante, in* 2. *quæſt. ff. ſol. matr.* Cyn. *d. l. vbi adhuc. qu.* 11. C. *de iure dot.* & licet Roma. ibi teneat contrarium; tamen reprobatur per Alex. *d. l. ſi conſtante. nu.* 21. & hanc item tenet Rom. *conſil.* 392. *in* 3. *dubio* Iaſ. *in l. ſi conſtante, in* 1. *not. ff. ſolut. matr.* Bald. *in auth. quod locum. num.* 6. *ver. tertio quæro. C. de collat.* Abb. *in cap per noſtras. num.* 12. *de donat. int. vir. & vxor.* Neguſ. *de pignor. in* 1. *memb.* 5. *partis. num.* 29. *ver. nono aliis effectus.* † Extende maxime Florentiæ; quia extat ſtatutum, quod vergente marito ad inopiam mulier recuperat dotem contra tertium poſſeſſorem, vt *libro* 2. *c.* 64. *rubr. quod nulla mulier viuente viro. §. Viro vergente ad inopiam.* † Reſtringe; quia non poteſt agere contra tertium mariti creditorem, qui bona fide exegit creditum mariti, licet exigens ſit poſterior. Bald. *in d. l. vbi adhuc. C. de iure dot.* faciunt not. per Afflict. *dec.* 190. Pariſ. *conſ.* 69. *n.* 2. & 3. *lib.* 4. & iuſſus iudicis cauſat bonã fidẽ. *l. iuſte ff. de acquir. poſſ.* † Et quod mulier non poſſit agere de iure communi contra tertios poſſeſſores, qui emiſſent bona viri, vel tanquam credi-

creditores illius accepissent bona in solutum', post confessatam dotem, nisi prius excussis facultatibus mariti, iuxta *authen. hoc si debitor. C. de pignor.* Castrens. *consil.* 175. *Ad primum quæsitum. lib.* 1. Alexan. *consil.* 32. *lib.* 4. Aretin. & alij in §. *item Seruiana, Instit. de actio.* Neguſ. *de pignor. in* 8. *par. princip. colum.* 3. *priuil. pen.* gloſſ. *in l. vbi adhuc, in ver. qui potiora. C. de iure dot.* quam ibi ſequuntur Salyc. & Bald. *quæſt.* 12. Bartol. *in l. ſi conſtante, in* 2. *quæſt. ff. ſolut. matr in* 3. *q. princ. in* 2. *q.* & ibi Alexand. *num.* 22. Campeg. *de dote in* 4. *part. qu.* 46. Corn. *conſil.* 267. *lib.* 3. Bald. Nouel. etiam *in d. tractat. de dot. in* 7. *par. priuil.* 24. Roman. *conſ.* 187. *numer.* 2. Vide, *Exceptio diſcuſſionis in quibus cauſis habeat locum, vel non.*

7 *Concluſ.* 404. †Reſtringe Florentiæ ſtante ſtatuto ſubmouente diſ-
8 cuſſionem. *rubr.* 59. *lib.* 2. *tit. de reuoc. bonor. excuſſio.* † Declara, vt non procedat reſtrictio, quando mulier haberet penes ſe tot bona mariti, quæ ſufficerent pro dote; quia tunc non poteſt agere contra tertium poſſeſſorem. Bald. Nouel. *de dote, in* 7. *par. priuileg.* 24. *& priuileg.*
9 48. *in fin.* Neguſ. *de pignor. in* 5. *parte, in* 1. *membr. colum.* 10. † Idem, quando iam vergente marito ad inopiam mulier fuiſſet citata in iudicio moto per creditorem, in quo obtinuit bona; quia mulier hoc caſu contra illum tertium non poterit agere, niſi facta excuſſione contra bona mariti, etiam ſtante ſtatuto Florentiæ Bald. Nouel. vbi ſupra, quia ex quo ſtatutum eſt correctorium iuris communis, eſt
10 ſtricte interpretandum. † Reſtringe, quando tertius fuiſſet obligatus, tanquam correus ad dotem; quia ceſſat excuſſio. Rom. *conſ.*
11 392. *num.* 10. † Declara; quia non eſt proprie, & vere reſtitutio; quia debet inſeruire oneribus matrimonij; ideo fideiuſſor obligatus in caſu reſtituendæ dotis non obligatur iſto caſu. Bartol. *in l. ſi quis ſic. ff. ſolut. matr.* Alexand. plene *conſ.* 142. *num.* 13. *lib.* 5. Caſtrenſ. *conſ.* 65. *Viſo quodam, in princip. lib.* 1. imo, quod ſit ſequeſtratio, & ceſſante inopia
12 maritus recuperet, late Gozad. *conſ.* 42. *num.* 14. *& ſeq.* † Contrarium, quod imo agi poſſit contra fideiuſſorem mariti pro iſta reſtitutione, Vide, *Dos quando poßit reſtitui conſtante matrimonio. Concluſ. prox. ſeq.*
13 *num.* 37. † Et quod non ſit vera reſtitutio illa, quæ fit vergente marito ad inopiam. Alex. *d. conſ.* 142. *nu.* 13. *& ſeq. lib.* 5. vbi, quod ſtatutum loquens de reſtitutione dotis, non habet locum in iſta, quæ fit conſtante matrimonio ob inopiam mariti; quia non eſt vera reſtitutio,
14 ſequitur Gozad. *conſ.* 42. *n.* 14. † Imò, quod ſit quædam ſequeſtratio
15 in manibus vxoris. Gozad. *conſ.* 42. *n.* 14. † Et quod non ſit vera reſtitutio, probatur; quia debet inſeruire pro oneribus matrimonij. *d. l.*
16 *vbi adhuc. C. de iure dot.* † Et propterea licet hypothecaria auocet omnia bona; non tamen, quando agitur de hac reſtitutione ob inopiã; quia fit ſolum pro menſura dotis. Bart. *in l. ſi conſtante, in* 3. *quæſt. princ.* vbi Iaſ. *ff. ſolut. matrim.* Neguſ. *de pignor. in* 5 *parte, in* 1. *membr. numer.* 33.
17 † Item; quia mulier non dicitur habere dominium dotis reſtitutæ, ſed loco pignoris. Bald. Nouel. *de dote in* 8. *part. in* 6. *priuileg. ver. decimo limita.* vbi tenet hanc partem, ſequendo Bartol. *in l. ſi conſtante,*
* *in* 2. *quæſt.* 4. *quæſt. princ. ff. ſolut. matr.* licet dicat in contrarium eſſe* cõ-
18 munem. † Contrarium in hoc, quod imo dominium dotis reſtitutæ vxori propter inopiam mariti tranſeat in vxorem, licet nõ poſ-
* ſit alienare, & teneatur ad onera matrimonij, communem* dicit
19 Bald. Nouel. in loco ſupradicto. † Declara; quia ſi mulier agit in rem, vel perſonali actione, vt dentur ſibi in ſolutum bona, & poterit conſequi iure dominij, ſed tamen dominium non tranſfertur ipſo iure, ſed mediante ſentẽtia adiudicationis ſequuta traditione, iuxta *l. in rebus. C. de iure dot.* ſi vero egit hypothecaria; & tunc conſequitur bona loco pignoris, ita declarat Bald. Nouel. *de dot. in* 8. *part. in* 6. *priuil. ver. decimo limita*, & qua via actum fuerit, colligitur ex medio cõcludendi. Caſtrenſ. *conſil.* 138. *In cauſa, quæ vertitur coram locum tenen-*
20 *te. lib.* 2. Alexand. *conſ.* 117. *libr.* 2. † Et propterea non admitterentur tertij poſſeſſores volentes offerre vxori agenti ad dotes ſuas contra bona hypothecata ob inopiam mariti, ſed tenentur dimittere bona hypothecata pro tanta quantitate, quæ ſufficiat pro dote. Cyn. & Bart. *in l. cum tibi. C. qui potio. in pignor. hab.* Bart. *in l. ſi conſtante, in* 7. *qu.* 3.
* *quæſt. princ. ff. ſolut. matr.* Corn. *conſ.* 85. *lib.* 4. Socin. *conſ.* 111. *lib.* 3. vbi di-
* cit* communem, & quod recedens ab ea poſſet de temeritate reprehendi. Neguſ. *de pignor. in* 5. *par. in* 1. *memb. num.* 31. vbi, quod ſem-
21 per ita iudicari vidit, plene *deciſ. Pedemon.* 135. † Et quod non poſſit offerri mulieri agenti ob inopiã mariti per alios creditores; quia dos debet inſeruire pro onerib. matrimonij. Rol. à Val. *conſ* 9. *n.* 39. *lib.* 1. Caſtr. *in* 2. *nu.* 3. *ff. ſol. matr.* Afflict. *deciſ.* 199. qui dicit ita fuiſſe iudicatũ
* bis. Neguſ. *de pignor. in* 5. *par. princ. in* 1. *memb. nu.* 31. qui dicit* commu-
22 nem, & ſecundum hanc opinionem ſemper vidiſſe iudicari. † Amplia; quia etiam mortuo marito, dos debet reſtitui non expectato anno, & in caſu ſtipulationis, quod poſt annum reſtituatur, ſi hæreditas mariti vergat ad inopiam. Bal. *conſ.* 186. *Punctus, primo quæritur. nu-*
23 *mer.* 2. *ver. veniq ad tempus. lib.* 5. † Amplia; quia competit hæc actio mulieri, & ius repetendi dotem, viro vergente ad inopiam, nedum per modum agendi, ſed etiam per modum excipiendi; quia ſicut poteſt agere; ita etiam excipere in iudicio modo per creditores contra bona mariti impediendo exequutionẽ, probando in eo iudicio vergẽtiam viri ad inopiam, non obſtante, quod prius cõtra maritum non egiſſet Bald. Nouel. *de dot. in* 7. *par. priuil.* 18. *in fin. & priuil.* 24. Neguſ. *de pign. in* 5. *par. in* 1. *memb. n.* 29. imo ſi mulier eſt in poſſeſſione, impedit primum & ſecundum decretũ creditoris, & ita per plura tenet Rom. *conſ.* 474. *In caſu propoſita.* qui loquitur maxime, quando creditor habebat perſonalem, & habuit mandatum contra bona mariti, & mulier poſſidens opponebat de ſuo inſtrumento dotali. † Con- 24
trariũ Gram. *deciſ.* 92. *n.* 17. vbi, quod ita conſuluit Bart. & Caſtr. quos allegat; quia niſi præcedat iudicium contra maritũ, non poteſt recta via agere, & impedire creditores. † Declara; quia poteſt mulier offer- 25
re ſe paratam oſtendere, quod maritus vergat ad inopiam, & ita obtinebit. Gramm. *d. deciſ.* 92. *n.* 18. vbi dat pro cautela ex mente Baldi Nouelli. † Declara; quia ſicuti poſſet mulier auocare à creditore 26
hypothecario poſteriore, vel à creditore in perſonali; ita poteſt per exceptionem repellere oſtendendo ſuum inſtrumentum dotale, & ſe opponendo; tum quia cui damus actionem, multo magis exceptionẽ; tum quia quilibet ſe opponens creditori volenti ſubhaſtare debet audiri, ſi offert ſe probaturum eſſe de iure ſuo. Rom. *d. conſ.*
474. *In caſu.* † Amplia; quia eſt locus reſtitutioni dotis cõſtante ma- 27
trimonio, ſi maritus banniatur. Vide, *Dos quando poßit reſtitui, &c. Concluſ.* 763. † Extende, etiamſi adſit fideiuſſor mariti in omni caſu reſti- 28
tutionis. Rip. *in l. ſi conſtante. n.* 95. *ff. ſolut. matr.* vbi dicit magis* com- *
munem. † Declara; quia hæc reſtitutio facta per fiſcum vxori ban- 29
niti, prout fieri ſolet, & permittitur. Bart. *in l. ſi conſtante, in* 5. *q. n.* 18. *ff. ſol. matr.* cauſat veram dotis reſtitutionem. Rom. *conſ.* 393. *col.* 1. *nu.* 4.
& conſ. 187. & ſtante tali reſtitutione actio hypothecaria remanet extincta. Rom. *d. conſ* 187. † Reſtringe; quia ceſſante banno, ſi maritus 30
reſtituatur, ceſſat reſtitutio, prout etiam ceſſat, ſi maritus perueniat ad pinguiorem fortunam. Gozad. *conſ.* 42. *n.* 15. *ver. item quia.* † Am- 31
plia; quia ſi agatur de reſtitutione fundi dotalis; quia poteſt auocari à quocunq; poſſeſſore, etiam in vita mariti, eo vergente ad inopiã ad hoc, vt ſe ipſam, & filios ſubſtẽtare poſſit. *d. l. vbi adhuc.* & ibi* om- *
nes. *C. de iure dot.* gloſ. *in l. doce ancillam. C. de rei vendic.* Socin. *conſil.* 111.
lib. 1. † Amplia; quia ſi ſocer, & maritus ſimul confeſſi ſunt habuiſſe 32
dotem, tanquam duo rei, & maritus vergat ad inopiam; fit reſtitutio dotis in totum; tamen mulier tenetur cedere iura ſocero contra maritum, etiam pro parte tangente ſocero; quia licet ceſſio non fiat debitori ſoluenti, quia extinguitur actio; tamen ſecus eſt, quando culpa ſoceri id non prouenit, ita Rom. *conſilio* 462. *Quoad propoſitam per totum.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & dat plura ſimilia. *numer.* 3. † Amplia; quia eſt locus reſtitutioni dotis ob 33
inopiam mariti, ſi maritus poſt matrimonium omnia bona ſua poſuit in mercimonijs in loco periculoſo, prout in mari, & hoc probatur, ſecus ſi ante matrimonium, & mulier ſciebat; quia tunc non dicitur mutaſſe conditionem. Caſtrenſ. *conſil. deciſuo.* 65. *Viſo d. libello. n.*
3. *ver.* 2. *in eo lib.* 1. vbi vult, quod etiam oportet probare, quod aliquid petierit, & quod ita debet intelligi Bart. *in l. ſi conſtante in* 4. *quæſtio.* 1.
quæſt. ff. ſolut. matr. † Amplia; quia reſtitutio dotis debet fieri vxo- 34
ri, ſi maritus commiſit adulterium, quod intellige, facto prius diuortio per Epiſcopũ, aliter non. Caſtr. *d. conſ.* 65. *lib.* 1. † Limita Florentiæ; 35
quia non fit reſtitutio dotis vxori ob vergentiam mariti ad inopiam, quando maritus fuit declaratus ceſſans; quia ſolum debet habere alimenta concedentia ad rationẽ quinq; pro centenario ſuæ dotis non excedendo florenos 50. de groſſis in totũ, vt cauetur per legem ſpecialem de anno 1477. ſub die 29. Martij, & debet talis ſententia, quod ſit ceſſans produci. † Extende; quia imo producta tali ſenten- 36
tia non poſſet Iudex procedere ſuper libello concludente ad reſtitutionẽ dotis; Ideo cautela eſt, quod vel mulier renunciet huic iudicio, & petat alimenta, vel ϕ in omni libello reſtitutionis dotis adijciatur clauſula, & quod interim prouideatur de alimentis; quia quomodocunq; facta ſit mentio alimentorum cum clauſula, *Ius & iuſtitiam, &c.* vel clauſula, *omni meliori modo*; tunc poterit etiam ſubſtineri pro alimentis, ſi maritus eſſet declaratus ceſſans. Vide, Clauſu-
la, *ius & iuſtitiam, &c.* Concluſ. 359. † Declara; quia ſi dos conſ- 37
ſtat in creditis montis Florentiæ, tunc nulla habita ratione, quod excedant quinque pro centenario, relaxantur mulieri, ſi extant ipſa loca in eſſe; ſi vero ſunt alienata, & ſumus in ceſſante; & tunc pro alimentis mulier non poterit euitare, quod ſibi non conditionentur tot paghæ tot creditorum montis, quot erat quantitas ſuæ dotis conſiſtentis in dictis creditis montium cum conditione, ϕ ceſſante ceſſatione, & fallimento viri credita ſint libera mulieris. † Si verò 38
ſumus in cõſignatione dotis; quia maritus vergat ad inopiam, & non eſt declaratus ceſſans; tunc ſi vult retractum locorum montium factum à marito; & tunc debent mulieri cõſignari tot bona aſcendentia ad volorem retractus; aut non vult retractum, ſed loca eiuſdem

quali-

qualitatis, & debet describi creditrix de tot creditibus, seu locis mõtis, cum hoc, quod ex quo tunc non potest cedere iura creditoribus reponentibus dicta credita, in casu restitutionis dotis per dissolutionem matrimonij ipsa teneatur cedere iura, quæ nota; quia non ita extensa alibi reperies. Vide, *Dos consistens in creditis mont. &c. Conclus.* 39 767. † Limita, seu declara; quia quando fit restitutio ob vergentiam mariti ad inopiam, non potest mulier retinere omnia bona, donec satisfiat, sed tot bona habere quæ sufficiant pro dote. Alexand. *cons.* 40 142. *num.* 15. *lib.* 5. † Extende declarationem; quia sententia lata pro muliere aliter non nocet creditoribus non citatis. Alexand. *d. consil.* 142. *num.* 16. *lib.* 5.

Dos quando possit restitui ob inopiam mariti constante matrimonio. Conclus. 762.

1 DOs † constante matrimonio potest restitui vxori, si maritus vergit ad inopiam & de hoc constat, *auth. quod locũ. C. de collatio.* dicitur autem maritus vergere ad inopiam, licet sit diues, & habet multa bona, quãdo fecit tot fideiussiones, quæ absorbent suas facul-
2 tates, vt dicunt Doct. *in l. si constante. ff. sol. matr.* † Et intellige, siue maritus iam est deductus ad inopiam, siue adhuc tendat. Bald. *cons.* 160. *libellus. ver. in contrariũ, lib.* 2. quia sufficit, quod male incipiat vti substantia sua, & non debet expectari, quod omnia dissipauerit. §. *illud. Auth. de æqualit. dot.* Bart. *in l. si constante in* 3. *oppos.* quem omnes sequun-
*3 tur, vbi Rip. *n.* 8. dicit* communem. *ff. sol. matr.* † Et Florentiæ extat statutum, quod mulier possit agere contra bona mariti vergentis ad inopiam, de quo Negus. *de pign. in* 5. *parte in* 1. *membr. num.* 29 & 30. Io. de Imol. *cons.* 100. *in fin.* vbi quod non excludit statutum, quin etiam contra bona fideiussoris mariti agi possit, & est statutum *libr.* 2. *c.* 64.
4 *quod nulla mulier viuente viro vergente ad inopiam.* † Amplia, vt procedat; quia si est locus restitutioni dotis, etiam debet assignari lucrũ,
5 seu augmentum dotis. *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* † Amplia, seu declara; quia facta restitutione dotis in bonis mariti, mulier nõ potest molestari in ipsis bonis restitutis, prætextu, quod plus valeant, nisi in subsidium, & facta prius excussione in bonis mariti, quod procedit etiam Florentiæ, non obstante statuto, quod tollit excussionem; quia illa non tollitur, quando in subsidium quis tenetur. Deci. *cons.* 5. *In causa D. Mariæ. n.* 1. *&* 3. tradunt Dd. *in l. si cert. pet.* & quod non possit molestari, nisi in subsidium. Bapt. de sancto Blas. *in tract. de priuil. dot.*
6 *priuil.* 285. vbi allegat iura, & rationes. † Amplia, vt procedat libellus, etiamsi mulier petat sibi bona data in dotẽ extimatam restitui; quia licet existimatio faciat venditionẽ; tamen in subsidiũ bona extimata sunt restituenda; imo etiam simpliciter sunt restituenda, & possunt repeti, quando dos statim in extimatione non offertur, neque tradi-
7 tur. Bald. *cons.* 160. *ver. in contrarium, lib.* 2. † Amplia; quia restitutio dotis fieri debet marito vergente ad inopiam, quando constat, quod fuit constituta numeratione, vel etiam confessione mariti, quando concurrit lapsus decennij constante matrimonio, vel confessio est iurata; quia transit in donationem, quæ præfertur posteriori credi-
8 tori. Anchar. *cons.* 307. *Nulli dubium, per totum.* † Amplia, vt quod dicitur contra virum vergentem ad inopiam dari actionem mulieri, idem sit contra fideiussorem mariti vergentis ad inopiam; quia tenetur, & contra eum agi potest. Ioan. de Imol. *consil.* 100. *in fin.*

9 † Contrarium supra Conclusione proxima præcedente *numero* 12. *ver. Declara.* vbi, quod fideiussor de restituendo non tene-
10 tur; quia ista non est vera restitutio. † Vide; quia si adest idoneus fideiussor, non videtur esse nõ soluendo maritus; Ideo videtur, quod cesset restitutio dotis, sicuti cessat remedium, quod mulier, quæ renunciat iuribus hypothecæ, potest agere contra eadem bona, si non extant alia bona mariti, secus si habet idoneũ fideiussorem. Afflict. *decis.* 312. vbi adducit, quod maritus non potest dici non soluendo, si sunt facultates alterius correi ad id obligatæ. *l. si plures. §. præterea si*
11 *quæramus. ff. de fideiussor.* † In contrarium facit; quia si fideiussor molestatur, mulier tenetur illi cedere iura; ideo aget ex iure cesso fideiussor, & vt tollatur circuitus, poterit etiam agere contra bona mariti, prout in simili dicitur, si agit contra fideicommissum obligatum in subsidium, agat, etiam si habeat fideiussorem per prædicta, ita Castrens. *consil.* 15. *num.* 2. *in* 2. *dubio. lib.* 1. sequitur Curt. Iun. *in auth. res quæ. num.* 39. *C. comm. de leg.* Alexand. in simili *cons.* 109. *n.* 8. *lib.* 4. vbi, quod
12 si non valet alienatio fundi dotalis ad fauorẽ mulieris, nec valet obligatio fideiussoris; quia mulier tenetur eũ releuare. † Declara; quia si maritus vergit ad inopiam. si adest fideiussor idoneus, puta socer, vel alius, qui sit idoneus, & sit paratus soluere alimenta, contra eum agitur pro inopia mariti; si vero tam maritus, quam fideiussor vergant ad inopiam, vel etiam si fideiussor sit soluẽdo, & negat alimẽta,
13 & fructus, potest dos repeti contra fideiussorem; ita Salyc. *in l. vbi ad-huc. C. de iure dot.* Rip. *in l. si constante. n.* 54. *ff. sol. matr.* † Declara; quia si maritus sit bannitus, & bona, sunt confiscata, licet fideiussor promiserit restituere dotẽ in omni casu dotis restituendæ, nõ comprehenditur casus iste propter inopiã; quia non est vera restitutio; ideo mulier potest agere contra bona mariti non obstante fideiussione, hanc opinionem dicit Rip. *in l. si constante. n.* 95. *ff. sol. matr.* magis* commu-* 14
nem. † Et procedit extensio, etiam si adsit statutum, prout Florentiæ, disponens mulierem posse agere contra maritũ, & bona eius, si vergat ad inopiam, quasi neget à contrario sensu contra fideiussorem; quia argumentum à contrario sensu non valet, quando est cõtra ius commune, sed de iure communi exigit à fideiussore; ergo, &c. ita Ioan. de Imol. *d. cons.* 100. *in fin.* † Restringe, seu declara, dummo- 15
do obligatio fideiussoris comprehendat hunc casum, aliàs secus. Bar. *in l. si quis sic. ff. sol. matr.* † Amplia vt, quod dicitur de vxore, cui dos est 16
restituenda vergente viro ad inopiam, idem sit mortua vxore faciẽdum filijs, si pater vergat ad inopiam, & incipiat male versari; quia datur repetitio, vt habeat vsumfructũ de manu alterius. Signor. *consil.* 135. *Pater familias, per tot.* vbi, quod si non subest actio ciuilis, insurgit ex æquitate officium iudicis. † Amplia; quia debet restitui, etiam 17
quando maritus denegat alimenta vxori. Salyc. *in l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Rip. *in l. si constante. nu.* 54. *ff. solut matr.* † Limita, quando mulier 18
contraxit matrimoniũ cum eo, qui tunc vergebat ad inopiam; quia imputandum est mulieri. Bal. *cons.* 329. *in fin. lib.* 1. late Ias. *in l. si constante, ver. in sexta. q.* 1. *partis princ. ff. sol. matr.* vbi latissime. † Contrarium 19
Bart. *d. l. si constante, in sexta quæstione* 1. *partis princ. ff. sol. matr.* Bal. *in auth. quod locum. C. de collatio.* & ita est communis* opinio, vt per Iason *d. l. si* * 20
constante. n. 177. *ff. sol. matr.* † Limita; quia restitutio dotis non potest fieri mulieri ob vergentiam mariti ad inopiam libera, vt res restituta sit vxoris; quia res restituta debet esse obligata pro oneribus matrimonij, & non potest effici libera vxoris, sed solum transfertur in vxorem dominium, & administratio, quæ erat penes maritum pro oneribus matrim. Bald. *consilio* 496. *num.* 2. *ver. item quando vir. vergit. lib.*
1. † Declara; quia si fiat libera, non vitiatur fauore dotis. Bald. *d. cons.* 21
496. *num.* 3. vbi dicit hoc procedere propter necessitatem restitutionis *lib.* 1. † Et quod dos restituenda ob inopiam mariti debeat de- 22
seruire oneribus matrimonij, & nullum alium effectum habeat, nisi quod sit in tuto, tenet Anchar. *cons.* 119. vbi, quod si mulier stat extra domum viri sine licentia Ecclesiæ, fructus sunt mariti inopis. † Li- 23
mita; quia dos non debet restitui mulieri, etiam si maritus vergat ad inopiam, quando mulier sine licentia Ecclesiæ moratur separata à viro. Anchar. *cons.* 119. *Pluribus de causis. num.* 4. *& seq. ver. quarto probatur.* vbi loquitur in begnina, quæ extra domum viri morabatur, & dicit, quod isto casu fructus sunt viri. † Limita; quia fideiussor da- 24
tus in omnem casum restituendæ dotis non tenetur, si maritus vergat ad inopiam; quia non est proprie restitutio, sed consignatio. Bar. *in l. si quis sic. ff. solut. matrim.* Castrens. *cons.* 230. *Vltra ea. lib.* 1. † Contra- 25
rium, quod imo sit vera restitutio, & teneatur fideiussor in omnem casum restituendæ dotis, si maritus vergat ad inopiam, tenet Rom. *consil.* 392. *Circa primum, in princ.* vbi apost. *in ver. restitutionem*, citat plures concord. pro hac parte. † Declara; quia si verba sunt, quod pro- 26
misit soluere, & restituere in omnem casum dotis restituendæ; tunc propter generalitatem verborum tenetur, aliàs non. Ioan. de Imol. *cons.* 100. *In quæst. & lite.* maxime, quando etiam erat dictum constante, vel soluto matrimonio, & ita etiam videtur tenere Castrens. *d. consil.* 230. *in fin. lib.* 1. & ita etiam Roman. *d. cons.* 392. *num.* 5. vbi idem est, quando sunt verba inculcata, *soluere, reddere, dare, &c.* † Decla- 27
ra Castrens. *d. cons.* 250 *lib.* 1. quod siue sit fideiussor, siue correus de restituenda dotẽ, non tenetur in casu consignationis ob vergentiam mariti; quia stricti iuris est obligatio, quando agitur, vt extendatur. † Declara secundo; quia plures sunt casus; quia si fiat promissio mu- 28
lieri, vel alteri stipulanti pro muliere, etiam si verba non sint prægnantia, eriã si esset dictũ in casu dotis restituendæ, fauetur mulieri, vt agat; & idẽ, si pater mulieris stipulatus esset sibi, vel filiæ, aut sibi, & filiæ, quo casu esset actio communis mulieri, & quo ad mulierem poterit agere, ita Ioan. de Imol. *d. consil.* 100. *n.* 4. *& seq.* † Si vero ta- 29
lis promissio fiat extraneo dotanti, vel patri stipulanti sibi, tunc minus fauetur; ideo si sit dictum, in casu restitutionis soluto matrimonium res est clara, quod non venit iste casus constante matrimonio, si vero sit dictum, in omnem casum dotis restituendæ, adhuc iste casus non venit ad fauorem extranei, & ita procedit dictum Bartol. in *l. si quis. ff. solut. matrim.* nisi verba essent adeo prægnantia, quod contineretur, sed pro muliere; quia habet manus priuilegium, bene cõtinetur, ita Ioan. de Imol. conciliat Bartol. cum ijs, quæ dixit *in l. si constante, in* 7. *quæst. ff. solut. matrim.* vt non sit contrarius ijs, quæ dixit *in l. si quis. ff. eod.* & idem dicit Castrens. *d. cons.* 230. *in fin. lib.* 1. † Limi- 30
ta; quia si vxor medio iuramento cessit alteri iura dotalia recepto pretio ab illo tertio, non potest agere contra maritum vergentem ad inopiam, etiam si agere vellet nomine tertij, cui cessit; quia mulier pro alio non agit. Anchar. *d. cons.* 119. *in princ.* † Limita, quando 31

agit cõtra tertium possessorem, qui fecit melioramenta in bonis petitis; quia licet sint dotalia bona, quæ non possunt vendi, & mulier nõ præsumatur habere aliud patrimoniũ, quam dotem suam. Alber. *in l. vbi adhuc. C. de iure dot. col. fin. ver. sed cuius impensis.* Palat. Rub. *in repet. c. per vestras.* §. 29. super tex. incip *amplius* 8. *de don. inter vir. & vxor.* etiam quod non teneatur mulier soluere expensas vtiliter factas in re dotali, quando non habet, vnde soluat. *l. 1. & l. vtilium. ff. de impens. in reb. dotal fact.* Alexand. in addit. ad Bartol. *in l. fin. eod. tit.* tamen secundum æquitatem tali casu tertius possessor soluit mulieri fructus
32 rei, prout si essent sine melioramentis. † Limita; quia licet adsit instrumentum receptionis dotis factum à marito cum guarentigia habente exequutionem paratam; tamen mulier non agit exequutiue, si maritus vergat ad inopiam; quia iste casus non continetur in instrumento, si expresse non sit dictum, tanquam casus sit raro contin-
33 gens. Anch. *d. cons. 119. Pluribus de causis. n. 3. ver. secundo, & fortius.* † Limita; quia quando mulier agit hypothecaria pro dote ob vergentiã viri ad inopiam, non auocat omnia bona, prout possunt alij creditores agentes hypothecaria. *l. quandiu. C. de distract. pign. l. creditoris. ff. eod.*
34 † Limita; quia huiusmodi restitutio per iudicem non potest mandari fieri, omissa probatione vergentiæ ad inopiam. Bald. *consil. 40. Maritus ex delicto, in princ. ver. item quod vir. lib. 1. & cons. 122. n. 1. in fin. ver.*
35 *allegatur tertio. lib. 3.* † Extende limitationem in tantum, quod sententia aliter lata esset in tantũ nulla, q; non valeret, licet probaretur post sententiam de inopia. Bald. *consil. 122. V trum dictus processus. num. 1. in fin. ver. allegatur tertio. lib. 3.* tamen videtur admittere, quod si tempore sententiæ erat manifestum, vel notorium, sufficiat probatio po-
36 sterior. † Extende in tantum esse verum, quod debet constare de vergentia mariti ad inopiam vere, & vxor non possit agere contra tertios possessores, vel impedire creditores, vt non sufficiat confessio mariti, quod vergat ad inopiam. Socin. *cons. 65. nu. 8. ver. 21. lib. 1.*
37 quem etiam sequitur apost. ad Castrens. *d. cons. 8. lib. 2. in fin.* † Extende; quia quando agitur contra tertium possessorem non sufficeret ad probationem inopiæ, quod testes dicerent, scio, quod talis vergit ad inopiã. Io. Lup. *in rep. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. char. 109.* sed oportet, quod dicant manifestũ esse, quod maritus vergit ad inopiam, per tex. *in l. in rebus. §. fin. in ver. clamauerit. C. de iure dos.* quem ad hoc not. Campeg. *de dote in 3. parte. q. 20. in fin.* quod intellige, si simpliciter sine ratione deponant, si verò addant bonam aliam rationẽ,
38 probant. Rip. Crot. & alij *in d. l. si constante. ff. solut. matr.* † Quid si extant testes pro inopia, & pro parte contraria, & agatur contra tertiũ, prævalent testes, quod non sit inops; quia alij probantes inopiam videntur deponere super negatiua; quia paupertatis probatio dicitur mere consistere in negatiua; quia nihil aliud est dicere, quẽ esse pauperem, quam eum nihil habere. Bart. *in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog.* sequitur Ias. *in l. si constante. num. 121. ff. solut. matrim.* & magis creditur testibus affirmantibus, quam negantibus. gloss. *in l. diem proferre, §. si plures. ff. de arbit.* Ias. *in l. vt vim. col. 2. ff. de iust. & iur.* Feli.
39 *in c. in nostra. de testib.* imo etiam si testes sunt pares actoris, & rei, reus vemt absoluendus. Abb. Felin. & Dec. *in c. ex litteris, de probat.* † Et quod sufficiat leuis, & semiplena probatio inopiæ, quando agitur contra virum; quia agitur de modico præiudicio viri, ex quo debet nihilominus inseruire pro onerib. matrimonij, & pro alendo etiam viro, & sufficit fama; quia dicitur agi de modico præiudicio, gloss. *in*
40 *auth. de æqualit. dot. §. illud.* † Probatur vergentia mariti ad inopiam, si testes vicini deponant de vergentia ad inopiam, & quod maritus nõ habet, nisi tot bona, & quod alia bona non posset habere, quin ipsi scirent, ita Rom. *cons. 245. Ad primum, in fin. ver. quoad vltimũ.* vbi, quod
41 melior probatio fieri non posset. † Restringe limitationem, nisi esset notoria vergentia ad inopiam, puta, quia esset maritus condemnatus per sententiam versus fiscum, vel alium in maxima parte bonorum, vel alias. Bald. *consil. prad. 40. prim. 2. ver. item hoc erat notorium. lib. 1. & consil. 160. post med. ver. præterea si vir. lib. 2. & cons. 122. ver. nisi probetur. lib. 3.* vbi, quod sufficeret probatio post sententiam, quod tempore sententiæ esset manifesta paupertas per publicam vocem, & famam; quæ tamen sit orta ex verisimilibus, & de qua testes deponãt,
42 alias non. † Restringe, quia idem est si maritus esset absens, & bannitus, quia si ista sunt probata, sufficiunt, nec requiritur discussio, vel ordo, & idem est, si non sunt probata, qñ sunt notoria. Bal. *cons. 160. Libellus, post med. ver. præterea si vir. lib. 2.* Bart. *in l. si constante. in 5. quæstio. ff. solut. matr.* quem ibi omnes sequuntur. Specul. *in tit. de donatio. inter vir. & vxor. §. fin.* & idem, si compellitur vagari propter timorem fi-
43 sci. Bart. vbi supra. † Restringe; quia limitatio non procedit, quando restitutio fieret à marito; quia absque eo, quod constet de inopia, potest restitui; secus si restitutio fiat à iudice. Bald. *d. cons. 40. num. 2.*
44 *ver. item non oportuit. lib. 1.* † Declara ex mente omnium; quia si mulier agit contra tertios bonorum possessores, requiritur plena probatio inopiæ viri, vt per Bartol. *in l. si constante, in 2. qu.* quem alij ibi sequuntur. *solut. matr.* plene Beninten. *decis. 68. num. 2.* in alijs vero casibus arbitrarium est iudici; & potest esse ratio; quia in probatione dos non est priuilegiata, maximè contra tertios possessores. Alex. *consil. 13. in 2. dub. lib. 1.* Socin. Iun. *cons. 12. num. 15. & seq. lib. 2.* Bald. Nouel. *in tract. de dote in 9. par. in 12. speciali.* † Et quando agitur contra virum, 45
sufficit semiplena probatio vergentiæ ad inopiam; sed quando agitur contra tertium possessorẽ, requiritur plena probatio. Bart. & Ias. *d. l. si constante. ff. solut. matr.* imò si agitur contra tertium possessorem, non sufficit, si testes dicunt maritum vergere ad inopiam, nisi etiam probent, quod hoc sit manifestum. Bart. *in l. in rebus. §. omnis. per illum tex. in fin. C. de iure dot.* sequitur Alex. *d. l. si constante.* vbi Ias. *n. 114.* Bald. Nouel. *de dote, in 9. parte 12. speciali,* plene Io. Lup. *in cap. per vestras. de don. inter vir. & vxor. char. 109.* Vide etiam Mascard. *Conclus. 575. Dos ad hoc vt restituatur.* vbi, si agitur de modico præiudicio, sufficit probatio per famam; si verò agitur de magno præiudicio, requiritur plena probatio. † Limita, quod imo mulier antequã possit agere con- 46
tra tertios possessores, vel impedire missionem aliorum creditorum, sit necesse, quod agat contra maritum, & petere sibi dotem restitui ob vergentiam mariti ad inopiam. Castrens. *cons. 8. In causa, in fin.* vbi apostil. *lib. 2.* † Limita; quia non est locus restitutioni, siue ob ino- 47
piam, siue ex alia causa, nisi constet dotem fuisse marito solutam, vel ab eo confessatam; quia non est obligatus restituere, quod non recepit. Corne. *consil. 112. numer. 6. lib. 1.* & si non probatur datio, non debetur restitutio, idem Corn. *cons. 285. lib. 4.* † Limita; quia si pa- 48
ter stipulatus fuit sibi restitui dotem filiæ, in casu restitutionis, restitutio non potest fieri filiæ, sed patri, vt tamen deseruiat oneribus matrimonij. Bald. *cons. 496. Tenor litterarum num. 1. & 2. lib. 1.* licet *nu. 3.* videatur tenere contrarium.

Dos quando possit restitui constante matrimonio per maritum condemnatum, vel tractantem male vxorem. Concluf. 763.

MARITVS † condemnatus ciuiliter, vel criminaliter in om- 1
nibus bonis, vel eorum confiscatione, non potest ipse restituere dotem vxori; quia nudus exulat, sed debet tunc fieri restitutio per fiscum, cui bona sunt confiscata. Bald. *cons. 40. Maritus ex delicto, in princip. lib. 1. ver. solutio.* † Extende; quia vbicunque maritus à ciui- 2
tate absens est, vel vti bannitus cum confiscatione bonorum, vel sine confiscatione est exul, locus est repetitioni dotis. Rom. *cons. 187. In repræsenti, in fi.* vbi apostil. *in ver. dotis,* dat concord. † Amplia; quia 3
mulier potest agere ad recuperationem dotis constante matrimonio, quando maritus est absens, & ignoratur, vbi sit; quia si habebatur pro mortuo, licet viuat, valet sententia, & restitutio dotis lata pro muliere. Bald. *cons. 488. Sequens quæstio. num. 2. ver. secundo quæritur. lib. 1.* † Extende; quia etiam valet venditio facta ab vxore de bonis 4
restitutis pro dote viuente marito, qui reputabatur mortuus; quia emens præscripsit ex titulo prædicto decem annis; quia debuit maritus dimittere procuratorem, licet esset absens, & quoad præscriptionẽ propter domiciliũ habetur pro præsente. Bal. *d. cons. 488. n. 4. ver. proponitur etiã. lib. 1.* † Amplia; quia licet maritus bannitus non possit 5
ipse offerre, vel restituere dotẽ; tamen potest vxor repetere dotem, tanquã quod maritus vergat ad inopiam, ex quo bannitus est, & absens. Bald. *cons. 160. Libellus, cir. med. ver. & modo. lib. 2.* † Extende; quia 6
vxor potest repetere dotem, si maritus est bannitus, etiam tanquam rebellis, etiã si vxor moretur cum viro, quod dicit notabile Clar. §. *fi. q. 78. n. 15. in fin.* † Amplia; quia potest fieri restitutio dotis constante matrimonio de consensu amborum, si vtile est vxori; ideo valet 7
datio in solutum facta vxori per maritum est bonis suis maioris valoris; quia si renunciauit *l. 2. C. de rescind. vend.* censetur maritus donasse illud plus, & talis donatio confirmatur morte mariti, licet in eo mulier non habeat priuilegium dotis; quia est donatum. Bald. *cons. 243. Visis dicto puncto. lib. 3. in princ.* † Extende; quia si maritus de- 8
dit domum pro trecentis vxori suæ, quæ habuerat in dotem, nõ potuerunt filij, vel hæredes expellere vxorẽ ex tali domo, mortuo marito. Bal. *cons. 137. Quædam vidua. n. 4. ver. quæritur etiã. lib. 5.* † Extende; 9
quia dos potest restitui constante matrimonio ex causa pietatis, vel vtilitatis, aut necessitatis, vel honestatis. Anch. *cons. 238. Ioannes.* † Ex- 10
tende; quia sicuti vxor potest vendere fundum dotalem cum iuramento; ita potest absoluere socerum recipiendo dotem cum iuramento, etiam constante matrimonio. Anch. *d. cons. 238. per tot.* maxime *in fin.* † Amplia; quia vxori competit actio pro recuperatione do- 11
tis, si maritus tenet concubinã, & viuit in adulterio; quia pót agere ciuiliter ad separationẽ thori, & consequi nedũ dotẽ, sed etiã donationẽ propter nuptias. Cuma. *cons. 175. Domina Andreola, in fin. ver. ad secundum.* † Limita, qñ vxor post bannum mariti administrauit bona, 12

& potuit

& potuit sibi satisfacere,& non satisfecit; quia perdit actionem.Roman. *consil.*187.*colum.*2.*num.*3.*& seq. ver.tertio quia.* allegat tex. singul.
13 *in l.debitor.ff.de neg. gest.* † Limita, quando esset condemnatus maritus priuatæ personæ, vel etiam fisco in quantitate, non in vniuersitate bonorum.Bald.*d.consil.*40.*num.*1.*in fin.ver.aut non sunt bona. libr.*1. vbi, quod tunc valet restitutio dotis facta vxori non obstante con-
14 demnatione. † Limita; quia constante matrim. regula est, quod vxori nulla competit actio pro dote, & ideo sicut non potest agere; ita nec potest dotem inter viuos donare. Dyn. *consil.* 44. *Quæstio, de qua agitur, per totum.* allegat hoc cons. Bald. *cons.*127.*libr.*4. Anchar.
15 *cons.* 238. † Extende; quia regula est, quod constante matrimonio dos non potest restitui mulieri, vel alij de eius voluntate, & si restituatur, non contingit liberatio. *l.*1.*C.si constan. matr.* Ancharan. *consil.* 238. vbi limitat multis modis, videlicet ex causa necessitatis, vtilitatis, pietatis, honestatis, & cum iuramento. Vide Conclus. prox. præced.

Dos soluto matrimonio quo tempore, & qualiter restituenda. Conclus. 764.

1 DOs † consistens in bonis stabilibus soluto matrimonio debet restitui sine dilatione aliqua. *l. vnica.* §. *cum autem in exactione. C. de rei vxor. actio.* si verò consistit in pecunia, vel bonis mobilibus, restitutio fit post annum, vt dicitur in illo textu, ita Socin. *regul.*33. *Stipulatio. de qua in l.vnica.* vbi dicit, quod fallit, quando stipulatio est facta ex interuallo; quia etiam si sit in pecunia, & in bo-
2 nis mobilibus, restitutio debet fieri statim. † Regula est, quod actio de dote non nascitur ad fauorem mulieris, vt sibi dos restituatur, nisi soluto matrimonio. Alexand.*cons.*153. *Circa litem, in fin. lib.*6.
*3 vbi dicit * communem. † Amplia; quia soluto matrimono dominium rerum dotalium absque alio hominis ministerio reuertitur ad mulierem, quæ potest agere rei vendicatione, *l.in rebus. C. de iur. dot.*
4 non tamen retrotransfertur possessio, *l.dotis, C. solut. matrim.* † Extende; quia procedit, etiamsi bona sint data marito in solutum, & æstimata; quia in subsidium mulier in eis præfertur omnibus etiam anterioribus,& potest illa vendicare, tanquam sua pro eadem æsti-
5 matione, *d. l. in rebus.* & ibi Dd. † Declara, quia ad hoc, vt soluto matrimonio mulier consequatur restitutionem dotis, debet mulier probare, quod maritus sit mortuus, aliàs non fit restitutio. Bald. in *l.si causam iudicati, in fin. C. de exequu. rei iud.* plene Socin. *consil.*96.*num.*
6 10.*& 11. libr.*4. vbi ponit plura similia. † Amplia; quia si datus est fundus in dotem æstimatus cum promissione de restituēdo dictum fundum in eadem æstimatione, debet idem fundus met,& non alius restitui. Soc. *cons.*57.*Stantibus supradictis, colum.*1.*&* 2.*lib.*1. facit Deci. *cons.*227.*In casu, nu.*3. dum exponit dictionem, *dictum*, quæ importat
7 eandem substantiam,& qualitatem. † Amplia; quia soluto matrimonio per mortem viri in tantum dos mulieri est restituenda, vt pactum factum per fratrem, qui dedit dotem sorori, quod quocunq; modo soluatur matrimonium, dos remaneat penes maritum, vel hæredes eius, non possit habere locū hoc casu; quia non refert ad hunc casum,& si referti posset, non valeret. Bart. *cons.*126. *Titius maritauit, lib.*1. allegat *l.*2.*ff. de pact. dotal. & l.*1.*in pr. ff. de dot. præleg.* & ideo ipsa repetit dotem non obstante pacto, vt ibi, & apost. ad Bart. *in l. quamuis. C. de pact. conuent.* & hæc omnia idem Bart. *cons.*93.*lib.*2. *Ioannes marita-*
8 *uit.* quod est idem per omnia. † Extende, vt procedat, etiamsi dos sit data per mulierem met, vel quemcunq; alium cum eodē pacto, quia non comprehendit hunc casum mortis mariti, & si comprehenderet no valet, quin mulier possit dotem repetere. Bart. *d. cons.*126. *circa*
9 *med. ver. & hoc habet locū, lib.*1.& repetit *cons.*93.*lib.*2. † Extende, etiamsi pactum esset iuratum; quia ex quo pactum non extenditur ad hunc casum, non etiam extenditur iuramentum. Bartol. *d. cons.*126. *in fin.*
10 *lib.*1. & repetit *cons.*93.*lib.*2. † Extende; quia imo si pactum esset expressum in hoc casu à quocunq; tertio dante dotem cum iuramento, tale pactum non nocet mulieri, neque iuramentum. Bart. *d. cons.*
11 126.*in fin. lib.*1. & repetit *cons.*93.*lib.*2. † Amplia, quia si agitur de repetitione dotis solutæ; quia non est sequutum matrimonium, semper repetitio competit soluenti,& si plures soluerunt, competit pluribus, quotquot sunt pro rata. Alex. *consil.*175.*Visis narratis, nu.*5.*ver.&*
12 *per consequens, lib.*7. † Si verò sequutum esset matrimonium, & per mortem dissolutum, tunc attenditur obligatio, quæ si esset facta soluentibus,& hæredibus eorum, & quibuluis, vel casus dederit, pactum erit seruandum, vt restitutio fiat vxori, si vxor soluit, & si mater, & frater, pariter eis soluatur, seu restituatur, vel hæredibus, & illa verba, *& quibuslibet, vel casus dederit.* debent intelligi de alijs successoribus, vel habentibus causam à soluentibus vltra expressos, ita A-
13 lexand.*cons.*175.*num.*5.*& 6. lib.*7. † Limita; quia dos consistens in pecunia nō potest peti restitui, nisi post annum à die soluti matrimonij, *d. l. vnica. C. de rei vxor. actio.* §. *cum autem in exactione.* † Extende, vt 14
idem sit, quando dos consistit in bonis mobilibus, *l. vnica.* §. *exactione. C. de rei vxor. actio.* † Extende, vt procedat ampliatio etiam in dote cō- 15
sistente in bonis stabilibus, quando ita fuisset actum ex stipulatu inter partes. Bald. *cons.*186. *Punctus, primo quæritur, nu.*2. *ver. venio ad tempus, lib.*5. † Extende, vt procedat, etiamsi pater, qui tenetur restituere 16
filijs primi matrimonij, non compellatur circa mobilia,& pecunias, nisi post annum. Abb. *cons.*19. *Videndum, in fin. lib.*1. † Restringe Flo- 17
rentiæ statute statuto. *lib.*2. *rubr.*61. *de dot. & donat. restit.* quia statim debet fieri restitutio. † Restringe, nisi hæreditas mariti soluto matri- 18
monio vergeret ad inopiam; quia potest mulier agere statim ad repetitionem dotis, siue sit in pecunia, siue in bonis, etiamsi sit actum, quod post annum restituatur; quia sicut constante matrimonio fit collocatio in tuto, si maritus vergat ad inopiam; ita si hæreditas vergat ad inopiam. Bal. *cons.*186.*n.*2 *li.*5. † Restringe in obligato soluere 19
dotē etiam consistentem in pecunia; quia statim compellitur etiam mortua muliere, vt soluat filijs, vel alijs, prout promisit. Abb. *d. cons.*
19. *in fin. lib.*1. † Restringe; quia non procedit limitatio, nisi pars exei- 20
piat. Bal. *d. cons.*186.*n.*2.*lib.*5. † Restringe, qñ promissio de restituen- 21
da dote est facta ex interuallo; quia non habet terminum anni; quia cum terminus inesset à principio, promissio facta ex interuallo hoc operatur. Soc. *d. reg.*33. *stipulatio, de qua in l. vnica. in ver. fallit.* † Adde; 22
quia dos etiamsi consistat in pecunia, potest mandari, & legari restitui in specie,& in bonis,& valet legatū, *l. cum quis, ff. de dot. præleg.* † Ex- 23
tende, vt procedat, etiamsi expresse non esset dictū, pro dote, dummodo constet de animo legantis pro dote. Bald. *consil.*224. *In restitutione dotis, col.*3. *ver. super secundo, lib.*2. Paris. *cons.*95.*num.*34.*& n.*42.*lib.*2. Soc. *cons.*10.*n.*24.*lib.*1. Soc. Iun. *cons.*142.*lib.*3. † Ratio est; quia mulier 24
si videt sibi minus esse legatū, potest repudiare, si est vtile, potest acceptare, *d. l. cum scriptum, ff. de dot. præleg. l.*3.*& fin. C. de falsa. caus. adiect. leg.* † Vestiri an debeat mulier vestibus lugubribus soluto matrimonio; 25
die, quod sic, quando est consuetudo loci. † De iure autem commu- 26
ni non cōpelluntur hæredes mariti vestire vxorem, licet de honestate facere debeāt, vide Io. de Imol. *in l. pen. in pr. n.*53. *& seq. ff. solu. matr.* plene Capra *cons.*135.*nu.*14. Vide plenius, *Dos soluta à patre soluto matrimonio an patri debeatur, vel cui. Concl.* 777.

Dotem restituere quando teneatur pater pro filio. Conclus. 765.

PATER † si consentiat expresse matrimonio contracto per fi- 1
lium, puta, subscribendo capitula parentelæ, vel patiendo, quod filius ducat vxorem in domum patris, obligatur ad restitutionem dotis, licet aliàs non constet quod consenserit solutioni dotis factæ filio. Bartol. *in l. Gaius. & in l. si cum dotem, ff. solut. matrim.* quia ex quo tenebatur se obligare; igitur censetur obligatus, *l. si quis in tres,* §. *Imperator. & l. fin. ff. de suspect. tutor. l. qui liberos. ff. de rit. nupt.* Bald. Nouel. *de dote parte* 6. *priuileg.*37. † Contrarium tenet Corne. *consil.*256. *Viso* 2
*puncto, per tot. lib.*1. Socin. *cons.*269. *Pro inuestigatione, colum.*1.*&* 2.*lib.*2. quia si sufficeret cōsensus patris præstitus in matrimonio, vt eius bona essent obligata pro dote confessata per filium, daretur modus filijs de facili fraudandi parentes, & priuandi substantijs proprijs, & hanc partē, quæ verior videtur, tenet Soc. *cons.*279.*n.*2.*ver. tertio declarandum, lib.*2. sequitur Neguſ. *de pignor. in* 2. *part.* 4. *memb. n.*36. *ver. intelligendo tamen semper.* quinimo hæc opinio non habet contradictorem, nisi Bal. Nou. *de dote in* 6. *parto priuil.*36. *ad fin.* de quo non est curandum; quia est solus,& nihil allegat. † Declara; quia verior est ne- 3
gatiua, nisi pater receperit dotē, vel consenserit filio recipienti, vel nisi fuerit versa in vtilitatem patris, ita Neguſ. *de pignor. in* 2. *parte in* 4. *memb. in* 5. *ampliat. num.*36. quia non valet consequentia; pater tenebatur se obligare; igitur tenetur ad dotis restitutionem; quia poterat etiam dicere, quod dos in tuto collocaretur, vel sibi solueretur,& consensus præstitus matrimonio non dicitur præstitus numerationi dotis,& ita consuluit D. Bardus Altouitus insignis Aduocatus Florentinus,& cum hac parte Boer. *decis.*195. Bald. Nou. *d. tract. de dot. in* 6. *parte priuileg.*20. Pract. Papien. *in forma libelli, quando vxor agit ad dotem in ver. vxor. num.*17. Castrens. *d. l. si cum dotem,* §. *transgrediamur. ff. sol. matr.* † Cautela tamen est ad euitandas disputationes, vel quod 4
pater protestetur, quod non intendit obligari, (licet sit ex superabundanti per prædicta) vel quod expresse hoc pacisc atur cum attinentibus nurus, quod non vult teneri vltra partem contingentem filio, & valet hæc conuentio. Bal. *cons.*339. *Pater, lib.*2. † Amplia; quia 5
si pater fideiussit pro restitutione dotis vxoris filij sui, si postea inter se discordant,& petat pater liberari à tali fideiussione, non auditur, ita Afflict. *decis.*241. *in secundo quæsito.* vbi, quod sic iudicatum fuit. † Amplia, quia si pater recepit dotem vxoris filij, vel filius confite- 6
tur eam de mandato patris, vel pater consensit filio recipienti, ipse

pater tenetur ad restitutionem iuxta not. per Bartol. *in l. si cum dotem, §. transgrediamur. ff. solut. matr.* Socin. *cons.* 263. *col.* 2. *lib.* 2. Corn. *consil.* 256. *Viso puncto, lib.* 1. *& cons.* 303. *In hac consultatione, lib.* 4. Curt. Iun. *consil.* 153. Negus. *de pignor. in* 2. *parte. in* 4. *membro numer.* 36. *cum sequen.*

7 † Extende; quia si consensit pater, quod filius recipiat dotem, ipse
8 pater obligatur. Socin. *cons.* 269. *col.* 2. *lib.* 2. Corn. *cons.* 402. *lib.* 4. † Limita; quia pater nō obligatur pro dote filij ab eodē filio recepta, nisi in vno de tribus casibus; primus est, quando ipse pater recepit dotē vxoris filij; secundus, quando filius recepit de mandato patris; tertius, quando filius recepit, & postea cōuertit in vtilitatem patris, extra hos vero casus pater non obligatur ad restitutionem. Castr. *d. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr.* Negus. *de pignor. in* 2. *parte. in* 4. *memb. num.* 36.

Dotis, & lucri restitutio qualiter fiat soluto matrimonio. Concluſ. 766.

1 DOs † promissa restitui statim soluto matrimonio non est restituenda, nisi post annum; quia iste terminus datur à lege hæredibus mariti mortui, etiamsi res in dotem datas penes se haberent. Bald. *cons.* 58. *In restitutione, lib.* 2. *in princ.* vbi, quod hæredes tenentur intra annum alimentare vxorem in domo, vel etiam extra domum,
2 si honeste non potest morari cum hæredibus mariti. † Declara, quando dos, vel donatio fuit in pecunia, vel rebus mobilibus; quia si in bonis stabilibus consistat, restitutio fit sine dilatione, *l. vnica, §.*
3 *cum autem in exactione, C. de rei vxor. actio.* † Extende, vt quod dicitur de dote, procedat etiam in donatione propter nuptias; quia licet sit facta promissio de consignanda donatione statim; tamen habent
4 hæredes annum, prout in dote. Bald. *d. cons.* 58. *in princ, lib.* 2. † Declara; quia lucrum dotis non facit vxor, vel maritus suum, si extant filij masculi ex illo matrimonio. Bal. *cons.* 58. *in princ. ver. & si vnicus, lib.* 2.
5 † Extende, vt procedat, quod dicitur de dote, etiam in pœna doti acquisita; quia debet restitui ei, cui dos restituitur. Bald. *consil.* 109.
6 *Super primo, lib.* 5. † Extende idem in Ecclesia, vel monasterio; quia soluto matrimonio spirituali Ecclesia restituit dotem, *l. & si necesse. ff. de donat. inter vir. & vxor.* gl. Bar. & Ias. *in l. auunculo, ff. de condit. sine caus.* quia ex matrimonio nullo maritus nō debet aliquid lucrari, nec mulier perdere, nisi in casibus pœnatis. Vide, *Dos soluto matrimonio quo tempore, & qualiter restituenda. Concluſ.* 764. Vide, *Dotis lucrum, & exactio qualiter fiat, & qui forus attendatur. Concluſ.* 756.

Dos consignata in vsufructu qualiter lucretur, & restituatur, & vel debeatur in casu restitutionis. Concluſ. 767.

1 SI † mulier habens solum vsumfructū bonorum sibi relictū tradat in dotem vsumfructum soluto matrimonio, vel ob vergentiam mariti ad inopiam, non debent restitui fructus percepti ex vsufructu per maritum; quia illos lucratur propter onera matrimonij, sed solum debet restitui ius vsusfructus. *l. dotis fructus, § si vsusfructus. ff. de iure dot.* ad idem text. *in l. si vsusfructus, §. cum in fundo, in princip. ff. de iure dot.* ibi Bart. & alij. Castren. *in l. vsufructu, per illum text. ff. solut. mat.*
2 † Restringe, nisi vir descripsisset vxorem creditricem in eius libro de certa quantitate pro dicta dote; quia tunc etiam, quod dependeret ab vsufructu, deberet restitui talis quantitas, cum liber probet contra scribentem, *l. quædam, §. nummularios. ff. de eden.* maxime facto sum-
3 pto vigore statuti Florentiæ, *lib.* 4. *rubr. qui libet campsor.* † Restringe, seu declara; quia aut dos constituitur in re, aut in fructibus; si in re, tunc maritus lucratur fructus, & non tenetur ad illorum restitutionem; si verò constituitur in fructibus; tunc maritus eos non lucratur, sed tenetur ad illorum restitutionem, & solum lucratur commoditatem vtendi, & fruendi, ita declarat Bald. *in l.* 4. *ff. de pact. dotal.* & dicit, quod ita procedit text. *in l. dotis fructus, § si vsusfructus. ff. de iure dotiū.* & idem tenet Salyc. *d. § si vsusfructus.* sumendo illū tex. & ad pro-
4 positum vide tex. *in l. si conuenerit, la seconda. ff. de pact. dot.* † Extende; quia alimenta promissa per socerum genero per certum tempus augent dotem, ita quod aduenientе casu restitutionis debent reſici, & præstitis alimentis mulier habet hypothecam à die promissionis alimentorum, & sic scriptæ. Soc. *consil.* 240. *Videtur, lib.* 2.

Dos consistens in locis montium qualiter lucretur, & restituatur in casu restitutionis. 768.

1 DOs † soluta in totum, vel in parte in tot creditis Montium Florentiæ, videtur data in tanta quantitate, ad quantam loco montium æstimantur tempore dationis; quia illa loca sunt nomina debitorum data in dotem, *l. Mœuia, in princ.* vbi Bar. & alij, *ff. solut. mat. l.* 1. §. 1. vbi Bart. *col.* 2. *ver. quid dicemus. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* & ideo vir in restitutione tenetur ad tantam summam, quantæ fuit nomen æstimatū, & periculum nominis est mariti, *l. si nomen. ff. de hæred. vel actio. vend.* Iac. de Aretin. Bart. Bald. & alij *in d. l. Mœuia. ff. sol. matr.* faciunt not. *in l.* 1. §. *si hæres, ff. ad Trebell. & in l. mortis, in fin. ff. de donat. caus. mort. & cum Ioannes, de fid. instrum.* vbi * omnes, quod accipiens * rem censetur cum suo onere; & quia dicta loca non consueuerunt æstimari; quia Commune Florentiæ semper restituebat in contanti; ideo maritus, qui promittebat restitutionem, de iure tenebatur in pecunia restituere æstimationem, tanquam recepisset in solutum dictum creditum, iuxta not. *in l. plerique. & in l. res in dotem. & in l. si extraneus. & in l. cum dotem. ff. de iure dotal. l. quoties, & l. cum dotem, C. eod. titul.*
† Declara; quia quando maritus accipit pro dote, vel parte dotis, 2
nomen debitoris, vel loca montium Florentiæ nō tenetur restituere, vltra quod ipse egerit, nisi sit datum æstimatum. *d. l. Mœuia,* vbi * omnes * *ff. solut. matr.* vel tenetur reddere tot loca eiusdem qualitatis. Bald. *consil.* 424. *Hæc verba, lib.* 2. Corne. *consil.* 151. *Consultatio præsens, lib.* 2. † Restringe, etiam si loca fuissent alienata per maritum; quia 3
licet de iure tenerentur hæredes mariti restituere florenum pro floreno, videlicet quantum percepisset maritus ex alienatione. Corn. *d. consil.* 151. *lib.* 2. tamen ex lege particulari edita Florentiæ de anno 1488. de mense Aprilis, licitum est hæredib. mariti, & obligatis ad dotem reponere mulieri tantundem creditum eiusdem speciei, bonitatis, & qualitatis, in qua ipsa consignauerat dotem, videlicet si fiat consignatio intra quatuor menses à die petitionis dotis per mulierem. † Et idem priuilegium fuit etiam extensum ad tertios bono- 4
rum mariti possessores, vt in alia lege, & reformatione de ann. 1509. de mense Iulij. † Declara; quia dictæ leges non habent locum, 5
quādo mulier intentat vtiliter promissionem dotis factam viro suo, & sic actiones vtiles, quæ competebant viro suo, qui fuit negligens in exigendo dotem à promissore, & credita montium promissa, & non soluta nunquam fiunt de contantibus; quia dictæ leges non loquuntur in casu isto, quando dos promissa marito non fuit soluta, sed bene procederent, si maritus post promissionem exegisset, & mulier cōcurreret ad bona mariti cum creditoribus post promissionem, sed ante solutionem dotis, quibus ipsa præfertur. Salycet. *in l. assiduis. C. qui potio. in pign.* † Secundo declara; quia lapso quadrime- 6
stre debitor dotis, & tertij possessores non habent amplius priuilegium reponendi eadem, vel similia loca, tenentur soluere in contanti, id quod valebant tempore consignationis; quia terminus legis quatuor mensium est peremptorius, *c. cum sit, de appell.* not. gloss. & Doct. *in clem.* 1. *de except.* Innoc. *in c. consuluit, de offic. de leg. & in c. fin. qui matr. accus. poss.* & quia priuilegium restrictum ad certum tempus non potest trahi extra suos limites. glo. *in c. cum ordinem.* & ibi late Felin. *col.* 3. *ver. limitata causa priuilegij, de rescript.* † Limita hodie omnia 7
prædicta; quia propter obsidionem ciuitatis loca montium adeo fuerunt diminuta, vt illud, quod ante obsidionem valebat 60. post obsidionem valeret solum 15. seu 20. idcirco fuit facta noua lex de anno 1531. per quam fuit declaratum, quod liceret mulieribus pro locis suis montium distractis petere retractum factum per maritum, videlicet tantum, quantum ipse vendiderat dicta loca, & hæc lex habuit diuersas interpretationes, videlicet an sit correctoria, vel non, præcedentium anni 1509. † Et difficultatem augebat; quia 8
sicuti ante obsidionem valebat plus, quàm post; ita etiam post obsidionem cœperunt crescere, vt plus valerent post legem, quam tempore legis, & sic lex anni 1531. poterat nocere, & prodesse mulieribus secundum diuersitatem temporum; quia si ante obsidionem maritus vendiderat loca puta 60. & statim post obsidionem valebant 20. erat expediens mulieri habere retractum, & non tot loca; sicuti è conuerso, si post obsidionem dedisset loca, ex quibus maritus non retraxit, nisi 20. & postea longo interuallo post obsidionem cœperunt valere 40. & 50. damnosum erat mulieri habere retractum; idcirco variæ interpretationes huic legi datæ sunt. † In- 9
terpretati sunt aliqui, quod dicta lex anni 1521. per quam liceret mulieri ab hæredibus mariti, & obligatis pro dote petere retractum factum per maritum, qui alienauerat loca montium data in dotem, non deroget alijs legibus, sed veniat augmentatiue, vnde quando hæredes volunt euitare, ne teneantur in contanti, cautela est, quod cōpareant in iudicio intra quadrimestre, & petant declarari per mulierem, an velit, quod reponantur credita eiusdem bonitatis, & qualitatis, an velit retractum, & offerant se paratos alterutrum soluere, & tunc necesse est, quod mulier se declaret vigore dictæ legis; quia debitor tenetur ad alterutrum, vel ad reponendum credita, vel ad retractum factum in contanti, & illud, quod teneatur in contanti, videtur in pœnam, & contumaciam non soluentis, quæ purgatur per dictam oblationem; & quia si erat expediens mulieri magis habere in contanti, patiebatur mulier labi quadrimestre,

alias

aliàs secus, cui obuiatur per oblationem factam. † Declara; quia sufficit probatio retractus facti per maritũ ex probatione verisimili, quod tantum venderentur loca de tali tempore; quia difficilis est probationis, cum pretium non exprimatur in partitis montis, & sufficit præsumptiua probatio, *l. non omnes. §. à barbaris, ff. de re milit.* Alexand. *cons. 37. num. 2. & cons. 77. num. 4. lib. 7.* alias si vera probatio requireretur, posset sequi damnum mulieri, si maritus donaret, vel viliori venderet; ideo præsumptiua probatio habetur pro veritate; & vera probatione hoc casu, *l. licet Imperator ff de leg. 1. cum ibi not.* Vide, *Dos promissa marito repetitur per vxorem etiam non exacta. Conclus. 773.*

† Declara etiam, quod quicquid ipsa lex anni 1531. disponat, potest dici, quod vbi mulier absolute repetit dotes suas; & sic florenum pro floreno, prout sibi licebat vigore legis antiquæ; attamen hoc locum non habet, vbi ipsa præcise repetit ipsum retractum factum à marito, cuius petitioni, & assertioni standum est, præsertim accepratæ à parte; adeò vt nihil vltrà petita præstari oporteat iuxta not. * *in l. edita, C. de eden. l. cum precum.* vbi gloss. & * omnes, *C. de liberal. causa, & in l. 2. C. de instit. & substit.* Bald. in materia confessionis *in l. certum. §. si quis absente. ff. de confess.* quod maxime procedit, si per sententiam iudicis tenuta fuit confirmata pro quantitate retractus petiti. Vide Conclus. prox. seq.

Dos in creditis montium recipit omnes conditiones in constitutione dotis appositas à principio. Conclus. 769.

REGVLA † est, quod pater, vel alius acquirens pro filia tot loca montium Florentiæ, quod à principio potest apponere in acquisitione omnes cõditiones sibi beneuisas de remouendo alienando, & quicquid sibi placet faciendo; si verò in prima acquisitione nõ apponitur conditio, acquiritur mulieri irreuocabiliter; quia per destinationem dicitur mulier domina effecta, quasi donata sint in dotem, *l. Pomponius Philadelphus ff. famil. hercisc.* late Soc. *cons. 6. licet adiycere. col. 2. & seq. lib. 4.* † Extende; quia pater nihil potest disponere in præiudicium filiæ de locis montium acquisitis pro filia simpliciter. Soc. *cons. 100. Super controuersia, colu. 2. lib. 3.* late Deci *cons. 35. Præstantissime Doctor, colum. 4. & seq.* & cauetur ex legibus montis Florentiæ. Vide Conclus. prox. præced.

Dos soluta marito in communione cum fratribus, à quibus repeti possit. Conclus. 770.

DOs † soluta marito existenti in communione cum alijs suis fratribus, si postea contingat diuisio inter fratres, & moriatur maritus, neque sufficiant bona partis mariti pro dote, mulier non potest agere contra alios fratres, neq; eorum bona; quia non se obligarunt, neque communio ipsos obligat in ijs, quæ vnus facit nomine suo, non nomine communi. Bald. *cons. 173. Casus, quatuor erant fratres. per tot. lib. 1. & cons. 383. Licet filij, lib. 3.* Specul. *tit. de iud. §. sequitur.* vbi Io. Andr. in addit. *n. 8.* Roman. *cons. 172.* † Extende, vt procedat etiam respectu diuisionis inter patruum & nepotem; & quia nepos dotem matris debet deducere ex sua parte. Bald. *cons. 26. Patruus. lib. 3.* † Amplia, vt procedat, etiamsi frater expenderit partem dotis in pannis, & vestibus vxoris, & in nuptijs festiuis; quia ex sola portione martiti debet detrahi; quia alij non tenentur. Bald. *d. consil. 383. lib. 3.* † Extende; quia dos vxoris vnius ex fratribus, vel socijs, non debet deduci ex communi massa omnium in diuisionibus, sed ex sola portione mariti, nisi probetur dos posita, & expensa in communi. Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratrib. in 3. part. numer. 17. cum seq.* Bald. *cons. 490. lib. 5.* Paris. *cons. 100. lib. 2.* † Amplia, vt procedant prædicta, nedum in fratribus, sed etiam in socijs; quia nisi sit societas omnium bonorum, non obligantur alij socij ex pecunia recepta à socio, nisi in area communi, & pro societate sit recepta, *l. iure societatis, & ibi gl. ff. pro socio.* † Amplia, vt procedat, etiamsi non stant in communione; quia si maritus, & frater confitentur dotem, & pariter se obligant ad restitutionem, tota dos præsumitur peruenisse ad maritum, ad quem spectabant onera matrimonij, *l. in rebus, & l. pro oneribus, C. de iure dot.* & ideo maritus erit principalis, frater verò erit fideiussor. Bat. *in l. reos ff. de duob. reis.* vbi Fulgos. & Castrens. Corn. *consil. 124. lib. 1. & cons. 316. lib. 4.* † Declara, nisi frater esset maior natus, & administraret bona sua, & mariti; quia tunc potius ad manus fratris præsumeretur peruenisse. Alex. *in l. si cum dotem, §. transgrediamur, num. 7. ver. Raphael Cuma. hic. ff. solut. matr.* † Limita in socijs, siue fratribus socijs vniuersorum bonorum; quia siue societas sit expressa, siue tacita omnium * bonorum, communis * est opinio, quod omnes tenentur ex facto * vnius. Rol. à Val. *consil. 91. lib. 1.* vbi dicit * communem. Dec. *cons. 66. & consil. 68.* vbi plures adducit. † Contrarium tenet Ias. quod imo socij omnium bonorum non obligentur ad dotẽ filiæ alterius socij. Vide circa prædicta omnia, *Societas omnium bonorum quæ communicat, &c. Conclus. 283.* † Limita, nisi mulier probaret dotem fuisse conuersam in vtilitatem omnium; quia tunc fratres tenerentur actione pro socio communicare pro rata. Bald. *d. cons. 173. circa med. ver. & hæc vera sunt. libr. 1. & consilio 383. libr. 3.* Speculat. *titul. de iudic. §. sequitur.* vbi Io. Andr. *nu. 8. & seq.* Rom. *cons. 172.* † Extende; quia si dos in cõmuni posita est, de cõmuni etiam restitui debet. *l. si filia. §. Neratius. ff. famil. hercisc. l. si actione. §. si vnus. ff. pro socio.* cum alijs adductis per Bald. & alios in *l. si patruus. C. comm. vtriusque iud.* Socin. *cons. 213. col. 4. lib. 2.* Bal. *tract. de duob. fratri col. 2.* Paris. post multos, quos allegat *cons. fin. lib. 2.* † Et probatur dos posita in communi pluribus modis, & inter rusticos probatur per coniecturas attenta eorum consuetudine. Bald. *cons. 490. lib. 5.* † Contrarium Castren. *cons. 304. lib. 2.* † In alijs debet probari, quod fuerit conuersa in vtilitatem communem. Castrens. *cons. 301. super primo quæsito videtur dicendũ, lib. 2. in 6. dubio.* † Si vero tempore confessatæ dotis fuissent fratres in communione omnium bonorum; tunc omnes tenentur absq; alia probatione; sed tamen non sufficeret probatio, quod viuerent communibus expensis, & retinerent in communi bona patris, & hæreditatem patris, sed requiritur, quod cõmunicauerint omnia lucra, & damna, & alia, de quibus per Doct. *in l. 1. C. qui testam. facer. poss.* Paris. *cons. fin. lib. 2.* † Limita quando omnes, vel plures fratres confessi fuissent habuisse dotem vxoris vnius ex fratribus, & se obligassent ad restitutionem, in casu restitutionis; quia si soluere debens dotem postea se obligauit soluere fratribus & sponso, qui se obligarunt ad restitutionem, & deinde soluta fuerit dos promissa soli sponso, euenière casu restitutionis ab omnibus debet restitui; quia alij contemplatione mariti videntur obligati. Bald. *consil. 388. Factum tale per tot lib. 3.* Specul. & alij supra allegati. † Extende, quia omnes tenentur restituere dotem, ad quos pertinuit, & etiam quilibet pro rata tenetur ad alimenta, vel fructus dotales. Bald. *cons. 109. super primo, in fin. ver. super quarto. lib. 5.* Vide, *Societas omnium bonorum expressa, & tacita. Conclus. 282.*

Dos soluta marito, & socero, à quo, & qualiter repetatur. Conclus. 771.

DOs † soluta marito, & socero, qui se obligarunt in solidum ad restitutionẽ, potest à solo socero, vel solo marito repeti. † Contrarium, quòd licet se obligent in solidum; quia confiteantur in solidum habuisse dotẽ, teneatur pro rata quilibet, videlicet pro dimidia. Bald. & Imol. *in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr.* per tex: *in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.* post Dyn. ibi Bald. & Imol. *in l. si constante. in princ. col. 2. ff. sol. matr.* vbi Bart. *in 8. q. princip.* sequitur Alex. *in d. §. transgrediamur. n. 7.* Corn. *consil. 307. lib. 4.* Soc. *cons. 82. nu. 3. lib. 3.* Bal. Nouel. *de dote in 6. parte priuil. 21. ver. Limita* 10. Campeg. *in eod. tract. in 3. parte quæst. 169.* Nec obstat, quod quilibet in solidum confessus fuerit, quia ex quo est impossibile, quod in solidum pecunia ad ambos peruenerit, necessario ad quemlibet pro dimidia præsumitur peruenisse, Castrens. qui hãc rationem adduxit *cons. 360. lib. 1.* plenius Roma. *cons. 462. quoad propositam. in princ. ver secunda conclusio.* vbi apostil. *in ver. præsumitur.* † Declara; quia aliud est, quod se obligent in solidum ad restitutionem; & tunc licet solum medietatem habuerit quilibet; omnes tamen tenentur in solidum, videlicet pro medietate vt principalis, & pro alia medietate vt fideiussor in solidum obligatus quoad mulierem, & ità procedat prima conclusio, quæ est vera; aliud verò est, quod cõfiteantur in solidum; quia est verum, quod quoad veram receptionem non potest esse verum, quod ambo solidam, & totam dotem habuerint. Ant. de Butr. *cons. 38. in princ.* Vide, *Rei plures quando simul principales, vel fideiussores. Conclus. 168.* † Imo, quod in dubio præsumatur tota dos peruenisse ad maritum, ad quem pertinent onera matrimonij, iuxta *l. in rebus, & in l. pro oneribus. C. de iure dot.* & vbi duo tei reperiuntur in casu, in quo negocium spectat ad vnum, ille principaliter, & in solidum obligatur. Batr. in *l. reos. ff. de duob. reis.* & ibi Fulgos. & Castrens Corne. *consil. 124. lib. 1. & cons. 316. lib. 4.* & etiam potest pater in solidum conueniri. *d. l. reos. §. 1.* vbi gloss. & Doct. *ff. de duob. reis l 1. C. eod.* non distinguendo aliter, ad quem pecunia peruenerit, ex quo de consensu suo soluta fuit tota filio. Corn. *consil. 303 col. 2. lib. 4.* † Si tamen non se obligarunt in solidum, sed tàm pater mariti, quàm ipse maritus se obligarunt, & confessi sunt habuisse dotem, tenetur quilibet pro medietate, sed si ex partitis librorum constat, quod tota ad vnum peruenerat, ille pro tota tenebitur. Castren. *cons. 297. in princ. ver. primo namque. lib. 1.* † Ad de alium casum, quando tota dos peruenit ad maritum; & tamen tàm maritus, quàm pater se obligant in solidum, pater dicitur fideiubere pro filio, & licet vxor possit agere contra ambos in solidum quoad se, tamen si fuit relicta in parte hæres mariti mortui, quatenus agat contra patrem mariti in solidum, exceptione submouetur

pro rata, pro qua est hæres. Ant.de Butr.*cons.*38.*in pr.* vbi, quod imo
7 pater conuentus à nuru potest excipere, quod excutiat prius hæredes mariti, ad quem tota dos peruenit. † Amplia, vt procedat, quod mulier exigit totam dotem à socero, etiamsi maritus alienauit bona sua cum consensu vxoris, quæ renunciauit hypothecæ; si tamen actio efficax remanet socero contra maritum consequendi medietatem, ad quam maritus tenetur. Feder. de Sen.*consil.* 241. *Domino Io-*
8 *anni.* † Declara hanc ampliationem, vt non procedat, si maritus, qui alienauit bona hypothecata de consensu vxoris, non esset soluendo; quia non tenetur socer pro rata mariti, si vxor consensit alienationi, nec potest cedere iura efficacia propter inopiam mariti, vel
☞ hæredum. Feder. de Sen. *cons.* 241. *circa fin.* Vide, *Exceptio cedendarum*
9 *actionum quibus competat ad excludendum creditorem. Conclus.* 386. † Imo, quod si maritus vergat ad inopiã, & sint obligati socer, & maritus in solidũ, vxor possit exigere totam dotem à socero, sed tenetur cedere iura contra maritum, etiam pro parte soceri; quia tenetur ob culpam mariti restituere, tenet Roman. *cons.* 462. *Quoad propositam.* vbi allegat pro vtraque, & hanc tuetur *nu.* 3. *& seq.* vbi apostil. *in ver. actio-*
10 *nem.* † Limita, quando socer recipiens dotem, illam restituisset semel filio marito de consensu vxoris volenti stare extra domum pa-
☞ tris. Bald. *cons.* 127. *Veritas est, lib.* 4. Vide, *Dos soluta socero quando consi-*
11 *gnari debeat marito, vel non. Conclus.* 778. † Limita; quia si tam maritus, quam socer, constitutur habuisse dotẽ, licet præsumatur, quod quilibet habuerit dimidiam, & quilibet pro dimidio teneatur; tamen si aliunde ex partitis constat, quod socer habuit totam dotem, ille solus tenetur ad totam dotem. Castrens. *cons.* 297. *Visis actis, in princ. lib.* 1.
12 † Limita; quia socer non tenetur ad restitutionem integræ dotis, quando se obligauit solum vsq; ad portionem tangentem filium recipientem dotem; quia talis obligatio valet etiam contra dotem, vt aliter non teneatur. Bald. *consil.* 339. *Pater & filius, libr.* 2. *in princip.* vbi recitat opin. & dicit contrariam esse humaniorem fauore dotis, sed
13 quod ipse tenet hanc. † Extende limitationem, vt procedat, etiamsi post obligationem patris & filij restrictam, vt supra, postea in eodem instrumento fuerit dictum; *& obligarunt se dicti pater & filius in solidum*; quia intelligitur de obligatione personali in solidũ, non autem, vt inducatur contraria obligatio primæ obligationi limitatæ.
☞ Bald. *d. cons.* 339. *nu.* 2. *ver. modo venio, vsque in fin. lib.* 2. Vide Conclus. prox. præced.

Dotis restitutio facienda non retardatur, & quas exceptiones admittit, vel non. Concl. 772.

1 ☞ DOs † in casu soluti matrimonij, vel alterius restitutionis non retardatur per compensationem. Vide, *Compensatio non admit-*
2 *titur multis casibus. Conclus.* 490. † Amplia; quia licet mater administrauerit bona filiorum; tamen si petat dotem suam, antequam reddiderit rationem administrationis, non possunt filij retardare solutionem dotis, neque illam retinere. Negus. *de pignor. in* 1. *memb.* 5. *parte q.* 10. *num.* 36. per *l. vnicam, in* §. *taceat, C. de rei vxor. actio.* vbi reprobat Socin. contrarium tenentem, & hanc partem sequitur Gramm. *cons.* 114. Patis. *consil.* 95. *num.* 7. *lib.* 2. & quod ista sit verior, & in iudi-
3 cando obseruata, dicit Negus. vbi supra. † Contrarium tenet Soci. *consil.* 180. *lib.* 2. & ante eum tenuit Christoph. Castillio. *cons.* 11. *num.* 2. & 3. licet loquatur in parapherno; tamen quia habet eandem actionem, imo fortiorem depositi, obstat compensatio, maxime si
4 constat, quod habuit. † Amplia; quia mulieri repetenti dotem suam non potest opponi exceptio adulterij, quando & ipsa probaret maritum retinuisse concubinam; quia paria delicta mutua compensatione tolluntur, *l. fin. C. de adult. cap. significasti, in fin. de diuor.* expresse Castrens. *cons.* 402. *Hæc mulier, lib.* 1. Aretin. *in tract. malefic. ver. chemi has adulterato, num.* 30. Io. Rub. de Palat. *in repet. rubr. de donat. inter vir. &*
5 *vxor.* §. 2. *num.* 2. † Amplia; quia non potest opponi mulieri agenti contra tertios possessores, quod alteri obligauerit dotes suas, & quod iura sua non sint integra, & quod obstet exceptio cedendarum; quia talis exceptio non retardat; quia non potest opponi à tertio possessore. Soc. *consil.* 200. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 343. *& decis.* 335. *nu.* 21. *cum seq.* vbi dicit procedere, etiamsi cessæ sint directæ actiones. Ne-
☞ gus. *de pign. in* 5. *parte in* 3. *memb. num.* 29. *& seq.* Vide, *Cessio iurium debet*
6 *fieri ex necessitate, & quando secus. Conclus.* 211. † Limita, quando asportauit mulier bona mariti, vel fuit condemnata mulier ad restituen-
☞ dum, vel exhibendum. Vide, *Vxor asportata de domo viri. Conclus.* 395. & declara; quia si vxor vidua, vel alia amouit res aliquas ex domo viri, non retardatur solutio dotis, *l. vnica,* §. *sed nec.* vbi gl. Bart. & alij. *C. de rei vxor. actio.* quod est verum, quando dos est in quantitate, & res amotæ sunt in specie, sed quando res amotæ essent in quantitate, vel species esset consumpta; tunc impeditur exactio opposita compensatione. Bald. & Salyc. *in l.* 1. *per illum tex. C. rer. amot.* Salycet. *in d. l. vnica,* §. *sed nec. C. de rei vxor actio.* Bald. & Ang. *in l. neque, C. de compens.* post glo. ibi per illum tex. † Vide; quia si mulier esset condemnata 7
ad restituendum, & non restituat, licet non fieret compensatio, audiri non debet, si non exhibet; quia dicitur expilare. Vide, *Compen-* ☞
satio non admittitur multis casibus, d. Conclus. 490. † Limita in filia pe- 8
tente dotem à fratre, quæ administrauit bona patris communis; quia tenetur prius reddere rationem suæ administrationis, & si constat, quod ad eius manus peruenerint bona, vel fructus, quos tenetur cõmunicare, compellitur reddere rationem, etiam quod pater nihil dixerit; quia non censetur donasse, nisi esset vsusfructus debitus patri, & filia dicat consumpsisse, tenetur docere; non tamen rigorosa exigitur redditio, vel probatio, sed qualis, plene Abb. *consil.* 12. *Vt clare,*
col. pen. ver. capio nunc sextum, lib. 1. vbi distinguit tres casus. † Declarat 9
Abb. *dict. cons.* 12. *col. fin. in fin. ver. nunquid autem, lib.* 1. vt non retardetur solutio dotis liquidæ propter administrationem non liquidam, & quando iudicium administrationis non potest eodem tempore expediri, & quod non habet locum. *l. filiæ licet. C. de collatio.* quando agitur iudicio fratrum, sed ex particulari obligatione dotis facta à fratre sorori.

Dos marito promissa quãdo ab eo possit repeti, etiam si illam non exegerit. Conclus. 773.

FRATER † mulieris si promittat dotem marito vxoris, & mari- 1
tus se obliget pro dote, eueniente casu restitutionis, tenetur ipse, vel hæredes restituere mulieri, licet non fuerit exacta; quia maritus non liberatur cedendo iura contra fratrem & obligatos, sed agat ipse. Ruin. *consil.* 183. *Visis ijs, colum. pen. ver. & vbi maritus, lib.* 1. quod procedit, quando confessus est fratri habuisse, licet non habuerit; secus, si non esset confessus; quia cedendo iura liberatur; & idem, si esset confessus nondum lapso tempore ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis. Ang. *cons.* 145. *col.* 2. *circ. fin.* † Extende, qñ 2
maritus confessus est recepisse dotem, quã in veritate non recepit, & promisit restitutionẽ, ex eo quia tertius se obligauit soluere; quia licet non poterit exigere ab ipso promissore; tamen non liberatur cedendo iura. Bar. *in l. pen.* §. *si vir,* vbi Doct. cõmuniter. *ff. sol. mat.* Corn. *cons.* 33. *lib.* 1. † Extende magis, qñ vltra promissionem maritus cõfes- 3
sus fuit habuisse dotẽ; quia siue facta sit animo donandi, siue spe futuræ numerationis, qñ præcedit promissio, tenetur versus mulierẽ, tam ipse, quam successores, & creditores. Ruin. *d. cons.* 183. *col fin.* vbi, quod mulier etiam creditorib. post promissionem præfertur. † Ex- 4
tende; quia mulier, quæ primo viro dedit dotem, & postea secundo viro nubendo dedit eandem dotem, non liberatur cedendo marito nomen primi mariti debitoris, sed tenetur ad eandem dotem. Bald. Nou. *de dote in* 6 *part. priuil.* 71. *n.* 2. † Extende, qñ maritus esset cõfes- 5
sus habuisse dotẽ à socero, sibi promissam animo nouandi; quia siue lapsa sint tempora opponendi exceptionẽ non numeratæ dotis, siue non, mulier semper exigit à marito, neq; liberatur cedendo actiones, etiam si constet de non solutione. Ang. *cons.* 145. *Gener à socero, n.* 2. *ver. quid dicendum.* † Extende, vt idem sit, qñ maritus creditor dotis 6
in summa certa, vel quantitate consensit postea, quod nomen debitoris esset in facultate soluendi; quia cedendo actiones non liberatur, etiasi non exegerit aliquid; quia non potest cedere iura ad quantitatẽ, ita Castr. *cons.* 370. *præmittendum est, lib.* 1. † Extende; quia mari- 7
tus accipiendo promissionem dotis pro muliere ab eo, qui non est soluendo, tenetur tamen mulieri ad restitutionem, licet non exegerit. *l. promittendo.* §. *si à debitore. ff. de iure dot.* Ias. *in l. quæ dotis, num.* 4. *in fin. & num.* 5. *ff. solut. matrim.* vbi allegat Cuma. qui loquuntur, & non facta promissione restitutionis ibi *num.* 5. Roman. *consil.* 445. *num.* 4. *in fin. ver. nisi maritus.* vbi, quod acceptatio nominis in dotis titulum, loco solutionis est. † Contrarium, quod imò maritus non tenea- 8
tur, sed cedendo actiones liberetur. Castrens. *in l. Mæuia. in princip. ff. sol matr.* vbi dicit, quod præsumitur actum, quod si exegerit conferat in dotem creditum à decocto exigendũ; igitur si non exegit, non tenetur. † Declarat Rom. *in l. Mæuia. n.* 10 *ff. sol. matr.* vt si constante ma- 9
trimonio est facta; quia non potest donare vxori; ita etiam non possit recipiendo promissionem à debitore non soluendo, ne per indirectum videatur donare. † Contra declarationem videtur facere 10
Castrens. *in l. si socer.* §. *Lucius. ff. solut. matr.* vbi Alexand. *num.* 4. *& seq.* vt si in actu promissionis dotis hoc fiat, possit sibi præiudicare, alias si post promissionem est facta; secus est. † Extende, quia etiam si 11
non exegit à socero culpa viri, & effectus sit non soluendo socer, tenentur hæredes mariti Bald. Nouel. *de dote in* 8. *parte, numer.* 24. vbi quod non tamen mulier poterit agere agere contra tertios possessores, qui emerunt ante moram mariti; quia illa bona non sunt obligata. † Declara totam hanc materiam; quia si maritus fuit negligens 12
in exigendo ab extraneo, hæredes mariti obligantur; si verò non

fuit

fuit in mora; quia non venit dies, cedendo iura, liberantur hæredes; si vero non exegit à patre vxoris cedendo iura, liberatur. Bald. *in l. si extraneus. § si pater. ff. de iure dot. & in l. ob res. § fin. ff. de pact. dot.* Boer.
13 *decis. 329. n. 3.* Bald. Nouel. *de dote in 8. parte. nu. 24.* † Extende idem, quando maritus accepit promissionem ab ipsa muliere, non soluendo, si promisit restituere hæredib. mulieris, vel tertio; quia licet non exegerit tenetur, ex quo promisit restituere, cum sciret vxorem promittentem non esse soluendo. Ias. *d. l. quæ dotis, n. 5. ff. solut. matr.* Cuma. ibi *n. 5.* & idem per omnia Rom. *cons. 445. Consultatio præsens, n. 4. in fin.*
14 *ver. nisi maritus.* † Extende; quia vbicunque maritus est hæres mulieris vxoris, cuius dos est tertio restituenda, tenetur ad restitutionē, etiam quod dotem non exegerit, plene Ias. *d. l. quæ dotis, nu. 6. & seq. ff.*
15 *solut. matr.* vbi reddit rationem. † Extende, quando maritus confessus est per acceptilationem; quia tenetur restituere, licet non exegerit, *l. pen. § si vir. ff. solut. matr.* vbi Bart. & alii. Ias. *in d. l. quæ dotis, nu. 4. &*
16 *seq. ff. eod. tit.* † Declara, vt per tex. *in l. promittendo. § acceptilatione. ff. de iure dot.* videlicet, vt procedat, quando acceptilatio fit animo constituendi dotem. Vide, *Dotis actio quando competat mulieri, vel non. Concl.*
17 729. † Amplia; quia maritus tenetur restituere dotem non exactā, quando stetit per eum, quod nō exegerit, & debitor est effectus non soluendo, iuxta not. *in l. socer. § Lucius. ff. solut. matr.* cum declaratione. Castrens. *in l. nupta. § 1. ff. eod. tit.* vt si ab extraneo debitore, res sit clara. Idem, si à socero, vel extraneo dotante, qui poterat commode soluere; secus si non poterat soluere commode; quia cum non teneantur isti, vltra quam facere possint, non imputatur marito. Castr. etiam *in l. Mæuia. ff. solut. matrim.* vbi si non stetit per maritum cedendo iura, li-
18 beratur. † Extende, quando confessus est recepisse; quia fingitur solutio facta, prout quando fecit acceptilationem; quia licet constet de posteriori promissione; tamen cedendo iura non liberatur. Bald.
19 *in l. vir ab eo. ff. de iure dot.* † Restringe, seu declara ampliationem, vt non procedat contra extraneum donantem, vel socerū, quib. debet reuera. Bal. *in l. si extraneus. ff. de iure dot.* Bal. in locis supra *in ver. mist.* cum
20 aliis concor. † Limita; quia hæredes mariti nō tenentur restituere dotem, sed cedendo liberant nedū, quando non exegit à socero, & extraneo, q donauit, ex quo tenet illis ad reuerentiā, neq; tenent vltra, q facere possunt, vt supra, sed etiam nō tenentur, quando pro eis esset datus fideiussor in solidum obligatus, si nō exegit à fideiussore; quia ex quo fideiussor molestatus habebat regressum cōtra principalem, in quo cadebat reuerentia, eadem ratio videtur militare; & quia etiam quod à principio essent duo rei debendi, ex quo negocium spectabat ad socerum, alter dicitur fideiussor non est effectus non sol-
21 uendo, *d. l. si extraneus. ff. de iure dot.* † Contrarium; quia priuilegium reuerentiæ est personale erga socerum, ergo personam non egreditur; & quia Florentiæ cessat discussio, & immediate contra fideiussorem agere potuit, & quæ eueniunt in consequentiam, & secundo
22 loco, non considerantur. † Limita, & hæc est regula, quod maritus dotem promissam, & non exactam non tenetur restituere, neq; hæredes eius, sed cedendo actiones liberantur, *l. si socer. § Titius. ff. solut. matrim.* vbi Bald. Ang. Imol. Alex. & ibi etiam Castr. *in fin.* quod si marito non potest imputari cedendo actiones liberatur, hoc etiam dicit esse regulare Ias. *in l. quæ dotis in 3. not. nu. 5. ff. eod. tit.* pulchre Corne. *cons. 1. num. 11. ver. pro residuo, lib. 2.* vbi, quod mortuo marito, & non exacta dote, actio competit hæredibus mariti, qui tenentur restituere dotem, sed actio est in dote; ergo actionem restituere tenentur, &
23 sic cedendo liberantur, plen. Paris. *cons. 95. in princ. lib. 2.* † Et procedit limitatio, etiam si maritus in promissione dotis sibi facta se obligauit ad restitutionem in casu restitutionis; quia debet intelligi sequuta solutione, & non aliter; quia inest tacite ista conditio, *l. 1. C. de dote cauta non num. l. si ex cautione. C. de non numer. pecun.* quæ iura loquuntur etiam in fortiorib. terminis, quando esset facta confessio dotis; quia
24 si non est soluta, exceptione doli submouetur. † Contrarium tamen tenent Pet. & Cum. *in d. l. si socer, § Titius.* vbi Bald. Nou. *ff. sol. matrim.* idem Bald. Nouel. *tract. de dot. part. 8. priu. 24.* qui dicit vtiorem, quod electio est mulieris agere contra maritum, vel debitorem; & est ratio; quia acquiritur mulieri absenti ex promissione contra promittentem sine dubio. Deci. *cons. 35. Præstantissime.* adeo, quod vtili actione contra eum poterit agere. Guido Pap. *decis. 375.* Roma. *cons. 46. In*
25 *causa, num. 2. & per totum.* † Declara, & vide de hac materia plenissime Rom. qui facit tres casus; primus est, quando maritus confessus est dotem spe futuræ numerationis, vel expresse, vel confessio est simplex; sed tamen post confessionem socer promisit soluere dotem incontinenti; quia quæ incontinenti fiunt dicuntur inesse; & quia ista de consuetudine seruantur, quod maritus confitetur dotem habuisse, & socer promittit illam soluere. Roman. *consil. 445. Consultatio præsens, in princ.* vbi apost. *in ver. promissionis.* dat concord. & ponit illationem de eo, qui refutat, & liberat, quando postea debitor libera-
26 tus promittit soluere. † Et in hoc casu comprehendit etiam casum, quando cōfessus esset maritus habuisse dotem in scutis 100. & constat, quod post dotem fuerunt soluta nomine dotis 50. quia censetur confessio dotis facta spe futuræ numerationis in totum. Rom. *d. cons. 445. n. 2. ver. secundo ad idem.* vbi apostil. *in ver. non vltra.* citat pro vtraq; parte. † Secundus casus est, quando confessio est facta per maritum 27
de dote recepta, & socer postea ex interuallo, ante tamen lapsum temporis opponendæ exceptionis non numer. pecu. & adhuc idem est cum primo casu; quia præsumitur cōfessio spe futuræ promissionis, & numerationis, Rom. *cons. 445. n 4. ver. secundus casus.* † Et istis duob. 28
casibus fuit opinio controuersa Bar. tenentis, quod talis confessio sit facta spe futuræ promissionis, qua sequuta maritus teneatur; quia succedit loco solutionis. Rom. *cons. 445. n. 4. ver. vnde.* vbi apost. *in ver. mihi plac.* dicit magis communē. † Restringit Roma. hanc Bart. opi- 29 *
nionem duobus modis: primo si maritus fuit in mora exigendi, alias periculum esset mulieris. Roma. *d. cons. 445. nu. 4. ver. quod est intelligendum.* † Restringit secundo, nisi pater mulieris esset debitor; quia 30
maritus excusatur. Roman. vbi supra. † Contrarium tenet Bald. 31
quod imo simpliciter maritus cedendo iura vxori contra debitores doris liberetur, & hanc tenet Roma. *d. cons. 445. num. 4. ver. secunda est opinio.* vbi apostil. *in ver. mihi placet.* dat concord. licet opinionem Bartol. dicat magis * communem. † Restringit istam Roman. *d. consil.* 32
445. num. 4. col. 2. in fin. vt procedat, quando debitor cessus est soluendo; quia si culpa mariti negligentis non sit soluendo, maritus tenetur. † Restringit etiam, quando maritus accepit promissionem ab 33
eo, qui tunc non erat soluendo; quia sibi imputet, Roma. vbi supra. Tertius † casus est, quando maritus confitetur dotem, & subsequi- 34
tur promissio dotis post lapsum temporis opponendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ; quia tunc quocunque modo sit confessio facta, obligatur maritus vxori, & cedendo actionem non eximitur; quia est ius quæsitum vxori per lapsum temporis ad opponendam exceptionem. Rom. *consil. 445. num. 4. in fin. ver. tertius, quod aliquando.* Quartus † casus est, quando confessio fit in contractu spe futuræ nu- 35
merationis vere, vel præsumptiue, prout si ante matrimonium; & quia refert se ad matrimoniū, quod cōstat fuisse postea contractum; & tunc si confitetur in contractu, siue ante matrimonium, siue constante matrimonio intra tempora ad opponendum de non numerata pecunia, & præsumitur spe futuræ numerationis; si extra tempora, præiudicat marito de iure ciuili, licet de iure canonico secus sit ex æquitate; quia exceptio potest opponi, & probari quandocunq;. Roma. *d. cons. 445. n. 5. ver. secunda dubitatio.* † Quintus casus est, quando 36
confitetur maritus animo donandi; quia si præmoritur vxor euanescit, si primo moritur maritus, cōfirmatur morte, & confessio habet vim traditionis, & idem est in dubio, ita Rom. *cons. 443. n. 6. ver. 2. casu princip.* † Sextus casus est, quando dubitatur, an spe futuræ nu- 37
merationis, vel animo donandi, & si sunt æquales maritus, & vxor, præsumitur animo donandi secundum Bar. & alios, quorum opinionem communem * dicit apostil. ad Roma. *d. cons. 445. in ver. animo do-* *
nandi. † Contrarium tenet Roman. *d. cons. 445. n. 7. ver. ego vero puto.* 38
mouetur; quia in dubio non præsumitur donatio; item quod exceptio non numeratæ pecu. nunquam haberet locum; item quia procedit, quando maritus esset senex, vxor iuuenis, vel maritus ignobilis, vxor nobilis; ergo contra, quanto sunt æquales. † Declara; quia 39
si præcedit promissio dotis; tunc non potest opponi exceptio, plene Roma. *d. cons. 445. n. 8. ver. hæc autem omnia.* vbi recitat tres opiniones, & hanc approbat, quam etiam approbat apost. *in ver. quod non.* Septimus † casus est, quando confessio fit in testamento; quia semper præ- 40
sumitur animo donandi. Rom. *d. cons. 445. n 8. col. penult. ver. vltimo casu.* vbi apost. *in ver. animo donandi.* † Et hæc confessio in vltima vo- 41
luntate inducit legati, seu fideicommissi petitionem aduersus hæredes. Roman. *dict. consil. 445. n. 9.* † Extende limitationem, quæ tene- 42
tur pro regula, maxime; quia negligentia imputari non potest marito, si dotem sibi promissam non exegit à socero, *l. si extraneus.* vbi Bal. & Doct. *ff. de iur. dot.* gloss. & Doct. *in l. si nupt. ff. solut. matr. & in l. si socer, § Lucius, ff. eod.* & ideo hæredes viri liberantur cedendo iura, vt in dictis iuribus, plene Corne. *cons. 1. col. pen. ver. pro residuo autem dotis, lib. 2.* & hanc opinionem tenet Paris. *consil. 95. Vidi proceß. num. 8. lib. 2.* Boer. *dec. 329. col. 2.* Roman *consil. 445. num. 4. ver. quod intelligendum.* † Et 43
quod non teneatur maritus, quando pater mulieris promisit dotem; quia gener excusatur, si non astrinxit socerum; & hoc casu hæredes mariti cedendo iura liberantur; sed bene verum est, quod debet cōstare, quod à socero sit promissa, & debita; si vero debuit exigere ab hæredibus soceri, & non exegit, non excusatur. Castr. *in l. nupta, § 1. & in l. si socer, § Lucius, ff. solut. matr.* & maxime, quando commode socer soluere non potuit, vt Castr. loquitur vbi supra. Bald. *in l. pollicitatione, C. de donat. ante nupt.* Ang. *consil. 145.* Aret. *Instit. de legat. § sed & si vxori.* Afflict. *decis. 323.* Roman. *consil. 445. num. 4. ver. quod est intelligendum.* Declara † extensionem, nisi socer fuisset idoneus facultatibus, & sine 44

incommodo potuisset maritus ab eo exigere dotem; quia sibi imputari potest, cur non exegerit, & ad illam restituendam tenetur, ac si exegisset. Castrens. *in d.l. nupta, §.1. & in d.l. si socer, §. Lucius, ff. solut. matrimon.* † Contra declarationem tenent Rayner. de Forlin. Dyn. Cuman. & Alexan. in dictis locis, vbi dicit Alex. quod Castr. opinio violat textus illos, & hanc partem tenuit Castr. *consil. 469. Præmittendum, vol. 1.* qui licet in casu, in quo consuluit, teneat contrarium; tamen pro hac parte se declarat; dicit enim; quia maritus restituerat in illo casu, in quo consuluit restituere dotem in pecunia numerata, & socero concesserat facultatem soluendi bona secundum declarationem faciendam, sibi abstulit facultatem, & hæredibus suis liberandi per cessionem, cum ex pacto concesserit socero, vt posset soluere bona pro pecunia; & tamen se vxori ad pecuniam obligauerat, & respondet *ad §. Lucius*, vbi maritus liberatur cedendo actiones cõtra hæredes soceri; quia ipsi non habebant facultatẽ soluendi aliud pro alio, & respondet *ad §. si extraneus*, quod hic non imputatur marito, vel hæredibus, quod socerum non conuenerint, sed imputatur, cur illi concesserit facultatem soluendi bona pro pecunia. Cuman. 46 *consil. 154. in fin.* & vide supra *num. 22. & seq.* † Declara; quia contrarium videtur magis æquum, & iudex inter opiniones magis æquam amplecti debet, quando verba legis patiuntur, *l. qui filius, §. Imperator, ff. ad Trebellian.* Bald. *consil. 36. De iure communi, ad fin. lib. 4.* sed æquitas vult, quod pater dotet filiam, & dotem soluat, quam promi- 47 sit, non hæredes mariti, qui non receperunt; ergo, &c. † Restringe in donatione propter nuptias; quia non potest peti, nisi pro rata 48 dotis solutæ marito. *authent. sed quæ nihil. C. de pact. conuent.* † Restringe, seu declara; quia si maritus se obligauit ad restitutionem, vel si nouauit actionem, vt quia, quod erat in obligatione, consensit esse in facultate soluendi aliud; tunc non liberatur cedendo, sed potest conueniri. Castrens. *consil. 470. lib. 1.* & declara aliis modis, de quibus supra in extensionibus, quando culpa mariti effectus est promissor dotis non soluendo, vel maritus sciens recepit promissionem ab eo, qui non erat soluendo, alias regula est pro limitatione. Ias. *dict. l.* 49 *quæ dotis, numer. 4. & sequent. ff. solut. matrimon.* † Restringe, seu declara; quia si maritus fuit negligens in exigendo dotem promissam, ita tenetur eam restituere soluto matrimonio, ac si vere illam exegisset, *l. si extraneus, ff. de iure dot.* Castrens. *in l. si socer, §. Lucius, in fin. & in l. in iis, §. si vir, in princ. ff. solut. matrimon.* Bald. Nouell. *de dot. in 8. par. priuileg. 24.* Bald. *in l. si extraneus, ff. de iure dot.* Boer. *decis. 22.* Bald. *in l. si pro te. C. de dot. promiss.* Vide, *Dotis actio quando competat mulieri, vel* ☞ *non. Conclus. 729.* Vide, *Dos confessata per maritum an debeatur vxori, si constat de posteriori promiss. Concl. 750.*

Dos exacta per maritum, si est à socero, & vxore, quis dicatur soluisse dotem. Conclus. 774.

1 SI † maritus confitetur habuisse dotem à socero, & vxore præsumitur dimidiam ab vtroque habuisse, & opponens, quod habita ab vxore præsumitur de bonis patris, debet probare. Alexand. *consil. 23. lib. 4.* ex regula *l. reos, §. cum in tabulis, de duobus reis.* Vide, *Legatum* ☞ *factum pluribus institutis, vel legatariis qualiter debeatur. Conclusio. 80.*
2 Extende; † quia si maritus & vxor vendiderunt simul fundum dotalem, & confitentur pretium recepisse, quilibet præsumitur pro dimidia. Bart. *consil. 52. D. Paula nupsit. lib. 1.* declara tamen, vt *in ver. Obligatio respiciens plures personas, & res qualiter distribuatur. Conclusio. 32.*
3 Amplia; † quia si pater & filius se obligant simul pro solutione, vel pro restitutione dotis, an quilibet ipsorum teneatur pro dimidia, vel in solidum, & quod pro virili teneatur. Angel. Roman. & Alexan. *in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrimon.* Campeg. *in tract. de dote in 3. parte, quæst. 169.* Aretin. *in §. fuerat, Instit. de action. ver. quæro,* * *vidimus.* & est communis * opinio, quod quilibet teneatur pro medie-
4 tate. Cuman. *consil. 40.* † Et talis obligatio patris cum filio operatur, quod pater videtur consentire filio. Bart. *in l. cum pater, §. libertus, in fin. ff. de leg. 2.* Angel. & Imol. *in l. is qui hæres, §. fin. ff. de acquir. hæred.* & hoc propter præsentiam patris; & quia patitur se describi in eodem instrumento, & potest etiam dici, quod sit fauore pupilli. Ar-
5 retin. *Instit. qui dar. tuto. poss. in princ.* † Declara; quia si pater & filius confitentur recepisse dotem, & se obligant pro restitutione, quando mulier ageret ad dotem, potest conuenire vtrumque soluto matrimonio; sed tamen pater præsumitur totam dotem recepisse, quando erat homo diligens, & ipse gubernabat omnia, & maxime, si pater solus postea emit iocalia, & fecit expensas, & sic pater respe-
6 ctu filii ipsum liberabit. Curt. *consil. 53.* † Restringe, quando vnus est primo nominatus in instrumento, alter secundo loco; quia primo nominatus præsumitur principalis, alter fideiussor. Bald. *consil. 402. lib. 5.* Corne. *consil. 303. libr. 4.* Alexand. *cons. 66. libr. 4.* vbi declarat.

Vide, *Rei plures qualiter constituantur, vt contineri, vel agere possint. Con-* ☞ *clus. 107.*

Dos soluta per quem repetatur non sequuto matrimonio. Concl. 775.

SI † frater soluit partem dotis pro sorore, quæ sponsalia contra- 1
xit, non sequuto matrimonio, debet repeti per fratrem soluentem; quia licet censeatur donare; tamen intelligitur sequuto matrimonio; vide non sequuto matrimonio sibi fit restitutio, & ipse agit nomine suo. Abb. *consil. 48. Attingam, col. 2. ver. sed refero nunc ad dubium.* Vide, *Dotis actio quando competat mulieri, vel non. Conclus. 729.* ☞ 2
Limita, † si dos soluta per fratrem, vel extraneum esset soluta de bonis mulieris vere, vel præsumptiuè, vt quia soluens administrabat bona mulieris; quia tunc repetitio fit per mulierem. Abb. *d. cons. 48. col. 2. ver. sed refero. lib. 1.* † Extende, etiam si mulier ignorasset; quia 3
potest ratam habere solutionem factam de suo, & repetere. Abb. *d. cons. 48. col. 2. circa med. ver. aut dictus Franciscus, lib. 1.*

Dos promissa restitui tertio per maritum, quando tertio, vel mulieri restitui debeat. Conclus. 776.

DOs † habita per maritum, si promittatur restitui fratribus mu- 1
lieris in casu restitutionis ipsa muliere præsente, & consentiente, si constat, quod stipulatio est facta fratribus, vt procuratoribus, & ministris, debet mulieri, & eius hæredibus fieri restitutio. Petr. de Anch. *cons. 22. Et circa istam quæstionem, in princ.* † Amplia, vt procedat; quia restitutio debet fieri mulieri, & hæredibus, & non stipulanti sibi restitui, tanquam hæredi præsente muliere, si reuera non est hæres. Petr. de Anchar. *dict. consil. 22. in prin. ver. aut isti.* † Amplia, 3
vt procedat, etiam si restitutio dotis est promissa, & stipulata in personam tertii, tanquam donatoris mulieris præsentis, & donantis causa mortis, quando mulier de dicta dote disposuit; quia legauit, vel aliis reliquit dictam dotem; quia tunc censetur reuocata donatio, & restitutio debet fieri mulieri. Petr. de Anchar. *dict. consil. 22. num. 2. ver. si autem esset facta.* vbi, quod præsumitur causa mortis, quando est facta mentio mortis. † Amplia, vt procedat etiam in dubio; quia 4
potius præsumuntur stipulationem fecisse dotem sibi reddi tanquã ministro mulieris, quam tanquam donatarii, & nomine suo. Petr. de Anchar. *dict. consil. 22. num. 2. in fin. & num. 3. ver. aut dubitatur.* † Ex- 5
tende, vt procedat ampliatio, etiam si is, qui est adhibitus ad stipulandum sibi reddi præsente muliere, sit consanguineus mulieris, qui non sit descendens; secus, si esset descendens; quia in descendente in dubio præsumeretur donatio. Petr. de Anchar. *dict. consil. 22. num. 3. ver. & licet hoc lex.* † Restringe, quando stipulatio restitutionis 6
dotis est concepta in personam tertii & suorum hæredum; quia tunc non præsumitur, tanquam minister, vel procurator interuenire. Pet. de Anchar. *consil. 23. Verba stipulã. num. 6. ver. & in 1. dub. cum seq.* † Am- 7
plia; quia si extraneus dat dotem, & stipulatur sibi, aut mulieri reddi in casu restitutionis, solida actio mulieri est quæsita. Bart. *in l. Gaius, in princ. ff. solut. matrim.* & idem est si addita sint verba, *& cui ius, & casus dederit*, plene Alexand. *consil. 158. Circa primum, num. 11. & seq. ver. quantum vero, lib. 5.* † Contrarium, quod imo illa verba, *sibi, aut* 8
mulieri, prout ius, & casus dederit, non sint habenda superflua. Bald. *consil. 89. Verba instrumenti, in princip. lib. 2.* vbi distinguit casus sequentes. Declara † igitur, quod dicitur dotem datam per extraneum, vel ter- 9
tium, & stipulatam sibi restitui, vel mulieri, prout ius, & casus dederit, sit intelligendum, vt si mulier viuat soluto matrimonio sibi sit facienda restitutio; & idem est, si relinquat filios; quia illis est facienda restitutio; si vero per mortem mulieris soluitur matrimonium superstite extraneo, & muliernon relinquat filios; tunc extraneo, qui sibi, aut mulieri est stipulatus, facienda est restitutio. Bald. *d. cons. 89. per totum, lib. 2.* † Declarat Alex. *cons. 158. nu. 11. & seq. lib. 5.* quia siue 10
stipulatio fiat tertio donanti, & hæredibus, aut mulieri, & sic alternatiue, semper restitutio fit mulieri; quia tertius donans censetur donare; ideo semper pro muliere censetur stipulari, quando stipulatur alternatiue, siue primo ponat se tertium, siue primo mulier ponatur; & idem est, quando stipulatur sibi, & hæredib. suis, vel cui de iure, ius, & casus dederit, restitui; quia cum sit alternatiua stipulatio, & sic dubia, hoc casu semper fit interpretatio pro muliere, & tollit contraria. Extende † declarationem, vt procedat, etiam si extraneus sit stipula- 11
tus sibi, vel mulieri soluto matrimonio filiis non extantibus restitui, vel si extarent, quatenus decedat intra talem ætatem; quia tunc mortua muliere superstitibus filiis, qui decedant intra talem ætatem, restitutio debet fieri extraneo. Bald. *dict. cons. 89. per tot. lib. 2.* † Imo plus 12
dicit Bald. *d. cons. 89. in fin.* quod si extraneus decedat ante filios mulieris, transmittit ius stipulationis ad suos heredes, si filii morerentur

ante

ante ætatem ſecundum ſtipulationem, ita vt reſtitutio fieri debeat hæredibus extranei, non autem acquiratur hæredibus filiorum mor-
13 turorum ante talem ætatem, *lib.* 2. † Extende, vt idem ſit, quando mulier dedit dotem, & ſtipulata eſt ſibi reddi ſoluto matrimonio ſine filiis; quia ſi decedat cum filiis, qui non adiuerint hæreditatem, acquiritur hæredibus mulieris, non autem marito. Bald. plene *conſ.*
14 75. *Verba dicunt, lib.* 5. † Amplia in fratribus hæredibus patris dotantibus ſororem; quia licet ſtipulati ſint dotem ſibi reddi mortua ſorore; tamen actio conſolidatur in filiis mulieris; quia fratres tenebantur dotare. Anchar. *conſil.* 434. *Ex narratis, numer.* 2. *& per totum.*
15 Extende † maxime, quando ſoror dotata die præcedenti renunciauit ad fauorem fratrum dotantium hæreditati paternæ, & maternæ; quia dotatio præſumitur contemplatione ceſſionis facta. Anch. *dict.*
16 *conſ.* 434. *num.* 3. *ver. præterea aduertendum.* † Extende nedum in fratribus, ſed etiam in quocunque extraneo hærede patris obligati, etiam ſi ſit fiſcus; quia licet ſibi reſtitui fuerit ſtipulatus; tamen tenetur dotare; ideo actio conſolidatur in filiis, vel in muliere. Ancha. *d. conſ.*
17 434. *nu.* 2. † Extende maxime, quando fratres, vel hæredes patris obligati ſoluere dotem illam ſoluerunt mortua ſorore; quia talis ſtipulatio, quod ipſis reddi debeat, non valet, ſed debet remanere filiis
18 mulieris. Anch. *d. conſ.* 434. *nu.* 4. † Amplia in patre dotante filiam; quia cum teneatur dotare, licet ſtipuletur dotẽ ſibi reſtitui poſt mortem filiæ; tamen ſi relinquat filios, actio conſolidatur in filia. Anch.
19 *d. conſ.* 434. *in princ.* † Limita; quia vbicunque extraneus dedit dotem, & ſtipulatus eſt ſibi, & mulieri reſtitui, & hæredibus ſuis in omnem caſum reſtitutionis, debet fieri reſtitutio pro medietate mulieri, pro alia medietate hæredibus ſtipulatoris, & ipſi ſtipulatori, ſi viuit. Bal. *conſ.* 93. *Præſuppoſito, lib.* 5. vbi, quod dicitur extraneus, qui non
20 habet in poteſtate mulierem. † Limita, quando conſtat, quod ille tertius, qui ſtipulatus eſt ſibi dotem reſtitui, fuit ille, qui de ſuo dotauit; quia ſi in ipſa dotatione hanc conditionem appoſuit, valet ſtipulatio; ſecus, ſi ex interuallo; quia ex dotatione mulieri ius fuerat
21 quæſitum. Bald. *conſ.* 179. *Ad euidentiam eſt præmittendum. lib.* 2. † Extende limitationem, vt ꝓcedat, etiam ſi ſit dubium, an incontinenti ſtipulatus ſit ſibi reddi, vel non, vt quia appareant duo inſtrumenta eadem die celebrata; vnum, in quo extraneus dotauit; alterum, in quo dotem ſibi reſtitui eſt ſtipulatus; quia præſumitur incontinenti propter præſumptionem veritatis inſtrumenti, & cauſæ in eo expreſ-
22 ſæ. Bal. *d. conſ.* 179. *per tot.* vbi eſt caſus. *lib.* 2. † Extende in tantũ dotem debere reſtitui ei, qui ſtipulatus eſt ſibi reddi, quãdo mulier deceſſit, vt nõ valeat donatio, vel contraria diſpoſitio facta per mulierem, niſi eſſet dos conſtituta in eo, ꝙ mulieri debebatur. Dyn. *conſ.* 36. *Hæc eſt*
23 *quæſt. per tot.* † Reſtringe ſecus eſſe, ſi dotem dedit nomine patris mulieris, & nomine mulieris; quia licet ſibi ſoluenti ſit ſtipulatus reſtitutionem; tamẽ reuera actio vtilis competit patri, & vxori, quorum nomine ſoluit, nec attenditur ſtipulatio directa, ſed vtilis. Bald.
24 *conſ.* 186. *Punctus primo quæritur. in princ. lib.* 5. † Limita; quia imo reſtitutio debet fieri tertio, quando ſtipulatio eſt concepta in eo, tamquam donatario inter viuos, præſente, & conſentiente muliere. Pet. de Anchar. *d. conſ.* 22. *nu.* 2. *ver. aut conſtat, quod iſti.* vbi, quod præſumitur donatio inter viuos, quando non eſt facta mentio de morte. Ex-
25 tende; † quia quando conſtat, quod extraneus, qui non tenebatur ad dotem, illam dedit, ſed ſtipulatus eſt illam ſibi reddi mortua muliere, ipſa dos cõſtituenti reſtitui debet, etiam ſi mulier decedat cum filiis ex ipſo matrimonio. *l. fin.* §. 1. *ver. niſi. C. de iure dot.* Guido Pap. *deciſ.* 523. vbi, quod ita vidit iudicari, & obſeruari, quicquid in contrarium teneant aliqui.

Dos profecta à patre, an ſoluto matrimonio patri debeatur, vel cui. Concluſ. 777.

1 PATER, qui † dedit dotem filiæ mortua filia conſtante matrimo-
* nio reuertitur ad patrem de iure * communi, ſiue filia habeat fi-
* lios, ſiue non. Oldrad. *conſ.* 26. *num.* 2. *ver. tertio.* vbi dicit hanc * com-
* munem, *l. dos à patre. C ſolut. matr.* & * communem dicit Caſtren. *conſ.*
* 311. *in inſtrumento dotali, lib.* 1. & magis * communem dicit Alexand.
conſil. 115. *Vetus, & trita, in princip. lib.* 1. Anchar. *conſil.* 349. *De iure com-*
* *muni.* Io. de Imol. *conſil.* 64. *in princ.* & hanc * communem de iuris vigore, & ceſſante conſuetudine dicit Caſtrenſ. *conſ.* 108. *dubitatio, libr.*
* 2. *in princ.* Alexan. *conſ.* 67. *In cauſa, & lite, in princ. lib.* 7. vbi dicit * com-
2 munem. † Et ſaltem procedit, quando filia mortua eſt ſine filiis; quia potius reuerti debet ad patrem, quam ad matrem, licet ſuccedant æqualiter de iure communi; ſed ſecus eſt, quãdo bona, de quorum ſucceſſione agitur, prouenerunt à ſolo patre, *l. quod ſcitis, C. de bo-*
* *nis quæ liber.* & * communem dicit Alexand. *conſil.* 150. *Viſo themate, n.*
3 5. *ver. præterea iuri conſonum, lib.* 2. † Contrarium, quando filia reliquit filios conſtante matrimonio; quia imo dos debetur filiis, non auo, de conſuetudine, prout Bart. *in dict. l. dos à patre. C. ſolut. matrim.* Bald. *conſil.* 308. *de iure communi, lib.* 4. Caſtrenſ. *conſil.* 311. *lib.* 1. Anchar. *d. conſ.* 349. Caſtr. *conſ.* 39. *In caſu præſenti, in princ. lib.* 2. & * communem * dicit *conſ.* 108. *Dubitatio, in princ. lib.* 2. Angel. Aretin. *conſil.* 81. *In themate ſupradicto, num.* 14. *& ſeq. ver. iis tamen, & nu.* 27. *in fin.* dicit * communem. † Vel ſaltem contrarium procedit, quando pater vxoris eſſet 4
mortuus; quia reſtitutio debet fieri filiis vxoris mortuæ. Alex. *conſil.* 142. *Viſo ſtatuto in princip. lib.* 7. vbi loquitur in ſecundo matrimonio. Et procedit † hæc conſuetudo, etiam ſi maritus ſe obligauit patri de 5
reſtituenda dote filiæ ipſa mortua ſine filiis, vel etiam cum filiis, quãdo non viuerent vſq; ad annos 18. quia ſi moritur filia cum filiis, qui non vixerunt vſq; ad 18. annos, pater hæres filiorum poteſt dotem retinere ꝓ legitima filiæ debitam per patrem. Angel. Aret. *conſ.* 81. *In themate, n.* 6. *& ſeq. per tot. ver. capio ſecundum.* vbi multa pro vtraq; parte allegat, & hanc tuetur, & tollit contraria; quia non eſt renunciatum legitimæ. † Extendit etiam ſtante ſtatuto, quod nulla exceptio ad- 6
mittatur contra inſtrumentum, niſi ſolutionis; quia admittitur exceptio defectus intentionis, & retentionis; item officium Iudicis imploratum obſtat. Angel *d. conſ.* 81. *num.* 31. *& ſeq. ver. nec obſtant allegata.* Hanc † conſuetudinem introduxerunt Martinus Goxianus, & Bul- 7
garus cum aliis Doctoribus Bononiæ, vt dicit Fulgoſ. *conſ.* 59. *num.* 3. incip. *Domina Beata.* † Declara; quia iſta conſuetudo eſt contra Ius 8
commune, niſi ſit in loco mariti ſpecialis, ad quem nõ extenderetur conſuetudo vicina alterius loci. Caſtr. *conſ.* 311. *lib.* 1. vide etiam infra *nu.* 97. *& multis ſeqq.* † Imo, quod debeat in ſpecie probari in loco, 9
imo ſi etiam eſſet in loco notoria debeat allegari, aliàs non releuet. Alex. plene *conſ.* 66. *In cauſa, & lit. in princ. lib.* 7. vbi fortius dicit, quod non diceretur probata, licet ita fuiſſet ſeruatum in loco; quia potuiſſet ex conuentione, & pacto conuento. † Contrarium, quod iſta 10
conſuetudo licet nõ probetur in loco, ſi eſt in locis vicinis, debet ſeruari, cum ſit generalis, & ſufficit in loco, quod ibi non ſit contraria conſuetudo. Caſtrenſ. *conſ.* 373. *quantum ad illam partem, n.* 2. *lib.* 1. vbi, quod licet alias contrarium conſuluerit; tamen tenet iſtam partem, quæ melioribus munitur rationibus, & apoſtilla ibi allegat Corne. *conſ.* 319. *circa n.* 18. *lib.* 3. *& conſ.* 1. *cod. lib.* † Declara; quia iſta conſuetu- 11
do cum ſit contra ius, non habet locum, quando mulier deceſſit in ſecundo matrimonio, ſuperſtitibus filiis ex primo; quia non fit extenſio ex identitate rationis. Alex. *conſ.* 115. *n.* 2. *lib.* 1. & idem, ſi decedat ſine filiis, ſecundum magis * communem opinionem, de qua A- *
lex. *conſ.* 24. *Viſis dubiis, n.* 4. *ver. quod autem. lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 311. *in fin. lib.* 1. vbi, quod eſt contra ius commune, & non vbique & onoroſa patri. Contrarium † quod imo iſta conſuetudo ſit generalis per totum or- 12
bem, & ſit ſecundum ius commune, imo appellatione iuris communis veniat hæc conſuetudo, late Caſtr. *conſ.* 129 *ſtatuta Piſana, n.* 3. *lib.* 1. Vide † omnino. Bar. *conſ.* 190. *Gisbertus dedit, vol. fin. lib.* 1. vbi dicit, quod 13
iſta dos, quæ debetur filijs ex conſuetudine, aufertur ab auo, non autem eſt hæreditas filiæ; ideo computat in legitimam debitam in bonis aui, & dicit ſe ita conſuluiſſe *in l.* 4. *ff. ad leg. Falcid.* & opinio Bart. eſt * communis, vt per Curt. Iun. *conſ.* 180. *nu.* 2. Deci. *conſ.* 181. *circa fin.* *
Et † quod filii dicant habere dotem titulo ſingulari; quia conſuetu- 14
do aufert à patre, & dat filiis, & non requiritur aditio; quia acquiritur abſenti, prout legatum. Caſtr. *conſ.* 129. *Statuta, nu.* 4. *ver. breuiter, lib.* 1. Et † idem ſi in loco conſuetudinis extat ſtatutum, quod debeatur fi- 15
liis; quia cenſetur auferre ab auo materno, & ſic imputatur in legitimam. Caſtr. *conſ.* 108. *in princ. ver. ſed in caſu noſtro, lib.* 2. † Contrarium, 16
quod imo non computetur in legitimam, quando filii habent, vt hæredes matris ex ſtipulatu, plene Alexan. *conſ.* 24. *Viſis dubiis, per tot. lib.* 1. vbi apoſtil. dat concord. & dicit * communem, licet reprobet com- *
munem, & Alex. *n.* 4. *ver. plus voluerunt.* dicit magis * communem An- *
char. *conſ.* 50. *& 315. incip. D. Bart. per tot.* vbi idem, quando debetur filiis ex ſtatuto. † Differentia igitur eſt, an debeatur dos filiis ex con- 17
ſuetudine, an ex ſtipulatu; quia primo caſu habent ab auo, non vt hæredes filiæ, & computant in legitimam aui, ſecundo caſu habent, vt hæredes matris, & non imputant in legitimam aui. Alex. *conſ.* 24. *n.* 3. *& 4. lib.* 1. † Vide omnino Caſtr. *conſ.* 108. *Dubitatio, lib.* 2. *per tot.* vbi 18
recitatis opinionibus *in ver. ſed in contrarium.* dicit, quod ſi pater ſtipulatus eſt dotem reſtitui filiis filiæ, vel nihil eſt ſtipulatus, procedit opinio Bart. quod dicuntur habere ab auo, & imputant in legitimam aui; ſed ſi pater eſſet ſtipulatus ſibi, vel filiæ, vel filiis filiæ, vel illi cuius dederit, &c. iſta ſtipulatio intelligitur ſibi, quatenus filia ſine filiis decedat, & ſi cum liberis decederet, cenſetur potius filiæ, quam liberis eiuſdem filiæ; quia magis eam diligere præſumitur, & iſto caſu, cum eſt filia, in puncto mortis verificatur ſtipulatio in eius perſona, & ipſa tranſmittit ad filios vti hæredes, & iſto caſu nõ habent nepotes ab auo, ſed à matre. † Et quod ſi extat ſtatutum, prout Fer- 19
rariæ diſponens idem, quod conſuetudo, idem ius cenſeatur diſpoſitum, quod de conſuetudine. Caſtrenſ. *conſil.* 108. *per totum, libr.* 2.

Decla-

20 Declara, † vt procedat consuetudo, quando filia decessit cõstante matrimonio relictis filiis; si vero decedat mortuo prius viro suo, & sic non constante matrimonio; tunc quia consuetudo non loquitur hoc casu, dos reuertitur ad patrem, non ad filios, ita per plura Bald. *cons.7.Petrus maritauit,per tot.lib.1.* vbi tamen sub dubio, quod imo videtur intuenda ratio cõsuetudinis, vt remaneat filiis, sed de iure prima est verior; quia consuetudo non loquitur isto casu, & hanc eandẽ opinionem tenet Fulgos. *cons.66. Ser Guarnerius, per tot.* nisi probaret consuetudo etiam in isto casu. Alex. *cons.115.nu.2. ver.alia ratione,lib.1.* Anch. *cons.349. De iure communi,per tot.& cons.365. In themate,nu.17. & seq.* plene Io. de Imol. *cons.64.per tot.* vbi respondet ad contraria. Bart.
* *cons.130. Pater dedit,lib.1.* & hanc magis * communem dicit Alex. *cons.*
21 *24. Visis dubiis,n.4.lib.1.* † Extende declarationem, etiam si stipulatio esset facta de restituenda dote patri vel filiæ; quia intelligit ordine succesſiuo, vt primo patri, deinde filiæ. Io. de Imol. *cons.64.per tot.*
22 Extende, † etiã si stipulatio facta fuerit patri dotanti, quod si filia decedat sine filiis, dos reuertat ad patrem; quia etiam quod decedat filia cum filiis post maritum, reuertitur ad patrem, non ad filios; quia cessat hoc casu consuetudo. Bar. plene *cons.130. Pater dedit,lib.1.* vbi a-
23 posti. *in ver. Pater,* dat concor. † Intelligas declarationem procedere, quando mortuo marito, postea moritur vxor relictis filiis; quia si filii decedant, & agatur de succesſione aui materni, & paterni; tunc tota dos auo materno, qui illam dedit, debet. Bal. *cons.470. Punctus quæst.*
24 *li.4.* Fulgos. *cons.66.per tot.* Anch. *d.cons.349.per tot.* † Declara, nisi esset conuentũ, quod redderet filiis; quia licet filii prædecedant post matrem auo; tamen nõ debetur patri, videl. auo materno, sed succedẽ-
☞ tibus ab intestato filiis. Alex. *cons.115. Vetus,in fin.lib.1.* Vide, *Pater do-*
25 *tando filiam quando acqu.&c. Concl.122.* † Amplia in tantũ dotem datã à patre filiæ, mortua filia debere restitui patri, vt etiã si esset dictum, quod filia illã retineret pro filiis, tamen nõ valet in casu, in quo mulier superuiuat viro; quia debet redire ad patrem, vt eam conseruet
26 pro alio matrimonio. Bal. *cons.7.circa fin.ver.& hoc est vtile,lib.1.* † Declara, nisi esset factum diuortium inter virum & vxorem. Bald. *d.cons.7.ver.hæc vera sunt etiam,lib.1.* allegat *l.inter socerũ, §.vir dotem, ff. de pact.*
27 *dotal.* † Amplia; quia assignatione facta per patrem filia impuberi, seu monasterio, in qua existit non est donatio; ideo mortua filia ante pubertatem pater repetet dotem prędictam à monasterio. Cald. *cons.*
394. aliàs 9. *de regul.* & duplicatur *cons.478.* aliàs 4. *de donatio. inter vir.*
28 *& vxor.* † Amplia in tantũ patri dotem filiæ soluendam mortuo marito ipsius filiæ esse, vt talis dos dicatur patrimonium patris, non autẽ
29 mulieris. Castr. *cons.11.n.2.ver.quinimo,lib.1.* † Imo in tantum procedit, quod si mulier nubat secundo, licet pater non possit diminuere dotem; tamen secus est, quando patrimonium patris esset diminutum, & non tenetur ad eandem speciem, licet ad eandem quantitatem sic
30 Castr. *d.cons.11.n.2.ver.si vero nubat,lib.1.* † Amplia; quia dos data à patre, & stipulata sibi reddi soluto matrimonio sine filiis, vel cum filiis, si ad certam ætatem non superuixerant secundum consuetudinem loci, debetur patri, si eueniat casus, quod moriatur mulier superstite filio, qui moriatur ante ætatem conuentam. Bald. *consil.2. Factum tale est, in princip.libr.3.* vbi in fin. hoc firmat; quia standum est instru-
31 mento, maxime iurato. † Extende, vt procedat, etiam si statutum fingat dotem datam à patre censeri datam ex bonis mulieris; quia nihilominus stipulatio valet, quod dos reddatur patri, & debet reddi secundum pactum stipulationis. Bal. *cons.2.n.2.ver.sed videamus,lib.3.* vbi videtur se fundare in assertione partis iurata, & confitentis ita esse de
32 cõsuetudine. † Amplia, vt quæ dicuntur de dote, procedant pariter in donatione propter nuptias; quia restituitur, prout dos secundum stipulationem, vel reuertitur ad donantem mortuo filio. Castr. *cons.*
33 *376. Ne sub æquinoco.in fin.lib.1.* † Amplia; quia dos debet reddi secundum stipulationem cõuentam, etiam si ille, qui soluit, de alieno soluisset, maxime, quando interuenit iuramentum in stipulatione. Bal. *cons.2. Factum tale est,per tot.lib.3.* qui loquit in casu, in quo partes confessæ sunt, ita esse de consuetudine etiam extantibus filiis, & non su-
34 peruiuentibus vsq; ad certam ætatem. † Restringe, quando dos esset soluta per tertium nomine patris mulieris, & mulieris, & sibi solucti esset facta stipulatio; quia vxori debet fieri restitutio; quia ipsa habet vtiles actiones, quæ præferuntur directæ ex verbis. Bal. *cons.186. Pun-*
35 *ctus primo,in princ.lib.5.* † Restringe ampliationem, vt non procedat, quando dos solueretur de eo, quod est mulieris per patrem, vel tertium; quia non valeret stipulatio, quod redderetur patri, vel tertio soluenti, sed debet pertinere ad filios mulieris, cessante consuetudi-
☞ ne contraria. Bal. *d.cons.2.n.2.ver.sed videamus.lib.3.* Vide, *Legitima filio-*
36 *rum non,&c. Concl.187.* † Idem, si solueretur in legitima debitæ filiæ;
37 quia nõ potest in ea grauari. Dyn. *cons.36.per tot.* † Declara; quia quãdo is, qui stipulatus est dotem solutã de alieno sibi restitui, tenet, vel pecuniã restituere ei, cuius erat, vel cedere actionem de dote. Bald.
38 *cons.301. In primis.n.2.ver.secundo est videndum.lib.4.* † Amplia; quia dos data à patre, & quã pater est stipulatus sibi restitui in casu soluti matrimonii, non admixta filia debet restitui soli patri, & non filiæ mortuo marito; sed tamen pater tenetur dotem conseruare filiæ pro futuro matrimonio. Bal. *cons.496. Tenor literarum.n.1.lib.1.& cons.58. Factum tale est, in princ.lib.4.* † Extende, vt idem sit, quando fuit facta sti- 39
pulatio de restituenda dote patri dotanti, vel patri, seu cui de iure; quia mortua filia etiam cum filiis reuertitur ad patrem secundum stipulationem; secus si non est facta aliqua stipulatio. Bald. *cons.308. De iure communi,per totum.libr.4. & consil.223. Viso puncto,in princip.libro quinto.* † Extende, vt in tantum patri sit faciendа restitutio, quan- 40
do sibi soli stipulatus fuit restitutionem, vt nec valeat restitutio facta filiæ ipso non consentiente à principio; quia licet vellet ratificare; tamen nõ valeret ratificatio; quia nomine patris non fuit gestũ. Bald. *d.cons.496.nu.2.ver.verum quia.lib.1.* † Restringe, quando pater 41
dedit dotem filiæ renuncianti omni iuri sibi competenti; quia tunc est præcipua filiæ. Zabar. *cons.111. in prin.* qui loquit, quando in primo instrumento data est dos simpliciter, in secundo stipulatus est pater sibi reddi; quia secundũ debet esse cõforme primo. † Restringe, nisi 42
pater interim esset mortuus; quia tunc actio dotis legis potentia in filiam transiret. Bal. *cons.496.n.1.ver.licet si pater li.1. & cons.281. Quidam Ser Cola.in prin.lib.3.* vbi recitat opinionem pro vtraque parte; tamen hanc videtur tenere Dec. *cons.35.n.2.* Vide Ang. *cons.347.* † Idem, si 43
dos sit data ante matrimonium marito futuro filia impubere; quia si nubat alij, ipsa repetit dotem. Signor. Homod. *cons.213.per tot.* † Re- 44
stringe, nisi in casu consolidationis. Bald. *d.cons.58.in princ.lib.4.* & fit consolidatio in sola filia, quando actio ex stipulatu esset communis patri, & filiæ per mortem patris. Bal. *cons.58.in princ.lib.4.* † Restringe, 45
quãdo dos esset stipulata reddi patri dotanti nomine filiæ; quia tunc mortuo marito debetur filiæ, & non patri. Bald. *cons.58.in princ.lib.4.* Restringe, † quando stipulatio est cõcepta dotem reddi simpliciter; 46
quia tunc, si filia est in potestate mortuo marito, actio est communis. Bald. *d.cons.58.in princ.lib.4.* † Declara; quia tres sunt casus, aliquando 47
pater stipulatur sibi reddi, & mortuo marito patri reddenda, aliquãdo stipulatur reddi filiæ, & debet reddi filiæ, aliquando stipulatur reddi simpliciter, vel sibi, aut filiæ, & actio est communis; tamen pater tenetur conseruare pro filia. Bal. *d.cons.58.in princ.lib.4.* aliquando nihil est dictum, & pariter actio est communis. Bal. *cons.281.in princ.ver. interdum pater,lib.3.* & quando actio est communis, exercitium actionis est solius patris, qui potest exigere, nisi filia contradiceret ex iusta causa. Castr. *cons.11. Viso dicto libello,in princ.ver.sed extra.lib.1.* † Amplia 48
in casu conuerso; quia dos soluta per patrem marito filiæ, si decedat maritus, exactio spectat ad patrem; quia eius est onus iterum dotare filiam. *l.2.§.1.ff.solut.matrim.* † Amplia; quia ad patrem reuertitur 49
dos, non autem spectat ad filios in casu notabili, puta, pater dotauit filiam in mille, quæ ex primo matrimonio habuit filium, postea idem pater dotauit secundo matrimonio in duob. mille, & mortua est filia sine filiis ex secundo matrimonio, certe illud augmentum spectat ad auum maternum, qui dotauit, Bal. *cons.100. Mattheus de Sermona.lib.3.* Limita, † quando filia erat emancipata à patre, quando maritatur; 50
quia tunc magis consolidatur actio soli filiæ, quã si esset in potestate. Abb. *cons.81. Videtur primo,in princ.lib.1.* † Limita; quia neque patri, 51
neque mulieri est restituenda soluto matrimonio sine filiis, quando pater, qui soluit dotem, soluerat in fraudem creditorum anteriorũ; quia illis est soluenda, licet penes maritum illam recipientem bona fide esse debeat, donec duret matrimonium. Bal. *cons.68. Punctus quæ-*
stionis talis,in princ.lib.4. † Limita, quando dos est stipulata alternati- 52
ue, cui de iure, vel cui filia reliquerit; quia etiam si decedat sine filiis constante matrimonio dos reuertitur ad liberos; quia est casus omissus secundum magis * communem, de qua Alex. *cons.24.n 4.lib.1.ver.* *
si autem. † Limita; quia dos promissa restitui patri, & filiis masculis 53
debetur filiæ, & tenentur filii masculi remittere stipulationem filiæ, si volunt eam excludere ab hæreditate paterna, vigore statuti excludentis fœminas doratas. Bald. *cons.49. Quæstio. lib.2.* vbi, quod ita de facto fuit obtentum, & quod tenentur hæredes patris, qui sibi, & hæredibus suis fuit stipulatus dotem reddi, illam restituere, vel cedere iura filiæ. Ang. *cons.347.n.2.* † Limita, quando dos esset promissa 54
restitui patri; quia mortuo patre debetur filiæ vxori, quæ potest de ea testari libere, si est exclusa ab hæreditate patris; si vero non est exclusa, actio de dote est communis; quia tenetur communicare fratribus, & non potest de dote disponere. Bald. *cons.442. Punctus, Nicolaus. li.4.*
Extende † in omni casu, quando actio esset consolidata in filia, quod 55
sit multis modis, vel per mortem patris, vel si filia sui iuris est effecta per emancipationem, vel aliàs, aut stipulatio est concepta in filiam. Castr. plene *cons.11. Viso dicto, in princ.lib.1.* † Limita; quia dos non est 56
restituenda secundum stipulationem patri, neque alteri, quando extat statutum, quod actio de dote quæratur soli filiæ. Bald. *cons.301.n.*
2.ver.secundo est videndum.lib.4. Vide, *Dos soluto matrimonio quo tempo-* ☞
re, &

57 re, & qualiter restituenda. Concluſ. 764. † Extende, vt idem ſit, quando extat ſtatutum, quod maritus lucretur certam partem; quia illam lucrabit, non obſtante ſtipulatione facta de reſtituendo patri dotanti,
58 vel alteri. Bald. *conſ.* 308. *de iure communi in fin. lib.* 4. † Limita multis caſibus, quando dos eſt promiſſa reſtitui tertio, & etiam amplia, vt *in*
59 *ver. Dos promiſſa reſtitui tertio. Concl. prox. præced.* † Limita; quia ſi dos fuit ſtipulata ſoli filiæ, remanebit filiis tanquã hæredib. matris, etiam ſi decedat ſoluto matrimonio relictis filiis. Bald. *d. conſ. 7. in fin. ver. & hac vera ſunt, lib.* 1. Alexan. *conſ.* 24. *Viſis dubiis. nu.* 4. *lib.* 1. & quod hodie communiter ſtipuletur reddi filiæ. Caſtr. *conſ.* 29. *n.* 5. *ver. breuiter, lib.* 1.
60 & *conſ.* 251. *Viſo quodam, in prin. lib.* 2. † Et idem, ſi pater promittit, quod filia ſtipuletur ſibi, vel filiis reſtitui, quia ſeruanda eſt ſtipulatio. Bart.
61 *in l. quæ dotis. & in l. Gaius ff. ſolut matr.* † Limita; quia ſi filia decedat relicto filio, patre, & matre, dos debetur filio, & mortuo filio debet marito patri ipſius filij; non autem auo patri filiæ, qui dedit dotem. Cald. *conſ.* 475. alias 1. *de donat. inter vir. & vxor.* vbi multa allegat, & te-
* net hanc partem, quæ etiam magis * communis eſt, vt per Socin. *conſ.* 9. *vol.* 1. Curt. Iun. *conſ.* 13. *n.* 9. & hoc de iure communi admittit Caſtr.
62 *conſ.* 39. *n.* 3. *ver. eſt ergo videndum, lib.* 2. † Extende hanc limitationem, quod debeat dos filiæ, mortuo patre, & poſt eam ſiliis vxoris, etiam ſi ſit facta ſtipulatio dotem reddi patri dotanti, ita Calder. *d. conſ.* 475.
63 *col. pen. ver. item probato, quod patris.* alias 1. *de donat. inter vir. & vxor.* Vide, *Statutum circa dotes reſtituendas. Concluſ.* 518. † Reſtringe, niſi in loco conſtitutæ dotis, & originis extaret ſtatutum, quod mortua filia dos ſpectat ad filios, ſed mortuis filiis reuertatur ad auum maternum qui dotauit; quia etiam ſi adſit pactum, quod ſeruetur conſuetudo, & ſtatutum Marchiæ, & Treuiſii, quæ eſt caput Marchiæ; quia ſi non extat particulare ſtatutum Treuiſii, ſeruari debet ſtatu-
64 tum loci contractus. Caſtrenſ. *conſ.* 39. *nu.* 3. *& per tot. lib.* 2. † Declara totam iſtam materiam diſtinguendo plures caſus, & Bald. *conſ.* 28. *in princ. lib.* 3. & alii infra ponunt tres caſus. Primus eſt, ſi pater ſtipulat dotem ſibi reddi, & pater præmoriat; quia tunc actio conſolidatur filiæ, ſecundum Bald. qui recitat opiniones pro vtraq; parte, & non decidit *in conſ.* 281. *in princ. lib.* 3. & hoc tenet expreſſe *in conſ.* 223. *in prin. lib.* 5. etiam ſi ſtipulatus eſſet pater dotem ſibi, vel ſuis hæredibus reſtitui mortuo patre; quia conſolidatur tota actio in filia. Angel. *conſ.* 347. *col.* 2. *ver. ſuper ſecundo.* vbi, quod hæredes patris tenentur cedere iura filiæ, & hæredibus filiæ mortuo patre. Caſtr. *conſ.* 11. *in princ. lib.* 1.
65 Intelligas; † quia licet actio conſolidetur in filia mortuo patre, & in hæredibus filiæ; tamen ex tali inſtrumento hæredes filiæ agere non poſſunt, ſed obtinebunt ſibi cedi iura, vt agant, ab hæredibus patris, vel quod ipſi hæredes patris agant, & reſtituant. Angel. *conſ.* 347. *col.* 2.
66 *ver. ſuper ſecundo.* † E conuerſo ſi filia moriatur ante patrem; tunc dos acquiritur filiis filiæ, ſi extant. Bald. *d. conſil.* 223. *circa princip. ver. Sed*
67 *quando primus. lib.* 5. † Declara; quia, ſi pater ſtipulatur in initio dotẽ ſibi reſtitui; procedunt prædicta; ſi vero ex interuallo, quando filia iam dotata poſſet contradicere, & conſentit, tunc debet reſtitui patri, & ſecundum ſtipulationem; quia imputandum eſt filiæ ſecundo
68 caſu ſi non contradixit. Angel. *conſ.* 347. *n.* 2. *ver. ſi autem.* † Secundus caſus eſt, quando nihil eſt dictum; & mortuo patre tota actio conſolidatur in filia. Bald. *dict. conſ.* 281. *in princ. ver. interdum pater dotans. lib.* 3.
69 Caſtr. *conſil.* 11. *in princ. lib.* 1. † Extende, vt idem ſit, quando filia quoquo modo effecta eſt ſui iuris, puta, per emancipationem, vel alias.
70 Caſtr. *conſil.* 11. *in princ. ver. hoc autem quod dos. libr.* 1. † Si vero filia moriatur viuente patre relictis liberis, remanet penes liberos, ſi autem moritur ſine liberis, ſecundum aliquos conſolidatur patri; ſecundũ vero alios tranſit ad hæredes filiæ. Caſtr. *conſil.* 373. *quantum ad illam, lib.* 1. licet in hoc vltimo de hæredibus contrarium teneat Zabarell.
71 *conſ.* 152. † Tertius caſus eſt, quando pater ſtipulatur ſibi, & filiæ, vel ſibi, aut filiæ, & patre mortuo tota actio conſolidatur in filia. Bald. *d. conſ.* 281. *circa prins. ver. interdum pater dotans ſtipulatur ſibi, libr.* 3. Angel. *conſil.* 347. *Pater ſtipulatus eſt, col.* 2. *ver. ſuper ſecundo.* Caſtr. *conſ.* 11. *Viſo dicto libello, in princ. lib.* 1. Anchar. *conſ.* 365. *num.* 18. Ioan. de Imol.
72 *conſ.* 64. *per totum.* † Contrarium in extraneo tenet Bald. *conſ.* 93. *lib.*
73 5. quia vtrique pro medietate facienda eſt reſtitutio. † Si vero filia, aut maritus præmoriatur, licet ſint filii ex ea; tamen ſtipulatio cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, primo patri, poſtea filiis. Caſtren. *conſ.* 29. *num.* 5. *ver. ſi vero ponamus, libr.* 1. vbi tamen, quod filii non computant
74 in legitimam, per iura, quæ ibi allegat. † Quartus caſus eſt, quando pater ſtipulatus eſt ſibi reddi dotem, & mortua filia etiam cum filiis patri viuenti eſt facienda reſtitutio. Bald. *conſ.* 308. *de iure communi, in*
75 *princ. lib.* 4. † Extende multo magis, quando ſtipulatio eſt concepta reſtitui mortua muliere ſiue ſine filiis, ſiue cum filiis; quia valet pactum, & ſit reſtitutio, etiam ſi decedat cum filiis. Bar. *conſ.* 179. *Martinus, in fin lib.* 1. *ver. ſecundo eſt videre.* † Quintus caſus eſt, quando ſimpliciter dotauit pater, & non eſt facta ſtipulatio, cui debeat fieri reſtitutio, niſi prout de iure, & ſtantib. filiis ex dotata ipſi retinent dotem
de conſuetudine. Bal. *d. conſ.* 308. *in princ. lib.* 4. incip. *De iure communi.* Caſtr. *conſ.* 373. *quantum ad illam, lib.* 1. † Aliquando ſtipulatio ſit cui 77
de iure cum alternatiua, vel cui filia reliquerit; & tunc filiæ propter alternatiuam eſt facta ſtipulatio, & non habet locum conſuetudo. Alex. *conſ.* 14. *n.* 4. *ver. quod attem. lib.* 1. † Declara; quia ſi filii decedant 78
non adita hæreditate matris, dos reuertitur ad patrem matris, vel ad proximiores matris. Angel. *conſ.* 101. *conſiderandum eſt, in fin. ver. vltimo ſequitur.* † Sextus caſus eſt, quando facta eſt ſtipulatio de reſtituen- 79
da dote patri, vel cui de iure; & tunc ſi pater viuit, etiam ſi filia defuncta relinquat filios, patri eſt facienda reſtitutio ex ordine; quia primo ſibi eſt ſtipulatus. Bald. *d. conſ.* 308. *de iure communi, circa med. ver. ſed aduertendum, lib.* 4. Anch. *d. conſ.* 365. *n.* 18. Io. de Imol. *conſ.* 64 *per tot.* Declara, † vt licet iſtud procedat in patre ſtipulante ſibi, aut cui de iu- 80
re; non tamen idem eſt in auo materno, quia debetur magis filiis dotatæ, quam auo materno dotanti. Bald. *conſ.* 308. *de iure communi, circa fin. lib.* 4. idem videt etiam in auo materno tenere Caſtr. *conſil.* 108. *per tot. lib.* 2. † Septimus caſus eſt, quando tertius dedit dotem nomine 81
patris mulieris, & nomine mulieris, & ſtipulatus eſt ſibi ſoluenti reddi, non autem patri, vel mulieri; quia actio vtilis competit patri, & mulieri, & conſolidatur, ac ſi eſſet facta ſtipulatio patri, & mulieri; quia vtilis præfert directæ orienti ex verbis; ideo mortuo patre tota dos vxori reſtituit. Bal. *conſ.* 186. *Punctus primo quæritur. lib.* 5. *in pr.* vide
infr. *n.* 94. *in caſu* 16. † Octauus caſus eſt, ſi ſtipulatus eſt extraneus, 82
q dedit dotẽ ſibi, & hæredib. ſuis reddi in caſu ſoluti matrimonii ſine filiis, ſi mulier decedat cum filiis, qui decedant non adita hæreditate, maritus pater filiorum non lucrat, ſed debet hæredib. dotantis. Bal.
conſ. 89. *Verba inſtrumenti. lib.* 2. † Extende, vt idẽ ſit, ſi mulier ſeipſam 83
dotauit, & ſtipulata eſt ſibi reſtitui dotẽ ſoluto matri. ſine filiis; quia ſi decedat cum filiis, & filii moriant non adita hæreditate, debet fieri reſtitutio hæredib. mulieris, non autẽ marito hæredi filiorũ. Bal. *conſ.*
75. *Verba dicunt. lib.* 5. *per tot.* † Nonus caſus eſt, quando extraneus, put 84
patruus, vel alius quilibet, q dedit dotẽ ſtipulatus eſt copulatiuẽ ſibi, & mulieri reddi, & eorũ hæredib. in omnẽ euentũ reſtitutionis; quia cuilibet, p medietate facienda eſt reſtitutio. Bald. *conſ.* 93. *Præſuppoſito tenore. li.* 5. † Decimus caſus eſt, quando dos eſt ſimpliciter data, & fa 85
cta ſtipulatio de reſtituẽdo, cui de iure; quia mortua matre, & relictis plurib. filiis, quorũ aliqui ſunt puberes, aliqui vero impuberes, & pater ſubſtituit filiis pupillariter, & p fideicommiſſum, & omnib. filiis poſt patrẽ mortuis, portio eorũ, qui deceſſerunt in pubertate, reuertit ad auum proximiorẽ; portio vero impuberũ ſpectat ad ſubſtitutũ, quamuis extraneum, & hoc ſi hæreditatẽ maternam adiuerunt filii; ſi vero non adiuerunt, tota reuertit ad patrem matris. Ang. *conſ.* 101. *Conſiderandum eſt, in fin. ver. vltimo ſequitur.* † Vndecimus caſus eſt, 86
quando pater dotauit filiam in certa quantitate, in qua hæredem inſtituit, & grauauit eam fideicommiſſo, vt poſt eius mortem reuertat ad filios, vel alios hæredes, & mortuo teſtatore filii dotarunt ſororẽ, & ſunt ſtipulati ſibi reddi; quia mortua filia, quæ donauit dotem alteri, debet reſtitui iuxta ſtipulationem pro ea parte, quæ excedit legitimam, pro portione vero legitimæ non valet ſtipulatio; quia non potuit grauari. Dyn. *conſil.* 36. *Hæc eſt quæſtio, per tot.* † Duodecimus 87
caſus eſt, quando dos fuit ſoluta marito futuro, exiſtente pupilla impubere; quia mortuo patre ſi filia facta pubes nubat alio, ipſa repetet talem dotem, non autem hæredes patris; quia ad inſtar veræ dotis exiget mulier. Signorol. Homod. *conſil.* 213. *Factum ſic proponitur, per totum.* † Decimustertius caſus eſt, quando dos eſt quouis mo- 88
do conſolidata in filia, puta, vel per mortem patris, vel per emancipationẽ filiæ, ſeu ſi alio modo ſit effecta ſui iuris, vel ſi actio eſt effecta filiæ per ſtipulationem, vel donationem; quia tunc filiæ facienda eſt reſtitutio. Caſtrenſ. *d. conſil.* 11 *verſ. conſolidatur autem, in princ. lib.* 1. Decimusquartus † caſus eſt; quia quandoque tertius dat dotem, 89
quandoque pater, & ſtipulatur reddi filiæ, prout de conſuetudine ſic fit ſtipulatio mulieri, vel cui de iure; & primo caſu verum eſt, quod filiæ faciendæ eſt reſtitutio, non autem patri; quando vero pater dedit; tunc patri eſt facienda reſtitutio, licet verba ſint cõcepta in filia, & quib. de iure; quia ſoli patri hoc caſu eſt facienda reſtitutio. Caſtr. *d. conſ.* 11. *Viſo dicto libello nu.* 2. *ver. ſed dicet aliquis. lib.* 1.

Decimusquintus † caſus eſt, quando dos eſt data per patrem fi- 90
liæ, ſeu marito, qui ſtipulatus eſt ſibi, vel filiæ reddi, ſi moriatur vxor in matrimonio relictis filiis, quo caſu intrat conſuetudo. *l. dos à patre. C. ſolut. matrim.* vt dos remaneat penes filios; ſi vero filii moriantur viuente patre, & auo materno, ſuccedit pater, non auus maternus. Calderin. *conſil.* 475. alias 1. *de donatione inter virum & vxorem.* Si † vero non eſſet ſoluta, & auus non eſſet in mora; tunc auus 91
maternus ſuccedit non pater. Capic. *deciſione* 176. *per totam.* maxime *in fin.* † Si vero moritur vxor poſt maritum, deinde filii, quis 92
ſuccedat, an auus paternus, an auus maternus. Baldus *conſil.* 7. *libr.* 1. *& conſil.* 470. *lib.* 4. & Fulg. *conſ.* 66. *per tot.* dicunt, quod ſuccedit auus

mater-

maternus; quia actio tota fuit consolidata in auo materno, mortua filia, & consuetudo, quæ consolidat in filiis, loquitur, quando constante matrimonio moritur mulier; secus si præmortuo viro; sed tamen Fulgos. requirit, quod mulier non fuerit emancipata. Anch. *cons.*
93 *fil.* 149. *De iure communi. nu.* 2. † Imo isto casu non habet locum consuetudo; quia succedit pater filiæ, non autem filii, vt supra, in princ.
94 Io. de Imol. *cons.* 64. *per totum.* † Decimus sextus casus est, quando non pater, sed fratres, aut alii hæredes, vel etiam fiscus successor patri dotat filiam, ad quam tenebatur pater defunctus; quia licet sibi reddi fuerit stipulatus, tamen debet filiis mulieris actio, & dos. Anchar. *consil.* 434. *Ex narratis per totum.* & vide supra *numer.* 81. *in 7. casu.*
95 Decimus septimus † casus est, quando pater dedit dotem, & stipulatus est sibi reddi, vel filiæ in dispositione, & in clausulis exequutiuis est stipulatus filiæ, vel sibi; tunc attenditur dispositiua potius, quam verba exequutiua; ideo debet fieri restitutio patri, quando vxor moritur post matrimonium solutum, & sic mortuo prius marito, licet adsint filij; quia tota actio consolidatur in patre. Anchar. *cons.* 365. *In*
96 *themate proposito. num.* 18. † Declara; quia si postea moriatur pater superstitibus nepotibus ex filia; tunc tota actio consolidatur in filiis.
97 Anch. *d. cons.* 365. *in fin.* † Decimus octauus casus est, quando verba dicunt, quod pater stipulatus est sibi, vel filiæ, vel cui, aut quibus ius, vel casus dederint; quia tunc actio est patris mortua filia soluto matrimonio etiam si adsint filii, & cessat consuetudo Martini; sed mortuo auo consolidatur actio in nepotibus superstitibus. Anchar. *cons.* 365. *nu.* 17. *& seq. vsque in fin.* & vide concord. *supra n.* 8. *ver. declara, cum*
98 *multis seqq.* † Si vero moriatur filia non soluto matrimonio; tunc stipulatio censetur purificata in filia, & nepotes habebunt ex transmissione matris, non autem ab auo. Castr. *cons.* 108. *Dubitatio, lib.* 2. vbi
99 pulchre loquitur. † Si vero moriatur pater consolidatur in filia ius dotis restituendæ. Roman. *consil.* 253. *Videmus, col.* 2. *in princip. ver. nunc*
100 *igitur.* Alexand. *consil.* 139. *Viso themate. col.* 1. *ver. sed præmissis, lib.* 2. † Et si ista stipulatio esset facta à tertio dotante, videlicet sibi, & hæredibus suis restitui, vel mulieri, aut cui ius, & casus dederit; tunc debetur mulieri; quia cum stipulatio sit alternatiua, & sic dubia, debet restitui mulieri, vel hæredibus; quia tertius dotans præsumitur donare, & sibi nunquam fit restitutio in dubio. Alexand. *dict. consil.* 158.
101 *num.* 11. *& sequ. ver. nam si illa stipulatio. lib.* 5. † Extende, vt procedant prædicta etiam stante statuto, prout Pistorii, quod fœminæ filiæ nõ succedant, sed soli masculi, qui teneantur dotare fœminas; nam si filius dotauit sororem, vel filium bona fide adhuc existens in potestate patris, & de bonis patris, & mortuo patre, postea mortua sorore, vel filia, licet hęc dos succedat loco legitimæ; tamen quia non debetur in vita patris legitima, reuerti debet ad patrem, ne contra statutum transeat in alienam familiam. Anton. de Butr. *consil.* 9. *num.* 3. *&*
102 *seq. ver. ad tertium.* † Contrarium Alexand. *d. consil.* 139. *Viso themate, col.* 1 *in fin. ver. præterea etiam dato. lib.* 2.
103 † Declara; quia in casibus, in quibus pater promittit dotem filiæ, vel pro filia promittit marito, perinde est, ac si mulier promitte-
104 ter ipsa marito. Dec. *cons.* 35. *Præstantissime. num.* 4. *ver. hic tamen.* † Decimus nonus casus est, quando pater dedit dotem, & stipulatus est reddi filiæ; quia videtur pater donasse, & valet donatio in persona filiæ, & post mortem filiæ penes illius hæredes. Castr. *consil.* 373. vbi idem dicit esse, si esset stipulatus simpliciter; quia nomine filiæ cen-
105 setur stipulatus, *lib.* 1. † Et quod isto casu censeatur donata filiæ, & valeat tanquam si esset aduentitia, & non profectitia, & possit libere disponere, ac si esset sui iuris effecta; non tamen in præiudicium legitimæ debitæ filiis in ea. Castrens. *consil.* 251. *Viso quodam. lib.* 2. vbi, quod si filia cedat patri in præiudicium filiorum reuocatur donatio
106 in totum. † Vigesimus casus est, si pater dedit dotem, & stipulatus est filiæ reddi soluto matrimonio, an viuente patre possit de dote testari in alium, quam in patrem, & an ingrediendo monasterium succedat monasterium, vel pater, vide pulchre Zabarel. *consil.* 152. *Nimis graue, per tot.* vbi dicit, quod de iure impossibile est, quod filiafamilias habeat hæredem in dote; quia non potest habere hæredem vniuersalem; & respondet ad omnia contraria, & dicit hanc veriorem
107 opinionem. † Contrarium dicit de authoritate, & consuetudine; quia pro dote multa sunt introducta, & ex quo pater stipulatus est filiæ reddi dotem videtur donasse, & multa allegat Zabarel. *d. consil.* 152. & ponit pro indubitato. Castr. *consil.* 373. *in princ. lib.* 1. vbi, quod potest habere hæredem in dote donata à patre tacite, vel expresse, & in fin. dicit, quod est speciale, quod filiusfamilias potest habere dotem in iis, quæ sibi potest acquirere, allegat *auth. de hæred. ab intest.* §. 1.
108 *& l. duodecim tabularum. C. de legit. hæred.* † Declarat tandem fauore monasterii, & piæ causæ secundam opinionem tenendam esse, quod succedat monasterium, & quod stipulatio patris ad fauorem filiæ fa-
109 ciat illam posse disponere. † Vide tamen Calder. *consil.* 394. alias 9. *de regul.* quod duplicatur 478. alias 4. *de donat. inter virum & vxorẽ.* qui videtur velle, quod pater repetat à monasterio, sed loquitur, quando pater simpliciter dedit dotem non facta stipulatione pro filia. † In filia spuria dotata à patre, & quando fuit dictum, quod 110
soluto matrimonio dos reuertatur ad filiam, & eius hæredes, mortua filia spuria, pater, mater, & transuersales non succedunt, sed maritus, si extat, vel fiscus; tamen dos data à patre reuertitur ad patrem, si non habet filios, & verba illa, *ad filiam reuertatur*, intelliguntur ea viuente, & hæredes intelliguntur filii tantum; quia materia est prohibita, ne dotetur nisi loco alimentorum, plene Abb. *consil.* 50.
Videtur primo, per totum. maxime *num.* 2. *& sequent. lib.* 2. † Vigesi- 111
musprimus casus est, quando in primo instrumento dotis nihil est dictum, quod patri restituatur, sed simplex dotatio facta est; quia non valet secundum instrumentum diuersum, in quo pater sibi restitui stipulatur, ex quo debet esse conforme primo, siue sit incontinenti, siue ex interuallo; quia per errorem censetur factum. Zabarel. *consil.* 111. *in princip.* vbi late. † Vigesimus secundus casus est, 112
quando moritur maritus filiæ; quia tunc exercitium actionis recuperandæ spectat ad patrem solum; quia ipsa tenetur iterum dotare. *l.* 2. §. 1. *ff. solut. matrimon.* Vide supra, *Dotis actio quando competat*
mulieri, vel non. Conclus. 729. † Vigesimus tertius casus est, quan- 113
do frater dedit dotem sororiex bonis patris viuentis, & in constitutione dotis nihil conuenit de restitutione in traditione, conuenit, quod sibi fratri restituatur, & postea voluit pro beneficio sororis, quod si præmoriatur soror, sibi fratri restituatur, si præmoriatur frater, restituat hæredibus sororis, moritur pater communis, postea soror relictis filiis, dicit Anton. de Butr. *consil.* 9. *num.* 5. *ver. ad quartum.* quod consolidatur dos filiis; quia stipulatio inutilis, quod fratri restituatur, facit, quod est locus iuri communi, & vide casum, quod procedat consil. prædict. † Vigesimus quartus casus est in matre 114
& patre dotantib. filiã, non facta aliqua stipulatione, quod sibi matri, vel patri reddatur; quia tunc quoad partem datam à matre, remanet filiis, seu hæredibus filiæ, quoad partem patris idem est; quia videtur donasse filiæ. Castrens. *dict. consil.* 373. *in princ. lib.* 1. † Vi- 115
gesimus quintus casus est, quod si frater, vel quicunq; alius pro muliere, imo ipsa mulier paciscatur cum marito, etiam cum iuramento, quod quocunque modo soluatur matrimoniũ dos remaneat penes hæredes mariti, & maritum; quia non comprehendit casum, si maritus moriatur ante vxorem, & si comprehenderet, non valeret. Bartol. *consil.* 126. *Titius, lib.* 1. *per tot.* quod duplicatur *consil.* 93. *Ioannes, lib.* 2.
Vigesimus sextus † casus est, si fratres dotarunt sororem communem 116
de patrimonio patris, & matris, & stipulati sunt eam sibi reddi mortua sorore sine filiis, vel cum filiis, quatenus ante ætatem legitimam decederent, euenit, quod soror decessit relicto vnico filio minore, quem instituit hæredem in omnibus bonis consentientibus fratribus, petunt fratres dotem ex stipulatu; quia consensus ad alia bona non extenditur ad dotem, è conuerso maritus. Bartol. *consil.* 127.
dicit, quod fratres nihil possunt petere; quia fuerunt adiecti, vt stipularentur. *lib.* 1. vbi, quod quatenus sint adiecti animo illis donandi, non probatur, neque præsumitur in muliere; imo si dos fuisset propria fratrũ, sibi præiudicassent consentiendo testamento. Vigesi-
musseptimus † casus est, quãdo frater dotauit sororẽ de bonis patris, 117
vel de bonis communibus, & stipulatus est à marito dotem sibi reddi mortuasorore; quia si soror fecit testamentum, & instituit maritum hæredẽ, non tenet restituere fratri ex stipulatu; quia si bona spectabant ad sororem pro dote, non potuit sibi frater restitutionem stipulari; quia quatenus dicatur voluisse mulierem donare non præsumitur, & potest reuocari. Bartol. *consil.* 98. *Sæpe de facto, in princ. lib.* 2.
vbi, quod frater isto casu præsumitur, vt ministet sorori, & *dict. consil.* 127. *in princ. lib.* 1. † Idem, si frater dedit de suo sorori, vt se libe- 118
raret ab obligatione dotandi; quia semper præsumitur vt minister. Bartol. *dict. consil.* 98. *circa fin. versic. sed quid si frater. lib.* 2. † Vigesi- 119
musoctauus casus est, quando fratres dotarunt sororem de suo proprio fratrum, & stipulati sunt sibi fratribus reddi mortua sorore, si soror facit testamentũ de dote de consensu fratrum, cessat stipulatio; quia sibi præiudicant, alias secus. Bartol. *consil.* 127. *Quidam, circa fin.*
ver. aut dos. libr. 2. † Vigesimusnonus casus est, quando mater, & 120
frater dotarunt, & stipulati sunt sibi restitui in casu soluti matrimonii vel hæredibus suis, aut cui, vel quibus ius, & casus dederit; quia debet eisdem, & cuilibet restituì pro medietate, vel hæredibus, & illa verba, *vel cui, aut quibus ius, & casus dederit*, sunt intelligenda de habentibus causam ab eis vltra expressos. Alexand. plene *consil.* 175.
Visis narratis. num. 5. *& 6. vsque in fin. libr.* 7. vbi, quod si originale contineat casum prædictum, authenticum vero contineat, quod habuit ab vxore maritus, erunt instrumenta discrepantia, & non probabunt, & illa verba, *vel cui, seu quibus, &c.* non conciliantur per prædicta. † Trigesimus casus est, quando maritus promisit socero in 121
omnem casum mortis vxoris, siue sine filiis, siue cum filiis, qui non

peruc-

peruenerint ad ætatem annorum 18. quia si moriatur filia, relicta filia, quæ decessit in anno 10. anno, non nocet stipulatio marito; quia filia vxor mariti debuit habere legitimam, & cum decesserit cum filia, ipsa filia est hæres, & pater succedit filiæ, & potest retinere, & renunciatio, vel promissio restitutionis dotis non præiudicat in legitima, quin retinere possit, & si illi esset in totum renunciatum, non valeret; quia non valet statutum; & quia debentur alimenta, plene Ang. Aret. *consilio 81. In themate supradicto. numer. 6. & sequen. versiculo capio secundum, per tot.* vbi tollit contraria; & quia maritus non potuit præiudicare, nec sibi obstat obligatio vt ma-
122 rito, quia retinet vt hæres filiæ. † Extendit Ang. Aret. *dict. consil. 81. numer. 31. & sequen.* vt procedat etiam stante statuto, quod nulla possit opponi exceptio contra instrumentum, nisi solutionis; quia poterit etiam opponi exceptio defectus intentionis, & poterit
123 implorari officium iudicis. † Trigesimus primus casus est, quando dos promissa à patre filiæ petitur à marito, vel filiis, mortua filia; quia post mortem filiæ nulla competit actio contra patrem, ad quem dos esset reuersa, maximè, quando non constat de consuetudine in loco, vel etiam si extet notoria, non est allegata. Alexand. *consil. 67. In causa & lite. lib. 7. per tot.* vbi est casus contilii.

Dos soluta socero quando consignari debeat filio marito, vel non. Concluſ. 778.

1 PATER † recipiens dotem pro filio, tenetur illam filio restituere, & consignare, si filius esset emancipatus. Bald. *consil. 127. Veritas est. lib. 4. in fin.* Dyn. *cons. 12. Factum tale est. nu. 8. ver. item pater.*
2 Bart. Alber. & alii *in l. sane. ff. de iure dot.* † Extende etiam si inter filiũ & patrem fiat compromissum, & laudum feratur, quod restituatur; quia per restitutionem non liberatur pater à nuru, licet à filio sit liberatus; quia debent interponi cautiones, alias tenetur. Ca-
3 stri. *cons. 466. Viso compromisso, in pr. lib. 1.* † Extende, vt idem sit, si filius
4 sit de domo patris expulsus. Bal. *d. cons. 127. in fi. li. 4.* † Extẽde, vt idẽ sit, si filius cũ vxore separatim à patre habitat; quia vbi est onus matrimonii, ibi dos esse debet. Bald. *cons. 127. per tot. lib. 4.* Anchar. *consil. 238. Ioannes filius*, vbi pro cautela soceri dicit, quod mulier cum iuramento liberet socerum; quia soluit marito; quia sicut fundus dotalis potest alienari cum iuramento; ita dos constante matri-
5 restitui. † Extende, vt idem sit, quando socer est mortuus, quia si vxor remanet penes maritum, debet dos restitui marito. Bald. *con-*
6 *sil. 57. Si pater. lib. 3.* † Amplia; quia in tantum socer potest restituere dotem filio, nuru mandante, quod restituat cõstante matrimonio, vt facta tali restitutione socer, & eius bona amplius molestari non possint. Bartol. Alber. & alii *in l. sane. ff. de iure dot.* vbi dicit casum, ibi, *quod nuru mandante si restituat dotem filio emancipato, liberatur*, sequitur Roman. *in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrimon.* Castrens. *in l. 2. ff. eod. tit.* vbi Alexand. & Bald. Nouel. *de dot. in 7. par. ver. 34. priuilegium*; quia hoc casu mulier constante matrimonio potest sibi præiudicare in dote, vt dicit Ioan. de Imol. *in l. penul. §. si*
7 *vir. ff. solut. matr.* Afflict. *decis. 349.* † Amplia, vt nedum pater teneatur dotem receptam vxoris filii, filio emancipato restituere, sed etiam tenetur consignare eidem filio dotem constitutam, seu auctam ab ipso patre. Dyn. *cons. 12. num. 8. ver. item.* † Limita; quia pa-
8 ter, antequam dotem restituat, debet conseruari indemnis, ne vlterius cõueniri possit, & sufficit, quod ex causa, & solemniter fiat restitutio dotis per patrem. Bal. *d. cons. 127. lib. 4.* Castrens. *cons. 466.*
9 *in princip. lib. 1.* † Declara, vt per Alber. *in d. l. sane, ff. de iure dot.* vbi ponit tres cautelas, vt pater sit securus: prima, si iussu mulieris restituat dotem filio: secunda, si causa alimentorum: tertia, si filius
10 sit emancipatus; quia pater fingitur mortuus. † Limita; quia potest dos restitui per patrem filio, quando duo concurrunt, quod mulier consentit, & quod sit magis tuta, vt quia super stabilibus cautelatur dos consistens in rebus mobilibus, vel pecunia; secus si ista non concurrunt. Castrens. *cons. 466. num. 4. ver. non obstat, si dicatur. lib. 1.*

Dotari de quibus bonis debeat mulier. Concluſ. 779.

1 MVLIER † debet dotari de bonis paternis; quia paternum
2 officium est dotare filiam. Bald. *l. fin. C. de dot. promiss.* † Et procedit, etiam si pater esset debitor filiæ, vel bona filiæ administraret; quia est speciale in dote, non sic in alimentis. Castrens.
3 *cons. 415. Viso, & examinato, colum. 2. in princip. lib. 2.* † Extende; quia in tantum pater tenetur dotare filiam de bonis paternis, vt si det dotem, quæ conuenit sibi, licet dicat dotare filiam de bonis paternis, & maternis, bona materna remanent libera, & tota dos de paternis censetur data. Angel. Aretin. *cons. 39. In hac causa, nu. 29. & seq. ver. il secondo principaliter.* † Amplia in tantum, quod si filia do- 4
taretur de bonis maternis, non diceretur dotata ad effectum, vt tanquam dotata excluſa dici possit à statuto. Bald. *cons. 321. Materia ista. post med. ver. ijs ergo præmissis, lib. 3.* plenissime Alex. *cons. 169. Visis instrumentis, in princ. lib. 7.* vbi plene in *ver. dicunt*, citat plurimos concord. & ideo potest de iure communi petere admitti ad successionem, non obstante statuto, vt ibi Alexand. clare ostendit. † Exten- 5
de; quia filia non dicitur dotata à patre, si illam dotauit de bonis maternis, vel propriis filiæ, & põt petere se dotari à patre, sicut filius institutus in legitima in bonis propriis filii dicitur præteritus. Castrens. *cons. 455. Ad primum, n. 4. ver. quantum autem, lib. 2.* † Extende, 6
vt idem sit, si statutum excludit sororem dotatam à fratre; quia debet esse dotata à fratre de bonis fratris, secus si de bonis filiæ sit dotata; quia non excluditur. Alex. *d. cons. 169. in princ. lib. 7.* † Am- 7
plia; quia etiam si mater dotaret filiam, in dubio præsumeretur de bonis mariti dotasse constante matrimonio, nisi quatenus mater haberet bona paraphernalia, quod per iudicem discuti debet. Bal. *cons. 184. reputatio facta, in fin. lib. 4.* † Extende, quia debet dotari de 8
bonis paternis, etiam si hæreditas paterna nondum sit adita; quia dandus est curator hæreditati iacenti, qui dotet filiam defuncti, sine tamen præiudicio æris alieni. Bald. *cons. 59. Tres personæ, n. 2. ver. incidit hic quæstio, lib. 3.* † Extende, vt idem sit, etiam si filia repudia- 9
uit hæreditatem patris. Bald. *d. cons. 59. nu. 3. ver. Huic quæstioni, libr. 3.* vbi videtur tenere contrarium. † Extende; quia si pater, & mater 10
se obligant simul, & in solidum pro dote filiæ communis, mater censetur animo repetendi à marito, & intercedendi pro eo. Crau. *cons. 77. inpr. & per tot.* vbi declarat, nisi pater esset inops, & diues, maxime *n. 2. & 3.* & idem tenet Bald. Nou. *de dote, 6. part. priuil. 3. n. 7.* 11
† Restringe, nisi bona patris nõ sufficerent, quia obligatio mariti, & vxoris p dote filiæ obligat efficaciter matrẽ de suo, si bona mariti non sufficiunt. Bald. *cons. 106. Punctus quidam, lib. 5.* † Amplia; 12
quia etiam si fratres plures essent socii vniuersorum bonorum, adhuc tamen filia vnius ex fratribus dotata simpliciter, censeri debet dotata de portione bonorum patris, & non fratrum. Corne. *cons. 52. lib. 3.* plene Roland. à Valle *cons. 91. lib. 1.* vbi, *num. 45.* dicit magnis* communem. † Contrarium Alex. *cons. 88. lib. 4. & cons.* * 13
70. lib. 5. plene Deci. *cons. 66. col. 4. & 5.* Socin. *cons. 291. lib. 2.* Ias. qui disputat plenissime *in Auth. quod locum. nu. 6. ver. ego semper. C. de collatio.* † Amplia, quia filia debet dotari de bonis paternis, etiam si 14
sint suppositia fideicommisso, & in eis habet locum lucrum statuti, etiam si omnia bona alteri restituenda dederit in dotem. Bald. *cons. 99. Punctus talis est, per tot. lib. 4.* Vide, *Dos cautelatur super fidei-commisso. Conclusio 747.* † Extende in neptibus, & descendentib. 15
testatoris; quia in subsidium debet dotari de bonis subiectis fideicommisso ascendentis. *Auth. res quæ. C. comm. de leg.* Deci. *cons. 81. in 6. dubio.* Ruin. *cons. 138. n. 11. ver. circa aliud dubium. lib. 2.* Alex. *cons. 124. in primo dubio.* Cephal. *cons. 105.* † Extende maxime in neptibus non 16
natis tempore fideicommissi. vt declarat Deci. *d. cons. 81. in sexto dubio.* † Extende idem, quando non erant nuptæ, neque erant nu- 17
biles, Ruin. *d. cons. 138. nu. 11. lib. 2.* † Declara, quia licet auus in sub- 18
sidium teneatur dotare neptem; tamen hoc procedit, quando pater non habet de proprio. Ideo si pater habet suam legitimam ex fideicommisso, tenetur filias dotare ex legitima, non ex fideicommisso, ita Alex. *cons. 201. Perspectis, in fin. num. 22. & seq. ver. & si quæratur, lib. 6.* † Amplia, quia imo filia, vel neptis debet dotari simplici- 19
ter, & absolute de bonis subiectis fideicõmisso ascendentis, quando non habet, vnde dotetur, etiam si repudiasset hæreditatem patris; & ratio videtur esse; quia dos succedit loco legitimæ, quæ non debetur repudianti. Bald. *cons. 73. Tres personæ, col. 2. lib. 1.* quem citat apostil. ad Bart. *in l. si socer. ff. solut. matr.* Abb. *in c. Raynutius, circa fin. de testam.* vbi Bero. *nu. 403.* & Couarru. *in fin. ver. quinimo mortuo patre ab intestato.* † Credo, quod ista ratio non sit bona; quia dato, 20
quod dos succedat loco legitimæ, argumentum debet sumi ab identitate, non à diuersitate rationis; quia fateor, quod filius repudians hæreditatem sibi delatam patris perdit legitimam, sic & filia dotem; sed quod habeat præiudicare hoc tertio, nõ repetitur cautum in legitima; ergo neque in dote; Ideo argumentum videtur fallax. † Amplia; quia filia debet dotari de bonis paternis, 21
etiam si sit nupta sine dote. Castr. *cons. 455. col. 1. ver. sic in proposito, lib.* 2. † Contrarium Bart. *in l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & oblig.* † De- 22
clara, quia licet Bart. reprobetur à Bald. & Angel. tamen debet in- 23
telligi, quando maritus recepit vxorem sine dote; quia non potuit petere ab ea, neque à patre, neque expellere vxorem; secus si pater illam nupsit sine dote, etiam si fecit renunciare cum iuramento, & fecit illam iurare se maiorem; quia stante statuto, quod minor 20. annis etiam cum iuramento non obligetur si-

ne certa solemnitate, non valet obligatio, vel renunciatio. Castrens. *dict. consilio* 455. *numero* 4. & 5. *ver. sic in proposito, libro* 2.
24 † Limita, quando auus legasset nepti pro dote; quia tunc debet dotare de legato in tantum, quod pater simpliciter dotando præsumitur animo compensandi legatum; Ideo petinon poterit à patre, qui dotauit. Bald. *cons.*338. *lib.*5. & *cons.*360. *quia dictum legatum,*
25 *lib.*4. † Contrarium infra Conclus. proxima sequente, *numer.* 25. Vide, *Dos soluta simpliciter ab, &c. Conclus.*785. *num.*4. & *seq.* maxime
26 *num.*9. vbi declaratur. † Extende; quia imo si puella habet legatum dotis, à quocunque, & simpliciter dotetur à matre, & fratribus, ipsi censentur dotare, primo de bonis puellæ, & sic de legato, & in residuo tantum de suo. Bald. Nou. *tract. de dot. in* 6. *parte princ.*
27 *priuil.*3. † Limita, quando lex, vel statutum ratione patriæ potestatis imponeret legem auo, vt teneretur dotare neptes; quia tunc sufficit, quod sit dotata nepti ex filio ab auo paterno; & tunc dicitur etiam dotata à patre. Bald. *d. cons.*321. *per tot. lib.*3. Vide, *Dotata quando dicatur filia exclusa. Conclus.* 788. Vide Conclus. proxime sequent.

Dotare qui teneantur, & quando teneatur pater filiam, auus neptem, & frater sororem, vel non. Conclus. 780.

1 PATER † tenetur dotare filiam; quia officium paternum est dotare filias. *l. fin. C. de dotis promis.* & officium paternum est dotare filiam. Ang. *cons.*29. Pet. de Sauon. in princ. *l. fi. C. de dot. promiss.* Socin. Iun. *in l.* 1. *nu.*151. *& seq. ff. sol. matr.* vbi limitat, & ampliat multis modis, plene Bal. Nou. *de dot. in* 6. *parte, priu.*15. & 16. vbi, quod propterea potest esse iudicium in patre & filiam super hoc. Ang. Aret.
2 *cons.*40. *Ctr. primam, n.*6. *& seq. ver.*5. *posito.* † Declara; quia tenetur officio iudicis, & potest compelli ad duo, videlicet ad maritandã, & ad dotandam filiam. Alex. *cons.*7. *n.*10. *lib.*2. Bart. *in l. qui liberos. ff. de rit. nupt.* Alex. *cons.*33. *Videtur lib.*4. & *cons.*169. *n.*5. & *seq. libr.*7. vbi dicit, quod officio iudicis, non autem iure actionis compellitur. Ias. *Instit. de actio.* § *fuerat, ver. ad ista. n.*100. & 101. late Alex. *in l. mulier.* § *cum proponeretur. ff. ad Trebel.* Bald. Nou. *de dot in* 6. *par. priuil.*15. vbi, quod pater compellitur officio iudicis assignare filiæ aliquam partem sui patrimonii pro dote, & quod potest super hoc esse lis
3 inter patrẽ & filiam, & inf. *n.*64. † Extende, vt quod dicitur de patre, idẽ sit in hærede patris. Bal. *in l. si. C. de dot. promiss.* Anch. *cons.*434.
4 *n.*5. Deci. *cons.*35. † Amplia in tantum patrem teneri dotare filiam, vt si filia renunciauit dotimaternæ; quia pater sibi promisit 150. florenos pro dote, postea pater simpliciter soluit florenos 200. pro dote, præsumitur de suo, non in compensationem promissorum.
5 Bal. *cons.*38. *n.*3. *ver. circa tertium. lib.*2. Vide, *Dos soluta simpliciter ab, &c. Concl.*785. † Contrarium tenet idem Bal. *cons.*37. *nu.*4. *ver. tertio ver-*
6 *titur. lib.*2. † Amplia in tantum, quod etiam teneatur ad fructus, ad rationem quinq; pro cẽtenario; quia cum sit filia, & dos succedat loco legitimæ. Bar. *in l. Titio centum.* § *Titio genero. n.*6. *ff. de cond. & demonstr.* Soc. *cons.*217. *col.*1. *in fin. lib.*2. debentur fructus. Alex. *cons.*141.
7 *n.*5. & 6. *lib.*5. † Amplia; quia licet filia habeat bona aduentitia; tamen pater tenetur eam dotare. Castr. *cons.*438. *Ad primum. n.*4. & 5. *quartum. lib.*2. Ias. *d.* § *fuerat, Instit. de actio. n.*100. *ver. ad ista optime facit.*
8 † Amplia; quia non solum tenetur, sed etiam cogitur dotare filiã. *l. qui liberos. ff. de rit. nupt.* Bald. Nouell. *de dote in* 6. *part. priuil.*15. & 16.
9 † Imo cogitur etiam maritare filiam; quia hoc est officium pater-
10 num. *l fin.* §. *vtrumque. ff. de dot. prom.* † Extende; quia imo etiam cõpellitur pater ad collocandum matrimonio filium masculum. Ca-
11 stre. *cons.*80. *Quia, in prince. lib.*1. † Amplia; quia pater dotando filiam etiam diuitẽ, & locupletem, præsumitur de suo dotare, si ad eam dotandam est idoneus. Ang. *d. cons.*209. *in princ. ver. secundo præmitto.* Ias. *in* § *fuerat. n.*100. *Instit. de actio.* vbi tenet pro vtraq; parte, sed
12 hanc tenet Castr. *cons.*415. *Viso, col.*2. *lib.*2. † Amplia, etiam si pater dotaret de bonis paternis, & maternis; quia censetur solum de paternis dotare, plene Afflict. *decis.*178. *in* 9. *dub.* quia dictio, *&*, non dinidit, sed potius resoluitur in ordinem charitatis. Ias. *in l. i. n.*24. *ff. sol. matr.* & est tex. *in l. fi. C. de dot. promiss.* & ita per illum tex. cõsuluit Io. de Montesperel. apud Pistorium, vt eum refert Bal. Nou. *de dot. in* 5. *par. in* 6. *speciali, in fi.* Crot. *in repet. l. frater à fratre. n.*65. *ff. de cond. indebit.* & ita consuluerunt D. Ant. Malagonnella, & plures Aduo-
* cati Florentini, vbi dicunt * communem, quicquid dixerint Soci. & Ias. *in l.* 1. *ff. sol. matr. & cons.*133. *n.*11. *lib.*4. *cum num seq.* Ang. Aretin.
13 *consil.*44. *in princip.* † Extende; quia si pater dotando filiam in mille, dixit, computato eo, quod filiæ debetur, tam de dote materna, quam de bonis paternis, potent petere dotem maternam, si bona patris sufficiunt ad dotem mille. Bald. Nouell. *de dot. in* 6. *parte in* 6. *priuileg.* vbi, quod Ioan. de Montesperel. ita consuluit, refert Ias. *in l.* 1. *ff. soiut. matr. nu.*3. & *cons.*133. *col.*7. *in fin. cum seq. lib.*4.
*num.*11. *& sequen.* † Extende multo magis, quando simpliciter do- 14
tauit filiam habentem successionem in dote materna; quia pater de dote materna non potest disponere. Baldus *in l. cum scimus, in princip. C. de inoff. test.* Ias. *in auth. nouiss. C. eod.* ideo simpliciter dotando filiam pater de proprio dotasse dicitur. *l. fin. C. de dot. promiss.* vbi
* omnes. Bartol. *in l.* 1. § *nec castrense. colum.*4. *ver. quæro hic. ff. de collat.* *
bon. Ruin. *cons.*200. *num.*4. *lib.*1. Angel. Aretin. *consil.*44. *in princip.*
† Declara, nisi pater esset inops, & filia diues. Aretin. *consil.*17. *col.* 15
pen. † Imo, quod præsumatur de suo pater dotasse, etiam si sit pau- 16
per. Castrens. *consil.*201. *Visis, in fin. lib.* 1. † Intellige; quia inopia 17
patris, & an habeat bona sufficientia ad dotem, consideratur habito respectu ad filiam dotatam solum, non autem habito respectu etiam ad alias filias, si pater plures haberet; quia aliæ non considerantur hoc casu. Afflict. *decis.*179. † Amplia; quia filia debet 18
dotari in bonis paternis, etiam quod hæreditatem patris repudiauerit. Bald. *consil.* 59. *Tres personæ. numer.*3. *ver. huic quæstioni. lib.*3. vbi nihil firmat, & dicit non esse legem, quæ decidat hunc casum; tamen videtur dicere, quod ex quo repudiat, non sit dotanda. † Am- 19
plia, quia filia, quæ potest petere dotari à patre, si viuens non petiit, poterunt petere hæredes illius. Alexand. *cons.*169. *Visio instrumentis. num.*4. *ver. & exiistis. lib.*7.

† Extende; quia licet non cõpetat actio filiæ aduersus patrẽ, vt 20
cõpellatur dotare, sed solum officio iudicis compellatur; tamen tale officium iudicis est transitorium ad hæredes, sicut actio. Alexand. *d. consil.*169. *num.*5. *ver. & licet. lib.*7. † Extende; quia imo si 21
dos à statuto debetur filiæ exclusæ, licet competat eo casu condictio ex illo statuto; tamen transit etiam ad hæredes. Alexand. *dict. consil.*169. *num.*6. *ver. præterea si statuta, lib.*7. vbi plena apostil. *in ver. transitoria*, dat plurimos concord. † Amplia; quia pater, & alii 22
obligati dotare ita tenentur dotare, si nubat carnaliter, siue etiam nubat spiritualiter per ingressum monasterii. Bald. *in l. fin. C. de dot. promiss.* Alexand. plene *consil.*139. *Viso themate, num.* 6. *& sequen. ver. quarto videtur. lib.*2. vbi extendit in dote reuersa ad patrem, vt illam conseruare, & dare debeat filiæ, siue iterum nubat in sæculo, siue profiteatur religionem, & infra *num.*48. † Amplia; quia si pater 23
dotauit filiam condecenter, quæ remansit vidua, & si debet iterum nubere, dos non est decens, attentis etiam facultatibus patris, quæ auctæ sunt, ille tenetur augere dotem secundum statum præsentem. Grammat. *decis.*102. Vide, *Dotare an teneatur pater plu-*
ries filiam. Conclus. prox. seq. † Declara; quia si semel dotauit filiam; 24
tamen potest minuere dotem semel constitutam. Salyc. *in authen. sed quamuis, ver. quarto, circa verb. diminuere. C. de rei vxor. actio.* Socin. *consilio* 69. *In* 2. *duo. libr.*2. Curt. Sen. *consil.*27. *in* 4. *dub.* & Deci. *cons.*35. † Amplia in tantum patrem teneri ad dotandam filiam, 25
vt si auus relinquat nepti mille in subsidium maritãdi, & instituat hæredem patrem neptis, qui simpliciter dotauit filiam, præsumitur dotasse tanquam pater, & teneturad legatum, maxime, quando solus pater non tenebatur ad legatum. Bald. *cons.*330. *Casus talis*
*est. lib.*5. & infra *num.*55. *& seq.* Vide, *Dos soluta simpliciter ab obligato*
*censetur ex præambula obligatione. Conclus.*785. † Et onus ad pa- 26
trem, non ad auum spectat. Aretin. *consil.*17. *Consideratis, in* 4. *dubio. numer.*13. *& seq.* Bald. & Iason *in authen. res quæ. C. commun. de leg.* ita, quod si auus legat nepti, & filius post mortem aui soluat, dicitur de suo soluere. Aretin. *d. cons.*17. *num.*15. *l. proficticia.* §. *fin. ff. de iure dot.* secus, si auus viuens soluisset; quia de suo dicitur soluere. Deci. *cons.*66. *De duobus quæritur, in fin.* † Amplia; pater ad plus potest 27
differre tempus nubendi filiam, vsque quo filia habeat 25. annos, quibus elapsis potest se ipsam nubere sine patre. *l. si filia, cum auth.* ibi posita. C. *de inoff. testamen.* vbi Castrens. dicit, quod si pater per tantum tempus distulit maritare filiam, ipsa poterit facere sibi
impune cornua. † Amplia; quia pater non solum tenetur dotare 28
filiam, sed etiam redotare, seu iterum dotare, *authent. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. l. si socius pro filia. ff. pro socio.* gloss. *in l. si socer. ff. solut. matrim.* Bald. Nouell. *de dote in* 6. *parte priuil.*15. plene Iason *in auth. quod locum. num.* 7. vbi plene declarat non procedere, si culpa filiæ; item si durat primum matrimonium. C. *de collation.* † Decla- 29
ra, vt non procedat in matre, auia, & aliis obligatis in subsidium. Bald. Nouell. *de dote, in* 1. *part. quæstio.*26. Iason *in l. de alimentis. num.* 7. C. *de transact.* Tiraquel. *in l. boues.* §. *hoc sermone. numero* 4. & 14. *de verbor. signific.* nisi periret culpa obligati in subsidium, vt Doct. prædicti, & Socin. *consilio* 75. *numer.*7. *lib.*1. Alexand. *in l. si cum dotem.* §. 1. *ff. solut. matr.* † Amplia in tantum teneri patrem dotare filiam, vt 30
etiam si nupta sit sine patre, & sine illius consensu, pater compellatur dotare. Alexand. *dict. consilio* 7. *numero* 10. *libro* 2. quod intellige, quando nupsit cum promissione dotis, vbi apostilla in *ver. fortius*, allegat multos concord. Iason §. *fuerat. num.*119. *& sequent.*

vbi

vbi distinguit, *Instit. de actio. & in authen. res quæ col. 5. ver. quarto quærit Bart. C. comm. de leg.* Capel. Tholos. *decis.* 289. & ibi apostilla. Abb. in *cap. accedens, colum. 2. de procur. & in cap. 1. de despons. impub.* Bartol. *in l. obligamur, ff. de actio. & obligat.* Alexander *consilio* 169. *numero* 2. *libr. 7. & consilio* 56. *numer. 5. libr.* 4. vbi extendit etiam non obstante quacunque præscriptione, & quando nupsit nulla facta mentio-
31 ne dotis. † Et ad duo obligatur pater, videlicet ad maritandam filiam, & ad dotandam. Angel. Aretin. *consil.* 81. *In themate supradi-*
32 *cto. numer.* 20. *& sequen.* † Vide tamen Aretin. qui aliter videtur sentire in *l. qui superstitis. colum. 2. ver. sed ista ratio, ff. de acquir. hæred.* &
33 infra *numer.* 152. † Extende; quia filia nupta à patre non dotata potest agere contra patrem ad dotem. gloss. in *l. obligamur. §. lege ff. de actio. & oblig.* Alexander *consilio* 169. *numero* 2. *libr.* 7. vbi dicit hoc procedere de iure communi, secundum veras, & magis com-
* munes * conclusiones, & *consilio* 7. *numer.* 10. *libro* 2. & hanc magis
* * communem dicit Socin. *consil.* 57. *numer.* 2. *cum sequen. libr.* 4. Castrens. in *l. si socer. numer.* 4. *ff. solu. matr.* sequitur Curt. Sen. *consil.* 39.
34 *numer.* 10. † Imo etiam hæredes filiæ possunt agere contra hæredes patris, maxime stante statuto exclusiuo fœminarum. Alexan.
35 *d. consil.* 169. *numer.* 6. *lib.* 7. *& consil.* 7. *num.* 10. *lib.* 2. † Et tenentur pater, & hæredes etiam ad fructus dotis. Curt. Sen. *consil.* 27. *numer.* 42. &
☞ quanta debeat esse dos, Vide, *Dos quanta esse debeat filiæ exclusæ ab hæ-*
36 *reditate, quæ mandatur dotari. Conclus.* 789. † Extende; quia siue competat condictio ex statuto, vt loquitur Alexand. *consil.* 7. *libr.* 2. siue etiam solum officium iudicis, potest petere dotem filia nupta.
* Ias. in *authen. præterea. numer.* 8. *C. vnde vir & vxor.* vbi dicit * commu-
37 nem. † Restringe, quando indigno nupsisset filia. Bald. Nouel.
38 *de dot. par. 6 priuil. 15. & 16.* † Amplia; quia pater tenetur dotare filiam etiam maritatam sine dote; quia tenetur ad duo, videlicet maritare, & dotare. Angel. Aretin. *consil.* 40. *Circa primum, numero*
16. & sequen. versic. 5. posito. Alexand. *consil.* 169. *Visis instr. numer.* 2. *versic.*
* *posito autem*, vbi dicit magis communem * *lib.* 7. & ibi apostill. in *ver.*
39 *nuptam*, dat conc. † Extende, vt procedat ampliatio, etiam si filia inuito patre virum accepisset, dummodo non sit nupta indigno. Alexand. *d. consil.* 169. *numer.* 2. *ver. posito autem. lib.* 7. vbi plures allegat reprobantes Bart. contrarium tenentem, & *num.* 4. dicit,
* quod contra Bart. est * communis opin. † Contrarium, quod imo
40 pater non teneatur filiam nuptam sine dote dotare. Bart. in *l. obligamur. ff. de actio. & oblig.* quia dicit ipse, cum sit nupta, cessat ratio,
41 quod pater teneatur dotare. † Declarat Alexand. *d. consil.* 169. *nu.* 3. *ver. nec obstat, lib.* 7. vbi, quod stante statuto, quod filia dotata non succedat eo casu, æquissimum, & clarissimum est, quod etiam nupta debet dotari, vt excludatur, alias non erit exclusa, & opinio
42 controuersa Bart. procedit in terminis iuris communis. † Declarat Abb. *consil.* 12. *num.* 3. *ver. limita. lib.* 1. quod si nupsit sine patre, & sine dote, pater non tenetur dotare; secus si nupsit cum iuribus dotalibus; quia pater compellitur. Restringe, quando pater haberet duplex patrimonium, puta Ferrariæ, in quo filia debet dotari, & Rhodigii, in quo filia maritata non succedit; quia si maritauit facto legato pro dote, & omni eo, &c. censetur ex bonis Ferrariæ, pro quibus obligatur voluisse dotare, non ex bonis Rhodigii, ex quibus non tenetur. Angel. Aretin. plene *consil.* 40. *numer.*
29. & sequen. ver. sed tamen iis non obstantibus per tot. vbi tollit omnia
43 contraria. † Amplia, quia si pater dotauit filiam de bonis paternis & filiæ, & dos non sit excessiua, dicitur de suis bonis solum dotasse, non de bonis filiæ. Bald. Nouel. *de dote in 1. parte priuil. 6.* & est
* * communis opinio, & magis communis, vt inter * communes opi-
* nio. *lib. 1. de dotis promiss. fol.* 719. † Contrarium Hier. Gabriel. *cons.*
44 156. *num.* 25. vbi quod *l. fi. C. de dot. promiss.* quæ est exorbitans, & lo-
45 quitur in genero, non habet locum in filia. † Amplia; etiam in patre Iudæo, vel alterius sectæ; quia compellitur alere, & dotare, filias Christianas effectas secundum vires patrimonii. *l. cognouimus. C. de hæret.* Aretin. in *§. fuerat Instit. de actio.* & ibi Ias. *num.* 114. vbi dicit
46 Ang. habuisse in facto. idem Ias. in *auth. res quæ. C. comm. de leg.* † Amplia; quia pater censetur dotare de bonis suis paternis, etiam si sit administrator rerum filiæ, licet regula sit in contrarium in aliis, excepto patre Anchar. *consil.* 300. *Posset probabiliter, in princ. num.* 2. hanc
* dicit * communem Socin. in *l. 1. num.* 36. *ver. in glo. in ver. semper. ff. so-*
47 *luto matr.* † Contrarium tenet Bald. *cons.* 59. *lib.* 3. *circa med. ver. modo ergo.* Corne. *consil.* 124. *lib.* 1. *per totum.* Ias. in *d. l. 1. num.* 25. *ver. limita. ff. soluto matrim.* vbi Alexand. *num.* 17. *ver. ista tamen limita*, & est verior, quando pater dotasset vltra vires suas, vel quando esset protestatus, quod de bonis filiæ dotabat, vt per Soci. *d. l. 1. num.* 36. & 37. *ff. sol. mat.* vel quando extaret statutum. Bald. *consil.* 479. *Quando pater dot at, num.* 2. *lib.* 4. *ver. in dubio*, infra *num.* 51. *& seq. & num.* 90. *& nu.* 165.
☞ *& seq.* Vide, *Dos data à tertio quo nomine data censeatur. Conclus.* 786. Vi-
48 de plenius, *Dos soluta simpliciter ab obligato. Conclus.* 785. † Amplia;

quia pater sicuti tenetur dotare filiam pro matrimonio carnali, ita etiam pro spirituali, vt commode possit viuere, & seruire Deo. Bald. in *l. fin. C. de dot. promiss.* Bart. in *l. 1. §. si parens. ff. si quis à parente fuerit manumiss.* Bald. Nouel. *de dote in 6. parte priuil. 15.* & supra *numer.* 22. Vide, *Dos debetur pro matrimonio spirituali, sicut pro temporali. Conclus.* 730. † Extende in tantum, quod si semel fuit filia dotata, & ma- 49
ritata, & effecta vidua velit monachari, non potest pater minuere illi dotem, vt dicit Bald. vbi supra. † Amplia; quia pater tenetur 50
dotare filiam, etiam si filia habeat de suo, vnde possit dotari, dummodo pater idoneam habeat substantiam. Alexand. *cons. 7. col. fin. in princip. lib.* 2. vbi apostil. in *ver. etiam* & iterum idem Alexand. *cons.*
169. Visis instrumentis, numer. 4. *ver. quia videamus, lib.* 7. † Extende, 51
etiam si pater dixit, quod dotabat de bonis filiæ; quia de suo censetur dotasse. Ias. *§. fuerat, numer.* 105. *& sequen. Instit. de actio.* † Con- 52
trarium dicit Ias. *d. §. fuerat, numer.* 100. *& sequen. Instit. de actio. & numer.* 108. † Declara, quia si filia consensit protestationi patris 53
dotantis de bonis filiæ releuat patrem, alias secus, ita Aret. in *l. 1.*
numero 5. ff. solut. mat. vbi quod est notandum, & ibi etiam Alexand.
num. 17. *ver. tamen fallit*, quem videas, dat duas alias declarationes Angel. Aret. *cons.* 44. *Breuiter, in princ.* Ias. plen. in *§. fuerat, Inst. de act. num.* 105. *& seq.* vide sup. *num.* 46. † Declara, quando filia haberet 54
dotem, vel legatum dotis ab auo paterno; quia tunc pater etiam simpliciter dotando censetur compensare cum legato. Bald. *cons.*
360. *Quia dictum legatum, lib.* 4. *& cons.* 330. *lib.* 5. † Amplia; quia ne- 55
dum pater tenetur dotare filias, sed etiam auus tenetur dotare nepotes, videlicet filias filiorum, quando sunt in potestate aui. Fulgo.
cons. 197. *Zungus Ondadei, nun.* 2. *ver. & idem fortius*, & quod dicta de patre procedant etiam in auo paterno. Ias. in *Auth. res quæ, C. comm. de leg. in* 5. *col.* Castren. *cons.* 438. *Ad primum. num.* 5. *ver. nam & onus, lib.* 2. Angel. Aret. *cons.* 44. *Breuiter, in princ.* supra *num.* 25. *& seq.* † Con- 56
trarium videtur tenere Ias. in *l. 1. ff. solut. matr. nu.* 26. vbi, quod onus dotandi non prouenit à patria potestate, sed à proximitate; Ideo si pater potest dotare; quia sit diues, non tenetur auus, & hoc tenet Ant. de Butr. *d. cons.* 56. *per totum.* vbi quod pater tenetur, si habet castrensia sufficientia, non autem auus, licet habeat neptem in potestate; quia attenditur proximitas sanguinis, non patria potestas; si vero filius non habet castrensia, sed profectitia, dicit maius dubium esse. † Declara; quia sine dubio auus tenetur dotare ne- 57
ptem ex filio, quando filius est mortuus, in tantum, quod si esset præterita neptis, eo casu posset dicere testamentum nullum; secus si filius est in medio; quia non potest dici præterita; idem, si nõ dotata. Castren. *d. cons.* 438. *num.* 4. *& 5. lib.* 2. † Extende in tantum, 58
vt si pater dotasset neptem ex pecunia filii, in qua habebat vsumfructum, mortuo patre, filius deducit præcipuam pecuniam habitam à patre, & datam in dotem filiæ filii, & sic nepti. Fulgos. *d. cons.*
197. *per tot. & num.* 2. † Extende; quia auus tenetur dotare neptem 59
quando est in potestate, etiam si neptis habeat bona aduentitia. Castrens. *d. cons.* 438. *num.* 4. *& 5. lib.* 2. † Restringe; quia auus non 60
tenetur dotare neptem ex filio, quando filius habet modum dotandi, ita Cephal. *cons.* 105. *num.* 27. Ant. de Butr. *cons.* 56. *per totum.*
† Si vero filius non habet modum, tunc auus tenetur non pro- 61
pter se; quia non tenetur immediate, sed vti fideiussor filii. Ceph.
d. cons. 105. *numer.* 37. *& seq.* † Declara, quia quando pater non ha- 62
bet modum, auus tenetur dotare neptem, & dotando censetur tunc contemplatione filii dotare. Bart. *cons.* 131. *primo arguitur* cum aliis concord. per apostill. ad Ant. de Butr. *cons.* 56. *in verb. dedit dotem*, si vero pater est diues, & auus dotet; tunc non contemplatione filii, sed neptis censetur dotasse. Soci. *cons.* 33. *col.* 6. *lib.* 3. Alexand. *cons.*
8. *col.* 3. *ver. nec obstat, lib.* 3. † Amplia; quia onus dotandi filias in- 63
cumbens patri transit ad filios, & alios hæredes patris etiam extraneos; quia debent alere, & dotare filias, licet sint exclusæ à statuto. Fulgos. *cons.* 228. *in fi. num.* 4. *& 5.* Bart. in *l. si socer*, vbi etiam Castren. *ff. solut. matr.* idem Castrens. *cons.* 80. *num.* 1. *libr.* 1. Bart. in *l. si marito. §. si voluntate, numer.* 9. *& in l. pater dotem*, vbi Alexand. *numer.* 22.
ff. solut. matr. Alexand. *cons.* 169. *numer.* 5. *lib.* 7. Socin. *cons.* 57. *In causa, num.* 4. *lib.* 4. Abb. *cons.* 115. *Videtur in princ. libr.* 2. † Extende; quia 64
procedunt prædicta de iure communi, & Florentiæ secundum statuta. *lib.* 2. *rubr.* 29. *de hared.* disponentia, quod hæres teneatur ad omnia onera hæreditaria, & sub *rubr.* 130. quod filia exclusa per patruum, vel alium ab hæreditate patris debeat dotari de bonis paternis, ideo efficacius tenetur hæres, quia obligatur condictione ex statuto. Cast. in *l. si socer. ff. sol. matr.* pater autem officio iudicis, vt per Alex. *d. cons.* 169. *n.* 5. *& 6. lib.* 7. Soc. *d. cons.* 57. *n.* 4. *libr.* 4. Abb. *cons.*
115. *Videtur, in prin. lib.* 2. † Quid si vnus ex fratribus dotet propriam 65
filiam, an teneatur de sua portione tantum, an debeatur dos de portione omnium. Vide, *Socius omnium bonorum quæ communicat, &* ☞
ad quæ teneatur, vel non. Concl. 283. † Declara; quia omnis hæres eius, 66

qui obligatur ad dotandum, debet subire idem onus, quod defunctus habebat, quod intellige, quando excluditur filia, vel alia persona dotanda; si vero simul cum hærede succedit, secus est. Imol. &
67 Alex. in *l. post dotem. ff. sol. matr. in 2. qu.* † Et quod frater teneatur dotare sororem ex eodem patre, simpliciter Bart. in *l. cum plures. §. fi. ff.*
* *de administr. tut.* vbi* omnes. gl. fi. in *l. non omni. C. de admin. tut.* vbi Bar. Bald. Ang. & cæteri. Campeg. *de dote. q.* 23. plenissi. Tiraq. *de iure pri-*
68 *mogen. q.* 62. vbi plenissi. Menoch. *cons.* 81. *n.* 2. † Et videtur fratres tenere in subsidium non simpliciter, vt dicit Calcan. *cons.* 11. *n.* 16. *ver. item fratres*, idem tenet Cast. *cons.* 436. *n.* 3. *Ad confirmationem. lib.* 1. vbi, quod frater tenetur dotare sororem inopem, si potest, & quod in subsidium teneatur. Soc. Iun. in *l.* 1. *nu.* 199. *ff. sol. matr.* vbi de com-
* muni,* & ibi Visitarinus *n.* 124. Vide infra proxime, *ver. restringe. nu.* 77. *&* 78. & ita Bald. in *l. fi. ver. sed nunquid col.* 2. *C. de dot. promiss.* Bald. Nouel. *de dote in 6. par. priui.* 16. Curt. Iun. *cons.* 10. *col.* 3. Crau. *cons.* 189.
69 *in princ.* † Amplia; quia etiam frater diues tenetur alere, & dotare sororem ex eodem patre inopem, si aliunde non habeat. Fulgos. *cons.* 228. *col. pen. n.* 2. *& seq. ver. illud receptum.* Corn. *cons.* 124. *nu.* 6. *lib.* 1. Alex. in addit. ad Bar. in *l. fi. C. de iure dot. in ver. si pater* sequitur consilium Fulgos. Ias. *d. l.* 1. *n.* 31. *ff. solu. matr.* Ias. in §. *fuerat. nu.* 105. *Instit. de actio.* vbi secus, si soror habet de suo, vel frater non potest. Castr. *cons.*
70 469. *Ad primum. nu.* 3. *ver. tertio principaliter. lib.* 1. † Extende, vt teneatur, etiam si semel dotasset, quando sine culpa sua mulier dotem
71 amisit. Bald. in *l. fi. col.* 2. *ver. sed nunquid, C. de dot. promiss.* † Extende, vt multo magis teneatur dotare frater sororē exclusam ab hæreditate patris. Corn. *d. cons.* 124. *nu.* 5. *lib* 1. Abb. *cons.* 12. *Ad primum nunquid, num.* 5. *in* 7. *dubio. lib.* 1. vbi, quod frater duplici vinculo tenetur, & quia est frater; & quia est hæres patris. Soc. *consil.* 57. *nu.* 4. *& seq. lib.* 4.
72 † Et quod teneatur frater dotare sororem ex eodem patre, vel ex
* vtroq; parente natam. Ias. in *l.* 1. *nu.* 29. *ff. sol. matr.* vbi, quod nullus* discrepat in hoc. Abb. *cons.* 12. *in* 5. *dub. & per tot. libr.* 1. & idem dicit simpliciter Bald. Nou. *de dot. in 6. par. priuil.* 16. *ver. in fratre autem*, vbi
73 simpliciter, & absolute. † Et procedit; etiam si frater repudiauit hæreditatem patris gl. in *l. cum plures. §. tutor*, vbi Bar. *ff. de admin. tutor.* glo. & Bart. in *l. non omni. C. eod.* Abb. *cons.* 12. *Vt clare materia, in* 7.
74 *dubio. lib.* 1. Ias. in *l.* 1. *ff. solut. matrimon.* † Extende; quia si frater est diues, tenetur etiam sororem vterinam inopem dotare. Campeg. *de dot. q.* 23. *in fin.* plene Tiraq. *de iure primog. q.* 62. *nu.* 3. *& seq.* Visitar. in
75 *l.* 1. *num.* 124. *ff. solu. matr.* † Extende, etiam si frater clericus existat; quia potest de redditibus Ecclesiasticis dotare nedum sororem inopem, sed etiam consanguineam inopem. Ias. *d. l.* 1. *nu.* 30. *ff. solut.*
76 *matr.* † Contrarium, quod frater non teneatur dotare sororem, est tex. in *l. cum plures. §. pen. ff. de admin. tutor.* qui licet loquatur in sorore tantum vterina; tamen gl. ibi extendit ad sororem vtrinque coniunctam; quia paternum, & non fraternum officium est dotare. *l.*
77 *fi. C. de dot. promiss.* Ang. *cons.* 209. *Petrus, in princ.* † Restringe; quia in dubio frater censetur de proprio patrim. sororis dotasse non de suo, maxime, quando frater administrat bona sororis, vel patris, ex quibus soror dotari debet. Bar. in *l. Nesennius. num.* 5. *ff. de neg. gest.* Bal.
* in *l. fi. col. pen. ver. alii dicunt. C. de dot. promiss.* vbi dicit* communem. Soc. *cons.* 291. *num.* 11. *ver. præterea dico. lib.* 2. Boer. *cons.* 51. *nume.* 4. Non enim verisimile est fratrem, ad quem onus dotandi non spectat,
78 velle de suo dotare. Rimin. *cons.* 198. *num.* 6. *lib.* 1. † Restringe; quia non tenetur dotare, nisi in subsidium, quando soror aliunde non habet. *l. cum plures. §. cum tutor, & l. seq. §. fi. ff. de admin. tut.* gl. in *l. non o-*
* *mni, in ver. nullo. C. eod. tit.* Alexand. & omnes,* in *l.* 1. *ff. sol. mat.* Bero. *q.* 113. *num.* 6. Boer. *decis.* 129. *num.* 7. Alciat. *resp.* 153. *num.* 3. Lopez. in *repet. c. per vestras. §.* 20. *ver. item frater, de donat. int. vir. & vxor.* & commu-
* nem* dicit Rip. *d. l.* 1. *numer.* 83. *ff. sol. matr.* & vide sup. prox. *ver. & videntur. num.* 68. Castren. *d. consil.* 469. *num.* 3. *libr.* 1. & ideo si fratres minores dotarunt filiam vltra summam designatam à patre; stante statuto, quod non succederet fœmina, sed deberet dotari, quatenus dotarunt supra summam debitam, & eis obuentam possunt
79 repetere. Cast. *cons.* 469. *Ad primum. n.* 3. *ver.* 3. *princ. lib.* 1. † Restringe in sorore vterina tantum; quia frater vterinus non tenetur dotare. Alex. & Ias. *d. l.* 1. *n.* 30. *ff. sol. mat.* & idem Bald. Nou. in *d. tract. de dot.* 6. *par. priuil.* 16. Bar. in *l. cum plures. §. fi. ff. de admin. tut.* glo. in *l. non omni. C.*
80 *de admin. tut.* † Restringe; quia si soror est maritata, non tenetur fra-
81 ter dotare. Soci. *cons.* 17. *n.* 10. *lib.* 1. † Amplia; quia mater diues tenetur dotare filiam, quando pater non habet modum. Crau. *cons.* 77.
per tot. vbi, quod paupertas patris debet probari. Corn. *cons.* 282. *nu.*
* 9. *in fi. & seq. ver. nec etiam obstat. lib.* 1. & hāc communem* dicit Ias. in *l.* 1. *n.* 28. vbi Rip. *n.* 79. *ff. sol. matr.* Cāpeg. *de dote, q.* 22. Tiraq. *de iure primog. q.* 62. *nu.* 8. Castr. *cons.* 436. *Ad confirmationem. col.* 2. *ver. præterea statutum. li.* 1. Doct. in *auth. res quæ. C. comm. de leg.* Cyn. Bar. & Bald. Salyc. & alii in *l. neque mater. C. de iure dot.* Cuma. in *l. à filia, in prin. ff. ad Treb.*
* vbi dicit* communem. Soc. *cons.* 215. *Visa prædictā. col.* 2. *li.* 2. Boer. *dec.*
129. *n.* 3 imo præsumeretur eo casu dotasse de suo. Alex. *cons.* 144. *n.*
14. *li.* 6. Rip. in *l.* 1. *n.* 79. *ff. sol. mat.* † Extende; quia cū talis dotatio sit 82
necessaria eo casu in matre valebit sine mondualdo. Crau. late *cōs.*
205. *n.* 3. *&* 4. † Et quod mater teneatur dotare filiam. Bald. in *l. neq;* 83
mater. C. de iure dot. Alex. in *l. fi. C. de iure dot.* in addit. ad Bar. in *ver. si pater ex opposito*, vbi relatiue idē in fratre. † Cōtrariū tenēt aliqui, quos 84
citat Tiraq. *de iure primog. qu.* 62. *n.* 8. & quod non teneatur mater est text. in *l. mater. C. de iure dot.* Docto. *in l. fin. C. de dot. promissio.* Tiraquel.
in leg. boues. §. *hoc sermone, limit.* 9. *numer.* 14. *ff. de verb. signific.* Castrens. *consil.* 400. *Viso puncto, in fin. lib.* 2. allegat *l. neq; mater. C. de iure dot.*
† Declara, quia mater non tenetur dotare filiam nisi pater, & 85
frater puellæ essent inopes, sicut dicitur de alimentis. *leg. si quis à liberis. ff. de liber. agnoscen.* & ita tenent Dyn. Cyn. Bartol. Bald. Alberic. & Fulgos. *d. authen. res quæ. Cod. communia de leg.* Baldus *in dict. leg. mater. Cod. de iure dot.* Cuma. *in leg. à filia, in princip. ff. ad Trebellian.*
Ias. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* Socin. *consil.* 215. *colum.* 3. *in princip.* & hæc est
magis communis * opinio, quod non teneatur nisi in subsidium. *
Baldus Nouel. *de dote, in 6. part. in* 3. *priuil. num.* 2. Campeg. *d. tract. in* 1. *parte, quæst.* 22. Boer. *decis.* 129. *num.* 3. Ias. *in d. §. fuerat, Instit. de actio. num.* 115. *ver. nam regulariter mater non cogitur.* † Extende, quia mater, 86
& alii, qui tenentur in subsidium, tenentur cum moderamine, ne egeant ipsi. Castrens. *in l. maritum. num.* 8. *ff. solut. matrim.* quia magis sibi, quam alteri prouidere debet. *l. si quis liberis. §. fin. ff. de liber. agnoscen.* Afflict. *decis.* 290. *numer.* 9. Calcan. *consil.* 7. *numer.* 19. quia
vnum altare non debet cooperiri, vt aliud detegatur, *cap. cum causam de præben.* † Contrarium tenent Angel. & Salyc. *in dict. authent.* 87
res quæ. C. communia de leg. Angel. *in dict. l. à filia. ff. ad Trebellia. & in l.*
fin. C. de dot. promissio. Roman. & Alexand. *in leg.* 1. *ff. solut. matrim.*
† Quid si mater simpliciter dotauit filiam de propriis bonis ex- 88
istente filio hærede patris, qui tenebatur, an repetatab eo, videtur, quod sic, cum gesserit negocium filii. *leg. soluendo. ff. de neg. gest.* glo. *in l. si pupilli. §. item quia. ff. eod.* ideo repetet. *leg. si quis à liberis. §. si*
mater. ff. de lib. agnosc. Castr. *consil.* 96. *Si domina Cornelia. lib.* 2. † Con- 89
trarium, quod præsumatur dotasse animo donandi, & de suo dotandi, gloss. quam sequitur Alber. *in l.* 3. §. *sed vtrum*, *in fin. verbis. ff. de minor.* Bald. *in leg. fin. C. de dot. promiss. colum. fin. ver. quæro quid*, & facit text. *in leg. cum ijs. §. si mulier. ff. de cond. indeb.* vbi Castren. dicit, quod mater soluens dotem de suo credens teneri ex pietate, licet erret, non repetit solutum, quia adhuc militat causa pietatis. † Declara, nisi mater gereret negocia filiæ, vel filii obligati do- 90
tare, quia in dubio videtur animo gerendi negocium filiæ, vel filii, alias secus. Corn. *cons.* 255. *Circa primum. colum.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 75.
Videtur, colum. 2. *lib.* 4. & hoc procedit etiam in extraneo. *l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio.* & mater dicitur extranea in hoc. *l. fin. §.*
similiter. C. de iur. dot. l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxor. actio. & sup.
num. 46. *& sequent.* † Extende, quia si filia reperitur dotata à pa- 91
tre in testamento post mortem patris maritetur à matre vidua cum maiori dote, censetur fecisse animo donandi, & voluisse de suo augmentare dotem, vt per Bald. Nouell. *in tract. de dote, in* 6.
parte in 3. *priuil.* vbi ita limitat *l. fin. cum ibi not. C. de dot. promiss.* † Ex- 92
tende etiam in matre hæretica, vel hebræa, quia tenetur dotare filiam etiam diuitem. Bald. Nouel. *de dote, in 6. par. priu.* 16. *nu.* 4. † Ex- 93
tende; quia mater potest non solum dotare filiam volens, & obligatur ex sua promissione. *l. neque mater, & in l. neq; auia. C. de iure dot.*
imo etiam, quod plus est; maritus ipse viuens potest dare in dotem res vxoris, ipsa consentiente filiæ communi. *l. mater. C. de iure dot. l.*
siue vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. † Declara, quia arbitrarium est 94
iudici, qui iudicare debet matrem diuitem teneri. Socin. Iun. *in leg.* 1. *num.* 197. *ff. solut. matrim.* † Extende, vt id, quod dicitur 95
de matre, procedat etiam in auia, seu proauia. Rip. *in l.* 1. *num.* 81.
ff. solut. matrim. vbi, quod etiam auus maternus tenetur in subsidium, sicut mater dotare. Bal. Nouel. *de dot. in 6. par. priuil.* 16. *& vbi*
filia, vel neptis. num. 3. † Quid si extant mater, & fratres diuites, cui 96
incumbat onus dotandi pauperem filiam, & sororem, tres sunt opiniones: prima, quod teneatur mater: secūda, quod sit in optione petentis: tertia, quod quilibet pro dimidia teneatur, ita tenet vltimo loco Socin. Iun. *d. l.* 1. *num.* 200. *ver. sed vltra. ff. sol. matr.* † Am- 97
plia; quia filius tenetur dotare matrem inopem, ne sequatur dedecus filio; & familiæ, alias non. Baldus Nouel. *d. tract. de dote. in*
princip. priuil. 16. *num.* 5. *in* 6 *parte.* † Contrārium tenet Campegi, 98
de dote. quæstion. 25. Roman. *consil.* 413. *Quoad primum. numer.* 6. *verb. si*
enim Raynaldo huic, & pro reg. ponit istud contrarium Alexand.
in l. 1. *ff. solut. matrim. num.* 20. *ver. quid de patruo.* † Amplia, quia so- 99
ror tenetur alere fratrem inopem, & redimere ab hostibus, sicut è contra. Castrens. *consil.* 436. *nu.* 3. *lib.* 1. † Amplia, quia etiam auia 100
paterna in subsidium tenetur dotare neptem. Rip. *in d. l.* 1. *nu.* 81. *ff.*
sol. mat. † Regulariter non tenetur. *l. auia, cum ibi not. C. de iure dot.* 101

† Amplia,

102 † Amplia; quia pater ſicuti tenetur alere filiam ſpuriam; ita tenetur illam dotare. Bar. in *l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoſcen.* vbi pro caſu allegat tex. in *l. vxori. §. pater naturalis. ff. de leg. 3.* & idem dixit in *l. Mouius. §. duobus, in 3. q. num. 18. ff. de leg. 2.* Dec. *conſ. 576. in princ.* Bald. in *l. fin. C. de dot. promiſſ.* Iaſ. in *§. fuerat, Inſtit. de acti.* Alexand. Socin. & Iaſ. in *l. 1. ff. ſol. matr.* quos videas, quia videntur diſſentire Alexand. & Socin. & quod debeatur dos filiæ ſpuriæ, vbi, quod propter æquitatem naturalem. Deci. *conſ. 611. Magnif. Pandulphus, & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ Nouæ. col. 13. verſ. ſecundus caſus, de conſt.* Io. Lup. in *rep. c. per veſtras. §. 23. ſuper tex. ver. ſed pulchrum eſt, de don. int. vir. & vxo.* & hodie de iure Canonico eſſe deciſum, quod tenetur alere filiam ſpuriam, & conſequenter dotare, dicit Socin. *d. l. 1. num. 45. ver. ter-*
103 *tia concluſio. ff. ſolut. matr.* † Et quod pater teneatur dotare filiam ſpuriam Aretin. *Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili. num. 5. & 6.* vbi, quod tenetur alere, & licet nihil dicat de dote, tamen Socin. in *l. 1. nume. 45. ff. ſol. matr.* dicit, quod etiam tenetur dotare filiam ſpuriam pater ob eandem rationem. Fortun. Gart. *tract. de vlt. fin. iur. cano. & ciui. num. 141. & ſequen.* vbi, quod tenetur pater alimentare, & dotare filiam ſpuriam, ſi non habet aliunde, & plures allegat Io. Boſchet. *tract. de legiti. nupt. lib. 5. numer. 31. & ſequent.* Io. Campeg. *de dote. quæſt. 17.* vbi pro vtraque parte. Ruin. *d. l. 1. ff. ſol. matr. num. 165.* dicit, quod tenetur pater alere, & dotare pro modo alimentorum, ne
* filia ſe proſtituere compellatur, & magis communem * dicit Hier.
* Gab. *conſ. 25. num. 3. libr. 1.* & communem * dicit Roland. *conſil. 74.*
* *numer. 38. & ſequen. lib. 1.* vbi *numer. 43.* citat plures, & plenius *conſil.*
* *89. libr. 3.* vbi *num. 4.* dicit communem, & *numer. 7.* dicit magis * communem, & nouiſſime M. Ant. Peregr. *de iure fiſci. libr. 3. titul. 18. de natural. & ſpur. numer. 78. & ſeq.* Abb. *conſil. 115. Videtur primo, in princ. lib. 2.* vbi quod maior ratio eſt in dote, quam in alimentis. Angel. Aret. *conſ. 81. In themate ſupradicto. num. 19. & ſeq. ver. tertio nulli dubium.*
104 † Contrarium, quod pater naturalis, & multo magis ſpurius non teneatur dotare filiam ſpuriam, ſed dumtaxat alere, ſi non habet, vnde viuat. Campeg. *de dote, quæſt. 17. in princ.* vbi dicit * communem
* & plures citat, & quod iſta ſit magis communis * opinio dicit Boer.
105 *deciſ. 127. num. 13.* vide infra *numer. 159.* † Declara; quia ſicuti alimenta debentur vſque ad modum licitum neceſſitatis; ita etiam dos, vide Peregr. *de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. num. 69. & ſeq.* vbi, quod ſicuti legatum alimentorum non indigenti ſpurio non valet; ita neque dos, & qualia debeantur, an pro ſola neceſſitate, an pro qua-
☞ litate perſonarum. Vide, *Alimenta qualiter taxanda. Concluſ. 285.*
106 † Declara; quia de iure canonico communis * eſt opinio, quod ſi-
* cuti pater tenetur alere filiam ſpuriam, ita etiam dotare, vt de*
* communi Guiliel. Ponta. de Peruſ. in *l. 1. ff. ſolut. matr. num. 48. circ. ſi.*
107 & Roland. à Vall. *conſ. 85. num. 4. & 7. lib. 3.* † Et maxime in filia ſpuria nobili. Boer. *deciſ. 127. num. 12.* vbi plures citat, & maxime Principum ſpuriæ ſunt omnino dotandæ. Boer. *d. deciſ. 127. numer. 17.*
108 † Declara, vt per Campeg. vt poſſit dotare, ſi velit, ſed non poſſit compelli, niſi dare dotem pro alimentis, vel hocin ſtatu Eccleſiæ, & non extra; quia eſſet trahere onus alimentorum ad dotem. Campeg. *d. tract. de dote, q. 17.* & hanc differentiam an ex voluntate, vel neceſſitate, tenet etiam Crauet. *conſ. 199. num. 5. in fi. & num. 10.*
109 *in fin.* † Extende; quia etiam tenetur pater dotare ſpuriam ex mo-
* niali procreatam, communem * dicit M. Ant. Peregr. *de iure fiſci. lib.*
110 *3. tit. 18. num. 56. & ſeq.* vbi ampliat, & limitat multis modis. † Declara; quia ſi pater dotat filiam ſpuriam, donec dos eſt penes maritum, non poſſunt conſanguinei auocare à marito; quia habet titulo oneroſo, eo mortuo poſſunt auocare à filia ſpuria; quia habet titulo lucratiuo vltra alimenta, & non valet donatio. Bart. in *l. fin. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. credit.* & ſequitur apoſtill. ad Bart. *conſil. 119. lib. 1. in ver. dotem dare,* ſequitur Abb. *conſ. 115. Videtur primo, colum. 2. ver. ſed profectò, per tot. libr. 2.* Card. Palæott. *tract. de nothis, & ſpur. cap. 49. & 50.* vbi alios citat, Alb. Mandell. *conſ. 44.* vbi ſequitur Abb. &
111 Rol. à Vall. *conſ. 85. in fin. lib. 3.* vbi latiſſime. † Vide tu Riminal. Iun. *conſ. 380. num. 65. & ſeq.* vbi ſi fundus datus eſt in dotem ſimpliciter vel dos data eſt ſimpliciter; quia tunc mortua muliere ſpuria non reuertitur ad hæredes patris dotantis in præiudicium mariti, etiam ſi ſit exceſſiua; ſi vero eſt data ad vſum fructum tantum; quia finitur morte, bene reuertitur; & idem eſt, ſi data eſt exceſſiua marito ſciente ducere vxorem ſpuriam; ſecus, ſi ignorauit; aut remanet ſpuria mortuo marito, & ſemper illud, quod excedit, poteſt repeti; aut extant filii, & non retinent, niſi commenſurata ſit data ad alimenta, allegat Bulgari. in *l. 1. ſolut. matr. num. 20.* & alios Lup. in *cap.*
112 *per veſtras. §. 24. num. 3.* † Imo quod per agnatos hæredes patris poſſit auferri à ſpuria filia, quicquid conſequitur nomine dotis à patre poſt mortem mariti, etiam ſi extant filij ex ſpuria; quia non valet donatio, neque legatum. Bartol. *dict. conſil. 119. in princip. libro 1.* Abb. *dict. conſil. 115. lib. 2.* Capic. *deciſ. 181. per totam,* pleniſſime Deci-

conſ. 310. In caſu. numer. 3. vſque in fin. & Gabriel. *conſil. 25. numer. 15. in fin. lib. 1.* Crauet. *conſil. 186. numer. 16.* vbi alios citat, latiſſime Rimi-
* nald. Iun. *conſil. 380. numer. 34. & ſeq.* vbi hanc tuetur vti * communem. Menoch. *conſil. 60. numer. 29.* & M. Ant. Peregr. *de iure fiſci. lib. 3.*
tit 18. num. 80. vbi late. † Contrarium, quod imo filia ſpuria poſ- 115
ſit libere dotari à patre, & conſequatur dotem abſque eo, quod illam reſtituat mortuo marito, ſed tranſmittat ad liberos, & diſponat, tenent per rationem; quia pater tenetur hedum alere filiam ſpuriam, ſed deſcendentes ex ea. Crauet. *conſ. 917. numer. 6. &*
ſeq. plenius *conſ. 336. num. 44. & ſeq.* & hanc partem tenet M. Ant. Peregr. *de iure fiſci. lib. 3. tit. 18. num. 81. ver. ſed contra.* † Et quod pa- 114
ter poſſit dotare filiam ſpuriam, & dos non exceſſiua ſit perpetua, non autem reuertatur ad patrem, vel hæredes patris, conſuluit Bero. *conſil. 165. per tot. lib. 2.* maxime *num. 22. & ſeq. per tot. verſ. quarto poſito,* vbi comprobat ea potiſſima ratione; quia licet de iure ciuili nihil poſſit relinqui, vel dari ſpurio, de iure tamen canonico poſſunt alimenta legari, imo debentur, & dos ſpuriæ fœminæ; ergo ſecundum ſuam naturam, vt alimenta ſint durante vita, dos vero tranſeat ad filios; quia patrimonium mulieris, & ſemper actus intelligitur ſecundum ſuam naturam permiſſus. & *num. 28. & ſeq.* ad-
ducit Bart. pro hac parte, & *num. 34. & ſeq.* tollit contraria. † Et 115
idem tenet Crauet. *conſ. 917. num. 7.* vbi dicit dotem filiæ ſpuriæ datam à patre ad filios ex ſpuria ſpectare, ſi pater prolem legitimam non reliquit, alias ſecus; quia tunc ad patrem, & filios legitimos 116
reuerti. † Et Bald. *conſil. 262. Recolo. num. 2. verſic. ſequens quæſtio, lib. 1.* quod duplicatur *conſ. 446. num. 8. lib. 5.* dicit; quod ſicuti alimenta poſſunt donari ſpuriis naturali pietate inſpecta de iure canonico; ita etiam dos filiæ ſpuriæ, & quod ſi non poſſent dotari, cogerentur meritricari, & quod ad ſpuriam ſpectabit; quia ſemel facta eſt alienabilis, ſequitur Boer. *deciſ. 127. nu. 17.* vbi, quod in hac materia eſt conſilium ſingulare. † Et idem Bald. *conſ. 267. Ad eui-* 117
dentiam. num. 6. & ſeq. lib. 1. vbi, quod ſicut poteſt pater donare alimenta vt habeat illa perpetuo; ita etiam poteſt donare dotem perpetuam arbitrio iudicis ſecundum menſuram alimentorum.
† Et M. Ant. Peregr. in *tract. de iure fiſci. lib. 3. titul. 18. numer. 81. ſed con-* 118
tra. dicit, quod ſi extant filii; dos data filiæ ſpuriæ tranſit ad filios, non autem reuertitur ad patrem, vel filios patris propter conſuetudinem Bulgar. approbatam, de qua in *l. dos à patre. C. ſolut. matrim.* quia ſicuti ea conſuetudo extenditur in præiudicium lucri mariti, ita etiam pro filiis ſpuriæ in præiudicium hæredum patris dotantis. † Et quod ſi extant filii ex ſpuria dotata, ipſi retineant 119
dotem datam à patre, dummodo proportionabilis; & commenſurata ſit, tenet Riminald. Iun. *conſil. 380. nu. 65. & ſequent.* allegat Bulgar. in *l. 1. ff. ſolu. matr. numer. 20.* & alios, & hoc videtur de mente Lupi in *c. per veſtras, §. 24. numer. 3. de don. inter vir. & vxor.*
† Et facit alia ratio; quia ſicuti tenetur pater alere filiam ſpuriam, 120
ita etiam tenetur alere filios ex ſpuria. Abb. in *dict. c. cum haberet, col. fin.* quod intelligas tamen; niſi aliunde haberent filii; quia tunc non procederet argumentum in alimentis, neque forte in dote hac de cauſa argumentando, vt per M. Ant. Peregr. *de iure fiſci, lib. 3.*
tit. 18. numer. 64. vbi loquitur in alimentis, & *numer. 81. in fin.* † Ex- 121
tende multis modis, quibus filia ſpuria poteſt dotari à patre; nec fit commenſuratio ad alimenta; vt late per M. Ant. Peregr. *de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. numer. 83. & ſequ.* vbi ponit nouem limitationes, in quibus pater licite dotat filiam ſpuriam arbitrio ſuo, nec dos reuertitur ad patrem. † Contra præmiſſa tenet Abb. *d. conſ. 115. Vi-* 122
detur primo, col. 2. fin. ver. nunquid debeat, lib. 2. vbi, quod ſicuti alimenta ſpuriæ debentur ad illius vitam tantum, & ea mortua amplius non debentur, ita etiam dos, quæ ſuccedit loco alimentorum; quia *c. cum haberet*, mandat ſolum neceſſaria ſubminiſtrari, nec tranſmittit ad filios, niſi ſit dictum; quia non etiam tranſit ad filios dos data filiæ legitimæ, & naturali de iure communi, ſed ex conſuetudine. † Declarat Bero. *d. conſ. 165. lib. 2. numer. 34. & ſeq.* quod 123
conſilium Abb. habet locum, quando filia eſſet ſpuria, & inceſtuoſa ſimul, vel quando aderat pactum; alias eſſet contra communem opinionem. † Crauet. vero *d. conſ. 917. n. 7.* diſtinguit, quod 124
ſi extant filii legitimi & naturales, & ad eos tranſit; aut non extant & reuertitur, & idem dicit Gabriel. *conſ. 25. num. 13. & n. 18. li. 1.* quia filiis debentur eadem alimenta ab auo, ſi non habent aliunde. Riminal. Iun. *conſ. 380. nu. 65. & ſeq.* idem admittit pro portione rationabili alimentorum filiis debitorum. † Extende maxime ſtante 125
ſtatuto, quod maritus non extantibus filiis lucretur partem; quia extantibus filiis ipſi ſuccedunt. Riminald. Iun. *conſ. 380. num. 32. &*
ſeq. † Et quia pater ſicut poteſt alimenta legare; ita etiam dotem 126
ita Socin. in *l. 1. numer. 45. ff. ſolu. matr.* vbi, quod ſicuti hodie tenetur alere filiam ſpuriam, ita etiam dotare. Roland. à Valle *conſilio 74.*
numer. 38. & ſequen. lib. 1. vbi dicit * communem. † Declara; quia ſi 127

dos est congrua, & non excessiua data filiæ spuriæ, prout si filia esset ex nobili; & diuite; quia vsque ad summam scut. 3500. non dicitur excessiua. Deci. *consil.* 611. quem refert, & sequitur Palæott. *de spuriis cap.* 50. *in princip.* & de alimentis datis in dotem scut.
128 1200. singulo anno, Gabriel. *consil.* 25. *numer.* 17. *libr.* 1. † Declara; quia si maritus superuixit spuriæ, quo ad eum dicitur titulo oneroso, & retinet, etiam si sit excessiua; si vero vxor spuria superuixit, secus est; quia non retinet excessum; imò mortua spuria de iure communi reuertitur ad patrem, vel hæredes patris spuriæ,
* communem * opinionem dicit Roland. *dict. consil.* 74. *numer.* 49.
129 *libr.* 1. † Declara; quia cautela est, quod pater relinquat filiæ pro dote, vel det in dotem, quod sibi placet, & addat clausulam, quod sit filiæ spuriæ vsque ad quantitatem alimentorum, & residuum sit filiorum ex ea; quia tunc filii habebunt. Bart. in *l. fin. col.* 2. *ff. de ijs, quib. vt indign.* sequitur Capic. *decis.* 181. *numer.* 4. *vsque in fin.* vbi in fi. dicit, quod si extant filii legitimi, non potest excedere vltra
alimenta vnciam vnam. Palæott. vero *de spur. cap.* 50. *in fin.* dicit,
quod melius est, quod det marito spuriæ, & idem dicit Gabriel.
130 *d. consil.* 25. Roland. à Valle *consil.* 74. *in fin. lib.* 1. † Declara; quia si extat statutum de lucranda dote, maritus lucratur non obstante, quod sit reuersura ad hæredes patris spuriæ. Crauet. plene *consil.* 186. *numer.* 16. vbi alios plurimos citat. Riminal. Iun. *consil.* 380. *numer.* 32. vbi in fin. postquam pro vtraque parte allegauit, distinguit; aut maritus scit spuriam, & sibi imputet; aut ignorauit, &
131 secus est. † Declara; quia facilius admittitur alimentatio, & dotatio exuberans in patre volente, quam in patre coacto. Crauet.
132 *consil.* 199. *num.* 5. *in fin.* & *num.* 10. Boer. *decis.* 127. *num.* 11. † Declara; quia præscribitur spatio 30. annorum per spurium; item si non fuit pretium intra duos menses, succedit fiscus, & potest dari de iure tertii. Crauet. *consil.* 166. *num.* 13. *vsque in fin.* Cephal. *consil.* 152. *num.* 49. vbi dicit hoc procedere, etiã si præscribens errauit in iure, & hanc
* communem * dicit M. Ant. Peregr. *de iure fisci tit.* 18. *in fi.* allegat Bar.
133 *consil.* 119. *D. Dominicus, nu.* 4. qui tenet contrarium. † Non tamen suf-
134 ficit præscriptio 10. vel 20. annorum. Alex. *consil.* 74. *in fin. lib.* 3. † Tu dicas, quod pater potest dotare filiam spuriam, assignando dotem quæ sufficiat pro alimentis, prout etiam potest assignare alimenta semel pro toto tempore, & si non est excessiua dos, vel assignatio valet perpetuo; si excessiua, quoad maritum valet; quoad vero filiam, secus est, ita Roland. à Valle *consil.* 74. *num.* 39. & *seq.* ponit primam, & *num.* 48. & *seq.* ponit secundam concl. *lib.* 1. & *consil.* 85. *lib.* 3. & in alimentis, quod possit aliquid certum dari cum proprietate, quod sit proportionatum ad alimenta. Couarru. *de sponsal. c.* 8. *part.* 2. §. 6. *num.* 15. Bald. *consil.* 488. *num.* 5. *lib.* 1. M. Ant. Peregr. *de iure fisci,*
135 *tit.* 18. *nu.* 77. † Extende; quia multo magis valet legatum dotis, & alimentorum factum per patrem filiæ spuriæ de alimentis, vt est tex. in *c. cum haberet de eo, qui duxit in matrim.* quam polluit per adulterium, & de vtroque Bart. in *auth. ex complexu, C. de incest. nupt.* vbi, quod ita consuluit, & Mathes. il. *Singul.* 147. *nota singulare dictum*, &
136 de vtroque Abb. *consil.* 115. *in princip. lib.* 2. † Extende; quia etiam de bonis subiectis fideicommisso debet dotari filia quantumcunque spuria. Iaf. in *authen. res quæ, C. comm. de leg. colum. penul. versiculo septimo limita*, nam filia dicitur creditrix in dote, & debet officio iudicis dotari, & bona, quæ pro sua dote sunt necessaria, censentur nunquam fuisse in fideicommisso, & vt æs alienum deduci debent. Bart. in *l. à filia, in princip. ff. ad Trebell.* vbi Alexander idem Bart. in *l. cum auus, ff. de cond. & demonstr.* Soci. ibi *num.* 20. & ista obligatio de dotanda filia inhæret bonis, in tantum, quod transit ad
137 quemcunque possessorem. Castr. *consil.* 80. *lib.* 1. † Restringe, quando filia bastarda est maritata, & reperitur dotata, etiam si esset dos data ab extraneo amore Dei, vel haberet de suo, vt quia sterit ad famulandum, vel aliunde haberet; quia pater non tenetur dotare de suo. Bald. *d. l. fin. C. de dot. promiss. & in l. cauitatibus, ff. de leg.* 1. & tali casu non etiam poterit filia bastarda implorare officium iudicis.
138 Bart. in *l. obligationis, ff. de actio. & oblig.* † Limita; quia pater non tenetur dotare filiam maritatam sine dote in vita sua, sed stante statuto, quod teneatur dotare post mortem patris, filia debet habe-
139 re dotem. Castrens. *consil.* 266. *Licet ista D. Lisa, in princip. libr.* 1. † Et quod pater non teneatur dotare filiam nuptam, quando marito nulla fuit dos promissa. Alexand. *consil.* 61. *In causa, & lite, num.* 4. *ver.*
140 *item nec D. Iusta, lib.* 7. vbi dicit magis * communem. † Contra-
* rium tenet Alexand. *consil.* 56. *In præsenti, numero* 5. *versicul. quod maritus; lib.* 4. vbi apostill. in *ver. & bene*, citat plures concord. videlicet
* *decis. Tholos.* 290. & hanc magis * communem dicit Alexand. *consil.* 169. *Visis instrumentis, numer.* 2. *lib.* 7. Curt. Sen. *consil.* 27. Socin. *consil.* 57. *lib.* 4. Bertrand. *consil.* 161. *Supposito, col.* 1. *lib.* 1. Iaf. in *authen. præterea*
141 *colum.* 2. *C. vnde vir & vxor.* † Declara patrem naturali ratione, & legis obligatione ita teneri dotare filiam, *l. obligamur*, §. *lege, ff. de actio. & obligat. l. qui liberos, ff. de titul. nupt. l. fin. C. de dot. promiss.* Iaf. post alios in *authen. res quæ, numer.* 14. *C. comm. de leg.* quod licet sine dote sit filia nupta, & maritus confessus sit pluries sine dote eam accepisse, nihilominus tam mulier, quam maritus à patre mulieris possunt petere, & consequi dotem. Vide Socin. *reg.* 3. *Pater filiam dotare tenetur*, vbi limitat quinque modis. † Limita; quia pa- 142
ter non tenetur in testamento legare dotem filiæ, prout tenetur illam dotare inter viuos, si contrahit matrimonium. Bald. *consilio* 79. *Casus talis est, Zeno. numer.* 3. *verficul. modo venio, lib.* 1. † Limita; 143
quando statutum aliter disponeret, quod neptes ex filio in potestate dotarentur ab auo paterno; quia tunc onus spectat ipsi auo, si habet modum, non autem patri, & dos aui succedit loco dotis patris, ita quod non erit filia iterum dotanda à patre. Bald. *consil.* 321. *Materia ista, lib.* 3. † Limita; quia hoc in dubio procedit; secus si 144
pater dotando expressit, quod dotabat de bonis maternis filiæ, quia tunc de suo non præsumitur dotasse. Angel. *d. consil.* 209. *ver. hoc præmisso, per tot.* Bald. expresse in *l. fin. in princip. C. de dot. promiss. ver. textus tamen.* Soci. *consil.* 200. *num.* 3. *lib.* 1. † Contrarium Iaf. *dict.* §. *fuerat, num.* 105. & *sequen.* vbi pro vtraque parte, *Instit. de actio.* Ruin. *consil.* 145
16. *numer.* 5. *lib.* 3. † Declara; quia si pater dicat dotare de bonis 146
paternis, & maternis, vel de bonis paternis, & filiæ, dictio, & non diuidit; quia intelligitur secundum ordinem charitatis, vt de bonis solius patris intelligatur, communem, & magis * communem *
dicit inter communes opiniones, *lib.* 1. *tit. de dot. promiss. fol.* 719. vbi plurimos allegat, reprobato Iaf. in *l.* 1. *num.* 24. *ff. solut. matr.* qui tenuit, *l. fin. C. de dot. promiss.* tunc non habere locum; quia in claris non procedit, sed quando fuit specificatum, quod tanta sit dos in bonis paternis, & tanta in bonis filiæ, vel matris; tunc non procedit *l. fin. C. de dot. promiss.* quia potest sciri quantitas paterna, & agi potest ad supplementum; sed secus; si in confuso fuit dotata, ita Purpur. declarat ad Iaf. *d. l.* 1. *num.* 24. *in ver. matris, ff. solu. matr.* & ita declarat Bald. *d. l. fin. in princip. C. de dot. promiss. in princip. ver. textus tamen.* Angel. *consil.* 209. *in princip.* Sicard. in *d. l. fi. numer.* 35. & *sequen.* & ita tenet etiam Afflict. *decis.* 178. *In filiorum causa, numer.* 12. *verfic. nonum dubium.* Crauet. *consil.* 260. *numer.* 8. *ver. octauo respondetur.* † Extende de- 147
claration em etiam in renunciatione facta per filiam dotatam in genere de bonis paternis, & maternis; quia non sibi præiudicat, nisi specifice appareat, quod etiam de maternis fuit dotata, & in qua quantitate. Afflict. *d. decis.* 178. *numer.* 12. † Declara; quia limita- 148
tio procedit, quando dos excederet facultates patris, alias secus. Bald. Nouel. *de dote parte* 6. *priuil.* 6. † Quis debeat probare, an fi- 149
lia, quod bona patris sunt sufficientia, an pater; dic, quod præsumitur dos congrua à patre constituta. Decia. *consil.* 6. *num.* 44. *lib.* 1. † Vide tamen Socin. *consil.* 207. *vol.* 2. & *consil.* 57. *versicul. circa se-* 150
cundam quæstionem, libro 4. quam citat Gram. *decis.* 101. *numero* 35. & *sequen.* vbi, quod si est vsque ad legitimam, dicitur congrua, alias non sufficit probatio, quod à patre sit constituta, vbi *numero* 46. quod ita Florentiæ fuit obtentum. † Et an auctis facultatibus 151
patris augenda sit legitima, multi tenent, quod sic, aliqui vero distinguunt, sed simpliciter. Riminal. Iun. tenet, quod non in dote, sed secus in legitima, *consil.* 317. *per tot. lib.* 3. vbi pro vtraque parte allegat, & ita tenet, vide plene Mascard. *Concl.* 570. † Limita; quia 152
licet pater teneatur dotare filiam officio iudicis, & possit ad id compelli; si tamen filia sine dote se nupsit, pater est liberatus. Alex. *d. consil.* 33. *Videtur, numer.* 2. *ver. fortius, lib.* 3. & *consil.* 7. *in princip. & numer.* 10. *li.* 2. vbi secus dicit, quando obligatur iure actionis. † Con- 153
trarium supra *num.* 30. *ver. Amplia in tantum.* † Limita; in filia in- 154
grata. Iaf. *d.* §. *fuerat, num.* 117. *Instit. de actio.* vbi quid in filia Iudæa, vel hæretica, quod non tenetur, & de aliis similibus, vide eum. † Limita; quia stante statuto, quod stantibus masculis fœminæ 155
non succedant, maxime, si est nupta filia, pater liberatur; sed tamen mortuo patre masculus tenetur. Castrens. *consil.* 73. *Licet ista, libro* 1. *in princip.* Vide, *Statutum diuersorum locorum circa dotes, & bona dotalia, & qualiter intelligatur. Conclus.* 515. † Limita in me- 156
retrice filia. Iaf. *d.* §. *fuerat, numero* 121. Campeg. *de dote in* 13. *quæstion.* † Declara; quia si filia peccasset in corpus suum, dummodo 157
pœnitentiam egerit, pater tenetur dotare. Alexander in *l.* 1. *ff. solut. matrim.* Iaf. in §. *fuerat, Instit. de actio.* & quod debeat ali, & dotari peracta pœnitentia; est text. in *l. Imperialis. C. de nupt.* Bald. in *l. si filia, de inoff. testamen.* Anton. de Butr. & aliis in *c. Quintauallis, de iureiur.* † Limita in filia naturali tantum, quando habet de 158
suo; quia pater non tenetur dotare. Iaf. *Instit. de actio.* §. *fuerat, n.* 104. † Imo etiam simpliciter pater non tenetur dotare filiam naturalem 159
tantum; & ideo si eam dotet, & sit illi debitor, censetur animo cõpensandi, non sic in filia legitima & naturali. Castr. *consil.* 415. *col.* 2. *li.* 2. Vide tamen supra *num.* 102. & *multis seqq.* † Limita, quando pa- 160
ter est inuolutus debitis, vel nihil habet; quia non tenetur. Iaf.

d. §. *fue-*

161 d.§.fuerat,num.116.Instit.de actio. † Limita; quia si pater dotata filia in dote; tunc congrua, instituit filios, & eos grauauit fideicommisso, si masculi decesserunt sine filiis, & auctæ sint dotes, ita quod legatum non est condecens ad dotem tempore nuptus filiæ, debet suppleri ex legitima, & Trebellianica filiorum, qui decesserût, non ex fideicommisso; sed si legitima & Trebell. essent consumptæ, vel non sufficerent, suppletio fiet ex fideicommisso, & pro vltima parte, quod in subsidium teneatur fideicommissum. Crauet.
162 cons.29.Quoniam,n.1.& 5.† Limita in patruo; quia non tenetur, neq; alii vlterioris gradus; quia sicuti nõ tenentur alimentare neptem; ita neq; dotare, nisi forte ex forma statuti illi succederet patruus; quia tunc tenetur ad vtrunque, ne excludatur à successione, alias non, ita Bald. Nouel. tract. de dote in 6. parte in 16. priuil. ver. in fratre autem. Angel. in l.1.nu.4.ff.solut.matr. vbi Imol. & Alex.nu.20. Rip.nu. 86. & ibi Soci. Iun.nu.202. Alex.cons.66.Viso themate,nu.3.lib.4. Visitar.d.l.1.nu.121.ff.solu.matr. apost. ad Bald. in auth. res quæ,n.12.ver.quid in patruo. Neuiza. cons.33.nu.12. Roma.cons.413. Quoad primum,nu.6.
163 † Extende in consobrino; quia non tenetur dotare consobrinam.
164 Roma.d.cons.413.nu.6. † Extende; quia auunculus, videlicet frater matris, non tenetur dotare neptem. Alex.d.cons.66.nu.2.in fin.lib.4.
165 vbi, quod nec auunculus, nec patruus tenentur dotare. † Limita, quando pater administraret bona filiæ; quia tunc non censetur de suo dotare, sed de bonis filiæ, ita Bald. Nouel. in tract. de dote parte
166 6.priuil.3.in princip. supra num.46.& seq. † Contrarium; quia pater semper est legitimus administrator, tenet Rip. in l.1.ff.solut.matrim.
167 † Extende in matre; quia non censetur donare, si dotat filiam, cuius bona administrat. Bal. Nouel. in l.1.n.79.ff.solut.matr. idem Bal. de dote priuil.3.num.3.in 6.parte. Abb.cons.19. Videndum, in princip.lib.1.
168 † Extende in fratre, & quocunque alio administrante. Bal. Nouel. de dot.par.6.priuil.3.num.4. Bald.in l.si.col.2.ver.sed nunquid frater, C.de dot.promiss. Ruin.cons.171. Consideratis,col.2.lib.1.& facit; quia donatio non præsumitur, l.cum de indebito.ff.de probat. l.si cum aurum,ff.de
169 solutio. Castren.cons.96. Stdicta Cornelia.lib.2. † Limita, quando filia non est nubilis ætatis; quia tunc neque pater, neque auus tenen-
170 tur dotare. Menoch.cons.183.num.12.ver.tertio suffragatur. † Limita, quia pater, qui legauit legitimam filiis, & omnia bona subiecit fideicommisso, non tenetur ad dotes filiarum, nisi in subsidium ex fideicommisso, videlicet, quia ex legitima debent primo dotari, & si non sufficit, in subsidium ex fideicommisso, ita Castr.cons.64.
171 lib.2. Cephal.cons.105.num.19.& 20. † Extende, etiam si pater legasset dotes filiabus; quia intelligitur, vt de legitima deducantur, & in subsidium de fideicommisso, non autem, quod extrahantur simpliciter, & primo loco vt legatum, ita Castr. d.cons.64.nu.2. se-
172 quitur Cephal.cons.105.nu.19.& 20. † Contrarium dicit Menoch. cons.183.num.10.& seq. & maxime nu.30. vbi reprobat Castr. & Ce-
173 phal. † Limita, quando filia nupsit se sine dote etiam sine licentia patris; quia non tenetur pater dotare. Abb.cons.12.nu.3.ver.limita, lib.1. secus dicit, quando nupsit sine patre cum dote, vel iuribus dotis; quia à patre debet dotari, vel mortuo postea patre debet ha-
174 bere suam legitimam, maxime, quando non nupsit indigno. † Extende, quia multo minus tenetur pater dotẽ augere, si semel congrue dotauit filiam tempore, quo nupsit eam, licet aliam filiam in maiori dote pater dotauerit, vel facultates patris auctæ sint. Alex.
175 cons.33.Videtur,nu.2.& seq.ver.quinimo.lib.4. † Quanta autem debeat esse hæc dos, ad quam tenentur frater, & alii, dic, quod debet regulari secundum facultates, conditionem, & nobilitatem personarum, ac secundum consuetudinem paternæ familiæ, & secundũ istas qualitates debet iudicis arbitrium regulari in taxanda dote, & supplemento. l.si filiæ, in fi.ff.de leg.3. vbi glo. & not. in l.quæro,cum seq. & in l.cum post.§.generi à socero,ff.de iure dot. Iaso. in rubr.ff.solu.matr. col.5. Bald. Nouel. de dote in 6.parte priuil.17. Curt.Sen.cons.27.Magnificus vir,col.14.ver.venio ad nonum. Anchar. cons.20. Pro solutione dubiorum, & quæ sint consideranda in constituenda congrua dote, plene Alexan. cons.169.nu.7.lib.7. Menoch. de arbitr. casu 287.num.12.
☞ Vide, Dotis supplementum an possit peti, & quando. Conclus.784. † Si ta-
176 men frater, vel alius plus soluat, quam debeat, censetur donare. Socin. consil.115.lib.1.& cons.5.col.pen.lib.4. Ruin.cons.74.num.19.lib.
☞ 2. faciunt not. infra, Dos data à tertio quo nomine data censeatur. Conclus.
177 786. † Restringe, quia si soror habet de suo, frater in dubio dotando censetur de bonis sororis, non de propriis dotare. Bal. No-
178 uel. de dot.in 6.parte priuil.3. Campeg. eod.tract.quæst.24. † Et quod dos competens dicatur, quæ correspondet conditioni, & facultatibus dotare debentis, & numero liberorum, l. quæro, l. cum post, §. nuptiis,ff.de iure dot.l.si nummos,C.de admin.tut.l.si filiæ dotem, vbi Barto.
179 ff.de leg.3. Roman.consil.364. Dum secundo,num.5. † Et in dubio eadem dos debet constitui secundo viro, quæ primo fuit constituta, l.pen.§.vxor.ff.solut.matr.l.diuus,ff.de iure dot. Bart.disput.sua, Mulier habens amplum patrimonium. Bald. Nouel. de dote in 6.parte priuileg.71. Socin.cons.60.Viso laudo, num.14.lib.4. † Et quando fœmina exclu- 180
ditur à successione patris, competens dos dicitur vsque ad legitimam incluiue. Decia.cons.27.Proponitur,col.2.& cons.379.Requisitus, col.fin. Brun.quod stant.mascul.in 9.art.in 2.casu princ. Afflict.decis.160.
† Et in constituenda dote potius attenditur possibilitas, & quali- 181
tas patris mulieris, quam viri; quia debuit maritus se informare. Bald. Nouel. de dote parte 6.priuil.15.& 16. & latius 17. & quando potentiores rationes contrarium non suadent, vsq; ad legitimam taxatur, non vltra. Bald.cons.68.Quia statutum,lib.1.& cons.323. Materiaista,lib.3. Alexand.consil.7.Visis, & diligenter, lib.2.& cons.169.Visis instrumentis,lib.7. Deci.cons.276.Proponitur. Vide plenius, Dos quanta ☞ esse debeat filiæ exclusæ. Conclus.789.

Dotare an teneatur pater pluries filiam. Conclus.781.

PATER † tenetur dotare filiam, quæ est sine dote, etiam si se- 1
mel dotauit, l.si socius pro filia.ff.pro socio, l.si cum dotem, §.1.& ibi glo. & Doct. ff.solu.matr. Bald. in auth.si captiui,in fi.C.de Epis.& Cleri. Castrens. consil.444. Viso puncto, in princip. ver. nam, & hoc videmus, lib.1. Limita, † quando filia culpa propria dotem amisit. Part. in d.l.si 2
socius,ff.pro socio. Castrens. consil.80. Quia per supradictum, num.2.lib.1. Socin.consil.75.Circa, lib.1. Vide Conclus. proximam præced.num. ☞ 23.& seq.

Dos profecta à patre non recipit grauamen. Conclusio 782.

DOS † profecta à patre non recipit grauamen, vel fideicom- 1
missum per pactum patris, sed bene per stipulationem, l.auia, C.de iure dot. Oldrad.consil.132.Titius habens, in princip. quod intelligit Bald. quando non est reuersura ad patrem, vel hæredes eius; quia cum sit aliena, pater nihil potest disponere, ita declarat cons.59.Super 2.lib.2.& cons.281.in fi.& 282.lib.3. Bart.cons.41.Factum tale, in fin. ver. non obstat statutum, lib.1. † Extende, vt idem sit, quando sti- 2
pulatio est filiæ solius, vel etiam communis filiæ; quia ex quo consolidatur tota dos in filia ex stipulatu per mortem patris non potest eo casu pater apponere fideicommissum in dote filiæ, plene Bald.cons.301.In primis est videndum,lib.4. † Amplia; quia dos da- 3
ta per patrem genero pro filia ex pecuniis vsurariis, filia non tenetur restituere etiam in foro conscientiæ, si bona patris non sufficiant pro restitutione vsurarum; quia non transit cum isto onere. Feder. de Sen.cons.63.per tot. vbi est casus consilii. † Amplia; quia 4
vbi dos esset pure data filiæ, & nemini esset stipulata restitui, vel etiam esset stipulata restitui patri, vel filiæ, vel alias in casibus, in quibus actio consolidatur in filia sola per obitum patris, etiam si excedat legitimam in quacunque quantitate, non potest pater apponere fideicommissum super ea. Bald.consil.281.& 282.per tot. lib.3. † Extende etiam, quando dos esset promissa à patre, & non 5
esset stipulatus sibi reddi; quia non potest in ea facere substitutionem, vel apponere grauamen. Bald.cons.479. Quando pater.num.3. ver.item si pater,lib.4. & idem Bald.cons.281.lib.3. † Restringe, nisi 6
filia acceptaret aliquod prælegatum, vel legatum, aut voluntatem testatoris quoad commodum; quia eo casu censeretur etiam approbare onus, & ideo valeret fideicommissum, in quantum dos excederet legitimam, secus si filia repudiaret. Bald.d.cons.281.num. 2.ver.nec obstat, vsque in fi.lib 3. † Amplia; quia pater legans filiæ do- 7
tem puta 700. quam voluit esse contentam pro legitima, & pro bonis maternis, quæ pater possidet, & si decederet filia sine filiis, substituit testator suos hæredes, non valet substitutio pro quantitate legitimæ, neque pro quantitate bonorum maternorum, sed bene in eo, quod superest. Castren. cons.392. Substitutio, per tot.lib.1. † Restringe; quia in totum euanescit substitutio facta in testa- 8
mento, si testator dedit dotem legatum in testamento, si cum onere fideicommissi, vt supra, in vita sua simpliciter; quia si nihil est dictum, euanescit substitutio. Castr.d.cons.394.nu.2.ver.sed quid de aliis, lib.1. † Si vero pater in vita dedit pro legato ita quod aliud 9
ex testamento non petat, vel extra, si testamentum redderetur nullum; quia filia esset præterita; tunc videtur habuisse ex legato, & valet substitutio in eo, quod excedit legitimam, & bona materna. Castr.d.cons.394.in fi.lib.1. † Amplia; quia pater non potest ap- 10
ponere fideicommissum in dote filiæ debita à statuto ad effectum, vt excludatur à successione filii; ideo nisi tollatur conditio restitutionis, filia non dicitur dotata, & consequenter non excluditur. Bald.consil.150,Proponitur, quod num.3.& 4.lib.5. † Declara; quia 11
licet statutum excludens filiam à successione mandet dotari; tamen dos si soluitur viuente patre, non potest dici, quod sit legiti-

ma; quia viuente patre non debetur; ideo si præmoritur filia patri, debet restitui patri, prout si non extaret statutum, ita Ant. de Butr.
12 *cons. 9. num. 3. & seq. ver. ad tertium.* † Amplia; quia dos data, vel promissa à patre filiæ, seu genero pro ea, succedit loco legitimæ. Bert. in *l. Titio centum*, § *. Titio genero, num. 6. ff. de cond. & demonstr.* Soci. *cons. 217. col. 1. in fin. & cons. 241. col. 9. lib. 2.* Iaf. *cons. 69. in fin. lib. 2.* Paris. *cons. 25. num. 39. & cons. 54. num. 14. & cons. 60. num. 44. lib. 2.* idem *cons. 53. num. 77. lib. 3.* late Tiraqu. in *l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, num.*
13 112. *C. de reuoc. donatio.* † Extende; quia propterea sicuti ex legitima debentur fructus, *auth. nouissima, C. de inoff. testam.* Alexand. *cons. 43. lib. 2.* Capr. *cons. 68.* ita etiam tenetur pater, vel hæres patris ad fructus dotis promissæ filiæ ad rationem quinque pro centenario. Alexand. *cons. 141. num. 5. & 6. lib. 5.* Paris. *cons. 64. num. 5. & 6. lib. 4.* Iaf.
14 *cons. 92. col. fi. lib. 1.* † Limita si pater donasset filiæ pro dote; quia potest apponere fideicommissum in ipsa donatione, vel ante, &
15 pactum de restituendo. Oldrad. *d. cons. 132. in princ.* † Limita; quia potest pater substituere etiam in dote debita, vulgariter tantum; secus est per fideicommissum; ratio est; quia est in potestate filiæ adire, vel acceptare, vel non; secus est per fideicommissum, & ita fuit iudicatum, ita etiam Guido Pap. *decis. 613.* vbi dicit ita seruari.
16 † Extende; quia imo pater potest substituere per fideicommissum filiæ dotatæ per prius ad æqualitatem alterius; quia non tenebatur augere dotem; idem in dote data filiæ maritatæ sine dote, ex quo pater non tenebatur ex necessitate dotare. Alexan. *cons. 33. Vi-*
17 *detur, nu. 2. & seq. lib. 4.* † Limita in dote data vltra legitimam; quia pater potest imponere grauamen. Oldrad. *cons. 132. Titius habens, nu. 5. ver. nunc autem de tertia*, vbi, quod pater legando filiæ aliquid vltra dotem potest eam grauare in dote, quod intellige pro rata, quæ excedit legitimam. Bald. *cons. 59. Super 2. lib. 2. & cons. 281. Quidam ser Cola, num. 2. ver. nec obstat, & cons. 282. Pater habens, lib. 3.* vbi declarat procedere, quando pater apponit grauamen in dotatione, vel si post prælegat aliquid filiæ, quæ acceptauit; secus si non acceptaret; quia in dote data, quæ exiuit de patrimonio, non potest apponere grauamen post, & *consil. 479. num. 3. ver. & hoc pertinet, lib. 4.* Castren. *consil. 59. Pro pleniore, col. 1. ver. si vero, lib. 1. & cons. 469. Ad primum, in princip. ver. sequitur ergo, lib. 1.* Castren. *cons. 394. Substitutio, in*
* *fin. lib. 1. & consil. 16. num. 3. versic. sed quatenus, lib. 2.* vbi dicit * commu-
18 nem. † Restringe, vt non procedat in bonis filiæ, vel in bonis aduentitiis; quia nullo modo pater potest sibi stipulari reddi talem dotem, neque potest filiæ substituere, etiam vltra legitimam.
19 Bald. *cons. 479. num. 3. ver. & hoc pertinet, lib. 4.* † Restringe, vt limitatio procedat solum in dote data stipulata reddi patri, vel in dote, in qua imponitur grauamen in actu promissionis, alias autem non posset pater substituere, neque stipulari sibi reddi, postquam fuit promissa simpliciter. Bald. *d. consil. 479. num. 3. ver. item si pater, lib. 4.*
20 † Extende ampliationem, vt imo etiam in totum possit substituere non habita ratione ad quantitatem legitimæ, quando pater dotaret filiam naturalem; quia naturali non debetur legitima. Bald.
21 *d. cons. 479. in fi. lib. 4.* † Et idem quando dotaret filiam legitimam, & naturalem exclusam à statuto stante masculo; quia cum sit exclusa filia à legitima; tunc pater potest apponere onus doti, quod sibi restituatur, quod non sit locus lucro mariti, quod subiaceat fideicommisso, & apponere omnem conditionem, plene Castre. *cons. 59. Pro pleniori responsione, in prin. lib. 1. & per tot.* vbi loquitur in statuto Lucano, & *cons. 469. num. 2. ver. secundo dubitatur, lib. 1.* vbi idem consuluit in statuto Senarum *consil. 323. in princ. & 324. in fin. lib. 1. &*
22 *cons. 6. & cons. 7. & 9. & 16. in princip. lib. 2.* † Extende, vt possit pater apponere fideicommissum in dote data filiæ exclusæ, stante masculo, etiam si decedat, postquam fuit maritata, etiam si statutum mandet dotari; quia ex quo non potest succedere, non potest dos esse loco legitimæ. Castr. *cons. 16. in princ.* & maxime *num. 3. ver. breuiter in casu nostro, lib. 2.* quia licet pater teneatur dotare siue ex statuto, siue etiam ex iure communi, quando vltra legitimam potest
23 apponere fideicommissum, etiam postquam erit maritata. † Restringe; quia si filia relinquat filios ex matrimonio, euanescit fidei-
24 commissum. Castre. *d. cons. 16. num. 3. ver. nec obstat, lib. 2.* † Restringe, quãdo substitutus duabus filiabus doratis præmoreretur vltimo, quia tunc fideicommissaria substitutio euanescit. Castr. *d. cons. 16. n.*
25 *3. in fi. lib. 2.* † Declara; quia quod dicitur filiam exclusam à statuto non habere dotem loco legitimæ, & patrem posse tunc apponere grauamen, & fideicõmissum, sicut si dotaret extraneam, procedit, quatenus vocati à statuto, qui excludunt filiam, extent, & succedant; secus si pater instituisset alios quam vocatos à statuto, vel nõ essent habiles ad succedendum. Cast. *cons. 276. Puto sine dubio, circa fi.*
26 *lib. 2.* † Limita quando dos esset reuersura ad hæredes patris; quia tunc potest imponere grauamen, & fideicommissum super ea hæredibus suis. Bal. *d. cons. 59. lib. 2.* vbi, quod tunc filia non poterit te-

stari de dote. † Limita; quia pater potest apponere fideicõmissum 27
in prælegato facto filiæ pro dote, quando illud prælegatum est vltra legitimam debitam filiæ, & valet. Bald. *d. cons. 281. & 282. per tot. lib. 3.* idem, si vltra dotem filiæ maritatæ datam. Alexa. *cons. 33. Videtur, per tot. lib. 4.* † Limita; quia pater dotans de suo filiam potest 28
cum dotat statim stipulari sibi reddi, & valet talis stipulatio; quia licet teneatur dotare; tamen lex permittit, quod possit sibi stipulari. Bald. *cons. 479. Quando pater dotat, in princ. lib. 4.* † Restringe, vt 29
non procedat limitatio, quando dotaret de bonis filiæ; quia etiam si pater sit stipulat⁹ sibi reddi, tenetur cedere actiones filiæ, vel hæredibus. Bald. *d. cons. 479. in princ. lib. 4.* † Declara; quia in dubio pa- 30
ter dotans censetur seu præsumitur dotare de bonis propriis, nisi extet statutum contrarium, per quod disponeretur, quod dos præsumatur ex bonis filiæ data; quia tunc, nisi fiat expressa mentio, quod pater dotat de suo, præsumetur secundum statutum. Bald. *d. cons. 479. num. 2. ver. in dubio, lib. 4.*

Dos profecta ab auo quando dicatur profectitia, vel non. Concluſ. 783.

AVVS † dotando filiam filii, & sic neptem censetur dotare i contemplatione filii & sic patris; & ideo dos huiusmodi censetur proficisci à patre, & teneturneptis eam sibi imputare in legitimam. Angel. de Perus. *cons. 78. Io. Philippi.* quod est subscriptum etiam à Io. de Ricciis. Alexan. *cons. 138. Ponderatis, num. 2. & seq. ver. nec ad hoc obstat, lib. 5.* vbi, quod licet in aliis datis ab auo nepti non imputet in legitimam patris; tamen secus est in dote; quia debetur ab auo contemplatione patris, & repetit *consil. 165. Circa præsentem, num. 8. lib. 5.* & iterum *consil. 179. num. 3. lib. 5.* vbi, quod perinde est, ac si auus dedisset filio, & filius dedisset nepti, & ibi tollit omnia contraria, & apostilla in *ver. nepti*, dat plures concord. Angel. *cons. 79. Subtiliter, & optime.* Castrens. *consil. 64. numer. 4. lib. 2.* Alexand. *consil. 31. Viso testamento ser Andreæ. lib. 4.* Decian. *cons. 81. num. 5. ver. successiue sextum dubium.* Rube. Alexand. *consil. 124.* late Bero. *cons. 116. num. 14. lib. 2.* Ruin. *consil. 138. in fin. lib. 2.* qui dicit * communem. Al- *
ciat. *de præsumpt. reg. 1 præsumpt. 17. num. 2.* Marzar. *consil. 1. & epito. q. 48. fol. 13. ver. quoniam huic obiectioni.* Cephal. *consil. 105. per totum.* maxime *num. 22. & seq.* Sim. de Præt. *consil. 137. num. 3.* Burs at. *consil. 179. num. 22. lib. 2.* Grat. *consil. 54. num. 16.* qui dicit auum propter filium amare nepotem, *lib. 2.* & communem * dicit Bologn. in *l. in quartam*, *
num. 365. ff. ad leg. Falcid. Barba. *consil. 69. colu. 3. lib. 3.* plenissime Menoch. *consil. 183. num. 10.* vbi infinitos allegat, licet postea contrarium teneat *num. 32.* Bero. *quæst. 127. num. 2.* Castren. *cons. 64. num. 4. lib. 2.* Alexand. *cons. 117. lib. 6. & cons. 154. lib. 7. col. 2. ver. tamen præmissis*, & hanc magis * communem, & pro ea fuisse iudicatum Neuiza. *
cons. 76. num. 12. Natt. *cons. 501. num. 16. lib. 3.* Areti. in *l. 1. num. 6. ff. solut. matr.* & Crauet. *cons. 219.* vbi dicit hanc, & contrariam * communẽ, *
hanc etiam partem tuetur Bart. *cons. 131. Primo arguitur, lib. 1. & cons. 55. in quæst. prædicta, lib. 2.* vbi, quod auus censetur grauare filium per fideicommissum, & maxime, quando filia non est concepta tempore vitæ aui. † Contrarium, quod imo in dubio potius contem- 2
platione neptis, quam filii præsumatur dotasse, seu legasse, tenent Bart. & alii in *l. quæsitum. ff. de leg. 1.* vbi, quod tale legatum dicitur profectitium, non autem aduentitium. Alexand. *cons. 138. lib. 5.* Socin. *consil. 33. num. 16. lib. 3.* Aretin. *cons. 17. in fin. ver. ad septimum.* Castr. *consil. 102. lib. 2.* & communem * dicit Corne. *consil. 34. in princ. lib. 4.* *
& vtrumque * communem dicit Crauet. *cons. 219.* Et omnes scri- *
bentes hoc tenere dicit Riminal. Iun. *cons. 42. num. 86.* Et hanc ve- *
ram, & communem * dicit Menoch. *cons. 81. num. 46.* prout * com- **
munem pariter dicit Decian. in subscriptio. cons. Menochii quod est 151. *lib. 2.* impressi Bononiæ. Ruin. *cons. 58. num. 24.* communem
* dicit Io. Ludouicus Bouius in suo *cons. 121.* nõdum impresso. Me- *
noch. *cons. 183. nu. 32.* vbi dicit * communem. Alex. *cons. 185. Viso tit.* *
num. 10. & 11. ver. nec obstat, lib. 2. & hanc late tuetur Alex. *cons. 8. Visis subtilissimis. num. 6. & seq. lib. 3.* vbi respondet ad *l. dedit dotem. ff. de collatio. bon.* quod procedit, quando constat de mente aui, vt quia obligabatur pro filio, vel propter filium, & Alexa. *cons. 42. Consideratis, num. 5. ver. aut diceremus, lib. 7.* † Declara; quia si pater neptis est di- 3
ues; tunc auus legando dotes censetur contemplatione neptis, ex quo non obligatur. Bal. *Auth. res quæ. C. commun. de leg.* sequitur Crauet. *cons. 219.* & communem * dicit Menoch. *cons. 81. num. 47. lib. 1.* *
& magis communem * dicit Socin. Iun. *cons. 79. n. 37. lib. 3.* & etiam *
* communem, & magis * communem dicit idem Menoch. *consil.* **
151. *lib. 2.* vbi male dixisse Cephal. *cons. 105.* & Natt. *cons. 364. nu. 22.* dicit, plene Menoch. *cons. 81. num. 47. & 48.* & clarius *cons. 183. num.* 14. vbi infinitos allegat. † Contra declarationem tenent absolute 4
Nat. *cons. 364. nu. 22.* Cephal. *cons. 105.* vbi dicit * omnes hoc tenere, *

num. 29.

num. 29. Soci. Iun. *conſ.* 79. *num.* 37. *& ſeq. lib.* 3. vbi allegat Soci. Sen. in *l.* 1. *ff. ſolut. matr.* quia dicunt tunc filium obligari, & præſumi auũ contemplatione filii. † Si vero filius eſt pauper, & non habet, vnde poſſit propriam filiam dotare, ſi auus illam dotet, cenſetur tũc contemplatione neptis dotare. Alex. in *l. in quartam, nu.* 28. *ff. ad leg. Falcid.* plures citat Menoch. *conſ.* 151. *n.* 11. † Contrarium, quod imo ſi filius ſit inops, magis auus dotans cenſeatur cõtemplatione filii inopis. Cepha. *conſ.* 105. *nu.* 37. *& ſeq.* vbi, quod pater ſemper obligatur, & licet quando non poteſt, auus teneatur; non tamen tenetur propter ſe, ſed propter filium, & ſic tamquam fideiuſſor ſoluere cenſetur pro filio obligato. † Imo de directo contrarium tenent Alex. *conſ.* 117. *lib.* 6. *& conſ.* 154. *lib.* 7. Deci. *conſ.* 81. *nu.* 5. *&* 6. vbi quod ſi pater neptis eſt inops, præſumitur auus contemplatione neptis dare non contemplatione filii eo caſu, & ſic prima opinio verior forte eſt. † Et ideo Bald. *conſ.* 360. *quia dictum legatum. lib.* 4. *& conſ.* 330. *lib.* 5. dicit, quod etiam ſi pater dotet filiam ſimpliciter, cenſetur animo compẽſandi legatum ab auo f. ctũ filiæ pro dote. † Declara ſecundum, quando neptis non eſt in poteſtate patris. Menoch. *d. conſ.* 81. *nu.* 53. *lib.* 1. *& conſ.* 151. *nu.* 10. *lib.* 2. ſic eo caſu non cenſetur contemplatione filii. † Declara; quia ſi neptis eſt concepta, & nata poſt auum, adeo quoad particularem affectionem ad eam non potuit habere, cẽſetur contemplatione filii. Bar. *conſ.* 131. *primo arguitur, lib.* 1. vbi conſulit, quod fiat articulus, & probetur hoc, & duplicatur *conſ.* 55. *In quæſtione, lib.* 2. infra *nu.* 19. Vide, *Affectio & amor quando maior vni quam alteri. Concluſ.* 234. † Contrarium Ludouic. Bouiu. *conſ. non impreſſo* 121. quia ſufficit, quod eſt cognata in genere, licet non nata, *l. qui iure miluari. ff. de milit. teſtam.* ſimile allegat de poſthumo, qui non natus, tamen propter ſe inſtituitur, & dicit * communem, & propterea Bononiæ pronunciaui, quod legatum factum per dictum bo. me. Bouium neptibus eſſet illis debitum; quia ipſe ſic credebat conſulendo. † Declara, quia ſi auus viuens tenuit opinionem, puta conſulendo, vel declarando, quod contemplatione filii, vel neptis, eadem opinio tenenda erit in morte pro eo; quia ex factis, & verbis viuentium intelligimus mẽtes morientium, in ſimili Signor. *conſ.* 181. *n.* 6. *in fi. & n.* 9. † Declara; quia regula eſt, quod id, quod prouenit nepoti ab auo, dicitur aduentitium, non profectitium; ideo non imputatur filio in legitimã patris, etiam ſi pater hoc ordinaret; quia non cenſetur datum contemplatione filii, niſi conſtat, & maxime, quando filius non erat natus, & ſi natus, non erat adultus; quia merita, & obſequia non poſſunt concurrere; ſecus ſi conſtaret de mente, prout quãdo auus dat nepoti; quia obligatus pro filio, vel propter filium, & ita procedit *l. dedit dotem. ff. de collatio. bonor.* ita Alex. *conſ.* 8. *Viſis ſubtiliſſimis, n.* 6. *ver. præſuppoſito, lib.* 3. *cum ſeq.* vbi tollit omnia contraria, & *conſ.* 89. *vtrum emphyteuſis, nu.* 6. *ver. & iſtud. lib.* 4. † Declara; quia in dote auus cenſetur dotare neptem contemplatione filii; quia ipſe obligatus ad dotem propter filium; ideo non mirum, quod iſto caſu cenſetur contemplatione filii; & ideo computat in legitimam ſibi à patre debitam. Alex. *conſ.* 138. *nu.* 3. *lib.* 5. incipit *Ponderatis*, vbi apoſtill. in *ver. obligabatur* approbat hanc rationem, & allegat Alex. *conſ.* 31. *nu.* 4. *lib.* 4. qui idem dicit, cum *nu. ſeq.* † Extende vt procedat, etiam ſi dos ſit data à tertio contemplatione patris; quia dicitur profectitia à patre, & filia computat in legitimam. Alexan. *conſ.* 179. *Viſo proceſſu, in princip. lib.* 5. vbi apoſtil. *ver. profectum*, dat plurimos concord. † Extende, vt procedat etiam in dubio; quia ſi non conſtat an contemplatione filii, vel non, fuerit data, in dubio quoad dotem præſumitur contemplatione filii dotaſſe neptem, ſecus in aliis, & eſt ratio in dote; quia auus propter filium tenetur dotare neptem ex filio; ideo perinde eſt, ac ſi auus dediſſet filio dotem, & filius ſuæ filiæ, quæ eſt neptis auo; & ideo tam filius tenetur imputare in ſuam legitimam aui patris ſui, quam etiam neptis in ſuam legitimam debitam ab auo, vel à patre, in aliis, in quibus nõ tenetur auus nepti propter filium, non præſumitur contemplatione filii. Alex. *conſ.* 31. *Viſo teſtamento, n.* 4. *&* 5. *lib.* 4. vbi apoſtilla in *ver. quod ſic.* citat concord. & in apoſtil. in *ver. non tenetur.* ſaluat Alex. à contrarietate, vt ſi quando tenuit, quod non contemplatione filii, vel erit, quia conſtabat clare, vel in *iis*, in quibus non tenetur nepti contemplatione filii. † Amplia idem in patruo dotante neptem ex fratre; quia præſumitur contemplatione fratris. Caſtre. *conſ.* 96. *Si dicta Cornelia, lib.* 2. *num.* 2. ſequitur Cephal. *conſ.* 105. *num.* 33. & vide apoſtilla ad Caſtr. i. *ver. de altera, d. conſ.* 96. *num.* 2. vbi ad hoc allegat Alexan. *conſ.* 179. *lib.* 5. qui hoc dicit, *num.* 3. *ver. hoc etiam.* & Socin. Iun. *conſil.* 33. *num.* 3. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 171. *per tot. lib.* 1. † Extende maxime, quando frater, & patruus erant in communione. Alex. *d. conſ.* 179. *num.* 3. *lib.* 5. † Amplia maxime, quando neptis non eſt nata; quia nulla affectio poteſt introduci quoad neptem. Bart. *conſil.* 131. *Primo arguitur, lib.* 1. Angel. *d. conſ.* 78. *&* 79. & ita in dubio præſumitur iuxta not. in *l. dedit dotem*, vbi Bartol. & alii, *ff. de collatio.* ſupra *num.* 10. † Et ideo ſi pater ſimpliciter dedit dotem filiabus ſuis, non poterunt petere dotem ſibi relictam ab auo, antequam eſſent natæ; quia contemplatione patris cenſentur dotatæ. Bartol. *d. conſ.* 131. *lib.* 1. quia præſumitur pater ſoluiſſe dotes animoſe liberandi, vt per Anchar. in ſimili *conſ.* 7. *In quæſtione agitata.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi extraneus dotaret filiam amici ſui, cui debet propter ſeruitia, quia talis dos dicitur profecta à patre, quaſi extraneus dederit patri, & pater filiæ. Alexand. *conſ.* 43. *Ex iis quæ. lib.* 7. † Amplia; quia dos relicta per auum neptibus non natis, quæ dicitur contemplatione filii, non neptis, computatur nepti in legitimam; quam deberet conſequi in bonis patris. Alexand. *conſ.* 31. *Viſo teſtamento ſer Andreæ, lib.* 4. *& conſ.* 154 *Viſo titulo quæſtionis, lib.* 7. Caſtrenſ. *conſ.* 96. *Si dicta Cornelia, num.* 2. *lib.* 2. Deci. *conſ.* 81. *In caſu propoſito, in* 6. *dubio.* Vide Maſcard. *Concl.* 573. *Dotare neptem*, vbi ponit regulam, quod auus dotet neptem contemplatione filii, extendit etiam in dubio, item in patruo dotante neptem, etiam ſi neptis ſit ex filia, limitat, ſi conſtaret de contrario etiam præſumptiue; ſecundo limitat, ſi pater neptis eſſet diues, licet citet contrarium tenentes; tertio, quando auus reliquit dotem poſt mortem ſuam nepti. † Limita, quando auus legat dotem nepti pro omni eo, & toto, quia tunc contemplatione neptis, non autem filii cenſetur legare. Menoc. latiſſ. *d. conſ.* 183. *n.* 15. *& ſeq.* vbi, quod bona ſunt aduentitia, non profectitia eo caſu; & idem, ſi dixit ipſe auus, *dotat*, quia perſonalitatem importat. † Limita, quia ceſſat contemplatio, quando legatur, vel donatur filio, vel nepoti ſui iuris, vel confertur legatũ in tempus, quo ſui iuris eſt, quia tunc non cadit contemplatio aliqua reſpectu aſcendentis, ita Menoch. *conſ.* 151. *n.* 10. † Limita in emphyteuſi, & feudo acquiſitis pro ſe, & filiis, & nepotibus ab auo, quia ſunt aduentitia, non profectitia bona, ex quo tenetur ex neceſſitate conſeruare nepotibus, & non poteſt alienare, & licet poſſet præiudicare filiis delinquendo, vel non ſoluendo; tamen ſi ſoluit pro ſe principaliter, ſoluit ſecundario pro filiis, & propterea non fuit profectitia, & non poteſt in legitimam velle filiis imputare. Alex. *conſ.* 89. *Vtrum emphyteuſis, nu.* 4. *& ſeq per tot. ver. ſed tunc dubitandum eſt, lib.* 4. & idem tenet *conſ.* 29. *n.* 4. *lib.* 5. † Extende generaliter; quia quod non tenetur in legitimam imputare, dicitur aduentitium. Vide, *Legitima computat quicquid petens eam habuit à patre vel ab auo. Concl.* 205. † Limita, quando conſtaret, quod auus dediſſet dotem contemplatione neptis, & non filii, vt in *l. auus ff. de iure dot.* ſecus, ſi conſtaret, quod contemplatione filii dediſſet, vel quando ſumus in dubio. Angel. *d. conſ.* 78. *n.* 1. *ver. non obſtat d. l. auus.* † Limita quoad alia data ab auo nepti extra dotem; quia contemplatione neptis dediſſe cenſetur. Alex. *d. conſ.* 138. *in princ. lib.* 5. *& conſ.* 31. *Viſo teſtamento, n.* 5. *lib.* 4. vbi apoſtill. *in ver. non tenetur*, dicit, quod Alex. non eſt ſibi contrarius, quia quando tenuit, quod contemplatione filii dare cenſeatur, loquitur in dote, vel in iis, in quibus auus obligatur nepti propter filium, quando vero tenuit contrarium, loquitur in datis, ad quæ non tenebatur propter filium. † Limita, quando auus dediſſet nepti, vel illi acquiſiuiſſet aliter, quam ex cauſa dotis; quia non ita de facili contemplatione patris cenſeretur dediſſe. Angel. *dict. conſil.* 78. *ver. non obſtat* 4. *ratio, circa fi.* imo iſto caſu non cenſetur contemplatione filii dediſſe, quando non obligatur nepti propter filium. Alexand. *conſil.* 31. *Viſo teſtamento, numer.* 4. *&* 5. *lib.* 4. & iſta apoſtill. ibi *in ver. non tenetur.* † Limita etiam in dote data nepti per auum, quando conſtat clare, quod non contemplatione filii. Alexand. *dict. conſil.* 31. *num.* 4. *lib.* 4. & iterum *num.* 5. *ver. ſi tamen appareret.* † Limita in extraneo dotante, vel in debitore mulieris dotante, quia dos dicitur profecta ab ipſa muliere. Angel. *dict. conſil.* 78. *in princip. ver.* 3. *quia, & circa fi. ver. non obſtat tertia ratio, & conſil.* 79. Vide, *Contemplatione alterius factum quomodo probetur, & quid operetur. Concluſ.* 966. Vide Anton. Gabr. *lib.* 3. *tit. de iure dot. Concluſ.* 5. *Auus præſumitur dotare neptem propter filium.* Vide plene Maſcard. *Concluſio.* 156. *Auus an in dubio præſumatur dotare neptem.*

Dotis ſupplementum an poſſit peti, & quando. Concluſ. 784.

FILIA excluſa à ſucceſſione patris ſi congrue dotata ſit, licet excludatur à ſtatuto, etiam ſi dotata fuerit; tamen dotem congruam petere poterit. & ſupplementum. Bald. *conſ.* 198. *Punctus, ſi ex forma, nu.* 2. *& conſ.* 199. *in fi. lib.* 5. & declara, vt infra *nu.* 26. *ver. limita, quia pater, cum ſeq.* Alexand. *conſil.* 83. *Viſo ſtatuto, in princip. & per tot. lib.* 4. vbi quod non poteſt eſſe minor legitima; quia iſto caſu ſuccedit loco legitimæ. Vide, *Legitimæ ſupplementum quo iure debetur. Concluſio.* 193. † Et paria ſunt, quod petatur dos congrua conſtituti

stitui per mulierem, vel suppleri, si iam fuit incongrue dotata.
3 Ruin. *cons.*114.*lib.*5.Deci.*cons.*383.Soci.*cons.*181.*lib.*2. † Amplia, quia vbicunque filia excluditur à successione stantibus masculis extraneis, qui non sint filii, si mandatur dotari, vel ponitur, quod dotetur, tunc si est dotata minus, quam sit legitima, petet supplemen-
4 tum.Bero.*cons.*51.*num.*20.*& seq.lib.*1. † Extende idem esse, quando excluditur fœmina propter filios masculos, sed non in totum, puta, quia reseruatur successio quoad dotem; quia tunc petit supplementum, cum dos non debeat esse minor legitima. Bero. *d.cons.*51. *nu.*20.*vsque in fi.lib.*1. quia isto casu dos debetur titulo successionis.
5 Amplia † etiam in filia dotata à patre, quia si est læsa enormissime, potest agere ad supplementum.Deci.*cons.*277.Ioseph.*de-cis.Perus.*21.*n.*54.Ceph.*cons.*467.*nu.*88.*lib.*4.Castr.*cons.*276.*n.*6.*ver. & hanc partem,lib.*1.Alexan.*cons.*33.*nu.*4.*lib.*4. late Ias.*cons.*133.*lib.*4.
6 † Contrarium, quod imo filia dotata à patre præsumatur congrue dotata, & non reclamat, neque agat ad supplementum. Deci.*cons.* 505.*n.*2.Alex.*cons.*33.*n.*4.*lib.*4.Soci.*cons.*188.*n.*21.*lib.*2.Menoch.*cons.* 168.*nu.*17.*lib.*2. plurimos allegat Petr.Surd.*cons.*148.*nu.*3.vbi, quod est noua limitatio à paucis cognita.Castr.*cons.*276. *Super primo quæsito,col.*3.*nu.*7.*ver.super septimo,lib.*1. Alex.*cons.*29.*lib.*1.Curt.Sen.*cons.* 27.*col.*13.*& cons.*80.*col.fin.* Decia. *cons.*26. late Brun.*stant.masc.in* 9. *art.in* 1.*qu.in* 2.*casu,nu.* 32.*& in cons.posito post dictum tract.nu.*4.Castre. *cons.*403.*Visis & ponderatis,lib.*2. vbi apostilla & plenius *cons.*404.*Visis,col.*1.*in fi.lib.*2.vbi apostil. citat Alex. *cons.*32.*lib.*4. Et pro contrario, vide plenissime Mascard.*Conclus.*570. *Dos assignata filiæ in principio.* vbi citat infinitos, extendit & declarat, & *nu.*11. dicit, quod de
7 patre dicitur idem in auo, & eo, qui est loco patris. † Et procedit contrarium etiam in casu, quando pater reliquit dotem filiæ, & duo fratres hæredes absente tertio fratre auxerunt dotem sorori, quam maritarunt; quia præsumuntur de suo donare, ex quo dos constituta à patre præsumitur congrua; ideo tertius frater non tenetur contribuere; quia extraneus dotans, vel augens dotem præsumitur de suo facere, & donare, *l.vnica*, §. *accedit*, *C. de rei vxor. actio.* vbi Doct. Bartol. in *l.quæ dotis,col.*3.*ver.oppo. del. vnica,ff.solut.matrim.*
* quem ibi sequuntur communiter * Doct. Socin. *cons.*292. *col.ante-pen.& seq.lib.*2.*& cons.*4.*lib.*4.Decia.*cons.*66.*in* 2.*dubio,& cons.*68.*colu. penul.* ergo non possunt repetere à tertio fratre, nisi consentiat. Bal.
8 in *auth.ex testamento, ver. & capitulum, C. de collatio.* Vide, *Dos quanta debeat esse filiæ exclusæ ab hæreditate. Conclus.*789. *num.*22. *& seq.* † Declara; quia non agit contra dotationem patris, quando fuit dotata secundum consuetudinem loci. Ruin. *consil.*56.*in fi.lib.*3.Alba.
9 *cons.*11. Decian.*cons.*26. † Declara; quia stante renunciatione ex-
10 cluditur ab omni supplemento. Menoch.*consil.*71. † Et quæ dicatur congrua dos. Corne.*consil.*50.*Circa hanc consultationem, colum.*
11 *penul.ver.ideo,& cons.*249.*Viso supradicto,col.*3.*lib.*3. † Declara; quia quando pater dotauit, & maritauit filiam, non potest conqueri; secus si solum dotauit, veluti in testamento; quia tunc potest petere supplementum, si non est competens dos, ita Surd.*d.cons.*148.
12 *num.*3.*&* 4. † Declara, quando dos data à patre esset immoderate tenuis, quia tunc potest petere supplementum. Menoch.*cons.* 149. vbi alios allegat, sequitur Surd.*cons.*148.*nu.*4. est verum, quod dos à patre constituta regulariter congrua, & competens dicitur. Castr.*cons.*279.*nu.*6.*lib.*1. Soci.*cons.*288.*num.*21.*lib.*2. Paris.*cons.*106. *nu.*50.*lib.*1. quia nullus capit melius consilium pro filia, quam pater, *l.nec in ea,ff.de adult.* & nullus amor vincit paternum, *l.fi.C.de curat.furios.* Alex.*cons.*33.*nu.*4.*lib.*4. Ruin.*cons.*52.*nu.*13.*lib.*2. Deci.*cons.* 611.*nu.*4. & non est curandum de quantitate dotis data à patre, nisi quando esset indiscreta. Corne. *cons.*35.*num.*2.*lib.*4. & quando adesset maxima læsio. Castre.*cons.*403.*num.*1.*lib.*2. Alex. plene *cons.*33. *Videtur,num.*4.*lib.*4. sequitur Cephal.*cons.*95.*num.*20. vbi quod ex magna læsione, de qua constet, receditur à præsumptione, quod
* pater congrue dotauerit, & hanc communem * dicit Mascard. *Concl.*570.*nu.*5.*& seq.* vbi pro vtraque, & *nu.*8.*& seq.* declarat, quia si vltra dimidiam filia est læsa, receditur à præsumptione pro patre, alias secus, & in fine dicit, quod semper est locus arbitrio iudicis,
13 an dos sit congrua, vel non. † Extende; quia agit saltem ad supplementum congruæ dotis. Ias.*cons.*133.*nu.*4.*lib.*4. Ruin.*cons.*98.*n.*4.*lib.* 2. Cephal.*cons.*501.*nu.*60.*cum seq.* Alex.*cons.*134. *Animaduertis, nu.*27. *ver.non refrico in dubium,lib.*6. vbi apostilla in *ver.congrue* citat Alex.
14 *cons.*69.*lib.*1. Corn.*cons.*249.*lib.*3. Affli.*decis.*160. † Restringe, quando statutum dicit, quod filia dotata nihil possit vlterius petere; quia ex quo est exclusa in totum, nihil petere potest. Bald. in *l.fi. C.de dot.promiss.& in auth.res quæ, C.comm. de leg.* & idem, si statutum dicat, quod sit contenta dote. Alex.*cons.*121. *Consideratis per tot.* maxime *num.*2.*lib.*6. vbi apostilla citat Ias.*cons.*221.*lib.*2. Curt. *cons.*80.
15 *col.fin.* † Contra restrictionem, quando statutum loqueretur, quod filia competenter, vel condecenter dotata sit exclusa, & non possit aliquid petere; quia poterit tunc petere supplementum congruæ dotis vsque ad legitimam. Tiraquel. in *l.si vnquam, in ver.susceperit liberos, num.*109. *& seq. C. de reuoc. donat.* quia illa verba, *competenter*, debent aliquid operari. Deci.*cons.*26.*num.*4.*ver. & præsertim*, & de * communi idem Decian.*cons.*379.*Requisitus,num.*13.*&* *
14. & tunc non sufficit, quod sit à patre dotata, nisi sit congrue dotata. Castren. *cons.*276.*num.*6.*lib.*1. † Declara plene, quando 16
possit petere supplementum, vel non, & stante multiplici statuto per Ruin.*cons.*56.*lib.*3. † Amplia, quia etiam si filia haberet legatum 17
congruæ dotis tempore mortis patris, & postea augerentur dotes ex cursu temporis, ita quod non esset congrua, debet suppleri, vt sit congrua. Cruet.*cons.*291.Menoch.*de arbitr.casu* 149. † Limita; 18
quando filia excluditur propter filios masculos in totum; quia licet statutum mandet illam dotari; non tamen petit supplementum hoc casu, quia cum debeatur titulo particulari dos, & sit exclusa à successione in totum, non petet supplementum, ita declarat Bero.*d.cons.*51.*num.*20.*& seq. vsque in fin.lib.*1. † Extende; quia 19
vbicunque filia est exclusa per statutum à successione, dicitur exclusa à legitima, & supplemento legitimæ. Corne.*cons.*100.*num.*2. *lib.*3. vbi de * communi. † Declara; quia non excluditur à supple- *20
mento congruæ dotis. Corne.*d.cons.*100.*num.*2.*lib.*3. vbi quod sunt diuersa dos & legitima. † Extende, vt procedat, siue exclusio sit à 21
statuto, siue à renunciatione filiæ; quia semper, quod est exclusa à successione dicitur exclusa à legitima. Cruet.*cons.*11.*nu.*13. vbi de communi * attestatur. † Extende; quia multo magis intrat exclu- *22
sio ab omni legitima, & supplemento, quando statutum excludit fœminas, & mandat esse tacitas, siue contentas quacunque dote, vel quocunque relicto. Bald. in *l.fi.nu.*4. *C. de dot.promiss.* Ruin. *cons.* 56.*nu.*4.*&* 13.*cons.*60.*nn.*4.*cum seq.lib.*3. & de * communi Soci. Iun. *
*cons.*25.*nu.*8.*lib.*1. † Limita; quia stante statuto, quod filia non suc- 23
cedat patri stante masculo, si pater stante masculo legat filiæ certum quid pro omni eo, & toto, & plus petere non possit, excluditur à dote materna; quia necessario ad eam refertur, ex quo legitimam, aut dotem, aut supplemẽtum petere non potest. Ruin. *cons.* 68.*nu.*9.*lib.*4. & idem tenet Castr.*cons.*276.*Super primo,n.*8.*ver.quinto,& vltimo,lib.*1. † Contrarium, quod imo licet filia sit dotata à pa- 24
tre in casu statuti excludentis filiam stantibus masculis, quam iubet dotari; tamen si non est congrue dotata, ea possit petere supplementum. Castr.*cons.*276.*Super primo, nu.*6. *ver. secundo an possit, lib.* 1. sed hoc non est contrarium, sed quia non adest prohibitio, quod plus petere non possit. † Imo quod possit filia petere dotem ma- 25
ternam, & etiam fructus dotis post mortem patris à die moræ. Castr.*d.cons.*276.*nu.*7.*ver.tertio videndum,& ver. quarto videndum,lib.*1. sed non loquitur, quando pater iussit, quod non posset plus petere; tamen idem erit, quando est in vltima voluntate; secus, si inter viuos; quia tunc si plus dat censetur animo compensandi, & hoc, quando ab extraneo, vel hærede patris plus fuit solutum; secus si à patre legatum. Vide, *Dos materna quando peti possit, vel non à filia. Concl.* 790. † Limita; quia pater non tenetur dare tantam dotem vni fi- 26
liæ, quantam alteri. Bald.*cons.*328.*Cum in causa Pisani,col.*2.*ver. quæro secundo, lib.* 3. & licet debeant parentes seruare æqualitatem inter filias, vt dicunt Bald. & Soci. in *l.si ita legatum, ff. de cond. & demonstr.* tamen illud est consilium, non præceptum; quia possunt plus dare vni, quam alteri, dummodo non fraudent filiam in legitima. Deci.*consil.*26.*Diligenter,& pro tenui,col.fin.& consil.*547.*Viso puncto.* & est tex. in *l.*2.*§.si tota, ff. de inoff. donat.* Bart. in *l.Titia*, §. *Imperator, ff. de leg.*2. Corne. *cons.*66.*In hac,col.si.lib.*2. Decian. *consil.*547.*Viso puncto.*
† Declara; quia non debet esse minor legitima, quando in totum 27
non excluditur à statuto, alias vsque ad legitimam petit æqualitatem dotis, & supplementum. Deci.*cons.*276.*Proponitur,col.*2. Socin. *cons.*288.*Circa primam quæst.col.*7.*ver. adducebam,lib.*2. † Contrarium, 28
quando viuente patre fuit ab eo dotata filia, puta in 500. quia si postea filii hæredes maritent alias sorores in 600. vel 700. non potest prima petere supplementum etiam vsque ad legitimam, licet dos fuerit minor legitima; quia eo viuente non debetur legitima filiæ, eo mortuo non habetur consideratio, quando ipse dotauit. Deci. *consil.*35.*ad fin.& consil.*89.*Viso puncto, ad fi.& in cons.*26.*Et diligenter*, vbi in puncto consuluit. † Declara, nisi esset maximus 29
excessus in patre dotante filiam in minori summa, quam sit legitima, quia argueretur dolus, & admitteretur ad supplementum. Decian.*cons.*180.*Visa renunciatione.* † Declara, nisi ex forma statuti 30
filia excluderetur à successione; quia licet fuerit dotata à patre, superueniente exclusione propter mortem patris; tamen potest petere supplementum vsque ad legitimam. Deci.*cons.*276.*Proponitur.*
† Restringe, quando fratres post mortem patris dotassent sorores 31
in minori summa, quam pater dotauerit viuens; quia lex non ita confidit de fratribus; & tunc possunt petere supplementum æ-

quali-

qualitatis saltem vsque ad legitimam. Deci. *d. cons. 26. & cons. 181.*
32 *Satis nota est.* † Restringe, quando pater dedisset dotes inæquales filiabus, & eas hæredes instituisset æqualiter; quia tenentur communicare dotes; & idem, si ab intestato succedant; quia per communicationem necessario reducuntur ad æqualitatem, si expresse non est facta prohibitio, *auth. ex testamento, C. de collatio.* Vide, *Dos congrua quando & ex quibus dicatur. Conclus. 733.* Vide, *Dos quanta esse debeat filiæ excluſæ. Conclus. 789.* Vide, *Dos quando suppleri debeat, vel non. Conclus. 735.* † Declara, vt supra, *Dotare qui teneantur. Concl. 780. num. 175. & seq.*

Dos soluta simpliciter ab obligato censetur ex præambula obligatione Concl. 785.

1 FRATER † obligatus soluere dotem sorori ex testamento patris sub conditione, licet soluat, vel se obliget ad soluendum simpliciter, censetur ex titulo præambulæ obligationis, & ad se liberandum, non autem animo soluendi de suo, vt obligatio firma maneat. Petr. de Anch. *cons. 7. n. 6. ver. secundo veniens propius, vsque in*
2 *fi.* † Amplia idem esse in patre, qui se obligauit soluere filiæ florenos 150. pro dote; quia filia renunciauit bonis maternis; nam si pater postea soluat simpliciter pro dote filiæ florenos 200. præsumitur ex causa præambulæ obligationis. Bald. *cons. 37. Quoniam re, nu.*
3 *4. ver. 3. vertitur dub. lib. 2.* † Contrarium tenet idem Bald. *in consil. 38. num. 3. ver. circa tertium*, vt imo pater præsumatur soluisse florenos 200. pro dote, quam vti pater de suo tenetur ex *l. fi. C. de dot. promiss.*
4 *lib. 2.* † Imo, si pater erat obligatus ex legato alterius soluere certam summam pro dote suarum filiarum, & ipse pater leget eisdem suis filiabus pro dote cum conditione, quod plus petere non possint, non censetur animo compensandi in alio legato de quo non fecit mentionem, sed potius ex officio paterno censetur legasse.
5 Cuma. *cons. 134. Dominus Nicolaus.* † Extende hoc contrarium, quia si auus reliquit nepti ex filio mille in subsidium nubendi, postea instituit patrem neptis vna cum fratribus illius, hæredes, & pater neptis postea illam dotet, & soluat dotem, tenetur ad legatum; quia non censetur dotasse filiam ex legato, ad quod tam ipse,
6 quam fratres tenentur. Bald. *cons. 330. Casus talis est, lib. 5.* † Extende contrarium, quia si pater simpliciter dotauit filiam non facta mentione de legato, & bonis filiæ aliunde prouentis, seu prouenientis, filia poterit petere legatum sibi factum ab extraneo, cum
7 pater de suo dotare teneatur. *l. si* vbi omnes. * *C. de dot. promiss.* † Et procedit extensio contrarii, etiam si pater dixit se dotare de bonis
8 suis, & de bonis filiæ. Bald. *d. l. fi. C. de dot. promiss.* † Etiam si pater esset administrator filiæ. & bonorum, etiam si excessisset modum in dotando; quia excessum de suo, & non de bonis filiæ dedisse præsumitur. Bald. Nouel. *de dote in 6. parte in 3. priuil.* Parif. *consil. 80. col. 1.*
9 *& 2. lib. 3.* † Declara prædictas extensiones contrarii, & contrarium procedere, quando pater esset soluendo, & idoneus facultatibus habito respectu ad dotem promissam, & ad bona, quæ possider; secus si non esset soluendo, vel pauper, aut inuolutus debitis, & impotens ad dotandam filiam in quantitate constituta, quia tunc censetur dotasse de bonis filiæ, & legata computantur in dotem promissam. Bald. *d. l. fi. col. 3. ver. sed quid si pater*, & ibi Salycet. in *7. quæst. C. de dot. promiss.* vbi dicit non esse verisimile patrem non idoneum ad soluendum dotem de suo voluisse remanere in egestate, & filiam in plena vbertate lætari, cum filia habeat de suo, vnde possit dotis promissio impleri, quam partem dicit tenuisse Iac.
de Rauen. Vide & declara aliis modis *in ver. Dotare qui teneantur.*
10 *Conclus. 780. n. 46. & seq.* † Amplia; quia si pater legat in testamento filiæ pro dote, & deinde legat in codicillis etiam pro dote, censetur vnicum legatum; quia vltimum inducit ademptionem primi. Cuma. *cons. 18. Sine disputatione, per tot.* quia vbi concurrunt ista duo, quod obligatio pro dote sit facta ab eodem, & quod leget expresse pro dote, præsumitur animo compensandi, alias non. Cuma.
11 *cons. 134. per tot.* maxime *col. fi. ver. nec obstat.* † Extende, vt procedat etiam, si diuersa sit quantitas legata in testamento à quantitate legata in codicillis; quia si eadem causa exprimitur, debetur semel
12 vltimum legatum. Cuma. *d. cons. 18. in princ.* † Extende, vt procedat, etiam si legasset in testamento bona, in codicillis pecuniam; quia si causa eadem exprimitur, debetur vltimum legatum dumtaxat, secus si causa non exprimitur. Cuma. *d. cons. 18. circa fin. ver. non enim*
13 *verisimile.* † Extende, vt procedat, etiam si primum legatum esset filiæ pro dote, & secundum esset genero factum pariter pro dote; quia quando exprimitur causa, licet diuersitas personarum sit expressa; tamen debetur solum semel, & vltimum legatum, Cuma.
14 *d. cons. 18. post med. ver. amplius.* † Restringe, quando causa non exprimitur, & est diuersitas in personis legatariorum, vel in rebus, aut quantitatibus legatis; quia tunc vtrumque legatum debetur. Cuma. *d. consil. 18. circ. fi. ver. secus si legat.* † Amplia; quia legatum fa- 15
ctum filiæ, vel genero pro dote simpliciter, censetur factum potius in satisfactionem dotis promissæ, quam causa donationis. Cuma. *d. cons. 18. post med. ver. amplius considerandum.* & vide supra *num. 4. & seq.* † Amplia; quia auus maternus dotans neptem simpliciter, 16
cuius est tutor, in dubio censetur dotare de dote materna ipsius neptis apud auum existente; & ideo potius animo compensandi, quam dotandi de suo præsumitur dotasse. Bald. *dict. cons. 100. Matthæus de Sermona, in fi. lib. 3.* † Amplia; quia pater dotando simplici- 17
ter filiam censetur illam dotare, & compensare legatum dotis filiæ factum ab auo paterno, & ideo liberatur ab ipso legato. Bald. *consil. 360. Quia dictum legatum, lib. 4. & cons. 330. lib. 5.* supra *num. 4. & sequent.* Vide, *Dotari de quibus bonis debeat mulier. Conclus. 779. num. 24.*
& seq. † Amplia, quia mater, & fratres dotando sororem, quæ ha- 18
bet legatum à quocumque pro dote, censentur in dubio dotare primo de legato, & compensare legatum postea de suo. Bald. Nouel. *in tract. de dote parte 6. princip. priuil. 3.* † Extende maxime, quan- 19
do in scripta parentelæ facta absente dotata fuit dictum, quod comprehenderetur legatum eidem mulieri debitum; quia si soluto matrimonio mulier vigore scriptæ exigit dotem, censetur approbare, ita quod non poterit legatum petere, *l. quidam ex parte*, vbi tex. & gloss. *ff. de euictio.* Bald. *consil. 184. Ad intelligentiam, ver. nunc*
venio, lib. 2. Crauet. *cons. 237. col. 2. ver. ex testamento*, vbi plura, quando ratificatio inducatur. † Extende; quia licet frater teneatur alere, 20
& dotare sororem; tamen intelligitur, si ipsa est inops, & non habet aliunde; ideo si ipsa habet legatum factum ab auo paterno, qui supertuixit patri puellæ, & frater sit hæres aui, si nupsit eam cum dote condecenti, censetur prius de legato, & sic proprio mulieris, & sororis, postea de suo dotasse. Campeg. *de dote quæst. 24.* vbi dicit hanc opinionem esse æquiorem, quod non censeatur donare de suo proprio, facit Cephal. *consil. 156. numer. 15.* Crauet. *consil. 106. numer. 10. & consil. 158. num. 13.* Ruin. *consil. 223. lib. 1.* † Con- 21
trarium, quando frater non administrat, vide infra *numer. 27. ver. limita.* † Amplia; quia si testator legat centum pro dote, & postea 22
illos soluat in vita, præsumitur soluere in ademptionem legati, ita Bartol. *in l. Lucius la prima, numer. 3. per illum tex. ff. de leg. 2.* dicens esse menti tenendum pro iis, qui faciunt relicta ad pias causas, & postea illa soluunt in vita sua, & cum Bartol. tenent alii, idem Bartol. *in l. huiusmodi, §. cum pater, num. 4. ff. de leg. 1.* & ibi Ias. *num. 16.* qui attestatur de * communi. Vide, *Legatum factum creditori non præsumitur* *
animo compensandi, & quando secus. Conclusio. 141. vbi latius. † Extende 23
siue legatum esset expresse factum pro dote, siue simpliciter, ita Ias. vbi supra proxime *d. l. huiusmodi. §. cum pater, num 16. ff. de legat. 1.* † Extende, etiam si solutio esset facta patri puellæ; quia cum pa- 24
ter sit legitimus administrator bonorum filii, solutio facta patri de eo, quod filiæ debetur, liberat debitorem. Angel. *in l. qui aliena, §. quamquam. ff. de neg. gest.* Dec. *in l. filius, numer. 6. Codic. de pact.* † Et ma- 25
xime vltima extensio procedit, quando ex coniecturis potest colligi, quod potius contemplatione patris, quam filiæ legatum factum fuerat. Angel. *consil. 78. num. 1. ver. secundo probatur.* † Extende, 26
etiam si legatum puellæ esset factum in quantitate, & testator soluisset in specie patri puellæ; quia adhuc censetur animo compensandi factum. Bald. *in l. filiæ in 3. quæst. Codic. de legat.* † Limita; 27
quia si pater depositauit quandam summam pro dote filiæ, siue nubat, siue efficiatur monacha, & patre defuncto filius, & hæres, qui est frater carnalis puellæ, eam tradat nuptui cum certa dote, & promissione dotis, nulla facta mentione depositi facti per patrem, tenetur ad dotem, & filia debet etiam habere depositum vltra dotem; quia quando non administrat bona sororis, censetur de suo dotare, & donare dotem. *l. fi.* & ibi Bald. & Salycet. *C. de dot. promiss.* per quem tex. ita dixit Bart. *in l. Nesennius*, vbi etiam Castr. *ff. de neg. gest.* sequitur Corne. *cons. 175. lib. 4.* Soc. *cons. 5. nu. 19. lib. 4. cons. 121. col. pen. & consil. 135. col. 1. ver. sed sequendo, & consil. 291. col. 7. ver. ad tertium. lib. 2.* Abb. *consil. 48. col. 2. ad fin. lib. 1.* Ias. *in § fuerat, num. 110. Instit. de actio.* Ruin. *consil. 171. in princip. lib. 1.* Rip. post alios *in l. 1. numer. 94. ff. solut. matr.* Campeg. *in tract. de dote parte prima q. 14.* † Extende, vt i- 28
dem sit in quolibet extraneo dotante. Bartol. *in l. vxorem. §. pater naturalis, ad fi. ff. de leg. 3. & in d. l. Nesennius*, vbi etiam Ang. & Castrens. *ff. de neg. gest.* Alexand. *cons. 100. num. 2. lib. 2.* Corne. *consil. 265. num. 2. lib. 1. & consil. 223. num. 3. & consil. 175. num. 4. lib. 4.* † Extende, etiam si 29
frater, & extraneus post dotem simpliciter promissam declarasset se voluisse comprehendere in promissione dictæ dotis summam depositatam; quia talis declaratio releuaret, si facta esset à principio, videlicet si tempore promissionis dotis facta fuisset, vt per Angel. *consil. 209. in princ.* Sed quando fit ex interuallo, non potest aliquid operari in fauorem declarantis; quia est potius quæ situm

mulieri,

mulieri, vt per Corne. *conſ.265.col.4.ver.& applicando, lib.1.* & Crau. *conſ.112.n.12.*† Declara, & reſtringe multis modis, quando extant coniecturæ in contrarium, quando ſoror eſt diues, quando dotans adminiſtrat, & multis caſibus, de quibus infra *ver. Dos data à tertio. Concluſ. proxima ſeq. n.7.* vbi idem, quando alias eſſet obligatus, quia animo gerendi negocium illius cenſetur dotaſſe. † Extende; quia in tantum fratres duo dotantes ſororem ſupra ſummam ſibi pro dote à patre legatam, videntur de ſuo donare in illo pluri, vt non repetant ab aliis fratribus, qui non conſenſerunt dicto augmento. Bald. *in Auth. ex teſtamento. Cod. de collatio. ver.17. cap.* Vide, *Actus præſumitur factus in exequutione tituli præcedentis. Concl.152.* Vide, *Actus præſumitur geſtus ex cauſa neceſſaria. Concl.149.* Vide Concluſionem proximam ſequentem. Vide, *Titulus præambulus inducit præſumptionem actus ſequentis ex titulo præcedente. Concl.313.*

Dos data à tertio quo nomine data cenſeatur. Concluſ. 786.

1 TRES † ſunt caſus, in quibus quandoque tertius dotans donat mulieri, quandoque non donat, prout certum eſt. Primus caſus eſt, quando non apparent coniecturæ, quid præſumatur in
2 dubio. Bald. plene *conſ.59. Tres perſonæ. lib.3.* † Dos data à tertio pro muliere, ſi conſtat, quod animo donandi mulieri ſoluta fuerit, vel promiſſa ſolui, poteſt promittens compelli ad ſoluendum, & nihil repetit. Bald. *conſ.59. Tres perſonæ ſunt. in princ. ver. redeo ad primum,*
3 *lib.3.* † Amplia; quia frater, qui ſoluit dotem marito ſororis, & mortuo marito eandem dotem exegit in vna domo primi mariti; quia tenetur dictam dotem ſoluere ſorori, vel eius ſecundo marito; quia cum non ſit ſtipulatus ſibi reddi, cenſetur donaſſe; & ideo condemnari debet. Angel. Aretin. *conſ.132. In caſu prædicto*, vbi pro vtraque parte allegat, quando aderant aliquæ probationes, quod mulier eſſet confeſſa extra iudicium habuiſſe; quia ſtatur inſtru-
4 mento, & hanc tuetur opinionem. † Et extraneus dicitur in hac materia omnis, qui non habet mulierem in poteſtate. *l.1.§. accedit. C. de rei vxo. actio.* vbi Bald. Salycet. & alii Socin. *conſ.121. nu.13. lib.1.* Io. de Imola *conſ.46. in princ.* Bald. *conſ.59. Tres perſonæ, lib.3.* Bald. Nouel. *in dote in 6. parte priuil.3.n.6.* Socin. *conſil.291. Viſis litteris mihi deſtinatis, n.11. ver. non obſtat ſecundum, lib.2. & conſ.6.n.7. lib.4.* Abb. *conſ.*
5 *12. Vt clare col.3. ver. & dicitur extraneus, lib.1.* † Et ſic mater, & alii conſanguinei dicuntur extranei. *l. vnica §. extraneum. C. de rei vxo. actio.* vide ſupra, *Dotare qui teneantur. Concl.780. num.90.* † Idem eſt
6 in fratre; quia reputatur in hoc extraneus, ita vt dotando cenſeatur donare, quatenus matrimonium ſequatur, alias non. Abb. *dict.*
7 *conſ.48. Attingam, col.2. ver. ſed refero nunc, lib.1.* † Secundus caſus. Aliquando tertius, vel extraneus ſoluit, vel promittit dotem, non animo donandi, ſed animo gerendi negocia mulieris; & tunc habet contra mulierem actionem negociorum geſtorum, ſi vtiliter geſ-
8 ſit. Bal. *d. conſ.59. in princ. ver. quandoque eſt certum, lib.3.* † Si igitur conſtat, quod pater, & patruus dotarunt de bonis patris, & matris dotatæ, non poteſt dubitari, an voluerint de bonis eorum commu-
9 nibus dotare, quia res eſt clara. Io. de Imol. *conſ.28. per tot.* † Extende; quia ſi frater promittit dotem ſorori, vel marito ſororis, viuente patre communi, & differt ſolutionem in tempus mortis patris, poſtquam adeptus fuerit hæreditatem patris, cum in hac materia ſit extraneus, cenſetur de ſuo promiſiſſe, & donaſſe, non autem cenſetur animo gerendi negocia ſororis, licet eſſet habitura legitimam in bonis patris; quia ea inuita non potuit gerere negocia.
10 Abb. plene *conſ.12.col.3. ver. ad quintum dubium, lib.1.* † Declara; quia tertius promittens dotem mulieris marito ſiue animo donandi, ſiue animo gerendi negocia mulieris, quoad maritum poteſt compelli omnino ſoluere; quia quoad ipſum maritum iſta non attenduntur, licet quoad mulierem, iſti ſoluenti vtiliter competat ius repetendi contra mulierem actione negociorum geſtorum, ſi mulier habet, vnde ſoluat; ſin minus, tenetur mulier cedere ſpem omnem dictæ dotis. Bald. *conſ.59. ante med. ver. vlterius dixi, lib.3.* & loquitur in muliere habente dotem legatam ante aditam hæreditatem per hæredem, licet non poſſit agere ad legatum; tamen te-
11 netur cedere. † Reſtringe, quando tertius non vtiliter geſſiſſet negocium mulieris, vt quia ſupra vires patrimonii mulieris dotauit; quia ſi mulier non habuit ratum, non repetit. Bald. *d. conſ.59. in princ. ver. quandoque eſt certum, lib.3.* Vide, *Dotare qui teneantur. Concluſ.*
12 780. *n.40. ex ſeq.* † Quandoq; dubium eſt, qua mente tertius promittens dotem mulieri ſoluerit, an animo donandi, vel gerendi negocium mulieris, vel alterius obligati, & recurrimus ad coniecturas, vt præſumatur animo donandi, ſi extant coniecturæ donationis, ſi vero extant coniecturæ gerendi negocia, tunc præſuma-
13 tur animo gerendi negocia. Bal. *d. conſ.59. per tot. lib.3.* † Contrarium Abb. *conſ.12.col.3. ver. ad quintum, lib.1.* vbi frater filius familias promittens dotem ſorori, cum adeptus fuerit hæreditatem patris communis, cenſetur donare de ſuo, non autem animo gerendi negocia ſororis mortuo patre, maxime, quando eſt Baro, & magnus vir, quorum munus eſt donare. † Et quando eſſet tertius ad- 14
miniſtrator mulieris, in dubio cenſetur animo gerendi negocia mulieris, & repetit ab ea; alias ſi non eſt adminiſtrator, ſecus eſt. Corne. *conſ.255. Circa primum, col.4. lib.1. & conſ.75. Videtur, col.2. lib.4.* † Vide Alex. *conſ.7. Viſo inſtrumento, n.16. ver. facit ad prædicta, lib.6.* v- 15
bi, quod debitor mulieris ſi illam dotat, præſumitur donare, non autem dare, vt compenſet debitum ſuum, allegat Bart. *in l. fin. C. de dot. promiſſ.*† Regula igitur eſt, quod extraneus dotans mulierem, 16
& non ſtipulans dotem ſibi reſtitui ſoluto matrimonio, cenſetur dotare animo donandi. Corn. *conſ.316. In conſultatione, in princ. lib.4.* Menoch. *de arbitr. caſu 88.n.36.* & communem * dicit Maſc. *de pro-* *
batio. concl.571. Bald. *conſ.179. Ad euidentiam, in princ. lib.2.* Io. de Imol. *conſ.46. in princ.* Abb. *conſ.48.col.2. ver. ſed refero nunc, lib.1.* Angel. Aretin. *conſ.132. In caſu prædicto, n.19. & ſeq. ver. vltimo aduertendum.* Et ſi in principio non eſt appoſita ſtipulatio pro extraneo in caſu reſtitutionis, ea non poteſt ex interuallo apponi, *d. §. accedit, l. vn.* vbi gl. *in ver. fecerit, C. de rei vxo. actio.* quam ſequuntur Bart. ibi, & alii. Bald. *d. conſ.179. in princ.*† Extende, etiam ſi mulier ſit abſens. Menoch. *dict.* 17
caſu 88.n.37. Maſcard. *d. concluſ.571.n.3.* Deci. plene *conſ.35. Præſtantiſſime Doctor, in princ.* vbi, quod etiam verba enunciatiua probant. Io. 18
de Imol. *conſ.46. in princ.*† Extende, etiam ſi mulier dotata ſit diues. Bald. Nouel. *tract. de dote in 6. parte priuil.45. in princ.* vbi dicit * com- *
munem, concordat Deci *conſ.35. numer.16. in ſi. primæ reſponſionis.* vbi, quod priuilegia dotium procedunt, etiam ſi mulier ſit diues, & habet aliunde.† Extende, etiam ſi extraneus ſtipulatus fuerit red- 19
di mulieri ſoluto matrimonio; quia adhuc præſumitur donaſſe. Maſcard. *d. conſ.571. num.4. ver. ſecundo amplia.* Menoch. *de arbitr. caſu 88. num.38.* † Et quod imo pactum de reſtituenda dote extraneo 20
dotanti operetur, quod de ſuo, & non de alieno voluerit dotare. Alciat. *conſil.49. num.15. to.3. lib.9.* Bero. *conſil.190. num.33. lib.1.* Syluan. *conſil.2. num.16. ver. iis tamen minime refragantibus.* † Reſtringe, 21
quando matrimonium illud non ſequatur; quia tunc quoad maritum reſoluitur donatio, & quoad mulierem, cui non cenſetur extraneus voluiſſe donare, niſi ſequuto illo matrimonio. Deci. *d. conſ.35.n.10. & 11. in 1. reſponſione,* vbi dicit limitari, ſi probetur, quod ſimpliciter & abſolute pro omni matrimonio extraneus voluit donare illi mulieri.† Reſtringe, quando frater, vel extraneus do- 22
tans fuiſſet adminiſtrator ſororis dotatæ. Angel. Aret. *d. conſ.132. nu.*
20.† Reſtringe, quando extraneus ſtipulatus eſt ſibi dotem reſti- 23
tui ſoluto matrimonio; quia non præſumitur donatio, etiam ſi mulier habuerit filios, quia reſtitutio debet fieri extraneo ſoluto matrimonio. Corne. *conſ.316. in princ. lib.4.* † Reſtringe in minore, 24
quia tanquam læſus habet reſtitutionem in integrum. Caſtr. *d. conſ.*
211. nu.2. in fi. lib.2.†Reſtringe, quando extraneus eſſet debitor mu- 25
lieris, pro qua ſoluit dotem, quia præſumitur animo compenſandi. Angel. Aretin. *d. conſ.132. num.20. ver. ſecundo ſaluat.*† Amplia, vt 26
procedat regula, etiam ſi nullæ extarent coniecturæ pro donatione, quia præſumitur donatio. Bald. *conſ.59. circa princ. lib.3. ver. quandoque eſt dubium,* per tex. *in l. vnica, §. accedit. C. de rei vxor. actio.* Caſtren. *conſ.96. Si dicta Cornelia, circa fi. lib.2.* Anchar. *conſ.7. num.6. ver. ſecundo*
veniens. Corne. *conſ.124. Viſo puncto, in princ. lib.1.* Soc. *conſ. ſuo deciſiuo*
291. Viſis litteris mihi deſtinatis, ver. ſed poſito, lib.2. & conſ.5. Supradictus inſignis Doctor, ver. circa ſecundam difficultatem, lib.4. vbi reſpondet ad omnia contraria. Abb. *conſ.12.col.3. ver. ad quintum, lib.1.* † Extende, 27
quia imo etiam ſi extarent aliquæ coniecturæ in contrarium, adhuc præſumitur donatio in extraneo dotante, quia alias nullus eſſet fauor dotis. Bald. Nouel. *d. tract. de dote parte 6. priuil.45. circa fin.* vbi, quod debitor mulieris ſimpliciter ſoluens cenſetur donare.
† Contrarium, quod imo leuis coniectura faciat recedere à præ- 28
ſumpta donatione. Soc. *conſ.121. num.14. lib.1.* Grammat. *conſil. ciuil.*
143. circa fi. ver. nec obſtat. & communem * dicit Bald. *in l. fi. num.12. C.* *
de dot. promiſſ.† Amplia multo magis in patre dotante, quia præſu- 29
mitur donatio. Menoch. *d. caſu 88. num.39.* Maſcard. *d. concl. 571. nu.*
3. in 3. ampliat. Deci. *conſ.35. numer.5. in fin. ver. & in patre.* Ripa *in l.1.*
numer.86. & ſeq. ff. ſolut. matr. vbi ampliat quatuor modis, vt de ſuo præſumatur dotaſſe filiam.† Et habet locum, etiam ſi non ſequa- 30
tur illud matrimonium in patre promittente dotem filiæ abſenti. Deci. *conſ.35. num.5. in fin. & in 2. conſ. in princ.* ibidem *numer.10. & 11.* vbi, quod plus operatur donatio patris, quam extranei.† Extende 31
in fratre dotante. Maſcard. *d. concl.571. numer.7.* vbi loquitur, etiam ſi ſoror ſit diues.† Extende idem in matre promittente dotem v- 32
na cum marito communi filiæ, quia tenetur, & præſumitur donatio, ſi pater non eſt ſoluendo, maxime ſi iurauit.

Bald.

33 Bald. *conſ.* 106. *Punctus, quidam vir.* † Ratio, quare in dote præſumatur donatio, eſt; quia dos eſt pia cauſa vt per Bartol. in *l. quæ dotis. ff.*

34 *ſolut. matr.* † Extende in tãtum patrem teneri ad dotem promiſſam, & quemcunque vt illam non poſſit minuere. Deci. *conſ.* 35. *nu.* 6. *ver.*

35 *circa ſecundum.* † Reſtringe; quia vxor promittens dotem communi filiæ cum marito obligatur, ſi maritus non eſt ſoluendo, & ſic in ſubſidium, alias ſecus, & debet maritus probare, quod non ſit ſol-

36 uendo. Crauet. plene *conſil.* 77. *per tot.* † Reſtringe in patre tribus modis, de quibus Rip. *d. l.* 1. *num.* 90. *& ſeq. ff. ſolut. matrim.* maxime, quando pater exprimit, quod dotat etiam de maternis, & filia ac-

37 ceptat. † Amplia in duobus fratribus, ſeu ſociis vniuerſorum bonorum; quia ſi vnus dotauit filiam ſuam de bonis communibus, ſciente, & non contradicente alio ſocio, cenſetur ſocius tacens donaſſe; quia hoc etiam eſt de natura ſocietatis omnium bonorum, vt de communi dotentur. Socin. plene *conſ.* 4. *Quantum ad primum. numer.* 23. *& ſeq. ver. quoad ſecundum, lib.* 4. vbi pleniſſ. & plenius *conſ.* 5. *num.* 10. *& ſeq. eod. lib.* vbi reſpondet ad omnia contraria, & repetit *conſ.* 291. *num.* 7. *& ſeq. lib.* 2. Ant. de Butr. *conſ.* 7. *per tot.* Caſtren.

* *conſil.* 211. *Ad primum reſpondetur. lib.* 2. & magis communem * dicit Bero. *conſ.* 190. *num.* 27. *ver. venio ad ſecundum, lib.* 1. *vſque ad nu.* 41. Vide

38 in *ver. extende in duob. fratribus,* infra *num.* 93. † Extende multo magis, quando frater ſocius omnium bonorum conſenſit expreſſe dotationi factæ per patrem ſocium; quia cenſetur donare. Socin. *d. conſ.*

* 291. *num.* 8. *lib.* 2. Ant. de But. *conſ.* 7. & hanc magis communem * dicit Rolan. à Valle *conſ.* 91. *lib.* 1. vbi reprobat Iaſo. dicentem contra-

** riam magis * communem, & hanc magis * communem dicit Bero.

39 *conſ.* 190. *nu.* 41. *lib.* 1. † Contrarium, quod imo frater, & ſocius omnium bonorum non cenſeatur donare; ſi ſciat fratrem, & ſocium dotare filiam de bonis communibus; quia repetit, tenet apoſtillator ad *conſ. Butrÿ* 7. & hanc magis * communem dicit Iaſ. in *authen. quod locum. nu.* 6. *ver. quid tenendum. C. de collat.* apoſt. ad Alex. *conſ.* 154.

40 *lib.* 2. † Declarat Iaſ. vt ſi dotatio filiæ fiat in bonis ſtabilibus communibus, ſciente, vel conſentiente ſocio omnium bonorum, procedat ampliatio; ſecus, ſi dotaretur mulier in pecunia communi,

☞ vide eum in *d. authen. quod locum. nu.* 6. *C. de collat.* Vide alias declarationes, in *ver. Socius omnium bonorum quæ communicat, & ad quæ teneа-*

41 *tur, vel non. Concluſ.* 283. † Reſtringe in ſociis non omnium bonorum; quia ſi vnus dotat filiam ſuam de bonis communibus; imo ſi ambo dotant, patruus repetit à fratre, cuius filio fuit dotata; quia non præſumitur donatio. Caſtren. *conſ.* 96. *Si dicta Cornelia, cir. fi. lib.*

* 2. & ita Anton. de Butr. *d. conſ.* 7. & communem * dicit Alciat.. *conſ.*

46. *num.* 3. *tom.* 3. *lib.* 8. vbi tollit *conſilium Soci.* 291. vt procedat, quan-

42 do ſocii ſunt omnium bonorum, alias ſecus. † Contrarium tenet

43 Caſtre. *conſ.* 211. *Ad primum reſpondetur. lib.* 2. *num.* 2. † Declara; quia ſi ſocii ſtipulati ſunt dotem reſtitui ſocietati, ſiue ſocietas ſit omnium bonorum, ſiue particularis; tunc ſemper cenſentur donaſſe, ex quo ſocietati debet fieri reſtitutio; ergo de communi fuit dota-

44 ta Bero. *conſ.* 190. *n.* 33. *lib.* 1. † Amplia in fratre; quia ſi dotat ſororem etiam in plus, quam teneatur, cenſetur donare. Soc. *conſ.* 115. *lib.* 1. *& conſ.* 5. *col. pen. lib.* 4. Ruin. *conſ.* 74. *nu.* 19. *lib.* 2. facit text. in *l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio.* vbi Bald. Salycet. & alii dicunt, quod extraneus dotans cenſetur animo donandi, & extraneus dicitur, qui nõ haber dotandam in poteſtate. Bald. Nou. *de dot. par.* 6. *priu.* 3. *num.* 6. Socin. *conſ.* 6. *num.* 7. *lib.* 4. *& conſ.* 191. *Viſis litteris mihi deſtinatis. num.* 11. *ver. non obſtat ſecunda ratio. lib.* 2. Vide Maſcard. *concluſ.* 571. *Dos data ab extraneo. num.* 7. vbi extendit, etiam ſi frater dotaret ſororem diuitem, reſtringit, quando frater eſſe adminiſtrator bonorum ſororis, licet citet etiam tenentes contrarium, *num.* 11. vbi de communi

** reſtringit, niſi conſtet per coniecturas de contrario, prout ſi vt fideiuſſor ſoluiſſet, vel quid ſimile; item ſi eſſet maxima ſumma ſo-

45 luta. † Amplia in matre; quia licet non teneatur dotare filiam; ſi tamen eidem de bonis ſuis det dotem, in dubio cenſetur donare, & non poterit contrauenire, *l. ſi liqueat. C. de inoff. donat. l. ſi fundum per fideicommiſſum, & l. nihil. §. omnibus. ff. de leg.* 1. facit text. in *l. mater. §.* 1. *C. de rei vendicat. & in l. ſi conſenſit, & in l. Paulus. ff. quib. mod. pignor. vel*

46 *hypo. ſol.* † Vide Maſcard. in *d. concluſ.* 571. *Dos data ab extraneo.* vbi ponit hanc regulam, quod extraneus cenſeatur donare extendit multis caſibus, quorum aliqui ſunt de ſupradictis, & limitat, quando extraneus dotat mulierem habentem patrem diuitem;

47 quia præſumitur animo repetendi. † Limita, quando extant coniecturæ in contrarium, quod animo gerendi negocium mulieris dotauerit; quia tunc præſumitur geſtiſſe negotium mulieris, & ab ea repetit, & quatenus non habeat, prout ſi haberet legatum dotis, quod non poſſet conſequi; quia hæreditas non ſit adita; tunc cedere teneatur iura. Bald. *d. conſil.* 59. *circa princip. verſi. quandoque eſt dubium. libr.* 3. Menoch. *caſu* 88. *numer.* 41. Maſcard. *d. concluſ.* 571. *num.* 12. Bald. *conſil.* 120. *Quidam Anclus,* quod eſt duplicatum

conſil. 122. *lib.* 5. † Extende idem in extraneo habente pecunias 48
mulieris in depoſitum, vel ſi debitor; quia in dubio, ſi onus dotandi non ſpectat ad eum, cenſetur animo compenſandi, & rehabendi à muliere, non autem animo donandi, ita Grammat. *conſil. ciuil.* 143. *Conſultus, per tot.* † Extende etiam in matre, & fratre do- 49
tantibus ſororem diuitem, quia licet ipſi ſint diuites; tamen cenſentur animo gerendi negotium filiæ, vel ſororis. Bald. Nouel. *de dote parte* 6. *priuil.* 3. *num.* 3. Viui. in 3. *vol. communium opin. fol.* 718. *num.* 11. Bald. Nouel. *de dote in* 6. *parte priuil.* 44. *in fin.* Fulgoſ. in *l. fin. num.* 2. *C. de dot. promiſſ.* vbi Bald. *num.* 12. quem ita intelligit Alciat. *conſil.* 46. *numer.* 3. *tom.* 3. *lib.* 8. † Contrarium tenent Bald. in *l. fin. numer.* 12. 50
vbi Salycet. *num.* 6. Angel. *in fin.* qui dicit ita iudicatum. *C. de dot. promiſſ.* Rip. in *l.* 1. *num.* 94. Ruin. *conſil.* 160. *ad ſi.* Bald. Nouel. *num.* 143. Crot. *num.* 80. Bolognet. *num.* 135. *ff. ſolut. matr.* Socin. *conſ.* 291. *nu.* 11.
ver. ad tertiam rationem. lib. 2. † Declara; quia aliud eſt, quando onus 51
dotandi ſpectat ad mulierem, quia tunc extraneus, prout mater, vel frater, aut alius dans dotem, cenſetur donare; ſecus eſt, ſi mulier habet patrem obligatum; quia tunc dotata cenſetur animo repetendi, & poteſt repetere à patre. Bald. Nouel. in *l.* 1. *num.* 82. *&* 83. *ff. ſolut. matrim.* vbi, quod eſt bene notandum. † Idem dicit Ful- 52
goſ. in *l. fin. C. de dot. promiſſ.* in filio dotante propriam filiam; quia quatenus onus dotandi ſpectat ad mulierem, cenſetur donare, & habet locum, *l.* 1. §. *accedit. C. de rei vxor. actio.* quatenus vero onus ſpectet ad auum; tunc filius repetit, *nu.* 2. *ver. facit etiam.* † Rationem 53
adducit Fulg. in *d. l. ſi. C. de dot. promiſſ. n.* 3. qui donando obligato, & ſic alteri, quam mulieri, non eſſet cauſa pia. † Extende in fratre do- 54
tante ſororem, ad quam erat obligatus, quia præſumitur animo compenſandi, non autem donandi. Petr. Anchar. *conſil.* 7. *nume.* 7. *ver. ſecundo veniens, per tot.* Fulgo. in *l. fin. num.* 2. *C. de dot. promiſſ.* & hoc, quando ſoror habet de ſuo. Bald. Nou. *de dote parte* 6. *priu.* 3. Campeg. in *eod. tract. q.* 24. † Extende, quia in dubio mater, & alius 55
dotans præſumitur potius adhibitus, vt miniſter alterius, quam animo donandi. Ancharan. *conſil.* 32. *num.* 10. *ver. vnde mater,* & eſt magis communis * opinio, ſecundum glo. in *l. quæ dotis. ff. ſol. mat.* quam *
magis communem * dicit Ruin. *conſil.* 171. *num.* 8. *ver. & quam confir-* *
mo. lib. 1. † Extende, quando frater dotat ſororem de bonis com- 56
munibus fratris, & ſororis, quia præſumitur dotare de bonis ſororis, & animo gerendi negocium ſororis, ideo ab ea repetit. Campeg. *tract. de dote. q.* 24. Socin. *conſ.* 121. *num.* 13. *& ſeq. ver. & probatur etiam. lib.* 1. † Extende in hærede, qui ſuccedit excluſa filia dotata, 57
quia dotaſſe præſumitur in dubio de bonis hæreditariis, de quibus tenebatur dotare. Anchar. *conſ.* 300. *in princip. num.* 2. Caſtrenſ. *conſ.* 438. *num.* 3. *lib.* 2. † Extende, quando ſoluens dotem erat obli- 58
gatus pro muliere, quia præſumitur animo compenſandi, & ſoluendi de bonis mulieris, cui eſt debitor. Ruin. *conſ.* 223. *in princ. lib.* 1. *& conſ.* 152. *nu.* 9. *lib.* 5. Fulg. in *l. fin. nu.* 2. *C. de dot. promiſſ.* † Extende in 59
fratre legante ſorori, quia in dubio cenſetur animo compenſandi, id quod debet pro dote ſororis ex hæreditate paterna. Caſtre. *conſ.* 438. *Quantum ad primum. num.* 3. *ver. ad tertium, lib.* 2. † Extende, quan- 60
do dans dotem mulieri erat debitor mulieris. Caſtrenſ. *conſ.* 211. *Ad primum reſpondetur. num.* 2. *lib.* 2. † Extende, quia ſi pater promiſit 61
dotem filiæ, puta in mille, & corredia conuenientia, & mortuo patre frater ſoluit pro dote, & dotis nomine maiorem ſummam, quam pater promiſerit, puta ſcut. 1200. cenſetur illud plus ſoluiſſe pro corredis, non autem donaſſe de ſuo, & ſi moleſtatur pro corredis, debet abſolui, quia præſumitur potius animus compenſandi, quam donandi in ſoluente dotem debitam ex quacunque cauſa. *l. vxorem. §. pater natu. ff. de leg.* 3. vbi Bart. ideo frater ſoluendo dotem præſumitur potius in cauſam legatum paterni, quam de ſuo ſoluere, licet quantitas non ſit eadem. Ruin. *conſ.* 223. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 1. licet non ſit facta vlla mentio de corredis, quia dicuntur pars, ſeu ſupplementum dotis, vel ſaltem appendices, vt per Io. de Anan. *conſ.* 36. *Vtrum Coſſa.* vbi infert, quod diſpoſitio loquens de dote trahitur ad correda, ſequitur Curt. Iun. *conſ.* 129. *in fi.* facit Deci. in *c. quanto, in* 2. *not. de iud.* item quia dos eſt principalis, correda ſunt acceſſoria, ideo expreſſo principali ſequitur acceſſorium. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill.* & relatio fit ad omnia etiam remota, vbi ceſſat ratio diuerſitatis. *l. ſi tibi pure. ff. de legat.* 1. ita plene Crauet. *conſ.* 149. *per tot.*
† Et procedit extenſio etiam ſtante ſtatuto, quod frater dotando 62
ſorores cenſeatur donaſſe; quia non habet locum, quando frater erat debitor occaſione legati fideicommiſſi, vel obligationis. Ruin. *d. conſil.* 223. *num.* 2. *lib.* 1. † Contrarium tenet Bald. Nouell. 63
tract. de dote parte 6. *priuil.* 45. *in fin.* † Extende, quando extant ali- 64
quæ coniecturæ in contrarium, veluti ſi poſt dotationem factam à fratre mulier dotata liberat fratrem, vel extraneum dotantem; quia præſumitur dotata contemplatione futuræ liberationis ſubſequutæ. Socin. *conſil.* 121. *num.* 12. *lib.* 1. & plenius *conſ.* 135. *lib.* 1. Natt.

65 *conſ.14.num.4.& ſeq.* † Vide plures coniecturas per Menoch.*de arbitr.caſu* 88.*num.41.* Maſcard.*de probat.concluſ.571.num.12.ver.ſecundo*
66 *limita.* † Limita, quando extraneus dotans gereret negocia, & adminiſtraret bona mulieris dotatæ; quia præſumitur dotare de bonis mulieris, & non donare. Corne. *conſil.124.colu.fin.lib.1.* vbi dicit
* communem. Soci.*conſ.291.num.11.lib.2.* Caſtre.*conſ.211. Ad primum reſpondetur.num.2.lib.2.* Nat.*conſ.100.num.12.* plene Fulgoſ.in *l.fin.C.*
* *de dot.promiſſ.* vbi * omnes. Bald. Nou. in *l.1. num.79.ff.ſol.mat.* Alex-
67 xan.*conſ.100. Viſo puncto,in 3. dub.lib.2.* † Extende, vt idem ſit, quando dotans eſt debitor mulieris; quia præſumitur animo compen-
68 ſandi. Alexan.*d.conſ.100.in 3. dub.lib.2.* † Extende in fratre, & matre dotantibus ſororem, vel filiam; quia ſi gerunt negocia, vel adminiſtrant, cenſentur de bonis mulieris dotaſſe. Anch. *conſ.300. Poſſet probabiliter,in princip.* Bald.*conſ.59. ante med.ver.modo ergo.lib.3.* Corne.
* *conſ.124.col.fi.lib.1.* vbi dicit * communem in omni adminiſtratore. Maſcard.*concl.571.num.7.& 10.* Menoch.*de arbitr.caſu* 88.*nu.48.* vbi
* reprobant Alb.*conſ.22.prout eundem Alb.* reprobat Viui. *inter communes opiniones,vol.3.fol.718. tit.de dot.prom.num.11.* vbi de magis * communi, & communem dicit Soci.*conſ.5.num.19.lib.4.* Bald. Nouell.*de*
* *dote parte 6.priuil.3.nu.3.* Nat.*conſ.100. num.12.* Bald. in *l.fi.nu.12. C.de*
* *dot.promiſſ.* vbi dicit * communem, & ibi Fulgoſius *nu.2.& ſeq.* Bald.
69 Nouel.in *l.1.nu.79.ff.ſolut.matr.* † Contrarium in fratre, & matre tenet Alb.*conſ.12.in pr.* vbi dicit magis * communem. † Declara; quia
70 ſi extranei adminiſtrantes dediſſent dotem exceſſiuam, cenſentur
71 donaſſe exceſſum. Bal. Nou. in *l.1.nu.80.ff.ſol.matr.* † Extende in patre legante filiæ excluſæ à ſtatuto, ſi dotata eſt; quia cẽſetur in dubio legare pro dote debita ex ſtatuto. Barto. in *l.quod autem.ff.de iure dot.* quod ibi admittit Alex. verum ſi eſt ætatis nubilis; quia cenſetur tunc animo compenſandi in dubio; ſecus ſi non eſſet nubilis;
72 quia debitum ſub conditione non compenſatur. † Extende etiam in patre dotante; quia ſi adminiſtrat bona filiæ non cenſetur donare, ſed de bonis filiæ dotaſſe propter reliquias geſtionis. Bald. *conſ.*
39.ante med.ver.modo ergo.lib.3. Corne.*conſ.124. colu.fin.lib.1.* vbi dicit
** * communem. Maſcard.*de probatio. concluſ.571.* vbi de * communi,
73 *num.8.* hanc partem tenet Ruin.*conſ.152.num.9.lib.5.* † Contrarium in patre. Anch.*conſ.300.num.2.* & idem videtur tenere Campeg.in
r *tract.de dot.q.16.* vbi circa fin. dicit, quod Bar. contrarium tenens reprobatur à toto mundo. Gramm.*conſ.143.nu.2.* vbi, quod Roma. & Imol. in *l.ff.ſolut.matr.* in hoc ſolo reprehẽdunt Bart. & ipſe Gram-
* mat. videtur tenere hanc partem, & * communem contra Bart. dicit Rip.*d.l.1.ff.ſolut.matr.nu.90.* quia pater ſemper eſt adminiſtrator
* bonorum filii, & communem * dicit ibi Aret.*nu.5.* Bald. Nouell.*n.*
74 77.*& ſeq.* † Declara, vt procedat extenſio, quando pater eſt, & non
75 tenetur dotare filiam. Rip *d.l.1.nu.90.ff.ſolut.matr.* † Declara, niſi filia eſſet emancipata; quia tunc pater adminiſtrãs bona filiæ emancipatæ dotando cenſetur de bonis filiæ dotare, ita Io. de Imol. in *l.*
76 *1.col.2.ver.in eadem gl.* ibi, *de bonis patris.ff.ſolut.matr.* † Idem, quando non eſſet emancipata, ſi expenſa per patrem adminiſtrantem fieret pro filia in aliam cauſam, quam pro dote; quia cenſeretur in dubio de bonis filiæ facta. Io. de Imo. *d.l.1.col.2. ver.in eadem gl.* ibi, *de*
77 *bonis patris.ff.ſol.matr.* † Declara; quia in bonis aduentitiis filiæ, in quibus pater habet vſumfructum, & eſt ſemper adminiſtrator, non habet locum, vt cenſeatur de bonis filiæ dotaſſe; quia imo de propriis dotaſſe cenſetur, ita Aretin. in *l.1.numer.5.verſic. in glo. ſem-*
78 *per.* ibi, *de bonis.ff.ſolut.matrim.* † Extende contrarium, quod pater cenſeatur de ſuo dotaſſe filiam de bonis propriis, etiam ſi ſit adminiſtrator bonorum filiæ etiam ſi dotauit in plus, quam eſſet congruentia dotis, etiam ſi filia eſſet diues. Bald. Nouel. in *l.1.ff.ſol.*
79 *matr.n.77.& 78.* † Extende in fratre, & quocunque adminiſtrante bona neptis, vel ſororis; quia dotando præſumitur de bonis dotata, non autem donare. Fulgoſ.*conſ.16.Tertio principaliter, in princip.* &
80 *in l.fin.num.2.C.de dot.promiſſ.* † Limita in extraneo dotante, quando onus dotandi ſpectabat ad patrem; quia cenſetur animo gerendi negocium patris obligati. Bald. Nouell. *de dote par.6.priuil.3.num.*
81 *6.& 7.* ſequitur Natt.*conſ.100.num.17.ver.poſtremo reperio.* † Extende, vt idem ſit, quando extraneus dotaret mulierem habentem fratrem, qui tenetur dotare ſororem; quia repetit à fratre. Corne.
conſ.124.lib.1. vbi caſus, & ſequitur Pariſ. in addit. ad Bart. in *l.1.§. accedit.C.de rei vxor.actio.* Viui. *inter communes opin.vol.3.fol.718. tit.de dot.*
82 *promiſſ.num.11.* † Contrarium tenet Ruin.*conſ.145.Cir.dub.num.9.*
83 † Extende idem, quando mulier haberet obligatum fratrem ad dotandum, vt quia ſtatutum excludit filiam ſtante maſculo; nam duplici vinculo tenetur frater dotare ſororem; quia eſt frater; & quia eſt hæres patris, vt per Abb. *conſil.12.lib.1.* & propterea extraneus, puta patruus repetit à nepote obligato dotare ſororem. quã
84 ex ſtatuto excluſit. Corne. *d.conſ.124.per tot.lib.1.* † Extende, vt procedat, etiam ſi ſimul patruus, & nepos dotarent ſororem nepotis, quia quoad patruum cenſetur fideiuſſor, & repetit à nepote, ex quo onus dotandi ſororem ſpectat ad nepotem. Corn. *d.conſ.124.*
lib.1. vbi eſt caſus, & *conſ.316.lib.4.per tot.* † Extende in fratre do- 85
tante ſororem; quia ſi pater viuit, cẽſetur animo repetendi à patre, ad quem ſpectat. Natt. *d.conſil.100.n.7.ver. & hoc eodem fundamento,* vbi allegat Bald. in conſilijs, & Petr. de Vbald. *de duob.fratr.in 6.par.*
quæſt.19. † Declara; quia non procedit, quando frater promittit 86
dare dotem ſorori mortuo patre; quia tunc non gerit negocia patris, ſed ſua. Abb. *conſil.12.Vt clara, col.pen.in prin.ver.ſed huic concluſioni.*
lib.1. † Extende etiam in patre dotante filiam, quæ iam erat ob- 87
ligata ad dotem; quia cenſetur animo gerendi negocium filiæ obligatæ. Ruin. *conſil.152.num.9.lib.5.* † Idem, quando pater dotauit 88
filiam, quam auus tenebatur dotare; quia repetit ab auo, tanquam ſi eius negocia feciſſet. Socin. *in l.1.num.50.ff.ſol.matr.* Ruin. *conſil.*
171.num.10.lib.1. Fulgoſ. *in l.fin.C.de dot.promiſſ.num.2.& 3.* † Idem, 89
quando auus legaſſet nepti dotem; quia pater ſimpliciter dotando eandem, cenſetur animo compenſandi legatum; ideo non tenetur ad legatum. Bald. *conſil.360. Quia dictum legatum.lib.4.& conſil.*
330.lib.5. † Extende in matre dotante filiam; quia ſi extat pater 90
obligatus dotare, repetit ab eo, quaſi illius negocia geſſerit. Bald. Nou. *d.tract.de dote,par.6.priuil.3.in fin.* vbi quod ita conſuluit, & *in l.*
1.num.82.& 83.ff.ſolut.matrim. † Idem eſt in matre, & fratribus do- 91
tantibus ſororem habentem legatum dotis; quia cenſentur compenſare legatum, & de ſuo dare, quod eſt ſupra legatum. Bal. Nou.
d.tract.de dote par.6.priu.3. † Extende, vt procedat, etiam ſi ſimul 92
mater, & pater ſe obligarent pro dote filiæ communis; quia mater cenſetur tanquam fideiuſſor, & animo repetẽdi, ex quo onus ſpectat ad patrem. Bal. Nou. *de dote parte 6.priuil.3.num.7.* Viui. *in 1.tom.*
commun.opin.fol.718.ver.imo pater. Bald. Nou. *in l.1.num.84.ff.ſol.mat r.*
vbi, quod ita fuit conſultum. Crauet. *conſil.77.per totum.* † Ex- 93
tende in duobus fratribus dotantibus filiam alterius fratris; quia patruus, ad quem non ſpectat onus dotandi neptem, cenſetur animo repetendi à fratre patre mulieris, ad quem non ſpectat. Corn.
conſil.316.per totum,lib.4. Viui *inter commun.opin.vol.1.fol.719.num.12.*
Caſt. *conſil.96.per totum,lib.2.* Ruin. *conſil.171. Conſideratis. num.2.lib.1.*
Natt. *conſil.100.n.7.* & communem * dicit Alciat. *conſil.46. In cauſa* *
dotis.num.3.tom.3. lib.8. & ſup. *num.37.& ſeq.* † Extende, etiam ſi 94
poſt dotationem fratres diuiſerint bona, & ſe quietauerint; quia non cenſetur propterea patruus ſibi præiudicaſſe, quin repetat à patre mulieris fratre ſuo. Corn. *d. conſil.316.lib.4.* † Contrarium, 95
quando duo fratres dotarunt ſimpliciter filiam alterius fratris, vt cenſeantur de communi dotaſſe. Io. de Im. *conſil.28.nu.3.& per tot.*
ver.non obſtat. † Extende multo magis, quando expreſſerunt, quod 96
dotabant de bonis paternis, & maternis filię dotatæ; quia ſtandum eſt verbis. Io. de Imol. *conſil.28.per tot.* † Extende in duobus fratri- 97
bus dotantibus ſororem; quia quatenus vnus ſolus ſoluat totum, repetit partem ab alio, ex quo negocium ſpectat pro medietate ad fratrem. Corn. *d.conſil.316.col.2.in principi.lib.4.* † Extende genera- 98
liter in omni dotante extraneo; quia ſi onus dotandi ſpectabat ad alium quemcunque, cenſetur animo repetendi ab eodem obligato ſiue ſit pater, ſiue quicunque alius, ita Rui. *conſil.171. Conſideratis accurate,* vbi latiſſ. *lib.1.* maxime *n.5.* vbi videtur dicere, quod iſta
ſit * communis, & *n.9.& ſeq.& n.12* & idem in quocunq; extraneo *
quando onus ſpectabat ad alium, dicit Gram. *conſil.143.num.2.verſ.*
nam quando aliquod onus. Natt. *conſil.100. num.14.* † Reſtringe ta- 99
men, ſi mater eſſet diues, & pater pauper; quia tunc in eo, quod pater non poteſt, obligatio matris valet. Bald. Nou. *d.l.1.n.84.& 85.*
ff.ſolut.matr. † Reſtringe, quando dotans non excedit facultates 100
obligati, & ſic non excedit ſummam, pro qua eſt obligatus; quia quatenus excedat, videtur donare, ita Bald. Nouel. *d.priuil.3.in fin.*
de dote part.6. † Reſtringe omnes limitationes, & extenſiones, vt 101
non procedant, quando dotans voluit dotẽ ſibi reſtitui; quia tunc nomine alieno non poteſt dotaſſe, ex quo non poſſet hanc legem alienæ dotationi imponere. Alciat. *conſil.49.tom.3.lib.9.num.15.ver.*
illud etiam. Lauren. Siluan. *conſil.2.num.16.verſic. ijs tamen minime refra-*
gantibus. † Contrarium, quod imo conſanguineus dotans con- 102
ſanguineam, licet ſit extraneus, & cenſeatur donare, præſumatur potius donare conſanguineo proximiori obligato ad dotẽ, quam mulieri, tenent multi, vt auus neptem cenſeatur dotaſſe contemplatione filij. Alex. *conſil.179.num.3.lib.5.* Dec. *conſil.280. Placet*
mihi,num.4. Ruin. *conſil.196.num.6.lib.2.* multos allegat. Menoch.
conſil.81.n.44. † Declara, vt non procedat, quando auus non te- 103
netur dotare neceſſario; quia pater eſt diues, vel ſi coniecturæ extant. Menoch. *conſ.81.n.46.& ſeq.* vbi de * de communi. Vide, quæ *
poſui ad Crau. *conſ.219.* Ceph. *conſ.660.per tot.lib.5.* † Idẽ eſt in fratre dotante neptem, vt cenſeatur potius cõtemplatione fratris magis
çoniuncti, quã neptis, dotaſſe. Ruin. *conſ.196.n.6.& ſeq.lib.2.* † Cõtra li-

tra limitationem, & extensiones, quod imo extraneus, & alii soluentes dotem simpliciter censeantur animo donandi, & quod argumentum de alimentis ad dotem non procedat & quod esset nimia restrictio ad §. *accedit* quia vix reperiretur mulier, quæ non haberet aliquem obligatum, tenent Soci. *cons.* 291. *n.* 10. *& seq.* vbi respondet ad omnia contraria, *lib.* 2. *& cons.* 5. *n.* 12. *& seq. vsque in fin.* vbi plenissime *lib.* 4. Ruin. *cons.* 145. *circa dubium, n.* 9. *ver. secundo respondetur, lib.* 4. Cephal. *cons.* 95. *n.* 26. vbi, quod frater simpliciter dotans sororem donat, ita vt soror recuperet dotem ab aliis fratribus obligatis, & quod non valeat argumentum in hac materia. Angel. & Salycet. in *l. si. C. de dot. promiss.* Roman. & Alexand. *in l.* 1. *ff. solut. matr.*

106 Ias. *Auth. res quæ numero* 6. *& sequent. C. comm. de leg.* † Imo valet argu-
* mentum de alimentis ad dotem in hac materia secundum * communem, de qua Ias. in *l.* 1. *numero* 28. *ff. solut. matr.* sequitur Rip. ibi
* *numer.* 79. qui dicit * communem, & est validum affirmatiue ab alimentis ad dotem, vt dicit Rip. quando diuersa ratio non militat, & licet dos sit aliquibus casibus magis priuilegiata; adhuc tamen magis valet argumentum affirmatiuum. Franc. Becc. *cons.* 8.
* *numero* 7. *& seq.* & * communem probat in hac materia Ruin. *cons.*
107 171. *numer.* 4. *& 5. lib.* 1. Euerard. *in loco ab alimentis ad dotem.* † Declara; quia si primum fundamentum non subsistat, quod animo gerendi negocia, saltem contemplatione obligati censeatur donasse, non mulieris, ita Ruin. *cons.* 223. *nu.* 9. vbi, quod in hoc non inuenit
108 contradicentem. † Declara in patre diuite obligato filiam dotare, vt procedant limitationes, quod extraneus præsumatur dotasse animo gerendi negocium patris obligati, & sic ab eo repetat contra alios obligatos, ita demum procedant limitationes, quando expresse sunt obligati, ita Menoch. *dict. casu* 88. *de arbit. num.* 44. *ver.*
109 *declaratur secundo.* † Declara; quia quando extraneus dotans exprimit, quod pro obligato soluit, res est clara quod repetit; secus, si non exprimit, ita Soci. *d. cons.* 291. *numero* 13. *versicul. nec obstat, lib.* 2.
110 † Declara; quia si soluitur pecunia, facilius datur repetitio, quam si soluerit dotem extraneus in bonis. Ias. in *Auth. quod locum, numer.* 6. *in prima limit. C. de collatio.* ita Mandel. *cons.* 12. *num.* 5. *& seq. ver. tertio*
111 *considerandum.* † Limita; quia licet extraneus dotans censeatur donare, non tamen contemplatione obligati ad dotandum *l. vnica.* §.
112 *accedit. C. de rei vxor. actio.* Castr. *cons.* 96. *si dicta Cornelia, lib.* 2. † Limita; quia ea, quæ dicta sunt supra, non præsumi donationem, quando animo gerendi negocia obligati dotauit, vt repetat ab obligato, procedant etiam in singulari successore talis dotantis; quia ius petendi, vel excipiendi in actione negociorum gestorum transit et-
113 iam ad singularem successorem. Soci. *cons.* 121. *num.* 15. *lib.* 1. † Limita; quia quod dicitur posse soluetem dotem repetere ab obligato, multo magis potest per retentionem, & sic via excipiendi sibi pro-
114 uidere. Socin. *d. consil.* 121. *num.* 11. *& seq. ver. postremo, lib.* 1. † Limita, quando pater dotans filiam protestatur, quod de bonis filiæ illam dotat; quia filia consentiente valet protestatio, alias filia non consentiente, secus est; quia pater non potest se ipsum eximere ab obligatione legali per protestationem. Aretin. in *d. l.* 1. *num.* 5. *ver. secun-*
115 *do aduerte. ff. solut. matr.* † Regulam etiam facias; quia si quis promisit dotem, & potest intelligi nomine suo, & de suo, & tamquam officialis, vel administrator mulieris, in dubio vti administrator tenetur, non de suo. glo. in *l. si. ver. officium. C. de dot. promiss.* vbi Odo-
* fred. in fi. Bart. Bald. *num.* 12. Salycet. *num.* 3. & communem * dicit
Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 88. *num.* 46. *cum seq.* Mascard. *de proba-*
116 *tio. Conclus.* 571. *num.* 8. Ruin. *cons.* 200. *num.* 1. *lib.* 1. † Quia diuersa est persona propria ab officio. *l. fin. C. de admin. tutor.* cum ibi congestis per Doct. & Gabriel. *tit. de rer. alienatio. Conclus.* 2. Bald. *cons.* 102. *num.*
117 *lib.* 2. Castren. *cons.* 423. *num.* 2. *lib.* 2. † Et alia est regula, quod in dubio, si est promissor in aliquo debitor mulieris, intuitu eius, quod debet, censetur promisisse. Bart. in *l. vxorem* §. *pater naturalis. ff. de leg.* 3. Ruin. *cons.* 223. *num.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 152. *nu.* 9. *lib.* 5. Menoch. *d. casu* 88. *nu.* 43. & Mascard. *d. Conclus.* 371. *num.* 12.

Dos data à tertio recipit omnem conditionem. Conclus. 787.

1 TERTIVS † extraneus non obligatus ad dotem, dotando potest apponere quæcumque pacta, & quascunque conditiones
2 velit, & sunt seruanda. Socin. *consil.* 58. *num.* 9. *lib.* 1. † Extende in pa-
☞ tre, quando dotat filiam de suo. Vide, *Dos profecta à patre non recipit grauamen. Concl.* 782. Vide, *Dos an posit constitui sub conditione, & à quibus. Conclus.* 721.

Dotata quando dicatur filia exclusa, & qualiter intelligatur. Conclus. 788.

DOTATA † dicitur filia, cui pater in testamento assignauit 1
dotem, ad effectum, vt excludatur à statuto iubente, quod filia dotata nō succedat; quia sufficit, quod dos fuerit assignata. Bar. in *l. cum plures.* § *pen. in fi. ff. de admin. tuto.* & plenius *l. Titio centum.* §. *Titio genero. num.* 5. *ver. quæro statutum. ff. de cond. & demonstr.* Bald. *cons.* 69. *De iure commun. lib.* 4. vbi, quod licet non dicatur dotata ante matrimonium; tamen largo, & grosso modo secus est. Angel. *cons.* 349. *Consultatio hæc. num.* 2. *& per tot.* vbi, quod dicitur dotata etiam sine matrimonio secundum communem vsum vulgarem loquendi. † Contrarium tenet Bald. *consil.* 408. *Quidam ciuis. num.* 7. *& sequen.* 2
ver. sic. quid igitur dicemus, lib. 1. vbi, quod non dicitur dotata, nisi dos sit data, saltem ad effectum vt non excludatur ab alimentis, neque vsufructu omnium bonorum, quando succedit loco alimentorum. † Declara; quia neptis concepta ab auo dotata, videlicet 3
cui est dos constituta ante matrimonium, dicitur dotata, vt excludatur; secus si non esset concepta; quia duæ fictiones concurrunt. Bald. *cons.* 394. *Punctus talis est, Anton. per tot.* maxime *in fin. lib.* 3. Vide, ☞
Dos quando, & quibus modis constitui possit. Conclus. 718. † Amplia, quia 4
dicitur filia dotata, si fuit ab auo dotata ex forma statuti; quia dos aui succedit loco dotis patris, quando est in potestate aui ipsa neptis, vnde non debebit iterum dotari à patre. Bald. *consil.* 321. *per tot. lib.* 3. † Amplia; quia dotata dicitur filia, cui pater reliquit do- 5
tem arbitrio Titii boni viri; quia dicitur dos certa, licet Titius nunquam declarauerit; quia potest declarari, & statutum habet locum, ac si certa dos esset legata. Bart. in *l. quæro. ff. de iure dot.* † Li- 6
mita; quia filia non dicitur dotata per patrem, quando pater stipulatus est sibi. vel filiis masculis restitui dotem; quia nisi remittant filii stipulationem filiæ dotatæ à patre, ipsa non excluditur à statuto, quin legitimam portionem petere possit. Bald. *cons.* 49. *Quæstio ista. li.* 2. † Extende limitationem, quod neptis, vel filia, dotata cum 7
onere fideicommissi non dicitur dotata ad effectum, vt excludatur à statuto, quando statutum mandat dotari filiam, vel neptem, quam excludit; quia intelligitur de dote libera. Bald. *consil.* 150. 8
Proponitur, quod numer. 3. *lib.* 5. † Declara, quia si ille, cui debet fieri restitutio, vel hæredes eius renūciant beneficio restitutionis, tunc valet dotatio facta cum onere fideicommissi, si tale onus fuit sublatum. Bald. *d. cons.* 150. *nu.* 4. *lib.* 5. † Limita, quia non dicitur do- 9
tata filia à patre ad effectum, vt excludatur, si pater filiam dotauit de bonis matris ipsius filiæ. Bald. *cons.* 321. *Materia ista, post med. ver. ita ergo præmissis. lib.* 3. † Limita quia filia exclusa à statuto, vt non succe- 10
dat cum masculis, si est congrue dotata, potest petere supplementum, si auctæ sunt facultates patris, quia congrua dos debet considerari tempore mortis. Castr. *cons.* 210. *Ego Paulus. per tot. lib.* 1. † Limi- 11
ta; quia licet pater viuens non teneatur dotare filiam maritatam sine dote; tamen mortuo patre debet dotari, stante statuto, quod non succedat, sed debeat dotari. Castren. *cons.* 266. *Licet ista Domina Lisa, in princ. lib.* 1. Vide Conclus. prox. seq. Vide, *Dos an posit esse sine* ☞
matrimonio. Conclus. 737. *num.* 11. *& seq.* Vide, *Statutum circa successionem excludens filiam vel neptem dotatam, qualiter intelligatur. Conclusio.* 661.

Dos quanta esse debeat filiæ exclusæ ab hæreditate, quæ mandatur dotari à statuto. Conclus. 789.

DOS † filiæ exclusæ ab hæreditate patris, quæ mandatur per 1
statutum dotari, non debet esse minor legitima, quando vnica est filia; quia tunc pinguior dos dari debet. Bald. *consil.* 68. *Quia statutum. num.* 3. *ver. capitulum de patruo. lib.* 1. vbi, quod statur arbitrio boni viri, qui non debet arbitrari, vt habeat minorem dotem, quam sit legitima, & *cons.* 404. *Punctus talis est, Anton. lib.* 3. vbi quasi duplicatur ad litteram, Ang. *cons.* 357. D. *Gregorius, num.* 4. *ver. de quarto*, infinitos pro hac parte allegat Gramm. *decis.* 101. *Magnifica Francisca, in princ.* licet ipse teneat contrarium de consuetudine Neapolis; quia alias insurgerent mille lites, & quod non debeat esse minor legitima, quando est vnica filia. Alexan. *cons.* 7. *num.* 5. *lib.* 2. *&*
per tot. vbi latissime, & plenius *cons.* 69. *Super primo. numer.* 2. *lib.* 1. vbi apostil. in *ver. legitima.* dat infinitos concord. & idem Alex. iterum plene *consil.* 83. *Viso statuto. lib.* 4. † Vide ad hanc materiam Gramm. 2
decis. 101. *per tot.* vbi allegat pro vtraque parte; primo, quod non possit esse minor legitima, sed maior sic; postea contrarium, quod consideretur qualitas personarum, & patrimonii, non quota, neq; legitima, quando extant filii masculi; secus si hæredes essent extranei; vide eum; quia pleniss. plus, quam alius loquitur, & idem dicit Alex. quod non debet esse minor legitima, maxime, quando

non extant filii legitimi in *cons.83. Viso statuto, per tot. lib.4.* vbi, quod
potest excedere legitimam, sed non esse minor legitima, & allegat
3 plures, & se alias consuluisse ita, ibi apostilla allegat eum *cons.69.*
lib.1. & ibi dantur concord. † Amplia, vt imo de æquitate dos non
debeat esse minor legitima, quando statutum excludens fœmi-
nam mandat eam dotari. Cuman. *cons.46. Pater filiis, cir. si. ver. ex iis*
potest. Bald. *cons.321. Materia ista num.3. ver. & si quæris. lib.3.* vbi, quod
non sufficit si dotaretur ex bonis maternis filiæ. Ruin. *cons.26. lib.3.*
vbi, quod potest petere supplementum, & quando præscribatur,
4 vel non. Alex. *d. cons.83. in princ. & per tot. lib.4.* † Et vide Corn. *cons.*
50. Circa hanc consultationem. col. pen. & cons.249. Viso. col.3. lib.3. vbi,
5 quæ sit dos congrua. † Amplia; quia dos non debet esse minor le-
gitima, sed bene maior esse potest, quando statutum excludit filiã
legitime, videlicet congrue dotatam. Soc. *cons.207. in pr. lib.2.* Alex.
6 *cons.169. nu.7. lib.7.* † Declara, quia considerantur qualitas mariti,
qualitas filiæ, quantitatis patrimonii, & numerus filiorum, & si cõ-
tingat arbitrari non debet esse minor legitima, licet maior possit
esse. Alex. *d. cons.169. num.7. lib.7.* vbi apostil. citat Alex. *cons.69. lib.1.*
7 † Amplia; quia dos debet esse secundum facultates, nobilitatem,
& conditionem personarum, & vsum familiæ. Alexa. *cons.169. Visis*
☞ *instrum. n.7. ver. & talis congrua dos. lib.7.* vbi apost. dat cone. Vide, *Do-*
8 *tare qui teneantur. Concl.780. n.175. & seq.* † Declara; quia dos taxanda
mulieri dicitur congrua, considerata quantitate patrimonii dota-
re debentis, qualitate, & nobilitate personarum, & solito familiæ.
Bal. Non. in *6. par. priuil.17.* Abb. vero *cons.111. In causa Catherina. n.5.*
in fi. & n.6. lib.2. ver. item & ex eo. vbi, quod possibilitas, & congruen-
tia consideratur ex dignitate, & conditione personarum: secundo
ex quantitate facultatum: tertio ex numero filiorum, & loquitur
☞ in dote à parentibus danda ad exclusionem filiæ propter mascu-
9 los. Vide, *Dos congrua quando, & ex quibus dicatur. Conclus.733.* † Exten-
de; quia si tutor maiorem quantitatem dotis promittat, quam va-
leant facultates pupillæ, non valet promissio. *l. resistente, & l. siue ge-*
neralis. ff. de iure dot. nam debet dos constitui secundum facultates
adultæ vxoris, & mariti, *l. quæro. ff. eod.* vbi Bart. facit tex. in *l. cum plu-*
res, §. testator, cum l. seq. ff. de admin. tut. vbi, quod debet tutor facere
10 expensas circa personam pupilli secundum facultates, & dignita-
tem illius. † Declara, nisi dolose, & animo fraudandi tutor, vel tu-
☞ trix promisisset. Vide supra, *Dotare qui teneantur. Concl.780. n.165. &*
seq. vbi idem in matre tutrice dicatur, & extenditur, vt cessante dolo,
nedum tutrix non teneatur vltra facultates, sed neque fideiuss-
11 sor datus. † Amplia, vt idem sit, quod dos non debet esse minor
legitima; quando est collata in arbitrium alterius. Ang. *cons.357. nu.*
12 4. Ruin. *cons.27 lib.3.* Alex. *cons.69. nu.2. lib.1.* † Amplia, etiam si filia
agnouerit legatum; quia sibi non præiudicat in legitima, & supple-
mento. Ruin. *cons.26. lib.3. cum seq.* quod est subscriptio. Soc. Alex.
13 *cons.69. n.3. lib.1.* † Extende; etiam si legatum esset pro legitima, ita
quod non posset vlterius petere; quia adhuc debetur supplemen-
tum legitimæ, & debentur fructus supplementi. Alex. *d. cos.69. n.2.*
☞ *& per tot. lib.1.* Vide, *Legitimæ non censetur renunciatum, nisi in specie dica-*
14 *tur. Conclus.214.* † Amplia; quia statutum excludens filias fœminas
à successione, quas mandat dotari, non intelligitur excludere à le-
gitima, nisi fiat de ea mentio; ideo dotata in minus potest petere
15 supplementum. Alex. *cons.7. n.6. & seq. lib.2.* † Extende etiam si di-
cat, quod plus petere non possit; quia non minuit legitimam, si de
16 ea non fecit mentionem. Alex. *d. cons.7. num.7. lib.2.* † Limita, quan-
do statutum excluderet filiam propter masculos descendentes;
quia si dotetur à patre institutis masculis descendentibus, videtur
tenere Alex. quod dos non debet esse vsque ad legitimam; secus si
extranei instituantur, licet extent, qui excludant. Alex. *d. cons.69.*
17 *in princ. lib.1.* † Limita, quando filia dotatur à parente, & ipsa renun-
ciat futuræ successioni. apostil. ad Alex. *d. cons.69. in ver. Legitima, in*
18 *fin. lib.1.* vbi allegat aliam apost. *lib.3. cons.29.* † Limita, nisi consue-
tudo patriæ aliter se haberet; quia illa est seruanda. Cuman. *d. cons.*
19 *46. in fin.* Grammat. *decis.101. per tot.* † Limita, nisi adsit statutum,
quod filiæ, vel neptes sint contentæ dote sibi à patre, vel auo relic-
tæ, neque plus petere possint; quia tunc non habebunt aliquid
vltra. Bald. *d. cons.68. nu.2. ver. non obstat aliud statutum.* quod duplica-
tur *cons.404. lib.3.* Alexand. *d. cons.83. num.2. & 3. ver. hoc tanto magis.*
20 *lib.4.* † Declara; quia si dos esset loco legitimæ, vt quia filia non
est simpliciter exclusa, sed quatenus sit dotata, vel dotetur; tunc
licet præsumatur pro patre dotante; si tamen fuit indiscretus, non
cogitur esse contenta. Socin. *cons.75. Viso testamento. nu.11. lib.3.* Cast.
cons.276. num.6. ver. & hanc partem lib.1. Alexand. *cons.33. num.4. lib.4.*
Curt. Iun. *cons.10. in princ.* late Ias. *cons.133. lib.4.* Ceph. *cons.95. nu.20.*
21 † Declara tamen limitationem, vt non procedat in auo dotante
neprem. quæ fuit concepta post mortem aui dotantis; quia pote-
rit velle habere legitimam, & quicquid obuenit patri suo, & re-
pudiare legatum dotis ab auo præmortuo ante suam conceptio-
nem; secus si esset concepta viuente auo. Bald. *cons.68. nu.2. ver. non*
obstat. lib.1. & cons.404. lib.3. † Limita; quia dos data à patre filiæ in 22
dubio præsumitur congrua, & condecens, & non competit que-
rela pro supplemento stante statuto, quod congrue dotetur. Cast.
cons.276. Super primo quæsito, in 7. dubio. num.6. lib.1. secundum nouam
impressionem est *cons.155.* Deci. *cons.26. Diligenter pro tenui, in princip.*
Curt. Sen. *cons.80. col. fin.* Ias. *cons.221. lib.2.* Alex. *cons.121. lib.6.* Ruin.
cons.27. & 34. lib.3. apost. plena ad Alex. *cons.29. Præclare. num.6. ver.*
exercuissent, lib.3. vbi citat plures. † Declara tamen; quia si à patre est 23
dotata, præsumitur congrua vsque ad legitimam, nisi aliter
doceatur. Grammat. *decis.101. per tot.* Castr. *cons.276. Super primo, nu.*
6. ver. secundo an possit. † Restringe, quando statutum requirit, quod 24
filia sit à patre legitime dotata; quia intelligitur congrue, videlicet
attenta qualitate personarum, patrimonii quantitate, & consue-
tudine loci, & non debet esse minor legitima. Socin. *cons.207. In*
causa D. Annæ, in princ. lib.1. vbi, quod maior esse potest. † Restringe, 25
nisi appareat de excessu, & quod non sit congrua dos. Castr. *d. cons.*
276. num.6. alias *155. lib.1. in 7. dub.* Deci. *d. cons.26. num.3. ver. nam cum*
fuerit dotata. Socin. *cons.75. cir. fi. lib.3.* vbi dicit hoc esse verum, etiam
stante statuto, quod sit contenta. Alexan. *cons.33. Videtur, in fin. lib.4.*
Ceph. *cons.95. num.2.* Vide plenius, *Dotis supplementum an possit peti.* ☞
Concl.784. nu.5. & multis seq. † Limita, quando filia non excludi- 26
tur in totum, stantibus filiis masculis, sed mandatur dotari titulo
particulari; quia tunc dos potest esse minor legitima, & non aget
ad supplementum; secus si filia excluderetur à successione, stanti-
bus masculis, ita quod non succederet, nisi in dote; quia non po-
test esse minor legitima, vel quando excluderetur etiam propter
extraneos, qui non essent filii masculi, ita pulchre distinguit Bero.
cons.51. num.19. ver. & sequendo prædictam, vsque in fin. lib.1. plene Ruin.
cons.27. Super puncto. nu.10. & seq. ver. ex præmissis ergo. lib.3. † Soc. vero 27
cons.75. num.8. & seq. vsque in fi. lib.3. distinguit tres casus; primus est,
quando fœmina simpliciter excluditur; quia licet dotari debeat
de iure: tamen non est loco legitimæ; idem est, si statutum exclu-
dit, & mandat dotari; sed secus est, si excludit dotatam, vel dotan-
dam; quia dos est loco legitimæ, & non potest esse minor legitima.
Vide Conclus. prox. præced. Vide, *Dos congrua quando, &c. Conclus.* ☞
733. Vide, *Statutum excludens fœminas, quas iubet dotari. Conclusio.*
662.

Dos materna quando peti possit, vel non, à filia. Conclus.790.

DOs † materna peti potest à filia dotata à patre vigore statuti 1
excludentis fœminas, stantibus masculis, quas statutum mã-
dat dotari; quia etiam si pater plus reliquerit, quam sit con-
grua dos tamen filia nõ excluditur à dote materna, Cast. *cons.276.*
Super primo, n.7. ver. tertio videndum. lib.1. † Restringe, quando hæres 2
patris dotasset inter viuos in maiori summa, quam pater legasset;
quia præsumitur animo compensandi in dote materna, quam de-
bet. Castr. *d. cons.276. n.7. lib.1.* † Amplia; quia etiam debentur fru- 3
ctus dotis percepti, & qui percipi potuerunt, quando hæres fuit
in mora post mortem patris, vel erat tutor, seu curator filiæ, quæ
si est minor, semper constituit debitorem in mora irregulari. Cast.
cons.276. nu.7. ver. quarto videndum. lib.1. Vide, *Dotis supplementum an,* ☞
&c. Conclus.784.

Dotem relinquere, & de ea testari, vel alienare quando possit mulier. Conclus.791.

FILIA, † quæ habuit dotem à patre, quæ dos fuit promissa resti- 1
tui patri, mortuo patre potest testari de dote, si non succedit
patri; quia in sola filia consolidata est actio de dote; si vero succe-
dit patri cum filiis, tenetur dotem communicare; & ideo de ea nõ
potuit testari. Bald. *cons.442. Punctus Nicolaus, per tot. lib.4.* Vide, *Vxor* ☞
qualiter sit domina, &c. Conclus.389. Vide, *Maritus est dominus dotis, &*
qualiter procedat. Conclus.90. † Amplia; quia mulier, quæ se dotauit 2
cum pacto, quod soluto matrimonio sine filiis, dos debet resti-
tui, potest testari, etiam extantibus filiis, de dote, quia filiis non
censetur donasse, neque marito per tale pactum, à contrario
sensu. Bald. *cons.75. Verba dicunt, lib.5.* Vide, *Dos an possit auferri à lube-* ☞
ris pacto, vel testamento matris. Conclusio. 793. † Amplia, quia 3
mulier consentiendo alienationi bonorum sibi hypothecatorum
pro dote sibi præiudicat quoad hypothecam in bonis alienatis.
l. sicut. § si voluntate. ff. quibus mod. pignor. vel hypotheca soluit. Vide, ☞
Consensus quando præiudicat consentienti. Conclusio. 752. vbi idem in
filio consentiente alienationi patris. Castren. *cons.70. lib.2.* † Re- 4
stringe, vt procedat quoad illa bona tantum, quæ alienata sunt
cum consensu. Ias. in *l. si vnus. §. ante omnia, ad fi. ff. de pact.* † Restringe, 5
quia

quia etiam si expresse renunciaret hypothecæ suæ dotis quoad certa bona alienata, & non adessent alia bona mariti, in quibus possit satisfieri, debet habere regressum contra tertios possessores emptores dictorum bonorum, quibus mulier renunciauit. Bar. in 6 *l. iubemus. C. ad Vell.* † Declara restrictiones; quia non procederent in vidua, maxime, quando ex necessitate, si non est minor; quia sibi præiudicat renunciando, etiam si in aliis bonis mariti non sit sibi 7 cautum. Castr. *cons.* 198. *Notandum primo, nu.* 3. *lib.* 1. † Declara; quia si mulier post confessatam dotem per maritum consensit viro alienanti bona sibi obligata, & fideiussit pro viro ad securitatem bonorum, licet debeat obtinere bona in Saluiano, & hypothecaria; tamen debet cauere de conseruando tertio possessore, à quo bona auocat in casu succumbentiæ in negocio principali indemne. Soc. 8 in *l. pecuniam, n.* 11. *ff. si cer. pet.* quem sequitur Grammat. *decis.* 58. † Restringe; quia mulier etiam consentiendo alienationi bonorum sibi hypothecatorum per maritum sibi non præiudicat quoad illa bona nisi consentiat, vel renunciet expresse. Cast. in *l. iubemus. C. ad Velleia. in* 2. *oppo.* ita intelligendo tex. in *l. vir vxori. §. ff. ad Velleia.* vbi, quod qui contrahit cum marito, & facit vxorē consentire, sit cautus, quod faciat apponi in instrumēto, quod renunciauit expresse iuri hypothecæ, alias consensus nihil operaretur, & reputat menti 9 tenendum, sequitur Natt. *cons.* 101. *nu.* 11. Vide, *Mulier quando possit renunciare hypothecæ, vel non. Concl.* 420. † Amplia; quia mulier, quæ potest, secundum formam statuti alienare dotem suam pro necessitate victus, potest etiam alienare pro victu necessario filiorum, licet statutum non dicat. Castre. *cons.* 436. *Ad confirmationem in princ. lib.* 1. quod est Honuphr. de Perus. & Io. de Guastonib. ac Paul. de Cast. vbi, quod *l. isti quidem. ff. quod met. causa.* habet locum etiam in matre; quia non ratione patriæ potestatis, sed ratione sanguinis, p- 10 cedit. † Extende; quia à simili poterit mater alienare dotem pro redemptione filii captiui; quia non minus vrget redemptio, quam victus; & quia alias redderetur iniquum, quod vnus filius periret, vt aliis dos conseruetur. Castr. *d. cons.* 436. *n.* 2. *ver. prætere a, lib* 1. allegat simile de Ecclesia matre spirituali, quæ alienat vasa sacra pro 11 redemptione captiuorum. † Extende; quia si mater vellet alienare dotem pro redimendo filio, non audiretur filius captiuus, si con- 12 tradiceret. Castr. *d. cons.* 436. *n.* 2. *in fi. ver. prætere a certum est. lib.* 1. † Extende; quia sicut statutum prohibens matrem posse alienare dotem, intelligitur ex causa voluntaria; secus si causa est necessaria, & compulsiua, prout soluendo ære alieno bona fide contracto; ita multo magis pro redimendo filio; quia eadem causa pietatis militat. Castr. *d. cons.* 436. *nu.* 3. *lib.* 1. vbi, quod imo causa redimendi dicitur causatiue necessaria; quia alias non redimens priuatur suc- 13 cessione. † Extende, vt in terminis iuris communis causa iusta alienandi bona dotalia sit pro victu necessario vxoris, & mariti. *l. quamuis, cum l. seq. ff. sol. matr.* ideo valebit alienatio, si est facta cum debitis solemnitatibus, alias non; quia non sufficit causa, nisi adsit 14 solemnitas requisita. Rom. *cons.* 78. *Licet communi iure, in prin.* † Limita; quia filiafamilias non potest testari de dote. Zab. *cons.* 111. *n.* 2. *ver.* 15 *secundum quæsitum.* † Limita; quia mulier non potest dotes suas do- nare, etiam de consensu mariti. Vide, *Donari non potest res aliena, vel alteri obnoxia. Concl.* 645. & ibi habes declarationem, de qua in *Con-* 16 *clus. prox. seq. num.* 11. † Extende; quia non valet renunciatio facta in matrimonio per mulierem, etiam cum iuramento de dotibus suis, & tam de iure communi, quam ex forma statutorum Florentiæ, etiam si ad fauorem patris renunciasset; quia dotem non potest alienare, *Instit. quib. alien. licet. in princ. l. si prædium.* vbi Bald. & Salyc. *C. de iure dot. l. dotali. ff. de testam. milit.* Bald. Nouell. *de dote, in 7. parte, speciali* 1. *limit.* 9. *&* 11. vbi, quod neque potest soluto matrimo- 17 nio, etiam cum iuramento, quod præsumitur simulatum. † Limita; quia non valet pactum, neque obligatio mulieris sine causa, per quod deterior fieret conditio dotis mulieris etiam viduæ; & ideo si cessante causa faciat pactum de non petenda dote intra quatuor annos, non valet tale pactum, vel obligatio. Afflict. *decis.* 18 154. † Idem, si mulier compromittat iura dotalia, & liberet fideiussores pro restitutione dotis; quia non valeat liberatio, neque compromissum, tanquam in præiudicium dotis. Castre. *cons.* 440. 19 *Duo frat. lib.* 1. † Limita; quia mulier non potest alienare fundum doralem, etiam ex causa necessitatis sine marito; quia maritus est dominus. Bald. *cons.* 53. *Quædam domina. nu.* 3. *ver. sequitur videre. lib.* 5. 20 † Restringe; quia licet non valeat alienatio, donec durat matrimonium; tamen conualidatur mortua vxore, si ius dotis ad eam reuertitur ex iure superuenienti. Bald. *d. cons.* 53. *nu.* 3. *lib.* 5. Vide, *Ius superuentens authori meo quando consolidet ius meum nullum, vel non. Concl.* 21 631. † Limita, quia mulier etiam cum viro suo, & cum iuramento nō potest dotem suam obligare filiæ suæ nuptæ, vel dare in dotem non seruata solemnitate statutorum Florentiæ, quia onus spectabat ad solum maritum. Aretin. in *l.* 1. *col.* 12. *ff. sol. mat.* nam sine iuramento res est clara per *authen. si quā mulier. C. ad Velleian.* cum iuramento vero idem est stante statuto Florentiæ, *rubr.* 115. *lib.* 2. quod disponit tale iuramentum præsumi dolose exortum. Vide *Concluſ. prox. seq.*

Dos an, & quando possit alienari, permutari, vel donari per mulierem. Concluſ. 792.

REGVLA, quia † mulier non potest obligare dotem in præiu- 1 dicium mariti, & ideo si vxor contrahit debita ex se, non potest creditor vxoris agere contra maritū, nec è contra. *C. ne vxor pro marito.* † Extende, quia neq; dos potest diminui marito prætextu 2 debitorum, & obligationū vxoris, ideo si mulier contraxit debita, postquam est vidua, postea nubit, & dat secundo viro eandem dotem datam primo viro, & eidem cedit iura, non tenetur actione personali maritus. *l. mulier bona. ff. de iure dot.* vbi Ias. in *ver. non posse.* † Extende; quia neque bona dotalia data secundo marito dicen- 3 tur taliter hypothecata, quod à prædicto marito auocari possint sed bene sunt hypothecata in præiudiciū mulieris, ita vt expecta- to fine matrimonii teneatur mulier: & idem si data sit primo viro, ita Bald. *cons.* 68. *Punctus quæstionis, in princ. lib.* 4. allegat casum in *l. fi.* 4 *§.* 1. *ff. de iis quæ in fraud. credit.* † Contrarium, quod imo si debitū mu- lieris est contractum, antequam dotem dederit marito, debeant bona dotalia, tanquam affecta pati exequutionem, tenet Guido Pap. *decis.* 447. vbi, quod ita vidit determinari in illa curia. † Decla- 5 ra; quia si valide facta est obligatio ante dotem datā, marito præferuntur creditores anteriores, maxime si dos est constituta in omnib. bonis; quia dos intelligitur deducto ære alieno, si vero post matrimonium, & dotem constitutam, secus est, sed tamen vxor tenetur cauere de soluendo soluto matrimonio, vel saltem per iuratoriam cautionem. Guido Pap. *decis.* 447. † Extende, quia etiam si 6 vxor sit condemnata, non potest creditor exequi facere sententiā in dote, & bonis dotalibus mulieris. glos. in *l. quinq; legibus, in gl. magna, in fi. ff. de bon. damnat.* & est ratio, quia dos est viri, & in eum transit dominium glo. in *l. in rebus. C. de iure dot.* & vxor non conuenitur pro marito nec è contra. *C. ne vxor pro marito.* quod semper intellige secundum proximam declarationem. † Extende, quia neque po- 7 test agi contra maritum, si dos fuit assignata per officiales pupillorum, vel alios exequutores, vel etiam per patrem, vltra quā essent bona sua, quia si detegantur, creditores non poterunt agere contra maritum, si non participauit de dolo. Vide supra, *Dos inofficiosa quando dicatur. Concluſ.* 734. Vide, plenius, *Fraudulenter facta in fraudem creditorum qualiter dicantur, &c. Concluſ.* 479. † Amplia, quia mu- 8 lier constante matrimonio non potest præiudicare doti suæ. *l. de die l. Atilicinus. ff. de pact. dotal.* Bart. in *l. si constante. nu.* 23. *ff. sol. mat.* vbi Ias. *n.* 180. Rip. *nu.* 49. *ver. sed tenendo.* Afflict. *decis.* 154. *quædam mulier.* Alciat. *cons.* 120. *tom.* 2. *lib.* 3. Castrens. *cons.* 275. *Ad primum. nu.* 3. *ver. ad secundum. lib.* 2. † Ratio videtur esse fauor publicus, ne mulieres re- 9 maneant sine dote, & matrimonia impediantur, iuxta tex. *l.* 1. *ff. solut. matr.* vbi Bar. & alii. Campeg. *de dote, par.* 4. *q.* 2. *& seq. & q.* 5. † Ex- 10 tende, quia datur regressus mulieri ad dotem, & bona dotalia specialiter per eam alienata cōstante matrimonio in defectum, quando non adsunt alia bona, quæ releuent eam. Afflict. *decis.* 311. *& decis.* 313. *cum duabus seq.* Paris. *cons.* 75. *nu.* 13. *& seq. li.* 3. † Limita quia be- 11 ne potest mater donare dotes suas pro maiori parte vni ex filiis, dummodo reseruet suam legitimam aliis. Vide *Concluſ. prox. præced. num.* 15. † Limita, quia bene potest dos constituta in quantitate de 12 consensu, & voluntate mulieris mutari de pecunia in speciem. *l. ex pecunia,* vbi Doct. *C. de iure dot.* Rom. *cons.* 205. *Pro decisione* quod est verum quando expresse consensit mulier, & eidem est vtile alias non. Vide, *Emens ex pecunia, &c. Concluſ.* 138. † Extende in casu contrario, quia potest fundus dotalis etiam permutari in alio fundo. 13 Vide, *Dotalis fundus qualiter alienetur. Concluſ.* 759. *n.* 7. *ver. amplia, quia licet.* Vide, *Dotem relinquere, & de ea testari, vel alienare quando possit mulier. Concl. prox. præc.* † Limita, quia si maritus recepit pecunias vxori 14 mutuatas, & se obligauit pro ea, tunc bene creditor potest agere contra dotem, & maritum, nec ipse maritus potest excipere, q̄ in præiudicium suum dos non debet minui, quia sicuti quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, ita etiam eundem excipientē debet repellere replicatio, cum sit eadē ratio. Castre. *cons.* 275. *Ad primum, n.* 3. *v. ad secundum. lib.* 2. † Extende, quia si 15 bona vxoris fuerūt data in dotem æstimata, p minori pretio, quam valerent marito, sicuti mulier etiā maior potest obtinere à marito illud, in quo fuit decepta, ita etiā creditor vxoris, quia potest creditor vti iuribus sui debitoris eo inuito, & in subsidiū accipere, vel exigere nomina debitoris. Castr. *cons.* 275. *n.* 3. *& 4. v. ad tertium. lib.* 2.

Dos an possit auferri à liberis pacto, vel testamento matris. Concluſ.793.

1 MATER † non potest testari de dote in præiudicium liberorum, quando interuenit pactum, quod per mortem vxoris dos spectaret ad filios. Bald. *consil.273. Factum dicitur esse tale, D. Catherina.lib.1. in princ.* † Amplia, vt procedat, etiamsi pactum sit factum in fauorem mariti de lucranda dote; quia filii possunt agere
3 de inofficiosa donatione. Bald. *d. conſ.273. num.2. lib.1.* † Amplia, etiam si nihil sit dictum de filiis, vel sit dictum, quod ipsis non extantibus fiat restitutio; quia vtroque casu dos filiis reseruatur, & debetur, nec potest mater in præiudicium filiorum testari. Bald. *d.*
4 *conſ.273. num.2. ver. aliquando non stipulatur. lib.1.* † Contrarium videtur velle Bald. *conſ.75. Verba dicunt, per tot. lib.5.* vbi, quod est quæstio
5 ardua. † Amplia; quia nec potest ex testamento pater apponere fideicommissum super dote legata filiæ, quando adest statutum de lucranda dote. Bald. *conſ.79. Factum tale est, Zeno, nu.4. ver. sed nun-*
6 *quid. lib.1.* † Amplia, quando pater dotauit filiam, & fecit, quod renunciet successioni paternæ; quia talis dos non est profectitia;
7 ideo est filiæ, & descendentium. Zabar. *conſ.111. in princ.* † Extende, vt procedat, etiam si renunciatio posset impugnari; quia adhuc operatur, quod patri non acquirit, neque potest testari in præiudicium filiorum ad fauorem patris. Zabarel. *conſil.111. in princip.* Vide duas Conclusiones proxime præcedentes, & Concluſ. prox. seq.

Dos an possit per maritum alienari, vel restitui constante matrimonio. Concluſ.794.

1 MARITVS † non potest dotem vxoris in præiudicium vxoris
2 alienare. Vide, *Dotalis fundus qualiter alienetur. Concl.759.* † De-
3 clara, vt per Afflict. *decis.336.* † Amplia etiam de consensu vxoris; quia si ambo vendunt res dotales, & confitentur pretium, nō no-
4 cet confessio vxori. Affl. *decis.209.* Vide, *Venditio facta à pluribus quid operetur. Concl.66.* † Extende; quia multo minus possunt maritus & vxor simul etiam dotem donare. Vide, *Donari non potest res alteri, quæ*
5 *donanti obnoxia. Concl.645.* † Amplia; quia nec bona extra dotalia alienare potest maritus in præiudicium vxoris, Vide, *Maritus non po-*
6 *test alienare, &c. Concl.98.* † Amplia; quia neque potest maritus facere compromissum super dote in præiudicium mulieris, & est nul-
7 lum, si fiat. Castr. *conſ.466. Viso compromisso, & per tot. lib.1.* † Amplia in casu conuerso; quia sicut maritus non potest in præiudicium vxoris alienare dotem ita nec mulier. Vide, *Dos an, & quando possit a-*
8 *lienari, permutari, vel donari per mulierem. Concl.792.* † Limita, quando dos vxoris esset alteri obligata, qui haberet anteriora iura; quia, p̄ soluēdis debitis vxoris maritus potest cū dote soluere debita mulieris. *l. quamuis, cum l. seq. ff. sol. mat. l. fi. de iur. dot.* & quando ita contingit debet procurare, quod instrumentum suæ confessionis cassetur, ne sui hęredes postea compellerentur restituere iam solutum.
9 † Limita; quia regulariter cōstante matrimon. dos repeti nō potest per vxorem, sed stare debet penes virum. *l. si constante, ff. solut. matr.* ratio est; quia ipse est dominus dotis, *l. in rebus. C. d. iure dot. l. doce an-*
cillam. C. de rei vendicat. nisi maritus vergat ad inopiam. Vide, *Dos re-*
10 *stitui debet marito vergente ad inopiam. Concluſ.761. & Concl. ibi prox. seq.* † Et ideo non potest vxor constante matrimon. impedire creditores mariti, ne faciant exequutionem, & tenutam in bonis mariti, etiam dotalibus *d. l. si constante, cum ibi not. ff. sol. matr.* & Florentiæ cauetur per statutum, *lib.2. cap.64. rubr. quod nulla mulier viuente viro pos-*
11 *sit defendere.* † Casus autem, in quibus possit maritus constante matrimonio restituere dotem, vide per Alexan. in *l.2. ff. sol. mat. in princ.*
12 *& in l. mutus. §. manente. ff. de iure dot.* † Et quando dos per maritum restituitur vxori constante matrimonio, vel per alium obligatum, non liberatur restituens, quin soluto matrimonio iterum peti possit per mulierem, nisi restituens probet mulierem effectam locupletiorem, puta, quia dotem penes se habeat non consumptam, neque diminutam. *l. vnica,* & ibi Bart. *C. si constante matrim. dos solu. l. fi. C. de iure dot.* omnes * in *l.2. in princ. ff. solut. matr.* Bald. Nouel. *de dote*
in 7. part. priuil.24. & melius in *8. par. priuil.21.* vbi dicit fatuos viros illos, qui dotes vxoribus suis restituunt, qui non liberantur, quin iterum restituere compellantur. Palat. Rub. in *cap. per vestras. §.25. super ter. ex istis infertur. num.6. versic. & secundum ista debet intelligi de don. inter vir. & vx.* & ipsam tenet Castr. quando pater restituit filio do-
13 rem nurui, vide eum *conſ.466. num.4. lib.1.* Vide *Concluſ. proximam se-*
quentem. num.7. † Declara tamen; quia quando mulieri fit restitutio ob vergentiam viri ad inopiam, si fiat restitutio etiam in pecunia, prout dedit mulier, soluens liberatur, dummodo non sit præsumptio verisimilis, quod talis mulier dotem dilapidet, vt per Io. de Imol. in *l. si cum dotem. §. post solutam. ff. solut. matrimon. versic. in glo. communis.* Palat. Rub. in *cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §.*
25. ver. ex istis infertur. num.6. † Et potest dos restitui vxori, & marito 14
constante matrimonio, vt alat parentes, & fratres suos inopes. Abb. *conſ.85. Videtur. col.2. num.1. ver. nam recte. lib.2.*

Dos quando possit per maritum constante matrimonio permutari. Concl.795.

DOS † potest permutari per maritum de pecunia ad prædia. *l. si* 1
constante. ff. de iure dot. Angel. *conſ.305. In quæst. vertente. num.2. ver.*
ita, quod constante, col.2. cir. fi. vbi, quod hoc procedit, quando est vtile pro dote, quia tunc res permutata succedit loco dotis.
† Extende, vt idem sit, si dos permutaretur constante matrimo- 2
nio, vt quia è conuerso pecunia pro rebus, vel aliud pro alio; quia constante matrimonio non valet, nisi expediat doti; secus soluto matrimonio. Roman. *conſ.190. Clarum est, col.2. ver. nec ad hoc refragatur.* † Declara, quia in huiusmodi datione prædiorum pro pecu- 3
nia, & sic datione in solutum, inest quædam permutatio, si hoc doti expedit. *l. qui res, in princ. ff. de solutio.* vel inest quædam tacita emptio & venditio, vel titulus, qui potius accedit distractui, quam contractui. Bald. *conſil.40. num.4. ver. item potest vir. lib.1.* & Oldrad. *conſ.245. num.7. ver. nec multum etiam curo.* vbi, quod res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis ad vtilitatem dotis, non è contra. † Amplia; quia si maritus permutasset rem dotalem 4
cum alia re effecta dotali, vxore non contradicente per longum tempus, ex quo præsumitur sciuisse pacta, & conuentiones initas cum marito propter coniunctionem, maxime super rebus suis. *l. de tutela. C. de in integr. restit.* Bald. in *l. qui sororem. C. de iure deliber.* Decian. *conſil.206. Quæritur. col.2.* censetur gesta per maritum ratificasse. *l. si pars. §. fi. ff. de inoff. testam.* ideo si mortuo marito velit redire ad sua prima bona, non auditur, nisi esset læsa; quia tunc taciturnitas non inducit consensum, maxime, vbi est reuerentialis metus. † Extende; quia maritus potest permutare fundum dota- 5
lem mulieris cum vxore in aliis bonis suis, & valet permutatio constante matrimonio, si expedit vxori, vide Bald. in *l. si qua mu-* 6
lier. C. ad Velleian. † Amplia; quia si maritus emit fundum, vel bona, & declarauit emere vice, & nomine Iacopinæ vxoris suæ, & de pecuniis dotalibus dictæ Iacopinæ ex causa dotis ad eius manus peruentis, dicitur facta permutatio dotis de pecunia in bonis stabilibus, si est in vtilitatem mulieris facta conuersio, & hoc ope exceptionis. Castren. *conſil.362. Super primo. num.3. ver. circa vltimum. lib.2.* † Extende; quia si vxor postea alienauit dicta bona empta 7
per maritum ex pecunia dotali, & pecunia versa sit in vtilitatem mulieris, maritus liberatur à restitutione dotis, quando alienatio per vxorem fuit de consensu mariti. Castren. *d. conſil.362. in fin. lib.2.* vbi, quod satis dicitur versa in vtilitatem vxoris pecunia per eam habita semel, alio non apparente in contrarium, & vide *Concluſ.* *prox. praced. num.12.* † Limita, quando ageretur de restitutione 8
dotis mortuis coniugibus; quia bene potest aliud pro alio solui volente creditore; & tunc non consideratur, an sit vtile doti; quia non est dos mortua muliere, in qua attendatur, quod non possit permutari, nisi sit vtile. Roma. *conſ.190. Clarum est, col.2. in princ. ver.*
nec ad hoc refragatur.

Dos assignata certo Collegio construendo quando possit commutari. Concluſ.796.

COLLEGIO † si quis destinet certam dotem, postquam con- 1
structum fuerit in certo loco, puta Bononiæ, antequam construatur, potest dotans illud construere in alia Cinitate, & dotem eandem eidem Collegio assignare; quia antequam sit constructū, potest dotans variare locum. Card. Zabarel. *conſ.1. per tot.* Vide, *Le-*
gatum factum Ecclesiæ certæ, vel incertæ quando valeat, vel non. Concluſ.46.
† Declara; qui procedit stante reseruatione commutandi; quia 2
potest, antequam construatur, commutare, alias secus; quia diceretur perfectus contractus hinc inde obligatorius. Zabarell. *d.*
conſ.1. per tot. maxime *in fi.* † Et idem si sub conditione legasset con- 3
strui monasterium in talibus domibus intra tantum tempus, alias transferri voluit in aliam piam causam. Roma plene *conſ.177. Licuit*
ipsi Notario. † Limita, quia dos data monasterio constructo, non 4
potest ad alios vsus conuerti; quia semel Deo dicatum ad vsus prophanos non potest reuerti, quod procedit, etiam si dotans vellet in aliam piam causam erogare eandem dotem. Anton. de Butr.
consilio 75. Monialis quædam, per tot. Vide, *Sacra res semel effecta non*
potest ad vsus prophanos reuerti. Concluſio. 4. † Extende, quia dos 5

data

data beneficio iam consecrato, reseruato iure patronatus sine consensu Episcopi licet non valeat ius patronatus; tamen non potest dos repeti; quia donatio semel perfecta non reuocatur; & quia causa non legitima habetur, p non expressa. Abb. *consil.106. Per prius*
6 *col.3. post med. num.3. ver. nec potuerunt Parochiani. lib.2.* † Extende; quia dotans Ecclesiam, licet apponat conditiones, & quod res datæ in dotem in euentum inobseruantiæ reuertantur ad dotantem, non valet talis conditio; quia Ecclesia non potest remanere indotata. Anchar. *consil.197. Subtiliter, & ad plenum. num.6. & seq. ver. contrarium*
☞ *dico*, & maxime *num.8.* Vide, *Imperator qualiter iura Imperij alienare possit, & illis præsit. Conclus.40.* Vide, *Donatio an possit fieri nondum nato. Conclus.640.* Vide, *Donatio bonorum profitendi, & sic ex certa causa non valet cessante causa. Conclus.632.*

Dos an dicatur titulus lucratiuus, vel oneroſus, & quid operetur titulus dotis. Conclus. 797.

1 DOs † quantum ad maritum dicitur titulus oneroſus. *l. vlt. §.1. ff. quæ in fraud. credit. l. ex promissione dotis. ff. de actio. & oblig.* Oldra. *consil.245. num.4. ver. tertio habito pro constanti, in verb. secunda ratio.* Bart.
2 *consil.119. D. Dominicus, in princ. lib.1.* † Et ideo si tertius promittat dotem pro muliere marito, siue animo donandi, siue animo gerendi negocium mulieris, licet quoad mulierem sit differentia; quia si animo gerendi negocia illius, in quantum est locupletior, tertius repetit; respectu tamen mariti secus; quia exactionem habet puram. Bald. *consil.59. Tres personæ, ante med. ver. vlterius dixi. lib.3.*
3 † Limita quoad vxorem; quia quoad eam dos consideratur, tanquam ex titulo lucratiuo, non autem oneroso. *d. l. vlt. §.1. ff. quæ in fraud. credit.* Oldrad. *d. consil.245. num.4. ver. secunda ratio.* Fed. de Sen. *consil.63. num.2. ver. contra videtur*, vbi debet ita intelligi Bart. *consil.119.*
4 *in princip. lib.1.* † Infertur; quia si pater legat filiæ spuriæ dotem, non valet legatum quoad eam; quia habet titulo lucratiuo, & possunt liberi legitimi, & frater, & soror testatoris auferre ab ea, non autem à marito; quia ipse ex titulo oneroso habet, ita declarat Bartol. *d. consil.119. in princ.* & ibi apostil. in *ver. dotem dare. lib.1.* plenius Card. Palæot. *de not. & spur. cap.49. & 50.* & intellige, quod à filia aufert, si habet, vnde se alias possit alere; secus è contra; quia pro
5 quantitate aliementorum retinet, vt dicit d. apost. ad Bart. † Limita quoad filios vxoris; quia censentur habere causam lucrati-
6 uam in dote matris. Bald. *consil.106. Punctus quidam. lib.5.* † Titulus dotis operatur aptitudinem translationis dominii rei dotalis fauore matrimonii, siue fit facta traditio, siue non. Dynus *consil.1. col. 2. num.8. ver. præterea constat & per tot.* vbi, quod si est facta traditio in dotem æstimata, cum pacto, quod tradens in dotem teneatur redimere pro eodem pretio, non potest redimere, nisi de consensu
☞ eius, cui facta est traditio. Vide, *Dos habet multa priuilegia specialia.*
7 *Conclus.743.* † Contrarium, quod licet ex titulo dotis transferatur in maritum dominium rei datæ in dotem, intelligitur sequuta traditione. Salyc. in *l. doce ancillam. C. de rei vend.* & probat tex. in *l. si prædium. C. de iure dot.* sed bene intelligitur facta traditio etiam mediante constituto appositio in contractu, per tex. in *l. certe. §.1. in ver. proprie possidere. ff. de precar.* per quem tex. ita tradit Bart. in *l. ab emptione, cir. fi. ff. de pact.* vbi Ias. dicit * communem.

Dotis lucrandæ pactum multiplex & quid operetur. Cōclus. 798.

1 PACTVM lucrandæ † dotis pro filiis in euentum mortis vxoris valet, & operatur, quod filii debent habere dotem ex pacto, non autem tanquā hæredes; ideo non requiritur aditio, vel transmissio iure hæreditario. Bald. *consil.273. Factum dicitur esse tale, D. Ca-*
2 *therina, in princ. lib.1.* † Et valet huiusmodi pactum tam super dote, quam super donatione propter nuptias; quia paria iudicantur. *l. ex morte. C. de pactis conuent. l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vxo. act.* Natt.
3 *consil.391. col.2. num.4.* † Imo valet pactum etiam non æquale super lucro dotis, vel donationis propter nuptias, quando adesset iu-
4 ramentum. Corn. *consil.302. col. fin. lib.4.* † Extende; quia tale pactum operatur, quod mulier non potest testari de dote, quando est factum, quod filii lucrentur eam. Bald. *d. consil.273. in princip. lib.1.*
5 † Restringe; quia bene potest testari, si pactum esset factum ad fauorem mariti, si vxor decederet sine filiis, quia si dos erat vxoris; tunc tale pactum habet vim donationis causa mortis: ideo potest reuocari, & vxor testando de dote censetur reuocare, & valet. Bal.
6 *consil.239. Laurentius fuit. lib.2. in princ.* † Secus, si dos esset data ab extraneo, qui pactum hoc apposuisset; quia seruari deberet. Bald.
☞ *d. consil.239. num.2. ver modo quæritur. lib.2.* Vide, *Statutum circa dotis lu-*
7 *crum. Conclus.512.* † Quandoque pactum fit ad fauorem mariti, vt

ipse lucretur dotem; & tunc sibi debetur, reseruata quarta inoffi-
cioſi filiis. *l.1. C. de inoff. donat.* Bald. *d. consil.273. nu.2. lib.1.* † Quandoq; 8
fit pactum, & promissio de restituenda dote, filiis non extantibus, & tunc tale pactum operatur à contrario sensu, quod filiis extantibus potest dos retineri pro filiis vi taciti pacti. Baldus *dict. consil. 273. num.2. versicul. aliquando non stipulatur expresse. lib.1.* Castrens. *consil.*
39. *In casu præsenti, in princip. lib.2.* † Amplia, vt tale pactum insit ex 9
consuetudine scripta, in *l. dos à patre. C. sol. matr.* quia licet nihil sit dictum de liberis, sed facta promissio restitutionis dotis etiam in omnem casum, & euentum dotis restituendæ, non comprehendit casum existentiæ liberorum. Bald. *d. consil.273. nu.2. ver. aliquando non fit in promissione. lib.1.* † Declara, seu restringe, vt nō procedat, si con- 10
tingat, quod maritus primo decedat, postea vxor, quia si pater dedit dotem, & stipulatus fuit sibi reddi, si vxor decedat non extantibus filiis, licet filii extent, debetur patri de iure communi; quia consuetudo Bulgari non habet locum isto casu, quando primo moritur maritus. Bart. *consil.130. Pater dedit dotem. lib.1.* † Quandoque 11
pactum fit ab vxore dotante se, & tale pactum valet in vim donationis causa mortis, ideo potest reuocari. Bald. *consil.239. in princip. lib.*
2. † Quandoque tale pactum fit ab extraneo dotante, & si dotat 12
de bonis mulieris, quod in dubio præsumitur, si est administrator bonorum mulieris; & tunc valet causa mortis, prout si mulier fecisset pactum; si vero dotauit de suo proprio, pactum tenet inter
viuos. Bald. *consil.239. per tot. lib.2.* † Quandoque est voluntarium, pu- 13
ta à coniugibus ex pacto, & istud non operatur, quod contra prohibitionem factam à lege, vel statuto, quod non disponat in præiudicium filiorum possit lucrari. Rom. *consil.448. Videtur 1. nu.6. ver. sed nulli dubium.* vbi, quod alias daretur materia fraudandi, quod consilium duplicatur per Abb. *consil.117. lib.2.* Vide, *Causa necessaria,* ☞
& voluntaria si concurrant, quæ attendatur. Conclus.149. † Quandoque 14
pactum inest à lege municipali, quod mulier lucretur dimidiam dotis, prout est Veronæ. Bald. *consil.79. Factum tale est, Zeno. in princ. li.*
1. † Operatur tale statutum, quod non valet fideicommissum in- 15
iunctum per patrem dotantem filiam, si disponat, quod si decedat sine filiis, dos reuertatur ad hæredes, quia statutum prænalet, vt maritus lucretur partem statutariam contra fideicommissum factum in vltima voluntate. Bald. *d. consil.79. nu.4. ver. sed nunquid hoc casu. lib.1.* † Extende, vt procedat, etiam si dos datur à patre inter 16
filios; quia non potest pater apponere fideicommissum in ipsa dote. Bald. *d. consil.79. nu.3. ver. modo venio. lib.1.* † Extende, vt lucrum do- 17
tis præiudicet fideicommisso, nedum quando prouenit à statuto, sed etiam si proueniat à pacto, & conuentione mariti, & vxoris. Cuma. *consil.56. Quidam filiæ, circa med. ver. legitima autem.* † Contrari- 18
um in vtroque casu. Rom. *consil.448. num.6. vsque in fi.* quia siue à pacto, siue à statuto prouenit, dicitur ex voluntate vxoris prohibita, saltem immediate, vbi apostill. in *ver. statuti*, dicit * communem, *
& citat plurimos. † Restringe, vt non procedat cessante statuto in 19
eo, in quo vltra legitimam pater pro dote legat filiæ in testamento. Bald. *d. consil.79. num.3. ver. modo venio. lib.1.* † Quandoque pactum 20
inest tacite à facto ipso, nam si maritus facit donationem pro augmento dotis vxori, quæ vocatur antidos, pro tāta summa ipse debet lucrari mortua vxore propter æqualitatem. Cum. *consil.26. Cum statutum, circa med. v. quin amplius.* vbi, quod imo lucratur maritus totam dotem, licet non auxerit ad tantumdem. † Declara tamen, 21
quia lucrum dotis, & constitutio dotis sunt propter onera, vnde si cessant à principio onera, quia maritus non substinet onera, cessat constituio dotis, & lucrum. Rom. *consil.406. Quæstio. nu.3. ver. secundo probo.* allegat text. in *l. Iulianus. ff. de iure dot.* † Quandoque fit pactum 22
à muliere habente filios ex primo matrim. quando transit ad secunda vota, & quatenus ex pacto prædicto maritus secundus haberet plus, quam filius ex primo matrimonio, non valet. *l. hac edicta li. C. de secund. nupt.* Bald. *consil.161. in fin. ver. & fuit quæstio lib.1.* Vide, ☞
Vxor habens filios ex primo, & secundo matrimonio si legat marito. Conclus.
405. † Et quod non valeat tunc pactum lucri dotis in præiudi- 23
cium filiorum ex primo matrimonio. Roman. *consil.447. In quæst. per tot.* maxime *col. fin.* vbi apostil. in *ver. non possit.* & illud consil. est Andreæ Ciaffi de Pisis, & Cyni. † Extende, quia mater habens filios 24
ex primo matrimonio, si transeat ad secunda vota, & faciat pactum, quod filii ex secundo matrimonio habeant totam dotem, non valet hoc pactum in præiudicium filiorum ex primo matrimonio, quia sicut non posset mater directe excludere à sua successione filios primi matrimonii, ita neque per pactum. Abb. *consil.19. Videndum, in princ. ver.2. casu. lib.1.* † Et procedit extensio, 25
etiam si auia mater ipsius nubentis secundo loco, vel quicunque alius extraneus dotans, de bonis ipsius filiæ nubentis faceret huiusmodi pactum, quia non valet in præiudicium filiorum primi matrimonii. Abb. *d. consil.19. in princip. lib.1.* & repetit *consil.43. Videtur*

26 *primo, eod. lib. 1.* † Declara tamen; quia si auia mater nubentis, vel extraneus dotat tes de bonis ipsius secundo nubentis apponerent pactum, quod filii ex secundo matrimonio haberent totam dotē, licet non valeat, vt supra, in præiudicium filiorum ex primo matrimonio, tamen bene ipsi promittentes de suo tenentur seruare pactum, & sic supplere de suo filiis secundi matrimonii totum illud, quod auferunt filii ex primo, ita Abb. *cons. 19. in prin. ver. secundo casu. lib. 1. & cons. 43. Videtur primo. lib. 1.* vbi, quod promissio facta à tertio, quod habere licebit totam, obligat promittentem ad totum,
27 quod diminuetur per filios primi matrimonii. † Restringe; quia si non obligatus dotare, prout extraneus, vel mater dotarent viduā habentem filios ex primo matrimonio, vellent apponere pactum, quod in ipsa dote succedant soli filii ex secundo matrimonio, valebit pactum, & non poterunt conqueri filij primi matrimonii; quia potest quilibet rei suæ apponere conditionem, quam velit,
28 ita Abb. *d. cons. 19. in prin. ver. primo casu. lib. 1.* † Declara restrictionem, vt non procedat, si extaret statutum, quod dos vndecunque profecta spectet ad filios tam primi, quam secundi matrimonii. Abb.
29 *cons. 19. circa med. ver. sed nunc examinandum est. lib. 1.* † Restringe; quia bene valet tale pactum de lucranda dote, quando inest à statuto; quia tunc maritus succedit ex pacto, vel quando est ex conuentione reciproca; tantumdem lucrabatur mulier; quia cum sit ex causa onerosa, valet, & maritus in præiudicium filiorum deducit lucrum, tanquam æs alienum, ex residuo fit diuisio secundum statutum, vel *l. hac edictali. C. de secund. nup.* Petr. Anch. *cons. 101. nu. 6.* vbi late, & loquitur stante statuto, quod filius primi matrimonii teneatur relinquere duas tertias; quia non prohibetur pactum lucri.

Vide, *Filij ex primo matrimonio qualiter succedant patri, vel matri. Concl.* 370. † Restringe in casu notabili, stante statuto, prout Senis, quod
30 muliere transeunte ad secūdas nuptias cum filiis primi matrimonii nihil lucretur, si fiat pactum de lucrando, bene ex pacto lucrabitur tantum, quantum habebit vnus ex filiis primi matrimonii, qui minus habebit; quia statutum non prohibet fieri pactum secundum ius commune, licet non assistat, sed prohibet lucrari ex statuto, ita consuluerunt concorditer Castren. *cons. 441. lib. 1.* Abb. *cons. 117. lib. 2.* Roma. *cons. 448. per tot.* vbi apostill. citat alios, & concordat. Alex. *cons. 122. Viso processu. nu. 14. ver. illud etiam constat,* vbi dicit * communem, *lib. 7.* & apostil. *16. v. dotis,* citat Alex. *cons. 158. col. 1.*
31 *lib. 5.* † Quando q; pactum fit ad fauorem mariti, & eius hæredum, vt quocunque modo solueretur matrimonium, dos remaneat semper penes maritum, seu hæredes eius; quia istud pactum non comprehendit casum, in quo soluitur matrimonium per mortem mariti, etiam si esset iuratum, etiam si esset factum à muliere, vel à quocunque alio dotante; imo si esset præcisum, hoc casu non valeret, *l. 2. ff. de pact. dotal. l. 1 ff. de dot. præleg.* & ita plene per Bartol. *cons. 126. Titius maritauit. lib. 1.* vbi, quod mulier potest exigere dotem, nō
32 obstante pacto. † Limita; quia lucrum dotis non habet locum etiam stante statuto inducente lucrum, quando sumus in secundo matrimonio, & extant filii ex primo matrimonio; quia maritus non potest lucrari, nisi quantum vnus ex filiis primi matrimonii * consequitur secundum communem, * de qua Alexa. *cons. 122. Viso*
33 *processu. nu. 14. ver. illud etiam. lib. 7.* † Limita, quia maritus ita demum consequitur lucrum dotis ex statuto, vel pacto quatenus vxorem affectione maritali tractauerit, & alimentauerit, alias illud perdit, quia si non substinuit onera matrimonii, illud habere non de-
34 bet. Alex. *cons. 122. num. 15. ver. confirmari possent. lib. 7.* † Limita, quando dos fuit legata à primo marito vxori, quæ secundo nupsit; quia debet reuerti ad filios primi matrimonii libera mortua vxore. A-
35 lex. *d. cons. 122. per tot. lib. 7.* † Limita, quia pactum lucrandæ dotis non valet, neque habet locum, si mulier desponsata moritur ante duodecimum annum; quia cum non possit esse matrimonium; ergo neque dos; quia dos non potest esse sine matrimonio, licet matrimonium possit esse sine dote. Bart. *cons. 45. Super quæst. in princ.*
36 *lib. 2.* † Limita; quia si maritus promittit soluto matrimonio restituere totam, & integram dotem, tenetur restituere; quia censetur renunciare pacto de lucrando. Alex. *cons. 201. Perspectis. num. 7. in fi. & num. 8. ver. facit, quod not. lib. 6.* & iterum *cons. 133. Super quæstis. nu. 5.*
37 *& seq. versic. pro hoc. lib. 5.* † Declara tamen; quia si aliunde non esset modus, impensa funeralis deduci debet, non obstante promissione de restituenda tota, & integra dote. glo. in *l. Neratius, iuncto text. in versic. conferre. ff. de relig. & sumpt. fun.* vide tamen Alexand. *consilio 201. numer. 14. versic. non obstat, lib. 6.* qui declarat illam glos. procedere, quando per mortem mulieris soluitur matrimonium, vel quando sepultura est necessaria, & non esset, qui solueret, alias secus; item dicit non procedere, nisi in dispositione legis, vel statuti; secus in dispositione hominis; quod non credo verum, quia respicit religionem, & nemo potest disponere, vt insepultus remaneat. Vide plenius, *Statutum circa dotis lucrum valet. Conclusio. 512.*

Dos promissa socero quando per eum exigi potest. Concluſ. 799.

PATER † sponsi potest exigere dotem sibi promissam ab vxore 1
filii, & eidem competit actio, tam pro sorte, quam pro fructibus. Socin. Iun. *cons. 15. num. 4. lib. 2.* † Extende; quia etiam exigit 2
fructus, licet non substineat onera matrimonii, quando per eum non stat, sed per sponsam. Socin. *d. cons. 15. num. 4. lib. 2.* Et quando socer exegit dotem nurus nomine suo proprio etiam consentiente filio, filius non tenetur ad restitutionem, neque ad compensationem, sed solus pater. Castren. *cons. 244. Viso, & examinato. num. 2. ver. super secundo. lib. 2.* vbi, quod filius non potest ratum habere, quod suo nomine non est gestum; secus si pater nomine filii exegisset, vel nomine communi; quia pro parte teneretur. † Extende, 3
etiam si filius esset hæres patris cum beneficio legis, & inuentarii, si bona patris non sufficiunt. Castren. *d. consil. 244. num. 2. lib. 2.* Vide, *Dos soluta marito, & socero à quo, & qualiter repetatur. Conclusio. 771.*

Dubitare quid sit, & cui comparetur dubius. Concluſio 800.

DVBITARE † est ad neutrum animum applicare. *l. fin. C. de con-* 1
dit. & demonstr. † Dubius, seu dubitans non dicitur certus, id- 2
eo is, qui dubitat, non videtur scire, & in iis, in quibus requiritur animus, vt in possessione, qui dubitat, non possidet. Lap. *alleg. 120. Quæro pone, in fi. ver. facit ad prædicta.* † Amplia, quod ponens, 3
vel declarans aliquid conditionaliter, non dicitur scire, sed dubitare de eo, quod ponit. *l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. at.* Bart. in *l. demonstratio, in fi. ff. de cond. & demon.* † Non admittitur dubietas, & incer- 4
titudo in iudiciis; quia non licet in incerto vagari cum discrimine alterius. Lap. *alleg. 120. n. 7. & per totum.* maxime in causa beneficiali, *cir. fin. de dolo.* † Duplicitas, vt quis duabus viis ingrediatur terram, 5
non admittitur, prout etiam prohibetur quis arare cum boue & asino, vestire pannis contextis lana & lino. Anchar. *cons. 109. Contra. num. 4.* † Dubietas, & argumentatio apud multos est, imo apud 6
infinitos, sed conclusio respondendi, & medicina sanandi apud paucos. Bald. *consilio 343. Examinanda. numer. 4. versic. reuertendum est. lib. 1.*

Dubia dispositio ex quibus declaretur. Concluſio 801.

DVBIVS † actus, prout si emptor gabellæ ad certum tempus 1
lapso tempore perseuerat, an censeatur exigere nomine domini, vel tanquam nouus emptor, declaratur ex solutionibus subsequutis; quia si nomine emptionis, censetur facta noua venditio. Signor. Homod. *cons. 22. In quæst. vertente. num. 14. ver. venio ad tertium.* † Idem in contractu emptionis fructuum gabellæ pro certis an- 2
nis, an sit emptio, vel conductio. Vide, *Contractus cognoscitur ex substantia, & verbis. Concluſ. 999.* † Venditio an censeatur facta ad 3
corpus, vel ad mensuram, declaratur ex pretio. Vide, *Pretium attenditur pro declaratione contractus in dubio. Concluſ. 488.* † Obseruantia 4
diuturna declarat actum dubium præcedentem. Vide, *Obseruantia diuturna operatur multa. Concluſ. 59.* † Verisimilitudo maior attendi 5
debet in dispositione obscura, vel ambigua. Fulgo. *cons. 130. Gaspar Notarius. num. 2.* Vide, *Obscuritas declaratur, & quomodo. Concl. 56.* † Verba dubia statuti declarantur, si in eodem statuto sunt sum- 6
pta in sensu vno; quia in eodem sensu sumi debent in alia parte. Alex. *cons. 197. Perspectis. num. 7. ver. comprobatur. lib. 6.* Vide Mascard. *Concluſ. 577.* vbi, quod ex obseruantia subsequuta declaratur res dubia. † Dispositio sequens incerta recipit declarationem ex præ- 7
cedentibus. Alexand. *consil. 200. Perspectis, in fin. numer. 10. versic. probatur. lib. 1.* Vide plenius, *Verba dubia declarantur ex multis. Conclusio. 104.*

Dubia res ex quibus reddatur. Concluſ. 802.

NEGATIO † regulariter reddit rem dubiam, quando est pro- 1
babilis. Crauet. *cons. 583. nu. 7. ver. quin etiam.* † Restringe, quan- 2
do negatio est post litem contestatam, vel contra notorium, vel negatio calumniosa. Soc. *reg. 1. Negatio rem dubiā facit.* vbi ponit istas tres fallentias. † Restringe, vt non procedat, quando fit negatio 3
post sententiam, & rem iudicatam. Bald. *cons. 290. In causa istorum,*

post

4 *post med.ver.item negatio.lib.5.* † Obscuritas sermonis facit rem dubiam. Vide, *Obscuritas reprobatur in omni dispos.Conclus.53.* † Incertitudo rem dubiam reddit, Vide, *Incertitudo multa operatur. Conclus.* 5 6 62. † Dubia dispositio ex pluribus dicitur, vel ratione æquiuocationis, vt quia verbum plura significat, vel ratione generalitatis, vel ratione alternationis, vel non coarctatę loquutionis, vel ratione indefiniti sermonis, de quibus Fulgos.*consil.*130.*Gaspar Notarius,* 7 *num.*2. vbi, quod tunc est locus interpretationi. † Amplia, quia opiniones Doctorum discordes reddunt conclusiones iuris dubias. Craue.*consil.*583.*num.*7. Alexand.*consil.*142.*Viso processu.num.*12. *lib.5.& consil.*222.*Visa facti. num.*9.*&*10.*ver. deniq; lib.*2. Vide Masc. *Concl.*577. *Dubia res*, vbi ponit hanc ampliationem de dubio iuris. 8 Amplia; † quia res efficitur dubia per semiplenam probationem Alexand..*consil.*254. quod est fi.*lib.6.num.*14. vbi, quod tutor, qui potest compromittere de re dubia pupilli, compromittet, si extat semiplena probatio fideicommissi. † Amplia; quia dubia res 9 dicitur, & redditur, quæ multipliciter intelligi potest. Crauett. *consil.*619.*num.*11. *versic. quinto inficias.* Decian. *consil.*8.*num.*35. *lib.*1. Vide, *Lex dubia non operatur effectus legis. Conclus.*273.

Dubia à iudicibus quando excitanda. Conclus.803.

1 IVDEX † debet excitare, & dare dubia partibus, quando causa est difficilis, ad hoc, vt partes possint facere illa resoluere, & hanc esse laudabilem consuetudinem, dicit Socin.Iun.*consil.*131.*in* 2 *princip.lib.*2.Iason.*consil.*72.*in princip.lib.*1. † Extende; quia imo lata sententia debet iudex motiua excitare, per quæ motus fuit, & ita seruatur ex consuetudine laudabili Florentiæ.

Ducciæ castrum, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Conclus.804.

1 TERRA † Ducciæ est de territorio Imolæ, & fuit sub iurisdictione Guidonis Ant.Manfredi Domini Imolæ, & se rebellauit propter iustum timorem dicti Domini vna cum castro Tussignani.Ioan.de Imo.*consil.*34. *Visis, & ponderatis*, vbi, quod se dedit dicto Manfredo rebellando à Ludouico Alidosio propter impo- 2 sitiones, vt dicit clarius *consil.*66. † Habet iurisdictionem ciuilem, sed non criminalem; ideo potest statuere in ciuilibus, dummodo generaliter, & non contra certam personam.Ioan.de Imol. 3 *d.consil.*34.*per tot.* † Ludouicus Alidosius Vicarius Imolæ pro Romana Ecclesia sub solutione annui census grauauit terram Duccię ad soluen. singulo anno libras 300. & cum Communitas Ducciæ supplicasset Papæ, Martinus Quintus reduxit ad lib.150. Postea Guido Anton. Manfredus occupauit Ducciam, & illam exemit in totum, vltimo Dux Mediolani mediante Nicolao Piccinino locumtenente generali occupauit Ducciam, & conuenit pro liberatione, demum occupauit Imolam, quam reintegrauit omnibus castris, vltimo sub sede Apostolica consuluit Io. de Imo. *consil.*66. quod Alidosius non potuit grauare, sed quod respectu librarum 150. tenentur soluere Cameræ, nec Manfredus, vel dux potuerunt liberare, nisi pro tempore, quo occuparunt Ducciam.

Duellum quid sit, & est prohibitum & damnatum omni iure, & quando permissum. Conclus.805.

1 REGVLA † est; quod duellum dicitur à duobus, & duarum 2 partium pugna. Grat. *consil.*4. *num.*16. *lib.*2. † Et est singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis, vel est pugna corporalis deliberata hinc inde duorum ad purgationem, vel gloriam consequendam, vel ad odij exaggerationem tendens, apostil.1. ad Guido Pap.*decis.*617.Soc.Iun.*consil.*122.*nu.*7.*& seq.lib.*2. & plenius 3 *consil.*123 *nu.*15.*lib.*2. † Extende; quia duellum est quædam furia contra omnem humanitatem, & omnem rationem naturalem. 4 Bal.*consil.*343.*Illustri Domina, circ. med.ver.item prouocare.lib.*2. † Et duellum dicitur experimentum innocētiæ, & solum habet locum in defectum aliarum probationum. Dec.*consil.*487. *In quæst.num.*7. *& seq.*vbi, quod ad illud non potest deueniri, nisi in subsidium, & quando non adest alia probatio, plenius *cons.*486.*nu.*19. incip. *Ma-* 5 *gnificus Pirrhus.* † Amplia; quia duellum ex abusu extitit introductum; ideo à lege reprobatur, & consuetudo, quod differentiæ decidantur in duello, est impræscriptibilis; quia inuitat ad delicta. 6 Oldr.*consil.*91. *Nullo modo, ver. & absit illa. num.*2. † In Vngaria est consuetudo, qua duellum admittitur, secundum Signo. *consil.*96. 7 *Quæstio disputanda, in pr.* † Amplia; quia duellum est prohibitum de iure ciuili, & canonico. Bal.*consil.*165. *Casus est talis, n.*3. *insi.& n.*4. *ver. porro tractare, lib.*2 & est tex. *in c.monomachiam, 2.q.*4. *& in c.*2. *de clerico pugn.in duello.* & est communis * opinio.Grat.*cons.*3.*in pr.lib.*2. * vbi plura. † Et quod omni iure humano, & diuino sit prohibi- 8 tū.Grat.*consil.*115.*n.*18.*lib.*2. latissime Soc.Iun.*consil.*122.*in pr.* plenius *consil.*123.*eod.lib.*2.vbi, quod omni iure est prohibitum, & diabolica arte adinuentum. † Amplia; quia neq; de iure Longobardorum 9 licitum est duellum occasione negationis debiti, nisi quando negatur depositum, quod ascendat ad 20. solidos. Bal.*d.consil.*343.*ante med.ver.item nec de iure, lib.*2. † Declara tamen; quia multi sunt 10 casus, in quibus de iure Longobardorum admittitur duellum, per Io. de Ligna.*tit. de duello, §. circa quintum.* apostil. ad Guido Pap. *decis.* 617.*ver.duello.* & Soc.Iun.*consil.*123.*n.*14.*lib.*2. vbi dicit 20. casibus licere de iure Longobardorum. † Amplia in tantum duellum esse 11 de iure prohibitum, vt principes possint subditos suos vbiq; prohibere, ne faciant duellum, & possunt illos punire, & prohibitus excusatur, & non est ei dedecus; imo si requisita non conueniunt ad duellum, pater potest exhæredare filium conuictantē in duello contra iussum suum, Grat.*cons.*115.*per tot.* maxime *n.*6.*lib* 2. † Am- 12 plia; quia nedum duellum est prohibitum respectu pugnantium, sed etiam respectu assicurantium, & dantium locum, vel campum securum. Angel.*consil.*374. *Ex themate quatuor, n.*5. *ver. tertio & vltimo.* Amplia; † quia hodie duellum est omnino prohibitum, primo 13 ex Bulla Pij IV. qui prohibet nedum in statu Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecto, sed etiam extra vbique sub pœna excommunicationis maioribus permittentibus, vel facientibus, aut interessentibus. † Secundo loco Concilium generale Tridenti- 14 num *sess.*25.*cap.*19. excommunicat omnes Principes admittentes in suis terris duellū, & priuat feudis, & maxime, quæ ab Ecclesia pugnantes tenent, priuat bonis, reddit excommunicatos, & infames & si moriatur; sepultura careant ecclesiastica: Auxilium, consilium dantes, spectantes excōmunicat. † Tertio loco Gregorius XIII. 15 extendit Concilium, & pœnas etiam ad priuatum duellū ex condicto, etiam si non sequatur, quando per eos non stetit. † Quar- 16 to loco Clemens VIII. extendit etiam si in solo infidelium, in castris, siue sit singulare, siue bini, &c. ex condicto, & cohibet magistratus, & locorum Dominos, & bellorum Duces, & extendit etiam ad cartellos, & manifesta publica, & priuata, ad mentientes in genere, perquirentes declarari verba, offerētes probare armis, etiam si sine scripto, ac componentes, imprimentes, publicantes, auxilium & cōsilium dantes, & ad se immiscentes quoquo modo, ēt si nō sequatur certamen, ēt si ad actum proximum nō sit deuentum, dummodo per eos non steterit, & generaliter cōtra alio modo ex composito prædictis se intromittentes. † Et licet Bulla hæc ha- 17 beat latissima verba apta comprehendere omnem speciem inducentem duellum; tamen illa verba, *ex condicto, & ex composito*, restringunt, vt si duo veniant ad insultum, licet vnus dicat alteri, *caccia mano à quella spada, aut, io voglio far quistione con te*, etiam si adijciat verba, *io ti sfido à duello*, non habet locū, vt per Plot.*in l.si quando, C.vnde vi.* † Ratio potest esse; quia absurdum sequeretur, vt magis pu- 18 niretur, qui facit monitionem inimico, quam qui percutit proditorie; & tamen illa qualitas percutientis sine monitione reprobatur, vt largo modo dicatur assassinus, vt per Grat.*consil.*52. *nu.*51. & quia ea, quæ fiunt calore iracundiæ minorem pœnam patiuntur, maxime ex actu incontinenti facto. † Vide cautelam prohiben- 19 di duellum; quia Duces debent duellantes compellere de nocte solos dimicari in loco reseruato; quia hoc modo cessat gloria, & hoc modo dicit apostil.ad Dec.*consil.*686. abijsse in desuetudinem in ciuitate Taurini, sed pernicios a cautela. † In Francia duellum 20 est prohibitum ex rescripto Regio, quod inserit Guido Pap.*decis.* 617.*Dixi plene.* vbi quod, vt duellum sit licitum, quatuor sunt requisita; primo, quod negocium propositum contra aliquem pro duello sit delictum inferens mortem; secundo, quod illud factum proditorie, & in occulto sit factum; tertio, quod de tali delicto sint præsumptiones, seu verisimilitudines, ex quibus ille habeatur suspectus; quarto, quod illud factum, vel delictum, à quo prouocatur, sit certum, & euidens; excipit tamē latrocinium; quia etiam si ex eo pœna mortis imponitur; non tamen conceditur duellum, & in casu permisso saltem requiritur specificatio loci & temporis commissi delicti, & de eodem Regio edicto meminit Socin.Iun. *consil.*122.*num.*9.*lib.*2. vbi sequitur Guido Pap.Calcan.*consil.*2. idem Socin.Iun. *consil.*123.*eod.lib.*2.*num.*10.*& seq.* † Limita in quatuor 21 casibus, qui notantur *in constit.pace tenenda.c.*1.§. *si quis hominem.* quos relatiue ponit Bald. *dict. consil.*165.*lib.*2. † Et in crimine læsæ ma- 22 iestatis admittitur. Socin.Iun. *consil.*122.*numer.*2.*lib.*2.*numer.*10.*eod. lib.*2. † Restringe; quia vbi constat de bono iure; item vbi adest 23 remedium ordinarium; quia via iuris est præuentum, nō est locus duello etiam in casibus permissis. Bald. *d.consil.*165.*n.*4. *ver. & etiam*

24 *quod iſte, lib.*2. † Reſtringe; quia etiam in caſibus permiſſis duellum debet eſſe vltimum ſubſidium. Bald. *conſil.*343. *Illuſtris Domine,*
25 *lib.*2. † Limita; quia duellum, quando de facto admittitur, licet conſuetudo reprobetur; tamen dicitur licitum ex permiſſione de facto. Dec. *conſil.*487. *In quæſtione, in princip.* ſequitur Decia. *conſil.*41.
26 *num.*82. *lib.*2. † Contrarium Grat. *conſil.*3. *lib.*2. vbi, quod duellum omnino eſt prohibitum de iure canonico, & non valet conſuetudo; quia eſt peccati inductiua, nutritiua, & corruptela; & licet quãdoq; de iure ciuili admittatur; ſecus in terris Eccleſiæ, & inter ſubditos, & dicit * communem, vide apoſt. vltimam ad *deciſ. Guid. Pap.*
623. quæ citat Anch. *in c. Henricus, de cleric. pugn. in duello.* vbi, quod cõſuetudo etiam, quando aliter probari non poteſt, non valet, vt duellum ſit permiſſum, & plenior apoſt. ad *deciſ. eiuſdem Guid. Pap.*
617. *in ver. duellum.* quia dicit Deum tentari ex duello, & eſt præceptum negatiuum; *non tentabis, &c.* latiſſime Soc. Iun. *conſil.*122. *in pr. lib.*2. late Barbat. *conſil.*62. *Illud in medio, lib.*1. & plenius idẽ Soc. Iun.
27 *conſil.*123. *in princ. lib.*2. vbi citat infinitos. † Declara; quia in dubio debet intelligi, quod tollatur præterita conſuetudo, non futura. Curt. Iun. *conſil.*173. *num.*7. vbi, quod generalis conſuetudo nõ indiget probatione, & quod etiam ſi lex tollat conſuetudinem futuram, non intelligitur de ea, quę eſt ſine conſenſu principis, vt ibi
28 *num.*8. † Credo Curt. Iun. dicere verum in conſuetudine non nutritiua peccati; quia hoc non poteſt dici conſuetudo; & maxime
☞ quia eſt contra præceptum negatiuum. Vide, *Conſuetudo nutritiua*
29 *peccati non valet. Concluſ.*814. Vide tamen eundem Curt. Iun. *d. conſil.*
173. *in princ.* & Dec. *conſil.*487. *in princip.* qui dicunt, quod licet non valeat conſuetudo, vel ſtatutum; ſi tamen de facto ſeruatur, habe-
30 tur, ac ſi de iure eſſet valida. † Declara, vt plene Soc. Iun. *conſil.*122. *lib.*2. vbi quod de omni iure ſunt prohibita duella; & quia oriuntur cædes, mutilationes membrorum, ſcandala contra præceptum diuinum negatiuum, & propterea non valet etiam conſuetudo nutritiua peccati, & ſemper in dubio eſt reſtringenda conſuetudo.
31 Limita; † quia duellum eſt licitum cauſa honoris conſeruandi authoritate ſuperioris. Dec. plene *d. conſil.*487. *num.*3. Soc. Iun. *conſ.*
32 39. *num.*43. *lib.*2. † Extende; quia ad illud poteſt deueniri honoris cauſa, quando aliud remedium non datur. Dec. *conſil.*487. *num.*8. vbi conſuluit pro Com. Ludouico Belgioioſo, contra Com. Aloyſium Gonzagam in controuerſia orta occaſione obſeſſæ ciuitatis Laudæ; quia Com. Ludouicus dixerat ſeruientes Venetis eſſe poltrones; quia non eſt iniuria particularis, ſed Reipublicæ cauſa di-
33 ctum. † Declara; quia de iure canonico omnino, & ſemper eſt prohibitum duellum, & non valet conſuetudo contraria, & quis debet licite recuſare, & non eſt dedecus, & licet de iure ciuili aliquando ex cauſa honoris conſeruandi permittatur; tamen inter ſubditos Eccleſiæ nunquam, Grat. *conſ.*3. *per tot. lib.*2. vbi, quod infamiam non euitat offerens, & acceptans duellum; ideo ratio illa honoris non eſt vera, neque bona. Soc. Iun. *conſil.*123. *lib.*2. *in princip.*
34 Et † maxime, quando Papa inhibuit, vt ibi Grat. *conſil.*3. *n.*25. *lib.*2.
35 Declara; † quia imo eſt adeo prohibitum omni iure, vt nõ liceat acceptare duellum, & acceptans non euitat infamiam, & recuſans non diminuit honorum ſuum, & non valet conſuetudo contraria & quatenus principes ſeculares admitterent, poteſt Epiſcopus prohibere, cui incumbit, latiſſime Soc. Iun. *conſil.*123. *in princip. lib.*2. maxime *num.*9.

Duellum committere volentes quis ſit actor, vel reus, & cuius ſit electio armorum. Concluſ.806.

1 ACTOR † in materia duelli eſt ille, qui diffamat alium, non ille, qui offert tueriſuam aſſertionem repellentem, ſeu negantem diffamationem. Ang. *conſ.*374. *Ex themate quatuor, in prin.*
2 Dec. *conſil.*487. *In quæſtione, num.*9. vbi apoſt. dat concord. † Extende, vt ille ſit actor, qui obtulit probare; quia qui ſe adſtringit ad probandum etiam in actu non neceſſario, probare debet. Angel.
3 *d. conſil.*374. *num.*2. *ver. de ſecundo.* † Extende, vt ille, quia eſt naturaliter actor, licet offerat electionem armorum reo intra tempus limitatum; tamen lapſo tempore reus non perdit beneficium
4 electionis armorum. Dec. *dict. conſil.*487. *num.*10. *in fin.* † Amplia; quia actor, & procurator in hac materia dicitur ille, qui mittit primum cartellum, & prouocat alium. Soc. Iun. *conſil.*122. *nu.*24. *& ſeq.*
5 vbi multa deducit ad cognoſcendum actorem. † Declara tamen; quia etiam prouocatus ſit actor, quando ſubiungit manutenere cum armis quia ſibi præiudicat, exemplum ponit Soc. Iun. *d. conſil.*
122. *num.*29. *& ſeq. lib.*2. vbi, quod prouocans reum cum iniuria, ſi reus dicat prouocanti, *mentiris*, remanet reus; ſi vero vltra mentitam dicat, *quod vult manutenere cum armis*, efficit ſe actorem, & perdit
6 electionem; ideo viam, quam elegit, ſequatur. † Limita, quia prouocatio iniurioſa non facit prouocantem actorem, quando eſt cõditionalis, non purificata conditione, vt ſi quis dicat, *chi vuol dire, ouero, chi ha detto*, aut certæ perſonæ, *ſe volete di. e vi mentite*; quia nihil ponit in eſſe. Dec. *conſil.*487. *num.*9. † Extende, vt procedat, etiam 7
ſi quis prouocauerit in genere, vt qui dixit, milites Venetorum eſſe purum valentes; quia non fit prouocatio ſingularis, nec dicitur actor, ſed reus; ſi particularis miles Venetorum velit aſſumere propoſitionem generalem; quia attenditur mens proferentis, & dicta cauſa Reipublicæ principaliter non offendunt particulares Dec.
*d. conſil.*487. *in fi.* † Electio armorum de iure ſpectat ad reum. Bal. 8
in c. 1. in pr. de pace tenen. Dec. *conſil.*487. *n.*9. plenius *conſil.*686. *Magnificus Pyrrhus, in fi.* vbi quod de conſuetudine ita ſeruatur. Grat. *conſil.*
3. *in fi.* vbi idem Soc. Iun. *conſil.*122. *lib.*2. *num.*25. † Et ideo debetur 9
electio armorum, cum quibus velit ſe tueri prouocatus; ipſi reo prouocato, & prouocans debet cum armis electis venire ad duellum. Iaſ. *conſil.*113. *lib.*4. † Sed an teneatur prouocans recipere ar- 10
ma ab ipſo reo, quando reus offert electionem ex electis paribus ipſi actori; dic, quod non, ſed actor poteſt recuſare, & velle arma electa habere de ſuis, & à ſeipſo, & non cõfidere de aduerſario offerente, qui poteſt ſcire defectum in armis, & habere ſuperioritatem ex ſcientia, & qualitate armorum. Iaſ. *d. conſil.*113. *lib.*4. *per tot.*
Contrarium † Curt. Iun. *conſil.*173. *num.*9. vbi, quod oblatio fuit 11
iudicata honeſta, & licet campiones, ſeu patrini diſcordauerint; tamen non eſt bona defenſio; quia hoc modo patrinus diſcordans ſine cauſa poſſet euitare duellum, quod non conuenit, & credo, quod ſit in eodem caſu, in quo Iaſ. conſuluit. † Campiones, qui 12
dicuntur aduocati, qualiter ſe gerere debeant, & de campione actoris, quod debeat præcauere à verbis generalibus, & iactatorijs, ne ponat ſuum principalem in maiori neceſſitate, quam debeat, & teneatur de iure, Guid. Pap. *deciſ.*618. vbi late cum multis ſeqq. vbi ponit modum Gallicano ſermone. † De campione rei, quod 13
debeat deducere omnia iura, per quæ non ſit locus duello, & ad oſtendendum ſe non teneri; ſecundo, quod pro veritate debeat negare aſſerta per actorem, & quatenus teneatur ſe offerre, vide Guido Pap. *deciſ.*621. vbi apoſt. pariter, dat concord. & vide; quia dicit, quod reus debet in negatione mentiri actorem, alias haberetur pro conuicto. † Electio loci ad duellum competit ei, cui 14
eſt facta oblatio. Angel. *conſil.*374. *Ex themate quatuor, num.*3. † Et 15
quod competat reo electio campi, ſicut electio armorum. Soc. Iun. *conſil.*122. *num.*28. *lib.*2. licet pro conſtanti non ponat; tamen allegat tenentes. † Et facta electione loci, bene poteſt alius locum ele- 16
ctum ex cauſa ſuſpectum allegare, ſed ſi non allegat, neque acceptat in termino, dicitur ſuccumbere, & alius non tenetur in duello perſeuerare. Angel. *d. conſil.*374. *num.*3. *vſque in fi.* † Præſenta- 17
tio in loco electo, & campo debet fieri in ipſa die deſtinata, videlicet reus debet ſe præſentare ante nonã, actor ante meridiem, alias vnuſquiſque caderet à ſuo iure, ſi deficeret. Guid. Pap. *deciſ.*622. Et
comparentes † debent proteſtari contra abſentem. Guido Pap. *d.* 18
*deciſ.*622. vbi ponit ſermone, & lingua Gallicana formam proteſtationis. † Nota; quia prouocans debet portare omnes armaturas 19
ſuas, dum vult intrare campum, & viſeriam baſſatam; ſicut ſi certaret cum aduerſario, alias non poſſet vti illis armis, quæ ſecum non haberet, neq; poſſet vti viſeria baſſata, ſi non erat baſſata, quando campum intrauit. Guid. Pap. *deciſ.*622. *ver. item reus.* † Reus vero 20
poteſt intrare campum, prout ſibi placet, & facere deferre arma, & ita de conſuetudine ſeruari dicit Guido Pap. vbi ſupra. † Iura- 21
mentum vero debet præſtare prouocatus in manibus ſui campionis, vt ponit formam Guid. Pap. *d. deciſ.*622. † Certamen fit in 22
omni ſtatu, poſtquam ſunt ingreſſi campum, etiam ſi alter deſcenderet equum, vel arma vellet mutare, vel proijceret, poteſt offendi; quia Deus adiuuat veritatem.

Duellum vt ſit legitimum, multa requiruntur. Concluſio 807.

DVELLVM † vt poſſit dici legitimum, requirit multa de qui- 1
bus Grat. *conſil.*4. *lib.*2. *per tot.* vbi, quod eſt remedium ſubſidiarium, & non habet locum, niſi vbi deficit probatio; quia æquiparatur in hoc torturæ, quæ non poteſt inferri, niſi in ſubſidium. † Se- 2
cundo; quia vbi iniuria ceſſat duellum, & dicitur ceſſare, ſi mutua iniuria fuit; quia fit compenſatio. Grat. *d. conſil.*4. *lib.*2. *num.*21. *& ſeq.*
Tertio † requiritur paritas perſonarum; & ideo ſimplex mi- 3
les non poteſt prouocare centurionem ad ſingulare certamen. Grat. *d. conſil.*4. *num.*24. *& ſeq.* vbi multa congerit, *lib.*2. † Declara; 4
quia poteſt Illuſtris, & excelſa perſona per ſubſtitutum pugnare; quia viti excelſi in criminalibus audiuntur per procuratorẽ. Grat.
*d. conſil.*4. *in fi. lib.*2. † Imo vide octo caſus, in quibus duellum 5

per-

permittitur per alium, puer, senex, infirmus, Ecclesiastica persona, & alij casus, quos apposti. ad Guido Pap. *decis.618. in ver. aduocatum.*

6 Vide † quatuor requisita, imo quinque posita per Guido. Pap.
7 *quæst.617. per totam.* vbi pulchre loquitur, quæ posui supra, *Duellum quid sit, & est damnatum. Conclus.805. num.13. & seq.* † Et quod quinque sint necessaria, vide Bald. *in l. cum filius, ff. de leg.2.* sequitur Soc.
8 Iun. *consil.122. num.10. lib.2.* † Ex parte actoris requiritur necessitas; quia aliter probari non possit; ex parte rei, quod sit suspectus, alias duellum fieri non potest. Soc. Iun. *consil.123. num.15. lib.2.*

Duello succumbere, vel vincere qualiter dicatur. Conclusio 808.

1 VICTORIA † in duello consideratur, primo ex consuetudine; quia si consuetudo est, quod deiectus in terram, vel confitens se victum, censeatur victus, vel non, illa seruatur. Signor. *cons.*
2 *96 num.35.* † Victoriam obtinet in duello, qui proiecit inimicum in terram confitentem se victum, licet illico is, qui proiecit, moriatur, vel interficiatur. Signor. *consil.96. per tot.* vbi multa, quod sit victus, & in contrarium, & nullus vincat; deinde tuetur, quod victoria sit danda mortuo.

Dum placuerit, hæc dictio, quid importet. Conclus.809.

1 DVM *placuerit*, videtur † importare beneplacitum, , quasi, *donec placuerit.* Oldr. *consil.243. in princip.* per tex. *in l. si quis ita legaue-*
2 *rit, ff. de cond. & demonstr.* † Limita, nisi ex mente aliter colligatur, puta, si per alia verba importantia perpetuam necessitatem actum esset. Oldr. *d. consil.243. in fi.*

Duplex funiculus multa operatur, & altero cessante non cessat alter, nisi vterque tollatur. Conclus.810.

1 DVPLEX † funiculus, seu duplex vinculum magis ligat; quia vno cessante non cessat alterum, § *affinitatis, Instit. de nupt.* Vide,
2 *Geminatio actus multa operatur. Conclus.28.* † Et duplex funiculus
3 difficilius rumpitur. Alex. *consil.195. Assumo, num.6. lib.2.* † Amplia in derogatione facta quantumcunque generaliter in gratia principis, vel priuilegio, per quam, vel quod, tollitur ius, vel priuilegium tertij; quia in dubio restringitur ad vnum impedimentum, vel funiculum tantum, nisi exprimatur de pluribus. Feder. de Sen.
consil.138. Benedictus, num.2. in fin. ver. ad primum & seq. Bellon. *consil.4. Diligenter considerato, num.4. ver. sed vnicum*, plene Ias. *in l. si. num.4. C. si contra ius.* Fel. *in c. nonnulli, num.21. ver. quinta conclusio. de resc.* Menoch.
de arbitr. casu 203. numero decimoquinto. Vide, *Derogatio legibus & aliis in*
4 *genere facta. Concl.116.* † Extende maxime in statuto confirmato à superiore, vel Papa; quia statuentes illi non possunt derogare sine Papa, vide Alex. *consil.123. n.17. & seq. lib.4.* plene Marsil. *Singul.567.*
5 *omnia nostra.* † Contrarium Abb. *c. dilecto, num.10. de præben.* Ceph.
consil.571. num.73. Barbat. inter *consil. Alex.123. num.18. lib.4.* qui dicit verum, quando confirmatio fit ad fauorem populi; quia potest il-
6 li renunciare. † Amplia in legitimatione facta ei, qui ex adulterio natus est, vt non valeat, si ex duplici adulterio sit natus, & simpliciter fuit dictum, *ex adulterio*; quia duplex vinculum debet exprimi ad hoc, vt tollatur. Old. *consil.247. num.2. ver. ad secundum.* Alexand.
consil.195. num.5. & seq. lib.2. Rom. *consil.326. num.10. ver. quarto.* Vide,
7 *Legitimatio redditur nulla ex multis. Conclus.236.* † Amplia; quia concessio feudalis pro se, & quibuscunque hæredibus, licet includat extraneos; tamen intelligi de masculo, ne inducatur duplex derogatio, vel habilitas. Dec. *consil.193. Pro tenui. per totum.* maxime *col. pen.*
8 *ver. non obstat fundamentum.* † Amplia in impetrante beneficium reseruatione duplici reseruatum, vt quia defunctus erat Capellanus, & Collector Papæ; quia si vna exprimitur reseruatio, gratia est nulla, nisi vtraque sit expressa. Cald. *consil.30. in principio.* quod est 7.
9 *de resc.* vbi quod ita seruat Cancellaria. † Amplia in ratione, & causa; nam duplex ratio, duplex causa, & duplex ligamen magis operatur, quam vnicum, quando à iure duplicitas consideratur; secus si è contra; quia sufficit adesse ratio requisita, vt tantum operetur vna, quam plures. Bal. *consil.188. In substitutione, lib.1. per tot.* Vide,
Causæ plures quando plures effectus operantur. Conclus.144. Vide, *Rationes*
10 *plures vincunt vnam. Conclus.34.* † Amplia in iuramento, quia licet conualidet donationem inter virum & vxorem de iure prohibitam; tamen si duplex est defectus, & nullitas, non confirmatur ex vno iuramento, veluti si est etiam supra summam debitam, & non est insinuata. Bello. *consil.4. num.3. ver. præterea*, allegat Chassen. *cons.*
11 *7. colum.6.* † Mulier, quæ iuuatur Velleiano, non iuuatur, si duplicem consensum præstitit super eodem actu. Socin. *consil.85. Con-*
silys nostris, nu.5. ver. sed adhuc iterum, lib.1. † Amplia in successione; 12
quia is, qui prohibetur duplici prohibitione, prout legis, & statuti, aut legis, & hominis, magis prohibetur; ideo filij, qui habeat proprietatem patris succedentis filio, si transeant ad secundas nuptias, non habebunt, si pater excludat filios à successione. Ruin.
cons.37. n.13. ver. quarto confirmatur. lib.3. † Extende in fratre ex latere 13
patris, & matris; quia succedit fratri, excluso fratre ex vno latere tantum, puta consanguineo, vel vterino, *auth. cessante, C. de legit. hæred.* declarat Cast. *consil.83. Id quod supra, lib.1.* † Extende in prohibitione alienationis duplici; quia plus operatur, quam simplex. Rui. 14
d. consil.37. num.14. lib.3. † Extende; quia is, qui iurat non facere 15
actum, & faciat, valet actus; secus si cum iuramento concurrat prohibitio legis, vel statuti; quia tunc non valet actus cõtra iuramentum, & legem Fulgos. *consil.210. Pro euidentia, circa fi. ver. rursum, &*
illud. † Extende, etiam si statutum in omnibus sit conforme iuri 16
communi; quia cum sit duplex vinculum, magis operatur, & de statuto debet fieri mentio, alias gratia est subreptitia, & nulla, si statutum est iuratum, vel confirmatũ à superiore, alias secus. Alex.
consil.195. num.12. lib.2. vsque in fi. quod duplicatur *lib.1. consil.62.* † Ex- 17
tende; quia licet valeat alienatio fideicommissi facta, & succedat restitutio solum ad pretium in casu *l. si. § si. ff. de leg.2.* tamen, quando concurrit duplex prohibitio, videlicet legis, & hominis; quia etiam testator expresse prohibuit, non valet alienatio, quæ valeret. Ruin. *consil.32. num.6. lib.1.* † Extende; quia prohibitio duplex 18
videlicet legis, & hominis, semper plus operatur, vt extendatur etiam ad casus, qui non venirent in simplici prohibitione legis, vel hominis, plura exempla dat Ruin. *consil.82. num.4. lib.5.* vt prohibitio appellationis à principe, & partibus in prohibitione alienationis rei feudalis facta ab homine, vel fideicommissi. semper extenditur ad omnes casus. † Extende in bonis Ecclesiæ datis cum o- 19
nere, quod non possint alienari, quia ex quo non possunt alienari de iure communi, & ex prohibitione hominis, nullo modo poterunt alienari etiam in casu permisso, puta, pro redemptione captiuorum. Abb. *cons.45. Videtur primo, nu.4. ver. quinimo in casu nostro,*
lib.2. vbi licet aliqui teneant contrarium, dicit veram esse extensionem, vt sine expressa authoritate Papę, quæ semper excepta est,
non possit fieri alienatio. † Extende generaliter; quia is, qui iu- 20
rat non facere actum sibi permissum, si faciat illum actum, valet, licet efficiatur periurus; si vero iurat non facere actum prohibitum; quia concurrit prohibitio duplex, legis, & hominis; si contrarium faciat, efficitur nedum periurus, sed neque valet actus ipso iure. Castr. *consil.340. Dico non obstante, per totum. lib.1.* † Extende; quia li- 21
cet prohibitio alienationis nuda facta in testamento non valeat, tamen si fiat in testamento de bonis, quæ testator subiecit fideicommisso; tunc nuda valet; quia sumit robur à prohibitione legis. Ruin. *consil.111. in fi. lib.2.* Ias. post alios *in repet. l. filiusfamilias, § . dui,*
num.66. ver. sexto limita. ff. de leg.1. † Sic etiam, quando vltra prohibi- 22
tionem legis, quod aliquid fiat, licet certis casibus illud prohibitum fieri possit; si tamen etiam concurrat prohibitio statuti, non poterit etiam in casibus permissis à iure fieri; quia duplex prohibitio plus operatur. Gozad. *consil.35. num.15.* † Sic in emphyteusi, & 23
feudo, quod non potest alienari sine licentia domini alias cadit de iure communi, si addatur prohibitio hominis expressa, ne possit alienare, non etiam poterit in casibus à iure permissis. Decian. *cons.*
4. num.25. & seq. ver. & quando concurrunt, lib.1. vbi etiam ponit plura similia, quod verba operentur, ne sint superflua. † Extende in te- 24
stamento inter liberos habente clausulam derogatoriam expressam; quia cum etiam insit à lege tacita cluasula derogatoria, vt tollatur tale testamentum, requritur duplex derogatio, & mentio in secundo testamento, videlicet quod dicat, quod vult secundum testamentum valere, non obstante alio testamento inter liberos, & cum clausula derogatoria, alias non esset sufficienter derogatum. Alexand. plene *consil.163. Visis narratiõ, num.7. ver. potest etiam ad contrarium, libro septimo*, vbi apostil. *in ver. Paulus*, dat concord.
Sic † absolutio à iuramento non valet simpliciter obtenta, 25
quando fuerunt præstita plura iuramenta. Roman. *consil.326. In*
præsenti consult. per totum. † Amplia; quia licet vnicum indicium à 26
remotis non sufficiat; secus si plura indicia remota concurrant; quia sufficiunt ad torturam. Alexand. *consil.77. In causa accusatio-*
nis, in fin. lib.1. † Amplia; quia vbi plura sunt obstacula, clau- 27
sula, *non obstante*, non operatur, sed singula debent exprimi. Alexand. *consil.195. Assumo, numer.10. ver. ad idem optime, libro secundo,*
quod duplicatur *libro primo, consil.62.* † Et ideo statutum, cui 28
est derogatum, non facta mentione iuramenti, vel confirmationis, quando est iuratum, vel confirmatum, non cessat. Alex. *d. cons.*
195. numer.12. vsque in fin. lib.2. † Amplia; quia excommunicatus 29
pluribus excommunicationibus, si vnam contineat, & absoluatur

non

non valet absolutio obtenta. Alex. *consil.*129. *Videretur, num.*7. *ver. si*
30 *videmus, lib.*6. † Extende; quia is, qui præstitit plura iuramenta in contractu, & petit absolutionem à iuramento, & non exprimit, quod sint plura, non est absolutus, & intrat subreptio, quæ vitiat
31 Borg. *decis.*9. *nu.*25. *lib.*1. † Amplia; quia licet donatio inter viuos non insinuata vltra 500. aureos non valeat, sed intra 500. bene valet, stante solo defectu insinuationis, *l. si quis argentum. C. de donat.* tamen, quando concurrunt duo defectus, prout in donatione inter virum & vxorem vltra 500. si non est insinuata, non valet in aliquo, nec morte confirmatur. Soc. *consil.*115. *n.*5. *lib.*4. Curt. Iun. *cons.* 95. *col. fi. n.*6. Ruin. *cons.*52. *n.*8. *& cons.*125. *n.*3. *lib.*1. *& cons.*132. *n.*18. *lib.*
32 4. Parisi. *cons.*62. *n.*20. *lib.*1. † Amplia; quia ea, quæ non operantur de iure, & non admittuntur, bene admitti debent, & operantur, si duplex dispositio concurrat; ideo licet non possit quis ex consensu suorum perdere vitam, vel membrum; secus est in actu, in quo cõcurrit dispositio iuris, & hominis; quia condemnatus vltimo supplicio, si non appellat, sibi præiudicat, & exequi debet sententia, quæ non exequeretur, nisi vtrunque concurreret. Couar. *var. resol.*
33 *c.*8. *n.*8. † Contrarium tenet Abb. *cons.*91. *Contra sententiam, n.*2. *lib.*1. vbi quod sententia condemnans absentem non citatum in pœna pecuniaria, & si non soluerit intra certum tempus, in pœnam mutilationis membri, non conualidatur ex consensu condemnati tacito; quia nõ appellat, neq; ex expresso; quia ratificat; quia est nulla, nec valet vt sententia, neq;, vt pactum, vel contractus; quia ne-
34 mo est dominus membrorum suorum. † Extende; quia præceptum iudicis super exequutione admittit appellationem; secus, quando est iudiciale, & conuentionale simul; quia non datur appellatio, prout in obligatione Camerali non liquida, tenet Galles. *de obligat. Cam. ver. de liquid. in fi.* vbi, ꝙ licet detur appellatio à liquidatione; secus est, si simul fiat exequutio, & tacita liquidatio simul & semel; quia cõcurrit iudiciale decretum, & conuentionale. Ex-
35 tende; † quia prohibitio legis, ꝙ res supposita fide icommisso non operatur idem, ꝙ operatur prohibitio simul legis, & hominis; quia tunc alienatio est ipso iure nulla. Alex. plene *cons.*93. *Repetitus in causa, n.*8. *ver. sicut dicimus, lib.*7. vbi plena apost. *in ver. plus*, dat concord.
36 Extende; † quia vbicunq; agitur de proroganda iurisdictione, quæ à lege admittitur, & concurrit consensus partium, vel partis contra se ipsam, habet locum prorogatio etiam in clerico sine Episcopo. Couar. *pract. q. c.*10. *n.*6. *ver. nono.* Alex. plenius *cons.*89. *Omissis*
37 *non necessarijs. per tot.* maxime *n.*3. *ver. vnde coram iudice, lib.*7. † Extende, vt procedat, quando plures dati sunt iudices ex publico simpliciter; quia licet censeantur in solidum; tamen si partes processerunt coram omnibus simul, tacita clausula legis, *in solidum*, non operatur; quia partes recesserunt; secus si etiam concurrit expressus consensus partium, vt in solidum procedatur; quia plus operatur. Alex. *cons.*93. *Repetitus in causa, n.*3. *in fi. & seq. ver. nec obstat. si diceretur,*
38 *lib.*7. maxime *n.*8. vbi ponit alia exempla. Vide, *Verba debent aliquid operari. Concluſ.*85. vbi plura similia. † Amplia; quia dispositio odiosa; quia pœnalis, vel correctoria extenditur, si reducat nos ad ius cõmune antiquum; secus si simul esset correctoria, & pœnalis; quia non extenditur, etiam si reducat nos ad ius commune anti-
39 quum. Cach. *decis.*147. *n.*20. *& 21.* † Amplia in casu contrario permissiuo; quia si lex concedit, ꝙ volens testari ad pias causas possit cum sola solemnitate duorum testium, non potest dici præiudicialis venientibus ab intestato, & ab eis nihil aufert, quia sola lex non operatur, sed lex, & voluntas testatoris simul hoc operãtur, & nullus dixerit testatorem obligari in aliquo venientibus ab intestato.
40 Cast. *cons.*315. *Super eo, quod quæritur, col. fi. ver. quarto, lib.*1. † Extende; quia licet laici de iuramento nullo modo possint disponere directe, bene possunt per indirectum concurrẽte iure canonico, quod prohibet laicos, veluti si laici disponant iuramentum præsumi dolose extortum; quia ius canonicum assistit, quod iuramentum dolo extortum non obligat, & sic prohibitũ efficitur permissum concurrente iure ciuili, & canonico. Castr. *d. cons.*315. *nu.*7. *ver. sic in simili*
41 *lib.*1. † Extende; quia licet Legatus de latere non possit concedere restitutionem sine causa aduersus sententiam; quia tolleret ius tertio quæsitum, ꝙ solus princeps potest tollere ex certa scientia; tamen si cum decreto Legati concurrit etiam decretum ciuitatis habentis Vicariatum à Papa, & gratia est pro reformatione status, valet, quæ alias non valeret. Abb. *cons.*109. quod est vltimum, *lib.*1.
42 maxime sub *n.*4. † Amplia; quia statutum confirmatũ à principe non potest tolli sine principe; quia omnia nostra facimus, &c. plene Marsil. *Sing.*567. *Omnia nostra. per tot.* Ceph. *cons.*571. *nu.*68. *& 69.*
43 Contrarium † Abb. *in c. dilecto, num.*10. *de præben.* Ceph. *d. cons.*571.
44 *num.*73. † Declara, vt dictum Abbatis possit esse verum in casu, in quo loquitur, quando agitur de augmento cultus diuini; quia
45 hoc est de intentione Papæ confirmantis. † Secundo declara, vt per Barba. inter consilia Alexand. *consil.*123. *num.*17. *& seq. lib.*4. maxime *num.*18. quod confirmatio in forma communi nihil obstat, & dicitur in forma communi, quando simpliciter facta est, & quando ex certa scientia solum; quando vero est in forma specifica, videlicet facta ex certa, & cum causæ cognitione; tunc si quidem est ad fauorem Communis, potest Commune ab ipso statuto recedere, aut non in sui fauorem, & non potest. † Limita in remedio 46
læsionis ex capite *l.*2. *C. de rescind. vend.* quia ita procedit, si præstitus est simplex consensus, sicut si geminatus. Soc. *consil.*85. *num.*6. vbi
dicit magis * communem, *lib.*1. † Limita; quando illud, quod *47
geminatur, seu duplicatur in dispositione hominis, tacite inerat à lege; quia nihil operatur. Castr. *consil.*47. *ver. præterea hæc pœna, lib.*2. vbi, quod tunc pœna hominis succedit loco pœnæ legalis. † Li- 48
mita; quia clausula, *omni meliori modo, &c.* quæ habet effectum in-
stitutionis, & derogationis, operatur, etiam si vterque defectus concurrat. Ruin. *consil.*11. *Ex ijs, quæ colliguntur, in fi. lib.*2. Vide, *Duplex funiculus magis operatur. Concl.*813. Vide, *Verba geminata magis operantur. Concluſ.*158.

Duplex funiculus magis ligat affirmando. Concluſ.811.

DVPLEX † impedimentum si concurrat pro dispensato, vno 1
sublato, restat aliud, & in dubio quod minus est, censetur sublatum. Oldrad. *consil.*326. *num.*10. *& 11. ver. item posito.* vbi, quod minor habet duplex impedimentum ad impetrandum dignitatem; vnum, quod minor impetrans non consequitur beneficium etiam maior factus, aliud durante minori ætate, & si dispensetur simpliciter post impetrationem super altero ex duobus impedimentis, censetur dispensatus. † Amplia; quia stante dispositione iuris 2
communis, quod bona Communis, vel minoris non possint alienari, nisi cum decreto, & superueniat statutum loci, per quod adduntur aliæ solemnitates, si princeps derogat statuto ex certa scientia, non censetur derogare iuri communi; ideo alienatio facta in vim concessionis, & derogationis est nulla, si non est seruata solemnitas iuris. Alexand. *consil.*1. *num.*14. *& seq. ver. alia ratione, lib.*4. † Amplia; quia licet solus pupillus, vel solus tutor non pos- 3
sit compromittere valide; tamen fallit, quando compromissum fit ab vtroque; quia magis operatur actus amborum, quam alterius. Alexand. *consil.*254. quod est vltimum, *lib.*6. *num.*4. *in fi. & nu.*5. vbi ponit alia exempla.

Duplex funiculus magis ligat negando. Concluſ.812.

DVPLEX † funiculus negatiuus magis ligat, quam simplex. 1
Et † duo specialia non possunt in eodem subiecto concur- 2
rere, *l.*1. *C. de dot. promiss.* Oldrad. *consil.*325. *num.*4. *in fin. ver. item promisso.* † Et duo odia si concurrant ad actum, magis impediunt 3
aliquid subaudiri, vel interpretari, quod fauorem inducat. Oldra. *consil.*325. *num.*4. *ver. præterea, & hic facio.*

Duplex funiculus magis operatur in multis. Concluſio 813.

OBLIGATVS † facere aliquid, siue à lege, siue ab homine, 1
intelligitur, vt faciat, si petatur, alias non incurrit moram, neque pœnam, nisi interpelletur, fallit, quando obligatio est duplex simul à lege, & ab homine; quia non requiritur interpellatio. Marsil. *Singul.*341. *Ille, qui tenetur, per totum.* vbi cumulat plura similia. Sic † dicimus, quod donatio inter virum & vxorem quæ non va- 2
let, sed bene per iuramentum validatur; sic & donatio non insinuata non valet, nisi sit iurata; tamen si isti duo defectus concurrunt, non validatur iuramento. Bello. *consil.*4. *n.*3. *& seq.* vbi, quod vnum iuramentum non supplet duos defectus, allegat Dec. *consil.* 239. & alios. † Sic fideicommissum si alienetur ab ignorante 3
ignoranti, valet alienatio, & datur solum actio ad pretium; secus si fiat prohibitio alienationis, tam à lege, quam ab homine. Vide, *Fideicommissum non potest alienari, & quando secus. Concluſ.*283. *num.*101. *& seq.*

Durantis castrum, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ.814.

CONSVETVDO † est in castro Durantis, quod maritus lu- 1
cratur tertiam partem dotis vxoris mortuæ sine filijs, de qua tamen est controuersia, an sit vera, licet ita fuerit seruatum per aliquos; tamen non habet locum in bonis emphyteuticis Ecclesię datis in dotem. Bal. *cons.*476. *Ex actis factis, lib.*4. *per tot.* † Seruantur 2
con-

constitutiones Ecclesiæ in castro Durantis, tanquam de statu Ecclesiæ; ideo constitutio, quod instrumenta mandentur exequutioni, habet locum etiam contra hæredem obligati ex persona alterius, licet non sit hæres immediatus Ang. *consil.* 267. *Constitutio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, per tot.* † Priuilegium concessit Papa motu proprio, quod omnia bona emphyteutica ecclesiastica essent libera, vti allodialia, & patrimonialia; ideo in eis pater, & primus acquirens libere disponit, prout de patrimonio. Anch. *d. consil.* 143. *Casus est talis.*

Dux Austriæ, & eius facta, & priuilegia. Concluſ. 815.

1 HABVIT † guerram cum Duce Burgundiæ, qui Dux Burgundiæ in bello occupauit multa loca in territorio Tridentino, tandem facta pace, & compromisso in Episcopum Tridentinum, latoq; laudo, consuluit Abb. *consil.* 62. *In controuersia, per tot. lib.* 2 2. quod 14. Castra occupata debebant restitui Duci Austriæ. † Et occasione huius pacis Dux Austriæ donauit Duci Burgundiæ ciuitatem Agrigentinam cum suo territorio, & pertinentijs omnibus, vt per Abb. *d. consil.* 62. *col.* 6. *ver. secundo facit. lib.* 2. vbi consuluit, quod non debet consequi Dux Burgundiæ castra, quæ erant di- 3 ctæ ciuitatis, & fuerunt dismembrata, & stant per se. † Portus prope Tritium non spectat ad ciuitatem Agrigentinam, quæ est Ducis Burgundiæ, sed ad terram Tritij. quæ est Ducis Austriæ; quia ab immemorabili præscriptus fuit. Abb. *consil.* 62. *col. pen. num.* 18. *per* 4 *tot. ver. quintum dubium, lib.* 2. † Portus prope Soncinum pariter est Ducis Austriæ, non autem ciuitatis Agrigentinæ, Abb. *d. consil.* 62. 5 *col. fi. ver. & eisdem rationibus, lib.* 2. † Habuit etiam guerram cum Marchione Montisferrati, & fuit Dux Bauariæ, qui mouit Ducem Austriæ ad mouendum bellum cum Marchione, & postea ambo simul occuparunt multa castra feudalia, super quorum restitutione consuluit Franc. Aret. *consil.* 14. *Viso, & diligenter, per tot.* maxime *num.* 15. *& seq.* vbi, quod tam ope exceptionis, quam per viam actionis potest recuperare; quia nulla erunt omnia, & *in d. consil. in 2. dub.* dicit, quod compromissum factum in Ducem met Bauariæ, & Austriæ non valet; quia est dolosum, & bellum non est iustum inter vasallos Imperij, & tradita per viam pacis possunt recuperati; quia per metum sunt tradita. Vide Gozadi. *consil.* 9. *num.* 15. vbi, quod ista sunt nomina supposita ab Aret. *d. consil.* 14. non autem vera.

Dux Bauariæ, & eius facta, & priuilegia. Concluſ. 816.

1 FVIT † colligatus cum Duce Austriæ, quem ipse Bauariæ Dux mouit ad bellum contra Marchionem Montisferrati, & in bello abstulerunt multa castra, quæ ipse Marchio dimisit per compromissum factum in Ducem met Bauariæ, vt pax fieret, dum filius primogenitus Marchionis esset captiuus Ducis Bauariæ, cōsuluit Franc. Aret. *consil.* 14. *Viso, & diligenter, per tot.* quod Marchionis filius via iuris omnia debet recuperare, tanquam per metum facta; & quia bellum est illicitum inter feudatarios Imperij, & bo- 2 na non fiunt capientium. † Dicas, quod Aret. *d. consil.* 14. supposuit nomina aliorum Ducum supradictorum tacito nomine Ducis Sabaudiæ, contra quem consulebat pro Duce Mantuæ, vt dicit Gozad. *consil.* 9. *num.* 15. ideo hic nomina reportata sunt vera. Vide, *Bauarus Imperator Rex Romanorum, & eius facta. Concluſ.* 31.

Dux Burgundiæ, & eius facta. Concluſ. 817.

1 DVX † Burgundiæ habuit guerram cum Duce Austriæ, & occupauit in bello plura castra in territorio Tridētino subiecto Duci Austriæ Domino ciuitatis Tridenti, tandem fecerunt compromissum in Episcopum Tridentinum, factaq; pace inter eos, dubitabatur, an ex laudo lato per Episcopum Tridentinum 14. loca essent restituenda Duci Austriæ, pro quo consuluit Abb. *consil.* 62. 2 62. *In controuersia, lib.* 2. *per tot.* † In pace prædicta secundum capitula pacis, Dux Austriæ donauit ciuitatem Agrigentinam cum suis pertinentijs Duci Burgundiæ. Abb. *d. consil.* 62. *col.* 6. *num.* 12. *ver.* 3 *secundo facit, lib.* 2. † Habet ciuitatem Bisuntinam, quæ est de Comitatu Burgundiæ, & sub Imperio, vt per Ægid. Bell. *consil.* 42. *in pr.*

Dux Mediolani, & eius facta. Concluſ. 818.

1 DVX † Mediolani ante creatum Ducatum appellabatur Comes Virtutum. Bald. *consil.* 209. *Quidam subditus, lib.* 2. *in princip.* 2 Erat † Vicarius Imperialis, & nomen eius Ioan. Galeatius Vicecomes, qui habuit guerram cum Ecclesia Romana, & cum Comite Sabaudiæ; qui erat eius auunculus, vt per Bal. *consil.* 241. *Verba capituli. lib.* 3. vbi ponit capitula inita pro pace, an comprehenderent clericos. † Et quod esset Vicarius Imperij, & haberet merum & 5 mixtum Imperium, & haberet eius decretum vim legis. Zab. *consil.* 125. *in princip.* † Guerram habuit cum ciuitate Florentiæ, & ad- 4 hærentibus colligatis, qui erant Commune Bononiæ, & facta fuerunt capitula pacis. Ang. *consil.* 257. *Inter capitula.* & de eadem guerra cum Florentinis, Io. de Imol. *consil.* 51. vbi, quod non erat licita; quia tam Dux, quam Florentini recognoscunt imperium. † Primo 5 tamen facta fuerunt capitula treugæ inter Ducem & Commune, & adhærentes hinc inde. Ang. *consil.* 390. *Charissime frater, per tot.* vbi an Comes Robertus, qui verbo adhæsit Duci, sed facto adhæsit Communi Florentiæ, debeat esse in treuga cum Communi tanquam adhærens Duci, & dicitur, quod non. † Colligati cum Du- 6 ce erant Commune Pisarum, Commune Senarum, & alij; colligati vero cum Florentinis erant Commune Bononiæ, & Dominus Mantuæ. Ang. *consil.* 391. *per tot.* imo etiam Rex Franciæ erat cum Communi Florentiæ, vt per Ang. *l. consil.* 190. *n.* 2. *in fi.* † Arbiter 7 fuit inter Ducem Sabaudiæ, & Marchionem Montisferrati super pace inter eos componenda, & restitutione ciuitatis Montis Vici, seu Montis Regalis, & Castrorum, quæ occupauerat Dux Marchioni, super quo Ang. *consil.* 367. *In quæstione vertente, per tot.* consuluit pro Marchione. † Guerram habuit cum Marchionibus Esten- 8 sibus, & multis Ciuitatibus, & erant factæ ligæ, & cōfœderationes fere maioris partis Italiæ hinc inde, tandem compromiserunt in Ducem Ianuæ, Magnum Magistrum Hierosolymitanum, & alios, qui pronunciarunt pacem de anno 1392. Bal. *consil.* 147. *Orta guerra*, post consilium, vbi inserit omnes colligatos, & tenorem sententię. *lib.* 2. † Subditus est Imperio, & recognoscit Imperium; ideo sine 9 Imperatore bellum non potest indicere, Io. de Imol. *consil.* 51. vbi, quod non valet dictum, quod de facto non recognoscit; quia attenditur, quod de iure fieri debet, non quod de facto fit. † Ha- 10 bet plenitudinem potestatis, sicut Imperator, vt dicit Ias. *consil.* 101. *Immunitas, col.* 3. *n.* 2. *ver. item Dux, lib.* 4. † Et non recognoscit supe- 11 riorem, vt dicit Alex. *consil.* 30. *Ponderatis, n.* 9. vbi plena apost. *in ver. ipse*, dat plures concord. pro, & contra. *lib.* 5. Vide plenius, *Mediolani Dux, & eius priuilegia, & c. Concluſ.* 165.

Dux Sabaudiæ, eius facta, & priuilegia. Concluſ. 819.

DVX † Sabaudiæ Comes Sabaudiæ appellabatur tēpore Old. vt 1 ipse commemorat *in consil.* 178. q habebat bellum cū Marchione Montisferrati; imo etiam tempore Baldi, vt ipse Bald. *in consil.* 209. *Quidam subditus. lib.* 2. vbi commemorat quasdam differentias inter Comitem Virtutum, qui fuit postea Dux Mediolani, & Comitem Sabaudiæ ob turbatas iurisdictiones, & latius *consil.* 121. *Orta guerra. lib.* 3. vbi ponit casum inter Lucium & Mæuium, de quodam bello, & Lucius erat Comes Sabaudiæ, & Mæuius erat Comes, Marchio Luciarum, seu Salutiarum, vt declarat in consilio, quod occasione feudi certorum Castrorum Comes Sabaudiæ indixerat bellū Comiti Luciarum; quia nolebat recognoscere feudum; & quia Marchio Salutiarum habuit recursum ad Regem Franciæ, Rex apponi fecit sua insignia in Castro, contra quod bellum indicebatur, & scripsit Comiti Sabaudiæ, quod vellet desistere à bello; & Comes remisit cognitionem in Regem cum protestatione, quod non tanquam in superiorem, & idem repetit Bald. *consil.* 217. *Orta guerra, & consil.* 218. *lib.* 3. vbi clare deducit, quod Comes Sabaudiæ non est subiectus Regi Franciæ, in quibus locis sunt epistolæ scriptæ, & Signorol. *consil.* 108. *In quæstione*, vbi de differentijs inter Comitem Sabaudiæ Amadæum, & Iacobum principem de Sabaudia, & tempore Anchar. erat Comes, vt ipse dicit *consil.* 310. *Tres Domini, per totum*, vbi contra eum consulit pro Marchione de Busca, & Marchione Montisferrati. † Vasallus est 2 Imperij Comes Sabaudiæ, & nullo modo subiectus Regi Franciæ. Bald. *dict. consil.* 121. *num.* 10. *ver. secundo alia principali, lib.* 3. vbi, quod propterea non potuit compromittere de feudis Imperij in Regem Franciæ, & idem tenet *consil.* 218. *Petita venia, in princip.* & latius *col.* 2. *ver. nam & si Marchio, lib.* 3. licet postea fuerit ab Imperatore effectus liber, & francus ex particularibus priuilegijs, infra *num.* 10. & *num.* 13. † Habuit guerram cum Comite Virtutum Imperiali Vi- 3 cario Ioan. Galeatio Vicecomite eius nepote; nam Ioannes Galeatius erat filius filiæ Comitis Sabaudiæ; & tamen inter se fecerunt pacta confœderationis, & pacis, vt per Bald. *consil.* 241. *Verba capituli, libro* 3. † Tempore Baldi gubernabat Comitissa 4 Bona Borbonia tutrix pupilli Comitis, vt per Bald. *consil.* 376. *Ex ijs etiam concluditur, libro quinto.* vbi, quod tutrix habet plenissimam administrationem, maxime, quando est dictum, vt hic, vbi ponit verba testamenti Comitis circa hoc, & idem Bald. *consil.* 294. *Dicta particula, eodem lib.* 5. vbi, quod non censetur relicta tutrix,

sed

sed bene administratrix; & ideo habebit gubernium; sed tamen non potest infeudare, vel subinfeudare castra, licet sit relicta administratrix, & domina, & vsufructuaria. † Guerram habuit cum Marchione Montisferrati, & obtinuit ciuitatem Montis Regalis, seu Monte Vici cum nonnullis castris Marchionalibus, tandem fecerunt treugam, & compromiserunt in Ducem Mediolani Comitem Virtutum. Angel. *consil.* 367. *& in consil.* 368. † Item habuit iterum bellum cum ipso Marchione, prout mutatis nominibus consuluit Franc. Aret. *consil.* 14. *Viso, & diligenter, per tot.* Vide, *Mantuæ Dux, & eius facta, & priuilegia. Conclus.* 73. † Item obtinuit à Clemente Papa sibi concedi castra Diani, Rodelli, Rodi, Piani, & Verdini quoad directum dominium, quæ sunt castra in territorio Albæ, super qua concessione Anchar. *consil.* 310. *Tres Domini.* † Consilium Sabaudiæ est idem cum Duce; ideo in causis, in quibus ipse Dux non est competens iudex, neque eius consilium potest iudicare. Sign. *consil.* 108. *in princip.* † Iacobus Princeps de Sabaudia est feudatarius Comitis, seu Ducis Sabaudiæ: sed tamen non est Iudex Comes in causa pedagij. Signorol. *d. consil.* 108. *per tot.* † Pedagia, & onera, & angarias potest Comes concedere, & imponere; imo etiam Iacobus de Sabaudia princeps, licet sit vasallus Comitis. hoc potest de consuetudine, & ex priuilegio Caroli Imperatoris. Signor. *d. consil.* 108. *per tot.* † Gebennensis ciuitas est Ducis Sabaudiæ. Bald. *consil.* 333. *Ad intelligentiam, col.* 2. *ver. videmus etiam, quod alij Duces, lib.* 1. † Consuetudo est in Sabaudia, & Regione Pedemontana, quod feudum probatur ex professione, & ex libro regestri; quod tamen non est in Marchionatu Salutiarum, neque in alijs regionibus. Brun. *consil.* 117. *col.* 35. *ver. quod si vndecimum.* Habet † iura Imperialia Dux Sabaudiæ, & alij Duces, & Marchiones Magni; quia eo ipso, quod habent merum & mixtum imperium, & perpetuam administrationem in eis suprema superioritas, quæ in Imperatore propter excellentiam reseruata, transit; & ideo Dux Sabaudiæ potest creare Duces, & Marchiones; secus si sunt inferiores Duces; quia in istos non transirent reseruata Imperatori. Rol. à Valle *cons.* 4. *n.* 41. *& seq. lib.* 1.

* *
*

Sequitur Tertius Tomus, E, Ebrius, & Ebrietas, &c.